


AVICENNÆ
OPERA

AVICENNAE·OPERA



PRO: COL · BIBLIOTECA:
· PHARMACOPEORV̄:
: VRBIS: · LVTETIAE:




0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

AVICENNAE

LIBER CANONIS, DE MEDICINIS CORDIALIBVS, ET CANTICA,

IAM OLIM QVIDEM A GERARDO CARMONENSI
ex arabico sermone in latinum conuersa,

Postea vero ab ANDREA ALPAGO BELLVNENSI, philosopho & medico egregio, infinitis penè correctionibus ad veterum exemplarium arabicorum fidem in margine factis, locupletissimoq; nominum arabicorum ab ipso interpretatorum, indice decorata,

Nunc autem demum à BENEDICTO RINIO VENETO, *philosopho & medico eminentissimo, eruditissimis accuratissimisq; lucubrationibus illustrata. Qui & castigationes ab* ALPAGO *factas suis quasq; locis aptissime inseruit: Et quamplurimas alias deprauatas lectiones in margine ingeniosissime emendauit: Et locos, in quibus auctor ipse vel eandem sententiã, eandem ve medicamenti vnius compositionem iterat, vel oppositas inter se sententias ponit, vel aliquid deniq; ab Hippocrate, Aristotele, Dioscoride, Galeno, Paulo, Aëtio, Alexandro, Serapione, Rasi, Halyabate, Alsarabio mutuatur, diligentissime indicauit: Plurimis etiam arabicis vocibus nunq̃ antea expositis, latinum nomen inuenit: Indicemq; latinum medicamentorum simplicium in secundum librum composuit.*

HIS ACCESSERVNT

Auicennę libellus De remouendis nocumentis, quę accidunt in regimine sanitatis:
Eiusdem Tractatus De Syrupo acetoso.

Ab eodem Alpago ex arabico in latinum sermonem translati.







Cum Illustrissimi Senatus Veneti Decreto.

VENETIIS, APVD IVNTAS, M.D. LV.

ANDREAE ALPAGI BELLVNENSIS
De Arabicorum nominum significatu.

POstq̃ ego Andreas Alpagus Bellunẽsis physicus correctiones super libros Auicẽnę quos de medicina cõscripsit, hoc est qnq; libros Canonis, sextũ de medicinis cordialibus, & cãtica ex originali Arabico assumptas edidi, animaduertẽs pp imperitiã nominum medicinarũ simplicium, necnõ aliarũ dictionũ Arabicarum excellentissimos philosophos, & medicos multũ laborasse, ac varias atq; erroneas expositiones in libris prædictis cõmẽtos esse, statui in honorem Dei, & ad cõem hominũ vtilitatem, Arabicas oẽs dictiones in his septẽ voluminibus repertas ad mentẽ Ebenbitar, Ebensis, Sirasi, Benagi albian, et aliorũ expositorũ Arabũ seruato ordine alphabeti pro viribus interpretari. Diuino itaq; auxilio implorato, prius notabo aliqua circa titulũ libri canonis: nomen, & patriã auctoris declarãdo. Titulus igit̃ libri in Arabico sic iacet. Liber canonis in medicina, quẽ princeps sapiẽtissimus philosophus Abuhali, Alhasen: Ebẽhali, Ebẽsina cõposuit: Circa quẽ titulũ sciendũ, ꝙ Arabes appellãt aliquẽ hominẽ, si filios procreauit, nominãdo ipsum primo patrẽ primogeniti sui specificãdo nomẽ primogeniti, deinde addũt nomẽ ipsius propriũ specificãdo cuius sit filius vsq; ad nomẽ aui sui. Nomẽ Auicẽnæ fuit Hasen, cuius pater fuit noĩatus Hali, q qdẽ Hali fuit filius Sina, & Auicenna habuit filiũ etiã noĩatũ Hali. Auicẽna igitur ab Arabicis noĩatus fuit hoc ordine, Alraijs Abuhali, Alhasen, Ebenhali, Ebẽsina: quorũ verborũ interpretatio est. Princeps pater Hali Alhasen filius Hali filij Sina. Et cõsuetudo qdẽ Arabũ est noĩare aliquem inquãtum est pater noĩando suum primogenitũ, & sic Mesue & alij noĩant Auicennam Abuhali id est pater Hali: aliqñ nominant ipsum inquantũ est descẽdens à patre, & sic dicitur Ebenhali: aliqñ inquantũ descendens ab auo, & sic dicitur Ebẽsina, & corrupto vocabulo appellat̃ Auicenna. Cõsiderãdũ vlterius, ꝙ ille terminus Alraijs scriptus per duplicẽ literã, ie, id est literã. i. apud Arabes importat primariũ ĩ gradu dignitatis & honoris, & scriptus per simplicẽ literã, i, denotat quẽcũq; præsistentẽ & principalem in aliqua arte, & gubernatione nauis, & villæ, & similiũ. Auicenna aũt fuit dictus Alraijs, id est princeps seu primarius in dignitate, & honore, nõ solũ quia fuit excellẽtissimus in scientijs oĩbus, sed etiã, quia fuit Vzir regis Persiæ, id est primarius, et honoratior secretarius regis Persicæ. Notandũ præterea ꝙ Auicẽna non fuit Hispanus, sicut aliqui de ipso scribunt, immo fuit Persicus ex ciuitate dicta Bochara, sicut in historia Arabica de vitis philosophorum, & medicorũ Arabũ, & Græcorũ per me ex arabica lingua in latinã traducta apparet. Quod etiã potest colligi. ij. fen, primi can. cap. iij. de naturis temporũ, &. ij. can. cap. de tereniabin, & multis alijs locis. Sciendũ vlterius, ꝙ canõ secundũ expositores Arabes est dictio græca, aut secundũ alios est dictio Syra, & Arabes vtuntur ea, & intentio apud eos per hoc nomen canõ idẽ est, quod Arabice Almestara, quod est instrumentũ & tabula filis inhærentibus directe lineata cum qua scriptores lineant chartas, vt dirigãtur in scribendo recte. Et permutatũ est hoc nomen canon ad vniuersale, sicut scitur, ꝙ hæc vel illa, aut illa sanitas cõseruatur suo simili ex cognitione istius vniuersalis, videlicet omnis sanitas conseruatur suo simili. Et iudicia quidem, & sententię vniuersales non dicuntur canones, nisi quia cõsideratio ipsarũ prohibet, nequis diuertat à via recta. Vltimo est notandũ ꝙ ly, al, est qdam articulus, qui apud Arabes nominibus tantũ, qñq; secundum exigentiam loci præponitur, nunq̃ tñ eius nominis, cui præadditus est significatũ variat. Et ideo si aliqñ in expositionibus nostris aliquod nomen, cui p̃additus sit articulus ille, exposuerimus, postea illud nomẽ sine eo articulo inuẽtũ nequaq̃ exponemus: puta si exposuerimus Albachã in litera, A, postea inuenerimus Bachã, hoc in litera, B, non exponemus: sed remittemus lectorem ad expositionem Albachã. s. in litera, A, ex quo Bacham & Albachã sunt idem, Et si reperietur qñq; in lectione ipsius principis aliquod nomen incipiens ab al, puta Alchalef: nec in litera, A, expositionem posuerimus: oportebit lectorem videre in litera, C, videlicet Chalef: ibi nãq; eius expositio inueniet̃: & hoc fecimus ne inutilis repetitio fiat: ex quo Chalef & Alchalef sunt idem: & ita in similibus. Et si in aliquibus hic noster ordo non seruabitur: scito nos id consulto fecisse: vt melius manifestetur quodcunque nomen tam cum al addito q̃ sine al idem penitus significare vt supra diximus.

BENEDICTVS RINIVS AD LECTOREM.

VT facile tibi conſtet ratio ſtudioſe lector, qua indicamus, quæcunque longo tempore in Auicennam labo- rata, nunc primum ædimus, monendus es mihi pauca hæc.

Primum quidem apponimus in textu elementa latina parua, vt a, b, c, ijs potiſsimum, quæ habēt veluti relationem & mutuum conſenſum cum citatis in foliorum margine autorum locis: tum vero præponimus citatis eiſdem locis in margine latina eadem elementa, ſed magna, vt A, B, C.

Loca vero illa, quæ eiuſmodi elementis inuicem ſe veluti ſpectantibus oſtenduntur, quando ſola per ſe ſunt, duplici ſibi ratione conſentiunt, altera, cum Auicenna aliquam ſententiam ſcribit aut in libro de animalibus, aut etiam alibi hoc ipſo in opere, quæ conueniat cum illa ipſa, quæ potiſsimum eſt prę oculis. Altera vero, cum Auicenna, quę obſeruauimus illi ab alijs autoribus accepta, huic operi accommodat. Omnium aūt nomina quàm breuiſsime ob loci anguſtiam cum librorum nominibus, & numero capitum, & aliquando foliorum, & columnarum, & aliquando etiam linearum notantur, vt quiſque ſuum opus aut inſcripſit, aut diuiſit: atque etiam vt hac vel illa forma impreſſis vſi ſumus. Vbi in Auicenna ſciendū, cum caput tantum cito omiſſo libro, Fen, & cæteris, comprehendi illud eo libro, qui tunc eſt prę oculis in foliorum ſupremo, ex more notatus, & ſua Fen pariter, cęteriſq; diuiſionum nominibus: ſic item nos Summas, Doctrinas, & Fen, ſic & Tractatus citare neglectis quandoque alijs diuiſionum nominibus ea complectentibus: In Raſi vero, ſi plerunq; folium primum ab illo, qui eſt impreſſus in margine, adieris, locum te citatum inuenturum ob male poſitum ſemel in Raſi ab impreſſore numerum 305, qui bis eſt impreſſus.

Quando ponimus elementum aliquod in textu ad titulum capitis, itidemq; in margine Dioſcoridi prępónimus, in ſecundo præſertim huius operis libro, vbi de ſimplicibus agitur, quæcunque inferius idem elementum adſcriptū habent eodem capite, ea omnia apud Dioſcoridem eſſe ſignificantur, licet illi elemento ſæpius iterato nihil in margine reſpondeat.

Illa autem ſimplicia, aut aliorū nomina, quæ Arabice, aut barbare nominantur, latine interpretamur, quęcunque præcipue apud Dioſcoridem, ſed & etiam alios licuit inuenire.

Elementa præterea latina parua copulamus in textu cum charactere †, & vacuo loco lineis intercluſo, verbi gratia ſic a†{ } quando ſignificamus aliqua eſſe illuc ex bonorum autorum conſenſu reſtituenda: tum, quę putamus reſtituenda, reſpondent in margine præpoſito illis latino elemento magno, & dicto charactere, ſic Q† ex mulſo: quæ ſcilicet ſunt ea, quæ in vacuum illum locum reſtituere iubemus.

Ijſdem vtimur elementis & charactere in textu, ſed cum verbis aliquibus, quæ lineis intercluduntur, verbi gratia ſic a†{Demeſt} cum exponere, aut aliter appellare volumus, quod eſt intercluſum, vt ſi exemplo poſito reſpondeat in margine, A†Demeſt.i.laurus. Sed hic quandoq; omiſſo elemento, hoc ſumus charactere † contenti.

Idem poſtremo penè vſus eſt, cum quid cenſemus eſſe delendum. In textu enim verbi gratia ſic eſt m†{acuta} ſed in margine reſpondet elementum, & character, nec non protenſa linea, qua ſignificatur id eſſe delendum, quod in textu lineis intercluditur, hoc pacto M†———

Adhibemus in textu gręca elementa parua, ſola, vt α, β, γ, quoties oſtendere volumus eandē rem capite eodem repetitam vel autoris obliuione, vel etiam conſultò: aut idem etiā caput alibi repetitum, vt ſæpe libro quinto videre licet: quod errore potius antiquorum exſcriptorum factum eſſe putarim.

Præterea, cum quatuor capita quatuor ſimplicium medicamentorum præcedenti æditione ad principium ſecūdi libri poſita fuerint, veluti quæ tunc deſiderarentur, & tunc primū in lucem æderentur, ex ijs nos duo in eiuſdem æditionis Auicenna inuenimus: & primū quidem, quod appellabatur Calmairan, libro ſecundo cap. 538 Ohalmaran dicitur: alterum vero, quod appellabatur Cehul, Cap. 715 Theil dicitur, eadem enim ea capita eſſe cuiuis videre facile eſt. Curauimus ergo illa, vt ſuperflua, inde amouēda: at reliqua duo ſuis locis inſerēda, primum quidem tractatui ſecundo, Cap. 372, quod eſt de kakille: alterum cap. 400, quod eſt de lapide fellis tauri. Quæ omnia in tuum commodum ſcripta boni conſule. Vale.

BENEDICTVS RINIVS

FABRICIO, SCIPIONI, ALBERTO, ET CLAVDIO FILIIS IVCVNDISSIMIS.



Vm ipse mecum amantissimi filij sæpe considerarem, si quo vos munere prosequi possem, quod non minus vtilitatis ꝙ delectationis vobis afferret: nec ornamento solum, verum etiam perfectioni mentibus vestris esset: inter complura quæ tunc nobis in animum veniebāt, obtulit se se mihi medicinæ cognitio. Hanc enim accurate pensando, magnam partem inueni earum cōditionum continere, quas vobis adesse cupiebam. nam & vtilitatem non vulgarem habet, & delectationem eximiam præbet, fœlicitatisq; humanæ partem haud paruam complectitur, quando multi naturales effectus, vnà cum ipsorum à quibus originem ducunt, causis, in ea tradantur. Medicina quippe non solum eam discentibus omnia proponit, quæ rerum omnium parens natura ex elementis genuit, quęq; & vita & sensu atq; motu pręddita sunt: verum etiam singulas cuiusq; & proprietates & virtutes exponit: nec his contenta sed admirabilē humani corporis structuram eo docet artificio fabricatam, vt nulla eius pars tam intus, quàm foris extet vel minima, quæ suos vsus peculiaresq; functiones non possideat. Quocirca iudicaui hasce considerationes & vobis magno futuras ornamento, & ijs omnibus, qui rerum cognitionem assequi & in ea consistere desiderant. præsertim cum viam & rationem ostendant, qua sanitatem à natura nobis tributam conseruare queamus, eandemq; casu aliquo deperditam recuperare. accedit etiam quod homines, vt sępe contingit, vbi medici non extant degentes, possent hac imbuti cognitione non modo semetipsos & præseruare & curare & ab aliquo graui morbo se penitus explicare, verum etiam, vbi adessent, sed vel imperiti, vel imprudentes, nunc præcauendo, nunc moderando, errores illorum emendare. itaq; ex hisce manifeste colligitur, ingenia quæq; præclara magno studio omniq; diligentia eniti debere, vt tam vtilem tamq; iucundam disciplinam assequantur, quæ possessoribus suis tot bona largiatur, ipsisq; tantum præbeat emolumenti. Atq; his ego de causis & antiquorum codices & recētiorum libros, quotquot à præclaris huiusce disciplinæ viris scripti extant, non mediocri diligētia quidem euolui, nec tamen inde vnum aliquod volumen excipere valui, quod omnes antedictas conditiones pro animi mei desiderio complecteretur. nam vt à magno illo & admirabili Hippocrate initium faciam, reliquit sanè multos ac varios de re medica libros, sed in eis nec ordinis series, nec breuitatis perspicuitas, nec artis complementum apparet, cum sicut recte sapientissimus vir Galenus affirmat, semina tantum medicinæ posteris excolenda Cous artifex tradiderit. vnde quantum conijcere valeo, ipsemet Hippocrates operum à se conscriptorum copiam diuersitatemq; secum animo reputans, librum superaddere voluit qui prolixitatem præcedentium breui summa contraheret, ipsumq;, aphorismos appellare, verum & hic ipse libellus & mancus est, & concisus nimium, & nullo docendi ordine digestus, quem, si quis assequi velit, egebit longis & dilucidis expositionibus. Quam ob rem Hippocrate dimisso ad immensum illud doctrinæ pelagus multæq; lectionis hominem Galenum veniamus. is, multis post seculis tam nobilem disciplinam non adeo breuem quàm obscuram cum reperisset, dicendi vbertate magnitudineq; eruditionis extendere & illustrare conatus est: sed dum & præcedentium extirpare delicta, & viuentium errores emendare conatur, vt inde postea medendi viam atq; modum syncere patefaceret, tot ac tanta congessit, vt eam doctrinæ puritatem quam requirebamus verborum & rerum copia obruat: cum legendis eius libris vix hominis vita satis esse queat. persimilisq; mihi descripta ab eo in his tam prolixis & redundantibus libris medicina videtur tritico nuper à stipulis demesso, atq; adhuc aristis & puluerі commisto, à quibus si ipsum secernere velis, longa & molesta opus sit tritura & ventilatione: Quam ob rem Galenum quoq; in præsentia missum faciamus & Oribasium paulisper excutiamus: arte iam constituta tres libros de re medica scripsisse certum est, qui & singuli & coniuncti multum ab integritate totius facultatis absunt. Alexandro etiam medici nomen peritia medendi potius fecit, quàm opus eius longe ab artis perfectione semotum, Nec Paulus Aegineta, dum Galeni pampinos amputare nititur, mediocritatem tenuit: sed in aliud quid extremum incidit, exilis & mancus adeo, vt multa etiam scitu necessaria prætermiserit. Aetius postremo Amidenus tametsi Paulo copiosior videatur, multa tamen & ipse contraxit quæ debuisset extendere: plura dimisit, de quibus sermo habendus fuisset: Quocirca cum in Græcis scriptoribus, quanquam & eruditis & magno iudicio præditis, non reperissem id quod magno studio requirebam: ad Arabes qui de hac facultate scripserunt me contuli, ac primum animaduerti Serapionem plura silentio prætерijsse, quibus ignoratis hæc scientia mutila est ad modum atq; imperfecta: quemadmodum vnusquisq; eius librum perlegendo sibi ipsi testis locupletissimus esse potest. Deinde magnum illum Empyricum Rasin appellatum consideraui tot suis voluminibus non satisfacere; cum plærunq; adeo concisus & angustus sit, vt & obscurus

& difficilis euadat:& ea non adducat,quæ minime fuissent prætermittenda, nec vero ingenti illo volumine quod tanquam medicinam totam caperet continens appellauit, plus assecutus est, quàm vt vastam quandam ac confusam rerum congeriem senescenti memoriæ remedium exhiberet.Halyabbatem postea in manus sumpsi Galeni simiam à plerisq; cognominatum,quòd eius opera in compendium redigere,conatus sit:atq; mihi vir iste plus cæteris omnibus ad id quod intendimus propius accessisse visus est, vsq; adeo plurima dilucide & prudenter in regalem dispositionem contulit,(sic enim librum suum de re medica inscribit) verum & hic author multa disiungit,quæ coniuncta maiorem claritatem commoditatemq; legentibus exhiberent:quæ singula recenserem nisi prolixitatis vitium formidarem,omittit insuper plura quæ tacenda non essent, vt nihil interim dicam,de quamplurimis Arabicis vocibus ab interpretibus non explicatis,quòd non satis ab eis intelligerentur, vel quia essent ambiguæ,vel inusitatæ, vel vni populo tantum propriæ.superest adhuc disertus ac nobilis quidam, Alfarabius nomine: hic licet ordine non caruerit,tanta tamen vsus est breuitate, vt et rerum paucitate, & sententiarum obscuritate summa potius quàm compendium liber eius nuncupari valeat.E' latinis autem Cornelium celsum indictum non præteribo, tantum artis notitia præstantem quantum Romani sermonis puritate insignem. hic sub Tiberio Cæsare floruisse traditur, nondum medicina satis constituta, atq; ideo cum empyricam sectam non rationalem sequatur, hoc est cum causas rerum non excutiat & explicet,ab eo quod quærimus abest plurimum. præter commemoratos alium quenquam medica arte præstantem extare scio neminem,qui his coniungi, aut æquari valeat, vno tantum excepto, quem vulgato nomine Auicennam appellant, de quo latius verba facere, ea de causa institui, quod propemodum visus est intentum scopum attigisse.nec iniuria certe,quando & solerti ingenio Dialecticum,& magno iudicio Philosophum, & sublimi contemplatione Metaphysicum, extitisse cum alij in eius vita ferant, tum ipse suis scriptis attestatur, quæ de his singulis disciplinis adhuc supersunt pulcherrima, tantum enim nominis ob ea consecutus est, vt tria totius orbis lumina suas opiniones istius auctoritate comprobare non grauati sint. Albertum dico non sine causa MAGNI nomen adeptum. Thomam Aquinatem qui expositoris lucidi nomen sibi vendicauit,& Ioannem Scotum acumine ingenij nemini secundum. ij inquam tres viri sine controuersia præclari(sicut affirmabamus) Auicennam, vt eximium & approbatum scriptorem agnoscunt,eiusq; auctoritate sępe nituntur.Hic igitur admirabilis vir Auicenna librum de re medica composuit,qualem enixe quærebamus, in quo vno omnes illæ,quas superius explicauimus conditiones,continentur.Nam si quis attente cōsideret, ipsum liquido deprehendet vnum quid esse non ex multis partibus sine cōtinuatione et ordine aceruatum,sed & apte & concinne,tanq̃ in vnum corpus coeuntibus membris,extructum:nec ipsum reperiet incultum semen continere, aut obscurum adeo & breue compendium, vt longam explicationem requirat: nec vsque adeo prolixum & diffusum,vt molestia tedioq; legentes afficiat. Atq; vt in exemplo persistamus non offendet in hoc aliquis medicinam similem esse demesso tantum tritico,sed à spicis excusso, à glumis separato,atq; ita propalato, vt nec puluerem nec alieni quicq; admistum habeat, tanq; iam in horreis conditum.Ex quo fit,vt præclara quæq; ingenia, hanc nobilem disciplinam in hoc libro tam apte collectam degustare queant, minimo labore, nulla molestia, sine dispendio temporis, tanta animi delectatione,vt quicunq; hunc codicē in manus sumpserit perlegendum,nihil habeat quid vlterius requirat: nam in ipso talem doctrinæ ordinem inspiciet,qui à causis ad effectus procedit,à principijs ad composita descendit,nihilq; aut redundans aut mancum offendet, cum naturam imitatus,neq; necessaria prætermiserit,neque vltra requisita luxuriarit, id quod ipse exordiens attestatum reliquit,inquiens opus istud ea omnia complecti quæ ad ipsam consequendam medicinam sunt necessaria,tanto ordine,vt singula quæq; locum suum sortita, nullisq; digressionibus impedita,facilem intelligentiam & memoriam legentibus afferant. Quam ob rem mecum ipse reputās huiusce scriptoris tam exquisitam doctrinam,quæ si medio tolleretur, auderem pronunciare mundum hac artis specie sublata,imperfectum fore.Non possum non valde mirari qua de causa nonnulli triginta ab hinc annis in tantum virum temere adeo insurrexerint, vt ad eius nomen auditum pene teneri nausea videantur. Rem prorsus à communi sensu ne ab humanitate dicam alienam,cum omnis ætas vnumquemq; tanti semper fecerit, quātum sapientia pręstare iudicatum sit,An forsitan sic afficiuntur vt soli talem opinionem habere videantur, quod vanum admodum est,aut quia Græcus natione Auicenna non fuerit:vel quia gręcas literas didicisse non tradatur,tanq; non à rebus ipsis certitudinem & soliditatem artes capiant, sed à populis aut idiomat ibus. Atqui disciplinæ crescunt & tandem ad summum perueniunt successorum additionibus,quoquo ex genere quacunq; vt conditione fuerint,sicuti docet experientia:itaque contemni non meretur Auicenna,si vel in Græcia natus non est,vel græcas literas non agnouit, cum vnusquisq; per se ipsum inspicere posit,quam consumata eruditione Arabes in quauis facultate viguerint:modo illorum scripta ad nos trāslata perlegere non grauetur, magnus ille Auerrois non contentus compendijs & paraphrasi Aristotelem totum ornasse demum editis commentarijs singula quæq; diligenter & copiose disputare voluit, tantaq; subtilitate & acumine perpendere,

vt merito

vt merito sibi locum primum inter expositores arrogarit, commentatorisq; vocabulo solus nuncupetur. Excitauit hic latinorum studia occasionemq; pluribus dedit acrius naturam inuestigandi, qui nunc ea de causa celebrantur. tantum enim Auerrois doctrina eruditionis plena fuit, vt sectatores etiam inuenerit, qui hodiernis temporibus adhuc illius placita defendunt acerrime, cum in eis non solum simplicem doctrinæ peripateticæ narrationem intueantur, sed etiam omnium difficultatum nodos solutos inueniant. Græcos enim & Arabes suos vbi non à recta philosophiæ semita videntur deuiare sequitur quidem, vbi autem male sensisse conuincuntur, pluribus atque ijs quidem validioribus rationibus insectatur. Quare Græcum, Latinum, aut Barbarum esse, neq; debet, neq; potest, claris hominibus præiudicare, derogareúe laudibus ipsorum. Constat autem Auicennam quanq; gręcas literas non tenuerit, magnopere tamen gręcę eruditionis peritos adamasse: atq; interpretum auxilio, magna diligentia, summoq; studio voluisse eos legendo & meditando imitari, sicut aperte colligi ex hoc opere potest, in quo locos ostendimus quos de græcis auctoribus transtulit, & sæpe interpretum culpa falsos detegit. licet & ipse lapsus interdum sit interpretum vitio, idq; in quarundam herbarum & animalium nominibus solummodo, à quibus cauere nemo valuisset, cum proprie verborum significationes simplici cognitione teneantur, & à solis linguarum peritis internosci queant: At ex pluribus vocabulis cõsurgentes sententię, etiam ab ignaris linguarum perpendi facile & argui queunt veritatem ne an falsitatem contineant, modo rerum peritiam, is qui indicat adeptus sit: itaq; dedimus operam vt quantũ in nobis esset hosce verborum lapsus emendaremus, vt in secundo & quarto huius voluminis libro apparebit: Ad hæc ingenui hominis esse non duco, quenq; in dicta causa condemnare, sicut veteratores isti planè faciunt, exclamantes opus istud legendum non esse, quòd multis abundet erroribus. nec aduertunt hunc librum multoties primo transcriptum, deinde impressum complures mendas contraxisse: id quod omnium antiquorum voluminum cõmune & peculiare esse vitium planè scimus.

Orationem nostram confirmat Andreas Bellunensis, qui diu in syria versatus cum sermonem Arabum assecutus esset, multa conquisiuit exemplaria manuscripta, è quibus integritatem scriptoris elicuit, atq; sic gloriæ suę posterisq; consuluit, vnde colligitur deprauationes, quæ superioribus annis in hoc codice reperiebantur, non auctoris culpa, sed scriptorum atq; impressorum negligentia irrepsisse, quas omnes sustulimus, insertis Andreæ Bellunensis annotationibus, tanquam ex antiquis exemplaribus acceptis. commonstratisq; græcorum aliorumq; Arabum locis à quibus eximius hic scriptor sumpsit, atq; singula ista loca à nobis longo magnoq; labore conquisita diligens lector in marginibus videbit, & ex eis fructum maximum capiet, nam & consensum diuersorum medicorum quod præclarum videtur intuebitur, & fidem indubitatam huic scriptori adhibebit, faciliusq; quid à quoq; dicatur intelliget: cognoscetq; semotis animi perturbationibus hunc tam præclarum ac propemodum vnicum medicinæ assertorem, immerito accusari, negligi, explodi: præsertim cum tam diligenter græcorum libros euoluerit: ac quod aliorum pace sit à me dictum, plęraq; melius intellexerit, quàm aliquot ętatis nostrę homines, qui sibi persuadent, se posse mundum suis modulis mensurare. Non desunt etiam qui obijciant quæcunq; sunt in hoc volumen collata, de aliorum scriptis surrepta fuisse, commodiusq; in proprijs auctoribus ea de causa legi posse. sed si quis rem diligentius perpendere voluerit, calumniam profecto istam non veram accusationem esse comperiet, quoniam vitio dari non debet, siquis ex alienis scriptis aliquid sumat, quod exornet, quod explicet, quod in ordinem redigat, quod deniq; suo loco restituat. minorum hæc diligentia potius est habenda quàm aut latrocinium aut furtum sit appellandum, licuit enim ac licebit semper antiquorum inuenta augere, excolere, & meliora reddere: Quòd si hoc vitio dandum esset: quis quæso hac tempestate magnus haberetur? quis non è priscis auctoribus in suos libros plurima transtulit? Ac ne è longinquo exemplum petamus, nonne mirabilis & excelsus Aristoteles ab antiquioribus se magnam partem eorum accepit, quæ ab ipso disseruntur? certe: At si (quod Deus & natura permittat) vita mihi per aliquot adhuc annos supererit, ostendam profecto singula singulis comparando, penè omnia, quæ in logicis physicis & metaphysicis ab eo tractantur, de Platonis Dialogis transumpta. An si extarent omnes medicorum libri qui Galenum præcesserunt, dubitaremus ex aliorum opibus ipsum se ditasse? Quid est in Hippocrate quod à Galeno non transcribatur? iam vero Dioscorides, Damocrates, Archigenes, Soranus, Asclepiades, & alij complures suismet verbis ab eo describuntur, Quare quod ab omnibus vsitatum est, & recte vsitatum, vitio verti non debet Auicennæ, si vniuersa quæ sparsim à Galeno tradita fuerant, in ordinem ac seriem optimam redigat, & tanto minus, quanto plures quam nunc habeamus Galeni libros excerpsit, qui funditus perijssent, nisi in hoc opus traducta migrassent: ex his quorundam malignitas seu potius cæcitas optime perspici potest, qui nõ aduertunt se dum huic scriptori detrahere cupiunt, ipsi Galeno quem plurimum amant, maledicere, nam omnia quæ in Galeno aceruata fuerant, hic suis in locis reposita, consistunt. non igitur vituperari potest Auicenna, Galenus autem commendari, cum vtriusque causa tam sit arctè coniuncta, quam coniunctissima. Quid? quod multa hic describuntur tam simplicia quàm composita remedia nondum à Græcis forsan animaduersa, sicut ex eorum libris colligi facile potest, in quibus nulla mentio de

tio de talibus medicamentis habetur, vti sunt SANDALI, CASIA, TVRBIT, MVSCHVS, aliaq́ꝫ quàm plurima, & tamen humanæ saluti tam necessaria sunt, vt sine ipsis recuperari sanitas vix queat. cuius rei argumento sunt Arabum inimici, qui languentes sine Arabum remedijs curare nesciunt: nec erubescunt eos damnare sine quibus medicina, si non imperfecta, certe horrida & formidolosa fuisset, quam ob rem deberent isti seposita maleuolentia, temeritate sciolorum quorundam excitata, potius Auicennam legere: & quæ ab eo dicuntur, attente considerare, quia non solum quicquid à græcis inuentum fuit, in ipso deprehenderent: sed multo plura etiam, vel certe meliora: neque enim sine causa institutum est à primis vsq; temporibus, vt in omnibus gymnasiis medicinæ candidatis auctor iste singulis annis, sine intermissione legeretur, explicaretur, disputaretur: ex hoc factum est, vt tot excellentes magistri tam multa in Auicennam excogitarint, sicut magnus speculator Gentilis, clarus expositor Iacobus, subtilis disputator Dinus, & alij plerique quos in præsentia commemorare nõ est opus, noti omnibus cum sint, atq; hi semper Auicennam tanti fecerunt, vt medicorum principem ipsum cognominarint. taceo reliquos huiusce scriptoris professores, qui sibi quidem summos honores compararunt, posteris autem ingentes opes reliquerunt. finem dicendi facerem nisi prætermittendum non putarem eximium hunc principem Auicennam, tanquam conuiuis coronam nobis exhibuisse, libellum non minus eruditum & argutum, quàm iucundum & vtilẽ, in quo naturam spirituum ac qualitates considerat, quibusúe de causis immutentur & agat: est autem spiritus vapor quidam è sanguine in corde genitus aere quidem crassior, vapore autem tenuior per quod tanquam idoneum instrumentum anima corpus administrat & agitat: Atque tam abditam materiam, tamq́ꝫ reconditam speculationem, nec antiquorum, nec recentiorum vllus attigit, vt solus hanc medicinæ partem, & inuenisse primus, & absoluisse solus, videatur: Adiecit postremo breue quoddam compendium, Cantica nuncupatum, in quo tanquam per principales sententias comprehendit omnia summatim, quæ tam ad partem totius operis speculatiuam quàm operatiuam pertinent: rem prorsus ad cognitionem & memoriam valde necessariam. nunc igitur instituto sermoni finem imponentes, euidentibus & claris argumentis probasse mihi videor, vniuersas illas conditiones quas à principio statim quærebamus in hoc pręstanti scriptore reperiri: Quocirca vos amantissimi filij & quicunq; alij nostra hęc legere non fuerint dedignati, hortor obtestorq́ꝫ, vt semper Auicennam in manibus habeatis, quia si ipsum etiam atq; etiam non canis more Nili aquam delibantis legetis, cõsiderabitis, ediscetis, tale in eo pabulum inuenietis, quo animus vester abunde saturari valebit, siue quid contemplari, siue operari voluerit: A' vobis autem dilectis filijs hoc etiam amplius postulo vt Auicennam ab inimicorum maledictis magno animo atq; omnibus viribus defendatis: meq́ꝫ vt par est patrem vestrũ aduersus illos protegatis, qui in me oblatrabunt, quòd huiusce doctoris patrocinium hac ætate potissimum susceperim, qua passim ab omnibus impugnatur, cum is tamen per se & tutus & munitus suis meritis esse debuisset, & sicut superioribus omnibus seculis ita hac etiam tempestate, celebratus. Valete.

PRINCIPIS AVICENNAE VITA

EX SORSANO ARABE EIVS DISCIPVLO

À NICOLAO MASSA, philosopho & medico latinitate donata.

Ad excellentiss. Thomam Cademustum Laudensem Summi Pontificis Pauli. III. medicum præstantiss.



ANdreas Alpagus Bellunensis, vir & moribus & doctrina nostra tempestate celeberrimus, ita sapientiam ad hominum vtilitatem adamauit, vt spretis (more antiquorum philosophorum) diuitijs ac proprijs commoditatibus, rerum veritati, generisq; humani cõmodis per totam ferè vitam studere voluerit. testes huius sunt, patria relicta, et nauigatio in Syriam: vbi, vt arabicã linguam addisceret, triginta & amplius annos commoratus diu & multum studijs operam nauauit, atque ita profecit, vt nõ pauca doctissimorum Arabum volumina in latinum sermonem conuerterit, ac etiam versa à prioribus fideliter castigauerit: inter quæ libros canonis Auicẽnæ viri non solum in re medica, sed in omni genere optimarum scientiarum inter primarios & principes merito collocandi, qui vndequaq; scatebãt erroribus, ad veram ipsius auctoris integritatem redegit, mutatis erratis, ac superfluentibus amotis, additisq;, vbi deficiebant, & verbis, & sententijs, vt non amplius in dictis grauissimi auctoris quis ambigere possit. Hos cũ pridem excellentissimus ac doctissimus Paulus Alpagus eius nepos, viro egregio, ac de literis & literatis benemerito Thomæ Iuntæ ad communem hominum vtilitatem imprimendos tradidisset, & arabica quædam scripta eius patrui reperisset, vbi præclari viri Auicennæ vita per Sorsanũ Arabem eius discipulum in quadam pagina arabicis characteribus ac idiomate scripta inerat, dolens mecum conquestus est, quod neminem, qui hanc Auicennę vitã interpretari posset, in hunc vsq; diem inuenisset. Ego vero, qui semper (vt decet) gloriam eminentissimorum virorum nõ secus ac propriam tueri consueui, cum inuenissem Marcum Fadellam Damascenum Venetorum mercatorum Damasci interpretem, atque operam dedissem, vt is verba Sorsani vulgari sermone exponeret, latinis ea mandare literis decreui. Atq; tuo in primis nomini doctissime ac præstãtissime Thoma Cademuste dicare volui, vt maiorem auctoritatem tuo fauore vẽdicare possint, cum nostris temporibus & moribus & doctrina inter medicos summus dicaris. Est enim laus nõ mediocris virorum doctorum atq; adeo etiam grauissimorum antiquos sapientes amore prosequi, ac de eorum laudibus, moribus, & doctrina testimonium apud omnes exhibere. Enimuero venerandum ac colendum inter omnes sapientes Auicennam esse semper censui, vtpote qui tot volumina atque eadem penè diuina in omni ferè genere scientiarum conscripsit, vt si omnes in eo, sicut par esset, illustrando tanquam de humano genere benemerente curam omnem impendere vellent, nunquam satisfacere eius manibus possent. Quis vero Dij boni antiquorum scriptorum acutius, accuratius'ue, aut accumulatius doctissimo Auicenna de omni genere scientiarũ, & prę sertim de re medica conscripsit? nempe solus Auicenna compendiosam medicinam nihil relinquens compleuit: neq; præstantiorem quenquam facile inuenire posses, qui (vt Sorsanus Arabs, qui ex dispulis Auicennæ fuit, refert,) volumina permulta perscripsit, quæ vtinam omnia haberemus: sed de his satis. Nunc vero ad Sorsani enarrationem conuertamus orationem. Porrò hæc nõ iniucunda legentibus, sed conducibilia fore censeo, cum, & si longiuscula sint, ea tamẽ contineãt, quę & attentum, et docilem, ac beneuolum reddere lectorem possint. Nam quibus medijs ad apicem sapientię Auicenna ascenderit, ostendit, quibus etiam dignitatibus honestatus fuerit, quales principes, & reges, amicos habuerit, & etiam quantis diuitijs abundauerit, quæ omnia ad sapientiæ amorem homines accendunt. Ac ne forte quis de nomine sapientissimi viri hæsitet, operępretium mihi visum est primum quædam de nominis Auicennę declaratione præponere, quę à doctissimo Andrea Alpago in præfatione interpretationis nominum Arabum animaduersa sunt, cum titulum librorum canonum exponit, quæ sic ab eo habẽtur. Liber canonis in medicina quẽ Princeps sapientissimus philosophus Abuhali, Alhasen, Ebenhali, Ebensina composuit. Ex quibus clarum est nomen Auicennæ apud Arabes, his dictis nominibus nominari, quæ nomina sic interpretantur: Pater Hali, Alhasen filius Hali, filij Sina. Ex qua nominum declaratione constat nomẽ Auicennæ inditum fuisse ex corrupta illa dictione, Ebensina, mutatis literis prioribus. Et quanquam plures, qui titulum librorum canonum exposuerunt, aliter interpretati sint, nihilominus maiorem fidem interpretationi Andreæ Alpagi viri in arabica lingua, præter cæteras doctrinas, exercitatissimi, adhibendam esse censui, quàm reliquis: quoniam non nisi à doctissimis Arabibus tum Auicennæ discipulis, tum interpretibus fide dignis accepit, nobisq; tradidit.

AVICENNÆ igitur genitor fuit Hali, qui fuit Persa, quod constat ex narratione Sorsani, & etiam ex multis quæ passim per volumina ab ipso Auicenna scripta inuenies, & præsertim ex capite

pite

pite tertio doctrinæ secundæ, fen secundæ, primi canonis, vbi ostendit quomodo radij solares suã respiciant regionem, & etiam ex capite de tereniabin, secundo canonis, & ex processu capitis primi sexti de animalibus. Hali ergo Persa ex oppido Belch fuit, qui cum Bucharã se contulisset tẽpore quo inuictissimus Nuch filius victoriosissimi Regis, ciuitati Corrasan dominabat̃, præfuit in villa Carmin negocijs Principis. etenim Carmin villa egregia inter cæteras villas Bucharæ est. huic vero villæ prope erat villa Aufsene, in qua Hali Citaram in vxorẽ accepit, ibiq; Citara duos peperit filios, Auicennam scilicet primo genitum, & alterum secundo genitum. Igitur Auicenna Persa ac de numero sapientum philosophorum sub Maomethis lege fuit ex iam nominatis partẽtibus. Postquam vero Citara secundum peperit filium, Hali Bucharam ciuitatem vna cum vxore & liberis se contulit, Auicennamq; præceptori docendum tradidit, qui puer adhuc, adeo acutissimi ingenij fuit, & virtutum amore adeo inflammatus ac sedulus in studendo, vt dum adhuc ætatis decimum annum ageret, tantum in literis profecerit, vt omnibus admirabilis videretur. Etenim cum etiam tunc eius genitor menphiticis cantoribus, & aliarum sciẽtiarum viris doctis delectaretur, & illos vna cum filijs conueniret de moribus & rebus memphiticis colloquentes, quibus ipse mirum in modum delectabatur, Auicenna dicta omnia non tãtum audiebat, verum etiam tenaci memoriæ mãdabat. Sępe etiam in colloquijs, de philosophia, de architectura, ac etiã de iudicis computationibus sermo inter ipsos erat, quas scientias iam ipse Auicenna ab illis discere cęperat. Sed cum deinceps, Hali Bucharam rediisset, Natalinum virum philosophum in domũ accepit, hac scilicet spe ductus, vt ab ipso, Auicẽna edoceretur, sub qua præceptoris tutela ita tam in grammaticis, quam in rhetoricis profecit, vt nulla esset in huiuscemodi scientijs dubitatio, quã non facile declararet, ita vt Natalinus vir philosophus responsiones eius admiratus, fateretur se nusquam ab aliquo tam arguta & docta audiuisse: superabat quidem & elegãtia & doctrina omnes, præceptore melius etiam respondendo. Cœpit post hæc dialecticis studere vna cum Natalino præceptore, quæ cũ ardua essent & minime à Natalino intelligerentur, Auicenna solus libros dialectices & expositores legere statuit, sicq; quamdiligentissime dialecticam didicit. Voluit etiã & libris Euclidis studere, quos quinquies lectitauit, nec solum hos libros sine præceptore legere voluit, sed diuersa ac plurima alia volumina, inter quæ de vero & falso summa cum diligentia studuit. Dein ad naturalem & supernaturalem vna cum eorum interpretibus non sine maximo studio se totumconuertit, ex quibus portæ scientiarum sibi adapertæ fuere. Erat quidem Auicenna tantę animi atq; ingenij magnitudinis, vt nihil non experiri cuperet, quod ad hominis perfectionem faceret. quapropter, quotquot medicinæ libros habere potuit, eos omnes diligenter perlegere voluit: aiebatq; medicinæ scientiam minime difficilem esse, cum eam breui quidem tempore perfecte complexus esset, adeo vt medici seniores eum de medicina loquentem libentissime audirent, ac ad omnes ægrotos vocarẽt. Cumq; adhuc annos sexdecim natus esset, & incredibili teneretur amore & desiderio scientiarum, & iam plurima expertus esset, iterum dialecticis et naturali scientiæ per annum cum dimidio operam nauauit, tanta pertinacia, vt neque per id tempus integram quieuerit noctem. Die vero omnẽ curam studijs adhibebat. Quod siquid inter studẽdum aut pulchri aut boni animaduerteret, erat in promptu papyrus in quo omnia selecta scribebat, ac etiam multa propria inuentione fauente Deo componebat. Præterea fuit Auicenna vir religiosissimus, misericors, & iustus, iucundus, & timens Deum, gratias illi in omnibus semper agendo, ac eius auxilium continuo implorando, quod neminem latere iudico, qui scripta ipsius aliquando legerit. Nempe si aliquando (vt Sorsanus refert) rem arduam ac difficilem ei legere cõtigisset, quæ studendo animum defatigaret, vnicus hic sibi modus laxandi animum fuit. Nam à lectione fessus mane templum ingrediebatur, & facta Deo oratione, vesperi domũ reuertebatur, et accensis luminibus assidue studijs incumbebat. Quod si eum vigiliæ defatigassent, & lassum reddidissent, vini cyathum ad virium instaurationem bibere solebat, deinde ad consueta studia reuertebatur. Sæpe etiam somniare arduas difficultates solebat, quas etiam dormiens denodabat, & expergefactus optime soluisse cognoscebat. Voluit igitur dictas omnes sciẽtias complecti, neq; quidquam quod homines naturali ingenij lumine cognoscere possunt, prætermisit. Primum ad dialectices, naturalium & metaphysicalium cognitionem animum destinauit, ac in eis profecit. Sed cũ ad res metaphysicales conuertisset studium, & earum subtilissimas inquisitiones minus intelligeret, totum librum illius scientiæ quadragesies perlegens, eum memoriæ mandauit, neque ob id supernaturalia illa penetrare potuit. quocirca desperatione addiscendi illam scientiam ductus, eã dimittere statuit, vti prorsus imperceptibilem. Verum cum certa die forte fortuna ad forum mercatorium profectus esset, essentq; ibi venales libri, qui de more plura offerenti auctionabantur, præco qui eos vendebat, viso Auicenna attulit ei librum quendam, cui Auicẽna se minime eum velle emere dixit, cum nihil ex eo addiscere speraret. instabat tamen præco vt eum emeret, præsertim cum vili precio eum habere posset: aiebat enim se daturum tribus denarijs: quo stimulo præconis adductus librum emit. Erat quidem liber quem Albumazar Alpharabius in declaratione diuinæ scientiæ scripserat. hunc librum cum primum legisset, mox illis quæ iam memoriter didicerat, multa intelligere cœpit. Quare vehementer gauisus est. Cumq; vir esset religiosus, & misericors,

ricors,Deo imprimis gratias egit,mox ſequenti die pauperibus multas largitus eſt eleemoſynas, & amore dei,& etiam ad eius honorem cuius erat liber emptus.Proficiebat Auicenna,& doctri-na,& auctoritate,& fama,& non immerito,cum omnes iam dictas ſcientias ætatem decē & octo annorum agens didiciſſet,ita vt per vniuerſam regionem celebraretur. Quare cum tempore illo Nuch inuictiſſimus filius victorioſiſſimi Regis,Bucharæ dominaretur, & laboraret morbo ma-ximi diſcriminis,adeo vt medici omnes de eius ſalute iam deſperarent:iuſſit Auicēnam ad ſe ac-cerſiri,qui tandem ad Regem profectus eſt,ac vnà cum illis qui aderāt medicis prius collocutus, medelam domino præſtitit. Cum vero teneretur ſtudendi medicinæ ardenti deſiderio, rogauit illuſtrem dominum,vt eum in Regiam bibliothecam admitteret:etenim in ipſa capſæ quamplu-rimæ plenæ antiquorū auctorum libris erāt, quorum multos vidit quos antea minime viderat, neq; nominari audierat,ex lectione quorū multa vtilia didicit. Erat ei vicinus vir quidā Abuel-chezin el larudi nomine,cuius precibus librum communem ad omnes ſcientias mira quidem do ctrina,& ornatu compoſuit,non tamen in eo,quæ experientia cognoſcuntur,ſcripſit. Dum vero iſta ſcriberet Auicenna,annum vigeſimum primum ſuæ ætatis agebat. Erat & alter ei vicinus q Abubach el Barche vocabatur, ad preces cuius nō tantum librum de demonſtratione cōſcripſit, qui viginti libros continebat, ſed etiam librum cuius titulus de gratia & ſatisfactione erat, poſt quorum compoſitionem,Hali pater doctiſſimi Auicennæ ſuum obijt diem.Defuncto patre,cœ-pit Auicenna negocia Principis tractare. Primū è Buchara diſceſſit,& Carnes ſe contulit,ſubin-de Barud petere ei neceſſum fuit ac è Barud Intrizit,deinde Ciminat petijt,et inde in Sarzet,quę eſt vltima pars confinium Coraſani,deinde ad Sorzanum,et etiam ad Deheſtem Perſarum regio nem profectus eſt,ibiq; grauiſſimo laborauit morbo:deinde Sorſanum reuerſus eſt, quo in loco & tempore, libellum de principio & reditu ſcripſit, compoſuitq; librum de vniuerſa magia,quā occultam vocant philoſophiam,etiam multa alia volumina hic ſcripſit,inter quæ libros canonis, & abbreuiationes veri & falſi,ac etiam alios tractatus literis mandauit. Reliqua vero volumina in montanis conſcripſit.Poſtquam vero è montanis diſceſſit, venit Eleram, hic Principem inue-nit laborantem melancholia,quem ſanitati reſtituit.per quod tempus libellum Almahad, id eſt de loco animarum poſt ſeparationem à corpore compoſuit. Cum vero cogeretur hinc diſcedere inſtantibus proprijs quibuſdam negocijs,venit Cazin,ac inde Abdam profectus, ibi Principem illuſtriſſimum colicis doloribus laborantem inuenit, ac eum ſanauit: qui Princeps, præterquam quod plurima Auicennæ munera dedit,eum etiam in primarium & honoratiorem conſiliarium inter omnes elegit. Ibique à Sorſano diſcipulo rogatus,vt librorum Ariſtotelis expoſitiones ſibi tradere vellet,ſcripſit librum rerum naturalium,quæ manifeſte veræ,ac notę ſunt:cœpit etiam li-bellum de tuenda valetudine ſcribere.Et quoniam multis detinebatur negocijs, ſiqui aliquid ab ipſo diſcere cupiebant,qui certe multi erant,nocte ad eum accedebant. vbi poſtquam lectionem declarauerat,muſicę,epulę,& potus mox accedebant,ita vt nō ſine maxima voluptate cum Aui-cenna diſcipuli commorarentur. Deinde præſtantiſſimus Auicenna vna cum fratre, & Sorſano diſcipulo ac duobus ſeruis,ex Abdan diſceſſit, indutus ſacerdotali veſte Perſarum, & Aſpeham profectus eſt.Cumq; intellexiſſent quidā viri grauiſſimi eius amici & ſocij & apud Iſphecā Prin-cipem primarij aduentum Auicennæ,læti obuiam ei venerunt, eumq; honoratiſſimo hoſpitati ſunt hoſpitio:ſimiliter & Princeps benigne & honorifice eum recepit, ac primarios doctores vt coram ipſo diſputarent,conuocauit,quibus omnibus Auicenna reſpondebat. Atq; hoc in loco commorans,libellum de tuenda valetudine compleuit, addiditq; ei correctionem errorum, qui in regimine ſanitatis fiunt,cum nullus ante ipſum hoc fecerit:dialecticamq; ac de vero & falſo cō pleuit:poſtq; ſcripſit abbreuiationes librorum Euclidis,& mathematicarum,& etiam Alchimię. addidit etiam operi de vero & falſo capita decem contradicentia Mamandari:in fine cuius,orbis geographiam ſcripſit:addidit etiā libris Euclidis duos valde opportunos ordines, & ſenſus egre-gios in metaphyſicis:adiunxit quoque libro Alchimiæ duos quæſtionis & inquiſitionis modos, quos ſapientes antiqui prætermiſerant:librum etiam de animalibus & plantis compoſuit. Cūq; cum Rege illuſtriſſimo Semſaledule,de ſcientijs magicis,& aſtronomicis colloqueretur, Semſa-ledule Rex,vt daret operam huiuſcemodi ſtudijs Auicennæ ſuaſit, quæ ſtudia maxima diligētia proſecutus eſt,atq; vt ea perficeret,impoſuit Sorſano diſcipulo, vt opportuna illis ſcientijs inue-niret inſtrumenta.ſicq; vnà cum Sorſano per decem annos cognitioni ſtellarum & ſiderum ſtu-duit.attamen Auicenna qui omnia & intelligere & facere potuit,inſtrumēta omnia proprijs ma-nibus parauit,quæ nullus antea præparauerat.Dum vero huiuſmodi ſtudijs operam daret,abbre uiationes quaſdam in iſtis ſcientijs comprobatas experimento collegit, cogitabatq; eas libris ca-nonum addere,quod minime exequi potuit:etenim cœpit malo affectu in capite laborare: vnde timēs ne forte ex illo tumor pręter naturam ſuboriretur,qui poſſet eum etiā perdere, iuſſit appor tare niuem,qua in panno lineo poſita caput ipſa circundedit,ſicq; ſanitati reſtitutus eſt.Erat qui-dem Auicenna vir fortis qui minime à venereis abſtinebat:quare cum ſe ob hanc cauſam imbe-cillē ex reſolutione cognoſceret,ab omni medicamine expurgante,& ſoluente ſemper abſtinuit. Vnde factum eſt vt cum eſſet cum illuſtriſſimo Rege in exercitu, inciderit in vehementiſſimos dolores colicos,ac cum ſuſpicaretur ne forte aliquid accidere poſſet quo cogeretur ſe dare fugæ,

vna

vna die octo clysteres sibi imponi voluit, ex quorũ caliditate et frequenti administratione subor ta est intestinorum exulceratio: postea cum rediret cum Rege illustrissimo, incidit in morbum comitialem: etenim morbus hic dolores colicos insequebatur. Medebatur igitur intestinorum excoriationi clysteribus refrigerantibus: sed doloribus colicis calidis medicinis in clysteribus additis, iussit enim, vt drachmas duas seminum apij, vt ventũ causam doloris discuterent, in clysteribus poni: sed serui qui illi inseruiebant, drachmas quinq; posuerunt: ex qua maiori quantitate quæ nimium calefaciebat, aucta est exulceratio. morbo vero comitiali mithridatica confectione auxiliabatur: at serui clam notabilem opij quantitatem mithridaticæ confectioni admiscuerũt: qui, quoniam Auicenna seruis male comminatus erat, vtpote qui non recte in suis rebus se gessissent, eũ odio & insidijs prosequebantur, ita vt mortem ipsius ob id procurarent, sicq; istis medicinis accelerarint. Cumq; Auicenna ita male haberet, per lecticam iumentis additis, eum, Isphechã Aspeã duxerunt, ibiq; optimo regimine indicto melius valere cœpit. atq; aliquãdo Regem Semsaledule inuisebat. sed cum minime à venereis abstineret, nunc in melius, nunc in deterius prolabebatur. Cumq; iterum à Rege vocaretur, in eundem incidit morbum. quare Medenam venit, vbi cũ vires suas iam imbecilles cognouisset, ab omni medicinali regimine se abdicauit: aiebat nanq; virtutem rectricem plane eum destituisse, ita vt nihil sibi profuturum ad salutẽ sperare posset. Itaq; Auicenna in primis animam Deo cõmendauit, deinde iussit bona sua pauperibus distribui, seruosq; qui aderant, libertate donauit. Obijt diẽ suum, die veneris, vesperi, mense Rhamadan Maomethanorum, Anno à fuga Maomethis. CCCCXXVIII. qui cũ ortus esset Anno CCCLXX. post Maomethis fugam, vixit annos quinquaginta octo. sepelierunt eum in ciuitate Chemedan, & ibi vsq; in hodiernũ diem eius extat monumentum. His omnibus Sorsanus testatus est se interfuisse, & etiam Auicennam audiuisse, cum esset Sorzani, & de vero & falso legeret, ac etiã dialecticis studeret. Quæ si colligere breuiter volueris, hæc ferme sunt. Nomen in primis Auicenę, nomen parentum, patria, educatio, præceptores, disciplina, addiscendi modus, negocia ingentia, sub qua lege vixerit, qualem habuerit religionem. Item sapiẽtia, & doctrina, discipuli, & cum eis, & alijs, comitas, affabilitas, ac honestæ voluptates, disputatio, Quod preterquã quod medicinam compleuerit, etiam medelam fœliciter, & nõ sine maximis honoribus, & muneribus exercuerit, Diuersarumq; ciuitatum, & regionum peragratio, Cum principibus, & Regibus familiaritas, Et etiam quibus dignitatibus Reges eum honestauerint, Quæ volumina scripserit, quibus locis, & quo tempore. Et eius mira ac potius diuina in componendo facilitas in omni scientiarum genere, Quibus laborauerit ægritudinibus, quibusq; medelis vsus fuerit, Quo loco obierit diem suũ, & quo tẽpore, quoq; etiam loco sepultus fuerit, Quibus post eius vitæ cursum bona sua reliquerit. Quæ omnia in sapientissimi viri honorem, et etiam ad excitandos animos illorum conscripsi, qui rerum cognitione, doctrina, & sapientia delectantur: & hoc sub tuo præcipue nomine, præstãtissime ac doctissime Thoma Cademuste latinis literis mandare volui, ac libris canonũ addere, cum semper te non solum sapientiæ amatorem, sed acerrimum doctissimorum antiquorũ fautorem & amplificatorem cognouerim. Sit interea fœlix tua Excellẽtia vt optat. Venetijs Calen. Martij M. D XLIIII.

Typographus lectori.

Sed quoniam de Auicennæ natiuitate HIERONYMVS RHAMNVSIVS celebris Medicus qui ex Arabico in latinũ sermonem Auicennæ librorum magnã partem superioribus annis Damasci accurate conuertit, ab SORSANO Arabe, ipsius Auicennæ discipulo qui illius vitam confecit, quam Nicolaus Massa ex Arabico translatam postea latine conscripsit, differre admodum videtur: eam nos Rhamnusii supputationem in eruditorum, atq; eorũ maxime gratiam quibus iuxta annos Hegiræ, quæ secundum Arabas est fuga Mahometis, hanc rationem in hoc vsque tempus inire libuerit, hîc breuiter describendam iudicauimus.

Is in suo Auicennę codice quem arabice prius ex antiquissimo exemplari descriptum, latinitate donauit, et apud illius hęredes VENETIIS etiamnum superest, isthæc ipsa propemodum verba refert.

Damasci 1484. Nouembris x. Rhamn.

سعڧ idest 373. nam س significat 300. ع 70. & ڧ significat 3. Quare Abuhali, quem nos dicimus Auicennam, natus est annos 373. à fuga Mahometis. nã habent nunc illi pro suo millesimo, annos 890. à fuga Mahom. nos autem a Christo nato 1484. Annus horum constat ex duodecim Lunę cursibus: vnde fit vt eorum annus sit minor nostro, circiter diebus nouem. Atque hæc Rhamnusius.

LIBER CANONIS IN MEDICINA

QVEM PRINCEPS SAPIENTISS. PHILOSOPHVS ABVHALI ALHASEN, FILIVS HALI EBENSINA COMPOSVIT

à Gerardo Carmonensi in Toleto ex Arabico in Latinum translatus

Castigationibus, quas olim ANDREAS ALPAGVS BELLVNENSIS *Philosophus & Medicus Clarissimus, ex complurium Codicum Arabicorum collatione in margine posuerat,* NVNC PRIMVM *Acri iudicio suis locis insertis: Quamplurimis etiam alijs nouis correctionibus in margine additis, Demostrati sunt etiam loci, in quibus ipsemet autor eandem sententiam repetit: & demum quicquid ab Aristotele, Hippocrate, Dioscoride, Galeno, Paulo, Aetio, Alexandro Serapione, Rasi, Haliabate, Alsarabio, in suum opus transtulit:*

BENEDICTI RINI VENETI PHILOSOPHI ET MEDICI PRAESTANTISSIMI, MAX. LABORE ET DILIGENTIA.



N primis Deo gratias agamus, sicut sui ordinis celsitudo & beneficij ipsius multitudo meretur, cuius misericordiæ super omnes prophetas existunt. Et post dicam, quod quidam de melioribus amicis, quos habere videor: cui in omnibus pro quibus me deprecatus fuerit, satisfacere debeo: de re, quam possum me rogauit, vt ei librum de medicina faciam, eius regulas vniuersales & particulares taliter comprehendentem: vt explanatio cum breuitate in eo coniungatur: & secundum plurimum, afferam quantum est afferendũ de declaratione in verbis paucis. Quod equidem concesi. Et mihi placuit vt in primis loquerer de rebus communibus & vniuersalibus vtriusque partis medicinæ, theoricæ videlicet & practicæ. Postea vero loquerer de vniuersalibus iudiciorum virtutum medicinarũ simplicium. & post hæc de particularibus eorundem. Deinde loquerer de ægritudinibus, quæ in vnoquoque contingunt membro. Prius tamen incipiam ab anatomia illius membri, & eius iuuamẽto: de anatomia. n. simplicium membrorum: & similiter iuuamentis in libro primo vniuersali, iam tunc locutus ero. Cum autem membri anatomiam consummauero, in quampluribus locis demonstrare incipiam, quomodo eius conseruetur sanitas. Deinde sermone absoluto, ostendam eius ægritudines vniuersales, & causas, & semitas cognoscendi eas: & vias eas medicãdi in sermone etiam vniuersali. Postquam autem has res vniuersales expleuero, ad ægritudines redibo particulares: & in quampluribus earum etiam, demonstrabo in primis iudicium vniuersale in eius diffinitione, & ipsius causis, & significationibus: deinde ad iudicia reuertar particularia. Post ostendam regulam vniuersalem in medicando. Deinde descendam ad medicandum particulariter cum vnaquaque medicina simplici aut composita. Ad illud autem, quod prius dicam de iuuamentis medicinarum simplicium in ægritudinibus, in libro medicinarum simplicium in tabulis pictis: quas bonum est fieri: sicut in disciplinæ modo aspicies, cum ad ipsum peruenies, non reuertar ad dicendũ nisi modicam rem. De medicinarum quoque compositarum, quæ mihi videbuntur in antidotario melius ponendæ, iuuamentis, & quomodo misceantur, vsque ibi loqui dimittam. Placet autem mihi, vt postquam hunc librum consummauero: alium librum componam de rebus particularibus, quæ proprie nominantur ægritudines non appropriatæ vni soli membro, in quo etiam de decoratione loquemur: & in hoc libro eo calle procedam, quo in libro particulari, qui est ante ipsum processi. Quòd si mihi Deus auxiliatus fuerit, & hunc consummauero librum, addam postea in vno libro antidotarium. Non est autem bonum, vt huius libri plurimum non sit apud vnumquẽque. & in eius memoria, qui huius doctrinæ nomine vocari, & per eam lucrari desiderat: minus nanque quod medico necessarium est, comprehendit: quod vero super ipsum additum est: incomprehensibile est. Quòd si Deus meum prolongauerit terminum: me ad illud præparabo præparatione secunda. Nunc autem hunc componam librum: quem in quinque sic diuidam libros.

Libri primi sunt quatuor fen.

Fen prima, est de diffinitiõe medicinæ, & sub-

Doctrina

Fen autem tertiæ est capitulum vnum, & doctrinæ quinque.

DOCTRINÆ I. *quæ est de nutritione, sunt quatuor capitula.*

DOCTRINA II. *est de regimine, quod est cōmune albaleghin.*i.his, quę ad ętatem peruenerunt, vt sint apta coire, *cuius. xvij. sunt capitula.*

DOCTRINA III. *est de regimine senum, cuius sunt sex capitula.*

DOCTRINA IIII. *est de regimine quorūcunq; corporum, quorum complexio non est bona, cuius sunt quinque capitula.*

DOCTRINA V. *est de mutationibus aeris, cuius est unum capitulum & una summa.*

summa est de regimine præseruatiuo, cuius sunt octo capitula.

Fen vero quartæ, sunt.xxxi.capitula.

Omnia igitur capitula huius primi libri sunt ducenta sexagintatria.

Fen prima, doctrina prima, libri primi, De diffinitione medicinæ.



ICO, ꝙ medicina eſt ſciẽtia, qua humani corporis diſpoſitiones noſcuntur, ex parte qua ſanatur, vel ab ea remouetur, vt habita ſanitas conſeruetur, & amiſſa recuperetur. Poteſt autẽ aliquis dicere, ꝙ medicina diuiditur in theoricam et practicam: ſed tu totam ipſam poſuiſti theoricã: cum dixiſti, ꝙ eſt ſcientia. Nos autem reſpondebimus tũc, & dicemus, ꝙ artium quædam eſt theorica, & quædam eſt practica: & de philoſophia, ꝙ eſt theorica, & practica: & de medicina, dicitur, ꝙ eſt theorica, et practica. In vnaquaqꝫ autem harum diuiſionum, aliud volumus dicere, cum dicimus theoricam: & aliud, cum dicimus practicam: non tamen nobis neceſſe eſt declarare diuerſitatem, quæ inter eas exiſtit, niſi in me-

B dicina. Cum ergo de medicina dixerimus, ꝙ eius eſt theorica, et ex ea eſt practica: nõ eſt exiſtimandum, ꝙ velimus dicere, ꝙ vna diuiſionum medicinæ eſt ſcire: & altera operari: quẽadmodum multi hunc locum perſcrutantes exiſtimant: ſed debes ſcire, ꝙ illud quod volumus eſt aliud: & ꝙ nulla duarum diuiſionum medicinæ, eſt niſi ſcientia: ſed vna earum eſt ſciẽtia principiorum: & altera eſt ſcientia modi vel qualitatis operandi. poſt vero primam earum noĩe ſcientiæ, aut theoricæ appropriauimus: & alteram appropriauimus nomine practicæ. Per theoricam vero ipſius [a] intelligimus illam, cuius doctrina confert ad ſcientiam tãtum, abſqꝫ hoc, ꝙ dirigat ad declarandum qualitatem operandi ſeu operationis: ſicut dicitur in medicina, ꝙ gñа febrium ſunt tria, & complexiones ſunt nouem. Et per practicam ipſius volumus, nõ operationem in effectu: neqꝫ [b] inceptionem vel actũ motionum corporearum: ſeu neqꝫ aggredi vel promoueri ad actiones corporeas, ſed diuiſionem ſcientiæ medicinę, cuius doctrina confert ad acquirendum ſcientiam vel ſentẽtiam, à qua quidem ſcientia vel ſententia dependet qualitas, ſeu modus operandi. [c] Sicut dicitur in medicina, ꝙ apoſtematibus calidis adhibenda ſunt in principio, quæ repellant, & infrigident, & inſpiſſent: & poſtea repellentia, cum [d] mollificantibus permiſcebimus: deinde poſt ſtatum, in declinatione erimus contenti mollificantibus reſolutiuis. Præter ꝙ̃ in apoſtematibus quæ ſunt de materijs, quas membra expellunt principalia. Hæc igitur doctrina confert in ſcientiam vel ſententiam, quæ eſt declaratio

C qualitatis, vel modi operandi. Cumqꝫ duas diuiſiones ſciueris, iam ſcientiam ſcientialem, & ſcientiam operatiuam adeptus eris, etſi nunq̃ operatus fueris. Neqꝫ etiam aliquis dicere poteſt, ꝙ diſpoſitiones corporis humani ſunt tres, ęgritudo, ſanitas, & diſpoſitio, quę non eſt ſanitas neqꝫ ægritudo: cum tibi duæ ſuffecerint. poſsibile nanqꝫ eſt, vt cum huiuſmodi contradictor bene conſiderauerit, non inueniat vnam duarum rerum eſſe neceſſario: videlicet, neqꝫ hãc trinitatem eſſe: neque ꝙ eã dimiſerimus. Amplius ſi hæc trinitas neceſſaria fuerit, quòd diximus remoueri à ſanitate colliget infirmitatem, & diſpõnem tertiam. quam ipſe poſuit: cui quidem diſpoſitioni tertiæ non conuenit diffinitio ſanitatis, [e] quę eſt habitus aut diſpoſitio, ex qua opationes ſubiecti ipſius ſanæ proueniunt, neqꝫ aſſerit eam huius diffinitionis oppoſitum, niſi cõtradictor ſanitatem diffinierit, quẽadmodum deſiderauerit, & poſuerit in ea conditionem, qua non indiget. Præterea, cũ medicis in hoc nõ litigemus: neqꝫ.n.ſum, q̃ cũ eis in hmõi diſputare debeã: neqꝫ litigium hoc eis, neqꝫ illis, qui contra eos ſunt, in medicina auxiliabiť: huius.n.rei certitudo alterius doctrinę principijs pertinet.

A Ga.li.7.đ decret. Hip. & Plat.c.2.e

B Fẽ.3.c. 1.

C Fen.4.c.1. &.c. 25.& Fen. 3.4. t. 1. c.3.

D L.4.F.3.t.1.c.3. & Gal.6.de medic. compõne.c.1. h

E Fen.2.doct. 1. c. 2.& Gal.li.1.de ſan. tuen.c.5.a

De ſubiectis medicinæ. *Cap. I.*

QVoniam medicina corpus humanum ex parte vnde ſanatur, & à ſanitate remouetur, conſiderat: & cuiuſqꝫ rei ſcientia non acquiritur, neqꝫ completur cum cauſas habuerit, niſi per ſui cauſas ſciatur: ergo debemus in medicina ſcire ſanitatis & ęgritudinis cauſas. Et quia ſa-

D nitas & ægritudo & earum cauſæ plerunqꝫ ſunt manifeſtæ: plerunqꝫ occultæ, quæ non ſenſu, imo per ſignificationes accidentium comprehenduntur: quare oportet etiã in medicina ſcire accidentia, quæ in ſanitate accidunt & ægritudine. Iam autem [f] declaratum fuit in ſcientijs veridicis, ꝙ rei ſcientia, non acquiritur niſi per ſcientiam cauſarum & principiorum ipſius, ſi cauſas habuerit, & principia: & ſi non habuerit, non completur: ſeu non acquiritur, niſi ex parte ſciendi eius accidẽtia & concomitantia eſſentialia. Cauſarum vero quatuor ſunt ſpecies: materiales, efficiẽtes, formales, & finales. Cauſæ vero materiales, ſunt res ſubiectiuæ: in quibus fundatur vel inuenitur ſanitas: & ægritudo, ſubiectum quidem propinquum membrum & ſpiritus. ſubiectum vero remotum: ſeu longinquum, humores: & eis longiora ſunt elementa. Et hæc duo ſunt ſubiecta, ſecũdum compoſitionem: licet ſint etiam cum alteratione: & vnumquodqꝫ quod ſic ſubijcitur in cõpoſitione eius: & alteratione ipſius, ad aliquam peruenit vnitatem. Et hęc vnitas, ad quam huiuſmodi reuertitur multitudo: aut eſt complexio, aut forma. cõplexio vero, eſt ſm alterationem: & forma ſm compoſitionem. Efficientes autem cauſæ, ſunt cauſæ permutantes, & conſeruantes humani corporis diſpoſitiones, ſicut ſunt aeres: & quæ eis continuantur. & comeſtiones: & aquæ, & potus, & quæ eis continuantur: & euacuatio, & retentio, & regiones, et ciuitates: & loca habitabilia, & quæ eis con-

F Ab Ariſt. 1.phy. ĩ prĩcipio pœmij.

tinuatur:& motus,et quietes corporei,& animales.& ex eis sunt somnus & vigiliæ:& alteratio in E ætatibus:& diuersitas in eis:& in generibus,& in artibus:& in cõsuetudinibus,& in rebus,quæ in humano supueniunt corpore ipsum tãgentibus, siue sint cõtra naturã, siue nõ sint contra naturã. Formales vero causæ, sunt cõplexiones & virtutes,q̃ post eas eueniũt,& cõpositiones.Causæ aũt finales sunt operationes. Et in scĩa quidem operationũ est sciẽtia virtutum proculdubio. & scientia spirituum deferentium virtutes.quemadmodum [g] nos declarabimus.Hæc ergo sunt subiecta artis vel doctrinæ medicinalis:ex parte qua,vel ſm,quod ipsa est perscrutatio de corpore humano qũo sanatur aut infirmatur.Ex parte autem complementi istius perscrutationis,quæ est vt sanitas cõseruetur & ægritudo remoueatur,oportet vt sint ei etiam partes ſm causas istarum duarum dispositionum,& sua instrumenta.Et huiusmodi quidem causæ sunt regimen cũ comestione & potu:& electio aeris:& mensura motus & quietis:& medicatio cum medicina:& medicatio manualis.hoc autem totum apud medicos est ſm tres species:sanorum,& ægrorum, & mediorum quos [h]modo nominabimus:et dicemus,qũo connumerant media inter duas diuisiones,inter quas non est medium in veritate.Et postq̃ iam diuisimus has causas,tunc iam collectum est nobis, ꝙ medicina tractat de elementis:& complexionibus,& humoribus,& membris simplicibus & compositis:& spiritibus:& virtutibus eorum naturalibus,& animalibus,& vitalibus: & operationibus: & dispositionibus corporis,s.sanitate:& ęgritudine:& medio:et causis earum.s.comestione & potu: F & aeribus:& aquis:& regionibus & locis habitabilibus:& euacuatione:& retẽtione:& artibus:& cõsuetudinibus:& motibus:et quietibus corporeis:& aĩalibus:& ætatibus:& generibus:& extrinsecus accidentibus,quæ corpori eueniunt ex rebus extraneis:& regimine cum comestionibus & potibus:& medicinis:& manuum operationibus ad sanitatem cõseruandam:& vnamquãq; ęgritudinem medicandam.Harum vero rerum,quædam sunt, de quibus medico nihil aliud est agendum, nisi vt apprehẽdat:seu cognoscat,quid sit, vel earum essentiam apprehensione scientiali: & vtrum sint vel non sint,doctori sapientię physicalis credat.Et earum sunt,de quibus in sua arte ratiocinari debet.Quæ ergo earum sunt sicut principia,vtrum sint vel nõ sint,credere debet.[i] Scientiarum nanq; particularium principia credita recipiũtur:& in alijs scientijs, quæ ſm ordinem sunt ante eas ratiocinantur:& ita fit donec scientiarum oĩum principia ad philosophiam primam, quæ metaphysica nuncupatur eleuentur.Cumq; aliquis medicorum loqui inceperit, & affirmare elementa,& complexionem,& quæ ista sequuntur ex eis quæ scientiæ naturalis subiecta existunt errabit:ideo ꝙ in scientiam medicinæ mittit,quod eius nõ est:et errabit,quia se aliquid declarasse existimabit,cum nihil declarauerit.Eius vero de quo medicus formare vel apprehendere debet quid sit,& eorũ, quorum esse nõ est manifestum & ipse medicus credere debet an sint,vel non sint,hęc est summa videlicet.Elementa an sint:& quot sint:& qũo sint:& quæ sint: & complexiones quæ G sint:& quot sint.Et humores an sint:& quot sint:& qũo sint.id est qualiter generentur. Et virtutes vtrum sint:& quot sint.Et spiritus vtrũ sint:& quot sint:& vbi:& quæq; mutatio dispõnis: & fixio eius habet causam:& causæ quot sint:membra autem & eorum iuuamẽta sensu & anatomia discernere debet.Ea autem quæ medicus cognoscere debet:& de eis ratiocinari,sunt ęgritudines: & earum causæ particulares:& earũ signa:& qualiter ægritudo remoueatur: & sanitas conseruet. Et cuiuscunq; earum esse occultum fuerit:ad illud declarandum demonstrationem afferre debet: ipsum diuidendo,numerando,& complendo.[k] Galenus nanq; cum demonstratiuam argumentationem super diuisionem primam facere aggressus est:non debuit aggredi inquantũ est medicus: sed inquantum desiderauit esse:vel appellari philosophus: loquens in scientia naturali sicut facit Alphachi.cum vult affirmare:seu rationibus demonstrare veritatem:quam debet sequi cõitas hominum:non debet loqui de hoc inquantum est Alphachi:sed inquãtum ipse est Metachalem:medicus enim inquantum est medicus:& Alphachi,inquantum est Alphachi: non potest de hoc ratiocinari.quod si non:perueniet ad circuitionem.

G Doctrina sexta.

H Fẽ.2.do.1.c.2. & c.8.

I Aris.lib.1.poster. t.2.c.3.

K Lib.1. &. 2.de elementis.

Doctrina secunda de Elementis:cuius est unum Cap.

ELementa sunt[l] corpora simplicia,& sunt partes primæ corporis humani & aliorum, quæ in corpora diuersarum formarum diuidi minime possunt:ex quorum cõmistione species diuer- H sæ generatorum fiunt. Medicus autem physico credere debet:ꝙ sunt quatuor & non plura: quorũ duo sunt leuia:& duo grauia.leuia,sunt ignis & aer:grauia, terra & aqua. Terra, est corpus simplex cuius locus naturalis ĩ medio totius existit,in quo naturaliter manet quieta: & ad ipsum cum ab eo separata fuerit,naturaliter mouetur.& illud quidem est grauitas eius absoluta. Cuius quidẽ natura[m] frigida est & sicca.Ipsa enim talis existit, ꝙ si dimissa fuerit sicut ei regritur, neq; causa extrinseca eam alterauerit,apparebit ex ea frigiditas sensibilis,& siccitas.Eius vero esse in generatis iuuamentum præstat ad retentionem faciendam,& fixionem: & ad conseruandas figuras & formas.Aqua autem est corpus simplex,cuius naturalis locus est:vt sit circũdans terram: & circũdata ab aere,cum in suis sitibus naturalibus permanserit.Et illud quidem est eius grauitas comparatiua:et est frigida,et humida.s.eius natura talis existit:ꝙ si dimissa fuerit sicut est:neq; vlla causa extrinseca ei contraria fuerit,apparebit ex ea frigiditas sensibilis:& dispositio eius,quę est humiditas: & eius essentia à pricipio suo:vel à natura sua,est per modũ:vel est ita,ꝙ ipsa obedit cuilibet causæ: ad hoc vt fiat separatio:& fiat vnio,& quælibet figura recipiatur:quã postea non conseruat.Cuius esse in generatis iuuamentũ pręstat ad figurandas formas,quas in suis partibus aliqui figurare volunt:

L Ga.l.8.đ Hip.& Plat.c.2. ce

M Ga.l.9.de simp. medi.fo.64. g

lunt:

A sunt:& ad figurandum,& ad lineandum,& temperandum. Humidum.n.licet cito formas figurales amittat,faciliter tamen eas recipit:sicut siccum,licet eas duriter,seu difficiliter suscipiat:difficulter tamen dimittit eas. Cumq́ humidum & siccum se adinuicem temperauerint: adipiscetur siccum ab humido vt suscipiat tensionem: & facile figurari posit: & acquiret humidum à sicco vt retineat firmiter, quod in eo accidit de dispositione non fluida:et de æquatione.Et propter humidum prohibetur siccum à sua testit, idest à sua comminutione, seu pulverizatione: & propter siccum prohibetur humidum à sua fluxibilitate. Aer autem est corpus simplex,cuius naturalis locus est,vt sit super aquam & sub igne.hæc enim est eius leuitas comparatiua: Ipsius vero natura,calida est et humida secundũ regulam,quam diximus.Cuius quidem eẽ in generatis iuuat vt rarificentur:& alleuientur:& subtilientur:& ad superiora eleuentur. Ignis vero est corpus simplex,cuius naturalis locus super corpora elementaria omnia existit:& locus eius naturalis, est con caua cœli superficies:ipse nãq́ ad cœlum peruenit.Et hæc quidem est eius leuitas absoluta.Cuius natura calida est & sicca.& eius esse in generatis præstat iuuamentum vt maturet: & subtiliet: & permisceat:& vt eius penetratione currat per ea,substantia aerea:& vt duorum elementorum grauium frigidorum,puram frigiditatem frangat:et vt de elementaria proprietate ad complexionalitatem redeant.Duo autem grauia plus iuuant ad membrorum generationem & eorum quietem.

B Et duo leuia plus iuuant ad generationem spirituum & motionem eorum,& ad mouenda membra:licet motor non sit nisi anima.hæc sunt elementa.

Doctrina tertia de complexionibus. *Cap. I.*

N L.12.de aial.c.2. COmplexio [n] est qualitas,quæ ex actione ad inuicem,& passione contrariarum qualitatum in elementis inuentarum:quorum partes ad tãtam paruitatem redactæ sunt: vt cuiusq́ earum plurimum contingat,plurimum alterius prouenit. Cum.n.adinuicem agunt & patiuntur suis vir tutibus:accidit ab earum summa, qualitas ĩ toto earum similis, quę est complexio.Et qm̃ virtutes primæ quæ sunt in elementis prædictis sunt quatuor:caliditas:frigiditas:humiditas:& siccitas: tũc manifestum est ꝙ complexiones in corporibus generatis & corruptis sunt per eas.Et illud quidẽ est,ẜm ꝙ oportet,per diuisionem rationalem cum cõsideratione absoluta, absq́ vlla cõparatione ad rem aliquam.Et est duobus modis.Quorum vnus est, vt sit cõplexio æqualis, ita vt quãtitates qualitatum contrariarum in complexionato sint æquales:non superantes: neque superatæ: & sit complexio qualitas in medio earum vere.Alter vero modus est,vt non sit complexio qualitatum contrariarum media absolute:sed ad vnam magis declinet extremitatum: aut in cõtrarietate, quæ est inter caliditatem & frigiditatem:aut in contrarietate,quę est inter humiditatẽ & siccitatem:aut inter vtrasq́. Quod aũt in doctrina medicinæ consideratˢ æquale aut extra æqualitatem:non est

C hoc,neq́ illud:sed medicus physico credere debet, ꝙ ęquale, ẜm hãc intentionem,quam diximus impossibile est aliquo modo inueniri:quanto magis vt sit hominis complexio:aut membri humani.

O Ga.lib.1,de tpa. cu.c.6.d Debes aũt scire quod æquale de quo medici in suis inquisitionibus tractant,nõ est [o] denominatum ab æqualitate in qua æqualitas cum pondere æqualiter existit:sed denominatur à iustitia,ĩ diuisione.Et hoc est,quod in complexionato in primis attẽditur, siue sit corpus totum:siue sit mem brum vnum,vt sit in eo de elementis cum suis quantitatibus & qualitatibus mensura,quã humana natura habere debet,ẜm meliorem proportionis & diuisionis æquitatem.Accidit aũt vt hęc di

P Halya.li.primo theo.c.7. uisio [p] cum homo eam habuerit,veræ æqualitati,quam primã diximus,valde sit propinqua. Huic vero æqualitati,quę ẜm humana attenditur corpora:& quæ est in comparatione aliorum,quæ hãc non habent æqualitatem:neq́ habent propinquitatem ęqualitatis, quam prius noĩauimus,quam habet homo:octo considerationum accidũt modi. Aut.n.erit ẜm speciem comparatam ei,quæ ab ea diuersificatur,et quæ est de eis,quæ sunt extra ipsum.Aut ẜm speciem comparatam ei, quod est diuersum ab ea,& est in ea.Aut erit secundum partem seu maneriem speciei comparatam illi,quę ab ea diuersificatur,et quæ est de his,quæ sunt extra ipsam,et sunt in eius specie.Aut erit ẜm partẽ speciei comparatam illi,quæ ab ea diuersificatur,et est in ea.Aut erit ẜm singulare partis spẽi comparatum ei,quod est diuersum ab eo,et est extra ipsum.et est in eius parte,et ĩ eius specie. Aut erit

D ẜm singulare comparatum suis dispositionibus, quæ in ipso sunt. Aut erit ẜm membrum comparatum illi quod ab eo diuersificatur et est de his,quæ sunt extra ipsum,et est ĩ corpore suo. Aut erit secundum membrũ comparatũ suis dispositionibus in se ipso. Primus modus est æqualitas, quæ

Q Fen.3.c.1. in homine attenditur comparatione aliorum generatorum,& est res [q] habens latitudinem:& non est comprehensa in termino vno,neq́ illa qualitercũq́ existit,sed in additione & diminutione,seu intensione & remissione,duos habet terminos:ab vno quorum cum egressa fuerit,nõ poterit esse humana complexio. Secũdus vero modus est medialis,qui iter duas extremitates huius latæ cõplexionis existens,inuenitur in indiuiduo,quod est in vltimo ęqualitatis,ex specie,quæ est in fine æqualitatis,& in ętate, in qua augmentum ad suum peruenit finẽ,et hæc quidem ęqualitas etiam, licet non sit æqualitas certa:quã in huius capituli principio noĩauimus,eo ꝙ hanc inueniri non est possibile:est tñ ei propinqua.Et hic etiã homo,æqualitati non qualitercũq́ vicinus existit: sed ẜm suorum membrorum alterationem, vel alternationẽ calidorum, sicut cor:& frigidorum, sicut cerebrum:& humidorum velut hepar:& siccorum sicut ossa.Cũ ergo ponderabunˢ et ęquabuntur,

R Gal.li.1.de tpa. c.9.g erit vicinus æqualitati veræ. [r] Considerando vero vnumquodq́ membrum in seipso,non est aliquod temperatum nisi vnum,quod est cutis:queadmodum postea dicemus.In comparatione aũt

spirituum & membrorum principalium, impossibile est ipsum huic certæ æqualitati esse propinquum. sed egreditur ab ea tendens ad caliditatem & humiditatem. Vitæ etenim principium sunt cor & spiritus: quæ quidem ambo vehementer calida existunt ad superfluitatem declinantia: & vita quidem existit per caliditatem, & augmentum per humiditatem. Et etiã caliditas in humiditate existit, & ab ea nutritur. Membra vero principalia sunt tria, sicut [s] declarabimus. & ex eis quidem est vnum frigidum, quod est cerebrum, cuius frigiditas non peruenit ad cordis, & hepatis caliditatem temperandã. Et ex eis vnũ est siccum aut siccitati propinquum: & ipsum est cor. sed eius siccitas non peruenit ad humiditatem cerebri & hepatis temperandam. Neq; etiam cerebrũ tantum est frigidum: neq; cor tñ est siccum, sed cor comparatione aliorum duorũ, est siccum, & cerebrum aliorum duorum cõparatione, est frigidũ. Modi vero tertij latitudo, angustior est latitudine primi modi. s. æqualitatis specialis: latitudinem tñ habet magnã, & est complexio quæ alicui gentium congrua existit, ſm comparationem alicuius climatis et alicuius aeris. Indi nanq; complexionẽ habent ambientem seu cõem sibi, qua sani existunt. Et Alscalebi aliam habẽt complexionem, qua sani degunt, & vnaquæq; earum per cõparationem ad suam spẽm, suę speciei comparatione, est temperata: quę comparatione alterius, non est tẽperata. Corpus nanq; Indi, cũ secundum complexionem Sclaui quale fiet: aut infirmabitur: aut morietur. Et silr cum Alscalebi cõplexione Indi quale reddetur: erit corporis dispositio cõtraria. Quæcũq; igitur species in terra habitabili cõmorantium habebit complexionem eis propriam, aeri sui climatis conuenientẽ: et habebit latitudinem. Cuius quidem latitudo duas habet extremitates, superfluitatis, & diminutionis: seu intensionis, et remissionis. Quartus autem modus est medium, quod est inter duas extremitates latitudinis cõplexionis climatis, & ipsum est complexio complexionibus illius partis speciei tẽperatior. Modus vero quintus est angustior primo & tertio: & est complexio, quam debet habere indiuiduum designatum, qua viuum & sanum reperitur: quę etiam latitudinem habet, ad quã duę terminantur superfluitatis seu additionis et diminutionis extremitates. Debes autem scire, ꝙ oẽ indiuiduũ debet habere complexionem sibi solũmodo propriam, in qua alium ei associare vel cõicare raro contingit, aut est impossibile. Sextus aũt modus est medium, quod est inter istos duos terminos, quod est cõplexio: quam cum habuerit indiuiduũ, erit melioris cõplexionis, cuius ipsum esse oportet. Modus autem septimus est complexio, quã vnaquæq; membrorum spẽs habere debet, in qua aliud diuersificatur: æqualitas nanq; ossis est, vt siccitas in eo plus abundet: & cerebri, vt humiditas in eo plurimum abundet. et cordis, vt in eo sit plus caliditatis. et neruorum, vt in eis plurimum abundet frigiditas. & ista cõplexio etiam latitudinem hñs, quæ extremitatibus seu terminis additionis & diminutionis terminatur, est minor latitudine prædicta in complexionibus præcedentibus. Modus autem octauus est cõplexio membri singularis, quam cum habuerit, erit melioris dispositionis, quam habere põt. Cum aũt species considerauerimus, inueniemus hoĩem verę æqualitati propinquiorem. Cumq; regiones attenderimus, certificatum erit nobis: ꝙ si fuerit [t] locus, qui inhabitabitur sub æquatione diei: neq; aliqua de rebus terrenis obuiando ĩpedierit, videlicet montes aut maria: oportebit ibi habitãtes, æqualitati certæ propinquiores existere, quam alicuius regionum. Iam aũt nobis affirmatum est, ꝙ opinio quæ accidit, ꝙ illic egressio vel excessus ab æqualitate, est causa propinquitatis Solis: est falsa. Rectitudo. n. Solis super capita, minus ibi imprimit: & minus mutat aerem, quam eius propinquitas apud nos: aut apud eos, qui sunt ĩ maiori latitudine ꝙ̃ nos: licet rectitudinem non habeamus. Amplius aũt, omnes dispõnes morantium in linea æquinoctiali, sunt dispõnes nobiles similes. Neq; aer ibi impeditur impedimento sensibili: sed eorum complexionibus semper est similis: & ad hanc sententiam affirmandam iam fecimus dictionem. Post istos aũt, qui in quarto morantur climate, magis tẽperati existunt. Non. n. aduruntur propter moram rectitudinis Solis super eorum capita, in hora aliqua post elõgationem eius ab eis: quemadmodum fit in climate secundo & tertio: neq; congelantur: sicut contingit his, qui in extremitate quinti climatis habitant, & qui ſm latitudinem sunt remotiores. In indiuiduis vero est indiuiduum magis temperatum: quod est ex parte temperatiori, & ex specie tꝑatiori. In mẽbris vero, iam manifestũ fuit, ꝙ membra principalia non sunt æqualitati certæ multum propinqua: ĩmo oportet vt scias, ꝙ caro est membrum illi æqualitati magis propinquum ꝙ̃ cętera membra: cutis tñ carne propinquior est: quasi. n. nõ patitur [u] ab aqua æqualiter tꝑata, cuius medietas sit nix, & altera medietas sit aqua feruens. & quasi vel forsitan ęquatur in ea calefactio spiritus & sanguinis cum frigiditate neruorum. & similiter non patitur à corpore bonæ permistionis ex siccioribus corporibus & humidioribus vel magis fluidis, qñ fuerint in eo æqualia. & nos quidem scimus ꝙ non patitur, nisi quoniam non sentit sibi simile, & neque est simile seu tale, quale est illud, nisi quia non patitur ab eo, qm̃ si ab eo esset diuersum, pateretur ab ipso. Res. n. quæ in materia conueniunt & in naturis opponuntur, patiuntur adinuicem, et nõ patitur res ab eo, quod ei in qualitate cõicat, quando fuerit cõitas vel cõicatio in qualitate & similitudo in ea. Et temperatius quod est in corpore, est cutis. Et temperatior cutis, est cutis brachij. Et tꝑatior cutis brachij, est cutis manus. Et tꝑatior ea est, cutis volæ manus. Et temperatior ea est illa, quę est super digitos. Et temperatior ea est illa, quę est super indicem. Et temperatior ea est illa, quę est super pulpam extremitatis eius. & propter illud, ipsa & pulpa extremitatis aliorum digitorum sunt, quasi iudices naturaliter, vel existimantur iudices naturaliter in mensurationibus tangibilium. Debet. n. declinatio iudicis ęqualis existere ad vnamquanq; extremitatum:

E F G H

S Doct. 5. c. 1.

T Fen. 2. d. 2. c. 8.

V Gal. lib. 1. de tẽpera. c. 9. e

A mitatum:ideo,vt egressum ab ęqualitate,et à medietate pcipiat. Debes aũt scire vltra hoc,quod sciuisti,ꝙ cum dicimus de medicina,ꝙ est temperata:nolumus dicere,ꝙ sit temperata certe: qm̃ illud est impossibile:neq; volumus dicere,ꝙ cum[x] temperamento humano in sua complexione sit temperata.Si.n.ita esset:tũc esset ex ipsamet humana substantia.Sed volumus, ꝙ cum propter calorem naturalem,qui in corpore existit humano,patietur:qualitate afficietur,quæ hominis qualitatem non superegreditur in aliqua duarum extremitatum,æqualitatem excedentium. non ergo in ipso operabitur effectum æqualitatem excedentem. Consideratione igitur suæ operationis in corpore humano,est æqualis.Et similiter,cum dicimus,ꝙ est calida aut frigida, nolumus dicere,ꝙ in sui substantia sit in vltimo caliditatis aut frigiditatis:aut in sui substantia sit calidior corpore humano:aut frigidior.aliter tũc illa complexio esset temperata,cuius complexio est,sicut complexio hominis.Sed volumus dicere,ꝙ propter ipsam ĩ corpore hominis prouenit caliditas:aut frigiditas maior illa,ꝗ̃ ex se habebat.[y] Quapropter,vna medicina plerũq; est frigida,humani corporis comparatione:& comparatione corporis scorpionis, calida:& humani corporis comparatione,calida, et frigida,corporis serpentis comparatione.Imo,quandoq; etiam vna medicina existit calida,com paratione corporis Petri,magisquam cõparatione corporis Pauli.[z] Ideoq; præcipitur eis,qui medicantur,vt cum complexionem mutare voluerint,& vnam adhibuerint medicinã, quę non con B tulerit,ab ea discedant.Postꝗ̃ igitur de complexione temperata,quæ dicẽda erant compleuimus: ad loquẽdum,de complexionibus distẽperatis redeamus. Dicemus itaq;,ꝙ cõplexiones distemperatę,siue eas acceperis ẜm comparationem speciei,aut partis,aut idiuidui,aut mẽbri,sunt octo: & sunt omnes cõicantes in hoc,ꝙ complexioni temperatæ sunt oppositæ.Et[a] hæ octo proueniũt ẜm hũc modum, videlicet, ꝙ egressus ab æqualitate,aut est simplex,qui æqualitatem non excessit nisi ẜm vnam contrarietatem,aut est compositus,qui ęqualitatem ẜm duas cõtrarietates simul excessit.Et simplicis quidem,qui secundum vnam excesserit cõtrarietatem,aut est excessus ẜm contrarietatem agentem:quod est aliquo duorum modorum,qm̃ aut est calidior ꝗ̃ debet, sed nec est humidior,nec siccior:aut frigidior ꝗ̃ debet,sed neq; humidior,neq; siccior,aut ẜm contrarietatem patientem,quod est vno duorum modorum,qm̃ aut est siccior q̃ debet,sed nõ est calidior, neque frigidior,aut humidior:sed non est frigidior neq; calidior. Istæ tamen quatuor non diu permanẽt. [b] Caliditas nanq; maior ꝗ̃ debet, reddit corpus siccius *quam* oportet.[c] Et frigiditas maior ꝗ̃ debet, facit corpus humidius quàm oportet *humiditate* extranea. Et siccitas maior ꝗ̃ debet,cito reddit ipsum frigidius,ꝗ̃ oportet.Et humiditas maior ꝗ̃ debet,si valde fuerit superflua, velocius reducit ipsum ad frigiditatem,ꝗ̃ siccitas maior.Quæ si plurima non fuerit,cõseruabit ipsum prolixiori tẽpore:ad vltimum vero,*reddit* ipsum frigidius ꝗ̃ debet. Tu tamen ex hoc intellige,ꝙ æqualitas,& C sanitas,magis pertinent caliditati,ꝗ̃ frigiditati.Et hæ quidem sunt simplices quatuor.Compositæ autem sunt,in quibus fit egressus ab æqualitate secundum vtrasq; contrarietates: velut si sit complexio calidior,& humidior simul ꝗ̃ oportet:aut calidior,& siccior simul ꝗ̃ oportet : aut frigidior, & humidior simul q̃ oportet:aut frigidior,& siccior simul q̃ oportet.Nõ enim potest esse frigidior & calidior simul:neq; siccior,& humidior simul. Vnaquæq; autem harum octo complexionum: [d] aut est sine materia:quod quidem est cum complexio corpus qualitate solummodo afficit, ita ꝙ corpus hac qualitate non afficitur propter humorem in ipsum penetrantem, qui hãc habeat qualitatem,ad quam immutatur corpus,sicut est caliditas hectici,& frigiditas infrigidati vehementer ex glacie aut niue.Aut est cum materia:quod quidem est,cum corpus nõ afficitur qualitate huius cõplexionis, nisi propter vicinitatem humoris in ipsum penetrãtis, in quo illa qualitas dominat̃: quemadmodum,cum corpus humanum causa vitrei phlegmatis infrigidatur : aut causa cholerici humoris prasini calefit.Tu autem in libro tertio,& quarto cuiusq;.xvi.complexionum exẽplum inuenies.[e] Et est tibi sciendum,ꝙ cõplexio cum materia duobus modis est:membrum enim qñq; exterius à materia madefactum est:& qñq; materia penetrat,& retinetur in foraminibus, & vẽtriculis ipsius.Et est cum receptio,& penetratio est apostemans:& est quando non.Hęc est de cõplexione dictio.Medicus aũt physico credere debet ẜm semitã põnis,quod non est ei manifestũ ꝑ se.

D *De complexionibus membrorum.* *Cap. 2.*

DIco,ꝙ Deus cuiq; animali,& cuiq; membro donauit ex complexione,quod magis meretur: & quod eius actionibus,& dispositionibus ẜm possibilitatem melius existit:hoc autem certificare philosophi est,et non medici.Donauit autem homini complexionem temperatiorem,q̃ in hoc mundo esse est possibile,cum conuenientia seu proportionalitate ipsius ad virtutes,quibus agit & patitur:& vnicuiq; membro donauit de complexione,quod meretur.Posuit ergo quędam ex membris calidiora:& alia frigidiora:& alia sicciora:& alia humidiora. Quod autem in corpore est calidius,est spiritus,&[f] cor à quo procedit.Deinde sanguis,licet ĩ hepate generetur : quia enim cum corde continuus existit,ab eo plus acquirit caloris,ꝗ̃ hepar habeat. Postea hepar,quia[g] est sicut sanguis cõgelatus.Post quod est caro,quæ minoris est caloris,q̃ hepar,propterea ꝙ neruorum villi in ea misti sunt,qui sunt frigidi.[h] Deinde sunt musculi,qui minoris sunt caliditatis,ꝗ̃ caro simplex:propter illud,quod de neruis,et ligamẽtis eis admiscetur. Postea est splẽ,propter illud,quod est in eo de fęce sanguinis.Postea renes,eo,ꝙ non multus in eis existit sanguis.Deinde arteriarum tunicę,non propter ipsarum neruosa corpora:sed propter illud, quod recipiũt de calefactione sanguinis,& spiritus qui sunt in eis.Postea sunt venarum nõ pulsatilium tunicæ,propter sanguinem solum.

X Lib.2.t.2.c.1.

Y Lib.2.t.1.c.2.

Z L.3.Fẽ.22.t.2.c.7.& Fen.10.t.1.c.40.& Ga.5.de san.tu.c.9.f,& Ral.26.cõ.t.1.c.2.287.4.& 8.cõti.t.1.c.2.87.4.

A. G.li.1.de tpa.c.8.b,& li.3.aphor.2.

B G.li.1.de tpa.c.2.g,& lib.6.de san.tu.c.2.e

C Gal.ibidem.

D Gal.li.1.de drijs morb.c.5.d,&.12.e & Ga.li.7.d morb.curan.c.3.g,& Halya.li.6.theo.c.2.

E Gal.l.1.de drijs morb.c.5.d

F G.li.1.de feie.c.8.c,& lib.1.de tpa.c.9.c

G L.3.F.14.t.1.c.1.& G.li.d fœtuũ forma.c.2.f,& li.4.de vsu p.c.12.e,& li.6.de Decret.Hip.& Pla.c.8.h

H Haly.li.1.theo.c.9.hũc precise scribit ordinem.

solum. Postea cutis manus temperatæ.[i] Frigidius vero quod est in corpore est phlegma. Postea pili. Deinde os. Postea cartilago. Postea ligamentum. Deinde chorda. Post panniculus. Deinde neruus. Postea nucha. Post cerebrum. Deinde adeps. Postea pinguedo. Postea cutis.[k] Humidius vero, quod est in corpore est phlegma. Postea sanguis. Postea[l] pinguedo. Postea adeps. Postea cerebrũ. Postea nucha. Postea caro mamillarum, & testiculorum. Post pulmo. Postea hepar. Deinde splen. Deinde renes. Postea musculi. Post cutis. Et hic quidem est ordo quo[m] Gale. disponit ea. Scire tñ debes, ꝙ pulmo in sui substantia & natura non est humidus vehementi humiditate.[n] Omnis enim complexio membri naturalis, similis est ei quo nutritur: & ſm suam accidentalem complexionem similatur ei, quod in ipso superfluit. Pulmo autem nutritur calidissimo sanguine, et multę admisto choleræ, & hoc quidem ipsemet[o] Galenus nos docet. In ipso vero multa humiditatis superfluitas colligitur, propter illud, quod ad ipsum ascendit de vapore corporis, & propter illud, quod ad ipsum descendit ex catarrhis. Postꝗ igitur sic est res: hepar multo magis humidum est pulmone humiditate naturali: et pulmo magis est madefactus: licet assiduatio madefactionis iam fecerit ipsum humidiorem in sui etiam substantia, & dispositiones phlegmatis, & sanguinis ita intelligẽdæ sunt. Phlegmatis nanq; humectatio est, ſm modum madefaciendi, & sanguinis humectatio est, ſm modum penetrandi in substantiam membri penetratione ita perfecta, ꝙ conuertatur in substãtiã ipsius membri. Licet phlegma naturale aqueum plerunq; sit maioris humiditatis, q̃ sanguis. Ex sanguine. n. cum quantum digeri debet, digeritur, multum humiditatis ex eo resoluitur, quæ erat in phlegmate aqueo naturali, quod ad ipsum conuersum fuit. In[p] sequentibus autem scies, ꝙ phlegma naturale est sanguis, qui aliqua conuersus est conuersione. Res autem siccior, quę est in corpore sunt[q] pili: sunt enim ex vapore fumoso, qui eleuatur. Resolutum nanq; fuit, quod in eo de vapore mistum erat, & pura fumositas congelata remansit. Postea est os: ipsum nanq; omnibus mẽbris durius existit: humidius tamen pilis est. Ossis nanq; generatio est ex sanguine: cuius situs est situs, in quo os exuccat humiditates naturales locatas circa ipsum. Quapropter os multa nutrit animalia. Pili vero eorum nullum nutriunt: aut fortasse si nutriunt ex eis aliquod, valde est rarum, & extraneum: sicut existimant quidam, ꝙ vespertiliones eos digerant, & in eis delectetur. Nos autem cum duas quãtitates ossis, & pilorum, in pondere ęquali assumpserimus: & eas in cucurbita alembico superposito distillauerimus: egredietur ex osse plus aquę, & plus olei: & remanebit minus fęcis. Os ergo pilo humidius est. Post os autem in siccitate est cartilago. Postea ligamentum. Post chorda. Post pãniculus. Post arteriæ. Post venæ. Post nerui motiui. Post cor. Post nerui sensus: motionis enim nerui frigidiores, & sicciores simul existunt temperato.[r] Nerui autem sensus frigidiores quidem, sed non multum sunt temperato sicciores: & fortasse sunt ei propinqui; & neque etiam in frigiditate sunt ab eo valde remoti. Postea est cutis.

E — I G.l. 1. de tẽpera. c.9.c — K Gal. li. 1. de tpa. c.9.c d — L Gal. li. 3. alimẽt. c.11.d — M Ga. li. 1. & 2. de tempera. — N L. 12. de aĩal. c. 3. — O G. li. 4. de vsu p. c.15.d — F — P Doct. 4. c. 1. — Q G. lib. 1. de tẽpera. c.9.c — R G. lib. 1. de tẽpera. c.9.e — G

De complexionibus ætatum, & generum. — Cap. 3.

Æ[s]Tates omnes sunt quatuor. Aetas adolendi, quæ vocatur ætas alhadate, & est fere vsq; ad xxx. annos. Postea ætas consistentiæ, quæ est ætas iuuentutis, & fere à. xxxv. vsq; ad. xl. annos. Et ætas declinationis cum remanentia virtutis, & hæc est ætas almechthelin, & est vsq; ad annos. lx. Et ętas declinationis cum manifesta virtutis debilitate, & hæc quidem ætas est senij, vsque ad finem vitæ. Aetas vero alhadate diuiditur in ætatem infantiæ, & hæc quidem est, cum membra pueri nõdum ad motiones, & ad ambulandum sunt apta. Et in ætatem puerilem, quę est post ambulationem, & ante fortitudinem vel soliditatem, & illud quando nondum dentes ceciderint, & nati fuerint. Postea est ætas altherharha, quę post fortitudinem, seu soliditatem & natiuitatem dentium ante almeracha. Deinde est ætas algulamie, & alreach quousq; barbescat. Deinde est ætas alfethian quousq; desinat crescere. Puerorum vero, scilicet ab infantia sua vsq; ad alhadate complexio in calore fere temperato: & in humiditate fere superflua existit. Medici autem antiqui inter[t] se disceptauerunt de duabus caliditatibus, pueritiæ & iuuẽtutis.[u] Fuerunt enim eorum quidam, qui dixerunt, ꝙ caliditas pueri est maior: & propter illam plus crescit: ideoq; omnes eius operationes naturales appetitus & digestionis, sunt maiores, & diutius durãtes: qm̃ calor innatus, qui inest eis ex spermate, magis est aggregatus: & est minoris temporis.[u] Et ex eis fuerunt, qui dixerũt, ꝙ calor innatus in iuuenibus, est valde fortior: qm̃ eorum sanguis est maioris quantitatis, & magis spissus: ideoq; accidit eis fluxus sanguinis ex naribus plus & fortius: et ꝙ eorum complexio, plus ad choleram declinat: & puerorum complexio, plus declinat ad phlegma:[u] & ꝙ iuuenes vehementiorum motionum existunt. motus vero, non est nisi propter calorem. et ipsi etiam vehemẽtioris istimbre existunt, & sunt melioris digestionis. Et hoc ex calore. Desiderium nanq; non est ex calore, sed ex frigiditate: ideoq; caninus appetitus ex frigiditate sæpius contingit. Signum autem, ꝙ vehementioris istimbre isti existant, est, ꝙ neq; nausea accidit eis, neq; vomitus, neq; satietas nauseatiua, seu corruptio cibi in stomacho, quemadmodum contingit pueris propter digestiuæ eorum malitiam. Et signum, ꝙ eorum complexio magis cholerę pertinet, est, ꝙ[x] omnes eorum ęgritudines sunt calidæ: sicut febris tertiana: & eorum vomitus est cholericus. Aegritudines autem plurimę, quæ pueris eueniunt, sunt frigidæ & humidæ: & eorũ febres phlegmaticæ: & plurimum quod vomunt, est phlegma.[u] et augmentum quod est in pueris, non est propter fortitudinem caliditatis eorum, neq; est nisi propter multam ipsorum humiditatem. maximum etiam eorum desiderium, significat caloris eorum diminutionem. Hæc quidem sunt duarum sectarum sententiæ & ipsarum rationes.

S Lib. 12. aĩa. c. 4. — T Lib. 12. aĩal. c. 4. — V Gal. li. 2. de tẽpera. c. 2. d — H — V Gal. ibidem. — V Gal. ibidem. — X Li. 12. aĩa. c. 4. — V Gal. ibidem.

Galenus

V Gal.ibidem.

A [u] Galenus vero, ambabus sectis contradicit. dicit enim, quod in ambobus caliditas est æqualis in radice, sed puerorum caliditas, est maioris quantitatis, & minoris qualitatis, scilicet acuitatis: & iuuenũ caliditas, est minoris quãtitatis, & maioris qualitatis. s. acuitatis. Et huius quidem declaratio, sicut ipse dicit, est vt opinemur vnam [u] solam caliditatem in mensura: aut corpus subtile, calidum, vnum in quantitate & qualitate in substantiã humidam multã semel sparsum esse sicut aqua: & alia vice sparsum esse in substantiã siccam & paucã, sicut lapis. & cũ sic fuerit, inueniemus caliditatẽ aqueã maioris quantitatis, & mollioris qualitatis: & caliditatem lapideam minoris quantitatis, & acutioris qualitatis: & ita debes agnoscere caliditatem, quæ est in pueris & iuuenibus. [y] Pueri. n. non fuerunt generati nisi ex spermate, quod est multum calidum, & huic calori, nondum accidit res, quæ ipsum extinguat. Puer nanque augeri non cessat: sed crescendo graditur: neque adhuc stetit, nedum, quod iam retro cedat. [y] Iuuenibus vero, nihil accidit, quod eorum calorem augmentet innatum, neque etiam aliquid, quod ipsum extinguat: sed ille calor in eis conseruatur humiditate minoris quantitatis, & qualitatis simul, donec ad declinationem perueniat: neque tamen huius humiditatis diminutio [y] computatur diminutio per comparationem, ad conseruationem caloris, sed per comparationem ad augmentum: erat igitur prius humiditas in tanta quãtitate, quòd duas res facere poterat, custodire, videlicet, calorem: & superesse etiam ad augmentum faciendũ. ad vltimum vero ad hoc

V Gal.ibidem.
Y Lib. 12. de aïal. c. 4.
Y Ibidem.
Y Ibidem.

B deueniet, quod neutram duarum rerum efficere valebit. oportet ergo, vt in medio talis existat, quod possit vnam rem efficere, & non alteram. [y] Falsum autem est, vt dicamus ipsam posse augmentare, & non posse retinere calorem innatum. Quomodo. n. in re augmentum præstare potest, quod radicem non valet custodire? Restat ergo vt dicamus, quod calorem custodire potest, & in corpore augmentum præstare non potest. Et scitum est, quod hæc est ætas iuuentutis. [y] Quod autem dixit secũda secta, quod augmentum, quod est in pueris, non est nisi propter humiditatem: & nõ propter calorem: est dictio falsa: humiditas nanque augmenti est materia. Et [y] materia non patitur per se: neque per se creatur: immo apud operationem virtutis in eam agentis. virtus autem hoc agens, est anima: aut natura præcepto Dei. neque agit nisi cum instrumento: & illud est calor innatus. [y] Quod autem dixerunt etiam, quod vehemens appetitus, qui est in pueris, non est nisi propter frigiditatem complexionis eorum: est dictio falsa. ex malo nanque desiderio, quod est propter frigiditatem complexionis, non prouenit istimbre: neque nutrimentũ. puerorum enim istimbre, melior est, quàm esse potest in pluribus horis: [y] & si non foret illud, non aduenirет in eorum corporibus de permutatione, seu restauratione, quæ est nutricatio, plusquàm sit illud quod resoluitur: propter quod crescunt. [y] Aliquando vero accidit eis malitia istimbre propter eorum gulositatem: & quia eorum comestiones malis disponuntur ordinibus: & comedunt res malas, et humidas, & multas: & desuper malis mouentur moti

Y Ibidem.
Y Ibidem.
Y Ibidem.
Y Ibidem.
Y Ibidem.
Y Ibidem.

C bus: quapropter de superfluitatibus plus in eis adunatur: vnde purgatione indigent, & præcipue eorum pulmones. Ideoque eorum anhelitus est spissior, & velocior: magnitudinem tamen non habet, eo, quod eorum virtus nondum ad complementum peruenit. Iste igitur est sermo de complexione pueritiæ, & iuuentutis, quemadmodum [z] Galenus declarauit: cuius nos sumus interpretes. Praeterea [a] sciendum est, quod caliditas post tempus cõsistendi minui incipit: propterea quod [b] aer circundans materiam eius, quæ est humiditas, exsiccat. [c] Calor quoque innatus, qui est intus, ad hoc adiuuat: [d] & labor proueniens ex motionibus corporeis, & animalibus, quæ necessariæ sunt in vita: [e] & defectus naturę ad resistendum illi semper. [f] Omnes enim virtutes corporeę sunt finitę, hoc autem iam ratiocinatum fuit in [g] scientia naturali. eius ergo operatio non semper existit in restauratione. Amplius si hęc virtus infinita foret, & semper [h] fieret restauratio loco eius, quod resoluitur ęqualiter secundum quantitatem vnam, fieret tamen resolutio non secundum quantitatem vnam: immo augeretur semper omni die, tunc nõ esset restauratio resistens resolutioni: & esset resolutio finiẽs humiditatem, quanto magis cum duæ res se iuuent ad minorationem faciendam, & retrocedendum? Et postquàm sic est, oportet necessario finiatur humiditas, & calor extinguatur, & præcipue cũ ad eius extinctionem adiuuet præter materiei defectum, alia causa. Et illud est humor extraneus, qui accidit assidue, propterea quòd cibus priuatur digestione: & adiuuat ad extinguẽdum ipsum

Z Lib.2. de tẽpa. c.2.def
A Lib.12.aïal.c.4.
B Fẽ.2.do. 2. sum. 1.c.3.Ga.li.7.apho. 60.apho.
C Lib.12.aïal.c.4. Ga.li.7.apho.60.& li.1.de sa.tu.c.2.f g
D Lib.12.aïal.c.4.
E Li.12.aïal.c. 4.& Gal.lib.1.de san.tu. c.2. f g
F Fẽ tertia.c.1. singulari capite.
G Aris.12.meth.t. 41.&.8.physi.t.79.
H Oppositum vr̃ lib.12.aïal.c.4.

D duobus modis: vno suffocando & tegendo: alio, qualitati obuiando. hic. n. humor est phlegmaticus frigidus. Et hæc est mors naturalis cuique indiuiduo destinata, secundum suam primam complexionẽ, vsque ad terminum, quem in sua potentia habet ad suam humiditatẽ conseruandam. [i] Vnũquodque enim eorum terminum præfixum habet, qui in ĩdiuiduis diuersificatur, propter complexionum diuersitatem. Et hi quidem sunt termini naturales. Sunt vero & alij termini nõ naturales, totum tamen diuino prouenit præcepto. Quod ergo ex hoc acquisiuimus est, quòd puerorum & iuuenum corpora sunt calida temperate. [k] Et corpora senum, & decrepitorum sunt frigida. Sed puerorum corpora, æquali sunt humidiora propter augmentum: & hoc quidem nobis insinuat experimentum, quod de mollicie ossium est, & neruorum, vel membrorũ ipsorum, & consideratio: quoniam parum est tempus, ex quo fuerũt sperma: & spiritus vaporalis. [l] Senes autem & decrepiti proprie præter hoc, quod sunt frigidiores, adhuc sunt sicciores. Et hoc quidem scitur experimento, quod habetur de duritie ossium eorum, & asperitate cutis eorum, & consideratione, eo quod prolixũ est tempus, ex quo fuerunt sperma, & sanguis, & spiritus vaporalis. Et in pueris quidẽ, & iuuenibus est igneitas æqualis, sed in pueris plus abundat aeritas & aqueitas. Et in senibus & decrepitis, plus abundat terrestreitas, quàm in illis duobus: & est in decrepitis plus. Iuuẽtus autem habet complexionem

I Fen.3.c.1.
K Ga.lib.5.de san. tuen.c.8.d
L Ga.lib.5.de san. tuen.c.3.e

nem magis æqualem complexione pueri, comparatione tamen pueri, eſt eius complexio ſicca:& E ſenis & decrepiti comparatione, eſt humida. Decrepitus vero eſt ſiccior iuuene & ſene in membris radicalibus,& humidior vtriſq; humiditate extranea madefaciente. Secundum vero diuerſitatem complexionum generum,[m] fœminę frigidioris exiſtunt complexionis: ideoq; ſunt in creatura minores maſculis:& ſunt humidiores. ergo propter cõplexionum earum frigiditatem multiplicantur earum ſuperfluitates:& propter paucum ipſarum exercitium: & ſubſtantia[n] carnium earum eſt aſcaf, licet viri caro ex parte compoſitionis eius, per id, quod ei admiſcetur ſit aſcaf. q̃m ſua ſpiſsitudine, eſt maioris & vehementioris ſeparationis ab eo, quod in ipſo penetrat de venis & de villis neruorum. Qui vero terras inhabitant ſeptentrionales, humidiores ſunt:[o] & qui artes exercent aqueas, humidiores exiſtunt. Et qui ab iſtis diuerſificantur, diuerſi exiſtũt. Signa autem complexionum narrabimus, vbi [p] vniuerſalia ſigna & particularia referemus.

DOCTRINA IIII. *ad ſciendum quid ſit humor & eius diuiſiones.* *Cap.* I.

HVmor eſt corpus humidum, fluidum, in quod in primis nutriens cõuertitur. Et ex eo quidem alius eſt humor bonus:& eſt illud de cuius proprietate eſt, vt fiat pars ſubſtãtiæ nutriti ſolus: vel cum alio:& vt aſsimiletur ei ſolus, aut cum alio,& in ſumma eſt ſupplẽs loco eius, quod ex eo eſt reſolutum. Et quidã ex eo eſt ſuperfluitas,& humor malus,& eſt ille, qui non habet proprietatem illam, aut raro in bonum cõuertitur humorem:& ante illud à corpore expelli & proijci F debet. Dicemus ergo, quod humiditatum corporis:[q] quædam ſunt primæ, quædã ſecundę. Primę ſunt quatuor humores, quos paulo poſt noĩabimus. Secundarũ vero duæ ſunt diuiſiones: aut.n. ſunt ſuꝑfluitates, aut nõ ſuꝑfluitates. Superfluitates vero in ſequẽtibus noĩabimus.[r] Et q̃ ſunt nõ ſuꝑfluitates, ſunt humores, qui à principali diſpõne conuerſi, mẽbris delegati fuerũt: ſed nondum alicuius membrorũ ſimpliciũ operatione perfecta, pars effecti ſunt: quorum[s] ſunt quatuor ſpẽs.[t] Vna eſt humiditas in foraminibus extremitatum paruarum venarum contenta, membris ſimplicibus propinquarum imbibentium ea, vel à quibus ipſa membra imbibunt.[u] Alia eſt humor ꝑ omnia ſimplicia tranſiens membra: ſicut ros, qui in nutrimentum conuerti eſt aptus: cum corpus nutrimento caret:& vt membra humectet: cum aliqua cauſa fortis motus, aut alia ea exiccauerit. Tertia eſt humiditas, quæ in tempore proximo fuit coagulata. Et eſt nutrimentum, quod in ſubſtantiam membrorum ex parte complexionis & ſimilitudinis conuerſum eſt, ſed ex parte eſſentiæ completæ nondum conuerſum fuit. Quarta eſt humiditas, quæ eſt intus in membris ſimplicibus à principio natiuitatis: per quem partium eorum continuitas exiſtit: cuius principium eſt ex ſpermate. Spermatis vero prĩcipium eſt ex humoribus.[x] Et dicemus etiam, ꝙ humores humoroſi boni & ſuperflui, quatuor continentur generibus: genere ſanguinis, qui omnibus illis melior exiſtit:& genere phlegmatis:& genere choleræ rubeæ: & genere choleræ nigræ.[x] Sanguis vero, natura calidus exiſtit,& humidus:[y] Cuius ſunt duæ ſpecies, naturalis,& nõ naturalis.[y] Naturalis aũt G eſt, cuius color eſt rubeus, malo carens odore,& eſt valde dulcis.[y] Non naturalis vero, ſunt duæ diuiſiones. Alius enim eſt, qui à complexione bona fuit mutatus: non propterea ꝙ aliquid ei admiſtum fuerit: ſed quia eius complexio in ſe vitiata fuit. verbi gratia, quia aut fuit infrigidatus, aut calefactus. Et eſt alius, qui non fuit mutatus, niſi ꝑpter humorem malum, qui ei admiſtus fuit. Quod eſt ſm duas diuiſiones: aut.n. ad eum humor deforis venit,& penetrauit in ipſum & corrupit. Aut in ipſomet fuit generatus humor, verbi gratia: aliqua eius pars putruit: & eius ſubtile in choleram rubeam:& ſpiſſum in cholerã nigram conuerſum eſt:& remanſerunt ambæ, aut vna earum in eo. Et huius quidem diuiſionis partes, diuerſificantur ſm id, quod ei admiſcetur,& ſm ſpecies eius ex ſpeciebus phlegmatis,& ſpeciebus choleræ nigræ,& ſpeciebus choleræ rubeę,& ſm aquoſitatem eius. plerũq; ergo fit turbidus:& aliq̃n fit ſubtilis:& aliq̃n niger, multa infectus nigredine: & q̃nq; albus. Similiter quoque in odore ſui, et ſapore mutatur: fit nanque amarus, aut ſalſus, aut acetoſus. Phlegmatis autem, aliud eſt naturale,& aliud non naturale. Naturale eſt dulce, quod eſt aptum vt in aliquo tempore fiat ſanguis:[z] quoniam eſt ſanguis non plene coctus. Et ipſum eſt quidam modus dulcis phlegmatis, quod non valde exiſtit frigidum: immo corporis comparatione, eſt frigiditatis paucæ: ſanguinis vero comparatione & choleræ rubeæ, eſt frigidum. Et eſt etiã phlegma dulce, quod non eſt naturale, quod eſt phlegma ſaporem non habens: quod nominabimus: ſi accidat, H vt cum eo ſanguis miſceatur naturalis: quod multoties in rheumatiſmis:& in ſputo ſentitur.[a] Dulcis vero naturalis receptaculum dixit.[b] Gal. naturam non feciſſe membrum proprium, quemadmodum duabus fecit choleris. hoc nanq; phlegma ſanguini propinquam habet ſimilitudinem:& egent eo membra omnia: ideoq; fecit natura, vt cum ſanguine vadat. Dicimus autem, ꝙ hæc indigentia eſt propter duas res: vna eſt neceſſaria,& altera iuuatiua. Neceſſaria vero, eſt propter duas res: vna eſt neceſſaria,& altera iuuatiua. Neceſſaria vero, eſt propter duas res.[c] Vna eſt, vt ſit iuxta membra, ad hoc, vt cum membra nutrimentum, quod ad ipſa cõſueuit venire amiſerint, quod eſt ſanguis bonus propter retentionem materiei eius, quæ à ſtomacho fit,& hepate, propter aliquas cauſas, quæ acciderunt: operentur virtutes eorum ſua caliditate naturali,& coquant: & digerãt:& nutriantur ex eo. Et ſicut calor innatus digerit ipſum, & rectificãdo facit ipſum ſanguinem, ſimiliter calor extraneus ipſum plerunq; putrefacit,& corrumpit. Hanc vero neceſsitatis partem non habent duæ choleræ. Duæ nanq; choleræ phlegmati in hoc non communicant:[d] ꝙ calor naturalis eas rectificat,& faciat ex eis ſanguinem: licet in hoc cõicent ei, ꝙ calor accidentalis ipſas mutet, & faciat

- M G.li.5.aph.62.& Haly.li.1. th. c. 22.
- N G.li.3.de cauſis pul. c.2.g
- O Haly.li.1. theo. c.23.
- P Fen.2.doc.3.c.3.
- Q Lib.13.aĩal.c.2.
- R Haly.li. 13.aĩal. c.2.& Gal.lib.7. de mor.cu.c.6.d
- S Ser.t.6. c. 11. & lib. 4.Fẽ.1.t.3.c.1.
- T Alſahar lib. the. t.1.c.4.
- V Lib.4.Fen. 1. t. 3.c.1.
- X L.13.aĩal.c. 2.& Ga.li.1.de ca. mor. c.6.b c,& lib.10.de ſimpli.fac.74.e
- X Gal.ibidem.
- Y Lib.13.aĩal.c. 2.
- Y Ibidem.
- Y Ibidem.
- Z Do.3.c.2.:& lib. 13.aĩal.c.2.
- A Lib.13.aĩal. c. 2.
- B Lib. de atra bile c.8.a,& li.2.de nat. fa.c.9.a
- C Lib.3.Fen. 13. t. 5.c.8.
- D Ga.li.2.de vict. rõne cõmen. 30. & Haly.li.1.the.c. 25.

A faciat eas putridas corruptas. Altera est vt sanguini admisceatur: vt ipsum aptum reddat ad membra phlegmaticarum complexionum nutrienda: in sanguine quorum, qui ea est nutriturus, oportet phlegma actualiter esse secundum mensuram notam, sicut est cerebrum: Et hoc quidē in duabus est repertum choleris.[e] Iuuatiua vero, est vt humectet iuncturas & membra, quæ multæ existunt motionis: ne siccitas eis accidat propter calorem, qui ex motu prouenit & fricatione. Et hoc quidem est iuuamentum stans in terminis necessitatis. Non naturalis autem phlegmatis, aliud est superfluitas diuersæ essentiæ apud sensum: & istud est mucilaginosum. Et aliud est in substantia æquale in sensu, & in veritate diuersum: & est phlegma crudum. Aliud est valde subtile: & ipsum est aquosum. Aliud est valde grossum album, nominatum gypseum: et ipsum est cuius subtile fuit resolutum: ideo ꝙ in foraminibus & iuncturis, diu fuit retentum: quod omnibus existit grossius. Et ex phlegmate est quoddam, quod est salsum, quod omnibus phlegmatis speciebus calidius est, & siccius, & leuius.[f] Omnis vero salsuginis causa, est, vt aquosæ humiditati pauci saporis, aut priuatæ eo: terreæ partes adustę complexionum siccarum, et saporis amari misceantur mistione temperata. Si. n. multa fuerit, amarus sapor prouenit, & ex hoc quidem similiter fiunt sales: & aquæ salsæ. Et est etiam cum sal fit artificialiter ex cinere, & alchali, & calce, & ex alijs, cum in aqua coquuntur, & colant̃: & coquitur illa aqua donec in salem coaguleẽ: aut ita dimittitur, donec per se coagu-

E Li.13.aïal. c.2.& Ga.li.13.de vsu par. c.8. h. a

F L.3 Fē.18.t.2. c. 16.& li.4.Fē. 1.t.2. c.40.

B letur. Similiter quoq; phlegmati tenui, quod saporem non habet: aut cuius sapor adeo est paruus, quod nō superat, cum cholera amara sicca ex natura & adusta se miscuerit, moderata mistione ipsum faciet salsum, et salmastrum, seu salitum efficiet. hoc igitur phlegma est cholericum.[g] Galenus vero dixit phlegma hoc salsum fieri propter ipsius putredinem aut aquositatem, quæ ei admista fuit.[h] Et nos quidem dicimus putredinem ipsum salsum efficere. ideo ꝙ in ipso adustionem facit, & cinereitatem, quę cum eius humiditate commiscetur. Sola autem aquositas cum ei admiscetur, salsedinem in ipso efficere non valet: cum ibi vlla alia non fuerit causa. Et mihi quidem videtur, ꝙ loco aut disiunctiuę, debet esse & cōiunctiua: tunc. n. locutio completa erit:[i] & ex phlegmate est, quod est acetosum. Et quēadmodum dulce est fm duos modos, dulce per suam essentiā: & aliud propter rem extraneam, quæ ei admista fuit: similiter acredo phlegmatis acetosi fm duos contingit modos: vno, ideo quia res extranea ei admista fuit, quæ est cholera nigra acris, quam in subsequenti nominabimus: altero, propter causam, quæ in ipsomet contigit: & illud quidē est vt phlegmati dulci, quod diximus, aut ei quod est ī via ipsius accidat: sicut accidit alijs succis dulcibus, qui prius bulliunt, & postea acescunt. Et est aliud ponticum, cuius dispositio est, quemadmodum hęc dispositio. Fortasse enim erit eius ponticitas, propterea ꝙ cholera nigra pontica ei admista fuit. Et fortasse erit eius ponticitas, propter causam, qua in se vehementi infrigidatione, infrigidatum

G Lib. 2. de dr̄ijs feb.c.6. f
H Li.4.Fen.1.t.2. c.40.

I Gal.lib.de plenitudine.c.11.f

C est, adeo ꝙ eius sapor ad ponticitatem sit conuersus. ideoq; eius aquositas congelata est, & ad siccitatem parum, & terrestreitatem alterata est. Et neq; fuit calor debilis, qui ipsum bullire faceret, & conuerteret in acredinem: neq; calor fortis, qui ipsum coqueret.[k] Et est phlegmatis species vitrei, spissi, grossi, vitro liquefacto similis, in sui viscositate et ponderositate: quod plerunq; est acre: & plerunq; saporem nō habebit. Et videtur, ꝙ illud ex eo, quod est grossum, saporem non hñs, sit crudum: aut conuertitur in crudum. Et hæc quidē est illa phlegmatis species, quæ in principio rei, erat aquosa frigida, quæ neq; putruit, neq; res alia ei admista fuit, sed sic permansit recōdita, donec fuit īgrossata: & frigiditas fuit ei addita. Iam igitur declaratum est, ꝙ corrupti phlegmatis modi ex parte saporum ipsius, sunt quatuor: salsum,[l] acidum, dulce, & insipidum. Et ex parte suæ essentiæ, sunt quatuor:[l] aquosum, vitreum, mucilaginosum, & gypseum: crudum vero est de summa mucilaginosi.[m] Cholera autem rubea, alia est naturalis: alia est, quæ est superfluitas non naturalis. Naturalis est spuma sanguinis, cuius color est rubeus clarus: & est leuis acuta: & quanto magis fuerit calida, erit eius rubedo maior. Quæ. n. in hepate generatur, in duas diuiditur partes, quarū vna cum sanguine vadit, & altera ad cystim transmittitur fellis. Illud vero, quod de ea vadit cum sanguine, cum eo penetrat causa necessitatis & iuuamenti. Necessitas vero est, vt sanguini admisceatur ad nutrienda membra, in quorum complexionibus, conuenientem choleræ rubeæ partem esse opor

K Ga.li.2.de dr̄ijs feb.c.6.e, & cōtrario. in primum por rhet. Hip.35. e.f

L Gal.li.1. alimēt. c.1.fo.8.a
L Gal.ibidem.
M G.li.2.de nat.fa. c.9. g.h

D tet fm modum, quem meretur de diuisione: sicut pulmo. Sed iuuamentum[n] est, vt sanguinē subtiliet, & in vijs strictis, ipsum penetrare faciat. Quod vero de ea colatum ad cystim transmittit̃ fellis, causa necessitatis transmittitur & vtilitatis. Necessitas autem, aut est fm totum corpus, quod est ipsum à superfluitate mundare: α aut fm vnum ipsius membrum, quod est fel nutrire. Vtilitatis vero duo sunt iuuamenta: β vnum est,[o] intestina à stercore & phlegmate viscoso abluere. & aliud, intestina & ani musculos pungere: vt quid sit ei necessarium sentiat: & egestiones emittat.[p] Ideoq; sæpe accidit colica causa oppilationis, quæ fit in foramine, quod à felle descendit ad intestina. Non naturalis vero cholera, alia est, quæ à natura egreditur propter causam extraneam, quæ ei admiscetur. alia est, quæ à natura egressa est propter causam in se: quia eius substantia est non naturalis. Partis primæ est alia, quæ est scita & famosa: &[q] est illa cui extraneum illud, quod est admistum, est phlegma, cuius generatio, magis est in hepate. Et alia est, quæ est minoris famæ: & est illa, cui extraneum, quod est admistum, est melancholia. Nota autem & famosa, aut est cholera citrina, aut est cholera vitellina.[r] Phlegma nāq; cui admiscetur cholera, qñq; est tenue: & generatur inde prima. quandoq; est[s] grossum: & generatur inde secunda. s. cholera, quæ ouorū vitellis similis existit. Quæ autem minoris est famæ, est illa, quæ cholera vocatur adusta: quæ aliquo duorum generatur

N Haly.li.1.theo. c.25.

Infra α
Infra β
O Haly, li. 1. theo. c.25.
P L.3.F.15.t.1.c.3. & Fē.16.t.3.c. 6. & li.13.de aïal.c.2.
Q Halya.ibidem.

R G.li.3.de lo. af. na.c.5.b, & Halya. ibidem.
S Halya.ibidem.

generatur modorum: Vnus est, vt cholera in se aduratur: & accidat in ea cinereitas: sed eius subtile non separetur ab ipsius cinereitate: immo cinereitas in ea contineatur. & hæc quidem est peior. Et alius est vt melancholia, seu humor melancholicus extrinsecus ad eam veniat: & cum ea misceat: & hæc quidem est melior. Huius autem speciei choleræ color est rubeus: sed non est clarus: neque floridus: imo est magis similis sanguini: sed ipsa est tenuis: & plerunque à suo colore propter aliquas mutatur causas. Quæ vero in sui substantia extra naturam est, alia est, cuius generatio, sępius est in hepate: alia est, cuius generatio, magis est in stomacho. Et illa quidem, cuius generatio magis est in hepate, est vna species: quę est subtilior pars sanguinis cum aduritur, cuius spissum efficitur cholera nigra. Et quæ in stomacho magis generatur, duas habet partes,[t] porrinam, scilicet, & zinariam, seu similem viridi æris. Et mihi quidem videtur, quod porrina ex vitellina generatur cum aduritur. Cum enim aduritur, adustio in ea efficit nigredinem, ex qua cum citrinitate mista generatur viriditas. Zinaria vero videtur mihi, quod generetur ex porrina, cum tantum aduritur, donec eius humorositas finiatur, & ad albedinem redire incipit, propter sui siccitatem.[u] Calor nanque in humido corpore in primis nigredinem efficit: deinde denudat ipsum nigredine, quãdo eius omnino finit humiditatem. & quãdo superfluit in eo, ipsum albificat: & hoc quidẽ in lignis attende, quæ prius in carbonem vertuntur: deinde in cinerem. Calor enim in humido efficit nigredinem: & in eius contrario albedinem:[x] & frigiditas in humido albedinem operatur: & nigredinem in eius cõtrario: hæc tamen duo iudicia, quæ in porrina & zinaria iudicaui, æstimatiua sunt iudicia. hæc autem species, quæ dicitur zinaria, omnibus choleræ rubeæ speciebus calidior existit: & peior, & magis perniciosa: & dicitur, quod est de substantia venenorum.[y] Choleræ autem nigrę, alia est naturalis, alia non naturalis superfluitas. Naturalis, est boni sanguinis fęx & residentia ipsius, & turbidum eius, cuius sapor inter dulcedinem & ponticitatem existit. Quæ cum in hepate generatur, in duas separatur partes: quarum vna in sanguinem penetrat, & alia ad splenem transmittitur. Pars autem, quæ cum sanguine penetrat, vadit cũ eo causa necessitatis & vtilitatis. Necessitas vero[z] est, vt sanguini admisceatur eo modo, quo debet in nutrimento cuiusque membrorum, in quorum complexionibus conuenientem melãcholiæ partem esse oportet, sicut sunt ossa. Vtilitas[a] vero est, vt sanguinem restringat, & confortet, & inspisset ipsum. Et pars eius, quæ ad splenem transmittitur, est illud, quo sanguis non indiguit: quæ ad ipsum vadit causa necessitatis & vtilitatis. Necessitas vero, aut est secundum corpus totum. scilicet vt à superfluitate mundetur: aut secundum vnum membrum, quod est vt splenem nutriat. Vtilitas vero ideo accidit, quia in os stomachi quasi mulgendo profluit. Et hæc quidem vtilitas duobus est modis:[b] vno, quia os stomachi stringit & confortat & inspissat: Alio, vt in ore stomachi commotionem faciat propter acredinem: & excitet ad famem: & faciat desideriũ. ☉ Debes autem scire, quod cholera rubea, quæ ad cystim transmittitur fellis, est illud, quo sanguis non indiget: & illud, quod à felle egreditur, est illud, quo fel non indiget: & similiter cholera nigra, quæ ad splenem transmittitur, est illud, quo sanguis non indiget. & illud, quod à splene egreditur, est illud, quo nõ indiget splen. Et quemadmodum illa[c] cholera rubea postrema euigilat virtutem expulsiuam inferius, sic cholera ista nigra postrema virtutem attractiuam ß euigilat superius. Vnde sit Deo omnibus meliori factoribus laus. Melancholia vero non naturalis, non est ad modum hypostasis & fęcis: immo est ad modum adustionis & cinereitatis. Res nanque humidæ cum rebus terrestribus admiscentur, separatur terrestreitas ab eis aliquo duorum modorum: aut ad modum hypostasis, & tale quale illud de sanguine est melancholia naturalis: aut secundum modum adustionis, quod est cũ resoluitur subtile, & spissum remanet, & tale quale illud est de sanguine & humoribus est melancholia superfluens: & ista quidem vocatur cholera nigra. Et neque habuit hypostasim, nisi sanguis. Ex phlegmate. n. propter sui viscositatem nihil descendit, sicut fęx. Et ex cholera rubea propter sui subtilitatem & suæ terrestreitatis paucitatem & sui motus assiduitatẽ. Et propter paucitatem quantitatis, quæ de ea separatur à sanguine, non resudat ex ea aliquid. Nec cum separatur, moratur nisi parum, sed putrefit: aut à corpore expellitur. Et cum putrescit, eius subtile resoluitur: & spissum remanet, & fit cholera nigra adusta, & non hypostasiua. Melãcholia autem, quæ est superfluens: alia est, quæ est cinis choleræ, & adustionis eius: & ipsa est amara: inter quam tamẽ & choleram rubeam, quam adustam vocamus, existit differentia: quod illa est cholera rubea, cui cinis hic fuit admistus: hęc vero nõ est, nisi cinis per se separatus, cuius subtile fuit resolutum. Alia est, quæ est cinis phlegmatis, & quod de eo adustum fuit: & si phlegma valde subtile & aquosum fuerit, eius cinis erit salsus: & si non, trahit ad acredinem, aut ponticitatẽ. Alia est, quæ est cinis sanguinis, & quod de eo est adustum: & hæc quidem est salsa ad paucã trahens dulcedinem.[d] Alia est, quæ est cinis melancholiæ naturalis: quæ si subtilis fuerit, erit eius cinis, & quod de ea adustum est, valde acre: sicut acetum, quod cũ super terræ faciem cadit, ebullit: & eius odor est acris, à quo muscæ fugiunt & alia: et si grossa fuerit, minoris erit acredinis cum ponticitate & amaritudine. Malæ igitur choleræ nigræ species sunt tres:[e] cholera rubea cũ aduritur, & eius subtile resoluitur: & duæ aliæ diuisiones, quas post eam diximus. Melancholia vero phlegmatica est tardioris nocumẽti & minoris malitiæ. Et melancholia cholerica est, quæ est fortioris malitiæ & velocioris corruptionis: Verũtamẽ est susceptibilior curationis, quam illæ. De alijs vero duabus diuisionibus, quæ magis acris est, deterior existit: si tamẽ in eius principio auxilium præsto fuerit, citius medicationem recipiet. Tertia vero, quę minus super terram ebullit: et minus in membra penetrat: tardius perimit: sed ad resol-

E

T Gal. li. 2. de tpa. c. 6. d, & l. 2. prognos. 39. Haly.

V Lib. 2. t. 1. c. 3.

F X Lib. 2. t. 1. c. 3.

Y Ga. lib. 2. de nat. facul. potẽ. c. 9. h, & Haly. li. 1. the. c. 25.

Z Gal. & Halya.

A Halya.

B G. li. 5. de vsu p. c. 4. g

G *Supra* ☉

C G. li. 2. apho. 20.

Supra ß

H

D G. li. 14. de morb. cur. c. 9. d

E G. in porrhe. hip. cõment. 1. 10. d

A resoluendum,& ad maturandum,& medicationem recipiẽdum,magis est effrenis. Hæ ergo sunt species humorum naturalium & superfluẽtium. Inquit[f] Gal. ille, qui dixit, ꝙ humor naturalis solummodo est sanguis:& alij humores sunt superfluitates, quibus non egetur, non dixit verum. Si enim solus sanguis esset humor, qui membra nutrit, omnia in suis complexionibus & essentijs similia forent:os autem carne durius non existit, nisi quia sanguis cui substantia dura melancholica fuit admista ipsum nutriuit:neq; cerebrum mollius est carne, nisi quia sanguini, qui ipsum nutriuit, substãtia mollis phlegmatica fuit admista. Ipsum quoq; sanguinem alijs inuenimus admistum humoribus, qui ab eo separantur. Cum enim extrahit̃ & steterit ĩ vase, seu firmatus fuerit in vase, visu discernitur, ꝙ separatur in partem, quæ est sicut spuma,& est cholera rubea:& partem quę est sicut fæx & res turbida,& est melancholia:& partem, quæ est sicut albumen ouorum, et est phlegma:& partem aquosam, quę est aquositas, cuius superfluitas in vrina euacuatur. Aquositas nanq; non est ex humoribus:neq; est nisi ex eo quod bibitur,& non nutrit:neq; est necessaria, nisi in nutrimenti attenuatione,& penetratione. humor nanq; est, quod ex eo quod bibitur & comeditur, est nutriens. Quòd autem dico[g] nutriens, volo intelligi, quòd est in potẽtia simile corpori. Quòd autem in potentia corporis. s. humani similitudinem habet, est corpus commistum non simplex. Et aqua quidem est simplex. Sunt autem quidam hominum, qui opinãtur corporis virtutem sanB guinis sequi multitudinem,& ipsius debilitatẽ sequi eius paucitatẽ. Sed non est ita. Immo, quod de eo attenditur vel cõsideratur, est dispositio, quam corpus ex eo sugit vel nutritur. Et sunt quidam, qui opinantur, ꝙ cum humores aucti fuerint, aut diminuti:dummodo sint fm proportionẽ, quam corpus hominis requirit in mensura vnius ad alterum, tunc sanitas erit conseruata, sed non est ita. immo oportet vt humores cum illa sint conseruantes mensuram, in quanto nõ per comparationem ad alium humorem, sed in seipsis cum conseruatione mensuræ, quę est in eis, per comparationem ad aliud. Adhuc quidem remanserunt de rebus humorum quæstiones:quæ non medicis, sed tantum pertinent philosophis. Ideoq; eas prætermisi.

F Lib. 2. elemẽtoꝝ c. 5. g

G Gal. li. 3. de tpa. c. 2. e,& li. 1. de sip. med. fac. c. 1. e

De qualitate generationis humorum. *Cap.* 2.

N[h] Vtriens masticatione aliquam habet digestionem:[i] superficies. n. oris cõtinua existit cum superficie stomachi. immo est ac si vna esset superficies:estq; in ea virtus digestiua ex ipso. Cumq; masticatum tetigerit, aliqua ipsum conuersione permutabit. Et in hoc quidem auxiliatur saliua acquisita per digestionem, in qua cadit calor innatus. Ideoq;[k] triticum masticatum, in maturatione furunculorum & exiturarum operatur, quod nõ operatur triticum cum aqua tritum:neq; illud, quod cum aqua coquitur. Et dixerunt[l] quidam, ꝙ signum ostendens nobis, ꝙ masticatũ iam parum incipit digeri, est, ꝙ neq; primus odor, neq; primus sapor in eo ĩuenitur. Deinde postquam C stomachum ingreditur, integra digerirur digestione:[m] non propter stomachi calorem tantum:sed propter calorem membrorum, quæ ipsum circũdant:& à dextra quidem hepar,& à sinistra splen. splen nanq; calefacit, non propter sui substantiam:sed propter arterias & venas multas, quæ in eo sunt.& ab anteriori quidem est zirbum adipinum, quod cito suscipit calorẽ causa adipis,& ad stomachum reducit.& superius quidem cor mediante diaphragmate ab eo calefacto. Cumq; nutriẽs in primis digeritur, fit sua essentia in multis animaliũ auxilio eius, quod ei admiscetur de eo, quod bibitur:plerunq; chylus:& est substantia fluuida aquæ alkisch ptisanæ in spisitudine silis: deinde eius subtile à stomacho & intestinis attrahitur,& per vias venarũ, quæ mesaraicæ vocant̃ impellit̃, quæ sunt venæ subtiles duræ, omnibus intestinis continuæ.[n] Cumq; per eas impellitur, ad venam peruenit, quæ porta hepatis vocatur,& penetrat in hepar in diuisionibus & ramis portæ intrantibus & se minorantibus,& subtiliantibus ad modum capillorũ occurrentibus orificijs diuisionum radicum venæ, quæ à gibbo hepatis ascendit. Et nõ facit ipsam penetrare in illas coangustationes in nobis, nisi bona commistio aquæ bibitæ supra id, quod indiget corpus. Cum ergo in istarum venarum villis diuiditur, fit quasi hepar totaliter tangat huius chyli totalitatem:& propter illud, tũc eius operatio est vehemẽtior & fortior,& velocior:& tũc coquitur.[o] In omni autem decoctione, quæ est huiusmodi, est res, quę est sicut spuma:& res, quæ est sicut hypostasis:& res fortasse erit cũ D eis, quæ ad adustionem pertinet:si decoctio superflua fuerit:aut res, quæ non est bene cocta: si decoctio fuerit minor, q̃ debet. Spuma autem est cholera rubea.& hypostasis est melancholia: quæ ambo sunt naturales. Adusti vero subtile, est cholera mala, et eius spissum est melancholia mala, et ambę sunt non naturales,& quod non bene coctum est, phlegma est. Quod aũt de hoc toto res colata est, quæ est bene cocta, est sanguis.[p] Qui tamen quãdiu est in hepate, subtilior existit, q̃ debet propter aquosam superfluitatẽ, quæ propter rem quam[q] diximus, est necessaria. Istud vero, quod est sanguis, cum ab hepate separatur, ab aquositate superflua illico mundatur:quæ necessaria non est, nisi propter causam quandã, quæ iam[r] sublata est. Extrahitur ergo aquositas à sanguine in vena, quæ ad renes descendit:& fert secum sanguinem, qui ad renes nutriendos sua quantitate & qualitate bonus existit.[s] Nutritq; renes vnctuositas et sanguineitas huius aquositatis, deĩde illud, quod remanet, ad vesicam expellitur,& post ad virgam.[t] Sanguis autem essentiæ bonæ per venã magnam ex gibbositate hepatis ascendentem, vadit & tendit per venas, q̃ ab ea vt rami separant̃:[u] deinde in giedaul venarũ, deinde in suachi giedaul, deinde in ruada suachi, deinde in venis, quæ sunt sicut villi similes capillis:postea sanguis ab earum orificijs resudando labitur in membra ex parte diuina.[α] Sanguinis[x] ergo causa efficiens, calor est temperatus. Et causa materialis est, quòd de nu-

H L. 3. F. 6. c. 1. e,& Gal. li. 3. de nat. fac. poten. c. 7. a. b
I Fen. 14. t. 1. c. 1.& Ga. li. 4. de vict. rõne. t. 6.
K Lib. 4. Fẽ. 3. t. 1. c. 34.& Gal. li. 3. de nat. facul. c. 7. a
L Gal. li. 3. de nat. fac. c. 7. a
M L. 3. F. 13. t. 1. c. 1. Ga. li. 4. de vsu par. c. 8. c,& li. 3. de nat. fac. c. 7. b
N Gal. li. 4. de vsu par. c. 2. h
O Gal. li. 4. de vsu par. c. 3. a
P Gale. ibidẽ. c. 5. e
Q Cap. 1.
R Cap. 1.
S Gal. lib. 5. de vsu par. c. 6. g
T Ga. li. 4. c. 5. c
V Gal. lib. 4. c. 5. c *Infra* α
X G. li. 2. de na. fa. c. 8. c,& li. 8. d Hip. & Pla. c. 4. e

de nutrientibus est temperatum: & de potibus bonis. Et formalis causa ipsius, est decoctio bona. E Et eius causa finalis est, vt nutriat corpus. β Efficiens [y] vero cholerae rubeae causa, est igneus calor superfluus & proprie in hepate. Et eius [z] causa materialis est, quod de nutrientibus est subtile, calidum, dulce, & vnctuosum, & acutum. Et eius causa formalis est, decoctionem ad superfluitatem procedere. Et eius finalis causa est necessitas & vtilitas, quas [a] nominauimus. γ Efficiens aũt phlegmatis causa, est caliditas attenuata. Et eius materialis [b] causa est, quod de nutrientibus est grossum, humidum, viscosum & frigidum. Et eius causa formalis est decoctionis attenuatio. Et eius finalis causa est necessitas eius, & vtilitas ipsius, quas [c] nominauimus. Melancholiae autem hypostasiuae quidem [d] causa efficiens est calor temperatus. [e] Sed δ causa efficiens adustae est caliditas, q̃ ab aequalitate est egressa. Et eius causa [f] materialis est, quod de nutrientibus est vehementer grossum paucae humiditatis, & quod ex eis est calidum, est fortius in hoc. Et causa eius formalis est faex hypostasiua secundum vnum duorum modorum: vnde neq; labitur, neq; resoluitur. Et eius causa finalis, est necessitas eius & iuuamentum ipsius, quae [g] nominauimus. Melancholia autem fit multa: aut propter caliditatem hepatis: aut splenis debilitatem: aut propter frigoris vehementiam congelantis: aut propter conculcationis perseuerantiã: aut propter aegritudines, quae multae & prolixae fuerunt. quare propter illud humores facti sunt cineres. Cumq; melancholia multiplicatur, & inter stomachum & hepar stat: sanguinis & bonorum humorum generatio cum ea minoratur, quare F sanguis minoratur. Debes autẽ scire, ꝙ generationis humorũ causae, caliditas, & frigiditas cum alijs existunt causis. Sed α caliditas aequalis, sanguinem generat: & β superfluens choleram gignit rubeam: multumq; γ superflua melancholiã generat propter superfluitatem adustionis. [h] Et δ frigiditas quidem phlegma generat. Et multum superflua generat melancholiam propter superfluitatem congelationis. Debes autem attendere virtutes passiuas cum virtutum actiuarum proportione. [i] Neq; oportet vt sit credulitas, ꝙ omnis complexio sibi generat simile: et non sui cõtrarium per accidens, licet non sit per essentiam. Complexioni.n. multoties accidit vt cõtrarium generet: [k] frigida nanq; complexio & sicca, plerunq; generat humiditatem extraneam: non propter conuenientiam, sed propter digestiuae debilitatem. [l] Et huiusmodi quidem complexionem habens, est homo macer: cuius iuncturae sunt laxae: & est azor. i. sine pilis, & frigidus, tactu lenis: & venę angustae: & similatur huic, quod generat senium de phlegmate: licet in veritate senij complexio frigida sit & sicca. Debes aũt scire, ꝙ sanguis et quod cũ eo labitur, tertiam habet in venis digestionem: & cum per membra diuiditur, vt vnumquodq; suum recipiat nutrimentum, habet digestionem quartam. [m] Superfluitas igitur digestionis primae, quae est in stomacho, per intestinorum egreditur viam. & [n] secundae digestionis, quę fit in hepate superfluitas, plurimũ cum vrina egreditur. Quod autem de ea remanet ad splenem & fel tendit. Duarum vero digestionum remanentium super- G fluitates: per resolutionem, quae non sentitur: [o] & per sudorem, & per sorditiem extrinsecam egrediuntur. Cuius pars est, quod per foramina egreditur sensibilia: sicut per nares: & instrumentum auditus. aut non sensibilia, sicut per poros: aut extra naturã, sicut per apostemata cum aperiuntur: aut, quod nascitur ex additionibus in corporibus, sicut pili & vngues. Debes autẽ scire, ꝙ si alicuius humores subtiles existunt: eorum euacuatio eum debilitat, & laedit ipsum in virtute sua pororum suorum amplitudo, propter illam debilitatem, quę sequitur ad resolutionem: & propterea, ꝙ humores subtiles ad euacuandum & resoluendum sunt faciles. Quod autem ad resoluendum & vacuandum est facile, spiritui facile associari potest in sua resolutione: cum eo igitur resoluitur. Et debes scire, ꝙ quemadmodum humores isti in suis generationibus causas habent: sic & in suis motibus habent causas. Motus nanq; & res calidae sanguinem mouent & choleram rubeã: & fortasse mouebunt melancholiam: & fortem facient eam. Quies vero mouet phlegma & fortificat ipsum. & aliquas melancholiae species, [p] & etiam ipsemet aestimationes mouent humores. verbi gratia: sanguinem enim mouet res ĩtueri rubeas: quapropter prohibemus illum, ex cuius naribus sanguis fluit, res splendorem habẽtes rubeum aspicere. Et haec quidem dicimus de humoribus & eorũ gñationibus. Loqui vero cõtra ꝑteruos & deuiãtes, debẽt sapientiarũ opifices et nõ medici.

DOCTRINA V. *ad sciendum quid sit membrum & suae partes.* *Cap. I.* H

MEmbra autem sunt corpora, quae ex prima humorum generantur commistione: quemadmodum humores sunt corpora, quae ex prima ciborum generantur commistione: sicut cibi sunt ex prima commistione generati elementorum. Membrorũ autem [q] alia sunt, quae sunt simplicia: alia sunt, quae sunt composita. Et simplicia quidem sunt, quorum quãcunq; sensibilẽ assumpseris partem, in nomine & diffinitione erit toti cõicans: sicut caro in suis partibus: & os in suis partibus: & neruus in suis partibus, & his similia: ideoq; similium vocãtur partium. Composita vero sunt illa, quorum quãcunq; acceperis partẽ, in nomine, diffinitione toti cõicans non erit, sicut manus & facies. Pars.n. faciei non est facies: neq; pars manus est manus. & vocantur membra instrumentalia: eo ꝙ sunt animae instrumenta ad complendum motus & operationes. Primum mẽbrorum similium partium est os: quod durum est creatum: [r] q̃m ipsum est corporis fundamentũ, et sustentaculum motuum. Post ipsum vero est cartilago, quae osse existit mollior: ideoq; flecti potest: sed est omnibus alijs membris durior: cuius iuuamentum in creatione fuit [s] vt ossium cum corporibus mollibus per ipsam melior fieret continuatio: et vt durum cum molli non absq; medio componeretur: duro.n. molle laederetur. [t] & praecipue in hora percussionis, & casus seu obuiationis.

Immo

Infra β
Y G.li.2.đ crisi.c.3.d, & li.8. de Hip. & Pla.c.4.d
Z Ga.Li.2.de nat. fac.c.8.c
A Cap.1.
Infra γ
B Ga.li.8.de Hip. c.6.d
C Cap.1.
D G.li.14.de met. med.c.9.e
E Ga. ibi.e, & li.3. de cau.symp.c.2.b
Infra δ
F G.li.3.de loc.af. c.7.f, & lib. de atra bile.c.6.h
G Cap. 1.
Supra α
Supra β
Supra γ
H Ga.lib.3.de cãis sympt.c.2.b
Supra δ
I Gal. li.2. de tpa. c.6.fo.21.c
K Ga.ibi.fo. 21.c
L Gal.li.2. de tpa. c.6 fo.21.c
M Gal.li.1.de san. tuen.c 12.f
N G. li.đ cãis sympto.c.2.a.b, & li.de atra bile.c. 4.
O Ga.lib.1.de san. tuen.c.12.8.h
P F.2.do.1.c.8. & doct.2.sũ.1.c.14.& li.3. F.1.t.4.c. 22.& Fẽ.13.t.3.c. 5. & Fẽ 15.t.1.c.6.& Fẽ.21. t.1.c.2.&.14.et Ga. li.de mot. manifes. c.67.d.e.h, & G.de theri.ad Piso.c.11.e
Q Aris.li.1.de nat. aĩa.c.1.& G. đ dřijs mor.c.3.f, & li.6.de sa.tuẽ,c.9.d.e
R Sũ.1.c.1.& Ga. li.16.de vs.p.c. 2.g
S Ga.li. 16. de v.p. c.2.g, & li.1.c.15.h
T Halya.li.1.theo. c.9.

A Immo sit compositio gradata,sicut est in osse spatulæ & hypochondriorum,et in costis mendosis,
& sicut cartilago alcangiara sub thorace:& vt per ipsam etiam fieret melior iuncturarum se adin-
uicem fricantium vicinitas:ne sua duritie rumperētur:et etiam,vt cum aliquis musculus se exten-
dendo,ad aliquod peruenerit membrorum,in quo os nō existit:cui innitatur, & à quo confortet̃,
sicut palpebrarū musculi:vt sit ibi sustentaculum chordis eorum & defensio:& plerunq; etiam in
multis locis est necesse rem aliquam rei alicui inniti,quæ non sit dura in vltimo,sicut epiglottis.
Postea sunt [a] nerui,qui sunt corpora à cerebro orta,aut à nuca:alba:ad flectendum mollia:et ad se-
parādum dura,ad hoc creati, vt per eos membra sensum habeant & motū.Post neruos sunt[b] chor
dæ,quę quidem sunt corpora,quę ab extremitatibus musculorum oriuntur,& neruis similantur:
& ad membra tendentes mobilia,plerūq; sua retractione retrahunt ipsa,propter musculi contra-
ctionem & congregationem:& propter ipsius retrorsum reductionem: & qnq; laxant ipsa mem-
bra laxamento sui:propter dilatationem musculi redeuntis ad sitū suum, aut addentis in eo supra
mensuram suam in longitudine eius in hora dispōnis,in qua ipse existit in situ suo cōueniente ei:
sicut in quibusdam videmus musculis:quæ quidem ꝭm plurimum sunt compositæ ex neruis, qui
in musculum penetrant:& ab altera parte egrediuntur,& ex corporibus, de quibus post chorda-
rum relationem tractabimus:& hæc quidem sunt,quæ ligamenta vocantur: quæ etiam ꝭm visum
B & tactum neruosa existunt,et ab ossibus venientia,ad partem musculi diuiduntur ipsa et nerui in
partes villosas:& quod ex eis,musculo vicinatur,repletur carne:& quod ab eo separat̃ versus iun-
cturā & mēbrū motū,colligitur in seipso,& inuoluit̃,& fit chorda.Post eas aūt sunt [c] ligamenta,q̄
prædiximus,quæ etiam sunt corpora neruo similia.quorum quædam sunt,quæ absolute ligamen
ta vocantur:& quædam sunt,quæ nomine alhacab appropriātur.illud vero,quod [d] ad musculum
extenditur,non vocatur nisi ligamentum.Et illud,[d] quod ad musculum non extenditur : sed tan-
tum quod est inter duo extrema ossium iuncturæ continuat:aut inter alia membra : & vnam rem
alij firmiter annectit,ligamentum vocatur:& qnq; nomine alhacab appropriatur.[e] Nullum vero
ex ligamentis sensum habet,ne propter motū multum,& fricationem doleret.Iuuamentū autem
ligamenti,ex eo quod præmissum est,α perpēditur.Et post ligamenta sunt arteriæ,quæ sunt cor-
pora,[f] quæ à corde nascuntur,concaua,in longitudinem extensa,neruosa,& in sui substantia liga-
mentalia,habentia motiones,dilatando se & constringendo,quę ex quietibus discernuntur:quæ
quidem ad hoc fuerunt creatæ [g] vt cor euentetur: & fumosus vapor ab eo expellatur : & spiritus
membris corporis distribuatur.Post sunt venæ,quæ arterijs similes existunt: [h] sed sunt ab hepate:
& sunt quietę:quæ quidem fuerunt creatæ ad hoc,vt[i] sanguis,membris,quæ sunt in corpore,par-
tiatur.Deinde sunt panniculi,qui sunt corpora de villis neruosis non sensu perceptis texta:quorū
C grossitudo vel profunditas tenuis existit,& sunt corpora lata aliorum corporū superficies coope-
rientia,& continentia ea,propter iuuamenta,ex quibus est, vt summam eorum in sua figura & fa
ctura custodiant.Et ex eis est,vt ea ab alijs membris suspendant,& eis annectāt,mediantibus ner
uo & ligamento diuisis in villis,ex quibus texti sunt,sicut renes dorso.[k] Et ex eis est,vt membra
ꝭm sui substantiam sensum non habentia,per ipsos habeant superficiem sui essentia sentientem:
illud quod ei occurrerit:& accidentaliter sentiant,quod accidit corpori,in quo sunt inuoluta . Et
hæc quidem membra sunt sicut [l] pulmo: [m] hepar:splen:& renes.hæc.n.sua substantia nullo modo
sentiunt:sed neq; sentiunt res obuiantes eis,nisi per panniculum super ea existentem . Cumq; in
eis accidit ventus aut apostema,sentitur.Sed ventum sentit panniculus accidētaliter propter ex-
tensionem,quæ contingit in ipso:apostema vero sentit principium panniculi:& eius appensionē
accidentaliter:ideo q membrum apostematis grauitate remanet pendens.Postea est caro,quę est
locorum vacuorum [n] impletio,quæ in horum membrorū situ in corpore existūt,& ipsorū fortitu
do,qua sustentant̃.[o] In vnoquoq; vero mēbro est virtus naturalis, qua ei res nutrimēti cōpletur.
Et hoc quidem est nutrimentum attrahere,& retinere,& assimilare, & vnire, & superfluitatem
expellere.Et post hæc quidem,membra diuersificantur. sunt enim eorum quædam, quæ præter
hanc virtutem,insuper aliam virtutem habent,quæ ab eis ad aliud procedit: & quædam sunt eo-
D rum,quæ hoc non habent:& diuersificantur etiam ꝭm modū alium . Quedam enim eorum sunt,
quæ præter hanc virtutem insuper virtutem habent,quæ eis ab alio influit:& sunt eorū quædam,
quæ non.Cū ergo compositio fiet,sequetur,quod est membrum suscipiens & tribuens, & mem-
brum tribuens & non suscipiens:& mēbrum suscipiens & non tribuens:& membrū neq; tribuēs
neq; suscipiens.De membri aūt tribuentis & suscipientis inuentione nō dubitamus. [p] In cerebro
nanq; & hepate oēs conuenerūt medici,quod vnūquodq; eorum virtutē vitę suscipit,& calorem
naturalem,& spiritum à corde,& vnumquodq; eorum pricipium habet virtutis, quā alijs tribuit.
Sed cerebrum quidem præbet sensum ꝭm quosdam [q] absolute, & ꝭm [r] quosdam non absolute : &
hepar est principium nutrimenti ꝭm quosdam absolute,& ꝭm quosdam non absolute . De mēbri
autem suscipientis & non tribuentis inuentione non dubitamus:sicut caro est,quæ sentiendi vir-
tutem vitæ suscipit : & non est alicuius virtutis principium:quam alij vllo modo tribuat. De alijs
vero duabus diuisionis partibus ,i vna earum,medici à magno philosophorum diuersificati sunt.
Philosophorum nanq; [s] magnus dixit, q membrum tribuens & non recipiens,est cor:ipsum.n.est
omnium virtutum prima radix:& omnibus alijs mēbris suas tribuit virtutes,quibus nutriuntur,
& viuunt,& quibus apprehendunt,& quibus mouentur. [t] Medici autem, & quidam primorum

A Gal.li.1. de mo. mu.c.1.h,& li.3. lo. af.c.7.b,& lib.7.de v.p.c.14.d. e
B Gal.li. 1. de mo. mus.c.2.c
C G.li.6.de meth. med.c.4.g.h
D Gal.li.1.de mo. mus.c.1.h.a
D Gal.ibidem.
E Gal.lib.6.meth. med.c.4.g.h
Supra α
F G.li.1. de v.par. c.16.b,et l.16.c.1.d, & li.1.de mo. mus. c.1.b
G G.lib.8.de Hip. & Pla. de.c.8.b
H Gal.li.1. de v.p. c.16.b,& li.13.met. cur.c.15.f, & lib.de plenitu.c.3.a
I G.lib.1.de v.par. c.16.b
K Ga.li. de renum dig.c.3.a,& li. 5. de v.p.c.9.c,& li.2. de lo.af.c.3.b,&.4. b, & Haly.lib.1.theo. c.15.
L G.li. 4.ď loc. af. c.8.e
M G.li.4. de v. p. c.13.e
N Halya.li.1. the. c.14.
O Ga.li.8.de cōp. med.ꝭm lo.c.7.a,& li.3.de nat.fa.c.8. c, & li.5.lo.af.c.7.d
P G.li.de fœtuum firmat.c.5.h
Q G.li. 7.de Hip. & Plat.c.3.g. h
R Arist.li.3.de Par ti.aīa.c.4.
S Li.3.de pti. aīal. c.4.do.6.sū.1.c.1.
T Ga.li.9.de met. med.c.10.h,& li. 3. de Hippo.& Plato. do.2.g

philosophorum has virtutes in membris partiti sunt:& non dixerũt, ꝙ sit membrum tribuens & E
non suscipiens. Et [a] philosophi quidem sermo, cum subtiliter certificatur, est veracior.[a] Sed medi-
corum sermo, in primis cum attenditur, est magis manifestus. Postea in alia diuisionis parte, diuer
sificati sunt medici iter se, & philosophi inter se.[b] vna enim Secta dixit: ꝙ ossa & caro non sentiẽtia
& eorum similia, non permanent nisi per virtutes proprias, quę sunt in eis, quæ non ab alijs prin-
cipijs eis influxerunt: sed per illas virtutes, cum nutrimentum eis transmittitur, sibi sufficiunt: &
neq; ipsa alij rei virtutem tribuunt, neq; etiam aliud membrum eis aliam tribuit virtutem. Alia ve
ro Secta dixit, ꝙ virtutes istæ nõ sunt eis proprię: sed ab hepate & corde in generationis principio
eis influxerunt: & in eis fixæ permanserunt. Medico tñ non attinet, vt insequendo, demonstrati-
ua procedat argumentatione: vnde de his duabus diuersitatibus ad veritatem exitus proueniat.
neq; patet ei semita ad hoc inquantũ est medicus: neq; hoc ipsum ĩ aliqua suarum perscrutationũ
& suarum actionum impedit. Debet autem scire & credere in diuersitate prima, quòd non est ei
curandum: vtrum cor sit principium sentiendi & motionis cerebro: & virtutis nutrientis hepati,
aut non sit. Cerebrum nãq; siue per se, siue post cor habeat, principium aĩalium actionum existit,
comparatione aliorum membrorum. Et hepar similiter actionum naturalium nutrientium prin-
cipium existit aliorum membrorum comparatione. Et de alia quidẽ diuersitate debet scire & cre-
dere, ꝙ non est ei curandum, vtrũ virtus naturalis in tali, quale est os in principio generationis, ab F
hepate venerit: aut eam pro suamet complexione meretur, aut nihil sit eorum. Sed debet credere,
ꝙ hæc virtus ad ipsum non profluit ab hepate taliter, ꝙ si clauderetur via inter ea ambo: & os nu-
trimentum aptũ haberet, eius actio destrueretur, quemadmodum fit in sensu & motu: cũ neruus,
qui prouenit à cerebro stringit̃, seu oppilatur. imo virtus illa ossi facta naturalis est, dum eius per-
manserit complexio. Et tunc quidem explanabitur ei diuisionis habitudo, & videbit mẽbra prin-
cipalia, quæ sunt, & membra principalibus deseruientia, & membra moruse absq; seruitio, & mẽ-
bra, quæ nõ sunt principalia, neq; sunt moruse. Mẽbra vero principalia sunt membra, quæ prima-
rum virtutum, quæ in corpore existũt, quæ ad hoc sunt necessariæ, vt singulare aut spẽs perdurẽt,
principia habent:[c] secundum vero singularis durabilitatem sunt tria principia.[d] Cor quidem est
principium virtutis vitæ, & [e] cerebrũ quidem est principium virtutis sentiendi & mouẽdi,[f] & he-
par quidẽ est principium nutriẽdi. Sed ẜm speciei durabilitatem sunt prĩcipalia hęc tria: [g] & etiam
aliud quartum, quod speciei existit proprium, et sunt testiculi, qui vni rei sunt necessarij, et ad rem
aliam iuuatiui. Necessitas vero est [h] ad sperma generandũ, quod genealogiã conseruat. Iuuamen-
tum vero, est ad hoc vt complementum formę detur: [i] & complexio masculina & fœminina con-
seruetur:[k] quæ speciebus aĩalis accidentia sunt inseparabilia: & nec sunt ex rebus inaĩalitatis essen
tiam ingredientibus. Membrorum vero deseruientium, alia sunt, quæ seruitute deseruiunt præpa G
ratoria, alia quæ seruiunt seruitute latoria. Et præparatoria quidem seruitus, vocatur vtilitas: lato-
ria vero, seruitus absolute vocatur. Seruitus autem præparatoria est anteq; principale operetur:
& latoria seruitus, postq; principale operatur. Cordis vero seruiens præparator est [l] sicut pulmo,
& eius seruiens lator est sicut arteriæ. Cerebri vero seruiens præparator est sicut hepar, & alia nu-
trimenti membra, & custodię spiritus: & lator est sicut nerui. Hepatis vero pręparator seruiens est
sicut stomachus, & lator est sicut venæ. Et testiculorũ quidem [m] seruiens ꝑparator sunt, sicut mem
bra, quæ antequàm ipsi, generãt sperma, sed eorum seruiens [n] lator est virga in viris: & [o] venę quæ
sunt inter eos & ipsam: & in mulieribus similiter sunt venæ, quæ sperma ad locum conceptionis
impellunt. & mulieres insuper habent additamenta matricis, in quibus spermatis completur, seu
perficitur vtilitas.[p] Gal. autem dixit, ꝙ mẽbrorũ alia sunt, quæ operationẽ tñ efficere habẽt: alia,
quæ iuuamentũ tñ: & alia sunt, quæ operationẽ & iuuamẽtum habẽt: primũ est sicut cor, secũdũ
[q] est sicut pulmo,[r] tertium sicut hepar. Dico autem, ꝙ per operationẽ oportet intelligi illud, quod
de operationibus in vita singularis ingredientibus, aut in spẽi ꝑmanẽtia cõplet̃ per aliquid vnũ.
sicut illud quod fit ꝑ cor in generatione spiritus. Et per iuuamentum oportet intelligi illud, quod
præparatur ad alterius mẽbri operationem suscipiendã: & tunc erit operatio completa ad dandã
singulari vitam aut spẽi permanẽtiã, quemadmodũ pulmo aerem præparat. Ipsum vero hepar se- H
cundam suam perficit primo digõnem: & digestioni tertię, & quartę apparatũ pręstat: ergo inquã
tũ digestionẽ secũdam adeo perfectam efficit quoad sanguis ad ipsummet nutriendum sit bonus,
actionẽ operatus est: & inquantum operationẽ efficit, quæ in alia expectata operatione auxiliat̃,
iuuamẽtum efficit. Et ẽt denuo dicemus, ꝙ membrorũ alia sunt, quæ generantur ex spermate, q̃
sunt similium partium membra, præter carnem & adipẽ, & alia sunt, quæ ex sanguine generãtur
sicut adeps et caro. quod enim est pręter hęc duo ex duobus generatur spermatibus, masculorum
spermate, & spermate mulierũ.[s] Sed secũdũ sermonẽ eius, qui de sapiẽtibus verificauit. de sperma
te masculi generat̃, sicut generatur caseus de coagulo: & de spermate mulieris gñatur, sicut caseus
generatur de lacte. Et sicut principiũ coagulans est in coagulo: ita principiũ coagulans formã, est
in spermate viri. Et sicut principiũ susceptiuũ coagulationis est in lacte, ita principiũ susceptiuũ
coagulationis formæ. s. virtus passiua, est in spermate mulieris. Et quemadmodum vnumquodq;
duorum coaguli, videlicet, & lactis, est pars substantiæ casei, qui fit ex eis: ita vnumquodque duo
rum spermatum est pars substantiæ embryonis: hoc autem verbum non parum, immo multum
verbis [t] Gale. est contrarium. Sibi nanq; videtur, quòd cuique duorum spermatum inest virtus
coagu-

A Doc.6.sũ.1.c.1.
A Ibidem.
B Ga.li.ar.medi.c.9.b,&.c.83.h, & li.2.art.cur. ad Glau.c.2.b
C Gal.li.5. de loc.af.c.1.h
D Ga.li.7. đ admi.ana.c.8.c:& li.9. de met.me.c.10.h, & li.5. loc.af.c.1.h
E G.li.8.de v. par.c.4.b
F G.li.13. de met.med.c.15.
G Gal.li.2.art. cu.ad gla.c.2.b, & lib.art.med.c.9.b
H Ga.li.14. de v.p.c.13.b,& li.1. de semine.c.16 h.a,& li.14.de v.p.c.1.c
I Gal.lib.1.de seĩe.c.16.b
K Arist.lib.10.methaph.c.1.
L Ga.lib.1. causis sympt.c.8.b
M Ga.li.14.de vsu par.c.13.a.b
N G.li.15. de v.p.c.3.h
O G.li.14. de v.p.c.13.b,& li.1. đ seĩe c.17.e.f
P Li.17. de v. par.c.1.c
Q Gal.li.7.de me.med.c.13.b.c
Q Gal.ibidem.
R G.li.1.de seĩe. c.5.c,&.c.11. c. d, & cõmẽ.1.in lib.Hip.de natu.hu.27.d
S Arist.li.2.de gene.aĩal.c.4.& G.1.de seĩe.c.1.h
T Lib.2. de seĩe.c.2.c.d.e,& li.3. Fen 20.t.1.c.3.

A coagulatiua, et virtus coagulationẽ suscipiens: & propter hoc nõ se prohibet, quin dicat, ꝙ virtus coagulatiua in masculis, est fortior, & virtus coagulationem suscipiẽs, est fortior in fœminis. Qualiter aũt sermo in hoc certificetur,[a] inuenitur in nostris libris, qui sunt de sapiẽtijs radicalibus.[b] Postea vero sanguis, qui in tpe menstruorũ à muliere separabat̃, fit nutrimentum. Sed alia pars eius est quæ in similitudinem conuertitur substantiæ spermatis & membrorum, quæ ex eo generant̃: & erit nutrimentum augmẽtans ipsum. Alia pars eius est, quæ non nutrimentum fit ad illud: sed est conueniens vt coaguletur ad implenda loca membrorum primorũ vacua: & fit caro & adeps. Et[b] alia pars eius est superfluitas, quę nulli harum duarum rerum est bona, & remanet vsq; ad horam partus, quam natura vtpote superfluam expellit: cumq; infans parturitur, sanguis, quẽ ipsius hepar generat, huius sanguinis vices supplet, et generatur ex eo, quod ab illo sanguine generabatur.[c] Et caro quidem ex sanguine generatur spisso, quem caliditas & siccitas coagulant. adeps vero ex eius aquositate & vnctuositate generatur, quam frigiditas coagulat, ideoq; ipsam caliditas resoluit.[d] Membra autem, quę ex spermate sunt creata, cum solutionem continuitatis patiuntur, vera continuitate non restaurantur, nisi pauca ex eis, & in paucis habitudinibus,[e] & in ætate pueritiæ: sicut ossa, & rami venarum parui: non enim magni, neq; arteriarum: cum enim aliqua eorum pars seiũgitur, nihil loco eius nascitur. Et hęc quidem sunt sicut ossa,[f] & nerui.[g] Illa vero, quæ B ex sanguine sunt creata, renascuntur post perditionem suam: & continuantur tali substantia, qualis sunt ipsa, sicut caro. Et illud quidem, quod est creatum ex sanguine, in quo adhuc virtus existit spermatis, dum nõdum inter ipsum & sperma tempus intercesserit nisi paruum: illud membrum quando tollitur, iterum nasci potest: sicut dentes in ætate pueritiæ. Cum autem sanguis ad aliam conuersus fuerit complexionem, non iterum renascetur.[h] Et dicemus etiam, ꝙ membrorum sentiẽtium mobilium, plerunq; motus & sensus simul principium est vnus neruus: & plerunq; separantur: & erit principium cuiusq; virtutis neruus. Et etiam dicemus, ꝙ origo panniculorum viscerum omnium, quę panniculis sunt inuoluta, est ex vno panniculorum pectus, aut ventrem intrinsecus cooperiente vel cooperientium.[i] Sed eorum, quæ in pectore sunt, sicut diaphragmatis, & venarum, & arteriarum, & pulmonis, origo pãniculi, est ex pãniculo interiore, qui costas tegit. i Et membrorum quidem & venarum, quæ sunt in ventre panniculi, oriuntur ex siphac, qui interius vẽtris cooperit musculos.[k] Omnia quoq; membra carnosa sunt, aut villosa: sicut caro, quæ est in musculis: aut villis carentia, sicut hepar.[l] Et nullus quidem motus fit nisi per villos.[m] Voluntarius vero motus fit causa villorum, qui sunt ĩ musculis.[n] Et naturalis, sicut motus matricis et venarum.[o] Et compositus, sicut motus transglutiendi fit villis proprijs per formam, ex situ longitudinis, & latitudinis, & trãsuersionis.[p] Attractioni vero sunt villi, qui in longitudinẽ protendun- C tur:[q] & expulsioni villi, qui in [q]{latitudinẽ}tẽdunt: cõstringentes & retentorij, villi, qui ex[q]{trãsuerso} vadũt. Membrorũ autem, quæ vnam habent tunicam,[r] sicut venarũ & vesicę, tres villorũ spẽs adinuicem sunt textę.[s] Et membrorũ, quæ sunt duas habentia tunicas[t] villi, qui in [t]{latitudinem}tẽdunt, semper in extrinseca existunt eorum tunica, & alij duo in tunica eorum intrinseca. Illi tamen, qui in longitudine protenduntur, ad superficiem magis declinant intrinsecam: qui taliter non creati fuerunt nisi ne attrahendi & expellendi villi simul existãt: immo melius est[u] vt villi attrahendi & retinendi sint simul, nisi in intestinis: non enim multa indigent retentione, sed attractione, et expulsiõe. Et dicemus etiam, ꝙ membrorum neruosorum corpora, à sui substantia aliena continentium: alia sunt, quæ vnam habent tunicam: & alia, quæ duas. Quæ autem duabus consistunt tunicis, non taliter creata fuerunt nisi propter iuuamenta multa: quorum vnum est, multa necessitas multæ custodiæ fortitudinis suæ corporeitatis,[x] ne findantur causa fortitudinis motus eius, quod continetur in eis, sicut arteriæ. Secũdum est, multa necessitas multæ custodię in re corporis, quod in eis est reconditum, ne resoluatur & egrediatur. Resolutionis vero timor prouenit causa suæ raritatis, si vnam haberẽt tunicam. Et exitus timor est, ideo ꝙ propter hoc etiam ad scindendum essent apta, et hoc quidem corpus, quod in eis est recõditum, est sicut spiritus & sanguis, qui in arterijs sunt reconditi: in quorum custodia valde est studendum, & de quibus timetur ne D euanescant, spiritus quidem propter resolutionem, & sanguis quidem propter fissuram: ex hoc nanq; maximum timetur malum. Tertium est, quoniam cum alicui membro fuerit necessarium, vt sit ipsius attractio & expulsio motu vehementi,[y] factum est vnicuiq; earum singulariter instrumentum sine permistione, & hoc est sicut stomachus & intestina. Quartum est, quoniam cum voluntas fuerit, vt vnaquęq; membri tunica operationi, quę est ei propria sit pręparata: & vnaquæq; duarum operationum acciderit propter complexionem, ab alterius operationis complexione diuersam, fuit melius inter eas diuidere: sicut stomachus, in quo fuit voluntas sentiendi virtutem esse, quod quidem non fit nisi in membro neruoso: & digerendi, quod similiter non fit nisi per membrum carnosum. Vnicuiq; igitur harum duarum rerum tunicam posuerunt per se, tunicam neruosam virtuti sentiẽdi, & tunicam carnosam digestioni.[z] Et natura quidem intrinsecam tunicam fecit neruosam, & extrinsecam carnosam. Potest nanq; digerentis operatio ad id, quod digerendum est in potentia sine occursu peruenire. sentiens vero id, quod sentitur non potest sentire, nisi obuiando ei, sensu videlicet tactus. Et dicemus etiam, ꝙ sunt quædam membra, quorum complexio sanguini est propinqua.[a] non ergo indiget sanguis in eorũ nutrimento multoties conuerti: sicut carnis: quapropter in ea, neq; foramina facta fuerũt: neq; ventriculi, in quibus aliquanto tpe

A Li.15.aĩa.c.3.
B G.li.de atra bile c.8.h,& cõmẽ.3. in lib.3.de mor. vulg. 73.d,& cõm.2.in.1. porrhet.hip.48.d.e
B Gal.ibidem.
C G.li.1.de natur. po.c.10.d,& lib. 2. de tẽper.c. 4.d.e,& 16.de v. par.c. 2.h, &.11. de simpl.medica. fac.fo.78. h
D L.4.F.4.t.1:c.1. & G.l.5.d̃ me. me. c.7.b c,& li.art.me dici.c.91.h
E G.l.5.de me.me. c.2.a,&.7.b. c
F G.li.1. de seie. c. 13. h
G Ga.li.14. meth. c. 17.fo.93.b
H Li.3.F. 2.c. 2.& 13.& Ga.lib.3. loc. af.c.10. c, & lib. de cau.sym.c.5.e,& li. 3. de admi. anato. c.1.e
I Ga.li.7.de admi. anat.c.2.c
I Gal.ibidem.
K Gal.li.2.de tẽpa. c.3 g
L G.li.3. de nat. fa. c.8.e f
M G.l.1.lo. af.c.6. fo.7.d.e, &.li. 1. de mo.mu.c.1. f, & li. 16. de vs.p.c.2.h, & li 3. loc.af.c. 6.e
N G.l.1.d̃ mo.mu. c.1. b
O Aũr do.6.c.vl.& l.3.F.13.t.2.c.1.& c. 3. & F.16.t.1.c.1.
P G.li.4.d̃ v.p.c.17 b,& l 3. de natu.fa. c.8.e f
Q Gal..5.de v.par. c.11.h a
Q transuersum
Q obliquo
R G.l.3. de nat. fa. c.11.e f,& l.5.de v. p.c 11.h a,&.12.a b
S Gal.lib.5.de v.p. c.11. h a
T Gal.li.5.de v.p. c.12.a.b
T transuersum
V Aũr G.l. 5. de v. p.c.12. a b,& li.3.de natu.fac.c.8.e f
X G l.6.d̃ v.p.c.10. b,& 11 a
Y Aũr G.l.5.d̃ v.p. c.12.a b,& l. 3. nat. fac.c.8.e f
Z Ga.lib. 4.de v.p. c.8.a
A G.l.de nat. fac. c.10.d,& l.3.c.15.b

nutrimentum,quod ei digeritur immoreť,& deinde caro ex eo nutriať: immo illico cum ei nutri- E
mentum occurrit,in ipsam conuertitur.Et sunt ex membris quædam,quorũ complexio à sangui-
nis complexione valde est remota:ideoq; cum necesse fuerit sanguinem ea nutrire, oportebit,vt
in similitudinem substantiæ eorum multis conuersionibus ordinatim conuertatur,[a] sicut os: qua-
propter in creatione,aut vnum positum fuit foramen,quod eorum nutrimentum tanto cõtineat
tempore,quanto illud in eius similitudinem conuertatur,sicut in osse cruris & adiutorij: aut fora-
mina multa in ipsis diuisa,sicut in osse mandibulæ inferioris.Et mẽbris quidẽ,quę sic sunt,necesse
est,vt nutrimẽto ampliori q̃ eis in hora sit necesse repleanť:vt paulatim & paulatim ꝓcedant,illud
in sui similitudinem conuertendo.[b] Mẽbra aũt fortia superfluitates suas ad mẽbra debilia sibi vici
na expellunt,sicut cor ad ascellas,& cerebrum ad loca,q̃ sunt post auriculas,et hepar ad inguina.

A Sũ.1.c.1.& Gal. li.3.đ nat.fa.c.15.b, & li.1.c.10.d

B G.li 1.de ali.fa.c.5.g,& l.2.đ dĩijs fe.c.11.g,& lib. 13. de meth.med.c.5.h

Summa prima doctrinæ quintæ,est sermo vniuersalis de ossibus & iuncturis. *Cap. I.*

DIcemus,ꝙ ossium,quę sunt in corpore:alia sunt,[c]quę sunt sicut α fundamentũ:quoniam su-
per ea est corpus fabricatum,sicut spondyles dorsi.Spondyles nanq; illæ corporis sunt fun-
damentum super quas ipsum fabricatum[d]est,quemadmodum nauis super lignũ fabricatur, quod
in ea primum ponitur.[e] Et alia sunt,quę sunt in corpore,sicut[f] clypeus ad tuẽdum,sicut os cranei.
[g] Et alia sunt,quæ sunt sicut arma,quibus repelluntur bellatores occurrẽtes & nocẽtes, sicut ossa,
quæ vocantur alsenascen.& sunt ossa, quę sunt super spõdyles dorsi sicut spinæ.[h]Et alia sunt,qui- F
bus iuncturarum vacuitates replẽtur:sicut ossa sisamina,q̃ inter ossa digitorũ existũt.[i]Et sunt alia,
quę sunt ad corpora suspendẽda, q̃ suspensione indigent, sicut os laudę assimilatum,quod est mu
sculi,gutturis,linguæ,& aliorum suspensorium.[k] Omnia autem ossa corporis α sustẽtaculum sunt
& erectio.Et ossa quidem,quæ ad [l] sustentandum tantum sunt, aut defendendum,& ad membra
mouenda necessaria non existunt,solida facta fuerunt:licet sint in eis vacuitates,& foramina par-
ua,& pori,qui fuerunt necesse in eis esse.[m]Eorum vero,quæ propter motum etiam necessaria fue-
runt,in quantitate concauitatis augmentum factum fuit,& ipsorum concauitas in medio eorũ po
sita fuit,et vna:ne corpus eius receptaculis nutrimẽti paruis & separatis indigeret,qm̃ laxum inde
fieret.immo durũ factum est eius corpus:& ipsius nutrimentũ,quod est medulla,in eius interiore
est aggregatum.Iuuamentũ igitur additionis concauitatis intrinsecę,est vt sit leuius.Et iuuamen
tum vnitatis cõcauitatis intrinsecę,est vt sit corpus ipsius durius.Et duritiei sui corporis iuuamen
tum est,ne in hora fortissimorũ motuum rumpatur.[n] Et iuuamẽtum medullæ,quæ est in eo,est vt
nutriat ipsum,sicut [o]ante declarauimus:et vt ipsum semper humectet ne frangatur,seu cõminuať,
ideo ꝙ motus ipsum exiccat:& vt sit sicut solidum licet sit cõcauum. Cõcauitas vero est minor,cũ
firmitudo magis est necessaria.Et est maior cum plus necessaria est leuitas.Ossa autem [p]spongiosa
facta sunt sic,propter rem nutrimenti prædictam cum additione necessitatis causa rei,quæ ne- G
cesse est vt in ea penetret sicut odor,qui cum aere attrahitur in osse collatorio: & propter cerebri
superfluitates,quæ per ipsum expelluntur.[q]Omnia vero ossa sunt vicina occurrẽtia sibi inuicem:
nec; inter aliquod os & os,quod ipsum sequitur,magnum existit spatium. Inter aliqua tamen eo-
rum inuenitur spatium paruum,quod implent luhac cartilaginosa,aut cartilaginibus similia: quæ
propter iuuamentum creata fuerunt,propter quod & cartilagines.Et vbi quidem de iuuamento
illo non est curandum,iunctura inter ea sine luhach facta fuit,sicut in mandibula inferiori.Vicini-
tates vero,quæ inter ossa existunt,multis sunt modis.Sunt enim ex eis,quæ vicinantur vicinitate
iuncturæ firmæ seles.i.faciliter flexibilis vel mobilis.& ex eis sunt, quæ vicinantur vicinitate iun-
cturæ difficilis motus non strictæ, vel non firmæ.[r] & ex eis sunt, quæ vicinantur vicinitate iun-
cturæ fortis seu strictæ, idest firmæ, quæ nominatur merchuzan, & mederuzan,& messach.
& iũctura quidem fortis seles.i.faciliter flexibilis vel faciliter mobilis,est illa,cuius vnum duorum
ossium suis motibus facile moueri potest absq; hoc,ꝙ moueatur cũ eo os aliud:sicut iũctura rasce-
tæ manus cum brachio seu adiutorio.Et iunctura quidem difficilis motus non stricta vel non fir-
ma est illa,cuius motus vnius ossium de per se est difficilis,& paucæ quãtitatis:sicut iunctura,quæ
est inter pectinem manus,& rascetam, aut iunctura,quæ est inter duo ossa pectinis manus. iun-
ctura vero stricta vel firma valde est illa,cuius nullum ossium vllo modo moueri põt:sicut iunctu H
ra thoracis.stricta vero,quæ nominatur merchuzan est illa,cuius vnum ossium habet additamen-
tum,et aliud os habet foramen, in quo figitur illud additamẽtum fixione,in qua non mouetur,si-
cut dentes in suis originibus.[s]Medaruzan vero est illa,cuius vnumquodque ossium habet va-
cuitates & [t] dentes,sicut serra:& dentes vnius taliter sunt præparati,ꝙ alterius ossis vacuitates in-
grediuntur,quemadmodum ærarij æris tabulas componunt:& hæc quidem iunctura vocatur se-
nan,& derezan,sicut sunt iuncturę ossium cranei.Et mulsach quidem alia est,quę in longitudine
est connexa,sicut iunctura,quę est inter duo ossa alsahad:alia est,quæ in latitudine continuatur,si-
cut iuncturæ spondylium inferiorum ex spondylibus dorsi.Earum enim,quæ superius sunt iun
cturæ,non valde sunt firmæ vel strictæ.

Infra α
C Li.13.aĩaliũ.c.6.& Gal.li.16.de v.p.c.2.g
D G.li.12.de vsu p.c.11.e f
E G.li.9.de vsu pt.c.1.f
F Cap.2.
G Gal. 12. de v.p.c.11.f
Supra α
H Ga.l.2.c.12.h
I Sũ.2.c.11.& Ga.li.7.de v.p.c.19.d.e
K G.lib.16. de vsu part.c.2.g
L Ga.li. 11.c.18.de
M Ga.li.11.c.18.de
N Gal.li.11.c.18.f
O Doct.5.c.1.
P Ga. lib.11.c.18.f
Q Arist.lib.3.de natura animaliũ.c.7.& lib.1. de ꝑti.c.9.
R Ga.li.de ossi.ad tyrões.c.1.h,&.11.de vsu ꝑtiũ.c.18.g
S G.l. 9.de v.par.c.1.f
T Ga.ibidẽ.f

De anatomia cranei. *Cap. 2.*

O[u]Mnium quidem ossiũ cranei iuuamẽtum,est,ꝙ sunt [x] vt clypeus cerebri ipsum cooperien
tia,& ab omnibus malis defendentia.Iuuamentum vero,quod multa creata fuerunt:& nõ
fuit vnum tantum os,in duas partitur summas.quarum vna consideratur secundum res,quę sunt
in comparatione ipsius ossis: & alia consideratur in comparatione eius,quod ipsum os circuit.

V Li.13. aĩalium.c.7.& G.l.9.de vsu par.c.1.f
X Cap.1.

Prima

A Prima vero summa in duo diuidit iuuamēta.[a] Vnum est, q̃ si craneo impedimētum in vna sui parte euenerit fracturæ, aut putrefactionis, non erit toti craneo cōis, quemadmodum esset si vnū foret os.[b] Secundū est ne in partibus vnius ossis diuersitas in duritie, & mollitie, & raritate, & spissitudine, & subtilitate, & grossitie, habeatur. Et hæc quidem diuersitas est necessaria propter intentionem, quam in proximo [c] dicturi sumus: Summæ vero secundæ iuuamenta sunt, quæ per suun, seu derezi. i. per cōmissuram complētur,[d] quorum quædam sunt, quæ sunt in cōparatione ipsius cerebri: vt vapores grossi prohibiti à penetratione in ipsum os, propter eius grossitiē habeant viā & transitum per separationem, quæ est in commissura, vt cerebrum mundificetur cū resolutione.[e] Et aliud est iuuamentū in comparatione eius, quod de villis neruorum à cerebro egreditur, qui per membra capitis vadūt, vt viam habeāt.[f] Et sunt alia duo iuuamenta cōia inter ossa, et iter alias duas res: Vnū est in comparatione venarū & arteriarū, quæ interius ingrediunt̃ in capite, vt viam habeant: & Aliud est in comparatione duræ matris spissæ & grauis, vt aliquæ eius partes cū adorē teneant̃, & à cerebro eleuentur, ne ei grauamen inferant. Et huius quidē naturalis figura ossis est, vt sit[g] rotundū propter duas res, & duo iuuamenta: Vnū est propter comparationem ad interius: figura nanq; rotunda est maioris dimensionis ea, quam rectæ lineæ comprehendūt figuræ, cū earum comprehēsiones æquales fuerint. Et Aliud est in cōparatione ad exterius, q̃m figura rotūda B ab eis, quæ ei occurrunt, non patit̃, quemadmodum additamenta habentes, patiuntur.[h] Et ipsum quidem licet sit rotundū, in longitudine tñ factum est, q̃m origines neruorum à cerebro in longitudinem sunt positæ: & sic oportet, vt non coangustetur.[i] Et duas habet eminētias ante, & retro, vt neruos defendat, qui descendūt ab vtrisq; lateribus, seu partibus.[k] Et hæc quidē figura tres veras habet adorem, & duas habet mendosas. Et in primis [k] vna adorem fronti est cōicans arcualis, hoc modo, C. & vocatur coronalis.[k] Et alia adhæret adorem, quæ directe transiens in longitudinem, diuidit caput in duo media, & per se considerata, vocatur sagittalis, & inquantū est contigua coronali, vocatur nerualis. Et hmōi quidem figura arcui similatur, in cuius medio linea recta sicut perpendicularis est erecta, quę est hoc modo. ⟵ [l] Et adorem tertia inter occiput & basim ipsius cōis existit: cuius puncto, cum ipsa sit s̃m figuram anguli, extremitas sagittalis continuatur, & vocatur adorem laudæ, eo, q̃ laudæ literæ græcæ similis existat, quę est ita. < Cumq; duabus adorem, quas prius nominauimus coniungitur fit figura talis ⟷ [m] Duæ vero adorem mendosæ s̃m capitis longitudinem, sunt protensæ vtrinq; æquidistantes sagittali, quæ profunditate integra in ossibus non profundantur, & hæ duæ corticales vocantur. & cum cōtinuantur cū commissuris veris, efficiunt figuram isto modo ⊟ & hæc figura est capitis naturalis completarū cōmissurarū.[n] Non naturales aūt capitis figuræ sunt tres. vna est vt anterior eminētia minuatur: quare deC ficit ei cōmissura coronalis. Et secunda est, vt posterior minuatur eminētia, quare ei deficit cōmissura laudæ. Et tertia est illa, cui deficiunt vtræq; eminentiæ simul, & fit caput vt sphæra, longitudinem & latitudinem habens ęquales. de hac quidē figura summus medicorum [o] Gal. dixit, q̃ propterea, q̃ dimensiones in ea sunt æquales, oportuit s̃m æqualitatem vt dimensiones adorē essent æquales: sed diuisiones adorem in primis erant tres in longitudine, & duæ in latitudine. Erit itaq; in hac, adorem vna in longitudine, & similiter adorem vna in latitudine. Et erit adorem quidē latitudinalis in medio latitudinis ab aure ad aurem, sicut longitudinalis adorem in medio longitudinis. Dixit etiam summus medicorum [p] Gal. impossibile est caput aliam figuram quartam nō naturalē habere. s. ita vt sit longitudo minor latitudine: nisi de ventriculis cerebri, aut de ipsius corpore aliquid minueretur. quod quidem vitæ est contrariū et cōpositionis prohibens bonitatem. Et hic quidem primi medicorum Hipp. dicta concessit, qui dixit capitis figuras quatuor tantū existere.

De anatomia eius, quod est sub craneo. *Cap. 3.*

CAput post hoc [q] q̃uinq; habet ossa, quorū quatuor sunt vt parietes, & vnum est sicut basis: hi autē parietes cū eo facti sunt duriores, q̃ sinciput seu pars superior capitis, eo q̃ casus et percussiones ad eos s̃m plurimum tendunt. et quia necesse fuit vt craneum et sinciput esset rarum: plurimum necessitatis est,[r] propter duas res: vna est: vt vapores inde egrediantur, qui resoluuntur: & D altera ne grauamen cerebro inferat.[s] Et de parietibus quidem posterior durior factus est, eo quòd à sensus custodia est remotus. Paries primus, est os frontis, cuius superior terminus est adorem coronalis: & inferior adorem, quæ ab vna extremitate coronalis proueniens, transit super oculos apud supercilia, & continuatur eius finis alij extremitati coronalis.[t] Alij vero duo parietes, qui à dextra sunt & à sinistra, sunt ossa, in quibus sunt aures, & vocantur petrosa propter sui duritiem: quorum vnumquodq; terminatur superius ad adorem corticalem: & īferius ad adorem, quę prouenit ab extremitate adorem laudæ, & protenditur vsq; ad coronalem: & ab anteriori est pars coronalis, & à posteriori est pars adorem laudæ.[u] Quartum vero parietē terminat superius adorem laudæ, & inferius adorem, quæ est cōis inter caput & basilare, & coniungitur inter duo extrema laudæ.[x] Basis autem cerebri est os, quod omnia alia sustinet ossa, et vocatur basilare: quod quidem durum propter duo iuuamenta fuit creatum: vnum est, q̃ durities ad portādum iuuat: & aliud, q̃ durum minus suscipit putrefactionem superfluitatum: Et hoc quidē os sub superfluitatibus, quæ super ipsum semper descendunt positum est: ideoq; fuit melius ipsum esse durum.[y] In vnaquaq; præterea duorum temporū parte, sunt duo ossa dura, quę cooperiunt neruū, qui transit in tēpore: quorum situs est s̃m longitudinem temporis ex transuerso, & vocantur hæc duo ossa paria.

A Gal. lib. 9. de vsu par. c. 1. f, & repetit Ga. c. 17. g. h
B Gal. li. 11. de v. p. c. 19. b
C Cap. 3.
D Ga. li. 9. de v. p. c. 1. f
E Ga. lib. 8. de v. p. c. 9. c, & li. 9. c. 17. g
F Gal. lib. 9. c. 17. g
G G. lib. 8. de v. p. c. 11. g. h, & lib. 1. c. 14. f
H G. lib. 9. de v. p. c. 17. h, & lib. artis medici. nat. c. 11. c, & li. de ossi. c. 1. d
I G. li. de ossi. c. 1. d
K G. li. 9. h, & lib. de ossi. c. 1. d
K Gal. ibidem.
K Gal. ibidem.
L G. li. de os. c. 1. d, & li. 9. d̃ v. p. c. 17. h
M Gal. li. de ossi. c. 1. d. e, & li. 9. de vsu par. c. 17. h
N G. lib. 9. de v. p. c. 17. a. b, & li. de os. c. 1. d
O Lib. 9. de v. par. c. 17. h. a
P L. 9. d̃ v. p. c. 17. a
* septem
Q Gal. lib. 11. de v. p. c. 20. c. d, & li. d̃ ossi. c. 1. g.
R Lib. 9. de vsu p. c. 17. c, & c. 2. h
S Ga. li. de os. c. 1. h
T Ga. li. de ossi. c. 1. g. h, & lib. 9. de vsu par. c. 18. c
V G. li. de ossi. c. 1. f. g. h, & li. 9. de v. p. c. 17. h. a
X Ga. li. 11. de v. p. c. 19. b. c
Y G. li. d̃ oss. c. 2. h, de iugali h, & li. 11. de v. p. c. 3. bis a. b. c

De anatomia oßium mandibularum & nasi. *Cap.* 4. E

OSsium quidem mandibulæ & temporis numerum declarabimus, [a] adorem mandibulæ declarando. Et dicemus, q̄ superiorem mandibulam terminat superius adorem cōis [b] inter eā & frontem transiens sub superciliis à tempore ad tempus. Et inferius termināt eam dentium origines. & à duabus partibus adorem, quæ à parte auris venit cōis inter eam & os basilare, quod est retro post dentes maxillares. Deinde alia extremitas, quæ est eius finis, videlicet declinat ad partē laudæ domesticam parumper, & est adorem, quæ diuidit inter hæc & adorem quam noīauimus, quæ est illa, quæ in longitudine super palatum secat. Isti quidem eius sunt termini. Adorem vero terminos eius ingredientium, quædā est, quæ secat in longitudine, quod in palato est supremum: & alia adorem est, quæ incipit inter duo supercilia, & vadit ad oppositum, quæ est inter duos dentes duales: & est adorem, quę in principio incipit huius adorem, & descendendo declinat ab ea ad oppositionem, quæ est inter quadruplum & caninum à dextra, et commissura alia qualis illa à sinistra. Et ex his quidem tribus adorem, scilicet media & duabus extremis, & inter oppositiones originum dentium prędictorum fiunt duo ossa triangula. Sed triangulorum bases nō sunt apud dentium origines: sed ante illam in latitudine ponitur adorem secans circa basim nariū. tres enim adorem hanc secantem in locis prædictis transeunt, & fiunt sub duobus triangulis duo ossa: quorum ambo horum triangulorum & origines dentium continent bases, et duas partes adorem extremarum: F & vnum os separat ab alio illud, quod de media adorem descēdit. In vnoquoq; ergo illorum duorum ossium, sunt duo anguli recti apud hanc adorem secantem, & acutus eius apud duos caninos: & obtusus eius apud nares. Et de adorem mandibulæ superioris, est adorem quædam, quæ descēdit ab adorem communi superiori, & ad partem dirigitur oculi: & cum peruenit ad orbitam in tres separatur ramos: Quorum vnus progreditur sub adorem, quæ cum fronte est communis, & super oculi orbitam, donec supercilio continuetur. Et alia adorem, est sub ea, & similiter continuatur, preter q̄ orbitam non ingreditur. Et alia adorem tertia similiter cōtinuatur, postq; orbitā ingreditur. Et quicquid de illis inferius existit in cōparatione adorem, quæ est sub superciliis, longius est loco, q̄ illud, quod superius tangit: os vero, quod adorem prima trium separat, est maius. Et post illud, quod separat secunda. [c] Nasi autem iuuamenta manifesta sunt, quæ sunt tria. vnum est qm̄ cum foramine, quod est in eo in [d] odoratione iuuat, donec plus aeris in eo contineatur, [e] & etiam temperetur prius q̄ in cerebrum penetret. licet.n. plurimum aeris, qui attrahitur ad pulmonē vadat: magna tn̄ eius pars ad cerebrum etiam tendit. & cum aeris etiā attractione, cū quis odorare vult, multus in vno loco aer coram instrumēto odoratus adiungitur: vt sit apprehēsio plus, & copiosior. In vno igitur iuuamento, sunt hæc tria iuuamenta. [f] Secundum aūt est, quod ad literas iuuat distinguendas: & vt earum exitus sit facilis in incisione: & ne totus aer apud locum, cui literarum accidit incisio comprimatur: sed secundum mensuram. G Et hæc duo iuuamenta in vno consistunt iuuamento. Et tantum est, quod facit nasus in mensuratione aeris harum literarū, quantū illud, quod facit foramen perforatum absolute post fistulā, quod nihil obturat. [g] Tertium vero est, vt superfluitates à cerebro egredientes, tegumētum & defensionē à visibus habeant, & etiam est instrumentum iuuatiuum ad ipsas excutiendas cū exsufflatione. Et ossium quidem nasi compositio, [h] ex duobus est ossibus ad modum duorum triāgulorum: quorum duo anguli superius concurrunt, & bases apud vnum angulum se contingunt & in duos separantur angulos. Et vnumquodque duorum ossium, vnicuique duarum adorem superponitur extremarum, quas nominauimus. & super duas eorum inferiores extremitates, sunt duæ cartilagines molles. & inter eas secundum longitudinem adorem, medialis est cartilago: cuius superior pars inferiore est durior, quę tota aliis duabus cartilaginibus durior existit. Huius vero mediæ cartilaginis iuuamentum, est, vt nasus in duas partiatur nares: ideo vt cum à cerebro superfluitas descendit, secundum plurimum ad vnam earum declinet, & non totam attrahendi aerē viam obturet: quæ cerebro aerem defert: qui quod ibi de spiritu existit, euentat. Duarum vero cartilaginum extremarum iuuamentum, tres res existunt. vna est [i] iuuamentum omnibus cartilaginibus, quę super omnes ossium existunt extremitates, commune: quod [k] iam executi sumus. & [l] secunda est, vt expandantur & dilatentur, H si necesse fuerit aerem superflue attrahere, aut expellere. & [l] tertia est, vt ad vaporem excutiendum cum impetuosa nariū exsufflatione cum tremore ipsarū iuuet. Et duo quidem nasi ossa, facta fuerunt minuta & leuia: quoniam leuitas magis est hic necessaria, q̄ firmitudo, & præcipue, quia à membrorum continuitate sunt separata, quæ nocumenta sunt recipientia, [m] & sunt posita cum custodia sensus. Ossium vero mandibulæ inferioris forma, & iuuamentum, scita sunt. [n] Ex duobus nanque consistit ossibus, quæ stricta sub mento connectit iunctura. [n] Et in summitate cuiusq; duorū aliorū extremorū eorū secādo, facta est serratura curua: q̄ cū additamēto ei īgeniose p̄parato componit: quod ex osse nascit, quod ad eā p̄uenit: quarum vnaquæq; ligamētis fuit ligata.

[o] *De anatomia dentium.* *Cap.* 5.

D [p] Entes quidem sunt. xxxij. est tamen cum contingit, quosdam homines non habere {nuaged,} qui sunt quatuor extremi: & tunc non erūt nisi. xxviij. Eorum vero duo sunt duales: & duo quadrupli superius: & totidem inferius ad incidendum: & duo canini superius: & duo inferius ad frangendum: & molares ad molendum, ab vtraque superiores & inferiores quatuor, aut quinque. Et huius totius summa est, aut. xxxij. aut. xxviij. quatuor duales, & quatuor quadrupli, & qua-

A Ga. li. de ofs. c. 3.
B Gal. lib. de ossi. c. 1. e. f
C Lib. 13. aīa. c. 10. & Ga. lib. 8. de v. p. c. 6. f. 168. c. d
D G. lib. 8. de v. p. c. 7. e
E G. lib. 11. de v. p. c. 12. e, & li. 1. d cāis sympto. c. 4. h
F Gal. li. 4. de loc. affec. c. 6. b. e
G G. li. 8. de vsu p. c. 7. bisefet li. 9. c. 1. d. e, &. c. 6. c. d
H Gal. lib. de ofs. c. 4.
I Gal. li. 11. de v. p. c. 12. g. h, &. c. 17. h
K Cap. 1.
L Gal. ibi. c. 17. h
L Gal. ibi. c. 17. h
M Gal. li. 8. de vsu par. c. 7. d
N Gal. lib. de ossi. c. 6, & li. 11. de v. p. c. 20. d
N Gal. ibidem.
O Li. 13. aīal. c. 11.
P Ga. li. de ofs. c. 5. & li. 11. de v. p. c. 8. g &. 9. e
* *molares vltimos,*

* molares vltimi A & quatuor canini, & octo molares, & quatuor { nuaged }, quidem fm plurimum nascuntur in medio temporis augmenti. Et hoc quidem est, post spermatis emissionem vsq; ad consistentiam: [a] quoniam consistentia est circa .xxx. annos: ideoq; dentes isti, dentes alhalm vocantur. Et dentes etiam habent radices & capita acuta, quæ in foraminibus figũtur ossium duarum mandibularum in quibus consistunt. Et super marginem cuiusq; foraminis additamentum ossuosum rotundum oritur, quod dentem circundat & stringit, & illic fortia sunt ligamenta. [b] Vnusquisq; vero dentiũ, præter molares, vnum habet caput. Sed molarium in inferiori mandibula fixorum, quisq; ad minus duo habet capita: & est etiam cum habet plura, & præcipue nuaged, qui tria habent capita. [c] Sed fixorum in mandibula superiori, quisq; ad minus tria habet capita, & fortasse plura, & proprie nuaged, qui quatuor habent capita. Capita vero molarium multa facta sunt, quoniam sunt magni: & quoniam eorum operatio est maior. Et superioribus quidem additamẽta sunt, eo q sunt suspensa: & quòd grauitas facit eos ad oppositionem partis suorum capitum declinare. Inferiorum vero ponderositas, infixioni eorum non existit contraria. Nullum preterea ossium vllo modo sentit præter dentes. [d] Galenus enim dixit, quòd experimentum nobis demonstrauit eos sensum habere, de quo natura solicita fuit: & fecit ipsum cum virtute, quæ à cerebro prouenit: idcirco, vt ipsi etiam inter calidum & frigidum discernant.

A Gal. li. 3. prgnost. cõmento. 28. c
B Ga. li. 11. de v. p. c. 8. a, & lib. de ossi. c. 5. f
C G. li. de oss. c. 5. f
D G. li. 5. de cõpõ. medic. fm locos. c. 8. d, & lib. de ossi. c. 5. f, & lib. 16. de vsu par. c. 2. a

B *De iuuamento dorsi.* *Cap. 6.*

Dorsum propter quatuor iuuamenta fuit creatum. [e] Vnum est, vt sit nuchæ semita, quæ in permanentia animalis est necessaria, propter illud, quod [f] in suo loco de nuchæ iuuamento clare narrabimus. Nunc autem summam aggregatam de eo referemus. Et hoc est, q si nerui oẽs à cerebro nascerentur, esset necessarium caput multo maius esse, q̃ sit, & sic grauaret supra totũ corpus. [e] Neruo quoq; esset necessarium grande pertransire spatium & longum, donec ad extremorum finem perueniret: & esset nocumentis expositum, & incisioni, & eius quidem longitudo, ipsius debilitaret fortitudinem ad attrahẽdum membra grauia ad ipsorum principia. Ideoq; Deus, cuius nomen sit benedictum, misericorditer egit, faciẽs partem cerebri, quę est nucha, ad inferiora corporis incedere, sicut canales à fonte, quatenus ex ea neruorum diuisiones, à duobus suis lateribus & eius extremitatibus, secundum eius oppositionem & vicinitatem, ad membra egrediantur vel partiantur. postea factum est dorsum semita eius & custodia. [g] Et secũdum quidem est, q̃m dorsum est custodia & clypeus membrorum nobilium, quæ sunt posita corã ipso. [h] Ideoq; in creatione factæ fuerũt ei & spinæ & senasen. [i] Et tertium, quod dorsum creatum fuit, vt sit aliorum ossium principium: sicut lignum, quod in exordio nauis primo ponitur, cui alia ligna infiguntur secundo, & annectũtur. Ideoq; dorsum durum creatum fuit. [k] Et quartum est, vt possit homo stare, C erecte & firmiter, & ad multas se mouere partes. Ideoq; dorsum de spondylibus ordinatis factum est, non de osse vno, neq; de ossibus magnis. Iuncturæ quoq; inter spondyles factæ sunt non laxę: quoniam standi potentiam debilitarent: neq; valde strictæ: quoniam prohiberent inclinare.

E G. lib. 12. de v. p. c. 11. d. e. f
F Sũma. 3. c. 3.
E Gal. ibidem. d. c
G Ga. 12. de v. par. c. 11. d. e. f
H Ga. li. 12. de v. p. c. 16. b
I G. li. 12. de v. par. c. 11. f, & c. 10. a
K Ga. li. 3. de vsu p. c. 3. f, & li. 12. c. 11. f, & c. 12. h

De anatomia spondylium. *Cap. 7.*

S[l] Pondylis est os in cuius medio est foramen per quod nucha transit. [m] Et est cũ spondylis quatuor habet additamenta, à dextra, & à sinistra, & à duobus lateribus foraminis. Et ea quidem, quæ sursum tendunt, sursum aspicientia dicũtur. Et quæ sunt inferius tendentia, inferius aspicientia & inuersa. Et est etiam cum additamenta sunt sex, quatuor ab vna parte, & duo ab alia. Et est cum sunt octo. In his vero additamentis existit iuuamentum, vt per ea continuitas, quæ est inter spondyles, continuitate iuncturali ordinetur cum cõcauitatibus, in quibusdam earũ, & capitibus buccellis silibus in quibusdã. [n] Sunt pterea, ex spondylibus, q̃ alia habent additamenta, nõ propter hoc iuuamentum: sed propter defensionem & clypeum & repulsionem eius, quod percutit, & vt super ea texantur ligamenta. Et ipsa quidem additamenta sunt ossa lata, & dura, fm spondylium longitudinem posita. Quæ autem ex eis retro posita fuerunt, spinæ vocantur, & senasen. Et quæ ex eis à dextris & à sinistris sunt posita, vocantur alæ. Ipsa vero sunt ad defendendum illud, quod in longitudine corporis, ex neruis & venis, & musculis profundius, q̃ ipsa ingreditur. Et quædam D ex alis, quę ad partem costarum tendunt, aliud proprium habent iuuamentum. quod quidem est, vt in eis creentur vacuitates, quibus capita costarum gibbosa mirabiliter ligentur. In vnaquaq;. n. ala, ex eis sunt duæ vacuitates: & in vnaquaq; costa sunt duo additamenta gibbosa. Sunt præterea ex alis, quæ duo habent capita: & alę duplici similantur. Et hoc quidem in spondylibus existit colli, cuius iuuamentum nunc nominabimus. Spondyles quoq; præter foramen medium, alia habẽt foramina: propter illud, quod ab eis [o] egreditur de neruis, & quod in eis ĩgreditur de venis. Quędam autem illorum foraminum sunt, quæ cõplentur in corpore vnius spondylis: & sunt quædam eorum, quæ complentur inter duas spondyles cum cõicantia inter eos. Et locus earum est cõmunis terminus, qui inter eas existit. Et plerunq; est, cum istud à duabus partibus. s. superius & inferius existit. Et plerunq; est, in vna parte. Et est etiam cum in vnaquaq; spondyli est semicirculus. Et est cum in vna earum est maior, & in altera minor. Et hæc quidẽ foramina à duobus lateribus spondylis posita fuerunt & non retro, propter defensionis defectum illic eius, quod egreditur, & quod ingreditur, & quia percussionibus esset expositum. Neq; fuerunt posita anterius: quia in locis essent ad quæ corpus sua naturali ponderositate, & suis voluntarijs motibus etiam declinat. & tunc quidem ipsi debilitarentur. & non esset possibile, vt essent fortiter ligati cum ligamentis, &

L G. li. 12. d vsu p. c. 14. c
M G. li. 13. de v. p. c. 2. f, & lib. 12. c. 16. & lib. de ossi. c. 8. & 9. 10.
N G. li. 12. de v. p. c. 16. b
O Ga. li. 13. de v. p. c. 9. a. b

cum ligatura facta cum alhacab:& tunc esset etiã declinatio supra exitum illorum neruorum coarctans eos,et debilitans eos.[o] His autẽ additamentis,quæ pro defensione existunt,superposita fuerunt ligamenta & alhacab:& currunt super ea humiditates,vt sint lenia & flexibilia, ne tactu,carni inferant nocumentum.Additamentorum quoq; coniunctualium de natura, est hoc. Sunt.n. adinuicem fortiter ligata cum alhacab,& ligamẽto ab omnibus lateribus:verũtamen ligatura eorum cum alhacab anterius est plus stricta,& posterius plus laxa: qm̃ anterius curuari & conflecti, est magis necessarium,q̃ ad latera flecti,et ad posterius curuari.Et propterea,ꝙ ligamẽta,quę sunt posterius,facta fuerunt laxa,impleta fuerunt spatia,quæ illic proculdubio cadunt,licet sint parua, humiditatibus viscosis.[a] Spondylium autem dorsi, quædam sunt, quæ valde bene ligantur cum alhacab,ac si essent vnum os creatum ad fixionem & quietem:& quædam sunt, quæ sunt laxa ac si essent ossa multa creata propter motum. E

O Gal.ibidem.

A Ga.lib.13.de vsu par.c. 4.c.

De iuuamento colli & anatomia ossium eius. *Cap.* 8.

C[b]Ollum fuit creatum propter tracheam arteriam.Et trachea quidem arteria fuit creata propter illud,quod narrabimus de creationis eius iuuamẽtis in[c] suo loco.Et propterea,ꝙ spondyles colli,& omnes spondyles superiores sunt delati & deportati super eos, qui sunt sub ipsis in dorso,oportuit vt sint minores.[d] Quod enim defertur,deferente leuius esse oportet,cum placuerit,vt motus quidem sint ſm sapientiæ ordinem.[e] Et qm̃ necesse fuit initium nuchæ grossius esse & maius,sicut principium fluminis,qm̃ illud,quod est proprium parti superiori rei diuisæ in neruos,seu rei,ex qua diuiduntur,& profluunt nerui,plus est,seu maius est,q̃ illud, quod est propriũ parti inferiori:oportuit in spondylibus colli foramina ampliora fore.Et quia paruitas te foraminis amplitudo,earum attenuauerunt corpora,oportuit firmitudinis intentionẽ ibi affuisse,qua illud, quod duæ res,quas narrabimus,debilitauerunt,emendaretur. Oportuit igitur eas omnibus alijs spondylibus duriores creari.[f] Et quia cuiusq; spondylis earum corpus fuit subtile, creata fuerunt eorum simenia parua.Magna enim si creata forent,spondyles essent expositæ rupturæ & nocumentis:cum res fortes,seu duræ occurrerent simenijs ipsarum spondylium.[f] Et quia earum simenia fuerunt parua,factæ fuerunt alæ earum magnæ,duo duplicia habentes capita. Et qm̃ motus magis fuit necessarius q̃ fixio:cum delatio vel oneratio ipsorum ad ossa plurima non sit,sicut delatio eorum,quæ sunt sub ipsis:propter illud laxæ factæ fuerunt spondylium earum iuncturę,comparatione iuncturarum earum,quæ sunt inferius.Et quoniam quantum defuit eis ex firmitudine propter laxitatem:tantũdem recuperatur,aut plus eo ex parte eius,quod eas circundat,& sup eas graditur de neruis & musculis & venis:ideo non fuit necessaria multa firmitudo in iuncturis.[g] Et quia non fuit necessarium multum firmare iuncturas,et sufficit eis mẽsura necessaria,pro eo quod operatur:ideo earũ additamenta coniunctionalia sursum aspicientia,et inferius, non fuerunt creata magna,& multæ latitudinis:quemadmodum illa,quæ fiunt sub collo. Verũtamen earum bases positæ sunt longiores,& earum ligamenta laxiora.[g] Et neruorum egressiones in eis positę fuerũt cõmunes,sicut diximus:qm̃ non fuit possibile,vt in vnaquaq; spondylium, propter subtilitatem & paruitatem ipsarum,& propter amplitudinem meatus nuchæ,in eis sit foramen proprium,nisi in illis,quas declarabimus:& quarum demonstrabimus dispositiones.[h] Nunc autem dicemus, ꝙ spondyles colli septem sunt numero.Hæc nanq; mensura in longitudine & numero fuit æqualis: & quæq; earum [i] omnia. xi. prædicta habet additamenta, præter primam.s.simenia, & duas alas, & quatuor additamẽta coniunctionalia sursum aspiciẽtia:& quatuor inferius aspicientia. Et vnaquæq; ala duos habet ramos.Et circulus egressionis nerui inter omnes duas spondyles diuiditur in duo media.Prima autem spondylis & secunda,quasdam habent proprietates, quas nõ habent aliæ.[k] In primis vero est tibi sciendum,ꝙ motus capitis,à dextris, & à sinistris fit iunctura, quæ est inter caput & spondylem primam.[l] Et ipsius motus anterius & posterius fit iunctura, quæ est inter illam & spondylem secundã. Est igitur nobis de iunctura prima in primis loquendum. Dicemus igitur,ꝙ super duas partes aspicientes in sursum spondylis primæ,à duabus partibus, vel à duobus lateribus,quæ [l] sunt superius,creatæ fuerunt duæ vacuitates,in quas duo ossis capitis additamenta ingrediuntur.Et cum vnum eorum eleuatur,et alterum deprimitur,declinat caput ad depressum:& quod in hac spondyli alia sit iunctura impossibile fuit.[l] Ibi igitur alia facta fuit spondylis per se,quæ est secunda,ex qua creator à parte eius anteriore,quæ est ad anteriora additamentum longum durum oriri fecit,quod pertransit & ingreditur foramen primę coram nuca,& foramen inter ea ambo est cõe,& est tale foramen à posteriori ad anteriora longius,q̃ à dextra & sinistra:qm̃ inter posterius & anterius sunt duo ingredientia,quę maiorem occupant locum,q̃ vnum ex ingredientibus occuparet.Latitudo autem mensuratur secundum vnum ex istis ambobus ingrediens,quod est maius,& est nuca.Et hoc quidem additamentum,vocatur[m] dens,& [n] ab ipso separatur nuca cum ligamẽtis fortibus,quatenus dentis extremitas,à nuchæ extremitate separetur: ne dens suo motu nucam percutiat,& ei coangustationem faciat,deinde additamentũ hoc,à spondyli prima eleuatur,& vacuitatẽ,quæ est in capitis osse ingreditur:quod vacuitas,quæ in osse existit capitis anterius & posterius circundat.Et hic quidem dens nõ ad anterius fuit factus,nisi propter duo iuuamenta quorum vnum est,vt sit amplius custoditum. & alterum,vt latus spondylis, quod est magis subtile,sit interius & non exterius.[o] Et primę quidem spondylis proprietas est,ne simenia habeat:ideo ne ei inferat grauamen,& ne propter ipsam nocumentis sit exposita. Additamentum

B Gal.lib.8. de vsu par.c.1.a
C Lib.3.Fen.10.t. 1.c.1.
D Ga.li.12.de v.p. c.13.b,& c.11.b F
E Gal.c.15.d

F Ga.li.12.de v.p. c.14.c, & lib.13. c. 2.f.g
F Gal.ibidem.g

G Gal.li.13. de vsu par.c.3.b.c G

G Gal.ibidem.

H Ga.li.de ofs.c.7. & lib.13.de v.p.c.6. c.bis &.7.f,& li.12. c.12.g
I Gal.lib.13.de vsu par.c.2.g

K Ga.li.12. de v.p. c.4.&.5. &.6. 7. & li.de ossi.c.8.h
L G.li.12.& lib.de ossi. ibidẽ

L Gal. ibidem. H

L Gal. ibidem.

M G.li. 12. de v.p. c.7.& li.d ofs.c.8.h
N G.li.d ofs.c.8.h

O Ga.li.13. de v.p. c.3.d, li.de ofs.c. 8.

A tamentum nanq; quod repellit id quod est fortius, ipsummet fracturam & nocumentum afferret ei, quod est debilius: & etiam ne musculos & neruos multos, qui in eius circuitu sunt positi, lædat: & quia etiam parum indigemus hic spinis custodientibus. Hæc.n. spondylis est quasi submersa & sepulta custodijs secundæ, quæ ipsam à nocumentis custodiunt: et propter has quidem intẽtiones non factæ fuerũt ei alę duplices & propriæ: cum neruorum & musculorum plures in duobus eius lateribus positione stricta positi sunt, propterea, ꝙ principio sunt propinqua. Ideoq; alæ locũ non habuerunt ibi. Amplius ex proprietatibus huius existit spondylis, ꝙ nerui ab ea, non per duo eius egrediunt̃ latera: neq; ꝑ duo foramina cõia, sed ꝑ duo foramina, q̃ in ea posterius ad partẽ tendunt superiorẽ. Si.n. eius neruorũ egressiones essent vbi in suis recipiuntur concauitatibus vel foraminibus: & vbi motus eorum sunt vehementes: vehementi impedimento caput impediretur.[a] Similiter quoq; si essent vbi secunda recipit duo.s. ipsius additamenta, quæ ingrediuntur ab ipsa in vacuitatibus secundæ, cum iunctura laxa mota ad anterius & posterius: neq; fuit conueniens, vt anterius & posterius egrederentur, propter causas, quas in declaratione causæ aliarum spondylium demonstrauimus: neque à duobus lateribus, propter ossis ibi existentis subtilitatem causa dentis. quapropter fuit necesse, vt parũ sub iunctura capitis esset posterius à duobus lateribus, scilicet in medio eius, quod est inter id, quod est posterius & latus. Oportuit igitur vt duo foramina essent

A Ga.li.12. de v.p. c.7.g, & lib.de oss. c.8.

B parua. quapropter necesse fuit neruos fuisse subtiles seu tenues. Quia vero in spondyli secũda, impossibile fuit neruorũ egressiones superius fuisse: sicut fuit possibile in hac: eo ꝙ si in ea essent neruorum suorum egressiones, sicut in prima: timeretur ne conquassarentur, & rumperentur motu primę spõdylis super eam, cum caput anterius, aut posterius mouetur: neq; etiam fuit possibile, vt anterius egrederent̃, et posterius, propter illud, quod diximus. Nec fuit possibile vt à duobus egrederetur lateribus: quoniam si ita esset, tunc esset illa egressio cõis cum prima: & quod inter eas orietur, esset subtile de necessitate, neq; primorum corrigeret paruitatem seu defectum: & quod de neruis adueniret, seu comprehenderetur, essent paria debilia simul iuncta: & cõicaretur etiã cum primis: & manifestaretur nocumentum primæ incorruptione dispositionis, si perforaretur à duobus lateribus: quare oportuit foramina in secunda esse in duobus lateribus simeniæ, vbi opponit̃ duobus foraminibus primæ. & tolerat quidem corpus primæ cõicantiam inter ea ambo: & dens quidem, qui ex secunda oritur, est bene annexus cum prima ligamento forti. Et iunctura capitis cum prima: & iunctura capitis, & prima simul cum secunda sunt laxiores reliquis iuncturis spondylium, propter vehementem necessitatem motuũ, qui fiunt per eas ambas: & qui sunt vehementes, & apparentes. Et cum caput mouetur cum iunctura vnius duarum spondyliũ, secunda remanet adhærens firma in alia sua iunctura, sicut res vna: ita, vt si caput mouetur ad anterius & poste-

C rius, stat cum prima spondyli, sicut vnum os. Et cum ad duo latera sine transuersione mouetur, fit spondylis prima cum secunda, sicut vnum os. Hoc est, quod de spondylibus colli, & earum proprietatibus narrare volumus.

De anatomia spondylium pectoris & eorum iuuamentis. Cap. 9.

S[b]Pondyles pectoris, illæ sunt, cum quibus iunguntur costæ, quæ comprehendunt membra anhelitus: & sunt spondyles.xi. simẽnia habentes & alas,[c] & vna, quæ alas nõn habet.[d] Sunt igitur.xij. spondyles. Earum vero simenia non sunt æqualia. Quæ.n. ex eis sunt coram membris, quæ sunt nobiliora, maiora sunt & fortiora. Et spondylium quidem pectoris alæ alijs duriores existunt, propterea, ꝙ cum eis costæ iunguntur. Septem autem supremarũ spondylium simenia sunt magna. Et ipsarum alæ grossæ, vt cor fortissime tueatur.[e] Et ideo quia earum corporeitas in hoc fuit diminuta, facta sunt ipsarum additamenta coniunctionalia, curta & lata. &[f] illarum quidem infra decimam additamenta coniunctionalia, quæ sursum tendunt, sunt illa, in quibus est vacuitas buccellæ. Et illa, quæ inferius tendunt, sunt illa in quibus egrediuntur gibbositates, quæ adaptant̃ vel ingrediuntur in vacuitates, quarum simenia ad inferiora curuãtur. Decimæ autem simenium est rectum & non curuum. & eius additamenta coniunctionalia[g] vtrinq; habent vacuitates, quæ absq; buccella existũt: cum superius & inferius simul buccellarũ sit receptio. postea vero illarum,

D quæ sub decima existunt, buccellæ sunt ad superiora, & eorum vacuitates ad inferiora, & ipsarum simenia ad superiora curuantur. Et nunc huius totius iuuamentum [h]nominabimus post. Duodecima vero spondylis alas non habet, quoniam necessitas multa, quę costarum causa inerat, iam est diminuta: sed firmitudo alio modo est ingeniata, in quo firmitudo, cum alio iungitur iuuamento. Et huius quidem existit declaratio, ꝙ spondyles alchatim nimia indiguerunt magnitudine, & iuncturarum multa firmitudine: quia ferũt totum, quod est supra ipsas. Ideoq; necesse fuit vt in iũcturis vacuitates & buccellæ plures numero fierent: & duplata fuerunt additamenta iuncturarum ipsius. & fuit necesse vt poneretur vel fieret pars, quæ vicinatur duodecimæ similis ei: quapropter eius additamenta coniunctionalia duplata fuerunt. In his igitur additamẽtis destructa fuit res, ex qua dignum erat vt alæ fierent. Post hoc amplissime fuit dilatata, & quod ex ea ampliatum fuit, fere alæ simile existit. Duo igitur iuuamenta simul in hac creatura coniuncta fuerũt. Et hæc quidem duodecima est illa, cum qua diaphragmatis iungitur extremitas. Illę autẽ, quę supra hanc existunt spondylem, quia sunt paruæ, non hac indiguerunt firmitudine in multiplicatione additamentorũ coniunctionalium: immo quod ex eis oritur de simenijs & alijs, magnificatum fuit: quare earum corpus ad hoc occupatum fuit. Et propterea, ꝙ pectoris spondyles, maiores existunt spondylibus colli,

B Lib.14.aĩal.c.1.
C Ga.alr lib.13.c.2.&.3.
D G.li.de ossi.c.7.&.9.& li.13.de v.p.c.7.f, & li.12.c.12.g
E G.13.d̃ v.p.c.2.h
F Ga.lib.13.de vsu par.c.2.h
G Aliter. 5.opposi tum ibidem.
H Cap.13.

colli, non fuerunt posita foramina inter duas spondyles, cõmunia æqualiter diuisa, sed paulatim fuerunt ordinata: qm̃ in illis, quæ sunt superius, fuit factum augmentũ: & in eis, quæ sunt inferius, fuit facta diminutio, donec totum foramen in vna remansit. Et huius quidem finis in decima existit spondyli. Earum vero, quæ ex spondylibus dorsi remanent: & spondylium alchatim corpora, tolerare potuerũt à dextris & à sinistris, vt in eis fiat foramen completum. Fuit ergo in spondylibus alchatim, foramen à dextris, & foramen à sinistris, propterea vt neruus egrederetur. E

[a] De anatomia spondylium alchatim. *Cap.* 10.

SVper alchatim vero spondyles, sunt simenia & alę latæ. Et ipsorum quidem additamẽta coniunctionalia inferiora dilatantur & assimilantur alis firmis, seu defendentibus. Et spondyles istæ sunt quinque: alchatim [b] vero, cum alhagiazi est sicut basis totius dorsi, & ipsæ quidem sustinent & deferunt os femoris, & sunt à quibus nerui pedis oriuntur.

A Gal. lib. de ossi. c. 10. de vertebris lumborum.
B G. li. 13. de v. par. c. 7. e

De anatomia alhagiazi. i. ossis sacri. *Cap.* 11.

O[c] Ssa alhagiazi sunt tria, quæ magis ingeniose sunt cõiuncta, ꝙ̃ omnes spondyles. Et earum iuncturæ sunt firmiores. Et ipsarum alæ sunt magis amplæ. Et neruus quidem, qui de foramine in eis existente egreditur, non exit à certitudine duorum laterum, ne anchæ iunctura ipsum comprimat: sed est magis remotus, & magis ingrediens ad anterius & posterius. Et ossa quidem alhagiazi similia ossibus existunt alchatim.

C Gal. li. de oss. c. 11. de osse sacro, & lib. 13. de v. p. c. 7. b

F

De anatomia alhosos. i. coccygis. *Cap.* 12.

A[d] Lhosos est compositus ex tribus spõdylibus cartilaginosis, quæ non habent additamenta. Et neruus quidem à foraminibus illarum communibus oritur, sicut est in collo, propterea quòd sunt paruæ. sed à foramine tertiæ, neruus egreditur impar.

D Ga. li. đ oss. c. 12. & li. 6. anato. c. 1. c

Sermo qui est sicut finis de iuuamento dorsi. *Cap.* 13.

stit:& ex eis etiam sunt,quæ ad simenia perueniunt:& ipsorum origo,est longinquior medietate, quæ est posterius:& sunt ex eis,qui ad alas perueniunt, quorum origo est ad medium.[a] Ex istis sunt par,quod ad duas primæ spondylis alas peruenit super par, quod ad secundũ peruenit simenium.Et par,cuius villus ex ala primæ oritur:& vadit ad simenium secunda.Et eius quidem proprietas est,vt capitis declinationem,cum ipsum curuatur,ad naturalem eleuet dispositionem sui transuersione.Et ex eis est par quartum,quod à superioribus incipiens,penetrat sub tertio,cum transuersione ad partem syluestrem,& comitatur primę spondylis alam.[b]Duo prima paria,caput posterius sine declinatione,aut cum declinatione valde parua curuant. Et tertium, declinationis rectificat torturam.Et quartum,transuersione manifesta ad posteriora curuat,et quicunque tertij & quarti solus declinauerit,inclinabit caput ad suam partem.Et cum ambo retrahentur,mouebitur caput ad posteriora concursum absque declinatione.[c] Musculi vero, qui caput cum collo curuant,sunt paria tria profunda,& par vnum cooperiens,vnumquodque impar eorum est triangulus,cuius basis est posterius os cerebri:& quod ex ea remanet, ad collum descendit. Sed trium parium sub eo expansorum,vnum super duo latera spondylium descendit: & aliud multum declinat ad alas:& aliud per medium transit inter duo spondylium latera,& duo extrema alarum. Musculi autem,qui caput ad duo inclinant latera, sunt duo paria capitis iuncturam concomitantia. F
Vnius paris eorum locus est anterius,& ipsum est, quod inter caput & spondylem continuat secundam,cuius [e] vnum impar est ad dexteram: & alterum ad sinistram . Et par secundum eorum est,cuius locus est posterius,& coniungit inter spondylem primam , & caput,cuius vnum impar incedit à dextra:& alterum à sinistra.Et quodcunq; vnum ex istis quatuor contrahetur, caput declinabit ad partem ipsius,cum transuersione.Et quicunque duo ab vna parte contrahentur,declinabit ad eos caput absq; transuersione. quòd si anteriores mouebuntur,iuuabunt in curuando caput ad inferiora:et si posteriores mouebuntur,reducent caput ad posteriora.Et si omnes quatuor simul mouebuntur,stabit caput recte.Et hi quidem quatuor musculi,alijs musculis sunt minores. Veruntamen eis,succurritur cum bonitate locorum ipsorum , & cum tutela ipsorum sub musculis alijs restaurando,quantum alij per magnitudinem habent.[d] Iuncturæ præterea capitis,duę res necessariæ fuere,quibus duæ intentiones contrariæ erant opportunæ . Vna est firmitudo, & hæc quidem pendet ex affirmanda iunctura:& vt parum motibus obediat. Et altera est multitudo numeri motuum:& hæc pendet ex facilitate iuncturarum & laxatione earum.Factum est igitur,vt, tutamen iuncturæ [e] laxæ cum complemẽto firmitudinis,quæ propter musculos multos, qui sunt cingentes eas,& circundantes,acquiritur.Duæ igitur intẽtiones ei acquisitæ fuerunt, vnde Deus omnibus factoribus melior sit benedictus. G

A G.lib.12.de v.p. c.8.c
B Lib.13.aña.c.10.
C Lib.13.aña.c.10. & G.lib. 12.de v.p. c.8.c
C Gal.ibidem.
D Ga.li.12.de v.p. c.9.f
E G.lib.12.de v.p. c.5.b, &.c.4.videt ꝙ aliter dicar, đ numero musculorum vide.c.8.

De anatomia musculorum epiglottis.i.laryngæ. *Cap.* 11.

E[f] Piglottis est membrum cartilaginosum creatũ,vt vocis sit instrumentũ:quod quidem ex tribus compositum est cartilaginibus.[g] Vna est cartilago,quam tactus & sensus cõprehendunt coram gula:sub mento,quæ vocatur peltalis & clypealis:qm̃ eius venter est concauus, & dorsum gibbosum peltæ similis,& clypeo cuidam.[h] Et secunda, est cartilago post illam posita ad partem colli cum ea ligata,& vocatur ea,quæ nomen non habet. Et tertia est super illas cooperiens, quæ cum ea,quæ nomen non habet,continuatur:& obuiat peltali absq; continuitate.Et inter ipsam et illam,quæ nomen non habet,est iunctura dupla propter duas vacuitates,quæ sunt in ipsa,in quas duo additamenta ex ea,quæ non habet nomen,decenter ingrediuntur,cum eis ligamentis connexa,& [i] vocatur coopertorialis & [i] {althargiheali.} Et propterea, ꝙ peltalis qñq; adiungitur non habenti nomen:& qñq; elongatur ab ea,est epiglottis amplitudo,& eius coangustatio.& propterea,ꝙ cymbalaris cooperit clypealem:& ipsam comitatur:& propterea,ꝙ ab ea separatur, est epiglottis apertio,& clausio ipsius.Vbi autem est epiglottis,& coram ipsa,[k] est os triangulatum, lauda vocatum:quod laudam græcam literam significat: & est ita. Λ. In creando vero os huiusmodi existit iuuamentum,vt sit origo et principium,ex quo villi musculorum epiglottis oriuntur.[l] Epiglotti præterea musculi fuere necessarij,qui clypealem nomen nõ habenti applicent,& musculi, H
qui cymbalarem applicent ipsis,& eas cum ea cooperiant: & musculi, qui cymbalarem ab alijs duabus elongent, vt epiglottis aperiatur.[m] Ex musculis vero, epiglottim aperientibus,est par, quod ab osse laudæ nascitur,& vadit ad anteriora peltalis,& continuatur.& expanditur super ipsam:& cum contrahitur,trahit cymbalarem ad anteriora & superius . Et dilatatur epiglottis. & par, quod numeratur inter musculos gulæ ad inferiora trahentes: & nobis quidem videtur, vt ipsum numeretur inter eos, qui inter eas sunt communes: cuius origo est interius in thorace, & vadit ad peltalem . Ei vero in multorum animalium motu, aliud associatur par, & duo paria, quorum vnum ad cymbalarem peruenit posterius, & continuatur cum ea: cumq; contrahuntur, cymbalarem eleuant, & eam ad posteriora trahunt, & separatur ab applicatione sui cum peltali,& dilatatur epiglottis.Et alterius paris musculi ad duos cymbalaris margines veniunt, qui cum contrahuntur, ipsam à peltali separant,& in latitudinem extendunt,& in dilatando,epiglottim adiuuant.[n] Ex musculis autem,qui epiglottim coangustant,est par,quod à parte laudæ venit, & continuatur cum peltali: postea dilatatur, & cingitur super illam, quæ non habet nomen:donec duo extrema duorũ imparium ipsius,post illam,quę nomen non habet,vniantur.

F G.li. 6. de tuẽda valet.c.9.e, & li.7. de v.p.c.11.& li.16. c.4.f,& li. de vocal. instru.dissect. c. 4. 5.6.7.
G Gal.li.7.de v.p. c.11.a
H G.lib.de vocal. instru.dissec.c 4. h
I Ga.lib.7. de v.p. c.11. b
I aritenois à figuræ vasis similitudine.
K Sũ.1.c.1.& Gal. lib.7.de v.p.c. 19.d
L Ga.li.de dissect. mus.c.11.b.c
M Ga.li.7. de v.p. c.19.&.c.11.d
N G.lib.7. de v.p. c.12.& li.16.c.4.f

A G.lib. 7.de v.p. c.19.

B Lib.13.aial.c.12.

A tur.& cum contrahitur, coangustat. Et ex eis sunt quatuor musculi, & fortasse existimatur, q̃ sint duo musculi dupli, continuantes peltalis extremitates, cum extremitatibus eius, quæ nomen non habet, qui cum cõtrahuntur, inferiora epiglottis coangustant. Et sunt, qui existimãt, q̃ vnum par ipsorum sit occultum, & alterum manifestum.[a] Ex sitibus vero musculorum, qui claudunt, melior fuit, vt in interioribus epiglottis creati fuissent, ita vt, cum contrahuntur, cymbalarem ad inferiora traherent, & eam claudendo cooperire facerent: & propter hoc, par creati fuerunt, quod de radice peltalis nascitur, & eleuatur interius ad duo cymbalaris extrema, & ad radicem eius, quæ nomen non habet à dextra & à sinistra: & cum contrahuntur, iuncturam stringunt, & epiglottim tali clausura claudunt, quæ musculos pectoris & diaphragmatis refrenare valeat in prohibendo aeris attractionem. Qui quidem parui creati fuerunt, ne in interioribus epiglottis coangustationem facerent: & fortes fuerunt creati, vt eorum fortitudine, cum impediti fuerint in claudẽdo epiglottim, & prohibendo aeris attractionem, defectus multus corrigatur, qui eis ex paruitate aduenit:[b] & ipsorum via, est secundum rectitudinem ascendentium cum declinatione parua, propter quam fit continuatio conueniens inter peltalem, & non habentem nomẽ. Et est etiam cum duo inueniuntur musculi sub cymbalari positi, qui hoc prædictum par iuuant.

C G.li.de muscul. faucium dissectione.c.15.
D G.li.de mu.dissect.c.11.b
D Gal. ibidem.
E G.li.de mus. dissect.c.15.g
F Ga.li.de dissect. mus.c.13.& li.7. de v.p.c.19.d.e

[c] *De anatomia musculorum alhalcum, & de anatomia alhalch.* *Cap.* 12.

B GVttur in summa duo habet paria, quæ ipsum ad inferiora trahunt: vnũ eorũ est par, quod iã in [d] capitulo epiglottis noĩauimus: & alterũ est par etiam ex thorace nascens, quod eleuaẽ, & cum lauda continuaẽ primo, postea cũ gutture: & trahit ipsum ad inferiora.[e] Gutturis vero musculi, sunt duo musculi amygdalarũ, q̃ sunt duo musculi apud gulã positi ĩ trãsglutiẽdo adiuuãtes.

G G.li.de mu.dissect. c.13.d, & li. 7. de v.p.c. 19.d.e
G stilis similibus,
H Cap.11.12.
I Cap.14.

[f] *De anatomia musculorum laudæ, i. yoidis.* *Cap.* 13.

LAuda vero musculos habet, qui sibi sunt proprij, & musculos, ĩ quibus aliud membrum cum ipso cõicat. Sed qui laudæ sunt proprij, tria sunt paria. Vnum par venit à duobus mandibulę marginibus, & cum linea recta, quæ super hoc os existit, continuatur: & ipsum est, quod ipsum ad mãdibulam trahit. Et par, quod oritur sub mento, & incedit inferius sub lingua ad linguam, & ad extremitatem superiorem huius ossis: & istud etiam trahit hoc os ad partem mãdibulæ.[g] Et aliud par oritur ex additamentis[g] {shemie. i. alaberie,} quæ sunt apud aures, & continuatur cum extremitate inferiore lineæ rectæ super hoc os. Illi vero, quos habet cum alijs communes, iam [h] nominati sunt,[i] & nominabuntur.

K Ga.li. de dissec. musc.c.14.f, & lib. 1.de v.par.c. 10.
L G.li. de dissect. mus.c.14.f
L de acubus uel stilis similibus

[k] *De anatomia musculorum linguæ.* *Cap.* 14.

MVsculi vero linguam mouentes sunt nouem: duo sunt latitudinales[l] ab additamẽtis[l] { alshemie vel alaberie} venientes, & cum duobus ipsius lateribus continuantur. Et duo lon C gitudinales à supremo ossis laudæ nascentes: qui cum medio linguæ continuantur. Et duo, qui eã in transuerso mouent: & nascuntur à latere, quod est inferius ex duobus ossis laudæ lateribus: & penetrant in linguam, inter longitudinales & latitudinales. Et duo musculi linguam resupinãtes & conuertentes eam, quorum loca sub istorum locis, quos nominabimus, existũt: & ipsorum villi iam expansi fuerunt sub eis in latitudine, & cum toto osse mandibulæ continuati fuerunt. In summa præterea musculorum linguæ nominauerunt quidam, musculum solitarium, qui inter linguam & os laudæ cõtinuat, & vnum ad aliud trahit, & nec est longe, quin musculus, qui linguam ad exteriora in longitudinem mouet, moueat eam sic. Inest enim ei, vt in extensione in seipsa moueatur, queadmodum inest ei, vt in curtatione vel coarctatione, & spasmatione in seipsa moueaẽ.

M Gal.li. de disse. mus.c.16.& lib. 12. de v.p.c.8. &. 9.

[m] *De anatomia musculorum colli.* *Cap.* 15.

MVsculi, qui collum mouent, sunt duo paria: vnum par à dextra, & alterum à sinistra: sed quicunque eorum solus contrahetur, collum ad suam partem transuerse trahet: & quicunque duorum eorum, qui sunt ab vna parte simul contrahentur, inclinabitur collum rectum in parte illa, non cum transuersione: immo cum rectitudine.[n] Et cum omnium quatuor simul erit operatio, stabit collum erectum absq; declinatione aliqua.

N Gal. li. de disse. muscu.c.16.a
O Gal.li.de dissec. mus.c.17.& li.7.de v.p.c.20.& lib.5.& 8.anat.c.3.& lib.de causis respirariõis.
P Li.3. Fẽ.10. c.1.
Q Haly.li.3.theo. c.7.
R Li.14.aia.c. 2.

[o] *De anatomia musculorum pectoris.* *Cap.* 16.

D MVsculorum, qui pectus mouent, quidam sunt, qui tm̃ dilatant ipsum, & non cõstringunt. & ex eis sunt, qui constringunt & non dilatant: & ex eis sunt, qui dilatant & constringunt simul. & illi, qui dilatant tm̃ sunt nouem, & ex eis est velamen distinguens inter membra sp̃ualia & mẽbra nutrimenti, quæ postea [p] noĩabimus. Et par sub furcula positũ à parte nascitur, quæ ad caput portendiẽ spatulæ, quod postea noĩabimus: & est continuum cũ costa prima à dextra & sinistra, & cũ ipso vnitur par vnũ, cuius vnumquodq; impar est duplans ipsum, & faciẽs ipsum duas partes: quarũ superior cũ collo continuatur: & ipsum mouet: & inferior earũ mouet pectus, & misceẽ cum musculo eius, quẽ nũc noĩabimus: & ipse est ille, qui est cõtinuus cũ costa quinta & sexta. Et par, quod est in loco spatulæ cõcauo infusum, & cum quo par continuaẽ quod à spõdylibus ad spatulã descendit: & fiunt sicut musculus vnus: & cũ costis continuanẽ posterioribus.[q] Et par tertiũ, quod nasciẽ à septima spondyliũ colli: & à prima, & secũda spondyliũ pectoris: & continuaẽ cum costis thoracis: isti sunt musculi dilatantes.[r] Musculorum vero pectus constringentium, alij sunt, qui pectus per accidens constringunt, et est diaphragma cum quiescit. Alij sunt, qui secundũ essentiam. Et ex istis est par, quod sub radicibus costarũ superiorum est extensum, cuius operatio est stringere & aggregare. Et ex eis est par, apud extremitates istius cũ thorace vel adhærens thoraci,

raci, inter epiglottale & furculam continuatum, & continuatur cum musculis ventris, qui sunt recti. Et alia duo paria, quæ ipsum adiuuant. Musculi vero, qui simul constringunt & dilatant, sunt musculi, qui sunt inter costas: verũtamen perscrutatione in cõsiderando cognoscit, ꝙ constringentes, alij sunt à dilatantibus.[a] Inter omnes .n. duas costas sunt ex eis, quatuor pro certo musculi: licet quidam existiment, ꝙ sit vnus musculus. Et hic quidem, quem vnum existimant musculũ, ex villis contextus est transuersis: quorum quidam sunt intrinseci, quidam, qui cooperiunt. Eorũ, qui cooperiũt, quidã sunt, qui sunt ad partem extremitatis cartilaginosæ costæ. Et quidã sunt, qui sunt ad partem alterius extremitatis, q̃ est fortis. Quod vero interius existit, totũ in situ cooperiente est diuersum. Et illud, quod est in extremitate costæ cartilaginosæ, diuersum est in situ ab eo, quod est sup aliam extremitatem. Et qñ quidem hic quatuor habent villi numero, oportet, vt musculi sint numero quatuor. Et, qui ex eis sunt superius positi, sunt dilatantes. Et, qui ex eis sunt inferius positi, sunt constringẽtes. Per hoc itaq; sit oĩum musculorum pectoris [b] numerus. lxxxviij. musculi. Et est etiã, cum musculos pectoris duo alij iuuant musculi, qui à furcula ad spatulæ caput venientes, ad primum eius continuantur latus, & ipsum sursum eleuãt, & in dilatando pectus adiuuant. E

A G.li.7.de v.par. c.20.f.g

B G.li.de cãis respiat.c.1. varius numerus.h.a

[c] *De anatomia musculorum adiutorij.* *Cap.* 17.

EX musculis motus adiutorij, sunt illi, qui mouẽt spatulæ iuncturam. Et sunt tres musculi, qui ei à pectore adueniunt & ipsum attrahunt ad inferiora. & ex eis est musculus, qui [d] sub mamilla oritur: & cum parte adiutorij antecedẽte continuatur apud antecedentem partem marginis cartilaginis concauitatis: & ipse est, qui adiutorium ad pectus applicat, cum cõitate, qua spatula ipsum sequitur.[e] Et musculus, qui à supremo thoracis nascitur, & efficit, vt domesticum capitis adiutorij cooperiat, & est applicãs ipsum ad pectus, cum curuatione vel eleuatione pauca.[f] Et musculus duplus magnus, qui à toto oritur thorace continuatus cum infimo anterioris partis adiutorij, qui cum operatur cum villo, qui in superiori parte eius est, adiutorium ad pectus ducit, ipsum eleuando, & cum alia parte ducit illud ad ipsum, faciens ipsum ad inferiora descendere: & cũ eis ambobus ducit ipsum ad pectus ꝓm rectitudinem.[g] Et alij duo musculi, qui à parte nascuntur ilij, magis interius continuati, ꝙ sit continuitas magni musculi, qui à thorace ascendit.[h] Vnus eorum, est magnus, veniens à loco, qui est apud ilium, & à costis posterioribus, & trahit adiutorium ad costas posteriores directe: & alter est subtilis, qui nascitur à cute ilij, & non ab eius osse: & declinat magis ad medietatem, ꝙ ille, & continuatur cum chorda illius, qui à parte mamillę ascendit & profundatur. Et hi quidem operationem primorum efficiunt ꝓm modum adiutorij: sed tamen ad posteriora parumper declinant.[i] Et quinque musculi, qui ab osse spatulæ nascuntur vnius musculi, eorum ortus est ab osse spatulæ, & implet illud, quod est inter separans, & latus superius spatulæ, & penetrat ad partem superiorem capitis adiutorij syluestrem, declinando parumper ad domesticam: & ipse cum declinatione elongatur ad domesticam. Et duorum musculorum ex istis quinque, origo est à latere superiore spatulæ: quorum vnus est maior: & villi ipsius vadunt ad inferiores partes separantis: & implent illud, quod est inter separans & latus inferius: & continuantur valde cum capite adiutorij à parte syluestri: & penetrant cum declinatione ad syluestrem.[k] Et alter est cum hoc primo continuus, adeo quod est quasi eius pars: & penetrat cum eo, & ipsius operationem efficit. Iste vero non multum pendet nisi à superiori spatulæ, & eius continuitas est secundum transuersionem in manifesto adiutorij, & declinat ad syluestrem. Et quartus est musculus, qui locum concauum osis spatulæ implet, cuius chorda cum partibus interioribus lateris domestici capitis adiutorij cõtinuatur: & eius operatio est efficere, vt adiutorium posterius circumeat. Et alter musculus est, qui ab inferiore extremitate lateris spatulæ ĩferioris nascitur: cuius chorda superius continuat ꝓm continuitatem magni ab ilio ascendentis: & eius operatio est trahere supremum capitis adiutorij ad superiora. Adiutorium præterea alium habet musculum, duo habentem capita, qui duas efficit operationes, & operationem cõem. Et ipse quidem sub furcula venit, & à collo deglutiens capitis adiutorij buccellam, peruenit vsq; iuxta locũ continuitatis chordæ musculi magni à pectore ascendentis.[l] Quidam aũt dixerunt, ꝙ vnum capitum ipsius interius,[m] declinat ad interiora cum transuersione pauca, & caput alius exterius super manifestum spatulæ apud infimũ eius: & cum operatur, cum duabus partibus eleuatur ꝓm rectitudinem.[n] Sunt præterea hoĩum quidam, qui duos addiderunt musculos: musculum paruum, qui ad mamillam venit: & alium, qui in spatulæ iunctura est sepultus: & fortasse ponunt cubiti musculos cum eis habere communitatem.

F

G

H

C G.li.ꝺ̃ disse. musculorum c.18. de muscu. humeri articulum mouentium, & lib. 13.c.13.&.2. de v.p. c.16.& lib.5.anato. c.1.

D Li.14.aĩal.c.4. & G.lib.13. de v.p. c.13. e

E Lib.14.aĩal.c.4. & G.li.1.13.de v.p. c.13.e.f

F Lib.14.aĩal.c.4. & Ga.lib.13.de v.p. c.13.e.f

G Li.14. aĩal. c.4. & Ga.li.de dissect. musc.c.18.b

H Gal.ibid.f.g, & li.13.de v.p.c.13. f

I Li.14.aĩal.c.4.& G.de dissect. musc. c.18.b

K Li.14. aĩal.c. 4.

L G.li.13. de v. p. c.13.f

M Li.14.aĩal.c. 4.

N G.ibi. f,& Aui. 14.aĩal.c. 4.

[o] *De anatomia musculorum brachij.* *Cap.* 18.

MVsculorum brachium mouentium, alij sunt, qui ipsum contrahunt: alij sunt, qui ipsum dilatant, & isti positi sunt super adiutorium: & ex eis sunt, qui conuertunt brachium situãdo volã manus ad inferiora. & ex eis sunt, qui ipsum resupinant & nõ existunt super adiutorium. Dilatantes vero, sunt par vnum neruorum, cuius vnum impar vel singulare cum declinatione ad interiora dilatat: qm̃ origo eius, est sub anteriori parte adiutorij, & ex latere vel costa spatulę inferiori: & continuatur cũ cubito, vbi partes eius sunt intrantes. & ĩpar vel singulare ꝓm dilatat cum declinatione ad exteriora, qm̃ à posteriori parte adiutorij prouenit: & cum extrinsecis cubiti partibus continuatur.[p] Cumq; ambo simul cooperantur, proculdubio secundum rectitudem extendunt. Constringentes vero sunt par aliud. cuius vnum impar, quod est maius, trahit ad interiora cum declinatione: quoniam [q] eius origo, est ex loco iuncturæ superioris spatulæ, & à rostro:

O G.li. de dissect. musc.c.20.& li.2.de v.p.c.16.&. c. 7.

P Li.14.aĩal.c.4.

Q Halya. 3. theo. c.6.

vnicuiq;

A vnicuiq; quorum proprie inest caput,& declinat ad interiora adiutorij, & continuatur ei chorda neruosa cum parte focilis superioris anteriori. [q] Et secundum impar trahit cum declinatione ad exteriora:quia eius ortus est à manifesto adiutorij posterius.Et est musculus duo carnosa habens capita:quorum vnum est in posterioribus adiutorij,& alterum in anterioribus: & occultantur hi duo in suo incessu parumper,donec ad anteriorẽ partem focilis inferioris vadant. Et cum eo quidem iam continuatum fuit, quòd ipsum inclinat cõtrahens cum inferiori ad exteriora, & cum eo, quod declinat trahens cum superiori ad interiora,vt sit tractio melior.Et cum isti duo musculi in suis coniunguntur operationibus,secundum rectitudinem cõtrahunt proculdubio.Et duos quidem musculos dilatantes vestit musculus,qui os adiutorij circundat. Et verisimile est, vt sit pars alterius musculi constringentis vltimi.Facientes vero brachium iacere supinum, sunt par. cuius vnum ex imparibus est positum in exterioribus duorum focilium: & obuiat focili superiori absq; chorda:& alterũ subtile,ꝓlongatũ,nascit̃ à supiori absq; chorda,& alterũ subtile prolongatũ nascit̃ ex parte superiori capitis adiutorij,cũ eo,quod vicinatur, vel sequit̃ eius manifestũ, & maior pars eius vadit in brachiũ,& penetrat,donec propinquum fiat iuncturæ rasetæ, & venit ad partem interiorem focilis superioris:& continuatur cum eo chorda pãnicularis. Cõuertens autem manum super volam sunt par positũ exterius.cuius vnum,ex duobus imparibus à supremo domestico capitis adiutorij incipit,& continuatur cum superiori focili sub iunctura rasetæ.& alterum est magis curtum ipso,& eius villus ad latitudinẽ est decliuis:sed eius extremitas est plus neruosa: & incipit ab ipsomet superiori focili,& continuatur cum eius extremitate superiori,apud rasetę iuncturam.

Q Halya.

B

[a] De anatomia musculorum rasetæ.i.brachialis. *Cap. 19.*

M[b] Vsculorum vero iuncturarum rasetæ mouentium, quidam sunt constringentes, & quidam dilatantes,& quidam conuertentes manum super volam,& quidã resupinantes eam super eius conuexum,vel super partem eius posteriorem,vel syluestrem.Ex dilatantibus vero,est vnus musculus cum alio continuus,ac si ambo vnus essent musculus.& istius quidem origo, est à medio focilis inferioris,cuius chorda cum pollice cõtinuatur,ꝑ quem pollex ab indice elongatur. Et alterius origo,est à focili superiori,cuius chorda cum primo ossium rasetæ continuatur.s. posito coram pollice. Cumq; isti duo simul mouentur,dilatant rasetã cum conuersione pauca manus super volam.Et cum secundus solus mouetur,facit ipsam iacere resupinam. Et cum primus mouetur solus,elongat inter pollicem & indicem.Et musculus,qui iacet seu extenditur super focile superius à parte syluestri,cuius ortus est ab ĩferiori parte capitis adiutorij,à quo procedit [c] chorda: duo hñs capita:quorum vnum cum medio pectinis coram indice & medio continuat̃: & [d] istius chordæ caput sustentat̃ sup̃ focile superius apud rasetã & dilatat rasetã conuertendo manũ super volam.Constringentes autem musculi,sunt par super latus brachij syluestre:quorum inferior incipit ab interiore duorum capitum adiutorij,& peruenit ad pectinem coram auriculari. Et superior vtrorumq; incipit altius,quàm ille & peruenit ibi.Et musculus amborum incipit ab inferioribus adiutorij partibus inter loca prædictorum mediãs,quod duo habet extrema, quæ ad modum crucis transuersantur:& postea cum loco,qui est inter pollicem & medium,continuantur: cumq; ambo mouentur,constringunt.Isti igitur constringentes & dilatantes sunt ipsimet, qui faciũt conuersionem manus super volam,& resupinationem,cum duo oppositi ex eis secundum transuersionem mouentur.Sed musculus cum pectine continuus coram auriculari,cũ solus mouet̃ cõuertit volã manus.& cum musculus pollicis,quem noīauimus,ipsum adiuuat,plenarie plantã resupinã iacere facit:& cum ille,qui est cum raseta continuus corã pollice solus mouet̃, conuertit manũ sup̃ volã,parũper:& cum auriculari,quẽ noīabimus,efficit cõuersionẽ manus cõpletã sup̃ volam.

A G.de dissec.musc.c.21.
B Lib.2.de v. par. c.4.h
C L.10.aīa.c.4.& Ga.lib.2. de v.par. c.4.a
D 14.aīal.c.4.

C

[e] De anatomia musculorum digitorum, *Cap. 20.*

M[f] Vsculorum vero digitos mouentium,quidam sunt,qui sunt in planta: quidam sunt, qui sunt in brachio:quia si omnes in planta coniungerentur,propter carnem [f] multam grauarent:& propterea,ꝙ illi,qui sunt ex eis in raseta,à digitis elongati fuerunt:chordę ipsorum necessario fuerunt longæ.Munitæ ergo fuerunt panniculis,qui eis ab omnibus adueniũt partibus: & ipsorum [f] quidem chordæ rotundæ & fortes creatæ fuerũt,[f] & non dilatantur nisi cum ad mẽbrum perueniunt.Ibi igitur dilatantur vt membrum motum bene comprehendant.Omnes autem musculi digitos dilatantes super brachium sunt positi,& similiter ipsos ad inferiora mouentes. Et ex dilatantibus quidem,est [g] musculus,qui in medio manifesti brachij positus,nascitur à parte suprema capitis adiutorij inferioris:& quatuor digitis chordas,quæ ipsos dilatant,mittit.[g] Ex eis vero, qui eos ad inferiora inclinant,tres adinuicem in latere istius,sunt continui:Quorum,vnus à parte media capitis adiutorij syluestris inter duo ipsius additamenta oritur, & duas chordas auriculari & annulari transmittit.[g] Et vnus à summa duorum musculorum duplorum, qui sunt duo ex his tribus,oritur sub duobus additamentis adiutorij interius,& à margine focilis inferioris: & duas transmittit chordas medio & indici.& illi,qui est inter ambo. [h] Et est tertius, cuius origo est ex superiori focili, & chordam pollici mandat: & apud hunc musculum est musculus, qui est vnus duorum musculorum inter musculos motus rasetæ nominatorum: & nascitur à loco medio focils inferioris, cuius [h] chorda pollicem ab indice elongat. [h] Constringentium autem, quidam sunt, qui super brachium existunt:& quidam,qui super volam plantæ. Et illi quidem,qui sunt super brachium,sunt tres musculi, quorum vnus, secundum aciem in medio super

E G. li. de dissect. muscu.c.21.c
F Lib.1.de v. part. c.17.d. e
F Gal.ibidem.d
F Gal.ibidem.d
F Gal.ibidem.d
G G.de dissec. musc.c.21. c
G Gal.ibidem.
G Gal. ibidem.
H G.de dissec.musc.c.21.d
H Gal.ibidem.
H Gal.ibidem.

D

alium est positus. Ex quibus, nobilior est inferior, qui inferius est sepultus, & cum osse focilis inferioris continuus, quoniam eius operatio existit nobilior: quapropter oportuit, vt eius locus magis esset custoditus: cuius principium est à medio capitis adiutorij syluestris ad interiora: deinde penetrat & dilatatur eius chorda, & in quinque partitur chordas, quarum quæque ad interiora digiti peruenit. Illarum vero, quæ ad quatuor perueniunt, quæq; iuncturam primam ipsius constringit & tertiam: primam vero, propterea, quod est ibi annexa ligamento, quod super eam est cinctum: & tertiam: propterea, ꝙ eius caput peruenit ad eam & continuatur cum ea. Quę autē ad pollicem vadit, eius secundam & tertiam constringit iuncturam: quia non continuatur nisi cū eis. Et secundus quidem musculus, qui est supra istū, est minor ipso: & incipit à capite ingrediēte, quod est vnū ex capitibus adiutorij, & cū focili inferiore parūper continuatur: & transit ꝑ terminum cōem, qui est inter latus syluestre & domesticum: & est superior superficies focilis superioris: & cum ad partem peruenit pollicis declinat parumper ad interiora, & cum iūcturis medijs quatuor digitorum chordas mandat, vt eos constringant. Ad pollicem vero, non peruenit nisi ramus paruus, qui non est ex chorda eius: immo ab alio loco. Et primi quidem origo, est post principium noīatum, quod est à capite focilis superioris & inferioris. Et secūdi origo, est à capite focilis inferioris. Factum est autem, ꝙ pollex vno musculo in sui constrictione sit contentus: sed quatuor, duobus cōstringuntur musculis, quoniam nobilior ex operationibus quatuor, est cōstrictio: & ex operationibus pollicis nobilior est, vt dilatetur, & ab indice elongetur. Tertius autem musculus, non est ad constringendum: sed eius chorda interius in planta penetrat et dilatatur desuper ad hoc, vt in eam adipisci faciat sensum, & in sentiendo iuuamentum præbeat: & pilos in ea nasci prohibeat: & ad sustentandum illud, quod est in interioribus plantæ: & vt fortis fiat ad suas actiones peragendas. hi quidem sunt illi, qui super rasetam existunt. Musculi vero, qui sunt in planta, sunt. xviij. in duabus aciebus ordinati adinuicem sibi superpositi. Vna acies, est ad inferiora & interius. Et altera acies, est super cutem exteriorem. Qui autem in acie existunt inferiore, numero sunt septem, quorum quinque digitos ad superiora inclinant: & qui ex eis delegatus est pollici, à principio ossis rasetæ nascitur. Et sextus est curtus & latus, cuius villus est transuersus: & ipsius caput pendet à pectine manus, donec perueniat in rectitudine medij, cuius chorda cum pollice continuatur: & ipsum ad inferiora inclinat. Et septimus, est apud auricularem incipiens ab osse pectinis, quod in eius rectitudine existit, & ipsum ad inferiora inclinat. Nullus vero horum septem, est ad constringendū. sed quinque sunt ad eleuandum, & duo ad flectendum inferius. Illi vero, qui sunt in acie superiore sub musculo super volam expāso, qui quidem est musculus, quem solus cognouit [a] Gal. sunt musculi vndecim: ex quibus sunt octo: quorum duo cum prima iuncturarum quatuor digitorum continuantur, scilicet vnus super alium, vt hanc constringant iuncturam: sed qui ex eis est inferior, constringit cum applicatione & compresione: & eius, qui est ex eis superior, est strictura cum modico eleuationis & ad superiora ascensionis. Cumq; coniuncti fuerint, extendit directe: et eorum tres pollici sunt proprij: quorum vnus primam constringit iuncturam: & duo secundam, sicut sciuisti. dilatantes ergo quinq; sunt. Et de comprimentibus, exceptis pollice & auriculari, vnicuique inest vnus: pollici vero & auriculari, vnicuique assunt duo. Et de constringentibus, vnicuique digito assunt quatuor. Et de his, qui ad superiora inclinare faciunt, vnicuique digito adest vnus.

E F G — A Li. 2. de vsu par. c. 4. f

[b] *De anatomia musculorum dorsi.* Cap. 21.

MVsculorum dorsi, alij sunt, qui ipsum ad posteriora flectunt: alij, qui curuant ad anteriora. Ex istis enim omnes, alij oriuntur motus. Ad posteriora vero flectentes sunt illi, qui proprie dorsi vocantur musculi. Et sunt musculi duo, de quibus existimatur, ꝙ vnusquisq; eorum ex xxxiij. compositus existat musculis: quoniam vnicuiq; ipsorum ab vnaquaq; spōdyli aduenit musculus: ab vnaquaq; nāq; spondyli aduenit ei [c] villus transuersus nisi à prima. [c] Et isti quidem musculi cum æqualiter tenduntur, stat dorsum: & cum superflue tenduntur, declinant ad posteriora. Et cum illi, qui in vno existunt latere mouent, dorsum ad illud inclinatur. [c] Musculi vero curuantes, sunt par desuper positū, qui sunt ex musculis caput & collum mouētibus: qui à duobus meri veniūt lateribus: quorum inferiores extremitates cum quinq; spondylibus pectoris superioribus continuantur in aliquibus hominibus: & in pluribus hominibus cum quatuor. Et eorū superiores extremitates ad caput perueniunt & collum. Et par quidem sub isto est positum, & vocatur [c] {almenthenein,} quæ ambo à decima & vndecima pectoris incipiūt: & ad inferiora descēdunt: & plerūq; curuant flectentes. [c] Et medio quidē in suis motibus horū musculorū sufficit inuentio: quoniam incuruatione & inclinatione à dextra & à sinistra duarū extremitatum sequitur motus.

B G. li. de dissect. musc. dorsi. c. 24. 25. & li. 12. de v. p. c. 12.
C G. li. de dissect. muscu. c. 24. f. g
C Gal. ibidem.
C G. ibi. c. 25. g
H
C *psoæ*
C Gal. ibidem. g

[d] *De anatomia musculorum ventris.* Cap. 22.

M[e] Vsculorum autem ventris, sunt octo, qui in iuuamentis communicant: ex quibus est [f] iuuamentum præbere in exprimendo illud, quod ex stercore et vrina in visceribus continetur: & quæ in matricibus non nata existunt. Et ex eis est, quod diaphragma sustinent, & ipsum cum adest exsufflatio, quę est in constrictione, adiuuant. Et ex eis est, ꝙ intestina calefaciunt & stomachum: propterea, ꝙ ea cooperiunt. [g] Ex his autem octo, est vnum par rectum, quod secundum rectitudinem à mali granati descendit cartilagine: cuius villus in longitudine vsq; ad femur extenditur: & eius extrema in eis, quæ sunt coram ipsis, expanduntur. Huius vero paris substantia à sui principio vsq; ad ipsius finem carnosa existit. [g] Et duo musculi, qui cum istis in latitudine secātur,

D Ga. li. de dissect. mu. abdomis. c. 26.
E Lib. 5. de v. par. c. 14. g
F G. de dissec. mu. c. 26. c, & 5. de v. p. c. 15. d
G G. lib. 6. de met. med. c. 4. b, & de dissect. musc. c. 26. h
G Ga. ibidem. b. c

quorum

A quorum locus eſt ſub panniculo,qui ſuper totum extenſus eſt ventrem:et ſub duobus longitudinalibus.Sectio aũt,quę inter iſtorũ duorum,& duorũ primorum villos accidit,eſt ſm angulos rectos:[g] & duo paria,quæ per tranſuerſum vadunt,quorũ vnumquodq; eſt in latere à dextra & à ſiniſtra.Et vnũquodq; eorum par,ex duobus exiſtit muſculis, ſe ad inuicẽ ad modum crucis ſecantibus,à cartilaginis coſtarum non completarũ extremitate vſq; ad femur:& ab ilio vſq; ad malum granatum.Et duorũ parium extremitates ſibi à dextra & à ſiniſtra apud femur obuiãt.& aliorum duorũ extremitates apud malum granatum,q̃ ſuper carnoſas partes ab vnaquaq; parte duorum muſculorum latitudinalium ſunt poſitæ.Et hic quidẽ duo paria ſemper carnoſa incedunt, donec rectos muſculos cũ chordis latitudinalibus tangant,quæ panniculis ſimilantur.Et hęc etiam duo paria ſub duobus longitudinalibus ſunt poſita [g]{quæ ſub duobus poſita ſunt latitudinalibus.}

G Gal.ibidem. b

G ſunt ſupra latitudinales.

De anatomia muſculorum teſticulorum. *Cap.* 23.

T[a] Eſticulorum autem virorum muſculi,ſunt quatuor: propterea, vt teſticulos cuſtodiant, & eos eleuent ne laxetur.[b] Quiſq; teſticulus habet par ſibi proprium. Mulieribus vero vnum par ſufficit,ſcilicet cuiq; teſticulo impar:propterea,quod earum teſticuli non ſunt in exterioribus: neque ſunt ſuſpenſi quemadmodum virorum.

A Ga.li. de diſſec. muſ.c.27.
B Ga.li.14.de v.p. c.14.h,ꝙ vnũ muſculum tantum habet teſtis quiſq;.
C G.li.de diſſect. muſc.c.28.& lib.5. de v.p.c.16.e, & li. 2.de mo. muſ.8. h, & li.6.lo.af.c.4. & lib.1. de ſan. tuen. c.12.g

De anatomia muſculorum veſicæ. *Cap.* 24.

B S[c] Vper os veſicæ vnus exiſtit muſculus,qui ipſam circundat: cuius villus ſuper ipſius os dilatatur.Et eius quidem iuuamentum eſt vrinam vſque ad horam voluntatis retinere. Et cum voluntas expellendi affuerit,eius laxabitur conſtrictio:& ventris muſculi veſicam vrgebunt: & vrinam expulſiua adiuuante expellent.

De anatomia muſculorum virgæ. *Cap.* 25.

M[d] Vſculi,qui virgam mouent duo,ſunt paria,duo vnius paris muſculi in duobus virgæ lateribus ſunt extenſi,qui cum tenduntur foramen dilatant,& ipſum amplificant, & penetratio rectificatur:& ſperma ĩ ipſa cum facilitate diſcurrit.Aliud vero par,quod à femoris oſſe oritur,& cum radice virgæ ſm tranſuerſionem continuatur:& cum æquatur tenſio ipſius, eleuatur inſtrumentum ſecundũ rectitudinem:& cum vehemẽtior fit,reducit ipſum ad poſteriora. Quod ſi vni eorum acciderit tenſio,ad ipſius partem declinabit.

D G.li.de diſſect. muſc.c.29.& li.15. de vſu p.c.3.h

De anatomia muſculorum ſicteris. *Cap.* 26.

F Icteris muſculi,ſunt [e] quatuor. Vnus eorum,eſt muſculus,qui ipſius comitatur os, & cũ eius carne vehementer miſcetur:quæ permiſtioni muſculorum labiorũ ſimilatur, & ipſe quidem coercet & conſtringit anũ,& ſua expreſsione ſtercoris reliquias,quę ſunt in ipſo,excutit.[f] Et muſculus,qui eſt poſitus magis interius,q̃ iſte:cuius ſtatio eſt ſupra ipſum,per comparationem ad ca-

C put hominis:& exiſtimatur,ꝙ ſit habens duo extrema,cuius extremum,cum radice virgæ pro certo continuatur.Et par,quod ſuper hos omnes tranſuerſum exiſtit:cuius iuuamẽtum, eſt longaonem ſurſum eleuare:& neque accidit longaonem egredi,niſi propter ipſius laxitatem.

E G.li. de diſſect. muſc.ſodis.c.30.& li.4.c d v.p.c.19.f, li.5.c.14.& lib.3.de vict.¦rõne in acut. 33.d,& li.2. de mo. mu.c.8.h, & Haly. 3.theo.c.8.
F 13 aĩal c.17.
G Gal. lib. de diſſect.muſ.coxẽdicis dearticulationem mouentium.c.31.
H Li.15.de v.par. c.8.e
H Gal.ibidem.
H Ga.ibidem. f.g

[g] *De anatomia muſculorum coxæ.* *Cap.* 27.

E[h] X muſculis coxæ,maior eſt ille,qui eam extendit:deinde ille,qui eam cõtrahit. Ex ſuis nãq; operationibus,nobiliores ſunt iſti duo motus. Verũtamen [h]extenſio, contractione nobilior exiſtit,qm̃ ſtatio non cõuenit niſi cum extenſione.Poſtea ſunt muſculi,qui elongant: deinde illi, qui appropinquare:poſt illi,qui circuire faciunt.[h] Ex muſculis autem coxæ,iuncturam extendentibus,eſt vnus,qui eſt omnibus corporis muſculis maior: & ipſe eſt muſculus,qui os femoris & ancham cooperit,& ſuper totam coxam voluitur ab interioribus & poſterioribus, donec ad poplitem vel ad genu perueniat:Cuius villi diuerſa habẽt principia:quapropter ipſius operationes, ſecundum diuerſas ſpecificantur ſpecies.Ex ipſius nanque villis eſt, qui ab infimo oſsis femoris naſcitur,& declinando ad domeſticum dilatat.Et eſt alius ex villis eius,cuius ortus, eſt parum altior ortu iſtius,qui coxam ad ſuperiorem eleuat. Et eſt alius ex villis, cuius ortus eſt valde altior ortu iſtius,qui coxam ad ſuperiora ad domeſticum declinantem eleuat. Et ex eis alius, cuius origo,eſt ab oſſe anchæ,qui ſatis coxam ſecundum rectitudinem dilatat. Et eſt ex eis muſculus, qui

D totam anchæ iuncturam poſterius cooperit,tria habens capita,& extrema duo.Et hęc quidem capita,ab ilio,& ancha, & alhoſos naſcũtur,quorum duo ſunt carnoſa,& vnum panniculare. Duo vero extrema cum poſteriore capitis coxæ parte continuantur:& ſi cũ vno traxerit extremo,cum declinatione ad ipſum dilatabit:& ſi cum duobus traxerit extremis,ſecundum rectitudinem dilatabit.[h] Et ex eis eſt muſculus,qui ex tota oſsis ilij ſuperficie oritur,& cum ſupremo maioris additamenti cõtinuatur,& vocatur[h]{tharuca} per reſpectũ ad os: & parum ad anteriora extenditur & cum declinatione ad domeſticum dilatatur.[i] Et eſt alius talis qualis iſte, qui in primis cum infimo additamenti minoris continuat̃:deinde deſcendit:& illius operatione operatur: veruntamen eius eſt paruam dilatationem & multam efficere declinationem:cuius origo eſt ab infimo ſuperficiei oſsis ilij.[i] Et eſt ex eis muſculus, qui ab infimo oſsis anchæ oritur ad poſteriora declinans, & dilatat ipſam,& eam ad poſteriora parumper declinare facit,& ad domeſticum ſufficienter declinare facit. Ex muſculis vero coxæ iuncturam conſtringentibus, eſt muſculus vnus, qui cum declinatione ad domeſticum parua conſtringit: & eſt muſculus rectus, qui à duabus deſcendit originibus,quarum vna cum fine lumborum,& altera cum oſſe ilij continuatur. Et ipſæ quidem ſunt,quæ cum minore additamento domeſtico continuantur. Et muſculus,qui ab oſſe femoris

H G.ibi.g.h
H trochanter
I G.g.15.de vſu p. c.8.g
I Gal.ibidem.g

naſcitur,& cum infimo additamenti minoris continuatur.Et muſculus ad duo latera ipſius tranſ- E
uerſe extenſus, qui eſt ſicut pars maioris.[i] Et quartus,qui à re præparata ſtante poſt os ilij oritur,
I Gal. ibidem.
& ipſe etiã crus contrahit colligendo coxam.Muſculi vero,qui ad interiora declinare faciunt, iam
quidam nominati fuerunt,vbi dilatationis & constrictionis mentionem fecimus.Et hæc quidem
mouendi ſpecies habet muſculum,qui ab oſſe naſcitur femoris,& adeo fit longus vt ad poplitem
vel ad genu perueniat.Declinare vero ad exteriora facientes ſunt duo muſculi:vnus eorũ ab oſſe
venit lato.Sed circuire facientes ſunt duo muſculi,quorum vnus à ſylueſtri femoris:& alter ab ip-
ſius oritur domeſtico:& cum ſibi obuiant tranſuerſantur, & continuantur apud locum profun-
dum circa poſteriora additamẽti maioris.Et quicunq; eorum ſolus traxerit coxam ad ſui partem,
cum pauca dilatatione torquebit.

[a] *De anatomia muſculorum mouentium iuncturam cruris & poplitis.* Cap. 28.

A G.li. de diſſect. muſc. genu dearticulationem mouẽtium.c.32.

E[b]X muſculis autem iuncturam poplitis mouentibus ſunt tres in anterioribus coxę poſiti, qui
muſculis in ipſamet coxa poſitis ſunt maiores.Et eorum operatio eſt dilatare. vnus autẽ ho-
rum trium eſt,ſicut duplus,duo habens capita:quorum vnum ab additamento incipit maiore : &
B Li.1.đ v.p.c. 16.a
alterum ab anteriore coxæ.& duo habet extrema:quorum vnũ eſt carnoſum,& cum[b] {alraſafe}
B Ga.ibidem.a
anteq; chorda fiat continuatur:& alterum eſt danniculare,cum domeſtica duarum extremitatum
B mola
coxæ continuatum.Aliorum vero duorum vnus eſt ille,quem inter coxam constringentes nomi- F
nauimus.ſ.à ſeparante,quod eſt in oſſe ilij naſcens:& alter ab additamẽto ſylueſtri,quod eſt in co-
xa,oritur.Et iſti quidem duo continuantur & vniuntur:& generatur ex eis chorda vna, quę dila-
tatur,& circundat[b]{alraſafe,}& ipſam cum eo,quod eſt ſub ea conuenięter affirmat: deinde cum
B molam
capite cruris continuatur:& poplitem dilatat,& crus extendit.Dilatatio vero vnum habet muſcu
lum,qui ab obuiatione oſsis femoris naſcitur,& incedendo deſcendit in latus coxæ domeſticum
ſm tranſuerſionem:deinde cum parte profunda ſupremæ partis cruris continuatur,& crus decli-
nans ad domeſticum,dilatat:Et muſculum alium in quibuſdam anatomię [c] libris ei oppoſitum in
C Ga.lib.3. de vſu c.16. a
parte ſylueſtri,qui incipit ab oſſe anchæ,& ſm tranſuerſionem in latus ſylueſtre tendit, donec ad
locum peruenit profundum.Et neq; eſt muſculus maioris tranſuerſionis iſto, & cum declinatio-
ne ad ſylueſtre dilatat:& cum ambo dilatant,eſt dilatatio recta.Ex eis vero, qui crus contrahunt,
eſt vnus muſculus anguſtus et longus,qui ab oſſe ilij oritur et femoris,circa originem dilatãtis,in-
grediens à ſeparante,quod eſt in medio ilij:deinde ſm tranſuerſionem penetrat ad interiora dua-
rum extremitatum poplitis:poſtea egreditur exterius,et vadit ad eminentiam,quæ eſt in loco po-
plitis profundo,& cum ea vnitur.Et ipſe quidem eſt,quo crus ad ſuperiora trahitur,declinãs cum
pede ad partem inguinis.Et tres muſculi:domeſticus,& ſylueſtris, & medius. Sed domeſticus &
medius cum declinatione ad ſylueſtrem contrahunt.Et ſylueſtris contrahit cum declinatione ad G
domeſticum.Et domeſticus,quidem oritur à baſi oſsis anchæ,deinde tranſuerſe incedit per poſte
riora coxæ,donec peruenit ad locum cruris profundum ĩ parte domeſtica,& vnitur cum eo, cuius
color ad viriditatem trahit.Et aliorum duorum etiam origo,eſt à baſi oſsis anchę:ſed declinant vt
cum loco profundo lateris ſylueſtris continuentur.[c] In iunctura præterea poplitis, eſt muſculus,
C Gal.ibidem. b
ſicut in flexuoſitate poplitis ſepultus,qui operationem efficit,qualis huius medij exiſtit operatio.
[c] Et quidam exiſtimant,ꝙ pars eminens muſculi dilatantis dupli à ſeparante quandoq; poplitem
C Gal. ibidem.a
accidentaliter cõſtringit:[c] qm̃ ex coniunctione amborum oritur chorda,quę constringit pixidem
C Gal.ibidem.
vel concauitatem anchæ,& continuat cum eo,quod ei vicinatur.

[d] *De anatomia muſculorum pedis iuncturam mouentium.* Cap. 29.

D G.li. de diſſect. muſ.c.33.

E[e]X muſculis autem pedis iuncturam mouentibus,ſunt quidam,qui ipſum ad ſuperiora ele-
E Li.3.đ v.p.c. 10.
uant:& quidam,qui ipſum deſcendere faciunt.Ex eis autẽ,qui ipſum eleuant,[f] eſt vnus mu-
F G.ibi.c.10. d
ſculus magnus,qui eſt poſitus in parte anteriori cannæ domeſticæ, cuius principium eſt pars ſyl-
ueſtris capitis cannæ domeſticæ.Et ipſe quidem cum ad exteriora egreditur,inclinatur ſuper crus
ad partem pollicis vadens,& continuatur cum eo,quod radici pollicis eſt propinquum:& pedem
ad ſuperiora eleuat.[f] Et alter oritur à capite ſylueſtris, ex quo naſcitur chorda, quæ cum eo, quod
F Gal.ibidem.
eſt iuxta radicem minimi continuatur:& pedem ad ſuperiora eleuat,& proprie qñ cum eo conue H
nit primus muſculus,& fuerit hoc ſm ęqualitatem & rectitudinem.Facientium vero deſcendere,
eſt vnum par,cuius origo,eſt à capite coxę,quod poſtea deſcendit,& cruris ventrem carne replet,
ex quibus chorda naſcitur:quæ ex maioribus exiſtit chordis, & ipſa quidem eſt chorda calcanei,
quæ cum oſſe tali continuatur:& ipſum ad poſteriora tranſuerſe ad ſylueſtrẽ trahit:& eſt hæc cau-
ſa fixionis pedis ſuper terram.Et ipſum quidem adiuuat muſculus, qui à capite ſylueſtris oritur:
[g] cuius color eſt melongianus:& deſcendit donec ipſemet abſq; chorda,quam mãdat: ſed carneus
G G.li. de diſſect. muſ.c.33.a
remanens,continuatur cum poſtrema alacahab parte ſupra continuitatem, quam ante diximus.
Cumq; muſculis iſtis,aut ipſorum chordis nocumentum accidit,pes [h] claudicat. Et muſculus, ex
H G.li.3.de v.par. c.10.e
quo duæ naſcuntur chordæ:quarum vna pedem constringit:& altera pollicem dilatat. Illud vero
eſt,qm̃ iſte muſculus à capite cannæ domeſticæ oritur,vbi ipſa ſylueſtri obuiat, & deſcendit inter
eas:& in duas diuiditur chordas:quarũ vna ſub raſeta in anteriori pollicis parte continuatur, cum
qua etiam exiſtit chorda pedem deprimens,vel inferius declinare faciens. Et altera chorda, quæ
accidit ex parte iſtius muſculi pertrãſit originem chordę primę,& tranſmittit chordã ad alchahab,
primo ex pollice & dilatat per tranſuerſum.Et iam etiam à capite coxæ ſylueſtri oritur muſculus,
& cum

A & cum vno duorum musculorum alachabalium continuatur & ramificatur, deinde ab eo separatur, cum occultum cruris pertransit: ex quo oritur chorda, quæ dilatatur ad inferiora pedis, & sub eo toto spargitur, quemadmodum facit musculus, qui super plantæ occultum dilatatur, propter iuuamentum tale, quale est eius.

A G.li..de dissect. musc. qui sunt i pede. c.34.
B Li.3. de v. par. c. 10. h. a

[a] *De anatomia musculorum digitorum pedis.* *Cap.* 30.

E[b]X musculis vero pedis digitos mouentibus, qui sunt constringentes, musculi sunt multi, ex quibus est musculus, qui à capite cannæ syluestris oritur, & extensus super ipsam descēdit, & chordam vnam transmittit, quæ in duas diuiditur chordas, quæ medium constringunt & anularē digitum. Et alter istorum minor, cuius ortus est à postremo cruris: cuius chorda cum ipsam transmittit, in duas diuiditur chordas, quæ indicem constringunt & minimum. Deinde ramificatur ab vnaquaq; duarum partium chorda, quæ cum eo, quod ab alia ramificatur, continuatur: et fiūt chorda vna, quæ ad pollicem peruenit & ipsum constringit. Et tertius musculus, quem iam nominauimus à syluestri duarum extremitatum: quæ in canna existūt domestica oritur: & inter duas descendit cannas. & ex se partem transmittit ad pedem constringendum, et ad primam iuncturam pollicis. Et horum quidem musculorum digitos mouentium, quos nominauimus, situs est super crus & posterius. Illi vero, quorum situs est super plantam pedis. x. sunt musculi: et in hoc quidem ana-

C Li.3. de vsu par. c.10. c

B tomici decepti fuerunt. Sed primus, qui istud sciuit, fuit [c] Gal. Ipsi vero, cum quinq; continuantur digitis. s. cum vnoquoq; duo lacerti à dextra & à sinistra, & mouent vt constringant ſm rectitudinem si simul mouerint, et vt declinent, si vnus mouerit. Et ex eis quidem sunt quatuor super rasetam: quorum vnus vnicuiq; digito delegatus est: et duo, qui proprie sunt ad constringendum pollicem & minimum.[d] Et isti quidem musculi adeo sunt permisti, vt cum vni eorum accidit nocumētum, prouenit inde, vt reliquorum operatio debilitetur in eo, quod eorum est proprium, & vt vicem istius aliquo modo gerant in eo, quod huic est proprium: & hac de causa difficile est vnum digitorum pedis, proprie absq; alijs constringere. Et ex musculis quidem pedis, sunt quinq; supra pedem positi, qui ad syluestrem declinare solent, & quinq; sub eis positi, quorum vnusquisq; digitum ad illud, quod ipsum sequitur, trahit à parte domestica, & ipsum cum motu ad partem eleuat domesticam. Et isti quinque sunt, cum duobus, qui pollici et minimo sunt proprij, secundum similitudinem, septem, qui sunt in planta pedis, & similiter decem primi. Omnes igitur corporis musculi sunt [e] quingenti & vigintinouem.

D Ga.3. de vsu par. c.10. b

E Halv.3. the. c.10
F Li.13. aïal. c. 5.

[f] *Summæ tertiæ doctrinæ quintæ, & est sermo vniuersalis de neruis proprie.* *Cap.* 1.

IVuamentorum neruorum alia sunt, quæ sunt ſm essentiam: alia sunt, quæ sunt per accidens. Quod vero ſm essentiam: est,[g] q cerebrum eis, mediantibus oībus alijs membris iuuamentum

G G.li.1. de v. par. c.16. b, & li.7. mer. c.13. c, & lib. 7. de Hip. & Plat. decre. c.3. h
H G.li.5. de v. par. c.9. d, & l.14. c.13. d

C præstat, dando eis sensum & motum. Sed quod est per accidēs, est ad hoc, vt caro corroboretur, & corpus fortius fiat.[h] Et ex eis etiam est percipere id, quod ex nocumētis membris accidit sensu carentibus, sicut hepar, & splen, & pulmo: licet. n. membra ista sensum non habeant, super ea tñ circunuoluens, positum est neruosum, & panniculo tecta fuerunt neruoso, quę cum apostemata fuerint, aut ventositate tensa, perueniet apostematis grauedo, aut ventositatis partitio ad circunuoluens & ad ipsius radicem, vnde accidet ei ex grauedine attractio: & ex ventositate extēsio, & sentiet ipsam.[i] Et neruorum quidem principium ſm modum scitum est cerebrum: & illud ad quod istorum perueniunt extrema, est cutis. Cum cute. n. villi miscentur subtiles, qui in ea oriuntur ex neruis membrorum vicinorum eis,[k] & cerebrum quidem neruorum principium existit, duobus modis, qm̄ quorundam eorum est principium ſm sui essentiam, & aliorū est principium mediante nucha, quæ currit ex eo.[l] Ex neruis vero, qui à cerebro egrediuntur, non iuuantur membra in sentiendo & mouendo, nisi capitis & faciei membra, et viscerum interiorum: alia vero mēbra hæc iuuamenta non habent, nisi à neruis nuchæ.[m] Et Gal. quidem iam ostendit nobis solicitudinē magnam, quæ neruis à cerebro ad viscera descendentibus est propria. Creator. n. de eorum munitione solicitus, aliter ipsos muniuit, q̄ alios neruos: & illud est, qm̄ propterea, q à principio elongati fuerunt, oportuit vt sustentarentur superflua firmitudine vel tutela, & cooperuit eos cum corpo-

I G.li. de neru. dis-s. c.c.1. & do. 5. c.1.
K G.l.3. lo. af. c.7. f & li.1. d v. p. c. 16. b
L Oppositū. c.2. & à G.li.16. de v. par. c.6. g
M Li.16. de v. par. c.5. e. f

D re medio inter neruum & cartilaginem, in substantia conformi ei, quod accidit in corpore nerui cum torquetur. Et istud quidem est ex tribus locis. quorū vnus est apud epiglottim. & secundus cum ad costarum radices veniunt. & tertius cum pectoris locum transeunt. Factum est autem, vt alij nerui à cerebro progredientes, in quibus existit vtilitas in sentiendo iuuamentum pręstare, penetrarent à sui principio ſm rectitudinem ad membrum ad quod diriguntur: qm̄ rectitudo ad id ad quod dirigitur, propinquiore defertur via: & illic ex hoc est impresio, quę emanat ex pricipio, fortior, & propterea q in neruis sensibilibus non quæritur de duritie, quæ facit necesitatem elongandi à substantia cerebri cū circuitione, ꝓpterea, vt à sui similitudine in lenitate gradatim elongetur, quantum in mēbris queritur motus: imo quāto plus fuerunt leniores, plus fuerunt virtutem sentiendi dantes. Sed factū est, vt motiui ad id ad quod dirigunt̄, eant post circuitiones, in quibus ipsi incedunt: propterea, vt à principio elongent̄, & in duritie ordinētur. In vnoquoq; ēt duorum modorum ad id, quod ex duritie & mollitie in ipso est necessarium, adiuuat substantia sui principij vel suę originis:[n] plurimi nāq; eorū, qui sensum tribuūt, ab anteriore oriunt̄ cerebri.[o] Et partis quidem, quæ est cerebri anterior, est essentia mollior: Et plurimi eorū, qui motum præbent, à postremo oriuntur cerebri.[p] Et partis, quæ est cerebri postremum, essentia est magis spissa.

N G.li.9. de v. par. c.14. a
O G.li.1. de musc. motu. c.1. h, & li. 8. de v. par. c.6. b
P G.li.8. de vsu pt. v. p. c.6. b

De

De anatomia neruorum egredientium a cerebro & eorum vijs. Cap. 2. E

A [a] Cerebro septem neruorum paria oriuntur: primi paris principium, est ex [b] fundo duorum ventriculorum cerebri antecedentium, apud duorum additamentorum [c] vicinitatem mamillarum extremitatibus similium, quibus fit odoratus. Et ipsum quidem est paruum cōcauum. Et ille, qui à sinistra oritur, dextratur: & [d] ille, qui à dextra oritur, sinistrat: deinde sibi super sectionem cruceam obuiant: postea ille, qui à dextra oritur, ad pupillam dextram penetrat: & qui nascit à sinistra, ad sinistram pupillam: quorum adeo dilatantur orificia, donec humorem, qui vocatur vitreus, comprehendant. [e] Quidam vero, qui non est, Galenus dixit, ꝙ ad sectionem cruceam sine reflexione penetrant, & dixerunt, ꝙ in hac sectione tria existunt iuuamenta. [f] Vnum est, propterea ne spiritus, qui ad vnam currit pupillam, ad alteram ire prohibeatur, cum acciderit nocumentum: & propter hoc vnaqueq; duarum pupillarum, cum alter clauditur oculus in videndo fit fortior & clarior, quam ipsamet esset, si altera intuente intueretur: & propter hoc foraminis vuei dilatatio augmentatur, cum alter clauditur oculus: & hoc quidē est, propterea, ꝙ spiritus vehementer vadit ad ipsum. [f] Secundum vero est, propterea, vt duo oculi vnum habeant deferens, quod visus simulachrum eis afferat, & ibi vniatur, & sit duobus videre oculis vnum videre: propterea, ꝙ simulachrum in termino vnitur cōi. Ideoq; luscis accidit, vt ex re vna videant duas: cum vna pupilla superius eleuatur, aut īferius deprimitur & destruitur rectitudo penetrationis foraminis ad F sectionem, & ante cōem terminum accidit terminus in loco torturæ vel plicaturæ nerui. [g] Et tertium est, vt vnusquisq; duorum neruorum ab alio sustentetur, & illi innitatur, & fiant, ac si ad pupillam ex propinquo venirent. [h] Secundum autem parium neruorum à cerebro procedentium, nascitur post ortum primi paris, & ab eo ad syluestrem declinat: & à foramine, quod est in orbita, quæ totum comprehendit oculum, egreditur: & in musculis partitur oculi: & hoc quidē par, valde est grossum: ideo, vt eius grossities suæ parificetur mollitiei quam habere debuit, propterea, ꝙ est circa principium: & confortetur in faciendo motum, & præcipue cum adiutorem non habeat, cum tertium par sit conuersum ad mouendum magnum membrum, quod est mādibula inferior: quare ei non remanet superfluitas: immo adiutore alio à se indiget, sicut modo referemus. [i] Tertij vero paris origo, est à termino cōi inter anteriorem cerebri et ipsius postremum. s. à loco basis cerebri, quod primo cum quarto pari paulisper miscetur: deinde ab eo separatur, & in quatuor ramos ramificatur. Vnus ramus ab ingressu egreditur venæ subeticæ, quam postea nominabimus, & descendendo super collum vadit, donec diaphragma pertranseat: & in visceribus, quæ sunt sub diaphragmate partitur. [i] Et secundæ quidem partis egressio, est à foramine, quod in osse existit temporis, quæ cum egreditur, cum neruo continuatur, qui à quinto diuiditur pari: cuius modo nominabimus dispositionē. [i] Et ramus tertius in foramē descēdit, à quo secundū egredit par, qm̄ ipsius G directio est ad membra in anterioribus faciei posita. Et neq; fuit cōueniens vt in penetratione primi paris concauitatem habentis penetraret, quia nobiliori neruorum coangustationem faceret, et ipsum comprimeret, & via cooperiretur. [i] Et hæc quidem pars cum separatur, in tres distribuit sectiones: quarum vna ad partem lachrymalis declinat, et vadit ad musculos temporum, et masticātium, & supercilij, & frontis, & palpebræ. Et pars secunda [i] penetrat in foramine creato apud angulum lachrymalem magnum, & inde ad nasi tendit interiorem superficiem, & in tunica spargit, quæ in interioribus nasi est expansa. Pars quoq; tertia, est pars nō parua in concauitate descendēs barbachi, quæ in osse genæ est facta, & duobus ramificatur ramis. Vnus vadit ad interiora concauitatis oris, & in dentibus spargitur. sed illud, quod inde pertinet dentibus, est manifestum: quod vero inde alijs pertinet, est visui sicut occultum, & in gingiua etiam spargitur superiore. Alter autem ramus in membrorum spargitur superficiebus, quæ sunt ibi, sicut cutis genæ, & extremitatis nasi & labij superioris. hę quidem sunt sectiones partis tertiæ paris tertij. [k] Quartus autem ramus tertij paris vadit penetrās à foramine suo, quod in mandibula existit superiore, & vadit ad linguā: & in eius manifesta diuiditur tunica, & tribuit ei sensum propriū: qui est gustus. & illud, quod remanet vel superfluit ex illo, in radice carnosa dentium inferiorum & in ipsorum gingiuis diuidit: & in labio inferiori. sed pars, quę peruenit ad linguam, subtilior est, q̄ neruus oculi: qm̄ istius duritiem, H & illius mollitiem temperant grossities illius, & subtilitas istius. [l] Quarti vero paris origo, est post tertium, sed ad cerebri basim est magis declinans, & cum tertio, quemadmodum diximus miscetur: deinde ab eo separatur, & ad palatum vadit, & dat ei sensum, quod quidem est paruum, sed est plus durum, q̄ tertium: quia palatum & palati panniculus durior est linguæ panniculo. [m] Sed vnumquodq; paris quinti impar ī duobus diuiditur medijs ſm dupli formā: immo multi illorum tenent, ꝙ vnumquodque ipsius impar est par, cuius quidem origo, à duobus est cerebri lateribus. Et pars quidem prima cuiusq; paris ipsius, ad panniculum vadit, qui in interioribus instrumenti auditus est dilatatus, & in eo diuiditur totus. Et huius quidem diuisionis origo, proculdubio [n] est à parte cerebri posteriore, & per ipsam est audiendi sensus, sed secunda diuisio est minor prima. [o] Ipsa nanq; egreditur à foramine, quod in osse perforatum est petroso. Et ipse quidem est, qui vocatur monoculus & [o] cæcus, propterea, ꝙ multum torquetur, & eius viæ in obliquationibus incedunt, ideo ꝙ voluntas affuit prolongandi spatium, vt eius finis à principio remoueretur: propterea vt neruus anteq̄ inde egrederetur, à principio esset longinquus, ideo vt durities ei inde acquireret. [o] Cumq; egredit cum neruis tertij paris miscetur, quorū plurimi [o] {ad maxille} & ad latum

vadunt

A Ga.lib.9.de v.p. c.9.d, & li.16.c.3.c, & li.de dissect. neruorum.c.1.2.3.&c.
B Ga.li.16. de v.p. c.3.d
C G.li.10. de v.p. c.14.f. & li. de dissect. neruo.c.2.c
D Oppositum lib. 13.aīal.c.5.
E Halyabbas lib. 2.theo.c.10. & lib. 4.c.11.
F Ga.li.10.de v.p. c.14.a
F Gal.ibidem. a
G G.10. de v. par. c.14.a
H Gal.li.8.de v.p. c.6.c, & li.9.c. 8.h, & li.de neruorū dissect.c.3.& Haly.li. 2.theo.c.10.
I G.li.9.de v.p.c.8. & li.de ner.dissect. c.4.& Ras. tract.1. c.4.Hely.li.2. the. c.10. de verbo ad verbum.
I Halya.
I Halya.
I Halya.
I Halya.
K Ga.li.11.de v.p. c.7.d, & de dissect. neru.c.4.Haly.
L Gal.lib.9.de v.p. c.9.d, & li.de neru. dissect.c.5. Halya.
M Ga.li.9. de v.p. c.10. & de dissect. neru.c.6.& Halya.
N Oppositū Fē.1. tertij tra.1.c.2.
O Gal. de dissect. neruo.c.6. g
O Gal.ibidem.
O Gal.ibidem.
O Gal.ibidem.
O dearticulationem

A vadunt musculum:& quod remanet ad musculos protenditur temporum. Gustus autem in quarto creatus fuit neruo. Et auditus in quinto. qm̄ instrumento auditus fuit necessarium, vt [a] esset discoopertum, ne aeris via ad ipsum clausa foret. Et instrumento gustus fuit necessarium, vt esset munitum, propterea oportuit, vt nerui auditus essent duriores. & ideo origo eorū postremo cerebri fuit propinquior. Et neq; oculi musculis vnus suffecit neruus: & musculorum temporum nerui multiplicati fuerunt, nisi quia foramini oculi multa necessaria fuit amplitudo, propterea q neruus virtutem afferens visus, multa indiguit grossitudine, ideo quia ei necessarium fuit ventrem habere: non ergo os, quod ad comprehendendum oculum est perforatum, multa foramina tolerare potuit. Temporis vero neruis [b] multa fuit durities necessaria: sed grossitudine multa non indiguere: immo grossitudo esset faciens motus difficultatem, & etiā egressio, quam in osse duro petroso habent, foramina potest tolerare multa. [c] Par vero sextum, à postremo oritur cerebri cū quinto continuum, & cum eo panniculis & ligamentis ligatum, ac si esset vnus neruus: deinde separatur ab eo, & egreditur à foramine, quod est in extremitate [c] {alderazi} quę laudę similatur. Et ipsum quidem anteq; egressum esset, [d] iam in tres diuisum fuit partes, quæ omnes simul ab hoc egrediuntur foramine. Vna earum ad gulæ musculos suo protenditur itinere, & ad linguæ radicem, propterea vt par septimum in ipsorū adiuuet motu. [e] Et pars secunda ad musculos descendit spatulæ: & eius

B quod est circa eam: & ipsius plurimum in musculo spargitur lato, qui est super spatulā: & hæc quidem pars est magnæ quantitatis, & suspensa penetrat, donec perueniat ad terminum ad quem intenditur. Pars vero tertia, quæ maior est ex tribus partibus, ad viscera descendit in ascēsione venæ subeticæ, & est illi annexa, & cum ea ligata, & cum opponitur epiglotti, separātur ab ea rami, qui ad musculos veniunt epiglottales, quorum capita sunt ad superiora, qui epiglottim & ipsius eleuant cartilagines. [f] Cumq; epiglottim pertranseunt, ex eis ascendunt rami, qui ad musculos vadūt capita ad inferiora habentes: & ipsi sunt, qui ad cymbalarim claudendam, & ipsam aperiendā, sunt necessarij, cum ad inferiora trahere necessarium est. & propter hoc vocantur nerui retro redeūtes. [g] Hic autem neruus retro rediens, non egressus fuit à cerebro, & non à nucha, nisi propterea q si à nucha ascenderent, ab ipsorum principio subirent transuersi, & non recti, & ad inferiora attractio cum eis non proueniret secundum actionem decentē. Et ipsi quidem non de sexto pari creati fuerunt, nisi propterea q illud, quod ex neruis, est molle, aut molli vicinum. s. illud quod fuit ex eis, antequam sextum iam in musculis faciei et capitis: et in eo, quod est in eis fuit diuisum: et septimus non secundum rectitudinem descendit, queadmodum sextus descendit, immo proculdubio trāsuersitas eos comitatur, & propterea q illud, quod ascendit & redit, quandoq; indiget re firma, cui innitatur, ad similitudinem girgilli, vt super ipsam reuoluatur ascendens: & ex ea adiuuetur, vt sit

C situs durus, & fortis, & lenis, [h] & iuxta positus non fuit ibi ad hoc idoneum sicut arteria maior. Et illud quod ex istis ramis à sinistra ascendit, hanc inuenit arteriam ipsa recta & grossa: ergo sup eam reflectitur non multa indigens firmitudine. A dextra vero ascendenti hic non vicinatur arteria ad modum primi: sed vicinatur ei, postquam iam accidit ei paruitas ,ppter ramorum diuisionem, qui iam ex eo egressi fuerunt: cui etiam iam defuit rectitudo in situ, quia transuersatus fuit ad asellam declinando. fuit ergo necessarium, vt ipsi re aliqua affirmarentur, cui inniterentur cum ligamētis, in quibus rami stringerentur: ideo vt per ipsos illud, quod defuit ex rectitudine & grossitie in situ corrigeretur. Et sapientia quidem in hos redeuntes ramos elongando est, vt talis qualis est hæc suspensio, proximi fiant, & propter elongationem à principio fortitudinem habeāt & duritiem. Ex neruis autem redeuntibus, fortior est ille, qui in duabus musculorum epiglottis spargitur tunicis, cum alijs neruorum adiuuantium ramis. postea illud, quod ex hoc remanet neruo, descēdit, à quo rami separantur, qui in panniculis sparguntur diaphragmatis, & pectoris: & in musculis ipsius, & in corde, & in pulmone, & in venis, & in arterijs, quæ ibi sunt. Illud vero, quod remanet, penetrat in diaphragma: & associatur ei, quod ex parte tertia descendit, & in panniculis spargitur viscerum, & peruenit ad os latum. [i] Septimi autem paris origo, est à termino cōmuni, qui est inter cerebrum & nucham, cuius plurimum incedit se in musculis, spargendo linguam mouentibus, & in muscu-

D lis inter peltalem, & os laudæ cōmunibus: & est cum ipsius residuum in alijs spargitur musculis, qui huic musculo sunt vicini: non tamen semper est istud: & propterea, q alij nerui ad alias reducti fuerunt necessitates, & neq; fuit bonum, vt foramina in interioribus, neq; in inferioribus multiplicarentur: fuit melius, vt ad linguæ motum, neruus ab hoc loco veniret: quia ipsius sensus iam ei ab alio venit loco.

[k] *De anatomia neruorum nuchæ, & colli, & vijs eorum.* Cap. 3.

NEruí ex nucha nascētes, qui per colli vadunt spondyles, [l] octo sunt paria. Vnius paris egressio à duobus est spondylis primæ foraminibus, [m] quod in capitis musculis solum spargitur: & est paruum, & minutum: qm̄ [n] melius fuit, vt locus, à quo egreditur, sit angustus, queadmodum in [o] capitulo de ossibus diximus. [p] Et secundi quidem paris egressio est inter spondylem primam, & secundam. s. foramen in loco, vel capitulo de ossibus nominatum. cuius plurimum capiti tāgendi sensum defert. transuerse enim ad id quod in spondylibus est supremum ascendit, & ad anteriora reflectitur: & super tunicam extrinsecam aurium spargitur. Et quod par primū minus facit propter sui paruitatem & abbreuiationem, ob quam expādi expedite non poterat, & dilatari in locis, qui sequuntur ipsum, complete emendat. [q] Quod autē ex hoc remanet pari ad musculos, qui sunt in posterio-

A Gal. 18. de v. par. cap. 6. 3
B G. 9. de v. p. c. 13. h
C Ga. lib. 9. de v. p. c. 11. f, & de dissect. ner. c. 10. b
C *suturæ*
D Haly. lib. 2. the. cap. 10.
E Oppositū cap. 1.
F G. 7. de v. p. c. 16. g. h, & lib. 6. ca. 4. g
G Gal. li. 7. de v. p. ca. 15. de neruis recurrentib. g. h, & li. 16. de v. p. c. 4. g
H G. 16. de v. p. ar. cap. 4. c
I G. li. 9. de v. p. ca. 12. c, & li. de neruo. dissect. c. 8. & Haly. li. 2. the. c. 10.
K Ga. li. 13. de v. p. c. 5. f, & li. d dissect. neruo. cap. 11.
L Haly. 2. theo. ca. 10. & 13. anima. c. 3.
M Oppositum G. li. 13. de v. p. c. 5. f
N 13. anima. c. 3.
O 8 sum. 1.
P G. lib. de dissect. ner. c. 12. & li. 13. de v. p. c. 5. f, & Haly. 2. theo. c. 10. & 13. anima. cap. 3.
Q Haly. 2. theo. cap. 10.

in posterioribus colli, & ad musculum latum venit, & eis dat motum.[a] Et paris tertij origo, & ipsius egresio est à foramine, quod est inter secundam, & tertiam. Et vnusquisq; eorum in duos partitur ramos. Ab vno ramo sparguntur rami in profundo musculorum, qui sunt ibi, & proprie caput cum collo in gyrum mouentiũ: deinde ad spondylium ascendunt spinas, & cum in earum rectitudine veniunt, ad radices tenentur earum: & post ad ipsarum eleuantur capita, & cum ligamentis miscentur pannicularibus, quæ ab illis nascuntur simenijs, postea ad partem aurium reflectendo penetrant:[b] & in alio animali ab homine ad aures perueniunt, & aurium musculos mouent. Et ramus secundus ad anteriora vadit, donec ad musculum peruenit latum. Et hoc quod primum ascendit, miscetur cum venis, & musculis, qui ipsum cooperiunt, propterea vt in se ipso sit fortior. Et est etiam quando cum musculis miscetur temporum, & cum musculis aurium in bestijs. Plurimum tamen sparsionis ipsius, non est nisi in musculis maxillarum.[c] Quarti vero paris egresio est à foramine, quod inter tertiam existit, & quartam, & partitur sicut ille, qui est ante ipsum parte antecedente, & parte posterius consequente: sed pars eius, quæ antecedit est parua: & ideo cum quinto miscetur.[d] Et quidam iam dixerunt, quod ab ea penetrant rami, sicut araneæ tela, extensi super venam subeticam, donec perueniant ad panniculum separantem, incedentes super duo latera pãniculi diuidentis pectus in duas medietates. Sed eius pars maior ad posteriora reflectitur: & in fundo musculorum profundatur, donec ad simenia vadit: & musculis mandat ramos,[e] qui inter caput & collum sunt cõmunes: & deinde itinere suo ad anteriora reflectendo vadit: & cum musculis maxillæ, & aurium in animalibus continuatur.[f] Et dixerunt, quod ab eo ad dorsum descendit ramus.[g] Quinti autem paris, egresio est à foramine, quod est inter quartam & quintã, quod etiam in duos partitur ramos. vnus ramus, scilicet iste, qui est antecedens, & ipse minor ad musculos peruenit maxillarum: & ad musculos, qui caput anterius curuant, & ad alios musculos, qui capiti & collo sunt cõmunes. Et ramus secundus in duos diuiditur ramos. Vnus ramus inter primum, & inter ramum secũdum est medius, & peruenit ad spatulæ supremũ: & miscetur cum eo quidam sexti, & septimi. Et ramus secundus cum ramis quinti, & sexti, & septimi miscetur, & ad medium penetrat diaphragmatis.[h] Par vero sextum, & septimum, & octauum ab alijs secundum ordinem egrediuntur foraminibus. Sed octaui, egresio est à foramine cõmuni inter finem spondylium colli, & inter primam spõdylium dorsi: & eorum rami vehementi cõmiscentur mistura.[i] Sed plurimum sexti ad spatulæ peruenit superficiem, & pars eius maior parte, quæ est ex quarto, & minor parte, quæ est ex quinto, peruenit ad diaphragma.[i] Et plurimum septimi, peruenit ad adiutorium: licet sint quidam ex ipsius ramis, qui ad musculos capitis, & colli, & dorsi, cum ramis quinti associati vadunt, & ad diaphragma perueniunt.[i] Sed octaui, post commistionem, & societatem oẽs ad brachium, & [i]{ascid}perueniunt. Et neq; est aliquis eorum, qui ad diaphragma perueniat.[i] Sed tamen ille, qui ex quinto ad partem manus tendit, non transit spatulam, & ex septimo non transit adiutorium. Sed ille, qui à spatula peruenit ad brachiũ, est ex octauo misto cũ primo ramo,[i] qui ex spõdylibus pectoris venit, & non sunt diuisi ad diaphragma, nisi ex istis neruis, & non ex neruis nuchæ, qui sunt sub istis, propterea vt ad ipsum veniens ab alto foret descendens loco: ideo vt eius partitio in ipso esset melior: & præcipue, quia prima eorum directio fuit principium panniculi pectus per medium patientis.[i] Et imposibile quidem erat, vt neruí ad ipsum à nucha directe venirẽt absq; fractura cũ angulo.[i] Et si oẽs nerui, qui ad diaphragma descendunt à cerebro protenderentur, ipsorum prolongaretur incessus, & neq; eorum neruorum continuitas cum medio diaphragmatis posita fuit, nisi propterea quod non fuit conueniẽs, vt in ipso secundum iustitiam & æqualitatem spargerentur, si cum extremitate, & non cum medio continuarẽtur: aut si cum tota continuaretur circuitione, & esset hoc contrarium viæ, quę est necessaria: quoniam musculi non faciunt aliquid moueri, nisi extremitatibus suis: propterea illud, quod ex diaphragmate mouetur, est illud, quod est non circuens. oportuit ergo vt in ipso finirentur nerui, & non vt in ipso inciperent.[k] Et quoniam necessarium fuit eos ad medium venire, oportuit necessario vt penderent. oportuit ergo, vt ipsi defenderentur, & panniculis cum munitione tegerentur. tecti ergo pãniculis fuerunt cum munitione defendẽte, in qua eis associatur panniculus, qui pectus per medium partitur, super quem misti perrexerunt. Et quia huius membri operatio fuit nobilis, facta fuerunt neruis eius principia multa, ne eius operatio propter aliquod destrueretur nocumentum, quod vni accideret principio.

E A G. de dissect. neruo. cap. 13. lib. 13. de v. p. c. 5. g, & Haly. & 13. aĩa. cap. 3.
B 13. anima. cap. 3.
C G. 13. de v. p. c. 5. g
D 13. anima. ca. 3.
F E Haly. 2. the. c. 10
F Rasis t. 1. c. 4. ad Almans.
G G. de dissect. neruo. c. 15. h, & 13. de v. p. c. 5. g. h, & 13. aĩa. ca. 3. & Haly.
H G. de dissec. neruo. c. 15. h, & 13. de v. p. c. 5. h, & Haly. 2. the. c. 10. 13. aĩa. c. 3.
I 13. anima. c. 3.
I Auic. ibidem.
I Auic. ibidem.
I *cubitum*
G I Auic. ibidem.
I Auic. ibidem.
I Auic. ibidem.
I Auic. ibidem.
K 13. anima. c. 3.
H

[l] *De anatomia neruorum nuchæ spondylium, quæ sunt in rectitudine pectoris.* *Cap.* 4.

PRimi ex paribus ipsorum egresio [m]est inter primam spondylium, & secũdam pectoris, quod in duas diuiditur partes: quæ maior in musculis spargitur costarũ, & musculis dorsi. Et quod remanet super primas costas extensum procedit: & octauo neruorum colli obuiat, & simul ad manus protendũtur, donec ad adiutorium & spatulã perueniant.[n] Par vero secundũ à foramine egreditur, quod prædictũ sequitur foramen: cuius pars ad adiutorij tendit superficiem, dans ei sensum: & ipsius residuũ cum alijs paribus, quę remãserunt, aggregatur: & ad musculos spatulę, qui super eam sunt positi, descendũt, ipsius mouẽtes iuncturã, & ad musculos perueniunt dorsi.[n] Qui igitur ex neruis istis, spondyliũ pectoris oriuntur, & ramis, qui ad spatulã non protenduntur, ad musculos dorsi vadũt, et ad musculos, qui sunt inter costas puras in posterioribus pectoris positas.[o] Qui vero ex spõdylibus falsarum nascuntur costarũ, ad musculos veniunt, qui sunt inter costas, et ad musculos vẽtris. Cũ istorũ neruorũ pręterea ramis arterię, et venę quętę currũt, et nuchã ingrediuntur per loca inferiora, vnde ipsi egrediuntur.

L 13. aĩa. c. 3. & G. de dissect. ner. c. 16.
M Ga. li. 13. de v. p. cap. 9. c. d
N l. 13. aĩa. c. 3. & Halya. 2. theo. c. 10.
N Auic. ibi.
O G. de dissect. neruo. c. 16. b

De ana-

A *De anatomia neruorum alchatim,i.lumborum.* *Cap. 5.*

A G.li.16.de v.par. cap.5.e.f

A osse sacro

B G.lib 16. de v.p. c.8 b, &.13.de v.p. cap 7.e

NEruí alchatim in hoc communicant, q̀ pars eorum ad dorsi musculos peruenit: & pars ad musculos ventris,& ad musculos,qui sunt in dorso expansi.[a] Tria autem superiora cũ neruis miscentur,qui à cerebro sunt descendentes, & non alia. Et duo paria inferiora ad partem cruriũ multos transmittunt ramos,cum quibus rami tertij paris, & ramus nerui primi ex[a] {alagiazi} miscetur:sed isti duo rami anchæ non transeunt iuncturam: sed in ipsius spargũtur musculis, & illi eos pertranseunt incedendo ad crura.[b] Neruorũ autem crurium & pedũ forma,à neruis manuum separatur in hoc,q̀ non oẽs coniunguntur,& declinant submersi incedendo ad occultum: non.n. est forma continuitatis adiutorij cum spatula,sicut forma continuitatis coxæ cum ancha: neq; eius continuitas cum origine suorũ neruorum, sicut continuitas ipsius cũ suorum neruorum origine. Et isti quidem nerui,ad partem cruris,diuersis tendunt itineribus,Sunt enim ex eis,qui occultant̃, & sunt ex eis qui manifestantur,& sunt ex eis,qui submerguntur sub musculis cooperti.Et qa musculi, qui à parte osśis femoris oriuntur, vias ad vtrosq; pedes non habuerunt à posterioribus corporis,neq; ab occulto coxarũ,propterea q̀ sunt ibi musculi multi,& venæ:factum fuit,vt pars neruorum, qui sunt proprij musculorũ,qui sunt in pedibus,curreret,& penetraret in foramine,quod ad testiculos descendit,donec ad musculos vadat femoris,& descendat ad musculos poplitis.

B *De anatomia neruorum nuchæ,alagiazi.i.osśis sacri,& alhosos.i.coccygis.* *Cap. 6.*

C G.de dissect.neruo ca.17.c.d, &.16. de v.par.c.9.d.e, & 13.de v.p.c.7.e

C lumborum

C sacro

P[c]Rimum par ex alagiazi,miscetur cũ neruis[c] {alchatim} sicut diximus.Alia vero paria,& impar,quod ab extremo oritur alhosos,in musculis sparguntur ficteris,& ipsius virgæ:& in musculo vesicæ,& matricis:& in pãniculis ventris: & in partibus domesticis interioribus osśis femoris:& in musculis,qui nascuntur ab osse[c] {alagiazi.}

Summa quarta doctrinæ quintæ, cuius sunt quinque capitula.

Sermo de forma arteriarum. *Cap. I.*

D G.li.7. anato. c. 5.a.b,& li.6. de v.p. c.10.11.12.
E Haly.2. the.c.13
F G.16.de v.p.c.10. e,& G.li.de dissect. ve.c.9.a,& li.7.anato.c.5. b, & Halya. ibi.

V[d] Enæ pulsatiles sunt arteriæ, quæ creatæ fuerunt præter vnam earum, duas habentes tunicas:quarum durior est occulta:[e]quoniã ipsa est illa,quæ pulsationi obuiat:& forti motui substantiæ spiritus: qui celari voluit: & ipsius receptaculum custodiendum, & corroborandum fuit. [f] Arteriarum autem origo, est, à sinistro ventriculo duorum ventriculorum cordis, quoniam dexter eorum,hepati est propinquior:quapropter oportuit, vt ipse poneretur occupatus in attrahendo nutrimentum,exercendo ipsum.

De anatomia arteriæ aluridi,id est venalis. *Cap. 2.*

G G.de dissect.arteri.c.9.h,& li.6.de v.p.ca.10.a.11.a, & li.16.de v.p. c.10.a. 11.a. & li.7.anat. c. 5.b,&Haly.2.theo. ca.13.

Q[g] Vod in primis à sinistro oritur ventriculo,duæ sunt arteriæ: vna ad pulmonem vadit, & in ipso partitur:propterea vt aer attrahatur,& sanguis,qui pulmonem nutrit,à corde deferatur,ad pulmonem:quia transitus nutrimenti pulmonis est cor: & à corde, vadit ad pulmonem. C Et huius quidem partis origo,est ex partium cordis subtiliore,& vbi venæ ad ipsum penetrant:quæ est vnã habens tunicam ab omnibus alijs arterijs diuersam, & propter hoc vocãt ipsam arteriam venalem.Ex vna autem creata fuit tunica, vt sit mollior & lenior:& ad dilatandum,& ad constringendum magis obediens:& ad resudationem eius faciendam: q̀ ab ea ad pulmonem resudat ex sanguine subtili vaporoso,qui substantiæ pulmonis magis est conueniens,sit apta.s. qui cõplemento digestionis in corde iam propinquus fuit. Et neq; est ei necessaria superfluitas digestionis,sicut ea indiget sanguis,qui in vena currit concaua,vel in vena kili, quã modo nominabimus: & propriè,quoniam eius locus est iuxta cor,& vadit ad ipsum eius virtus calida,facile digerens: & etiam quia membrum in quo pulsat,est rarum, & non timetur cum pulsauerit in illo raro, & percusserit,q̀ ipsius durities ei noceat, & propter hoc in corpore ipsius, non tantum duritiei fuit necessarium,quanto aliæ indiguerunt arteriæ,quæ sunt alijs membris duris.[h] Vena autẽ arterialis, quam dicam:licet pulmoni sit vicina:non tamen ei vicinatur,nisi ipsius postremum,à parte dorsi. & hæc arteria venalis,in antecedente pulmonis parte,spargitur:& in ipso submergitur, quæ iam quidem in partes,& ramos diuisa est. Sed cum inter duas huius arteriæ necesśitates cõparatum fuerit, quæ attenduntur f̃m firmitudinem & lenitatem, quæ facit ei dilatationem facilem & cõstrictionem, &

H G.6. de v.p.ca. 11.a.b

D resudationem eius quod ab ea resudat:inuenietur q̀ lenitas magis est ei necessaria,q̃ spisśitudo,& firmitudo.Aliam autem arteriam,quæ est maior, quam[i] Aristoteles vocat orithi,in primis cum ex corde oritur,[k] duos transmittit ramos:ex quibus, maior in circuitu cordis reuoluitur, & in suis diuiditur partibus:& minor reuoluitur,& in vẽtriculo spargitur dextro.[k] Quod aũt post duos remanet ramos,cum separatur, in duas diuiditur partes:vna pars est maior,& ad descẽdendum apta: & altera est minor,& est apta ad ascendendũ.[k] Et quæ est apta ad descendendum,creata fuit in quantitate sui,[l] super aliam addens,qm̃ ad membra tendit,quæ numero sunt plura,& in quantitate maiora:& hæc quidem sunt mẽbra,quæ sub corde sunt posita.[m]Super orithi autem essentiã, vel egressionem, tres duri consistunt pãniculi, ab interioribus ad exteriora:si enim vnus,aut duo, fuissent, non præberent iuuamentũ,quod in eis quæritur, nisi quantitates ipsius, aut ipsorum,magnificando,& tũc fierent motus eorũ graues,& difficiles.Quod si essent quatuor, fierẽt valde parui, & destruerent̃ iuuamentum eorum: & si in suis quantitatibus magni fierent,viam coangustarent.[m] Venalis arteria,duos habet panniculos,ad interiora declinantes,& duo, quidem suffecerunt: qa non est ibi tantum necesśitatis ad decenter claudendum, quãtum hic: immo necesśitas ibi est debilior plus: ideo,vt fumosum vaporem expellere sit facile,& sanguinem ad pulmonem euntem.

I Lib.3.de hist.aĩa. c.4,& li.3. de parti. anima.c.5.
K G.de dissec.arte. ca.9.h.a,& Haly.2. theo.c.13.
K Haly.ibidem.
K Haly.ibidem.
L G.li.16.de v.par. ca.10.e
M Ga.li.6. de v.p. ca.14.g

M Gal.ibidem.

De anato-

De anatomia arteriæ orithi ascendentis. Cap. 3. E

P[a] Ars autem,quæ à duabus orithi est ascendens,in duas diuiditur partes:[b]quarũ maior,ad partem [b]{alleba}ascendendo tendit,deinde ad partem trãsuersatur dextram, donec ad carnem laxam,moro similem peruenit,quæ est ibi:Et in tres diuiditur partes:Quarum duæ, sunt duæ arteriæ,quæ subeticæ vocātur:& ad dextram,& ad sinistram,cum duabus ascendit guindegis profundis,quas postea [c] nominabimus:& in diuidendo,cum eis associantur,sicut post referemus.Pars autem tertia,in thorace spargitur,& costis primis:& in sex spondylibus colli superioribus: & in partibus furculæ,donec ad caput puenit spatulæ:postea exinde,ad manuũ pertransit mẽbra.Pars vero minor,ex partibus orithi ascẽdẽs,ad partẽ asellæ vadit,& diuiditur,sicut pars tertia maioris partis.

A Ga.trac.de arte.diss.c.9.a,b, & li.16.de v.p.ca.11.g.h,& Haly.2.the.c.13.
B G.de dissec.arteria.ca.9.a
B iuguli
C cap.4.

De anatomia duarum arteriarum,quæ subeticæ vocantur.i.carotidæ,vel soporariæ. Cap. 4.

V[d] Naquæq; duarum arteriarum,quæ subeticę vocantur,cum ad collum perueniunt,in duas separãtur partes:partem anteriorem,& posteriorem.Anterior vero pars,in duas sequestratur partes:in partem occultã,quæ ad linguã tendit:& ad musculos occultos, qui sunt musculi mandibulæ inferioris.& partem,quæ manifestatur,& ascẽdit ad illud,quod est coram duabus auribus, & ad musculos temporum, & pertransit eos, postquam in eis reliquit ramos multos, & ad capitis cacumen tendit:& obuiant sibi,dextræ earum existentes,cum extremitatibus sinistræ.Pars autem posterior,in duas diuiditur partes.quarum minor, plus ad posteriora eleuatur, & in musculis, qui capitis sunt continentes iuncturam, spargitur.[e] ex qua etiam est, quod ad basim postremi cerebri tendit,in foramen ingrediensmagnum,quod est apud commissuram laudæ.[f] Maior aũt,coram foramine,in foramine petroso,ad rete ingreditur:immo rete ex ea texitur.s.ex venis in venis,& tunicis super tunicas,& rugis super rugas:ita,vt nemo ex eis,vnam solã apprehendere possit:nisi cum alia continuã,& cum ea ligatam,sicut rete,& spargitur ad anteriora,& posteriora, ad dexteram, & sinistram:& vadit per totum rete:deinde aggregatur ex ea,par,sicut erat ante:& perforatur ei,panniculus,& ascendit ad cerebrum,& spargitur in ipso, in panniculo subtili : postea interius,in cerebro in suis ventriculis, & siphac ventriculorum ipsius, & obuiant orificijs ramorum suorum, qui iam paruificati sunt valde.orificia ramorum venarum non pulsatilium,quæ descenderunt. Et ista quidem ascenderunt,& illa descenderunt,quoniam illa sunt rigantia,& fundentia sanguinẽ,quoniam melior ex sitibus suorum vasorum rigantium est, vt eorum extremitates sint capita, ad inferiora habentes,sed ista iuuamentum præstat in dãdo spiritum:& spiritus quidem, est subtilis ad superiora mobilis.Et neq; est necesse suorum vasorum capita ad inferiora reducere, donec fundant: immo si hoc fieret:multa inde proueniret effusio sanguinis, qui ei associatur, & difficultas motus spiritus in eis, qm̃ ipsius motus ad superiora est facilior, & propter illud, quod in spiritu existit, ex motu & subtilitate sufficit in eo,q; ex ipso ad cerebrum vadat,vel spargatur illud,quod est necesse, G & calefaciat ipsum.Et propter hoc,sub cerebro quidem fuit expansum [g] rete, vt subministretur ei paulatim sanguis arterialis,& spiritus in eo,& assimiletur cum cõplexione cerebrali post digestionem,deinde cũ gradatione ad cerebrũ vadat.Et rete,quod inter os,& panniculũ durũ, est positũ.

D G.đ arte.dissec.c.9.b, & li.16.de v.p.c.12.a.b
F
E Gal.16.de v.par.ca.12.b
F Ga.ibi.b.c.d
G G.li.de pulf.vsu,ca.2.h a,& lib.7.de Hippo.& Plato.decre.c.3.d, & li.4.de v.p.c.13.b,& li.9.c.4.d.e,& li.16.ca.12.b.c
H G.de arte.dissec.c.9.b, & li.16. de v.p.c.10.e.

De anatomia partis orithi descendentis. Cap. 5.

P[h] Ars autem orithi descendens,primum ẽm rectitudinem incedit, donec super quintam mittitur spondylem,cuius situs capitis, cordis situi,est oppositus : & ibi quidem est pulmo, sicut accubitatio,& sustentamentum ipsi ad hoc,vt inter ipsum,& ossa dorsi,separationem faciat. Meri quoq;,cum ad hunc peruenit locum,ab eo, ad dextram declinat, & non ẽm rectitudinem transit, deinde,cum panniculis appensus incedit,cum ad diaphragma peruenit, ne ipsum coangustet. Et hæc quidem arteria descendens,cum ad spondylem.5.peruenit,ad inferiora trahitur,extendẽdo se supra dorsum,donec ad os peruenit,quod est ex [h]{alhagiazi.}Et cum est in pectoris rectitudine, transit inde,& dimittit ibi ramũ subtilem paruum, & dispergit in receptaculo pulmonis,quod est ex pectore,& perueniunt extrema ipsius ad cannam pulmonis. Et ipsa quidem non cessat dimittendo in omnibus spõdylibus per quas vadit,ramum,qui inter costas & nucham incedit. Cumq; pertransit pectus ex ea. duæ diuiduntur arteriæ, quæ ad diaphragma perueniunt, & in ipso à dextra sparguntur,& à sinistra.[i] Deinde dimittit arteriam,cuius rami in stomacho,& hepate,& splene,sparguntur,& ipsius rami ab hepate egrediuntur,& ad vesicam vadunt. Et postea oritur arteria,[k] quæ ad [k]{gedauel}quæ sunt in circuitu minutorum intestinorum & colõ vadit.Deinde post hos,tres ab ea separantur rami:quorum minor, reni sinistro propius est, & spargitur in circũuolutionibus,& in corporibus,quæ ipsum circundant, & eius iuuamentum præbet, dando eis vitam. Alij autem duo,ad duos [l] vadũt renes:ideo vt ex eis ren,sanguinis aquositatem trahat, qm̃ multoties à stomacho,& intestinis,sanguinem trahunt non purum.Postea vero duæ separantur arterię, [l] quæ ad testiculos vadunt:sed,quæ ex eis [m] ad testiculum peruenit sinistrum, ei semper associatur frustum eius,quod peruenit ad renem sinistrum. Immo fortasse origo eius, quæ peruenit ad testiculum sinistrum:est ex rene sinistro tantum.[m] Et origo eius,quæ peruenit ad dextrum, semper est ab arterijs magnis:& raro contingit,vt cum aliqua eius, quæ ad dextrum peruenit renem, associetur.Postea ab hac arteria maiore, duæ separantur arteriæ,quæ in vijs venarum sparguntur,quæ in circuitu recti sunt intestini,& rami, qui in nucha sparguntur, in foramina spondylium ingrediuntur:[m] & venæ,quæ ad duo vadunt ilia,& aliæ,quæ ad testiculos vadunt. Ex istius autẽ summa, par egreditur paruum,quod ad membra genitalia vadit,præter illud,quod α nominabimus postea. & illud

H osse sacro
H
I G.16.de v.p.c.10 a,& de dissec.arter.ca.9.b
K G.16. de v.p.ca.10.a,& de dissec.arte.c.9.c
K mesenterium
L Aliter li.3.F.19.cap.1.& G.ibi.c.
L Gal.ibidem.
M G.16.de v.p.capi.10.b
M Gal.ibidem.b
M Gal.ibid.e.f
α *Infra*

A illud est in viris ac mulieribus:& miscentur cum eis, venæ non pulsatiles.[a] Postea hæc maior arteria, cum ad finem peruenit spondylium, diuiditur cum vena non pulsatili: quæ sibi associatur, sicut dicemus, in duas partes ſm similitudinem laudæ in scriptura græca hoc modo. Λ. Vna pars earum dextratur, & altera sinistratur: quarum, vnaquæq; super os [a]{alhagiazi} equitat, vadens ad coxas. Verũtamen, antequam ad coxas perueniat, vnaquæq; ipsarum venam dimittit, quæ ad vesicã tendit, & ad vmbilicum, & sibi apud vmbilicũ obuiant: & in non natis manifeste apparent, sed in completis earum extrema iam siccata fuerunt, & radices remãsere earum. Et ab ipsis quidem diuiduntur rami, qui in musculis sparguntur, qui super os [a]{alhagiazi} sunt positi. Et illud, quod ad vesicam peruenit, ex eis in ea partitur, cuius extrema perueniũt ad virgam: α & ipsius residuum in mulieribus vadit ad matricem, & est par paruum. Duæ vero ad pedes descendẽtes, in coxis in duos diuiduntur ramos magnos. f. syluestrem & domesticum, & in syluestri etiam, est declinatio ad domesticum, & ramos in musculis, qui sunt ibi positi, dimittit: postea descendit & declinat ex eo, ad anteriora, ramus magnus, inter pollicem & indicem, & quod remansit occultatur. Et ipsæ quidem in plurimo partium pedis penetrant tensæ sub ramis venarum non pulsatilium, quas postea nominabimus.[b] Ex his autem pulsatilibus sunt, quæ non pulsatilibus non associãtur, sicut duæ, quæ ab hepate ad vmbilicum in corporibus embryonum perueniunt, & ramus pulsatilis venæ, & pulsatiles B quæ ad spondylem penetrant quintam: ascendens ad [b]{allebe:} & declinans ad asellam, [c] & duæ subeticæ, quæ sparguntur in reti, & illa, quæ peruenit ad diaphragma, & illa, quæ ad spatulam cum suis penetrat ramis. & illa, quæ ad stomachum, & hepar, & ad splenẽ, & intestina venit: & illæ, quæ de mirach ventris descendũt. & venæ, quæ sunt in osse[c]{alhagiazi} solũmodo.[d] Cumq; arteria venæ associatur, non pulsatili, super dorsum, tunc equitat arteria super venam non pulsatilem, ꝓpterea, vt ignobilius amborum sit deferens nobilius.[e] In membris aũt manifestis, arteria sub vena non pulsatili submergitur, ideo vt sit magis cooperta, & magis tecta: & sit vena non pulsatilis, sicut clypeus ei. Arteriæ autem, non fuerunt venis associatæ, nisi propter duas res, vna est, [f] vt venæ panniculis ligentur, qui sunt cooperientes arterias, et quiescant in eo quod est inter ea ambo ex mẽbris. [g] Et altera est, vt vnaquæq; illarum, alteram imbibat.

Summa quinta de venis, quæ quinque continet capitula.

Summæ quintæ, quod est de modo [h] venarum non pulsatilium. *Cap. I.*

OMnium autem venarum quietarum [i] origo, est ab hepate. Et quod in primis ab hepate oritur, sunt duæ venæ, vna, à parte ipsius concaua oritur, cuius maius est iuuamentum, in attrahendo [k] ad hepar nutrimentum, & vocatᷓ porta. Et altera, oritur, à parte eius gibbosa, cuius est iuuamentum, nutrimentum ab hepate membris deferre, & vocatur concaua.

C *De anatomia venæ, quæ vocatur porta.* *Cap. 2.*

I[l] Ncipiemus venæ, quæ porta vocatur anatomiam. Et dicemus, ꝙ portæ extremitas, quæ in hepatis submergitur vẽtriculis, [m] in primis, in quinq; diuiditur partes: & ramos à se emittit, donec ad gibbosas hepatis peruenit extremitates, [n] ex quibus vna vena ad fel tendit. Et isti quidem rami, sunt sicut arboris radices, quæ ad fundum originis ipsarũ vadunt.[o] Extremitas vero, quæ eius concauitatem sequitur, cum ab hepate egreditur, [p] in. viij. diuiditur partes. quarum duæ sunt paruæ, & & sex sunt maiores.[q] Et vna quidem, ex duabus minoribus cum parte intestini continuatur, quod duodenum vocatur: ad hoc vt ab eo nutrimentum attrahat: & ab eo etiam iam diuisi fuerũt rami, qui separati fuerunt in corpore, quod vocatur [q]{bancharas.}[r] Et pars secunda in inferioribus diuiditur stomachi apud portanarium, qui est os stomachi inferius, ideo, vt nutrimentũ trahat.[s] Vna autem sex remanentium, ad partem stomachi latam tendit, ad ipsius superficiem interiorẽ nutriendum.[t] Occultum nanq; stomachi primum nutrimentum, quod est in ipso tangit, & ex eo per tactũ nutritur.[u] Et pars secunda, ad partem peruenit splenis, ad splenem nutriendũ, à qua antequam ad splenem nutriendum perueniat, separantur rami, qui corpus, quod [u]{bancharas} vocatur, ex clariore eius parte, quod in ipso penetrat ad splenem, nutriũt, deinde peruenit ad splenem: & ex ipsa cum eo continua reuertitur ramus magnus, qui in latus stomachi sinistrum ad ipsum nutriendum D partitur.[x] Et cum illud, quod ex ipsa penetrat in splenem, [y] in medio ponitur, ascendit ex ea pars, & descendit ex ea pars. Et ex ascendente quidem, spargitur ramus in medietate [z] stomachi superiore ad nutriendum ipsum.[a] Et altera pars in splene ad ipsum nutriendum.[a] Et pars altera egreditur, donec ad stomachi peruenit gibbositatem: deinde in duas partitur partes. vna pars in manifesto sinistri stomachi spargitur, vt nutriat ipsum.[b] & altera ad os stomachi submergitur ad superfluitatem ponticam, [c] acetosam, choleræ nigræ ibi proijciendam, quę cum superfluitatibus egreditur, & os stomachi titillat, titillatione desiderium excitante, & iam ipsam [d] ante nominauimus. Pars vero ex ea [e] descendens, in duas etiam diuiditur partes, vnius quarum rami in inferiore splenis medietate diuiduntur, ad ipsum nutriẽdum: Et altera, ad zirbum vadit, & in ipso ad ipsum nutriendum. [f] Et pars tertia, ex sex primis, ad latus vadit sinistrum, & in omnibus vijs venarum, quæ in circuitu recti consistunt intestini, spargitur, ad sugendum illud, quod ex reliquijs nutrimenti est in stercore.[g] Et pars quarta, ex sex ad modum capillorũ separatur, ex quibus sunt, qui in manifesto dextri gibbositatis stomachi oppositi parti, quæ in sinistro à parte splenis ad eum venit, sparguntur: & ex eis sunt, quæ ad partem zirbi dextram vadunt, & in ipso sparguntur oppositi parti, quæ ad ipsum à parte sinistra venit ex ramis venæ splenetice.[h] Quinta vero, ex sex [h]{vijs} spargitur, quę sunt in circuitu

A 13. anima. ca. 14.
A sacrum
A sacrum
α supra
B G. li. 15. de v. p. c. 5. f. g, & li. 16. c. 13. e
B iugulum
C G. de v. p. c. 5. h. a
C sacro
D Ga. li. 16. de v. p. c. 10. f
E G. li. 2. loc. affec. ca. 7. a
F G. li. 5. de v. p. capi. 2. c
G G. li. 6. de v. p. capi. 10. h, & l. 9. c. 5. h
H Li. 13. aĩa. 18.
I Ga. li. 1. de motu musculorum c. 1. b, & li. 1. de v. p. c. 16. b, & li. de plenit. c. 3. a, & li. 13. metho. c. 15. f, & li. art. medic. textu 95. a
K G. li. 4. de v. p. c. 13. h. & Haly. 2. the. [illegible]
L G. de vena. disse. [illegible]. g
M 13. aĩa. ca. 18. & Halya. 2. theo. c. 12.
N [illegible] c. 18.
O [illegible] aĩa. c. 18.
P [illegible] ibi, & Gal. de [illegible] ven. c. 1. g
[illegible]
Q G. ibi. g
Q panereon
R G. ibi, & 13. anima. c. 18.
S 13. aĩa. c. 18. & G. ibi, & d. ad concauitatem g.
T Li. 3. F. 13. t. 1. c. 1. & G. li. 3. natural. vir. c. 13. b. c, & li. 6. de decret. Hip. c. 8. h, & lib. 2. apho. 18. apho. a, & li. 4. de sani. tuen. c. 11. a
V 13. aĩa. c. 18. & G. de dissect. ven. c. 1. h
X 13. aĩa. c. 18.
Y G. ibi de dissec. ven. c. 1. h
Z G ibi. h
A 13. anima c. 18.
A Gal. ibidem.
B G. li. 4. de v. p. c. 15. b, & 5. c. 4. g. h
C 13. aĩa. c. 18.
D Doc. 4. c. 1.
E 13. anima. c. 18.
F G. li. de dissecti. ven. c. 1. 2, & 13. anima. c. 18.
G 13. anima. ca. 18. & Gal. ibi. a
H 13. aĩa. c. 18. & G. ibi.
H mesenterium

circuitu intestini colon ad nutrimentum ex eo sumendum.[a] Et sexta, est, sicut hæc, & ipsius plurimum in circuitu ieiuni spargit, & quod remanet in circuitu intestinorum inuolutorũ minutorum, & cum monoculo continuatur, & trahit nutrimentum. E

De anatomia venæ concauæ, & eius, quæ ex ea ascendit. Cap. 3.

S[b]Ed concauæ radix, in primis in ipsomet hepate spargitur in partes, quę sunt, sicut capilli ad attrahendum nutrimentum, à ramis portæ, qui ẽt sicut capilli partiuntur. Rami vero venæ concauę, à gibbositate hepatis, ad ipsius ventrem sunt venientes. Et rami quidem portæ, sunt venientes à concauitate hepatis ad eius ventrem. Postea eius stipes, apud hepatis eleuatur gibbositatem, & in duas diuiditur partes: vnã ascendentem, & alteram descendentem.[c] Sed ascendẽs, ex ea rumpit diaphragma: & penetrat in ipsum, [c] & duas in diaphragmate dimittit venas, quæ in ipso sparguntur, & dant ei nutrimẽtum: [c] deinde capsulæ cordis opponitur. cui multos transmittit ramos, qui ad modũ capillorum diuiduntur, & eã nutriunt.[d] Et postea in duas diuiditur partes: quarum, vna, quę est magna, peruenit ad cor: & in ipsum penetrat apud dextram cordis aurem.[e] Et hæc quidem vena, venis cordis maior existit: & non est hæc vena, alijs venis maior, nisi propterea, ꝙ aliæ venæ sunt ad aerem attrahẽdum, & hæc est ad nutriendum: sed nutrimentũ grossius est aere: oportuit ergo, vt eius penetratio esset amplior: & vas in quo stat, esset maius. Et huic quidem cum cor ingreditur,[f] tres creantur panniculi: quorum partitiones, vel rami, sunt ab exterioribus ad interiora, propterea, vt cor attrahat cum trahitur ab eis nutrimentũ,[g] & postea non reuertatur cum dilatabitur. Et hi quidẽ panniculi omnibus alijs panniculis duriores sunt. F [h] Hæc autem vena in opposito cordis, tres dimittit venas: quarũ vna ab ea ad pulmonem vadit apud arteriarum originem, nascens iuxta sinistrã, & in ventriculo dextro ad pulmonem reflectitur. [i] Et ipsa quidem iam creata fuit, duas sicut arteria habens tunicas: & ideo etiam arterialem vocant venam.[i] Primum autem iuuamentum in hoc existit, vt sit illud, quod ab ea resudat sanguis in vltimo subtilis, pulmonis substantiæ similis parum, qm̃ parum est ex quo sanguis hic à corde exiuit, neq; in eo talis existit digestio, qualis est eius, qui ad arteriã effunditur venalem.[i] Et secundum existit iuuamentum, vt in ea sanguis multum digeratur.[k] Secunda vero ex his tribus partibus, in circuitu cordis reuoluitur: postea in interioribus ipsius ingreditur ad ipsum nutriendum. Et hoc quidem est, cum fere vena ventrem habens venit, vt submergatur apud aurem dextram intrans ad cor.[k] Sed pars tertia in hominibus proprie ad partem declinat sinistram. deinde vadit ad quintam spondyliũ pectoris, & super eam accubitatur, & in octo costis inferioribus spargitur, & in eo quod ipsas sequitur ex musculis, & alijs corporibus.[k] Ex ea vero, quæ habente ventrẽ, post tres penetrat partes, cum partẽ pertransit cordis ascendendo, sparguntur in supremo panniculi, pectus per medium partiẽtis,[l] & in supremo capsulæ, & in carne laxa, quæ morũ vocatur rami capillares.[m] postea apud furculæ propinquitatem, duo ab ea separantur rami, quorũ ambo ad partem furculæ, transuersi incedunt. & quantũcunq; plus vadunt, adinuicem elongatur, & fit vnusquisq; ramus ex eis,[n] duo rami. s. vnus in vnoquoq; latere, descendentes super extremitatẽ thoracis à dextra & sinistra, donec ad [n]{alchangeri} perueniunt, & in suis itineribus ramos dimittunt, qui in musculis sparguntur, qui inter costas existunt, quorum orificia venarũ obuiant orificijs, quæ in ipsis penetrant, & egreditur inde collectio ad musculũ pectoris extrinsecum. [n] Cumq; ad [n]{alchangeri} perueniũt, egreditur ab eis exterius collectio ad musculos conculcatos spatulam mouẽtes, & spargitur in eis, & alia collectio [n] sub musculis rectis descendit, ex qua in eis sparguntur partes, quarum extremitates cum partibus ascendentibus continuantur venæ [n]{alhagiazi,} quam nominabimus. Residui autem vniuscuiusq; eorum, & est par vnumquodq; duorũ impariũ,[n] quinq; dimittit ramos.[n] Vnus ex eis in pectore spargitur, & quatuor superiores nutrit costas.[n] Et alter ramus nutrit duarum spatularũ locum. [n] Et alter ramus ad musculos submersos vadit, qui sunt in collo ad nutriendum eos. [n] Et alter ramus penetrat in foraminibus sex spondyliũ superiorum, quæ sunt in collo. & inde ad caput transit.[n] Et alter ramus magnus, qui illis existit omnibus maior, ad asellam, ab vnoquoq; vadit latere: & in quatuor diuiditur ramos,[n] primus in musculis, qui super thoracem spargitur: & ipsi quidem sunt ex illis, qui spatulæ iuncturam mouent.[n] Et secundus in carne laxa, & in panniculis, qui sunt in asella. H [n] Et tertius eorum descendit incedens super latera pectoris tendens ad mirach.[n] Et quartus omnibus illis est maior, & in tres diuidiť partes.[n] Vna pars spargitur in musculo, qui in concauitate existit spatulæ.[n] Et altera pars, in musculo magno, qui est in asella.[n] Et tertia, est maior ipsis omnibus super adiutorium tendens ad manum, & ipsa est, quæ asellata vocatur. Et illud. quod ex ramis remanet primis: quorum vnum ex imparibus in multas partium fuerat partes, ad partem colli ascendit, & antequam multum superfluat in hoc, in duas diuiditur partes: vna est guidez manifesta: et altera est guidez submersa.[o] Et guidez quidem manifesta, illico cum à furcula ascendit, in duas diuiditur partes, quarũ vna illico cum separatur ad anteriora tẽdit, & ad latus: & altera vadit primo ad anteriora, & descendit, & postea ascendit, &[p] reuoluitur super furculã: deinde eleuatur, & manifesta ascendit super collum, donec ad primam partem peruenit, & miscetur cum ea, & fit ex eis guidez manifesta, quæ est scita. Verũtamen antequam cum ea misceatur, separantur ab ea duo paria, quorum vnum ad latitudinem tendit: deinde sibi apud furculam duarum obuiationum, obuiant in loco profundo. Et in secundum in collo manifeste transuersatur, & duo eius imparia: non post. hoc sibi obuiant. Et ex istis quidem duobus paribus [q] rami separantur araneales, qui sensui non subiacent.

A 13.aĩa.c.18.&G. ibidem.
B 13.anima. ca.18. & G. de venę disse. c.2. & li. 1. nat.fac. c. 15.d, lib.2. de rat. vic.10. cõ.2. Hipp. de nat.hu.6.e, & li. de fœtuũ forma.c. 3.d.e, & Haly.li.2. the.ca.12.
C 13.aĩa. cap.18.& G.& Haly.
C Halya.
C G.& Haly.
D 13.aĩa.cap.18.& G.& Haly.
E 13.anima.c.18.
F G.li.6. de v.p.c. 14. bis diciť f, &.3. nat.c.13. fol.307.e, & li.7.anat.c.9.c.d &.13.aĩa.c.18.
G Li.13.aĩa.c.18.et Haly.lib.3.theo. c. 21.& G. dicit oppo. 6. de v.p.c.6.h
H 13.animal. c.18.
I Ga.li.6.de v.p.capi.10.11.12,& de dissect.ven.ca.2.c. 13. anima.c.18.
I Auic.ibidem.
I Auic.ibidem.
K G.de dissect. vena.c.2.c,& Aui.ibi.
K G.ibi.c, Aui.ibi.
K G.ibi.c, Aui.ibi.
L 13.anima.c.18.
G M G.li.de dissect. ven.c.2.c.d
N G. ibi. c.5.b, & Haly.2. theo. c.12.
N ensiformem
N Haly. ibi.
N G.ibi.
N ossis sacri
N G.ibi.
N Halya.ibi.
O G.li.2. de vic.ratio.10.d
P G.de disse. ven. c.6.d. Haly.
Q G.li.de dissect. ven. c.6.d, Haly.

A ſubiacent. Ex ſumma autem ramorum iſtius ſecundi paris, propriè tres venæ iam ſeparatæ fuerũt, ſenſu perceptæ, quantitatem habentes: ſed aliæ ſunt non perceptæ ſenſu. Vna vero harũ venarum ſuper ſpatulam extenditur, & ipſa [q] eſt, quæ vocatur ſpatularis, ex qua eſt cephalica. Et duę ad duo, iſtius ſpatularis latera, ipſam vſq; ad caput ſpatulæ ſimul comitãtes. vna vero earum ibi retinetur, & non pertranſit eam: immo ibi ſpargitur. ſed ſecunda anterior earũ eam pertranſit ad caput adiutorij, & ibi ſpargitur. Spatularis quoq; eas ambas pertranſit ad vltimum, quod eſt in manu, & hęc eſt.[a] Guidez autem manifeſta, poſtquam eius duo imparia miſcentur, in duas diuiditur partes: quarum vna occultatur, & ſeparantur ex ea rami parui, & in mandibula ſparguntur ſuperiore. Et alij rami, multum maiores iſtis, in mandibula inferiore ſparguntur. Ramorum autem duorum modorum partes, in circuitu linguæ ſparguntur, & in manifeſto partium muſculorum, qui ſunt ibi poſiti, & pars altera manifeſtatur: & in locis, qui ſequunt̃ caput, & aurem ſpargitur.[a] Guidez vero ſubmerſa comitatur meri, & aſcendit cum eo directe, & in ſuo itinere dimittit ramos, qui miſcent̃ cum ramis, qui à guidez manifeſta veniũt: & omnes in meri, & in epiglotti, & in omnibus partibus muſculorũ profundorũ ſpargũtur: & penetrat extremum [a] eius ad finem cõmiſſuræ laudę. & ſparguntur illic octo rami, qui in mẽbris ſpargunt̃, quæ ſunt inter ſpondylẽ primã & ſecundam: & inde vadit [a] vena capillaris apud iuncturã, quę eſt inter caput & collũ, à qua rami ſeparant̃, qui ad pãniculum veniũt, qui eſt coopiens craneũ: & veniunt ad locũ, vbi duo oſſa cranei ſibi obuiãt, & ſubmer-

B guntur ibi in craneo.[a] Quod aũt poſt harum venarũ tranſmiſſionem remanet, ad cranei ventrẽ, penetrat in fine commiſſuræ laudæ: & inde ſpargitur ramus in duobus cerebri panniculis ad nutriendum eos, & ad ligandum pãniculum durum cum eo quod eſt in ipſius circuitu: & ſupra ipſum poſtea egreditur ad exteriora, & panniculum, qui cooperit, craneum nutrit: deinde à pãniculo ſubtili ad cerebrum deſcendit, & in ipſo diſpargitur, ſicut arteriæ diſpargunt̃, quas omnes panniculi groſſi replicatio ſtringit, & [b] eas ad locum amplum, & ad ſpatium, in quod ſanguis funditur, & congregatur: deinde ab eo ſeparatur inter duas replicationes, & vocatur torcular.[c] Iſtis quoq; ramis, cum ventriculo medio, ꝓpinqui fiunt, eſt neceſſe, vt magnæ fiant venæ, & ex torculari ſugant, & ex ſuis vijs, quæ ab eo ſeparantur: deinde à ventriculo medio ad duos anteriores ventriculos tendunt, & arterijs ad locum illum aſcendentibus obuiant, & texit̃ panniculus qui recte vocatur ſecũdinum.

De anatomia venarum manuum.[d] *Cap.* 4.

PRimum autem quod ex ſpatulari diuiditur vena [e] eſt cephalica, cum in rectitudine ſiſtit̃ adiutorij, & in cutem & partes muſculorum ſpargitur manifeſtas: poſtea iuxta cubiti iuncturam, in tres diuiditur partes. quarum [e] vna eſt brachij funis, quę ſuper manifeſtum ſuperioris focilis extenditur, deinde ad ſylueſtrem inclinatur, & ad focilis inferioris gibboſitatem declinans, & in eo,

C quod in inferioribus partibus raſetæ ſylueſtribus eſt, ſpargitur.[e] Secunda autẽ ad cubiti flexionem tendit, in manifeſto [e] {alſeid} & ramo aſellaris cõmiſcetur: & fit inde vena nigra.[e] Tertia autem ſubmergitur, & in profundum etiam cum ramo aſellaris miſcetur.[f] Ex aſellari vero, in primis cum oritur, procedunt rami, qui in adiutorio ſubmerguntur, & in muſculis, qui ſunt ibi ſparguntur, & ibi finiuntur, excepto vno eorum, qui peruenit ad alſeid. Cumq; aſellaris circa cubiti peruenit iuncturam in duas diuiditur partes: quarum vna ſubmergitur, & ramo cephalicæ continuat̃, qui profundatur, cum quo parumper incedit, ſed poſtea ab eo ſeparatur, & declinat vna earum ad domeſticum, donec ad auricularem & anularem ꝑuenit, & ad medium medij: & pars eleuatur, & in partibus manus extrinſecis, quæ tangunt os, diuiditur.[f] Secunda autem partium aſellaris, apud alſeid in quatuor partitur ramos, quorum vnus inferioribus alſeid diuiditur, & ad [f] {raſetam} tendit.[f] Et ſecundus diuiditur ſupra diuiſiones primi, cuius diuiſiones ſunt, ſicut illius diuiſiones.[f] Et tertius ſimiliter diuiditur in medio alſeid.[f] Quartus vero, eſt maior eorum, & ipſe eſt ille, qui manifeſtatur & eleuatur: à quo procedit ramus, qui ad vnum cephalicæ peruenit ramum, & fit ex eis vena nigra: cuius reſiduum eſt baſilica, quæ etiam occultatur, & ſubmergitur alia vice.[f] Vena autem nigra à domeſtico incipit, & ſupra ſuperius facile eleuatur, deinde ad ſylueſtrẽ peruenit, & in duas [g] ad laudæ græcæ ſimilitudinem diuiditur partes: quarum ſuperior ad extremum ſuperioris focilis

D tendit, & vadit ad raſetam & in pollicis dorſo ſpargitur, & inter ipſum & indicẽ. pars autem eius inferior, ad extremũ focilis inferioris vadit: & in tres diuidit̃ ramos: quorũ vnus ramus ad locũ tendit, qui eſt inter mediũ & indicẽ, & ramo, qui ad indicẽ à ſ̃piore proficiſcit̃ parte, continuat̃, & fit inde vena vna. Ramus vero ipſius ſecũdus, & ipſe eſt ſceilen, ꝓcedit: & inter mediũ & anularẽ diuiditur. Et ꝓtenditur tertius, ad anularẽ, & minimũ. Et iſti poſtea coniungunt̃, & in digitis ſpargunt̃.

[h] *De anatomia venæ concauæ deſcendentis.* *Cap.* 5.

IAm quidem compleuimus ſermonem de parte ventrem habentis aſcendente, quæ eſt duarum partium ipſius minor.[i] A parte vero deſcendente primũ, quod diuiditur illico cũ oritur ab hepate, anteq̃ ſupra dorſum appodiet̃, eſt rami capillares, qui ad inuolutiones dextri renis vadũt, & ſpargunt̃ in eis, & in eo quod circa eas exiſtit de interioribus, ad nutriendũ ea.[k] Poſtea procedunt ab ea duæ magnæ venæ, quæ emulgẽtes vocant̃: & ad renes vadunt ad ſanguinis aquoſitatẽ colandam. Ren.n. nõ trahit niſi nutrimentũ ſui, qd' eſt ſanguinis aquoſitas.[l] A ſiniſtra aũt venarũ emulgentiũ vna, ꝓcedit vena, quę ad ſiniſtrũ maſculorũ & fœminarũ teſticulum vadit, ẜm modũ, quem in arterijs diximus: non.n. alterat̃ in hoc, neq; in hoc [l] ꝙ poſt diuidunt̃ duæ venæ, quę ad duos incedunt teſticulos.[l] Et illa, quæ ad ſiniſtrum tẽdit ſemper à ſiniſtra harũ duarum accipit ramũ. & for-

Q G.ibi. e, Haly.

A Haly.2.theo. capi.12.& G.de diſſe. ven.c.7.h

A Haly.ibi.G.ibi.

B G.li.9.de v.p.capi.6.c

C Li.3.F.1.t.1.c.2. et.13.anima.c.18.

D G.de ven.diſſe. ca.3.4. & li.2.de vica.rõne.10.li.3. anatomi.c.5.b.c.d

E Haly.2.theo.capi.12. &.13. anima. ca.18.

E Haly.&Aui.ibi.

E cubiti

F Haly.Raſ.t.1.capi.5.& Aui.ibi.

F brachiale

G Aui.ibi.& G.li. 3.anatomi.c.5.h

H G.de ven. diſſe. cap.8.

I Haly.2.theo. capi.12.e, G.de diſſe. ven.c.8.b,&.13.anima.ca.19.

K 13.anima.c.19.

L G.li.de diſſec.vena.c.8.c, &.13. aĩa. ca.19.

tasse in aliquibus tota eius origo erit inde. Illa vero, quæ ad dextrum tendit, raro à dextra istarum E duarum emulgentium accipit ramum: immo sæpe non ei commiscetur, neque in eo alteratur, quod à rene peruenit ad testiculos, & in foramine, in quo sperma digerit, & albificatur, cum prius esset rubeum, propter multitudinem tortuositatum suarum venarum, & reuolutionum suarum, & quod ad eas etiam peruenit, à dorso. Et huiusmodi quidem venæ, plurimum in virga, & in collo matricis finitur, quemadmodum in arterijs declarauimus.[l] Postquam vero duæ emulgentes, & earum rami nascuntur, ventrem habens, è vicino supra dorsum appodiatur, & descendere incipit, à qua coram omni spondyli separatur ramus, & in ea egreditur, & spargitur: et in musculis, qui apud eas sunt positi: & venæ separantur, quæ ad duo tendunt ilia, & ad ventris musculos vadunt: postea venæ, quæ per foramina spondylium ingrediuntur ad nucham, quę cum ad extremum perueniũt spondylium in duas diuiduntur partes: quarum vna ad dextram: & altera tendit ad sinistrã, et vnaquæq; ipsarum ad vnam tendit coxam.[a] Ab vnaquaq; tamen earum, antequam ad coxam perueniat, decem separantur tunicæ, quarum vna [a]{ad methenem tendit.}[b] Secundæ vero earum partes subtiles sunt, & capillares, quæ ad inferiora partium siphac tendunt. [b] Tertia autem, in musculis spargitur, qui super[b] {alhagiazi}os existunt.[b] Quarta spargitur in musculis, qui sunt in ano, & in manifesto ex [b]{alhagiazi.}Quinta vero, ad collum matricis mulierum vadit, & in ipso spargit: & in eo quod ei continuatur, & ad vesicam tendit.[b] Sed illa, quæ ad vesicam vadit, in duas diuiditur partes, quarum vna in vesica spargitur, & altera ad ipsius tẽdit collum. Et hæc quidem pars in F viris, est valde magna propter virgam: sed in mulieribus est parua.[b] Sexta vero, ad musculos super os femoris positos vadit.[b] Et septima, ad musculos tẽdit, qui in rectitudine corporis super vẽtrem sunt positi. Et hæ quidem venæ, cum extremitatibus venarum continuãtur, quas in pectore diximus ad mirach ventris descendere. Et ex harum quidem venarum radice egrediuntur in mulieribus venæ, quæ ad matricem tendunt. Et à duobus quidem lateribus venarum, quę ad matricẽ tendunt,[c] diuiduntur venæ, quę ad mammillas ascẽdunt, per quas mammillæ matrici associant.[d] Octaua vero, ad virorum & fœminarum receptaculum vadit.[e] Et nona quidem, peruenit ad musculos eius, quod in coxa est occultum, & spargitur in eis. Decima vero, à parte emunctorij manifesta veniens, ad duo tendit ilia, & cum extremitatibus venarum descendentium cõtinuatur, & præcipue eis, quæ à parte mammillarum descendunt, & fit ex eis pars magna, quæ ad natium musculos vadit.[f] Quod vero ex istis remanet, ad coxam tendit, vbi proueniunt rami, quorum vnus in musculis diuiditur, qui supra antecedentem coxæ partem consistũt,[f] & alius in musculis eius, quod in coxa inferius est, & in ipsius domestico profunde, & alij multi rami in coxæ profundo sparguntur. [f] Quod autem post hoc totum remanet, postquam poplitis iuncturam parum cooperit, in tres diuiditur partes, quarum syluestris super cannam extenditur minorem, vsq; ad [f]{alchahab} iuncturam. Et ipsarum media in flexione poplitis extenditur descendens, & in lacertis occultis cruris facit descendere ramos, & in duas diuiditur partes: quarum [f] vna occultatur in eo, quod in interiore cruris parte existit: altera vero vadit inter duas cannas extensas ad anteriorem pedis, & ramo syluestri miscetur, quem nominauimus.[f] Tertia vero, & ipsa est domestica, ad locũ cruris venosum declinat, & extenditur, & ad alchaab ad extremitatem cannæ maioris gibbosam, & ad pedis domesticum descendit,[f] & ipsa quidem est saphena. Istæ vero tres, factæ fuerunt quatuor, quarum duæ syluestres, ad pedem veniunt, à parte cannæ minoris. Et duarum domesticarum, & vna duarũ syluestrium supra pedem eleuatur, & in supremo eius à parte minimi spargitur. Secũda vero, est illa, quæ cum domestico ramo syluestris miscetur partis, quam nominauimus: & sparguntur ambo in partibus inferioribus. Isti quidem sunt venarum numeri. Et iam quidem membrorum consimilium habentium partes, anatomiam compleuimus. Compositarum vero instrumentalium cuiusq; anatomiam nominabimus in [g] dictione, quę eorum dispositiones, & medicamenta comprehẽdit. Nunc de virtutibus loqui incipiamus.

A Li.13. aĩa.ca.19. & Haly.2.the.c.12.
A psoas
B G. de disse.ven. cap.8.e
B sacrum
B osse sacro
C G. lib.7.de v.p. ca.22.c, & li.14.ca. 8.a.b, & li.5.aphor. 37.
D G.de disse.ven. cap.8.f
E G.de dissec.ven. ca.8.f.g
F Ga.ibi.f, & Zanath.c.12. h.a. b.c, & Haly.2.the.c.12.
F G.ibi.f.Haly.
G *F tali*
G Li.3.

DOCTRINA VI. *cuius est summa una, & unum Capitulum.*

Summa est de uirtutibus, cuius sex sunt Capitula.

Summæ quæ est Doctrinæ sextæ, quæ est dictionis primæ, quod est de generibus uirtutum secundum sermonem uniuersalem. *Cap. I.* H



Irtutum & operationum [h] adinuicem, aliæ ex alijs cognoscũtur. Omnis enim virtus operationis existit initium: neque aliqua operatio prouenit nisi ex virtute: ideoq; vtrasq; in vno posuimus cap.[i] Virtutum aũt genera, & operationum ex eis, puenientium, apud medicos sunt tria. Quæ sunt genus virtutum vitaliũ: & genus virtutum naturalium: & genus virtutum animalium. Et multis quidem philosophorũ, & medicis omnibus, & præcipue[k] G. videtur, ꝙ vnaquæq; virtutum, membrum principale habet, quod eius existit minera, & à quo eius procedunt opationes. Et videt eis, ꝙ virtutis aĩalis [l] sedes sit cerebrũ, & ipsius ab eo, pueniant operationes. Et ꝙ virtus naturalis, duas habet spẽs. Et species est, cuius finis est cõseruare indiuiduũ, & regimen eius, & ipsa operat in re nutrimenti, vt nutriat corpus, vsq; ad finẽ vitę.[l] Et huius quidẽ speciei sedes, & operationũ ipsius processus, est hepar. Altera vero spẽs est, cuius finis est speciem conseruare, quæ est ministrans in re generationis, & separat ex [l]{amsagi} corporis spmatis substãtiam, deinde ipsum informat, sui creatoris pręcepto.[m] Et huius quidem speciei habitatio, & operationũ ipsius prouẽtus, sunt testiculi.[n] Vitalis vero virtus est illa,

H G.li.de plenitu. ca.7.a
I G.li.9. de meth. ca.10.h, & li.2.pro gnost.6. & Haly.4. theo.c.1.
K ibi cõmen.prognost.6.e
L G.li.1. art.cura. ad glauc.c.14.g, & li.5.loc.affect.c.1.h
L G. ibi.h
L hũiditatibus secundis.
M G.li.2.art.cura. ad glauc.c.2.b, & libro.2.art.me.c.9.b
N G. li.9. metho. ca.10.h

quæ

A quæ spiritus esse rem conseruat, qui sensus & motus vehiculum existit, & ipsum reddit aptũ ad eorum impressiones recipiendas, cum ad cerebrum peruenit, & facit ipsum potentem dandi vitam, vbicunq; expanditur.[a] Et huius quidem virtutis sedes, & operationis ipsius, processus est cor. Omnibus autem philosophis maiori.i.[b] Aristoteli videtur, q omnium istarum operationũ principium existit cor: sed primarum operationũ earum manifestatio in his prędictis existit principijs,[c] queadmodum apud medicos cerebrũ est sentiendi principium, & post hoc quisq; sensus habet mẽbrum, in quo eius apparet operatio. Præterea cũ considerant, sicut debent, & certificant,[d] inueniunt rem sicut videtur Aristoteli: & non quemadmodũ ipsis videtur. & inueniunt sermones suos extractos ex præmissis probabilibus non necessarijs, in quibus non assequuntur, nisi[d] quod ex rebus appareret. Medico aũt inquantum medicus, non attinet, vt consideret, quæ sit harum duarũ sententiarum veritas, sed illud considerare philosophus, aut physicus debet. Medicus aũt, cum conceditur ei membra hæc prænominata istarum virtutum principia existere, nõ curat in eo, quod de esse medicationis considerat, an ex alijs habeantur principijs, quæ sunt ipsis priora, vel non: verum illius ignorantia est de his, in quibus non conceditur philosopho.

A Haly.4.the.c.5.
B Do.5.c.1.& li.3. de parti.aĩa.c.4.
C Ca.4.& de viri. cor.1.1.c.1.
D Doc.5.c.1.

De uirtutibus naturalibus, quibus ministratur. *Cap. 2.*

VIrtutum vero naturalium, aliæ sunt, quæ sunt[e] ministrantes: aliæ sunt quæ ministratæ. Et mi B nistratarum quidem, duo sunt genera. Vnum genus ministrat in re nutrientis ad hoc, vt indiuiduum remaneat: quod in duas partitur species, nutritiuam, & crescitiuam. Et alterũ genus ministrat in nutriente, ad hoc, vt remaneat species: quod ẽt in duas diuiditur species, in generatiuam, & formatiuã.[f] Virtus vero nutritiua est illa, quæ nutriens in nutriti conuertit similitudinem, ideo, vt per ipsum restaurationem eius recuperet, quod dissolutũ fuit.æ[g] Virtus autem crescitiua est illa, quæ in totius corporis diametris addit, ẽm proportionalitatẽ naturalem, quatenus ipsum ad finem augmenti perducat per illud, quod ipsum ex nutriẽte ingreditur. Nutritiua vero virtus, crescitiuæ seruit, eo q nutritiua qñq; affert nutriens ei quod dissoluitur æquale, quandoq; minus, qñq; plus. Sed crescitiua non erit, nisi cũ quod ingreditur plus fuerit eo, q dissoluitur. Non tñ totum, quod taliter existit, est crescitiua. Impinguari.n. post macredinẽ in ætate consistentiæ, est huius sectę, non tñ est crescitiua.æ Non est.n. augmẽtum, nisi illud quod ẽm naturalem proportionalitatem in omnibus existit diametris, quatenus ipsum ad crescẽtię perducit complementũ. Deinceps vero, post hoc nullo modo est ibi crescẽtia: & si sit ibi impinguatio: queadmodum ante consistentiam nõ existit etiã[g] {debul} & si sit ibi macredo, licet illud longius existat, & à necessario exiẽs magis.[h] Et nutritiuæ quidẽ operatio, tribus particularibus completur operationibus. Vna est, aduẽtus substãtiæ cambij, quæ est sanguis, et humor, qui est in potẽtia propinqua in effectu similis mẽbro: quod qñq; C fallit, quemadmodum in ægritudine contingit, quæ atrophia vocatur, quæ est nutrimẽti defectus.[i] Et alia est adhærentia, quæ est, vt hoc receptum, nutrimentũ completo effectu efficiat. s. vt mẽbri pars fiat, quod plerunq; fallit, quemadmodũ[k] in hydropisi contingit carnosa.[l] Et tertia est similitudo, quæ est, vt hoc receptum, quod iã factum est pars mẽbri ponat ei ab omnibus partibus simile, vsq; in essentia & colore: quod qñq; fallit, quemadmodum cõtingit in baras, & morphea. Cãbium enim et adhærentia iã ibi sunt reperta, sed similitudo nõ ibi inuenitur. Et hanc quidẽ operationem efficit virtus immutatiua, quæ est vna de virtutibus nutritiuæ, & est in homine vna in genere, aut principio primo, sed in membris similium partium diuersificatur.[m] In vnoquoq; enim mẽbro existit virtus ẽm eius cõplexionem, quæ nutrimentum in eius conuertit similitudinẽ, diuersa à virtute, quæ nutrimentum in similitudinẽ alterius permutat.[n] Immutatiua vero, quæ est in hepate operationem efficit toti corpori cõmunem. Generatiuæ vero virtutis, duæ sunt species.[o] Vna est, quæ in masculis & fœminis sperma generat.[p] Altera est, quæ diuidit virtutes, quæ sunt in spermate, & permiscet eas cũ permistionibus, ẽm q vnicuiq; cõuenit mẽbro, dãs neruo complexionẽ propriã, & ossi cõplexionem propriam: hoc tñ totum prouenit de spmate similiũ partium, aut similis permistionis.[p] Et hanc quidem virtutẽ vocant medici, virtutẽ immutatiuã primam.[q] Virtus vero informatiua imprimẽs, est illa ex qua pręcepto sui creatoris procedit mẽbrorum lineatio, & ipsorum D figuratio, et cõcauitas, et foramina, & lenitas, & asperitas, & eorum situs, & ipsorum cõicatio, & ad vltimũ operationes, quæ ex finibus dimensionũ eorum pendent. Et huic quidẽ virtuti ministrantes sunt, quę rẽ nutrimẽti ministrant ad speciem custodiendã, & sunt virtus nutritiua & crescitiua.

E Haly.li.4.theo. ca.2.
F G.li.3.natu.fac. ca.1.d,& li.1.ca.8.b
G G.li.1.natu.fac. ca.7.a.b
Idem infra æ
Idem supra æ
G tabes
H G. li.1.nat.fac. ca.11.f, & li.3.c.13. a.b,& li.3.de causis sympt.c.2.c.d.e, & li.7.meth. med.ca. 6.d
I G.li.1.nat.fac. capi.11.f,& li.3.de ca. sympt.c.2.c.d.e
K Haly.4.the.c.4
L G.li.3. de causis sympt.c.2.c.d.e
M G.li.3. nat. fac. ca.13.c
N G.li. de cib.bo. & mal.succi.c.5.a
O Haly.li.4.theo. cap.2.
P G.li.1. natu.fac. ca.5.e
Q G.li.1. nat.fac. c.6.h, & li.d̃ fœtuũ forma.c.6.a.b.c, et Haly.li.4.theo.capi.2.
R Li.3.nat.fac.capi.9.c

De uirtutibus naturalibus ministrantibus. *Cap. 3.*

VIrtutes vero naturales, quæ ministrant, tantum virtuti nutritiuæ sunt ministrãtes,[r] quę sunt quatuor virtutes. s. attractiua, retentiua, digestiua, & expulsiua.[s] Attractiua vero, fuit creata ad attrahendum iuuatiuum, quæ quidem operatur hoc villis membri, in quo est[t] secundum longitudinem protensis.[u] Et retentiua, fuit creata, vt[x] iuuatiuum retineat, donec virtutes ipsum immutantes in eo operantur, quæ ab ipso alimentum suscipiunt, quod equidem efficitur[y] villis, qui ex transuerso protendũtur. Et est etiam cum villi, qui ẽm latitudinem incedunt auxilium præbet.[z] Digestiua vero, est illa, quæ quod attractiua attraxit, & retinuit retentiua, in essentiam conuertit præparatam operationi virtutis in ea permutationem facientis ad cõplexionem, quæ conuersioni nutrientis in effectu est cõpetens. Hæc est enim eius opatio in iuuatiuo, quæ vocat[z] {henadã.} Eius vero operatio, in superfluitatibus est, vt si possibile fuerit, eas in hãc mutet dispõnem, quę ẽt vocat digestio: aut, vt earum egressionem à membro, in quo sunt retẽtæ, facilem efficiat cũ expul-

S G.li.3.nat.fac.capi.1.d,&Haly.li.4. theo.c.2.
T G.li.5.de v.p.capi.11.h.a
V G.li.5.de loc. affec.c.7.b
X Haly.li.4.theo. cap.2.
Y G.li.5.de v.p.capi.11.h.a
Z G.li.5.loc.affec. cap.7.b
Z concoctio

sione, earum [a] attenuando essentiam, si quod prohibet, fuerit grossities: aut ingrossando, si quod E
vetat, fuerit tenuitas: aut incidendo si quod prohibet, fuerit viscositas. Et hæc quidem operatio
vocatur alandagi, est tamen cum alhenadã, & alhandagi, synonyma dicuntur.[b] Expulsiua autem,
est illa, quæ superfluitatem expellit ex nutrimento residuam, quæ ad nutriendum non est conue-
niens, aut quæ excedit mensuram, quæ sufficit ad nutriendum: & quæ non est necessaria: aut com-
pleta est eius administratio ſm modum intentum, vel in parte intenta, sicut vrina. Et hæc quidem
virtus has expellit superfluitates, aut per partes & foramina, quæ sunt eis præparata: vel si non fue
rint ibi foramina præparata, à nobili expellit ad ignobile, & à duro ad laxum. Cũq; in parte expul-
sionis fuerit declinatio materiei superfluitatis, non conuertit eã virtus expulsiua ab illa semita, in-
quantum possibile fuerit. His autem quatuor virtutibus naturalibus, quatuor primæ seruiũt qua-
litates. s. caliditas, frigiditas, siccitas, & humiditas.[c] Sed caliditatis seruitium omnibus quatuor pro
certo est cõmune. α [d] Frigiditas vero est, cum alicui earum seruit accidentaliter, et non essentialiter.
[e] Quod. n. frigiditati inest essentialiter, est, vt omnibus virtutibus sit contraria: qm̃ omnium virtu-
tum operationes per motũ existunt: & hoc quidem in attractione & expulsione manifestũ existit:
sed in digestione etiam, qm̃ digestio completur cum separatione partium, quæ sunt grossæ, & spis-
sæ: & aggregatione ipsarum cum sunt tenues & subtiles. Et hæ quidem motiones sunt separantes,
& permiscentes. Retentiua vero operatur, [f] villos mouendo transuersos ſm figuram comprehen- F
sionis firmam. [g] Et frigiditas quidẽ est mortificans, & stupefaciens, & ab omnibus istis prohibens
operationibus: ad retentionem tñ faciendam accidentaliter confert, quoniam villos ſm bonæ com
prehensionis figuram tenet. Non ergo in operationibus virtutum essentialiter ingreditur, sed tali
præparat instrumentum dispositione, qua ipsum suã custodit operationem.[h] Et expulsiua quidem
à frigiditate iuuatur: propterea ꝙ ventositatis prohibet fieri dissolutionem, quæ ad expellendũ iu-
uat, & quia in eius auxiliatur grossitie, & propterea ꝙ villum, qui ſm latitudinem protenditur ex-
primentem contrahit, & inspissat ipsum. Et hoc est etiam instrm̃ præparare, & non est in ipsamet
operatione auxilium ferre. α Et frigus non intrat in seruitium harum virtutum, nisi per accidẽs. Si
enim in ipsismet ingrederetur operationibus, noceret, & motiones debilitaret. [i] Siccitas vero, in
trium virtutum op̃ationibus necessaria existit, quæ sunt duæ mutatiuæ localiter, & retentiua. Dua
bus vero localiter mutatiuis, quæ sunt attractiua & expulsiua, præbet siccitas auxilium, eo ꝙ mul-
tam eis efficit sustentationem, quæ in motu est necessaria, motu videlicet spiritus, qui has virtutes
ad suas defert operationes, impulsione vehementi, quam & talem, qualis est ipsa prohibet mollifi-
catio humida, cum in substantia fuerit spiritus, aut instrumenti: sed retentiuæ propter constrictio-
nem.[k] Digestiua autem plus indiget humiditate. Post hæc autem, cum inter qualitates actiuas, &
passiuas comparaueris, inquantum istæ virtutes eis indigent, reperies virtutem retentiuã plus in- G
digere siccitate, ꝙ̃ caliditate, eo quòd tempus in quo quiescere debet retentiua, maius est tempore
in quo moueri debet villus, qui secundum latitudinem tendit ad constringendum. Nam tempus
motionis eius in quo caliditas est necessaria, est breue, & totum reliquum tempus eius operationis
est ad tenendum, & ad quiescẽdum. Et quia puerorum complexio plus declinat ad humiditatem,
[l] ideo virtus hæc in eis plus est debilis.[m] Attractiua vero plus indiget caliditate, quàm siccitate, quo
niam caliditas adiuuat in attractione, in eo quòd maior pars suæ operationis est mouere, & plus ne
cesse est ei mouere partes sui instrumẽti, quàm quietas facere, & cum siccitate stringere. Hæc enim
virtus non tantum indiget multo motu: sed plerunq; etiam motu indiget vehementi. [n] Et attra-
ctio quidem fit, aut virtute attractiua, quemadmodum magnes attrahit ferrum: aut implendo va-
cuum, sicut aqua trahitur in alzarachat: aut calore, sicut in lampade attrahitur oleum: licet hic pars
tertia reducatur necessario ad implendum vacuum apud certificantes, immo est ipsamet. Cum er-
go virtus attractiua caliditatis habuerit auxilium, fortior erit attractio. Expulsiua vero minus indi
get siccitate, quàm attractiua, & retentiua: non enim indiget constrictione retentiuæ, neq; adhæ-
rentia, seu applicatione, quæ fit in attractiua, & constrictione eius, & circundatione attracti, tenen
do partes instrumenti, donec ad illas alterius partis attractio perueniat. Et ad vltimum nullo mo-
do indiget expulsiua quiete, sed motu & inspissatione pauca, quæ ad exprimendum, & ad expel- H
lendum tali adiuuet mensura, quatenus per ipsam remaneat instrumentum figurã expressionis, &
constrictionis conseruans: quemadmodum in retentiua tempus longum, & in attractiua tempus
breue est necessarium, donec partium attractio vnam applicet alij, ideoq; siccitate parum indiget.
Quæ autem plus eis omnibus indiget caliditate, est digestiua, quæ siccitate non indiget, sed hu-
miditate, vt nutriens fluidũ efficiat, & ad penetrandũ in foramina, & ad figuras recipiendas aptum
reddat. Neq; potest aliquis dicere, ꝙ si humiditas in dirigẽdo esset iuuatiua, pueri possent res duras
dirigere.[o] Non. n. prouenit pueris non posse istud, & iuuenibus posse, ꝑpter hoc, sed ꝑpter homo-
geneã, & homogeneæ elongationẽ. Quod. n. ex rebus durum existit, cõplexioni puerorum nõ est
homogeneũ. Virtutes igitur digestiuæ in eo non operantur, neq; ipsum recipiunt retentiuæ, sed ci
to ipsum expellunt expulsiuæ. Iuuenũ vero complexionibus est id conueniens, & ad eos nutrien-
dos conueniens.[p] Et ex hoc, quod collectũ est, ꝙ retentiua indiget constrictione, & figurarũ con-
strictionis fixione longo tẽpore, & pauco motionis adiutorio. Et attractiua constrictione indiget,
& fixione, & cõstrictionis tp̃e breuissimo, & in motu multo indiget auxilio. Et expulsiuę est neces
sarium stringere tm̃ sine fixione, de qua nõ est curandũ: & indiget adiutorio ad motũ faciendum.

Et dige-

A Li. 4. F. 1. t. 2. ca. 7. & G. li. de art. medi. consti. li. 19. e

B G. li. 5. loc. affec. ca. 7. b

C F. 2. doc. 3. c. 3. & G. li. 8. Hip. & Plat. ca. 7. e

D F. 2. doc. 3. c. 3. & li. 3. F. 1. te. 1. ca. 5. & te. 4.

Infra α

E G. li. 3. de cã sympto. c. 3. d. e

F G. li. 5. de v. p. ca. 11. h. a

G G. li. 2. loc. affe. cap. 9. b

H Li. 3. F. 13. t. 2. ca pi. 4.

Supra α

I G. lib. 3. de causa sympto. c. 3. h

K G. ibi, & Aui. li. 3. F. 13. t. 2. c. 4.

L G. li. 3. de causa sympt. c. 3. b

M Li. 3. F. 13. t. 2. capi. 4.

N G. li. 6. de v. p. c. 15. a, & li. 5. de simpli. med. fa. c. 17. e, & li. 3. de nat. fac. c. 15. g, & Halyab. 4. theo. c. 2.

O G. li. 3. de symp. cau. ca. 3. c

P G. li. 3. de causa symp. c. 3. d. e

A Et digestiuæ est necessarium eliquare, & permiscere, ideoq; virtutes istæ qualitates illas quatuor inæqualiter operari faciunt,& eis inæqualiter indigent.

De virtutibus alhaiuanie.i.vitalibus. *Cap.* 4.

A Haly.li.4.theo. ca.5.

VIrtutes autem alhaiuanie,intelligi volunt [a] per illas,virtutem illam, quæ cum in membris recepta fuerit,præparabit ea ad recipiendum virtutem sensus & motus, & operationis vitæ, quibus ẽt adduntur timoris et iræ motiones,per id qd' in eis repitur de dilatatione, & cõstrictione, quæ accidunt spiritui,qui huic proportionatus est virtuti. Nos autẽ explanabimus summam hãc, & [b] dicemus,ꝙ quemadmodum ex humorũ spissitudine fm aliquam cõplexionem,substantia generatur spissa,quæ est mẽbrum,aut pars mẽbri:ita ex humorũ vaporibus, & [c] eorum α subtilitate, fm aliquã complexionem substantia generatur subtilis,quæ est spiritus. Et sicut apud medicos hepar primę gñationis est principiũ,ita [c] cor generationis secundę,principiũ existit. Et hic spũs cum fm complexionẽ prouenit,quam debet habere præparat ad hanc virtutẽ recipiendam,quæ prępa rat oĩa membra ad recipiendũ alias virtutes animales,& ẽt reliquas. Virtutes equidẽ animales in spiritu quidem,& in membris non proueniunt, nisi postq; hæc vitalis prouenit virtus. [d] Ideoq; licet virtutes aĩales alicuius membri destruantur:viuum tñ membrum adhuc existit, nisi hæc virtus in eo fuerit destructa.Nonne vides,ꝙ membrũ stupidum,aut paralyticum vnumquodq; fm habi

B tudinem est nõ habens sensum,neq; motum:aut propter cõplexionem,quę ꝓhibet ipsum eos recipere:aut propter oppilationem,quæ accidit inter cerebrũ,& ipsum in neruis, qui ad ipsum perueniunt,& tñ ipsum est viuum.Et mẽbrum cui accidit mortificatio,est non habẽs sensum nec motũ, & accidit ei vt putrefiat & corrũpatur.In membro ergo paralytico est virtus, quæ eius custodit vitam:donec cum remotum fuerit quod prohibet, profluat ad ipsum virtus sensus & motus. Ipsum nanq; præparatum erat ad suscipiendum eã propter virtutis vitalis sanitatem in eo.Prohibẽs enim non prohibuit,nisi,vt non eam in effectu reciperet,sed mẽbrum non sic est mortuum.Et pręparãs non est virtus nutriendi tantum,ita vt dicamus,ꝙ quãdiu virtus nutriendi affuerit, viuum erit, & cum destruetur,erit mortuum,qm̃ [e] hoc ipsum verbum virtuti afferemus nutritiuæ. fortasse enim plerunq; in aliquo eius operatio destrueretur,& mẽbrum viuum remanebit,& fortasse plerũq; remanebit eius operatio,& mẽbrum tendet ad mortẽ.Et si virtus nutritiua, inquantũ est nutritiua, esset ipsa virtus,quæ præparat ad sentiendum & mouendum,vegetabilia præparata forent ad sensum,& motum recipiendum.Restat ergo,vt sit præparans alia res,quæ propriam sequatur cõplexionem,quæ vocatur virtus vitalis.Et ipsa quidem est prima virtus, quæ in spiritu prouenit, cum α spiritus ex subtilitate humorum procedit. Deinde spiritus fm philosophũ Aristotelem per eam recipit principiũ primum,& aĩam primam,ex qua aliæ profluunt virtutes. Harum vero virtutum

C operationes,non proueniunt ĩ spiritu in principio rei,[f] sicut ẽt sensus apud medicos non prouenit per spiritũ animalem,qui est in cerebro,nisi ad crystalloidem penetret,aut ad linguam, aut ad alia. [g] Cũ ergo pars spiritus in vẽtriculum peruenerit,cerebri cõplexionem recipiet,& erit conueniẽs, vt ex eo proueniant virtutum operationes,quæ in eo primo repertæ sunt,& similiter in hepate, & similiter in testiculis. Et apud medicos quid, [h] nisi postq; spiritus in cerebro ad aliam conuertitur cõplexionem,non pręparatur ad recipiendũ animam,quę est principium motus & sensus:& similiter in hepate,licet prima cõplexio iam iuuerit ad recipiendum virtutẽ primam vitalem:& similiter in vnoquoq; mẽbro. Apud eos.n.vnumquodq; operationum genus aliam habet animam. Et neq; est aĩa vna,ex qua virtutes ꝓfluunt,aut erit aĩa aggregans hanc summam,qm̃ & si prima complexio iam adiuuerit ad virtutẽ primam alhaiuanie recipiendam,vbi vel in hora, qua aduenit spiritus,& virtus,quæ est eius perfectio,tñ hęc virtus apud eos sola nõ sufficit,vt spiritus per ipsam oẽs, alias suscipiat virtutes,nisi ꝓpria prouenerit cõplexio.Præterea dixerunt,ꝙ virtus hæc,pręter hoc ꝙ ipsa est præparans [i] vitã,est ẽt motus substantiæ spiritualis subtilis principium ad mẽbra, & principium constrictionis & dilatationis pp attractionẽ aeris, & eius expulsionem. [i] Affert.n.adiutorium in cõparatione vitæ,quod est passio,& in comparatione opationum aĩæ, & pulsus prębet auxilium,quod est actio.Et hęc quidẽ virtus virtutibus naturalibus similatur, ideo ꝙ nõ à voluntate

D proueniũt,quæ ab ea proueniunt.Et similatur virtutibus aĩalibus propter opationum earũ diuersitatem:ipsa.n.dilatat & constringit simul,mouet ergo duobus motibus contrarijs.Philosophi autem,cum animam dicunt,animam terrenam dicere volũt,perfectionem corporis naturalis instrumentalis.Et volunt dicere principium omnis virtutis, ex qua met ipsi motus proueniunt, & operationes diuersæ.Erit igitur hæc virtus fm philosophorum sententiam virtus aĩalis, sicut virtutes naturales quas nominauimus apud eos virtutes vocantur animales. Quod si noluerint dicere animam fm hanc intentionẽ,sed velint dicere virtutem,quæ est principiũ comprehendẽdi & mouendi,quod ex aliqua prouenit cõprehensione voluntarie:& naturalẽ velint dicere,pro omni virtute ex qua opatio prouenit in suo corpore fm huius formæ diuersitatem:non erit virtus aĩalis: sed erit naturalis & altioris ordinis,q̃ sit virtus,quam medici vocant naturalẽ.Et si naturalem vocauerit illam,quæ rem nutrimenti ministrat & conuerterit,siue ad hoc,vt remaneat indiuiduum,siue vt remaneat species,non erit hæc naturalis,sed erit tertiũ genus.[k] Et quia ira & timor,& similia eorum, huius virtutis sunt passiones: tunc licet eorum principia sint sensus, & existimatio, & virtutes apprehendentes:huic tñ comparatæ sunt virtuti. Huius aũt virtutis declarationem certificare, & an sit vna,an plures q̃ vna,in sapientia continetur naturali,quæ philosophiæ pars existit.

B Li. de vir. corp. t.1.cap.1.

Infra α

C G.li.7. de Hip. & Pla.c.3.e, & li.6. de v.p.c.17.c

D G.li.5. de loc.affec.ca.1.h

E G.li.5.de loc.affec.c.1.h.a

Supra α

F Cap.1.& li.de virib.corp.t.1.c.1.

G Li.27.de Hip.et Plat.c.3.e,& li.9.de v.p.c.4.e

H G.ibi, & li.9.de v.p.c.4.e

I Haly.li.4.theor. ca.5.

K G.li.2.de tuẽ.vale.c.9.b, & li.de cã morb.c.2.e, & li.3. de loc.affe.c.4.e,& li.7. de Hip.& Pla. ca.3.h, & Halya.4. theo.cap.8.

De virtutibus animalibus comprehendentibus. *Cap. 5.* E

I[a]N virtute autem animali duæ copulantur virtutes: quarũ ipsa est sicut genus, vna est sicut virtus comprehensiua, & altera virtus motiua. Et comprehensiua quidem est, sicut duarum virtutum genus. Vna virtus comprehensiua est manifeste, & altera virtus comprehensiua occulte: Et virtus, quòd manifeste comprehensiua est sensibilis: quæ est genus, ẜm quosdam quinq; virtutum, & octo ẜm alios. Quòd si dixerimus[b] ꝙ sint quinq;, erunt virtus videndi, & virtus audiendi, & virtus gustandi, & virtus tangendi, & virtus odorandi. Et si dixerimus ꝙ sint octo, erit huius causa, ꝙ pluribus certificatorum videtur, ꝙ tactus sit plures virtutes. s. quatuor, & ponunt propriè vnumquodq; quatuor generum tactus virtutem per se: licet in membro sensibili sint cõia: sicut gustus & tactus in lingua, & visus & tactus in oculo. hoc aũt certificare est philosophi. Et virtus quidẽ comprehensiua occulte, s. animalis, est sicut genus quinq; virtutum, vna est virtus quæ vocatur sensus cõmunis, & phantasia, & apud medicos quidem sunt vna virtus, sed apud certificãtes, qui sunt ex philosophis, duæ sunt virtutes. Sensus. n. cõmunis, est illa, quæ omnia sensu percepta recipit. & ab eorum formis patitur, quæ in ipsa coniunguntur. Phantasia vero, est illa, quæ eas custodit postquã coniunguntur, & retinet eas post sensus absentiam. Et quæ harum duarum est recipiens, alia est à custodiente. Hoc autem certificare est philosophi. Sed qualitercunq; fuerit,[c] eius sedes, & operationis eius principium est anterior cerebri ventriculus. Et secuuda quidem est virtus, quã medici vocant cogitatiuam. Sed certificatores vocant quandoque imaginatiuam, quandoq; cogitatiuam. Si enim administrauerit eam, seu ea vsa fuerit virtus existimatiua animalis, quam postea nominabimus, aut ex seipsa promouerit ad suã operationem, vocãt eam imaginatiuam. Et si virtus rationalis vsa fuerit, & reduxerit eam ad illud, quod ei prodest, vocatur virtus cogitatiua. Quocũq; tamen modo fuerit, inter hanc virtutem & primam existit differentia, ꝙ prima est recipiens, & custodiẽs id quod ad eam peruenit de formis sensu perceptis. & ista est illa quæ se exercet in eis, quæ in imaginatione recondita sunt, exercitio cõponendi & diuidendi. & præsentes sibi efficit formas, quemadmodum perueniunt à sensu, & alias formas ab eis diuersas, sicut hominẽ volare, & montem smaragdinum. Sed phantasia non appresentat, nisi quantum recipit à sensu. & huius quidem[d] virtutis sedes est ventriculus cerebri medius. & hæc quidem virtus, est instrumentum virtutis, quæ proculdubio in animali est occulta comprehensiua. Et est existimatiua. & ipsa quidem est virtus, qua animal iudicat, ꝙ lupus est inimicus, & filius est dilectus, & qui annonam præbere consueuit, est amicus, à quo non est fugiendum. Et hoc iudicium ẜm modum existit non rationalem. Amicitia enim & inimicitia non sensu animalis sunt perceptæ, neq; sensus eas comprehendit, neq; de eis iudicat, nisi virtus alia. & licet non sit comprehensio rationalis, est tamen proculdubio aliqua apprehensio non rationalis. Homo etiam plerunq; vtitur hac virtute in multis suorum iudiciorum, & procedit in hoc, quemadmodum animal non rationale. Et hæc quidem virtus diuiditur à phantastica, quoniam phantastica, sensu percepta retinet: & hęc in perceptis sensu intentiones discernit non sensu perceptas. Et separatur ab ea, quã imaginatiuam vocamus, & cogitatiuam: qm̃ illius operationes nullum sequitur iudicium, sed istius operationes, nõ solum iudicium: sed etiam iudicia sequuntur: & illius operationes sunt in sensu perceptis cõpositionem facere, & istius operatio in sensu perceptis iudicare intentiones non sensatas. Et quemadmodũ in animali sensus est iudicans de formis sensu perceptis, similiter existimatiua est iudicans de intentionibus illarum formarum, quæ ad existimatiuam perueniunt, & non ad sensum. Quidam autem hominum sunt, qui præsumunt, & hãc virtutem imaginatiuam vocant. sed tamen non curamus: quia de nominibus non disputamus, sed intentiones & differentias intelligere debemus. Et medico quidem non est curãdum, vt hanc virtutem sciat. Impedimenta nanq; operationum eius, impedimẽta operationum aliarum virtutum, quæ sunt anteq̃ ipsa, sequentia sunt, sicut[e] phantasia, & imaginatiua, & memorialis, quam postea nominabimus. Et medicus quidẽ non curat, nisi de virtutibus, in quarum operationibus cum accidit læsio, prouenit ęgritudo. Quod si læsio acciderit oꝑationi alicuius virtutis, causa impedimẽti, quod accidit prius operationi virtutis, quæ est ante ipsam: fueritq; impedimentum illud secutum malitiam complexionis alicuius membri, aut corruptionem compositionis: sufficit medico, vt sciat impedimentum illud propter malitiam complexionis membri, aut suæ compositionis corruptionem, accidisse: ad hoc, vt cum medicina ei subueniat, aut ab eo fugiat. & non curat scire dispositionem virtutis, cui quod accidit, non accidit nisi alio mediãte, postquam sciuerit dispositionem eius cui accidit illud, quod accidit sine medio. Tertia vero illarum, quas nominãt medici, est quinta, aut quarta, cũ certificauerimus,[f] quæ est virtus conseruatiua, et memorialis: & est thesaurus eius, quod peruenit ad existimatiuam de intentionibus imperceptis sensu extra formas eorum sensu perceptas, sicut phantastica est thesaurus eius quod peruenit ad sensum ex formis sensu perceptis.[g] & eius quidem locus est posterior cerebri ventriculus. Hic vero est locus cõsiderationis philosophicæ, vtrum virtus conseruatiua et memorialis virtus, quæ reducit illud quod est absens ad memoriam ex eis, quæ ab existimatiua sunt reposita, sit virtus vna, aut virtutes duæ. Medico tamen non est inde curandum, quoniam nocumenta, quæ eis qualitercunque sint, accidũt, sunt homogenea: sunt enim nocumenta, quæ in ventriculo cerebri posteriori accidunt, vel de genere complexionis, vel de genere compositionis. Reliqua vero virtus, quæ est vna de virtutibus animæ comprehensiuis, est humana rationalis. Et quia medici virtutẽ existimatiuam non cõsiderauerunt pp causam, quam

A G. li. 7. d Hip. & Plat. c. 3. g

B G. li. de differẽt. sympt. c. 3. d

C Li. 3. F. 1. t. 1. c. 1. & Haly. li. 4. theor. ca. 9.

F

D Haly. ibidem.

G

E G. lib. de sympt. diffe. c. 3. d

H

F G. li. 2. de motu muscu. c. 6. b

G Li. 3. F. 1. t. 1. c. 2. & Haly. li. 4. theor. cap 9.

A quam diximus: ideo hanc virtutem non considerauerunt. Non enim fuit eorum consideratio, nisi in operationibus trium virtutum tantum, & non in alijs.

De virtutibus animalibus motiuis. *Cap. 6.*

A Haly.li.4.theo. cap.17.

Motiua vero virtus est illa, quæ chordas contrahit, & laxat, propter quod mouentur membra & iuncturæ, dilatatione sua, & flexione. Et eius quidem penetratio est in neruis, qui sunt cũ lacertis continui.[a] Et est genus, quod ꝯm specificationẽ principij motuum specificatur. In vnoquoq; igitᵉ musculo, est alia natura, q̃ est sequẽs iudiciũ existimatiuę, à qua ꝓuenit cõis sensus.

De operationibus. *Cap. Vltimum.*

B Haly.li.4.theo. ca.18.
C G.li.1.de cã sym pto.c.7.a, & Haly. ibi.
D Doc.4.c.1.
E Aliter.d.5.c.1.et li.3.F.13.t.1.c.1. & ca.3.
F Li.3.F.16.t.1.c.1.
F expulsiua
F Haly.4.theor. ca.18.
G G.li.3.natu.fac. ca.8.h

Dicemus ꝙ operationũ singularium,[b] aliæ sunt, quæ ab vna complentur virtute. verbi gratia digestio. Aliæ, quæ à duabus complentur virtutibus,[c] sicut cibi desiderium, quod completur à virtute naturali attractiua, & à virtute sensibili, quæ est in ore stomachi. Attractiua vero operatur ex hoc, ꝙ mouet villum, qui ꝯm longitudinẽ protenditur apprehendendo illud, quod attrahitur: & sugendo ex humoribus, quod est sibi proprium. Sensibilis autem operatur in hoc, quod hanc sentit passionem, & quia sentit mordicationem choleræ nigræ, quæ est excitans desiderium, cuius esse[d] nominauimus. Et hanc quidẽ operationem non dicimus duabus compleri virtutibus, nisi ideo, ꝙ cum sensibili acciderit nocumentũ, destruetur intentio, quæ vocatur fames & desiderium: B neq; desiderabitur cibus, licet eo corpus indigeat.[e] Et similiter transglutiendi operatio duabus cõpletur virtutibus: vna est attractiua naturalis, & altera est[f] {attractiua} volũtarie. & prima quidem suam cõplet operationem per villum, qui ꝯm longitudinem protenditur, qui est in ore stomachi, & isophago. Et secundæ completur operatio per villum lacerti transglutiendi. Cumq; vna duarum virtutum destruetur, transglutiendi operatio duriter prouenit: imo cum nõ fuerit destructa, sed ipsa nõ se promouerit adhuc ad operationem suam, erit transglutiendi operatio difficilis.[g] Nonne vides, ꝙ cũ desiderium non recte procedit, duriter prouenit operatio transglutiẽdi illud, quod nõ desiderat: imo cũ abhorremus aliquam rẽ, & eam postea transglutire voluerimus, & territa fuerit ab ea virtus nostra attractiua desideratiua, dura erit operatio voluntarie transglutiendi. Transitus quoq; nutrimẽti perficitur virtute mẽbri expulsiua, à quo separatur, & attractiua membri ad quod accedit.[h] Et similiter superfluitatũ egressio, quæ fit per duas vias. Et forsitan plerunq; existunt operationis principium duæ virtutes. s. animalis, & naturalis. Et fortasse plerunq; existũt eius causa virtus, & qualitas,[i] sicut infrigidatio, quę prohibet materias, q̃m adiuuat expulsiuam resistendo humori, qui effunditur ad membrũ: & prohibet ipsum: & repercutit ipsum. Et frigiditatis quidẽ qualitas, ꝓpter duas prohibet causas per se. s. substantiã eius, quod effunditur ingrossando,[k] & coangustando poros. & propter rem tertiã, quæ est per accidẽs, quæ est, qua caliditas extinguitur C attractiua.[l] Et qualitas caliditatis attrahit per illud, quod istis opponitur modis, quos prædiximus.[m] Et caliditatis quidem qualitas, & necessitas vacui nõ attrahunt in primis, nisi illud quod est subtile, & postea quod est spissum:[m] Virtus vero attractiua naturalis non attrahit, nisi quod est ei magis conueniens, & quod naturæ eius est proprium attrahere: & plerunque quod est magis spissum, est magis proprium, & magis conueniens.

H Ga.lib.5.de v.p. ca.14.d.e, & lib.6. loc.affe.c.4.e, & li. 1.c.1.h, & d̃ sa.tuẽ. c.12.g, & li.4. de v. p.c.19.e, & lib.5.c. 11.h, & li.1.loc.affec c.1 h
I G.li.16. de v.pa. ca.14.f.g
K G. li.6. de med. compo.c.1.a
L G.lib.16. de v.p. c.14.f.g, & lib.2.de diffe.feb.c.11.a
M G.li.3.natu.fa. cul.c.15.g

Fen Secunda Libri primi canonis incipit: cuius sunt doctrinæ tres.

Doctrina prima est de ægritudinibus.
Doctrina secunda est de causis.
Doctrina tertia est de accidentibus.

Doctrinæ primæ sunt octo Capitula.

De doctrina causæ, & ægritudinis, & accidentis. *Cap. I.*

D



Icemus, ꝙ causa in libris medicorum est id, quod primo est, & ex quo ꝓuenit inuentio alicuius dispositionis in corpore humano, aut eius fixionis.[n] Et ægritudo est dispositio nõ naturalis in corpore humano, ex qua in operatione essentialiter prouenit nocumentũ[o] prouentu primo: & est aut complexio non naturalis: aut cõpositio non naturalis:[p] Et accidens est res, quę hanc sequiᵗ dispositionem, quę est nõ naturalis: siue sit naturali contraria, sicut dolor in colica: siue non sit contraria, sicut rubedo multa maxillæ in peripneumonia. Causæ[q] exemplum est putredo. Aegritudinis exemplũ est febris.[q] Exemplum accidentis est sitis & dolor capitis. Causæ quoq; exemplum est repletio in receptaculis, quæ ad oculũ descendunt. Exemplum ægritudinis, oppilatio in vuea, quæ est ægritudo instrũalis compositionalis. Exemplum accidentis, est destructio visus. Exemplum ẽt causę, est rheumatismus acutus. Exẽplum ægritudinis, est vlcus in pulmone. Exẽplum accidentis est rubedo in pomis, ambarũ maxillarum, & gibbositates vnguiũ.[r] Accidens aũt, vocatur accidens, respectu suæ essentiæ, aut cõparatione eius cui accidit: & vocatur significatio respectu considerationis medici ad ipsum: & processionis eius ab eo ad sciendum ægritudinis essentiã.[s] Et est cũ ęgritudo fit alterius ęgritudinis causa, sicut colica syncopis, aut palysis, aut epilepsiæ.

N G.li.de differẽ. sympt.c.1.c, & li.2. nat.fac.c.9.b, & cõ. 2.in lib.Hip.de natu.hu.1.e. f
O Haly.li.6.c.1.
P G.li.d̃ diffe.sym pto.c.1.h, & libr.2. meth.med.c.1.d
Q Haly.li.6.th o. cap.1.
R Haly.li.6.theo. ca.8.
S G.li. de differẽ. morb.c.8.h

[a] Accidens quoq; plurimũ est causa ægritudinis, sicut in colica, dolor fortis, qui fit causa, vt accidat syncopis:[b] & sicut dolor vehemens, qui fit causa apostematis: propterea quòd materiæ ad locum effunduntur doloris.[c] Et plerunq; etiam ipsum accidens, fit ægritudo, quemadmodum dolor capitis, qui ex febre accidit, cum quandoque figitur, & tandiu fit mansiuus, donec fit ægritudo.[d] Et est etiam cum vna res comparatione sui & rei, quæ est ante ipsam: & rei, quæ est post ipsam est ægritudo, & accidens & causa: quemadmodum: verbi gratia febris in phthisi, qui est accidens vlceris pulmonis, & est ægritudo secundum se, & est causa debilitatis stomachi: & sicut dolor capitis, qui accidit ex febre, quando dolor ille figitur: quia est accidens febris, & ægritudo in se, & plerunq; prouenit ex eo sirsen, & fit ipsius causa. E

A G.li.12.metho. c.1.g
B G.li.5.apho.53.
C Li.3.F.1.t.2.c.1.
D G.li.11.metho. ca.13.c.d.

De diuisionibus dispositionum corporis humani, & de generibus ægritudinum. Cap. 2.

CORporis humani dispositiones ſm [e] G. sunt tres, [f] Sanitas, quæ est dispositio, per quã corpus hominis in sui complexione, & compositione tale existit, vt ex eo operationes eius omnes proueniant sanæ incolumes. Et ægritudo, quæ est dispositio in corpore hominis huic cõtraria.[g] Et dispositio, quæ est apud eum, neq; sanitas, neq; ægritudo: aut ideo ꝙ non est sanitas in vltimo, nec ægritudo in vltimo,[h] quemadmodum corpora senum, & [i] conualescẽtium, & puerorum: aut ideo, ꝙ ambæ [k] res in vno tempore, in duobus sunt copulatæ membris, aut in vno mẽbro, sed in duobus generibus remotis, sicut, qui est in complexione sanus, & in cõpositione æger: exempli causa, aut in vno mẽbro duorum generũ propinquorũ, sicut, qui est sanus in figura, & nõ sanus in quantitate & situ: aut, qui est sanus in duabus qualitatibus passiuis, & nõ sanus in duabus qualitatibus actiuis, [l] aut vicissitudine duarũ rerum in duobus tẽporibus, sicut qui sanatur in hyeme, & infirmat̃ in vere.[m] Aegritudinũ vero, aliæ sunt, q̃ sunt simplices: aliæ sunt, quę sunt compositæ.[l] Simplices aũt sunt, q̃ sunt vna ex speciebus ægritudinis cõplexionis: aut vna ex speciebus ægritudinis cõpositionis, quã postea noĩabimus.[m] Cõpositæ vero sunt in qbus duę spẽs, aut plures cõiunguntur, ex quibus vna cõponitur ægritudo. Incipiemus igit̃, prius loqui de ægritudinibus simplicibus. α Et dicemus, ꝙ ægritudinum simplicium,[n] genera sunt tria. Primum est genus ægritudinum, quæ mẽbris comparantur, quorum partes sunt similes, & sunt malæ complexionis species.[o] Et ipsæ quidẽ non sunt comparatæ membris, quorum partes sunt similes, nisi ideo ꝙ in primis, & essentialiter partibus accidunt similibus, & per eas mẽbris accidũt compositis, ita vt possibile sit imaginari eas comprehensas, & repertas esse in quocunq; mẽbrorum volueris: quorum partes sunt similes, & nõ in compositis. Et secundũ genus est ægritudinis membrorũ officialium, quæ sunt ægritudines cõpositionis, quæ mẽbris compositis accidunt, quæ ex mẽbris componuntur, quorum partes similãtur. Membra autem officialia, sunt operationũ instrumenta. Et tertium est genus ægritudinum cõmunium, [p] quæ membris accidunt: quorum partes similant̃, & accidũt instrumentalibus, inquantum sunt instrũalia: ita ꝙ non sequat̃ eas instrũalibus accidere, ꝑpterea ꝙ simplicibus acciderũt. Et hę quidem sunt, quæ cõtinuitatis solutio vocant̃, & imparis dissolutio. Solutio.n. cõtinuitatis plerũq; accidit iuncturæ: ita ꝙ simplicibus membris, ex qbus iunctura fuit cõposita, nullo modo accidit. Et plerunq; accidit neruo, aut ossi, aut venis solũmodo. α Et ad vltimũ quidem ęgritudinũ tria sunt genera, Aegritudines, quæ cõplexionis sequuntur malitiã, Et ægritudines, q̃ sequunt̃ malitiã cõpositionis. Et ęgritudines, quę cõtinuitatis solutionẽ sequunt̃. Et oĩs ęgritudo, quę vnã harũ sequit̃, & per eã existit, ei cõparat̃. Aegritudines aũt cõplexionũ scitę sunt, q̃ sunt sexdecĩ, quas noĩauimus. F G

E Li.art.med.c.8.h
F Idẽ.F.1.d.1.c.1. & G.li.de differen. morb.c.2.c
G Ca.8.&.F.1.do. 1.c.2. & G.1.de simpli.me.fac.c.21.a.b
H G.li.de sani.tu. c.4.e.f
I Li.3.F.11.t.2.c.6.
K G.li.art. med.c. 8.h, & li.1.de simpl. med.c.21.a.b
L G.li.art.medi.c. 8.h, & li.1. de simpli.med.c.21.a.b
M G.li.de differẽ. morb.c.13.h
M Gal.ibidem.
M G.ibi.
α *infra*
N G.li. art. medi. c.8.h
O G.10. de differ. morb.c.13.h
P G.li.dẽ cã morb. c.11.f, & li.5.meth. ca.2.h
α *supra*

De ægritudinibus compositionis. Cap. 3.

AEr calidus [a] dissoluit & laxat. Et si eius caliditas fuerit temperata, tunc rubificabit colorem, eo ꝙ sanguinem ad exteriora trahit. ꝙ si multa fuerit, [b] α colorem efficiet citrinū: propterea, ꝙ resoluit illud, quod attraxit. Ipse quoq; multum efficit sudorem, & minuit vrinam, & digestionem debilitat, & sitim facit. Frigidus vero aer constringit, & [c] digestionem fortiorem reddit, & vrinam efficit multam, ideo, ꝙ humores constringit: & propterea, ꝙ in sudorem parum resoluuntur, & his similia, & minuit egestionem: propterea, ꝙ musculi ani se exprimunt, & ideo, ꝙ rectum intestinum parum obedit: vnde propter destructionem obedientiæ viȩ, stercus non descēdit, quapropter multum moratur, & eius aquositas in vrinam resoluitur. [d] Aer vero humidus, cutem lenit & corpus humectat. Et siccus, exsiccat cutem, & arefacit vel exasperat corpus. Et aer turbatus, tristificat animam, & cōmouet humores. Aer vero turbatus, alius est ab aere grosso. Aer. n. grossus est ille, qui in grossitie sui substātiæ similatur. Sed turbatus est ille, qui cum partibus miscetur grossis. Duarum vero rerum significatio est, ꝙ stellȩ minutȩ parum apparent, & ꝙ splendor eius, quod ex stellis fixis, sicut eius, quod scintillat, parum resplendet. Et eius quidē causa existunt vapores multi, & fumi multi, & venti boni pauci. Nunc autem illum sermonem ad hanc reducemus intentionem, & complebimus ipsum cum de mutationibus aeris, qui est preter naturam, [e] tractabimus. Et oē quidem tempus, quod prouenit ꝑm ꝙ debet, iudicia habet propria. [f] Et finis quidem cuiusque temporis principio temporis, quod est post ipsum, in iudicijs duorum temporum communicat, & in ȩgritudinibus ipsorum. Ver aūt cum est ꝑm suam complexionem, est melius tempus: et est proportionale cōplexioni spiritus & sanguinis. Et ipse quidem cū æqualitate sua, quam noīauimus, declinat parumper, seu quasi ad caliditatem subtilem, cœlestem, & ad humiditatem naturalem, & rubificat colorem, eo ꝙ sanguinem attrahit temperate, et non peruenit ad resoluendum, quemadmodum æstas peruenit æstiualis. In vere quoq; mouetur ægritudines chronicæ: facit. n. humores, qui sunt quieti, currere & eos fluere. Ideoq; melancholiam patientium, melancholia cōmouetur. Et ille in quo multitudo exuberat humorum in hyeme propter eius gulositatem, & exercitij eius paruitatem, fit in vere ȩgritudinibus aptus, quȩ ex illis cōmouentur materijs: propterea, ꝙ ver eas resoluit. Cumq; ver prolongatur & temperatur, æstiuȩ ægritudines paucæ fiunt. Veris aūt ægritudines sunt sanguinis [g] egestio, & fluxus sanguinis ex naribus, & [g] melancholiæ cōmotio vel excitatio, quæ de natura existit choleræ, [g] & apostemata, & carbunculi, & [g] synanchæ, & sunt plerunq; pernitiosæ, & aliæ exituræ. Et in ipso multum contingunt venarum scissuræ, & sputum sanguinolentum, & [g] tussis, & proprie in eo, quod ex ipso est hyemale, & hyemi similatur, & fiunt eorū dispositiones malæ, qui has habēt ægritudines, & proprie phthisim. Et propterea, ꝙ ipsum in phlegmaticis materiam phlegmatis mouet, accidit in eo apoplexia & paralysis, [g] & iūcturarum dolores. G Ex eis vero, quȩ ducunt ad hoc, est aliquis fortis motus ex motibus corporeis & animalibus: & comestio etiam rerum calefacientium, eo ꝙ acris adiuuant naturam. [h] Nulla aūt res est, quæ ita tueať ab ægritudinibus veris, quemadmodum phlebotomia & euacuatio, & diminutio comedendi, & multiplicatio syruporum, & fractio seu debilitatio virtutis vini inebriantis cum permistione, & minoratio eius. [i] Ver præterea pueris est conueniens, & eis, qui sunt circa ipsos. [k] Hyems vero ad digerendum est melior: propterea, ꝙ frigus caloris innati substantiam comprehēdit: vnde fortior efficitur, & non dissoluitur: & ideo, quia fructus sunt pauci, & gens contentatur veridicis nutrientibus, & quia hoīum motus post repletionem est paruus: & quia ad loca ingrediuntur calefacientia. Ipsa quoq; choleram plus debilitat, ꝙ omnia tēpora, sua frigiditate, & sui diei breuitate: & suæ noctis prolixitate. Et ipsa est magis constringens materias. Et in ipsa est plus necessarium assumere ea, quæ incidunt & subtiliant. Aegritudinum vero hyemalium plurimæ sunt phlegmaticæ: & in ipsa phlegma fit multum, & plurimū, quod est in eo, quod vomitu expellitur, est phlegma. Colores quoq; apostematum in ea, ꝑm plurimum ad albedinem trahunt: & in ipsa abundat [l] coryza, & incipit coryza, cum aer autūnalis mutatur: quem postea sequuntur [m] apostemata lateris, & apostema pulmonis, & [m] raucedo, & dolor gutturis: deinde accidunt [m] dolor lateris ipsius, & dorsi, & neruorum nocumenta: & [m] capitis dolor chronicus: immo [m] apoplexia & epilepsia. Et hoc totum H propterea ꝙ materiæ constringuntur phlegmaticæ, & quia multiplicantur. [n] Senibus vero nocet hyems: & eis similiter, qui eis similes existunt: sed medijs iuuamētum præstat. In hyeme præterea [o] hypostasis in vrina multitudo existit, comparatione æstatis: & eius etiam quantitas est maior. Aestas autem resoluit humores, & debilitat virtutem, & operationes naturales causa superfluȩ resolutionis, & minuitur in ea sanguis & phlegma. In æstate vero augetur cholera rubea, sed postea in eius fine cholera nigra augetur: propterea, ꝙ subtile resoluitur & grossum retinetur & constringitur. Et inuenies senes & qui eis similantur, in æstate fortiores. Et æstas quidem [p] citrinat α colorem: propterea, ꝙ resoluit illud, quod ex sanguine attrahit. Aegritudinum quoq; tempora, in ea abbreuiantur: si. n. virtus fortis fuerit, aerem inuenit ad resoluendum adiuuantem, & ad ægritudinis materiam maturandum, & expellet eam extra. Quod si debilis fuerit, calor aeris ei addet debilitatē: propterea, ꝙ laxat, & destruetur, & morietur æger. Amplius [q] æstas calida & sicca cito separat vel remouet ægritudines: humida vero glutinosa est, suarum ægritudinum tempora prolongans: ideoq; plurimum vlcerum [q] ad herpetem hestiomenum peruenit. Et accidunt in ea hydropisis, & lubricitas intestinorum, & lenitur natura, & ad hoc totum adiuuant humiditates multæ,

A Cap. 9.
B Cap. 9. *Infra* α
C Cap. 9.
D Cap. 9.
E Cap. 9.
F Ga. li. 1. apho. 15. & li. 3. 21. & 23.
G Hip. li. 3. aph. 20.
H Ga. de his quos purgare oportet. c. b, & li. 6. aphor. 47. & lib. de curatione per sanguinis miss. c. 7. e
I Hip. li. 3. aphor.
K G. li. 1. apho. 15.
L Hip. 3. aphor. 23.
M Hip. li. 3. aph. 23.
N G. li. 3. apho. 18.
O Ras. lib. 33. cōti. t. 1. c. 1. 475. 4.
P Cap. 9. *Supra* α
Q Hipp. de aere. c. 2. c

quæ à

A quæ à superioribus ad inferiora descendunt: & proprie à capite. Aestiuæ vero ægritudines, quę in tēpore æstuoso, seu in vehementi calore æstatis accidunt, sunt sicut febres [a] tertianæ, & [a] synochus, & [a] causon: & corporis extenuatio. Et ex doloribus [a] dolores auris, & [a] ophthalmia: & in ea multiplicantur proprie cum non fuerit ventosum erysipelas, & bothor, quæ sunt eius naturæ, cuius est ipsa. Cum vero æstas fuerit vernalis, erunt febres bonæ dispositionis, nō habentes asperitatem & acuitatem siccā, & multiplicabitur [b] in ea sudor, & expectabitur in crisibus: propterea ꝙ caliditas & humiditas huic proportionantur: quoniā caliditas resoluit, & humiditas laxat, & poros dilatat. Cumq; æstas fuerit meridionalis, multiplicabuntur in ea mortalitates, & ægritudine, s variolæ, & morbilli. Septentrionalis vero æstas est sana, sed exprimendi ægritudines in ea multiplicantur. Aegritudines autem istæ exprimēdi, sunt ægritudines, quæ proueniunt ex cursu materiei cum calore intrinseco aut exteriori, cum percutit eas frigus manifestum vel exterius, & exprimit eas. Et hæ quidem ægritudines sunt sicut rheumatismi, & quæ ipsos sequuntur. [c] Cumq; æstas fuerit septentrionalis sicca, phlegmaticis confert, & mulieribus, & choleram habentibus accidet ophthalmia sicca, & febres acutæ longi tēporis, & proueniet ex adustione choleræ propter coarctationē, exuberatio choleræ nigræ. Autūnus vero multarum existit ægritudinum, eo quòd in ipso homo [d] sub sole calido multum incedit: deinde in nocte peruenit ad frigus: [e] & propterea ꝙ fructuū est

B multitudo, qua humores corrumpuntur, & propter resolutionem virtutis in ęstate: humores pręterea fiunt in autūno mali, propter mala cibaria, [f] & propter subtilis resolutionem, & quia remanet spissum, & propter eius adustionē. [f] Cumq; aliquis humor ebullierit: ꝑpterea ꝙ natura ipsum vult expellere, & resoluere, reducit ipsum frigus ad coarctationē. Sanguis quoq; in autūno multum minuitur, immo sanguini in sua cōplexione contrarius existit: Non ergo ad ipsum generandum iuuat. Et etiam resolutio iam præcessit, qua æstas sanguinē resoluit, & ex ipso minuit. In ipso autem accrescunt ex humoribus, cholera rubea residua ab æstate, & nigra, propterea ꝙ [f] humores in æstate fiunt cinis: & ideo in ipso cholera multiplicatur nigra: quoniā æstas incinerat humores: & autumnus infrigidat: & principium quidem autumni senibus aliquo modo cōueniens existit, & eius finis eos impedit maximo impedimento. Autūni autē ægritudines sunt, [g] scabies, [g] quæ excoriat, & [g] impetigines, & [g] cancri, & [g] iuncturarū dolores, & [h] febres cōmistæ, [h] & febres quartanæ, propter choleræ nigræ multitudinem, & propter illud quod de eius causa declarauimus: ideoq; ingrossatur [i] splen in eo: & accidit in ipso, vt vrina guttatim [i] emittatur, propter illud, quod vesicæ accidit ex diuersitate complexionis inter caliditatem & frigiditatem. difficultas quoq; accidit vrinæ, quod plus accidit, ꝗ̄ ꝙ vrina guttatim emittatur. Et accidit in eo [l] lienteria: & hoc quidem est: propterea ꝙ frigiditas expellit illud, quod ex humoribus est subtile ad interiora corporis: & fit

C in eo [k] scia. & accidit in eo [k] squinātia acuta, cholerica, & in vere phlegmatica: quoniā principiū cuiuscunq; humoris earū, est ex humore, quē efficit tempus, quod ante ipsum fuit: & in ipso etiā multiplicatur [l] iliaca sicca. Et est cum in eo accidit [m] apoplexia, & ægritudines [n] pulmonis, & dolores dorsi, & coxarum propter motum superfluitatum in æstate primum, & postea earum constrictionem. [o] Et multiplicantur in ipso vermes in ventre, propter debilitatem virtutis in digerēdo & expellendo. In ipso etiam, & proprie in sicco multiplicantur variolæ, & præcipue cum ante ipsum fuerit æstas calida. Et in ipso etiam multiplicatur [p] mania, propter humorum cholericorum malitiam: & quia cholera nigra eis commiscetur. Autumnus præterea est tempus, quod [q] in pulmone habentibus vlcus est deterius, qui sunt habentes phthisim: & ipse detegit occultum in sua dispositione: cum ante ipsum initium habuerit, & non bene manifestabatur per signa eius. [r] Hecticam quoq; habentibus singularem, est ipse deterius tempus causa suę exsiccationis. [s] Amplius autumnus est sicut nutritor reliquarum ægritudinum æstatis. Et autumnus, qui melior existit, est, qui est magis humidus & pluuiosus. Et deterior est ille, qui est siccus.

A Hip. li. 3. aph. 21.
A Hip. ibidem.
A Hip. ibidem.
B Hip. li. 3. aph. 6.
C Hip. li. 3. aph. 14.
D G. li. 1. de tēper. c. 4 g, & cōmēto. 1. in primum Hip. de morb. vulg. 1. a, & lib. 3. apho. 9.
E Gal. ibidē. 5. li. 3. aphor. 9.
F Gal. li. 3. apho. 9.
G Ras. lib. 33. cōti. t. 1. c. 1. 476. 3.
H Haly. lib. 5. the. c. 4. & Ras. li. 33. cō ti. t. 1. c. 1. ibidē. & Hip. 3. aphor. 22.
I Ras. ibi. 477. 3. & Hip. 3. apho. 22.
I Hip. ibi.
K Ras. lib. 33. cōti. t. 1. c. 1. 477. 2. & Hip. 3. apho. 22.
L Hip. ibidem
M Ras. 477. 3.
N Hip. 3. apho. 22.
O Hal. li. 5. th. c. 4.
P Hip. 3. apho. 22.
Q G. li. 3. apho. 10. & 22.
R G. li. 3. apho. 10.
S Hipp. & Gale. 3. aphor. 22.

De iudicijs compositionis anni. Cap. 7

[t] CVm hyemi meridionali, ver superuenerit septentrionale, quod postea æstas sequitur valde æstuosa seu valde calida, & multiplicatæ fuerint aquæ, & ver conseruauerit materias

D vsque ad æstatem, multiplicabitur in autumno mortalitas in adolescentibus, & multiplicabuntur [v] dysenteria, & intestinorum vlcera, & tertiana nota prolixa. Cumq; hyems multarum fuerit aquarum [x] abortient illæ, quæ se in vere parituras sperabant qualibet causa. Quod si pepererint, erit quod parient debile, aut mortuum, aut grandem habens malitiam. Et in hominibus multiplicabuntur [y] ophthalmię & sanguinis egestio. Et catarrhi tunc multiplicabuntur, & proprie in senibus, & descendent in mēbra corū occultata, & q̄nq; morte morientur subita, ideo ꝙ viæ spiritus subito ex multitudine oppilantur. [z] Et cū ver pluuiosum & meridionale fuerit, ipsumq; hyemi superuenit septentrionali, multiplicabuntur in æstate febres [z] acutæ, & ophthalmia, & [z] naturæ solutio, & sanguinis egestio: & plurimū horū omnium continget propter rheumatismos, & ꝑpterea ꝙ phlegma, quod in hyeme adunatū fuit ad cōcauitates trāsmittetur intrinsecus eo, ꝙ ipsum mouebit calor, & proprie in humidas habētibus cōplexiones, sicut mulieribus: & multiplicabūtur putrefactio, & ipsius febres. quod si in aliquorū æstate euenerit pluuia tpe [a] quo canis eleuatur, & postea venerit vētus septētrionalis, boni fiducia habebitur: & resoluētur ægritudines. q̄bus autē plus nocet hoc tēpus, [a] sunt mulieres & pueri. Et qui ex eis euaserit [a] ad quartanas deueniet propter humorū adustionē, & quia fiunt cinis: & post quartanas ꝑueniet [b] ad hydropisim, & ad dolores

T Hip. & Gal. li. 3. apho. 12.
V Hip. & Gal. ibi.
X Hip. lib. 3. apho. 12. & li. de aere aqs & locis. c. 6. b
Y Hip. 3. aphor. 12.
Z Hip. & Gal. li. 3. apho. 11. & li. de aere. & c. c. 6. a
Z Hip. ibidem.
A Hip. lib. de aere aquis & locis. c. 6. b

res splenis,& ad hepatis debilitatem propter hoc. in senibus autē, & in corpore in quo est timor E frigoris,est eius nocumentum paruum.[a]Cum vero æstati siccæ septentrionali,superuenerit autūnus pluuiosus meridionalis, præparabūtur corpora ad hoc,vt veniant in hyeme dolor[a] capitis,& tussis,[a] & raucescēt[a] eorū guttura,& fluent:quoniā coryza multum accidet eis.Et[b] similiter cum æstati siccæ meridionali superuenerit autūnus pluuiosus septētrionalis, multiplicabitur etiam in hyeme dolor capitis, & post rheumatismus,& tussis,& raucedo.Et cum æstati meridionali autūnus superuenit septentrionalis,multiplicabuntur in eo ægritudines exprimendi & constringendi:& iam[c] sciuisti hoc.Et cum autūnus & æstas in hoc conueniunt,vt sint ambo meridionales humidi,multiplicabuntur humores: & cum venerit hyems,venient ægritudines exprimendi, quas [d] nominauimus : neq; est longe quin coarctatio & materierum cōculcatio propter multitudinem earum & priuationē transpirationis seu euentationis ad putridas perducat ægritudines : neq; fallet,quin hyems sit infirma,propterea q̄ inueniet malas materias constrictas & multas. [e] Cum vero ambo fuerint sicci septentrionales,iuuabūt eum cui nocet humiditas, & mulieribus , & qui est talis quales ipsæ sunt,accident ophthalmia sicca,& catharrus longi temporis , & febres acutæ , & melancholia.Hyems autē,quæ est frigida & pluuiosa ardorē efficit vrinæ.Et cum æstatis caliditas fortis fuerit,& eius siccitas,prouenient squinantiæ pernitiosæ,aut non pernitiosæ:& quę aperientur,aut quæ non aperientur, & ille quæ aperientur , aut erunt interius, aut exterius,& variola, & F mingēdi difficultas,& morbillus,& hamicha,& variolæ salubres,& ophthalmię,& sanguinis corruptio,& tristitia,& menstruorū retentio , & sputū sanguinis.Et cum post hyemem siccam fuerit ver eius siccum, erit malum. Amplius mortalitas corrumpit arbores & vegetabilia:ideoq; corrūpuntur ex animalibus,quæ ea comedunt : & ideo homines,qui eis vescuntur,corrumpuntur.

A Hip.3. apho.13.
B Hipp.lib.de aere.&c.c.6. c
C Cap. 6.
D Cap. 6.
E Ga.li.3.apho.12. & Hip.de aere.c.6. c,& Ras.li. 33. cōt. t.1.c.1.476.2.

De accidentibus aeris impressionibus,quæ non ualde cursui naturæ contrariæ existunt. Cap. 8.

NVnc aūt dictionem complere debemus de alijs mutationibus aeris non naturalibus , neq; contrarijs naturæ,quæ secundū res cœlestes,& res terrestres eueniunt.Et iam quidē multas earum innuimus in narratione temporum. Illæ vero, quæ res sequūtur cœlestes,sunt sicut ea, quæ stellarum causa accidunt.[f] Est enim cum multæ ex stellis luminosis in vno coniunguntur loco,& coniunguntur soli:& prouenit ex hoc calefactio multa eis,quorū capita sunt ipsis opposita, aut locis,quæ sunt circa eas.& est cum ab oppositione capitū multa remouentur longitudine , & minuitur calefactio.Impressio enim rectitudinis capitis in calefaciendo,nō est sicut impressio durabilitatis rectitudinis & propinquitatis.Rerum autē terrestrium:aliæ sunt,quæ sunt propter causam latitudinum regionū:aliæ sunt,quæ sunt propter altitudinē ciuitatū,& propter earū profunditatē:& aliæ sunt,quę sunt propter cām montium:& aliæ sunt,quę sunt propter marium cām:& aliæ sunt,quæ ventorū causa existunt:& aliæ sunt,quę sunt propter cām terræ. Illæ autē,quæ sunt G propter cām latitudinū,sunt,q̄ si regio fuerit, quæ sit circa reuolutionē capitis cancri in septētrione,aut reuolutionē capitis capricorni in meridie,erit æstas magis calida, q̄ illa, quæ elōgabitur ab ea ad partē lineæ æquinoctialis,aut ad septētrionē. [g] Credere vero dicunt sermonē ex eo, q̄ videt̄ q̄ terra,quæ est sub circulo æquationis diei,est circa æqualitatē, q̄m causa cœlestis calefaciens ibi, est causa vna,quæ est solis oppositio capiti : & hæc quidem solis oppositio,sola non magnam efficit impressionem.imo illud quod magnā efficit impressionē, est durabilitas oppositionis. Ideoq; calor circa vesperas est maior,q̄ in medio diei : & propterea cum sol est in postremo cancri,[i] & in principio leonis, est maior, q̄ est cum est in fine suæ declinationis. Et ideo cum sol à capite cancri procedit ad illud,quod est minoris declinationis q̄ ipsum, est eius calor maior q̄ sit cum est in tanta declinatione,& nondum peruenit ad caput cancri.In terra vero vbi est linea æquinoctialis, nō opponitur sol capiti,nisi paucis diebus:sed postea cito elongatur. Augmētum nanq; partium declinationis apud duos nodos multo existit maius,quàm augmentum,quod existit apud tropicos: immo fortasse apud duos tropicos non operabuntur motus trium dierum , aut quatuor , aut plurium impressionem sensu perceptam : deinde sol moratur ibi in latitudine vna aut circa , longo tempore & incessanter calefacit. Quapropter pro sentētia tenendum est,quòd terræ,quarum latitudines sunt propinquæ declinationi toti,omnibus terris sunt calidiores : & post ipsas, illæ quæ H ab ea in duobus elongātur lateribus ad partes duorum polorum,quantitate quindecim graduū. In linea vero æquinoctiali non est calor illius superfluitatis, quam facit oppositio circa reuolutionem capitis cancri in locis habitatis.Frigiditas autem in terris,quæ ad septentrionem longæ sunt ab ista reuolutione , est maior. Et hoc quidem est illud , quod est considerandum secundum latitudines terrarum , ita tamen vt in omnibus alijs dispositionibus similes existant.Illud vero,quod est secundum terræ situm , est quòd quandoque in alto consistit loco , quandoque in profundo. Et locus quidem profundus est calidior: & locus altus semper frigidior. Illud enim,quod est prope terram de aere in quo sumus , est calidius , propterea quòd solis radius circa terram fit fortior, & quod ab eo ad terram altam elongatur , est magis frigidum. Et eius quidem causa in [h]parte naturalis philosophiæ continetur. Cumq; profundum cum hoc fuerit concauum plus comprehendit radium , & est magis calidum. Illud vero , quod causa montium existit : si est illud , in quo mons existit secundum intentionem habitationis , est ingrediens in diuisionem , quam nominauimus : Et si est illud , quod est secundum intentionem vicinitatis , est id de quo loqui nunc volumus . Dicemus ergo quòd mons in aere duobus operatur modis : Et vnus est

F Haly.lib. 5. the. c.7.
G Fē.1.doct.3.c.1.
H Lib. 1. metheo.

ex parte

A ex parte vnde super ciuitatem Solis radios reducit, aut ipsos ab ea tegit. Et alter est ex parte vnde ventum prohibet, aut adiuuat eius sufflationem. Primus autem est sicut si à parte septentrionis alicuius regionum, quæ sunt septentrionales, fuerint montes, & eleuetur super eam Sol in sua reuolutione, reflectetur ipsius calefactio ad regionem & calefaciet eam, licet regio sit septentrionalis: & similiter cum mons est à parte occidẽtis, & discooperitur ab oriente. Et cum mons existit à parte orientis minus est, q̃ istud in hac intentione. Sol nanque cum mouetur, & super montem illum eleuatur, in omni hora ab eo elongatur, & radij qualitas se minorando procedit, qui ab ipso Sole ad illam tendit. Cum vero mons est ab occidente, nõ est sic: Sol enim quaq; hora ei appropinquando incedit.[a] Modus autem ventum prohibendi est, q mons aut claudit à ciuitate flatum vẽti septentrionalis infrigidantis, aut multiplicatur in ea flatus meridionalis calefacientis: aut est ciuitas inter duo cacumina montium sita detecta faciei alicuius venti, cuius exsufflatio ibi fortior erit, q̃ sit in terra plana. Solet enim aer cum per viam incedit angustam trahendo procedere, & non cessare, & similiter aqua & alia. Et huius quidem causa in naturalibus est scita. Ciuitates vero magis temperatæ ex parte montium coopertæ aut discoopertæ ab eis sunt illæ, quę ab oriente discoopertę sunt, & à septentrione, & coopertæ ab occidente et meridie. Ex maribus vero prouenit assidue ciuitatibus, quæ sunt eis vicinæ, humiditatis augmentum.[a] Quod si maria fuerint à parte septen-

B trionis, erit hoc adiuuans ad infrigidandum eas propter reuolutionem venti septẽtrionalis, qui in natura sui frigidus existit super aquæ faciẽ. Et si à parte fuerit meridiei, proueniet ex eis grossitiei meridionalis augmentum, & proprie si penetrandi locũ non inuenerit: propterea, q mons sibi in facie resistit: & cũ à parte fuerit orientis, erit humectatio aeris ab eis maior, q̃ si in parte fuerit occidentis. Sol.n. sine cessatione resolutionem augebit quãto plus appropinquauerit: sed in occidentalibus nõ sic efficiet. Ad summum vero ex maris vicinitate prouenit in aere humiditas: postea si fuerint venti multi sibi succedentes, quos non refrenauerint montes, erit aer magis à putrefactione saluus. Quod si venti exsufflare nequierint, erunt putrefactioni præparatæ, & vt humores putrescant. In hac aũt intentione venti, qui sunt meliores, sunt septentrionales, post orientales, post quos sunt occidentales. Et deteriores sunt meridionales. Sermo vero de eo, quod vẽtorum causa generatur duobus modis existit: sermo vniuersalis absolutus, & sermo ſm illud, quod vnicuiq; ciuitati proprium existit. Vniuersalis vero sermo est.[b] Quòd meridionalis ſm plurimas ciuitatũ calidus est & humidus. sed calidus: propterea, q à parte, Solis vicinitate calefacta venit: & humidus: propterea, q plurimum marium à nobis est meridionale: & præter hæc, q sunt meridionalia operatur in eis Sol fortiter, & euaporant ex eis vapores, qui ventis cõmiscentur: & ideo meridionales venti existunt laxantes.[b] Septentrionales vero, sunt frigidi, eo q super montes transeunt, & super

C terras frigidas multarum niuium: & sunt sicci: propterea, q eis non multi associantur vapores, qm̃ resolutio à parte septentrionis fit minus, neq; transeunt super aquas fluidas marinas: sed transeũt secundum plurimum super aquas congelatas, aut super deserta.[b] Et orientales quidem inter caliditatem & frigiditatem sunt temperati: sed fiunt occidentalibus sicciores. Septentrionale nanque orientis minus habet maria, q̃ septentrionale occidentis. Et nos proculdubio septentrionales sumus.[b] Occidentales vero, parum plus sunt humidi: quoniã super maria transeunt: & quia Sol eos suo diuersificat motu: vnusquisq; enim horum duorum. s. Solis, & ipsorum, alteri suo motu quasi contrarius existit. Ideoq; non tantum resoluit eos Sol, quantum orientales resoluit ventos: & proprie, quia maior orientalium exsufflatio est in principio diei: & maior occidentalium exsufflatio est in fine diei. Et ideo occidentales minoris existunt caliditatis, q̃ orientales, & magis ad frigiditatem declinantes. Et orientales maioris caliditatis. licet ambo comparatione ventorum meridionalium & septentrionalium sint temperati. Quandoq; vero in ciuitatibus, ventorum iudicia ſm alias res mutantur. Est enim quandoq; in quibusdam ciuitatibus conueniens, vt venti meridionales frigidiores sint, cum circa eas montes fuerint niuosi meridionales, & conuerterint se venti meridionales ad frigiditatem: ideo, q super ipsos transeunt. Et est cum septentrionales meridionalibus calidiores existunt, cum circa eos deserta fuerint adusta. Sed alsemaim aut sunt venti, qui per

D deserta transeunt valde calida, aut sunt venti de genere fumorum, qui in spatio signa efficiunt terrefaciẽtia similia igni: qm̃ cum sunt graues ibi accidit eis sicut accensio, & combustio: & subtile separatur: & quod graue est, descendit, in quo existunt adustionis, & igneitatis reliquię: quia omnes venti fortes, sicut videtur sapientibus philosophorum, nõ incipiunt nisi à superiori: licet materierum eorum principium sit ab inferiori: principium vero motuum, & exsufflationum, & turbinis eorũ est à superiori. Et hoc aut est iudicium cõe, aut ſm plurimum. Et hæc certificatio in parte naturalis [c] philosophiæ continetur. Et nos quidẽ nunc noiabimus [d] caplm istius modi in locis habitatis. Ciuitatum vero diuersitates sunt ſm terram, qm̃ earum, aliæ sunt lutosæ liberę: aliæ sunt, q̃ sunt petrosæ: aliæ sunt, quæ sunt arenosæ: aliæ sunt, q̃ sunt limosæ fœtentes: aliæ sunt cœnosę paludosę: & aliæ sunt sup quarũ terrã est virtus metallina superãs: & hoc totũ in eius aere & aqua operatur.

A Haly. li. 5. theo. c. 9.

B Haly. li. 5. theo. c. 8.

C Lib. 2. metheor.
D Cap. 11.

De impressionibus aerearum mutationum malarum cursui naturali contrariarum. *Cap. 9.*

E Lib. 4. F. 1. t. 4 c. 1.

MVtationes vero naturam egredientes sunt: [e] aut propter conuersionem in substantia aeris factam: [e] aut propter conuersionẽ in qualitatibus ipsius. Quod vero in eius existit substantia est, vt eius substantia ad malitiam conuertatur, non ideo, q aliqua suarum qualitatum valde fortior facta fuerit ſm augmentum vel diminutionẽ: & hęc est pestilentia.[e] Et est putrefactio,

quæ accidit aeri, similis putrefactioni aquæ stagnantis fœtidæ. Nos nanque cum [a] aerem dicimus, nolumus dicere aerem simplicem nudum: quoniam ipse non est aer, qui nos circundat, & si inuentus fuerit purus, fortasse erit alius. Ipse enim & vnumquodque simplicium nudorum nō putrescunt, sed aut in sui qualitate, aut in sui substantia in aliud conuertitur simplex, sicut aqua conuertitur in aerem. Cum autem aerem dicimus, nolumus dicere nisi corpus sparsum in spatio. Et est corpus commistum ex aere certificato, & partibus aqueis vaporosis, & partibus terreis eleuatis in fumo & puluere & partibus igneis. Et nos neque dicimus illum aerem, nisi quomodo dicimus aquam maris, aut lacuum aquam: licet nō sit aqua pura simplex, sed mista ex aere, & terra, & igne: sed superans in ea est aqua. Hic ergo aer putrescit quandoque, & conuertitur eius substantia ad malitiam: sicut aqua lacunarum putrefit, & conuertitur eius substantia ad eam. Pestilentia autem & aeris putrefactio secundum plurimum euenit in postremo æstatis, & in autumno. Et nos quidem [b] nominabimus accidentia, quæ ex pestilentia in alijs locis proueniunt. Quod vero in ipsius existit qualitatibus, est, vt secundum caliditatem, aut frigiditatem ad qualitatem perueniat intolerabilem, in tantum, vt per ipsum messes, & generatio corrumpantur. Et hæc quidem est, aut conuersio homogenea, sicut rabiositas æstatis, cum fortior sit: aut conuersio contraria, sicut frigoris vehementia in æstate, quæ propter aliquod euenit accidens. Ex aere vero cum mutatur, proueniunt in corporibus accidentia. [c] Cum enim putrescit, putrefacit humores, & icipit humorem putrefacere, qui à corde circundatus est, quoniam ad ipsum propinquius accedit, quàm ad alium. Et si fortiter calesit, iuncturas [d] laxat, & humores resoluit: ergo in siti augmentum præstat: & resoluit spiritum, & deijcit virtutes, & prohibet digestionem: propterea, quod calorem innatum, occultum, resoluit, qui est instrumentum naturæ: & [e] colorem efficit citrinum: propterea, quod humores resoluit sanguineos colorem rubificātes, & quia choleram alios facit superare humores. & cor calefacit calore non innato, & facit humores fluere, & ipsos putrefacit, & defert eos ad concauitates, & membra debilia: & corporibus sanis non est bonus. est tamen cum hydropicis confert, & paralyticis, & patientibus catarrhos frigidos, & alcuzez frigido, & spasmo humido, & torturæ humidæ. Aer vero frigidus calorem innatum ad interiora redire facit, nisi talem adeptus fuerit fortitudinem, per quam ad interiora ingrediatur, hic nanque est mortificans. Aer præterea frigidus non multum tamen, prohibet materierum fluxum, & continet eas, sed facit catarrhum. & debilitat neruos, & tracheam arteriam magno lędit impedimento. Et cum non fuerit fortis [f] digestionem efficiet fortiorem, & omnes occultas operationes efficiet fortiores, & excitabit appetitum. Ad vltimum vero est magis sanis conueniens, quàm aer multæ caliditatis. Sed eius quidem nocumenta sunt ex parte operationum, quæ ex neruis pendent: & ideo, quòd claudit poros, & exprimit illud, quod intus existit in ossibus. Aer vero humidus pluribus cōplexionibus est bonus, & colorē efficit bonum, & cutem claram, & reddit [g] eam mollem, & poros dimittit apertos: sed ad putrefactionem præparat. Et siccus quidem huic existit contrarius.

E A Cap.3.
B Li.4.Fen.1.t.4.c.1.&.2.
F C L.4.F.1.t.4.c.1.
D Cap.6.
E Cap.6. bis
F Cap.6.
G G Cap.6.

De naturis uentorum. *Cap.* 10.

IAm ventorum dispositiones narrauimus in capitulo mutationum aeris nominatione aliqua. Nunc vero in eis sermonem volumus proferre aggregatiuum secūdum alium ordinem, & incipiemus à septentrionali.

De uento septentrionali.

SEptentrionalis [h] corroborat, & [h] indurat, & quæ manifeste fluunt [h] prohibet, & [h] claudit poros, & [h] digestiuam fortem efficit, & [i] stringit ventrem, & [k] prouocat vrinam, & [k] aerem putridum pestilentialem sanat. Cum vero meridionalis septentrionalem præcedit, & sequitur eum septentrionalis, accidit à meridionali fluxus, & à septentrionali expressio interius: & quandoque prouenit inde ruptura ad exteriora. Ideoque multiplicatur tunc fluxus materierum capitis, & pectoris ægritudines. Et ægritudines quidem septentrionales sunt, dolores neruorum, de quibus sunt vesica, & matris, & [l] difficultas mingendi, & [l] tussis, & [l] costarum dolores, & lateris, & [l] pectoris, & [l] horripilationes.

H Halya.li.5. the.c.8. & Hipp. lib.3. apho. 17.
I Hip.3 apho.17.
K Raf.t.3.c.25.
L Hip.li.3. aph.5.

De uento meridionali. H

MEridionalis [m] laxat fortitudinem, & aperit poros, & agitat [n] humores, & mouet eos ad exteriora ab interioribus, & in [m] sensibus efficit grauitatem. Et ipse est ex eis, quæ vlcera corrumpunt, & ægritudinum efficit recidiuationem, & debilitat, & super vlcera, & podagram efficit pruritum, & commouet [n] epilepsiam, & affert somnum, & [o] facit febres putridas, [o] sed non exasperat guttur.

M Hip.li.3. aphorif.17.
N Halyab.lib.5. the.c.8.
O Raf.t.3.c.25.

De orientalibus uentis.

VEnti isti si in postremo noctis & principio diei flauerint, venient ab aere, qui iam temperatus est propter Solem, & subtiliatus, et eius humiditas iam fuit minorata: ideoque sunt licciores & subtiliores. quod si in fine diei & principio noctis flauerint, erit res cōtraria. [p] Orientales tamen vniuersaliter occidentalibus semper existunt meliores.

P Raf.t.3.c.25.

De occidentalibus uentis.

VEnti isti si flauerint in fine noctis et principio diei, venient ab aere in quo Sol operatus non fuit. Spissiores igitur & grossiores erunt. quòd si in fine diei & noctis principio flauerint, erit res contraria.

A *De his, quæ proueniunt ex habitationum locis.* *Cap. 11.*

A Cap. 8.

IN[a] capitulo mutationum aeris, iam nominauimus dispositiones quasdam locorum habitabilium. Nunc vero etiam in eis sermonem volumus proferre compendiosum secundũ alium ordinem: neq; est nobis curañ. si aliquid ex his, quę diximus reiteremus.

Locorum habitabilium iudicia.

B Cap. 8.

C Cap. 8.

D Halya. lib. 5. theo. c. 2.

IAm[b] sciuisti, ꝙ locorum habitabilium dispositiones in corporibus diuersificantur, causa altitudinum, & profunditatum in ipsis: & causa dispositionis eorum, quę eis vicinantur ex maribus, & ex montibus, et dispositionibus terrę ipsius, si sit lutosa, aut paludosa, aut cœnosa, aut si est in ea virtus mineræ, & dispositionis multitudinis aquarum, aut paucitatis earũ, & dispositionis eorum, quæ eis vicinantur, sicut arborum & minerarum, aut locorum sepulturæ, aut cadauerum, aut horum similium:[c] & sciuisti quoniam aerum complexiones ex latitudinibus ciuitatum cognoscunt, & ex terra ipsarum, & ex montium, & marium vicinitate, quam habent cum eis, & ex ventis earum. Et nũc quidem dicemus summatim, quòd omnis[d] aer, qui cito infrigidatur, cum Sol occidit, & cito calefit, cum ipse oritur, est subtilis. Qui vero huic est contrarius, est econtrario. Deinde omnibus aeribus deterior est ille, qui cor constringit, & aeris attractionem angustat. Post hoc diuidemus nunc cuiuslibet loci habitabilis dispositionem.

B *De locis habitabilibus calidis.*

E Raf. lib. 33. cõti. t. 1. c. 1. 479. 1.

LOca habitabilia calida nigrificant capillos & incrispant eos in modum piperis, & digestiuam debilitãt: & cum in eis maxima fuerit resolutio, & minuetur humiditas, cito adueniet senium sicut in terra abisit. Illis nanque, qui ibi morantur, aduenit senium in[e] annis. xxx. & eorum corda sunt timida: propterea, quòd spiritus multum resoluitur. Corpora præterea in locis habitabilibus calidis morantium sunt magis lenia.

De locis habitabilibus frigidis.

F Cap. 9.

IN locis habitabilibus frigidis morantes sunt fortiores, & audaciæ maioris, & melius digerẽtes, sicut[f] sciuisti. Quæ si fuerint humida, erunt ibi morantes crassi, & carnosi, & multa abundãtes adipe: quorum venæ erunt profundæ, & iuncturæ occultæ: & ipsi erunt teneri & albi.

De locis habitabilibus humidis.

IN locis habitabilibus morãtes humidis pulchrarum sunt facierum: Quorum cutes sunt lenes. Et cum exercitantur, cito aduenit eis lassitas. Et eorum æstas non multum calefit, neq; hyems valde infrigidatur. Et eis adueniunt febres chronicę, & ventris fluxus, et sanguinis exitus ex menstruis & hæmorrhoidibus, & multiplicantur hæmorrhoides, & vlcera, & putrefactio, & alcola, & multiplicatur in eis epilepsia.

C *De locis habitabilibus siccis.*

IN locis habitabilibus siccis morantium, exsiccantur complexiones. Et ipsorum offuscantur cutes, vel exsiccantur & scinduntur. Et eorum cerebris cito aduenit siccitas. Et eorum æstas est valde calida. & hyems quidem multum frigida.

De locis habitabilibus altis.

IN locis habitabilibus altis morãtes sunt sani, & fortes, laboris multum patiẽtes: & viuunt diu.

De locis habitabilibus profundis.

IN locis habitabilibus profundis morantes, existunt semper in vmed. i. in calore ęstuoso absque flatu ventorum. & in chemed. i. in tristitia seu mestitia. Et aquæ ipsorum sunt non frigidæ proprie si fuerint stantes, aut lacuneę, aut aquę eorum sunt baurachie existentes in locis aridis adustis, quamuis aquæ ipsorum causa aeris ipsorum sint malæ.

De locis habitabilibus petrosis & discoopertis.

HOrum aeres in æstate sunt valde calidi, & in hyeme multum frigidi. Et eorum corpora sunt dura, & solida: & multorum capillorum, fortia, & iuncturæ manifestæ, & vincit in eis siccitas: & sunt multum vigilantes, & sunt malorum morum superbi, & est in eis bellorum fortitudo, & solertia in artibus, & acuitas.

D *De locis habitabilibus montuosis & niuosis.*

G Raf. lib. 33. cõti. t. 1. c. 1. 478. 3.

IN locis montuosis niuosis morantium, iudicium est sicut aliarum terrarum frigidarum. Et eorum terræ sunt ventosæ:[g] & dum nix moratur, generantur in eis boni venti: sed cum resoluit, si montes habent, qui ventos prohibeant, accidit vmed. i. calor æstuosus.

De locis habitabilibus marinis.

H Raf. lib. 33. cõti. t. 1. c. 1. 478. 4.

HOrum temperantur caliditas & frigiditas propter suę humiditatis ad passionem inobedientiam, & ad recipiendum illud, quod in ipsa penetrat. In humiditate vero & siccitate proculdubio ad humiditatem declinant.[h] Et si septentrionalia fuerint, erunt maris vicinitas, & habitationis profunditas magis temperatæ in eis. Et si meridionalia fuerint calida, erit econtrario.

De locis habitabilibus septentrionalibus.

I Hip. lib. de aere. c. 2. g

HOrum habitabilium locorum hominum iudicium est, sicut iudicium ciuitatum & temporum frigidorum, in quibus multiplicantur exprimendi & constringẽdi ægritudines, & multiplicantur in eis humores in occulto corporis congregati. Et solet in eis esse digestiuę bonitas,[i] et vitæ longitudo, & multiplicatur in eis exitus[i] sanguinis ex naribus propter multam repletionẽ, & resolutionis paucitatem,[i] venæ ergo aliqñ scinduntur.[i] Epilepsia vero nõ eis accidit: ppea, ꝙ

sunt interius sani,& quia calor eorum innatus est multus:quę si acciderit,erit fortis:quoniam non E
eueniet,nisi propter fortem causam.In corporibus præterea eorum cito[a] vlcera sanantur:propter eorum fortitudinem,& sanguinis eorum bonitatem:& propterea,q; exterius non est causa, quæ ea laxet & humectet ea,vel faciat ea fluida.Sed propter vehementiam caliditatis cordium eorum sicut in [a] eis mores leonini.Mulieribus præterea eorum accidit,ne[a] à menstruis perfecte mundentur:quoniam earum menstrua non sufficienti fluunt cursu propter viarum cōstrictionem, & quia non est ibi,quod ipsa faciat currere & laxet.Et propter hoc dixerunt [a] quidam,quòd sunt steriles, quia earum matrices non sunt mundæ:hoc tamen diuersum est ab eo,quod in Turcarum terris vidémus.Ego autem dico,q; caloris innati earum fortitudo æquipotēs est ei,quod minuitur ex causis,quæ fluere faciunt & laxant ab exterioribus.Et dixerūt,[a] q; raro accidit eis,vt abortum patiantur.Et hoc quidem demonstrat,q; virtutes morantium in istis habitabilibus locis sunt fortes. Et partus [a] aduenit eis durus,quoniā membra earum pariendi stricta sunt,& solida.Quod vero abortiuntur,secūdum plurimum fit propter frigus.[a] Earum quoq; lac paucum est & grossum,propter frigus non permittens penetrare & currere.Est etiam cum in hac terra accidit, & præcipue debiles habentibus virtutes,vt mulieribus cuzez,& [a] pthisis: & eis proprie, quæ pariunt, accidit eis pthisis,& [a]{cuzez} frequenter:propterea,q; vehementer se exprimunt ex duritie partus. Venæ ergo,quæ sunt in parte pectoris,scinduntur,& partes aliquot ex neruis & villis. Ex primo igitur F
accidit pthisis,& ex secundo cuzez.[b] Mirach quoq; ventris præparatus est ad scindendum apud vehementem expresionem.Et [b] pueris accidit ramex aquosa,quę ab eis remouetur cum crescūt. [b] Ophthalmia vero raro accidit eis:sed cum accidit est fortis.

A Hip. de aere &c. c. 2. g

A ruptiones et uulsuræ

B Hip ibi. & Hal. li. 5. theo. c. 9.

De locis habitabilibus meridionalibus.

E[c] Orum iudicia sunt iudicia terrarum,& temporum calidorum:plurimum autem aquarū,quę sunt in eis est salsum,& sulfureum.[c] Et capita morantium in illis sunt plena humidis materijs, quoniam meridies hoc operatur.Et eorum [c] ventres sunt soluti,propter illud,quod ex eorum capitibus ad stomachos descendit.Membra [c] quoq; eorum sunt laxa & debilia: & sensus ipsorū graues.[c] Et desideria comedēdi & bibendi debilia,& quolibet vino grauantur,propter quod eorum capita,& stomachi grauia existunt. Vlcera quoq; eorum duriter sanantur & mollificantur. Mulieribus vero accidit [c] multum sanguinis menstrui exitus & non impregnantur nisi cum difficultate.[c] Et frequenter abortiuntur propter multitudinem ęgritudinum earum,& non ab alia causa. [d] Viris quoq; accidit à ventre sanguinis exitus,& [d] hæmorrhoides,[d] & ophthalmia humida,quæ cito sanantur.[d] Senibus vero,qui transeunt quinquaginta annos,accidit paralysis propter eorum catarrhos.Et accidit omnibus eis:propterea, q; sunt eorum capita plena,[d] asthma [d] & tortura, & [d] epilepsia.Et accidunt eis febres in quibus caliditas & frigiditas coniunguntur:& febres[d] longæ, G
hyemales & nocturnæ.[d] Acutæ vero febres parum accidunt eis:propterea,q; eorum ventres multum soluuntur,vnde dissoluitur subtile,quod est in eorum humoribus.

C Hip. lib. de aere c. 2. e

D Hip. d aer. &c. c. 2. f

De locis habitabilibus orientalibus.

C[e] Iuitas,quæ ab oriente est aperta,ei in oppositione posita,est sana & boni aeris.Sol enim in principio diei super eam eleuatur,& aerem eius clarificat:postea recedit ab ea, aere iam clarificato.& exsufflant super ipsam vēti subtiles,quos præmittit ei Sol:deinde ipsemet eos sequitur & conueniunt ipsorum motus.

E Multa hic deficiūt,quæ videre potes in lib. de aere. c. 2. g. h, ab Hip.

De locis habitabilibus occidentalibus.

IN ciuitate,quæ ab occidente est discooperta,& ab oriente cooperta,non venit ad eam Sol, nisi tarde.& illico cum venit ad ipsam,incipit elongari ab ea:quia non ei appropinquando incedit. Non ergo eius subtiliat aerem,neque exsiccat,sed dimittit ipsum humidum grossum.& si ventos ei mittit,mittit eos ab occidente,& in nocte.Iudicia ergo ipsorum sunt iudicia ciuitatum humidæ complexionis,temperatæ caliditatis,grossi aeris. Et nisi esset propter illud, quod ex spissitudine prouenit,aeris eorum natura,veris naturæ similis existeret,Sanitas vero in eis minus existit,q; in terris orientalibus cum diminutione multa.Neque audienda sunt verba [f] eius,qui dicit absolute, q; virtus huius terræ est virtus veris,immo q; ipsa in comparatione ad regionem aliā est bona valde.[f] Quod vero in ea vehementer existit malum,est q; [f] Sol non aduenit ei,nisi postquam iam inualuerit ad calefaciendum clima.Ideo,quia est altus super eam,igitur post frigus noctis ob hoc subito eleuatur.Sed propter humiditatem complexionis aeris eius sunt [f] voces hominum raucæ,& proprie in autumno propter rheumatismos ipsorum.

F Male hic accipit Hip. de aere. c. 2. h H

F Hip. c. 2. h

F Hip. c. 2. a

De eligendis locis habitabilibus,& eis præparandis.

Q[g] Vi loca eligit habitabilia,cognoscere debet terrā ciuitatis, & quomodo existit eius dispositio secundum altitudinem,& profunditatem, & discoopertura, aut coopertura. Et eius aquam & substātiam aquæ ipsius,& dispositionem eius in exitu ipsius, & eius discoperturam,aut s͠m sui occultationem,& ipsius profunditatem.Et si sit ventis exposita, aut in terra profunda.Et debet cognoscere ventos ibi flantes,si sint sani frigidi.Et quid ei sit vicinū ex maribus,& lacunis,& montibus,& mineris.Et debet scire qualis sit terra s͠m sanitatē,& ægritudines: & quæ ęgritudines illic cōmorantibus euenire soleant.Et debet cognoscere illic commorantium fortitudines,& eorū desideria,& digestiuā,& nutrimentorū eorum bonitatem. Et debet scire dispōnem fabricarum eius,seu domorum ipsius,& an sint amplum,spatiosum aut strictum habētes ingressum,

G Hip. lib. de aere aqs & locis. c. 1. c. d

A ingressum, vel introitum, & an fenestras habeat, & vias per quas aer trāspirat suffocatas seu impeditas. Post hoc oportet [a] vt fenestræ, & portæ sint orientales, & septentrionales. Sitq; illud, vnde magis solicitari debes, vt venti orientales structuras ingredi valeant: & vt Sol ad vnumquemq; locum intrare queat, qui ibi existit, quoniam ipse est, qui aerem rectificat. Vicinitas quoq; aquarum dulcium, mobilium, currentium, multarum, & mundarum, & quæ hyeme infrigidantur, & æstate calefiant, & diuersæ ab eis, quæ sunt stantes, est res conueniens, & adiutorium præbens. Et iam quidem locuti fuimus de aere: & locis habitabilibus verbis expositorijs. Nunc autem loqui debemus de causis, quæ ista sequuntur, quæ cum eis numeratæ sunt.

A Ras.lib. 33. cōti. t.1.c.1.477.3.

De eis, quæ proueniunt ex motu & quiete. *Cap. 12.*

MOtus operatio in corpore humano diuersificatur, ideo [b] quod est fortis, aut debilis, aut paucus, aut multus: & propter illud, quod ei ex quiete admiscetur. Et istud quidem apud sapientes est diuisio per se. Et propter illud, quod ex materijs ei associatur seu cum ipso motu mouetur. Et motus quidem fortis, & multus, & paucus, & cum quiete mistus: [b] omnes communicant in hoc, vt calorem efficiant fortiorem. Sed fortis, non multum differt à multo non forti, & à multo quieti admisto, quoniam ipse vehementer calefacit corpus, & si resoluit, parum resoluit. Multus vero paulatim resoluit plusquam calefaciat. [c] Et cum quisque eorum superfluus existit, infrigidat:
B propterea, quod vehementer calorem resoluit naturalem, & etiam exsiccat. [c] quando autem associatur cum materia, plerunque materia illa efficit, quod eius adiuuabit operationem, & plerunq; facit, quod ipsam diminuit: verbi gratia si motus fuerit motus artis fullonum, proueniet ex ea in frigiditate & humiditate augmentum. Et si motus fuerit motus artis ferrariorum, accidet ex ea in caliditate & siccitate augmentum. [c] Quies vero semper est infrigidans propter priuationem viuificationis caloris, & propter constrictionem, quæ est suffocans, & humectans, propter defectum resolutionis superfluitatum.

B Ga.lib.2. de san. tuen.c.8. a
B Gal.ibi.c.9.b
C Halya.li.5. the. c. 12.

De his, quæ proueniunt ex somno & uigilijs. *Cap. 13.*

SOmnus quieti vehementer similis existit. Et vigiliæ, valde sunt motui similes. Ambobus tamen eorū post hoc sunt proprietates, quę sunt considerandæ. Dicemus ergo, q[d] somnus, omnes operationes [e] naturales fortes efficit: propterea, q calorem coarctat inatum, & virtutem laxat animalem: ideo, q spiritus animalis vias humectat, & eas laxat: & quia spiritus substantiam turbidam efficit, prohibitione eius, quod resoluitur. [f] Lassitudinis vero modos omnes remouet, [g] & fortes retinet euacuationes. Motus nanq; omni, quod ad currendum aptum est, currēdi adauget virtutem: nisi sint materiæ, quæ ad partem cutis existant. Somnus.n. quandoq; ad expellendum eas iuuat: propterea, q calorem interius contrahit, & nutrimentum in corpore partitur, & expellit il-
C lud, quod est iuxta cutem, impellendo, quod est elongatū à cute successiua impulsione, ita q illud, quod est iterius expellit, id quod est ante ipsum vel ei oppositum versus cutem. Vigiliæ vero hoc plus efficiunt, licet somnus plus efficiat sudorem, q̄ vigiliæ. & illud, quoniam sudor quem efficit somnus, est fm modum dominij vel dominationis super materiam, & non fm modum resolutionis subtilis continuę, sicut in vigilia. [h] Qui autem in somno multum sudat, nullam habēs causam, nutrimēto plenus existit, quod tolerare nequit. Cumq; somnus materiam inuenit aptam ad digerendum, & maturandū, ad sanguinis naturā, eam conuertit, & calefacit ipsam, & procedit vel spargitur calor per corpus, & calefacit corpus calore naturali. Quod si humores inuenit calidos cholericos, & perdurauerit eius tempus, calefacit corpus calore extraneo. Et si īuenerit vacuitatem, infrigidabit, propter hoc, q resoluit: aut humorem, qui virtuti digestiuæ sit inobediens, infrigidabit propter illud, quod expanditur de eo. Vigiliæ vero huius, totius cōtrarium efficiunt. Cum autem sunt multæ, complexionem corrūpunt cerebri aliquo siccitatis modo, & debilitant ipsum, & commiscent rationem, & adurunt humores, & ægritudines faciunt acutas. Somnus aūt multus huius efficit contrarium. Operatur enim virtutum animalium obtusionem, & capitis grauedinē, & ęgritudines frigidas, & illud est propter illud, quod ipse in resolutione prohibet. Vigiliæ vero desiderium augent, & famem efficiunt, propter illud, quod de materia resoluūt: & de digestiua minuūt,
D propter illud, quod de virtute resoluūt. Et [h] {altemelmel} quidem inter vigiliā & somnum in oībus dispōnibus est mala. [i] Quod autem ex dispōne somni est superās, est quod in ipso calor occultatur, & frigiditas manifestatur: & propter hoc omnibus membris tanta necessaria sunt operimenta, quanta in vigilijs non sunt necessaria. De iudicijs vero somni, & de eo, quod de ipso consideratur, & de ipsius dispositionibus verba multa inuenies in libris, [k] qui sequuntur si Deus voluerit.

D Fē.3.d.2.c.9.
E Ga.lib.1.de cau. symp.c.8.h
F Paul.lib.1.c. 97.
G G.li.de vict.rōne.2.55.c.
H Hippo. lib. 4. apho. 41.
H priuatio stabilitatis seu est inquietudo
I G.lib.2.aphor.1. Hip.li.6. epid. To. 4.c. 14.
K Fē.3.d.2.c.9. & li.3.Fē.1.t.4.c.1. & 4.& li.4.Fen.2.t.1. c.49.

De his, quæ proueniunt ex motu animali. *Cap. 14.*

O[l]Mnia animę accidentia sequuntur, aut eis associanť motiones spiritus īterius, aut exterius. Et istud, aut erit subito, aut paulatim. Et eius motionē ad exteriora sequitur frigiditas eius, quod interius existit. Et qn̄q; superfluit illud, & fit resolutio subito, quare infrigidatur interius & exterius simul, & sequitur eam syncopis, aut mors. Et motum quidē eius ad interiora sequitur frigiditas eius, quod est exterius, & caliditas interior. Et est cum multa coangustatione constringitur, & infrigidatur interius & exterius, & syncopis magna, aut mors sequitur ipsum. Et motus qdem ad exteriora, aut fit subito, [m] sicut fit cum est ira: aut fit leuiter & paulatim, sicut cōtingit cum adsunt delitiæ & gaudium temperatum. Motus vero ad interiora, [n] aut est subito, sicut cū timor adest: aut est leuiter & paulatim, sicut cum adest tristitia. Et suffocatio quidē & resolutio prędictę

L Gal.li.2. de cau. sympt.c.5.c
M G.lib.2.de cau. symp.c.5.fo. 23. d, & li.4.d sa.tu.c.6.a
N G.lib.2. de cau. symp.c.5.e,& li.12. metho.c.5.d, & G. li.2.de cau. sympt. c.5.fo.23.e, & li.4. F.1.t.1.c. 22.

nunq̄ sequuntur,nisi illud,quod subito euenit.Diminutio vero & tabes naturæ nunq̄ sequunt̃, E
nisi quod leuiter & paulatine venit.Cumq; diminutionem dico,intelligo,suffocationē,quę ordi-
natim & paulatim accidit,& non subito.Et cum dico tabes naturę,intelligo resolutionem,quę fit
leuiter & paulatim,& non subito.Et est cum accidit vt in hora vna ad duas moueatur partes,cum
accidens [a] duo concomitantur accidentia sicut alhem. Est enim cum accidit cum ea ira & tristitia:
& diuersificantur duo motus,& [b] sicut verecundia,quia fit prius constrictio ad interiora, deinde
redit ratio & consilium,& dilatat illud,quod est constrictum,& ęgreditur exterius,& rubificat co
lorem.Et est etiam cum corpus patitur propter affectiones animales alias ab istis,quas nominabi
mus,sicut [c] sunt imaginationes animales:ipsæ.n.imprimunt res naturales , quemadmodum acci-
dit,vt puer ei similetur,cuius forma imaginata fuerit ĩ hora coitus: & vt sit eius color propinquus
colori eius,quem viderunt,cum fit casus spermatis.Et istæ quidem sunt res,quas homines crede-
re abhorrent,qui non perscrutantur dispositiones,& ignorant dispositiones existentes . Illi vero,
qui sapientiam diligunt,non negant eas, quemadmodum negant res, quæ esse non possunt . Et
huius quidem generis est motus sanguinis & consecutio eius,qui præparatur ad eum,cũ multum
intentus fuerit ad considerandum res rubeas.Et istius capituli est [d] congelatio dentium : propte-
rea,q̄ alius acredinem comedit.Et inuenire dolores membri:propterea,q̄ tale quale illud dolent
alij cum de eo cogitauerit.Et istius capituli est mutatio complexionis:propterea,q̄ imaginatur de F
re,quam timet ne cadat in eam,aut per quam lętatur.

A G.lib. 2. de cau. sympt.c.5.d.12. ira & timor.
B Ga.ibidē,& lib. 2.de san.tuē.c. 9. b
C Do.1.c. 8. & Fē 1.do. 4.c.2. & lib.3. Fen.1. t.4. c.22.& F.13.t.3. c.5. & Fen 15.t.1.c.6, et Fē.21. c.2.&.c.14. & Gal. lib.de mot. manif. c.67.d.e.h, & li. de ther.ad piso.c.11.e
D Arist.lib.7. proble. 5.

De his,quæ proueniunt ex his,quæ comeduntur,& bibuntur. *Cap.* 15.

Q[e]Vod comeditur & bibitur in corpore humano,tribus operatur modis . Aut.n.in ipso sola
sui qualitate operationem efficit,aut sui materia.Aut operationem facit tota sui substantia.
Et fortasse res,quæ ex his tribus intelliguntur verbis,propinqua erunt ŝm linguę conside
rationem.Sed cum de eis loquimur,intentiones exprimere volumus,quas modo nominabimus.
[f] Sui qualitate agens est illud,quod calefieri solet cum est in corpore hominis,aut infrigidari:& ca
lefacit caliditate sua,aut frigefacit sui frigiditate,ita q̄ non ei assimilatur.Et sui quidem operās ma
teria est illud,quod à sui conuertitur natura,& recipit formam alicuius partis membrorum huma
norum : sed eius materia , licet formam illam recipiat , est tamen cum accidit , vt aliqua suarum
qualitatum,quas habebat,quæ suo modo fortior existit, quàm humani corporis qualitas in ipsa,
remanere eam faciat à principio rei,donec cōpleatur coagulatio & assimilatio:sicut sanguis, [g] qui
generatur ex lactucis,qm̃ in ipso est plus frigiditatis,q̃ sit in complexione hoīs,licet sit factus san
guis,& sit bonus ad hoc,vt membri hoīs pars fiat,& sanguis, qui ex allijs generatur huic existit cō
trarius.Sui vero substantia operans,est forma sui specifica agens, & est illa, qua ipsum est id quod
est,& non qualitate sui, [h] absq; hoc,q̄ corpori simile fiat,aut cum hoc,q̄ corpori fiat simile. Cumq; G
dico qualitatem,vnā quatuor qualitatum intelligo.Qualitate igitur sua operantis materia in ope
re ingressum non habet.Sua igitur operās materia est illud,cuius materia cum de substātia, quam
habebat alteratur,alteratione,quam in ea fecit virtus,quæ est in corpore, restaurat illud , quod ex
eo fuit dissolutum primo,& accendit calorem innatum:propterea,q̄ in sanguine facit augmentũ
secundo.Et est etiam cum operatur suis qualitatibus,quæ remanserunt in ipso tertio.[i] Et sua qui-
dem operans substantia,est illud,quod operatur cum forma sua specifica, quā acquisiuit post com
plexionem,ad quam,cum eius simplicia se commiscuerunt,accidit ex eis res vna pręparans ad re-
cipiendum speciem,& formam additam super illud,quod habent simplicia . hæc ergo forma non
est qualitatis primæ,quas habet materia,neq; est complexio,quæ generatur ex eis, sed est perfe-
ctio,quam acquisiuit materia ŝm aptitudinem,quæ fuit ei acquisita ex complexione,sicut in [k] ma-
gnete virtus attractiua,& sicut natura cuicunq; specierum vegetabilium & animalium.s.illa, quā
habet post complexionem propter complexionis præparationem,& neq; est de simplicibus com
plexionis,neq; ipsamet complexio,quia non est caliditas, neq; frigiditas, neq; siccitas,neq; humi-
ditas,neq; simplices,neq; commistæ,sed est sicut color,aut odor,aut anima, aut alia forma de non
perceptis sensu.Et huic formæ aduenienti post complexionem qñq; accidit, vt sit perfectio eius
passio ex alio,vel pati ab alio,cum fuerit ista forma virtus passiua,& qñq; accidit, vt sit eius perfe- H
ctio agere in aliud,cum fuerit ista forma virtus operandi in aliud.Et cum est agens in aliud,quan-
doq; accidit,vt sit operatio eius,vel actio eius in corpore hominis,& qñq; accidit, vt non sit . Et si
est virtus in corpore hominis agens,aliqñ efficit operationem conuenientem corpori, qñq; ope-
rationem non conuenientem.Tota autem operatio hæc non prouenit ex eius complexione:imo
ex eius forma specifica adueniente post complexionem. Vnde propter hoc vocamus huiusmodi
operationem à tota substantia.s.forma specifica,& non qualitate.s.non aliqua quatuor qualitatũ,
neq; eo quod est earum commistio.Conueniens vero est sicut peoniæ operatio, quæ destruit epi-
lepsiam.Non conueniens autem,sicut virtus napelli,quæ hoīs corrumpit substantiam. Redimus
ergo nunc & dicemus,quia cum dicimus,q̄ res,quæ comeditur,aut qua fit inunctio,est calida aut
frigida,[l] volumus dicere,q̄ est sic in potentia,& non in effectu:& volumus dicere, q̄ est in poten-
tia plus calida,q̃ corpora nostra,aut plus frigida, q̃ corpora nostra. [l] Et cum hanc potentiam di-
cimus,volumus dicere virtutem consideratam in hora operationis caloris, quam nostra corpora
in ea efficiunt.qm̃ cum subiectum ipsius virtutis à calore innato,qui est in nobis patietur, accidet
in ea tunc illud in effectu.Est ēt cum hanc potētiam dicimus,& volumus rem aliā dicere. [l] Et est,
vt sit

E Ga.lib.3.de tpa. c.2.d,& Halya.lib. 5.the. c. 14.
F Gal.c.3.b,&.4.c
G Gal.c.4. a. b.d
H G.li.3.de tpa.c. 2.e,&.c.4.h
I Li.2.t.1.c.1.& li. de vir.cor.t.1.c.10.
K Li.de vir.cor. t. 1.c.10.& G.d ther. ad piso.c.3.g
L G.li.3.de tēper. c.1f

A G.li.1.de tẽper. c.1.c,& li.3.c.1.e

A vt sit potentia cum intentione bonitatis aptitudinis, sicut cum dicimus, ꝙ sulfur est calidũ in potentia.[a] Et est cum dicimus, ꝙ res est calida, aut frigida, & attẽdimus illud, quod in eius cõplexione ex quatuor primis elementis est magis superans, & non consideramus operationem, quam in nostris efficit corporibus. Est etiam cum de medicina dicimus, ꝙ est in potentia sic, cum fuerit eius potentia in intentione habitus, sicut potentia scribæ, qui iam dimisit scribendi operationem, & tamen habet in scribendo potentiam, quemadmodum dicimus, ꝙ napellus in potentia est corrumpens. Inter hoc vero, & primam existit differentia, quia prima, nisi postquam corpus conuersione manifesta ea conuerterit non exeunt ad effectum. istud autem, aut operatur ipsamet obuiatione, sicut venenum viparum, aut per quamlibet conuersionẽ in sui qualitate, sicut napellus. Et inter potẽtias quidem primas, & inter potentiam, quam nominauimus, est aliqua potentia media, quæ est sicut potẽtia medicinarum venenosarum.[b] Præterea dicemus, ꝙ medicinarum gradus iam quatuor positi sunt.[c] Et gradus quidem primus est illud quod cum comeditur & bibitur, & quo fit inunctio, efficit in corpore sua qualitate operationem non perceptam, sicut cum calefacit, aut infrigidat, & non percipitur, neq; sentitur calor, aut frigiditas, nisi postquam reiteratum fuerit, & multũ factum fuerit.[d] Et gradus secundus est, vt sit operatio fortior ista, sed tñ non peruenit ad impediendũ operationes manifeste, neq; cursum earum naturalẽ mutat, nisi per accidens, aut nisi reiteretur, & mul

B G.li.3.meth.c.3. h.a, & lib.5.de fac. medi.c.27.b, &.8. c.1.g

C G.li.5. de facul. med.c.27.b,& li.7. c.1.b.c

D G.ibi.c.27.b,& li.7.c.1.b.c

B tiplicetur.[d] Et tertius quidem gradus est, vt ex operatione eius essentialiter ꝑueniat impedimentum manifestum, sed nondum tamen peruenit ad mortificandum, & corrumpendum.[d] Et quartus est gradus, vt illud ad mortificãdum perueniat, & corrumpẽdum. Et hæc quidem est proprietas medicinarum venenosarum: hoc est illud, quod existit per qualitatẽ. Cum tota vero sui substantia mortificans, est venenum. Dicemus autem [e] denuo, ꝙ totum illud, quod corpori aduenit, quod est ex eis, inter quæ currit agere & pati: aut mutatur à corpore, & non mutat ipsum, aut mutatur à corpore, & mutat ipsum: aut non mutatur à corpore & mutat ipsum. Quod vero mutatur à corpore, & non mutat corpus mutatione, de qua sit curandum: aut conuertitur in similitudinem corporis, aut non conuertitur. Illud autem, quod in eius conuertitur similitudinem, nutrimentũ est absolute. Et illud, quod non in eius cõuertitur similitudinem, est medicina tẽperata. Quod vero à corpore mutatur & ipsum mutat, non est possibile quin, aut si cum mutatur à corpore, mutat corpus, & post corpus mutet ipsum ad vltimum, & destruatur eius mutatio. Aut non fit ita, sed ipsum mutet corpus ad vltimum, & destruat ipsum. Et prima quidem diuisio, aut conuertetur in similitudinem corporis, aut non conuertetur in similitudinem corporis. si in corporis conuertetur similitudinem, erit medicinale nutrimentum: & si in corporis non conuertetur similitudinem, erit medicina absolute. Secunda autẽ diuisio erit medicina venenosa.[f] Illud vero, quod à corpore nullo mo-

E G.li.3.de tẽpera. ca.3.c

F G.li.3.de tempe ra.ca.4.c

C do mutatur, & ipsum mutat, est venenum absolute. Cum autem nos dicimus, ꝙ à corpore nostro non mutatur, nolumus dicere, ꝙ non calefiat in corpore per operationem innati caloris in ipso: immo plurimum venenorum non operatur in corpore, nisi calefiat per operationem caloris innati in ipso: sed volumus dicere, ꝙ nõ mutatur in sui forma naturali: immo nec cessat ab opatione eius, virtute & forma manentibus, donec corpus corrumpat. Et est quidem cum eius natura est calida, & adiuuat tunc suam proprietatem natura eius ad resoluendum spiritum, sicut venenum viperarum & napelli. Et est cum natura eius est frigida, & adiuuat suam proprietatem natura eius ad congelandum spiritum & debilitandum, sicut venenum scorpionis, et alsucharan.[g] Totum vero illud quod nutrit, in fine rei, naturali mutatione corpus mutat: & est calefacere, q̃m cum in sanguinem conuertitur, proculdubio in calefaciendo augmentum præbet, ita vt lactucæ & cucurbitæ calefaciant ista calefactione.[g] Cum vero calefacere dicimus, nolumus calefacere istud: sed illud quod ex qualitate rei prouenit eius remanente specie. Et medicina quidem nutriẽs mutatur à corpore cum sui substantia: & mutatur ab eo cum sui qualitate. Sed mutatio eius est primo in qualitate. Et alia quidem mutatur primo ad caliditatem. quare calefacit, sicut allia. Et est alia, quę mutatur primo ad frigiditatem, quare infrigidat sicut lactuca.[h] Cumq; eius conuersio in sanguinem completur, plurimum operationis eius est calefacere, propterea ꝙ in sanguine augmẽtum efficit. Q̃ñ enim non

G G.li.3.de tempe ra.c.2.a.b.c

H G.li.3.de tempe ra.c.4.e

D calefacit, cum iam facta sit calida, & sua frigiditate se expoliauerit? Sed vnicuiq; earum etiam aliqd innatæ qualitatis associatur post conuersionem in substantia, quare in sanguine, qui generatur ex lactucis aliqua remanet infrigidatio, & in sanguine, qui generatur ex alijs aliqua calefactio, sed est hoc vsq; ad tempus.[i] Medicinarum præterea nutrientium, alia est, quæ medicationi magis existit propinqua: alia est, quæ nutrimento est vicinior.[k] Quemadmodum ipsorum nutriẽtiũ alia sunt, quorum natura vicinior est substãtiæ sanguinis, sicut vinum, & ouorum vitelli, & aqua carnis: alia sunt, quæ parumper sunt longinquiora, sicut panis & caro. & alia sunt, quæ sunt valde longinqua, sicut nutrientia medicinalia.[l] Amplius dicemus, ꝙ nutriens mutat corporis dispositionem qualitate sui & quantitate. Qualiter vero qualitate sui mutet, iam α sciuisti. Quantitate autem, q̃m aut augmentabit, & peruenient ex eo ad nauseatiuam satietatem, & oppilationes, & postea ad putrefactionem, aut minuet & perueniet ex eo ad arefactionem.[m] Sed augmentum in quantitate ex nutriente, semper est infrigidãs, nisi proueniat ex eo putredo, quæ calefacit: sicut[n] enim putredo non accidit, nisi propter calorem extraneum,[o] ita propter ipsam etiã calor accidit extraneus. Dicemus etiam, ꝙ [p] nutriens, aliud est subtile, aliud est spissum, aliud est temperatum.[q] Et subtile quidem, est illud ex quo sanguis generat̃ subtilis: & spissum, ex quo sanguis generatur grossus: Vniuscuiusq; autem

I G.ibi.c.2.c

K G.li.3.de tempe ra.ca.2.c

L G.arte med.85.d

Supra α

M G.li. de cã mor bo.c.3.d

N G.li.2.de diffe. feb.c 9.a

O G.d cau.morb. ca.2.d.e

P Haly. li.5. theo. ca.14.

Q G. de dissoluti. continua.c.2.d.e

autem harum diuisionum,aut est eius nutrimentum multum,aut est paucum.Exemplum subtilis E & multi nutrimẽti est aqua carnis,& vinum,& oua sorbilia calefacta, aut tremẽtia. Ista enim multi existunt nutrimenti:qm̃ plurimum substantiæ ipsorum in nutrimentum conuertitur.Exemplum spissi & pauci nutrimẽti est caseus: & caro salita, & melõgia,& his similia.Res enim, quæ ex eis in sanguinem conuertitur,est pauca.Exemplum subtilis & pauci nutrimenti est iuleb, & olera, quæ in substantia sui temperata existunt,& in sui qualitate.& ex fructibus matiana,& mala granata, & quæ eis similantur.Et exemplum spissi multi nutrimenti,est oua lixa,& caro vaccina. Cuiuscunq; etiam harum diuisionum,aliæ sunt,quæ sunt boni chymi, aliæ sunt, quæ sunt mali chymi. Exemplum subtilis multi nutrimẽti boni chymi, ouorum vitelli,& vinum, & aqua carnis. Exemplum subtilis, pauci nutrimẽti,boni chymi,lactucæ,matiana,& mala granata.Exemplum subtilis,multi nutrimenti,& mali chymi,sicut pulmo & caro aluuahed. Exemplum subtilis pauci nutrimenti,& mali chymi,raphanus,& sinapis, & plurimũ olerum. Exemplum spissi multi nutrimẽti boni chymi,oua lixa , & caro annualis agni. Exemplum spissi multi nutrimẽti mali chymi, caro vaccina,& caro anatis:& caro equina.Exemplum spissi pauci nutrimẽti mali chymi,caro salita.In hac autem summa inuenies temperamentum.

De dispositionibus aquarum. Cap. 16.

AQua vnum existit elementorum:quæ sola inter omnia elementa habet proprium, vt in eo, F quod comeditur & bibitur ingrediatur,[a] non ideo, vt nutriat: sed quia nutrimentum penetrare facit,& eius rectificat substantiam.non autem dicimus, q aqua non nutriat, nisi quia nutriẽs est illud quod est in potentia sanguis:& in potẽtia longiore ista,est pars membri hominis. Corpus vero simplex non conuertitur ad formam sanguineam recipiendam, neq; formam membri humani,nisi componatur.Sed aqua est substantia,[b] quæ adiuuat ad faciendum fluidum cibum, & ad ipsum subtiliandum:& vt cito currat & penetret in venas,& ad loca expurgãtia superfluitates, neq; esse potest absq; hoc auxilio eius,complemẽtum rei nutrimenti.Amplius, aquę diuersificant, non solum in substantia aqueitatis:verum ẽt ſm illud,quod eis admiscetur:& ſm qualitatem,quæ in eis est superans.[c] Aquæ vero,quæ sunt alijs meliores,sunt aquæ fontium.Neq; tñ omnium fontium, nisi fontium terræ puræ,in cuius territorio nulla dispositionum qualitatum extranearum superat, aut aquæ,quæ sunt petrose,quia sunt digniores ne terrestri putrefactione putrescant. Illa tñ, quæ est terræ puræ melior est petrosa,neq; ex omni fonte terræ puræ, sed illa tãtum, quæ præter hoc est currens. Neq; omnis currens,nisi currẽs,quæ est soli & ventis discooperta. hoc nãq; est ex eo, quo currens nobilitatem acquirit.Non currenti vero acquiritur propter discooperturam malitia talis, qualis non acquiritur propter profunditatem & coopertaram. Et debes scire, q quæ super lutum vadit melior est ea, quæ super petras fluit: [d] lutum enim mundat aquam, & aufert ab ea res extraneas sibi admistas,quæ sunt in ea,& colat ipsam:sed lapides non faciũt illud. Oportet autem,vt lutum,per quod transit,sit purum,& non sit lutum fœtidum, neq; baurachium, neq; aliud. Quod si hæc aqua fuerit multa,& forti cucurrerit cursu,quæ propter sui multitudinem,illud, quod ei admiscetur in suam conuertat naturam,& [e] quæ suo cursu ad solem tendat.s.ad orientem, & proprie ad eius æstiuum,erit melior aquis:& quãto magis cum multum à suo elõgabitur principio.[f] Et post hanc,quæ ad septentrionalem vadit.Illa nanq; quæ ad occidentem tendit,& meridiem,est mala,et proprie cum meridionales exsufflauerint venti.[f] Et illa quidem,quæ à locis descendit altis, cũ alijs bonitatibus est melior.Et illa,quæ est[g] cum istis conditionibus,est quasi dulcis,quæ dulcis esse imaginatur:neq; vinum tolerat,vt ex ea sibi admisceatur,nisi parum:& est in pondere leuis: & cito infrigidatur,& cito calefit:propterea q est raræ substantię:frigida in hyeme,& calida in ęstate:in qua nullo modo [h] sapor superat aliquis,neq; aliquis odor,& cito [i] descendit ab hypochõdrijs: & quod in ea coquitur,cito coquitur, & cito dissoluitur. Debes autem scire, q pondus ex experimentis est adiuuantibus ad cognoscendum aquæ dispositionem.[k] Aqua nanq; quæ est leuior,in plurimis dispositionum est melior.Est autem cum cognoscitur pondus per mensuram. Et est cum cognoscitur si in duabus aquis diuersis duo panni,aut duo cocta vnius ponderis madefiant, & postea vehementer exiccentur:deinde ponderẽtur, quia aqua, cuius coctum fuerit leuius, erit melior.[l] Sublimatio præterea,& distillatio aquas rectificat malas.Et si istud nõ fuerit,[m] decoctio rectificat.Aqua enim cocta, sicut testificati fuerunt sapientes,minoris est inflationis,& velocioris descensionis. Et torpidi quidem medicorũ existimant,q aquæ coctæ subtile resoluatur,et ipsius remaneat spissum: vnde in coquendo ipsam non existit iuuamentum,qm̃ spissitudinem in aqua augmentat.Scire autem debes,q aqua in suæ aqueitatis diffinitione,existit ex partibus in subtilitate, & spissitudine similibus,quia est simplex: sed non inspissatur, nisi propterea q frigoris qualitas super eam præualuit,aut propter fortẽ terrestrium partium cõmistionem, quæ ob hoc q sunt paruissimæ,ab ea nequeunt separari,neq; descendere in ea,quia non sunt tante quantitatis,vt cõtinuitatem aquę scindere valeant,& in ea descẽdere ob multam paruitatem. Oportet ergo, vt eis accidat cõmistio cum substantia aquæ. Post hoc decoctio spissitudinem remouet:quæ propter frigus accidit primo: deinde partes aquæ vehementer rarificat, donec fiat subtilioris substantiæ, vt possint ab ea separari partes graues terrestres in eius spissitudine retentæ, & scindant, seu rumpant eam descendentes: & propter descensum ab ea separẽtur,& remaneat aqua,puræ,& simplici propinqua:& erit illud, quod propter vaporationem fuit separatum homogeneum ei,quod remansit. & non lõginquum ab eo:

A G.li 3. de vic.ratio. 17.f, & li. 4. de v.p.c.5.c
B Halya. 5. theo. c.29.
C G.li.1.de san.tu. c.11.h, Hip. de aere & aquis.c.3. c
G D Aeti. li. 1. ser.3. c. 165. Gal. de bonit.aquę.a
E G.li.1.de sa.tuẽ. c.11.h. Hip. ibi.
F Gale.de bonita. aquæ. e
G G.li. de ptisana. c.2.a,& Hip. de lo. aquis.c. 3. c astr.
H G.1.de sa. tuen. c.11.h
I Gal. ibi. & de ptisana.c.2.a
K Hip. li. 5. apho. 26.& Gal. de ptisana.c.2.a
H L Fen.3. do. 5. sũ. 1.c.7.
M F. 3. do.5. sũ.1. cap.7.

A ab eo: quia cum aqua à commisto separatur, eius partes in subtilitate similātur: neq; multum interest inter eam, quæ subleuaẽ, seu euaporat: & illam, quæ remanet: [a] decoctio ergo non subtiliat aquā, nisi propterea, quia aufert spissitudinem frigoris, & quia facit quod ei cōmistum est, descēdere. Et huius quidem significatio existit, qm̄ cum aquæ grossæ dimittuntur longo tempore, non descēdit ex eis res de qua sit curandum: sed cum coquuntur, illico descendit ex eis res multa: & fit aqua, quę remanet in pondere leuis & clara. Et descensionis quidem causa, est subtilitas, quæ ex decoctione acquiritur. Nonne vides, ꝙ aquæ magnorum fluminum, sicut fluminis Gion, & præcipue illę, quę in parte postrema eius, vel remota parte ab origine eius sumuntur, illico cum sumuntur, vehementer sunt turbidæ, & postea in breui tempore in vna recessione subito ita clarificantur: ꝙ si alia vice residere faceres, non descenderet ex eis res, de qua esset curandum. Sunt autem [b] qui aquam Nili maxima laude extollunt, & eius bonitates in quatuor comprehendunt, in longitudine manationis eius, & bonitate locorum per quę vadit. Et quia in cursu suo à meridie tendit ad septētrionem, subtilians illud, quod in ipso currit ex aquis. In multitudine vero sui, aliæ cōmunicant ei. In aquis autem malis si quotidie eas de vno vase in alio mutares, quotidie manifestā videres descēsionem, sicut in primis. Et præter hoc non descendit ex eis, quod descēdere consueuit nisi paulatim, & non cito, & cum hoc non perfecte clarificantur. Et huius quidem causa est, ꝙ cōmistiones terrestres le-

B uiter à substantia subtili descendunt, in qua nō est grossitudo, neq; viscositas, neq; vnctuositas: sed à spisso non tam facile descendunt. Amplius decoctio substantiæ acquirit subtilitatem, & post decoctionem cōcussus. Ex aquis quoq; laudabilibus sunt aquæ pluuiæ, & præcipue illæ, quæ in ęstate eueniunt, & ex nubibus cum quibus accidunt tonitrua. Turbidatio autem vaporis, vnde generantur venti maximi cum nubibus venientes, turbidat nubes, ex quibus venit pluuia, ideoq; eius substantia est falsa & non pura. Sed tñ aquæ pluuiali cito [c] aduenit putredo, licet sit aqua melior, propterea ꝙ est valde subtilis, & quia in ipsa corrumpens terreum & aereum cito operatur: & fit eius putredo causa computrescendi humores, & impedit pectus, [d] & vocem. [d] Quidam autem dixerunt huius causam esse, quod aquæ pluuiæ generantur ex vapore, qui fuit ex humiditatibus diuersis sublimatus, vel eleuatus. Sed si hoc esset causa, aqua pluuiæ vituperabilis esset, & non laudabilis: sed non est ita: immo propter multam suæ substantiæ subtilitatem, qm̄ omnis subtilis substantia plus recipit passionem: ꝙ si festine aqua pluuiæ ebullierit, eius receptio putrefactionis minuetur. Acetosa quoq; cum comeduntur, tunc cum necesse fuerit vti pluuiali aqua, opponuntur putrefactioni, & ab impedimento eius securitatem faciūt. Puteorum vero aquæ, & aquæductuum sunt malæ comparatione aquarum fontium: sunt [e] enim aquæ cōstrictæ, permistæ terrestreitatibus longo tempore: ideoq; esse non potest, quin in eis aliqua sit putrefactio, qm̄ extractæ fuerunt, & com-

C motæ virtute cogente, & non virtute, quæ fit in eis declinante ad hoc, vt manifestentur, & expellātur, sed non fit illud nisi ingenio, & arte: quia via propinqua eis fuit adhibita ad exitum ad extra. Et eis tamen illæ sunt deteriores, quibus ex plumbo viæ factæ fuerunt: qm̄ ex eius virtute aliquid assumunt, & frequenter ad dysenteriam ducunt. Aqua autem paludis deterior aqua putei existit, quoniam aqua putei bonificatur cum manatione, propter illud quod extrahitur de ipsa, et id quod scaturit loco eius vnde perdurat eius motus: & non multum moratur in cōstrictione, neq; manet in foraminibus vnde manat, longo tempore. Aqua vero paludis, propterea ꝙ longo tempore moratur in foraminibus terræ putrefacientis, & eius motus in manando & egrediendo est motus tardus, qui nō prouenit ex fortitudine suę expulsionis, sed propter multitudinem materiæ ipsius: neque est nisi in terra corrupta & putrida. Niuosæ vero aquæ, & glaciales sunt grossæ. Et aquæ stantes, in quibus cannæ palustres oriuntur præcipue discoopertæ malæ sunt, & graues, quia [f] in hyeme non infrigidantur, nisi propter niues, ideoq; generant phlegma, & calefiunt [f] in æstate propter solem, & propter putrefactionem vnde generant choleram. Et propter spissitudinem quidem ipsarum, & commistionem terrestrium cum eis, & propter resolutionem subtilis [f] earum generantur in eis, qui eas bibunt ægritudines splenis, [f] & eorū mirach subtiliatur, & interiora ipsorū ingrossantur, & eorū extrema macrescunt, [f] & humeri, & colla: & comedendi [g] desiderium superat in eis,

D & sitis, & constringuntur eorum ventres, & difficile vomere possunt. & est etiā cum perueniūt ad [g] hydropisim: propterea ꝙ aquositas in eis retinetur. & est cum perueniunt [g] ad apostema [g] pulmonis & splenis, & ad [g] dysenteriam, & ad lubricitatē intestinorū. & siccātur eorum pedes & manus: & ipsorum hepata debilitantur, [g] & nutrimētum eorum minuitur propter splenem: & [g] generantur in eis stultitia, & hæmorrhoides, & varices, & apostemata laxa, & proprie in hyeme: & [g] mulieres duriter imprægnantur, & cum [g] difficultate pariunt, & [g] pariunt pueros apostemosos, & frequenter fit in [g] eis mola, & impregnatio mendosa: & eorum [g] pueri sæpe patiuntur ramicē, & magni [g] varices, & [g] crurium vlcera: neq; eorum plagæ sanantur: & accrescit eorum desiderium, & soluuntur duriter. Et fit cum nocumento, & vlceribus viscerum, & [g] quartanis abundāt, & in [g] senibus febres fiunt adurentes, propter siccitatem naturarum ipsorum, et ventrium. Aquæ vero non currentes quocunq; modo fuerint stomacho nō conferunt. Et iudicium quidem eius, quæ ex fontibus hauritur, est propinquū iudicio aquæ stantis non currentis: Est tñ melior aqua non currente: propterea ꝙ non longo tempore in vno moratur loco: & cum nō currit, proculdubio aliqua in ea existit grauitas. Et fortasse in multis earum existit stypticitas, & cōuertuntur cito ad calefaciēdum in ventre, ideoq; non sunt vtiles febres habentibus: & illis in quibus cholera superat. In ægritudinibus

A F.3.doc.5.sū.. c.7.& G.cō.4.in.6. Hip. de vulg.mor. 10.d

B G. de boni.aq̄.e

C Hip.lib.de aere, & aquis.c.4.e

D Hippo ibi.f, & Ras.li.vlt. cōti.t.1. c.70.fol.72.

D Hip.ibi.e

E G.de boni.aq̄.d

F Hip.ibi.c.3.a

F Hip.ibi.b

G Hip.de aere aqs. ca.3.b

nibus vero, in quibus retentio & maturatio sunt necessariæ, sunt meliores. Aqua præterea quibus substantia admiscetur metallina, aut eius simile, & aquæ sanguisugales, omnes malæ sunt. In quibusdam tamen earum existit iuuamentum. Illa enim in qua virtus ferri superat, iuuamētum præstat ad hoc, vt [a] interioribus fortitudo tribuatur, & vt aldarab prohibeatur, & vt excitentur, vel cōmoueantur virtutes appetitiuæ omnes. Et nos quidem eius dispositionem nominabimus, et eius, quæ est qualis ipsa, post. Nix vero & aqua glacialis cum munda fuerit, & non commista alij rei virtutem habenti malam, siue soluatur, & fiat ex ea aqua, siue cum ea de foris infrigidetur aqua, siue ipsa mittatur in aqua, erit bona. Et suarum quidem diuisionum dispositiones non diuersificantur diuersitate multum extranea, sed est spissior q̄ omnes aquæ, & nocet dolores habentibus neruorum, sed cum coquitur ad bonitatem redit. Quod si aqua glacialis ex aquis malis fuerit, aut fuerit nix virtutem contrahens malam, & extraneam à locis in quibus cecidit, erit melius, vt cum ea infrigidetur aqua exterius prohibendo ipsam à permistione eius. Aqua præterea temperatę quātitatis frigida sanis melior est aqs oībus, licet neruos impediat: & apostema in interioribus habētes lędat. & est ex eis, quæ appetitum excitant, & stomachum fortem efficit. Aqua vero calida digestionem corrumpit, & facit natare cibum, neq; illico extinguit sitim, & est cū ad hydropisim adducit, & hecticam, & consumit corpus. Aqua autem calefacta cum fuerit [b] tepida, facit nauseam, & cum fuerit calidior, [b] q̄ hæc, & in ieiuno bibita fuerit, multoties stomachum lauabit, & [b] ventrem soluet: eam tamen frequenter [b] bibere est malum, quia stomachi debilitat virtutem. Illa vero, quæ multum est calefacta, qn̄q; colicam resoluit, & ventositates soluit. [c] Et illi quidem, quibus aqua calida arte iuuamentum præstat, sunt epilepsiam habētes, & melancholiam, & capitis dolorem frigidum, & asthma, & ophthalmiam, & bothor in gutture, & gingiuis. & apostema post aures habentes, & rheumatismos, & vlcera in diaphragmate, & imparis solutionem in parte pectoris. Menstrua præterea prouocat, & vrinam, & dolores sedat. [d] Aqua vero salsa macrescere facit, & exiccat. & primo soluit ventrem per vim abstersiuam, quæ in ea existit. [d] Postea restringit ventrem in fine, propter siccitatem, quæ est in eius natura: & corrumpit sanguinem: ergo [d] pruritū generat & scabiem. [e] Aqua vero turbida lapidem generat & oppilationes. Ideoq; post ipsam, res comedenda est prouocatiua, licet ventrem habenti plerunq; conferat ipsa, & omnes reliquæ aquę grossæ & graues propterea, q̄ in eius ventre tenentur, neq; cito descendit. Ex cuius quidē theriacis existunt res vnctuosæ & dulces. Aqua autem salis ammoniaci ventrem resoluit, si in ea sederint, aut ex ea biberint, aut ex ea factum fuerit clystere. Aquę præterea aluminosæ [f] menstruorum superfluitatem currere nō permittunt, neq; [g] spuere sanguinem, & prohibent illud, quod de [g] hæmorrhoidibus egreditur, sed corpora, quæ febribus sunt apta, fortiter ad eas perducunt. Et ferreæ quidem splenem resoluunt, & non coire valentes adiuuant. Aereæ vero [g] corruptioni complexionis vtiles existunt. [h] Cumq; aquę diuersæ, & bonæ & malæ cōmiscebuntur, fortior superabit. Et nos quidem declarabimus regimen aquarum corruptarum in [i] capitulo de regimine iter agentium. Et quod de iudicijs aquæ, & suis proprietatibus, & modis suarum proprietatum remansit, in [k] capitulo aquæ, quod est in medicinis simplicibus, nominabimus si Deus voluerit.

E A Haly.5. theore. ca.29.
B Haly.5. theoca pi.29.
F C Opposi.li.2.t.1. c.59. & Ras.vlt.cōti.t.1.c.70. de aqua tepida omnia dicit. fo.6.1.
D Haly.li.5.theo. c.29.
E Li.2.t.2.c.59 & Haly.5.the.c.29.
F C.19. & li.2.t.1. ca. 59. & Haly. ibi.
G C.19.& li.2.t.1. c.59.
G G C.19.&Haly.ib.
H Hippoc.de aere aquis.ca.5.g
I F.3.d.5.f.1.c.7.
K Li.2.t.2.c.59.

De eis, quæ proueniunt ex retentione & euacuatione. *Cap.* 17.

R[l]Etentio eius, quod naturaliter euacuari debet, aut est ex debilitate virtutum expulsiuarū, aut ex fortitudine virtutis retentiuæ: & retinetur ab ea, aut propter debilitatem virtutum digestiuarum, vnde elongatur mora rei in receptaculo, ideo q̄ retinēt eam ibi virtutes naturales, donec digestio compleatur: aut propter viarum coangustationem: aut ꝓpter oppilationes, quæ sunt in eis: aut propter grossitudinem materiei, aut propter ipsius viscositatem, aut propter eius multitudinem, quam expulsiua nequit superare, aut propter [m] defectum sentiēdi illud, quod necesse est expelli, si fuerit quandoq; adiuuans in expellendo virtus voluntaria. quēadmodum accidit in colica & icteritia, aut quia virtutes naturales ad aliam partem tendunt, sicut in crisibus accidit retentio vrinæ, aut stercoris: propterea q̄ euacuatio cretica est in parte altera. [n] Cūq; retentio eius quod euacuari debet, acciderit, prouenient inde ægritudines, aut ex capitulo ægritudinum compositionis, & sunt oppilatio, & laxitas, & spasmus humidus, & quæ sunt ei similia: aut ex capitulo ægritudinum complexionis, & sunt putredo, & caloris innati coarctatio, & ipsius in igneitatem conuersio, & caloris innati extinctio, ex prolixitate coarctationis, aut eius fortitudine: quapropter eam frigus sequitur, & dominium humiditatis super corpus. Cōmunes vero ægritudines sunt receptaculorum fissura, & eorū disruptio. Nauseatiua satietas quoq; est vna ex causis deterioribus harū ęgritudinum, & proprie cum euenerit, postquam consueuit euenire vacuitas, [o] sicut accidit in multa saturitate in annis fertilitatis post superfluam famem, & in annis sterilitatis. Ex ægritudinibus vero compositis, sunt apostemata & bothor. [p] Euacuatio autem eius, quod debet retineri, est, aut ꝓpter fortitudinem virtutis expulsiuæ, aut propter debilitatem retentiuæ, aut propterea, q̄ materia nocet grauitate propter sui multitudinem, aut distensione propter ventositatem, aut mordicatione propter acuitatem, & adustionem eius, aut propter materiei subtilitatem, quare fit, vt ipsa quasi sit fluida per se. vnde ad expellēdum fit facilis. Est etiam cum ipsam viarum iuuat amplitudo, quemadmodum accidit in fluxu spermatis, aut propterea, q̄ in longitudine scinduntur, aut incidūtur in latitudine, aut quia earum aperiūtur orificia, sicut accidit in exitu sanguinis ex naribus. Et est cum accidit hęc largitas propter causam, quę exterius accidit, aut interius. Cumq; euacuatio eius, quod

L G.li.de differēt. sympt.c.6.e.f, & li. 1.de san.tuē.c.13.a. b.c.d
M G.3.de cā symp pto.c.2.d
N Haly.li.5.theo. ca.37.
H
O F.3.do.2.c.7. & G.2. de vict. rōne. 53.g
P G.3. de cā symp. ca.2.c.d

retineri

A retineri debet, acciderit, prouenier propter ipsam complexionis frigiditas propter euacuationem materiei, quæ erat apta ad accendendum, ex qua calor nutritur innatus.[a] Et fortasse prouenier inde calor complexionis, cum illud, quod euacuabitur, complexionis fuerit frigidæ, sicut phlegma, aut fuerit circa æqualitatem complexionis, sicut sanguis, quia dominabitur calidum superfluum, sicut cholera & calefaciet. Et ex ipsa quidem semper accidet siccitas essentialiter. Et est cum ex ipsa prouenit humiditas fm considerationem, quam nominauimus in accidẽtalitate caliditatis. Et hoc est cum humor siccans euacuabitur non superflue, aut propter caloris innati defectum, qñ nutriẽs perfecte digerere non valet, vnde phlegma accrescit: hæc tñ humiditas complexioni non confert innatæ, neq; est ĩnata sicut calor ille non est innatus. immo ad omnem euacuationem superfluam, sequitur frigiditas & siccitas in substantia membrorum, & in eorum natura: licet alicui ipsorum calor accidat extraneus, & humiditas non bona. Et quandoq; ad euacuationem superfluam sequuntur ægritudines instrumentales, sicut oppilatio propter superfluam etiam venarum siccitatem, & propter earum coarctationem. Et sequitur eã spasmus, & cuzez. Retentio vero & euacuatio, quæ sunt moderatæ. s. illæ, quæ in hora proueniunt, qua est necesse, conferentes sunt, & vitam cõseruantes sanam. Et iam quidẽ locuti fuimus de rebus, quæ sua generalitate sunt necessariæ, licet sit cum plurimum suarum specierum non est necessarium. Nunc ergo ad alias causas procedamus.

A Li.3.F.22.t.2.capi.7.

B *Sermo uniuersalis de causis, quæ casualiter corpori accidunt, & non sunt necessariæ, neque impedientes.* *Cap.* 18.

LOquamur nunc de causis non necessarijs & non impedientibus. Et sunt, quæ sua generalitate non sunt naturales, neq; naturæ contrariæ. Et istæ quidẽ sunt causæ corpori obuiantes præter aerem, qui est necessarius: sicut balneatio, fricandi species, & aliæ. Incipiemus autẽ & dicemus, q causæ, quæ in corpore hominis sunt agentes exterius propter obuiationem, duobus operantur modis. Operantur enim in ipso, aut penetratione illius, q ex eis est subtile in poris propter virtutem profundantem penetrantem, quæ est in ipsis. Aut quia membra sibi attrahunt eas per poros suos. Aut ideo, q vnum istorum ab altero iuuatur. Alter vero modus est, vt nulla operentur commistione, sed qualitate pura conuertente corpus. Et istud quidem, aut ideo, q hæc qualitas, aut est in actu, sicut linimẽtum infrigidatum in actu, quod infrigidat: aut emplastrum calefactum in actu, quod calefacit: aut est propterea, q qualitas hæc est in potentia, sed calor innatus, qui est in nobis commouet virtutem agentem in ea, & adducit ipsam ad actum, aut propter proprietatem. Sũt autem ex rebus, quæ obuiando mutant, & cum ingrediuntur corpus non mutant,[b] sicut cepæ cũ exterius ad modum emplastri corpori superponuntur, vlcerant, sed interius receptę non vlcerãt. Et sunt ex rebus aliæ, quæ ad hoc contrariæ huic existunt, sicut cerussa, quæ cum bibitur, vehementer C mutat, sed cum ex ea fit linimentum, nihil ex hoc operatur. Et ex eis sunt, quæ operantur duobus modis simul. Et causa quidem diuisionis primę est vna sex causarum, quarum [b] prima est, q cum tale aliquid quale cepę ingreditur corpus, virtus digestiua incipit frãgere ipsum, & cito mutat eius complexionem, & debilitat eam, & non dimittit eam incolumen tanto tempore, vt in tali quale illud possit efficere suam operationem, & interius vlcerare.[b] Et alia est, q fm plurimum comeditur mista cum re alia.[b] Et tertia est, q cõmiscetur in receptaculis nutrientis alijs humiditatibus, quæ ipsam submergunt, & eius frangunt fortitudinem.[b] Et quarta est, q cum est exterius in vno ponitur situ, sed interius non quiescit se mouẽdo.[b] Et quinta est, q exterius multum stricte tenetur: sed interius tangit non adhærendo.[b] Et sexta est, qm̃ cum est interius, preparationem eius ipsa virtus naturalis regit, & cito eius expellit superfluitatem, & bonum in sanguinẽ conuertit. Eius vero, quod ex cerussæ dispositione diuersificatur causa est, quia cerussa est grossæ naturæ, & grossarũ partium, quapropter cum est deforis non penetrat in poros: & si penetrat, non peruenit ad poros spiritus, neq; ad membra principalia: sed cum comeditur est res huic contraria. Et etiam natura venenosa, quæ est in ea, non efficit impressionem, nisi impressione superflua à calore innato, qui est in nobis, in ea: & hoc quidem non acquiritur ipsa obuiatione extrinseca. Et nos fortasse reiterabimus tibi in [c] libro de simplicibus medicinis verba modi istius.

B Li.2.t.1.ca.1.& Gal. li 3. de tẽpera. ca.3.g.a

B G.ibi.h

C 2.t.1.ca.1.

D *De eis, quæ proueniunt ex balneatione, & statione ad Solem.* *Cap.* 19.

QVidam ornate loquentium dixit. Ex balneis melius est, cuius fabrica est antiqua: & cuius aer ampliatur: & cuius aqua est dulcis. Et alius addidit, vt balneator ignem suum mensuret fm complexionem eius, qui ipsum vult ingredi. Debes autem scire, q operatio naturalis balnei est calefacere suo aere, & humectare sui aqua. Et [d] prima causa est infrigidans, & humectans. Et secunda, calefaciens & humectans. Et tertia, calefaciens & desiccans. Et neq; attẽdenda sunt verba illius, qui dicit, q aqua non humectat membra radicalia cum bibitur, aut cum ei obuiatur. Sed plerunq; ex balneo post illud, quod α nominauimus de suis impressionibus & mutationibus, aliæ accidunt mutationes: quarum [d] quædam sunt per accidẽs, & quædam sunt per essentiam. Est nanq; cum accidit balneo, vt suo infrigidet aere, propterea, q multum caloris resoluit innati, & vt membrorum etiam substantias exiccet, propterea q vehementer humores resoluit naturales, licet extraneos augeat humores.[e] Cumq; eius aqua multæ est caliditatis, cutis ex ea horripilatur, & inspissantur eius pori. Quare ex eius humiditate nil vadit ad corpus, neq; bene resoluit. Est tamen cum eius aqua calefacit, & est cum infrigidat. Sed eius quidem calefacere est, ideo q multum est calida: & cum ipsius calor paruus est minor q̃ tepidæ, infrigidat & humectat: & cũ coarctatione cum fuerit

D G.10.meth. capi.10.e, alter.

Supra α

E G.li.7.meth.ca.6.f, & li.3. d̃ san.tu. cap.8.e

fuerit frigida, quia coarctat caliditatem acqsitam ex eius aere, & aggregat ipsam in visceribus, cum obuiauerit corpori ipsa existente frigida. Eius vero infrigidare, erit cum in ea aliqui se multum balneauerint. Duobus nanq; infrigidat modis, vnus est, qm̄ aqua naturaliter est frigida, quare infrigidat in vltimo res, vel in fine rei, [a] licet calore accidentali calefaciat, qui non permanet, sed tollitur, & remanet operatio naturalis propter illud, quod ex aqua penetrauit in corpus, & est infrigidatio: & etiam, quia aqua siue sit calida, siue frigida, est humida: ideo cum multum humectauerit calorē constringit innatum propter multam sui humiditatem, & extinguet ipsum & infrigidabit. Est etiam cum balneum resolutione calefacit, cum inuenit nutrimentum quod non fuit digestum, aut inuenit humorem frigidum, qui non fuit maturatus. Illud enim digerit, & hunc maturat. Est præterea cum ingrediuntur balneum ipso sicco, & exiccat: & confert hydropisim habentibus, & dispositionem similem cachexiæ. Et est cum ingrediuntur ipsum eo humido, & humectat. Est etiam cum in ipso diu morantur, & exiccat propter resolutionem & sudorem. Et est cū in ipso parum morantur, & humectat, cum corpus ab eo exuccet, seu recipiat ab eo, antequam egrediatur sudor. Et est cum balneum ingrediuntur [b] ieiuni, & vacui, & vehemēter exiccat, & macrescere facit, & debilitat. [c] Et est cum ipsum ingrediuntur illico post saturitatem, & impinguat, ꝑpterea ꝙ materiam ad exteriora trahit corporis. [d] Verūtamen oppilationes efficit, propterea quod sui causa à stomacho, & ab hepate nutrimentum ad membra trahitur non coctum. & est cum in fine primæ digestionis, & antequam adsit vacuitas ingrediuntur, & confert, & impinguat mediocriter. Qui autem balneum ingrediuntur propterea, vt humectentur, sicut hecticam patientes faciunt, debēt in aqua mergi, nisi debilitentur, & postea [e] ex oleo inungi, ideo, vt in humectatione fiat augmentum, & vt teneatur aqueitas, quæ in poris penetrauit, & constringatur inter cutem, & non longa ibi moretur mora, & locum eligant temperatum, & in balnei terra multam proijciant aquam: ideo vt vapor multiplicetur, & aer humectetur, & à balneo deferātur sine solicitudine & labore, qui eis accidat, [e] sed deferatur super lecticam seu sbaram, & odorent illico cum egrediuntur ex bene redolentibus frigidis, & dimittantur in domo, in qua homines denudātur hora vna, donec eis attractio aeris temperata ad eos redeat, & ad potandum tribuatur eis parum ex humectantibus, sicut aqua hordei, & lac asinę. Quod siquis eorum multam in balneo facit moram, timetur ne superueniat ei [f] syncopis, propterea ꝙ calefit cor, & cōmouetur primo nausea. In balneo præterea cum multis eius iuuamentis adsunt nocumenta. Facit enim superfluitates ad membra, in quibus est debilitas leuiter descendere: & laxat corpus, & impedit neruos: & resoluit calorem innatum, & comedendi desideriū deijcit: & coeundi debilitat virtutem. Balneum quoq; naturale differentias habet à parte aquarum, quæ in ipso fluunt. Si enim fuerint nitrosæ, aut bituminis iudaici, aut sulfureæ, aut cineritiæ, aut salsæ, natura, aut ingenio. s. ꝙ in eis aliquid apponatur, aut in eis coquatur, sicut staphisagria, aut sicut baccæ lauri, aut sicut sulfur, aut his similia, resoluent & subtiliabunt & auferent alterhel, & alterbel, & prohibebunt descensionem ad vlcera, & conferunt habentibus venam medini. Aereæ vero aquæ, & ferreæ, & salsæ etiam, iuuant in ægritudinibus, quæ sunt ex frigiditate & humiditate, & in doloribus articulorum, & podagræ. Et conferunt laxitati, & asthmati, & [g] ægritudinibus renum, & fracturæ restaurationem fortem efficiunt, & conferunt carbunculis & vlceribus. Et æneæ quidem ori conferūt, & vuulæ, & oculo laxo, & humiditatibus auris. [h] Ferreæ vero stomachum iuuant, & [i] splenē. Et nitrosæ quidem & salsæ capitibus & pectori auxilium præbent, quæ materias recipere solent. [k] & conferunt stomacho humido, & habentibus hydropisim, & inflationem. Aquis aluminosis et attramentalibus balneari [l] confert sputo sanguineo, & [m] egressioni sanguinis ab ano, et [n] mēstruis, & conuersioni ani, seu egressioni ani, vel ficteris, & aborsui absq; causa, & cachexiæ, & multo sudori. Sulfureæ vero aquæ neruos mundificant, & dolores distensionis, & spasmi sedāt, & corporis superficiem à bothor, & vlceribus malis antiquis, & signis violaceis mundificant, & à panno, & morphea, & albaras, & resoluunt superfluitates ad iuncturas, & splenem, & hepar descēdentes, & matricis duritiei conferunt, sed stomachum laxant, & desiderium deijciunt. [o] Aquæ autem bituminis Iudaici caput eius, qui in eis balneatur, replent. Ideoq;, qui in eis balneatur, caput in ipsis ponere non debet, & in eis tempore post tempus eorum calefiunt complexiones, & proprie matrix, & vesica, & colon. Et ideo omnes sunt malæ & graues. Qui autem in thermis voluerit balneari, oportebit, vt balneetur in eis quiete, & suauiter, & ordinatim, & non subito. Et nos fortasse reiterabimus in [p] capitulo de conseruatione sanitatis sermonem de esse balnei, & continuandum erit, quod ibi dicemus ei, quod hic ante dixerimus. & similiter loquemur [q] cū de potu aquę frigidę tractabimus.

E ... F ... G ... H

A G.li.1. de cōpo. med.c.6. h, pgña.
B F.3.d.2 c.5.
C F.3.d.2. ca.5. & Ras.t. 4.ca.18.&li. 4.F.7.t.4.c.2.
D G. 3. de vict.ratio.55.g
E G.li.10. metho. cap.10.h, & li.7.capi.6.c
F Ras.t.4.c.18.
G Li.2.t.2.c.59.
H Li.2.t.2.c.59.
I Li.3.F.15.t.2.c.7
K Li.2.t.2.c.59.
L Cap.16.& lib.2. t.2.c.59.
M Cap.16.
N Ca.16.& li.2.tr. 2.ca.59.
O G.li.6. de sanit. tu.ca.9.g
P 5.F.3.do.2.
Q F.3.d.2.ca.6.

De his quæ proueniunt ex usu Solis, seu statione in Sole: & ex sepeliri in arena, & uolutari, seu uolui in ipsa, & ex balneari in oleo, seu ex infusione in oleo, & ex aspersione aquæ super faciem. Cap. 20.

STatio in Sole calido, & præcipue mouendo se cum motu maxime forti, sicut cito eundo, & saliendo, vel currendo, est ex his, quæ superfluitates vehementer resoluunt, & prouocant sudorem, & inflationem carminant, & resoluunt apostemata alterbel, & hydropisim, & confert in asthmate, & in aeris attractione, in qua necesse est præparare corpus, vt facilis fiat attractio aeris: & resoluit dolorem antiquum frigidum capitis, & cerebrum, cuius est complexio frigida, fortius efficit. Cum autem, quod est sub eo non fuerit roridum, seu humidū, sed fuerit locus vbi sedet siccus, confert doloribus sciæ, & renum, & doloribus ani, & suffocationibus matricis, & mūdificat matricem. Quod si aliquis in sole steterit, inspissabit corpus, & indurabit, & exiccabit ipsum, quemadmodum

A cauterium supra pororum orificia, & prohibebit resolutionem. In Sole autem in vno loco morari[c] est vehementius in adurendo cutem quam in ipso ambulare, & est plus prohibens resolutionem. Et arenæ quidem, quæ in desiccando humores sunt fortiores in parte cutis, sunt arenæ marinæ. Et est cum super eas calidas existentes sedent, & est cum in eis sepeliuntur. Et est cum super corpus paulatim asperguntur, & resoluunt dolores, & ægritudines prædictas in capitulo de Sole. Ad vltimū vero vehementer exiccant corpus. Semicupium vero ingredi plenū ex tali quale est oleum, quandoque confert lassitudinem habentibus, & febres patientibus longas, frigidas: & eis, qui cum febribus dolores habent neruorum, & articulorum, & habentibus spasmum, & cuzez, & vrinæ retentionem. Et oportet, vt oleum extra balneum sit calefactum, quod si in ipso vulpes cocta fuerit, aut dabha, & factum fuerit, quemadmodum [a] nominauimus: erit medicamen melius, quod esse poterit dolorem habentibus iuncturarum, & podagram. [b] Faciē vero madefacere, & super[c] ipsam aquam rorare, virtutem viuificat, quæ est laxata ab angustia, & inflammatione febrium, & cum adest syncopis: & proprie ex aqua rosacea & aceto. Et est etiam cum desiderio medicatur, & ipsum erigit: & obest rheumatismos patientibus, & dolorem frigidum capitis habentibus.

A Li.3.F.22.t.2.capi.12.
B Li.3.F.11.t.2.capi.8.
C Ser.t.6.c.19.

Summa secunda de numeratione uniuscuiusque causæ, cuiuslibet accidentium corporalium, quæ. xxix. continet Capitula.

B *De causis calefacientibus.* *Cap. I.*

CAlefacientium multæ sunt causæ, ex quibus sunt [d] nutrimentum in quātitate temperatum: & [e] motus temperati, in quibus ingrediuntur [f] exercitia temperata: & [g] temperata fricatio: et temperata compressio membrorum exteriorum cum manibus facta: & [h] ventosarum absque scarificatione positio. Quæ enim cum scarificatione est, infrigidat propter euacuationem. [i] Motus etiam, qui parumper pertinet fortitudini, & multitudini, & neque est superfluus: & [k] nutrimentum calidū, & medicina calida, & balneum temperatum, sicut [l] sciuisti, quod suo aere & aqua calefacit: & artificium calefaciens: & non superflue [m] calefacientium obuiatio, sicut aerum, & emplastrorum: & vigiliæ æquales: & somnus temperatus secundum conditionem [n] prædictam. & ira [n] secundum omnem dispositionem, & alhem cum non fuerint superflua: cum vero sunt superflua infrigidant: & gaudium temperatum.[o] Et est etiam putredo, cuius proprietas est, vt caliditatem extraneam euenire faciat, & non aliud, & eius quidem operatio est aliud à calefactione absoluta, & ab adustione. Calefacere nāque minus est proculdubio quam adurere: multoties enim calefactio accidit, & nō efficit putrefactionem. et est cum ante putrefactionem accidit. Putrefactio enim sæpe accidit, cū in corpore remanet, postquam ab ea causa extranea calefaciens separatur, caliditas extranea, quæ in materia humida accenditur, & eius humiditatem mutat ab eo, quod complexioni substantiæ in qua est, erat conueniens,
C absque quod conuertat eam postea ad complexionem aliam, seu diuersam à complexione sua specifica naturali. Est nanque cum caliditas & humiditas mutantur ab hoc, quod vni cōplexioni conueniūt, & fiunt alij complexionum naturalium congruæ: quod quidem non est putrefacere, sed digerere. Adurere vero est, vt substantia humida à sicca separetur substantia, ita quod illa sublimetur, seu euaporet, & ista descendat. Calefacere autem simpliciter est, vt omnes humores secundum suas speciales remaneant naturas, sed plus fiant calidi. Et de calefacientibus quidem, est [p] spissitudo superficiei corporis: calefacit enim, propterea, quod vaporem retinet, & raritas intus in corpore: quia calefacit propterea, quod vaporem dilatat.[q] Gal. autem has omnes causas in quinque generibus comprehendere consueuit, scilicet [q] motu non superfluo, & obuiatione eius, quòd non superflue calefacit, & [q] materia calida, quæ corpori aduenit, & [q] spissitudine, & [q] putrefactione.

D G.li.3.de tēper. ca.2.f
E G.li.de cā morb. ca.2.d
F G.li.2.de sanita. tu.c.9.b
G G.ibi.ca.4.g, & li. đ cōsti.art.c.19.f
H G.li.3.de loc.af. ca.4.f.g
I G.li.13.meth.ca. 6.g, & li.1. de diffe. feb.ca.3.e
K Gal.li. de causis morb.c.2.d.et.1. đ diffe.feb.c.3.e
L Cap.19.
M G.1. de differē. feb.c.3.e
N Cap.13.
N G.ibi.c.3.e
O G. de cau.mor. c.2.d, &.1.de diffe. feb.c.3.e
P G.li.de cau.morbo.c.2.d, & Haly.libro.6.theo.c.5.
Q Li. de cau.morbo.c.2.d.e.f

De infrigidantibus. *Cap. 2.*

INfrigidantium etiam multæ sunt species, scilicet motus [r] superfluus, qui calorem innatum superflue resoluit. [r] Et quies superflua, quoniam coadunat, & claudit calorem, & [r] nutrimentum multum superfluum comestum, aut ebibitum. [r] Et eius superflua paucitas, & nutrimentum frigidum, & [r] medicina frigida. Et [s] obuiare ei, quod superflue calefacit ex aeribus, & emplastris, et aquis thermarum, & vehementia raritatis corporis, quare resoluitur ab eo calor innatus. Et obuiare ei,
D quod temperate calefacit longo tempore, sicut multa in balneo mora, & vehementia spissitudinis, quoniam calorem suffocat innatum. Et obuiare ei quod infrigidat in actu. & obuiare ei quod secundum potentiam infrigidat, & si in præsenti hora calidum existat. Et retentionis superfluitas, quoniam calorem suffocat innatū. Et in euacuatione superfluitas, quoniam innati caloris materiam destruit, propterea quod eam sequitur euacuatio spirituum, & oppilationes, quæ sunt ex superfluitatibus. Et de illis est [t] vehementer stringere membra, & vt stricta permaneant, quoniam infrigidat, & propterea, quod caloris viam claudit. [u] Et tristitia superflua, & [x] timor nimius, & gaudium nimium, & delitiæ superfluæ. Et artificiū infrigidans, & cruditas, quæ putrefactioni est opposita.[y] Gal. vero medicorum princeps, eas in [y] sex solet comprehendere causis, scilicet motu superfluo, & quiete superflua, & obuiatione eius quod infrigidat, aut quod vehementer calefacit, donec resoluat [y] {& materia infrigidās} & vehementia spissitudinis, & nimia [y] {nutrimenti paucitas.}

R Ga.lib.de causis morb.c.3.b.c, &.1. de præsaga.ex pulss. ca.2.h
S G.1.de præsaga. ex puls.c.2.h
T G. de cā morb. c.3.g.h
V G.4.đ cau.puls. ca.4.h
X Ga.de præsaga. ex pul.li.1.c.2.h
Y Li.đ cau.morb. ca.3.b
Y Aliter Gal.ibi.c
Y Ciborum, potuumue quantitas, ac qualitas
Y raritas

De humectantibus. *Cap. 3.*

H[z] Vmectantium multæ sunt causæ. Ex eis nanque est: sicut [a] quies, & [b] somnus, & illud etiā retinere, quod euacuari solebat, et humorem siccantem euacuare, & [b] nutrimētum multum, & [b] humectans nutrimentū, & [b] medicina humectans, & [c] humectātibus obuiare, & [d] præcipue balneo.

Z Gale.li.de causis morb.c.5.h
A Ga. de his quos purg.c.3 c.d
B G.2.de vict.rat. 55.b
C Haly.6. theore. cap.5.
D G.đ cau. morb. ca.5.h

neo,& post comestionem proprie.Et obuiare ei,quod infrigidat,quoniam coarctat humiditatem. E
Et obuiare ei,quod calefactione tenui calefacit,qm̃ humorẽ currere facit, & gaudiũ temperatum.

De desiccantibus. Cap. 4.

DEsiccantia quoq; sunt multa,velut motus,& [a] vigiliæ,& vehemẽter [b] euacuare: & ex eis est coitus.[c] Et nutrientium paucitas, & vt [c] sint sicca. [c] Et medicinæ desiccantes, & [d] motuum animalium frequentia:& [e] desiccãtibus obuiare.Et ex illis est in aquis [f] balneari stypticis: Et ex eis est frigus,quod congelat,qm̃ prohibet mẽbrum sibi nutrimentũ attrahere, & propterea, ꝙ ipsum constringit: [g] quare oppilationes in eo accidũt,quæ nutrimẽtum penetrare non pmittunt. [h] Et ex eis est obuiare ei,quod est caloris vehementis,qui superflue resoluit,ita vt eis sit multum balneari.

A G.Ex arte medicinali.c.86.g
B G.1. de diffe.febri.c.7.fo.34.d
C G.3.de præsaga. ex pulſ.c.8.c
D G.ibi,& ex arte medicinali.c.86.g
E Haly.6.theo.capi.5.
F G.de cau.morb.ca.5.h
G Cap.6.
H G.1.de ſan.tuẽ.ca.13.c

De causis figuram corrumpentibus. Cap. 5.

EX causis figuram corrumpentibus sunt causæ,quæ in [i] principio creaturę acciderunt,propter quas virtuti informatiuæ,aut alteratiuæ, quæ sunt in spermate suæ operationis complementum defecit.Et ex eis sunt causæ,quæ accidunt,cum à matrice separatur. Et ex eis sunt causæ, quæ accidunt,[i] cum infans ligatur,& cum tenetur.Et aliæ causæ primitiuæ,quæ extrinsecus adueniũt, sicut casus,aut pcussio.Et ex eis sunt causæ,quæ accidunt,propterea ꝙ [i] se vult mouere antequam membra durescant,& anteq; ambulare possit.Et ex eis sunt causæ ægritudinales, sicut [i] lepra, & [i] phtisis,&[i] spasmus,& [i] extensio,& [i] paralysis.Et est,cum prouenit propter [i] pinguedinẽ nimiam. F
Et est,cum accidit [i] propter superfluam maciem:& est,quando [i] propter apostemata.Et est,quando propter infirmitates situs.Et est,cum accidit propter [i] consolidationis vlcerum malitiam.

I Ga. lib.de causis morb.c.7.f
I G.ibi.h
I G.ibi.a

De causis oppilationis & coangustationis canalium. Cap. 6.

O[k]Ppilatio accidit, aut ꝓpter causam extraneam, quæ in canali cadit: & hoc aut erit extraneũ in suo genere, sicut lapis: aut extraneum in quantitate sui, sicut fæx multa, aut extraneum in sua qualitate: & hoc erit aut propter suã [l] grossitiem:aut viscositatem:aut [m]quia est congelatum, sicut sanguis similis sanguisucæ congelatus.Hæ quidem sunt partes eius,quod oppilat,propterea, ꝙ in canali cadit,ex quibus sunt,quæ in suo loco in canali fixa manent,& est ex eis, quod in suo loco est mobile.Et est cum accidit oppilatio propterea,ꝙ clausum fuit [m]foramen propter vlceris consolidationem,quod in ipso factum fuit:aut propter nascentiam additæ rei, [m] sicut carnis verrucosæ claudentis. Aut quia canalis propter apostematis comprimentis vicinitatem cooperitur: aut propter constrictionem, [n] quæ fit propter forte frigus:aut propter [o] vehementem siccitatẽ, quæ ꝓpter stypticantia accidit,aut propter [o] virtutis retentiuæ fortitudinem, aut propter fortem ligaturam. [p] In hyeme quoq; multæ fiunt oppilationes:propterea,quòd superfluitates multum retinentur,& propterea,quòd frigus stringit.

K Haly.6.theo.capi.6.
L F.4. c. 24.& li. 3.F.1.t.2.c.5. &.G. de cau.morb.ca.7. a.& li.ex arte medicinali.94.b
M G.de cau. mor. ca.7.a
N G.11. meth.capi.4.h
O G.d̃ cau.morb. ca.7.b
P Cap.4.

De causis amplitudinis canalium. Cap. 7. G

CAnalis ampliatur,aut propter [q] retentiuæ debilitatem: aut propter [q] fortem expulsiuæ motum.Et ex hoc quidem modo est anhelitum retinere:aut propter [q] medicinas apientes: aut propter medicinas mollificantes calidas & humidas.Et canales quidem ex contrarijs harum causarum coangustantur, & propter oppilationes.

Q Gal.li. de causis morb.c.7.b

De causis asperitatis. Cap. 8.

ASperitas accidit,aut propter [q] causam medicinæ,quæ vehementer abstergit sua incisione, sicut acetum,& acetosæ superfluitates:aut sua resolutiõe,sicut spuma maris, & superfluitates acutæ:aut propter causam stypticam,quæ exasperat propter suam siccitatem,sicut res ponticæ,aut frigidæ,quæ exasperant, propterea, ꝙ inspissant:aut propter res terrestres, quæ super membrum iacent,[q] sicut puluis.

Q G.ibi.c

De causis lenitatis. Cap. 9

LEnitatis causa,aut est glutinans propter sui [q]viscositatem,aut subtiliter resoluens,quæ materiam subtiliat:& ipsam currere facit,& spissitudinem à membri superficie remouet.

De causis dislocationis,& separationis à situ. Cap. 10.

MEmbri remotio est:aut propter causam extendentem,sicut cum aliquod trahitur mẽbrum, & [r] extenditur donec dislocatur:aut ex motu forti super innixionem,super quam ĩnititur, H
vel appodiatur,quæ mẽbrum à loco suo remouet,sicut cum alicuius pes flectitur:[r] aut causa laxãs, & humectans,queẽadmodum accidit in ramice:aut pp causam ligamenti substantiã corrũpentem ipsum [r] corrodẽdo,aut putrefaciẽdo,aut laxũ reddendo,queẽadmodum in lepra accidit & sciatica.

R G.li.de cau.morbo.c.1.e

De causis malitiæ vicinitatis,quæ appropinquationem prohibet. Cap. 11.

CAusa eius est, aut grossities, aut viscositas, aut [s] spasmus, aut laxitas, aut humoris siccitas in iunctura:quia ibi fit lapis,aut cum qua natus fuit.

De causis malitiæ vicinitatis,quæ dilatationem prohibet. Cap. 12.

IPsius causa est,aut grossities,aut [r] vestigiũ incarnationis vlceris,aut spasmus, aut cũ qua nascit̃.

De causis motuum non naturalium. Cap. 13.

EOrum causa est,aut [s] siccitas debilitans, sicut tremor siccus:aut siccitas spasmificãs, [t] sicut causa singultus sicci,& causa spasmi sicci,aut superfluitates spasmantes,aut superfluitates,[u]et causæ virtutis viam claudentes membro, suam prohibentes penetrationem cum oppilatione: aut superfluitates,quę nocent:aut propter suã frigiditatẽ,[x] sicut in rigore:aut sua mordicatione,sicut [y]in horripilatione:aut pp caloris inati submersionem: aut propter sui paucitatẽ, et ꝓpter illam accidit in muscu-

R G.ibi.e,f
S G.li.de sympto. cau.2.e
T G. li.4. de vict. ratio.69. c, & lib.5. apho.1.d
V G.2.de cau.sympto.c.2.e
X G.li. 2.de causis sympt.c.5.fo.22.e, & li.4.de san.tu.ca. 6.a.2.de crisi.c.3.f
Y G.li.de sympto. cau.c.5.e

A in musculorum superficiebus frigiditas:& prouenit ventositas, quæ vult resolui, & exire, sicut in [a] saltu, seu in iectigatione. Et nunc quidē dicemus, ꝙ hæc nocumentalis materia, aut erit [b] vaporalis pauca, & accident ꝓp eam alices: aut erit plus ea, & cōtinget ꝓp ipsam lassitudo laboriosa, si fuerit quieta: aut prouenient aliæ lassitudinis species, quas noiabimus, si fuerit mobilis. [c] Quod si fortior fuerit, accidet inde horripilatio. Et si fuerit magis fortis, ꝓueniet inde tremor & febris. Et materia quidem ventosa cum in [c] musculo tenetur, prouenit propter ipsam pulsatio, seu iectigatio.

A G.li.de cau.sym pto.c.2.f, & li. de rigore palpit.c.5.d
B F.3. d.2.ca.12.& G.li.2.de cau.sympto.c.5.b.c
C F.3.d.2.c.12.
D G.1.de cau.sym pto.c.2.f, & de rig. palpi.c.5.d
E Gal.li. de causis morb.c.9.d
F F.3.d.4.c.4.& libro.2.t.2.c.5.47.et li.3.F.13.t.1.c.30.et F.20.t.1.c.46.& li. 4.F.7.t.4.c.4.
G Gal.lib.de caus. morb.c.9.d
H Haly.li.6.theo. cap.6.
H Haly.ibidem.
I G.li.de cau.morbo.c.11.h, & Haly. li.6.theo.c.7.
K Haly.li.6.theo. cap.7.

De causis augmenti & magnitudinis, & numeri. *Cap. 14.*

HOrum causæ sunt materiei [d] multitudo, & virtutū [d] attractiuarū in seipsis fortitudo, aut virtutum attractiuarū fortitudo propter fricationis adiutorium, & calefactionis cū emplastris, sicut cū [f] emplō de pice, & qđ ei assimilatur. Et hoc quidē est magnitudini propriū, & nō numero.

De causis diminutionis. *Cap. 15.*

H[g]Ae quidē sunt, quę aut in principio ꝓuenerunt creaturę, sicut materiei diminutio, aut virtutis [h] alteratis, seu virtutis informatiuę error, aut eius debilitas, aut nocumenta, quæ quādoq; extrinsecus adueniunt, sicut [h] incisio, aut percussio, aut corruptio, [h] quam fecit frigus, & quandoq; intrinsecus, sicut herpes hestiomenus, aut [h] putrefactio.

De causis solutionis continuitatis. *Cap. 16.*

B IStæ quidē sunt, [i] aut intrinsecus, aut extrinsecus. Quæ vero fiūt intrinsecus, sunt [i] humor comedens, & cōburens, aut humectans & laxās, aut siccans, & findēs, aut sicut repletio vētosa pungens, aut [k] ventosa extendens, aut humor extendens cū motu humoris expulsi, aut penetrantis in corpus, propterea, ꝙ fortis motus ipsum separat, aut humor pungens. Et hæ quidem oēs, aut sunt propter motus fortitudinē, aut propter materiei multitudinē, aut sicut fortitudo motus expulsiuę non ꝭm naturalē cursum, & sicut motus sup repletionē. & de his, quę eis similant̄ est vox fortis, & saltus, & sicut apatum apertio. Causæ aūt, quæ extrīsecus sunt, sunt sicut corpus [k] extēdens, vt [k] funis, & pōdera: aut qđ [k] incidit, vt ensis, aut quod [k] adurit, sicut ignis: aut quod contūdit, sicut lapis: qm̄ huiusmodi si vacuū inuenerit, contūdet, aut si repletum, receptacula findet: aut sicut corpus, quod perforat, vt sagitta: aut quod pungit: aut mordet, sicut canis rabiosus, aut vipera, aut homo.

De causis vlcerum. *Cap. 17.*

CAusę vlcerū sunt apostema, quod aperitur, aut plaga, quę facit pus, aut bothor corrosiuum.

De causis apostematum. *Cap. 18.*

L G.lib. de causis morb.c.6. & de oculis particu.6.ca.1.d, quasi hoc totum caput accepit ibi de oculis.
M Doc.1.cap.5.
N Haly. li.6.theo. cap.5.
N G.ibi.de oculis cad.1.e, & Haly.
N G. ibi, & Haly.
N Haly.ibi.
N G.ibi.

H[l]Arum causarū, quædam sunt, quæ sunt ex materia, & quædā sunt ex dispōne mēbri. Quæ vero sunt ex parte materiei, sunt repletiones ex sex rebus [m] prænoiatis. & quæ sunt ex parte dispōnum membrorū, sunt sicut [n] virtus mēbri expellentis, [n] & debilitas mēbri recipientis, & qđ C est præparatū ad superfluitates recipiendas, [n] aut ꝓp suæ substātiæ naturam, qm̄ ipsum sic creatum fuit, sicut cutis: [n] aut propter sui laxitatē, sicut caro laxa, [n] quæ est in tribus reflexionibus. s. post aurem in collo, & in asella, & in inguine, [n] aut propter viarū, quæ ad ipsum perueniūt, dilatationem, & earū, quę ab ipso vadūt, coangustationē: [n] aut propterea, ꝙ inferius positū est, aut ꝑpter sui paruitatem, [n] qm̄ illud, quod ex cibo ad ipsum venit, colligere nō valet: [n] aut ꝓp debilitatem sui, qm̄ illud, quod ad ipsum venit, ex cibo digerere non pōt propter nocumentū, quod est in ipso: [n] aut propter percussionē, quę materiā in ipso retinet: aut ꝓpea, ꝙ resolutio eius deficit ei, quod ab eo resolui solebat ꝓp exercitiū, [n] aut ꝓp calorē superfluum, qui est in ipso, vnde attrahit̄. Et ille quidē calor, aut est naturalis sicut carnis: aut nō naturalis, quē dolor euenire facit, aut motus valde superfluus, aut aliud ex calefaciētibus. [o] Ex fractura quoq; ꝓuenit apa propter vnā ex istis rebus, quas prediximus, sicut cōcussio, & mēbri cōpressio, & extensio cū qua mēbrū restauraт̄, & ipsum [p] os, imō dēs qnq; apatur, qm̄ nutrimēti recipit augmentum, & infusionē, & putrefactionem, ergo recipit apa.

O G.de oculis, particu.6.c.1.e
P D.1.c.5.& li.3.F. 1.t.3.c.1.F.7.c.1. & G.li.5.de cōpo. medi.ꝭm loc.c.8.e.f

De causis doloris absolute. *Cap. 19.*

ET qm̄ dolor est vna ex dispositionibus non naturalibus, quæ corpori animalis accidūt: in causis eius sermonē faciemus vlēm. Dicemus igitur, ꝙ dolor est sensibilitas rei cōtrariæ. [q] Omnes vero doloris causæ in [r] duobus comprehenduntur generibus. s. genere mutationis cōplexionis su D bito factæ, & est malitia cōplexionis diuersæ, & genere solutionis continuitatis. Per malitiam complexionis diuersæ, intelligimus, vt mēbra in sui substantia complexionē habeant mansiuā: deinde aduenit eis cōplexio extranea huic contraria, ita vt sit plus calida, aut plus frigida, ꝗ̄ erat. & virtus sensibilis rei aduentū sentiat contrariæ, & fiet dolor: Qm̄ dolere non est nisi cōtrariæ rei contrarietatem sentire. [s] Malitia aūt complexionis māsiuæ nullo modo efficit dolorem, neq; sentitur, veluti si cōplexio mala, quæ iā est in membrorum substantia mansiua corrūpit complexionem principalem, & facta est ac si ipsa esset principalis. Ista. n. dolorē non efficit, qm̄ ipsa non sentitur. Oportet enim ꝙ sentientes ab illo, quod sentitur patiantur. [t] Res nāq; non patitur propter dispōnem mansiuam, quæ ipsam nō mutat, immo non patitur, nisi propter contrarium adueniens, quod eā mutat ad illud, qđ non erat. [u] Ideoq; hecticā habens, non tm̄ sentit inflāmationis, quantū habēs ephemerā, aut tertianā: licet hecticæ calor calore tertianæ sit maior. Calor. n. hecticæ est mansiuus, & in substātia mēbrorum radicalium infixus. & tertianæ calor est à vicinitate veniēs calidi humoris ad mēbra, in qbus adhuc naturalis ipsorū complexio ita cōseruata est, ꝙ si humor recesserit, mēbrum in sua remanebit cōplexione: neq; calor ille in eo figetur, nisi ęgritudo in hecticā mutata fuerit. Et complexio quidem mala, non diuersa, non fit mansiua in membro nisi ordinatim. Est etiam cum

Q Li.3.F.1.t.2.c.1. & G.2. de loc.affe. c.2.d
R G.12.meth.c.7.e & li.art.med.c.80. c, &.2.de rat.vic.capi.1.b.c
S G.2. de sympt. cau.c.5.a, & Haly. 6.theo.c.16.
T Li.de vir.cor.t.1 cap.3.
V De vir. cor.t.1. cap.3. & Halya.6. theo.c.16.

in dispositione sanitatis inuenitur hoc intellectui proximũ.[a] & hoc est q̃m ei, qui se in hyeme subi E
to balneat, si se cum aqua calida imo tepida lauat, accidit ei ex ipsa horripilatio, & læsio, q̃m corporis eius qualitas ab eo est longinqua & ei contraria: postea vero vtitur ea, & delectatur ex ea, sicut gradatim mutatur, vel remouetur frigus, quod in ipso erat inhærens, vel agens. Deinde autẽ cum aliqua hora in casa balnei interiore sederit, fiet corpus eius aqua illa calidius, & cũ illa eadem aqua prima repente eo inscio super eum proijcietur, horripilationem ab eo patietur, & sentiet ex ea frigiditatem. Cum igitur hoc sciuisti dicemus: ꝙ licet vnum ex generibus causarum doloris sit malitia complexionis diuersæ: non tñ omnis malitia complexionis diuersæ: imo calidũ essentialiter & frigidum essentialiter & frigidum essentialiter, & siccum accidentaliter: &[b] humidũ nullo modo dolorem faciunt. Calor.n.& frigiditas sunt duæ qualitates agentes: & siccitas, & humiditas sunt duæ qualitates patientes: quarũ virtutes non sunt, vt per eas corpus imprimat̃ in corpus, sed vt per eas corpus à corpore imprimatur. Siccitas vero per accidens facit dolorem, q̃m alterius generis eam sequitur causa, quæ est continuitatis solutio. est.n.cum siccitas propter suæ constrictionis fortitudinem fit causa solutionis continuitatis.[c] Gal. vero cũ verificatur intentio, ad hoc ea reducit, vt essentialis causa doloris non sit nisi solutio continuitatis, & non aliud, & ꝙ[d] calidum dolorem nõ facit, nisi propterea ꝙ continuitatem soluit: & neq; ẽt[d] frigidum dolorem efficit, nisi propterea ꝙ continuitatis solutio ipsum comitatur: propter multam nãq; spissitudinem, & coadunationẽ ipsum pro F
culdubio sequitur, vt partes ad locum aggregent̃, vbi spissantur, & vt à loco separentur à quo trahuntur. Et[e] in quodam suorũ librorum ẽm hanc sñiam in tantum processit, donec opinari fecit, ꝙ omnia sensibilia nocumentũ faciunt, propter hmõi videlicet faciunt nocumẽtum, propter eius separationem, aut, ppter coadunationem, ad quã separatio sequitur. Nigrum itaq; in visibilibus dolorem efficit propter suæ coadunationis fortitudinem, & albũ propter suæ disgregatiõis vehementiam: & amarũ, & salsum, & acetosum in gustatis dolorem efficiũt, propterea ꝙ fortiter dispergũt, & ponticum, ideo quia vehementer coadunat, quod proculdubio seperatio sequitur. & in odoratis similiter. &, ppter hoc in fortibus sonis fit dolor, ideo ꝙ dispergunt propter motus aeris fortitudinem, cum obuiat alsemach. Verus aũt sermo in hoc capitulo est, vt complexionis mutatio ponatur genus ex quo dolor essentialiter prouenit, licet cũ eo quandoq; continuitatis separatio contingat. huius tñ declaratio verificata, in medicina non continet̃, sed in parte sapientiæ naturali, ideoq; ad ipsius summã parumper innuemus. Dicemus igitur, ꝙ est, cum dol or est similiũ partiũ in membro dolente, & continuitatis solutio, nullo modo similium erit partiũ. Cum.n.inueniatur dolori in partibus in quibus non est solutio continuitatis, non ergo erit ibi dolor propter solutionem continuitatis, imo propter complexionis malitiam. Et ẽt frigus facit dolorem, vbi constringit, & coadunat, & oĩno vbi infrigidat. & solutio quidem continuitatis non est vbi infrigidat, imo in extremita G
tibus locorum infrigidatorum. Amplius dolor proculdubio est, sentire impressiorum contrarium subito ẽm ꝙ est contrarium, & dolere faciẽs, est sensatum contrariũ subito: & diffinitio cõuertitur: nã omne sensatum cõtrarium subito, ẽm ꝙ est conttariũ, est faciens dolorem. Nõne vides, ꝙ siquis frigus cõplexionem corrũpens senserit, vnde complexionem corrũpit, & nõ fuerit, verbi gratia ab eo accidens solutio cõtinuitatis, tunc ille non'ne sentiet contrarium? & nõ ne erit ille dolens? Ex hoc itaq; scies, ꝙ mutatio complexionis subito, causa existit doloris: queadmodum solutio cõtinuitatis. & dolor quidem caliditatem cõmouet, & fit fortior dolor. Est etiam cum post dolorem remanet res, quæ sensum doloris habet, nec tamen est dolor certus, sed est ex summa rerum, quæ per se resoluuntur. & torpidus quidem in medicando laborat, & nocet ei.

A G.3.de simpl.facul.c.8.

B Li.3.F.1.t.2.c.1. &.F.16.t.3.ca.6. & Ga.li.2. de compo. med.ẽm loc.c.1.h

C Li.1.de cau.sympto.c.6.g.h,a.b

D Haly.6.the.c.46

E 1.de cau.sympt. c.6.h, & Haly.ibi.

De causis cuiuslibet doloris. *Cap. 20.*

DOlorum genera, quæ nomina habent, hæc sunt pruritiuus, asperatiuus, pungitiuus, cõpressiuus, extensiuus, contusiuus, frangitiuus, laxatiuus, perforatiuus, acualis, stupefactiuus, pulsatiuus, grauatiuus, lassitudinalis, mordicatiuus. Ista quidẽ sunt quindecim genera.[f] Causa aũt pruritiui doloris, est humor acris, aut salsus. &[f] doloris asperatiui causa, est humor asper. Et[f] causa doloris pungitiui, est humor, qui pãniculum extendit in latitudine, sicut eius separans cõtinuitatem, &[f] q̃nq; est æqualis in sensu: & q̃nq; non est æqualis. Et ille, qui nõ est æqualis, aut est, ppterea ꝙ il H
lius sup quod extenditur pãniculus, aut illius, quod ab eo tãgitur, seu vestitur, partes non sunt similes in duritie & lenitate, sicut[g] se habet furcula ad panniculũ tegentem intrĩsecus costas, cum apa in pleuresi fuerit attrahens ex superiori parte:[g] aut non sunt illius partes similes in motu suo, sicut diaphragma illi pãniculo: aut ppea ꝙ sensus mẽbri non est similis in partibus eius: aut pp naturam: aut pp nocumentum, quod alicui accidit suarũ partium, & non alijs.[h] Extensiui doloris causa, est ventositas, aut humor qui neruum, aut musculũ extendit, ac si ipsum ad suas trahat extremitates.
[i] Et doloris quidem cõpressiui causa, est materia, quæ mẽbro suum coangustat locum, aut ventositas, quæ ipsum coangustat, & fit quasi desuper cõprimeretur & cõculcaret. Sed causa cõtusiui doloris, est materia, quæ inter suũ musculum, & suũ panniculum penetrat, & pãniculum extendit, & continuitatem soluit panniculi, immo musculi.[i] Et causa doloris frangitiui, est materia, aut ventositas, quæ interponitur media inter os & panniculum, qui tegit~~ur~~ ipsum: aut frigus, quod illum panniculum fortiter stringit.[i] Causa vero doloris laxatiui, est materia, quæ carnem musculi extendit et non ipsius chordam. & hoc quidem neque vocatus est laxatiuus, nisi propterea, quòd caro est laxior neruo & chorda, & panniculo.[k] Et perforatiui doloris causa, est materia grossa,

aut

F G.2.loc. affe. capi.7.g

F G.ibi.c.f

F G.ibi. c.5.g.h

F G.ibi.c.7.b.c

G Li.3.F.10.t.4.c.3

G G.ibi.c.7. b.c.d

H G.li.2. loc.affe. ca.5.c, &.c.7.h.a

I G.ib..c.7.h

I G.ibi.c.7.e

K Li.3.F.16.t.3.capi.12. &. G.ibi.c.5. d.e

A aut ventositas, quæ retinetur inter tunicas membri duri & grossi, sicut intestini colon: quæ incessanter ipsum rumpit, & in ipsum penetrat stimulādo, ac si terebello perforaretur.[a] Acualis aūt doloris causa, est ipsa eadē materia in hmōi membro: sed est retenta in hora, qua rūpit.[b] Et stupefactiui doloris causa, est, aut fortis frigoris cōplexio, aut pororū penetrationis spiritus sensibilis, qui ad membrum venit, clausura cū ligatura: aut receptaculorū repletio.[b] Causa vero doloris pulsatiui, est apostema calidū, & non frigidum. frigidum. n. quocunq; modo fuerit, siue sit durū, siue sit molle: dolorē non efficit, nisi in calidū conuertatur.[b] Neq; ēt dolor pulsatiuus ex apostemate calido accidit, nisi hoc modo. s. cū apostema contigerit, & mēbrum, quod est ei vicinum fuerit sentiēs, circa quod existunt arteriæ, quæ semp pulsant. Cum. n. membrum sanū fuerit, arteriæ motus non sentietur propter ipsius profunditatē: sed cum infirmatur, & apatur, eius pulsatio dolorem efficit.[b] Et doloris quidē grauatiui causa, est apā in membro non sensibili, sicut pulmone, rene, et splene. Illud. n. apostema sua grauitate trahit inferius, & mēbrum inferius trahitur per sensibilē fasciam ipsum circundantē, & suspensorium à quo oritur fascia: & fascia quidē & suspensorium sentiunt, qn̄ inferius trahitur. Aut apā in membro sensibili, cuius sensum ipsa ægritudo iā destruxit, sicut cancer in ore stomachi, cuius ponderositas sentitur, nec tn̄ dolorem efficit: propterea, φ ipse sensum destruxit.[c] Lassitudinalis aūt doloris causa, aut est labor: & vocatur dolor lassitudinalis laboriosus,[c] aut humor

B extendēs, & vocatur, φ accidit ex eo lassitudo extensiua: aut[c] vētositas, & vocatur illud, quod accidit ex ea lassitudo ^ vlcerosa. Et ex eis quidē proueniunt compōnes: queādmodū eas in[d] locis suis declarabimus, q sunt eis ꝓprij.[e] Et ex sūma cōpositionū, est lassitudo, quę apōsa vocaī, quę est cōposita ex extēsiua, & vlcerosa.[f] Et mordicatiuus dolor est ex humore, qui qualitatē habet acutā.

^ inflatiua, aut humor mordicās, & vocaī illud, qđ accidit ex eo lassitudo

De causis sedandi dolorem. *Cap. 21.*

C[g] Ausa sedationis doloris, aut est, quod abscindit causam, ex qua ipse prouenit, & ipsam euacuat: sicut anethum, & lini semen cū super locum dolentem ex eis fit emplastrum,[h] aut quod humectat, & somnū inducit, vnde virtus sensibilis ꝓfundatur, seu interiora petit, & dimittit suam operationem, sicut inebriantia: aut cum quo infrigidatur, & stupidum efficit, sicut omnia narcotica. Sedans tamen certum est primum.

De eo quòd prouenit ex dolore. *Cap. 22.*

D[i] Olor virtutem dissoluit, & membra à suis proprijs operationibus prohibet, adeo, vt membra spiritualia ab aeris prohibeat attractione, aut eius destruat operationem, & facit eum interfectum, aut frequentem, & omnino non secundum naturalem cursum. & est cum in primis calefacit membra, postea infrigidat, propter illud, quod resoluit, & fugat de spiritu & vita.

De causis delitiarum. *Cap. 23.*

C D Elitiarum quoq; causæ in duobus sunt comprehensæ generibus. vnum ipsorum est genus,[k] quod alterat cōplexionem nō naturalē subito, vt ex hoc accidat sensatio. & alterū est illud, quod naturalē continuitatem subito reducit. Nulla. n. res, quæ non subito venit, sentitur: neq; delitiæ ex ea habētur.[l] est nāq; delitias sentire cōueniens. Et omne quidē sentire per virtutem est sensibilem, & sentire est propter passionem sui. Cumq; sentire fuerit cum conueniente, aut non conueniente, erunt delitiæ, aut dolor s̄m illud, quod imprimitur. Et propterea φ tactus oībus sensibus est spissior, & magis retinēs illud, quod recepit ex impressione conueniente, aut non conueniēte,[m] erit sensatio cōueniens in eo, qui habet naturā spissiorem vehementioris delitiæ, & sensatio non conuenientis vehementioris lesionis, seu doloris, q̄ȝ sensatio, quæ alijs virtutibus propria existit.

Ad sciendum, quomodo motus dolorem efficit. *Cap. 24.*

M[n] Otus dolorem efficit, propter illud, quod cum eo accidit ex extensione: aut contusione, aut attritione.

Ad sciendum quomodo mali humores dolores efficiunt. *Cap. 25.*

H Vmores mali dolorē efficiunt,[o] aut propter ipsorū qualitatem, sicut cū mordicationem faciunt: aut sua multitudine, sicut cum extenduntur, aut propterea, φ vtraq; coniunguntur.

Ad sciendum quomodo ventositates dolorem efficiunt. *Cap. 26.*

D V[p] Entositas dolorem efficit propter extensionem. & vētositas quidem extendens,[q] aut erit in membrorum concauitatibus, & ipsorum ventriculis, sicut inflatio in stomacho, aut in tunicis membrorum, & eorum villis, sicut in colica ventosa: aut in tunicis musculorum, & sub panniculis,[q] & super ossa: aut in circuitu musculorum inter ipsos & carnē laxam, & cutem: aut occultata in membro, sicut occultatur in musculis pectoris, & ipsius quidē resolutio, siue subita sit, siue multo moretur tempore,[r] secundum multitudinem suæ materiæ, & ipsius paucitatem existit, aut grossitiem suæ materiæ, & subtilitate ipsius, aut spissitudinem membri, aut ipsius raritatem.

De causis eius quod retinetur, aut euacuatur. *Cap. 27.*

R Etentionis & euacuationis causas scire erit ei facile, qui ea considerauerit, quæ de retentione[s] diximus, & euacuatione. Illud igitur ibi legat.

De causis eius nauseatiuæ societatis. *Cap. 28.*

H AE quidem aut sunt extrinsecæ, & sunt primitiuæ, sicut cum aliquis regimine vtitur, vnde multa ꝓuenit humectatio, & corpus nō indiget humectatione cibi & potus. & ideo cū hæc duo coniūcta fuerint simul, multiplicabiī in corpore materia, & corrūpereī opatio naturę in ipsa,[t] sicut multoties ingredi balneū, &[t] ꝑcipue post comestionē: et resolutionem prohibētia, sicut qes:

A Lib. 5. F. 16. t. 3. & G. ibi. c. 12.
B G. li. 2. loc. affec. cap. 2. e. f
B G. ibi. c. 3. g. h, & cap. 7. g
B G. ibi. h. a
B G. ibi. c. 4. e
C G. li. đ cau. morbo. c. 2. e, & li. 3. de san. tu. c. 5. e
C G. ibi, & li. 3. & 4. de san. tu.
D F. 3. d. 2. c. 12.
E G. li. 2. apho. 5.
F G. li. 2. loc. affec. cap. 7. fo. 11. h
G F. 4. c. 30. & G. li. 12. meth. c. 8. c, & Ga. li. 5. simpli. medi. c. 19. a
H F. 4. c. 30. & G. de phar. cōposi. s̄m loc. c. 1. 141. e
I G. lib. 1. ꝓgnost. ca. 34. e, & 3. de vic. rōne. 33. e. & li. 2. de sympt. cau. c. 5. folio. 23. e
K G. li. 1. de causis sympt. c. 6. g. a
L G li. 2. loc. affec. cap. 2. d
M G. 1. đ cau. sympto. c. 6. c
N 2. apho. 48. & 12 meth. ca. 7. e, & 4. loc. affe. c. 7. c
O G. li. 2. apho. 5.
P G. 4. loc. affe. ca. 7. c. d
Q G. li. 14. metho. cap. 7. e
R Li. 2. loc. affe. capi. 5. e
S Sum. 1. ca. 17.
T Gal. li. de cusis morb. c. 5. h. a

& dimittere exercitium,& euacuationem.[a] & in comedendo & bibendo importunitas, & regiminis malitia. Aut intrinsecæ,& sunt sicut virtutis digestiuæ debilitas, quæ non digerit: aut debilitas virtutis expulsiuæ,aut retentiuę virtutis fortitudo:quapropter remanebunt humores,& exterius non exibunt:aut cannalium coangustatio. E

A Lib.de his quos purga.oportet.d

De causis debilitatis. *Cap. 29.*

CAusa debilitatis,aut erit veniens super corpus membri, aut super spiritum, qui erit virtutis lator,quæ in membro ministrat,aut super ipsam virtutem. Illa vero cuius causa in membro propria existit,est aut malitia complexionis mansiua,& proprie frigida,licet etiam sit,cum calor illud efficit,ideo ꝙ eius operatio frigiditatis operationi in stupore similis existit,ꝑpterea ꝙ corrumpit complexionem spiritus,quemadmodum accidit[b] ei,qui multam in balneo moram facit,immo ei cui aduenit syncopis,& siccitas,propterea ꝙ virtutes penetrare prohibet,ideo ꝙ inspissat. Et humiditas,propterea ꝙ laxat,& oppilat,aut aliqua ex ægritudinibus compositionis. Sed quæ ex illis maiorem proprietatem habet,ne in homine appareat,neq; nocumentum,neq; ægritudo, neq; dolor,est raritas texturæ illius membri in suis villis.[c] Omnes nanq; operationes naturales, & voluntariæ,per villos & ipsorum compositionem complentur. Digestioni quoq; bonæ necessaria est retentio ꝭm cōgruam dispositionem,& hæc quidem per villos existit. Illud vero in quo est causa spiritui propria,est aut propter complexionis malitiam,aut propter resolutionem euacuatione facta, quæ est ei propria: aut ꝭm modum sequendi euacuationes alterius. Et illud quod est virtuti proprium,est operationum multitudo,& ipsarum reiteratio,qm̄ virtutem debilitat, licet spiritus resolutio cum eo associetur,quemadmodum associatur causa ad causam. Cumq; causas ꝭm alium connumerauimus modum,& remotas causas cum eis miscuerimus, quæ coniunctarum causarum existunt causæ,[d] inueniemus ex eis causas ex malitia complexionis,& causas ex corruptione aeris, & aquæ & comestionis. Et ex eis sunt,quæ spiritum perturbāt,[e] vel concutiunt primo,sicut fœtor et aqua alterata,seu fœtida, & venenosarum virtutum expansio in aere,aut in corpore.[f] Ex summa causarū præterea debilitatis sunt,quæ ex euacuatione pēdent,sicut sanguinis exitus, et vētris solutio, & ꝑprie in subtilibus humoribus, & aquæ hydropicorū[g] incisione extracta, cum eius quantitas multa subito extrahitur:& perforatio magni apostematis,cum ab eo multū pus subito exierit, siue ipsum per se aperiatur,[h] & sudor multus & exercitium plurimum.[h] Dolores etiam cum spiritum resoluunt,licet quandoq; complexionem permutēt. Et ex summa istorum quidem dolorum sunt,qui maioris existunt impressionis,[h] sicut dolor oris stomachi,siue sit extensiuus,siue mordicatiuus. Et omnis dolor,qui est cū propinquitate parti cordis.[h] Febres quoq; sunt ex eis, quæ debilitatem faciunt propter resolutionem,& euacuationē sanguinis & spiritus,& cōplexionis mutationem.[i] Amplitudo quoque pororum est ex eo, quod ad hoc adiuuat, vt debilitas,quę ex resolutione ꝑuenit,accidat.[k] Et multa fames huius existit modi. Est ēt cum totius corporis debilitas vnius membri,aut partis membri sequitur debilitatem,quemadmodum corporis debilitas propter malitiam,quæ ori stomachi accidit,quæ tanta est,vt eius virtus resoluatur, & cum alicuius cor, & cerebrum à quolibet nocumento vehementer patitur,erit homo hic velociter incurrens angustiam,& qui ex pauca resoluitur causa. Et est cū causa debilitatis existit multitudo tolerātiæ ægritudinum. [l] Et est cū aliquod membrū in creatione est debilius quodā,aut alio debilius existit, sicut pulmo & cerebrū:ideoq; erit recipiens,quod fortius natura à seipso expellit: locus.n.cerebri ꝑprius, si altus non esset,ex tali modo res proueniret,quā tolerare non posset,neq; eius virtus cū ipso remaneret.

F, G

B G. de vtili pulf. cap.4.b
C G.li.4.de v.p.c. 8.a.b,& li.5.c.14.f. & li.3.nat.fac.c.8.f
D G.12. meth.capi.5.c
E G.de vsu respir. cap 4.d
F Gal. li.2.de rōne vic.47.g, &.3.17.e
G li.3.F.14.t.4.ca. 13.& G.6.apho.27.
H Ga.2.de rō.vic. 47.g
I G.li.9. meth.ca. 5.a
K Ga.2. de rō.vic. 47.g
L G.li.14. de v.p. ca.7.h

DOCTRINA III. *Fen secundæ, cuius sunt. xi. cap. & duæ summæ.*

De accidentibus & significationibus. *Cap. I.*



ACcidentia & significationes secundum vnamquamq; trium prædictarum dispositionum vnam trium declarant significationum:aut rem præsentem,de qua dicit[m] G. ꝙ soli confert infirmo,in eo quod facere debet:aut rem præteritam,de qua dixit G.[m] ꝙ soli prodest medico,quoniam declarat ipsum in sua arte excellentem,& eius consilio magis credunt:[m] aut rem futuram, de qua dixit G. ꝙ vtrisq; confert medico, quia demonstrat ipsum in sua scientia excellentem,& infirmo,quia demonstrat qualiter ipse sit regendus. Significationum sanarum quædam sunt, quæ complexionis significant æqualitatem, quas in suo loco[n] nominabimus. Et quædā sunt,[o] quę significant coęqualitatem cōpositionis,ex quibus sunt substantiales,quæ verbi gratia sunt,vt sit creatura,& situs,& quantitas,et numerus,ꝭm ꝙ oportet. Et hæ quidē dispositiones[p] diuisę fuerūt.[p] Et ex eis sunt accidentales,sicut decoratio,& pulchritudo.[p] Et ex eis sunt finales,& ipsæ sunt quæ fiunt ex cōplemento operationum, & quæ incedendo ꝭm perfectionem,ꝑueniunt.[q] Omne.n.mēbrum cuius operatio cōpletur est sanum:modus aūt ex oꝑationibus cognoscēdi,est ꝭm mēbrorum principalium dispōnes.[r] Secundū cerebrum quidem est per dispōnes operationum voluntariarum,& per dispōnes sensus,et per oꝑationes existimationis.[r] Et ꝭm cor quidem est per pulsum,& per anhelitū. Et ꝭm hepar quidē est per egestionē & vrinam:ipsius nāq; debilitatem[s] egestio, & vrinas loturæ recētis carnis similes sequuntur. Accidentium aūt quæ ægritudines significant,quædā sunt quæ ipsam demonstrāt ægritudinē,[t] sicut diuersitas pulsus in velocitate sui in febre:ipse nanq; ipsam significant febrē. Et quędam sunt, quæ ægritudinis significant locū,[t] sicut pulsus serinus,cū in parte pectoris fuerit dolor:qm̄ significat, ꝙ apa est in panniculo,& in diaphragmate,& sicut[u] pulsus vndosus in simili huic,quoniam significat,ꝙ apostema

H

M Li.1.ꝑgnos.3.h
N Cap.4.
O Ga.li.art. med. ca.8.g
P Doc.1.ca.3.
P G.ibidem.
Q G.li.de differē. morb.c.2.c, & li.d consti.art.med.capi.10.h
R G.li.art.med.ca pi.10.c
R G.ibi.c.29.e
S G.li loc.affe.c.7 d.g,& li.1.c.5.c
T Ga.li.2.de crisi. cap.10.g
V G.li.4.de causis pulf.c.12.g,& li. de pulsib. ad tiro. capi.11.f

A apostema est in corpore pulmonis. Et quædam significant ægritudinis causam, sicut significationes repletionis per diuersitatem suarum dispositionum, quarum quisque modus aliquem repletionis modum significat. Amplius accidentium quædam sunt substantialia, vel essentialia, quæ cum ægritudine incipiunt, & finiuntur, [a] sicut febris acuta, & dolor pungitiuus, & coangustatio anhelitus, & tussis, & pulsus serinus cum apostemate lateris. Et quædam sunt, quæ notam horam non habent, & ægritudinem quandoque sequuntur, quandoque nõ, sicut dolor capitis cum febre. [b] Et sunt quædam, quæ in fine rei eueniunt, de quibus sunt significationes crisis, & maturitatis significationes, & significationes prohibitionis maturitatis, & signa mortis: harum aũt plurimæ sunt in ęgritudinibus acutis. Significationum præterea aliæ sunt, quæ in eo, quod de membris apparet, significant: quæ sunt ex eis sumptæ, quæ proprie sentiuntur, [c] sicut colorum dispositiones, & dispositiones [d] tactus in duritie, & mollitie, & in caliditate & frigiditate, & in reliquis: aut ex sensibilibus cõmunibus, & sunt ea, quæ sunt sumpta ex creatura membrorum, & ipsorum sitibus, & motibus, & quietibus. Et fortasse illa significabunt ipsorum dispositiones occultas: [e] sicut labij saltus vomitũ. Ipsorum præterea quantitates augmentatæ si fuerint aut diminutæ, & eorum numeri, fortasse occultorum dispositiones significabunt membrorum, quemadmodum [f] curtitas digitorum, quæ hepatis paruitatem significat. [g] Et significationes quidẽ sicut icteritiæ, an sit nigra, an cholerica, sunt B res visibiles. [g] Et ex rugitu super inflationẽ & malitiam digerendi, est audibile: [g] huiusmodi quoque sunt cognitiones per odores & sapores oris, & reliqua. Et cognitiões phthisis & hecticæ [h] per vnguium gibbositatem sunt visibiles, sed sunt de cap. eorũ, quæ sentiuntur cõmuniter. Est autem cum quod manifeste sentitur, rem significat occultam, queadmodum [h] rubor α pomi maxillæ, pulmonis portendit apostema, & gibbositas vnguis vlcus pulmonis. Ex cognitionibus vero, quę habentur ex motibus & quietibus, trahitur res, quam modo narrabimus. Significationes vero, quæ sumuntur ex modo quietis, sunt sicut apoplexia, & epilepsia, & syncopis, & paralysis. Et quæ ex motu sumuntur sunt, sicut horripilatio, & tremor, & singultus, & sternutatio, & oscitatio, & alices, & tussis: & saltus, & spasmus cum incipit spasmari. Et earum sunt quædam, quæ proueniunt [i] ex operatione naturæ principaliter, sicut singultus, & quædam, quæ [i] proueniunt ex operatione naturæ accidentaliter, sicut spasmus & tremor. Et earum, quædam sunt voluntariæ pure, sicut æstuatio, & reuolutio de latere ad latus, & quædam sunt compositæ ex naturali, & voluntaria, sicut tussis, & mictus, & egestio. Et istarum quidem, quædam sunt, in quibus voluntas præcedit naturam, sicut tussis: & quædam in quibus natura præcedit voluntatem, sicut mictus, & egestio, cum voluntaria non cito vult efficere. Accidentium autem à natura sine voluntate prouenientium, quędam sunt, quæ excitant sensus: sicut horripilatio: & quædam, quæ sensus non excitant, seu non commo C uent. qnoniam non sentiuntur, sicut saltus. Hi autem motus diuersificantur, aut propter diuersitatem suarum essentiarum, quoniam tussis in seipsa fortior existit q̃ saltus: aut propter diuersitatem numeri motuum, quoniam sternutatio plures numeros motuum habet, quàm tussis. [k] Tussis enim completur motione mẽbrorum pectoris, [l] sed sternutatio completur coniũctione motuum membrorum pectoris, & capitis simul. Sed quantitas timoris in eis est differens, quoniam motus singultus sicci maioris est timoris, q̃ motus tussis, licet sit tussis fortior: per quod autẽ natura iuuatur, est cum quandoque adiuuatur per instrumẽtum essentiale, & principale, sicut cum iuuatur in expellendo stercus à musculis ventris. Et est cum per instrumẽtum iuuatur extraneum, sicut iuuatur in tussiendo ab aere. Principiorum vero earum diuersitates, aut sunt ex membris, sicut tussis, & nausea: aut ex diuersitate virtutum agentium, qm̃ saltus principium, est naturale, tussis vero principiũ est animale. Sed & per materiæ diuersitatem: quoniam tussis est ab excreatione, & saltus à vẽtositate. Hæ ergo significationes significant in eo, quod de membris apparet. Et plurima eorum demõstratio est s̃m dispositiones manifestas. Est tamen cum occultas demonstrat dispositiones, α sicut rubedo pomi maxillæ, quæ pulmonis apostema declarat. Et de signis etiam sunt, quæ ægritudines demonstrãt occultas. Quapropter oportet illũ, qui ægritudines vult cognoscere occultas, β vt [m] anatomiæ notitiam adeptus sit, ad hoc, vt per eam scientia substantiæ cuiuscunque membri acquiratur, D si est carnosum, aut non carnosum, & cuiusmodi est eius forma: ideo vt sciat, verbi gratia, si apostema hoc, quod habet hanc figuram est in eo, aut in alio ex parte, qua, an sit proportionatum figuræ eius, aut non proportionatum, & sciat si est possibile, q in ipso aliquid retineatur, vel non, sed id labi facit, quod recipit, sicut ieiunum: & si est possibile, q in ipso aliquid retineatur, aut q aliquid ab eo labatur. & quæ res sit, quam in ipso retineri sit possibile, aut ab eo labi, donec eius locum sciat, quatenus per ipsum iudicet de eo, quod in ipso sentitur de dolore, aut apostemate, si est in ipso, aut ab eo longinquum. Et sciat eius societatem, ita vt iudicet si habet dolorem per se, aut propter societatem: & si materia ab ipsomet processerit, aut à suo socio sibi influxit. Et si superfluũ, quod ex eo separatur, est de substãtia ipsius, an ipsum est via per quam materia in ipsum penetrat, quæ ab alio separatur, donec sciat illud, quod comprehendit, vt noscat si est possibile illud, quod euacuatur, ab ipso euacuatum fuisse. Et vt membri operationem sciat, donec ipsius cognoscat ægritudinem ex nocumento, quod in eius accidit operatione. Totum vero hoc per anatomiam scire potes. Scias præterea, quòd medico, qui vult ægritudines regere, quæ in mẽbris existũt occultis, [m] β necessaria est anatomia. Cumque anatomiæ scientia ei acquisita fuerit, oportebit post hoc totum ipsum studere in significatione ægritudinum [n] occultarum s̃m sex regulas. [o] Quarũ prima est de nocumento

A Li.3.F.10.t.4.c.2. & G.li.1.de crisi.ca.5.h, & li.5.loc.affe.c.3.g
B G.li.1.aph.12.h
C G.li.art.med.capi.8.g
D G.li. de sympt. differ.c.50.d
E G.lib.3.de crisi.cap.11.e
F Li.3.F.14.t.1.capi.3.&.c.30.& Ras.17.cõti.te.1.cap.2.181.2.
G G.li. de sympt. diffe.c.5.b
G G.ibi.e
G G.ibi.b
H G.li.1.loc.affe.cap.5.d
H G.ibi.c
Infra α
I G.li.2.de sympt.cau.c.1.f, aliter.
K G.li.2.prognos.43.b
L Li.7.apho.52.
Supra α
Infra β
M C.2.&G.li.art.med.ca.74.h, &.1.loc.affe.c.1.e
M G.ibi.
Supra β
N Ga.li.art.medi.75.a.
O Haly.li.9.theo.cap.1.

operationum: & tu quidem operationes cum suis qualitatibus & quantitatibus iam [a] sciuisti, quarum significatio est prima & perdurans.[a] Secunda vero est de eo, quod euacuatur, cuius significatio perdurans quidem est, sed non est prima. Et perdurans quidem est, propterea ꝙ in ipsa semper confidunt. Et prima quidem non est, ideo ꝙ significat mediante digestione, aut priuatione digestionis.[b] Tertia autem est dolor, & [b] quarta est de apostemate, & [b] quinta est de situ, & [b] sexta est de accidentibus manifestis, [b]{proportionatis.} Et eorum significatio non est prima, neq; perdurans, & in vnaquaq; earum sermonem diuisim faciam. Ex operationibus vero significatio habetur, quoniam cum operatio non ſm naturalem processerit cursum, qui est ei, significatur ꝙ virtuti accidit nocumentum, & virtutis nocumentum ægritudinem sequitur, quæ est in membro, in quo est virtus. Operationum vero nocumenta sunt secundum tres modos. [c] Operationes enim aut minuuntur sicut oculi minuitur visio, & rem videt minorem q̃ sit, & à propinquiore spatio: & sicut stomachus cum durius digerit, & tardius, & minorem quantitatem. Aut mutantur sicut cum oculus videt illud, quod non est, aut videt rem non sicut est: & sicut stomachus cum cibum corrumpit, & ipsum male digerit. Aut destruuntur, sicut oculus cum non videt, & stomachus cum nullo modo digerit. Eius autem quod euacuatur, & quod retinetur significationes multis sunt modis: aut enim significant ex parte retentionis non naturalis, sicut cum retinetur res, quæ solebat euacuari, quẽadmodum accidit illi: cuius vrina retinetur, aut egestio: [d] aut significant ex parte euacuationis nõ naturalis, & hoc quidem aut erit de substantia membrorum, aut non erit ita. Sed quod est de substantia membrorum tribus significabit modis, aut enim per suiipsius substãtiam significabit, [e] sicut annuli, qui expuuntur, herpetem hestiomenum in canali pulmonis significant: aut significabit per quantitatem sui, [e] sicut cortices cum in dysenteria egrediũtur. nam si fuerit grossus, significat ꝙ vlcus in grossis existit intestinis, & si subtile, significat quòd in subtilibus est intestinis: Aut significabit per colorem suum, quemadmodum hypostasis [f] petaloidis, quæ si fuerit rubea significat, [f] quòd est in membris carnosis, sicut renibus. & si alba, significat ꝙ est in mẽbris neruosis, sicut in vesica. [f] Quod vero significat illud, quod non est de substantia membrorũ, significat, aut quia ipsius egressio non est naturalis, sicut humores sani, & sanguis cum exierit: aut ꝙ est non naturale in qualitate sui, [f] sicut sanguis corruptus, siue consueuerit exire, siue non: aut quod est non naturale in substantia absolute, sicut [f] lapis: aut ꝙ est non naturale quantitate sui, licet naturalis sit eius exitus. Et istud est, aut propterea ꝙ augetur, aut propterea ꝙ minuitur, sicut stercus & vrina, cum pauca fuerit, aut multa: aut vt sit nõ naturale in qualitate sui, licet exire soleat, sicut stercus & vrina, quæ sunt nigra: aut si egrediatur à parte non naturali, licet exire cõsueuerit, sicut stercus & vrina [g] cum in ægritudine ileos per superiora egrediuntur.[h] Doloris autem significationes in duobus comprehenduntur generibus. Et illud est quoniam dolor, aut significat per suum locum. verbi gratia, quoniam si fuerit in dextra, erit in hepate, & si in sinistra in splene. Et est cum per suam speciem significat, quæ sit ipsius causa: quemadmodum diximus [i] in doctrina causarum, verbi gratia, quoniam si fuerit grauatiuus, significabit apostema, quod est in membro non sentiente, aut cuius sensus destructus est. Et extensiuus multam significabit materiam. Et mordicatiuus materiam significabit acutã. Apostematis autem significationes, tribus existunt modis: aut enim sunt ex substantia sui: sicut erysipelas, quod choleram significat rubeam, aut sclirosis, quæ choleram demonstrat nigram, aut ex loco sui, [k] sicut cũ fuerit in dextra significat, verbi gratia, ꝙ est apud hepar, aut in sinistra significat, quod est ex parte splenis: aut per figuram sui, qm̃ cum apud dextram fuerit, & [l] fuerit lunare, significat ꝙ est in ipso hepate, & si longum fuerit, significat ꝙ est in musculo, qui est super ipsum. Situs vero significationes, aut sunt ex locis, aut ex cõmunitatibus. Et ex locis quidem apparentes sunt. Et ex cõmunitate quidem sunt, sicut per nocumentum, quod [m] est in digito, ex causa antecedente cognoscitur, quòd est propter nocumentum, quod sexto ex paribus neruorum colli accidit.

De signis distinguentibus inter ægritudines proprias, & associatas eis. Cap. 2.

ET quoniam est, cum ægritudines in principio accidunt in membro, [n] & est cum accidunt propter associationem, quemadmodum [n] caput stomacho in suis associatur ægritudinibus, tunc oportet vt ordinemus differentiam inter has duas res per signum distinguens. Dicemus igitur, ꝙ oportet nos considerare, quæ prius accidit, & autumabimus ꝙ [o] ipsa est principalis, & altera est ei associata: & considerabimus etiam, quæ est illa, quę remanet postquam altera finitur, & autumabimus, ꝙ ipsa est principalis, & ꝙ altera est associata.[o] & econtra, quoniã associata existimatur, ex eo, quod est illa, quæ accidit postrema, & ꝙ sedatur cũ sedatione primę. Et tñ est cum ex hoc prouenit error, & hoc est, qm̃ fortasse ægritudo principalis non erit percepta sensu, neq; dolorosa in principio sui, sed postea sentiemus ipsius impedimentum, postq̃ associata ægritudo apparuerit, quæ pro certo est illa, quæ post ipsam accidit, & est eã sequens: existimabitur ergo, ꝙ associata, & accidentalis sit illa, quæ est principalis ægritudo. Et est cum non percipitur, nisi accidentalis tm̃, & quæ non est principalis ponit̃ principalis. Semita vero obseruandi se ab hoc errore est, vt medicus membrorum noscat cõmunitatem, quod quidem erit ex sua [p] scientia in anatomia: & nocumenta sciat, quę vnicuiq; accidunt mẽbro, quorum quædam sunt sensu percepta, quædam non percepta: & moretur in ægritudine, & neq; iudicet de ea ꝙ sit principalis, nisi postquam considerauerit, quid sit possibile, quod ei accidat ipsam sequẽs.[p] Aegrum ergo interroget de significationibus ægritudinum, quas membris ægro membro associatis possibile est accidere, quæ non prius erant sensu perceptę,

neq;

E A F.1.d.6.ca.1.23.&c.
A Haly.& Ga.ibi.
B Haly.li.9.theo.cap.1.
B propriis
C G.li. de differẽ. sympt.c.3.d, & ca.4.a.c
F D G.li.1.loc.affe.c.5.b
E G.li.1. loc.affe.cáp.1.c
E G.ibi.d
F Sum.2.ca.6.
F G.ibi.d,aliter.
F G.ibi.f
G G.li.3. de causis sympt.c.2.g.
G H Haly.9.theore.cap.1.
I 2.ca.20.
K G.li.1.loc.affec.cap.5.b
L L1.3.F.14.t.3.capi.3. & Haly.lib.9.theo.c.1.
M G.li.1.loc.affe.ca.6.b.c, & li.3.capi.10.c
N G.li.1.loc.affe.cap.6.c
H O G.li. de constit.art.c.16.a.b,& li.2.loc.affe.c.9.c,& li.3.c.1.c,&.c.5.a.b
P Cap.1.
P Haly.ibi.

neq; dolorosæ dolore apparente, neq; commouentes accidentia, quæ sunt eis propinqua, sed nec etiam eas sequuntur res, nisi quæ ab eis sunt longinqua non sensu perceptæ, æger quoq; ignorat, quod sint accidentia illi longinqua radici. Istud tamen non dignoscitur, nisi sapientia medici.[a] Plurimum vero, quod ex eo ad memoriam reducit est, cum operationum impedimentum cōsideratur. Cumq; operationum impedimentum inuenerit antecedens, iudicabit, quod ægritudo illa est associata, licet quædam membrorum sint talia, quod plurimum dispositionum ipsorum est, vt sint eorū ægritudines aliorum membrorum ægritudines sequentes.[b] Capitis.n. secundum plurimum suarum dispositionum, sunt ægritudines per societatem stomachi. Sed illud conuertere est perparum. Et nos quidem corā tuis manibus[c] ponemus signa complexionum principalium et accidentalium secundum modum cōmunem. Quæ vero vnicuiq; mēbro sunt proprie in[d] suo dicentur cap. Quæcunq; autem ex significationibus ægritudinum cōpositionis manifestæ fuerint, sensus dignoscet. Sed quæ occultæ fuerint, exceptis repletione, & oppilatione, & apatibus, & solutione cōtinuitatis, in dictione vel comprehēdere est difficile. Et similiter illud, quod ex repletionibus & oppilationibus, & apatibus, & solutione cōtinuitatis vnicuiq; mēbro propriū existit. Melius igitur est, vt hoc totū dictionibus reseruetur particularibus.

A G.li.2.loc.af.capi.2.c,& Haly.li.9.theo.c.1.
B G.li.3.loc.af.capi.7.c
C Cap.3.
D Lib.3.

De signis complexionum. Cap. 3.

E G.li.2.de tēpe.ca.3.f,& Ras.t.2.capi.2.3.

B Signorum genera quibus cōplexionum dignoscuntur dispōnes sunt decem: vnum eorū est[e] tactus. Et modus quidē quo cognoscitur, est, vt consideret, an tactui sani sit equalis in terris temperatis, & aere temperato: nā si æqualis fuerit, significabit æqualitatem. Quod si patiatur ab eo tactor complexionem habēs sanā, & infrigidetur, aut calefiat, aut ipsum sentiat naturali molliorem, aut duriorem, aut asperiorem quam naturalis, neq; fuerit ibi causa ex aere, aut balneatione cum aqua, aut alia re, quæ mollitiem addat, aut asperitatem, est tunc ex cōplexione nō temperata. Et ex dispositione quidem vnguiū manus in mollitie, & siccitate ipsarum, possibile est cognoscere cōplexionis corporis dispositionem: si non fuerit illud propter causam extraneam. licet[e] mollitiei, & duritiei iudicium non sit[e] stabile, nisi prius æqualitatis inter caliditatē & frigiditatem significationes præcesserint. nā si non ita fuerit, possibile erit, vt caliditas durū tactum & asperū mollificet, nedum illum, qui est temperatus propter resolutionē ipsius, & faciat existimari, quod sit mollis & humidus natura, & frigiditas mollem tactum induret, nedū illum, qui est temperatus, propterea quod multū congelat & inspissat, & opinabitur, quod sit siccus,[e] sicut in[e] {niue} & piguedine. niuem.n. frigiditas coagulat cōgelando, & pinguedinē ingrossando. Eorum autem plurimorum, qui frigidæ[f] sunt cōplexionis, corpora mollia sunt, licet sint macra, quoniam cruditas multa consistit in eis. Secundū vero est genus signorum ex carne & adipe assumptorum, quoniam caro rubea cum multa fuerit, humiditatē significabit & caliditatē, & existit ibi soliditas. Et si pauca fuerit, & adeps multus non ibi affuerit, significabit siccitatē. Pinguedo autem & adeps semper frigiditatē significant, & est cum eis laxitas.[f] Et si cū hoc fuerit venarū angustatio, & sanguinis paucitas, & hoc habenti aduenerit debilitas ex fame propter minorationem sanguinis naturalis, qui est præparatus ad illud, quo mēbra ex nutrimento indigent, significabit, quod complexio huiusmodi est radicalis naturalis. Et si hæc alia signa non affuerint, significabit, quod est cōplexio acquisita. Pinguedinis autem & adipis diminutio semper caliditatem significat, quoniam pinguedinis, &[g] adipis materia, sanguinis est vnctuositas, et earum factor est frigiditas, et propter hoc in[h] hepate minorantur, & sunt in intestinis multæ. Et neq; sunt super cor multæ plusquam super hepar, nisi propter materiam: non.n. propter complexionē & formam, sed propter curam naturæ pendentē cum tali materia.[h] Pinguedinis autem & adipis congelatio super corpus minuitur, & augetur secundum minorationem caloris, & ipsius augmentum. Et corpus quidē carnosum absq; multa adipe & pinguedine, est corpus calidum & humidū. Quod si fuerit caro rubea multa cum pinguedine & adipe pauca, significabit humiditatem superfluā: & si superflua fuerit, humiditatis & frigiditatis significabunt superfluitatē, & quod corpus frigidum factum est et humidum. Et ex corporibus quidem, quod magis est macrū, est frigidum & siccum, & postea calidum & siccum, deinde siccum quod in caliditate & frigiditate tēperatum existit: postea calidū, quod est in humiditate, & siccitate tēperatum. Tertium vero genus,[i] est signorū sumptorum ex capillis. Et ipsa sunt, quæ sumēda sunt ex parte horum modorū qui sunt, velocitas originis, & ipsius tarditas: &[k] multitudo eorum, & paucitas ipsorum: subtilitas & grossitudo eorum, planities[k] & crispitudo. Et eorum color est vna ex radicibus in hoc. Signa vero ex velocitate natiuitatis eorum, aut tarditate, aut prohibitione originis ipsorum sumpta sunt, quod illi, qui tarde nascuntur,[k] aut non nascuntur, cum non affuerint significationes, quæ corpus penitus sanguinem non habere demonstrent, significāt quod complexio vehementer est humida. Quod si manifestauerint, non erit corpus illius humiditatis, immo ad siccitatem declinabit. Ipsius vero caliditas & frigiditas ex alijs signis, quæ iam diximus, cognoscuntur.[k] Cum autē caliditas & siccitas coniungentur, capilli multo citius nascentur, & erūt multi & grossi, quoniā multitudo caliditatem significat, & grossities multam fumositatem: ideoq; in iuuenibus est amplius quam in pueris: quoniam puerorum materiæ vaporosę sunt, & non fumosæ. Et horum contraria ipsorum sequuntur contraria. Significatio autem ex parte figuræ est, quod[k] crispitudo significat caliditatem & siccitatem.[k] Est tamen cum foraminum & pororum inuenit tortuositatem: sed istud non mutatur cum alteratur complexio. Duæ vero primæ causæ alterantur alteratione complexionis, & planities huius significat contrarium. Ex parte autem coloris,[l] nigredo significat caliditatem, & subalbedo significat frigiditatem, & rufedo, & rubedo æqualita-

E G.ibi.f
E G.ibi.c.4.b
E G.ibi.f
E glacie
F G.li.2.de tēper.ca.6.c
C
F G.ibi.c.4.c
G G.li.16.de v.p.ca.2.h
H G.li.1.de tēpe.c.9.d
H G.ibi.c.4.c
I G.li.2.de tēpera.cap.5.
D
K Arist.li.5.de generat.aialium.c.3.
K G.ibi.a
K G.ibi.g.h
K G.ibi.b
L G.2.de tēper.capi.5.a,& Haly.li.1 ca.17.

tem significant: & albedo significat aut frigiditatem, aut humiditatem vehementem, sicut canities: E aut fortem siccitatem, sicut accidit vegetabilibus cum siccantur, quæ ex sua nigredine, aut viriditate transeunt ad albedinem: & hoc quidem nõ accidit hominibus, nisi in fine ægritudinum siccantium. Et canitiei quidem causa apud [a] Aristotelem est conuersio ad calorem phlegmatis, & [b] apud G. est [b] {atacharugi,} quæ nutrimentum comitatur, quod ad capillos venit cum frigidũ fuerit, & fuerit motus eius, & ipsius penetratio in poris tardata. Cumq; duas dictiones consideraueris, inuenies eas pro certo propinquas, quoniã causa in albedine coloris phlegmatis, & causa in albedine atacharugi est vna. Et de hoc quidem physicus tractare debet. [b] Post hoc aeres & regiones in re pilorũ operationem habent, quæ est obseruanda, non. n. expectatur, seu existimatur, ꝙ per rufedinem capillorum in nigro significetur complexio æqualis, quæ ei inhæret, neq; per nigredinem capillorum in alsachalebi significatur complexio calida, quæ inhæreat ei ẜm ipsum. Aetates ẽt in re capillorum operantur, qm̃ iuuenes sunt sicut meridionales: & pueri sicut septentrionales: & senectus est sicut medij. Pili præterea in puero multi, significãt, ꝙ ipsius complexio cum crescet ad melancholiam conuertetur, & in sene significat, ꝙ in præsenti est melancholicus. Quartũ vero genus signorum, est sumptum ex colore corporis. Albedo. n. signum est priuationis sanguinis, aut paucitatis ipsius cũ frigiditate, qm̃ si cum caliditate esset, & humore cholerico, esset citrinitas. [c] Et rubeus quidem significat multitudinem sanguinis, & caliditatem: & citrinus, & rufus significant caliditatem, F sed citrinus est magis significans choleram, & rufus sanguinem, aut sanguinem cholericum. [d] Et qñq; citrinus, sanguinis significat priuationem, licet non sit ibi cholera, quemadmodum accidit in conualescentibus. [d] Fuscus aũt vehementem significat frigiditatem, ob quam minuitur sanguis, & congelatur ille paucus, & ad nigredinem conuertitur, et cutis mutat colorem. Et brunus significat caliditatem. Et melongianus frigiditatem significat, & siccitatem, qm̃ color est, qui puram choleram nigram sequitur. Sed [d] gypseus puram frigiditatẽ significat, & rem phlegmaticam. [d] Et plumbeus frigiditatem & humiditatem significat cum pauca re melancholica, qm̃ est albedo cum pauco viriditatis. Erit ergo albedo sequẽs colorem phlegmatis, & complexionem humiditatis: & viriditas sequens sanguinem cõgelatum, qui trahit ad nigredinem, qui cõmistus phlegmati factus fuit viridis: & [d] eburneus frigiditatem significat phlegmaticam cum pauca cholera rubea. [e] Et ẜm plurimum quidem mutatur color propter hepar ad citrinitatem, & albedinẽ, & [f] propter splenem ad citrinitatem & nigredinem. [g] Et in ægritudinibus hæmorrhoidarum ad citrinitatem & viriditatem, & non est hoc semper, immo quandoq; diuersificatur. Significatio vero ex colore [h] linguæ super complexionem stomachi, & intestinorum, & venarũ quietarum in corpore est fortis. Et significatio ex colore oculorũ super complexionem [i] cerebri est fortis. Et fortasse est cũ in vna ægritudine duorum colorum diuersitas in duobus contingit mẽbris, [k] sicut cum albescit lingua, et nigrescit G facies in vna ægritudine, quemadmodũ in icteritia, quæ propter vehementiam acuitatis choleræ rubeæ accidit. Quintum vero genus est signorum ex forma membrorum assumptorum, qm̃ complexionem calidam sequuntur [l] pectoris amplitudo, & extremitatum magnitudo, & ipsarũ complementum in quantitate earum absq; coangustatione, & sine curtitate, [m] & venarum amplitudo, & earum apparitio, & [n] pulsus magnitudo, & fortitudo ipsius, & magnitudo musculorum, & propinquitas eorum ex iuncturis: quoniã operationes augmentatiuæ, & compositiuę formę, caliditate complentur. Et frigiditatem sequuntur omnium horum contraria, qm̃ propter eam deficiũt virtutes naturales à complemẽto operationum virtutis formatiuæ, & generatiuæ, [o] & cõplexionem siccam sequitur asperitas, & iũcturarum manifestatio, & apparitio cartilaginum in epiglotti: & naso: & est nasus æqualis. Sextum vero, est genus signorum sumptorũ ex velocitate passionis membrorum. Membrum enim cum cito calefit absq; difficultate, est calidæ complexionis, [p] quoniam conuersio in genere proportionali est facilior conuersione ad cõtrarium: & si cito infrigidatur, res erit econtrario propter eandem causam. Quod si aliquis dixerit, ꝙ oportet vt res sit huic contraria. Nos nanq; pro certo scimus, ꝙ res non patitur, nisi à suo contrario, & nõ à suo simili, sed ex hoc verbo, quod tu præmisisti, prouenit, vt passio à simili sit dignior. Responsio erit, ꝙ simile à quo nõ patitur res, est illud cuius qualitas, et qualitas illius qđ ei simile existit, est vna specie & natura. [q] Quod H autem calidius est alio, non est simile ei, quod est minus calidum: immo duo calida, quorum vnum est calidius, diuersificantur: & illud quidem quod est minus calidum comparatione eius quod est calidius, est frigidum. [r] Patitur ergo ex hoc vnde est frigidum comparatione illius, et non calidum. Patietur etiam ab eo, quod est ipso frigidius, & à frigido: vnum tñ eorum ipsius qualitatem auget, & præbet ei augmentum, quod est in ipso fortius, & alterum minuit qualitatem, ipsius ergo alteratio ad id, quod in sui qualitate præstat augmentum, & mutat illud, quod in ipso est fortius, erit facilior: licet sit hic alia causa, quæ alicui eorum, quæ in natura seu complexione cõmunicant, seu conueniunt est propria, & est remissior, seu diminuta in ea, sicut illud, quod in sui natura calidæ existit cõplexionis, non cito recipit in se calidi opationem, nisi ppea, ꝙ caliditas destruit operationem contrarij, quod est frigidũ impediẽs illud, quod cõplexio calida vult efficere de augmẽto in calefactione. Cũ ergo sibi occurrũt, & prohibẽs destruit, iuuant se ambo in calefaciendo, & eorũ adiutorium sequit̃ duarum qualitatũ fortitudo cõpleta. Cum vero extrinseca caliditas ęqualitatẽ destruere voluerit calor ĩnatus: q est ĩtus, erit res fortior in resistẽdo, adeo vt venena calida nõ refrenet, neq; expellat, neq; ipsorũ corrũpat subam, nisi calor ĩnatus. Calor nãq; ĩnatus naturę est instr̃m, qđ caloris

euenientis

A Li.5. de gña. animal. c. 11.
B Li. 2. de tẽpe. ca. 5. e
B situs, uel mu cor
B G. ibi. c
C G. li. de progno. 34. d, & li. 4. de san. tu. c. 4. b
D Ras. t. 2. c. 1.
E Li. 3. F. 13. t. 1. ca. 17. & F. 14. t. 2. c. 2. & G. li. 1. de loc. af. c. 5. d, & li. 5. c. 7. b, & Ras. ibi.
F Li. 3. F. 15. t. 2. c. 1. & G. li. 1. loc. affe. ca. 5. d, & li. 5. c. 7. b
G Li. 3. F. 17. t. 2.
H Li. 3. F. 13. t. 1. capi. 17.
I Li. 3. F. 1. t. 1. ca. 13. & Ras. t. 2. c. 28.
K Li. 3. F. 15. t. 1. capi. 4.
L G li. art. medic. cap. 29. f
M G. li. 2. de temp. c. 4. c, & lib. ex art. med. c. 37. a
N Li. 1. de cã puls. ca. 4. c
O D. 2. s. 2. ca. 8. & Ras. t. 2. c. 1.
P Arist. li. 2. de genera. te. 25. & 34. & li. 2. te. 1. c. 3.
Q Ga. 3. de simpli. ca. 8. b
R Li. 2. t. 1. c. 3.

A euenientis expellit nocumentum, propterea ꝙ ſpiritum mouet ad ipſum expellēdum, & ad eius vaporem remouendum, & ad ipſum reſoluendum, & ipſius materiam adurendū. Et frigidi etiam aduenientis nocumentum per contrarium expellit. Hanc vero proprietatem nō habet frigiditas: non enim impugnat, neq; refrænat niſi aduenientem caliditatem per contrarium tantū, quia non impugnat aduenientem frigiditatem. Et calor quidē innatus eſt ille, qui humores naturales tuetur, ne eis caliditates extraneæ dn̄entur. Calor nāq; innatus cum eſt fortis, poteſt natura ipſo mediante in humoribus miniſtrare ſm modum maturandi et digerendi: & cuſtodire eos ſm ſanitatē: & mouentur humores ſm modum miniſtrationis ipſius: & prohibentur moueri ſm modum miniſtrationis caloris extranei, quare non putreſiunt. Sed cum calor iſte eſt debilis, fatigatur natura, & à regimine humorum abſtinet propter inſtrumenti debilitatem, quod inter ipſam & humores eſt medium & ſtat: & calor extraneus inuenit ipſum non occupatum in regimine. Cōprehenduntur ergo ab eo, & facit eos obedientes, & motu extraneo ipſos mouet, & accidit putrefactio. [a] Calor igitur innatus virtutum omnium eſt inſtrumentū: [b] Sed frigiditas eſt ei inconueniens: & neq; prodeſt, niſi accidentaliter. Ideoq; dicitur calor innatus, & non dicitur frigiditas innata, neq; proportionatur ad frigiditatem illud, quod ex colcodea corporis ad caliditatem proportionatur. Septimum autē eſt diſpoſitio ſomni, et vigiliarū: q̄m æqualitas amborum ſignificat cōplexionē temperatam, præcipue in cerebro, & augmentum [c] ſomni ſignificat frigiditatem & humiditatem, & [d] augmentum vigiliarū ſignificat ſiccitatem & caliditatem, proprie in cerebro. Octauum autē genus eſt, quod ſumitur à ſignis operationum. [e] Cum enim operationes ſm naturalem curſum procedunt plene & perfecte, ſignificant cōplexionis æqualitatem. Quod ſi à parte ſua ad motus mutentur ſuperfluos, ſignificant cōplexionis caliditatem. Et ſimiliter ſi properauerint, q̄m caliditatē ſignificāt, ſicut augmēti velocitas & [f] velocitas natiuitatis capillorū, & natiuitatis dentiū. [g] Quod ſi debilitentur, & pigreſiant, & [g] tardentur, ſignificant complexionis frigiditatem. Eſt tamen cum eorum debilitas, & ocioſitas, & tarditas, ſunt cadentes propter cōplexionem calidā, licet illud eſſe nō poſſit abſq; mutatione à curſu naturali cum debilitate. Et eſt etiam cū plures naturalium operationum deficiunt propter caliditatem, & minuuntur, ſicut ſomnus: q̄m fortaſſe eſt cum deſtruitur propter calorem cōplexionis calidæ, aut minuitur. Et ſimiliter eſt cum augetur aliqua diſpoſitionum naturalium propter [h] frigiditatē, ſicut ſomnus: ſed tamen non erunt ex ſumma operationum naturalium abſolute, imo cōditionaliter, & per cauſam. [i] Somni nāq; neceſſitas in vita & ſanitate, non eſt neceſſitas abſoluta, imo propterea vt ſpiritus ab impedientibus ſeparetur propter illud, quod ei accidit ex laſſitudine, aut propterea, ꝙ eſt ei neceſſariū incūbere ſuper digeſtionem cibi: & propterea ꝙ non poteſt perficere duas res. Sōni igitur neceſſitas non eſt [l] niſi ex parte alicuius impotētiæ, & eſt exitus à neceſſitate naturali, licet ſit exitus ille naturalis ab eo, vnde eſt neceſſarius: naturalis enim dicitur de neceſſario cōitate nominis. Et hæc pars verior ſignificatio nō eſt, niſi ſuper cōplexionem æqualem, & illud ſm ꝙ æquantur operationes & cōplentur. Eius vero ſignificatio ſuper caliditatem & frigiditatem, & ſiccitatem & humiditatē, & eſt ſignificatio probabilis. Ex genere autē operationum fortium, quæ calorem ſignificant, eſt fortitudo vocis, & eius groſſitudo, & loquendi velocitas, & ipſius continuitas, & ira, & feſtinatio motionū, & palpebrarum citatio: licet ſit cum iſta adueniunt non propter cauſam cōem, imo propter cauſam membro operationis propriam. Nonum vero genus eſt expulſio ſuperfluitatū à corpore, & qualitates eorum, quæ expelluntur. Expulſio enim cum non aufertur: & illud, quod ex ſtercore, & vrina egreditur, & ſudore, & alijs, eſt [k] acutum habens odorem fortem, & tincturam ex eis, quæ tincturam habere conſueuerunt, & aduſtionem, & decoctionem ex illis, quæ aſſationem & decoctionem ſolent habere, eſt calidum. Quod vero diuerſum eſt ab hoc eſt frigidum. Et genus quidem decimum eſt ſumptum ex diſpoſitionibus virtutum animæ in ſuis operationibus, & paſſiōibus [l] ſicut vehemens velocitas ad iram, & fortis, [m] mobilitas in opinionibus, & [n] ingenioſitas, & intellectus, [o] & audacia, & [p] inuerecundia, & bonitas exiſtimationis, & bonitas ſpei, & impietas, & impigritia, & morum virilitas, & celeritas in motibus, & operationibus, & pauca ocioſitas, & parum pati ab vnaquaq; re, ſignificat caliditatē. Eorum autē contraria frigiditatē. [q] Et iræ perſeuerātia vel firmitas & manſuetudo, & imaginari, & rememorari, & reliquorū, ſignificant ſiccitatē. A [r] paſſionibus vero cito remoueri, ſignificat humiditatem. Ex hac quidem ſecta eſt inſomnietas, & ſomniū, q̄m ille in cuius [s] complexione eſt dominium caliditatis, videt ſe quaſi ad ignem calefieri, aut ſicut ille, qui ſedet ad ſolem. [s] Et ille in cuius cōplexione eſt frigiditas dominās, videt ſe ſicuti eſſet in niue, aut quaſi in aquā mitteretur frigidam. Amplius vnuſquiſq; humorem habens dn̄antem videt illud, quod ſuo pertinet humori, quēadmodū dicunt. Hoc autem totū quod nominauimus, aut plurimum eius, eſt de modo ſignificationum cōplexionū principalium, quæ ſunt ab initio creaturæ. Complexionū vero extranearū accidentaliū illam, quæ calida eſt, ſignificat inflāmatio corporis nociua, & à febribus noceri, & debilitas virtutis apud motiones propter cōmotionē caliditatis, & ſitis ſuperflua, & inflāmatio in ore ſtomachi, & amaritudo in ore, & pulſus declinās ad debilitatē, & velocitatem, & vehementiam, & frequentiam, & cui omnia calefacientia in regimine adhibita nocent, & quē infrigidantia curant, & cuius diſpō in æſtate mala exiſtit. Cōplexionis autē frigidę non naturalis ſigna ſunt, parum digerere, & ſitis pauca, & iuncturarū laxitas, & ex phlegmatæ febres multæ, & cui reumatiſmi nocent, & comeſtio infrigidantiū, & vt per calefacientia curetur, & vt in

A G.li.8. de Hip. & Plat.decre.c.7.e
B Fē.1.doct.6.c.3.
C G.li.art.med.c.22.c, & lib. de ple. c.11.g
D G.ibi.c.18.h, & li.de pleni.c.11. g, & cōm.1. in primū porrhe.Hip.
E G.li.2. de tēpa. c.1.g.h.
F G.li.art. med.c. 14.g
G Fē.1.doct.6. ſū. 1.c.3. & lib.3. Fē.1. t.1.c.5. & t. 4.c.7. & G.2. loc.a.f.c.9. ab.&.3.c.5.ef & 2. de cā ſymp.c.7.b c
H Ariſ. li.de ſom. & G.lib.2.apho.3.
I Ariſt.li.de ſom.
K Raſ.t.2.c.1.
L G.lib.art.med. c.29.e
M G.c.12.e
N G.ibi.
O G.c.29.
P .Capi.33.
Q G.ibi. ex art.medic.c.31.
R G.ibi.c.32.
S G.lib. de digno. ex in ſomnijs

vt in hyeme malam habeat diſpoſitionem. Signa vero humiditatis non naturalis ſunt pertinentia E
ſignis frigiditatis, & eſt cum eis laxitas, & ſaliuæ fluxus, & mucilaginis, & ventris ſolutio, & dige-
rendi malitia, & impedimentũ, quod eſt à regimine, quod eſt humidũ, & multus ſomnus, & infla-
tio palpebrarũ. Sed ſigna ſiccitatis non naturalis ſunt aſperitas, & vigiliæ, & macies accidẽtalis, &
læſio à regimine in quo eſt ſiccitas, & malitia diſpõnis in autũno, & curari per id, quod humiditatẽ
efficit, & curatio præſens per aquam calidam, & oleum ſubtile, & fortis receptio eorum.

De comprehenſione ſignorum complexionem habentis æqualem. Cap. 4.

Signa [a] eius aggregata excepta de alijs, quæ diximus, ſunt æqualitas tactus in caliditate & frigi
ditate, & ſiccitate & humiditate, & mollitie & duritie: & ęqualitas coloris in albedine & rube
dnie, & figuræ mediocritas inter groſſitiem & maciem, quæ tamen magis declinet ad groſſitiem.
Et ipſius venæ ſunt inter ſubmerſas & ſuper carnem procedẽtes, quæ ſunt ſeparatæ, & egredien-
tes: & ęqualitas capillorũ in multitudine & paucitate criſpitudinis & planitiei, & in tẽpore pueri-
tiæ declinent ad rufedinem, & in tẽpore iuuentutis ad nigredinem aliquãtulum: Et æqualitas di-
ſpoſitionis ſomni & vigiliarum, & membrorũ in ſuis motibus conuenientia & facilitas, & fortitu
do in imaginatione, & intellectu, & memoria: & in moribus mediocritas inter ſuperfluitatem &
diminutionem, videlicet inter multam audaciam & timorem, & inter irã & patientiam, & impie-
tatem & miſericordiam, & furioſitatem vel iracundiã, & manſuetudinem, & ſuperbiam, & deie- F
ctam animam, & in operationibus omnibus cõplementum, & ſanitas, & bonitas augmenti, & ve-
locitas in ipſo, & longitudo ſtatus. Et erunt ipſius ſomnia delectantia, in quibus imaginãtur, odo
res boni, & voces delectabiles, & palatia noua ornata. Et hanc quidem habẽs complexionem fa-
ciem hilarem amabilem, & iucundam habebit. Et erit temperatus in deſiderio comedẽdi & bibẽ-
di. Et erit bonæ iſtimbre in ſtõ, & hepate, & venis, & aſſimilatione in toto corpore. Et tẽperatus
in expellendo ſuperfluitates à ſe ex canalibus, quæ illud efficere conſueuerunt.

De ſignis eius, qui egreditur ab æqualitate ſuperflue. Cap. 5.

Iste eſt, cuius complexiones [b] membrorũ non ſimilantur: imo fortaſſe membra ipſi principalia
in exitu ab ęqualitate ſibi contraria exiſtunt, & vnum eorum ad vnã egreditur cõplexionem,
& aliud ad eius contrariam. Cumq; eius compoſitio diſſimilis fuerit, erit malus, & ingenio ſui, &
intellectu [c] ſicut ille, qui magnum habet ventrem, & [c] digitos curtos, & [c] faciem & caput rotundũ,
& ſtaturam magnam, aut ſtaturam paruam, & in facie, & fronte carnis multitudinem, & etiam in
collo & pedibus, & eſt eius facies mediæ ſphæræ ſimilis. Et ſi ipſius [d] mandibulæ magnæ fuerint,
erit valde diuerſus, & ſimiliter ſi caput & frons rotunda fuerint, ſed facies valde longa & collũ ve
hementer groſſum, & in oculis motus habuerit tarditatem, erit hoĩbus oĩbus bonitate remotior.

De ſignis repletionem ſignificantibus. Cap. 6. G

Repletio ẽm duos exiſtit modos. [e] Eſt enim repletio ẽm vaſa, [e] & eſt repletio ẽm virtutẽ. Re-
pletio vero ẽm vaſa eſt vt ſint humores & ſpiritus. & ſi in ſuis qualitatibus boni exiſtant, in
quantitate ſui ſuperflui adeo ꝙ vaſa impleuerint & extenderint: hoc autem habens ẽm timorem
motus exiſtit. [f] Eſt nãq; cum repletio venas ſcindit, & ad ſuffocantia fit fluxus, & accidit ſuffoca-
tio, aut epſia, aut apoplexia. [g] Cuius quidem ſanatio eſt, vt cito cũ minutione ſuccurratur. Reple-
tio autem ẽm virtutem eſt, vt non ſit nocumentũ ex humoribus propter quantitatẽ ipſorũ ſolum,
ĩmo propter malitiam qualitatum ipſorum: quapropter virtutem malitia ſuæ qualitatis vincunt,
& fiunt inobedientes ad digerendum & maturandũ. [h] Et hoc quidem habens ex ægritudinibus
timet putrefactionis. [i] Repletionis vero ſigna vlr ſunt, membrorũ [i] grauitas, & in motibus [k] pigri
tia, faciei rubedo, & venarum inflatio, & cutis [l] exteſio, & plenitudo in pulſu, & tinctura in vrina,
& ſpiſſitudo: & [m] paucitas deſiderij, & fatigatio in viſu & ſomnia, quæ grauitatem portẽdunt, [n] ſi-
cut eius, qui videt ſe quaſi mouere non poſſe, aut onus graue deferre, aut loqui nõ poſſe, ſicut [n] vi-
dere ſe volare. & motuum velocitas humores ſignificat ſubtiles, & in quantitate temperata. Et re
pletionis quidem ẽm virtutem ſigna ſunt quidẽ, [o] grauitas, & [o] pigritia, & deſiderij [o] paucitas, quæ
ei & primæ repletioni ſunt cõia. [p] Sed cum repletio ẽm virtutem eſt ſimplex, non ſunt venæ adeo
inflatæ, neq; cutis vehementis extenſionis, neq; pulſus adeo plenus, & magnus, neq; vrina multũ H
groſſa, neq; color valde rubeus: & [q] fractio, & laſſitudo non proueniunt, niſi poſt motus & opera-
tiones. Et videt in ſomnis pruritum & mordicationem, & inceſionẽ, & [r] odores fœtidos. Humor
etiam dominans cognoſcitur per ſignificationes ipſius, quas nominabimus. Et ẽm plurimũ reple
tio ẽm virtutem generat ægritudinem antequam eius compleantur ſignificationes.

De ſignis dominij cuiuslibet humoris. Cap. 7.

Sanguinis ſignificationes cum dominantur, ſignificationibus repletionis ẽm vaſa vicinæ exi-
ſtunt, & propter hoc accidit ex dñio eius grauitas in corpore, & in origine oculorum proprie,
& in capite, temporibus, & alices, & oſcitationes, & nauſea & ſomnolentia cõtinua et in ſenſibus
perturbatio, et in intellectu tarditas, et laſſitudo abſq; præcedente labore, et [ſ] dulcedo in ore præ-
ter ſolitum, et [t] rubedo in lingua, et fortaſſe in corpore apparebũt {aldemamil} et [v] in ore bothor,
et ſanguinis fluxus accidit à locis, quæ facile ſcinduntur, ſicut [v] naribus, ano, et gingiuis. Et eſt etiã
cum illud demonſtrat complexio, et [x] regimen præteritum, et regio, et [x] ætas, et tempus, et cõſue-
tudo, et tẽpus longum à minutione. [y] Et ſomnia, quæ illud ſignificãt, ſicut cum homo in ſomnijs
res videt rubeas, aut ſanguinem multum ex ſuo corpore exire, aut [z] ſe in ſanguinẽ natare, aut his
ſimilia

A G. li. art. medi. c.8.g, &.c.51.& lib. 2. de tẽpa. c.1.g & Halya li.1. theo. c.18.& Raſ.t.2.c.2.
B G.lib.6. de tuẽ. ſan.c.2.d
C Raſ.t.2.c.2
D Raſ.ibi.
E G.li. 9. meth. c. 5.c, & de curã. rõne per ſanguis miſſio. c.4.e, & cõmẽ.1.in Hip. lib. de natura huma.c.1.f. & li.de pleni.c.3. a Raſ.t. 2.c.19. Gal 2.apho. 17.& Alzarab.lib. the.t.5.c.4.
F G.cõ.1. in Hip. lib. de natu. huma. c.1.f, & lib. de curã. rõne per ſanguinẽ c.5.b, & li.1.aphor. 3.f
G G.li.9.metheo. c.5.d
H G. lib. de curã. rõne per miſſi. ſan. c.5.a,b
I G. lib. de multi. c.12.c. & Alzara.li. the.t.5.c.4.
K Raſ.t.2.ca.19.
L Raſ.
M Alza.ibi.
N G.li. de digno. ex in ſomnijs. d
N G. ibi.
O G.lib. de curan. rõne p ſang.c.4.e,
O Raſ.ibi.
P Raſ.t.2.c.19. Alzara. lib. theo.t. 5.c.4.
Q G.li.2. de cauſis ſympto.c.5. b,c
R G.lib. de digno. ex in ſomnijs. d, e
S Raſ.t.c.2.c.20.
T Alza.lib.theo.t. 5.c.5.
T Furunculi.
V Raſ.ibi.
X G.lib.10. de cõpõ. phar.c.2. h
Y G.cõmẽ.3.in.1. Hip. de mor. vulg. i.h.
Z G.lib. de digno. ex ſomnijs.d.

A Alzara. li. the. t. 5. c. 7.
B Ras. t. 2. c. 23.

A similia. [a] Dominij vero phlegmatis significationes, sunt albedo in colore superflua, & laxitas, & tactus mollities, & frigiditas eius [b] & saliuæ multitudo, quæ sit viscosa: [b] & ~~siccitas~~ nisi salsum fuerit, & præcipue in senectute, & [b] digerendi debilitas, & oxyregmia, [b] & vrinæ albedo, [b] & somnus multus, [b] & ociositas, & [b] mẽbrorũ lassitas, & hebetudo, [b] & pigritia & pulsus lenitas, qui tarditati & raritati attinet. [c] Amplius ætas, & cõsuetudo, [c] & regimen pteritum, & ars, & regio. [d] Etsomnia in quibus videntur aquæ, & flumina, & niues, & pluuię, & frigus cum tonitruis. [e] Significationes autem dominij choleræ rubeæ sunt, coloris & [e] oculorum citrinitas, & [e] oris amaritudo, & linguæ [e] asperitas, & ipsius [e] siccitas, & narium ariditas, & vento frigido delectari, [e] & sitis multa, & pulsus festinatio, [e] & desiderij comedendi debilitas, [e] & nausea, et vomitus [e] cholericus, et [e] viridis, et fluxus ventris mordificatiuus, & horripilatio ad modum puncturæ acuum. [f] Amplius pręcedens regimen, [f] & ætas, & cõplexio, & consuetudo & regio, & hora, & [f] tẽpus, et ars. [g] Et somnia in quibus videntur [g] ignes, & vexilla citrina, et videre res, quæ non sunt citrinę, citrinas: et videre incensionem, aut calorem balnei, aut solis, aut his similia, significãt illud. [h] Dominij vero choleræ nigræ significationes sunt, corporis [h] macies, et vt sit [h] fuscus, et sanguinis [h] nigredo, et eius grossities, et vigiliæ multæ, et multa solicitudo, et [h] ardor oris stõi, et [h] desiderium mendosum, et vrina fusca et [h] nigra aut rubea grossa, et vt [h] corpus sit nigrum et pilosum: [h] qm̃ cholera nigra raro generatur in corporibus albis absq; pilis, et vt frequenter accidant [h] morphea nigra, et [i] vlcera mala, et [i] ægritudines in splene. [k] Et præter hæc, ætas, et cõplexio, et cõsuetudo, et regio, et ars, et hora, et tẽpus, et regimẽ pteritũ. Et somnia terrorẽ facientia [l] ex tenebris, et cruciatu, et rebus nigris, et terroribus.

Sitis paucitas

C G. lib. 10. de cõpõ. phar. c. 2. h
D G. li. de digno. ex somnijs c. & cõ. 3. in. 1. de morb. vulga. i. h.
E Ras. t. 2. c. 21. & Alza. li. the. t. 5. c. 6.
F G. li. 10. de cõp. phar. c. 2. h
G G. lib. de digno. ex som. c. & cõm. 3. in de mor. vulg. i. h
H Ras. t. 2. c. 22. & Alzar. t. 5. c. 8.
I G. li. 4. apho. 2. f, & Ras. ibidem.
K G. li. 10. de cõp. phar. c. 2. h
L G. de digno. ex somnijs e. & cõ. 3. in 1. de mor. vulg. i. h
M G. li. 5. loc. a. f. c. 7. b

B

De signis, quæ oppilationem demonstrant. *Cap.* 8.

CVm materiæ fuerint coarctatæ seu conculcatæ, et significationes eas demonstrant, et sentitur [m] extẽsio, et nõ sentiuntur significationes repletionis in toto corpore: oppilationes, proculdubio ibi adesse intelliguntur. Verũtamen [m] grauitas in oppilationibus sentitur, cum oppilationes in canalibus existũt, per quas multas currere materias est necesse, sicut in oppilationibus, quæ in hepate fiunt: qm̃ illud, quod ex cibo ad hepar peruenit, cum oppilationes penetrare prohibuerunt, colligetur ex ea res multa, et retinebitur, et grauabit vehementius q̃ apã, et discernetur ab apãte per multam grauitatem, et febris priuationem. Cum autem oppilationes in alijs fuerint canalibus non sentietur grauitas, sed sentietur retentio penetrationis sanguinis, et extensio. [n] Amplius plurimi oppilationes in venis habentium, colorem habent citrinum: quoniam sanguis per {[n] foramina} sua, ad cutis superficiem non accedit.

N G. li. 9. method. c. 2. b
N Vasa.

De signis quæ ventositates significant. *Cap.* 9.

C

VEntositates cognoscuntur per id, quod ex doloribus accidit membris sensibilibus. Et hoc quidem sequitur illud, quod ipsę ex solutione continuitatis efficiunt. Et cognoscuntur per motus, qui eis accidunt mẽbris. Et cognoscuntur etiam per somnos. Et cognoscuntur per tactũ. Dolores autem [o] extendentes, ventositates significant, et præcipue si fuerint cum leuitate. Quod si illic permutatio ex dolore fuerit, iam significatio cõpleta erit. Et hoc quidem non erit, nisi cum continuitatis solutio in membris fuerit sensibilibus. In eis autem, quę sunt sicut ossa, aut sicut caro glandosa, non apparet hoc per dolorem. Est tamen cũ in ossibus fiunt ventositates, quę ossa rumpendo frangunt, vbi non est dolor, nisi sequens puncturam, ossis fracti pungẽtis id, quod ei vicinatur. Cognitiones autem ventositatum ex motibus membrorũ sunt, sicut cognitiones ex [p] iectigatione accidente ex ventositatibus, quæ generantur, et mouentur ad hoc, vt exeãt, et resoluant. [q] Ex sonis autẽ cognoscũtur, qm̃ soni, aut erunt in ipsis eisdem, sicut ventris rugitus, & eis similia: et sicut sonitus in splene, cum eius dolor ex ventositate fuerit: cum compressione, aut sonus in eis fiat per percussionẽ: queadmodum dignoscitur hydropisis inter ascitem et tympanitem per percussionẽ. Earum autem cognitiones ex parte tactus sunt, verbi gratia, quia tactus discernit inter inflationẽ et [q] {aselha:} [r] propterea q inflatio est ibi cũ extensione, et cedit pressioni: et non in materia fluida quæ cõmouetur per cõpressionem: sensus enim tactus inter ista discernit. Et differentia quidem inter inflationem et ventositatem non est in substantia, imo in forma motus rei sparsę vel cõmotæ per se, vel per compressionem: et in forma stationis seu quietis.

O Doc. 2. sum. 2. c. 20.
P Gal. lib. 2. de cã symp. c. 2. f.
Q G. lib. de symp. differen. c. 5. c.
Q i. tumor frigidus.
R G. lib. 14. meth. c. 7. c.

D

De signis apostemata declarantibus. *Cap.* 10.

APparentia apãta quidem declarant sensus et pręsentia. Occultorũ vero calida, demonstrant febris continua et grauitas, si membrum in quo existit, caret sensu, et grauitas cum dolore pungitiuo, si membrum apostematũ sensum habuerit. Et ex eis etiam, quæ ipsa declarant, aut declarando iuuant, est nocumentum in operationibus illius membri ingrediens. Et ex illis, quę ipsa vehementer significant, est sentire inflationem in parte illius membri, si sensus ad ipsum semitam habuerit. Frigidum autem, dolor proculdubio non comitatur. Cuius vniuersalia signa demõstrare est difficile. Quæ si facilia fuerint, necessario in sermone erunt tędiosa. Melius ergo est, vt sermo de eis posterius ad [s] dictiones cuiusq; membri particulares reseruetur. Quod autem hic dicimus, est q cum sentietur grauitas, et non [t] dolor, et fuerint cum eo significationes dominij phlegmatis, existimandum erit q sit phlegmaticum. Et si cum eo fuerint signa dominij melancholiæ, erit melancholicum, et [u] proprie cum tangetur, et fuerit durum. Durities nãq; est de conuenientioribus significationibus ad ipsum declarandum. Cum autem apostemata calida in neruis fuerint, erit dolor vehemens, et febres fortes, quæ cito ad extensionem et [x] turbationem intellectus perducent, et in

S Lib. tertij et q̃rti
T Gal. lib. 3. de cã sympt. c. 2. c. & lib. 2. art. cur. ad Gla. c. 3. f.
V G. lib. 4. de vic. rõne. 21. c. & lib. 5. simp. c. 9. d
X G. li. 3. loc. a. f. c. 7. c. & lib. art. med. 92. a.

E

& in motibus dilatationis,& constrictionis facient nocumentum. Amplius omnia interiorũ apostemata in mirach tenuitatem & macredinem efficiunt.[a] Cumq; collectionem facient apostemata in visceribus,& secundum exituræ semitam processerint,infestabit dolor vehementer,& febris,et exasperabit lingua valde,& vigiliæ fortes fient,& accidentia augmentabuntur, & accrescet grauitas, & fortasse sentietur durities & plenitudo extendens, sicut plenitudo vtris valde pleni. Est ēt cum in corpore subita apparet macies,& in oculis repentina concauitas.[a] Cumq; illud,quod collectum est fit maturum,febris fortitudo,& doloris,& pulsus sedatur:& loco doloris res aduenit,quę est sicut pruritus:& si rubedo,& durities ibi affuerint,minorabitur rubedo, & mollificabitur durities,vt cōpressio incedat, & sedabuntur accidentia oīa dolorem facientia, & grauitas ad sui finem perueniet.Cūq; aperietur,accidet prius [b] rigor propter mordicationem saniei, deinde manifestatur febris causa mordicationis saniei,& erit pulsus latus propter euacuationē, & diuersus, & incedet ꝑm viam debilitatis,& raritatis,& paruitatis,& tarditatis,& in desiderio apparebit casus,& sæpe [b] calefiunt per ipsum extrema. Materia autem expellitur per causam suæ partis, aut in itinere spuendi,aut mingendi,aut egerendi.[c] Et significatio quidem bona post apertionem est, vt febris ex toto quiescat,& anhelitus fiat facilis,& virtus viuificetur, & materia cito in parte sua egrediať. Est autem cum in occultis apostematibus materia de membro ad membrum mutatur. Et est cum hæc quidem mutatio est bona,& est cū est mala.Bona autem est cum de mēbro nobili ad ignobile mutatur membrum,sicut cum de apostematibus [d] cerebri mutatur ad id,quod est post aures,& de apostematibus hepatis ad inguina. Et mala est cū de membro ignobili ad membrum eo nobilius mutatur, aut quod minus possit tolerare illud, quod ei accidit, sicut cū apostema lateris ad partem cordis,aut pulmonis mutatur.Mutatio præterea occultorum apostematum, & inclinationes exiturarum ad superiora,aut inferiora significationem habent.Nam si in motibus ipsorum ad inferiora declinauerint,in hypochondrijs apparebunt extensio & grauitas. Et si in motione sui ad superiora declinauerint,demonstrabit illud nobis dispositionis anhelitus malitia, & eius coangustatio, & ipsius difficultas,& pectoris constrictio,& ardor ab inferioribus incipiens, & ad superiora tendens,& grauitas in parte furculæ,& capitis dolor. Et est etiam cum signum apparet in adiutorio, & [d]{alseid.} Et illud quidem,quod ad superiora declinat,si cerebro fuerit infixum, erit malum & terrefaciens. Verūtamen [e] si ad carnem laxam,quæ est post aures,declinauerit,euasionis fiducia in ipso erit. [f] Fluxus præterea sanguinis ex naribus in talibus apostematibus est signum bonum, & in omnibus etiam interiorum apostematibus. Tu autem ad hoc inquirendum expecta in eo quod postea dicturi sumus,vbi [g] sermonem de apostematibus inuestigabimus,[h] et dispositionem cuiusque occultorum membrorum nominabimus.

A Hip.li.2.aphor. 47.& G. de tēpori. morb.genera c.3.f & li.1.de crisi.c.18. h, &. 2. prognosti. 60.d
A Hip.ibi,& G.ib.
B G.li.2.prognost. c.58.b
B G.ibi.60.e
C Hippo.li.2. prognost.56.g.a.63.g
F
D G.cō 1. in.1.de morb.vulg.h, &.3. de crisi.c.7.e.f
D cubiti
E Hip.li.2.ꝑgnos. 64.
F Hip.&.Gal.li.1. prognost.32.
G Li.4.F.3.
H Lib.3.

De signis solutionis continuitatis. *Cap. II.* G

S[i] Olutionem continuitatis si in membris acciderit apparētibus, sensus declarabit.[i] Quòd si in membris acciderit occultis,dolor eam demonstrabit perforatiuus,aut pungitiuus,aut corrosiuus,& præcipue si non cum eo affuerit febris. Et ipsam quidem multoties sequitur fluxus humoris,sicut sputum sanguinis,& effusio ipsius ad spatium,& puris,& saniei egressio,si post significationem apostematum fuerit,& eorum maturationem:Quæ aūt est post apostemata,est cum significat apostematis apertionē cum maturatione, & est cum non. Si vero cum maturatione fuerit febris,cum apertione quiescet,& euacuabitur pus,& quiescet grauitas,& alleuiabitur.Quod si non ita fuerit,dolor fiet maior,& augmentabitur.Est etiam cum continuitatis solutio ex membri dislocatione à suis locis,& recessione membri à suo loco,& si non dislocetur,sicut ruptura,dignoscitur. Et est cum ipsa cognoscitur retentione eius quod euacuari consueuerat ex canalibus, quoniā fortasse ad canales,aut amplitudinem, quam continuitatis solutio facit descendit, & non ꝑm naturalem separatur viam,[k] quemadmodum illi contingit,cui intestina rumpuntur,si egestiones retinentur.Et est cum continuitatis solutio non apparet, neq; per signa cognoscitur vniuersalia, quæ nominata sunt:vnde in eius declinatione sermones particulares sunt necessarij,ꝑm vnūquodq; membrum:& hoc quidem erit,cū membrum sensum non habet: aut non comprehendit humiditatem, quæ ex ipso fluat: aut non habet spatium, propter quod à loco suo remoueatur: aut non sustentatur,vel appodiatur super membrum, propter quod remoueatur ab eo per dislocationem.[l] Et tu quidem scire debes,ꝙ apostemata,& [m] continuitatis solutio,quæ deteriora habent accidentia,sunt quæ in membris existunt neruosis,quæ sunt fortis sensus:qm̄ est cum sunt perniciosa,& syncopis, & spasmus ea semper comitantur:syncopis quidem propter doloris fortitudinem, & spasmus propter membri neruositatem:[m] deinde illa, quæ sunt super iuncturas, qm̄ tarde meliorationem recipiunt,propter vehementem iuncturæ motum,& propterea ꝙ amplitudo, quæ est apud iuncturā est apta,vt materia ad ipsam descendat.Et quoniam pulsus, & vrina existunt ex significationibus, dispositionum vniuersalibus:de eis igitur loquemur.

I G.li.art.med.capi.75.
I G.ibi.&.c.80.c
K Li.3.F.16.t.1.capi.2.
H
L Li.4.F.4.t.1.ca. 3.&.t.2.c.1.
M G.li.4. metho. ca.6.b,& li.5. aphorif.66.
M G.ibi.c.6.b

Summa prima dictionis secundæ de pulsu: Cuius sunt. xix. cap.

Sermo vniuersalis de pulsu. *Cap. I.*

P[n] Vlsus est motus receptaculorum spiritus ex diastole,& systole compositus ad regendū spiritum per aerem attractum.Consideratio autem,quæ attenditur in pulsu,aut est vniuersalis, aut particularis ꝑm vnamquamq; ęgritudinem. Et nos quidem hic de vniuersalibus regulis scientię pulsus loquemur:& particulares ad loquendum de ęgritudinibus particularibus in posterioribus reseruabimus.

N G.li.4. de diffe. pulf.c.2.c.f, & Halya.li.7.theo.c.2.

A G.li.1.de differ. pulſ.c.3.c,& li.3. de dignoſcē.c.3.b
A reſeruabimus. Dicemus ergo quod [a] quiſque pulſus eſt cōpoſitus ex duobus motibus, & duabus quietibus. Omnis nanque pulſus ex diaſtole & ſyſtole eſt compoſitus. Poſt hoc vero neceſſe eſt, vt inter omnes duos contrarios motus quies interueniat. Impoſsibile eſt nanque vt motus vnus alij motui continuetur, poſtquam ſpatio eorum applicatur terminus, & extremitas in effectu: hoc tamen in [b] ſcientia naturali declarabitur. Poſtquam igitur hoc ita eſt, impoſsibile eſt quin in vnoquoque pulſu, antequam alius conſequatur, quatuor interueniant partes. ſ. motus duo, & quietes duæ. ſ. motus eleuationis, & quies inter ipſam & depreſsionem, & motus depreſsionis, & quies inter ipſam, & eleuationem. Depreſsionis vero motus apud plurimos [c] medicorum nullo modo ſentitur, ſed apud aliquos eſt, cum aut in forti pulſu ſua fortitudine ſentitur, aut in pulſu magno propter eleuationem ſui, aut in duro propter multam ſui reſiſtentiam, aut in tardo propter longinquitatem temporis ſui motus. [d] Gal. quoque dixit longo tempore nō fui ſolicitus ex depreſsione: poſtea vero non quieui tangendo, donec ex eo aliquid percepi, & poſtea illud compleui. Nam poſtea portæ pulſus mihi apertæ fuerunt. Qui vero iſta ſtuduerit, vt ego, percipiet illud, quod cōſecutus fui. Et licet ita ſit, vt dicit: in plurimis tamen diſpoſitionibus depreſsio non eſt ſenſu percepta. [e] Cauſa vero ob quam ſtatutum fuerit tangere venas brachij, eſt facilitas præbendi ipſum: & quod homo non eſt ſolicitus vt ipſum diſcooperiat, & rectitudo ſitus ipſius propter rectitudinem cordis, & eius quod eſt

B Ariſt.li.8. phyſi. 64.
C G.li.1. de dignoſcen.pulſ.c.3.h.b
D Ibi &.c.1.e.f,& cap.4.c
E Ga. li.de pulſ.ad Tyro.c.1.c

B iuxta ipſum. Et oportet quidem vt ſit tactus manu ſuper latus exiſtente, quoniam ſi manus ſuper vola plantæ extēdatur in latitudine, augmentum præbet, & ex eleuatione, diminutionē facit: & etiam diminuit ex longitudine, & proprie in macilentis. Et reſupinata augmentat in eleuatione, & longitudine, & diminuit ex latitudine. [f] Oportet præterea vt tactus fiat in hora, qua ille cuius pulſus eſt, ſit ab ira remotus, & gaudio, & exercitio, & omnibus paſsionibus, & ſaturitate, quæ grauedinem facit, & fame, & diſpoſitione in qua relinquuntur conſuetudines, & renouantur conſuetudines. [f] Et oportet etiam vt ſit de pulſu experimentum temperati nobilis, ita vt alius ei comparetur.

F G.li.de dignoſc. pulſ.c.2.h.a
F G.ibi.c.3.b.c

Amplius dicemus, quod genera ex quibus medici pulſus diſpoſitionem cognoſcūt, secundum quod ipſi referūt, ſunt.x. quāuis eis fuerit neceſſarium, vt poſuiſſent ea nouem. [g] Genus quidem, quod eſt ſumptum ex quantitate diaſtoles. Et genus, quod eſt ſumptum ex qualitate percuſsionis venæ in digitos. Et genus, quod eſt ſumptum ex tempore cuiuſque motionis. Et genus, quod eſt ſumptum ex eſſentia inſtrumenti. Et genus, quod eſt ſumptum ex eius euacuatione, aut repletione. [h] Et genus, quod eſt ſumptum ex caliditate tactus ipſius, aut frigiditate. Et genus, quod eſt ſumptum ex tempore quietis. Et genus, quod eſt ſumptum ex pulſus ęqualitate, aut diuerſitate. Et genus, quod eſt ſumptum ex eius ordinatione in diuerſitate ſui, aut inordinatione. Et genus, quod eſt ſumptum ex pondere. Genus vero quantitatis pulſus ſignatur ex quantitatibus ſuarum trium diametrorum, quę ſunt ipſius longitudo, & latitudo, & eius profunditas. [h] Sunt ergo in eo nouem pulſus diſpoſitiones ſimplices, & compoſitæ. Et nouem quidem ſimplices, ſunt [h] longus, curtus, & mediocris: & [h] latus, ſtrictus, & mediocris: & profundus, eleuatus, & mediocris. [i] Longus autem ille eſt, cuius partes in longitudine plus ſentiuntur, quàm naturalis abſolute, qui eſt pro certo eius, qui complexionem habet temperatam: aut naturalis proprius huic indiuiduo. & eſt temperatus ei, cui eſt proprius. Et tu quidem iam prius ſciuiſti differentiam inter eos. Curtus vero eſt ei contrarius. Et inter eos eſt mediocris, & tu quidem iudicabis secundum hanc regulam in ſex, quæ remanſerunt. Compoſitarum vero ex his ſimplicibus, quædam ſunt, [k] quæ nomen habent: & quædam, quæ nomine carent. Ille enim qui in longitudine, & altitudine, & latitudine eſt augmentatus, vocatur magnus: & qui in his omnibus eſt diminutus, vocatur paruus. Et qui inter eos exiſtit, tēperatus. Qui vero in latitudine, & altitudine eſt augmentatus, vocatur groſſus. Et qui in eis eſt minutus, dicitur ſubtilis. Et qui eſt inter eos eſt æqualis. [l] Generis autem quod ex qualitate percuſsionis venæ in digitos ſumptum eſt, tres ſunt ſpecies. [l] Fortis & ipſe eſt, qui apud diaſtolem tactui reſiſtit. Et debilis, qui eſt ei oppoſitus. Et æqualis, qui eſt inter eos. [m] Generis quoque, quod ex tempore cuiuſque motionis ſumptum eſt, tres ſunt ſpecies. Velox, & eſt, qui motum in breui tempore complet. Et tardus ei contrarius. Et æqualis inter eos exiſtens. [m] Generis vero, quod ex eſſentia inſtrumenti ſumitur,

G G.li. de differē. pulſ.c.3.c.d
H Haly.li.7.theo. cap.7.&.Ga.li.1.de differē.pulſ.c.24.g
H G.ibi.c.5.e
C
I Raſ.t.10.c.32.
K G.ibi.h, & li.de pulſ.ad tyro.c.2.d
L G.li.1. de differ. pulſ.c.6.b
M G.li. 1.de diffe. pulſ.c.5.d, &.c.7. d
M G.ibi.c.6.b

D tres ſunt ſpecies. Mollis, qui eſt recipiens reditum ad interiora per cōpreſsionem facile. Et durus, qui eſt ei contrarius. Et inter eos mediocris. [m] Generis autem, quod eſt ſumptum ex eo, quod continetur, tres ſunt ſpecies. Plenus & ipſe eſt, qui ſentitur, ſicut ſi in eius concauitate eſſet humiditas replens, de qua eſt curandum non euacuata omnino. Et vacuus eſt ei contrarins. Et inter eos mediocris. [n] Et generis quidē, quod ex ſuo tactu ſumptum eſt, tres ſunt ſpecies, calidus, & frigidus, & temperatus. [n] Generis vero, quod eſt ſumptum ex tempore quietis, ſpecies ſunt tres. Frequens, & ipſe eſt, in quo tempus ſenſatum, quod exiſtit inter duas percuſsiones, eſt breue, qui etiam vocatur conſequens & ſpiſſus. Et ei contrarius rarus, qui etiam dicitur laſſus, & raram habens compoſitionem. Et inter eos mediocris. Et hoc quidem tēpus eſt, secundum quod ex ſyſtole cognoſcitur. [n] Si vero ſyſtole nullo modo cognita fuerit, erit tempus, quod inter omnes duas diaſtoles continuatur. Et ſi ipſa cognita fuerit, erit secundum duo tempora duorum extremorum. [n] Genus vero, quod eſt ſumptum ex æqualitate & diuerſitate eſt, aut æquale, aut diuerſum. ſ. inæquale. Et hoc quidem eſt per cōparationem ſimilitudinis, aut [n] diſsimilitudinis pulſuum, aut partium vnius pulſus, aut vnius partis pulſus in quinque rebus, magnitudine, & paruitate: aut fortitudine, & debilitate: & velocitate, & tarditate: ſpiſsitudine, aut raritate: duritie, & mollitie, ita vt ſit vnus pulſus, in quo finis ſuæ diaſtoles

N Haly.li.7.theo. c.3.&.G.ibi.c.24.g
N G. ibi.c.7.d. & ca.9.f
N G.ibi.c.8.e
N G.ibi. ca.3.d,& ca.10.h
N G.ibi.c.10.h

ſit velocior

sit velocior propter vehemẽtem caliditatem, aut debilior propter debilitatem. Quod si volueris, E
dilatabis sermonẽ, & considerabis in æqualitate, & diuersitate in tribus generibus prædictis alias
partes: sed considerationũ radix seu fundamentum ad istas quinq; reductũ est.[a] Pulsus vero æqua A G.ibi.c.10.h.a.
lis absolute est ille, qui in his omnibus est æqualis: qui si in aliquo eorum solo fuerit æqualis, in eo
solo dicetur æqualis: sicut si diceremus æqualem in fortitudine, aut æqualem in velocitate. Et si-
militer diuersus est ille, qui non est æqualis, aut absolute, aut in ea re, in qua nõ est æqualis. Genus
autẽ, quod ex ordinatione, & inordinatione sumptum est, duas habet species, diuerse ordinatus,
& diuerse inordinatus.[b] Ordinatus autem est ille cuius diuersitas habet ordinem conseruatũ, su- B G.ibi.c.10.a.
per quem transit, & est ſm duos modos: Aut ordinatus absolute: & est cum totum illud, quod ex
eo prouenit non habet nisi tantum diuersitatem vnã.[c] Aut ordinatus cum circuitione, & ipse est, C G. ibidẽ. b.c.& Raf.t.10.c.32.
qui habet duas diuersitates, aut plures sicut si ibi esset circulus, & alius circulus ab eo diuersus: sed
ambo ad suum redirent ordinẽ, sicut si esset vnus circulus. Et inordinatus est, qui est ei cõtrarius.
Cumq; certificaueris, inuenies, ꝙ hoc genus nonum, est sicut species octaui generis intrãs sub in-
æquali.[d] Debes autem scire, ꝙ in pulsu reperitur natura musicæ: quoniam queadmodum ars mu- D G.lib.1.de diff. pulf.c.9.f.
sicæ completur per compositionem sonorum ſm proportionem comitantem eos inter acuitatem
& grauitatem, per circulos casuum cum mẽsura temporis, quod est inter eorum percussiones, sic
est dispositio pulsus: quia proportio suorũ temporum in velocitate, & spissitudine, est proportio F
casuum eius: & proportio dispositionũ eius in fortitudine, & debilitate, & in quãtitate, est propor
tio quasi compositionalis. Et queadmodum tempus casuũ, & quantitas sonorũ est cum sunt con-
uenientia, & est cum non sunt conuenientia, similiter est cum ibi diuersitates sunt ordinatæ, & est
cum sunt inordinatæ. Et proportio etiam dispositionum pulsus in fortitudine, & debilitate, & in
quantitate est, cum est conueniens, & est cum non, immo diuersa est. Et hic quidem est egrediens
à genere cõsiderandi ordinem.[e] Gal. autem videtur, ꝙ id quod potest sentiri ex proportionalita- E Ibi.c.9.g.h.
tibus ponderis, est ſm vnam proportionem musicarum quã dicemus, aut ſm proportionem quæ
dicitur proportio totius, & quinq;, et est proportio tripli, cum est proportio dupli adiuncta cũ pro
portione addentis medietatem, & ipsa est, quæ dicitur proportio per quinq;. Et ſm proportionẽ,
quæ est per totum, & est dupla: & secundum proportionem, quæ est per quinq;, & est addens me-
dietatem: & secundum proportionem, quæ est per quatuor, & est addens tertiam: & secundum
proportionem addentem quartam, postea non sentitur. Et ego quidem miror quomodo propor-
tiones istæ per tactum discerni possunt: dico tamen, ꝙ ei est facile, qui in gradu tangendi cõsueuit,
& proportionatur sonos per artem postq; erit ei potentia cognoscendi musicã acquisitam, & com
parabit artificiose sensatum ad id, quod intellectu est perceptum. ~~Genus vero &c.~~ Dico autem,
ꝙ singulare genus sumptum ex ordinatione, aut inordinatione, licet sit vnum ex decẽ generibus, G
& sit iuuatiuum: tamen non est cõueniens in diuisione: q̃m hoc genus ingreditur sub [f] genere di- F G.lib.1. de diff. pulf.c.10.h.
uersitatis, & est quasi species eius.[g] Genus vero, quod ex pondere est sumptum, est per compara- G G.ibi.c.9.h. &
tionem proportionis quantitatum proportionum quatuor temporũ: quæ sunt duobus motibus, Haly.li.7. theo.c.3
& duabus quietibus.[h] Et si sensus totum hoc discernere non potest, tamen est per cõparationem H Raf.t.10.c.32.
proportionis quantitatum proportionum temporũ diastoles ad tempus, quod est inter duas dia-
stoles: & ad totum tempus in quo est motus ad tempus, in quo est quies.[i] Qui autem ponunt in I Haly.li.7. theo. c.3.
hoc capitulo comparationem temporis motus ad tempus motus: & tẽporis quietis ad tẽpus quie
tis, mittunt capl'm in capl'o: licet huiusmodi missio sit tolerabilis: & nõ sit incõueniens, sed tamen
non est bona. Et pondus quidem est illud in quo proportiones musicę cadunt. Et dicemus, ꝙ pul
sus, aut est boni ponderis, aut mali ponderis.[k] Et illius quidem, qui est mali ponderis sunt tres spe K G.lib.1.de diff.
cies: Vna est illius cuius pondus est mutatum, & est iuxta pondus: & iste est cuius pondus, est pon pulf.c.9.f.g.
dus ætatis,[l] quæ est iuxta ætatẽ illius, cuius est pulsus: sicut cum iuuenes habent pondus pulsuũ L Raf.t.10.c.32.
puerorum. Et altera est separati ponderis: sicut cum pueri habent pondus pulsus sicut senum. Et
tertia est egrediens à pondere: & est ille cuius ponderi, pulsus hominis non similatur. Et multa
egressio pulsus à pondere, magnam in dispositionibus significat mutationem.

De pulsu æquali & diuerso. *Cap. 2.* H

DIcunt, ꝙ diuersi pulsus [m] diuersitas, aut est in multis pulsibus, aut in vno pulsu.[n] Sed qui in M G.li.1. de diff.
pulsu diuersificatur, aut in multis diuersificatur partibus. s. in locis separatis, in quibus ca- pulf.c.10.h.
dunt digiti: aut in vna parte. s. in loco vnius digiti. Et illius quidem, qui in multis diuersus existit N G.ibi.c.13.f.&
pulsibus, est diuersus gradatus æqualiter currens.[o] & ipse quidem est, qui ab vno incipit pulsu: & Raf.t.10.c.32.
permutatur ad maiorem eo, aut ad minorem: & procedit sic secundum hanc regulam, donec per- O G.ibi.c.11.d.
uenit ad finem in diminutione, aut in augmento per similem ordinem: deinde intersecatur, & ad
primam magnitudinem redit: aut rediens ex paruitate sua simili reditu in ambabus dispositioni-
bus ad primam regulam, aut diuersificans postquã venerit à principio, quod est huiusmodi ad fi-
nem, qui est huiusmodi.[p] Et est cum ad finem peruenit, & est cum intersecatur infra ipsum, & est P G.ibi.c.12.
cum addit supra ipsum: cumq; intersecatur, quandoq; intersecatur in medio cum tẽpore, & est cũ
agit ab hoc diuersum, & illud est, vt in medio sui interueniat motus. Et pulsus quidem intersectus
cum tempore, est diuersus, in quo expectatur motus, & venit quies. Et cadens in medio, est diuer
sus in quo expectatur quies, & venit motus. Diuersitas vero pulsus in multis partibus vnius pul-
sus, aut est in situ suarum partium, aut in motu suarum partium: sed diuersitas, quæ est in situ sua-

rum

A rum partium est diuersitas proportionis partium venę ad partes. Et quoniam partes sunt sex, erit illud, quod in eis cadit ex diuersitate similiter. [a] Diuersitas autem, quæ est in motu, aut est in velocitate & tarditate, aut in postpositione & antecessione scilicet vt moueatur pars eius ante horam sui motus, aut post horam: aut in fortitudine & debilitate: aut in magnitudine & paruitate. & hoc totum, aut curret secundum ordinem æqualem, aut diuersum in augmento & diminutione: & illud quidem aut erit in duabus partibus, aut in tribus, aut in quatuor, scilicet in casu digitorum. Et tu quidem componere poteris & ordinare. Ex diuersitate vero pulsus in vna parte est ille, qui est intersectus, & reditiuus, & continuus. Intersectus autem est ille, qui in parte vna cum paruo seu leui tempore separatur, & partis vnius separatæ cũ tempore seu cum paruo motu extrema diuersificantur in velocitate, & tarditate, & in similitudine. Reditiuus vero est, vt pulsus magnus redeundo fiat paruus in vna parte: deinde reditu subtili redit. Et huius quidẽ modi est ille, cuius quædam specierum in alias ingrediuntur: & hoc est vt sit vnus pulsus, sicut duo propter diuersitatem: aut duo sicut vnus, propterea quòd aliæ in alias ingrediuntur. Et istud quidem est secundum sententiam eorum, qui in hoc non cõuenerunt. Continuus autem est ille cuius diuersitas est graduata in continuitate non sensu percepta separatione in eo, ad quod ipsa mutatur ex velocitate ad tarditatem, aut econtra. aut ad æqualitatem, aut ab æqualitate in eis: aut ex magnitudine, aut paruita B te, aut æqualitate in eis ad aliquod eorum, ad quod mutatur. Et hoc quidem est cum secundum similitudinem sui procedit. Et est cum accidit vt cum cõtinuatione sua sit in aliquibus suarum partium plus diuersitatis, & in alijs minus.

A G.lib.1. de drijs pulſ c.18.c.

De speciebus pulsus diuersi, quæ nomina habent propria. Cap. 3.

EX [b] eis est {gazellans} qui est diuersus in vna parte cum fuerit tardatus: & deinde intersecatur, & fit velox. [c] Et ex eis est vndosus, & ipse quidẽ est, qui est diuersus in magnitudine partium venę, & earum paruitate, & eleuatione ipsarum ad superiora: & in latitudine, & postpositione, & præcessione in principio motus pulsus, cum mollitie, quæ est in ipsa: & ipse quidem non est valde paruus, & habet latitudinem quandam: [c] & assimilatur vndis, quarum aliæ alias sequuntur secundum rectitudinem cum diuersitate, quæ est inter eas in eleuatione earum ad superiora, & descensione ad inferiora, & velocitate, & tarditate. [d] Et ex eis est vermiculosus, qui est illi similis: sed est paruus, multę spissitudinis, cuius spissitudo existimatur velocitas, sed non est. [e] Et formicãs, qui est valde minor, & vehementioris spissitudinis. Et vermiculosi quidem, & formicantis diuersitas in eleuatione ad superiora, & præcessione, & postpositione in sensu est manifestior ipsorum diuersitate in latitudine, imo quasi non apparet id. [f] Et est ex eis serrinus, qui vndoso in partium diuersitate similatur, & in eleuatione ad superiora, & latitudine, & præcessione, & postpositione, C sed est durior: & cum duritie ipsius, partes in duritie diuersæ existunt. [g] Et serrinus quidẽ est pulsus velox, spissus, & durus: cuius partes in magnitudine diastoles diuersæ existunt, & in duritie, & mollitie. [h] Et ex eis est cauda soricina, & est ille, qui ordinatur in diuersitate suarum partium, ex diminutione ad augmentum, aut ex augmẽto ad diminutionem. Et cauda quidem [i] soricina est, cũ est in pulsibus multis, & est cum est in vno pulsu in partibus multis, aut in parte vna. & eius diuersitas magis propria est illa, quæ ex magnitudine pendet: & est cum est in comparatione velocitatis ad tarditatem, aut fortitudinis ad debilitatem. [k] Et ex eis est mesalius, & ipse est, qui ex diminutione procedit ad aliquem terminum in augmento: postea reclinatur inferius ad suum ordinem, donec ad primum terminũ diminutionis perueniat. Est ergo, sicut duæ caudæ soricinæ, quæ continuantur apud maiores eius extremitates. [l] Et ex eis est bispulsans. & in ipso quidem discordati sunt medici. Sunt enim [l] quidam, qui ipsum vnũ pulsum ponunt, diuersum in præcessione, & postpositione: & sunt alij, qui ponunt ipsum duos pulsus, quorum vnum alter consequitur, & ad vltimum inter eos non existit tempus, quod dilatetur ad colligendum systolem: deinde diastolẽ: non enim omne ex quo consequuntur duæ percussiones, oportet vt sint duo pulsus. Alioquin ille cuius intersecatur diastoles, & deinde redit, esset duo pulsus: neq; etiam oportet, vt sint duo pulsus, nisi cum incipit diastoles, postea redit ad fundum faciendo systolem: deinde redit iterum & diasto D lem facit. Ex eis sunt quietem habens, & cadens in medio, quos prædiximus. [m] Sed differentia inter cadentem in medio & gazellantem, est, q; gazellantis secunda ante venit q; cõpleatur prima, sed in cadente in medio est pulsus, qui venit in tempore quietis cũ completur percussio prima. & ex istis quidem caplis sunt pulsus [n] spasmosus, [o] & tremulus, & retortus, qui filo, quod [p] torquetur assimilatur: & est ex caplo diuersitatis in præcessione, & postpositione: & in situ, & in latitudine. Et cordosus quidem est ex summa retorti, & similatur tremulo: sed tamen in cordoso diastoles est magis occulta: & similiter exitus ab æqualitate situs in eleuatione ad superiora, est in cordoso occultior, sed tensio in cordoso est manifesta: & est cũ eius torsio est ad vnã partem tantũ. Plurimum vero tales accidunt quales isti. s. cordosus, & retortus ad vnũ latus declinans, in ægritudinibus siccis. Pulsuum vero compositorum species quasi infinitæ sunt, & neq; habentes nomina.

B G.lib.1. de pulſ. c.29.d.
B Caprizans.
C G.ibi.c.26.h, & Haly.li.7.the.c.3. Raſ.t.10.c.33.
G. ibidem.
D Gal.ibidẽ.& de pulſ. ad tyro.c.8.g. & Raſ.t.10.c.33.
E G.ibidẽ.c.27.& Haly.ibi.& Gal.de pulſ.ad tyro.c.8.g.
F Raſ.t.10.c.33.
G Alzar.lib.the.t.7.c.2.
H G.lib. de drijs pulſ.c.11.d.
I Raſ.t.10.c.33.
K Gal.lib.de drijs pulſ.c.11.d.
L G.ibi.c.17.g.
G.ibidem.
M G.ibi. 2.b.
N G.ibi.c.28.c.
O Raſ.t.10.c.33.
P Alza.li. the.c.7. c.2.

De primo, qui ex speciebus pulsus est naturalis. Cap. 4.

[q] CViusq; generum prænominatorum in quo est diuersitas augmenti, vel diminutionis, naturalis est æqualis, nisi fortis: [r] quoniam naturalis in eo est augmẽtatus. Et si aliquod aliorum generum: in quo fuerit augmentum, nõ augmentatur, nisi augmento facto in virtute, & efficitur maius, verbi gratia, tunc illud est naturalis propter virtutem, seu propter fortitudinẽ pulsus.

Q G.lib.2. de digno.pulſ.c.3.b.
R G.lib. de causis c.8. & pulſ.c.7.g.

Aliorum

Aliorum vero generum,quæ neq; augmentum,neque diminutionem tolerant, naturalis eſt mediocris,& ordinatus,& qui eſt boni ponderis. E

De cauſis ſpecierum pulſus prædictarum. *Cap. 5.*

[a] CAuſarum pulſus quædam ſunt cões, neceſſariæ,eſſentiales, in conſtitutione pulſus ingredientes: & vocantur contentiuæ: & quædam ſunt in conſtitutione pulſus non ingredientes. Et harum quidem,aliæ ſunt inſeparabiles: quarum permutatione permutatur iudicium pulſus,& vocantur cauſæ inſeparabiles:& aliæ ſunt ſeparabiles,quæ vocãtur mutantes abſolute.Cõtentiuæ vero cauſæ,ſunt [b] tres, Virtus [c] vitalis,quę eſt in corde mouens pulſum:& tu quidem iam ſciuiſti eam in [d] capitulo de virtutibus. Et ſecunda eſt [e] inſtrumentum,& eſt venæ pulſatiles,quas iam [f] ſciuiſti cum numerauimus membra. [g] Et tertia eſt neceſſitas extinguendi, & eſt adueniens, ſeu acquiſita per quantitatẽ notã extinctionis, & per menſuratiõẽ quantitatis termini caloris in ſua inflãmatione & extinctione ſua & tẽperamento ſuo.Et harũ quidẽ cauſarũ contentiuarũ operationes mutantur ſm id,quod adiungitur eis ex cauſis inſeparabilibus, & mutantibus abſolute.

A G.lib. de cauſis pulſ.c.1.g.
B G.li.1. de cauſis pulſ.c.1.g.
C G.ibi.c.2.h.
D 4.doc.6. Fẽ.1.
E G.ibi.& c.4.b
F Fẽ.1.do.5. ſum. 4.c.2. & doc.5.c.1.
G G.ibi.& c.3.a.

De his quæ proueniunt ex cauſis contentiuis ſolummodo. *Cap. 6.*

[h] CVm inſtrumentum fuerit obediens ſui lenitate,& virtus fortis,& neceſſitas ad extinguendum vehemens,erit pulſus magnus, Veruntamen neceſſitas iuuatior his tribus eſt ad hoc. [i] Quod ſi virtus fuerit debilis, pulſus paruitas eam proculdubio ſequetur. Et ſi cum hoc [k] inſtrumentum fuerit durum, & neceſſitas pauca,erit minor. F Eſt etiam cum durities efficit paruitatem: ſed tamen paruitas cuius cauſa eſt durities ſeparatur à paruitate cuius cauſa eſt debilitas per hoc, ꝙ eſt durus,& non debilis: & breuitas eius, & profunditas non eſt multa, ſicut eſt cum eſt virtus debilis.Pauca quoq; neceſſitas paruitatem efficit, ſed debilitas ibi non erit. Et neq; eſt aliqua harũ trium,quæ plus efficiat paruitatem,q̃ debilitas. Et paruitas quidem duritiei cum virtute,plus eſt, q̃ paruitas priuationis neceſſitatis cũ virtute. Virtus nanq; cũ priuatione neceſſitatis non minuit multum ex æquali, quoniam à diaſtole prohibentem non habet. Et non declinat ad hoc, vt non multum ſuper temperamentum addat, niſi ideo ꝙ non multam habet neceſſitatem. Si vero neceſſitas multa fuerit,& virtus fortis, & inſtrumentum inobediens propter ſuam duritiem magnitudini, non poterit eſſe quin fiat velox, & velocitate reſtauret id, quod deeſt ex magnitudine. Quod ſi virtus fuerit debilis, & pulſus non poterit magnificari,& velocitas in eo non operata fuerit,non poterit eſſe quin fiat ſpiſſus,qua ſpiſſitudine reſtauret illud, quod ei defuerit ex magnitudine,& velocitate:& multæ vices tenebunt locum vnius vicis ſufficientis & magnæ, aut duarum velocium.Et hoc quidem eſt,ſicut cum homini neceſſe eſt rem ferre põderoſam, quam ſi poterit, vna vice totam ferret: ſi vero non,diuidet eam in duas partes,& feſtinabit: & ſi nõ,in multas partes ipſam diſtribuet,& feret quancunq; partem quocunq; modo poterit cum ſpatioſitate, aut velocitate: G deinde non ſtabit vel nõ quieſcet,vel nõ morabitur inter quaslibet duas oneraturas eius, licet ſit in eis tardatus.ꝙ ſi multæ fuerit debilitatis,ſtabit tunc, & feret eam cum labore, & redibit cum tarditate.Si autem virtus fuerit fortis,& inſtrumẽtum obediens,ſed neceſſitas erit maior fortitudine temperata,virtus augmentabit velocitatem cum magnitudine. Et ſi neceſſitas fuerit fortior,erit cum magnitudine & velocitate ſpiſſitudo.Longitudinẽ quoq;,magnitudinis cauſæ procerto efficiunt,cum aliquid prohibens, amplitudinem prohibuerit, & eleuationem ad ſuperiora non permiſerit fieri:ſicut durities inſtrumenti,verbi gratia,quæ amplitudinem prohibet, & denſitas carnis, & cutis, quæ ſurſum eleuari non permittunt. per accidens autem quandoq; adiuuat ipſam macies.Et amplitudinem quidem efficit,aut venarũ vacuitas, vt per ipſam tunica ſuperior ſupęr interiorem declinet & dilatetur:aut multa inſtrumenti lenitas. [l] Spiſſitudinis autem cauſa eſt debilitas, aut multa neceſſitas propter caliditatem. [m] Et raritatis quidem cauſa eſt virtus, quæ neceſſitatem in magnitudine ſuperat, aut frigiditas multa diminuta à neceſſitate, aut vltimitas caſus virtutis, & aduentus perditioni proximus. [n] Cauſæ vero debilitatis pulſus ex mutantibus quidẽ ſunt,alhem,& vigiliæ,& euacuatio,& macies, & humor nociuus, & exercitium ſuperfluũ, & humorum motus,& ipſorum obuiatio membris fortis ſenſus,aut cordi vicinis, & totum illud, quod vehementer reſoluit. [o] Et duritiei pulſus cauſæ ſunt ſiccitas corporis venæ, aut eius fortis H extenſio,aut vehemens frigus congelans. Et etiam eſt cum pulſus in criſibus dureſcit ex fortitudine pugnæ, propterea, quòd membra per ipſam extenduntur ad partem impulſionis naturæ. Lenitatis vero cauſæ,ſunt cauſæ naturales mollificantes,ſicut nutriens: & ægritudinales mollificantes,ſicut hydropiſis, & lethargia: aut ea quæ neque ſunt naturalia, neque ægritudinalia, ſicut balneatio.[p] Et diuerſitatis quidem cauſa cum perſeuerantia virtutis,eſt grauitas materiei cibi,aut humoris. Et cum debilitate virtutis eſt pugna cauſæ & ægritudinis. [q] Ex cauſis quoque diuerſitatis,eſt repletio venarum ex ſanguine:ſed quod huic eſt ſimile,remouet minutio.[r] Et plurimum quidem fit diuerſitas,cum ſanguis eſt viſcoſus ſuffocans ſpiritum,qui mouetur in arterijs, & proprie cum coadunatio vel coarctatio fuerit circa cor. Ex cauſis præterea ipſius, quæ eam in breui efficiunt tempore, ſunt ſtomachi repletio,& [r] {algam}& cogitatio in aliquo.Sed cum in ſtomacho malus fuerit humor, non ceſſabit diuerſitas, & forſitan ex eo proueniet tremor cordis,& fięt pulſus tremulus.Et ſerrini quidem pulſus cauſa, eſt diuerſitas eius, quod in corpore venæ eſt effuſum in putrefactione ſui,aut ipſius cruditate,aut ſui maturatione, aut diuerſitas diſpoſitionum venarum in duritie ſua,& mollitie,aut apoſtemata in membris neruoſis. [ſ] Biſpulſantis vero cauſa

H G.li.1.de cauſis pulſ.c.5.d.& c.4.c.
I G.ibi. &.c.5.& c.4.
K G.ibi. c.9.10.11
L G.li.1. de cauſis pulſ.c.4.c.& lib.4. c.21.b.
M G.lib.1.c.4.c.
N G.li.4.de cauſis pulſ.c.1.&c.
O G.li.1.de p̃ſagi. ex pul.c.4.f.& li.1. de cauſis pulſ.c.9.d
P G.li.2. de cauſis pulſ.c.3. a.b. &.c. 1.d.
Q G.ibi.c.2.g
R G. ibidem.
R Ideſt paſſio animæ doloroſæ.
S G. li.2. de cauſis pul.c.6.a. &.c.7.b.

A sa,est virtutis fortitudo,& plurima necessitas,& durities instrumenti:quare non obedit ei,ꝙ virtutes ipsi præcipiunt de diastole in vna vice:sicut cum quis vult vna percussione aliquid incidere,& non obeditur ei,adiuuatur ab alia:& præcipue cum necessitas subito augmentatur. Soricini vero pulsus causa quandoq; est virtus debilis,quæ de labore ad quietem ordinate procedit,& de quiete ad laborem:sed ille,qui in vna permanet dispositione,plus est virtutis debilitatem significans. Et cauda quidem soricina,& quę eis similis existit,est plus significans fortitudinem aliquam,& ꝙ debilitas non est in vltimo,sed eis deterior est cauda finitiua,deinde mansiua,postea cauda redditiua.Causa autem pulsus habentis quietem est virtutis lassitudo,& eius refocillatio, seu quies, aut accidens subito veniens,ad quod anima & natura subito redeunt.Et spasmosi quidem pulsus causa sunt motus non naturales in virtute,aut malitia in essentia instrumēti.[a] Pulsus autem tremulus procedit ex fortitudine,& instrumento duro,& necessitate forti.Sine istis enim non prouenit tremor.[b] Vndosi autem est cum eius causa existit virtutis debilitas secundum plurimum, & non potest fieri diastole,nisi paulatim,& paulatim.Et est etiam cum instrumenti lenitas eius causa existit, licet virtus non sit valde debilis.[b] Instrumentum nanq; molle & humidum concussionem & motum non recipit, quæ in vnamquãq; penetret partem, quemadmodum siccum, quod est durum recipit,quoniam siccitas concussioni est apta & tremori.[b] Et duri quidem sicci finis sui principij B motu mouetur.Mollis vero humidi partem possibile est moueri, & aliam partem motu ipsius nō pati:propterea,ꝙ cito recipit separationem,& flexionem,& diuersitatem in figura.[b] Et vermiculosi quidem pulsus,& formicantis causa est fortis debilitas,ita vt tarditas,& spissitudo, & diuersitas in partibus pulsus coniungantur:quoniam virtus instrumentum in vna hora dilatare non valet,immo aliquid post aliquid.Causa autē pulsus mali ponderis,si pulsus quidem diminutus fuerit in dispositionibus temporis quietis,est augmentum necessitatis : Et si in dispositionibus temporis motus fuerit,diminutus est augmentum debilitatis,aut necessitatis priuatio. Diminutus vero ĩ dispositione temporis motus propter velocitatem diastoles,alius est ab hoc.Et causæ quidem pleni & vacui,& calidi,& frigidi:eleuati sursum,& submersi inferius,manifestæ sunt.

A G.lib.2. de cau. pul.c.6.g
B Ga.ibi.c.8.e
B G.ibi.d
B Gal.ibi.c.d. e

De pulsibus ætatum,& masculorum,& fœminarum. *Cap. 7.*

MAsculorum pulsus maiores sunt, & fortiores valde,[c] propter vehementiam virtutum eorum,& necessitatis ipsorum:& propterea, ꝙ eorum necessitas magnitudine completur, est eorum pulsus [c] tardior pulsu mulierum,& [c] rarior secūdum plurimum. Et omnis quidem pulsus in quo perseuerat virtus,& est spissus,oportet proculdubio,ꝙ sit velox: est enim velocitas ante spissitudinem:propter hoc igitur sicut pulsus masculorum est tardior, ita est rarior. [d] Puerorum vero pulsus lenior propter humiditatem:& est debilior,& spissior:quoniam calor est fortis:sed vir C tus non est fortis,[d] eo,ꝙ nondum sunt completi. Puerorum vero pulsus comparatione quantitatis corporis eorum est magnus:quoniam eorum instrumentum est valde molle,& ipsorum necessitas est valde fortis,et eorum virtus comparatione corporis,ipsorum non est debilis:quoniam ipsorum corpora sunt paruæ quantitatis. Verūtamen eorum pulsus comparatione pulsus completorum est non magnus,sed est velocior & spissior propter necessitatem.In pueris nanq; multiplicatur vaporis fumosi collectio,propter multam digestionem eorum, & frequentiam eius in eis. Et propter hoc valde est necesse ipsum extrahere, & calorem ipsorum innatum euentare . Iuuenum vero pulsus est multæ magnitudinis:& non est multæ velocitatis: immo in ipsa est valde diminutus,& in spissitudine,& ad raritatem tendens.[e] Et illorum quidem pulsus, qui in principio iuuentutis existunt,est maior.Et eorum,qui sunt in medio iuuentutis,est fortior. Et nos quidem iam [f] declarauimus,ꝙ calor in pueris,& iuuenibus fere est similis: ergo necessitas in eis erit propinqua,sed virtus in iuuenibus est augmentata:quare cum magnitudine peruenit ad illud, cum quo excusatur à velocitate & frequentia.Et principium quidem rei vnde prouenit magnitudo, est virtus:sed necessitas est appetens:& instrumentum quidem est adiuuans. [e] Senum autem pulsus est minor propter debilitatem,& minoris velocitatis propter hoc etiam,& propter diminutionem necessitatis,& propter hoc est rarior.[d] Et pulsus quidem senum,qui iam processerunt in an D nos,est paruus,& rarus,& tardus:& est cum est mollis propter humores extraneos, & non propter naturales.

C G.3.de cau.pul. c.2.g,& Ras. t.10. c.33.
C Ga.ibidem.a
D G.3.de cāis pul. c.5.e.f.g
D G.ibidem.f
E Ras.t.10.c.33.
F Do.2.c.3.
D Gal. ibidem. g

De pulsu complexionum. *Cap. 8.*

P[g] Vlsus calidæ complexionis vehementis est necessitatis.Quod si virtus cōuenerit & instrumentum,erit pulsus magnus.Si ergo vnum eorum diuersificabitur:erit quemadmodum dictum est in præcedentibus.Et si caliditas quidem non malę fuerit complexionis,immo naturalis, erit complexio fortis & sana,& virtus multum fortis.[h] Et neq; existimes, ꝙ calor innatus si fuerit fortis quantūcunq; sit,minuat ex virtute,immo ex eo prouenit in substantia spūs fortitudo , & in anima audacia.Calor vero complexionis malitiam sequens,quanto plus augmentatus fuerit, tanto in virtute plus debilitatem augmentabit.[i] Complexio vero frigida declinat pulsum ad partem diminutionis,sicut proprie est paruitas,& proprie tarditas, & raritas . Cumq; instrumentum fuerit molle,latitudo eius augmentata erit:& eius similiter tarditas,& raritas . Quòd si durum fuerit, erit minus hoc.Et debilitas quidem,quam mala cōplexio frigida hereditare facit,maior est ea,quā mala cōplexio calida facit hereditare,quoniā caliditas.s.calori innato magis est conueniens. Complexionem vero humidam sequitur inundatio et dilatatio,Et siccam quidem sequitur coangustatio

G G.3.de cau.pul. c.3.b
H Cap.4.& Ga. 1. de cau.pul.c.7.g
I Halya.li.7.theo. c.4.

tio & durities. Amplius, si virtus fuerit fortis, & necessitas multa, accidet bispulsans, & spasmosus, E
& tremulus. Tu vero deinceps compone obseruando prin cipia. Et præterea cum vni homini accidit vt duorum laterum ipsius diuersificetur complexio: Erit ergo vnum ipsorum frigidum, & alterum calidum, & accidet, vt diuersitate, quæ prouenit ex caliditate, & frigiditate horum duorum laterum, pulsus diuersi fiant. Eritq; pulsus calidi lateris, pulsus calidę complexionis: & lateris frigidi pulsus, complexionis frigidę. Et ex hoc quidem scitur, quòd pulsus in diastole sua, & systole, nō est secundum modum [i] {med & giezer} cordis: immo secundum modom diastoles & systoles ipsius corporis arteriæ.

I fluxus & refluxus

De pulsu temporum. *Cap. 9.*

IN vere quidem est pulsus temperatus in omni re, & est in fortitudine augmentatus.[a] In æstate vero est velox & spissus propter necessitatem: & paruus & debilis propter virtutis resolutionem, quæ est propter resolutionem spiritus, quæ fit propter calorem exteriorem dominantem superfluum. Et in hyeme est maioris raritatis, & tardioris & debilis cum hoc q͂ est paruus, quoniam virtus debilitatur. Et in quibusdam corporibus accidit, vt calor in profundo teneatur, & aduneture, & virtus fortior fiat, & hoc cum complexio calida est dominans, & refrænans frigus, & nō per ipsum patiens, neque frigiditas ad fundum vadit. In autumno autem est pulsus diuersus: & trahit ad debilitatem quandam, sed ipsius diuersitas est propter multitudinem cōuersionis complexionis accidētalis in autumno nunc ad calorem, nunc ad frigiditatem. Et ipsius quidem debilitas est F
etiam propter hoc: complexio enim diuersa semper deterius efficit nocumentum, quàm similis & æqualis, licet sit mala. Et quia autumnus est tempus naturæ vitæ contrarium, quoniam calor in eodem debilitatur, & siccitas fit fortior.[a] Temporum vero pulsus, quæ sunt inter tēpora, temporibus proportionantur, quæ sunt circa ipsa.

A Gal. 3. de causis puls. c. 6. b.

A G. ibidem.

De pulsu regionum. *Cap. 10.*

[b] REgionum, quædam sunt temperatæ vernales: & quædam sunt calidæ æstiuæ: & quædam sunt frigidæ hyemales: & quædam siccæ autumnales. Iudicia igitur pulsuum erūt in eis secundum modum, quem sciuisti de pulsu temporum.

B G. ibi. c. 7.

De pulsu, qui prouenit ex cibo & potu. *Cap. 11.*

EXterius corpori aduenientia, & ipsum ingredientia, pulsus dispositionem mutant qualitate sui, & quantitate. Sed qualitate, qm̄ si ad calefaciendum declinauerint, aut ad infrigidandum, mutabunt ipsum secundum illud. Et quantitate quidem qm̄ [c] si æqualia fuerint, fiet pulsus in magnitudine augmentatus, & velocitatis maioris, & spissitudinis propter augmentum virtutis & caloris, & permanebit hæc impressio aliquandiu. [d] Et si plurimæ quantitatis valde fuerit, erit pulsus diuersus absq; ordine propter grauitatem nutrientis supra virtutem [d] quoniam ex omni grauitate prouenit in pulsu diuersitas. Et quidem existimauit. [d] Archigenes, quòd eius velocitas est tunc G
multo maior, quàm spissitudo. Et hæc mutatio est perseuerans, [d] {quoniam causa perseuerātiæ, licet sit multitudinis minoris hac, tamen est diuersitas ordinata. Quòd si paucæ fuerit quantitatis, erit pulsus minoris diuersitatis, & magnitudinis, & velocitatis: neque eius mutatio diu perdurabit, quoniam materia pauca cito digeritur. [d] Amplius si virtus deficiat, & debilitetur ex multitudine aut paucitate, quęcunque fuerit, similes erunt pulsus in paruitate & tarditate vsque in finem rei.} Quod si natura fortis fuerit in digerendo, & conuertendo, fiet pulsus temperatus. [e] Et vinum etiam proprietatem habet: & est quoniam ex multitudine ipsius, licet proueniat, seu causetur diuersitas: non tamen tanta, quòd de ipsa sit curandum: neque tanta quanta respectiue seu comparatiue causatur ex cibis: & hoc quidem propter raritatem substantiæ ipsius, & subtilitatem eius, & leuitatem. Cum autem vinum in actu est frigidum prouenit ex eo, quod prouenit ex alijs frigidis, in minorando & rarificando, & tardando veloci prouentu propter velocitatem suę penetrationis. Deinde cum in corpore calefit, remouetur velociter quod ex eo prouenit. [f] Vinum præterea cum in corpus penetrauerit, & fuerit calidum, non elongabitur multum à natura, & accidet velox resolutio. Quod si cum est frigidum penetrauerit, causabit nocumentum, quod non fit ex alijs frigidis rebus: quoniam illæ tardantur donec calefiant, neque earum penetratio est H
ita velox vt istius. Istud enim velocius penetrat q͂ compleatur calefactio: & eius quidem impedimentum est magnum: & præcipue in corporibus quæ sunt præparata nocumento ex frigore. Et neq; est sicut impedimentū seu nocumentum calefactionis ipsius, cum ipsum calidum penetrat: qm̄ eius calefactio in principio obuiationis non peruenit ad hoc, vt magnū faciat impedimētum: imo natura ei obuiat cū partitione, & distributione, & resolutione. Frigidum vero est cum naturam deficere facit, & eius virtutem extinguit: anteq̄ ad partitionem & distributionē, & resolutionem perueniat. Et hoc quidem prouenit ex vino multitudine suæ quantitatis, & calefactione ipsius, & frigiditate. Cum autē ipsum consideratum fuerit vnde fortitudinem efficit, alia habebit iudicia: qm̄ ipsum sua essentia fortes efficit sanos: & viuificat virtutem. propterea q͂ velociter prębet augmentū in substantia spiritus. Sed licet calefactio, & infrigidatio, quæ ex eo fuerit, plurima corporum impediant: est tamen cum vnaquæq; earum cum aliqua cōuenit complexione: & est cum non conuenit. Est nāq; cum res frigidæ eos fortes reddunt, qui complexionē calidam malam habēt, sicut dixit Galenus, q͂ succus granati calefactos semper fortes efficit: & hydromel infrigidatos semper reddit vigorosos. Vinum igitur vnde est calidum natura, aut frigidum natura est, cū quosdam

C Oppo. Fē. 3. d. 2. c. 7.
D G. li. 3. de causis puls. c 16. a.
D Atq; hoc. s. ipm est, qđ imbecillam facultatē ab onerata distinguat: simul que cū eo prodit, & noxæ magnitudo. Si. n. inter multos magnos & vehemētes pauci ostendantur parui languidiq; , pusilla est offensio facultatis.
D Contra, si pauci magni & vehementes parui aōt atq; lā guidi multi sunt in gēti in eiusmodi affectibus onere opprimitur facultas. At vero parui & lā guidi pulsus perpetuo fiūt nullo interpellante contrariorum non in his, q̄ onerātur, sed in ijs, quæ dissoluuntur facultatibus.
D G. ibi. b
E G. ibi, c. 17. c
F Haly, li. 7. the. c. 5. & Ras. t. 10. c. 33. & G. ibi.

A dam fortes facit, & quosdã debilitat. Nõ tamen sermo noster est nunc de hoc, imo in virtute eius, qua velocior ad spiritum conuertitur, qm̃ hoc habet per sui essentiam, confortans semper. Quod si vnum horũ duorũ ipsum in aliquo corpore iuuerit, augmentabitur in faciendo fortitudinẽ: & si ei contrarium extiterit, minus fortitudinem faciet ſm hoc: igitur ipsum pulsum cõuertet ſm hoc, quoniã si fortitudinẽ faciet, in pulsu augmentabit fortitudinem, & si calefaciet, in necessitate efficiet augmentum, & si infrigidabit, minorabit necessitatem. Et ſm plurimum in fortitudine faciet augmentum. Nunq̃ autem necessitate efficit augmentum, quin in velocitate addat. Aqua vero propterea, ꝙ nutrimentũ penetrare facit, vigorat, & similitudinem operationis vini operatur. Et quoniam non calefacit, immo infrigidat, non tantum auget in necessitate quantum vinum.

De eis, quæ somnus & vigiliæ in pulsu operantur. Cap. 12.

A Gal. 3. de causis puls. c. 9. e, f.

PVlsus quidem iudicia in somno diuersificantur secundum horam somni, & secundum dispositionem digestionis.[a] Pulsus igitur in principio somni est paruus & debilis, quoniam motus caloris naturalis, tunc est ad constringendum & submergendum, & non ad dilatandum, & ad exteriora, quoniam ipse in hora illa totus tendit ad occultum, propterea, ꝙ ipsum anima mouet ad nutriens digerendum, & maturandum superfluitates: & est sicut superatus, & obsessus proculdubio. Et pulsus etiam est maioris tarditatis & raritatis: quoniam licet in calore accidat augmentum

B ſm coarctationem & coadunationem: tamen priuatus est augmento: quod habet in hora vigiliarum, propter motum calefacientem. Et motus quidem plus est ad inflãmandum, & inclinandum ad partem malitiei complexionis. Sed coarctatio, & eorum coadunatio temperatæ, minoris sunt inflammationis, & minus extrahunt calorem ad æstuationem. Et tu quidem hoc scies ex hoc, ꝙ anhelitus fatigati, & ipsius æstuatio multo maiores sunt, anhelitu & æstuatione eius, cuius calor est coarctatus propter causam, quæ similis est somno, verbi gratia submersi in aqua temperatæ frigiditatis, qui sit vigilans, licet calor coarctetur & fortificetur ex hoc, non tamen augmentum anhelitus eius perueniet ad id, ad quod perducet labor, & exercitiũ, quæ sunt ei propinqua. Cumq́ bene consideraueris non inuenies aliud, quod calorem vehementius incendat, quã labor & motus. Et vigiliæ quidem calorem non efficiunt motu corporis, ita vt cũ corpus quieuerit non causent illum, immo non faciunt calorem nisi propterea, ꝙ spiritus mouentur ad exteriora, & motus

B Gal. 3. de causis puls. c. 9. f.

eorũ ad ea est secundum continuitatem generationis istorum.[b] Cum autem cibus digestus est in somno, redit pulsus, & fit fortior, propterea, ꝙ virtus augmẽtum recipit à nutriente: & redit illud, quod ad profundum descenderat ad regendum nutriens ad exteriora, & ad suum principium. Et propter hoc etiam magnificatur tunc pulsus multum, & propterea quòd complexionis caliditas, propter nutriens augetur, quemadmodum diximus, & instrumenti etiam augetur lenitas per id,

C quod ad ipsum ex nutrimento penetrat. Veruntamen sua magnitudine non auget velocitatem, neq́ spissitudinem, quoniam hoc non est illud, quod in necessitate præbet augmẽtum, & hoc etiã

B G. ibidem. a.

non est prohibens restaurari ex eo, quod necessarium est magnitudine sola.[b] Deinde quãdo cum dormiente somnus perseuerauerit, fiet pulsus debilis, propter caloris innati coarctationem, & virtutis compressionem sub superfluitatibus, quæ euacuandę erant secundum euacuationis modos, qui sunt in vigilijs: ex quibus est exercitium, & euacuationes, quæ non sentiuntur. Cum autẽ somnus in principio vacuitatem inuenerit, & nec inuenit aliquid, ad quod digerendum tendat, declinabit complexionem ad partem infrigidandi: perseuerabunt ergo paruitas, & tarditas, & raritas

C G. ibi. c. 10. e.

in pulsu, & incessanter augmentabuntur.[c] Vigiliæ etiam diuersa habent iudicia: cum enim dormiens euigilabit, natura sua declinabit pulsus ad magnitudinem, & velocitatem ordinate: deinde

C G. ibidem. b.

ad suam naturalem redibit dispositionem.[c] Sed subita causa euigilato accidit, vt pulsus eius illico, cum à somno remouetur fit tepidus vel debilis, quoniam virtus coram eo, quod subito euenit, fu-

D Ras. t. 10. c. 33.

gatur ad interiora.[d] Et deinde post hoc redibit ad eum pulsus magnus, velox, spissus, & diuersus ad tremorem. Et quoniam motus iste est similis violẽto, ideo inflãmat etiam ipsum. Et quoniam virtus subito mouetur ad repellendum naturaliter illud, quod accidit: ergo motus accidunt diuer-

D Ras. ibidem.

si, & tremit pulsus:[d] sed tamen secundum hoc non longo perseuerat tempore, immo ad æqualita-

D tem cito redit. quoniam licet eius causa sit quasi fortis, eius tamen durabilitas est pauca, & cognitio destructionis ipsius est velox.

De iudicijs pulsus exercitij. Cap. 13.

E G. ibidẽ. c. 13. e.
F Haly. lib. 7. the. c. 5.
F G. ibidem.

[e] IN principio quidem exercitij, & dum est temperatum [f]pulsus fit magnus & fortis, & hoc quidem propter augmentum caloris innati, & fortitudinem ipsius,[f] & fit etiam velox & spissus valde propter superfluam necessitatem, quam facit motus. Quod si perseuerauerit, & fuerit prolixum: aut licet fuerit breue, erit tamen fortissimum, destruetur quod ex fortitudine prouenit, & debilitabitur pulsus, & fiet paruus propter resolutionem caloris innati: sed ipse fiet velox & spissus propter duas res: quarum vna est augmentũ necessitatis, & alia est quoniam virtus deficit seu debilitatur ne magnitudini sufficiat: postea velocitas incessanter minuitur, & spissitudo augmentatur secundum quantitatẽ eius quod ex virtute debilitatur. Deinde ad vltimum si exercitium perdurauerit, & debilitauerit, fiet pulsus formicans propter debilitatem & spissitudinem fortem. Postea si magis superfluum fuerit, & ex ipso quasi ad mortem perueniatur efficiet quod omnia faciunt resoluentia, & reducet pulsum ad hoc vt sit vermiculosus: deinde formicalis declinans ad raritatem, & tarditatem cum debilitate & paruitate.

De iudicijs pulsuum balneatorum. Cap. 14. E

BAlneatio aut erit cum aqua calida, aut cum frigida. Si autem fuerit cum aqua calida, in principio [a] prouenient ex ea fortitudinis & necessitatis iudicia. Cumq; multum resoluerit, [a] debilitabit pulsum. [b] Galenus quoq; dixit, erit tunc paruus, tardus, & rarus. Dicemus ergo ꝙ debilitas quidē, & paruitas pulsus sunt de his quæ fiunt vel accidunt proculdubio : sed aqua calida cum in interioribus corporis calefactionē efficiet calore accidentali, fortasse non durabit : sed ad sui naturam quæ est infrigidandi, redibit: & fortasse durabit & permanebit : Quod si accidentalis qualitatis iudicium superauerit, fiet pulsus velox & spissus. Et si superauerit quod ex natura sui prouenit, fiet tardus & rarus. [c] Et si eius calefactio accidentalis ad tantā virtutis resolutionē peruenerit, vt syncopi sit propinqua, fiet etiam pulsus tardus & rarus. [d] Sed balneationis cū aqua frigida factę si penetrauerit frigiditas, debilitabit pulsum, & faciet paruum, & efficiet raritatem, & tarditatem. Et si non penetrauerit, īmo calorem coadunauerit, augmentabitur fortitudo: & crescet parum, & minuetur velocitas, & spissitudo. Ex aquis vero in thermis existentibus quæ sunt exiccantes, duritiem in pulsu augmentant : & ex eius magnitudine minuunt. Sed calefacientes velocitatem in pulsu augmentant. Si autem virtutem resoluerint, erit quod iam diximus.

A G.li.3. de causis pulſ.c.14.f.
A G.ibidem.f.
B De frigidis.cap.15.g.
C Gal.ibi.c.14.g.
D G.ibi.c.15.g.

De pulsu prægnantium. Cap. 15.

NEcessitas quidem in eis est multa [e] propter cōmunitatē filij in attractione aeris. Ipse enim F quasi duabus attrahūt necessitatibus, & duabus aeris attractionibus. Sed virtus proculdubio non augmentatur, neq; etiam minuitur, nisi quantum oportet propter lassitudinem paucam, quæ prouenit ex pondere prægnationis: propter hoc igitur iudicium virtutis mediæ, & necessitatis fortis vincit, & augmentatur pulsus, & fit velox & spissus.

E G.li.3. de causis pulſ.c.8.d.

De pulsu dolorum. Cap. 16.

[f] DOlor mutat pulsum, aut propter fortitudinē sui: aut quia est in membro principali: aut propter longuam moram sui. Et dolor quidē cum in sui principio fuerit, [g] cōmouebit vel excitabit virtutem, & mouebit ipsam ad resistendū, & expellendum, & inflāmabit caliditatem. Fiet ergo pulsus [h] magnus, & velox & vehementioris raritatis, quoniam aluthar.i.necessitas magnitudinem faciet & velocitatem. [i] Cumq; dolor ad finem suæ fortitudinis peruenerit, propter illud, quod diximus de modis, procedet minorādo, & redibit ad inferiora donec magnitudinem perdet, & velocitatem: & vicem earum supplebunt spissitudo fortis, & paruitas, formiculatio, & vermiculatio. Et si augmentatus fuerit adducet ad raritatem & perditionem.

F G.li.4. de causis pulſ.c.6.a.
G G.li.4.de causis pulſ.c.6.a,b.
H Halya.li.7.the.c.6.
I Fē.4.c.30.& Ga.lib.4.de causis pul.c.6.b. & Haly.li.7.th.c.6.

De pulsu apostematum. Cap. 17.

APostematum quidem alia sunt, quæ febres efficiunt. [k] Et hoc aut propter eorum magnitudinem, aut propter nobilitatem membri in quo sunt. Et pulsum in toto corpore mutant ſm G mutationem febris propriam: & nos ipsam dicemus in [l] loco suo. Et alia sunt, quæ febrem non faciunt, [l] & mutant pulsum membri in quo sunt proprium per essentiam. Et est etiam cum reliqui corporis pulsum mutant per accidens.s.non propter hoc quod est apa, sed propter hoc, ꝙ dolorē efficiūt. [l] Apa autem, quod pulsum mutat, aut ipsum mutat per speciem sui, aut per sui tēpus, aut per quantitatem suā, aut per mēbrum in quo est, aut per accidens, quod sequitur ipsum & comitatur. Quod vero per sui speciem mutat, est sicut apa calidum, ex quo per suam speciem prouenit vt [m] mutetur pulsus ad serrinū, & ad tremorē, & dispōnem similē tremori, & velocitatem, & spissitudinem : nisi ei contraria sit causa humectās, quæ proprietatē serrini destruat, & vice ipsius vndositatem supplere faciat. Verūtamen tremor & velocitas & spissitudo ipsum semper comitantur. Et queadmodum causarum, quædā sunt, quæ serrini proprietatem prohibent, similiter sunt quędam earum, quæ serrini proprietatem augmentant, & ipsam apparere faciunt. Et molle quidem apa, pulsum facit vndosum. [n] Et si fuerit valde frigidum, ipsum efficiet tardum & rarum. [n] Durū vero apa, proprietatem serrini augmentat. In exitura autem cum fit collectio, ipsa pulsum conuertit de proprietate serrini ad vndosi proprietatem propter humiditatem & lenitatem, quæ ipsam sequūtur: & præbet augmentum in diuersitate propter suam grauitatem. Velocitas autem & spissitudo alleuiatur propter caloris accidentalis quietem causa maturationis. [o] Mutatio vero ipsius causa H suorum temporum est, quoniam dum calidum apa existit in augmento, proprietas serrini, & quęcunq; diximus [o] sunt sicut in augmēto : & eius durities semper augmentatur propter extensionē, quæ augetur: & in tremore propter dolorem. [o] Cumq; ad statum peruenerit omnia augmentantur accidentia præter illud, quod fortitudinem sequitur: ipsum nāq; debilitatur in pulsu, & in spissitudine, & velocitate augmentum præbet: deinde si prolongabitur, velocitas destruetur, & redeundo fiet formicans. [o] Cum autem declinabit & resoluetur, aut aperietur, fiet pulsus fortis, propterea, quòd virtus exonerabitur à pondere, & alleuiabitur ipsius tremor, propterea quòd dolor extensiuus minuetur. [p] Secundum quātitatem vero sui, qm̄ magnū facit vt sint istæ dispositiones maiores, & magis augmentatæ : & paruū vt sint pauciores, & paruiores. Et ſm suum membrum, qm̄ ex [q] membris neruosis prouenit augmentum in duritie pulsus, & in proprietate quam habet serrinitas ipsius. Et ex venosis quidem prouenit augmentum in magnitudine sua, & vehementia, & diuersitas multa: & præcipue si in eis superuenerint arteriæ, sicut in splene, & pulmone : & non durabit huiusmodi magnitudo, nisi quantum perseuerauerit fortitudo. Et membra humefacta, & lenia ipsum faciunt vndosum, sicut cerebrum & pulmo. Mutatio vero, qua apostema mutat -

K G. ibi.c.7.b.
L Lib.4. Fē.1.t.4.c.13.&.14.
L G.ibidem.c.
M G.lib.4.de cāis pulſ.c.7.b.
N Halya.li.7.the.c.6.
N Halya.ibi.
O Halya.li.7.the.c.8.
P Gal. 4. de causis pulſ.c.7.c.& Haly.lib.7.th.c.8.
Q Ga.4. de causis pulſ.c.7.c.

A mutat pulsum aliquo mediante accidente est sicut apostema pulmonis, quod facit pulsum tremulum, & sicut apostema hepatis, quod facit ipsum sicut pulsus aldebul, idest marasmati et apostema renis, quod facit ipsum [q] {strãguirialem:} & apostema mẽbri fortis sensus, sicut stomachi [q] & diaphragmatis facit ipsum spasmosum [q] & syncopizantem.

Q *Suppressionem vrinæ.*
Q G. ibidem.
A Gal. ibi. c. 2. f. & Halya. lib. 7. the. c. 8. & Ras. t. 10. c. 33.

De iudicijs pulsus accidentium animæ. *Cap.* 18.

IRa quidem propterea, ꝙ virtutem cõmouet, & spiritum subito dilatat [a] pulsum facit magnum ad superiora se eleuantem velocem, & spissum, in quo nõ oportet diuersitatem cadere, quoniã passio existit similis, nisi timor ei admisceatur, qui vna vice superet, & hæc alia superet vice: & similiter si verecundia ei admisceatur: aut contrarietas ab intellectu, qui tacere præcipiat, & ne ferueat ad malum inferendum illi cui irascitur. Et ex delitijs quidem, propterea, ꝙ ad exteriora paulatim mouent non peruenit pulsus ad illud, quod peruenit ex ira in velocitate & spissitudine: immo est cum eius magnitudo sufficit necessitati, [b] & est tardus, & rarus. Et similiter pulsus lætitiæ qm̃ ipse fit magnus ſm plurimum cum lenitate, & attinet tarditati & raritati. In [c] tristitia vero, propterea, ꝙ calor suffocatur, & submergitur, & fortitudo debilitatur, oportet vt sit pulsus paruus et debilis, rarus & tardus. [d] Timor vero, qui subito venit, pulsum facit velocẽ & diuersum & inordinatũ. Sed, ꝓlongatus, & qui ordinate ꝑuenit, mutat pulsum ſm modũ mutationis solicitudinis, seu tristitiæ.

B Gal. ibi. c. 3. h. & Ras. t. 10. c. 33.
C G. ibi. c. 4. h. & Ras. t. 10. c. 33.
D Ga. ibidẽ. c. 5. & Ras. t. 10. c. 33.

B *De summa mutationis rerum contrariarum naturæ essentiæ pulsus.* *Cap.* 19.

AB eis fit mutatio, aut propter hoc, ꝙ accidit ex eis de malitia cõplexionis. & tu quidem iam [e] sciuisti pulsum cuiusꝗ complexionis: aut propterea, quòd virtutem constringunt, & pulsum faciunt diuersum: & si constrictio valde fuerit fortis, erit sine ordine, et absꝗ pondere: & constrictionem quidem faciẽs est omnis materialis multitudo, siue sit apostema, aut propterea, quòd ‸ virtutem dissoluit, & facit pulsum debilem. Et omnia hæc sunt sicut dolor fortis & læsiones animales, quæ sunt fortis resolutionis.

E Cap. 8.
‸ siue nõ sit apostema,

Summa secunda doctrinæ tertiæ, fen secundæ de vrina & egestione, & est continens. xiij. cap.

Sermo vniuersalis de vrina. *Cap.* 1.

VIæ significationis dispõnum vrinæ non oportet credere, nisi postꝗ conditiones obseruatæ fuerint. Oportet enim vt vrinæ, quæ consideratur, sit [f] prima vrina, quę in mane colligitur, & nõ fuerit violẽter retenta lõgo tẽpore, et ille cuius est, dormierit in nocte. Neꝗ sit ille cuius est, qui biberit aquã, & cibum comederit. Et non sit, qui in cibo, aut potu rem tingentẽ accepit, sicut [g] crocum, & [g] cassiãfistulam, qm̃ vrina tingendo ad citrinitatẽ & rubedinẽ mutant, [h] & sicut olera, quę tingendo mutãt ad viriditatẽ, [i] & almuri, quod ad nigredinẽ, [k] & vinũ inebrians quod mutat vrinã ſm suum colorẽ. Neꝗ sit, qui exteriora sui re tingente infecerit, sicut [l] {alkana,} qm̃ cũ ex ea C aliquis tingitur, fortasse eius vrina ex ea inficiť. Neꝗ sit, qui rem, quæ cũ vrina aliquẽ humorẽ expellit, assumpsit: sicut quod cholerã, aut phlegma expellit. Neꝗ se exercuit motibus corporeis, aut opationibus, aut dispõnibus, quæ sunt extra cursum naturę, quę vrinæ colorẽ mutant, sicut [m] ieiunium, aut vigiliæ, aut labor, aut ira, aut fames. Omnia. n. hæc vrinã tingunt ſm citrinitatẽ, aut rubedinem. [n] Et coitus vrinã valde impinguat. Et sicut vomitus, & eũo qm̃ hæc colorẽ mutant, & substantiã, quæ in vrina esse debet. Similiter cum ipsa multis permãserit horis. Quapropter dixerunt quidã, ꝙ post sex horas inspicienda nõ est, qm̃ ipsius sigñatio debilitať, & color mutatur, & hypostasis dissoluitur, aut mutať: & fit spissior, quãuis ego [n] dicã, ꝙ nec post horam vnã. Vrina præterea tota integre colligẽda est in vrinali [o] magno, ne ex ea aliquid effundatur. Et eius quidẽ dispositio illico cum mingitur nõ est cõsideranda, sed postꝗ̃ in vrinali resederit. α Et obseruandum est ne sol eam tangat, neꝗ ventus, ne agitetur vel cõmoueatur, & ne cõgeletur donec hypostasis separetur, & significatio cõpleatur: non enim descendit illico cũ mingitur, neꝗ in vltimo fine maturationis. Et nõ colligatur in vrinali in quo alia fuerit vrina, nisi prius fuerit ablutũ. Amplius vrinæ puerorum significatio est parua, & pręcipue infantium, [p] propterea, ꝙ lacte nutriuntur, & ꝙ materia tingens in eis est quiescens & submersa: in eorũ quoꝗ natura existit ex debilitate, & multa dormitione, quod maturitatis significationẽ pernecat. Et instr̃m quidẽ colligẽdi vrinã, est corpus peruium D substantiã habens nitidã, [q] sicut vitrum clarũ, aut crystallus. [r] Scias autẽ ꝙ vrina, quanto plus eam [s] tibi approximas, tanto spissitudo augmentatur: & quãto plus elongas eã à te, augmentatur in ea claritas. & per hoc differt ab oĩbus fallitatibus, quæ sunt in ea quibus medici experiuntur, cum eis ostenduntř. α Cũ vrina in vrinali colligitur, custodienda est à mutatione [t] frigoris, & solis, & venti. Et oportet vt in lumine aspiciať, ita ꝙ sup eã non [v] cadat radius, imo ab ipso tegať: & sic in ea iudicetur de accidẽtibus, quæ in ipsa apparent. Scito etiã, ꝙ prima significatio, quã vrina habet, [x] est de dispositione hepatis, & viarũ aquositatis, & super [y] dispositiones venarũ: & eis mediantibus alias demonstrat ægritudines. Firmior tamen eius signatio est illa, quæ de hepate existit, [z] & proprie de dispõne gibbositatis ipsius. Amplius significationes, quæ ex vrinis habetur ex septẽ sunt acceptæ gñibus, genere [a] coloris, & gñe substãtiæ, & genere claritatis & turbulentiæ, & gñe hypostasis, & genere quantitatis in paucitate & multitudine, & gñe odoris, & genere spumæ. Sũt vero, [c] quidã, qui inter hæc gña ponunt genus tactus, & genus saporis. nos vero ambo ista abijcimus, seu cassamus. Cumq; dicimus genus coloris, intelligimus illud, quod visus in ea sentit ex coloribus. s. albedinem, aut nigredinem, aut quæ inter eas existunt. Et cum substãtiæ genus dicimus, intelligimus dispositionem ipsius in grossitudine aut tenuitate. Et cũ dicimus genus claritatis & turbulentiæ,

F Alzar. lib. the. t. 8. c. 2.
G Haly. lib. 7. the. c. 13.
H Ras. t. 10. ca. 30. 31. cõti. t. 9. 453. 2.
I Ras. ibidem. 8. 2.
K G. cõm. 5. in li. 6. Hipp. de morb. vulga. 15. 2.
L Haly. lib. 7. the. c. 13.
L *Ligusticũ.*
M Haly. li. 7. the. c. 12.
N Ras. 31. cõt. t. 9. 453. 2.
N Alzar. ibi.
O Ras. 31. cõt. t. 9. 453. 2. & Haly.
Infra α
P Cap. 9.
Q G. li. 7. apho. 65.
R Ras. 31. cõti. t. 9. 459. 2.
S Cap. 12.
Supra α
T Ras. 31. cõti. t. 9. 455. 2.
V Alzar. lib. the. t. 8. c. 2.
X G. li. 2. progno. 26. c.
Y G. lib. 4. de sani. tuen. c. 4. b. & 1. de crisi. c. 7. h.
Z G. lib. 6. loc. a. f. c. 4. b
A G. li. 1. de vrinis c. 1. h. & Alzar. lib. theo. t. 8. c. 3.
B Ras. li. 31. cõt. 9. 454. 4.

intelligimus, ꝙ penetratio visus in ea est facilis, aut non est. Inter hoc autem genus, & genus sub- E stantiæ existit differẽtia, qm̃ plerunq; est substan tia grossa & clara, sicut albumen oui & gluten piscium liquatum, & vitrum liquatum, & oleum: & plerũq; est res subtilis substantiæ turbida, sicut aqua turbida, quæ est magis tenuis, ꝙ̃ albumen oui. Turbulẽtiæ autẽ causa, est permistio partium colores habentium extraneos. fuscos, aut alijs coloribus infectos, qui ab inspiciente sensu nõ sunt percepti, & prohibent peruietatem, & non per se percipiuntur. Inter eam vero et hypostasim existit differentia, qm̃ visus plerunq; cognoscit hypostasim. Et inter ipsam & colorem existit differentia, quoniam color per totam humoris substantiam procedit cum maiori permistione.

De significationibus coloris vrinæ. *Cap. 2.*

EX coloribus vrinæ sunt gradus citrinitatis sicut [a] palearis: deinde [a] citrinus, post flauus, deinde [a] rufus, postea citrangularis, postea [a] igneus, qui tincturæ croci assimilatur: & ipse quidem est vehemẽter citrinus, postea [a] croceus, qui similatur capillis [a] {zahafarani} & iste quidem est quẽ vocant rubeum clarum. Omnes autem, quæ post citrinum caliditatem significant: sed tamen ẽm suos diuersificantur gradus. Et est quidẽ cum accidunt propter vehementiã motus, & propter dolores, & propter famẽ, & propter aquæ abstinentiam. Post istos vero gradus p̃dictos existunt gradus rubedinis, sicut rubeus ad albedinẽ declinans & roseus, & rubeus purpureus, seu rubeus viuax, & rubeus obscurus. Et oẽs quidẽ sanguinis dñium significant. Et in oĩbus qbus est color za- F hafarano attinẽs, est significatio dñij coleræ rubeę. Et in oĩbus, qui puluerulento attinẽt, est significatio dñij sanguinis. Et igneus quidem magis significat calorem, ꝙ̃ rubeus & puluerulentus: sicut cholera in se calidior est q̃ sanguis: & color quidẽ vrinæ in ægritudinibus acutis incendẽtibus, trahit ad colorẽ zahafarani & igneitatem. [b] Quod si ibi fuerit tenuitas, aliquã maturationis signat imaginationẽ. i. vestigiũ occultũ, & ꝙ iam incepit: & si nõ appareat in substantia. Si autẽ citrinitas fortior fiat, & vsq; ad igneitatis perueniat terminũ, & ad finem in ea, significat, ꝙ calor incessanter processit: & iste quidẽ est rufedo clara, seu peruia. Quod si in ipso claritas augmentetur, calor iam ẽm diminutionẽ incedit. Et est præterea cum in ægritudinibus acutis sanguineis [c] vrina sicut ipse sanguis mingitur, apertione venæ ibi non existente: & significat repletionẽ superfluã: quæ si paulatim mingendo emittitur, & est cum odore malo, est sigñatio timoris: & timetur ex ea ne sanguis ad loca suffocantia fusus deriuetur. Et peior quidẽ ea est illa, quæ est subtilior ẽm colorẽ suũ, & dispositionẽ eius fœtidã. Cum autẽ ex ea multũ mingitur, est cũ est sigñatio bona in febribus acutis & cõmistis, qm̃ est cũ est sigñatio crisis, & sanitatis: nisi in principio subito attenuetur anteq; sit hora crisis, qm̃ tunc erit recidiuationis significatio: & similiter si tenuitas post crisim ordinata nõ fuerit. In icteritia vero cũ vrina adeo fuerit maioris rubedinis donec ad nigredinẽ trahat, & pannum taliter tingat ne remoueri possit: & quanto plus fuerit, erit sanius: [d] qm̃ cum vrina in ipsa fuerit al- G ba, aut rubea paucæ rubedinis, icteritia in sua dispõne manẽte, timetur ex ea hydropysis. [e] Fames quoq; est ex eis, quæ vrinã vehementer tingunt & ipsam valde acuunt. Post vero sunt gradus viriditatis, sicut vrina cuius color colori fisticorũ attinet, deinde cuius color est similis colori æruginis eris: postea illius, cuius est color similis colori ireos: deinde cuius color similatur indico: postea porrinus. Fisticalis vero significat frigiditatẽ, & similiter oẽs in quibus existit viriditas præter eã, quæ æruginis æris, aut porris similatur: hæc nãq; vehemens significat incendiũ. Verũtamen porro similis, sanior est ea, quæ æruginis æris similatur. Et illa quidẽ quæ æruginis æris similatur, post laborem significat spasmũ. [f] Viridis vero, in pueris spasmũ significat. Quæ vero colorem ireos habet, frigiditatem vehemẽtem ẽm plurimũ significat: & ante ipsam præcedit vrina viridis. [g] Et quidam dixerunt, ꝙ significat venenum in potu fuisse haustum: & si fuerit in ea hypostasis, spes erit vitæ, & si non, timetur ei. Aeruginis vero æris similis vehementẽ significat perditionẽ. Graduum autẽ coloris nigri, alius est niger, qui ad nigredinem tendit ẽm viam coloris croci, sicut est in icteritia, & significat choleræ rubeæ spissitudinem, & eius adustionem: & choleram nigrã, quæ accidit ex cholera rubea, & significat icteritiam. Et alius est niger, qui declinat ad fuscedinem vel obscuritatẽ, & significat choleram nigram sanguineã. Et alius niger, qui declinat ad viriditatẽ, & colorem indicum, & significat cholerã nigrã puram. Et ad summũ quidẽ vrina nigra significat, [h] aut vehemẽs H incendium, aut [i] forte frigus, aut mortẽ innati caloris, & eius fugã, [i] aut crisim & expulsionẽ naturæ, qua ipsa choleræ nigræ expellit superfluitates. [k] Quod autẽ ex incendio est, cognoscitur, qm̃ illic est fortis ardor, & ante ipsam fuit vrina citrina, vel rubea: & hypostasis est diuulsa, & inæqualis, & incontinua, & non est vehementis nigredinis: imo trahit ad colorem croci, & citrinitatem, aut ad fuscitatem: & si ad citrinitatẽ trahit, significat multã icteritiam. Verũtamen, quod ex frigiditate fit, cognoscitur, vt ante ipsam habeatur vrina, quæ ad viriditatem trahat, aut liuiditatem: & est sedimen paucum iunctum ac si esset siccum, & nigredo in ipsa est purior. Et est etiam cũ inter duas complexiones differentia notatur, qm̃ quando cum vrina nigra fortis odor fuerit, significabit caliditatẽ: & cum fuerit cũ ea odoris priuatio, aut fortitudinis eius debilitas, significabit frigiditatẽ. Cum enim natura valde fuerit superata, odor non erit in vrina. Illud autem quod ex casu caloris accidit innati: cognoscitur propterea, ꝙ ipsum sequit̃ fortitudinis casus, & eius dissolutio. Et illud quidẽ, quod accidit ẽm modũ purgationis & crisis cognoscit̃, sicut quod accidit in [l] fine quartanarũ & cũ [m] splenis ægritudines resoluuntur: & dolores dorsi, & matricis, [n] & febres mlicæ, & febres nocturnæ & diurnę, & nocumẽta, [o] q̃ ex mẽstruorũ accidũt retẽtione: & retẽtio eius, quod ex sanguine

A G.lib.de vrinis, ca.4.a. & Raſ.t.10, c.30.
A Raſ. ibidem.
A Croci.
B G.lib.1.de crisi, c.12.h, & Haly.lib. theo.c.14.
C G.lib.de vrinis, c.14.f.
D Lib.3. F.15. t.1. c.4. & Raſ.31.cõti, a.9.456.2.&.3.
E G.li.14.metho, c.1.a.
F Li.3. F.2.t.1.c.3, & Raſ.31.cõti.t.9, 457.1.
G Raſ.31.ꝯti.t.9, 457.1.&.45?.2.
H G.lib. de vrinis c.10.d.e.&.1.de crisi.c.12.d. & Raſ.li. 31.cõti.t.9. 455.1.
I G.1.de cri.c.12.d
I G.ibi.
K G.lib.de vrinis. c.23.c.
L Haly.li.7.theo. c.14.
M Raſ.t.10.c.30.
N G.oppo.13.metho.c.17.f.
O Halya. ibidem.

A guine fluere solebat per anum:& præcipue cũ natura & ars in prouocando iuuant: & sicut accidit [a] mulieribus,quarum menstrua retinentur:& nõ {retinet} natura sanguinis superfluitatem, propterea,ꝙ ante ipsam præcessit vrina indigesta aquosa : & propterea,ꝙ post ipsam aduenict corpori alleuiatio,& erit ipsius quantitas maxima copiosa. [b] Quod si non ita vrina fuerit nigra, signum erit malum , & præcipue in acutis ægritudinibus: [c] & quanto plus si eius quantitas fuerit pauca , quoniam ex sua paucitate,est sciendum,ꝙ humorem iam destruxit adustio: [d] & quanto magis fuerit grossa,erit deterius:& quanto magis fuerit tenuis,erit minoris malitiæ.Et est quidem cum accidit,vt vrina nigra,aut rubea alchani mingatur [e] propter vini potionem,quod huiusmodi habet colorem cum nullo modo natura aliquid in eo operata fuerit,& exierit ſm suam dispositionẽ : sed in hoc non est timor.[f] Et est cũ bonæ crisis significatio existit,& in acutis ægritudinibus: sicut si ęger eam tenuem minxerit , & fuerit in ea suspensio in partibus diuersis:multoties enim significat sodam,& vigilias,& surditatem,& desipientiam, & præcipue si paulatim eam minxerit, & in longo tempore fuerit eius [g] odor acutus,& fuerit cum febribus , quoniam tunc vehementer significabit sodam,& desipientiam,sed quãdo affuerint ibi vigiliæ,& surditas,& desipientia,& soda, significabit sanguinis fluxum ex naribus.Et est etiam cum existit causa lapidis in rene. [h] Rufus inquit,vrina nigra bona est in ægritudinibus renum non vesicæ,& in ægritudinibus furiosis, quæ ex humo B ribus proueniunt grossis,& est significatio mortalis in ęgritudinibus acutis.[i] dixit etiam,quòd vrina nigra est mala in ægritudinibus renum & vesicæ,cum vehemens ardor ibi adest: considera ergo alia signa. [k] Vrina nigra in senibus non est bona,propter illud,quod [k] scis,neq; venit in eis nisi ex corruptione magna : & similiter in mulieribus vrina nigra post laborem,significat spasmum. Ad summum vero vrina nigra in principio febrium est pernitiosa: & similiter in earum fine quando non cum ea fuerit alleuiatio,neque signauerit crisim.Vrina autem alba secundum duas intentiones est scienda: [l] vna earum est, cum ipsa est tenuis peruia sicut vulgus , quod peruium est albũ vocat:sicut vitrum quod est clarum,& crystallum claram, vocat albam.[l] Et altera est,quę pro certo est alba,cuius color est disgregatiuus visus,sicut lac & pergamenũ: & ista quidem non translucet,vt visus in ipsa penetret: translucentia enim pro certo non est nisi omnium colorum priuatio. [m] Album igitur secundum intentionem translucentis significat frigiditatem omnino, & est auferens digestionis fiduciam:& si cum grossitudine fuerit,significabit phlegma.Sed alba vera nõ erit nisi cum grossitudine.Et eius quidem alia est cuius albedo est mucilaginosa,& significat multitudinem phlegmatis, & humoris crudi. Et alia est,cuius albedo est vnctuosa , & significat adipis liquefactionem.Et alia est,cuius albedo est similis heali & significat phlegma , & diarrhœam , quæ accidit aut accidet.Et alia est cuius albedo est similis albedini,[n] quæ est in [n] {focha} cum tenuitate, C & sanie , & significat vlcera saniosa in instrumentis vrinæ , [o] & si absque sanie fuerit, erit propter superationẽ materię multæ crudæ nõ maturæ.Et est cum est cũ lapide vesicę.[p] Et est alia,quę spermati similatur,quæ quandoq; phlegmaticorũ apatum est crisis, & laxitatis interiorũ[q] & ægritudinum, quæ ex phlegmate accidunt vitreo.[r] Cum vero vrina spermati similis existit , & non est ſm modum crisis neq; propter apata phlegmatica,imo cũ in primis prouenerit,pronosticabitur apoplexiam,aut paralysim. Et cum in omnibus horis febris, alba superuenerit vrina,cito in quartanã conuertetur.Et plumbina quidem sine hypostasi,est valde mala.Et lactea etiam in acutis ægritudinibus,est pernitiosa.[s] Albedo præterea vrinæ in febribus acutis quocunq; modo fuerit post tincturam, quæ præcessit,significat,ꝙ cholera rubea ad aliquod membrum declinauit, quod apostematur:aut ad fluxum ventris:& quod magis significat est, ꝙ declinauit ad caput. Et similiter cum vrina subtilis est in febribus:deinde subito fit alba, significat permistionem rationis futuram. [t] Et cum vrina in sanitate perseuerauerit in colore albo , significat priuationem digestionis. [u] Et alheali quæ lacti similatur acetoso , in febribus acutis mortem significabit, aut hecticam.Scito autẽ, ꝙ possibile est,vt vrina sit alba,[x] & complexio calida & cholerica:aut vrina rubea , & cõplexio frigida phl'atica.Cholera enim rubea cum declinat à via vrinæ,& nõ admiscetur vrinæ,remanet vrina alba.Debes ergo vrinam albam considerare, quoniam si fuerit eius color luminosus , & ipsius D sedimen multum & grossum,& eius substantia cum hoc trahit ad grossitudinem,debes scire,ꝙ albedo est ex frigiditate & phlegmate. Sed cum eius color non fuerit luminosus, neq; eius sedimen multum,neq; splendidum,neq; albedo ad fuscitatem traxerit, scire debes , ꝙ cholera rubea est occultata.[y] Et si in ægritudine acuta fuerit alba,& fuerint in ea significationes salutis, ex quibus nõ timetur phrenesis,& quæ sunt sicut ipsum,debes scire , ꝙ cholera rubea declinauit ad alium canalem,& ad intestina,& accidet ei excoriatio.Causa vero ob quam vrina existit rubea in ægritudinibus frigidis est vna harum rerum : [z] aut fortitudo doloris , qui choleram rubeam resoluit , sicut in colica accidit frigida: [a] aut oppilatio,quæ facta fuit ex superatione phlegmatis in canali, qui est inter fel & intestina : quapropter fel ad intestina naturaliter non descendit, sicut solebat : immo vrinæ societas est ei necessaria cum qua egrediatur,quemadmodum accidit in colica frigida:[b] aut propter debilitatem hepatis , & suæ virtutis defectum , quæ inter aquositatem & sanguinem separationem facere non valet , sicut accidit in hydropisi frigida , & in ægritudinibus debilitatis hepatis secundum plurimũ,[c] quoniam propter [d] ea vrina est similis loturæ carnis recentis: aut propter constrictionem,quam [e] oppilationes fecerunt,& mutatur color phl'atis in venis,propter aliquam putrefactionem,quæ ei accidit,& eius quidem signum est aquositas vrinæ, & eius sedimen secundũ

A Lib.4.F.2.c.85. & cõm.3.in.3.Hip. de morb.vulg. Aegr.3.e. & Aegr.11. h.& Halya.ibi.
B Raf.31.cõti.t.9. 455.3.
C Lib.4.F.2.c.85.
D Lib.4.F.2.c.85.
E G.cõmẽ.5.in.6. Hip.de morb. vulga.15.a
F Lib.4. F.2.c.85.
G Raf. conti.t. 9. 454.3
H Raf.31.cõti.t.9. 457.2
I Raf.31. cõti.t. 9. 457.2.
K raf.ibi. & G.2. ꝑgnos.33.b.
K Supra.
L Gal.1.de crisi.c. 12.e. & Li.4.apho. 72.
L G.ibi.
M G.ibi.h.
N Raf.t.10. c.30.
N Sero vel cerusa.
O Raf.31.cõti.t.9. 456.4.
P Raf.31.cõti.t.9. 455.4.&.458.p.
Q Raf.455.4.
R Raf.ibi.t.10. c. 30.
S Lib.4. Fen.2.ca. 84.& lib.3. F.1.t.2. c.8. & F.16.t.1.c.3. & G.li.de vrinis.c. 5.c. & cõm.2.in.1. Hip.de morb.vulga.71.f.& li.4.F.1. t.1.c.36. & t.4.c.14
T Raf.31.cõti.t.9. 451.1.
V Raf.t.10. ca.30. &.31.cõti.t.9. ca.1. 455.p.
X Raf.31.cõti.t.9. 453.4.
Y Li.3. F.1.t.2.c.8 & Fẽ.16. t.1.c.3. & li.4.Fẽ.2.c.84.
Z Li.3. F.16. t.3.c, 7.&.11.
A Li.3. F.16.t.c.7.
B Li.3.F.14.t.4.c. 8.& Raf.31. conti. t.9.457.2.
C Lib.3. F.14.t.2. c.2.
D Lib.4. fẽ.1. t.2. c.47.& raf.31.cõti. t.9.453.4.

modum, quem diximus, & eius tinctura, est tinctura debilis non luminosa. Choleræ enim rubeæ tinctura est luminosa. [a] Vrina quoque multoties in principio ægritudinum erit alba, sed postea fiet nigra, & fœtebit sicut accidit in icteritia. [b] Amplius vrina post comestionem albescit, neque sic cessat donec digestio fieri incipiat: tunc enim incipit vrina tingi. Et propter hoc vrinę vigilantiũ sunt albæ: & adiuuat ad hoc caloris innati resolutio: sed non luminosæ: immo attinent fuscitati propter priuationem digestionis. Tinctura rubea in ægritudinibus acutis melior est, quàm alba aquosa. Et alba propter substantiam ipsius, etiam melior est, quàm aquosa: Sed rubea, quę est sanguinea, maioris est securitatis, quàm rubea cholerica. Rubea quoque cholerica non tanti est timoris cum cholera quieta manet, sed si extat mobilis, magni est timoris. [c] Amplius vrina rubea in ægritudinibus renum est mala, quoniam secundum plurimũ calidum significat apa. [c] Et in doloribus capitis, desipientiam portendit. Cumque vrina in ægritudinibus acutis rubere cœperit, & sic permanserit, & non inferius descensum fecerit, perditionis ægri timorem affert, & renum apa significabit. Quod si cum rubedine fuerit turbida, & taliter permãserit apa in hepate, & caloris innati significabit debilitatem. [d] Amplius colorum vrinæ sunt quidam compositi, ex quibus est color, qui carnis recentis loturæ assimilatur, qui etiam sanguini in aqua dissoluto similis existit, & est ex debilitate hepatis. [e] Et quãdoque etiam est ex multitudine sanguinis: verũtamen sæpius existit ex debilitate hepatis, ex quacũque complexione superuenerit malitia vincente, quã digerendi debilitas demonstrabit, & virtutis dissolutio. F [e] Quod si virtus fortis fuerit, tunc nõ erit nisi ex sanguinis multitudine, et eius augmẽto vltra mensuram, quã virtus disgregatiua penitus separare non sufficit. Et ex eis est etiam color oleaginus, & est citrinitas, cui admista est siclinitas: & colori olei similatur, propter viscositatem, quæ est in ipso, & translucentiam cũ nitore adipino, & cum splendore substantię ad quandam spissitudinẽ trahit. Et in pluribus dispositionibus significat malum, aut non significat bonum, neque maturationem, neque meliorationẽ: sed fortasse raro materierum vnctuosarũ euonem, secundum modum crisis significat: & hoc quidem non est nisi cum post ipsam aduenit requies. Quæ vero ex ea est pernitiosa, est illa cuius vnctuositas est fœtida: & proprie illa ex qua parua mingitur quantitas. Cum vero ei aliquid miscetur, quod est simile loturæ carnis recentis, est deterior. Et hoc quidem plus contingit in hydropisi, & phthisi, & colica mala. [f] Et est cum oleagina post nigram sequitur vrinam, quæ præcessit, & tunc quidem est significatio bona. Et multoties vrina oleagina in die quarta indicat ægrum [g] in die septima moriturum in ægritudinibus videlicet acutis. Ad summum vero oleaginæ vrinæ tres sunt species: [h] alia enim ex ea est quę tota est vnctuosa vel pinguis, & alia est cuius inferius est tantum vnctuosum vel pingue, & alia est cuius superius est vnctuosum, vel pingue. [i] Ex ea etiam est, quę in suo colore tantũ est oleagina: sicut est in phthisi, & proprie in sui principio: aut in sui substantia tantũ: aut in eis vtrisque: quẽadmodum est in ægritudinibus renũ, & in perfectione phthisis, G & eius fine. Et ex eis est etiam alargiuani, qui malus est, & pernitiosus, quoniam vtriusque choleræ significat adustionem. Et quãdoque est color rubeus in quo currit nigredo, & significat febres compositas, & febres, quæ ex grossis fiunt humoribus. qui si clarior fuerit, & nigredo ad ipsius summitatem declinauerit, apostema significabit lateris.

A Lib.3.Fẽ.15.t.1. c.4.
B Ras.31.cõti.t.9. 455.p.
C Ras.31.cõti.t.9. 459.3.
C Ras.ibidem.
D Lib.3.Fẽ.14.t. 2.c.2.& Fẽ.18.t.1. c.1.& Ras.t.10.c.33
E G.li.de vrina.c. 14.f.
F Ras.31.cõti.t.9. 460.2.
G Lib.4.Fẽ.2.t.1. ca.89. quod in sexta & Ras.31.conti.t.9. 455.4
H Ras.31.cõt.t.9. 460.p.
I Ras.31.cõti.t.9. 455.p.

De significationibus substantiæ vrinæ & qualitate ipsius, & claritate sui, aut turbulentia. Cap. 3.

[k] SVbstantia vrinæ, aut est tenuis, aut grossa, aut mediocris. Valde vero tenuis in omnibus dispositionibus maturationis [l] significat priuationem, aut in [m] venis oppilationes, aut renum debilitatem & canalium vrinæ, qui non attrahunt nisi quod tenue est: aut attrahunt, sed extra nõ eijciunt, nisi quod subtile inobediens expulsioni existit: aut significat multam aquæ potationem, aut vehementis frigiditatis complexionem cum siccitate. Et in acutis quidẽ ægritudinibus significat virtutis digestiuæ debilitatem, & maturationis priuationem. Et est etiam cum reliquarũ virtutum tantam significat debilitatem, vt nullo modo in aqua operentur: imo quẽadmodum ingreditur ita labitur. [n] Et vrina quidem tenuis valde secundum hunc modum deterior est in pueris, quàm in iuuenibus, quoniam naturalis puerorum vrina spissior est vrina iuuenum: ideo quod sunt humidiores: & quod eorum corpora plus attrahũt humiditates: propterea, quòd materia superfluens est eis necessaria causa augmenti. Si ergo eorum vrinæ in febribus acutis multum fiant tenues, iam valde elongati H erunt à sua naturali dispositione. Et si hæc in eis perseuerauerit, nõ significabit nisi perditionem: quoniam cum perdurat significat perditionem, [o] nisi bona sint adiuncta signa, & virtutis stabilitas: tũc enim exituram significat, quæ accidet, & proprie inferius sub parte hepatis. Et similiter si hęc in sanis permanserit, & non alteratur vel non variatur in eis, significabit apa, quod accidet illic vbi dolorem sentiunt. Et secundum plurimum accidet eis, vt cum hoc in alchatin, & in renibus dolorẽ sentiant. Et significat aptitudinem ad apa. Quod si dolor & grauitas vni mẽbro, proprie non fuerit: immo sint cões, significabit bothor & variolas, & apata, quę corpori erunt cõia. [p] Tenuitas quoque vrinę in crisi sine ordine, recidiuationẽ pronosticatur. Vrina autẽ multum grossa secundum plurimũ significat maturationis priuationem, & secundum minus humorum grossæ substantię maturationem. Erit ergo in statu humorosarũ febrium, & in apertione apatum. Et plurimum quidem, quod in acutis significat ęgritudinibus, est malum. Verũtamen tenuitatis durabilitas plus significat malum. grossitudo nãque quandam significat digestionẽ, quæ quidem substantiæ confert in eo, quod digestionem signat. Et quod virtus expellendi habet potentiam, est id in quo fiducia habetur. Et inquãtum materiei significat corruptionẽ, & eius multitudinẽ, & maturationis prohibitionem separãtis, ad fundum descendentis,

K Halya.li.7.theo. c.14.
L G.li.de vrina.c. 5.b.&.1. de crisi.c. 12.h
M G.lib.4.aphor. 77.& Ras.31.conti. t.9.455.p.& Haly. lib.7.theo.c.14.
N Ga.li.1.de crisi. c.12 f.& li.2.de progno.33.b.
O G.li.2.de digno. 34.c.
P Ras.31.cõti.t.9. 455.4.

A descendentis,significat malum.Quid autem sit illud, quod inter duas res superantius est, cognoscitur ex eo,quod post eam aduenit ex requie,aut succedit ex debilitatis augmento. Et vrinarum quidem grossarum in febribus sanior existit illa, de qua multum subito euacuatur. Illa vero, quæ paulatim euacuatur,multorum humorum est significatiua,& debilitatis virtutis. Et post illam quidem,quę vtilitatem affert,sequitur mediocris vrina simul cum requie.Cum autem tenuis vrina in acutis ægritudinibus ad grossitudinem conuertitur,postq; non aduenit requies,significat liquefactionem.Cumq; in sano vrina perseuerauerit grossa,& in parte capitis dolorem senserit,& cōquassationem,iudicabit ei febrem.Est tamē cum hoc est ex superflua expulsione,aut apertione, aut vlceribus in partibus viarum vrinæ.Non autem subtilitas,& spissitudo vtræq; maturationis significant priuationem,nisi quia maturationem,substantiæ comitatur mediocritas. Grossæ ergo maturatio est,vt digerendo ad tenuitatem mutetur.Et tenuis maturatio est,vt coquendo mutet̃ ad grossitudinem.Amplius vrina grossa,quemadmodum prius diximus,q̃nq; est clara translucens,quandoq; est turbida. Veruntñ inter spissam trāslucentem, & tenuem existit differentia: qm̃ spissa trāslucens cum inundatur cum motu, non fiunt partes ipsius inundatæ multum paruæ, imo magnæ in ea accidūt,vnde & eius motus sunt tardi:& cum spumat,fit spuma magnarum ampullarum, & ipsius ampullæ non cito rumpuntur. Et quæ quidem huiusmodi existit, ex phlegmate generatur
B bene digesto,aut cholera vitellina,si est in ea tinctura ad citrinitatem trahens. Et si tinctura nō est in ea,significat phlegmatis vitrei resolutionem:& hoc quidem in epilepticorum vrinis multū existit.In tenui autem in qua multa existit tinctura,scitur tincturam non esse propter digestionē, sed ex permistione choleræ cū ea.Et si non, tunc digestio in primis fecisset substātiam in ea,qm̃ prima digestionis,operatio.est substantiam efficere,deinde ipsam tingere. Et digestio quidem in substantia melior est,q̃ in colore.Et propter hoc,cum vrina tenuis citrina in acuta ægritudine perseuerat,

A G.li.7.apho.33.

significat malum,& ꝙ virtus digestiua est sopita.[a] Cum autem vrinam videris tenuē, in cuius partibus,rubedinis & citrinitatis fuerit diuersitas, laborē cognosces inflāmantem. Et si tenuis fuerit, fuerintq; in ea res,quæ sunt sicut furfures,ægritudine in vesica non existente, signum erit hoc esse propter phlegmatis adustionem. Grossa aūt vrina in febribus acutis ad summū multos significat humores,& fortasse significat liquefactionem. Et ipsa quidem est, quæ cum vna permanet hora, congelatur & inspissatur.Ad vltimum vero turbulentia vrinæ est propter terreitatem cum ventositate,quæ aquositati admiscetur.ex istis nāq; cum admiscentur,ꝓuenit turbulentia, & ex ipsorum ab inuicem separatione ꝓuenit claritas.[b] Amplius tres debes attēdere dispositiones. Est nāq; cum

B G.li.1.de crisi.c.12.g,& li.4.de sani.tuen.c.4.h

tenuis mingitur,& deinde ingrossatur,quæ significat,ꝙ natura laborat in maturando, sed nōdum materia ei vndiq; obediuit,& est recipiens impressionem,& fortasse est cum membrorum signifi-
C cat liquefactionem.[b]Aut mingitur spissa, & postea clarificatur, & separatur ab ea grossum subtus stans,& significat,ꝙ natura iam superauit materiam,& ipsam maturauit. & quāto maior fuerit claritas,& maior descēsus inferius,& citius,magis significabit maturationem.[h] Aut est dispositio media inter primam & alteram.ex qua cum perdurauerit,& natura fuerit fortis & virtus fixa, scietur, ꝙ non ad maturationem perueniet integram.Si vero virtus fixa non fuerit,timendum erit ne per-

C G.li.4.aph.70.

ditio præueniat maturationem.[c] Cum aūt perdurauerit,& timorosa significatio non affuerit,significabit capitis dolorem:qm̃ significabit ebullitionem,& ventositates vaporosas.Illa vero,quæ ex tenuitate ad turbulentiam peruenit,& sic procedit [d] melior est ea,quæ in [d] turbulentia permanet ſm plurimas horas.Vrina quoq; multoties fit grossa,& spissa,& est hoc propter casum virtutis,& non propter naturæ expulsionem.Sed vrina,quæ aquosa mingitur,& aquosa remanet,signum est priuationis maturationis penitus.[e] Et vrina grossa laudabilior est,quæ ad exeūdum est facilis, & multæ separationis simul.Ex hmōi nanq; sanatur paralysis,& quod est ei simile.[f] Cū vrina grossa mingitur,& deinde procedendo ſm ordinē attenuat̃,si multa est,cōueniens existit. Et q̃nq; grossa turbida plurima,sequens ad grossam paucā,est significatio bona,& hoc quidē cum erūpitur,seu aperitur grossa turbida,quæ mingebat̃ paulatim,& inde vice vna multa facile mingit̃ vrina:cum hac.n. multoties resoluit̃ ægritudo,siue ipsa sit vna febriū acutarū, siue sit vna aliarū ægritudinū ex reple-

D G.li.1.de crisi.ca.12.g,oppositū.

E Ras.31.contin.t.9.454.3.

F G.li.4.apho.69.

D tione prouenientium,siue sit repletio,ex qua nondum manifesta accidit ægritudo. Et istę quidem vrinæ,modus est raro eueniens.Quando cum vrina naturalis coloris superflua est spissitudo, plerunq; significat bonitatem expulsionis multarum materierum, cui exeundi associatur facilitas: & plerunq; significat perditionem:propterea,ꝙ humorum significat multitudinem, & virtutis debilitatem:& hoc quidem demonstrat egrediendi difficultas,& paucitas eius,quod egreditur. Vrina quidem grossa bona est,quæ est crisis ægritudinis splenis,& febrium permistarum, in qua non expectatur æqualitas:qm̃ natura in expellendo operatur,seu conatur. Vrina ad vltimum turbulenta significat humorum multitudinem,& naturam ab eis occupatam in maturando eos.[g] Vrina grossa,in qua sedimen existit oleagineum,significat lapidem. Vrina grossa, quæ apostematum significat apertionem,cognoscitur ex eo,quod ei admiscetur,& ex eo,quod præcessit. Ex eo enim quod admiscetur sicut pus,quod malus odor demonstrat, & exeuntibus,quæ cum ea separātur,sicut petala alba,& rubea,aut sicut furfur,aut alia ab istis,ex eis,per quæ cognoscitur: ex eo quidem, quod præcessit,qm̃ ibi prius fuit significatio apostematis,aut vlceris in vesica,aut rene,aut hepate,aut in partibus pectoris,& significat hoc apostematis apertionem,& si ante ipsam vrina fuerit similis loturæ carnis recentis,tunc est ex gibbositate hepatis:& si egestio similiter fuerit, tunc apostema erit

G Ras.31.cōti.t.9.458.3

in eius

in eius concauitate:& si anhelitus coangustatio præcessit,& tussis sicca, & dolor in mēbris pectoris pungitiuus,tunc,quod apostema apertum est,est lateris,& exiuit à parte arteriæ maioris:et si in pure illo,est maturatio,conueniens est. Et est cum sanus ociose viuens, qui exercitium relinquit, mingit vrinam,sicut pus & virus tenue, quo ipsius purgat̄ corpus, & eius aufertur lassitas, quam exercitij dimissione consecutus est.Et est etiam cum in hepate,aut in eo, quod est coram ipso, fiūt oppilationes,& plerunq; contingit,vt earum apertione sit vrina spissa,propterea, ꝙ earum egreditur materia.Et hæc talis spissitudo nō est pus.Sed in ipsa,quæ est post apostematis apertionem, est pus.Et cum hæc vrina fuerit cum spissitudine,& ad nigredinem traxerit, & cum ea fuerit in latere sinistro dolor,erit tunc ex parte splenis.Et ſm hanc cōsiderationem si supra vmbilicum fuerit, aut in summitate ventris,erit tunc ex parte stomachi.Hoc tñ sæpius est ex parte hepatis,& canaliū vrinæ.Vrina turbulenta,multoties significat casum virtutis.Cumq; virtus ceciderit,frigiditas superabit,quæ erit sicut illa,quæ exterius infrigidat.Vrina turbulenta,quę malo vino similatur,aut aquę ciceris,est vrina prægnantium,aut habentium apostemata calida longi temporis in interioribus. [a] Vrina,quæ vrinis asinorum, aut aīalium assimilatur,& est sicut [a] {metelachlach} propter vehementiam cōmotionis & ebullitionis corruptionem humorum corporis significat: quod tamē magis significat,est phlegma crudum,in qua aliqua caliditas operata fuit, & ipsum cum grossa vento sitate ebullire fecit:& propter hoc plerunq; significat capitis dolorem existentem,aut almethal, & F quandoq; cum perseuerat significat lethargiam. [b] Vrina,quæ colori alicuius membri similat̄, cum perdurat,egritudinem in illo membro significat.Et quidam dixerunt,ꝙ cū in inferiori parte vrinę fuerit aliquid,quod nebulæ sit simile,aut fumo,prolongabitur ægritudo,& si in tota perdurat ęgritudine,pronosticatur mortem,phlegma autem crudum discernitur à pure per fœtorem. Vrina habens partes diuersas,quanto plus partes in ipsa fuerint maiores, significat, ꝙ tāto naturæ operatio est studiosior,& natura plus potens,& pori plus aperti. [c] Vrina in qua videntur quasi fila adinuicem mista significat,ꝙ fuit micta postq; coitus fuit completus.

A Ras.31. cōtin.t. 9.460.1,& G.com. 5.in.6.Hippocr. de morb.vulg. 15.a. b

A .i.conquassata, agitata, turbida.

B Ras. 31. cōtin.t. 9. 453. 2.

C Ca.10. & li.3.F. 20.t.1.c.14.& Ras. 31.cōti.t.9. 460. 1

De significationibus odoris vrinæ. Cap. 4.

D [d] Ixerunt quidam se nūquam vidisse ægrum,cuius vrinæ odor sit,sicut odor vrinæ sani. [e] Et nos quidem dicemus, ꝙ cum vrina nullo modo odorem habet, complexionis frigiditatem significat,& superfluam cruditatem.Et plerunq; etiam significat in acutis ægritudinibus mortem naturæ.Cum aūt odorem habuerit fœtidum, & maturationis significationes in ea fuerint, erit ipsius causa scabies,aut vlcera in instrumentis vrinæ,quæ suis cognoscuntur signis. Quod si maturatio non affuerit,possibile erit,vt sit ex hoc,& possibile est,vt sit ex putrefactione. Cumq; hæc in febribus fuerit acutis, & non fuerit causa membrorum vrinæ,erit signum malum. Et cum ad acredinem traxerit,significabit putrefactionem, quæ est in humoribus frigidam habentibus substātiam, G quos calor superauit extraneus:sed si ægritudo fuerit acuta,erit signum mortis, & q̄m significabit mortificationem caloris naturalis,& dominium frigiditatis in natura cum calore extraneo. Odor vero,qui ad dulcedinem trahit,sanguinis significat dominium.Et quæ multum est fœtida,est cholerica.Et fœtida ad acredinem trahens,est melancholica.Cumq; vrina [f] fœtidi odoris in sanis perseuerauerit,significabit febres,quæ ex putrefactione accidunt,aut expulsionē putrefactionis,quæ in ipsis est retenta.Et hoc quidem demonstrabit,si illico alleuiationem habuerint.In acutis ægritudinibus,cum fœtor vrinam comitabitur,& postea ab ea remouebitur, fueritq; ablatio hæc subito, & post ipsam non subsecuta fuerit requies,significatio erit casus virtutis.

D Ras.31.cont.t.9 455.1

E Ras.t.10.c.30.

F Ras.31.contin.t. 9.454.1

De significationibus vrinæ ex spuma assumptis. Cap. 5.

S [g] Puma accidit ex humiditate & ventositate proiecta in vrinale cum proiectione vrinæ. Ventositas vero,cum vrina egrediens auxilium proculdubio præbet in substantia vrinæ, & præcipue cum ventositas in aqua,seu in vrina superauerit,quemadmodum in vrina accidit tetanum habentium,in qua multæ sunt ampullæ.Et spuma quidem quandoq; cum suo significat colore,sicut significat sua nigredine,& rufedine in icteritia.Et est cum paruitate sui,& magnitudine significat, q̄m ipsius magnitudo significat viscositatem. Sui vero multitudine & paucitate, q̄m ipsius multitudo significat viscositatem,& multam ventositatem. [h] Et ipsa quidem significat per rupturā suarum ampullarum cito factam aut tarde, H q̄m ruptura ampullarum tarda significatviscositatem. [i] Et paruæ quidem ampullæ remanentes in ægritudinibus renum significant longitudinem ægritudinis propter significationem earum super vētositatem, & viscositatem. Ad summum vero humor viscosus in ægritudinibus renum est malus,& significat humores malos & frigiditatem.Et illud significant ampullæ paruæ,quas nominauimus.

G G.li.2.apho.43. & li.7.30.&.34.

H G. li.7. aph.34. &.2. prognos.47.c

I Ras.31.cont.t.9. 460. 3.

De significationibus specierum hypostasis. Cap. 6.

IN primis dicemus,ꝙ medicorum conuenientia in vsu nominis hypostasis, & sediminis iam recessit à via cognita.Dicunt enim hypostasim,aut sedimen:non illud tantum, quod inferius descendit,sed omnem substantiam,quæ spissioris existit essentiæ,q̄ aquositas: & est ab ea diuisa, siue sit suspensa, siue sit supra. Dicemus igitur, ꝙ hypostasis multis cognoscitur modis,s.ex substantia sui,& quantitate,& qualitate,& situ suarum partium,& loco sui, & tempore, & qualitate suæ permistionis.Significatio vero eius ex substātia sui,est q̄m hypostasis,aut erit naturalis, laudabilis,demonstrans digestionem,& maturationem naturalem, [k] & hæc erit alba,& descendens inferius, & eius partes continuę, & similes, & æquales, & oportebit, vt sit rotundam habens figuram, lenis,

K Hip. & Ga.li.2. prognost.26.b.c,& cō. 2. in. 1. porrec. 24. h

æqualis

A Ras.t.10.c.30. B G.li.1. prognos. 42.b.c.et.5.Simpl. ca.6.c.d C Ras. 31. conti.t. 9.455.&.456.3.4. *Infra* æ D Ras.31.côti.t.9. 456.2.&.3.

æqualis,subtilis,similis,[a] hypostasi aquæ rosaceæ.Et proportio suę significationis super maturationem materiæ in toto corpore,[b] est sicut proportio significationis materiæ puris, albi, lenis, similis essentiæ,super maturationem apostematis.Sed pus est spissum,& hoc est subtile.Et hypostasis quidem & sediminis significationes sunt bonæ:licet tinctura deficiat & æqualitas. Verum æqualitas, apud antiquos magis est significatiua digestionis. Aequalis nanq;,[c] quæ non tantum est alba,sed rubea,est melior alba,quæ est aspera.æ Amplius plurimæ hypostases fm colorem vrinæ existunt, sed ex eis,quæ diuersificantur,[d] alba est melior:post illam rubea:& post ipsam citrina,et post eam illa,quæ est vt arsenicum.Et malitia quidem à lentinosa incipit. Tu autem non attēdas illud, quod alij dicunt:nam albedo erit qñq; non propter maturationem,& æqualitas non est, nisi propter maturationem:Et de albedine est,quæ est propter vehementem ventositatis cōmistionem.Male autem hypostasis incontinuitas melior est,q̃ ipsius continuitas. Et hypostasis quidē mala est, quam e vicino scies.Bona autem hypostasis,de qua loquimur puri assimilatur,& phlegmati crudo, cum ambo tenuia fuerint.[e] Verūtamen pus ab ea differt per fœtorem. Et phlegma crudum separat̃ ab ea conculcatione suarum partium. Et ipsa ab vtrisq; differt subtilitate, & leuitate. Et hæc quidem hypostasis non quæritur,nisi in ægritudinibus,qm̃ in sanitate non exquiritur:& illud est, qm̃ non dubitatur quin in corpore ægri malæ retentæ sint materiæ in venis ipsius,quæ nisi maturent̃, portendunt corruptionem.

E G.li.1. prognos. 42.b.c, & Ras. 31. côtin.t.9. & Haly. li.7.theo.c.15.

B In venis autem sani non semper oportet esse humorem, qui sit excutiendus,sed si est,melius est,q̧ hoc significent ex eis superfluitates, quæ in eis superfluunt ex cibo à digestione priuatæ:deinde superfluit superfluitas,quæ in vrina fit hypostasis, siue matura, siue non matura.Et in macilentis quidem est sedimen paucum,quod descendit fm sanitatis dispositionem: & proprie,qui exercitio vtuntur,& artibus se exercent laboriosis:& nō multiplicatur hmōi hypostasis,[f] nisi in corporibus pinguium ociose viuentium. Et propter hoc etiam in vrinis ægrorū macrorum non est expectanda hypostasis tantum,quãtum in vrinis ęgrorum pinguium, qm̃ eorum ægritudo multoties recedit ita,q̧ nihil descēdit: & multoties hypostasis in eorum vrinis non peruenit ad hoc,vt descendat,sed tñ plerunq; est modicum eius in eis natans,aut pendens: & in multis quidem vrinis.Et nō qualibet vrina illico cum mingitur residet,neq; ēt vrina valde digesta, immo in eis parum expectandum est.æ Et plures ex hypostasis coloribus sunt fm plurimum, fm colorem vrinæ,sed melior ex eis,quæ diuersificantur est alba,post quã est rubea,deinde citrina. Non naturalis vero hypostasis alia est similis rasuræ intestinorū corticalis, quæ est furfurea, aut[f]{horobina,aut desisi,} aut [g]similis [g] {arsenico} rubeo,aut ei, quod est valde citrinū:alia est carnosa:alia est adipina:& alia est saniosa:& alia est mucilaginosa:& alia est,quæ est similis frustulis fermenti in aqua infusi:& alia est sanguinea sanguisugalis: alia est capillaris: & alia est arenalis lapidosa, & alia est cineritia.

F G.li.2. prognos. 26.b.c,&.1. d crisi. ca.12.c, & Ras.31. côtin.t.9.451.4. & 454.4. *Supra* æ *F similis frustulis frumenti fracti.* G G.li.de vrina.c. 30.f *G sandaraca*

C Similis vero rasuræ intestinorum corticalis,[h] alia est petaloides magnarum partium rubearum,aut albarum,quæ significat fm plurimum,q̧ separatæ fuerunt ex membris,quæ sunt propinqua membris à quibus diuiduntur vrinæ.Et albæ significant, q̧ sunt ex vesica propter vlcera, quæ sunt in ea,aut scabiem,aut corrosionem.Rubeæ autem carnosę significant,q̧ sunt ex rene.Et ex petaloidibus quidem sunt,quæ sunt coloris fusci & obscuri, aut squammis pisciū similes, & hęc est vehementer mala,& omnibus speciebus hypostasis,quas nominauimus deterior: & significat petalorum membrorum radicalium rasuram.Verum duo prima ipsius genera nullo modo impediunt,immo plerunq; vesicam mundando sanãt.[i] Et dixerunt quidam, cuidam homini se in potu tribuisse cantharides,qui cortices albos,quasi [i]{garichi} minxit,qui cum in aquositate fricabãtur, resoluebantur,& tingebãtur tinctura rubea,qui factus est sanus,& vixit. Et ex ea quidem,quæ est sicut rasura intestinorū,est quædam,quæ est minoris latitudinis,q̃ duæ prædictæ, & spissioris substantiæ,quæ si rubea fuerit,vocatur herbina:& si rubea non fuerit, vocatur furfurea.[k] Et herbinæ quidem si fuerint rubeæ partes, plerunq; sunt partes hepatis adustæ, & plerunq; est sanguis in eo adustus,& plerunq; est etiam ex rene.Sed quæ est ex rene,est maioris cōtinuitatis, carnosa;aliæ vero duæ,plus similantur ei,quæ non est carnosa,& fracturas est magis recipiens: & cum vehemēter trahit ad citrinitatem,est ex rene proculdubio: qm̃ illa,quæ est ex hepate ad rubedinem trahit fuscam,& quandoq; cōmunicat ei in hoc,illa,quæ est ex rene.

H Sñ.1.c.1. &.G. li.de vrina.c. 27.e, &.1. de crisi. c.12.d I Ras.31.conti.t.9 457.1 *I squamas* K G.li.de vrina.c. 26.d,&cō. 5. in.6. Hip. de vulg.mor. 15.2

D [l] Furfurea vero hypostasis quãdoq; est ex scabie vesicæ:& quandoq; est ex liquefactione membrorum.Et differentia inter eas est, q̧ cum illic in radice virgæ fuerit pruritus & fœtor,erit ex vesica:& proprie cum pus prius mictum fuerit: & præcipue cum aliæ significationes vrinæ demonstrauerint maturationem:& fuerint venæ superiores sanæ complexionis,& non fuerit in eis macula, immo in vesica. Sed si cum inflammatione fuerit,& virtutis debilitate,& membrorum mingēdi incolumitate,& color fuscitati attinuerit, erit tunc ex liquefactione humoris.[m] Et crinoides vero. Similis ~~vero~~ frustulis sauich paruis. Et similis frustulis magnis frumenti fracti,fm plurimū est ex adustione sanguinis,quæ ad rubedinem trahit. [n] Et multoties est ex liquefactione membrorum,& eorum rasura:si albedini attinet. Et quandoq; etiam est ex vesica scabiosa fm minus.Et tibi quidem possibile est,vt modum differentiæ inter eas intelligas per illud,quod iã æ sciuisti.Si [n] autem nigredini attinet est ex sanguinis adustione, & proprie in splene.Omnes præterea petaloides hypostases,quæ non sunt ex causa, quæ sit in vesica, & rene,& canalibus vrinæ,in ægritudinibus acutis, malum portendunt perniciosum. Et tu quidem iam [o] sciuisti ex hac summa carnosæ dispositionem:& q̧ plurimum eius est ex rene:& quando ipsa non est ex rene.Nã ex rene non est,nisi cum caro est sanæ carnositatis, & non est in corpore lique-

L G.li.de vrina.capi.28.e, Haly. li.7. theo.c.15. & Ga.li. 4.apho.77. M Ga.li.de vrina. ca.29.f,Haly.ibi,et Ras.457.3. N Ras.31. côt.t. 9. 451.4. *Supra* æ O Ras.t.10. c. 30

factio

factio.[a] Et vrina quidem digesta venarum significat sanitatem, quoniam renum ęgritudines digestionem non prohibet vrinæ, quia ipsa supra ipsos existit.[b] Hypostasis vero adipina, adipis, & pinguedinis, & et carnis significat liquefactionem, & earũ peior est, quæ auri aquæ similat. Duo aũt ipsius principia cognoscunt ex paucitate, & multitudine: & cõmistione, & separatione, qm̃ cum est multa, & separata, existimat, ꝙ sit ex parte renis, & pp liquefactionẽ suæ adipis: & si est minus, et maioris cõmistionis est ex loco magis remoto.[c] Et est cũ in vrina frustũ album granati grano simile visum fuerit, & erit ex adipe renis.[d] Saniosa vero vlcus significat, quod apertũ fuit: & ꝓprie in mẽbro mingendi: & præcipue si ibi fuerit sedimẽ laudatum ad fundum descẽdens. α Et [e] mucilaginosa quidem significat humorem grossum crudum: aut ꝙ est in corpore multus, aut ex instrumentis vrinæ egrediens: aut crisim apertionis venæ [e] sciaticæ, aut [e] doloris iũcturarum. Et hoc quidem cognoscitur ex alleuiatione, quæ post ipsam sequitur.[f] Plerunq; enim subtiliatur & attenuatur, & putatur hypostasis laudabilis: Quapropter in acutis ęgritudinibus non est confidendum in eo, quod apparet ſm similitudinem laudabilis hypostasis, cum nondum fuerit maturationis hora, nec præsentes fuerint eius significationes. Et etiam est cum vehementem complexionis renis frigiditatem significant.[f] Inter saniosam vero & crudam existit differentia, qm̃ saniosa existit cum fœtore, & præcedunt ipsam significationes apostematis: & eius partes faciles sunt ad coniungendũ, & separandum, & quædam ex ea est, quæ cum aquositate vehementer miscetur, & quędam ex ea, quæ separatur: sed cruda est & turbida & spissa, & non facile coniũgitur, nec facile separatur. α [g] Et vrina quidem in qua plurima mucilaginosa hypostasis apparet, quando est exuberãs, cum in fine podagræ apparet & dolorum arthreticorum, significat bonum. Capillaris autem est, propterea, ꝙ humor in longum protensus coagulatur ex calore in ipsum agente, quæ quandoq; est alba, quandoque est rubea, & eius coagulatio est in rene.[h] Et ferunt quidam, ꝙ in eius longitudine plerunq; palmi mensura inuenitur. Quæ autem fermenti infusi frustulis similis existit: [i] debilitatem significat stomachi, & intestinorum: & digerẽdi malitiam in ipsis: & est plerũq; causa eius comedere [k] lac & caseum. Arenosa vero semp significat lapidem coagulatum, aut qui est in coagulari, aut qui resoluitur, & quæ quidem ex eis rubea est, est ex rene. & qñ non est rubea, est ex vesica. Plurimũ autem, quæ [k] cineritia est, phlegma significat,[k] aut pus, cui propter lõgam moram accidit coloris mutatio, & sectio partium: & est quandoq; propter adustionem, quæ ei accidit. Sanguisugalis vero hypostasis si vehementer est mista, hepatis debilitatem significat: & si minus hac, significat vulnus in canalibus vrinæ, & continuitatis solutionem in ipsis. Et si fuerit separata plurimum eius erit in vesica, & in virga. Et nos quidem perscrutabimur hoc in particularibus ægritudinibus in [l] capitulo de mictu sanguinis. Et si in vrina fuerint, sicut sanguisugæ rubeæ, infirmo splenem habente, resoluetur splen ipsius. Scito autẽ, ꝙ in ægritudinibus [m] vesicæ non multus egreditur sanguis, quoniam eius venæ mistæ sunt in ipsius corpore calcatæ & angustæ & paucæ. Hypostasis vero significatio ex quantitate ipsius sumpta, multitudine quidem sui, & paucitate declarat causæ ipsam efficientis multitudinem, aut eius paucitatem: & ex quantitate quidem sui in magnitudine, aut paruitate sui est, quemadmodum diximus in hypostasi mucilaginosa. Eius autem significatio ex qualitate sui, est ex colore quidem ipsius, qm̃ [n] quæ ex ea nigra est, significat malum ſm diuisiones, quas [o] nominauimus. Quæ tñ ex ea sanior est, est illa cuius hypostasis est nigra, & aquositas nõ est nigra. Et rubea quidem significat sanguineitatem, & altochime.[p] Et citrina quidem significat calorẽ fortem, & ægritudinem insidiosam. Et ex ea quidem, quæ alba est, quædã est bona, sicut diximus, & quædam est mala, sicut mucilaginosa, aut saniosa, aut spumosa maturationi contraria.[q] Viridis quoq; semita est ad nigram.[q] Ex odore vero eius est, quemadmodũ [r] diximus in his, quæ præmissa sunt. [f] Ex ipsius vero situ, & ex lenitate quidem sui & diuulsione, qm̃ lenitas & æqualitas in hypostasi laudata est melior, & in non laudata est deterior. Sed diuulsio significat ventositates, & digerendi debilitatem. Eius autem significatio [t] ex loco sui est, qm̃ aut est natans, & [u] vocatur nubes: aut pendens, & hæc quidem est in medio stans, quæ est maioris maturationis, ꝙ̃ prima. Et ex pẽdente, illa est melior, cuius rugæ & fimbriæ ad inferiora declinant: aut ad fundum descendens, quæ est melioris maturationis: hoc quidem est de hypostasi laudata. Non laudata vero, quæ leuior est, melior existit: sicut nigra, & hoc in febribus acutis. Et similiter si humor est phlegmaticus, aut melãcholicus, quoniam [x] ea, quę est, vt nubes melior est ea, quæ inferius descendit: significat enim eius subtilitatem, nisi cum causa natationis fuerit multa ventositas: & si non fuerit ita natans, est melior ꝙ̃ pendens: & inferius descendẽs est deterior. Et causa quidem natandi superius est caliditas faciẽs ascendere, aut ventositas. Hypostasis autem diuulsa in grossa, superius natat, & proprie cum sit leuis: & in tenui descendit inferius, & proprie cum sit grauis. Cumq; in principio ægritudinis apparet pendens, & natans, postea perseuerat, significat quod crisis cum exitura veniet. Macilentorum vero ægritudo plerunq; remouetur sedimine bono natante, aut pendẽte, quemadmodum diximus in præcedentibus. Et natans & pendens vnctuosa, cum fuerit [y] similis telæ araneæ, aut densitati, vel compositioni [y] {alzelabi} erit signum malum. Et multotiens quidem natans sedimen nõ bonum apparet, ex quo prouenit timor. Sed istud erit principium maturationis, & permutatio ad bonitatem, postea pendebit, deinde descendet, & erit signum non malum. Quod si post ipsum male prouenerint hypostases, timor, quem in primis habebamus, fiet necessarius.[z] Significatio vero hypostasis ex suo tempore est: quoniam si velociter postquam mingitur descendit, est significatio bona in matu-

E F G H

A G. li. 1. apho. 11.
B G. li. de vrina c. 25. d, & li. 7. aphor. 35. & li. 2. progno. 35. c
C Ras. 31. conti. t. 9. 457. 2.
D G. li. 4. aph. 77. & Haly. li. 7. theo. ca. 15.
α *Infra*
E Ras. 31. conti. t. 456. 2
F G. li. de vrina c. 40. c. d
α *Supra*
G & Ras. ibidem. 456. 2.
H Li. 3. F. 19. t. 1. ca pi. 20. & Ras. t. 10. ca. 30. & Gal. lib. 4. aphor. 76. & 6. loc. affe. c. 3. d
I Ras. 31. conti. t. 9. 454. 1.
K Li. 3. F. 18. t. 2. c. 16. & 17. oppositũ, & Hip. & G. lib. 4. aph. 79. & Haly. li. 7. theo. c. 15.
K Haly.
L 20. t. 2. F. 19. li. 3.
M Li. 3. F. 19. t. 2. c. 21. & Ras. 31. conti. t. 9. 458. 3. & Gal. 4. apho. 78.
N G. li. 1. de crisi. ca. 12. d
O Cap. 2.
P Haly. li. 7. theo. cap. 15.
Q G. 1. de crisi. ca. 12. e
R Cap. 4.
S G. 1. de crisi. ca. 12. e, & 4. de vic. ratio. 78. c, & 2. prognost. 36. d, & 1. de diffe. feb. c. 6. c
T G. 1. de crisi. ca. 12. e, & Halya. li. 7. theo. cap. 15.
V G. 2. ꝓgno. 26. d
X G. 1. de crisi. ca. 12. e
Y Ras. 31. cõti. t. 9. 457. 1.
Υ *paste*
Z Ras. 31. contin. t. 9. 456. 2.

A in maturatione. Et cum tarde descendit, est significatio priuationis maturationis, secundum quantitatem suæ dispositionis. Significatio autem formæ cōmistionis ipsius est, sicut [a] diximus cum de mictu sanguinis, & adipis mentionem fecimus.

A Supra, & li.3.F. 19.t.2.c.21.

De significationibus multitudinis vrinæ, & paucitatis ipsius. Cap. 7.

V [b] Rina, quæ paucæ existit quantitatis virtutis significat debilitatem. [c] Et illa, quæ est minus eo, quod bibitur resolutionem significat multam, & solutionem ventris habere, & aptitudinem ad hydropisim. [d] Illa vero, quæ est multæ quantitatis, quandoque significat liquefactionem, & superfluitatum liquefactarum in corpore in vrina euacuationem. Et nos quidem differentiam inter eas cognoscere possumus secūdum virtutis dispositionem. Vrina mali coloris, malum significans, quanto plurima fuerit, tanto erit magis salutis nuncia. Et cum intersecta fuerit, plus malitiam significabit, sicut nigra & grossa. [e] Vrina diuersarum dispositionum, quæ quandoq; mingitur multa, quandoque pauca, & quandoque retinetur, est significatio pugnæ & laboris naturæ, & est significatio mala. Vrinæ multitudo in acutis ægritudinibus cum non post ipsam aduenit requies, est significatio hecticæ, & spasmi ex inflammatione: & similiter sudor. Vrina, quæ in acutis ægritudinibus guttatim inuoluntarie mingitur, significat in cerebro nocumentum, quod neruis accidit & musculis. Et si febris quieta fuerit, & signa affuerint salutis, pronosticatur sanguinis exitū ex na-
B ribus. Et si non, desipientiam pronosticatur & corruptionem. Quādo autem sani vrina minuitur, & attenuatur, & perseuerat hoc totum, & sentit grauitatē & dolorem in [e] {alchatin} significat durum apostema in partibus renis. [f] Et cum in ægritudine colica multiplicatur, plerunque portendit prosperum euentum: & proprie cum est alba, & ad egrediendum facilis.

B Ras. 31. cōtin.t. 9.454.4.
C Hippo. & G.4. apho.83. & Ras.31. conti.t.9.451. 4. & G. de hirud. & reuulf.
D Ras.31. cōt.t.9. 454.4
E Li.4.F.2.t.1.capi.81.
E lumbis
F Ras.31. cont.t.9 455.1

De vrina digesta vere bona. Cap. 8.

H [g] Aec est mediocris substantiæ, & subtilis tincturæ, ad citrinum trahentis, & hypostasis, si ibi fuerit, bona ex albedine, & leuitate, & lenitate, & æqualitate, & figuræ rotundæ, & odoris tēperati, neque fœtida, neq; priuata odore. [h] Quidam aūt dixerunt, q; quando huiusmodi vrina subito in ægritudine, quæ est in vltimo acuitatis visa fuerit, sanitas die sequenti aderit.

G G.1. de crisi.ca. 12.a, & cō. 2. in. 1. porrec. Hipp.24.b, & Ras.t.10.c.30.
H Ras.31.conti.t. 9.455.4

De vrinis ætatum. Cap. 9.

I [i] Nfantium vrinæ ad lactis proprietatem trahunt ex parte nutrimenti eorum, & propter humiditatem complexionis ipsorum: & tunc declinant magis ad albedinem. [k] Puerorum autem vrinæ sunt spissiores, & grossiores vrinis iuuenum, & turbidiores. Et nos iā nominauimus hoc ante. [k] Iuuenum vero vrinæ ad ignis formam trahunt, & ad substantiæ mediocritatem. Et vrinæ senum ad albedinem & subtilitatem. Est tamen cum sunt grossæ secundum superfluitatees in eis existentes, quarum euacuatio multiplicatur. Decrepitorum vero vrinæ maioris sunt albedinis & tenuita-
C tis. Est tamen cum prædicta grossities eis accidit, sed raro. Et cum vrina vehementer fuerit grossa, apti erunt, vt lapis eis accidat.

I Cap.1.
K G.1. de crisi.ca. 12.c,f,&.2. pgnost. 33.b

De vrinis virorum & mulierum. Cap. 10.

M Vlierum vrinæ, semper sunt maioris grossitiei, & albedinis, & minoris pulchritudinis, q̄ virorum vrinæ. Et hoc quidem est propter debilitatem digestiuæ earum, & propter superfluitatum ipsarum multitudinem, & propter amplitudinem canalium vnde egrediūtur ea, quę ab eis exeunt, & propter illud, quod ex earum resoluitur matricibus, & ad vrinæ instrumenta tendit. [l] Masculorum vero vrinas cum moues, turbātur, & declinat earum turbatio ad superiora: & est q; secundum plurimum turbidantur. [l] Sed mulierum vrinæ fere non turbidantur ex motione, ppter paucam separationem sui, & habent fm plurimum supra summitatem suam spumam rotundam: & si turbidę fuerint, earum turbidatio pauca erit. [m] In vrinis virorum illico cum mulieribus cōmiscentur, sunt fila adinuicem texta. [m] Vrinæ prægnantium sunt claræ, & supra earum superficiē est nebula: & quandoq; trahunt ad colorem aquę cicerum, aut aquæ pedum citrinæ, & in ipsa est [m] {zarach,} & supra summitatem earum est nebula, sed quocunq; modo fuerit in medio, [n] videbitur, sicut cottum carminatum. Et est cum in eis sunt velut grana, quæ ascendunt & descēdunt. [o] Cumq; irinus manifestior fuerit, erit impraegnationis principium, & cum loco ipsius fuerit rubedo, erit in
D fine impraegnationis, & proprie si turbantur cum mouentur. Parientium vrina secundum plurimum est nigra: & in ipsa est velut atramentum, & sicut sordities.

L Ras.31. cont.t.9 459.1
L Ras.ibi.453.2
M Cap.3.& li.3.F. 20.t.1.c.14.& Ras. 31.cōti.t.9.459.1.et 453.2
M Ras. ibi.457.1.
M color celsus
N Li.3.F.21.t.1.capi.11.& Ras. ibid. 460.1.
O Li.3.F.21. t.1.c. 11.& Ras.ibi. 453.2

De rebus vrinarum animalium, & diuersitate ipsarum ab vrinis hominum. Cap. 11.

P Lerunq; cōfert medico cum animalium vrinas cognoscit, propterea, quòd cum ipse in eis experitur, certitudinē facit: et hoc quidem difficile est. [p] Quidam aūt dixerūt, q; vrina asini, est sicut butyrū liquidum cū turbiditate, & grossitie exteriore. [p] Et subiugalium vrinę ei similantur, sed sunt clariores, & videbitur, quod superior medietas vrinalis, sit clara, & inferior medietas sit turbida. [p] Ouium vero vrinæ, sunt albæ ad citrinitatem trahentes, propinquæ vrinis hominum, sed substantiam non habent: & earum sedimen est sicut oleum, aut sicut amurca. Et cuiuscunq; nutrimentum fuerit melius, erit vrina clarior. [p] Vrina vero capreoli, vrinis hominū, & ouium similatur, sed neq; substantiam habet, neq; sedimen, & est clarior vrinis ouium.

P Ras.31.cōti.t.9. 460.1.
P Ras. ibi. 460.2.

De rebus alijs, quæ vrinis similantur, & differentia inter eas & vrinam. Cap. 12.

S [p] Yrupū acetosum, & omnes liquores, quæ fiunt ex aqua & melle, & aqua, paleæ, & reliquos, qui fiunt ex croco, & eis similibus, [q] quanto plus tibi appropinquaueris, erunt in claritate magis augmentati, & quanto plus elongaueris ea, considera an oportet, vt augmentetur grossitudo:

Q Ca.1. & Ras.ib. 460.2

Vrina

Vrina vero ab hoc est diuersa,[q] hydromellis præterea spuma est citrina, & aquæ paleæ sedimen à latere descēdit, & non in medio, neq; cū figura, neq; habet motū. Sit ergo sufficiēs in nominādo dispositiones vrinarū. In libris vero particularibus ,puenient ad te diuisiones dispositionum vrinæ. E

De significationibus egestionis. *Cap.* 13.

EGestio plerunq; declaratur[a] ex sui quantitate, quod est, vt consideretur, si est minor eo, quod comeditur, aut maior, aut æqualis. Et notum quidem est, q̄[a] ipsius augmētum est propter humorum multitudinem, &[a] paucitas propter ipsorū paucitatem:[b] aut quia ex ipsa in intestino monoculo, & in colon, & in inuolutionibus multum fuit retentum, & illud est ex eis, quæ præcedunt colicam,[b] & significat expulsiuæ debilitatem. Et cognoscitur etiam ex essentia sui: quoniam quod ex ea humidum est, aut significat oppilationes,[c] aut digestiuæ malitiam: & plerunq; significat mesaraicæ debilitatem, quæ humorem non sugit. Et quādoq; est propter capitis rheumatismum, aut propter comestionem rei, quæ egestionem humectauit. Quod autē in humido viscosum est,[d] plerunq; significat liquefactionem, & hoc est cum fœtore: & plerunq; significat malorum humorum, & viscosorum multitudinem, & hoc non cum superfluo existit fœtore.[d] Et plerunq; significat nutrientia viscosa, quæ comesta fuerunt, & non pauca, cum calore forti in cōplexione: & non fuit inter ea digestio bona.[e] Sed quod ex ea est spumosum, fortitudinis caloris significat ebullitionē, aut multarum ventositatum permistionem. Quod autem ex egestione est siccum, aut laborem significat, & resolutionem,[f] aut multam vrinæ prouocationem,[g] aut igneum calorem, aut nutrientium siccitatem, aut multam moram in intestinis, sicut[h] in suo dicemus capitulo. Cūq; humiditas sicco, quod est durum admiscetur, significat, q̄ eius siccitas est propterea, q̄ multum fuit retēta in humiditatibus prohibitis ab exitu, & propter priuationem fellis pungentis & festinātis, sed cum ibi non est longa retentio, neq; humiditatis in intestinis adsunt significationes, causa in ipsa est superfluitatis virulentæ, & pungentis effusio, quæ ab hepate fluxit in eo, quod est coram ipso: & euacuatione non quieuit, donec commisceretur. & est etiam cum colore sui dignoscitur egestio. Eius vero[i] color naturalis igneus est, leuis existens igneitatis, qui si augmentatur, fellis significat multitudinem, & si minuitur, significat cruditatem, & maturationis priuationem. Et si albus fiat, quādoq; est eius albedo[k] propter oppilationem in canalibus fellis, & hoc significat icteritiam.[l] Et si cum albedine est virus saniei habens odorem, magni apostematis significat apertionem.[m] Sanus quoq;, qui non exercitatur, multoties egerit virus, & saniem, quæ ei purgatio, & euacuatio laudabilis: quoniā propter hoc remouetur ab eo lassitas, quæ ei propter priuationem exercitij acciderat: queādmodum[n] diximus in vrina. Præterea scito, q̄[o] egestio colorem igneum vehementer superfluum habens multoties in hora finium, ægritudinum significat maturationem, & multoties significat dispositionis malitiam. Et nigra quidem significat taliter, qualiter sunt[p] vrinæ nigræ significationes: significant enim[q] aut adustionem fortem, aut ægritudinis melancholicæ maturationem, aut nutriēs tingens,[r] aut potionem rei, quæ melancholiam euacuat. sed prima est mala. Et illa quidē, quæ est propter puram melancholiam, non sufficienter cognoscitur ex colore[s] sui, immo cognoscenda est ex acredine sui, & ponticitate, & bullitione terræ ex ipsa:[s] & est mala, siue sit egestio, siue vomitus, & ex ipsius proprietatibus est, q̄ in se luminositatem habet. Ad vltimum vero humor melācholicus purus pernecans est sēm plurimum, quando egreditur. s. est mortis significatio. Chymi vero nigri exitus multoties confert: & illud est: quoniam melancholiæ radicalis exitus vltimam corporis adustionem significat, & humiditatum ipsius peremptionem.[t] Viridis aūt egestio caloris innati significat extinctionem, & similiter fusca. Egestio quoq; plerunq; ex sui cognoscitur forma, ex absentia inflationis suæ, aut ex inflatione: quoniā inflata,[u] sicut stercus vaccæ, significat vētositatem. Et est cum ex hora sui cognoscitur, quoniam cum egestionis exitus festinat, & horam, qua egredi solebat antecedit, signum est malum,[x] quia fellis significat multitudinem,[y] & virtutis retentiuæ debilitatem: & si eius tardatur exitus,[y] digestiuæ significat debilitatem, & intestinorum frigiditatem:[z] & humiditatis, & soni multitudo, vētositates significat inflatiuas.[a] Colores quoq;, extranei & diuersi mali existunt, & nos ipsos[b] in libro nominabimus particulari. Quæ vero ex egestione est[c] melior, est iuncta, quæ est similium partium, & in qua aquositas siccitati est vehementer admista, & cuius spissitudo est, sicut[d] mellis spissitudo, & cuius exitus est facilis, & non pungit, & cuius color attinet citrinitati, & non est multi fœtoris, neque est priuata fœtore, & nō habet gurgulationem, neq; rugitum, & non habet spumam: cuius exitus est in hora in qua solet, & secundum quātitatem, quę ei, quod comeditur, est propinqua in quantitate sui. Et scito, q̄ non omnis egestionis æqualitas est laudabilis, neque omnis eius lenitas, quia quandoq; sunt propter vehementem maturationem in omni parte similem, & quandoque sunt propter adustionem, & liquefactionem similes: & tunc quidem sunt ex deterioribus significationibus. Et scito, quòd egestio, quæ est temperatæ essentię, quæ est ad tenuitatem, non est laudabilis, nisi[e] cum non sunt cum ea rugitus, neque ventositates,[e] neq; in sui exitu paulatim intersecatur: & si non possibile est, vt eius exitus sit propter virus molestans, seu stimulans, quod est ei admistum, vnde non permittit, vt coniungatur.[f] Est autem cū plerisq; soliciti fuerunt de significationibus, quæ in sudore, et alijs apparent rebus. veruntamen de ipsis loqui proprius est in sermone particulari.[g] In sermone quoq; particulari similiter reperies expositionis augmentum in re egestionis, & vrinæ, & reliquorum.

Fen tertia

Q Ras. ibi. 460.2.
A Haly. li. 7. theo. ca. 16.
B G. lib. 1. de crisi. ca. 11. c
C G. li. 2. prognost. 14. c, & li. 1. de crisi. c. 11. b, & Hal. li. 7. the. c. 16.
D G. 1. de crisi. ca. 11. e
E G. ibi. f, & 2. prognost. 20. f. g, & li. 7. apho. 30.
F G. 4. apho. 88.
G Haly. li. 7. theo. ca. 16.
H Li. 3. F. 16. t. 3. capi. 6.
I G. li. 2. prognost. 17. e, & Haly. lib. 7. theo. c. 16.
K G. 2. progno. 20 f, & 17. e
L Ras. 31. cont. t. 8. 450. 4.
M G. li. 3. de causi sympt. c. 2. b, & li. 5. loc. affe. c. 7. d
N Cap. 3.
O G. li. de crisi. ca. 11. d, & Haly. lib. 7. theo. ca. 16.
P Cap. 3. (G)
Q G. li. 1. de crisi. ca. 11. e
R G. li. 4. apho. 21.
S G. li. 4. apho. 21. & li. de atra bile. c. 3. g, & 4. apho. 23.
T G. li. 2. progno. 39. h
V Li. 3. F. 16. t. 3. ca. 12. & Halya. lib. 7. the. c. 16.
X Haly. li. 7. theo. ca. 16.
Y G. li. 1. de crisib. ca. 11. b. c
Z G. 1. de crisi. ca. 11. e, & Haly. lib. 7. theo. cap. 16.
A G. 1. de crisi. ca. 11. f, & 2. prognost. 23. h
B Li. 4. F. 2. t. 1. ca. 75. (H)
C G. 1. de crisi. ca. 7. h, & c. 11. a. b, & Hip. 2. prognost. 13. a, & G. 17. e
D Ras. 31. conti. t. 8. 450. 4.
E Hip. & G. lib. 2. prognost. 4. c
F Li. 4. F. 1. t. 2. c. 3. & F. 2. t. c. 65. vsque ad 7. t. & Hippo. & Gale. ibi, de sudore.
G De sputis li. 3. F. 10. t. 4. c. 8. d vomi. F. 13. t. 5. c. 8. vsq; ad 15. & li. 4. F. 2. t. 1. c. 78. 79.

Fen tertia, cuius est Capitulum vnum, & Doctrinæ quinque.

De causis sanitatis & ægritudinis, & de necessitate mortis.

Capitulum singulare dictionis tertiæ.



Edicina in prima diuisione in duas diuiditur partes in partem theoricam, & partem practicam, quælibet tamen ambarum est scientia & speculatio, vel perscrutatio.[a] Quod autem nomine theoricæ proprie designatur, est illud, quod demonstrando sententias, tantum confert ita, ꝙ in demõstratione operationis nullo modo auxilium præbet, sicut pars in qua res sciuntur complexionum, & humorum, & virtutum, & species ægritudinum, & accidẽtium, & causarum. Et illud cui nomen proprium practicæ attribuitur, est, quod in demonstrãdo operationis & reginimis qualitatem, auxiliabitur, sicut pars, quæ nos docet, quomodo sanitatem corporis, quod talem dispositionem habet: custodiamus: & quõ corpus, quod talem habet ægritudinẽ, medicemur. Et neq; existimes, ꝙ pars, quæ dicitur practica, sit operatio & actio, sed est ars, quæ docet nos, quõ

A Idem.F.1.c.1.

B sit operandum & agendum. Et nos quidem iam declarauimus tibi hoc in [b] his, quæ sunt pręmissa. Et postquam iam expleuimus fen primam, & secundam in his, quæ sunt partis medicinæ, quæ est theorica vniuersalis: ergo intentionem nostram nunc reducamus in duabus, quæ remanserunt ad partem ipsius practicam ſm modum vniuersalem.[c] Pars autem ipsius practica in duas distribuitur partes: quarum vna est scientia regendi corpora sana, qualiter in sui remaneant sanitate: & hæc quidem custodiendi sanitatem scientia vocatur. Et pars eius secũda est scientia regendi corpus ægrũ, qualiter ad sanitatis redeat dispositionem: & vocatur scientia medicandi. Et nos quidem incipiemus, & scribemus in hac fen sermonem compendiosum de custodiẽda sanitate. Et dicemus, ꝙ propterea, ꝙ generationis nostrorum corporum principium primum res duæ, fuerunt, quarum vna est [d] sperma viri, & verior sermonum, vel positionum eius est, ꝙ ipsum tenet locum factoris: & altera [d] est sperma mulieris, & sanguis menstruus, & verior positionum eius est, ꝙ ipsum tenet locum materiei: quia etiam hæ duæ substantiæ in hoc [d] cõmunicant, ꝙ vnaquæq; earum est fluida, & humida: licet post diuersificentur:[d] & aqueitas, & terreitas in sanguine & spmate mulieris plus abundent, & [d] aeritas & igneitas in spermate viri superant: oportuit, vt coagulationis horum duorum principium esset coagulatio humida, etiam, licet terreitas & igneitas sint inuentæ in eo, quod generatur ex ea, & [d] terreitas cum eo, quod in ea existit ex duritie,[d] & igneitas cum eo, quod est in ea ex

B F.1.cap.1.

C G.li.1. de san.tu. cap.1.c

D G.li.1.de san.tu. cap.2.e

C digestione iuuerint se, quare coagulatum durum fecerint, & coagulationem quandam ei attribuerint & duritiem:[d] verũtamen hoc ad terminum coagulationis durorum corporum non peruenit, sicut lapides & vitrum: ita ꝙ ex eis nihil resoluatur, aut resoluatur, quod non sensu percipitur. tunc nanq; illa secura essent à nocumentis, quæ ꝑpter assiduam accidunt resolutionem & lõgissimam, sed res non est ita.[d] Quapropter corpora duabus nocumẽtorum speciebus sunt exposita: quarum vnaquæq; causam habet intrinsecam, & causam extrinsecam. Et vna quidem nocumenti species, est humiditatis resolutio, ex qua creati fuimus: & hæc quidem ordinate venit. Et secũda est humoris putrefactio, & eius corruptio, & ipsius alteratio: vnde fomento vitæ conueniens non est. Et hic quidem à primo modo est alius, licet sua ipsius malitia ad siccitatem adducat, ꝑpterea, ꝙ corporis humiditatem prius corrumpit, & diuersificat formam, seu modum conuenientiæ suæ ad corpora nostra, deinde in vltimo, vel in fine rei à putrefactione fit resolutio, quoniam putrefactio in primis corrumpit humiditatem, postea ipsam resoluit, & rem siccam dimittit cineritiã. Hæc igitur duo nocumenta ab occurrentibus nocumentis sunt extrinseca, vel aliena, quæ propter alias accidunt causas, sicut frigiditas congelatiua,[e] & venena, & species solutionis continuitatis pernitiosa, et reliquę ægritudines. Sed duæ p̃dictæ species huic nostræ inuestigationi sunt propinquiores, & digniores, vt considerent̃ in conseruatione sanitatis.[f] Et vnaquæq; ipsarũ aduenit ex causis extrinsecis, & ex

D Gibi.d.e

E Haly.li.1.pract. cap.1.

F G.li.1.de san.tu. cap.4.b

D causis intrinsecis: & extrinsecæ quidẽ causæ sunt,[f] sicut aer dissoluẽs, & putrefaciẽs: & intrinsecæ quidẽ causæ sunt,[g] sicut calor ĩnatus, qui in nobis existit nostras resoluens humiditates: & calores extranei in nobis à nostris nutriẽtibus generati, & reliqua nostras putrefaciẽtia humiditates. Oẽs vero causæ istæ se adinuicẽ iuuant in exiccando nos.[h] Veruntamen perfectio & integritas nostra, & potentia perficiendi operationem nõ est, nisi propter multam siccitatem, quæ nobis accidit: deinde siccitas incessanter procedit donec compleatur. Hæc igitur siccitas, quæ nobis accidit, res est nobis necessaria. Nos siquidem à principio rei in vltima consistimus humiditate: vnde proculdubio oportet, vt calor eam superet, quoniam si non, in ipsa suffocaretur,[h] procedit igitur proculdubio in ipsam assidue agendo, & ipsam semper exiccando incedit. Quod tamen ex eius exiccatione apparet in principio, æqualitati attinet: deinde cum nostra corpora ad temperatæ siccitatis peruenerint terminum, calore existente, ſm dispositionem suam non est exiccatio ſm quantitatem exiccationis primæ, immo fortior, q̃m materia est minor, & propter hoc est magis recipiens.[h] Inde proculdubio sequitur, vt siccitas supra siccitatem temperatam augmentetur, & nõ cessabit proculdubio, quin assidue augmentum sumat, donec humiditates consumat. Calor igitur innatus est causa extinguendi seipsum accidentaliter, propterea, ꝙ fit causa sui ipsius materiam consumendi: sicut

G Ga.ibi.c.2.g, & cap.4.a

H Ga.li.1. de san. tu.c.2.f

lampadis

lampadis flamma, quæ extinguitur, propterea, ꝙ suam consumit materiam. Et quāto plus siccitas E secundum augmentum procedit, calor innatus secūdum diminutionem incedit: Accidit ergo defectus nūquam cessans vsq; ad vltimum, qui est defectus restaurādi humiditatem loco eius, quod resolutum fuit: defectus igitur semper augetur. Siccitas ergo duobus augmentatur modis. [h] Vnus eorum est propter diminutionem potentiæ recipiendi materiam. [h] Et alter minoratio humiditatis in se propter caliditatis resolutionem. Augmentatur igitur caloris debilitas, ꝓpterea, ꝙ siccitas in membrorum substantia dominatur: & propter naturalis humiditatis diminutionem, quæ est sicut materia, & sicut oleum lampadis. Lampas nanq; duas habet humiditates, aquam, & oleum, cū vna quarum consistit, & cum altera extinguitur. Similiter calor innatus cum humiditate consistit naturali, & suffocatur seu extinguitur cum extranea, & cum augmēto extraneæ humiditatis, quæ prouenit ex debilitate digerendi: & est sicut aquea humiditas flammæ lampadis. Et cū siccitas ad complementum accedit, calor innatus extinguitur, & mors subsequitur naturalis. Corpus autem permanet tempore, quo perdurat: non propterea, ꝙ ipsius innata humiditas prima resolutioni resistit caloris mundi, & caloris sui corporis in natura sua, & illi quæ ex motibus accidit, hac tam longa resistentia, quoniam ipsa est resistens debilius ꝗ̄ sit illa, immo ipsa non resistit, nisi propter restaurationem eius, quod ex ea resoluitur: & est nutriens. Amplius nos [a] iam declarauimus, ꝙ virtus in cibo non operatur, neq; vtitur eo, nisi vsq; ad terminum. Et ars quidem sanitatem custodiendi non F est ars, quæ à morte securos nos faciat, neq; corpus ab extrinsecis nocumētis muniat, [b] neq; vnumquodq; corpus ad vltimam vitæ longitudinem perducat, quæ est secundum hominē absolute: sed de duabus rebus securitatem præbet, putrefactionis penitus prohibitione, & defensione humiditatis, ne cito resoluatur: & in ipsius quidem fortitudine cōsistat, vt ipsa vsq; ad debitum tempus secundum suam primam complexionem permanere faciat. Et hoc quidem erit propter regimen rectum restaurationis, quæ fit in corpore loco eius, quod resoluitur, ſm quantitatem possibilem: & propter regimen prohibens dominium causarum siccitatem accelerare facientium, exceptis causis, quæ faciunt siccitatem debere esse, & per regimen custodiens à generatione putrefactionis, propter tutelam corporis, & custodiam à potestate caloris extranei extrinseci aut intrinseci: quoniam omnia corpora non sunt ęqualia in fortitudine humiditatis radicalis, & caloris innati: immo corpora in his existunt diuersa. [c] Vnumquodq; præterea corpus terminū habet, in quo resistat siccitati necessariæ, complexione sua, & calore suo innato, & quantitate suæ innatæ humiditatis, qui non pertransitur, est tamen cum ante adueniunt causæ in siccitatē adiuuantes, aut alio modo pernecantes. Et multi quidem hominum dicūt, ꝙ isti sunt termini vitæ naturalis, & termini accidentales sunt alij. Et ꝙ custodiendi sanitatem ars existit illa, quæ corpus humanum perducit ad hanc ætatem, quæ vocatur terminus vitæ naturalis ſm obseruationem conuenientium. Huius autē cu- G stodiæ administrationi duæ attributæ sunt virtutes, quibus deseruit medicus: [d] Vna earum est naturalis, & vocatur nutritiua, quæ restaurat illud, quod ex corpore resoluitur: cuius substantia terreitati, & aqueitati attinet. Et altera est animalis, & ipsa est virtus pulsatiua, quæ restaurat, quod ex spiritu resoluitur, cuius substantia est aerea & ignea. Et propterea, ꝙ nutriens non fuit simile nutrito, nisi in potentia: ideo creata fuit virtus immutatiua, quatenus nutrientia mutet in similitudinē nutritorum in effectu, & vt pro certo sit nutriens in effectu. Et ad hoc creata fuerunt instrumenta, & canales, quæ sunt ad attrahendum, & expellendum, & retinendum, & digerendū. Dicemus ergo, ꝙ principia, seu fundamenta in arte custodiendi sanitatem consistunt in æqualitate causarum communium comitantiū, seu necessariarum prædictarum. Illæ tñ in quarum æqualitate maior necessaria est solicitudo, [e] sunt septem res. Aequalitas complexionis: & electio eorum, quæ comeduntur, & bibuntur: & purgatio superfluitatum: & custodia cōpositionis: & rectificatio eius, quod per nares attrahitur: & rectificatio indumentorū, quæ sunt de summa tangentium, & moderamē motionum corporearū & animalium, inter quæ ēt somnus, & vigiliæ quodāmodo numerantur. Et [f] tu quidem iam sciuisti in his quæ sunt præmissa, ꝙ neq; æqualitas vnum habet terminum, neq; sanitas, neq; vnaquæq; ex complexionibus in hoc ingreditur, ꝙ sit aliqua sanitas, aut aliqua æqualitas in aliquo tempore: sed res inter duas res existit. Incipiemus igitur in primis declarare regimen in- H fantis, qui in vltima complexionis æqualitate consistit.

A F.1.d.3.c.3.
B G.1.de san.tu.ca pi.5.d.e.f.g.h
C F.1.d.3.ca.3.
D Ga.1.de san.tu. ca.3.h
E F.2.do.2.sum.1. c.1.ꝙ sex & Gal.li. ex arte med.c.84.c & de arte ad Thrasy.c.18.c.d
F F.1.d.3.c.1.

DOCTRINA I. *dictionis tertiæ, quæ est de nutricatione. iiij. continens Capitula.*

De regimine infantis ex tempore quo nascitur vsquequo incedat. *Cap. I.*



PRægnantium autem regimen, & mulierum, quæ partui sunt vicinæ in [g] dictionibus scribemus particularibus. Infantis vero temperatę complexionis cum nascitur [h] plerisq; sapientum dixerunt, vmbilicum in primis debere incidi super quatuor digitos, & cum lana ligari munda, quæ sit retorta parumper, & subtiliter, seu ingeniose taliter ne doleat, vel taliter ne lædat. & pānus, seu petia infusa in oleo est super ipsum ponenda: & propter vmbilici incisionem præceperūt, vt venarum citrinarum, & sanguinis draconis, & sarcocollæ, & cymini, & vsnee, & myrrhæ partes sumantur æquales, & tritæ vmbilico superponantur. Et festinandum est ad corpus [i] ipsius saliendum cum aqua salita pauci salis, quatenus induresc at superficies corporis extrinseca, & ipsius cutis dura fiat. Ex salibus vero ille melior existit, cui admista sunt [i] {sadenegi} & costus, & sumac, & fœnugræcum, & origanum. [i] Et ipsius quidē nasus non saliat, neq; os. [i] Causa vero quare nobis necessariū est corpus eius durū facere, est qm̄ illico cum

G Li.3.F.21.t.1.capi.2.
H Alsara 2. li. practi.t.26.c.2. & Aeti.li.4 c.3.
I G.1.de san.tu.capi.7.a,& Alsar. ibi.
I hematites
I Alsar.ibi, et Gal. ibid.

A cum nascitur, omnia quæ ipsum tangunt, ei nociua sunt, siue calida, siue frigida, siue aspera sentiat ea, & hoc quidem est propter cutis eius subtilitatem, & propter calorem eius, quoniã omne, quod ipsum tangit, sentit durum & frigidum & asperum. Et si nobis necessarium fuerit iterum salire, faciemus: & hoc quidem ¹{sadenegi} cum multæ fuerit sorditiei, et multarum humiditatum.¹ Deinde aqua tepida ipsum lauabimus, & ¹ eius nares assidue purgabimus digitis, quorum vngues sint incisi, & in eius oculos ¹ parum olei proijciemus.¹ Ani præterea orificium minuto digito in circuitu eius est mouendum, vt aperiatur: & obseruandum est ne ipsum frigus tangat. ¹ Cumq; eius ceciderit vmbilicus, quod est post tres', aut quatuor dies, erit melius, vt super ipsum ponatur cinis cochlearum, aut cinis ¹{archub} vitulini, aut plumbi adusti & triti, cuiuscunq; fuerit cum vino. Cũq; volumus, vt fascietur, ¹ nutrix eius membra suauiter tangere debet, & quod dilatandum fuerit, dilatare, & quod subtiliandum, subtiliare, & omne membrum secundũ conuenientiorem [a] figuram figurare, & hoc totum subtili compressione cum extremitatibus digitorum, quod quidem multis faciendum erit vicibus.[b] Et oculi assidue erunt tergendi cum re, quæ sit sicut seta. Vesicam quoq; eius premere conuenit, vt vrinæ exitus facilis fiat, deinde manus eius extendantur, & ipsius brachia ad genua ducãtur.[c] Et ipsius caput instita ligetur, aut pileus ei imponatur, qui super ipsius caput adaptetur.[c] In domo præterea temperati aeris, quæ non sit frigida, ad dormiendum ponatur. B [c] Oportet autem, vt domus vmbræ attineat, et tenebrositati aliquantulæ, quæ à supante radio non illuminetur. & in loco in quo dormit oportet,[c] vt caput eius toto reliquo corpore sit altius. Et obseruandum erit, ne, in loco in quo dormit, aliquid colli ipsius, aut extremorum eius, aut dorsi torqueatur. Ipse quoq; in æstate aqua suaui æquali balneandus est. In hyeme vero aqua eius ad caliditatem trahat non pungentem.[d] Hora vero ad ipsum lauandum, melior est post eius longum somnum. Et plerunque quidem est conueniens,[e] vt ipse bis in die lauet, aut ter, & ordinate ad id, quod sit magis tepidum mutetur, si tempus fuerit æstiuum. In hyeme autem non separetur ab eo aqua temperatę caliditatis. Ipse quoque non lauetur, nisi vsquequo eius corpus calefiat, & rubere incipiat, postea extrahatur,[f] & eius aures custodiantur, ne aqua in eis ingrediatur. Et oportet quidem, vt cum in hora ablutionis accipitur, sit secundum hunc modum, accipiatur manu dextra, & super brachium sinistrum super pectus suum appodietur, & non super ventrem. Amplius in hora ablutionis ipsius, studendum erit, vt ipsius palmæ, vel volæ manus dorso eius adhæreant, & eius pedes ad caput eius cum facilitate, & suauiter perducantur: deinde mollibus pannis exiccetur, & suauiter extergatur. Deinde fiat, vt in primis super ventrem sui iaceat, postea supra dorsum, & cum hoc toto incessanter [g] prematur & figuretur: deinde reducatur, & fascietur cum panno, vel fascia, postea in ipsius nares oleum dulce proijciatur: quoniam eius oculos lauabit, C & ipsorum tunicas.

I hematites
I Aet. ibi.
I tali suilli
I Alfar. ibi.
A G. 1. de tu. sanit. ca. 10. c
B Ras. t. 4. c. 29.
C Haly. li. 1. prac. ca. 20.
C Haly. ibi, & Alfar. ibi.
C Haly. ibi, & Ras. ibi.
C Alfar. ibi.
D G. 1. de sanit. tu. c. 10. d, & Aet. lib. 4 ca. 3.
E Aet. li. 4. c. 3.
F Li 3. F. 4. c. 20.
G G. li. 1. de sanit. tu. ca. 10. c

De regimine lactationis, & remotionis à lacte. *Cap. 2.*

QValitas vero lactationis eius, & ipsius cibationis hoc modo obseruantur. Omnibus modis, quibus est possibile,[h] lac matris infanti ad sugendum dandum est: Ipsum enim est nutriens, quod magis simile existit substantiæ nutrientium præteritorum, quibus alebatur, dum in matrice erat, [i] scilicet menstruorum matris: quoniam ipsa sunt, quæ conuertuntur, & fiunt lac: & ipse magis est recipiens hoc, & magis est ei consuetus, ita [i] vt iam experimento certificatum sit, quod extremum mammillæ matris in os infantis ponere, valde confert ad remouendum quicquid ei nocet.[k] Bis autem aut ter in die sugere mãmillas debet ei sufficere, & in primis non est multum lactandus. α Verum magis est dilectum, [l] ne sit eius mater, quæ ipsum prius lactat, donec matris complexio temperetur. Et melius quidem est, vt parum mellis eidem [l] ad lambendum tribuatur, deinde lactetur. Ex lacte quoque, quod puer sugit, in mane bis, aut ter emulgendum est, deinde mammilla ei tribuenda: & præcipue cum in lacte fuerit macula. Lac autem malum, scilicet acutum à nutrice infanti non est dandum dum est ieiuna. Et præter hoc etiam [m] duæ res sunt faciendæ iuuamen ei conferentes. ad hoc, vt eius, complexio fortis fiat: quarum vna est lentus motus: & altera est consonantia musicæ, & vox cantilenæ: quemadmodum mos est, dum infantes in locis D ponuntur in quibus dormire debent. Ex quantitate enim recipiendi hæc duo, scietur quantum sit aptus exercitio, & musicæ: quorum vnum est corporis, alterum animæ. [n] Quod si aliqua res prohibitoria matris lac dari non permiserit, siue causa debilitatis ipsius, siue corruptionis lactis eius, siue quia est ociosa, eligenda erit nutrix secundum conditiones, quas dicemus. Quarum quędam attenduntur in ætate eius: & quædam in ipsius figura: & aliæ in eius moribus, & aliæ in formis suarum mammillarum: & quædam in qualitate lactis ipsius: & aliæ in quantitate temporis, quod est inter eam & partum ipsius: & aliæ quæ sunt ex genere infantis eius. Cumq; secundum has conditiones reperta fuerit, oportebit, vt eius nutrientia bonificentur, & fiant ex [o] tritico, & candarusio, & carne [o] agnorum, & [o] hœdorum, & [o] piscium, quorum caro non putrefit, nec est dura. Lactucæ quoque sunt nutriens, quod laudatur, & amygdalæ, & auellanæ. Ex oleribus vero deterius est eruca, et sinapis, & [o]{bedarungi} quoniã lac corrumpunt. Et in mẽta est eius virtus. Nunc autem dicemus nutricis conditiones, & à cõditione ætatis ipsius incipiemus. Dicemus itaque, quòd melius [p] est, vt sit ætatis, quæ est inter. xxv. &. xxxv. annos, quoniam hæc ætas est iuuentutis, & sanitatis, & complementi. Conditiones vero, quæ attenduntur in figura, & compositione eius sunt, quòd oportet ipsam [q] boni coloris esse: & collum habere forte, & [q] pectus habere

H G. 1. de san. tuẽ. ca. 7. c
I Li. 3. F. 21. t. 1. c. 2
I G. ibi. c. d
K Pau. li. 1. c. 5. & Alfar. li. prac. t. 26. ca. 2.
Infra α
L Aet. li. 4. c. 3.
M G. li. 1. d san. tu. c. 7. d, & c. 8. a
N Haly. li. 1. prac. ca. 21. & Gal. li. 1. de san. tu. c. 9. c
O Haly. li. 1. prac. cap. 21.
O ocimum
P Pau. li. 1. ca. 2.
Q Alfar. li. 1. prac. t. 26. ca. 3.
Q pau. ibi.

forte & amplum: & musculosam & duram habere carnem, mediam [q] inter pinguedinem, & maciem, & carnosam non adipe abundantem. E Secundum mores vero suos consideratur, quoniam ipsam oportet [a] bonorum morũ & laudabilium esse, quæ tarde à malis animæ passionibus patiatur, sicut ira, tristitia, & timore: & reliqua ab istis. Omnes enim istæ corrumpunt complexionem, & fortasse permutantur, seu transeunt, infantem lactantem, & propter hoc prohibuerũt quidam, ne stolida lactet. Et præter hoc totũ in malitia morum ipsius eam perducet ad hoc, vt infantis paruam habeat solicitudinem, & ei parum blandiatur. Conditiones vero, quæ in forma mammillarum ipsius attenduntur sunt, quoniam oportet ipsas esse [a] solidas, [a] & magnas, & sui magnitudine non sint laxæ, neq; debent esse extẽsæ magnitudinis: & oportet etiam, vt inter duritiem & mollitiem sint mediocres. Secundum qualitatem vero lactis ipsius consideratur, quia oportet vt ipsius substantia sit æqualis, & quantitas eius ęqualis, & eius color [b] attineat albedini, qui neq; sit [b] fuscus, neq; viridis, neq; citrinus, neq; rubeus: eiusq; [b] odor sit bonus, in quo non sit acredo, neq; ponticitas: & ipsius sapor dulcedini attineat, in quo non sit [b] amaritudo, neq; [b] salsedo, neq; acredo: & vt declinet ad multitudinem quandam, & vt eius partes sint similes: & tunc non sit [b] subtile, fluidum, nec [b] multum grossum [b] caseatum, neq; diuersarum partium, neq; multæ [c] spumæ. Et eius quidẽ substantia quandoq; experitur, q̃ est, [d] vt de ipso super vnguem mulgendo distilletur: quod si fluit, est subtile. Et si vnguis inclinetur, & non currat, est spissum. [d] Ipsum etiam experitur, cum in vase vitreo ponitur, F & parum [d] {myrrhæ} super ipsum proijcitur, & digito miscetur: propter hoc enim scitur aquositatis ipsius, & caseitatis ipsius quantitas. [e] Lac enim laudabile & temperatum est, in quo aquositas et caseitas sunt æquales. Quod si aliqua nobis necessitas fuerit lac tale habere, ipsum præparabimus ex parte lactationis, & ex parte nutricis. Ex parte quidem lactationis, quoniam lac, quod grossum fuerit & mali odoris, melius est, vt non detur, nisi postquam mulctum fuerit, & in aere moram fecerit, seu aeri expositum fuerit: & quod vehementis fuerit caloris, conueniens erit, vt nullo modo in [e] ieiuno detur. Et nutricis quidem regimen est, q̃ si eius lac grossum fuerit, dabitur ei oxymel de seminibus, quod cum subtiliatiuorum decoctione sumatur, sicut mẽtastrum, & [e] hyssopum, [f] & hasce, & origanum montanum: & tribuantur ei ad comedendum, [f] {altarich} & quæ eis similantur. In cibo quoq; ipsius imponatur parum aliquid raphani, & præcipiatur ei, vt cum oxymelle [f] calido euomat, & [f] temperato vtatur exercitio. Et si eius complexio fuerit calida, dabitur ei in potu syrupus acetosus cum vino subtili simul, siue separatum. Quod si eius lac subtile fuerit, præcipietur [f] vt quiescat, & ab exercitio remoueatur, & cibis nutriatur, qui sanguinem faciũt grossum. Et fortasse dabitur ei ad potandum, si non fuerit ibi, quod prohibeat, [f] vinum dulce, aut [f] mustum coctum, & præcipiatur ei, vt diu dormiat. Si vero eius lac paucum fuerit, considerabitur, quæ sit causa in hoc, vtrum sit malitia complexionis in toto corpore, aut in mammillis ipsius: & hoc quidem cognoscetur G per significationes prædictas [g] in capitulis, quæ sunt præmissa. Et ex tactu mammillarum, & si significatum fuerit, quod sit in ea calor nutrietur tali qualis [h] est aquam hordei, & spinachia, & quæ eis similantur. Et si significatum fuerit, quòd sit in ea frigiditas complexionis, aut oppilationes, aut debilitas virtutis attractiuę addatur in cibis eius subtile ad caliditatem declinans, [i] & ventosæ sub mammillis ponentur absque multa compressione. Ad hoc quoque confert semen bauciarum, & ipsemet etiam [k] bauciæ ad hoc multum prosunt. Quod si causa eius fuerit nutrientis paucitas, nutrietur iure [l] facto ex hordeo, & furfure, & leguminibus. In iuribus quoq; ipsius, & in cibis ponendæ sunt radices fœniculi, & semen eius, & anethum, & nigella. Quidam autem dixerunt, quod comedere vbera proprie ouium, & caprarum cum lacte, quod in eis cõtinetur valde est vtile ad hoc, propter illud, quod in eis existit ex similitudine, aut propter proprietatem, quę est in eis. [l] Quidam etiam experti fuerunt, vt drach. i. cariei, aut vermium terrenorum siccorum in aqua hordei multis diebus sumatur, & reperierunt optimum. & similiter elixatura capitum salsorum piscium in aqua anethi. Ex eis quoque, quæ lac multiplicant, [m] est, vt butyri vaccini vnc. i. sumatur, & in vas in quo purum existit vinum, mittatur, & bibatur. [n] Aut sisamum in mola tritum accipiatur, & cum vino misceatur, & colatum ad bibendum detur. Amplius emplastrentur, aut liniantur mammillæ cum fece olei nardini cum oleo & lacte asinæ, aut ex eo, quod est in interiore parte melongiæ elixatæ H vnc. i. sumatur, & cum digitis in vino dissoluatur, & ad potandum detur, aut bulliat furfur, & raphanus in vino, & detur ad potandum. Medicamen fortius Recipe semi. aneti vnc. iij. semi. andachoche, semi. porri añ. vnc. i. seminis [n] {rathbe,} seminis fenugræci ana vnc. ij. totum cum succo fœniculi, & melle, & butyro misceatur, & in potu sumatur. Et cum lac nocumentum fecerit sui multitudine, propterea quod constrictione retinetur, & propter suam spissitudinem, minuatur per id quod pauci existit nutrimenti, & comestione eius quod parum nutrit, & emplastro, pectori, & mammillis superposito [n] ex cymino, & aceto, aut [n] luto [n] {alhar,} & aceto, aut lentibus coctis in aceto, & post ipsum potu aqua salsa vtatur, & similiter comestione mente. [o] Et mãmillas quidem blandis manibus multum fricare lactis efficit multitudinem. [o] Lac vero malum habens odorem, medicandum est, dando in potu vinum boni odoris, & ad comedendum dando cibum boni odoris. Regimen autem, quod est tractum ex tempore partus nutricis est, quoniam oportet, vt partus sit propinquus, non tamen valde, immo sit à tempore quo peperit mensis vnus, & dimidius ad minus, aut menses duo: [p] sitq; ille, quę peperit masculus, & sit partus eius secundum tẽpus naturale: & non sit ipsa, quæ abortũ fecit, neq; abortũ facere consueuerit. Nutrici præterea est pręcipiẽdum, vt [a] tem-

Q Alsar. ibi.
A G. 1. de san. tu. c. 8. a, & Aet. li. 4. c. 4. & Alsara. ibi.
A Alsar. ibi.
A Pau. ibi.
B G. li. 1. de san. tu. ca. 9. c, & Aet. li. 4. ca. 5.
B Aet. ibi, & G. ibi.
B G. ibi.
C Aeti. li. 4. c. 5.
D Pau. li. 1. c. 3.
D coaguli
E Haly. li. 1. prac. ca. 21.
E Pau. ibi. c. 4.
F Li. 3. F. 12. c. 1.
F speciem piscis saliti
F Pau. ibi.
G F. 2. d. 3. c. 3.
H Li. 3. F. 12. c. 1.
I Alsara. li. 1. prac. t. 26. c. 5. & Pau. ibi.
K Li. 3. F. 12. c. 1.
L Aet. li. 4. c. 6.
M Li. 3. F. 12. c. 1.
N Aet. li. 4. c. 6.
N trifolium humidum
N lapide
O Pau. li. 1. c. 4.
P Pau. ibi, & Haly. li. 1. prac. c. 21.

A G.li.1.de san.tu. cap.9.b

A vt[a] temperato vtatur exercitio,& vt nutrientibus [a] boni chymi alat,[a] & ne vllo modo aliquis cum ea coeat: hoc enim sanguinem commouet menstruum,& lactis odorem corrūpit, & ipsius minuit quantitatem, immo fortasse impregnatur, in quo [a] nocumentum duobus attinens filijs simul. existit. Nutritio quidem lactanti. propterea ꝙ illud, quod in sanguine est subtile, ad embryonis nutrimentum redit: & embryoni quidem, propterea, quod id, quod ad ipsum venit ex nutrimēto est parum, ideo ꝙ alius lacte indiget. In tota præterea ipsius lactatione oportet, & proprie in eius lactatione prima, vt aliquid lactis mulgeatur, & vt fluat, & vt ipsum pressione iuuetur, ne contingat, vt ex multa suctione gulæ lædantur instrumenta, & meri, & faciant ipsum debilitari.[b] Et si ante lactationem quaq; vice cochlearium [c] mellis ad lambendum detur, iuuamen erit: & si cum pauco vino fuerit erit bonum. Neq; multum lac ad sugendum vna vice dandum est, imo melius est, vt parum ei detur ad sugendum, & sæpe paruis interpositis spatijs. [c] Quandoq; enim cum ad sugēdum ei datur vice vna tantum, vt satietur, contingit extensio, & inflatio, & ventositatum multitudo, & albedo vrinæ, Si ergo hoc accidit, oportet ne lactetur, & vt famelicus longo tempore teneatur, & vt studium impendatur ad hoc, donec istud digeratur. Et secundum plurimum in primis diebus, cum lactandus est, vt in prima die ter lactetur: & si qua in prima die ipsum lactauerit, alia fuerit, ꝙ̄ mater ipsius, α secundum quod diximus, erit melius.[d] Similiter si nutrici mala acciderit complexio, aut

B Aeti.li.4.c.3.
C Pau.li.1.c.5.
Supra α

B ægritudo dolorosa, aut solutio ventris plurima, aut retentio noctes, melius erit, vt alia ipsum lactet, donec sanetur. Et similiter si necesse fuerit dare ei medicinam, quæ virtutem & qualitatem habeat dominantem. Cumq; post lactationem dormiturus est, eius cuna vehementi motu nō est mouenda: quoniam lac in ipsius stomacho concutitur, immo suauiter mouenda est.[e] Fletus quoq; paruus ante lactationem ei cōfert. [e] Naturale autem tempus lactandi est tēpus duorum annorū. Quod si infans aliud à lacte desiderauerit, ordinate,[e] seu gradatim est ei tribuēdum: non tamē est ei violenter prohibendum.[f] Postquam vero duales apparere cœperint dentes, ipse ad nutriens mouendus erit ordinate, quod sit fortius. Res tamen dura ad masticandum non est ei danda,[f] immo primo detur [f] ei panis, quem ei masticauit nutrix. deinde panis cum aqua & melle, aut cum vino aquato, aut cum lacte. Et tunc quidem parum aquæ ei tribuatur, & in aliquibus vicibus, quæ cum pauco vino sit mista, nec permittatur ad repletionem peruenire. Quod si [f] {chede} superuenerit ei, & ventris inflatio, & albedo vrinæ, ab omni re abstine eum, & melius est, vt ipsius nutriēs ei tardetur, donec inungatur in balneo. Deinde cum à lacte amouendus erit, ad id, quod est ex genere sorbēdi, & carnium leuium, mutandus erit. Et oportet etiam, vt à lacte ordinate amoueatur, & non subito, et [g] vt fiant ei glandes ex pane & zuccaro. Quod si perfide mammillas quæsiuerit, & eas semper sugere voluerit, & fleuerit, sumendæ sunt myrrhæ, & mentastri ana vnc. iiij. & terātur, & ex eis more em-

D G.li.1. de sanit. tu.c.9 c, & Pau.li.1.ca.2.
E Alsara.li.1.prac. t.26.ca.2.
E Pau.ibi.c.5.
E Alsarha.ibi.
F G.li.1.de tu.san. ca.10.c
F Alsara.ibi.
F *nauseatiua satietas*
G Ras.t.4.c.29.

C plastri mām̄illæ epithemandæ sunt. Ad summum autem dicemus, [h] quod infantis regimen est humectatio, propterea, quod eius complexio ad hoc est conueniens: & quod ea in sui indiget nutrimento & augmēto, & exercitium temperatum plurimum, & hoc quidem est, eius naturale, quasi natura ipsum requirat, seu ipso delectetur, & præcipue cum pertransierit infans ad ætatem pueritiæ. Cum autem ambulare inceperit, & moueri, duris motibus non erit permittendus, nec ad ambulandum, & sedendum est ponendus antequam secundum naturam ei desiderium fiat, ne cruribus ipsius, & dorso nocumētum accidat. Et melius quidem est, vt in primis cum sedet, aut super terram ambulet, ponatur in corio leni ad sedendum, ne terræ asperitas scalpat ipsum: & fustes, aut cultelli, & his similia ex eis, quæ pungunt, aut incidunt, remoueantur, ne sint coram eo: & custodiendum ne ab alto labatur loco.[i] Cumq; [i] caninus apparuerit, ab omni re, quæ ad masticādum est dura [k] abstinendus erit, ne materia vnde canini creātur resoluatur, propter masticationem, quam desiderat: & tunc quidem [l] ipsius gingiuæ ex cerebro leporis, & adipe gallinaceo fricari debēt: ob hoc enim origo fit facilis.[m] Cumq; gingiuę scindūtur, & caput, & collum ex oleo abluto cum aqua calida conquassato fricanda sunt, & ex oleo in aures ipsius parum guttatim infundatur. Cum aūt iam possibile fuerit, vt cū eis mordeat, tunc suū masticare desiderat digitum: quapp tunc ei dādum erit frustū radicis [m] ireos, quæ nondū valde siccata fuerit: hoc nāq; in tpe isto ei confert, et iuuat vlce

H G.li.1. de sanit. tu.ca.7.b.c.
I Li.3 F.7.c.16.
K Aeti.li.4.c.9.
L Li.2,t.2.c.395.& Aeti.li.4.c.9.
M Li.3.F.7.ca 16. & Pau.li.1.c.9.
M Pau.ibi.

D ribus & doloribus gingiuarū. Et similiter os eius fricari debet ex sale,[n] & melle, ne dolores isti accidāt: postea iam cū bene nati fuerint, aliqd erit dādum [n] ex succo liquiritię, aut radicis ipsius, q̄ nondū vehemēter exiccata est, vt in ore teneat:[o] et p̄terea cōfert collū ipsius fricari cū canini nascunt̄ ex oleo dulci, aut alio dulci oleo: deide post hoc cū loq cepit, dētes erūt fricādi, & p̄cipue eorū radices.

N Aet.li.4.c.9.
N Pau.
O Pau.& Aet. li.4 cap.9.

De ægritudinibus, quæ infantibus accidunt. Cap. 3.

INtentio principalis in medicandis infantibus, est nutricem regere. ita ꝙ si affuerit suspicio, ꝙ in ipsa sit sanguinis repletio, minuenda erit, aut ventosanda. Et si repletio ex humore fuerit, ipse erit euacuandus ab ea. Quod si necesse fuerit naturam constringere, aut soluere, aut vaporē à capite prohibere, aut membra anhelitus rectificare, aut cōplexionis malitiam permutare, medicādum erit per ea, quæ comeduntur & bibuntur, quæ ad hoc sunt conuenientia. Cumq; medicabitur ventris solutione, aut fluxus ventris ei de natura euenerit, & fuerit multus, aut medicabitur vomitu, aut venerit ei naturaliter aduentu forti, melius erit: vt ipsum ea die alia lactet. Noiemus ergo particulares ægritudines, quæ infantibus accidūt. Et ex eis quidem sunt apata, quę eis fiunt in gingiuis, cū dentes nascūtur, & apata, quę eis accidūt in chordis, q̄ sunt in partibus mādibularū: & spasmus, qui fit i eis. Cūq; hoc acciderit,[p] ipse digito suauiter p̄mēdus erit: & ex oleis in [q] caplo originis den-

P Pau.li.1. ca.9. & Ras.de ægritu. pu. ca.13.
Q 2.

tium nominatis, vngendus eſt: & ex melle cum oleo chamæmellino conquaſſato, aut melle cum E
terebinthina:[p] & ſuper caput aqua calida ab alto proijciatur, in qua cocta chamæmilla, et anethum
fuerint.[a] Et ex eis fit, quę infantibus accidunt, eſt ventris ſolutio, & proprie cum dentes naſcuntur,
de qua [b] quidam ſunt, qui dicunt, ꝙ ſit propterea, ꝙ ſuperfluitatem ſalitam ſanioſam ſuæ gingiuæ
cum lacte ſugit. poſsibile tamen eſt ne ſit ita. Immo ꝓpterea, ꝙ natura impedita in generãdo mem-
brum non bene digerit, & ideo, ꝙ dolor accidit: qui eſt ex eis, quæ digeſtionem prohibent in debi-
libus corporibus. Et ſi hoc paucum fuerit, non de eo tibi curandum erit. Quod ſi timor affuerit, ꝙ
ex eo adueniat ſuperfluitas, ſuccurrendum erit ei embrocando ventrem eius ex ſemine roſæ, [c] aut
cymino, aut aniſo, aut ſemine apij, aut ventri ipſius emplaſtrum ſuperponendo ex cymino, & ro-
ſis madefactis cum aceto, aut cum [c] {giaures} decocto cum pauco aceto. Et ſi nõ iuuerit hoc, [d] hœ
di coaguli ſexta pars drach. i. & quod eſt ſupra cum aqua frigida danda erit: & tũc quoq; cauẽdum
erit, ne in ipſius ſtomacho, lac, caſeus fiat, dãdo ea die aliquid, quod vicem lactis obtineat, ſicut oui
vitellum mollem, aut micas panis in aqua coctas, aut ſauich in aqua coctum. [e] Et eſt etiam cum eis
accidit ventris conſtrictio, quibus [e] ſuppoſitorium eſt faciendum cum ſtercore muris, aut ſuppoſi-
torium ex [f] ſolo melle vehementer coctum faciendum, aut cum mẽtaſtro, aut cum radicibus ireos,
ſicut ſunt, aut combuſtis: aut ad comedendum detur eis parum mellis, aut terebinthinæ ſecũdum
quantitatem vnius ciceris: & venter eius fricandus ſubtiliter eſt cum oleo, aut liniatur ipſius vmbi F
licus cum felle bouis, & [f] {buchormariem.} [g] Et quandoq; accidit ipſius gingiuis mordicatio, ſeu
acuitas, quare ſunt epithemandæ ex oleo & cera. [g] Caro quoq; putrida, quę eſt ſalita eis confert. Et
eſt etiam cum eis accidit, & proprie cum eſt origo dentium ſpaſmus, qui plurimum accidit ei pro-
pter digeſtiuæ corruptionem, cum multa neruorum debilitate: & ei ꝓprie, qui corpus habet groſ-
ſum, ſeu pingue, & humidũ: eſt ergo medicandus ex [g] oleo irino, aut oleo liliaceo, aut oleo [g] {alkan
næ, aut oleo keirino. [h] Et eſt etiã cum eis accidit [h] {alcuzez,} qui tũc medicandus eſt cum aqua, in
qua decoctus ſit cucumer aſininus, aut cum oleo violato ſimul cum oleo cucumeris aſinini. Et ſi
exiſtimetur, ꝙ ſpaſmus, qui accidit, ſit ex ſiccitate, propterea, ꝙ poſt febres accidit, aut poſt fluxum
ventris laborioſum. & quia paulatim aduenit, inungendæ ſunt iuncturę ex oleo violaceo ſolũ, aut
cum pauco ceræ albæ conquaſſato: & ſuper ipſius cerebrum proijciendum eſt oleum violaceum:
& reliqua ab iſtis vehementer. & ſimiliter faciendum eſt, ſi cuzez ſiccum eis accidat. [i] Eſt etiam
cum ei accidunt tuſsis, coryza. [k] Et in his quidam iam præceperunt quædam, vt multa aqua calida
ſuper ipſius caput proijciatur, cui hoc accidit: & vt ipſius lingua ex melle multum liniatur, deinde
linguæ radix prematur, vt multum phlegmatis euomat, & ſanetur: aut gũmi arabicum, & draga-
ganthum, [l] & ſemina cydoniorum, & ſuccus liquiritiæ, [l] & penithi ſumatur, & quaq; die parum ex
eis cum lacte ilico mulcto detur. [m] Et eſt cum infanti anhelitus malitia accidit. oportet ergo, vt radi G
ces aurium eius, & radix linguæ ex oleo inungantur, & fiat vt ipſe euomat, ſimiliter cum compreſ-
ſione linguæ ipſius: quoniam vehementer confert: & aqua calida guttatim in os eius diſtilletur, &
parum ſeminis lini cum melle ad lambendum tribuatur. [n] Et eſt cum accidit [n] {alcola} multũ, quo
niam panniculi linguæ ipſius & otis vehementer ſunt molles, vt non tolerent tactum leniũ, quan
to magis abſterſionem aquoſitatis lactis, quoniam illa multum eis nocet, & ducit ipſos ad alcola.
Et deterior quidem alcola eſt nigra, ſimilis carboni, & eſt mortalis, & quæ ſanior eſt, [o] eſt alba, & ru
bea. Et qui eam patitur medicandus eſt ex aliquo leui medicamine alcola nominatorum in [p] libris
particularibus. Et fortaſſe violæ tritæ ſolæ eis ſufficiunt, aut cum roſis, & pauco croco, & xilocara-
ctæ ſolæ ſiliquę. [q] Et eſt cum ſuccus lactucæ, & ſolatri, & portulacę ei ſufficit. Et ſi fortior iſta fuerit
radix ſuſen. i. ireos trita, & eſt cum bothor gingiuarum, & alcola conferũt [r] myrrha, & gallæ, & cor-
tices turis vehementer tritæ, & cum melle miſtæ. & eſt etiam cũ eis ſufficit [r] {rob} de moris ſolum
acetoſum, & rob de ſucco vuæ acerbæ: & eſt cum confert ei abluere eas cũ ſyrupo mellis, aut cum
aqua mellis: poſtea conſequenter adhibere eis aliquod eorum, quæ diximus ex deſiccatis: quòd ſi
medicamen fortius hoc neceſſarium fuerit venarum, & corticum granatorum balauſtiarum, & ſu
mac. ana drach. vi. ſumantur, & gallarum drach. iiij. aluminis iameni drach. ij. & terantur, & cribel-
lentur, & pulueriʒentur deſuper. [s] Et eſt etiam cum auribus ipſius fluxus accidit humorum, quo- H
niam ipſius corpus, & præcipue cerebrum vehementer eſt humidum. [t] Lana igitur in melle & vi-
no miſtis cum pauco aluminis, aut croci, aut minima quantitate [u] nitrii inungenda eſt, & auribus
inijcienda. Et eſt cum ſufficit, vt lana in vino pontico, aut in quo parum croci ſit miſſum, intinga-
tur, & in auribus mittatur. Et plerunq; etiam accidit ei dolor auris ex vẽtoſitate & humiditate, qui
medicandus eſt ex litio, & origano & ſale, [v] {tabarzet,} & lentibus, & myrrha, & ſeminibus colo-
cynthidos, & ſauinæ. Quodcunque eorum fuerit, coquatur in oleo, & in ipſas guttatim proijcia-
tur. [x] Et eſt cum in cerebro infantis fit apoſtema calidum, & vocatur [x] {athas.} Et eſt cum mul-
toties eius dolor ad oculum peruenit, & guttur, & fit inde facies citrina. Cerebrum igitur eius eſt
infrigidandum, & humectandum ex corticibus [x] cucurbitæ, & cucumeris, & ſucco ſolatri, &
ſucco [x] portulacæ propriæ, & oleo roſaceo cum pauco aceto, & [x] vitello oui cum oleo roſato:
quodcunque tamen fuerit, aſsidue mutetur. Et eſt cum in cerebro infantis accidit aqua, cuius
curam [y] iam nominauimus in ægritudinibus capitis. [α] Et eſt cum oculi eius inflantur. [z] Super ip-
ſos igitur licium cũ lacte eſt epithemandum: deinde in aqua cum qua cocta fuerint camemilla, &
[z] {albedarungi} abluant. [z] Et eſt cũ ei accidit ex multo fletu albedo in ſuis pupillis, qui medicãdus
eſt cum

P Ras. ibi.
A Li. 3. F. 16. t. 1. c. 4. & Hip. li. 3. apho. 25.
B Ras. de ægritu. pue. c. 16.
C Pau. li. 1. c. 9.
C panico
D F. 16. t. 1. ca. 4. & Haly. li. 1. prac. capi. 20.
E Hip. li. 3. aph. 25.
E Haly. ibi, & Ras. ibi. c. 17.
F Pau. li. 1. c. 9.
F cyclamino
G Hip. 3. aph. 25.
G Pau. ibi.
G liguſtri
H Hip. li. 3. aphor. 25.
H tetanus
I Hip. 3. apho. 24.
K Pau. li. 1. ca. 7.
L Alſara. li. prac. t. 26. ca. 24.
M Hip. li. 3. apho. 26.
N Li. 3. F. 6. c. 23. & Hip. li. 3. apho. 26.
N Aphtha
O Alſara. li. prac. t. 26. c. 20.
P Li. 3. F. 6. c. 24.
Q Ras. de ægritu. pue. c. 14.
R Pau. li. 1. c. 10.
R ſuccus
S Hip. 3. aph. 24.
T Aet. lib. 1. Ser. 4. ca. 12. & Pau. li. 1. capi. 12.
V Ras. li. de ægrit. pue. c. 9.
V albo triũ coctarum
X Aeti. li. 1. Ser. 4. ca. 13. & Pau. lib. 1. cap. 13.
X Sirianus
Y Li. 3. F. 1. t. 3. capi. 10. & 11.
α Infra
Z Aeti. ibi. c. 10.
Z Ocimum
Z Aet. ibi. c. 11.

A est cum succo solatri. Et quandoq; accidit coopertur æ oculi infantis [a]{silac} ex fletu: & cura eius
eius est etiam succus solatri.[a] Et accidunt ei febres: & tunc melius est, vt nutrix regatur, & ei etiam
detur aliquid, sicut succus granatorum cũ syrupo acetoso, & melle, & sicut succus cucumeris cum
pauco canforæ & zuccharo: deinde fiat [b] vt sudet: quod fit cum cannæ seu arundines recentes ex-
primuntur, & earum succus super verticem, & super pedes ponitur, & ipse postea cooperitur: quo
niam hoc facit sudare: & est cum accidit ei dolor ventris pungitiuus, & torquetur, & flet: ventri er-
go superponenda sunt aqua calida, & oleum multum calidum, & parum ceræ. [c] Et est cum ei acci-
dunt sternutationes frequentes.[d] Et est cum hoc contingit propter apostema in partibus cerebri:
& si ita fuerit medicandum erit apostema infrigidando, & epithemando, & vngẽdo ex infrigidan
tibus succis & oleis.[d] Quod si non fuerit ex apostemate, quod ei accidit, bedarungi tritum naribus
eius erit insufflandum. Et est cũ in corpore accidunt ei [d] {bothor,} sed quod ex eis vlcerosum est,
& nigrum, est mortale, & etiam si esset, sicut [d] {alcola} tantum erit mortale, quanto magis cum ex-
pandetur, vel quando profundetur. Quod autem est album, est sanius: & similiter rubeum. Et est
cum in eius egresione multa sequitur vtilitas. & ipsa quidem secundum omnem dispositionẽ me
dicanda sunt ex subtilibus desiccatiuis in aqua solutis, ex qua ipse lauetur, & in ea coctis, [e] sicut ro-
sa, & myrtus, & folia arboris masticbes, & tamarisci, & olea etiam istarum rerum.[e] {Bothor} vero
B si sanæ sint, dimittendæ sunt, donec maturentur: deinde curentur, & si vlceratæ fuerint, fiat eis vn-
guentum [e] ex cerussa, & est etiam cum necesse est lauare eas cum aqua mellis, & pauco nitro, & si-
militer alcola. Cum autem spissæ fuerint, indigebunt eo, quod sit fortius. Lauabuntur ergo tunc
ex aqua [e]{baurach} cum lacte mista, ideo vt tolerari posit. Quod si cutis eorũ vesicabitur, vapo-
rabitur, & infundetur, seu lauabit̃ cum aqua, in qua coctę fuerint myrtus, & rosæ, & squinãthum,
& folia arboris mastiches. Sed antequam hoc totum [e] fiat nutricis nutriens meliorare conuenit. Et
est cum propter [f] multum fletũ fit in vmbilico tumor, aut accidet aliqua ex causis rupturæ. In quo
quidem iam præceptum est, [f] vt ameos teratur, & cum albumine oui conspergatur, & desuper po-
natur, & cũ panno subtili lineo super ipsum strictura fiat, [f] aut lupini amarı adusti infundantur in
vino, & desuper ponãtur. His autem fortiora sunt calida stiptica, sicut myrrha, & cortices cupresi,
& eius nuces, & aloe, & acacia, & illud, quod in [g] capitulo de ruptura dicemus. Et [h] est etiam cum
infanti accidit, & proprie cum vmbilicus [i] inciditur apostema, & tunc quidem accipienda sunt al-
schal, quod est [i]{alsengius.} & terebinthina, & in oleo sisamino sunt soluenda: & infanti exhibea-
tur in potu ex eo, & lineatur cum eo vmbilicus.[k] Et est etiam cum infanti accidit ne dormiat, & in-
cessanter ploret, & vt os asidue vagiendo moueat. & tunc quidẽ necesse est, vt si posibile est, fiat
quatenus dormiat [k] cum corticibus papaueris, & ipsius semine, & oleo, & lactucis, & oleo de papa
C uere superponendo ex eis temporibus & vertici, & erit conueniens. Quod si necessarium fuerit
aliud istis fortius fiat hoc medicamen. Semen vel granum [k]{alsemnæ} & nux hendem papauer al
bum, & papauer nigrum, semen lini grana alchausegi portulacæ, semen plantaginis, semen lactu-
carum, & semen fœniculi, & anisum, & cyminum sumantur: & omnia paulatim torreãtur: deinde
terantur, & cum eis pars vna psyllij tosti, & non puluerizati ponatur: & omnia hæc cum tãto zuc-
caro, quantum ipsa sunt, misceantur, & ex eis infanti quantitas duarum drach. in potu tribuatur. Si
autem voluntas fuerit, vt hoc sit fortius, cum eo [l] tantum opij ponatur, quantũ est tertia huius par-
tis, aut minus.[m] Et est etiam cum infanti accidit singultus: cui tunc danda est nux indica cum zuc-
caro.[m] Et est cum infanti accidit vomitus fortis: cui forsan dabitur medietas danic vnius gariophyl
li. Verũtamen quandoq; ei confert stomacho supponere emplastrum ex aliquo constringentium
vomitum debilium. Et est cũ infanti accidit stomachi debilitas. cuius quidem stomachus tũc cum
misusen, & cum aqua rosæ est liniendus, aut cum aqua myrti, & ei in potu succus cydoniorum tri-
buatur cum parua gariophyllorum quantitate, & galiæ, aut kirat. i. galiæ, cum pauca quãtitate mi-
uæ.[m] Et est cum infanti accidunt somnia terrefacientia in somno, quæ plurimum eueniunt [n] pro-
pter repletionem ipsius factam ex multa gulositate. Cum ergo cibus corrumpetur, & stomachus
hoc senserit, procedet nocumẽtum [o] à virtute sensibili ad virtutem formatiuam & imaginatiuam,
D & apparebunt ei somnia terrefacientia. Oportet igit̃ ne super [o] {chede} cogatur dormire, & vt ex
melle ei ad lambendum detur, vt digerat id quod est in stomacho eius, & deponat. [p] Et est cum in-
fanti accidit [p]{apostema gulæ inter os & meri,} quod quandoque extenditur vsq; ad musculos,
& spondyles colli, & tunc quidem ipsius venter suppositorio soluendus est, deinde ipse est me-
dicandus cum aliquo, quod sit, sicut [p]{rob} de moris, & eis sibi similibus. Et [q] est etiam, cum in-
fanti dum dormit vehementer accidit oregmon, cui semen lini tritum cum melle ad lamben-
dum est tribuendum, aut cyminum tritum melle conspersum. [r] Et est cum infanti α accidit, [r] {ri-
ha alsabiam,} cuius medicationem iam nominauimus in [s] capitulo de ægritudinibus capitis: ve-
runtamen hic referemus rem ei vehementer conferentem, & est, vt origani, & castorei, & cymi-
ni partes sumantur æquales, & tritæ commisceantur, & ei in potu tribuantur, quorum sit pon-
dus trium granorum hordei. Et est cum infanti accidit, vt eius anus, vel ficteri egrediatur. Et
tunc quidem corticum granati, & myrti recentis, & [s]{ghiest albelut,} & rosarum siccarum, &
curnu combusti, & aluminis iameni, & vngularum caprinarum, et balaustiarum, & gallarum
partes sumendæ sunt æquales, & in aqua adeo fortiter coquendæ, donec eorum virtus egre-
diatur: deinde in eorum apozemate sedere cogatur ipso tepido. Et est cum infanti accidit te-

Auic. h iij nasmon,

A albugines
A Hip. li. 3 aphor. 25.
B Aeti. li. 1. Ser. 4. cap. 14.
C Aet. li. 1. Ser. 4. cap. 17.
D Alsara. li. 1. pra cti. t. 26. c. 12.
D pustulæ, siue exanthemata
D aphtha
E Pau. li. 1. cap. 6.
E Pustulæ
E nitri
F Aeti. ibi. c. 26. & Hip. li. 3. aph. 24.
G 5. t. 1. F. 22. li. 3.
H Hip. li. 3. aphor. 24.
I Haly. lib. 1. prac. ca. 20.
I lactuca asini, vel syrupus de inulis.
K Hip. li. 3. aph. 24
K lacticiniorũ
L Haly. li. 1. prac. cap. 20.
M Hip. li. 3. aph. 24
N Haly. li. 1. prac. cap. 20.
O G. li. de digno. ex insomniis. d
O nauseatiuam satietatem.
P Hip. li. 3. aphor. 26.
P Tonsilæ
P succus
Q Aet. li. 1. Ser. 4. cap. 8. de voce intercepta.
R Aeti. li. 2. Ser. 2. ca. 1. & Pau. li. 6. c. 3
Supra α
R Hydrecephalon
S 11. t. 3. F. 1. li. 3.
S corticis interioris subtilis glandium

tenasmon, propter frigus quod ei superuenit, cui con fert, vt nasturtij & cymini ana drach. iij. sumantur, & trita cribelletur, & butyro veteri vaccino conspersa ad bibedum cum aqua frigida dentur. Est præterea cum in ventre infantis vermes minuti procreantur ei nimis nociui, & plurimum circa anum in quo etiam longi generantur, sed lati raro procreãtur in ipso. Longi autem medicantur ex aqua[a] {sciha, seu sceha} de qua modicum in lacte in potu est tribuendũ secundum eius fortitudinem. Et fortasse necessarium erit ventri ipsius emplastrum supponere ex absinthio & albrengi alkebuli, & bouis felle, & colocynthidarũ pulpa. Sed ad paruos, qui sunt in ano enulæ, & venarum citrinarum ana. pars vna sumenda est, & zuccari secundum totius magnitudinem: & deinde cum aqua calida ad bibendum detur. Et est cum infanti in coxa accidit excoriatio: & tunc quidem [a] myrtus puluerizanda est desuper, aut radix ireos puluerizata: aut [a] rosæ tritæ, [a] aut cyperum, aut hordei farina, aut lentium.

E

A speciei absynthij

A Aeti. li. 1. Ser. 4. cap. 25.

De regimine infantium, cum mutantur ad ætatem pueritiæ. *Cap.* 4.

OPortet, vt tota intentio sit in meliorando mores pueri, & moderando ipsos: [b] & hoc quidem est, vt obseruetur ne fortis ira, neq; timor vehemens ei accidat, neq; tristitia, neq; vigiliæ: & istud fit considerando semper [b] vt ei adhibeatur quod desiderat, & appetit: & nõ permittatur esse coram eo aliquid, quod ipse abhorreat: & in hoc duæ consistũt vtilitates, vna in ipsius anima, vt crescat ipso à pueritia sua existẽte bonorum morum: & fiat ei habitus fixus: & altera est in corpore ipsius, [c] quoniam sicut mali mores malitiæ complexionis speciem sunt sequentes, ita cum ex consuetudine acciderint, sequitur eos complexionis malitia consimilis eis. [d] Ira nanq; vehementer calefacit: & tristitia multum exiccat: & pigritia virtutes laxat animales, & complexionem ad phlegmatis proprietatem inclinat. In temperamento ergo morum custodia sanitatis animæ & corporis simul consistit. [d] Cum autem puer à somno excitatur balneandus est: deinde dimittẽdus est ludere hora vna postea aliquid ad comedendum ei dandum: deinde dimittendus est ludere prolixius: postea balneandus: deinde cibandus: [d] & quanto plus possibile est aquam super cibum bibere nõ est permittendus, ne cibus crudus penetret antequam digeratur. Cum autem sex habuerit annos, magistro tradendus erit, qui eum doceat: in quo etiam gradatim est ordinandus, & neq; est cogendus assidue in scholis morari. Cumq; ad hanc peruenerit ætatem, [d] minus erit balneandus: [d] & eius labor ante comestionem erit augmentandus, [d] neq; vinum erit ei dandum, & proprie cum aliquis calidę complexionis fuerit & humidæ, quoniam nocumentum, quod ex vino timetur (& ipsum est choleræ rubeæ in potatoribus generatio) ei cito adueniet: faciliter & vtilitas, quæ ex vini potatione generatur, est choleræ per vrinam prouocatio, & humectatio iuncturarum, quorum nõ indiget ipse. Non enim eius cholera rubea est multa, quæ in vrina sit prouocanda: neq; eius iuncturæ humectatione indigent, [d] sed permittendus est aquam dulcem limpidam secundum desiderium in potu sumere. Et hic quidem erit cursus regendi eos, donec ad. xiiij. perueniant annos, cum solicitudine illius quotidiana, quod in eis est ex minoratione humiditatum ipsorum, & processione exiccationis & indurationis. [e] Ordinandi ergo sunt minorando exercitium, & separando ab eo, quod eos laborare facit inter pueritiam, & adolescentiam: & temperatum comitetur exercitium. Post hanc vero ætatem sit eorum regimen, regimen augmenti, & conseruatio sanitatis. Nos igitur ad ipsam mutemus, & sermonem de rebus præmittamus in quo continentur rei fundamenta in regimine sanorum albelagin, & ab exercitio incipiamus.

B G. li. 1. de san. tu. ca. 8. e. f

B G. ibi. h

F

C Gal. li. q̃ animi mores, &. c. 1. c, & ca. 6. a, &. c. 10. g, & c. 11. g, & li. 2. d san. tu. c. 7. f. g

D G. ibi. 1. de san. tu. c. 8. f

D G. ibi. 1. c. 10. c. d

D G. ibi. e

D G. ibi. g

D G. ibi. c. 11. g

G

E G. 1. de san. tu. c. 12. c

DOCTRINA II. *dictionis tertiæ de regimine, quod est commune* [e] *{albeleghin} cuius sunt. XVII. Capitula.*

E Vt his qui ad ætatem perueniunt, sunt apti coire.

De regimine adolescentium communi: & sermonis summa de exercitio. *Cap.* I.



PRopterea q; plurimum regiminis cõseruationis sanitatis est, [f] fiat exercitium, postea cibi regimen: deinde dormiendi regimen: ideo sermonem ab exercitio incipere debemus. [f] Dicemus itaque, quòd exercitium est motus voluntarius propter quẽ anhelitus magnus, & frequens est necessarius. Et ad ipsum quidem peragendum conuersus secundum modum suæ æqualitatis, & in hora sua, nullo indiget eorum medicamentorum, quæ materialibus necessaria sunt ægritudinibus, & ægritudinibus complexionalibus, quæ eas sequuntur, & ex eis accidunt: & hoc quidem est cum reliquum eius regimen conueniens est & rectum. Et huius quidem declaratio est, quoniam quemadmodum [g] scis nutrimẽto indigentes sumus, & nostræ conseruatio sanitatis est ex nutrimento nobis conueniente, quod æquale existit in quantitate sui & qualitate. [h] Nullum autem ex nutrientibus, quæ sunt in potẽtia, cum omni totalitate sui ad nutrimentum mutatur in effectu: immo in vnaquaq; [i] digestione aliqua ex eo superest superfluitas, ad quam euacuandam studet natura. Verũtamen naturalis euacuatio vnius earum non est euacuatio completa, immo proculdubio ex superfluitate cuiusq; digestionis remanet residuum, & impresio. Cũq; hoc frequenter fiet, & iterabitur, & aggregabitur ex eo aliquid mensuram habens, prouenient ex eius aggregatione superfluitates malæ, corpus à multis lædẽtes partibus. Cum enim putrefient, ægritudines generabunt putridas. Et si ipsarũ qualitas fortis fiat, malitiam generabunt complexionis. Et si earum quantitates multiplicentur, prouenient inde ęgritudines repletionis prædictæ. Et si ad aliquod mẽbrum fluxerint, apostemata generabũt: & ipsarum fumi substantiæ spiritus cõplexionem corrũpent. Nobis ergo necesse est eas ꝓculdubio euacuare. Earum aũt euacuatio ſm plurimũ non complet̃, neq; ꝑficit, nisi cũ medicinis [k] fiat venenosis, quę procul-

coire.

F G. li. 2. d san. tu. cap. 2. d

F G. ibi. e

H

G G. 16. de v. p. capi. 14. e

H G. 6. de san. tué. cap. 1. b

I G. 1. de san. tu. capi. 3. h, &. c. 12. g. h

K F. 4. cap. 9.

A proculdubio naturam frangunt: quæ etiam si venenosæ non essent, nõ posset esse, quin eas bibere naturæ laboriosum esset, quẽadmodum dicit Hippo. quòd medicina purgat & inueterat. Et præter hoc totum cum humore superfluo euacuant ex humiditatibus naturalibus, & spiritu, qui est vitæ substantia, partem magnam: & hoc quidem totum est ex eo quod virtutem membrorum principalium, & eis seruientium debilitat. Hæc ergo & alia sunt impedimenta repletionis, cum in sui dispositione dimissa fuerit, aut cum euacuabitur.[a] Amplius exercitium est res, quæ magis prohibet, ne repletionis materia congregetur: cum alia regimina conuenerint ei: & est id quo calor innatus [b] viuificatur, & corpori leuitatis confert vsum. Ipsum nanq; subtilem dilatari, vel expandi facit calorem:[b] & quod ex superfluitatibus congregatur, quaq; die dissoluit: & motus eas in expellẽdo iuuat: & ad loca vnde egredi solent, perducet. quare singulis diebus non cõgregatur superfluitas, de qua sit curandum: & præter hoc est sicut diximus, q [b] calorem innatum accrescere facit, & iuncturas, & [b] chordas duras efficit: quamobrem fortificat eas ad operationes perficiẽdas, [b] & à passionibus securas facit, & membra apta redit [b] ad nutrimentum recipiendum, propter illud, quod ab ipsis ex superfluitatibus minuit. Virtus igitur attractiua mouetur, & membrorum nodositatem resoluit, & membra facit leuia, & humiditates subtiliat, & [b] poros dilatat. Exercitium autem relinquens in hecticam frequenter incurrit, quoniam membrorum debilitantur virtutes, B propterea quòd motum dimittunt, qui innatum eis defert spiritum, qui vitæ cuiusque membri instrumentum existit.

A G.li.1. d san.tu. ca.14.f.g

B G.li.2. de san.tu. ca.2.e.f. & de renũ affe. digno.c.7.a

De speciebus exercitij. *Cap. 2.*

E[c] Xercitium aliud est, ad quod peruenitur ex occupatione alicuius humanarum operationũ: aliud est exercitium purum, quod est illud, quod intenditur, scilicet quod est exercitium tantum, ex quo exercitij quæruntur iuuamenta: quod habet differentias. Nam exercitiũ aliud est multum, aliud est paucum, aliud est [c] forte, & vehemens, aliud [c] est debile & leue, & aliud est [c] velox, & aliud est tardum, & aliud est athit, seu athicum, scilicet compositum ex fortitudine & velocitate, & aliud est [c] {metharach,} & inter oĩa duo extrema repitur equale.[d] Exercitij vero species sunt, luctari, & [d] {almebathase} & currere, & incedendi velocitas, & iacere cũ arcu, & proijcere iaculos, & salire super pedem vnum, & cum ense, aut cum lancea scrimire: & equitare equos, & alcafach, cum manibus, quod est, vt homo super pedum extremitatem stet, & manus suas ante & retro veloci extendat motu. Et hæ quidem sunt exercitij species velocis. [d] Ex subtilium vero & debilium exercitiorum speciebus est exercitium, quod fit in [d] {alargiha} & in cunis stando, aut sedendo, aut iacendo, aut paruam nauiculam intrando, aut nauiculam piscatorum.[d] Istis autem fortius est, vectari in equis, & camelis, & lecticis, & in plaustris vehi. Et ex fortioribus quidẽ exercitijs sunt ea, quę fiunt C campestribus armis, & est, vt homo cursum stringat suum in loco campestris ludi vsq; ad finẽ, deinde retro redeat, & incessanter spatium quaq; reuersione minuat, donec stet in fine eius in medio. Et ex eis est, insequi vmbram suam, vt ipsam percutiat in capite, & manus adinuicem percutere: & in plano salire, & in alto: & ludere cum virgis [e] retortis dictis alsulegian cum pila magna, aut parua lignea: & ludere cum pila ex corio inflata, aut non inflata: & lapidẽ eleuare, aut proijcere: & equos currere, & ipsos in circuitu retroducere. Almebatase quoq; multas habet species: Ex quibus est, vt quisq; luctantium in medio sui comparis manus suas teneat, & ipsum constringat, & quisque ipsorum laboret, vt à suo socio soluatur altero ipsum tenente. Et est etiam, vt manus suas supra suum comparem contorqueat, & dextram suam ad sui comparis dextram porrigat, & sinistram ad sinistram, & facie ipsius ad illius faciem cõuersa, & ipse eleuet eum ad superiora, deinde reuoluat eum, & quandoq; incuruetur, & quandoq; erigatur. Et ex eis est impulsio, quæ duobus fit pectoribus. Et ex eis est, vt quisque eorum sui comparis collum teneat, & ipsum ad terrã trahat. Et ex eis est, pedes torquere, & ipsos premere, & crura sui comparis suis cruribus contorquere, vel inuoluere, & quæ his similia existunt ex modis, quos luctatores faciunt. Ex exercitijs vero velocibus est, vt quisq; duorum comparium locum cum suo compare velociter permutet, & saliendo ad posteriora retrorsum tendat, & alter ad anteriora secundũ ordinem, aut absq; ordine. Et ex eis est exercitium, D quod fit duabus acubus subselliorum: & frequenter ad posteriora saliendo: & est vt homo stet in aliquo loco, deinde à duobus sui lateribus duas subselliorum acus in terrã figat, inter quas sit vnus passus, postea incedat mutando, quæ à dextra est ad sinistram, & quæ à sinistra ad dextrã: & sit hoc quàm velocius possibile fuerit. Et exercitia quidem fortia & velocia fiunt quietibus admista, aut exercitijs suauibus. Amplius exercitia fieri debent secundum diuersos modos, & non secundum vnum est standum.[f] α Vnumquodque præterea membrum exercitium habet sibi proprium. Et manuum quidem & pedum exercitium non est res occulta. [f] Pectus vero & membra anhelitus, quandoque exercitantur [g] voce graui & magna, & quandoque acuta, & inter eas mista. Et hoc ẽt exercitium est ori, & vuulę, & linguæ, & collo, & decorat colorẽ, & mundat pectus, & ipsum exercitat cum ex sufflatione, & retentione anhelitus: & hoc erit toti corpori aliquod exercitiũ, & ipsius dilatat canales: verũtamen magnam longo tempore efficere vocẽ, est timorosum. Et si quæ fortis est perduret, necessaria fit multa aeris attractio, in qua est timor. Et si sit longa, erit necesse multum expellere aerem, in quo magnus existit timor. Ad legendum præterea suauiter est incipiendum, deinde vox ordinate est exaltanda: postea cum vox fortior facta fuerit, & creuerit, & longa fuerit, tempus ipsius ponendum erit temperatum: qm̃ tunc magnum affert iuuamentum. Quod si eius

C G.li.1. de sa.tu. ca.8.g

C G.ibi.a

C exercitiũ cõpositum ex debili & tardo.

D Gal.li.2. de san. tu.c.9.10.&.11.

D specie exercitij velocis.

D fune suspensa, in qua pueri sedent & ludentes mouentur.

E G.li.2. de san.tu. ca.19.&.10.

F G.li.2. d san.tu. ca.11.h.a.b.c.d.e

Infra α

F G.ibi.c.11.h

G Aeti.li.1. Ser.3. cap.5.

tempus prolongabitur, erit in ipſo timor temperatis & ſanis. Vnuſquiſqꝫ præterea homo ſecun- E
dum ſe habet exercitium. Exercitium vero quod eſt debile, ſicut reuolutio in cuna illis eſt conue-
niens, quos febres debilitauerunt,[a] & conualeſcentibus, qui ſe mouere non poſſunt, neqꝫ ſedere: A Aeti. li. 1. Ser. 3. capi. 6.
[a] & quos hellebori potio debilitauit: & quæ ſicut ipſum ſunt, & ægritudinem in diaphragmate ha-
bentibus. Cumqꝫ ſuauiter fiet,[a] dormire faciet, ventoſitates diſſoluet: & confert reliquijs ęgritudi-
num capitis, ſicut ſtupori,[a] & obliuioni, & commouebit appetitum, & naturã excitabit. Cum au-
tem ſuper lectum, in modum viſcoli fiet motus, erit conuenientius ei, qui habet, ſicut [a] hemitriteũ,
& febres compoſitas, &[a] phlegmaticas, & habẽti[a] hydropiſim, & dolorem[a] podagricum, &[a] ęgri
tudines renum, q̃m hæc commotio ſuper lecticam in modum viſcoli materiam efficit aptam euul-
ſioni. Et debile quidem ei, qui eſt debilior, & forte ei, quæ eſt fortior. In plauſtris autem vehi has ef
ficit operationes, ſed eorum impreſsio eſt vehementior ꝙ̃ huius. Et eſt etiam cũ quidam plauſtris
vehũtur facie retrouerſa, quod viſus debilitati, & eius obfuſcationi magnum confert iuuamẽtum.
[a] In paruis vero nauibus, & magnis ferri, confert [b] lepræ, &[b] hydropiſi, & apoplexiæ, & frigiditati B F. 4. c. 13. & Aet.
ſtomachi, & eius [b] inflationi, & illud cum prope littus maris fuerit, & cum cõmouebitur ex eo nau
ſea, ſeu [c] vomitus, & deinde quieſcet, cõferet ſtomacho: ſed nauibus ferri in mare altum, eſt fortius C F. 4. c. 13.
in remouendo ægritudines, quas nominauimus: propterea ꝙ ſ̃m animam lætitia, &[c] triſtitia diuer- C Aeti. ibi.
ſificantur. Membrorum autem nutrientium exercitium eſt conſequens exercitium reliquarũ par F
tium corporis. Viſus[d] præterea exercitat̃ res inſpiciendo minutas: & quandoqꝫ ordinando ipſum, D Li. 3. F. 3. t. 1. c. 5.
vt res luminoſas leuiter intueatur. Auditus etiam exercitatur ſonos auſcultãdo occultos, & quan-
doqꝫ auſcultando magnos. α Vnumquodqꝫ etiam membrum exercitium habet ſibi proprium: & *α Supra*
hoc quidem in conſeruatione ſanitatis cuiuſcunque membri referemus, cum ⸢librum⸣ diſpone- *D tertium*
mus particularem. Exercitio præterea vtens, ſibi cauere debet, ne exercitij fortitudo, vel calefactio
[e] ad id, quod ex membris ſuis eſt debile, perueniat, niſi ſ̃m modum conſequendi. verbi gratia, opor E Haly. 1. prac. c. 5 & G. li. 5. de ſan. tu. c. 3. a
tet, vt cui varices accidunt, pedes in exercitio quo vtitur, nõ multum moueat: ſed ipſum diminuat,
& ſuum perficiat exercitium cum eis, quæ ſunt corporis ſupiora, ſicut collo, & capite, & manibus:
ita vt exercitij impreſsio, ſeu veſtigium ad ipſius pedes à ſuperioribus perueniat.[f] Corporis præ- F Haly. ibi, & Ga. 5. de ſan. tu. c. 3. h
terea debilis exercitium oportet, vt ſit debile: & fortis, vt ſit forte.[g] Et eſt tibi ſciendum, ꝙ vnum- G G. li. 2. d ſan. tu. ca. 11. h
quodqꝫ membrum per ſe habeat exercitium, quod eſt ſibi proprium, quemadmodũ oculo eſt pro-
prium intueri, quod eſt ſubtile: & gutturis vocem ingroſſare, vel augmentare, poſtquam hoc ordi
nate fit: & ſimiliter dens & auris. Et eodem modo omne membrum in ſuo cap.

De hora incipiendi exercitium, & menſurandi, & ordinandi ipſum. *Cap. 3.*

H[h] Ora qua inceptio exercitij præparatur, oportet, vt corpus ſit mundum, & ne in partibus H G. 2. de ſan. tué.
viſcerum, & venarum chymi crudi, & mali exiſtant, quos exercitium in corpore diffundat: G ca. 2. g
[h] & vt cibus heſternus iam ſit digeſtus in ſtomacho, & hepate, & venis, & vt alterius cibi hora iam
aduenerit.[h] Et hoc quidem declarat vrinæ ſecundum ſubſtantiam, & colorem maturatio: & erit
hæc principium horæ huius digeſtionis. Cum enim tempus ab ea iam lõge fuerit: & natura aliquo
tempore in nutrimento miniſtrare deſierit, & igneitas in vrina accenſa fuerit, & citrinitatis natu-
ralis terminus tranſierit, exercitium impediens erit, quoniam virtutem deijciet. Et propter hoc di
xerunt[i] quidam, quòd cum forte exercitiũ neceſſarium eſt, bonum eſt ne ſit ſtomachus vehemen I G. li. 2. aph. 16.
ter inanitus, immo ſit in eo paucum nutriens, & in hyeme quidem ſit groſſum, & in æſtate ſubti-
le. Amplius, qui exercitatur ſi eſt plenus, melius eſt, quàm ſi exercitetur cum eſt vacuus: & melius
eſt, vt exercitetur cum eſt calidus et humidus, quàm vt exercitetur dum eſt frigidus et ſiccus. Et ex
horis quidem ipſius melior eſt æqualitas inter ea ambo. Eſt autem cum exercitium hominem cali
dæ & ſiccæ complexionis ad ægritudines perducit: cum igitur diſceſſerit ab eo ſanabitur.[k] Opor- K Aeti. li. 1. Ser. 3. ca. 2.
tet præterea, vt qui exercitatur incipiat, & ſupfluitates ab interioribus expellat, ſcilicet inteſtinis,
& veſica: deinde exercitetur:[l] veruntamen præparationis fricatione prius vtatur. quæ naturam vi- L G. 2. de ſan. tué. ca. 2. h
uificet, & poros dilatet: & oportet, vt fricatio cum re aſpera fiat: deinde oleo inungatur dulci, po-
ſtea ſecundum ordinem inungatur, donec membrum preſsione non vehementis penetrationis
comprimatur: & fit hoc manibus multis, & diuerſis obuiãtibus ſitibus: ideo, vt hoc ad omnes mu- H
ſculorum perueniat partes: deinde dimittatur, poſtea fricatus exercitari incipiat.[m] In tempore au- M Ga. 2. de ſan. tu. ca. 7. c
tem veris horarum ipſius melior eſt, quæ eſt iuxta meridiem in domo temperata, & in æſtate opor
tet ipſum præcedere. In hyeme vero rationi conueniens erat, vt fere vſqꝫ ad veſper tardaretur: ſed
alia prohibentia hoc vetant. In hyeme igitur[m] locus tepefieri debet, & temperate calefieri: deinde
exercitio vtendum in hora, quæ melior exiſtit ſecũdum illud, quod diximus ex digeſtione nutrien
tis, & expulſione ſuperfluitatum. In quantitate autem exercitij tres res ſunt conſiderandæ: Vna
earum[m] eſt color: quoniam dum in ipſo bonitas eius augetur, adhuc eſt hora.[m] Et ſecunda motus, M G. ibi. c. 11. a
quoniam dum leues perſeuerãt, adhuc eſt hora.[m] Et tertia membrorum diſpoſitio[m] ſecundum ip-
ſorum inflationem: quoniam dum ipſorum augetur inflatio, adhuc eſt hora.[m] Cum autem diſpoſi-
tiones iſtæ minui ceperint, & ſudor vaporalis, & reſudatio fluens facta fuerit, dimittendum erit.
Cum autem dimiſſum fuerit,[m] applicetur ei olea[m] {almagarach} in vngendo, præcipue ſi anheli- *M copioſa*
tum ſui exercitans tenuerit. Cumqꝫ die primo terminum exercitij ipſius cognoueris, & ipſum nu-
trieris, & nutrientis quantitatem, quam tolerare valet cognoueris, nil in ſecũda die mutes, ſed nu
triens ipſius exercitium in die ſecundo, menſura ſecundum eius terminum in die primo.

De frica-

A *De fricatione.* *Cap. 4.*

A Ga.lib.2.de san. tuen.c.3. d
A Gal.ibidem.h
B Ga.lib.2.de san. tuen.c.6.g
B apotherapia, idest recuratoria,
B G.ibidem.c.6.h

F[a] Ricatio alia est dura, quæ restringit vel inspissat, & fortificat: alia est mollis, quæ laxat: & alia est multa, quæ macrescere facit: & alia est temperata, quæ ingrossat. Cumq; hæc cōponentur, prouenient paria nouem.[a] Et est etiam fricatio, quæ est aspera .s. cum pannis asperis, quę sanguinē ad exteriora velociter trahit: & alia est lenis cum palma, aut cum pannis lenibus, quæ sanguinem aggregat, et ipsum in membro continet. Quod autem ex fricatione quæritur,[b] est corporum rarorum inspissatio, & mollium induratio, & spissorum rarificatio, & durorum mollificatio.[b] Est præterea præparationis fricatio, quæ est anteq; fiat exercitium, & incipit fieri suauiter, seu leniter: deinde cum existimatur, q approximetur hora surgendi ad exercitium, tunc vehementior fiat fricatio.[b] Et ex ea est fricatio [b]{alastardad,} quę est post exercitium: & vocatur etiam fricatio quiescere faciens: & quod in ea intenditur est superfluitatum in musculis retentarum resolutio, quæ non sunt euacuatę per exercitium vt euaporentur, & non accidat fatigatio, seu lassitudo. Et oportet quidē, vt hæc fricatio molliter & moderate fiat. Sed, q̄ ex ea melior est, est prima, quę est cum oleo, quę cū duritie & asperitate facienda non est: neq; terminanda seu finienda: qm̄ membra inde exasperant, & pueri ab augmento prohibentur, sed in adolescentibus est eius impedimentum minus.[b] Quod si in fricatione contingat error, qui ad partē duritiei declinet, est sanior errore, qui ad mollitiei par-
B tem declinat: Qm̄ fortem resolutionem facilius est corrigere, q̄ succurrere vel corrigere præparationem corporis, quæ fit cum molli fricatione ad recipiendum superfluitates vel corruptionem: licet fricatio dura, & aspera, cum superflua fuerit in corpore puerorum, ipsos crescere prohibeat. Et tu quidem inuenies hoc post, apud rememorationem horæ fricationis & conditionum ipsius: verūtamen in hac hora fricationi reductionis declarationem addemus.[c] Dicemus itaq; q ipsa pro certo est, ac si esset vltima pars exercitij in qua cum oleo incipiendū est, & fortitudine: deinde cum ea ad mediocritatem est declinandum, neq; vsq; ad laborē eius est dimittenda.[c] Et melius quidem est, vt dum fit, multæ super eam coniungantur manus. Fricatus præterea, membra sua fricata post fricationē extendere debet, vt ab eis superfluitates expellantur: & [c]fasciā, petiā, seu mantile sumat, quæ ad partem membrorum omnium ipsis extensis fricando procedat: & quāto plus poterit, suū contineat anhelitum: & præcipue cum musculi ventris lassi fient, & pectoris musculi, si facile fuerit, extendentur: postea etiam musculi ventris in fine rei parum extendantur, vt intestina inde aliquam habeant reductionem: & inter hoc & hoc eat, seu ambulet, & se supinum proijciat, & suos pedes pedibus sui comparis commisceat.[e] Excellentes vero in summa exercitiorum administrant retentionem anhelitus inter exercitia ipsorum, & qn̄q; interponunt fricationē reductionis in medio exercitij, ipsum nanq; dimittunt: & ad ipsum redeunt, si prolongandi exercitium voluntas af-
C fuerit. Et ille non indiget fricatione plurima, q vult fricatione reductionis, & est ille, cui non denegatur aliquid ex dispositione ipsius sana, & non vult redire, sed si lassitudinem senserit, oleo inungatur, sicut nominabimus. & siccitatem si senserit, fricatio augmentanda erit, donec ad æqualitatē perueniat.[f] Fricatio præterea quandoque iuuat, & fortis compresio, cum tempus est dormiendi: quoniam corpus alleuiat. & humiditates ad iuncturas prohibet fluere.

C G.3: de sa. tuen. ca.1.f
D G.lib.3. de san. tuen.c.2. d
E Ga.lib.3. de san. tuen.c.2.e.f
F G.li.12.de medē di metho.c.3.g

De balneo & nominandis balneis. *Cap. 5.*

G Ga.lib.3. de san. tuen.c.4.a
H Haly.li.1.Prac. c.14.
I Aeti.lib.1. ser. 3. c.166.
K Fē.2.do.2. sum. 1.c.19.
L Fen.2.d. 2. sū.1. c.19.& lib.4.F.7.t. 4.c.2.& Ras.1. 4.c. 18.& Alsara lib.the. t.11.c.1.
M F.2.do.2. sū. 1. c. 19.
N Cap.7.
O Halya.1. Prac. c.13.

H[g] Vic autem homini, in cuius regimine noster consistit sermo, balneatio resolutionem faciēs non est necessaria: qm̄ corpus ipsius est mundum: & neq; qui balneo indiget, eget ipso nisi vt ab [h] ipso habeat calorem subtilem, & humiditatem tēperatam.[h] Quapropter isti in ipso nō multam debent facere moram. Immo vtantur tina vsu tam longo quousq; in ea rubeat ipsorum cutis & infletur, & in principio resolutionis ab ea remoueantur.[i] Et aer in circuitu eorum aquam dulcem fundendo humectetur, deinde velociter lauentur & egrediatur.[h] Oportet præterea ne exercitatus ad balneum velociter pergat, donec pfecte quiescat. Balneorum vero dispositiones, & eorum conditiones iam declaraui, & [k] in alio loco retuli. Verūtamen, quod hic dicere debemus est, q oēs balneandi, fm ordinem balnei casas ingredi debent: & neq; in domo calida moretur, nisi fm quantitatem, quæ eis fastidium vel angustiam non inferat, & requiescere faciat propter superflui-
D tatum resolutionem: & corporis ad nutriens preparationem à debilitate ipsum custodiendo, et ab aliqua forti causarum febrium putridarum.[l] Qui vero impinguari desiderat balneum post comestionem ingrediatur, si securus fuerit, ne oppilationes accidant. Et qui bene se custodire voluerit, si calidæ fuerit complexionis, syrupum acetosum bibat propter oppilationum prohibitionem: & si frigidæ fuerit complexionis, diamentastrum sumat, & diatrion pipereon.[m] Qui autem vult resolutionem, et macrefieri, balneandus est dum est famelicus, & ibi multum moretur. Sed, qui sanitatem vult conseruare, balneum ingredi debet, postq̄ digestum est, quod est in stomacho et in hepate:[n] & si timet vt cholera ebulliat rubea, si hoc fecerit, & se ieiunus balneauerit, [o] ante balneationē rem sumere debet subtilem, quam comedat. Et qui vero calidæ existit cōplexionis, cholera abundans rubea, hoc est ei necessarium. & huiusmodi ab ingressu domus balnei calidæ prohibēdus est. Ex eis autem quibus isti cibantur, melius est panis in succo fructuum īfusus, aut in aqua ros. Et se custodire debent, ne rem frigidam actu bibant in egresione balnei, aut in balneo: qm̄ pori sunt aperti, quare frigiditas non tardatur, quin ad membrorum principalium corpora procedat, & ipsorum corrumpat virtutes. Ab omni quoq; re vehementis caliditatis se custodire debent, & præcipue ab aqua: qm̄ si eam sumpserit, timendum erit, ne cito ad mēbra penetret principalia, & acci-

dat

dat phthisis & hectica. Præterea sibi caueant, ne cito balneum egrediantur, [a] & caput post ipsum E discooperiant, & corpus ad recipiendam frigiditatem exponant. immo, à balneo egredi debent, si tempus fuerit hyemis, suis bene cooperti pannis. Sed qui febrem habet, à balneo se custodire oportet in hora febris: & qui solutionem habet continuitatis, aut apostema. Et tu quidem iam [b] sciuisti ex eo, quod præcessit, ꝙ balneum est calefaciens, & infrigidans: & humectans, & desiccans: & iuuans, & impediens. Et eius quidem iuuamenta sunt [c] somnum facere, [d] & aperire, & abstergere, et resoluere, & digerere, [e] & nutrimentum ad cutis superficiem attrahere: & ipsius iuuamentũ non est nisi in resolutione eius, ꝙ resolui volunt: & in expulsione eius, ꝙ vult expelli in parte naturali: & in retentione ventris: & remotione lassitudinis. [f] Eius autem impedimenta sunt debilitare [f] cor si multum morati fuerint, & facere [f] syncopim, & [f] nauseam, & humores quietos mouere, & eos ad putrefactionem præparare, & [g] cum eis ad membrorum debilium receptacula declinare: ergo ab eis accidunt apostemata in occulto membrorum, & in eorum superficie.

De ablutione, quæ fit cum aqua frigida. *Cap. 6.*

HOc quidem conueniens non est, [h] nisi cuius regimen vndiq; conseruatur: & cuius ætas & virtus, & figura, & tempus sunt conuenientia: & [h] nauseatiuam satietatem, neq; vomitum, neq; fluxum ventris, neq; vigilias, neq; rheumatismos habet, neq; est puer, neque senex: & in hora in qua ipsius corpus est leue, & motus conuenientes. Et est cum hoc fit post ablutionem aqua ca- F lida factam, ad hoc, vt exteriora fiãt fortiora, & vt calor retineatur naturalis. Quod si voluntas affuerit vt istud fit, oportet [h] ne aqua multum sit frigida, immo sit temperata: & est cum hoc fit post exercitium: & tunc quidem oportet, vt fricatio ante ipsum fiat fortior, ꝗ̃ solebat, [i] sed inunctio fit ex oleo, quemadmodum solebat: et sit exercitium post fricationem temperatam, et sit parum velocius, ꝗ̃ solebat. [i] Deinde post exercitium in aqua frigida subito ingrediatur vt ipsius mẽbris simul accidat vel superueniat, postea perseueret vel permaneat in ea fm mensuram suæ leuitatis vel agilitatis & quantum tolerare valet, anteꝗ̃ superueniat horripilatio: deinde cum [i] egressus fuerit, fricetur, sicut nominabimus, & eius cibus augmentum suscipiat: & vini [i] potus diminutionem. [i] Et consideretur tempus reuersionis sui coloris ad ipsum, & caloris eius: ex quo si velox fuerit, scieť, ꝙ eius mora fuit moderata: [i] & si tarda fuerit, scietur, ꝙ mora prolixior fuit, ꝗ̃ debuit. Ipse igiť alio die mensuretur fm ꝙ ex hoc scitum fuerit. Et est cum post fricationem & coloris, & caloris reuersionem, iterum aquam ingreditur: sed, qui hoc agere voluerit, gradatim in ipso procedat: & calidiore die, [k] qui est in æstate hora feruoris prius incipiat: & sibi caueat ne ventus sit ibi, & ne illud [l] post coitum peragat: neq; [l] post cibum, qui non sit digestus: neq; faciat [l] hoc post vomitum, neq; [l] euacuationem, neq; post cholericam passionem, neq; [l] vigilias, neq; corporis debilitatem, neq; stomachi, neq; post exercitium: nisi qui illud agit, valde sit fortis: tunc enim administretur fm modum G quem diximus. [l] Cum aqua autẽ frigida lauari fm modos, quos diximus, calorẽ naturalem subito ad interiora pellit. [m] Postea cõfortat ipsum, vt fortior fiat, & egrediatur extra in duplo plus ꝗ̃ erat.

De regimine eius, quod comeditur & bibitur. *Cap. 7.*

OPortet vt sanitatis conseruator studeat, ne cibi ipsius substantia sit aliquod [n] nutrientiũ medicinalium, sicut olera, & fructus, & reliqua ab ipsis: quoniam subtiliantia sanguinem sunt adurentia: & grossa sunt ipsum phlegmaticum facientia, & corpus grauãtia. Oportet autem vt cibus sit talis, quales sunt carnes, & proprie carnes hœdorum, & vitulorum lactentium paruorum, & agnorum annualium. [o] Et triticum ab extraneis rebus purgatum: quod ex messe sana fuerit collectum, cui nullum accidit nocumentum. & [p] res dulcis conuenientis complexionis: & vinum bonum odorem bonum habens. Alia autem ab istis non respiciat, nisi fm modum fuerint medicationis: aut fm præseruationem. Fructus tñ nutrienti magis similes sunt [q] ficus: & [q] vuæ maturæ dulces valde & dactyli in regionibus, & ciuitatibus in quibus esse consueuerunt. Veruntamen cum aliquis hæc comederit, si superfluitas inde prouenerit, ad ipsam festinet euacuandã. Oportet præterea ne aliquis comedat, α nisi post desiderium, neq; in hoc tardetur cum desiderium fuerit excitatum, nisi fuerit mendosum, [r] vt ebriorum desiderium, et habentium fastidium, [s] β quoniam tolerare famem stomachum virulentis replet humoribus. In hyeme præterea [r] nutriens actu calidum H comedat: & in æstate frigidũ, aut quod paruæ sit caliditatis. Et neq; caliditas neq; frigiditas ad rem perueniat, quam sustinere non possit. [t] Scias autem ꝙ nihil est deterius saturitate in tempore fertilitatis, quam fames sequitur in tempore sterilitatis: & econuerso. sed tamen cõuersio est deterior. Vidimus enim multos, quibus in tempore sterilitatis cibus defecit: postea cum in tempore fertilitatis abundauit, repletos fuisse & mortuos: licet vehemẽs repletio in qualibet dispositione sit pernecabilis, siue ex comestione sit, siue ex vino. Quot nanq; homines superflue se repleuerunt, & suffocati interierunt. Cum autem error ceciderit in comedendo, aut bibendo aliquod medicinaliũ nutrientium, tunc oportet vt regimen sit in digestione eius & maturatione ipsius, & custodiendũ est à malitia complexionis, quæ ex eo [v] timetur: accipiendo ipsum, quod sit ei contrarium, donec digeratur. Quod ergo frigidum fuerit, sicut cucumer, & cucurbita, tẽperetur cum eo, quod ei existit contrarium, sicut allia et porri. Et si fuerit calidum temperetur cum eo etiam, quod ei fuerit cõtrarium, sicut cucumeres, & portulaca. Et si oppilatiuum fuerit, sumatur quod aperiat & euacuet: deinde famem conuenientem toleret. [v] Et neq; ipse, neq; oẽs, qui sanitatem custodire volunt, aliquid comedant, α nisi desiderium fuerit certum, & stomachus, & superiora intestina à primo nutriente

A G.3. de vic. rõne 54. g
B F.2. do.2. sum.1. c.19.
C G.2. lo. af. c.9. a
D Ga.11. de meth. med. c.10. e
E G.4. de sa. tuen. c.6. a, &. 3. de vict. rõne. 55. g
F Alsahar lib. the. t.11. c.1. & Ras. t.4. c.18.
G Ga.11. de meth. med. c.20. h. a, & Alsahar ibidem.
H Aet. lib.1. ser.3. c.168. & Paul. lib.1. c.51.
I Ga.3. de sa. tuen. c.4. c
I Gal. ibidem. d
K G.3. de sa. tuen. c.4. c
L Paul. li.1. c.51.
M Gal.2. de simp. med. fac. c.2. e
N G. li.3. de téper. c.4. d, &. 8. meth. med. c.2. h
O Gal.1. aliment. c.2. e. f
P G.1. de cau. sympto. c.6. d
Q G.2. ali. c.8. e, & li. de cib. bo. c.8. e, & G.2. ali. c.9. g
Infra α
R Ras. t.4. c.4.
S L.3. F.13. t.2. c.1. & G.6. apho. 50. & 3. natur. fac. c.13. d.
Infra β
T F.2. d.2. c.17. & Ras.33. contin. t.2. 479.3. & G.2. d vic. rõne. 53. g
V G. li. de dissolu. cõti. c.1. g
Supra α

A G.li. de dissolu. conti.c.1.a
B Haly.li.1. Prac. c.6.& Ras.33.cont. t.2.480. 2.
B nauseatiua satie tas ex corruptione cibi in stomacho, q̃ accidit cibo indigesto
C Halya. & Ras. ibidē.480.2.
D G.ibi.g, & Halya.lib.1. Prac. c.6.
E Ga.de disso. cōti. c.1.f.a,& li.3. de sa. tu.c.13. b
F Lib.3.Fē.13.t. 3. c.3.
G G.li. de dissolu. cōti.c.1.g,&.c.2. g
H Lib.3.Fe.13.t.1. c.36.
I Ras.33.conti.t.2. c.1.483.3.
K Cap.9. & lib. 3. F.13.t.3.c.5.
L Ras.t.4.c.3.
M Ras.33.cōt.t.2. 484.1.
N Haly.li.1.Prac. c.6.& Gal.lib.7. de meth.med.c.6.g
O Opposi. Fen. 2. do.3.c.11.
P Ras.t. 4. c. 4. & 33.conti. t.2. 480.2.
Q G.li.de cib. bo. & ma.c.10. 2, & de dissoluti. continui. c.1.e,& li 6. de san. tuen.c.4.h
R Gal.lib.de dissolu.ibi. & de succo & bo.& vitio.c. 10.a
S G.6.de sa. tuen. c.4. h
T Fē.4.c.1.& Halya.li.1.Pra.c. 6.
V G.li. de dissolu. continua.c.1.h
X G.de dissolu.cōtinua.c.22.b
Y G.de dissolu.cōtinua.c.1.c
Z Li.3.Fen.16.t.1. c. 2.
A G.de disso.conti.c.1.c.d,& Gal. li. de consuet.c.1. c,& c.2.a.b

A triente euacuata fuerint.[a] Quod.n.in corpore est deterius, est nutriens super nutriens, quod non est digestum,mittere.Et præterea nihil est deterius,q̃ [b] {altochme & proprie cum fuerit nauseatiua satietas seu repletio} ex malis nutrientibus:q̃m cum fastidium prouenerit ex grossis nutrientibus,hereditare faciet iuncturarum dolores,& renum,& dispnœam,& podagram,& splenis,& hepatis grossitiem,& phlegmaticas ægritudines,& melancholicas: [c] sed cum ex subtilibus acciderit nutrientibus,prouenient ex ipso febres acutæ,malignæ,& apostemata mala acuta.[d] Veruntamen quandoq; necesse est aliquem cibum, aut rem cibo similem mittere super alium cibum, quæ sit ei sicut medicina,verbi gratia,sicut illis,qui comedũt nutrientia acuta aut salsa. Cum.n.ad ea subsequuntur post tempus,in quo nondum completa fuit digestio,res humectantes ex cibarijs seu nutrientibus insipidis,rectificatur per hoc chymus illius quo nutriti fuerũt. Et istis quidem hoc sufficit regimen:& exercitium non est eis necessarium.Et horum cõtraria dispositioni, est dispositio eorum,qui grossis cibarijs post aliquod tempus consequenter admiscent,quod velociter digerit, & est acutum.[e] Amplius paruus motus post cibum facit ipsum ad fundum stomachi descẽdere:& proprie cum dormiendi post ipsum cibum voluntas affuerit. [f] Accidentia præterea animæ fortia seu superflua,& motus corporei fortes,digestionem fieri prohibent.[g] Et in hyeme quidẽ cibi pauci nutrimenti non sunt edendi,sicut olera:sed nutriens magis est edendum, quod est maioris nu-
B trimenti ex leguminibus,& similibus eis fortis soliditatis:et in æstate,huius contrarium.[h] Ex cibo etiam nullus ita est replendus,vt non sit ibi locus superfluo ipsius, sed ab eo est remouendus reliquijs desiderij adhuc in anima remanẽtibus:hæ.n.famis reliquiæ post horam vnam destruuntur. Et in hoc vsus est conseruandus:q̃m deterior comestio est,quæ stomachi facit grauitatem:& deterior potus vini quantitas est,quæ temperamẽtum egreditur,& in stomacho natat: & si aliquo die superfluerit,sequenti die famelicus maneat,& somno vtatur prolixiore in loco temperato,in quo neq; sit calor,neq; frigiditas.Quod si somnus ei non aduenerit, multo vtatur incessu suauiter, & continuo,in quo non sit quies neq; requies,& parum puri vini bibat.[i] Rufus inquit. Incessus hic mihi placet,& proprie post prandium, q̃m præparat bonitatem loci,in quo cœna debet cadere. Oportet præterea,vt post comestionem primo [k] super dextrum latus dormiat pauco tẽpore:deinde super sinistrum reuoluatur,postea reuoluat se super dextrum.Et debes scire,q̃ multis cooperiri pannis,& [l] ceruical eleuare,ex illis existunt,quæ in digerendo iuuant:& ad vltimum quidem vt membrorum situs ad inferiora sint declinantes,& non ad superiora.[m] Et cibi quidem mensuratio existit ſm vsum,& virtutem:& vt mensura eius in eo,qui sanẹ est virtutis,sit talis cum ipsum recipit,[n] qui ei grauamen non afferat,& hypochondria non tendantur,neq; inflet,& rugitum non faciat,neq; natet.& non [n] accidat ex eo nausea,neq; caninum desiderium,neq; casus,neq; ingenij pi-
C gritia,neq; insomnietas:neq; ipsius sapor in ructibus post tempus reperiatur,et quotiescunq; post tempus magis longum sapor in ore repertus fuerit,erit deterius.Declaratur autẽ,q̃ [o] cibus sit temperatus,cum ex ipso non prouenit magnitudo in pulsu,[p] & in anhelitu paruitas:hoc nanq; nõ accidit,nisi propterea,q̃ stomachus comprimit diaphragma,& propter hoc fit anhelitus paruus, & inspissatur,& cordis necessitas additur seu augetur cum hoc.Magnificatur ergo pulsus,q̃m in virtute non existit debilitas.Ille pręterea,cui post comestionem accidit caliditas & calefactio,nõ vna totum comedat hora,sed paulatim per interualla,propterea ne ei ex repletione dispositio accidat, quæ sit sicut rigor,quem postea sequatur calor,sicut fortis febris cum calefit cibus. Amplius, qui quantum ei sufficit,digerere non potest,comedendi numerum multiplicet,& quantitatẽ minuat. [q] Melancholicus præterea nutriente indiget vehementer humectante, & parum calefaciente. [r] Cholericus vero eo,quod humectat & infrigidat:& ille quidẽ in quo sanguis calidus generatur inflammabilis,nutrientibus indiget frigidis,& pauci nutrimẽti.[s] Et hic in quo sanguis generatur phlegmaticus,nutrientibus pauci nutrimenti indiget,in quibus caliditas sit & subtilitas. Nutrientia præterea ordinẽ in sui receptione hñt,in quo sanitatis cõseruator solicitus esse debet: [t] ne illud, quod subtile est,& cito digeritur,post forte nutriens,quod sit eo durius,in cibo sumat:nisi ſm modum,quem dicemus,quia prius digeritur q̃ ipsum,& super illud natabit,non habens viam qua pe-
D netret:putrefiet ergo & corrumpetur:& corrumpet illud,quod ei admiscebitur.[u] Iste etiam nõ primo comedere debet cibum labilem,ita vt post ipsum cibum fortem & durum in cibo sumat, q̃m cum ipso labetur cum ad intestina penetrabit eo nondum tam integre digestio,quãtum debebat. Pisces quoq;,& quæ eis similantur,post laboriosum exercitium comedendi non sunt: corrumpentur enim & corrumpent humores.Hominum præterea sunt [x] quidam,quibus conceditur comedere illud,in quo virtus existit styptica,anteq̃ suum comedant cibum.Et isti quidem sunt stomachi laxitatem habentes,ex quorum stomachis cibi descensus fit velociter: & non in eis moraẽ, donec digeratur.Quapropter stomachi dispositio,& eius complexio semper est consideranda.[y] Et est etiam aliquis hominum,in cuius stomacho cibus corrumpitur subtilis, qui cito digeri solet: & fortis,qui tarde solet digeri,in ipso digeritur:[z] & hic quidem est cuius stomachus est igneus. Et ex eis est,qui huic existit contrarius:quorum quisq; ſm suum vsum est regendus. Regiones quoque proprietates habent naturales,& complexionibus insunt res extra rationem.[a] & hoc quidem obseruandum est,& oportet,vt experimentum in hoc rationem vincat. Est nãq; cibus, qui solet comedi,in quo aliquod existit nocumentum,& est conuenientior bono non vsitato.[a] Vnaquæque præterea figura,& complexio hominis,cibum habet conuenientem & consimilem, & ad eas immutandas,

mutandas, si voluntas ei affuerit fiet cum contrario. Ex hominibus quoque est, cui aliquod nutrientium bonorũ, & laudabilium nocet: ipsum ergo relinquere est ei conueniẽs.[a] Ille vero in quo mala digeruntur nutrientia, ob hoc non decipiatur, quoniam post dies in ipso mali generabũtur humores, ægritudines facientes & pernecantes. Et sæpe etiam conceditur ei, in cuius corpore mali habẽtur humores, vt rem bonam largiter comedat, & proprie cum non patitur ventrem sibi solui, propter debilitatem eius. Cum vero alicuius corpus rarum fuerit, & ad resoluendum facile, nutriẽdus erit ex[b] nutriente γ humido, quod cito digeratur: licet rara corpora magis tolerare possint nutrientia grossa, & diuersa, & sint[c] longinquiora ab hoc, vt causæ intrinsecæ ea lędant, & magis apta recipere extrinsecarum causarum impedimenta. Amplius, qui multam consueuit comedere carnem, si ociosus fuerit phlebotomia ei reiterari debet. Et ille cuius complexio ad frigiditatem declinat, cõfectiones bibere debet, & trypheras: & ex eis, quæ stomachũ, & intestina, & venas, quæ sunt iuxta ea mundificare consueuerunt. Et nihil quidem deterius est,[d] quàm diuersa nutriẽtia simul adiungere:[e] & post illud in comestione[f] tẽpus prolongare. cum. n. postremum nutriẽs aduenit, primum iam incepit digeri: nutrientis ergo partes in digerendo nõ similantur.[g] Oportet præterea te scire, quod nutriens melius est, quod melius sapit: propterea, quod stomachus, & virtus retentiua vehementer ipsi applicantur, cum bonæ fuerit substantiæ: &[h] fuerint omnia principalia membra secundum complexionẽ propinquam sibi adinuicem conuenientia & sana, & non sint multum diuersa in complexione F plusquàm exigit res naturalis: & ista quidem est conditio. quod si complexiones sanæ nõ fuerint, & membra in suis complexionibus diuersificentur, fueritque hepar à stomacho diuersum secundum diuersitatem, quæ fit supra naturalem, non erit istud considerandum. Ex impedimentis vero nutrientis bene saporosi est, quod possibile est, vt homo ex eo multum comedat. Ex vicibus præterea satiãtis comestionis est, vt homo vna die semel, & altera bis mane & vespere comedat: veruntamen in hoc vsus vehementer est conseruandus, quoniam[i] si ille, qui bis in die comedere consueuit, semel comedit, debilitabitur, & lassabitur eius virtus. Sed qui digerẽdi debilitatem habet, bis comedere debet[k] & minuat comestionem quaque vice. Et qui semel in die comedere consueuit, si ad bis comedendum redibit, accidet ei debilitas, & pigritia, & lassitas, & si sine comestione permãserit nocte illa, debilitabitur:[k] & si cœnauerit non digeretur, & accident ei ructus acidi, & malitia animæ, & nausea, & oris humiditas, & lenitas ventris: propterea, quod stomacho immisit rem quam non consueuit: & accidet ei aliquod accidentium, quæ accidunt ei cuius nutriens non bene fuit digestum, quæ nunc scies. Et ex eis quidẽ, quæ accidunt ei[k] si ipse non cœnauerit, timiditas, & dolor sunt oris stomachi, et mordicatio: & videbitur sibi, quod omnia eius viscera, & intestina sint suspẽsa, propter vacuitatem stomachi: & propterea, quod in seipso colligitur, & contrahitur: & minget vrinam adurentẽ, & egestionem adurentem egeret.[k] Et est etiam cum in extremitatibus accidit frigus propter effusionem cholerę G ad stomachum. Et hoc quidem est magis in cholericas habentibus cõplexiones: & similiter in eis, qui habent in stomacho choleram rubeam, & non in toto corpore: & corrumpetur somnus: & de latere in latus reuoluetur. Corpora præterea in quorum stomachis aggregatur cholera rubea multa, est necesse separatim comedere, & vt velociter cibentur, ita[l] vt etiam cibatio præcedat balneationem: alia vero ab eis, exercitari debent, & etiam balneari, deinde cibari: sed comestio balneationem non præcedat. quod si alicui necessarium fuerit comedere ante exercitium, solum panem tali sumere debet mensura, vt digeri possit, antequàm suum incipiat motum: & quẽadmodum oportet motum, qui est ante comestionem debilem non esse: ita necesse est ei ne motus: qui est post ipsam, sit nisi molliter & suauiter. Corrupto præterea desiderio, quod ad res declinat acutas, & neque dulces diligit, neque vnctuosas, nil est melius, quàm vomitum cum tali quale est oxymel cum raphano post pisces prouocare. Qui autem ex hominibus pinguis existit, oportet ne illico cũ egreditur balneum, comedat: sed expectet, & paruum dormiat somnum: & huic quidẽ semel comedere in die, est conueniens. Amplius non illico post comestionem est dormiẽdum cibo natante:[m] & à forti motu super cibum quantum plus possibile, est abstinendum: ne cibus anteque digeratur, penetret: aut sine digestione labatur: aut corrumpatur complexio eius propter cõmotionem, neque post ipsum multa bibẽda est aqua, quæ ĩter ipsum, & corpus stomachi separationem faciat, & ipsum faciat natare.[n] sed H expectandum est, & non est bibendum, donec de stomacho descendat. Et hoc quidem declarat superioris ventris leuitas. quod si sitis ei necessitatem[n] fecerit, modicum aquæ frigidæ sugẽdo sumat: & quanto plus fuerit frigida, tanto minus ex ea sufficiet. Et hæc quidem quantitas stomachum alleuiat, & colligit.[o] Ad summum vero si bibatur super cibum post complemẽtum eius, seu post completam comestionem eius, non in hora comestionis quantitas aliqua cum qua cibus infundatur, seu humectetur, est non nocens. Sitim autem tolerare, & cum ea dormire, infrigidatis & humectatis confert: Et calefactis habentibus choleram rubeam nocet: β & similiter tolerare famem. Cholera præterea rubea abundantibus ex tolerantia famis accidit vt cholera rubea ad ipsorum effundatur stomachos. Cumque aliquid comederint, ipsorum corrumpentur cibi: & in somno, & in vigilijs accidet eis illud, quod nominauimus ex eis, quæ ei accidunt, cuius corrumpitur cibus. Eis quoque accidet, vt comedẽdi voluntatem amittant. Quibus tunc dandum est aliquid, quod hoc deponat, & eorum leniat naturam cum eo, quod est lene, & non fastidiens, sicut pruna & parum o{siracost.} Cumque desiderium reuersum fuerit, comedant:[p] licet corpora humida cum humiditate naturali, veloci resolutioni sint apta: neque tantum famis tolerent quãtum corpora sicca paucæ humiditatis, nisi

A G.2.aliment.c.6.d, & de dissolu. conti.c.6.a
B G.de succorum bo.& vit.c.10.a oppositum.
Infra γ
C G.1.de sa. tuen.c.10.f,&.2.c.6.h, et de opposita compositu. hum.corp.c.4.f
D G.1.d vic. ratione.18.h,&.3.35.f,& Aet.lib. 1. ser. 2.c 239.
E Paul.lib.1.c.73.
F Ras.33.cont.t.2. 480.4.
G G.2.apho.38.& de dissol.cõt.c.1.d, &.c.4.d, & Ras. 479.4.
H Ras.33.cõti.t.2. 479.2.
I Hip.2. de vic.ratione.24.h
K Hip. 2. de vict. rõne.22.c
K Hip.ibi.24.h
L Cap.5.
M G.de dissol.conti.c.1.a
N Ras.t.4.c.5.
O G.li.de dissol.conti.c.1.a.b
Supra β
O manna.
P Gal.1.apho.14.c

A nisi humiditatibus plena fuerint alijs ab eis, quæ sunt in substãtia membrorum eorum, cum bonæ fuerint, & conuenientes & recipientes, vt natura eas in nutrimentum in effectu completum conuertat.[a] Vinum quoq; post cibum, est ex rebus magis nocẽtibus, qm̃ digeritur velociter, & penetrat, & facit penetrare cibum, cum nondum sit digestus, & facit hereditare oppilationes & putrefactionem.[b] Res præterea dulces ad faciẽdas oppilationes sunt veloces, qm̃ natura eas trahit anteq̃ digerantur. Et oppilationes quidem ad multas perducũt ęgritudines tales, qualis est hydropisis.[c] Grossities præterea aeris & aquæ, & quæ maxime est in æstate, est ex eis, quæ cibum corrũpunt: Ideoq; non est malum, vt super ipsum vinum temperatum bibãt, aut aquam calidam in qua cocta fuerint xyloaloe, & mastix. Et præterea cuius viscera calida fuerint & fortia, cum grossum comederint cibum, frequenter accidet vt ipsius nutriens ventositates efficiat, & stomachum, & partes eius tendẽtes:[d] & ægritudo mirachia inde etiam procedit. Qui autem stomachum habet vacuum, cum rem comedit subtilem, stomachus post ipsam stringitur, & si postea rem comedere voluerit grossam, refugiet ab ea stomachus, neq; eum digeret: quare corrumpitur nisi inter ea tempus positum fuerit. Et in huiusmodi quidem dispositione melius est vt grossus cibus paulatim præmittatᷣ, qm̃ stomachus tunc à subtili non terrebitur. Cum autem in aliquo comedente repletio superfluerit, aut quia in eius stomacho aliquis inundauerit motus, aut aliquis admiscebitur potus, ad vomẽ-

B dum erit properandum. Quod si hoc ei defecerit, aut vomere non potuerit, aquam calidam paulatim bibat, qm̃ repletionem deponet, & somnum afferet. Ad dormiendum ergo se prosternat, & quantum voluerit dormiat. Quod si hoc non suffecerit, aut ei non aduenerit, considera si te natura excusabit expulsione, bonum erit: & si non, iuua ipsum cum eo, quod vẽtrem suauiter soluit: & calefactum quidem cum tali qualis est tryphera, & zuccarum rosᷣ. egestionem faciens, aut mistum cum origano murabato: & infrigidatum cum tali quale est diacyminum & [d]{alseriaran,} & [d]{altameri.} Et vino [e] quidem impleri facilius est, q̃ impleri cibo. Et ex eo quod est conueniens sumere, est aloe post tale, qualis est cibus hic ad magnitudinẽ trium cicerum, aut mediam drach. aloes, & mediam, drach. terebinthinæ, & sextam drach.[e]{baurach.} Et ex eo, quod est leue est sumere ex terebinthina sm quantitatem duorum cicerum, aut trium. & est cum ei admiscetur quantũ ipsa est, aut minus ex baurach. Et ex eo, quod est conueniens, & vehementer laudatum est parũ epithymi cum vino. Quod si nihil horum tolerat dormiat quantum voluerit: & die vna à comestione abstineat: & si alleuiatus fuerit, balneet se: & pannum calidum ventri superponat, & nutriẽs subtilīet. Et si cum hoc toto, non digestus fuerit, & grauitatem, & tensionem, & pigritiam fecerit, scias q̃ iam venæ repletæ sunt ex suis superfluitatibus: qm̃ nutrienti multo & superfluo: licet accidat vt in stomacho digeratur: raro tamen digeritur in venis, immo in ipsis remanet crudum, & extendit

C eas: & quandoq; scinduntur, & generat pigritiam, & laborem, & alices, & oscitationes. Ipse igitur medicandus est cum eo, quod ex venis soluit. Quod si neq; hoc senserit, immo fatigationem tantum, aliquo tempore quiescat: deinde fatigationis spẽm, quæ accidit, medicetur cum eo, quod [f]modo nominabimus. Si vero aliquis in annis multum processerit, neq; ipsius corpus ex nutrimento tantum receperit, quantum suscipiebat, dum esset iuuenis: & eius nutrientia fiant superfluitates, non tantum debet comedere quantum solebat, immo minus. Et cum ille, qui regimen ingrossare consueuerat, regimen subtiliauerit, ingredietur ex aere in foramina quantitas eius, qua faciebat, seu implebat eos regiminis grossitudo: & nunc non replet eos regimen subtile: cumq; sit reditus ad regimen grossum accidunt in eo oppilationes. Et calidorum nutrientium impedimenta emendentur cum syrupo acetoso: & quãmaxime de seminibus, qm̃ ipse est magis iuuans: q̃ omnes species syrupi acetosi, si fuerit de zuccaro: sed si fuerit de melle, simplex sufficit. Et frigidorum, quę ex eis sunt cum hydromelle, & syrupo ipsius, & diacymino. Et quæ ex eis sunt grossa, cõplexionem habens‸ frigidam, ea corrigat cum pauco dia trion pepereon, aut diacalamenthi. Nutrientia vero subtilia magis sunt sanitatis conseruatiua, & virtutem minus iuuant, & fortitudinẽ: & grossa sunt istis contraria.[g] Ei igitur, qui confortatione indiget, nutrientia fortis chymi sunt necessaria & contrariantis fami vehementi, seu & prohibentis famem vehementem. Veruntamen ex eis non mul

D tum comedant, ideo vt digerantur.[h] Exercitati præterea, & multi laboris, magis sunt tolerantes nutrientia grossa, quos forsitan in digerendo iuuat fortis somnus: & quia in ipso fiunt profundi. Sed accidit eis: propterea, quòd multum sudant, & ex eorum corporibus multa resoluitur quantitas, q̃ ipsorum [i] hepata ex nutriẽte rapiunt illud, quod nondum fuit digestum, & præparat eos ad ægritudines perniciosas in fine vitæ, aut in eius principio: & proprie quia sunt in sua confidentes digestiua, quam ex sua habent dormitione: quæ destruitur cum eis frequẽter vigiliæ proprie cum senescunt.[k] Fructus præterea recẽtes non sunt boni nisi laboriosis exercitatis cholera rubea abundantibus: & in æstate, & eos ante comestionem comedant. Et ipsi quidem sunt, sicut chrysomela, & mora, & melones, & persica, & pruna. Quod si alijs regantur rebus, & non istis, erit melius: qm̃ omnis res, quæ sanguinẽ aquositate implet, facit ipsum ebullire in corpore ebullitione succus fructuum ab extra, & si quandoq; iuuamentum præstet, tamen ipsum ad putrefactionem parat: & similiter illud, quod sanguinem humore implet crudo: licet quandoq; conferat sicut cucumeres & [k]{alchetha.} Et propter hoc, qui his nutrientibus multum vtuntur, febribus sunt apti: licet prius infrigident. Et tu quidem scire debes, q̃ humori aquoso plerunq; accidit, vt fiat virulentus, & hoc erit, cum non resoluetur, & in venis remanserit: & cũ isti exercitijs vti cœperint, anteq̃ huiusmodi

aggre-

A Cap.8. & Ga.li. 7. de metho. med. c.6.b
B Ga.de cib.bo. & ma.c.4.e
C Li.3.Fen.13.t.1. c.36.
D Li.3.Fen.1.t.4. c.18.
D electuariũ solutiuum,
D electuariũ de dactilis.
E Hip.2.apho.11.
E nutri.
F Cap.16.
G Ga.de dissoluti. conti.c.2.g
H G.li.1.aliment. c.2.b
I G.1.alimẽt.c.2.a
K G.de cib. bo. & ma.c.13.b, & alim. 1.c.2.e, et l.2.c.11.h
K longi arcuati subtiles.

‸ calidã, cũ syrupo acetoso de fortibus seminibus, et cõplexionẽ habẽs

aggregentur aquositates,& illico cum fructus comederint,etiam exercitentur,resoluentur aquositates istæ,& minuetur impedimentum,quod per eas habet̃.Scire quoq; debes, ꝙ cum in sanguine phlegma existit crudum,aut aquositas,prohibet ne cibi nutrimentum corpori adhęreat.& minoratur nutricatio.Oportet præterea vt qui fructus comedit,post ipsos incedat,deinde post ipsos comedat aliquid,ad hoc vt labantur.Nutrientia vero,quæ aquositatem generant,& humorẽ crudum grossum & choleram,generant febres:propterea,ꝙ ea,quæ ex ipsis sunt aquosa,faciunt sanguinem putrefieri,& quæ ex eis sunt viscosa,& grossa:propterea,ꝙ foramina claudũt,& quę sunt ex eis cholerica,ideo quòd corpus calefaciunt,& propter sanguinis acuitatem,quæ per ea generatur.Olera vero cholerica vel amara qñq; multum conferũt in hyeme:quemadmodum,quæ ex eis sunt insipida,qñq; multum conferunt in æstate. Quod si alicui necessarium fuerit nutrientia comedere mala,paucis vicibus,& non frequentibus eis vtatur,& cum eis misceat, quod sit eis contrarium.[a] Et cui quidem res dulcis nocumentum prębet,acetosa bibat,sicut acetum,& granata,& syrupum acetosum factum cum aceto,& cydonijs,& his similibus, & vsum habeat euacuãdi.[a] Et cui acetosum nocuerit,post ipsum mel sumat,aut vinum antiquum:& hoc quidem faciat ante maturationem & digestionem.[a] Et similiter vnctuosi nocumentum pontico emendatur, sicut sunt castaneę,& grana myrti,et siliqua de Syria,& [a]{alnabac,}& [b]{zarur,}& amaro sicut enula[c]{muraba,}& salso,& acuto,sicut [d]{alchuamich,}& allijs,& cepis:& ecõuerso.Cum vero alicuius corpus malis fuerit repletum humoribus,cum subtilitate ipsum nutriẽtibus laudabilibus copiose refice:& γ illum cuius corpus ad resoluendum facile fuerit,nutri humido,quod velociter digeratur. [e] Gal. inquit humidum nutriens est,quod ab omnibus qualitatibus est separatum : & est quasi insipidum,qm̃ neq; est dulce,neq; acetosum,neq; amarum,neq; acutum,neq; põticum,neq; salsum. Rarum præterea est magis tolerans nutriens grossum,ꝙ̃ solidum.Nutrientia quoq; sicca assidue comedere,fortitudinem cadere facit,& colorem corrumpit,& naturam siccat. Et ex vnctuoso fit pigritia,& aufertur desiderium:& ex frigido fit pigritia,& ĩfrigidatio:& ex acetoso fit senium, vel exiccatio corporis seu macilentia.Et similiter ex acuto & ex salso fit stomacho nocumẽtum:& salsum etiam impedit oculum.Amplius cum vnctuosum nutriens,& cõueniens comeditur & post ipsum malum nutriens,corrumpet ipsum.Nutriens quoq; viscosum,est tardius ad descendẽdum: & similiter cucumeres cum suis corticibus velocius descendunt,ꝙ̃ excorticati:& [f] similiter panis cum suo furfure velocius descendit,ꝙ̃ cribellatus. Laboriosi præterea regimen cum subtiliatur & post rem comedit grossam,sicut rizum cum lacte post famem,acuit sanguinem, & fit vt ipse ebulliat,vnde minutionis prouenit necessitas,licet parum sit ex quo fuit minutus:& similiter iram habens.Scire præterea debes,ꝙ dulce nutriens rapit natura anteꝙ̃ maturescat,& digerat̃, & corrumpit sanguinem.Nutrientium quoq; iudicia quandoq; fiunt ex parte compositionis ipsorum. Experimentatores nanq; Indi,et alij iam dixerunt,ꝙ lac cum rebus acetosis edendum non est,neque pisces cum lacte,qm̃ inde ad ægritudines peruenitur permanentes sicut lepra:neq; comedi debet [f]{mest}cum raphanis,neq; carnibus volatilium,neq; sanic post rizum cum lacte:neq; in pulmento ponatur oleum,aut res vnctuosa,quæ in æneo stetit vase:neq; comedatur assatura,quæ fuit assata super prunas alcherua.Cibaria quoq; diuersa à duabus impediunt̃ partibus,vna earum est,propter diuersitatem eorum in digerendo:& qm̃ quod ex eis est digestum,ei admiscetur, quod nõ est digestum.Et secũda qm̃ aliquis plus potest comedere ex vno cibario. In tempore quoq; antiquo, qui exercitabantur,iam fugierunt ab hoc:contẽti.n.erant solius carnis comestione in mane, & solius panis in cœna.Et in æstate quidem melior [g] comedẽdi hora existit,quæ est frigidior.β Famem quoq; tolerare,stomachum qñq; malis replet humoribus.Amplius scire debes,ꝙ [g]{alcubeb}cum digeritur,multi existit nutrimẽti,sed tarde descendit,& in monoculo moram facit.& [h] {surbagi,} est nutriens bonum,cumq; in ipsa fuerit cepe,ventositates expellit:& cum cepe non fuerit, commouebit ventositates.Ex hominibus præterea sunt,qui putant vuas post capita assata vtiles existere:sed non est quemadmodum existimant,immo vehementer sunt malæ:& similiter [i] {nebit.} Sed & comedenda sunt talia,qualia sunt grana mali granati absq; suis ossibus. Scire quoq; debes, ꝙ [k]{althaiugi}est sicca & ventrem stringens,sed pullus est humidus,& ventrem soluens.Ex gallinis vero assatis melior est,quæ in ventre hœdi,aut agni assatur, qm̃ eius conseruatur humiditas. Et etiam scire debes,ꝙ ius pulli vehementer temperat humores,& plus ꝙ̃ ius gallinarum : sed tamen ius gallinarum est magis nutriens.Hœdus præterea cum fuerit frigidus,erit melior : propterea,quòd eius quiescit vapor.Et agnus cum est calidus,est melior:propterea, ꝙ ipsius malus odor resoluitur.[l] {Zirbagi}quoq; cum calefactis datur,non oportet vt sit in eo crocus: sed non calefactis in eo esse debet crocus.Confectiones quoq; licet ex zuccharo fiant,sicut[m]{alfeludegi:} malæ tñ sunt:propterea,ꝙ oppilationes faciunt et sitim.Amplius scire debes,quòd impedimentum panis cum non digeritur,est multum:sed carnis nutrimentum,cum non digeritur,est minus hoc.

De regimine aquæ & vini. Cap. 8.

COmplexionibus temperatis,aqua conuenientior est,quæ in frigiditatis fortitudine temperata existit:& cuius infrigidatio cum niue deforis fit,pręcipue si nix mala fuerit.Et in niue ẽt bona huiusmodi existit dispositio:[n] qm̃ quod ex ea resoluitur,neruis,& membris anhelitus nocumentũ facit,& omnibus interioribus:neq; tolerat eã nisi vehementer sanguineus.[o] Quòd si non illico nocumentum alicui fecerit,secundũ longitudinẽ dierum faciet : & cum in annis processerit,

Empi-

E F G H

A Raſ.t.4.c.11.

A fructus minor sebesten,
B spẽs mespili,
C condita,
D res præparatæ cum aceto, et sale,
Supra γ
E Lib. 2. aliment. c.64. g

F Gal. 1. aliment c.2. f

F lac coagulatum acetosum, sed minoris acetositatis, ꝙ; lac coagulatum

G G.de dissol.cõtin.c.1.b
Supra β
G caro assa super prunas
H brodium cũ pauco rizo aut melle,
I vinum.
K perdix vel phasianus

L cibarium ex carne elixa in aqua cum aceto & melle
M confectio ex farina amyli & zuccaro:
N Gal.li.de boni. aquæ.g
O G.li. de renum aff.dig.c.7.h

A Empiricorum autem quidam dixerunt, ꝙ inter aquam putei, & fluminis non est facienda coniunctio nisi cum vna earum descenderit. Et aquæ quidem electionem iam [a] demonstrauimus: & similiter emendationem eius, quæ ex ea mala est: sed tamen si aceto misceatur rectificatur. Scias aũt, ꝙ bibere aquam cum aliquis [b] est ieiunus, & post exercitium, [c] & balneationẽ, & proprie ventre vacuo, & similiter siti [b] mendosæ nocturnæ obedire, quemadmodum crapulatis accidit, & ebrijs, & cum natura in digerendo studet, satietate aquæ iam sufficienter præcedente, vehementer est impediens. Et si multa quidem fuerit necessitas, oportet vt aere frigido temperetur, & collutione oris ex aqua frigida. Deinde si hoc non suffecerit, cũ vase bibat stricti orificij: licet hoc qñq; [b] ebrio conferat, & qñq; non nocet, vt ieiunus bibat. Quod si quis ieiunus abstinere non poterit, quin aquam bibat, et proprie post exercitium, bibat prius vinum aqua calida temperatum. [d] Et siti quidẽ mendosa impeditus scire debet, ꝙ dormire & sitim tolerare, ipsam sedat. Natura. n. tũc materiam sitim facientem resoluet, & proprie cum inter tolerantiam & somnum coniunctio sit. Cumq; natura digestiua extinguetur propter potum & obedientiã eius, redibit sitis mendosa: propterea, ꝙ humor sitim faciens eleuat eam. Oportet præterea ne sitim habens mendosam aquam ingurgitando sumat, immo sugendo. Multam quoq; aquam frigidam bibere, est malum. Quod si vehementer necessarium fuerit, sit post sufficientem comestionem. Amplius aqua tepida nauseã facit. & quæ ma-
B gis calefacta est, ꝗ ista, cum frequenter bibitur, infirmat stomachum: sed cum aliquibus diebus, seu aliquoties bibitur, stomachum lauat, & ventrem resoluit. [e] Vinum vero albũ & subtile aquosum calefactis est melius: nõ. n. capitis efficit dolorem, sed qñq; humectabit, [f] & dolorem capitis alleuiabit, qui ex stomachi ardore prouenit. Et loco quidem ipsius ponitur vinum in quo infusæ fuerint tortellæ, aut panis: & collatum, seu ab eis tortellis, & pane ĩfusis depuratum, & proprie quod permistum fuerit duabus horis anteꝗ̃ bibatur. Vinũ vero grossum, quod est dulce, est melius illi, [g] qui pinguis vult esse, & fortis: ab [h] oppilationibus tamen eius sibi caueat. Vetus autẽ rubeum est melius complexionem habenti frigidam & phlegmaticam. [i] Et vinum quidem post quodlibet oium cibariorum bibere, est malum: quemadmodum huius causam iam integre [k] declarauimus: Non ergo bibatur, nisi postꝗ̃ ipsum fuerit digestum & descenderit. Super cibum vero mali chymi bibere vinum, dum comeditur, aut hora digestionis, aut ante, aut postꝗ̃ digeritur, est malum: qm̃ facit malum chymum in extrema corporis penetrare: & similiter super fructus, & proprie melones. Et à paruis quidem incipere melius est, ꝗ à magnis. super cibum tamen duas brialas, aut tres bibere, nõ nocet ei, qui consueuit: & similiter sano post minutionem. Vinum præterea cholera abundãtibus rubea confert: α propterea, ꝙ choleram rubeam vrinam prouocando, expellit. Et humidis: propterea, ꝙ humiditates maturat. Et quantomagis eius odor fuerit bonus, & ipsum fuerit melius, & sa-
C poris melioris, est magis conferens. Vinum quoq; est cibo bonus [l] penetrator in toto corpore: [l] & incidit phlegma: & resoluit ipsum: [l] & α choleram rubeam in vrina, & alijs extrahit: & choleram nigram labi facit, & facile exire: & eius flectit nocumentum propter contrarietatem: & omnes resoluit nodos sine multa caliditate extranea. Et ipsius quidem species in suo loco nominabimus. Ille autem cuius cerebrum [m] fuerit forte, non cito inebriabitur, neq; eius cerebrum malos vapores ascendentes suscipit, neq; ad ipsum peruenit ex vino, nisi eius conueniens calor: & ipsius ingeniũ taliter clarificatur propter vinum, ꝙ ingenia alia cum re simili non clarificantur. Qui vero ab isto diuersus fuerit, erit ei diuersum. Et ille quidem, qui in pectore debilitatem habuit, quia eius anhelitus in hyeme coangustatur, vinum multum bibere non potest. Amplius, [n] qui multum vinum bibere voluerit, comestione nõ repleatur, & diuretica in suo epulo ponat. Quod si ex cibo, aut vino repletio acciderit, ipsum euomat, & hydromel bibat, & postea ipsum etiã euomat, deinde os suum aceto & melle abluat, & faciem aqua frigida. Et cui quidem vinum nocumentum fecerit per calefactionem in corpore, & ignitum fuerit hepar, sit eius nutriẽs, verbi gratia, illud, quod fit cũ succo vuæ acerbæ, & quæ eis similantur: & sint ea quibus post comestionem vtitur, dum bibit talia, qualia sunt granata, & citri acetositas. Et ille quem ex parte sui capitis impedierit, minuat ex ipso: & quod est permistum & clarificatum bibat: & ea quibus post comestionẽ vtitur, dum bibit, sint ta-
D lia qualia sunt cydonia. Quod si in stomacho nocumentum fecerit ex caliditate eius, comedat semina myrti torrefacta, & parum ex trochiscis de camphora sugat & illud in quo est stypticitas & acredo. Et si nocumentum fecerit propter frigiditatem eius vtatur post comestionem cypero & gariophyllis, & corticibus citri. Et tu quidem scias, ꝙ vinum vetus est quasi medicina, & pauci existit nutrimenti. [o] Nouum vero vinum lędit hepar, & ad hepaticam perducit fluxum propter inflationem suam, & solutionem eius. Et scias etiam, ꝙ ex vinis, illud est melius, quod ĩter vetustatem & nouitatem est æquale: & est clarum album, quod ad rubedinem trahit, bonum habẽs odorem, æqualis saporis: & quod neq; est acre, neq; dulce. Et bonum quidẽ vinum, quod ablutum vocant, est quod ita fit. Tres musti sumantur partes & aquæ vna, & cõmisceantur, & coquatur quousque quarta pars minuatur. [p] Quod si alicui ex vini potatione mordicatio acciderit, mala granata post ipsum sugat, & [p] aquam frigidam, & [p] syrupum absinthium in mane. Et [p] balneum ingrediatur, postꝗ̃ aliquid parum comederit. Et scias, ꝙ vinum permistũ mollificat stomachum, & humectat ipsum & permistum sedat sitim. Scias præterea, ꝙ mistum velociter inebriat: propterea, ꝙ aqueitas penetrat. [q] Amplius sapiens sibi prohibere debet, ne ieiunus vinum bibat, aut anteꝗ̃ membra in calefactis aqua reficiantur: [q] aut post motum fortem, qm̃ hæc duo magnum cerebro faciunt nocumentum,

A F. 2. doc. 2. sũ. 1. c. 16.
B Ras. t. 4. c. 5.
C Lib. 4. F. 7. sũ. 1. c. 11.
D Hip. li. 5. apho. 27.
E Gal. li. 3. de vict. rõne. 1. g, & . 2. aph. 11. & . 18. & de dissolo. conti. c. 14. f
F G. de dissolutio. conti. ibi.
G G. li. de san. tué. c. 5. c
H G. li. 14. de metho. med. c. 15. f, & 3. de vict. ratione. c. 2. g. h
I Cap. 7.
K Cap. 7.
Infra α
L Paul. li. 1. c. 95.
Supra α
M Halyab. lib. 1. Pract. c. 8.
N Ras. t. 5. c. 74.
O Lib. 3. F. 14. t. 4. c. 1.
P Paul. li. 1. 95.
Q Ras. t. 4. c. 5.

cumentum,& neruis:& ad spasmum perducunt,& ad ametiam,aut in ægritudinem,aut in superfluitatem calidam.[a]Frequens quoq; ebrietas est mala,quæ hepatis,& cerebri complexionem corrumpit:& neruos debilitat:& ad neruorum ægritudinem perducit:& apoplexiam:& mortem subitaneam. Vinum præterea multum in quorundam stomachis in malam choleram rubeam conuertitur: & in aliorum stomachis in acetum malum vel acutum : & eorum amborũ nocumentum est magnũ.[b] Quibusdã vero visum est,ꝙ semel in mense aut bis inebriari confert: propterea,ꝙ virtutes alleuiat aiales,& requiescere facit,& vrinã prouocat,& sudorẽ:& superfluitates resoluit. Et scias,ꝙ maius nocumentorũ vini non est nisi in cerebro: ex ipso igitur nemo debile cerebrum habens bibat nisi parũ & mistũ.[c] Et ei quidẽ,qui vino impletur, melius est vt ad vomẽdum festinet, si facile fuerit:ꝙ si non,aquam solam multam super ipsum bibat, aut cũ melle.[c] Et post vomitum in tina balneetur,deinde ex oleo multum inungatur,[c] & dormiat.[d] Et pueris quidem vinũ ad bibendũ dare,est sicut ignẽ igni addere in lignis debilibus.Sed seni quantũ tolerare potest da & [e] iuuenibus da ipsum tẽperate.Regio præterea frigida vinũ tolerat:sed calida non tolerat.[f] Qui autẽ vino repleri voluerit,cibo non repleatur,neq; rem tunc dulcẽ comedat,sed bibat tafeam vnctuosam,& micas vnctuosas comedat:& carnẽ pinguedine mistam & comedat,& non laboret:& post cibum cum bibere [f] voluerit,vtatur amygdalis,& [f] lentibus salitis & chamac de capparibus : & si comederit [f] caules coctos cum carne,& oliuas de aqua,& eis similia,confert ei,& iuuabit in bibendo vinum.& similiter omne quod vaporem alleuiat,sicutß semen caulium de syria [f] {nabati,} & cyminum,& ruta sicca,& calamenthum,& sal napticus,& ameos : & nutrientia in quibus est viscositas,& conglutinatio:propterea,ꝙ vaporem ingrossant:& hęc quidem sunt velut res vnctuosæ,dulces,viscosæ:quoniam ebrietatem prohibent,licet non multum recipiant vinũ,seu non permittant bibere vinum plurimum:propterea,ꝙ ipsa tarde penetrãt.Ebrietatis autem velocitas est, aut propter cerebri debilitatem,aut propter multos humores,qui sunt in eo, aut propter vini fortitudinem,aut propter cibi paucitatem,aut propter regiminis malitiã in ipso, aut in eo, quod cum ipso continuatur.Et eius quidem,quæ propter cerebri debilitatem est:medicatio est rheumatismi antiqui sedatio ex epithematibus in capitulo [g] catarrhi prędictis,& ne ex eo bibatur nisi paucum. Syrupus, qui ebrietatẽ tardat: succi alborum cauliũ pars vna,& succi granatorũ acriũ pars vna,& aceti pars.5. sumatur, & ferueant ebullitionibus aliqbus:& sumatur inde anteq; vinum bibaẽ. ℥.i. & iterũ fiãt pillulæ ex sale &c.& rutę,& cymini nigri,& siccenẽ,& assumaẽ pilula post pilulã.[h]ß Sumaẽ & semen caulium [h]{al nabati,}& cyminum,& amygdalæ amarę excorticatę,& calamenthũ, & absinthiũ,& sal napticus,& ameos,& ruta sicca:& sumat inde in potu,q caliditatis nocumentũ non timet,duarum drach.pondus cum aqua frigida ieiunus.Ex eis præterea,quæ ebrij remouent ebrietatem,est vt ei ad bibẽdum [i] detur aqua & acetum multis vicibus,aut [i] aqua almasal, aut raib acetosum.Et fiat vt ipse odoret [i] camphoram,& [k] sandalum.Et super ipsius caput ponantur infrigidantia repercussiua,sicut [k] oleum rosaceum cum [k] aceto de vino.Accidentium vero,quę ebrietatem sequuntur,sanationem in [l] particularibus nominabimus. Quod siquis cito sine aliquo impedimento inebriari voluerit,in suo vino infundat vsnee,aut lignum aloes indum:Et qui fortiter vult ebrietatem incurrere,ideo vt membrum medicatione dolorem faciente sanetur, in suo vino aquã lolij ponat,aut sumat [l]{fumi terræ}& opij,[m] & hyoscyami ana.ʒ.5.& nucis muscatæ, & galliæ muscatæ,& ligni aloes crudi ana.ʒ.vnius sextam,& inde ad bibendum detur in vino quantum est ei necessarium:[m] aut hyoscyamum nigrum cum corticibus mandragoræ in aqua coquatur, donec rubea fiat,& eam vino admisceat.

E
A Halya.1.Prac. c.9.
B Li.cãtico.pte.2. 34.& Raf.t.4.c.5. & Diosc.li.5.c.5.
C Paul.li.1.c.33.
D Ga.lib.5.de san. tuen.c.5.h
E G.1.de sa.tuen. c.11.h
F Paul.lib.1.c.95. & Raf.t.5.c.74.
F *Infra ß F regione,*
G L.3.F.5.t.1.c.13.
H Raf.t.5.c.74.
Supra ß H regionis sic dictæ
G
I Raf.t.5.c.76.
K Haly.li.1. prac. c.9.
L Lib.3.Fen.1.t.1. c.24.
L mandragoræ
M Raf.t.5.c.75.

De somno & vigilijs. *Cap. 9.*

DE sermone causæ somni naturalis,& subeth & contrariorum ipsorum, & vigiliarum, & insomnietatis:& quid faciendum sit vt eueniat vnumquodq; eorum & remoueatur cum fuerit impediens,seu nocens:& quid vnumquodq; eorum significet:& reliqua ab eis,iam in [n] suo loco parumper præmisimus,& i medicatione particulari [o] adhuc dicemus.Sed quod in hoc loco dicemus,est:ꝙ somnus [p] temperatus virtutem naturalem potẽtem efficit perficiendi suas operationes:[q] & est aialem virtutem quiescere faciens,& in eius substantia augmentum prębens,ita vt fortasse ipsam laxam faciendo,[r] prohibeat spiritus qualiscunq; fuerit resolutionẽ. & propter hoc digerit cibum ſm digestiones [s] nominatas:& [t] succurritur cum eo debilitati,quę accidit ex speciebus resolutionis,quæ est ex fatigatione,aut coitu,aut ira,aut reliquis ab istis.Somnus pręterea temperatus cum humorum inuenit æqualitatem in quantitate,& qualitate,est humectans,& calefaciẽs: & est res magis proficiens senibus,qm̃ in eis humiditatem conseruat,& ipsam eis reducit: & propter hoc dixit Gal.Comedo quaq; nocte manipulum, seu fasciculum ex lactucis cũ aromatibus: ex lactucis quidem,propterea,ꝙ dormire faciunt,& cum aromatibus,ad emendandam eorum frigiditatem.Et [v] dixit,quia ego sum nunc diligens somnum, nam ego sum nunc senex, & confert mihi humiditas,quam somnus mihi facit. Et hoc quidem est regimen, conueniens ei cui rebellat somnus.Et si præmittatur vt ipse balneetur,postq; cibi,quem sumpserit,complebitur digestio: & super ipsius caput multa aqua calida projciatur,erit hoc conueniens adiutorium. Regimen vero hoc fortius in medicationibus [x] nominabimus:sani ergo de re somni cogitare debent vt ipsis tẽperate exhibeatur,& in sua hora,& non superflue:& ab impedimẽto sibi caueant, quod cerebris ipsorum,& omnibus suis virtutibus,afferunt vigiliæ.Homo præterea multoties vigilare cogitur: &

N F.2.do.3.c.3.& do.2.sũ.1.c.13.
O Li.3.Fen.1.t.4. c.1.&c.
H
P Gal.li.1.de cau. sympt.c.8.h
Q Paul.li.1.c.97.
R Li.3.F.1.t.4.c.1.
S F.1.do.4.c.2.& G.li.1.đ cau.symp. c.8.h
T Raf.t.4.c.3.
V Gal.li.2.alimẽt. c.40.e
X Li.3.Fen.1.t.4. c.6.& li.4.F.1.t.2. c.20.

A somnum à se repellere timore syncopis,& casus virtutis:melior quoq; somnus est ille, qui est profundus.Et melior similiter somnus est ille,[a] qui prouenit postq; cibus à superiori ventre descẽdit,[a]& post quietem eius,quod forsitan sequitur ipsum ex inflationibus,& rugitibus:qm̃ dormire super hoc multis impedit modis,imo non sapit,neq; continuatur, neq; separatur instabilitas seu inquietudo & reuolutio de latere in latus:& est impediens,& cum suo impedimẽto nocet dormienti.[a] Quapropter si descẽsus tardauerit parũper incedere debet,postea dormiat.Amplius super vacuitatẽ dormire est malũ,& virtutem deijciens : & super repletionẽ anteq; à superiori ventre fiat descensio,est malum:qm̃ non erit profundus,immo erit cum reuolutione de latere in latus. Cum enim natura in ipso occupatur vel solicitatur cum eo,quo occupari solet in hora somni circa digestionem,tunc accidit ei,deterrens expergefactio & subita,et disturbans,& cum hoc efficitur natura ambigua stupida,quare corrumpitur digestio.[b] In die quoq; dormire est malum:[c] generat enim ægritudines humectantes,& rheumatismos,& corrũpit colorem,& generat splenem,& laxat neruos,& efficit pigritiam,& debilitat desiderium,& generat apata,et febres frequenter.Et ex causis suorum nocumentorum est,vt cito fiat excitatio ab eo, & naturam ab eo in quo erat, stupidã reddat.Ex somni autem nocturni bonitatibus est,q; est continuus & profundus: licet, qui in die dormire consueuit ipsum subito dimittere non debet absq; ordine,seu gradatione.[d] Sed quæ ex figu-
B ris somni est melior,est vt super dextrum incipiat latus,& deinde ad sinistrum reuoluatur. Quod si eius inceptio super ventrem fiat,auxilium fert satis magnum in digerẽdo:propterea,q; calorem retinet naturalem,& ipsum comprehendit,quare augetur.[e] Resupine autem dormire est malũ,& ad malas præparans ægritudines,sicut apoplexiam, & paralysim,& incubum : qm̃ superfluitates ad posteriora declinare facit,& retinentur,et per suos non incedunt canales naturales,qui sunt ab anterioribus,sicut nares & palatum.Et somnum,qui resupine fit, solent [f] incurrere infirmi debiles propter illud,quod musculis eorum accidit ex debilitate,& eorum membris: & quia vnum latus aliud ferre non potest,immo cito resupini voluuntur, quoniam dorsum latere fortius existit. [g] Et propter hoc aperto ore dormiunt propter debilitatem musculorum quibus mandibulæ stringuntur.Et hoc quidem in libris particularibus [h] capitulum habet integrum.

A Ras.t.4.c.3.
B Hipp.lib.2.prognost.11.h
C Ras.31.cõti.t.5.c.1.443.3.
D Cap.7. & lib.3.Fẽ.13.t.3.c.5.
E Ras.31.cõti.t.5.c.1.443.2.
F Li.4.Fen.2.t.1.c.41.&.42.
G Gal.lib.1.prognost.17.h
H Li.4.Fen.2.t.1.c.42.&.41.

De eo quod ab hoc loco ad posteriora reseruandum est. *Cap.* 10.

QVod ab hoc loco ad posteriora reseruare debemus ex eo,quod hoc dici solet, est coitus : & ipsius temperamentum,& emendatio impedimenti eius.Et nos quidem ad posteriora reseruabimus loqui de [i] eo in libris particularibus.Et ex eo,quod hæc etiã dicitur est res medicinarum ventrem soluentium:& ablationis impedimenti earum.Et nos quidem in quibusdam eorum reseruabimus [k] sermonem ad nostras dictiones de medicationibus, & in quibusdã eorum
C ad sermones nostros de medicinis ventrem soluentibus. Verumtamen dicemus, q; sanitatis conseruator vti debet euacuatione facili,& diureticis, & sudorem prouocantibus, & sputum producentibus.Et mulieres quidem vti debent menstrua prouocantibus ex eo, quod modo declarabimus,& te scire faciemus.

I Lib.3.F.20.t.1.c.10.11.12.&.17.
K Fẽ.4.c.4.5.vsq; ad.10.

De confortatione membrorum,& corporum debilium & impinguatione,& magnificatione magnitudinis eorum seu quantitatis eorum, *Cap.* 11.

MEmbra debilia & parua confortantur,& augmentantur:in eo quidem, qui adhuc in tempore existit augmenti,& in tempore vltimo augmenti,[l] fricatione temperata,& exercitio assiduo,quod sit eis proprium,deinde [m]emplastro ex pice.Retentio quoque anhelitus in hunc ingreditur modum:& proprie cum mẽbrum pectori & pulmoni fuerit vicinum. Verbi gratia,præcipiemus illum parum percurrere,qui crura habet gracilia, postea temperatam ei adhibebimus fricationem:deinde ex pice emplastrum apponemus:postea secunda die fricationem obseruabimus secũdum dispositionem suam & augmentabimus exercitium & in tertia die obseruabimus etiam fricationem secundum dispositionem suam,& augmentabimus exercitium,nisi amplitudinis venarum apparuerit significatio,& effusionis materierum,quoniam timor tunc erit in vnoquoque membro ne apostema accidat,& nocumentum ex repletione veniens, quod est ipsi proprium,
D quemadmodum timentur hic varices & elephantia. Cum ergo aliquid huius generis apparuerit, minuemus ex exercitio,quod prius iniunctum fuit,& ex fricatione: immo faciemus ipsum quiescere,& resupinum iacere,& eleuabimus membrum illud.verbi gratia,in eo,qui habet crus siccũ, eleuabimus pedem suum:& fricationem faciemus contrariam, seu conuersam fricationi primæ.s. incipiemus ab extremitate ipsius trahendo versus radicem eius.Quod si voluerimus hoc efficere in membro,quod sit iuxta membra anhelitus,sitq;,verbi gratia,pectus,ligabimus quod est sub eo ligatura,quæ in stringendo sit media,& in latitudine æqualis.postea præcipiemus ei,vt vtat̃ exercitio manuum,& retentione anhelitus vehementi & clamore & voce magna, & fricatione leui. In libris præterea particularibus perueniet ad te qualiter hæc summa exquisite diuidatur.Illud igitur in [n] libro decorationis considerabimus si Deus voluerit.

L Ga.li.6.de sa.tu.c.8.b,& li.14.d metho.me.c.16.f.g
M F.2.d.2.sũ.2.c.14.Doc.4.c.4.& li.2.t.2.c.547.& li.3.F.13.t.1.c.30.& lib.4.Fen.7.t.4.c.4.& F.20.t.1.c.46.
N Lib.4.F.7.t.4.c.4.

De lassitudine,quæ sequitur exercitia. *Cap.* 12.

LAssitudinis spẽs sunt [o] tres quibus additur [p]quarta.Et modi, quibus accidit, sunt duo. Eius vero spẽs sunt tres,vlcerosa,extensiua,& aposa.[p] & illa quidẽ,quæ hic additur, est lassitudo, quæ vocat̃ desiccatiua,& arefactiua.[q] Vlcerosa igitur est lassitudo ex qua,qui eã incurrũt,in supficie corporis tactus vlcerũ similitudinẽ sentiunt,aut in cutis profunditate:& fortior est illa, quæ est

O G.2.apho.5.
P Ga.3.de sa.tuen.c.7.e
Q G.2.cau.symp.c.5 e,&.4.sa.tuen.c.1.f

profundior, & qñq; sentitur illud in tactu,& qñq; habens eam sentit illud in suo motu: Et est cum E sentit,[a] quasi pūcturam spinarū:& abhorret motus:ita etiam abhorreat alices,aut faciat alices cum debilitate.[b] Cumq; α fortior fit,accidit ei horripilatio.Et cum augmentatur,accidit ei tremor & febris.Et [c] ipsius quidē causa est multitudo superfluitatū subtilium,& acutarum, & liquefactio [d] carnis,& adipis propter motus fortitudinem. Et ad vltimum humores mali si per venas discurrerēt, tunc frangeret sanguis bonus nocumentum eorum, & propterea, ꝙ expulsi sunt ad partes cutis, ideo expulsum est illuc purum nocumētum.Minus nanq; malū seu nocumentum, quod efficere possunt est:vt hoc lassitudinis genus accidat:[e] & α si parūper moti fuerint, accidet horripilatio: & si plus moti fuerint,accidet tremor.Et est etiam cum humores acuti ab istis separātur: & crudi remanent in venis.Et est ēt cum crudi in carne existunt.Extensiuā vero habens sentit suum corpus quasi fractum,& sentit calorem,& extēsionem:& abhorret motum:ita vt etiam alices abhorreat, & proprie si ex labore fuerit.[f] Et ipsa quidem est ex superfluitatibus retentis in musculis, quæ tamen bonæ existunt substantiæ:& non est in eis mordicatio,aut ex ventositate: Inter eas vero existit distinctio,cum dispositione leuitatis & grauitatis.[g] Et ipsa etiam multoties accidit ex somno non completo:Cum enim post somnum accidit completum,alia est ibi diuersitas, quæ specierūm peior est.[h] Et quæ ex ea peior est,est cum musculorum extremitates ꝺm rectitudinem tenduntur. [i] Apostemosa aūt lassitudo est,vt corpus sit solito calidius:& sit inflato simile, in magnitudine sui, F & colore:& accidat ei nocumentum cum tangitur,& mouetur:et sentit eius extensionem.[k] Lassitudo aūt desiccatiua,& arefactiua est dispositio per quā sentit hō in suo corpore, quasi iam superflua fuerit i eo exiccatio & siccitas.Et ipsa quidem accidit,aut ex multo exercitio cū bono chymo, aut ex administratione reditionis asperę post ipsum.Et qñq; etiā accidit ex siccitate aeris,& ex diminutione nutrimēti,& ex multo ieiunio.Modi aūt quibus accidit lassitudo,sunt duo.[l] Et ipsi q̄dē sunt,qa lassitudo,aut accidit propter exercitiū,& hæc est magis secura,cuius sanationis via modum habet,q ei est proprius.Aut accidit ex se,[m] & hæc quidem ęgritudinis est antecessio, cuius sanationis via propriū habet modum,qui sibi proprius est.[n] Et est cum vna alij cōiungit̃ ꝺm suarum materierum cōpositionem,aut per seipsas,aut ꝑ exercitium.Cumq; simplicium noueris regimen, ꝑmutandum erit regimen cōpositum ꝺm canonem quem diximus. Et ~~hoc~~ [o] est,ꝙ in primis oportet te maiorem hr̄e solicitudinem de re,q̄ maiorem incutit terrorem,regendo illud ēt quod est sub ea.[p] Et fortasse,quod magis terrefacit,magis est terrefaciens ꝑꝑ tres res, aut propter virtutem, aut propter nobilitatem,aut propter substantiam. Cumq; in eo, quod oportet ex istis conditionibus duæ,aut tres coniungentur,erit hoc magis terrefaciens,nisi vna,quæ remāserit duabus fortior fuerit,adeo vt ipsis resistat:verbi gratia,lassitudo nāq; apostemosa fortior est,& nobilior vlcerosa: sed si vlcerosæ substantia,temperamento & cursu naturali valde fuerit remota, duobus apostemosæ G modis propter nobilitatem & fortitudinem resistet,& præmittetur super ipsam. Si vero non valde remota fuerit,apostemosa super ipsam præmittetur.

A Raf.31.con.t.3. c.1. 439.
B Cap.13. & Fē.1. do.2.c.13. & Ga..3. cau.sympt.c.5.c
Infra α
C Ga.3.sa.tu.c.5.g
D Aet.lib.1.ser.4. c.36.
E Cap.13.
Supra α
F Raf.31.cont.t.3. c.1.439.3.
G Raf.ibi. 440.1.
H G.3.sa.tu.c.5.g
I G.2.de cau.sympto.c.5.c,&.3.sani tuen.c.5.h
K G.li.3.san.tuen. c.7.e,&.c.5.h
L G.2. apho.5.
M G.4.sa.tu. c.2.c
N Ga.3.sa. tuen.c. 5.f.h,&.c.9.h
O Cap. 16. & F.4. c.31.& li.4.F.1.t. 2. c.7.& G.4.sa.tuen. c.9.c,&.5.apho.19.
P G.7. meth. me. c.12.f

De [p] *{alicibus} & oscitationibus.* *Cap.* 13.

A[q] Lices sunt propter superfluitates,quæ in musculis cōgregantur.[r] Et propter hoc multum accidunt post somnum.[s] Cumq; humores illi plus abūdauerint,fiet horripilatio & tremor: & cum plus excreuerint,facient febrem.[t] Oscitatio vero species est alicum propter accidens tendens vel faciens alices,quod accidit in musculis mādibularum & labiorum.[v] Cumq; sanis acciderit,incipiendo absq; causa & nō in hora sua cum multa fuerit erit malum.Et quæ quidem est ex ea melior est prima,quæ est post finem digōnis,qm̄ est propter superfluitatum expulsionem. Et est etiam cum alices,& oscitationes efficiunt frigus,& cutis spissitudo,& pauca resolutio,et expergefactio à somno anteq; compleatur,& expulsio comprimens.[x] Vinum vero ad medium temperatum alicibus,& oscitationibus est conueniens,cum non est ibi alia prohibens causa.

P pandiculationibus
Q Ga. 7. apho.56.
R G.2.de cau.sympto.c.5. b
S Cap.12.
T Gal.7.apho.56.
V Raf.31.cōti.t.3. c.1.440.2.
X Hipp. & Gal.7. apho.56.

De medicando lassitudinem ex exercitio prouenientem. *Cap.* 14.

DIcemus,ꝙ studium impēdere in medicando lassitudinē est à multis securari ægritudinibus, ex quibus sunt febres.Oportet aūt vt cū lassitudo vlcerosa apparuerit ex exercitio, minuatur,si ipsum fuerit causa:& si cū ea multitudo fuerit humorum expellant̃.Quod si satietas nauseatiua propinqui tp̄is affuerit,ipsorū nocumento succurrendū erit cum fame,& eūone, & resolutione H eius,quod peruenit ad partē cutis cum fricatione multa & leui,cum oleo in quo non sit stypticitas.Et in die secundo reditionis,fiat exercitium.Et nutriatur ipse in die primo, ex eo, quod consueuerat in qualitate,sed ex quantitate minuat̃.Et in die secundo humectantibus nutriat̃. Et si venæ fuerint mūdæ,& phlegma crudū in carne patientis lassitudinē fuerit,fricatio ipsum qñq; maturat,& proprie cum calefacientium medicinarū ad ipsum penetrauerit virtus. Oleum præterea de [x] {algarab} in hoc multum confert,& oleum de anetho,& chamæmilla, & his silibus,& decoctio radicum siclæ in oleo in duplici vase bullita,& oleum radicis altheæ,& oleū de radicibus cucumeris asinini,& bryoniæ,& oleum de vsnee,& omne oleum in quo vsnee recipitur. [y] In lassitudinis autem extensiuæ medicatione intentio est laxare illud,quod induruit fricatione leni calefaciente in sole,& aqua tepida balneari,& in ipsa longo morari tempore: ita vt si reiteret balneationem in die vice vna,aut duabus,aut tribus vicibus erit conueniens:& post [y] vnamquaq; inungantur balneationem.Quod si necesse fuerit propter necessitatem abstergendi sudorem, & propterea,ꝙ cū eo abstergit̃ oleum, ad inungendū oleo redire,fiat:& nutriente humido nutriatur,[z] etiam paucæ quantitatis,

X arbore magna,nascēte iuxta flumen euphratis
Y G.3.sa.tu. c.6.c
Z Ga.3.sa.tu.c.8.g

A quantitatis, quoniam plus indiget nutrimenti paucitate, quàm vlcerosa. Et hanc quidem lassitudinem resoluit exercitium. Quod si per se acciderit propter grossas superfluitates, necesse erit eas euacuare. Et si fuerit propter causam ventositatis extendentis, resoluet eam tale quale est cyminum & carui & anisum. Intentio autem in apostemosam lassitudinem regendo,[a] est tres res, laxare, quod extensum fuit, & quod calefactum infrigidare, & superfluitatem euacuare.[a] Et hoc quidem completur oleo multo tepido, & fricatione vehemēter leni, & prolixa mora in aqua, quæ parumper ad caliditatem declinat, & quiete.[b] In arefactiua vero nil de regimine sanorum mutetur, nisi ꝙ oportet vt aqua in qua balneatur sit maioris caliditatis, quoniam[b] aqua calida vehementius spissat cutem, & non est eius impedimentum, sicut impedimentum aquarum frigidarum, quoniam[c] quamuis ipsa inspisset, tamen in ea est periculum penetrationis frigiditatis in corpus, quod iam siccatum fuit: & est cum sitæ maciei causa est cutis ipsius raritas, immo hoc est secundum plurimum.[d] In die autem secundo reditionis, exercitio leniter, & subtiliter vtatur, & balneo secūdum dispositionem diei primæ: deinde præcipiatur[d] ei vt aquam frigidam subito ingrediatur, quatenus cutis eius inspissetur, & sit eius resolutio pauca: et cum hoc conseruetur ipsius humiditas. Obuiabit nanque aqua corpori in quo est tantum caliditatis, quòd resistat ipso iam inspissato. Et istæ quidem duæ causæ adinuicem se iuuant in remouendo nocumentum frigoris ipsius, & proprie B cum submergitur subito, & egreditur, et non moratur, quoniam cum mora nulla est securitas. Ipse præterea nutriatur mane in fine primæ horæ,[e] cibo humectante pauco: ideo vt ipse alia vice iuxta noctem fricari possit, & tunc cœnam tardet. Studium quoque adhibeatur in expellendo superfluitates ab eo, fricatione olei dulcis, cum quo ventrem suum non tangat,[f] nisi lassitudinem in musculis sui ventris senserit: quoniam tunc illos leuiter vngere conuenit. Et eius nutriens sit largius: & in eo procedat, cauendo ne eius nutrimentum sit multæ caliditatis.[g] Amplius omnem lassitudinem, cuius causa est motus ipsum dimittere, cum eius signum inceperit, prohibet ne accidat, postea reditionis exercitio vtatur vt motus temperatus ad cutem materias expellat, & eas fricatio resoluat, quæ fit inter quietes illorum motuum. Dispositio præterea ipsius, balneatione experiatur: nam si ex balneo accidat ei tremor, tunc res terminum pertransiuit, & præcipue si febrem generauerit: quoniā tunc non est balneandus, immo euacuandus: & eius complexio rectificanda. Quod si nihil eorum ex balneo accidit, erit conferens, cum eius aqua fuerit tēperata. Cum autem in eius venis crudi fuerint humores, in primis lassitudo erit regenda cum eo, quod oportet, postea studendum erit in eo, quod crudos maturat, & subtiliat, & expellit humores. Et si multi fuerint,[h] tunc quies erit iniungenda, & exercitium dimittendum: quoniam quies est magis digerens. & minutionem relinquat:[i] quoniam secundum plurimum mundum expellit, & crudum dimittit.[k] Venter C quoqꝫ eius ante maturationem non est soluendus, quoniam hoc non confert, immo damnum infert.[l] Vrinam vero prouocare non nocet ei. sed res[m] multum calefaciens non est ei danda, quoniam crudum humorem in corpore diffundi faciet. sitqꝫ eius operatio leuiter, & cum quantitate æquali. In eius præterea nutrientibus ponenda sunt,[m] piper, & capparis, et zinziber, & acetum de capparibus, & acetum de allijs, & acetum de alastargar, et corpora etiam ipsorum, & confectiones notæ secundum mēsuram. Post maturationem autem & apparitionem hypostasis in vrina, & maturationem,[n] plurimum da ei vinum vt maturatio compleatur, & fiat vrinæ prouocatio. sitqꝫ eius vinum, quod subtile est, & clarum, & vomitum non faciat.

A G. li. 3. de sa. tu. c. 7. d
B G. 3. san. tu. c. 7. f
C G. 3. sa. tu. c. 8. e
D Ga. 3. sa. tu. c. 7. f
E Aeti. lib. 1. ser. 4. c. 39. & G. c. 13. b
F Gal. ibidē. c. 13. b
G Hip. 2. apho. 48.
H G. 4. sa. tu. c. 4. d & c. 5. g
I G. ibidem. c. 5. g
K Gal. ibidem. h
L G. 4. sa. tu. c. 4. e, & c. 5. h
M Ga. ibidē. c. 5. h
N G. 4. sa. tu. c. 6. g

De alijs dispositionibus, quæ sequuntur exercitium & reliqua ab eo. *Cap. 15.*

PRius loquemur de istis dispositionibus. Postea mutabimus nos ad regendum lassitudinem, quæ venit per se. Et ex istis quidem est raritas, quæ corpori accidit.[o] Et accidit multoties ex fricatione pauca, & balneo.[o] Ipsa vero est medicanda fricatione sicca ad duritiem parum declinante, & cum oleo styptico. Et ex eis[p] est spissitudo, quę ex frigiditate accidit, aut ex re styptica, aut ex multitudine superfluitatum, aut ex earum grossitie, aut earum viscositate, vnde prouenit vt in poris cutis retineātur. Aut erit spissitudo causa exercitij, quod ipsos humores ex profundo extraxit, non existentibus ibi causis antecedentibus: aut erit eius causa locus puluerulentus, aut fricatio for D tis & dura.[q] Illius autem, quæ est ex frigiditate, & stypticitate, signum est coloris albedo, & calefactionis tarditas, & sudoris, & reuersionis coloris ad rubedinem cum adest exercitium.[q] Et hi quidem in balneis calidis sunt balneandi, in quibus de latere in latus, & super vētrem, et supini reuoluantur in mãsionibus balnei æqualis caliditatis, & in lectis vel stratis ipsius donec sudent, & inungantur oleis subtilibus calidis & resoluentibus. Illorum autem, qui ad hoc deueniūt ex exercitio, signum est, ꝙ non hn̄t hoc signum. & est sordida cutis. & ipsi quidē medicandi sunt expulsione, si ibi fuerit superfluitas: postea regimen adhibeatur, quod resoluat ex balneo & inunctione. Qui vero in hoc incidunt ex puluere, aut ex forti fricatione,[r] magis est eis balneum necessarium, q̄ inunctio ex oleis. Et ipsi quidem fricatione molli vti debent ante balneū, & post ipsum. Est quoqꝫ cum accidit eis post superfluū exercitium cum pauca fricatione, debilitas cum raritate: & est cū accidit etiā ex superfluo coitu, et ex balneo frequenti.[f] Ipsi igitur medicandi sunt cum exercitio reuersionis, & fricatione sicca, quę ad duritiem trahit cū oleo styptico. Et nutrientia comedant humectantia paucæ quantitatis, in caliditate & frigiditate temperata, aut quæ parumper ad caliditatem trahant. Et simil̄r fiet si debilitas accidit, aut vigiliæ, aut tristitia, aut accidit siccitas ex ira. Quod si istis acciderit malitia digerendi cibum, non confert eis reuersionis exercitium, neqꝫ aliquod exercitio-

O G. 3. sa. tu. c. 13. a
P Gal. 3. san. tuen. c. 10. a. b
Q Gal. ibidem. b
R G. 3. sa. tu. c. 13. a ꝙ cum frictione.
S Gal. ibidē. c. 13. a

rum vllo modo. Est preterea cũ accidit ex superfluitate balneandi, & multitudine comedẽdi & bi E
bendi, & ociandi, vt hõ in suis mẽbris humiditatis sentiat superfluitatem, & ꝓprie in lingua ita, vt
operationes membrorum lædat. Quod si hoc ex causa fuerit antecedente,[a] in particulari medica- A Lib.3.
tione continebit̃. Et si ex aliquo eorũ fuerit, q̃ nunc ex proximo noĩauimus, sicut vino, aut multa
ociositate, aut multa balnei humiditate, erit ei iniungẽdum vt forti vtatur exercitio,[b] & fricatione B G.3.sa.tu.c.13.a
aspera, & sicca, sine oleo: aut fricatione cũ pauco oleo calefaciente.[c] Superflua aũt siccitas, quã qui C Gal. ibidem.b
habet sentit sua manu, est ex gñe lassitudinis arefactiuæ. Et ipsius sanatio est eius medicatio.

De medicatione lassitudinis per se venientis. *Cap. 16.*

VLcerosa quidem dispositio cognoscenda est si humor eam efficiens [d] sit intus in venis, aut D G.4.sa.tu.c.4.b
extra venas: Quod autem sit in venis, ex fœtore declaratur vrinæ: & ex dispositionibus nu-
trientium præteritorum:[d] & ex hoc, ꝙ superfluitatum multitudo in venis generari solebat, aut ea-
rum paucitas, aut velocitas expellendi eas à se, aut cui necessitatem medicandi eas faciebat. Et ex
dispositione [d] eius, quod bibitur si est clarum, aut turbidum. Et si hæ quidem significationes appa
ruerint, declarabitur, ꝙ in venis existunt: & si non sunt, extra.[e] Quod si lassitudo ex superfluitati- E Gal. ibidem. d
bus est extrinsecus: & sunt venæ interius mũdæ, sufficit ei exercitium reditionis: & quod diximus
de regimine, & curatione prædicta in [f] capitulo vlcerosæ, quæ accidit propter exercitium.[g] Sed si F Cap. 14.
alia diuisio fuerit, non cogites exercitare eum, immo fac eum ociari, & dormire, & esse famelicum: F G Gal. ibidem.
& inunge ipsum omni vespere iuxta noctem super ventrem ex oleo, & balneetur cum aqua tem-
perata, si balneum tolerare potuerit, ꝭm conditionem quam [h] diximus.[i] Et nutriatur ex eo, quod H Cap. 14.
[k] diximus, cuius tamen chymus sit bonus, quod sit ex genere eorum, quæ sorbentur: & sit illud in I Gal. ibidem. e
quo non est viscositas, neq; multum nutrimentum. Et hoc quidem est sicut hordeum & candaru- K Cap. 12.
sium, & caro volatilium ex eis, quorũ caro est subtilis, & de syrupis, sit syrupus acetosus cũ melle:
& hydromel, & vinum album & subtile:[l] & hmõi vinum ei non prohibeas, qm̃ est maturãs & pro L Gal. ibidem. e
uocans: verumtamen ipsi in primis dare debes illud vinum, quod parum declinat ad citrinum. Po
stea ex eo mutetur ad album & subtile.[l] Quod si hoc regimen ei non profuerit, humor ibi adest: su
perantem ergo euacua. Et si superãs fuerit sanguis, aut cum eo fuerit sanguis, minues eũ: et si non,
ventrem solues: aut facies hoc, & hoc, ꝭm ꝙ tibi videbitur de sanguine.[l] Tibi tñ caue ne aliquid ho
rum facias, si cognoueris, ꝙ virtus sit debilis. Genus autem humoris cognosces per [m] vrinam, & su M Gal. ibidem. g
dorem, & [n] dispõnem somni, & vigiliarum. Cumq; somnus se remouerit te regente eum cum re- N G. ibidem. c. 84.
gimine bono, erit significatio mala.[o] Quod si cognoueris, ꝙ bonus sanguis in corpore sit paucus:
& ꝙ humores crudi sunt superantes, dimitte phlebotomiam & fac eum quiescere: & [p] da ei ad co- O G. ibidem. c. 5. g
medendum, & bibendum rem, quæ subtiliet: & non des ei ad bibendum rem,[p] quæ multã habeat P Gal. ibidem. h
caliditatem: sed da ei ad bibendũ aliquid in quo sit incisio, sicut [p] syrupus acetosus de melle. Quod G
si tibi necesse fuerit in virtute subtiliantium augmentum præbere, pone in illo, quod comedit, &
in aqua hordei quam bibit,[p] parum piperis. et si necessaria fuerint [q] diacyminũ, & [r] et dia trion pe- Q Gal. diospoliticos. a
pereon propter humorum cruditatẽ, da ei sicut tibi videbitur ante comestionem, aut post ipsam, R Gal. ibidem. b
aut in tempore dormitionis: & sit eius mensura cochlearium paruum:[s] & diacalamenthũ quidem S G.4.sa.tu. c. 7.f
non est bonum, qm̃ pertransit terminum in calefaciendo.[t] Si autẽ pro certo sciueris humores cru- T Gal. ibidem. b
dos in venis non esse, sed in radicalibus cõtineri mẽbris,[t] fricationem adhibe: & proprie in [t] matu-
tinis cum oleis laxantibus.[t] Et da ei ad bibendum ex calefaciẽtibus vt ipsorũ calefactio ad cutem
perueniat. Et iniunge ei [t] quietem longam: postea fac cum aqua [t] tpate calida balneari, & da ei ex
[u] diacalamentho absque timore: sed tñ oportet vt sit anteq̃ comedat & anteq̃ exercitetur. Quod si V Gal. ibidem. c
post comestionẽ necessarium fuerit ei, quod [x] digestionem iuuet, non des ei, quod sit vehementer X Gal. ibidem. f
penetratiuum, sicut diacalamẽthũ, sed sicut diacyminũ [x] & dia trion pepereon: sitq; quod ex quo-
libet eorum dabis, res modica,[x] aut diacydonitẽ. Et possibile quidem est, vt quod ex diacydonite
dabis, si plus eo, quod dabis ex illis: postq̃ consideraueris ne corpus sit vehemẽtis caloris acciden-
talis, te dante ista. Istis præterea confert [y] oleo inungi chamæmilino, & [y] anethino, & [z] amaracino, Y Ga. ibi. c. 8. b
& reliquis ab istis [z] singulatim vel per se, aut permistis cum cera. Aut confortetur [z] cum resina, aut Z Aet. lib. 1. ser. 4. c. 42.
cum resina & duodecuplo ipsius olei. Cum aũt sciueris humores in venis, & foras simul esse,[a] esto H A Cap. 12. & F. 4. c. 31. & li. 4. F. 1. t. 2. c. 7. & G. 4. san. tuẽ. c. 9. c, &. 5. apho. 19.
de maiori solicitus: & tñ minus non dimittas. Quod si hæc duo æqualia fuerint, prius intende ad
digestionem [b] cum dia trion pepereon, in quo si volueris adiunge petroselinum cũ pondere pari
anisi, ad hoc vt sit magis diureticũ. Et si volueris,[b] admisce ei parum diacalamenthi, postq̃ minue- B Ga. li. 4. sa. tuen. c. 9. d
ris ex eo, quod accepit de diacymino, & dia trion pepereon: & processeris in hoc ꝭm ordinem, do-
nec in vltimo eius vel in fine eius purum remaneat diacalamenthum.[c] Cum autem illud, quod est C Ga. li. 4. san. tu. c. 6. a
in venis digeretur, & egrediet̃, & remanebit solicitudo eius, quod est extra venas, diacalamenthũ
quemadmodũ scis, erit ad hoc conferens, et impediens primum.[c] Istos vero in quibus res duę con
iunguntur, ab oĩ re vehementer trahẽte ad exteriora, aut interiora, custodire debes.[c] Quapropter
non cito vomitũ eis dare debes: neq; quod ventrẽ inferius deponat, nisi ante præmiseris, quæ sub-
tiliant, & incidant, & maturent, neq; etiam exercites eos.[d] Cumq; lassitudo quieuerit, & color me D G. li. 4. san. tuẽ. c. 4. f
liorabitur, & vrina maturabitur, fricabis eos multum, & pauco exercitabis exercitio,[e] & conside- E Gal. ibidem. f. g
rabis si aliquid ægritudinis reuersum fuerit, qm̃ tunc dimittes: & si nil reuersum fuerit, duces eos
ad suos vsus ordinate, donec peruenias ad illud, quod solebant vti ex balneatione, & inunctione,
& fricatione, & exercitio: & in fine rei addes in virtute oleorum. Quod si alicui istorum lassitudo

A Cap.12.& G. li. 4.de sa.tuen.c.10.e
B G. ibidē. f
C Gal.ibidem.g
C cibariū cōe ex carne,& piscibus
D Gal.li.4.de san. tuen.c.11. a

A reuersa fuerit cum sensu vlceroso,redi ad tuum regimē: & si absq; vlceroso sensu reuertitur,ipsum cum exercitio reuersionis rege. Et si mistæ tibi aduenerint significationes,& fortis lassitudo sensu percepta non apparuerit,permitte eum quiescere. Lassitudinis autē extensiuæ causa [a]est repletio sine humoris malitia. Et eius quidem medicatio in corporibus malæ cōplexionis,[a]est minutio, & regiminis subtiliatio. In corpore vero de quo loquimur,est subtiliatio et incisio tm̄:postea adiuuetur cum quibus debet.[b] Apostemosę aūt medicatio est succurrere cum minutione ex vena, q̄ pertinet membro,in quo est plurimum lassitudinis:& in quo lassitudinis apparuerit principium: & ex [b] nigra,si inter mēbra non fuerit inæqualitas. Et fortasse necesse erit ipsum secunda die minuere,imo adhuc etiam in tertio. Ergo ipsum in prima die minue illico,cum apparet,& non tardes illud,ne in ipso firmetur. Et in secunda die,& tertia minue eum in solis occasu. Oportet præterea vt sit eius nutriens in die primo [b] aqua hordei,aut sorbitio ex candarusio simplex,nisi acciderit febris. Sed si febris superueniet,aqua hordei sola. Et die secundo sit istud cum oleo infrigidante,aut temperato,sicut oleo amygdalino. Et in die tertio sit,sicut ferculum ex [c] lactucis,[c] aut cucurbitis, aut [c] maluis hortulanis,aut [c] acetula:& ex [c] piscibus petrosis [c] {asfidbegi:} & in hac die quantum possibile fuerit à potu aquæ frigidæ prohibeatur. Cum autē in die tertio iam non poterit tolerare, neq; poterit cibum bene appetere,& digerere, dabitur [c] ei hydromel, aut vinum [c] album subtile, B aut temperatum.[d] Et caue ne post has euacuationes ei tribuas quantum est necessarium ex cibo subito,qm̄ cibus indigestus ad venas trahetur tribus modis:[d] vnus eorum erit cū cibus fuerit paucus,stomachus erit auarus,& cōtraria erit eius virtus retentiua virtuti hepatis attractiuæ. sed cum multus fuerit,non erit ex eo stomachus auarus:immo fortasse attractiuam hepatis iuuabit sua virtute expulsiua:& similiter omne receptaculum,quod est ibi præcedens comparatione eius, quod est post ipsum.[d] Et secundus est,qm̄ multus nō bene digeritur in stomacho.[d] Et tertius,quoniam multus multum venis transmittit nutrimentum,quod venæ etiam digerere non valent.

De regimine corporum,quorum complexiones non sunt bonæ. *Cap.* 17.

E G.li.5. de sa. tu. c.3.e,addit tertium

C[e]Orpora ista,aut sunt quibus superuenit error,aut in creatione fuerunt ægrotatiua. Et illa quidem quibus superuenit error,sunt quorum complexiones naturales sunt cōuenientes, sed acquisiuerunt complexiones malas in hora propter longum errorem in regimine, donec illæ in eis fixæ vel firmæ fuerint. ægrotatiua vero sunt quorum complexiones à radice non sunt nobiles seu conuenientes. Eorum aūt quibus superuenerit error,erroris pars in quantitate,& qualitate scienda est,[e] & cum contrario medicāda:& hoc fortasse cognoscetur ex dispositione figuræ corporis. Aegrotatiua vero sunt dispositionibus,quorum accidit corruptio ex complexione eorum prima ex eorum ætate. Ab eis igitur incipiemus, nominando senes.

C DOCTRINA III. *dictionis tertiæ,& est sermo vniuersalis in regendo senes.* *Cap. I.*

F Ga. 5.sa.tu.c.3.e
G Ga.ibidē.c.8.d,



SVmma regiminis eorū est administrare, [f] quod calefaciat,& humectet simul ex [f] nutrientibus,& [f] balneis,& [g] potibus,& [g] somno prolixo,& mora multa in lecto,& maiore,q̄ iuuenum,& ex assidua vrinæ eorū prouocatione,& expulsione phlegmatis, ex eorum stomachis per viam intest norū,& vesicæ,& vt naturę lenitas ei duret. Eis præterea multum confert [g] fricatio temperata in quantitate, & qualitate cum oleo: deinde incessio aut equitatio si debiles fuerint ab incessione. Ad illum autē, qui ex eis debilis fuerit,fricandum,semel aut bis redeundum erit. Ex aromatibus præterea aliquid bene redolens odorare debent,& proprie,quod calidum temperate existit. Et oportet vt post dormitionem cū oleo inungantur:quoniam hoc virtutem excitat animalem:deinde equitent aut incedant.

De nutriendis senibus. *Cap.* 2.

H Aeti.lib.1.ser.3. c.30.
I Aet.li.1. ser.3.c. 30.& Haly.1. prac. c.14.
K Gal. 5.san.tuen. c.8.d.&.c.7.e
L G.5.sa. tu. c.6.d
L res præparatæ cum aceto et sale
M semina calida contusa,
N indi
O salsamenta ex piscibus paruis salitis,
P G.5 sa.tuē.c.7.a
Q Gal.ibi.c.7. g.a
R Gal. ibidem. h
S Gal.ibidem.g.h
T G.ibidem.c.8.c
T salsa,

NVtriens senum paulatim est partiendum,& paulatim bis [h] aut ter nutriendi sunt, s̄m digestionē eorum,& fortitudinem & debilitatem. Et comedant in hora tertia panem bene[i] factum cum melle:& in hora [k] septima post balneationem,[h] quod ventrē leniat ex eis, q̄ post illud noīabimus.[h] Et iuxta noctem cibū laudabilis nutrimēti. Et si fuerint fortes,in cœna sua augmentum paruum faciant:[l] & ab oī nutriente grosso sibi caueant,ex quo melācholia generat̄ aut phlegD ma. Et ab oī calido & acuto,& desiccatiuo,sicut [l] {alchuamich} & [m] {altuabel,} nisi s̄m modum medicationis adhibeatur. Quod si ex hoc aliquid fecerint,quod non debebant,& ex his, quę sunt primæ speciei comederint:sicut quod salitum est,& melongias,& carnem siccam salitam, & syluestrium animalium,& pisces duræ carnis, & melones [n] {alrechi} & cucumeres. Et si secundum commiserint errorem,& comederint alchuamic & [o] {sahane} medicentur ex contrarijs: sed tamen eis non sunt danda,nisi subtiliatiua,cum scitum fuerit, quòd in eis sint superfluitates. Cum autem mundati fuerint,nutriantur ex humectantibus: deinde paucis ex subtiliatiuis cum cibo vtantur,sicut in ipso dicemus. Lac vero eis,[p] qui ex ipsis beneappetit,& digerit,confert:[q]& post ipsum extensionem in parte hepatis[q]& ventris non sentit,neque pruritum,neque dolorem:quoniam lac nutrit & humectat:verumtamen quod ex eo melius [r] est,est lac caprinum, & asininum. Et ex proprietatibus quidem lactis asinini est,quòd non fit caseus,& descendit cito:& pręcipue si fuerit [r] cum eo sal & mel.[s] Oportet tamen vt locus in quo pascuntur obseruetur,ne herbæ, quæ ibi nascuntur sint ponticæ,neq; acutæ,neq; acetosæ,neque multum salsæ. Olera autem,ex quibus senes vesci debent,sunt sicut [t] sicla, & apium,& parum porrorum,quę comedere debent condita cū [t] {almuri,}& oleo:& proprie in principio comestionis ipsorum:ideo vt in eorū naturam mol-

lificando,iuuent.Eis quoq; confert si in horis consueuerunt dormire,vt dormiant.Zinziber pręterea conditum est ex medicinis,quæ eis conferunt. Et silr plurima eorũ,quæ sunt ex conditis calidis:sintq; cum quantitate,qua tantũ calefaciant & digerãt:& non qua corpus siccent:[a] qm̃ oportet vt eorum nutrientia corpora,sint humectantia,quæ non patiantur ab istis, nisi ẽm viam calefaciendi & digerendi,& non ẽm viam siccandi.Ex eis vero,quibus vescũtur ad suas leniendum naturas,& conueniunt corporibus eorũ,est volubilis cocta cum aqua & sale,vt boni sit saporis cum [a]{almuri,}& oleo cõdita,& radix polypodij cum in iure gallinæ posita fuerit,aut in iure siclæ,aut in iure caulium.Et ex eis quidem,quibus in cibo vtunt̃ ad suas mollificandas naturas, & ipsorum corporibus cõferunt,sunt ex fructibus [b] ficus,& [b] pruna in æstate,& [b] ficus siccæ coctæ in aqua & melle,si tempus fuerit hyemis:verũtamen oportet vt hoc totum sit ante comestionem, propterea vt eorum leniat ventres.Quod si eorum naturæ taliter se habuerint,vt vna die leniãtur, alia non, excusatur solutiuum & lubricatio.Quod si fuerint naturæ eorum lenitæ die vno, & constringantur duobus diebus,sufficiet ei aliquid tale sicut volubilis, & aqua caulium. & medulla seminis [b] cartami cum [b]{kist}hordei,& [b] terebinthina ad magnitudinem [b] vnius auellanæ, [b] aut duarum & vt multum,trium:qm̃ ipsorum naturam sua mollificat proprietate,et abstergit interiora sine lęsione.Medicina quoq; composita ex [b] medulla cartami,& decuplo ipsius ficuum siccarum cõfert eis.Sitq; illud,quod ex ea in potu sumitur,vt magnitudo nucis.[b] Enema quoq; cum oleo eis confert,quoniam in ipso cum euacuatione,est virtus mollificandi intestina,& proprie cũ ex oleo dulci fuerit.[b] Ab acuto autem clysteri sibi caueat,quoniam ipsorum siccabit intestina. Humidum vero clystere,& vnctuosum,est ex rebus magis eis conferens,cum ipsorum ventres aliquot diebus constricti fuerint.Sunt præterea aliæ medicinæ ventrem lenientes,quas in [c] antidotario nominabimus.Oportet etiam vt in senibus,& decrepitis,fiant euacuationes absq; minutione quãto plus possibile fuerit,qm̃ ipsorum ventrem temperate soluere,est eis maius prestans iuuamentum.

A G.li.5.san.tuen. c.8.c.d — *A salsa* — B Ga.5.sa.tu.c.9.c — B Gal.ibidem.f — *B ptisana* — F B Gal. ibidem.g — C Sũm.1.t.2.&.5. &.9.

De vino senum. Cap. 3.

VInum eis melius,est [d] vetus rubeum vt vrinam prouocet & calefaciat simul.A nouo autem &[d] albo vino sibi caueant,nisi se post comestionem balneauerint,& sitim habuerint.Tunc enim dabitur eis vinum album & subtile pauci nutrimenti, ideo vt sit loco aquæ.[d] Ab illo vero, quod ex vinis est dulce & oppilatiuum, sibi caueant.

D Gal.5.san.tuen. c.5.h.a — D Gal.ibi.c.

De aperiendis senum oppilationibus. Cap. 4.

SI eis accíderint oppilationes, quarum facilior [d] est ea, quę ex vini prouenit potatione,erũt aperiendæ cum [d] diacalamentho,& [d] dia trion pepereon,& [e] puluerizatione piperis super vinũ. [e] Et si allia & cepas comedere consueuerint,comedant.[e] Theriaca quoque eis multum confert:& proprie cum oppilationes acciderint:[e] & silr athanasia & [e]{humorusia.}Ipsi vero post eas humectandi sunt [e] cum balneo & oleo,& nutriẽtibus sicut brodium carnis cũ candarusio & hordeo. & si biberint hydromel,confert eis:& securos eos faciet,ne eis accidant oppilationes,& dolores iuncturarum,postq̃ in ipso additum fuerit,si oppilationem in aliquo senserit mẽbro, aut præparationẽ ad ipsam,illud quod sit ei propriũ,sicut semen apij,& eius radix membris vrinę.Quod si oppilatio petrosa fuerit,aperiatur ex eo,quod est fortius sicut [f]{satrasiliũ.} Et si oppilatio fuerit in pulmone,aperiat̃ cum aliquo,quod sit sicut hyssopus,& capillus veneris,& casia lignea,et his similia.

D G.ibid.c.6.d — E G.li.5.san.tuen. c.6.d — G *E ambrosia.* — E G.ibid.c.8.d — F Ga.5.sa.tu.c.5.c — *F cestrũ.1.sarxiphagon*

De fricatione senum. Cap. 5.

OPortet vt in qualitate,& quantitate sit temperata.[g] Et ne vllo modo mẽbra debilia cum ea tangantur,neq; dolentia.[g] Et si fricatio vices habuerit interpositas in vicibus pannis grossis aut manibus nudis.s.absq; mantili aut re alia fricentur,hoc nanq; eis confert,[g] & interpollationes ægritudinum membrorum eorum prohibet.

G G.5.sa.tu.c.3.b

De exercitio senum. Cap. 6.

EXercitiũ [h] senũ diuersificatur ẽm dispõnum corporum eorũ diuersitatem : & ẽm illud, quod eis ex ægritudinibus accidere solet:& ẽm vsus ipsorũ in exercitio.[h] Nã si eorum corpora in vltima fuerint æqualitate posita,conuenientia eis erunt exercitia tpata.Et si fuerit in eis membrum, quod nõ in sua meliore existit dispõne,sit eius exercitiũ alia seques̃ [h] mẽbra in exercitio, verbi gr̃a si capiti alicui acciderit vertigo,aut epilepsia,aut materiæ ad collũ descendere,& frequẽter cõsueuerunt,ascenderint vapores ad caput,et cerebrũ,non confert ei exercitiũ,in quo caput curuat̃,aut declinat,sed exercitio vti debebit,quod sit in incedẽdo,& currendo,& equitando, & oĩ exercitio, quod medietas corp̃is inferior assumit.[h] Et si ægritudo in partibus pedũ fuerit, exercitijs vtetur,q̃ fiunt ex superioribus,sicut manus manibus contrahere,& proijcere lapides,& eleuare.[h] Et si ęgritudo fuerit in medio,sicut splene,& hepate,& stomacho,et ĩtestinis,erunt ei vtilia exercitia duarũ extremitatũ,nisi sit aliquid,quod prohibeat.[h] Quod si ægritudo in parte pectoris,fuerit, exercitiũ inferiorũ erit ei necessariũ.[h] Et si in rene aut vesica fuerit,non cõfert ei nisi superiorũ exercitium. [h] Et hæc mẽbra in exercitio penitus non ordinent̃ ad hoc,vt ex eo fortiora fiãt. Et hoc quidẽ in senibus diuersum est ab eo,quod est in alijs ætatibus.& est diuersum in primis senibus,quibus confert plurimum eius,quod cõfert senibus.Isti nãq; membra debilia fortiora facere debẽt ordinate, ẽm modum exercitij,quod est eis conueniens,& in quo sunt. Membra vero infirma [i] quandoque exercitantur,& quandoq; hoc non conceditur.s.cum fuerit calida,aut sicca,aut fuerit in eis materia,quæ ad putrefactionem declinauerit:& non fuerit in ea maturatio.

H G.5.sa.tu.c.3.g — H G.ibidẽ.h — H H G.ibidẽ.a — H G.ibidẽ.b — I Gal.5.sa.tu.c.5.c

A DOCTRINA IIII. *de regimine corporis, cuius non est complexio conueniens. Et sunt quinq; capitula.*

Doctrinæ quartæ dictionis tertiæ de rectificatione complexionis superfluæ caliditatis. *Cap. I.*

A G.6.sa.tu.c.3.h
B Fen.1. do.3. c.1.



Icemus,[a] q malitia complexionis calidæ, aut est cum æqualitate ambarum passiuarum, aut cum victoria siccitatis, aut humiditatis. Cum autem ambæ passiuæ fuerint æquales, sciemus, q caliditatis augmentum erit secundum terminum: & non erit superfluum, &[b] si non, siccaret. Cum autem calidum existit cum siccitate, possibile est vt complexio ista in sua dispositione longo remaneat tempore. Calidi vero cum humiditate societas non durat: quoniam humiditas quandoq; superat caliditatem, & extinguit ipsam. Et quandoq; caliditas superat humiditatem, & siccat eam. Dispositio igitur habentis complexionem, in qua humiditas superat, meliorabitur in complemento iuuentutis, & fiet æqualis in eis. Cum autem declinat in ætate, tunc humiditas extranea augmentari incipiet, & caliditas minui. Ergo dicemus, q summa regendi complexionem habentes calidam,[c] in duabus est comprehensa intentionibus: vna quarum est, secundum q est voluntas reducendi eos ad æqualitatem: & altera est secundum quam est voluntas conseruandi sanitatem, sicut est.[d] Primam vero habere non possunt nisi ociosi, qui suas domuerunt animas secundum prolixam tolerantiam, in tempore quo ordinate ad æqualitatem redeant: ipsos nanq; absq; ordine regere, perducet eorum corpora ad ægritudinem:[e] sed & secundam possibile est si sit eorum regimen ex nutrientibus, quę ipsorum sint conuenientia complexionibus, ita vt conseruetur sanitas, quæ est in eis reperta. Quicunq; autem complexionem habentium calidam in duabus passiuis temperati fuerint, sanitati, in principio rei ipsorum, propinquiores erunt,[f] & faciet illorum complexio dentes, & pilos velocius nasci, & erunt facundi, &[f] clari in verbis, &[f] veloces in incessu. Cum autem in annis processerint, vincet in eis caliditas, & augmentabitur siccitas: & accidet eis complexio mordicatiua, & in multis quidem eorum multa cholera rubea generatur.[f] Ipsorum vero regimen in prima ætate debet esse sicut temperatorum regimen. Et cum mutabuntur, suum mutabunt regimen ad illius regimen, in quo elaborabatur vt ipsius prouocetur vrina, & cholera[f] euacuetur rubea secundum vnam duarum partium, ad quam declinant superfluitates, s. partis fluxus ventris, aut partis vomitus. Quod si sola natura ad deponendum humorem, & euacuandum non suffecerit:[f] in vomitu quidem adiuuetur ex rebus leuibus, sicut potu multæ aquæ calidæ solius, aut cum nebit. Et in solutione quidem ventris fit cum aliquo, quod sit sicut violæ conditæ, & tamarindi, &[f] {terenyabin,} &[g] {xiracost.} Ipsorum præterea[h] exercitium erit alleuiandum. Et oportebit vt cibus detur eis, qui sit boni chymi. Et fortasse necesse erit vt qualibet die tertia administrent balneationem. Et oportebit etiam vt ab omni re calefaciente prohibeantur.[h] Quod si ex balneatione post comestionem non senserint tensionem, & grauitatem in parte hepatis & ventris, secure ea vtantur: & si aliquid horum acciderit,[h] aperitiua eis detur, sicut[h] infusio absinthij, &[h] anisum,[h] & amygdalę amarę, &[h] oxymel, & balneationem post comestionem dimittant.[h] Hæc autem aperitiua eis danda sunt, postquam primus cibus digestus fuerit: & antequam secundum sumant: In hora tamen, inter quam & comestionem secundi, spatium notabile interueniat temporis: & hoc quidem est inter excitationem matutinalem & horam, in qua balneantur. Ipsi præterea sunt oleis superinungendi:[h] & vinum eis album & subtile in potu tribuendum est: & confert eis aqua frigida. Et illi quidem, qui à principio rei complexionem habent calidam & siccam, hoc toto sunt digniores. Qui vero complexionem habent calidam & humidam, & putrefactioni sunt apti, & vt materiæ ad membra descendant, exercitio vti debent, quod multæ sit resolutionis, & leni, ne calefaciat: cauendo à motu, qui in humoribus ebullitionem apparere faciat. Qui vero plurimum ab exercitio sibi cauere debet, est ille, qui non consueuit. Et melius quidem est vt exercitentur post euacuationem: & vt balneentur antequam comedant, & vt studeant in expellendo superfluitates omnes. Cumq; in ver intrauerit, tunc se præseruent seu conseruent minutione & euacuatione.

C G.ex art. medi. c.86. f
D G.6.sa.tu.c 3.b, & li.5.c. 10.c
E G.5.sa.tu.c.10.c, & li.6.c.3.b, & li.3. alimet.c.42.h, & li. 9.meth.med.c. 9.g
F Ga 6.sa.tu.c.3.h
F *spes mannæ,*
G *manna*
H G.6.sa. tu.c.3.a

De rectificatione complexionis, in qua est frigiditas cum augmento. *Cap. 2.*

I G. 6.sa.tu. c.4.h

HVius quoq; species[i] tres sunt. In illa ergo, quæ ex eis in duabus passiuis equalis fuerit, elaborandum erit, vt eius[i] innatus calor secundum augmentum procedat cum nutrientibus calidis, inter humiditatem & siccitatem temperatis, & vnguentis calidis, & electuarijs magnis, & euacuationibus humoribus proprijs, & balneationibus sudorem facientibus, et exercitijs iuuantibus eos. Licet.n. aliquo tempore in humiditate sint temperati: accidet tamen eis, vt humiditates in ipsis propter frigiditatem generentur.[i] Illorum autem in quibus cum hoc est siccitas, regimen oportet vt sit ipsummet regimen senum.

De regimine corporum, quæ velociter ægritudines incurrunt. *Cap. 3.*

K G.6.sa. tu.c.6.d
L Gal.ibi. & Aeti. li.1.ser.4.c.31.
M G.6.sa.tu.c.7.g

I[k]Sti autem ad hoc sunt parati propter repletionem sui. Et tunc quidem in ipsis temperanda, seu adæquanda est humorum quantitas: aut propter humores crudos, qui in eis existunt: & tuncquidem temperanda est ipsorum humorum qualitas: & eligendum est eis ex nutrientibus illud, quod nutrimentum prębet medium inter multum & paucum.[l] Et humorum ipsorum quantitas temperanda est cum æqualitate quantitatis nutrimenti, & augmento exercitij. & fricationis antequam balneentur, si exercitij & fricationis vsum habuerint, aut cum leuiore eorum, si non consueuerunt. Et vt eis cibus partiatur, & non vna vice suam compleant satietatem. Quod si in ipsorum corporibus sudor fuerit facilis, & consueuerint, fiat vt isti aliquibus sudent vicibus. Et si tarditas comestionis ipsorum non fecerit, vt cholera rubea in eorum effundatur stomachis, retardetur ipsa vsq; post balneum: q si fecerit, præmittatur antequam balneentur.[m] Et hora quidem temperata, si prohibitor ibi non affuerit, est post quatuor horas diei æquales. Si autem propterea, quod cholera rubea in ipsorum

effunditur stomachis, cibus fuerit sumendus prius balneentur, postea si oppilationum in[m] hepate significationes senserint, cum aperitiuis prænominatis, suis conuenientibus complexionibus medicetur.[m] Et si cum hoc in capite nocumentũ senserint, cum ambulatione succurratur.[m] Et si eius cibus in stomacho corruptus fuerit, & postea descẽderit p se, erit hoc lucrũ: q si non, deponat cum [m]{diacymino,} aut [m]ficubus cum[m] semine cartami cõfectis vel cõmistis, cuius cõfectio est noĩata. E

M G. ibidẽ. g
M G. ibidẽ. h
M diospolitico,

De impinguando macrum. *Cap.* 4.

CAusarum maciei fortior, sicut[a] diximus, est siccitas cõplexionis, & meseraicæ, & siccitas aeris. Meseraicæ enim cum siccantur, nutrimentum non recipiunt, & augmentatur siccitas & macies.[a] Fricatio igitur ipsi adhibenda est anteq̃ balneetur, quę sit media inter asperam & lenem, donec rubeat cutis: deinde fricatio fortior fiat: postea[b] emplastrum ex pice superponatur: deinde temperate exercitetur: postea absq; tarditate balneetur: deinde siccis mandilibus exiccetur: postea pauco inungatur oleo: deinde cibum sumat sibi conuenientem.[c] Et si ipsius ætas, & tẽpus, & consuetudo aquam tolerauerint frigidam, ex ea super se fundat. Terminus autem fricationis, quæ ante picis emplastrum præmittitur, est vt inflatio non incipiat consumi. Et hoc quidem est propinquum ei, quod in augmentando membrum paruum diximus. Complemẽtum vero locutionis de hoc, inuenietur in libro de decoratione quarti libri.

A Lib. 4. F. 7. t. 4. c. 1. & Gal. 6. de san. tuen. c. 8. b
B Do. 4. c. 11. & F. 2. sũ. 2. c. 14. & li. 2. t. 2. c. 5. 47. & li. 3. F. 13. t. 1. c. 30. & F. 20. t. 1. c. 46. & li. 4. fen 7. t. 4. c. 4.
C G. 6. sa. tu. c. 8. c

De macrefaciendo pinguem. *Cap.* 5. F

IPsius regimen est,[d] vt descensus cibi à stomacho eius, & intestinis sit velox, ne compleatur mesaraicarum suctio in ipso,[d] & vt cibum sumat, qui sit multæ quantitatis, & pauci nutrimẽti.[d] Et frequenter balneetur anteq̃ comedat:[d] & exercitium festinum, &[d] olea resoluentia. & de electuarijs,[e] tryphera minor: & electuarium de lacca, &[f] theriaca: & vt ieiunus bibat acetum cum almuri. Et nos quidem nominabimus hoc in dictione decorationis.

D G. 6. sa. tu. c. 8. c
E Ras. t. 5. c. 61.
F Aeti. lib. 1. ser. 4. c. 32.

DOCTRINA V. *de mutationibus aeris, & est cap. 1. & summa prima.*

Doctrinæ dictionis tertiæ de regimine temporum cum rectificatione aeris. *Cap.* 1.



IN[g] veris quidem principio succurrendum est ad minuendum, & ad bibendum cathartica, ſm q necesse est, & ſm cõsuetudinem. In ipso quoq; proprie[h] vomitus prouocandus est. Et omnis res multum calefaciens, & humectans est dimittenda ex carnibus, & potibus, &[i] nutriens subtiliandum.[k] Et exercitio vtendum est temperate, quod sit maius exercitio æstatis.[l] Cibo quoq; non repleatur quis, immo ipsum partiatur: & in potu sumat syrupos, &[l]{rob} extinguẽtes, & à rebus abstineat calidis, & ab omnibus amaris, aut salsis, aut acutis. In ęstate vero minuatur[m] ex cibis, & potibus, &[m] exercitio, & maneat quietus, &[m] extinguentia bibat.[n] Et si potuerit vomat,[o] & semper in vmbra moretur, & in loco cooperto. In autumno autem & proprie in eo, qui est[p] diuersi aeris, conseruatio facienda est cum regimine meliore, & omnia siccantia sunt dimittenda. Et cauendum est[p] à coitu, & à potu[p] multę aquæ frigidę, & ipsius fusione super caput. Neq; in loco frigido dormiat, in quo eius cutis horripiletur, neq; repletus dormiat.[p] Et caueat sibi à calore æstiuo, &[p] frigiditate matutinorũ: &[q] suum custodiat caput ne frigiditati obuiet. A fructibus quoq; illius tẽporis sibi caueat, neq; ex illis multum comedat,[r] neq; balneetur nisi cum tepida. Cumq; dies cum nocte fuerit ęqualis,[p] euacuetur: ne superfluitates in hyeme constringantur, licet in multis corporibus sit melius ne in autumno aliquid faciant, vnde humores ferueant, & moueantur: immo melius est eis vt ipsi quieti p̃maneant.[s] Quidam etiam iam vetuerunt ne vomitus in autumno fiat: q̃m ad febrem perducit.[s] Vinum pręterea vehementer debet esse aquatum: & nõ sit superflue.[s] Scias quoq;, q in multis pluuijs in ipso consistit securatio ab ipsius malitia. In hyeme vero[p] multum laborare debent, & copiosius comedere,[p] nisi fuerit meridionalis: q̃m si sic fuerit, exercitium erit augmẽtandum, & cibus minuẽdus. Oportet præterea vt triticum panis hyemis sit fortius: & fortioris soliditatis, q̃ panis æstatis. Et similiter est ratio in carnibus: & assatis, & eis, quæ sunt sicut ipsæ. Et vt sint olera quibus vescuntur sicut caules, & sicla, & apium: & non atriplices, neq; blitis, neq; portulaca, neq; endiuia. Amplius corporibus sanis[t] raro accidunt ægritudines in hyeme: quibus si acciderint, medicando succurrendum est, & euacuando, si oportuerit. Impossibile. n. est vt ipsa accidat ægritudo, nisi propter magnam causam: & proprie si calida fuerit.[v] Calor. n. innatus, qui est regitiuus, in hyeme vehemẽter fit fortis: propterea, q à resolutione saluatur: & constrictione vel coadunatione vnitur. Oẽs pręterea naturales virtutes suas melius perficiunt operationes.[x] Hip. quoque visum est, q melius est in ipso ventrem soluere, q̃ minutionem facere.[y] Et abhorret vomitum in ipso: & videtur ei, q in ęstate sit bonus, q̃m humores in æstate sunt natantes, & in hyeme ad subsidẽdum declinantes, ipsum ergo imitentur. Aer vero cum corrumpitur, aut fit pestilentialis, obuiandum est, exiccãdo corpus: & reparando domum cum rebus, quæ suis virtutibus infrigidant & humectant. Et hoc quidẽ est, quod magis est faciendum in pestilentia. Aut calefaciant, & faciant, q sit contrariũ ei, quod ex aeris corruptione prouenit. Odores præterea boni, sunt res in hoc magis conferẽtes: & proprie cum putauerint, q sint complexioni aeris contrarij. In pestilentia quoq; necessitas multum aerem attrahendi est minuenda: & hoc quidem fit cũ ocio & quiete, & euentatione facta cum ventolis vel flabellis. A terra pręterea multoties eleuatur aeris corruptio: & tunc quidem conuenit in lectis sedere, & hospitia quærere vehemẽter alta, quæ à ventis rumpuntur. Multoties quoq; est principiũ corruptionis aeris ab ipso aere, propter illud, quod ei aduenit ex corruptione vicinantium aerum

G Hip. 6. aph. 47. & G. ibi. & li. de curan. ratione p sang. missi. c. 7. f
H Paul. lib. 1. c. 53.
I Ras. t. 4. c. 26.
K G. li. 3. aph. 20. b
L G. 1. aph. 17. d, & Ras. t. 4. c. 26.
L succos
M Paul. li. 1. c. 53. G
N Ga. 4. aph. 4.
O Ra. t. 4. c. 27.
P G. 3. apho. 9. g, & paul. li. 1. c. 53.
Q Ras. t. 4. c. 26. & Halya. 1. pract. c. 1.
R Haly. li. 1. prac. c. 2.
P Paul. ibidẽ.
S Ras. t. 4. 26.
P Paul. ibidem.
T Ras. t. 4. c. 26. H
V Ga. 1. aph. 15. a. b
X 4. apho. 4.
Y Hip. 4. aphor. 6.

A Li.4.F.1.t.4. capi.1. A [a] aut propter rem cœlestem, cuius qualitas non est hominibus cognita. in huiusmodi ergo ad domos subterraneas est fugiendum, aut ad domos, quæ parietibus vndiq; sunt circundatæ, & ad cauernas. Suffumigationes autem, quæ aerum putrefactiones sunt rectificantes, sunt sicut cyperi, &
B Ras.t.4.c.25. turis, & myrti, & rosæ, & sandali. [b] Aceto præterea in cibo & potu vti in pestilentia, est nocumenti
C Li.4.F.1.t.4.c.1.2.3.4.8. ipsius securatio, & nos quidem in [c] libris particularibus nominabimus complementum eius, quod est dicendum de hoc.

Summa doctrinæ quintæ Fen tertiæ, cuius sunt. VIII. Capitula.

Summæ doctrinæ quintæ, Fen tertiæ, est ad succurrendum accidentibus, quæ pronosticantur ægritudines. *Cap. I.*

D Ras.t.4.c.8. I [d] Lle cui tremor cordis assidue acciderit, de se ipso sit solicitus, ne subita intercipiatur morte. [d] Il-
E Li.3.F.1.t.5.c.1. le cui frequenter acciderit incubus, & [e] vertigo de seipso solicitus existat, & humorem euacuet
E Ras.ibi. grossum, ne ad epilepsiam perueniat, & apoplexiam. [e] Quando multa in toto corpore fuerit iectigatio, regatur phlegmatis euacuatione. ideo ne hoc habens, spasmum incidat & apoplexiam. Et similiter cum perdurauerit, vt sensus sint turbidi, & motionum adsit debilitas cũ repletione. [e] Cum membra omnia stupida fuerint multum, tunc regantur cum euacuatione phlegmatis, ne ad para-
F Li.3.F.2.c.18. & Ras.ibi. lysim & spasmum perueniant. [f] Cum facies multum iectigauerit, cui hoc acciderit, regatur purga-
B tione cerebri, antequam ad torturam deueniat. [f] Cum facies vehementer rubuerit, & oculus, & lachrymæ fluxerint, & lumen effugerit, & capitis dolorem habuerit, minutione regendus erit, & so-
G Hip.6.apho.23. & G.3.loc.af.c.7.c & Ras.t.4.c.8 lutione ventris, & his similibus, ne incidat in phrenesim. [g] Cumq; multa absq; causa fuerit tristitia, & timor, regendus erit adusti humoris euacuatione, ne ad melancholiam deueniat. [h] Facies quoq;
H Ras.t.4.c.8. cum rubet, & tumet, & suscitati attinet, & fit hoc perdurans, portendit lepram. [h] Cum corpus fuerit graue, & lassum sit, & venæ apparuerint, minuendum erit antequam venæ scissura accidat, aut apoplexia, aut mors subitanea. [h] Cum in facie tumor, seu inflatio sparsa fuerit, & in palpebris, & in extremitatibus, dispositioni hepatis est succurrẽdum, ne incidat in hydropisim. [h] Cum stercoris fœ
I Ras.& Hippo.2.apho.5.; tor multus fuerit, regimine vtendum erit remouẽdo à venis putrefactionem, ante quam ad febres perueniat, vrinæ tamen significatio est in hoc vehementior. [i] Cumq; lassitudinem & fracturam videris, time quòd febris accidat. Cumq; comedendi appetitus cadit, aut augmẽtatur, significat ægri
K G.ex arte medi.c.82.d.e.f, & Ras. tudinem. [k] Et ad summum omnis res, quæ de suo mutatur vsu, scilicet desiderium, aut egestio, aut vrina, aut coeundi voluntas, aut somnus, aut sudor, aut corporis pruritus, aut ingenij subtilitas, aut sapor gustus, aut pollutionis nocturnæ consuetudo, cum augmentãtur, aut diminuunt, aut suam
K G.ibi.& Ras. mutant qualitatem, pronosticantur ægritudinem. [k] Et similiter vsus non naturales, sicut hæmorrhoidarum sanguinis fluxus, aut menstruorum, aut vomitus, aut ex naribus sanguinis fluxus, aut
L Hip.2.aph.50.d.e,f. C consuetudo desiderandi rem aliquam, siue mala sit, siue non sit mala, [l] quoniam vsus est sicut natura. [l] Et propter hoc non debet abstinere quis, nisi à multum malis: quæ tamen ex eis dimittere de-
L Ras.ibi. bet, ordinate dimittat. Est præterea cum res particulares particularium rerum sunt demõstratiuę, [l] perseuerantia nanq; doloris capitis, & hemicranei, dilatationem pronosticatur pupillæ, & descensum aquæ in oculum. [l] Imaginari oculis coram facie, sicut cimices, & reliqua, cum mansiuum sit & stabile, & visus cum hoc assidue debilitatur, portendit descensum aquæ in oculum. [l] Cum grauitas & punctura in tempore dextra perseuerauerit, hepatis significabit ægritudinem. [l] Grauitas & tensio in inferioribus dorsi, & ilio, cum mutatione dispositionis vrinæ ab eo, quod est consuetum nocumentum in renibus pronosticatur. [l] Stercus non habens tincturam, sicut solebat, significat icteritiam. [l] Cum ardor vrinæ perseuerat, vlcera significat quæ in vesica accident & virga. [l] Egestio in ano adustionem faciens, pronosticatur dysenteriam. [l] Desiderij casus cum vomitu, & inflatione, et crurium dolore portendunt colicam. [l] Pruritus in ano, cum parui vermes ibi non affuerint, prono sticatur hæmorrhoidas. [l] Multorum aldemamil.i. forunculorum natiuitas, & nodorum magnam
L sinum significat exituram, seu magnum significat [l] {aldubeleti.} [l] Serpigo, albaras pronosticatur nigram. [l] Et morphea alba, pronosticatur albaras albam.

Dictio vniuersalis de regimine iter agentium. *Cap. 2.*

M Ras.t.6.c.11. D I Ter agens [m] à rebus abstineat, quibus vti consueuerat, cum esset cum suis familiaribus: labores nanq; & dolores ei accidunt, quapropter studium impendere debet ad hoc, vt de se sit solicitus, ne ad multas perueniat ægritudines. Et illud de quo plus solicitus esse debet, est nutriens, & lassi-
N Ras.34.cõti.t.2 ca.1.491.2 tudo. Suum vero nutriens meliorari debet, & facere vt sit bonæ substantiæ, [n] & propinquæ mensuræ, & non multæ, ideo vt digeratur, [n] & superfluitates in venis ipsius non congregentur. Amplius æquitare nõ debet plenus, ne eius cibus corrumpatur, & necessitatẽ habeat bibendi aquam, & augeatur commotio, & sonitus in stomacho, & nauseatiua satietas: immo expectare cibũ debet, vsq; ad horam hospitandi, nisi fuerit propter causam, quam postea dicemus. Quod si multum ei necessarium fuerit, rem modicam comedat fm modum temperamenti: & tãtum ne per ipsam bibendi aquam necessitatem habeat, siue sit eius iter nocturnum, siue diurnum. Lassitudo quoq; eius re
O 14.doc.3. genda est ex eo, quod in [o] capitulo de lassitudine dictum est. [p] Oportet præterea ne eat in vias re-
P Ras.t.6.c.11. pletus sanguine, aut alio, sed corpus suum mundificet, deinde incedat, [p] & si nauseatiuam satietatem habuerit, famelicus fiat, & dormiat, & nauseatiuam satietatem resoluat, postea in viã pergat. Oportet præterea vt qui iter aggreditur, vtatur ordine, & parum plus solito exercitetur. [p] Et si in suo itinere necessarium fuerit vigilare, assuescat vigilare parũ: & similiter si timet ne fames ei accidat, aut

dat, aut sitis, aut aliud ab istis, debet ea assuescere: & debet vti cibo, quo in itinere vult nutriri: & debet constituere, vt eius[a] cibus sit in quantitate paucus, & multi nutrimenti.[a] Olera præterea dimittat, & fructus, & quicquid humorem generat crudum, ni fuerit propter necessitatem, vt ex eo medicetur. Et fortasse iter agenti est necessarium, vt præparetur ad famem tolerandam, & minorationem appetitus. Ex eis autem, quæ ipsum iuuant in hoc, sunt cibi facti ex hepatibus assatis, & his similibus. Et est cum ei fiunt pillulæ cũ viscositatibus, & adipibus liquefactis fortibus, & amygdalis, & oleo amygdalino: sintq; adipes, sicut adeps vaccinus: quarum vnam cum comederit, famem longo tempore tolerabit.[b] Quidam quoque retulerunt, quòd vnus homo biberit libram vnam olei violacei, in quo cera dissoluta fuit, donec in emplastri similitudinem conuersa fuerint, decem diebus postea comedere non desiderauit. Et similiter quandoque indiget, vt præparentur ad sitim tolerandum. Secum ergo deferre debẽt ex medicinis sitim extinguentibus, quas[c] in libro tertio, in capitulo de siti dicemus: & proprie ex semine portulacæ. iij. drach. cum aceto bibat. Et dimittat nutrientia sitim facientia, sicut[d] pisces, &[d] cappares, & salsa, & dulcia, &[d] minuat loquelam, &[d] molliter incedat.[e] Cumq; aquam cum aceto biberit, parum ex ea ei sufficiet in sedando sitim, vbi non multa inuenitur aqua. E

A Haly. li. 1. prac. ca. 31. & Ras. t. 6. capi. 11.
A Ras. ibi.
B Ras. 34. cõti. t. 2. ca. 2. 491. 3
C F. 13. t. 2. c. 22.
D Ras. t. 6. c. 3.
E Cap. 7.

De regimine cauendi à caliditate, & proprie in itinere, & regimine iter agentium in ipsa. Cap. 3.

HOs etiam nisi seipsos regant, res in suo fine ad hoc perducet, ꝙ debilitabuntur, & eorum resoluentur virtutes, ita ꝙ se mouere non poterunt: & superabit sitis: & fortasse sol eorum impediet cerebra. Quapropter studere debent,[f] vt vehementi coopertura à sole sua tegant capita. Et similiter debent iter agentes[g] pectora sua custodire: & epithemare ex tali, quale est mucilago psyllij, & succus portulacæ. Iter præterea agentes in calore quandoq; necesse est aliquid comedere antequam eant, sicut[g] {sauich} hordei, & syrupum de fructibus, & reliqua ab eis: quoniam cum equitant, & in eorum interioribus nihil existit, multum debilitat eos resolutio, & non erit in eis restauratio. Sumere ergo debet ex eo quod diximus aliquantulum, & deinde moretur, donec de stomacho descendat, & non conquassetur. In via præterea deferre debet oleum rosꝫ. & violꝫ. ex quo hora post horam in suis dorsis inungatur. Multorum præterea quibus in via ex calore accidit nocumentum, redeunt dispositiones propter natationem in aqua frigida: verũtamen melius est, ne hoc cito fiat, sed parum expectent, deinde ordinate ad ipsam accedant. Qui autem æstuationem aeris calidi timuerit, nares, & os instita sibi ligare debet, & toleret laborem in hoc: debet etiam prius cum lacte absq; butyro cepas comedere: & proprie cum cepæ in ipso fuerint præparatę, aut nocte vna infusæ, comedat cæpas, & sorbeat lac.[g] Et oportet vt sint cæpæ, antequam in[g] {aldog} mittantur fortis incisionis. Sit præterea illud quod odorat oleum rosaceum, vel naribus attrahat oleũ rosaceum, &[g] oleum de seminibus cucurbitæ, & sorbeat oleum de seminibus cucurbitæ, quoniam malitiam, seu nocumentum æstuationis aeris calidi remouet, quam timet. Cum autem[g] {venenum} ei nocumentum fecerit,[h] super extremitates ipsius aqua proijciatur frigida, & facies ea lauetur.[h] Sitq; eius cibarium ex oleribus frigidis, & super ipsius[i] caput ex oleis fundatur frigidis, sicut oleo rosaceo, & ex[i] {chalef} & succis frigidis, sicut vermicularis succo, deinde lauetur:[h] & à coitu sibi caueat. Saliti quoq; pisces ei conferunt, cum quieuerit quod habet.[h] Vinum quoq; temperatum ei confert.[i] Lac præterea est melior cibus, si febrem non habuerit. Et si habuerit febrem, quæ non fuerit ex febribus putridis, immo ex ephemeris, bibat doch acetosum, id est lac absq; butyro. Cumq; sitim habuerit post venena, succurratur[i] ex collutione oris cum aqua, sed non bibat ex ea donec satietur: quia tunc subito morietur, immo oportet vt ei sufficiat collutio oris cum aqua. Quod si multa ei necessitas bibendi ingruerit, semel ex ea glutiat parum, & secundo, & tertio, & deinceps. Cumq; quieuerit illud quod ex siti ei excitatum fuerit, bibat. Et si antequam bibat, inceperit bibere oleum rosaceum cum aqua mistum, & postea bibat aquam, erit melius. Et ad summum ille, quem calor impedit, in loco debet manere frigido: & pedes abluere ex aqua frigida. Et si fuerit sitiens, aquam frigidam paulatim bibat. Et ex cibo qui cito digeritur, nutriatur.

F G

F Ras. t. 6. cap. 2. & Aet. li. 1. Ser. 4. c. 47
G Ras. t. 6. ca. 2.
G ptisana
G lacte acetoso
G æstuatio
H Aeti. li. 1. Ser. 4. ca. 47.
H specie salicis
I Ras. t. 6. c. 1.
I Ras. ibi. c. 2.

De regendo iter agentem in frigore, & congelatos. Cap. 4.

DIco ꝙ iter agere in forti frigore, est res magni timoris, licet multũ custodiat se, & muniat omnibus quæ sunt necessaria: & quanto magis cum non totum quod necessarium est, præparauerit. Quam plures nanq; iter agentes, omnibus que necessaria erant, se rexerũt, &[k] postea frigore mortui sunt, quos frigus interfecit, & aldomach. i. nix cum vento, spasmo,[l] aut congelatione, aut[m] apoplexia: & moriuntur quidem morte eorum, qui opium biberint, aut mandragoram. Quod si eorum dispositio ad mortem non peruenerit, multoties in famem incident,[n] quæ vocatur bolismus, in qua quid sit faciendum, & in alijs ægritudinibus iam in suo[o] loco diximus. Et res quidem eis melior est, vt poros claudant, & nares,[p] & os custodiãt ne in eo aer frigidus subito ingrediatur: & vt extrema custodiant cum eo quod nominabimus. Cũq; iter agens in frigore, hospitatur,[q] non illico se calefacere debet: immo in hoc paulatim ordinetur in calore paruo, & ad fortem calorẽ non cito accedat, imo si ad ipsum non accesserit, erit melius. Quod si vehementer ei fuerit necessarium, sm ordinem ad ipsum accedat. Et ille quidem cui est conuenientius ab eo separari, est qui cito vult ire, & ad frigus egreditur. hoc est cum frigus non ad hoc peruenerit, vt iter agentẽ debilitet, & eius deijciat fortitudinem. Sed si infrigidatio in ipso operata, vel impressa fuerit, necesse est, vt festinet ad se calefaciendum, & leniendum ex oleis calefacientibus: & proprie illis, in quibus theriacæ proprietas H

K Li. 3. F. 1. t. 5. c. 12 & G. de diffe. mor. cap. 5. e, & de causa morb. c. 3. d, & Ras. t. 6. ca. 4.
L Li. 3. F. 2. c. 5.
M Lib. 4. F. 6. t. 1. Sũ. 3. c. 1. & 3.
N G. 2. apho. 21.
O Li. 3.
P Ras. t. 6. c. 4.
Q Ras. ibi, & G. 12 meth. med. ca. 7. d, & de inæquali tẽperie, ca. 8. c, & 2. loc. affe. ca. 5. d

A prietas exiſtit, ſicut oleum de lilio. Cumq; iter agens in frigore, hoſpitatus fuerit, & fuerit famelicus,& rem comederit calidam:accidet ei calor, ſicut ex febre mirabilis. Iter agentes præterea nutrientia habent,quæ faciliter rem,ſeu nocumentum frigoris tolerare faciunt. Et hæc quidem ſunt

A Ras.t.6.c.4.

nutrientia, in quibus multum ponuntur [a] allia, & [a] nuces, & ſinapi, & [a] aſſa. Et eſt cum in eis mittuntur cepę, vt boni ſint ſaporis conditæ, cum allijs, & nucibus. [a] Butyrum quoque eſt eis bonum,& proprie cum poſt ipſum forte hauſerint vinum. Oportet præterea vt iter agens in frigore non ambulet,dum eſt vacuus,[a] immo impleatur nutrimento. & vinum loco aquæ bibat: & moretur,donec iſtud in ſuo ventre quieſcat, & calefiat, & poſtea equitet.[a] Aſſa quoque eſt ex eis,quę in frigore congelatum calefaciunt:& proprie cum ipſa in vino ei ad potãdum datur, cuius integra doſis eſt drachma vna, aſſæ, & vini lib.1. Amplius iter agentes in frigore habent vnde fiat epithema,quod eorum muniat corpora, ne à frigore patiantur, ex quibus eſt oleum, & alia ab eo. [a] Allia quoq; ſunt ex rebus ei vtilibus,qui ab aere venerunt frigido.

De cuſtodiendis extremitatibus à nocumento frigoris. Cap. 5.

B Ras.t.6.c.7.

B ſyrupus de floribus lilij cũ aromatibus.

B gummi cedri

B lana cameli

ITer agẽs [b] extrema in primis fricare debet,donec calefiãt:deinde ex oleo calido ea liniat, quod ſit ex oleis bene redolentibus,ſicut oleum de [b] lilio,& oleum [b] de ben [b] {almiſuſen} quoq; linitum eſt eis conueniens:et ſi ipſum non habuerit,oleum ſumat,et proprie cũ in ipſo poſuerit piper, B aut pyrethrum,aut euphorbium,aut aſſam fœtidã,aut caſtoreum. Ex epithematibus præterea extremitates cuſtodientibus eſt,vt ſuperponat eis galbanum,& allia:quia eſt ſecuratio,& non eſt aliquid ita adiuuans,[b] ſicut [b] {alkitran.} Et non oportet,vt ſotular, aut calciamentum, quo pes tegitur,ſit ſtrictus:ita vt pes in eo cõmoueri non poſſit:q̃m motus membri eſt vna ex rebus prohibentibus ab eo frigus:membrum quoq; ſuffocatum incurrit in frigus vehemens.Et cum ipſum cooperitur pergameno,& pillis,& poſtea cum [b] {buber} eſt magis ipſum cuſtodiens. [b] Cum autem manus,aut pes frigus non ſenſerit,& ex frigore nihil diminutum fuerit,nec ſolicitudo prima fuerit cuſtodiendi ipſum regimine conuenienti, ſcias quod ſenſus iam eſt in itinere deſtructionis, & quod frigus iam effecit in ipſo operationem ſuam. Nunc igitur excogitare debemus, quid in ipſo ſit faciendum.Quod ſi frigus in membro operabitur,& innatum qui in ipſo erat extinxerit calorem,et conſtrinxerit illud quod reſoluebatur ex eo in eius ſubſtantia, & ipſum putrefactioni aptum

C Li.4.F.3.t.1. capi.16.

effecerit,erit quãdoq; neceſſarium facere totum quod in capitulo de [c] vlceribus eſt dictum, & proprie de herpetibus heſthiomenis malis.Sed cum frigus ipſum impedierit,& nõdum computruerit, ſed eſt in via ad ipſam putredinem melius erit,vt extremitates ponãtur in aqua naporum proprie, aut

D Ras.t.6.c.7.

in aqua in qua palea cocta fuerit,& in aqua caulium,& in aqua rerũ odoriferarum,& in aqua [d] anethi,& in aqua [d] chamæmillæ [d] omnia iſta ſunt bona, & calamenthum eſt bonum epithematum, &

D ſpeciei abſynthij

C aqua [d] {alſceha.} & aqua ſiſymbrij.Ex napis quoq; emplaſtrum,apponere eſt medicamen eis conueniens. Ab igne pręterea ſibi cauere debet,ne ad ipſum accedat.Et oportet quidem vt velociter [d] incedat,& pedes moueat,& extrema,& exercitet ipſa,& fricet:poſtea inungat, & ſuper ipſa aquã calidam ab alto fundat,cum eo quod diximus.[d] Et ſcito,q̃ dimittere extremitates ſuſpẽſas,& quietas in frigore ne moueantur,& vt non exercitentur,eſt ex maioribus cauſis,quæ faciunt extremis, vt ea ſuperet frigus.Sunt præterea hominum quidam qui ponunt in aqua frigida, & faciunt vtilitatem:ac ſi nocumentum ab eis remoueretur,quemadmodum fructibus accidit congelatis. Cum enim in aquam proijciuntur frigidam:fiunt quemadmodum ſi ab eis extraheretur cõgelatio,et ab

E G.12. meth.meden.c.7.d

eis labitur,& leniuntur,& æquantur:[e] & ſi ea igni applicantur, corrumpuntur. [e] Sed q̃uo fit iſtud, non eſt medico neceſſarium.[e] Cum autem vna extremitas obfuſcari cœperit:ſcalpellanda etiã erit,

F Ras.t.6.c.7.

& ſanguis ab ea extrahẽdus,membro in aqua calida poſito,propterea ne aliquid ſanguinis in orificijs plagarum congeletur,& non egrediatur:ſed egredi dimittatur, donec per ſe reſtringatur, [f] poſtea ipſa epithemetur ex bolo armeno,& aceto temperatis, quoniam hoc eius remouet læſionem. [f] Alkitran quoque in principio, & ~~in~~ fine iuuamentum præbet. Cũq; res ad nigredinem trãſierit,

G 16.F.3. t.1.li.4.
H Ras.t.6.c.15.
I Li.4. F.7. t.2. c, 3.& Ras.ibi.
K Li.2.t.2.c.528.& li.4.F.7.t.2. c.3. & Ras.ibi.

aut viriditatem,& comprehenditur,ſeu cognoſcitur rem, ſeu membrum putrefieri, & procedere putrefactionem,non laboret,niſi vt velociter auferatur illud, quod computruit, ne etiam ſanum, D quod in eius conſiſtit vicinitate,putrefiat:& putrefactio paulatim ad interiora procedat: ſed faciat illud quod in ſuo diximus [g] capitulo.

De conſeruando colorem faciei in itinere. Cap. 6.

K nomẽ philoſophi.

L Li.4. F.7.t.3. capi.16.

M Ras.34.cõt.t.2 ca.2.491.4.

FAcies eſt epithemanda ex rebus viſcoſis, in quibus exiſtit conglutinatio, ſicut [h] mucilagine pſyllij,& mucilagine [h] portulacæ,& ſicut [h] dragagantho in aqua reſoluto, [i] & gummi arabico in aqua reſoluto,[k] & ſicut albumine oui,& ſicut [k] tortellis de ſimila in aqua reſolutis,& trochiſcis, quos [k] {chritan} nominauit. cum autem ventus eam alterauerit, aut frigus, aut ſol, regimen eius quæres [l] in ſermone de decoratione.

De conſeruando iter agentem à nocumentis aquarum diuerſarum. Cap. 7.

N F.2. d.2, Sũ.1.c. 16 &.G. cõ.4 in 6. Hip. de morb.vul. 19.d.& d boni.aqs. a &.1.ſimpl.c.4.b, & Ras.t.6.c.12.

O F.2.d.2.Sũ.1.ca .16.& Ras.t.6. ca ...

AQuarum [m] diuerſitas iter agentem ad ægritudines magis perducit,q̃ nutriẽtium diuerſitas. Ex hoc ſolicitudo eſt habenda, & res aquæ corrigenda. De eius autem emendatione eſt, vt vehementer coletur, & fiat vt à [n] vaſe terreo multum reſudante egrediatur:ipſam quoq; coquere, quemadmodum declarauimus cauſam,eam quandoq; clarificat: & inter puræ aquæ ſubſtantiam, & id quod ei admiſcetur,ſeparationem facit. Et maius hoc toto eſt, [o] ipſam ſublimando diſtillare. Eſt etiam cum ex lana retorta fit lychinium,cuius vna extremitas in vas plenum ponitur, altera in

vas

vas vacuum,& guttatim aqua ad vacuum dilabitur,& est clarificandi modus idoneus: & proprie E cum multoties factum fuerit:similiter quoq; cum aqua amara,& mala coquetur,& proijcitur in ea dum ipsa bullit,lutum liberum,& [a] frustum magnum lanæ,deinde exprimatur aqua,& quæ exprimitur est melior q̃ prima.Et similiter cum aqua conquassatur in vase,& quãdoq; ponitur in ea lutum liberum,in quo non existit mala qualitas,& proprie quod in sole fuit adustum,& postea colabitur,erit ex eo,quod eius prohibet malitiam.Aquam quoq; cum vino bibere est ex eo, quod eius frangit malitiam,cum ipsius malitia fuerit ex genere paucæ penetrationis. [b] Aqua etiam cum pauca fuerit,& non inuenietur temperata,cum aceto erit bibenda,& proprie in æstate:quoniam hoc à multo excusat potu.[c] Aqua præterea salsa cum aceto est bibenda,& syrupo acetoso,in quã siliquę,& myrti grana sunt proijcienda, & sorbæ. Et [d] post aluminosam quidem aquam, & ponticam bibendum est totum illud quod naturam lenit. Vinum quoq; est ex eo,quod post ipsam potatũ,confert.Super amaram quoq; aquam exhibenda sunt [d] dulcia, & vnctuosa, [d] & ipsa cum iuleb est miscenda,& aqua cicerum bibita ante ipsam,& ante illam,quæ ei similatur est ex his, quæ remouent eius nocumentum,& similiter comedere cicera. Ante vero aquam stantem, & palustrem, in qua existit putrefactio,[e] non sunt gustanda nutrientia calida:supra quã styptica sunt exhibenda ex fructibus frigidis,& oleribus,sicut cydonia & matiana, & ribes. Super aquas quoq; grossas & turbidas,vtendum est allijs.[f] Et ex eo etiam,quod eas clarificat,est alumen iameni.Ex eis quoq; quę di F uersarum aquarum remouent malitiam,[g] sunt cepe,quoniam sunt vt theriaca huius, & proprie cepe cum aceto,[h] & allia etiam.Et ex rebus frigidis,[i] sunt lactucæ.Amplius ex regimine viatorũ conueniente in diuersitate aquarum,[i] est vt ex aqua suæ terræ ferat,& cum aqua misceat terræ, in qua prius hospitabitur,& ferat ex aqua cuiusque hospitij ad hospitium, quod est post ipsum, & admisceat eam cum sua aqua,& ita faciat donec perueniat vbi vult:[i] & similiter si ex luto suæ terrę sumpserit,& cum omni aqua ad quam peruenerit,admiscuerit,& ipsum in ea cõquassauerit, & eam dimiserit quousq; clarificetur.[i] Aqua præterea panno interposito bibenda est,ne sanguisuga cum errore ingrediatur,& ne quod ex malis permistionibus vehementer est minutum, transglutiat.[l] Ex rob quoq; acetosis secũ deferre,vt ea cũ vnaquaq; diuersarũ aquarũ misceat,est regimẽ conueniẽs.

A Ras.t.6.c.11.
B Ca.2.
C Ras.t.6.c.12.
D Ras.34.conti.t.2.c.2.492.1.
E Ras. ibi. 491.4.
F Ras.t.6.c.12.
G Ras.ibi.li.2.t.2.ca.123.
H Sera. de simpli. 321.
I Ras.ibi.

De regimine viatoris in mari. *Cap. 8.*

Viatori in mari plerũq; accidit scotomia,& vertigo, & reuoluitur cum ea, & cõmouetur in ea nausea:[k] & vomitus:& hoc quidem in primis diebus,sed postea residet,& quiescit. Et oportet ne fortiter retineatur nausea,[l] & vomitus:sed dimittatur donec per ipsum mundet: q̃ si superfluus fuerit,retinebitur tunc:præparatio tamen ne vomitus accidat, non est mala.Et hoc est, vt ex fructibus comedat,sicut cydonia, & matiana,& granata. [m] Semen quoq; apij cum bibitum fuerit, prohibet nauseam ne cõmoueatur, & sedabit eam cum cõmouebitur, [m] & absynthium similiter. G Ex eis etiam quæ id prohibent est,vt acetosis os stomachi cõfortantibus, & vaporem, ne ad caput ascendat,prohibentibus,nutriatur.Et hæc quidem sunt,sicut [m] lentes in aceto, & succus vuæ acerbæ,& parum calamenthi,& [m] {hasce,} & panis fractus in vino bene redolente, aut in aqua frigida. Et est quando in ea ponitur hasce.[m] Nares quoq; eius interius cum cerussa sunt epithemandæ.

K G.4. aphor. 14.
L Pau.li.1.ca.56.& Ras.t.6.c.14.
M Ras.34.cõti.t.1 ca.2.492.1
M thymus

Fen quarta, De diuisione modorum medicationum, secundum ægritudines vniuersales.

Dictionis quartæ est locutio vniuersalis de medicatione. *Cap. I.*



Dicemus q̃ res medicationis ex [n] vna trium rerum completur: vna earum est regimen,& nutrictia:& alia medicinarum est exhibitio: & tertia est operatio manualis.Per regimen autem intelligimus administrationem, quæ fit in causis necessarijs [o] numeratis,quæ s̃m vsum sunt currentes, ex quibus est nutriens. Et iudicia quidem regiminis ex parte qualitatum earum sunt proportionalia iudicijs medi H cinarum.Nutriẽs vero,quod est ex summa earum iudicia habet,quæ sunt ei propria ex modo quantitatis.[p] Nutriens enim quandoq; prohibetur, quandoq; minuitur,quandoq; æquatur,quandoq; augetur.Sed non prohibetur,nisi cum medicus vult,vt natura occupetur in maturatione humorum.Et non minuitur, nisi cum vult virtutem cum hoc custodire.Ergo inquantum nutrit,custodit partem virtutis,& inquantum minuit, custodit partem materiei,ne natura tunc occupetur in digerendo multum cibum. [q] Ipse quoq; semper sit solicitus de eo,quod magis suspectum est,& est virtus,si fuerit valde debilis, aut ægritudo, si fuerit multũ fortis.[r] Nutriens quoq; ex duabus minuitur partibus:vna earum est ex parte quantitatis: & altera est ex parte qualitatis: & tibi quidem possibile est ponere coniunctionem duarum partium, diuisionem tertiam.Differentia autẽ inter duas dictiones quantitatis, & qualitatis est, [s] quoniam nutriẽs quandoq; est multæ quantitatis,& pauci nutrimenti,sicut olera,& fructus: q̃m qui ex eis multum comedit, ex quantitate nutrientis multum recipit absque eius qualitate.[t] Et quandoq; est nutriẽs paucæ quantitatis,& multi nutrimenti,sicut oua,& gallorum testiculi. Nobis quoq; quandoq; est necessarium qualitatem minuere,& in quantitate augmẽtum facere. & hoc quidem est cum desiderium

N Gal.de part.art. med.cap.1.d, & ad Thrasib.ca.42.f,& 3.de compo.medi. per gene.f, &.1.de vict. ratio.6.g
O F.2.d.2.
P G.1.aph. 4.a.b
Q G.de const. art. med.c.18.a, &.10. meth.med. c.1.e.f
R G.6.san.tu.c.6.e
S G.de dissol. con ti.c.4.f,&.8.meth. med.c.2.h
T G.de dissol.cõt. ca.4.g, &.8.meth. med.c.2.h

A derium fuerit ſuperans,& in venis crudi fuerint humores: & voluerimus deſideriũ ſopire per ſtomachi repletionem, & à venis multam prohibere materiã: ideo vt prius maturetur illud, quod eſt in venis, aut propter intentiones alias ab iſtis. Et quandoq; neceſſarium eſt nobis in qualitate augmentum facere,& minuere quantitatem:& hoc quidem eſt, cum voluerimus virtutem cõfortare: & ſtomachi natura rem multam digerere nõ valet.[a] Plurimum autem quod nos laboramus in minuendo cibum, aut prohibendo eſt, cum ægritudines medicamur acutas. In ægritudinibus vero chronicis quandoq; minuimus,ſed minus ꝙ in acutis. In [b] ægritudinibus nanq; chronicis plus de virtute ſoliciti ſumus: quia ſcimus, ꝙ earum criſis eſt longinqua,& ipſarũ ſtatus eſt remotus. Quapropter niſi virtus cuſtodiatur, vſq; ad horam criſis ſtare non poterit,neq; illud quod in lõgo digeritur tempore, digerere valebit.[c] In acutis vero ægritudinibus criſis eſt propinqua:& confidimus, ꝙ virtus ante ſtatum non reſoluetur: ꝙ ſi hoc timuerimus, nutriens nõ plurimum minuemus.[d] Et quanto ægritudo plus principio propinqua fuerit,& accidẽtia magis quieta, nutriemus virtutem confortantes. Et quantum ægritudo ſm augmentum proceſſerit, & accidentia ibi etiam augmentata fuerint, minuemus diætam propter fiduciam eius, quod iam dedimus: & ꝓpterea vt virtus alleuietur in hora luctaminis.[e] In tempore quoq; ſtatus regimen vehementer ſubtiliamus. Et quanto magis ægritudo fuerit acuta,& criſis ꝓpinquior, erit noſtra regiminis ſubtiliatio maior, niſi cau-

B ſæ acciderint, quæ nos ab eo prohibeant, quemadmodum in [f] libris nominabimus particularibus. Nutriens præterea ſm hoc quod ex eo fit nutrimentum, duas alias habet diſtinctiones, quę ſunt velocitas penetrationis, ſicut [g] diſpoſitio vini. & tarditas penetrationis, ſicut [h] aſſatorum diſpoſitio, et frixorum.[i] & ẽt ſpiſſitudo ſubſtantiæ eius, quod ex ipſo generatur in ſanguine,& eius retentio, ſicut eſt diſpoſitio nutrimenti carnis porcinæ,& vitulinæ: aut ipſius ſubtilitas et reſolutionis eius velocitas, ſicut eſt diſpoſitio [k] nutrimenti, quod fit ex vino, & ex ficubus. Et nobis quidem eſt neceſſarium nutriens, quod cito penetret,[l] cum caſui virtutis vitalis ſuccurrere volumus, & ipſam viuificare,& non eſt tempus, aut virtus ſufficiens, ſeu potens tolerare, vt nutriens digeratur, quod tarde digeritur.[m] Et nos quidem à nutriente terremur, quod cito digeritur, cũ accidit vt nutriens pręcedat, quod tarde digeritur,& timemus, ne cum eo miſceatur,& fiat ſm modum, quem[m] iam declarauimus. Et terremur etiam à [n] nutrimento groſſo, cum pro certo ſcimus, ꝙ accidũt oppilationes. [o] Sed eligimus cibum fortis nutrimenti,& tardæ digeſtionis, propter eum, quem confortare volumus,& exercitijs fortibus præparare.[p] Rarum quoq; nutriens eligimus propter illum, cui velociter accidit pororum ſpiſſitudo. Medicatio autem, quæ fit cũ medicinis, tres habet regulas.[q] Vna earum eſt regula eligendi eius qualitatem. ſ. eligendi ipſam calidam, aut frigidam, aut humidam, aut ſiccam. Et ſecunda eſt regula ipſius eligendi quantitatem:& hæc quidem regula diuiditur in regu-

C lam menſurandi pondus eius,& in regulã menſurandi ipſius qualitatem. ſ. ſuę caliditatis gradum, aut frigiditatis, aut reliquarum ab iſtis. Et tertia eſt regula ordinandi ſuam horam.[r] In electione autem qualitatis medicinæ abſolute non habetur cognitio, niſi per cognitionem ſpeciei ægritudinis: quoniam cũ ægritudinis qualitas ſcita fuerit, erit medicina eligenda, quæ ei in ſua qualitate ſit contraria:[ſ] quoniam ægritudo ſuo medicatur contrario,& conſeruatur ſanitas ſuo ſimili. Menſura autem quantitatis duorum modorum ſimul cognoſcitur ſm viam exiſtimationis artificialis ex natura membri,& ex quantitate ægritudinis,& ex rebus, quæ ſuper illud ſua ſignificant conuenientia & ſua conformitate, quæ ſunt genus,& ætas,& conſuetudo,& tempus,& regio,& ars,& virtus, et forma.[t] Naturæ vero membri cognitio quatuor rerum continet cognitionem. ſ. cõplexionis membri,& creationis eius,& eius ſitus,& ipſius virtutis.[u] Et complexionis quidem membri, quoniam cum eius naturalis complexio ſcita fuerit: & ipſius complexio ægritudinalis ſcietur per mẽſuram exiſtimatiuam quantum eius complexio naturalis elongata fuerit: Scietur ergo menſura quantitatis, qua ipſa reduci poſſit ad ipſam ſanam, verbi gratia ſi ſana complexio fuerit frigida, & ægritudinalis calida, tunc iam multa elongatio erit à complexione ſui:& tunc multa indigebit infrigidatione: ꝙ ſi ambæ fuerint calidæ, ſufficiet ei parua infrigidatio. Et creationis quidem membri [x] iam diximus, ꝙ creatura membri in. iiij. diuiditur modos: & tu quidem eam ibi conſiderare debes. Poſt

D hoc ſcire debes, ꝙ membrorum quædam ſunt, quæ [y] in creatione ſua ſunt facilis penetrationis, & ſunt in eis interius, aut exterius loca vacua, per quæ expellitur ſuperfluitas medicina ſubtili & temperata. Et eorum ſunt alia quæ non ſunt ita: ſed medicina indigent fortiore: & ſimiliter eorum eſt, quod eſt rarum:& eorum eſt, quod eſt ſpiſſum. Et raro quidem medicina ſufficit ſubtilis, & ſpiſſo eſt medicina fortis neceſſaria: quod autẽ forti medicina magis indiget, eſt illud quod in nulla duarum partium ventriculum habet, neq; receptaculum. Et poſt ipſum eſt id, quod habet illud in vna parte. & poſt ipſum eſt illud, quod à duabus partibus habet receptaculum: ſed eſt ſolidum & ſpiſſum, ſicut rigno. poſtea eſt illud quod ea habet à duabus partibus,& eſt rarum, ſicut pulmo.[z] Et ſitus quidem membri, qm̃ per ſitum cognoſcitur, quẽadmodum tu ſcis, aut locus, aut ſocietas. Vtilitas vero quæ ex ſocietatis prouenit cognitione, eſt magis propria, propterea ꝙ partem magis eligis ad quam medicina trahit,& ad quam eam declinare facis: verbi gratia,[a] cũ fuerit materia in gibbo hepatis, euacuabis eam per vrinam: & ſi in hepatis concauitate fuerit, euacuabis eam per ventrem, qm̃ hepatis gibboſitas membris vrinæ eſt aſſociata:& eius concauitas eſt aſſociata inteſtinis. [b] Sed eius vtilitas, quæ ex parte ſciendi locum prouenit, eſt trium modorum: vnus eorum eſt eius longitudo, et ipſius propinquitas: qm̃ ſi fuerit propinquum, ſicut ſtomachus, peruenient ad ipſum

medicinæ

A G.4.aph.4.b
B G.1.apho.4.b, et 1.art.cur. ad glauc. ca.8.c
C G.1.art.cura.ad glauc.c.8.e, & primo apho.9.h
D Hippo.1.aphor. 10.h
E Hippo. & Ga.1. apho.8.
F Li.4.t.2.c.58. & t.4.c.4.
G G.2.apho.11.d, & de diſſol. conti. ca.4.b.c
H Raſ.t.3ca.12.
I G. de diſſol. cõt. c.2.g.h
K G.2.alimẽ.c.9.g
L G. de diſſol.conti.c.2.d
M F.3.d.2.c.7.
N G.5.ď ſan.tu.capi.6.d
O G.3.alimẽ.c.2.g
P G.de diſſol.conti.c.1.e
Q G.de conſti.art. med.c.12.c
R G.11. meth. meden.c.2.c,&.12.metho.c.1.g
S G.de inequa. tẽpe.ca.6.c
T G.7.meth.med. c.12.h,&.2.art.cur. ad glau.c.2.d
V G. de cõſtit.art. med.c.17.c,&.1.arte cur. ad glau. c.1. d,& h.2.c 2.e
X F.2.d.1.c.3.
Y G.7. meth. meden.c.13.c,&.2.art. cur.ad glau. c.2.e.f
Z G.7.meth. meden.c.13 c.d,& lib, 13.c.17.f.g,&.2. ar. cura.ad glau. c.2.h
A Li.3.F.14.t.1.capi.18.
B G.7.meth.med. c.13.d,&.2.art.cur. ad glau.c.2.h.a

medicinæ temperatæ,& operabuntur in ipso:& si longinquum fuerit, sicut pulmo, medicinarum E temperatarum virtutes corrumpentur,antequam ad ipsum perueniant. Quapropter erit necessarium,vt in earum virtutibus augmentum fiat.Oportet itaq; vt cum membrum est propinquum, cui obuiat medicina,sit virtus ipsius medicinæ fm mensuram,quæ ægritudini sit opposita:& si inter ea fuerit longitudo,& spatium,& est ægritudo,cui est medicina necessaria,quam virtus profundans penetrare faciat,tunc necessarium est in virtute medicinæ plus addere,ꝙ prius erat ei necessarium,sicut est dispositio in emplastro sciaticæ, & reliquis. Et secundus [a] modus est, vt sciatur quid medicinis sit admiscendum,vt per illud velociter ad membrum perueniat:quemadmodum medicinis membrorum vrinæ admiscentur diuretica:& [b] medicinis cordis crocus.[c] Et tertius quidẽ modus est,vt sciamus qua parte medicinam ad ipsum trãsire faciamus:verbi gratia si sciuerimus, ꝙ vlcera in inferioribus [d] existant intestinis,per clysteria inijciemus:& si sciuerimus,ꝙ sint in superioribus,per illud quod bibunt,afferemus.[e] Quandoq; etiam confert loci,& societatis simul solicitudinem habere: & hoc quidem est in eo, quod facere debemus, cum fuerit materia tota iã in membro effusa,& in eo quod facere debemus,cum materia adhuc effunditur: qm̃ cum sciuerimus, ꝙ materia fuerit adhuc in fluxu à suo loco materiã trahemus, postquam quatuor conditionum curam habuerimus:Vna est partis diuersitas, quemadmodum à dextra ad sinistram trahimus, & à superioribus ad inferiora.[f] Et secunda est,vt societatis curã habeamus,sicut menstrua, vẽtosis retinemus, F quas mammillis superponimus ad membrum associatum attrahentes.[g] Et tertia rectitudinum curam habere, quemadmodum oportet in ægritudinibus hepatis, in dextra minutionem facimus basilica:& [g] in ægritudinibus splenis,in basilica sinistra.Et quarta quidem est cũ solicitudine elongationis,ne membrum ad quod attrahitur valde sit propinquum ei à quo extrahitur. [h] Sed cũ accidit,vt tota materia iã sit effusa,vtræq; res ei conferunt ex parte:qm̃ si voluerimus, accipiemus eam ex ipso membro:& si voluerimus, trahemus ipsam ad membrum propinquum, quod associatum est,& eam ab eo extrahemus,quemadmodum duas minuimus saphenas in matricum ægritudinibus:& venam quę est sub lingua,cum medicari volumus apostema duarum amygdalarum.[i] Cũq; ad diuersum trahere volueris,membri à quo protrahis,dolorem prius seda. Et caue tibi ne trãsitus super principale fiat.[k] Et vtilitas quidem quæ sequitur ex parte virtutis membri est trium semitarum:Vna est dignitatis,& principatus curam habere:qm̃ super membra principalia non faciemus aliquid cum fortibus medicinis,in quo sit ambigendum,quanto magis potuerimus,ne nocumentum toti corpori cõmune faciamus.quapropter ex cerebro,& hepate nõ euacuabimus illud,quod ab eis euacuare debemus in vna hora:neq; vllo modo vehementi infrigidabimus infrigidatione:et [l] cum hepati emplastrum superponemus ex medicinis resoluentibus,non relinquemus quin in eo res stypticas,& boni odoris ponamus,propter virtutem custodiendam.& similiter in eis, quæ pro G pter ea ad bibendum damus. [m] Quod autem inter omnia mẽbra hac tota custodia dignius existit, est cor,& postea cerebrum,& post ipsum hepar. [n] Et secunda quidem semita est curam habere operationis membro associatæ,licet non sit principale,sicut stomachus & pulmo.quapropter in febribus cum stomachi debilitate aquam frigidam in potu,quæ sit vehementis frigiditatis,non damus. & scias ꝙ dare ea pura,quæ laxa faciunt,principalibus membris,& eis quæ sunt vicina ipsis, est valde timorosum in re vitæ.[o] Et semita tertia est,habere solicitudinem acuitatis sensus, & eius hebetudinis.debet nãq; sibi cauere, ne membris acuti sensus neruosis det medicinas malarũ qualitatum, & mordicatiuas,& nocitiuas,sicut sunt thithymali,& reliquę ab eis.Medicinarum vero,à quarum datione nobis cauemus,species sunt tres,resoluentes vehementer,& infrigidantes:& cõtrarias habentes qualitates,sicut flos æris & cærussa plumbum,& æs adustum,& eis similia.Hoc quidem est electionem medicinæ diuidere fm membri naturam.[p] Secundum vero ægritudinis quantitatem, quoniam illi,verbi gratia,cuius corporis caliditas accidentalis est fortis, necessarium est ipsam extinguere cum medicina,quæ sit in infrigidando fortissima:& illi cuius accidentalis frigiditas est fortis,est necessarium eam calefacere cum medicina fortis calefactionis:si vero non fuerint fortes, medicinæ debilioris quantitatis nobis sufficiẽt.Ex tempore autem ægritudinis est, vt sciamus in quo suorum temporum sit ægritudo: [q] verbi gratia cum apostema in principio fuerit, super ipsum ponemus,quod solum repercutiat:& cũ in declinatione fuerit,ponemus illud quod solũmodo resoluit:in medio autem miscebimus vtraq;.[r] & si ægritudo fuerit acuta,ipsa in principio existente,temperate regimen subtiliabimus.& si in statu fuerit, in subtiliãdo studebimus.& si fuerit prolixa non tantum in principio subtiliabimus:sed in statu temperata vtemur subtiliatione : licet multas prolixarum ægritudinum præter febres subtile resoluat regimen . [s] Aegritudo quoq; si multæ furiosæ materiæ fuerit,in principio eam euacuabimus,nõ expectantes maturationem:& si mediocris fuerit,maturabimus eam,& postea euacuabimus. Cognitio autem rerum quæ sua significant conuenientia,est ad sciendum tibi facilis.[t] & aer quidem , qui ex earum existit summa, est dignior , cuius rem custodiri oportet:& an sit medicinæ iuuamentũ præstans,an ęgritudini.[u]Et dicemus quod in ægritudinibus in qbus est timor, & non sumus securi ex defectu virtutis cũ tardatione eius, quod bet fieri,aut alleuiationis ex ea à forti medicamine primo incipere debemus.in illis vero,in quibus non existit timor gradatim ad fortiorem procedetur,si non suffecerit eis debilis.[x] Præter hoc quoque tibi caue,ne à rectitudine recedas,licet videris quod ipsarum tardetur iuuamentum,neq; in errore moreris ex hoc,ꝙ eius non appareat nocumentum. [y] Et cum hoc secũdum vnam medicationem,

A Li.5.c.1.&Hal. li.10.pra.c.1.
B Ca.2.
C Li.5.metho.meden.c.5.f,&li.7.capi.13.c.d
D G.5.metho.capi.11.d
E G.2.art.cur.ad glau.c.2.f.g.h
F G.13.meth.meden.c.19.b
G G.2.art.cur.ad glau.c.2.g
H G.ibi.h
I Ca.3.&Ras.11.cont.t.1.135.2
K G.7.meth.med.cap.13.b.c,&.2.art.cur.ad glau.c.2.b.c
L Ca.25.&li.3.F.14.t.1.c.18.&.t.3.c.12.&.G.11.metho.med.c.15.e,&li.13.ca.15.f.g
M G.ibi.7.metho.c.13.c,&Ras.31.conti.t.1.c.2.436.3
N Gal.ibi.&.2.de art.cur.ibi.b.c
O G.2.de art.cur.ad glauc.c.2.c.d,&7.metho.med.capi.13.d
P G.7.meth,med.c.13.a,et ex arte medi.89.d.e.f
Q c.25.&.F.1.d.1.c.1.&.G.6.de med.compo.fm loc.c.1.c,&oppo.li.4.F.3.t.1.ca 3.
R G.1.art.cur.ad glau.c.8.e
S c.3.&li.4.F.1.t.0.c.7.bis,&.G.1.apho.22.b,&de ijs quos purg.opor.h
T G.9.meth.meden.c.14.g,h,a,b
V G.5.meth.med.c.15.h.a
X Hippo.&.G.2.apho.52.&Ras.31.cont.t.1.c.2.437.4
Y F.1.d.3.c.1.

A Li.3.F.10.t.1.capi.40.& lib.3.F.22.t.2.c.7.&.G.li..5.d san.tu.c.9.f
B Li.4.F.1.t.2.c.7 &.8.& Ras.30.conti.t.1.c.1.377.1
C Li.3.F.11.c.10.& Gal.cō.5.in.6.de morb.vulg.9.g,& de pilæ exercitio.c.1.g
D Ras.31.cont.t.1 c.2.438.1.& Hip.& G.cō.5.i.6.de mor.vulg.20.d
E Li.3.F.3.t.2.ca.29.
F G.4.aphor.5.& cap.5.
G G.11.meth.capi.9.h
H Cap.31.
I Ga.1.de vict.rat.17.e

A nem,[a] non cum vna tibi stādum est medicina,immo in vna medicatione medicinas permuta:quoniam ab ipso quod consuetum est,non fit passio:& vnicuiq; quidem corpori, immo omni mēbro, immo vni corpori,& vni membro,in vna hora,& non in altera, inest proprietas ab vna medicina pati,& non ab altera.[b] Cum autem ignoras,quæ sit ægritudo, relinque eam naturę, & non properes:qm̄ aut natura superabit ægritudinem,aut ipsam manifestabit.Cumq; ægritudo dolori coniuncta fuerit,aut igitur causa ipsius est dolor,aut ægritudo est causa doloris, sicut est percussio, aut casus,incipies sedare dolorem.Et si tibi necesse fuerit stuporem inducere, non transcendas tale quale est papauer album:qm̄ cum suo stupore est domesticum,vel vsitatū comestibile. Et cum est necessarium propter vehementiam sensus membri,nutri ex eo quod sanguinem vehementer ingrossat,sicut frumentum coctum.Et si ex hoc quidem regimine non alleuiabitur,nutri cum infrigidantibus,sicut lactucis,& eis similibus.Scias præterea ꝙ ex congruis medicationibus,quæ conferunt, est iuuamentum quod fit ex eo,quod virtutes cōfortat animales,& vitales, sicut [c] lætitia: & obuiare ei quod sibi placet,& assidue sedere cum eo, cum quo gratulatur: quandoque etiam confert sedere cum eo, à quo verecundatur, & quem erubescit: quoniam ægrum prohibet à rebus, quæ ei nocent. Ex eis præterea quæ huic modo medicationis sunt propinquæ, [d] est mutatio de terra ad terram:& de aere ad aerem:& de formis ad formas:& pręcipere eum formas efficere,& motus,qui B membrum dirigant:aut complexionem mutent:quemadmodum puero lusco præcipitur,[e] intueri oblique in rem lucidam,vel in rem quæ ab eo manifeste conspicitur,aut sicut præcipitur torturam oris patienti,vt speculum intueatur chalybis: quoniam hoc perducit eū ad hoc, vt laboret in rectificando faciem suam,& frontem,& oculum:& fortasse inuitus redibit ad hoc,vt melioretur.Ex regulis præterea quas obseruare debes, [f] est fortes dimittere medicationes in temporibus fortibus, quanto plus poteris:sicut ventrem vehementer soluere,aut prouocare vomitum,aut aperire,cum ferro, aut adurere,in æstate,& hyeme. Ex rebus quoq;, in quarum medicatione [g] subtile est adhibendum studium,est cum in vna coniunguntur ægritudine duo, quæ fieri debent contraria: quia oportet,verbi gratia vt ægritudo infrigidetur, & eius causa calefiat,[h] sicut febris requirit infrigidationem,& oppilatio quæ est causa febris requirit calefactionem,aut econuerso. Et similiter si indiget vt ægritudo calefiat,& accidens eius vt infrigidetur, sicut materia colicæ indiget calefactione, & incisione,& subtiliatione,& indiget fortitudo doloris eius,vt infrigidetur,& stupefiat, & econuerso.[i] Amplius scire debes,ꝙ non omnis repletio, neq; omnis complexionis malitia suo medicatur contrario ex euacuatione, & oppositione: immo multoties sufficit multa regiminis bonitas in repletione,& malitia complexionis.

De medicationibus ægritudinum malitiæ complexionis. Cap. 2.

K G.2.art.cura.ad glau.c.7.e
L G. ex art.medi.c.88.c.d,&.2.apho.22.c

C QVæ ex eis quidem sine materia existit complexio tantum permutatur:[k] sed si cum materia fuerit,ipsa euacuabitur:& plerunq; quidem ei sola sufficit euacuatio,si complexionis malitia non relinquetur ab ea propter moram ipsius præteritam: & quandoq; non sufficit nobis istud,si complexionis dimiserit malitiam:immo erit nobis necesse complexionem permutare; cum in euacuando finem fecerimus.[l] Dicemus ergo, ꝙ malitiæ complexionis medicatio tribus fit modis.Complexionis nanq; malitia,aut erit firma,seu impressa, & erit ipsius medicatio ex contrario absolute,& hæc est medicatio absolute:aut erit in termino,vt ipsa generetur,seu in termino generationis,& erit eius sanatio,medicatio cum præmissione seruationis,prohibendo causam,aut ex ea est quæ vult fieri,seu quæ est futura fieri,& oporte t in ea vt prohibeatur causa solūmodo, & nominatur præmissio seruationis. Exemplum medicationis est curatio putredinis febris quartanæ cum theriaca,& dare in potu aquam frigidam in tertiana,vt extiguat.Et exemplum medicationis cum præmissione seruationis est euacuatio in quartana quæ fit cum elleboro: & in tertiana cum scammonea,cum principium paroxysmi accidentis per hoc prohibere volumus.Et exemplū præmissionis seruationis solummodo, est euacuare præparatum ad quartanam propter melancholiæ dominium cum elleboro,& præparatum ad febrem tertianam ꝑpter choleræ dominium: cū scammonea.[m] Cum autem in aliqua ægritudine dubitaueris,an sit eius causa caliditas,an frigiditas:& si

M Ras.31.cōt.t.1.c.2.436.3
N Li.2.t.1.c.2.& li.3.F.13.t.1.ca.17.et.F.22.t.2.ca.6.& G.li.de simpli.medi.c.2.e,&.3.de tēpera.c.5.h
O Li.3.F.13.t.1.capi.24.& Ga.lib.7.meth.med.c.5.d
P F.2.d.2sSū.2.capi.1.
Q G.8.meth.meden.c.10.d.e

D experiri volueris,non experiaris cum superfluo:& [n] caue tibi ne decipiat te impressio, quæ erit accidentalis.[o] Et debes scire ꝙ infrigidationis,& calefactionis tempus est vnum: sed in infrigidando est plus timoris,quoniam caliditas est amica naturæ:[o] & in humectando quidem, & exiccando est timor æqualis,sed humectandi tempus est longius. Vnaquæq; præterea humiditas & siccitas conseruatur propter suarum causarum confortationem:& permutatur propter causarum contrarij ipsius fortitudinis augmentum. Et caliditas quidem fit fortior propter causas, quarum iam [p] expleuimus sermonem:deinde per ea quæ viuificant. Et est suprfluitates, & repletionem expellere, & oppilationem aperire.deinde ex eo quod ipsam conseruat: & hæc est humiditas temperata. Frigiditas vero fit fortior ex eo,quod ipsius confortat causas:& ꝙ caliditatem suffocat.Et ex eo ꝙ ipsam superflue resoluit,& est siccitas ſm essentiam, & caliditas ſm accidēs. Qui autem caliditatis superfluitatem cum apertione oppilationum medicatur, sibi cauere debet ab infrigidatione superflua; ne in conuertendo oppilationem in lapidem augmentum faciat: & ne calidæ complexionis malitiam augmentet: immo paulatim primo medicari debet cum eo quod abstergit:[q] & si abstergens; quod infrigidat,ei suffecerit, sicut aqua hordei: & aqua endiuiæ erit conueniens: & si nō suffecerit istud, tunc cum illo quod temperatum existit, ꝙ si hoc non suffecerit, tunc cum eo, in quo subtilis

existit

existit calor: necq; ex hoc sis solicitus, quoniam iuuamentum eius apertionis in infrigidando plus E confert q̃ sit nocumentum, quod facit ei calor qui ad extinguẽdum est facilis post apertionem. Et quãdoq; superflua extinctio prohibet digestionem humorum acutorum: licet quidam hominum sint, qui proteruiant ad hanc destruendam sentẽtiam, & ignorent quod fortis extinctio deijcit virtutem: & quanto magis in corporibus, quæ ab ægritudine debilitata fuerunt, licet aliquo rectificationis modo materiam rectificet, quoniam quandoq; post ipsam aliæ proueniunt ægritudines, aut malitia complexionis frigidæ simplex, aut cum materijs frigidis contrarijs materiei, quam rectificauit. Complexionem vero frigidam calefacere, quasi difficile est, cum iam est confirmata. & multum facile in principio: & ad vltimum calefacere frigidum in principio rei est facilius, q̃ calidum in principio infrigidare: sed calidum in fine infrigidare, licet sit difficile, est tamen facilius q̃ frigidum in fine calefacere: quoniam superflua frigiditas est ipsa mors innati caloris, aut ei ꝓpinqua. [a] Et debes scire, q infrigidatio quandoq; siccitati coniungitur, & quandoq; humiditati, & quandoque ab vtrisq; separatur: verũtamen siccitas magis fit confirmans frigiditatem, quæ iam acciderit: & humiditas est magis adducens frigiditatem, quæ accidet. Et iam quidem omnes caloris causæ, cũ superfluunt, in exiccando iuuant: & quandoq; etiam omnes frigiditatis causæ, cum superfluæ fuerint, in humectando iuuant. Et nulla quidem res ad hoc tantum peruenit, quantum [b] ociositas, & assidua [c] balneatio, quæ est facilis, seu leuis, & balneari in tina. Et nos quidem te fecimus scire hoc in [d] eo, F quod est præmissum. Vinum præterea mistum in humectãdo est forte. Amplius scire debes, quòd cum senex infrigidatione indiget, & humectatione, non sufficit ad hoc illud, quod ipsum ad æqualitatem reducit, immo quod ipsum transire facit ad complexionem frigidam, & humidam, quæ ei debetur: quoniam ipsa licet sit accidentalis, est tamen ei quasi naturalis. Scire quoq; debes, quod sępe est nobis necessarium in permutando complexionem, dare illud quod huiusmodi cõfortat complexionem admistum ei, quod sibi sit cõtrarium, quemadmodum est nobis necessarium [e] dare acetum cum medicinis calidis alicui membro, ideo vt ipsarum penetrent virtutes: & sicut est nobis necessarium dare [f] crocum cum medicinis infrigidantibus cor, ꝓpterea vt eas ad ipsum ferat. Et multoties quidem est medicina vehementis impressionis in permutando complexionem, sed propter sui subtilitatem non permanet, donec suam perficiat operationem. [g] Est ergo nobis necessarium, ei aliquid admiscere, quod ipsam inspisset, & retineat, licet ex ea suæ operationis proueniat contrarium, sicut balsamo admiscemus ceram, & reliqua: ad hoc vt ipsum tanto tẽpore retineatur, in quo suam perficiat operationem.

Ad sciendum qualiter, & quando oportet euacuari. *Cap.* 3.

Res quæ demonstrant rectitudinem iudicij in euacuando [h] sunt decem, repletio, & virtus, & complexio, & accidentia conuenientia, sicut si naturæ, quam soluere volumus, non accide- G rit ventris solutio: quoniam ventrem soluere super ventris solutionem est timorosum, & figura, et ætas, & tempus, & aeris regionis dispositio, & consuetudo euacuandi, et ars hęc nancq; cum fuerint contraria significationi, propter quã euacuatio facienda erit prohibebunt, euacuationem. [i] Vacuitas itaq; sine dubio euacuationem fieri prohibet. [k] Et similiter cum debilitas cuiuscunq; trium virtutum fuerit: verũtamen [l] quandoq; plus eligimus alicuius virtutis debilitatem, q̃ nocumentũ relinquendi euacuationem: & hoc quidem est in virtutibus sensibilibus & motiuis, cum fiduciã habuerimus succurrendi rei timorosę, si acciderit, & similiter in omnibus virtutibus. Cõplexio quoq; calida & sicca ab hac prohibet, & frigida, & humida caliditatem non habens, aut debilem habẽs ab ea etiam prohibet: in calida autem & humida facile faciemus illud, & fortiter. Figura autem scilicet superfluitas [m] maciei, aut raritas, ab ea prohibet, propter timorem, ne spiritus resoluat̃, & similiter oportet in regendo debilem & macrum, multam choleram rubeam in sanguine habentem, vt ei blandiaris, & non ipsum euacues: & vt eum nutrias ex eo, quod bonum generat sanguinem ad frigiditatem & humiditatem declinantem: quoniam ex hoc sui humoris complexio rectificabitur, & fortasse ipsum fortem efficies, & euacuationes tolerabit. Et propter illud oportet ne illum euacuare sis ausus, qui ex consuetudine parum comedit, quandiu ab eius euacuatione abstinere poteris. [n] Superflua quoq; pinguedo ab ea prohibet, propter timorem, ne frigiditas dominetur: & ne caro H venas comprimat, & eas extinguat cum vacuas inuenerit, & calorem suffocet innatum, aut superfluitates exprimendo ad interiora expellat. [o] Accidentia quoq; mala, sicut aptitudo diarrhœæ, & spasmo, ab ea prohibent. [p] Aetas præterea, quæ nondum ad augmenti complementum peruenit, aut ad consumptionis terminum est transiens, ab ea prohibet. Hora quoq; multũ [q] calida, aut multum frigida, ab ea prohibet. [r] Et regio quidem meridionalis vehemẽter calida ab ea prohibet, quoniam plurima eorum, quæ vẽtrem soluunt, sunt acuta, et duarum acuitatũ coniunctio tolerari non potest: quoniam virtutes in eis debiles erunt, & dissolutæ: & quia exterior calor materiam ad exteriora trahit: & medicina ipsam trahit ad interiora: quare inde prouenit in diuersas partes protractio, & ad resistentiam perducit. Et septentrionalis [r] multum frigida ab ea prohibet. Parua quoque euacuandi [s] consuetudo ab ea prohibet. Ars etiam, qua multa sit euacuatio, sicut seruiendi in balneo: & onera dorso deferentium ab ea prohibet: & ad vltimum omnis ars laboriosa. Scias præterea, quod intentio in omni euacuatione est vna quinque rerum. [t] Aut euacuatio illius quod est euacuandum, & sequitur ipsum proculdubio tranquillitas, nisi quòd receptaculorum lassitudo ipsum sequatur, aut caliditatis ebullitio, aut febris ephemera, aut aliæ ægritudines, quæ comitantur,

sicut

A F.1.d.3.c.1.
B F.2.d.2.Sũ.1.capi.3.&.d.1.c.11.
C F.2.d.2.Sũ.1.capi.19.
D F.2.d.2.Sũ.2.capi.3.
E Li.3.F.1.t.1.ca.29.
F Cap.1.
G Li.3.F.13.t.1.capi.30.&.G.4. de sani.tu.cap.8.b,&.7.meth.med.c.7.b
H G.1.aphor.2.d,&.4.aphoris.2.e,&Ras.28.cont.t.2.capi.1.354.4
I G.2.apho.16.h
K G.1.aphor.3.h,&.11.meth.ca.5.a
L G.7.meth.meden.c.13.b.c
M Aeti.li.1.Ser.3.ca.23.&.G.2.apho.35.e.f
N Aeti.li.1.Ser.3.ca.23.
O Aeti.ibi,&Ras.t.4.c.14.
P Aeti.ibi,&Ras.&Pau.li.7.ca.4.
Q G.4.apho.5.
R Haly.li.2.pract.ca.56.
S Gal.de his quos opor.purg.e
T Hippo.&Gal.1.apho.2.&.2.apho.2.

A sicut excoriatio quam ventris solutio in intestinis facit: aut vlcera quæ vrinæ prouocatio in vesica facit: & hoc quidem licet iuuamentum conferat: eius tamen vtilitas non sentitur: immo quandoque præsentialiter dolet, donec accidens remoueatur. Et [a] secunda est consideratio partis suæ declinationis: sicut nausea, quæ vomitu mundatur: & mordicatio in ventre, quæ ventris solutione remouetur. [b] Et tertia est membrum egresionis eius à parte declinationis eius, sicut basilica dextra in ægritudine hepatis, & non cephalica dextra: quoniam si error prouenerit in tali quale est illud, quandoque sequetur inde timor. Et oportet quidem vt sit membrum egresionis ignobilius illo, à quo fit euacuatio, ne materia ad illud declinet, quod est nobilius.[b] Oportet præterea vt sit eius expulsorium naturale, sicut membra vrinæ gibbositati hepatis, & intestina concauitati ipsius. Est tamen cum membrum à quo expellitur, est ipsum membrum per quod euacuatio facienda est, sed est in ipso ægritudo vetus, aut recens, propter quam est timendum de cursu humorum super ipsum. Ipsi ergo ad aliud, quod sit melius, transponendi sunt. Et est etiam cum ex superatione humorum timetur super ipsum ægritudo, sicut cum tractus fit ab oculo ad gulam: quoniam timetur ne illi quandoque superueniat suffocatio, ideo oportet vt in huiusmodi suauiter & leuiter procedatur. Natura quoque plerunque taliter operatur, & euacuat, non per partẽ qua consueuit, ideo vt membrum custodiat, cum debile fuerit: & plerunque etiam est, vt sit illud quod natura euacuat ex parte longinqua & opposita: & remanet cum ipso ambiguitas, sicut cum à [c] capite ad anum, aut crus, aut pedem euacuat: non enim pro certo scitur, si ex toto sit cerebro, aut ex vno ventriculo. Et quarta quidem est hora euacuationis ipsius: nam dicit [d] Gale. penitus quòd in chronicis ægritudinibus maturatio est expectãda, & nihil aliud. Et tu quidem iam [e] sciuisti, quid sit maturatio: & antequam euacues, & post maturationem ex subtiliatiuis in potu tribuere debes, [f] sicut aquam hyssopi, & hasce, & seminum. Sed & in acutis etiam ægritudinibus maturationem expectare melius est, & præcipue cum quietæ fuerint. [g] Quod si mobiles fuerint, tunc ad euacuandum materiam festinare erit melius, quoniam nocumentum motus earum est maius, quàm suæ euacuationis, antequam ipsa sit matura: & proprie cum humores fuerint subtiles, & præcipue cum in cõcauitatibus venarum fuerint, & non in membris ingredientes. [h] Cum autem humor in vno fuerit membro comprehensus, nullo modo moueatur donec maturetur, & essentiam habeat temperatam, quam tu [i] sciuisti in suo loco. Et similiter cum non fuerimus securi, quòd virtus vsque ad maturitatis horam perduret, euacuabimus eam postquam nobis cauerimus, vt eius subtilitatem & grossitiem sciamus: [k] quoniam si spissa fuerit, & grossa, ipsam mouere nõ debemus, nisi post subtiliationem. Eius vero grossitiem cognoscemus, propterea quòd nauseatiua satietas iam præcessit, & sub hypochondrijs dolor extensiuus, aut aduentus apostematis in interioribus. Quod autem magis custodire debemus in huiusmodi dispositione, est dispositio canalium, ne ipsi sint clausi: & post hoc quidem totum possibile tibi erit, vt ante maturationem ventrem soluas. Et quinta est mensuratio eius, quod euacuatur: & ista aduenit ex consideratione quantitatis materiæ, & ex consideratione virtutis, & ex consideratione accidentium, quæ relinquuntur post euacuationem: quoniam si fuerit ex eis accidens sequens euacuationem, minuemus ex eo quod volumus euacuare, cum mensura qua mensuramus, seu existimamus, quòd illi accidenti quod sequitur euacuationem, succurritur, sicut fit in spasmo repletionali. [l] Et scias quòd materiei euacuatio & ipsius de suo loco eradicatio, est secundũ vnum duorum modorum: vnus eorum est propter attractionem, quæ fit ad longinquam diuersitatem: & alter propter eam quæ ad propinquam. Et suarum quidem horarum dignior est, cum in corpore non fuerit repletio superflua, neque materia commota. Ponamus itaque, [m] quòd ab ore viri superius multus fluat sanguis: & ab hæmorrhoidibus mulieris superflue fluat sanguis. Vnum itaq; duorum faciemus, aut trahemus per declinationem, quæ fit ad propinquam diuersitatem: & oportebit tunc vt materiam ad nares declinemus, faciendo sanguinem ex naribus fluere: & in altero ad matricem prouocando menstrua: aut si voluerimus ad longinquam diuersitatem attrahere, euacuabimus in primo sanguinem à venis & locis, quæ sunt in inferiore parte corporis, [n] & in secundo à venis & locis, quæ sunt in suprema parte corporis. Et in attractione, quæ fit ad diuersitatem longinquam non oportet [o] quidem, vt in duas diametros prolongationem facias: sed in vna tantum, quæ sit diameter magis longinqua: nam si materia fuerit in supremo dextræ partis, non erit trahenda ad infimum sinistræ, immo ad infimum ipsius dextræ. Et hoc quidem est illud, quod est magis necessarium, aut ad sinistram à supremo si fuerit tantum longinqua, quantum est ab humero ad humerum: & non fuerit dispositio eius, sicut dispositio duorũ laterum capitis. Materia nanque si in dextra capitis fuerit eam ad inferiora, & non ad sinistram trahes capitis. [p] Cumq; materiam ad longinquum trahere volueris, loci dolorem prius sedabis, vt ipsius minuatur coarctatio per attractionem, quoniam dolor est trahens. Cumq; ad locum non obedit, ad quem ipsam trahis, non violenter agas: quoniam quandoque violentia illa ipsam mouebit, & subtiliabit, & non trahetur, & fiet velocius declinans ad dolentem locum. Et forsitan tibi sufficiet, vt trahas: licet non euacues, quoniam ipsa attractio eius iter ad membrum prohibet, licet non extrahatur: per ipsam ergo attractionem ad intentionem perueniemus: licet cum ipsa non euacuaueris, sed declinatione contentus fueris: [q] quæ fit ligando membra opposita, [r] aut ventosis, & [s] medicinis rubificantibus. Et ad summum cum omni [t] quod dolorem efficit. Ex materijs autem quæ ad euacuandũ sunt [u] faciliores, sunt illæ quæ sunt in venis: deinde illæ quæ in membris, & iuncturis: qm̃ quandoq; est

A G.2. de vic.rat. 10.c.&.1.aph.21.
B G.7.meth.med. ca.13.c.d, & ex art. med.99.e
C G.6.apho.21. & 34.
D 1.art.curato. ad glau.11.g, & de his quos opor. purga. g, &.1.aph.24. f
E F.1.d.6.c.3.
F Gal. de ijs quos opor.purg.h
G Ca.1.& li.4.F.1 t.2.cap.7.bis. G. 1. apho.24.f, g, & de iis quos opor. purga.g
H Gal. de iis quos opor.purg.h
I F.1.d.6.c.3.
K G.1.apho.24.
L G.5.meth.c.3.e, f, e.12.c.8.b
M Ga.5.meth.capi.3.e.f
N G.de cur. p sangui.mis.c.11.g
O G.ibi.c.15.h
P Ca. 1. & Ras.12. cont.t.1.135.2
Q G.5.meth.c.3.f &.14.c.11.b
R G.4.metho.capi.7.c
S G.13.meth.c.6.d
T G.4.apho.23.
V Ras.12.conti.c. 1.137.2

difficile eas extrahere, et euacuare: ideoq; necesse est, vt cū euacuabuntur, alię cum eis egrediantur. E
[a] Euacuato præterea est necessarium, ne properet comedere nutrientia multa, & mala: quæ natura indigesta trahat. Quod si aliquid ex hoc fieri necesse fuerit, oportebit vt paulatim & suauiter fiat, donec sit secūdum ordinem: & vt sit quod corpus ingreditur, digestum & conueniens. [b] Phlebotomia quoque est euacuatio humoribus æqualiter augmentatis propria. Euacuatio vero humori qui in quantitate solus augmentatur, aut in qualitate corrumpitur propria, est alia à minutione. [c] Omnis præterea euacuatio, quæ est superflua, secundum plurimum febres generat. Cumq; ventris constrictio, qui fluere solebat, aliquam ægritudinem possidere fecerit, illius euacuationis reuersio secundum plurimum ipsum medicabitur, sicut ab eo, quem [d] constrictio saniei aurium, aut mucorum narium vertiginem possidere fecit, eius reuersio ipsam remouebit. [e] Et scito quòd residuum materiei dimittere, quod necesse erat euacuare, minus nocumentum est, quàm exquisitissime euacuare, & peruenire in ipsa ad hoc, vt virtus terreatur: quoniam multoties natura hoc resoluit residuum. [f] Cumq; humor illius fuerit generis, cuius esse oportet, & æger tolerare potest, non terreri debes ex superfluitate. quandoque etiam contingit cum te euacuare oportet vsque ad lipothymiam. [g] Cumq; alicuius virtus fortis non fuerit, & ipsorum humorum materia multa, & mala, ipsam paulatim euacua. Et similiter cum materia vehementer fuerit adhærens, aut cum sanguine multum mista, non poteris ipsam vna vice euacuare, sicut est in sciatica, & arthretica longi F
temporis, & cancro, & scabie antiqua, & furunculis veteribus. [h] Et debes scire quòd ventris solutio à superioribus trahit, & ab inferioribus eradicat. Duabus ergo attractionibus est apta conuenienti & diuersæ: & etiam post materierum quietem est conueniens. Cum ergo materiæ fuerint in inferioribus ad diuersum trahet eas: & ipsas etiam eradicabit à locis vbi sunt: vomitu vero [i] fit attractio, & eradicatio econuerso. Minutionis præterea dispositio diuersificatur secundum loca à quibus sanguis accipitur, sicut sciuisti: [k] minus itaque cunctis hominibus euacuatione dignus est ille, cuius cibus bonus fuerit, & digestio bona. In regionibus [l] quoque calidis morantes euacuatione parum indigent.

A Ga.2.de vic.rat. 13.f, &.12.e
B Cap.20.&.G.6. aph.31.g
C G.1.aph.24.f.& 1.apho.4 & Hip.& Gal.6.de morb.vulga.cō.2.28.e,& Rasis.12.cōt.c.1.137.
D G.4.apho.28.
E G.11.meth.meden.c.8.e.f
F G.1.apho.23.
G Ras.12.contic. 1.138.2
H G.de reuulsione.c.2.d
I Cap.11.
K G.2.apho.37.& 36.
L Haly. li.2. prac. c.56.& Ras.12. conti.c.1.137.3

De regulis communibus vomitui, & solutioni ventris, & qualiter trahat id quod ventrem soluit, & vomere facit. *Cap.* 4.

OPortet vt illius cibus, cuius soluendus est venter, aut vomitus prouocandus, partiatur: vt quod ei in vna die sufficiebat, multis comedat vicibus: [m] & vt sint cibi diuersi, & potus etiam diuersi. Ex hac nanque dispositione accidit stomacho, vt expellere desideret, quod est in eo superius, aut inferius. Ex cibo autem non diuerso, neque super alium cibum ingrediente, stomachus est auarus: & ipsum forti continet retentione, & proprie si fuerit eius quantitas parua. Mollem vero habens ventrem, nihil ex hoc facere debet. Et scias quòd vomitus, & ventris solutio, & quæ eis G
assimilantur, non attinent ei, qui bono vtitur regimine: quoniam ille qui bene regitur, non indiget, nisi eo, quod sit istis leuius: & fortasse excusabunt ea, exercitium, & fricatio, & balneum. Amplius si eius corpus repletum fuerit, plurimum talis repletionis, qualis est ipsius, erit ex eo qui humorum melior est, scilicet ex sanguine. Minutio igitur est illud, quod ad ipsum mundificandum erit necessarium, & non ventris solutio. [n] Cum autem minutio necessaria fuerit, & ventris solutio ex aliquo, quod sit vt elleborus, & violentæ medicinæ, à minutione incipere debes, quoniam hoc est ex præceptis. Hippocra. in lib. epidemiarum: & hæc est veritas. Et similiter si humores fuerint phlegmatici cum sanguine misti: quòd si viscosi & frigidi fuerint, fortasse minutio grossitudinem, & viscositatem eis augmentabit. Incipiendum ergo erit à solutione ventris. [o] Et ad summum si humores fuerint æquales, præmitte minutionem: & si postea humor superabūdauerit, euacua: quòd si æquales non fuerint, in primis superabundantem euacua humorem, donec æquetur: postea minue: & ei qui ante minutionem præmiserat medicinam, cū minutionem præmittere debebat, postponat minutionem diebus paucis: & cui paruum intercessit spatium ex quo minutus fuit, & euacuatione indiget, medicinam sumere est ei conuenientius. Multoties præterea ex haustu medicinæ, ille qui minui debebat, peruenit ad febrem, & ad æstuationem. Et si ex eis, quæ quiescere faciunt, non quieuerit, scias quòd minutionem præmittere debebat. Non omnes præterea euacua- H
tiones sunt necessariæ propter superfluitatem repletionis, immo quandoque sunt necessariæ propter ægritudinis magnitudinem, & propter repletionem secūdum qualitatem, et non secundum quantitatem. Et multoties excusat bonitas regiminis à minutione necessaria in hora. Et multoties quidem est euacuatio necessaria: sed superuenit aliquid, quod prohibet, & non est ibi ingenium, nisi in ieiunando, & dormiendo, & in emendando complexionis malitiam, quæ ex repletione prouenit. [p] Amplius euacuationis quædam est, quæ secundum modum præseruationis est, sicut indiget ille cui podagra euenire solet, & epilepsia, & reliqua ab his, in hora cognita, & proprie in vere. Ei ergo necessarium est vt præseruatione vtatur ante suam horam, & euacuet ea, quę proprie in ipsius ægritudine sunt euacuanda, siue sit minutio, siue vētris solutio: & fortasse desiccantia exterius apponere, & medicinas α exuccantes, seu exiccantes est euacuare, quemadmodum hydropisim patientes faciunt. Quandoq; etiam necesse est te dare medicinam, quæ sit homogenea humori euacuando in qualitate, sicut scāmonea est tibi necessaria ad euacuandū choleram rubeā: ei ergo admiscendū est illud qđ ipsam in qualitate diuersificet: & in ventrē soluendo cū ea cōueniat, et ipsam ab euacuatione nō phibeat, sicut myrobal. Et emēdetur cōplexionis malitia si post acciderit. Haben-

M C.11.& Ras.12. cont.c.2. 149. 4. & ca.1.134.1.
N Ras.12.contapi.1.137.1
O G.de const.art. c.19.e,& Ras.12.cōti.c.1.132.2
P Gal. de iis quos opor.purg. b, &.6. apho.47.b
Infra α

tium

A tium quoq; in interioribus apostemata, ventrem soluere est difficile, & facere vt vomant. Quod si tibi necessarium fuerit, da eis quod sit sicut volubilis, & semen croci hortensis, & apozema polypodij, & casiam fistulam, & his similia.[a] Hippo. quoque inquit, qui fuerit macer, & fuerit naturæ, cui vomere sit facile, melius erit in mundando ipsum vt ad vomitum adducatur: & vt sit hoc [b] in æstate, aut vere, aut autumno: & non in hyeme.[c] Ei vero qui mediocris fuerit figuræ, conuenientior est ventris solutio.[d] Quod si sibi euacuatio, quæ fit vomitu, necessaria fuerit, vsq; ad æstatem expectet: ab ipso tamen sibi caueat, cum eo non indiget.[e] Veruntamen antequam ventris fiat solutio, aut vomitus, præmittenda est humoris subtiliatio, qui est euacuandus, & amplificatio canalium, & ipsorum apertio: quoniam hoc est ex eo quod à pœna securum reddit.[f] Et scito quòd facere naturę consuetudinem lenitatis, & obedientiæ ei, quod vis ex solutione ventris, & vomitu facili, antequam medicina detur fortis, est ex regiminibus proprijs, seu optimis.[g] Amplius ventris solutio, & vomitus cum macredine ventris, est difficilis, & laboriosus, & timorosus. Medicina quoque vomitum faciens, quandoque fit ventris solutiua, cum stomachus fuerit fortis: aut bibita fuerit super fortem famem: aut qui eam bibit habuerit diarrhœam, & naturæ lenitatem: aut si vomere non consueuerit: aut si medicina in sua substantia grauis fuerit, & velocis descensionis. Et ventris solutiua facit vomitum, propter debilitatem stomachi: aut propter multam fæcis siccitatem: aut propterea quòd

B medicina abhorretur: aut propterea quod bibitor nauseatiuam satietatem habere solet.[h] Omnis præterea medicina, quæ ventris est solutiua, cum non ipsum soluit: aut soluit, sed non id quod est maturum: mouet humorem quem debet soluere, & dilatat ipsum in corpore: superat ergo corpus, & conuertũtur ad ipsum humores alij, quare humor iste in corpore multiplicatur. Ex humoribus quoque est, qui est velocioris obedientiæ vomitui secundum plurimum, sicut cholera: & ex eis est, qui vomitui rebellis existit, sicut melãcholia, & ex eis est, qui iter hoc & hoc est medius, sicut phlegma. Et febrem quidem habentis ventrem soluere melius est, quàm facere vt ipse vomat: & cuius humor descendens fuerit, sicut ventris lubricitatem habentis facere vt vomat est inconueniens.[i] Medicinarum præterea ventris solutionem facientium deterior est, quæ ex medicinis est composita multæ diuersitatis, in tempore, in quo soluendus est venter: quoniam ventris solutio conturbatur: & prima ventrem soluit, antequam secunda: & quandoque prima ipsam secundam expellit. Amplius qui biberit [k] aliquid, ventris solutionem, aut vomitum sibi faciens, corpore ipsius mundo, necesse erit, vt ei vertigo accidat, aut mordicatio in ventre, & angustia: & quod ab eo expelletur, egredietur cum difficultate. Et ad vltimum quidem [l] dum medicina superfluitates euacuat, non erit in ea æstuatio: cumq; qui medicinam biberit, æstuationem habere ceperit, iam euacuat quod superfluum non est. Humor præterea qui vomitu, aut ventris solutione euacuatur, cum ad alium muta-

C bitur humorem, significabit quòd iam corpus est mũdificatum à superfluo humore, quẽ euacuare volumus. Quod si mundificatio vsq; ad intestinorum rasuram peruenerit, & ad rẽ nigrã fœtidum habentem odorem, erit malum. Somnus quoque cum post ventris solutionem, aut vomitum fuerit multus, demonstrabit quòd euacuatio iam perfecte mundauit corpus, & contulit.[m] Et scias, quòd cum sitis post vẽtris solutionem, aut vomitum fuerit fortis, maximam & vltimam purgationis bonitatem significabit. Scito etiam, quòd medicina ventris solutiua expellit illud quod euacuat, cum virtute attractiua, quæ attrahit hunc eundem humorem, & fortasse attrahit grossum, & relinquit subtilem: quemadmodum facit illa, quæ melancholiam expellit.[n] Illius præterea verbum, qui dicit, quòd ipsa generat illud quod attrahit, aut quòd in primis attrahit id, quod est subtile, non est aliquid.[o] Et Gale. quidem licet hoc sentiat, penitus tamen dicit, quòd medicina ventris solutiua, in qua non est venenositas, cum ventrem non soluerit, digeretur, generabit humorem, quem attrahere solebat: sed huiusmodi dicta non sunt conuenientia. Et videtur quidem,[p] quòd Gal. ex hoc, quod certificat, sentiat quòd inter attrahentem medicinam, & humorem attractum sit conuenientia in substantia: & propter hoc attrahit ipsum:[q] sed hoc non est verum: quoniam si attractio fieret cum conueniẽtia, ferrum attraheret ferrum, cum ipsum superaret: & aurum attraheret aurum, cum ipsum superaret quantitate sua, hoc tamen certificare non est medici. Et debes scire, quòd humorum attractio,

D quæ fit potu medicinarum soluentium vẽtrem, aut vomitum facientium, non est nisi per vias per quas expulsi fuerunt, donec ad intestina perueniant, & illic natura mouetur ad hoc, vt eos expellat extra. Et raro quidem accidit, vt ipsi humores cum ventris solutiuum bibitur, ad stomachum ascendant: & si ascenderint, ad vomitum declinabunt. & ipsi quidem non ascendũt ad stomachum propter duas causas. Vna quarum est, quoniam medicina ventris solutiua velociter penetrat ad intestina. Et altera est, quoniam cum medicina vẽtris solutiua bibitur, natura properat ad hoc, vt ipsos humores ex venis mesaraicis ad inferiora expellat, & nõ ad superiora, quoniam hoc propinquius est, & facilius: & quia illud quod est post eos etiam ipsos comprimit. Et hoc quidem est ex eo quod naturam mouet, vt ex propinquioribus expellat vijs. Quod si medicina virtutem haberet attractiuam, quæ retineret humorem, tũc esset virtus naturæ expulsiuæ magis digna, vt in sano & forti superaret, licet medicina non attrahat, nisi ad viam significatam, vel ad terminum signatum. Medicinæ vero vomitum facientis dispositio, est diuersa ab hoc: quoniam cum in stomacho fuerit, in eo morabitur, & humorem ab intestinis ad seipsam attrahet: & sua virtute superat ad resistendum virtuti naturali. Et scias quòd plurimum attractionis humorum, quos medicinæ attrahunt, fit quidem ex venis, nisi sit ex loco multæ propinquitatis; quare fiet attractio ex eo in venis, &

A 4.apho.6.
B Ibi.4.apho.
C Ibi.7.apho.
D Ibi.6.apho.
E Cap.5. & Gal.2. apho.9.
F Cap.5.
G G.2.apho.35.
H Li.4.F.1.t.2. capi.7.
I G.2. de vic. rati. 11.b, & de iis quos opor. purg. c
K G.2.apho.37.
L Hip.1. aphor.2, &.23.
M Cap.6. & G.4. apho.19.
N Asclepiad. G. 1. nat.fac.c.13.h.a.b, & de med.purg.facul.c.1.d, &.c.3.b
O 3.simpl. med.facul.c.24.c, & Ras. 12.conti. c.1. 139.3.
P Ibi.c.25.c.d
Q Ras.12.conti.c. 1.139.3.

in eis quæ sunt venæ, sicut humores, qui sunt in pulmone, qui propter vicinitatem ad stoma- E
chum, & intestina trahuntur, licet in venis non vadant. Et debes scire, quod α plurima eorum, Supra α
quæ sunt exuccantia, seu exiccantia ex medicinis siccis, sunt causa euacuandi humiditates à cor-
pore, sicut fit in hydropisi.

In sermone purgationis ventris & regulis eius. *Cap. 5.*

IAm in præcedenti [a] sermone ostendimus, quomodo sit corpus præparandum ad recipiendum A Ca.4. & Gal.2. apho.9.
id, quod ventrem soluit antequam purgetur cum amplificatione pororum, & lenificatione na-
turæ, & proprie in ægritudinibus frigidis. [b] Et ad summum, naturam mollificare antequam ven- B Cap.4.
ter soluatur, est competens regula, in qua existit securitas, nisi in eo qui diarrhoeæ valde est aptus,
ex hoc nanque nihil isti est faciendum, quoniam esset causa superfluitatis, quæ ei accidet. Solutorio
nanque ventris alicuius talis, qualis est iste, res admiscenda est, in qua sit virtus vomitiua, ne prope-
ret descendere de stomacho, antequam suam perficiat operationem, immo æquantur in ipso dua-
rum medicinarum virtutes, & perficiat vētris solutiua operationem suam, & vomitiua suam econ
uerso illius. [c] Trauli quoque sunt ex eis qui diarrhoeæ sunt apparati, fortem igitur non tolerant medi- C Hippo. &. G.6. apho.32.
cinam: ipsorum tamen plurimi diarrhoeam incurrūt passionem ex rheumatismis suorum capitum
[d] Ex causa præterea timorosa est, vt medicina ventris solutiua sumatur fæce in intestinis existente. D Li.3.F.16.t.4.c.1.& Raf.12.cont.c.1.135.&.138.2.4.
sicca, immo expellenda est, saltem cum clysteri, aut iure lubricatiuo. [e] Balneum quoque ingredi, an- F
tequam ventris solutio fiat aliquantis diebus, est ex eis quæ subtiliant, & bene præparant, nisi ali- E Raf.t.4.c.15.
quid prohibuerit. Et oportet quidem vt inter balneum, et haustum medicinę, paruum interueniat
tempus. [f] Post medicinam quoque nō ingrediatur quis balneum, quoniam trahit materiam ad ex- F G.3. de vict.rat. 59.b
teriora, & neque est bonum nisi ad ventrem constringendum, præterquam in hyeme, quia non est ti
mendum primam balnei casam ingredi tali modo, ne calor sit vllo modo impediens ad attrahen-
dum, sed sit ad mollificandum. Et ad vltimum oportet vt aer illius, qui pharmaciam bibit, sit calidi
tatis paucæ, ne sudorem faciat, neque angustiam, quoniam hoc est ex præparatorijs. Fricatio quo-
que, & ex oleis inungi, est similiter ex prępraratorijs. Cum autem aliquis medicinæ assuetus nō est,
neque eam bibit, melius est medico, vt sibi caueat, ne ventris solutiua violentas virtutes habentia,
ei tribuat. Nauseatiuam vero habentibus satietatem, & humores viscosos, et in hypochondrijs ten
sionem, aut qui in suis interioribus habet inflammationem, aut oppilationes, non est dandum ali-
quid, donec ista rectificent nutrientibus mollificantibus, & balneo, & requie, & dimissione eius,
quod mouet, & eius quod inflammat. Illis vero qui stantes bibunt aquas, & [g] habentibus splenes, G G.4.de.v.p.c.15 d,&.2.art.curat. ad glau.c.5.c
fortes medicinæ sunt necessariæ. Cumque aliquis medicinam ventris solutiuam biberit, melius erit
ei, si medicina fuerit fortis, vt super eam dormiat antequā operetur: quoniam operabitur melius:
& si debilis fuerit, melius erit ei, ne super eam dormiat, quoniam natura digeret medicinā. [h] Cum G H Haly.2. prac.c.56.& Raf.136.1
α autem medicina operari cœperit, melius erit ei, ne super eam dormiat quocunque modo fuerit. Infra α
[i] Amplius cum aliquis medicinam bibit, non illico super eam se mouere debet: sed debet sup eam I Raf.12.cont.c.1. 136.2
quiescere, vt ipsam natura circundet, & in eam operetur, quoniam nisi natura in ipsam operata fue
rit, non operabitur ipsa in naturam. [k] Odores quoque nauseam prohibentes olfacere debet, sicut K G.8. de compo. phar. sm loc.c.3.b, &.2.de vic.rat.11.a, & Raf.12. conti.c.1.136.2.
est odor mētæ, & rutæ, & apij, & cydoniorum, & boli corasceni aqua rosacea, & pauco aceto aspsi:
& si ex odore medicinæ quis exterritur, cum medicinam bibit, nares constringat. Et qui medici-
nam abhorret, [l] debet masticare parum extarchon, ideo vt sui oris virtus stupida fiat. [l] Quod si vome- L Raf.12. conti.c.1.139.2
re timuerit, extremitates constringat: & cum ipsam biberit, desuper rem stypticam bibat. [l] Medici
præterea pillulas, quas ei daturi sunt, quandoque in melle voluunt, [l] & quandoque super eas proij
ciunt mel coctum, aut zuccarum coctum, donec eis inde faciunt tunicam. Ex eo quoque, quod est
ingenium vtile, [l] est vt super eas ponatur cera cum pauco oleo mollificata: & ex eo quod est magis
conueniens ingenium, est vt os aqua, aut alia re impleatur, deinde pillulæ, sicut sunt, bibantur su-
per ipsam: aut quæ aliquo horum ingeniorum aptatæ fuerint: transglutientur itaque omnes ita, quod
medicinæ impressio non cognoscetur. Et oportet vt apozema tepidum bibatur, & pillulæ cum
aqua tepida sumantur. Et bibentis medicinam stomachus & pedes, calefaciendi sunt. Cumque ip-
sius anima sedata fuerit, ambulet, & moueatur paulatim, quoniam motus hic est iuuatiuus. Et in- H
terpositione horarum ex aqua calida tantum bibat, quod medicinam non soluat, & expellat ipsam, &
eius frangat virtutem, nisi fuerit in hora, quando necesse est vt ventris stringatur solutio. In potu
quoque aquæ calidæ, malitiæ medicinæ existit debilitatio. Qui autem medicinam bibere voluerit,
calidæ existens complexionis & debilis compositionis, & debilis stomachi, erit ei melius vt eam bi
bat, postquam prius biberit aliquid, quod sit, sicut aqua hordei, aut succus granati, aut vt vniuersa-
liter dicam, cum stomachus receperit nutriens subtile, & leue: sed qui non ita fuerit, erit ei melius,
vt eam ieiunus bibat. [m] Plurimi præterea, quibus datur medicina ventris solutiua in æstate, ex ea M G.4.apho.5.
perueniunt ad febrem. Oportet ergo ne medicinæ potator [n] comedat, vel bibat, donec medicina N G.2. de rat. vic. 12.e,& Hip.13.c,& Raf.12. cont.t.1.capi.1.136.1.
suam perfecerit operationem: [o] neque β etiam quandiu medicina operatur, dormiat, nisi voluntas af
fuerit vt restringatur. Quod si ipsius stomachus non tolerauerit, ne comedat, propterea quod stoma-
chus eius est cholericus, & cito effunditur ad ipsum cholera, aut propterea quod à comestione vehe- O Raf.136.1.
menter abstinuit, & famem tolerauerit, detur ei parum panis infusi pauco vino super medicinam, Supra β
antequam vēter soluatur: quoniam hoc est ex eo, quod medicinam fortasse adiuuat. Oportet prę-
terea ne anus aqua frigida lauetur, sed cū calida. Quidam ēt dixerunt quod pillulę quę sunt cū apoze-

matibus

A matibus dandæ, sunt dandæ cum apozematibus, quæ sunt cum eis homogenea. Pilulæ nanque quæ choleram expellunt rubeam, cum apozemate dandæ sunt alicuius quod sit, verbi gratia, sicut fumus terræ: & quæ melancholiam euacuant, cum apozemate alicuius, quod sit, sicut epithymum, aut polypodium, aut his simile: & quæ phlegma expellunt, cum apozemate alicuius quod sit, sicut centaurea.[a] Cum autem euacuare volueris corpus siccum, carnem habens duram, medicina forti, sicut elleboro, & his similibus, vehementer stude in humectando ipsum nutrientibus vnctuosis: [b] & ad vltimum cum fortes medicinæ multi sunt timoris, tales videlicet, qualis est elleborus, quoniam in corpore mundo efficit spasmum, & repleti corporis commouet humiditatem motu inducente præfocationem, & ad viscera trahit illud, quod ei difficile est expellere, et tithymali venenosi, sicut mezerion, & [b]{scebran}-nocumentum cum superfluit, remouet [c]{raib}-& constringit. Amplius medicina multoties suum odorem in stomacho dimittit: est ergo, sicut si medicina ibi remaneret:[d] cuius medicamen est sauich, vel suich hordei propter eius ablutionem, quod quidem est melius, seu conuenientius, quam alij suffuf. Cumque tempus prolongabitur, & medicina operari non ceperit si fieri poterit, vt fiat alleuiatio, seu vt leuiter procedatur, & vt nihil moueatur, fiat: quòd siquid affuerit timoris, melius erit vt [e] hydromel traijciat, aut eius syrupum, [e] aut aquã, in qua nitrum resolutum fuerit, aut subijciatur ei collyrium, aut fiat ei clystere. Ex causis vero propter quas medici-

B na non operatur, est canalium coangustatio de natura, aut propter complexionẽ, aut propter ægritudinis vicinitatem: in habentibus enim paralysim, aut apoplexiam medicinarum viæ ad suas materias coangustantur. Accidit ergo vt difficile sit facere quatenus venter eis soluatur. [f] Duas præterea medicinas ventrem soluentes in vna die coniungere, est timorosum, & est extra rectitudinem.[g] Omnis quoque medicina, quæ alicui humori est propria, cum ipsum non inuenit, perturbat: & ventrem cum difficultate soluit: & similiter, si ipsum in suo contrario infusum inuenerit. [h] Omnis præterea medicina humorem in primis extrahit, qui est ei proprius: deinde illum, qui est post ipsum in multitudine, & subtilitate: & reliquos secundum hunc ordinem, præter sanguinem: [i] quoniam natura vsque ad postremum eum retinet & recondit. Humorem vero ex longinquo attrahere est difficile. Amplius cum timor affuerit, ne nausea, aut angustia alicui accidat, postquã medicinam biberit, oportebit fieri vt antequam medicinam bibat, tribus diebus, aut duobus cum aqua raphani vomat, & vt raphanum comedat.[k] Oportet præterea, ne multum salis sit in cibis eius, qui medicinam vult bibere. Multoties quoque ex haustu medicinæ peruenitur ad nauseam, & angustiam, & syncopin, & tremorem cordis, & ventris mordicationem, & proprie cum solutionem non fecerit, aut ad sudorem, multoties propterea est nobis necessarium, vt eum faciamus vomere: & multoties excusat nos ab hoc dare ei styptica. Et facere vt aquam hordei bibat post solutionem ventris

C expellit malitiam solutiuæ medicinæ: & lauat quod in meatibus, seu in intestinis retentum fuerit. Ille vero cuius complexio fuerit frigida, & super alios humores habuerit phlegma superabũdans, debet sumere post medicinam, & ipsius operationem, nasturtium aqua calida ablutum cum oleo. Et qui calidæ fuerit complexionis, psyllium bibat cum aqua frigida, & oleo violaceo, & zuccarum [k] {tabarzet} aut iuleb. Et ille quidem qui temperatæ est complexionis, semen lini. Ei autem qui excoriationem timuerit intestinorum, bolus armenus cum succo granati detur. et oportet vt huiusmodi, vel similia eis quæ diximus administrentur post solutionem ventris, & si non retinebunt ipsam, id est solutionem. Omni præterea pharmaciam bibenti, cui postea aduenit febris, melior est aqua hordei. Syrupus vero acetosus, est excoriatiuus: & ideo tardandus est vsque ad duos dies, aut tres, donec in intestinis virtus sua redeat. [l] Ille quoque, qui medicinam bibit, secunda die est balneum intraturus. Et si ex humoribus ipsius aliquid fuerit relictum, balneum ipsum mundare poterit. Nam si videris, quòd balneum sit ei sapidum, & in ipso delectetur, erit hoc signũ, quod balneum ipsum ab eo quod relictum est, mundificat. Ipsum ergo in eo dimitte, quod si inueneris, quod in ipso non delectetur, immo in eo æstuationem patiatur, expelle eum. Scias præterea quod ei, qui intestinorum patitur debilitatem, plerunque ex medicinis ventrem soluentibus aduenit ventris solutio fortis, & prolongabitur ei res, & multis indigebit medicinis, donec retineatur. in senibus etiam similiter ti-

D metur ex ventris solutione, ipsius nocumentum. Et scito, quod ex potu nebit post medicinas ventris solutiuas ad febres peruenitur, & ad æstuationem. Post solutionem quoque vẽtris, & minutionem, multoties in hepate aduenit dolor, quem aquæ calidæ potus remouet.[m] Et scito quod tempus, quo maior canis ascendit: & tempus frigoris fortis, quo niues firmantur, vel cadunt in montibus, non est tempus sumendi medicinam. Medicina enim in vere, aut autumno est bibẽda. Et ver quidem est tempus antecedens æstatem. Et in ipso vere non est sumenda, nisi res subtilis, sed autumnus est hora conueniens. [n] Amplius naturæ non est facienda consuetudo bibendi medicinam, cum qua necesse sit mollificare ventrem, quia fiet consuetudinaria: & hoc habens ad impedimentum malæ finis peruenie. Vnumquenque etiam qui fuerit siccæ complexionis debilitat fortis medicina. Oportet præterea vt super debilem medicinam ex motu minuatur, ne eius virtus resoluatur. Ex medicinis quoque debilibus benedictis sunt violæ cum zuccaro. Et iste cui in hyeme necessarium fuerit medicinam bibere, ventum obseruet meridionalem. Et in æstate dixerunt quidam eorum, econuerso: & hoc quidem diuisionem habet. Aeger cum debili indiguerit solutione, & nõ operabitur, non magis moueatur, sed dimittatur. Et multoties solutio ventris commouet, seu ebullire facit sanguinem, & accidit febris, & quandoque minutio sufficit ei,

A Hip. & Gale. 4. aphoris. 13. & de iis quos opor. purg. d
B G. & Hip. 4. aph. 16.
B esula
C lac acetosum
D G. 2. de vict. rat. 12. d. e, & de iis quos opor. purg. b
E Aeti. li. 1. Ser. 3. ca. 117.
F Ras. 12. conti. c. 1. 13. 3
G G. 3. simpl. med. fac. ca. 28. h
H G. ibi. c. 27. g, & 2. apho. 37.
I G. 1. elemẽ. c. 4. g
K Ras. 12. cõt. c. 1. 137. 4.
K album
L Ras. 12. conti. c. 1. 137. 3.
M c. 1. & G. 4. aph. 5. & 1. art. curat. ad glau. c. 14. e
N G. 3. apho. 15.

De superfluitate medicinæ ventrem soluentis, & de hora constringendi eam. Cap. 6. E

EX significationibus quibus cognoscitur hora, qua [a] est catharticum constringendum, est sitis. Cum ergo ventris solutio perseuerauerit, & sitis non acciderit, non erit timendum, ꝙ superfluitas peruenerit. [b] Veruntamen sitis quandoq; accidit etiam non propter multitudinem solutionis ventris, neq; propter eius superfluitatem, immo propter causam dispositionis stomachi: quoniam si fuerit calidus, aut siccus, aut vtrunq;, aut in talibus, quales sunt causæ huiusmodi, non est longinquum, quin faciat cito sitim: aut propter causam dispositionis medicinæ, cum fuerit calida pungitiua, aut propter causam materiæ in se ipsa: quoniam cum fuerit calida, sicut cholera: aut in talibus, quales sunt causæ huiusmodi, non erit longe, quin festina veniat sitis, sicut quando harum rerum accidit contrarium, non erit longe quin penitus sitis cum tarditate veniat. Cum ergo videris, ꝙ sitis iam superfluit, & ꝙ ventris solutio non sit pauca, constringe: & præcipue, cum causæ festinationis sitis, & velocitatis ipsius, non fuerint inuentæ: quoniam in huiusmodi non debes tardare constrictionem, cum sitis apparuerit. Quandoq; etiam exitus eius quod egreditur, est demonstratiuus horæ constringendi. [c] Qui enim choleram expellit rubeam, cum viderit, quòd iam peruenitur ad phlegma, sciat quòd iam medicina superflue operatur, & quanto magis si ad choleram peruenitur nigram. Sanguis vero maioris est timoris, & deterioris periculi. Et si cui propter medicinam mordicatio superuenerit, considerandum erit illud quod in [d] capitu. de mordicatione ventris, & F eius punctura diximus.

A Cap. 4.
B Li. 3. F. 13. t. 2. ca. 20. & G. 4. apho. 19
C G. 3. medic. simpli. fac. c. 27. g
D Li. 3. F. 16. t. 3. c. 5

De modo succurrendi dispositioni eius, in quo superfluit ventris purgatio. Cap. 7.

S [e] Olutio ventris superfluit, aut propter venarum debilitatem, aut propter orificiorum ipsarum amplitudinem, aut propterea ꝙ pharmacia earum pungit orificia, aut propterea ꝙ ex ea complexionis malitia corpori acquisita fuerit, aut ex eo quod currit cursu eius. Cum ergo ventris purgatio superfluit [f] liga extrema superius, & inferius, incipiens ab ascellis, & inguinibus descendendo ab eis ambobus, & in potu [g] parum theriacæ, aut philonij tribue. & si poteris, fac ipsum sudare in balneo, aut vapore aquæ calidę sub pannis suis, capite exterius tracto, cumq; multum sudauerit constrictiua ad potandum da ei, & fricetur. Et fiant ei [g] {allachalach} ex aquis bene redolentibus, ex aqua myrtorum, & sandalis, & canfora, & succo fructuum. Membra præterea ipsius extrinseca fricare debes, & calefacere ventosis cum igne sub costis appositis, & inter spatulas ipsius. Quod si tibi necesse fuerit stomacho ipsius, & intestinis supponere emplastra ex hordeo fracto torrefacto, & aquis stypticis fac, similiter ex oleis, sicut oleo de cydonijs, & oleo de mastice. Ipse præterea ab aere frigido est separãdus, [h] quoniam exprimit & soluit vẽtrem ipsius: & ab aere calido etiam, quoniam ipsius laxat virtutem. Confortari quoq; debet ex rebus bene redolentibus, & ex stypticis ad traijciendum ei dandum, & ex tortellis in vino suauiter redolente. Oportet tamen vt sint calida, & G vt panis cum succo granati iam præcesserint, & similiter species [g] {sauich} & cortices papaueris albi triti. Ex eo quoq; expertum est, vt [i] grana nasturtij pondere trium drach. sumantur, & torrefiãt: deinde in adoch coquantur, donec coagulentur, & ad bibendum tribuatur, est nãq; vltimum in bonitate. Oportet præterea vt eius nutriens sit stypticum infrigidatum cum niue, quale est quod fit ex succo vuæ acerbæ, & sibi similibus. Ex eo etiam quod in retinendo solutionem iuuat, est vt vomitus prouocetur cũ aqua calida, & eius etiam extrema in ea mittantur, & nõ infrigides ea, quamuis eis accidat syncopis, verbi gratia, & prohibe eos à vino. Et si hoc totum non contulerit, tribue ei in fine rei narcotica, & medicamenta fortia nota, quæ [k] sunt in cap. de prohibitione fluxus ventris. Medico vero est vtilius, vt præuisor existat in præparando trochiscos, & pulueres ponticos antequam sit hora, vt etiam sit præuisor in enematibus, & ipsorum instrumentis.

E G. 3 simpl. med. fac. c. 28. h
F Aet. li. 1. Ser. 3. capi. 134.
G G. 12. meth. med. c. 7. a, & Aet. lib. 1. Ser. 3. c. 118.
G quid cõpositũ ex succo foliorũ myrthi, et alijs
H Li. 3. F. 16. t. 1. capi. 2. & t. 2. c. 13.
G ptisanæ
I Ras. 13. conti. t. 1. c. 2. 157 4
K Li. 3. F. 16. t. 1. c. 4

De eo qui bibit medicinam, & non solutus fuerit. Cap. 8.

CVm pharmacia solutionem non fecerit, & fecerit mordicationem ventris, & angustiam in ipso, & qui sumpsit ipsam æstuauerit, & scotomabitur, & dolebit caput, & patietur alices, & oscitationes, succurrere debes cum enemate, & collyrijs notis. & ipse quidem bibat masticis [k] {tres carmezat,} vel [l] {garmat} in aqua tepida. Medicina quoque quãdoque operatur propter stypticorum bibitionem, & comestionem, talium, qualia sunt cydonia, & matiana: propterea quòd H os stomachi comprimunt, & quod sub eo existit, & propter quod nauseam sedant, & medicinam à suo motu, qui est ad superiora, violenter, ad partem mouent inferiorem: & propterea quòd confortant naturam. Quod si enema non iuuerit, & mala superuenerint accidentia extensionis corporis, & oculi exierint extra, & fuerit motus ad superiora, necessaria erit minutio. Et cum medicina ventrem non soluerit, & mala eam non secuta fuerint accidẽtia: melius etiam erit vt ipsam consequatur minutio, saltem post duos dies, aut tres: nam nisi hoc factum fuerit, timendum est in ipso, ne humores ad vnum principalium membrorum moueantur.

K pondera sex caratorum
L pondus duarũ tertiarũ drachmæ vnius.

De dispositionibus medicinarum ventrem soluentium. Cap. 9.

MEdicinarum ventrem soluentium quædam sunt, quarum malignitas magna est, sicut [m] elleborus niger, & [m] turbith, cum non fuerit album bonum, immo fuerit ex genere ipsius, quod est citrinum: & agaricum quod non fuerit album & purum, immo nigredini attinuerit: & sicut laureola. Et quia res istæ malæ sunt, tunc si bibitæ fuerint, & mala inde accidentia prouenerint, melius erit vt medicina à corpore expellaꝛ quanto plus possibile fuerit, vomitu, aut ꝑ secessum, & medicetur cũ theriaca. Multarũ præterea earum remouetur malitia, & cõturbatio, quã faciunt aię, dãdo in potu

M Li. 4. F. 6. Sũ. 2. t. 4. c. 17. & 27.

A potu aquam vehementer frigidam,& sedendo in ipsa,sicut turbith citrini putridi.Omnis quoque res,quæ acuitatem frãgit glutinatione,& lenificatione,& vnctuositate in qua sit glutinatio ad hoc confert. Quædam etiam medicinarum quandoq; aliquibus proportionales existunt complexionibus:& alijs non conueniunt.Scammonea nanq; in eos,qui in frigidis morantur regionibus non operatur, nisi debiliter:nisi magna inde detur quantitas, sicut est mos eius in terra Turcorum. Et quandoq; est necessarium quibusdam corporibus in aliquibus regionibus, ne medicinarum corpora dentur,sed virtutes earum tantum.Et est necesse etiam, vt medicinis soluentibus vẽtrem bene redolentes medicinæ misceantur,propterea vt membrorum virtutes eius conseruentur.Medicinæ quoque cordis ad hoc iuuamentum conferunt, propterea ꝙ spiritum vitalem in vnoquoque membro confortant:plurimæ quoq; earum subtiliando,& fluidum faciendo iuuant.[a] Duæ præterea medicinæ quandoq; coniunguntur:quarum vna suum humorem cito expellit:& altera tarde: vna ergo suam operationem efficiet:postquam ipsa iam alteram in suo etiam humore compressit, & operabitur in ipsam,& eius debilitabit virtutem.Cumq; secunda post operari cœperit,erit debilis virtutis mouens,& non perficiens,quare erit aliquid ei admiscendum, quod ipsam festinare faciat,sicut zinziber cum turbith, quoniam ipsum stupidum, vel pigrum esse non permittit ad tempus.s.longum,& similiter fiet,si eas bene sciueris permiscere. Amplius considerare debes princi-

A G.2. ď rõne vic. 11. b, & de ijs quos oportet purgare. c

B pia,quæ in virtutibus medicinarum ventris solutiuarum,declarauimus:[b] cũ locuti fuimus de principijs vniuersalibus medicinarum simplicium. Medicina præterea solutionem faciẽs, quandoque operabitur illud resoluendo proprietate sui,sicut turbith:& quandoq; efficit illud exprimendo sui proprietate,sicut myrabol.& quandoq; operatur illud lenificando,ꝓprietate sui,sicut [b] {siracost,} & quandoq; operatur id lubricando,sicut mucilago psyllij, & pruna. In pluribus quoq; violentarum medicinarum existit aliqua venenositas:quia solutionem ventris efficiunt secũdum modum, quo naturam superant,vel opprimunt.Ipsæ igitur sunt aptandæ medicinis,in quibus existit virtus [c] {bezahartica,} vel bedazartica.Plerunq; etiam adiuuant amaritudo, & acuitas, & ponticitas, & stypticitas, & acetositas in operationibus medicinæ: cum eius proprietas conuenerit. amaritudo nanq;,& acuitas in resoluendo iuuant:& ponticitas,& stypticitas in premendo,& acetositas in incisionem faciendam,quæ ad lubricandum præparat.Amplius quod lubricum facit,non est cõiungendum ei,quod exprimit,vel comprimit,taliter,vt sint eorum æquales virtutes: immo melius est in huiusmodi,vt vnum post aliud tardetur:vt sit verbi gratia,vna duarum medicinarum,quæ lenificat prius suam perficiens operationem,q̃ ea quæ exprimit:deinde adueniat expressiua,& expellat,quod lenificatum fuit.& in reliquis secundum hanc considerationem.

B Li.2.t.c.5.

B *spẽs mannæ*

C *antidoti*

De eo quod ex hoc capitulo in alijs locis inquirendum est. *Cap.* 10.

C MEdicinæ ventris solutiuæ,& lenificantes,quę bibuntur,& epithemantur,& reliqua ab eis, [d] in nostro antidotario sunt relinquendæ:& secũdum ætates vniuscuiusque etiam medicinarum simplicium melioratio:& qualiter sit ei succurrendum:& quomodo sit ei in potu tribuenda,in medicinis requiratur [e] simplicibus. Pilulæ præterea ad bibendum dandæ non sunt,postquã desiccatæ sunt,& factæ fuerint vt lapides:neq; etiam cum sunt molles, ne penetrent & retineantur:sed sint sicut quando siccari cœperint,& à digitis cedant,si comprimantur.

D Lib.5.

E Li.2.

De vomitu. *Cap.* 11.

HOmines, qui sunt remotiores ab hoc vt medicus eos vomere faciat, aut propter naturam, sunt homines,[f] qui pectus habent strictum,& qui male anhelant, & qui ad sanguinẽ spuendum sunt apti,& homines colla habentes gracilia, & apostematibus, quæ in ipsorum nascuntur gulis apti,& stomachos habentes debiles,& multum pingues:quoniam istis conuenientius est,vt venter soluatur.[g] Et macris conuenientior est vomitus propter choleram ipsorum.Aut propter vsum,quoniam hominibus.[g] quibus difficile est vomere,[h] aut qui vomendi consuetudinem non habent,si vomitus prouocatus fuerit fortibus vomitibus, non remanebit quin ipsorum venæ in membris anhelitus scindantur,& perueniant ad phthisim.[i] Cum autem alicuius res, qualis sit, ignorabitur,vomitibus leuibus prius erit experiendus:qui si ei fuerint faciles, erimus ei ausi for-

D tes dare,sicut illum,qui fit ex elleboro,& sibi similes.Quòd si fuerit vnus ex eis quibus non conuenit vomitus,& fuerit necessarium,vt ipse vomat,præpara ipsum ante, & fac ei consuetudinem, & lenifica ipsius nutrientia, & fac ea vnctuosa, & dulcia, & fac eum quiescere ab exercitijs: & postea da ipsum ei:& da in potu vnctuosa,& olea cum vino, & ad comedendum da ei antequam vomat,nutrientia bona,& proprie si vomitus fuerit difficilis:quoniam fortasse non vomet ipsum, immo natura ipsum retinebit,& melius est vt bonum retineat,q̃ malũ.Cumq; post cibum, quem comedit causa vomendi,vomuerit,tardet comestionem,donec fames sit fortis,& seda sitim eius cum aliquo,quod sit,sicut syrupus matianorum sine aqua: & non cum iuleb,neq; syrupo acetoso, quoniam vomere faciunt.Cibus autem qui est ei vtilis est pullus [i] {in chiardanegi,} & tres cyathi vini post ipsum.& ille quidem qui acetosum vomuerit, & ex ꝓximo huiusmodi vomitum nõ habuerit, seu & ex proximo hmõi vomitũ facere nõ consueuit,& in pulsu aliquod signũ febris habuerit, comestionẽ vsq; ad medium diẽ tardet,& ante ipsam aquã calidam rosaceã bibat. Cui aũt acciderit vt cholerã vomat nigram ipsius stomacho spongia aceto calido infusa supponatur: & melius quidem est,[k] vt sit cibus qui ad vomendũ sumitur,diuersus:qm̃ cum est vnus qñq; ipsum amplectit̃ stomachus,& in dimittẽdo ipsum fit auarus. Post vomitum aũt ipsius sup̃fluum cõferunt aues paruæ, &

F Gal. de ijs quos oportet purg. c, & 4.apho.8.

G Cap.13. & G. 4. aphor.7. & Ras.12. cõti.c.1.132.3.

H Ras.12.cõt.c.1. 132.3.

I G.4.apho.13.

I *primo elixatus, postea assatus*

K Cap.4. & Ras. 12.cõt.c.2.149.4.& c.1.134.1.

pulli cum ambulare incipiunt:ossa tamen suarum extremitatum non comedat,quia sunt grauia,et E
in stomacho tardantur.& fac eum ingredi balneum. In hora autem vomendi [a] currat, & exercite-
tur,& fiat vt laboret,post vomat:sitq; hoc in media die.In hora præterea vomendi oportet,[b]vt ocu
li ligent suppositis plumazolis duobus,deinde venter leui fascia tẽperate fascietur.Res quoq; quæ
vomitus sunt præparatoriæ, sunt [c] eruca,& [c] raphanus,& [c]{altarich,}& [d]{calamenthũ montanũ}
recẽs,[c]et cepę,[c]& porri,[c] & aqua hordei cũ fęce sua,et melle,et pultes fabarũ cum dulcedine,et[c] vi-
nũ dulce,&[c] amygdalæ cũ melle, & q̃ sunt eis similia,& [e]{albelchẽd}ex pane azimo facta in oleo,
& melones,& [c] cucumeres:& [c] eorũ semina amborũ:aut aliquid ex eorũ radicibus tritis,& in aqua
infusis cum dulcedine,& [f]{alsirbagi}ex raphano.Qui aũt vinum biberit inebrians ad hoc vt euo
mat,non incipiat vomere,dum adhuc parum bibit,sed bibat multum.[g] Foca quoq; cum bibita fue
rit cum melle post balneum,faciet vomere,& soluet ventrem.Amplius qui vomere voluerit, non
fortiter masticare debet prope ipsum.Cum autem aliquis forte vult vomitiuum sumere, sicut qui
fit ex elleboro,ipsum bibere debet ieiunus, nisi fuerit quod prohibeat, & post duas horas diei, &
postquam stercus ab intestinis exierit.Et si cum penna vomuerit,bene erit:& si non,moueatur pa
rumper:& si non,in balneum mittatur.[h] Penna quoq; qua fit vomitus, inungenda est ex aliquo,
quod sit sicut oleum sisaminum.ꝙ si incensio acciderit,& angustia stomachi,detur in potu aqua ca
lida ei,& oleum,quoniam aut vomitum faciet,aut ventrem soluet.Ex eo præterea,quod ad hoc iu
uat,est stomachi & extremorum calefactio:quoniam hoc nauseam facit.[h] Cumq; medicina vome- F
re faciens properauerit, & suam inceperit opationem, vomitor quiescere debet, & odores bonos
olfacere,& eius extrema comprimendo sunt fricanda:& parum aceti est ei in potu tribuendum, &
comedat matiana,& cydonia cum pauco masticis. Et scito ꝙ motus facit magis vomere, & quies
minus.[i] Et æstas est tempus,in quo magis est dignius,vt in ipso fiat vomitus:ꝙ si alicui necessarius
fuerit,& non fuerit figuræ ipsius conueniens:æstas erit dignior hora,vt in ea concedatur. Et termi
nus,seu locus longinquior à quo vomitus euacuat secundum modum purgationis primæ est sto-
machi solius,& non intestinorum,& ad modum quidem purgationis secundæ est capitis,& totius
corporis.[k] Ipsius vero attractio,& eradicatio,est ab ĩferioribus.Et tu quidem cognosces vomitum
conferentem ab eo,qui non fecit iuuamẽtum,ex eo ꝙ ipsum sequitur alleuiationis, & desiderij bo
ni,& anhelitus,& pulsus bonitas:& similiter ex dispositionibus aliarum virtutum.Eius autem in-
ceptio, est nausea. Et deterius quidem malum, quod [l] efficit est mordicatio fortis in stomacho, &
adustio,si medicina fuerit fortis,sicut elleborus:& quod ex eo fit, deinde incipit fluxus saliuæ. de-
inde sequitur [h] ipsam vomitus phlegmatis multoties,post quem sequitur vomitus rei liquidę tena
cis.Mordicatio quoq; & dolor erunt mansiui,absq; quod permutentur ad aliud accidẽs diuersum
à nausea,& ab angustia.[l] Et quandoq; soluitur venter, postea in hora quarta incipit quiescere, & G
ad requiem declinat.Malum autem est vt vomitus non proueniat,& magnificetur angustia,& ac-
cidat tensio,& egresio oculorum ad exteriora,& fortis rubedo in eis vtrisque, & sudor multus, &
interfectio vocis.Si ergo alicui acciderit,nisi ei subueniatur,pueniet ad mortem inde.Illud autem,
quo ei succurritur,est enema,& dare in potu mel,& aquam calidam.& olea,in quibus theriacæ vir
tus existit,sicut oleum de lilio.Et labora donec vomat, quia si vomuerit non suffocabitur: & adhi-
be etiam enema,quod sit apud te præparatum.Et ægritudines quidem,quæ sunt digniores eo, vt
in eis fiat vomitus,sunt chronicæ,sicut [m] hydropisis,& epilepsia,&[m] melãcholia,& [m] lepra,& poda
gra,& [n] sciatica. Vomitus præterea cum suis iuuamentis plerunq; affert ægritudines, sicut quan-
doq; generat congelationem dentium.Amplius minutio non est cum eo continuanda,sed tardan
da tribus diebus.& præcipue si in ore stomachi fuerit grossities.i.durities. Vomitus quoq; multo-
ties fit difficilis propter humoris subtilitatẽ.Ipse igitur est ingrossandus potu sauich ex granis gra-
natorum.Et scito,ꝙ exitus malæ rei per inferiora,post vomitum est signum,ꝙ illud,quod faciebat
nauseatiuam satietatem descendit inferius.Et vomitus post ascellationem est signum,ꝙ est ex acci
dentibus ascellandi.Hora præterea vomendi in æstate melior, causa doloris in meridie est. Et vo-
mitus corpori confert,[o] sed visui nocumentum facit.Amplius faciendum non est, vt prægnans vo
mat,quoniam superfluitates menstrui ipsius non egredietur per talem vomitum, et labor eam ad H
æstuationẽ perducet:faciendũ est igitur vt quiescat.Alij vero quibus accidit vomitus, sunt iuuãdi.

A Hip.4. aph.14.
B Ras.12.cõti.c.1.137. 4. & Ras.t.4. c.16.
C Aet.lib.1.ser.3. c.119.
C salsamẽtum vetus,
D origanum
E placenta
F cibarium
G Ras.cõti.c.1.12. 139. 4.
H Aeti. li.1. ser.3. c.133.
I Hip.& G.4.aph. 4.& de sectis. c.8.b
K Cap.3.
L Aeti. lib.1.ser.3. c.133.
M Aet. lib.1.ser.3. c.119.& Ras.12.cõti.c.1.136.2.
N G. 10. de cõpo. phar. sm lo.c.2.b
O Aeti. li. 1. ser.3. c.119.

De eo quod agere debet ille qui vomit. *Cap. 12.*

CVm ille qui vomuerit, à suo vomitu euaserit, [p] os suum, & faciem post vomitum abluere de
bet, ex aceto aqua temperato,vt grauitas,quæ quandoque capiti accidit remoueatur,& [q] pa
rum masticis cum aqua matianorum bibat:& caueat sibi à comestione,& potu aquæ,[q] & diu quie-
scat, [q] & ipsius inungantur hypochondria,& ingrediatur balneum, & abluat se velociter, & egre-
diatur. & si necessarium ei fuerit dare aliquid ad comedendum, sit res boni saporis, & bonæ sub-
stantiæ,& velocis digestionis.

P Paul. lib.1.c.42.
Q Ras.12.cõt.c.1. 138.1.

De iuuamentis quæ affert vomitus. *Cap. 13.*

H[r] Ippocrates præcepit vomitum fieri in vnoquoque mense duobus diebus continuis, vt in
secundo emendetur id,quod in primo die fuit defectuosum,seu diminutum, aut difficile, &
vt expellatur id, quod aduenit stomacho.Hip.nanq; securitatem facit,ꝙ cum eo conseruatur sani-
tas:hoc autem plus est malũ.Et vomitus quidem,qui est huiusmodi,euacuat phlegma, & cholerã,
& [s] mũdificat stomachũ.[t]Ipse nanq; nõ habet,quod ipsum mundet,sicut intestina habẽt choleram
rubeam,

R Desaubri dicta 21.b,& li.3. fen.13. t.1. c.35. &. t.5.c.8. & G.li.5. de v. par. c.4.e, & Ras.12.cõti.c.1. 136.3.
S Ras.t.4.c. 16.
T Li. 3. fen.13. t.1. c. 16.

A Gal. 2. de cõpo. phar. fm loc. 135. b, & Raſ. t. 4. c. 16.
B Li. 3. Fẽ. 13. t. 5. c. 8. & F. 18. t. 2. c. 12.
C Fen. 3. do. 2. c. 2.
D Raſ. 12. cõti. t. 1. c. 1. 135. 4.
E G. li. d̃ cura icte ribus. h
F Cap. 11.
G Li. 3. fen. 13. t. 5. c. 8.
H Raſ. t. 4. c. 16.
I Lib. 3. fen. 13. t. 5. c. 8.

A rubeam, quæ ad ea deſcendit, & mundat ea: & [a] remouet grauitatem, quæ accidit capiti: & clarificat viſum, & aufert nauſeatiuam ſatietatem, & confert ei ad cuius ſtomachum deſcendit cholera, quæ ipſius corrumpit cibum: quoniam cum præceſſerit vomitus, tũc cibus aduenit ipſi ſtomacho iam mundificato: & remouet abominationem vnctuoſi, & dulcis, & caſum deſiderij ſani ipſius & deſiderium ipſius ad id, quod eſt acutum & acetoſum, & ponticum: & confert laſsitati corporis, et vlceribus, quæ ſunt [b] in renibus, & veſica: & [c] eſt lepræ forte medicamentum, & [d] malitiæ coloris, & epilepſiæ ſtomaticæ, & [e] icteritiæ, & præparationi anhelitus, & tremori, & paralyſi, & eſt ex curationibus, quæ conferunt habentibus impetiginem. Ipſe quoque fieri debet in menſe ſemel, aut bis poſt repletionem, ita quod nõ obſeruetur reuolutio ſcita, neq̨ numerus dierum notus. [f] Et ille quidem cui maius iuuamẽtum affert vomitus, eſt cuius cõplexio prima eſt cholerica, & eſt macer.

De malitijs, quæ proueniunt ex ſuperfluo vomitu. *Cap. 14.*

S[g]Vperfluus vomitus ſtomacho nocet: & ipſum debilitat, et facit eum aptum, ita vt materię ad eum perueniant: & obeſt pectori, & viſui, & dentibus, & antiquis capitis doloris, niſi eis, qui ſunt propter ſocietatem ſtomachi, & facit nocumentum epilepſiæ capitis, quæ non eſt cauſa inferiorum membrorum. Superfluitas quoque, quæ eſt in ipſo, nocet [h] hepati, & [h] pulmoni, & [h] oculo, & [h] aliquam venarum quandoque ſcindit. [i] Ex hominibus præterea eſt, qui vult cito impleri, B deinde non tolerat, immo properat ad vomendum, & actio huius ex eis eſt, quæ perducunt eum ad malas ægritudines manſiuas. Ipſe ergo à repletione prohibendus eſt: & tu ipſius cibum & potum menſura.

Vt ſuccurratur diſpoſitionibus, quæ accidunt vomenti. *Cap. 15.*

K Cap. 11.
L Li. 3. fẽ. 13. t. 5 c. 21. & Hipp. & Gal. 6. apho. 13.
M Li. 3. fen. 13. t. 5. c. 10.
M ſpaſmus
N ſopor
O Raſ. 12. cõti. c. 1. 138. 1.
O ſoporem
P Raſ. ibi. 138. 1.
P dãda eſt vox magna.
Q Aeti. li. 1. ſer. 3. c. 134.
R Li. 3. Fen. 13. t. 5. c 14. & Raſ. 12. ꝯti. c. 1. 137. 4.
S Raſ. ibi. 137. 4.
T Raſ. ibid. 138. 1.

DE prohibitione autem vomendi [k] diximus iam, quod oportebat. Tenſioni vero & dolori, qui ſub hypochondrijs fiunt, conferunt panni aqua calida infuſi, & ſuperpoſiti, & oleis lenificantibus: & ventoſæ cum igne. Fortem autem mordicationem in ſtomacho remanentem remouet bibere iura vnctuoſa, quę cito digerantur, & vngere locum ex aliquo, quod ſit ſicut oleum violaceum miſtum cum oleo keiri, & pauca cera. [l] Singultum vero ſi cum eo acciderit, & permanſerit, retinebit ſternutatio: & dare ei ex aqua calida ad traijciendum paulatim. De vomitu autem ſanguinis iam [m] diximus in capitulo de nocumentis vomitus. [m] {Alcuzez} vero, & ęgritudinibus frigidis, & [n] {ſubeth,} & interſectioni vocis, quæ accidit poſt ipſum, [o] confert ligare extrema, & ſtringere ea, et ſuperponere ſtomacho pannum infuſum oleo, in quo cocta fuerit ruta, et cucumer aſininus: & dare ei bibendum mel cum aqua calida. Et habenti quidem [o] {alſubet} fiat hoc, & in aurem eius [p] {mittatur.}

De eo in quo ſuperfluit vomitus. *Cap. 16.*

C FIat vt ipſe [q] dormiat, & ingenietur quanto plus poſsibile fuerit, quomodo dormiat: & ligentur eius extrema taliter, qualiter ligantur quando fluxum vẽtris retinere volumus. Et ipſius medicetur ſtomachus cum emplaſtris confortantibus ſtypticis. Quod ſi vomitus ſuperfluerit, & inceſſanter egrediantur humores, donec ſanguis exeat, [r] da ei ad bibendũ lactis vino admiſti quatuor cotylas: quoniam medicinæ vomitiuæ malitiam reprimit, & ſanguinem prohibet, & naturam lenit. Quod ſi partem pectoris, & ſtomachi à ſanguine cum hoc mundificare volueris, ne ex eo aliquid coaguletur, da ei ad bibendum [s] ſyrupum acetoſum, ſiue ſit ex melle, ſiue ex zucchari, cum niue infrigidatum, paulatim: [t] cum hoc quoque quandoque confert bibere ſuccum portulacæ cum bolo armeno. Cum ipſum tranſglutit ille, in quo ſuperfluit medicina et vomit. Et oportet quidem te quærere medicinas vomitiuas ſecundum ſuos gradus: & quomodo quęq̨ earum ad bibendum ſint dandæ, & præcipue elleborum in antidotario, & medicinis ſimplicibus.

De enemate. i. clyſtere. *Cap. 17.*

V G. 2. de ꝯpo. medi. fm loc. 136. d
X Gal. de ren. af. dig. c. 4. g
Y G. 12. meth. me. c. 8 g, & a
Z G. 2. de ꝯp. med. fm lo. 136. d
A Li. 3. Fen. 16. t. 4. c. 11.
B Raſ. 12. cõti. c. 1. 147. 2.
C G. introduc. ſeu Medic. c. 13. f

ENema eſt medicamen nobile in [v] expellendo ſuperfluitates, quæ ſunt in inteſtinis, & in ſedando [x] dolores renum, & veſicæ, & apoſtemata ipſorum, [y] & ægritudines colicæ, & in [z] attrahendo ſuperfluitates à membris principalibus ſuperioribus. Quæ vero ex eis ſunt acuta, debilitant hepar, & perducunt ad febrem. Ex enematibus præterea fit iuuamen in expellendo reliquias quas D inanientia relinquunt. Formam vero clyſteris, & quomodo clyſterizetur, iam retulimus [a] in capitulo de colica. Videtur quoque quod clyſterizati [b] ſitus melior ſit, vt ſupinus iaceat, deinde reuoluat ſe ad latus dolens. [c] Et clyſterizandi hora melior eſt cum eſt aeris frigiditas, & eſt in horis duabus frigidioribus, vt minoretur anguſtia, & æſtuatio, & ſyncopis. Balneum præterea ſolet facere, vt commoueantur humores & ſpargantur. Clyſteris quoque conditio eſt vt aerem, & humores retentos attrahat. Et propter hoc ſecundum plurimum non eſt bonum, vt balneum enemati premittas: quod ſiquis in inteſtinis apoſtemata vel vlcera habens ipſo indiguerit cauſa febris, aut alicuius ægritudinis, & timuerit, quòd non retineatur enema fomẽtare debet anum ſuum, & femur, & loca, quæ ſunt in circuitu ipſorum cum milio calefacto.

De linimentis. *Cap. 18.*

D Li. 2. t. 2. c. 144.

EPithemata ſunt ex medicinis bonis, quæ ad ipſam perueniunt ægritudinem. Et medicina fortaſſe duas habet virtutes: vnam ſubtiliatiuam, & alteram ingroſſatiuam: & erit maior neceſſitas ſubtiliatiuæ, quàm inſpiſſatiuæ. Cumq̨ eius inſpiſſatio fuerit temperans ſubtiliationem, cum ex ea fiet emplaſtrum, penetrabit ſubtilitas, & remanebit ſpiſsitudo: & illa quidem, quæ penetrat confert: ſicut facit [d] coriandrum cum ſauich cum ex eis fit emplaſtrum ſuper ſcrofulas. Emplaſtra

præterea

præterea sunt talia qualia epithemata:[a] sed emplastra sunt dura,& epithemata fluida.Est quoque, E cum epithemata fiunt cum pannis:cumq; membris principalibus superponuntur,sicut hepati,& cordi,& non fuerit ibi,quod prohibeat conferunt panni suffumigati ex xyloaloe crudo,et virtutibus epithematum & bonum tribuunt odorem, quem principalia diligunt.

De embrocis. *Cap. 19.*

EMbrocæ sunt medicamenta congrua ei,quod ex capite, & alijs mēbris oportet resolui, & illi cui cōplexionem necessarium est permutare.In membris autem,quæ embrocare oportet, ex calido,& frigido,si non in eis fuerint superfluitates,quæ effunduntur,[b] fiat prius embroca ex calefacto,deinde fiat ex aqua frigida vt constringantur:[c] q; si res diuersa fuerit,à frigida incipiatur.

De phlebotomia. *Cap. 20.*

P[d] Hlebotomia est euacuatio vniuersalis,quæ multitudinem euacuat.Multitudo autē est augmentum humorum super æqualitatem ipsorum in venis.Et nemo quidē est phlebotomandus nisi vnus duorum.[e] Vnus eorum est ægritudinibus præparatus, qui cum ipsius sanguis multiplicatus fuerit,cadet in eas.[e] Et alter est cadens in eas. Vnusquisq; autem eorum, aut phlebotomatur propter sanguinis multitudinem additam:aut propter ipsius malitiam: aut propter vtrūq;. Et his quidem ægritudinibus præparatus est,sicut qui est expositus sciaticæ, & [f] podagræ sanguineis,& [f] arthreticæ sanguineis,[g] aut ille cui accidit sputum sanguineum ex fissura venæ,quę in pul F mone eius existit tenuiter consolidata:qm̄ cum ipsius multiplicabit sanguis,findetur:et apti [h] epilepsiæ,& [h] apoplexiæ,& [i] melancholiæ cum sanguinis multitudine,& [k] squinantiæ, & apostematibus interiorum,& [l] ophthalmiæ calidæ:& ex eis quibus [m] hæmorrhoidarum sanguis, qui fluere solebat,est retentus:& mulieres quibus menstruus sanguis est restrictus: horum tamen duorū colores non demonstrant,q; phlebotomari debeant,propter ipsorum obscuritatem,aut albedinem, aut viriditatem.Et illi,qui in interioribus membris cum complexione calida debilitatem patiunt: Nam istis melius est vt in vere minuātur,licet in has nondum ceciderint ægritudines. Et illis quibus [n] percussio accidit,aut casus:qm̄ quandoq; minuuntur timendo ne eis accidat apostema. Et qui habet apostema,minuendus est:qm̄ timetur ne aperiatur anteq; maturetur:licet non indiguerit,& non fuerit ibi multitudo.[o] Et debes scire,quod dum istæ ægritudines timentur, & nondum in eas ceciderit,tunc tempus phlebotomiæ in eis est magis amplum:& cum in eis ceciderit,[p] in earum principio penitus phlebotomia dimittatur,qa superfluitates subtiliat, & eos p corpus fluere facit,& eas sano sanguini admiscet.Et est etiam cum nihil euacuatur ex eo, quod oportet: & facit necessarias reiterationes,quæ debilitant virtutem.Cumq; maturatio apparuerit,& ęgritudo principium præterierit versus statum:tunc si oportuerit vt minutio fiat,si non fuerit,quod prohibeat, fiat.[q] Phlebotomia quoq;,neq; euacuatio ventris est facienda [r] in α die motus ægritudinis:quia est G dies requiescendi,& inquirendi somnum,& dies cōmotionis ægritudinis.Et cum ęgritudo est habens crisim,in cuius tempore est longitudo,nullo modo sanguis multus est minuēdus: sed si possibile fuerit,quies est facienda:quod si non fuerit possibile,vt quies fiat,ex eo parum minuatur:& in corpore sanguis thesaurus recondatur ad phlebotomiam faciendam:si oportuerit & virtus conseruetur ad resistendum in crisibus:quod si multum præterierit tēporis,ex quo quis minutus fuerit,& in hyeme fuerit conquestus,quod se quasi fractum sentiat,minuatur,& sanguis pro thesauro recondatur.Amplius [s] phlebotomia propterea,quod ad diuersum trahit,naturā fm plurimum retinet.Cumq; ex multa minutione debilitabitur virtus,multi generabūtur humores.[t] Syncopis præterea accidit in prima minutione,cum subito euenerit ei,qui non consueuit,& vomitum pręmittere est ex eo,quod eam prohibet:& similiter vomere hora qua accidit. Et debes scire,quod minutio est perturbans,donec quiescat.phlebotomia quoq;,& colica raro simul eueniunt.[u] Prægnans præterea,& mēstruata non minuantur,nisi propter magnam necessitatem, sicut est necessitas retinēdi forte sanguinis sputum,cum virtus fuerit conueniens.Et debes scire, quod nō quoties [x] nominata signa repletionis apparuerint,oportet vt minuas: [y] immo qnq; est repletio ex humoribus crudis:& est tunc phlebotomia multum nocens:qm̄ si minueris non maturabis eos,et timebitur,ne æger perdatur.Non autem est inconueniens, vt ille in quo melācholia superabundat H minuatur,postea medicina solutiua euacuetur.Sed solicitus esse debes ex dispositione coloris fm conditionem,quam nunc γ dicemus,& cōsiderare tensionem,qm̄ propter tensionem per totum corpus incedentem magis eris cōfidens,quod phlebotomare debes.[z] Cum vero sanguis alicuius fuerit bonus & paucus,& fuerint in ipsius corpore multi mali humores,phlebotomia bonum rapiet,et malum relinquet.Et cum alicuius malus sanguis fuerit paucus & declinauerit ad membrū aliquod,& eius declinatio vehementer nocet,& fuerit necessarium vt ipse minuatur, ex eius sanguine parum erit assumendum:& cibo bono erit alendus:deinde erit minuēdus iterum post dies: propterea,vt malus sanguis ab eo extrahatur,& bonus restauretur. Quod si mali humores cholerici in eo fuerint,ingenietur quatenus prius subtili pharmacia euacuentur, aut vomitu, aut vt sedentur:& stude in hoc,vt æger quiescat,& ocietur.Et si grossi fuerint,antiqui præceperunt vt balneetur,& in suis ministerijs moueatur.Et dabant ei ad bibendum ante phlebotomiam,& post ipsam,ante secūdationem,syrupū acetosum subtiliatiuum & decoctionē cum hyssopo & [z] {hasce.}

[a] Cum autem phlebotomia necessaria fuerit cum debilitate virtutis,causa febris,aut aliorū humorum malorū,partire phlebotomiam sicut [b] diximus.Amplius phlebotomia stricta, magis est con-

seruatiua

A Ser.t.7.c.29.
B G.10.meth.me. c.10. c
C Li.3.F.1.t.3.c.3.
D Ga.2.apho.8.& de ɔstitu.ar.c.19.c, &.13.meth.med.c. 6.h, &.4.apho.2.d
E G.de curā. rōne per sang.c.9.b.c
F Gal.ibi.c.7.f,& c.10.e
G Li.3.F.10.t.3.c. 6.& G.de curan.rōne.c.7.e, &.c.10.e
H Lib.3.fen.1.t.5. c.11.& G.ibi.c.7.e, & c.10.e
I Gal. ibidem. g
K Li.3.fen.9.c.11. & G.ibi. e
L Gal. ibidem. f
M Gal.ibidem.e,f
N G.4.met.c.6.e, & Ras.t.6.c.19.
O Ga.de cur.rōne p sang.c.9.b.
P Li.3.fen.22. t.2. c.7.& lib.4. fen.1. t.1.c.33.
Q G.de p̄sag.experiētia ɔfir. h
Infra α
R Li. 4.fen.1.t.2. c.7.& Gal. de p̄sag. expien.ɔfir.h
S Li.3. fen.16.t.2. c.6.& .c.12.
T Li.3. fen.11.t.2. c.6.
V Hip.5.aphor.31.
X F.2. d.3. c.6.
Y G.12.meth.me. c.3.e
Infra γ
Z G.4.sā.tu.c.5.g
Z thymo.
A G.de curā. rōne p sang.c.12.a
B L.1.fē.1.t.2.c.7.

A seruatiua virtutis: sed tamen subtilem, & clarum interdum sanguinem fluere facit: & spissum, & turbidum tenet. Ampla vero velociter est ad syncopim, & magis operatiua in mundificãdo, & tardior ad consolidandum: sed tamen est dignior ei, qui ꝑm præseruationẽ phlebotomatur, & in grassis, seu pinguibus. Et amplam quidem efficere in hyeme, est dignius ne congeletur sanguis: & angustam efficere in æstate est dignius, si necessarium fuerit.[a] Phlebotomandus pręterea supinus iaceat, quando phlebotomatur: qm̃ hoc est conuenientius ad hoc vt ipsius conseruetur virtus: & ne ei superueniat syncopis. In febribus autem à minutione cauendum est,[b] scilicet in his, quæ vehementis sunt calefactionis, & inflammationis, & in omnibus non acutis febribus in sui principio,[c] & α in die periodica. In febribus præterea cũ quibus aduenit spasmus, minoretur phlebotomia: licet fuerit necessaria: quoniam cum spasmus accidit, vigilare facit, & sudare multum, & deijcit virtutem: quapropter sanguinis thesaurus est dimittendus. Et similiter oportet vt[d] minoretur phlebotomia febricitantis cuius febris non est à putredine, vt ad resoluendum febrem thesaurus relinquatur. Et si fortis inflammationis non fuerit, & fuerit febris putrida, attende[e] decem regulas, & postea intuere in vrinali:[f] & si vrina fuerit grossa, & rubedini attinens, & pulsus etiam fuerit magnus, & facies vel figura tumida, & febris non properet in faciendo tornalitatem, phlebotoma in hora, qua stomachus à cibo est vacuus. Et si vrina fuerit subtilis, aut ignea, aut facies à principio B egritudinis fuerit tornatilis, caue tibi à phlebotomia.[g] Quod si interpollatio in ea fuerit, & quies febris, in ipsa fiat minutio. Dispositionem quoque tremoris considera, quoniam cum tremor fuerit fortis à minutione tibi cauendum erit. β Amplius sanguinis, qui egreditur colorem attende, & si fuerit subtilis albedini attinens, ipsum illico retine.[h] Et summopere tibi caue ne ęgrum ad vnam duarum perducas rerum. s. humorum cholericorũ ebullitionem, & frigidorum cruditatẽ. Cumq; in febre te oportebit phlebotomare,[i] non attendas, quod quidam dicunt: scilicet quod non est bonum vt post quartum diem fiat, qm̃ bonum est vt fiat etiam si sit post quadraginta dies: & hoc ꝑm sententiam[k] Galeni licet præmittere, & properare sit melius, cum significationes certæ fuerint. Quod si in hoc erratum fuerit, quacunq; hora inueneris ęgrum, & oportuerit, phlebotoma ipsum postq̃[l] decem rerum solicitudinem habueris.[m] Multoties præterea phlebotomia in febribus, licet necessaria non sit, efficit vt natura fortis fiat super materiam: propterea, quòd eam efficit paucam: & hoc quidem cum fuerit figura, & ætas, & virtus, & reliqua talia, vt permittant. In febre autem sanguinea necesse est vt euacuatio fiat minutione non superflua in principio, & superflua cum affuerit maturatio febris, quæ multoties remouetur in hora phlebotomiæ. Tibi quoq; cauere debes à minutione in complexione[n] vehemẽtis frigiditatis,[o] & in regionibus fortis frigiditatis, & in hora fortis doloris: & post balneum resolutiuum, & post coitum: & in ætate, quæ est[p] minor. xiiij. an- C nis quanto plus poteris: &[q] in ætate senum quanto magis poteris, nisi in figura confisus fueris, & ĩ soliditate musculorum, & venarum amplitudine, & earum repletione, & colorum rubedine: hos nanq; ex adolescentibus, & senibus phlebotomare audebis. Adolescentes tamen ꝑm ordinẽ phlebotomandum paulatim prouehere debes cum pauca minutione. In corporibus quoq;[r] fortis maciei, & fortis grassitiei, &[s] raris, &[s] albis, &[s] lassis, & citrinis, sanguinem non habentibus, à minutione tibi quãtum plus poteris cauere debes. Amplius in corporibus, quæ[t] prolixas perpessa sunt ægritudines, caue tibi à phlebotomia, nisi sanguinis affuerit corruptio, quę te ad hoc perducat: qm̃ tunc phlebotomabis ea. Et considera sanguinem: & si ipsum videris nigrum, & spissum, extrahe eum:[u] & si β ipsum videris album, & subtilem, eum illico constringe, qm̃ in ipso existit vehemens timor.[x] A minutione præterea tibi cauere debes super cibi repletionem, ne materiã non digestam ad venas trahas loco eius, quod ab eis euacuasti.[y] Et oportet etiam vt tibi caueas ab ea in repletione stomachi, & intestinorum facta ex fæce iam exuccata seu cõpleta, aut propinqua: immo in eam euacuando stude: & illud quidẽ, quod est in stomacho et in eo, quod ei vicinatur vomitu. Et quod in intestinis inferioribus cum eo quo poteris, & si non alio, saltem clysteri.[z] Caue præterea tibi ne satietatem nauseatiuam habentem, digeratur.[a] Et tibi etiã caue ne subtilitatem sensus oris stomachi habentem, aut ipsius debilitatem, phlebotomes: & infelicem ex generatione choleræ rubeæ in D ipso: huiusmodi nanq; sibi cauere debet ab audacia in minuendo, & proprie cum est ieiunus. Sensus vero subtilitatem oris stomachi habentem dignosces: propterea, quòd mordicatiua traijcere ei nocet. Et habentem[b] oris stomachi debilitatem cognosces ex desiderij ipsius debilitate: & doloribus oris stomachi: & habentem os stomachi aptum receptioni choleræ rubeæ & multam in eo generationem ipsius choleræ, dignosces ex perseuerantia[c] nauseæ ipsius: & propterea, quod choleram quaq; hora vomit, & ex oris ipsius amaritudine. Istis nanq; cum phlebotomati fuerint, oris stomachi conseruatione non præmissa, accidet inde timor magnus. & quandoq; moriuntur inde. Subtilitatem vero sensus habenti, & debilitatem,[d] buccellæ mundi panis in rob acetoso bonum habente odorem infusę, sunt dandę. Et si fuerit debilitas complexionis frigidæ, sint intinctæ in aliquo, quod sit sicut aqua cum zuccaro cum alefeniati, aut in syrupo mentæ muschato, aut in miua muscata, postea minuatur. Aptitudinem vero generationis choleræ habens, est mundandus dando in potu ei multitudinem aquæ calidæ cum syrupo acetoso: postea dentur ei buccellæ panis ad manducandum, deinde fiat vt parumper quiescat, postea minuatur. Properandum præterea est vt quod[e] ex bono sanguine resolutum fuerit, restauretur, si fuerit fortis cum[e] assatura carnis, quæ sit super prunas: quoniam si digeritur nutrit multum & bene: verumtamen oportet vt sit pauca,

quoniam

A Ga.1.apho. 23.e
B Lib.4.fen.1.t.2. c.42.
C Li.4. fen.1. t.2. c.7.& Gal. de ꝑsag. exp ꝯfir.h
Supra α
D G.4.meth. me. c.4.c.f,&.9. meth. me.c.5. c
E Cap.3.
F Lib.4.fen.1.t. 2. c.7.& Raf.28. cõti. t 2.c.2.355. 1.
G Li.4. fen.1.t. 2. c.7.& Raf.28. cõti. t.2.c.2.354.3.
Infra β
H Li.4. fen.1. t.2. c. 7.
I G.de cur. rõne p sãg.c.20.a,&.9.metho.med. c.5.d
K De curã.rõne p sang.c.20.a
L Cap.3.& Ra.28. conti.t.2.c.1.353.4.
M Gal.11. metho. med.c.15.d
N Ga.de cur.rõne p sang.c.6.d,& Ra. 28. contin. t.2. c.1. 353.3.
O G.13.meth.me. c.21. e, & de sec. c. 3 e,&.1. ar. cur. ad gla.c.12.c
P G.11.met. med. c.14.f,& de cur.rõne p sang. c.13.c
Q Gal. 4. de rõne vic.19.f g,& de sec. c.3.e, &.1. art. cur. ad glau.c.14.d, & đ cur.rõne per sang. c.13. d
R G.2.de elntis.c. 3.c,& Raf. 28. cõti. t.2.c.1.353. 4.
S G.11.met. med. c.14.g
T Ga. de cur.rõne p sang.c.20.b
V Opposi.li.3.F.1. t.4.c.19. & Raf. 28. cõti.t.2.c.1.352.4.
Supra β
X G.9. met. med. c.5.h, & cõméto.1. in.3. de mor. vulg. 2.d.e,& Raf.28.ꝯti. t.2.c.1.301. 3.
Y G.9. meth.me. c.5.h
Z G ibi & Raf.28. ꝯti.t.2.c.1. 349.4.
A Ga.9.met.med: c.5.a
B Raf.349. 4.
C Raf.28. cõt.t.2. c.1.351.3.
D Raf.28.cõt.t. 2. c.1.351.3.
E Raf t.3.c. 12.

A phlebotomes, sed plõga vsq; quo eius satietas nauseatiua

quoniam stomachus propter phlebotomiam est debilis.[a] Amplius venę quandoq; phlebotoman E tur propterea vt fluxus sanguinis ex naribus, & matrice, & ano, & pectore prohibeantur, aut ex aliquibus exituris, ideo vt sanguis ad id, quod à parte illa est diuersum, protrahatur: & hęc quidem curatio est fortis iuuatiua. Oportet vero vt foramen phlebotomię sit vehementer strictum: & sint vices multæ, quæ non sint in vna die, nisi magnæ necessitatis causa fuerit: sed in die post diem: & quacunq; vice minoratio fiat quantum possibile fuerit: & ad summum melius est vt [b] phlebotomiæ vices sint multæ, quàm vt ipsius quantitas sit multa. Et phlebotomia quidem cum nõ est necessaria, choleram rubeam ebullire facit, & postea aduenit linguæ siccitas, & quæ sibi sunt similia. Est igitur ei succurrendum cum aqua hordei & zuccaro. Qui autem secundare voluerit, venam manus in longitudine phlebotomare debet: vt iuncturæ motio ipsius prohibeat cõsolidationem, & vt amplificetur. Quod si cum hoc timor affuerit, quod cito consolidetur, superponatur ipsi pannus oleo cum pauco sale infusus, & desuper ligetur. Et si phlebotomus etiam [c] oleo inunctus fuerit, cum fiet phlebotomia, [c] prohibebit consolidationis velocitatem, & [c] γ minuetur dolor. Et hoc quidem est vt super ipsum oleum, aut sibi simile, leuiter inungatur: aut ipse in oleo mittatur, postea cum panno exiccetur. Inter phlebotomiam quoq;, et secundationem [d] dormire, phlebotomię consolidationem festinare facit. Recordare præterea eius, quod [e] diximus de euacuatione in hyeme cum medicina, quòd dies est eligenda austrina, quoniam similiter in phlebotomia. Et scire de- F bes, quod cum minuuntur melancholici, & maniaci & illi quos minuere oportet in nocte in hora dormiendi, oportet vt sit angusta phlebotomia ne sanguinis exitus accidat. Et similiter in omnibus, qui secundatione non indigent. Scire quoque debes, quòd secundatio secundum debilitatis mensuram est tardanda: & si debilitas quidem non affuerit, sit vltima eius tardatio vna hora. Qui voluerit eam facere, vt sanguis ipsius trahatur, sit dies vnus. Amplius phlebotomia transuersa melior est ei, qui secundationem vult in die eadem. Et illa, quæ est secundum latitudinem, ei qui vult secundationem in eadem hora. Et illa, quæ est secundum longitudinem, ei qui vult non vna esse contentus secundatione: immo in corde tenet, quod eam per multos faciet dies, quaq; die. Cumq; phlebotomiæ dolor maior fuerit, tanto erit eius consolidatio tardior. Multa præterea in secundatione euacuatio syncopim affert, nisi ille in quo secundatio est fienda assumpserit vel comederit aliquid. Inter phlebotomiam quoq; & secundationem dormire, prohibet ne cum sanguine expellantur superfluitates, quæ attrahuntur: propterea, q humores in somno ad corporis profundum trahuntur.[f] Ex iuuamentis vero secũdationis est, q phlebotomati virtutem cum perfectione suæ euacuationis, quæ est necessaria, conseruat. Et melior quidem secundationis terminus, est vt duobus, aut tribus tardetur diebus. Ex dormitione vero phlebotomiæ propinqua, plerunq; accidit in membris confractio. Balneatio quoq;, anteq̃ minutio fiat, plerũq; difficilem facit phlebotomiam: G propterea, q cutem ingrossat, & eam lenificat, & ad labẽdum aptam efficit, nisi phlebotomandus multam sanguinis habuerit grossitiẽ.[g] Et oportet ne phlebotomatus in se replendo sit audax, sed sm ordinem nutriatur, & cibum primitus subtiliet. Et similiter oportet ne post ipsam exercitet̃, sed declinet ad hoc, vt supinus iaceat: neq; post eam balneo vtatur resolutionem faciẽte. Cum autem aliquis phlebotomatur, & postea ipsius brachium apostematur, ex altero brachio minuatur, secundum q tolerauerit, & super ipsum emplastrum de cerussa ponatur: & ex fortiter infrigidantibus in circuitu eius fiat cataplasma. Cumq; aliquis eorum phlebotomatur, ĩ quorum corporibus superabundantes existunt humores, phlebotomia fit causa commotionis illorum humorum, & eorum cursus, & ipsorum permistionis: fit ergo frequens phlebotomia eis necessaria.[h] Sanguis quoq; melancholicus facit, vt frequẽs minutio sit necessaria: quæ in præsenti quidem alleuiat,[i] sed in senio peruenitur inde ad malas ægritudines, ex quibus est apoplexia. Amplius phlebotomia multoties commouet febres, et huiusmodi febres resoluunt putrefactionem. Omnis quoq; sanus, qui phlebotomatur, illud quod in capitulo de vino [k] diximus, accipere debet. Et debes scire, q venarum, quæ phlebotomantur: alię sunt, quæ sunt tantum venæ: & aliæ sunt, quæ sunt tm̃ arteriæ. [l] Arterię vero minus phlebotomantur propter terrorem eius, quod in eis existit de timore cursus sanguinis.[l] Et suarum quidem dispõnum minor est, q ex ea prouenit aneurisma. Et hoc quidem H est, cũ fixura fuerit vehementer angusta. Cum aũt fuerit securitas, q ex ea sanguis non fluet, [l] maxime est iuuatiua in ægritudinibus proprijs. propter quas phlebotomant̃.[l] Maius tñ iuuamentũ, quod ex minutione arteriæ prouenit, nõ est nisi cum in mẽbro sibi vicino malę sunt ægritudines, quarũ causa est sanguis subtilis, & calidus. Cumq; arteria phlebotomabit̃, quæ est ei vicina, in qua non erit timor, maximũ afferet iuuamentũ.[m] Venæ præterea manus, quę phlebotomant̃, non pulsatiles quidem, sunt sex, cephalica, nigra, & basilica, & funis brachij, & alasceilez: & illa, q̃ proprio nomine ascellaris vocatur: & ipsa quidem est ramus basilicæ: eis [n] vero sanior omnibus est cephalica. [o] Oportet autẽ vt omnes tres supra iuncturam aperiantur: & non sub ea, neq; in ea: ideo vt egrediatur sanguis bene taliter, vt egrediatur, sicut aqua, aut aliud liquidum per syringam impulsum egreditur. & vt sit securitas à nocumentis neruorum, & arteriarum: & similiter cephalica.[p] Earum vero phlebotomia, quæ fit secundum longitudinem, ad consolidandum est tardior: quoniam ipsæ sunt iuncturales: in non iuncturalibus vero res ab hoc diuersa: & [q] in sciatica quidem, & δ sceilez, & in alijs venis melius est, vt secundum longitudinem phlebotomentur.[q] Et cum hoc oportet in cephalica, vt à capite musculi moueatur ad locum lenẽ, & dilatetur phlebotomia, seu scissura phlebotomiæ,

A G. de curã. rõne p sang. c. 11. g
B G. 5. meth. med. c. 3. e
C Ras. 28. cõt. t. 2. c. 1. 352. 1. *Infra* γ
D Ras. 28. cõt. t. 2. c. 1. 351. 4.
E Cap. 5.
F G. 9. meth. med. c. 4. b
G Ras. t. 7. c. 19.
H Li. 3. Fen. 1. t. 5. c. 12.
I Ras. t. 4. c. 14.
K F. 3. do. 2. c. 8.
L G. de curã. rõne p sang. c. 22. d
M G. de ana. viuo. de anat. ven. mang
N Ras. 28. conti. t. 2. c. 1. 351. 1.
O G. de ana. vena viuo. g
P Ras. 28. cõti. t. 2. c. 1. 351. 2. *Infra* δ
Q Ras. ibi. 352. 4.

A botomiæ,& foramen phlebotomiæ, seu punctura phlebotomiæ non fiat super foramen, seu puncturam præcedentem, quoniam faciet apostema. Plurimum autem erroris, qui euenit in minuendo cephalicam non prouenit ex percussione vna, licet sit magna: immo non accidit nocumentum nisi propter iterationem percussionum. Et quæ ex ipsius phlebotomia plus tardatur in consolidatione est illa, quæ fit in longitudine: cuius quidem phlebotomia dilatanda est, si voluntas affuerit, vt secundatio fiat. Cum autem eam non inueneris, quære aliquem ramorum eius, qui sunt in syluestri alsahad.[a] Et in vena quidem nigra est timor propter neruum, qui est sub ea: & quandoque etiam est inter duos neruos, quare oportet studere vt ipsam in lõgitudine phlebotomes, & vt ipsa suspensa phlebotometur. Et fortasse super ea erit neruus subtilis tensus, sicut chorda. Et tunc quidẽ oportebit, vt hoc cognoscatur: & caueatur ne percussio in eo cadat: & proueniat inde stupor perseuerans. In eo autem cuius nerui sunt grossiores, ramus iste est magis manifestus. Et error quidem in ipso est deterioris nocumenti: quare cum error accidit, & neruus ille percussus fuerit, non consolides phlebotomiam: immo super eam pone, quod ipsius prohibeat consolidationem. Et eius quidem medicamentum, est sicut medicamentum vulneris neruorum. Et nos iam locuti sumus de ipso[b] in libro quarto. Caue tibi præterea ne res infrigidans ad ipsum perueniat, quod sit, verbi gratia, sicut solatrum, & sandalum: sed ipsum, & totum corpus oleo calefacto frica. Funis autem bra-

A Ras. t. 7. 21. & 28. conti. t. 2. c. 1. 351. 4.

B Fẽ. 4. t. 4. c. 2.

B chij melius est, vt transuerse minuatur, nisi vtrinque fuerit labilis vel mobilis: quoniam tunc in longitudine phlebotomatur.[c] Basilica quoque magni est timoris: propterea, quod[d] arteria cadit sub ea: & quod nerui & musculi etiã sub ea cadunt. In ipsam ergo phlebotomãdo tibi caue: q̃m si percussio fuerit in arteria, sanguis non restringet, aut restringet difficulter. Hoĩum quoque sunt quidam quorum basilicę duæ associantur arteriæ, quarum vna cum signata fuerit, existimabitur quod iam sit securitas, & fortasse percutietur altera: hoc enim scire debes.[e] Cumque ligaueris, secundum plurimum rei accidet ibi inflatio, quandoque ex arteria, quandoque ex basilica: sed qualitercunque fuerit, ligaturam soluere debes, & inflationem molliter fricare: deinde ad ligandum redi: & si inflatio reuersa fuerit, reitera: quod si non iuuerit,[f] quid erit in hoc si basilicam dimiseris, & ad ramum, qui ascellaris vocatur, redibis, quæ quidem est, quæ super domesticum[f] {aseid} existit ad inferiora. Et inflatio quidem errorem multoties efficit: & ligatura sæpe arteriæ pulsum quiescere facit, & ipsam eleuat, & ponit ipsam supremam, & existimatur, quod sit vena, & phlebotomatur. Cumque quamlibet ligaueris venam, & ex ligatura super eam prouenerit, quod sit simile lenti, aut ciceri, fac in ipsam, quod in basilica diximus.[g] In basilica quoque phlebotomanda quanto plus ad brachium descenderit, erit sanius.[h] Phlebotomus pręterea in venam procedere debet ad diuersitatem partis arteriæ. In basilica quoque non solum contingit error ex parte arteriæ, sed etiam musculus sub ea est,

C G. de anat. ven. viuo. g

D Ras. t. 7. c. 21. & 28. conti. t. 2. c. 1. 351. 4.

E G. 3. de anat. admi. c. 6. c. d

F Ras. t. 7. c. 21.

F cubitum

G Ras. t. 7. c. 21.

H Ras. 28. cõt. t. 2. c. 4. 351. 4.

C & neruus propter quos etiam prouenit error: hoc quidem iam tibi diximus. Signum vero erroris in basilica, & quod arteria iam sit percussa,[i] est quod sanguis egreditur subtilis, rufus, qui saliendo manat, & lenificatur cum eo tactus, & ipsa fit inferior: tunc ergo succurre ei, & in vulneris orificio parum de pilis leporis pone cum pauco pulueris thuris, & sanguinis draconis, & aloes, et myrrhę, & pauco[i] {alcolcotar,} & [k] {alzegi:}[l] et super ipsam ex aqua frigida quantum poteris rora, & super locum ipsum phlebotomatum ligaturam appone tenacem. Quod si se tenuerit, vsque ad tres dies non soluas: & post etiam tres dies, quanto plus poteris, tibi cauere debes, & loco emplastrum ex stypticis superpone. Multi præterea hominum arteriam illam[m] incidunt penitus, vt ipsa contrahatur, & caro desuper eam cooperiatur, & teneat. Amplius plerique hominum propter sanguinis exitum moriuntur. Et quidam eorum sunt, qui moriuntur propter fortitudinem doloris ligaturæ, quam voluerunt propter fortitudinem prohibitionis fluxus sanguinis arteriæ, donec membrum factum est secundum viam mortis. Et scias, quod cursus sanguinis quandoque prouenit etiam ex venis. Pręterea scire debes, quod sanguis, qui plurimum de cephalica[n] euacuatur, est qui ex collo, & ex eo quod est supra ipsum, & parum de eo, qui est sub ipso egreditur: et terminum partis hepatis non pertransit, & hypochondriorum, & non mundificat hypochondria, neque inferiora taliter mundificat, vt inde sit curandum.[o] Nigræ vero iudicium inter cephalicam & basilicam est

I Ras. t. 7. c. 21.

I vitrioli spẽi;
K vitrioli viridis:

L Ras. t. 7. c. 21.

M G. de cur. rõne p sang. c. 22. d

N G. de cur. rõne p sãg. c. 16. a, & Ra. t. 7. c. 21. & Ga. 3. de anat. admi. c. 6. d

O Ga. ibi. & Ras. ibi. & 13. meth. me. c. 11. h, & 3. de ana. admi. c. 6. d

D medium.[o] Et basilica quidem euacuat,[o] quod est à parte capacitatis vẽtris, & inferiori ventre, seu à partibus tenur corporis versus inferiorem tenur seu concauitatem.[p] Funis vero brachij similis est cephalicæ. De sceilez vero dicunt, quod[p] quæ dextra est doloribus hepatis confert,[q] & quæ sinistra, doloribus splenis: & quod sanguis fluere dimittatur, donec per se stringatur.[r] Manus quoque illius, qui phlebotomatur, in calidam aquam est ponenda, ne sanguis cito restringatur: & vt facile egrediatur, si eius egressio debilis fuerit: sicut est in pluribus eorum, qui ex sceilez minuuntur. Et ♂ sceilez quidem phlebotomia melior est ea, quæ fit in longitudine. Ascellaris autem iudicium est sicut iudicium basilicæ. Arteria vero manus dextræ, quæ phlebotomatur, est arteria, quæ super partem exteriorem palmæ inter pollicem existit, & indicem: & eius quidem iuuamentum in antiquis doloribus hepatis, & diaphragmatis est mirabile.[s] Et Galenus quidem iam vidit hoc in somnis: præcipiebat enim homini hanc facere phlebotomiam causa doloris quem in hepate habebat, qui eam fecit, & sanus effectus est. Plerunque etiam phlebotomatur alia arteria, quæ ad interiorem partem palmę decliuior hac existit, cuius iuuamentum est propinquum iuuamento istius. Qui autem venam manus phlebotomare voluerit, & non potuerit non laboret in ligando eam fortiter cum inuolutione, & in iteratione punctionis, seu percussionis cum phlebotomo:[t] sed vna

P Ras. t. 7. c. 21.

Q G. de cur. rõne per sang. c. 16. h, & Ras. t. 7. c. 21.

R Ras. t. 7. c. 21.

Supra ♂

S De cur. rõne per sang. c. 23. e

T Ras. t. 7. c. 21.

die,

die, aut duabus dimittat. Veruntamen si percussionem iterare necessarium fuerit, à prima percus- E
sione se remoueat [a] & faciat eam vltra primam percussionē, & nō infra ipsam. Ligatura præterea
fortis apostema affert: [a] & infrigidatio, et ipsius humectatio ex aqua ros. aut aqua infrigidata, est bo
na & cōueniens. Oportet etiam ne ligatura cutem de suo loco ante phlebotomiam, aut post eam,
remoueat. Et corporibus quidem macris ligaturæ fortitudo est causa euacuandi venas, & retinen
di sanguinem ex eis. In crassis autem corporibus propter lassitudinem venæ non apparent, nisi
constringantur. Minutorum præterea sunt quidam, qui ingeniantur, qualiter dolor tegatur stupe
faciendo manum constrictione brachij, & dimissione horæ vnius. Et sunt [b] quidam, qui phlebo-
tomum oleo inungunt, sed hoc totum, sicut iam γ diximus dolorem lenit, & consolidationem re-
tardat. Et si venæ quidem, quas in manu nominauimus, non apparuerint, sed apparuerit ramus
ipsarum, tunc comprimatur manu ramus faciendo super ipsum fricationem post fricationem: quod si
sanguis apud remotionem fricationis effunditur, vel reuertitur ad ipsum velociter & inflat, tunc
phlebotometur: & si non, non minuatur. [c] Cumque lauandi affuerit voluntas, cutis trahatur: ideo
vt percussio cooperiatur, & fiat ablutio, deinde ipsa ad suum situm reducatur. Pannus quoque emi-
nentiam habens apte applicetur, qui melior est, cum rotundæ seu sphæricæ figuræ fuerit, & desu-
per ligetur. [d] Cum autem in orificio percussionis adeps egreditur, [e] tunc suauiter vel molliter à lo-
co remoueatur, & non conuenit vt incidatur. Et in horum quidem secundatione non est fiducia F
habenda sine percussione: & hoc quidem in fine capituli vehemēter perscrutabimur: nam sermo
iste accidentaliter hic ingressus est. [f] Amplius scire debes, quod sanguinis retentio, & percussionis
ligatio, terminatam habent horam, licet sit diuersa: nam quidam [g] sunt, qui tolerare possunt, etiam
si febricitantes essent, vt quinque, aut sex sanguinis libræ auferantur. Sunt & alij, qui non possunt
tolerare, ipsis etiam sanis, vt vna sanguinis libra auferatur: veruntamen tres in hoc considerando
sunt dispositiones, quarum vna est sanguinis egressio impetuosa & ipsius egressio laxa non impe
tuosa: & alia [h] est color sanguinis: nam in hoc etiam multoties accidit error, quoniam in principio
sui egreditur subtilis & albus: quare cum repletionis ibi affuerit significatio, & oportuerit te phle-
botomiam facere, non decipiaris propter hoc. In eis enim quandoque qui apostemata habent, co-
lor sanguinis errorem facit: quoniam apostema sanguinem ad se ipsum trahit. [i] Et tertia est pulsus,
à quo recedere non debes. Cum ergo debilitatur seu minuitur impetuosa egressio sanguinis, aut
mutabitur color sanguinis, aut mutabitur pulsus, & proprie ad debilitatem, retine. [k] Et similiter si
aduenerit oscitationis accidens, aut alicum, aut [l] singultus, aut nauseæ, aut si cito mutabitur color,
immo impetuosa sanguinis egressio, innitere pulsui. Qui vero magis pręparati sunt ad hoc, vt syn
copis eis velociter accidat, sunt illi, qui calidarum existunt complexionum, macri, rara habentes
corpora: & qui sunt præparati ad hoc vt istud eis eueniat tarde, sunt corpora habentes temperata, G
& carnes duras. Oportet præterea vt minutor phlebotomos habeat multos, quorum quidā sunt
habentes cuspidem, vel punctam valde acutam quasi in modum capilli, & quidam non habentes
punctam ita acutam. & phlebotomi quidem habentes punctam valde acutam in modum capilli
sunt conuenientiores venis labētibus, sicut [l] {guidez.} Et vt habeat glomorem vt frustum rotun
dum ex [m] {chazi} aut serico subtili, & cum eo habeat etiam instrumentum vomitiuum ex ligno,
aut penna: & vt secum teneat pilos leporis, & medicamentum ex aloe & thure, & folliculum mu-
schi, & diamuschatum, & trochiscos de musco: Ideo vt si syncopis acciderit, quæ est vna ex rebus,
quę ex minutione timetur: & fortasse habens hoc non excitatura syncopi succurrat, & glomorem
in os eius mittat, & ipsum cum instrumento vomere faciat, & folliculum ei ad olfaciendum tri-
buat: & faciat ipsum traijcere aliquid ex electuario diamuschato: & trochiscis eius, propterea vt
eius virtus viuificetur. Et si accidat vt ex arteria sanguis egrediatur, succurrat, & repleat vulnus
pilis leporis: & cum medicamine ex aloe ipsum retineat. [n] Syncopis vero raro accidit sanguine
egrediente, immo secundum plurimum non accidit nisi post retentionem, nisi superfluus fuerit
sanguinis exitus: [o] Licet in febribus synochis non curemus, si vsque ad syncopim perueniat: & in
principio [p] apoplexiæ, & in [q] synantijs, & in magnis apostematibus perniciosis: & [r] fortibus dolo-
ribus: hoc tamen facere non debemus, nisi cum virtus fuerit fortis. Et iam quidem accidit nobis, H
vt in venis manus sermonem amplificauerimus secundum alias intentiones, & obliuiscemur ve-
nis pedis, & alijs venis: nos ergo in eis sermonem nostrum continuare oportet. [s] Dicemus ergo,
quod ex venis pedis, est sciatica, quæ phlebotomatur à parte syluestri [s] {alchab,} aut sub eo, aut su-
pra ipsum: [t] & ligatur illud, quod est supra ipsum à summitate coxæ, vsque ad [t] {cabi,} & inuoluitur
fascia fortiter, aut instita. [u] Et melius quidem est vt ante balneetur in aqua calida: [x] & δ vt ipsa in
longitudine phlebotometur. [y] Quod si ipsa fuerit occulta, aliquis suorum ramorum phlebotome-
tur, qui inter minimum & secundum digitum ab eo existit. [y] Et iuuamentum quidem in phlebo-
tomia sciaticæ est magnum in dolore sciæ: & similiter in podagra, & in varice, & in elephātia. [z] sed
sciaticæ secundatio est difficilis. Et ex eis est saphena, quæ est super partem domesticam [z] alcabi:
& [z] est manifestior sciatica: & ipsa quidē phlebotomatur, propterea vt euacuetur sanguis ex mem
bris, quæ sunt [a] sub hepate: & vt sanguis à partibus superioribus ad inferiores declinetur: [a] quare
menstrua vehementer prouocat, & hæmorrhoidarum orificia aperit. [b] Et ratio quidem facit opor
tere vt sciatica, et saphena similis existant iuuamenti, sed experimentum [c] facit vt operatio sciaticę
plurimum conueniat dolori sciæ, & illud est propter aspectum eius. Et saphenæ quidem phlebo-
tomia

A Ras. t.7.c.21.
B Ras. 28. cōti. t.1. c.1.352.1.
Supra γ
C Ras. 28. cōti. t.1. c.1.352.1.
D Ras. 352.4.
E Ras. 28. cōti. t.1. c.1.352.4.
F Ga. de cur. rōne p sang. c.14.e
G Ras. 28. cōti. t.1. c.1.352.4. & Gal. de cur. rōne per sang. c.14.g
H Lib.3. F. 10. t.5. c.2. & G.2. d vic. rōne. 10. g.h, & d cur. rōne p sang. c.14.e, & de vene. sect. adue. Erasis. c.7.g
I G. de cur. rōne p sang. c.14.e
K Ras. 28. cōt. t.1. c.1.352.4.
L Hip. 5. apho. 3.
L iugulares,
M serico grosso
N Ras. 28. cōti. t.1. c.1.352.3.
O Li.4. Fē.1. t.2. c.45. & Gal. 9. meth. c.4.g, & .4. sa. tuen. c.10.f
P L.3. F.1. t.5. c.14
Q Li.3. fen.9. t.11.
R Hipp. 4. de vic. rōne. 74.g
S G. de anat. viuo. 54.h
S tali,
T Gal. ibi. & Ras. t.7.c.21.
T talum,
V Ras. ibi. & G. de anat. vi. 54.h
X Ras. 28. cōti. t.1. c.1.352.4.
Supra δ
Y Gal. ibi. & Ras. t.7.c.21.
Z Ras. 28. cōti. t.1. c.2.356.2.
Z Gal. ibidem.
A G.6. apho. 36.d, & d ana. viuo. 54.h
B Ras. de ęgritu. iūct. c.19. & .26. cōti. t.1. c.2. 286.3.
C Lib.3. F.22. t.1. c.24.

A tomia melior est, quæ fit transuerse, latitudini attinens. Et ex eis est vena curuaturæ, quæ phlebotomatur sub genu poplitis,[a] quæ tantum efficit, quãtum & saphena: sed est fortior saphena in prouocatione menstruorum, et in doloribps ani,[b] & hęmorrhoidibus.[c] Et ex eis est vena, quę est post alarcub, quæ est quasi ramus saphenæ, & operatur quantum ipsa. Et ad summum quidem, venarum [d] pedis phlebotomia confert ægritudinibus, quæ fiunt ex materijs ad caput declinantibus, & ægritudinibus melancholiæ. Et ipsa quidem magis debilitat virtutem, quàm phlebotomia venarum manus. In venis autem, quæ phlebotomantur, & sunt in parte capitis, excepta [d]{guidez,} melius est vt transuerse phlebotomẽtur: & earum quidem [e] quædam sunt, quæ sunt venę: & quædam quæ sunt arteriæ. Venæ ergo [e] sunt sicut vena frontis, quæ iter duo existit supercilia: & ipsius [f] quidem phlebotomia confert grauitati capitis, & proprie [g] illi, quę est in posteriore parte capitis, & grauitati oculorum, & dolori capitis perseueranti antiquo.[h] Et vena, quæ est super[h] {alheame} & est vena sincipitis phlebotomatur propter hemicraneam & vlcera capitis.[h] Et duæ venæ temporum, quæ flexuose incedunt,[h] & duæ venæ, quæ sunt in angulis oculorum lachrymalibus, & secundum plurimum non apparent, nisi per constrictionem suffocantem.[h] Et in ipsis quidem phlebotomus non est profundandus, quia fortasse fient fistulę ex percussione ossis:[h] & ex eis nõ egreditur sanguis, nisi paucus.[h] Iuuamentum vero phlebotomiæ ipsarum duarum existit in dolore ca-
B pitis: & in dolore hemicraneo: & ophthalmia antiqua, & lachrymis, & panno, & scabiei palpebrarum, & earum [i]{bothor,} & nyctilopis.[k] Et tres venæ paruę, quarum locus est post illum vbi extremitas auris tangit cum peruenit ad capillos. Et [k] vna quidem harum trium est magis manifesta, quæ phlebotomatur in principio aquæ: & cum caput, recipit stomachi fumũ. Et propter hoc conferũt vlceribus aurium, & colli, & posteriorum capitis: & [l] Galenus quidem negat, quod quidam dicunt, quod duæ venæ, quæ sunt post aures, phlebotomantur, vt qui filios gignunt, ipsos non gignant.[m] Et ex venis istis sunt guidez, quæ sunt duæ, & minuunt in principio lepræ, & fortis squinantiæ, & coangustatione anhelitus, & asthmate acuto, & raucedine vocis.[m] Et in habente apostema in pulmone, & dyspnœa, quæ est ex multo sanguine calido, & ęgritudinibus splenis, & laterũ. Et oportet vt diximus ante vt phlebotomo cuspidem vel punctam valde acutã habente minuantur.[m] Modus vero ligandi eas est, ꝙ oportet trahere caput ad contrarium partis phlebotomiæ vt vena extendendo fiat sicut chorda: & consideretur, quæ pars sit magis mobilis, & fiat phlebotomia ex contrario partis illius.[n] {Oportet pręterea vt eius phlebotomia fiat in latitudine, & non in longitudine: & sicut fit in saphena et sciatica.} Et cum hoc toto oportet vt ipsius phlebotomia cadat in longitudine. Et ex eis est vena, quæ est in lepore nasi, cuius phlebotomiæ [o] locus est ipsius extremitas, quæ digito pressa in duo partitur, & ibi quidem fit phlebotomia, sed sanguis, qui inde
C egreditur est paucus. Et ipsius quidem phlebotomia confert [o]{alchelef} & turbationi oculorum, & hæmorrhoidibus, & bothor, quæ in naribus nascuntur, & [p] prurituí, qui fit in eis: veruntamen plerunq; accidit ex eo coloris rubedo perseuerans, quæ similatur [p]{alsahafati,} & expanditur in facie, & est ipsius impedimentum maius suo iuuamẽto.[q] Et venæ quidem, q̃ sunt sub [q]{alhasusa} à parte nocræ, quarum phlebotomia confert [r]{alsedar,} quæ est ex sanguine subtili, & antiquis capitis doloribus.[s] Et ex eis sunt venæ, quæ sunt in labijs, dictæ giearech & sunt quatuor, & super vnumquodq; eorum existit par, quæ conferunt vlceribus[t] oris, & [t] alcola, & [t] doloribus gingiuarum, & earum apostematibus, & ipsarum laxitati, & vlceribus, & hęmorrhoidibus, & fistulis, & fixuris, quæ sunt in eis.[u] Et ex eis est vena, quæ est sub lingua super occultum menti, quæ minuitur [u] in synantijs, & [u] apostematibus duarum amygdalarum.[x] Et ex eis sunt venæ, quæ sunt sub lingua & existentes super ipsam linguam, & minuuntur propter linguæ grauitatem, quæ est ex sanguine: quæ quidem in longitudine sunt minuendæ, quia sanguinẽ constringere, qui fluit ex phlebotomia in latitudine facta est difficile:[y] & ex eis est vena alhanfache, quæ iter mentum & labium est inferius, quæ phlebotomatur propter oris fœtorem.[y] Et ex eis est vena furculæ, quæ phlebotomatur in medicationibus oris stomachi.[y] Ex arterijs vero, quæ sunt in capite est arteria temporis, quæ quandoq; phlebotomatur, & quandoq; [z] inciditur, & quandoq;[z] extrahitur, & quãdoq; adu-
D ritur. Et hoc fit propterea vt acuti rheumatismi, & subtiles constringantur, qui ad oculos descendunt, & propter amplificationis principium.[a] Et duæ arteriæ, quæ sunt post aures, quæ phlebotomantur propter species ophthalmiæ, & principium aquæ, & pannum, & nyctilopas, & antiquum dolorem capitis. In earum tamen phlebotomia semper existit timor, & cum hoc tardatur consolidatio. Galenus quoq; dixit, ꝙ cuiusdam in gula vulnerati arteriam percussio parumper tetigit, ex qua magna sanguinis pars manauit, sed Galenus ei subuenit cum medicamento turis, & aloes, & sanguinis draconis, & myrrhæ: & restrictus fuit sanguis: & dolor antiquus quem in exteriore parte coxæ posterius consueuerat habere, recessit.[b] Et ex venis, quę in corpore phlebotomantur sunt [c] duæ venæ super ventrem, quarum vna super hepar consistit, & altera super splenem est posita, & phlebotomatur dextra in hydropisi, & sinistra in ægritudinibus splenis. Scito præterea, ꝙ phlebotomia duas habet horas, horam electam: & horam necessariam.[d] hora vero electa est eius, quæ est in lumine diei, & post digestionis complementũ, & superfluitatum expulsionem:[e] & hora necessaria est hora qua fieri oportet, & quæ tardari non potest, & in qua res prohibitoria non attenditur. Scias etiam, ꝙ phlebotomus obtusus est magno impedimento, quoniam errat: & non consequitur id quod debet, & apostemare facit, & dolere. Cum ergo phlebotomo operaberis, non

manu

A Li.3.F.21.t.3.c.28.& G.de cur. rõne p sang.c.11.f
B Lib.3.Fẽ.17.c.3.
C G.de anat.viuo.54.h
D Ga.de cur.rõne p sang.c.19.h, & de anat.viuo.55.a
D iugularis,
E G.de anat.viu.55.a
F Ga.de cur.rõne p sang.c.19.g
G Hip.5.apho.68.& G.de cur.rõne p sang.c.19.g
H G.de ana.viuo.55.a
H cornu
H Gal.ibidem.
I pustulis,
K G.de ana.viuo.55.a
L Li.3.fen.20.t.1.c.3.& Hip. de aere aquis.c.11.h
M Ga.de ana.viu.55.a,& Ra.t.7.c.21.
N G.5.meth.me.c.4.c
N Mox deligabis superne deorsum nõ ut in artubus inferne sursum.
O Raf.t.7.c.21.
O maculæ
P Raf.28.cõti.t.2.c.2.355.2.
P pustulis in capite,
Q Ra,28.cõt.t.2.c.2.355.2.
Q osse post aurẽ a capillis denudato
R scotomiæ
S G.de anat.viuo.55.b
T Raf.28.cõt.t.2.c.2.356.2.
V Ga.de cur.rõne per sang.c.19.g, & Raf.t.7.c.21.
V Raf.ibidem.
X Raf.28.cõti.t.2.c.2.356.2.
Y Gal. de anat.viuo.55.b
Z G.13.meth.me.c.22.e
A Ga.ibi.de anat.viuo.55.b
B G.de anat.viuo.55.b
C Li.3.F.3.c.9.
D Ga.de p̃sag. experiẽtia ꝯfir.77.h, & de cur.rõne per sang.c.21.c
E Ga.de cur.rõne per sang.c.12.b, & Raf.t.7.c.21.

manu premendo impellas,sed suauiter blandiendo:& etiam [e]{balachtelas} agas, vt phlebotomi E *E celeriter*
extremitas ad interiora venæ perueniat: quoniam si illud duriter feceris sæpe caput phlebotomi intus in vena,occulta rumpetur fractura,& facit,vt vena refugiat,& non vulnerabit venam. Et si perfidiose institeris,vt cum eo phlebotomes,augmentabis malitiam. quapropter experiri debes, qualiter phlebotomus ĩgrediatur cutem,antequam cum eo phlebotomes: & cum percussionẽ secundare volueris,si tibi necessarium fuerit.Præterea solicitari debes,vt venam impleas,& sanguine infles,quoniam tunc lapsus, & remotio minus erunt. Cumq; vena tibi rebellauerit,vel occultauerit,& ipsius repletio sub ligatura non apparuerit,solue ipsam, & multoties liga, & frica eam suauiter,& comprimendo descende,& ascende,donec eam manifestare & apparere facias.Et hoc quidem experieris,cum duobus digitis vnumquemque locorum comprimens, in quibus scis venam extendi.Et quandoque tangens vtrisque, & quandoque vno ipsorum, & cum altero facies sanguinem incedere,seu fluere:ita vt cum altero stante seu firmo existente ipsius sentias sanguinis accessionem,qui versus digitum stãtem vel firmum impellitur,& eius recessionem, cum dimittitur.Et scito,quòd caput phlebotomi habet spatium in quo penetrat, quod tamen nõ est longum, ne ad arteriam,aut neruum penetret. Et ipsa quidem vena magis debet impleri cum vena fuerit magis subtilis.Oportet autem vt phlebotomi apprehensio fiat pollice & impudico, & dimittatur index ad palpandum:& vt in medio ferri fiat apprehensio,& non apprehendatur superius: quo- F
niam non bene tenebitur,immo erit vacillans.Cumq; vena remouendo se ad partem vnam mutabitur,oppones ei ligaturam,& stricturam econtrario partis illius.& cum remouendo se ad duas partes æqualiter mutabitur,tunc ingeniose,& cum dexteritate debebis eam in longitudine phlebotomare.Et scito,quòd oportet vt constrictio,& compressio, sint secundum quantitatem dispositionis cutis in duritie sui,& grossitie:& in multitudine carnis,et abundantia.Et oportet vt etiam ligatura sit propinqua. Cumq; ligatura venam occultauerit, fac signum super eam: & caue tibi ne à signi rectitudine remoueatur,cum ligaturam facies,& cum hoc toto impelle phlebotomum. Cum autem venæ declinatio,& ipsius eleuatio tibi rebelles extiterint, finde locum, qui est super eam in corporibus macris proprie,& cum vngino operare. Casus præterea ligationis, & constrictionis in iunctura,prohibet venarum impletionem.Cumq; volueris lauare,digito tuo tende cutem,vt à rectitudine remoueatur foraminis,deinde laua, & exicca, & pone pannum eminentiam habentem,& dimitte cutem,vt ad locum suum redeat.[a] Et scito,quòd qui multum sudat causa repletionis,est phlebotomia indigens.Et multoties etiam habenti febrem, & habenti dolorem capitis,qui ex consilio phlebotomia esset medicandus, superuenit fluxus ventris naturaliter, qui phlebotomiam excusat.

A Hipp. 4. aphor. 41. & Gal.

De ventosis. *Cap.* 21. G

VEntosæ cutis partem magis mundificant,quàm phlebotomia:[b] & plus extrahunt sanguinem subtilem,quàm grossum.Et ipsarum quidem iuuamentum in corporibus grossis, habentibus grossum sanguinem,est paruum:quoniam ex istis non extrahunt sanguinem,neque extrahunt sicut oportet:immo,qui ex eo vehementer est subtilis: & cum difficultate: & in membro ventosato debilitatem efficiunt.Quidam autem præcipiunt vt ventosæ in principio mensis non apponatur,quoniam humores nondum commoti fuerunt, neque excitati, neque in fine mensis, quoniam humores,tunc sunt minuti:sed in medio mensis cum humores sunt commoti, & in sui augmento,luminis in corpore lunæ augmentum sequentes:[c] & augmentatur cerebrum in craneis:& aqua in fluminibus accessionem & recessionem habentibus.Ex suis vero horis in die,melior est hora secunda & tertia:& oportet quidem vt à ventosis sibi quilibet caueat post balneum, [d] nisi cuius sanguis fuerit grossus:quoniam ipse se prius balneari debet,& vna hora morari, & postea ventosas apponere.[e] Plurimi autem hominum abhorrent ventosas in anterioribus capitis apponere:& reperiunt in hoc sensum,& intellectum impediri.Et ventosæ quidem super [e]{nocrã,} quæ est in collo positæ,nigræ vicariæ existunt: & conferunt superciliorum grauitati, & alleuiant palpebras,& conferunt scabiei oculorum,& fœtori oris.Et super [f]{alchael} vicem tenent basilicæ,& conferunt doloribus humerorum & gulæ.Et super duo [g]{alchada} posterius, sunt vicariæ H
cephalicę:& conferunt tremori capitis,& membris, quæ sunt in capite, sicut facies, & dentes, & molares,& aures,& oculi,& gula,& nasus.[h] Ventosæ autem,quæ nocræ superponuntur,obliuionem hæreditare faciunt veraciter:sicut quidam dixerunt:quoniam posterior pars capitis,est locus conseruationis,quem ventosæ debilitant.[i] Alchaeliæ vero debilitant os stomachi.Et propter ventosas super alchada quandoque accidit tremor capitis,quare à nocra parumper descendatur inferius,& ascendatur parumper ab alcheel,nisi cum fuerint necessariæ propter sputum sanguinis & tussim,quoniam tunc cum eis est descendendum,& non ascendendum. Et hæ quidem ventosæ, quæ alchael superponuntur,& inter duas spatulas,conferunt ægritudinibus pectoris sanguineis, [k] & spasmo sanguineo,& asthmati sanguineo:sed stomachum debilitant, & cordis tremorem generant.Et ventosæ quidem, quæ cruribus superponuntur,sunt minutioni propinquę:& mundificant sanguinem,[l] & prouocant menstrua.[m] Et ei quidem,quæ ex mulieribus alba existit,& rara, sanguinem habens subtilem,ventosæ in cruribus positæ sunt meliores quàm phlebotomia, quæ fit in saphena.[n] Quidam præterea dixerũt,quòd ventosæ super [n]{alchamhaduæ}& sup [o]{alheame} conferunt permistioni rationis & vertigini,[p] & tardant canos quemadmodum dixerunt.

B Li. 4. Fen.3.t.2. c. 10.
C Lib.3.F.1.t.1.c. 2.& lib.4. F.2.t.2. c. 2.
D Haly.9.pra.c.7.
E Aet. lib.1.ser.3. c.20.& Ras.28.cõ. t.2.c.1.352.2.
E venam,
F locum inter duas spatulas
G eminẽtiæ posterioris capitis uicine duabus venis
H Aeti.li.1.ser.3. c.20.& Ras.28.cõ. t.2.c.1.353.3.
I Ras.28.cõti.t.2. c.1.353.3.
K Li.3. F.2.c.7.
L Lib.3.Fẽ.21.t.3. c.28.
M Lib 3. F.21.t.3. c.28.& Gal. de cur. rõne p sang.c.11.g. & Ras.28.cõti.t.2. c.2.355.1.
N Ras.28.cõt.t.2. c.2.356.1.
N locũ eleuatũ super nocram
O venã in summitate frontis
P Ras.28.cõti.t.2. c.1.353.2.

A In hoc vero consideratio est habenda: nam quandoque illud in aliquibus operantur corporibus, & non in alijs: quoniam plurimis corporũ festinare faciunt canos, & impediunt intellectum: & conferunt ægritudinibus oculi: & hæc quidem est maior earum vtilitas, quoniam conferunt eorum scabiei, & bothor, & [a]{almursegi} sed intellectum impediunt: & faciunt hæreditare stupiditatem, & obliuionem, & malitiam cogitationum, & ægritudines permanentes: [b]& nocent aquam in oculo habentibus, [b]nisi occurrerit hora seu dispositio in qua necessarium sit eas administrare: fortasse enim non nocent. [c] Ventosæ autem sub mento positæ prosunt dentibus & faciei, & gutturi, & mundant caput, & mandibulas. Et ventosæ super [c]{alchati} conferunt apostematibus coxarum, & earũ scabiei, & [d]{bothor,} & podagræ, & hemorrhoidibus, & elephantię, & ventositatibus vesicæ, & matricis, & prurituí dorsi. Cumque ventosæ istę fuerint cum igne, siue sint cum scalpellatione, siue absque ea, iuuabunt etiam in hoc: sed illæ quidem, quæ sunt cum scalpellatione, sunt fortiores præterquam in ventositate. [e] Nam quæ sine scalpellatione sunt, in remouendo ventositates frigidas, & vt radicitus euellantur hic & vbique, sunt fortiores. Ventosæ præterea in anteriori parte coxarum, testiculorum apostematibus conferunt, & exituris coxarum, & crurum. Et ventosę posteriori parti coxarum superpositæ prosunt apostematibus, & exituris, quæ in natibus fiunt. Et ventosæ positæ sub poplitæ conferunt pulsationi poplitis, quæ ex calidis generatur humoribus,
B & exituris malis, & vlceribus antiquis in crure, & pede. Et ventosæ super duo [e]{alchab} conferunt retentioni menstruorum, & sciaticæ, & podagræ. Ventosæ autem sine scarificatione quandoque ponuntur: propterea vt materia à parte sui motus trahatur, sicut cum [f] mamillis superponuntur, ideo vt cursus sanguinis menstrui retineatur. [g] Et quandoque quæruntur, vt apostema profundum ad exteriora trahatur, ideo vt medicamentum ad ipsum perueniat. Et quandoque requiruntur: propterea, vt apostemata ad aliud mutetur membrum, quod ignobilius in vicinitate existit. Et quandoque requiruntur, propterea vt membrum calefiat, & sanguis ad ipsum trahatur, & ipsius resoluantur ventositates, & quandoque requiruntur, propterea vt membrum ad suum naturalem locum reducatur, à quo remotum fuit, sicut fit in [g]{chila}. Et quandoque requiruntur, ideo vt dolor sedetur, [h]sicut cũ superponuntur vmbilico in dolore colicæ vehementer cogente, & in ventositatibus [i] ventris, et in doloribos matricis, qui accidunt apud motum mẽstruorum: & proprie in adolescentibus. Et super ancham sicut fit in sciatica: & cum timetur ossis exitus à iunctura, & inter duas anchas prosunt duabus anchis, & duabus partibus interioribus coxarum, & hæmorrhoidibus & habenti rupturam inguinis, & podagricis. Ventosæ quoque super almachade, idest anum, seu ficteri positæ à toto corpore trahunt, vt à capite, & conferunt intestinis: & menstruorum sanant corruptionem, & alleuiatur per eas corpus. Et dicemus quidem, quòd in vento-
C sis cum scarificatione tria existunt iuuamenta. Primum eorum est euacuationis ex ipso membro, & [k] secundum est remanentia substantiæ spiritus, ne euacuationem humoris, qui educitur sequendo euacuetur: & tertium est, quoniam non curatur, vt ex principalibus membris fiat euacuatio. Scarificatio vero est profundanda, vt ex profundo trahatur. Locus præterea vbi ventosa adhæret, quandoque apostematur, & fit difficile ad ipsam remouendam. Pannus ergo aut spongia in aqua tepida infusa, quæ caliditati attineat, sumatur: & cum ea in circuitu fiat embroca. [l] Et hoc quidem frequenter contingit, cum super mamillarum partes, vẽtosas ponimus, vt sanguinis menstruorum fluxus, & ex naribus arceatur: quamobrem super ipsas mamillas eas ponere non debemus. Cumque locus ventosæ inungetur, propere ipsam suspende, & non tardes, sed ad scarificandum festina. Sitque prima positio leuis, & cito remoueatur ipsa: deinde secundum ordinem tardetur ipsius remotio, & tolerantia. Et oportet quidem vt ventosatus post vnam horam cibetur, ventosatur in secundo anno, et post sexaginta annos non fiat omnino ventosatio. In ventosis quoque in superioribus fit securitas, ne materiæ ad inferiora descẽdant. Et cholericus quidem ventosatus post vẽtosas comedere debet grana mali granati, & ipsorum succum, & aquam endiuiæ cum zuccaro, aut lactucas cum aceto.

A partes uueæ eminentes,
B L.3.F.3.t.4.c.11.
C Ras.t.7.c.22.
C lumbis
D pustulis,
E Cap.30.& Ga.3. loc.affe. c.4.f. g,& Ras.28. conti. t. 2. c.2.352.4.
E talos
F Hip.5.apho. 50.
G G. de cucurbit. c.17.f, &.13.meth. med.c.19.a
G hernia
H Li.3. Fẽ.16.t.4. c. 2.
I Li.3.Fen.14.t.4. c.15.& G. 2.ar.cur. ad Glauc. c.6.g, & 12.meth.me.c. 8. h
K Ras.t.7.c.22.
L Gal. de cucurb. c.6.d,&.5. aph. 50.

D *De sanguisugis.* *Cap. 22.*

I[m]Ndi dixerunt, quòd in quarundam sanguisugarum natura existit venenositas: ab eis igitur cauendum est, quæ sunt ex genere [m] magna habentium capita: & quarum colores sunt antimoniales, & nigræ: aut quarum color est [m] viridis: aut quæ sunt lanuginem habẽtes: & similes[m]{ marmaheigi,} & super quas existunt fila coloris lazuli: & quarum color similatur [n]{almebacalbum.} In omnibus. n. istis existit venenositas, & proueniunt ex eis [n] apostemata, & [n] syncopis, & sanguinis fluxus, & [n] febris, & [n] laxitas, & vlcera mala. Eas quoque non accipias ex aquis malis, in quibus limus aluei est niger, & cœnosus: & motus statim turbat aquã, & fœtet: sed illas elige, quæ in aquis colliguntur, in quibus est [o]{altaleb} & in quibus moranť ranæ. Neque attendas illud, quod [p] quidam dicunt, quod si sint in aquis vbi morantur ranæ, sunt malę. Sitque earum color similis colori almes super quas existit viriditas, & [p] tendantur super eas fila duo colorem arsenici habentia, [p] & rufę rotundæ, quæ sunt coloris [p] hepatis. [p] Et illæ, quæ similanť paruæ locustæ, [p] & quæ caudæ muris siles existunt, & minutæ parua hñtes capita, oẽs istæ eligendæ sunt. Et nullas magis eligas, quàm hñtes ventres rubeos & dorsum viride: & pręcipue si ex aquis fuerint currentibus. Extractio preterea sanguinis à

M Ras.28. cõti.t.2. c.1.quasi omnia excepta sunt.
M pisci marino simili uiperæ
N Ras.ibi.353. 2.
N iridi
O muscus
P Ras.28.cõti.t.2. c.1.353.2.

nis à ſanguiſugis facta, profundior eſt extractione, quæ fit cum ventoſis.[a] Et ipſæ quidem antequã E ponãtur quaſi per vnam diem colligendæ ſunt & conuerſione capitis earum ad inferiora faciendum eſt vt euomant, donec quod in earum exiſtit ventribus egrediatur, ſi hoc fieri poterit.[a] Et ipſis parum ſanguinis agni, aut alterius rei, proijciatur: vt inde nutriantur antequam ponantur, dein de ſumantur, & earum viſcoſitas, et ſordities cum aliquo, quod ſit vt ſpongia, mundentur.[b] Locus præterea vbi ſunt apponendæ, cum baurach lauetur, & fricatione [c] rubificetur, poſtea cum voluntas apponendi ſanguiſugas affuerit, in aquam proijciantur dulcem, & mundentur, deinde apponantur. Ex eo autem, quod eas efficit voluntarias ad ſe ſuſpendendum,[d] eſt vt locus [d] {luto} capitis liniatur, aut [e] ſanguine. Cumq; hæ fuerint plenæ, & eas proijcere volueris, pulueriza ſuper eas parum [f] ſalis, aut [f] cineris, aut baurach, aut ſetæ combuſtæ, aut lini, aut ſpongiæ combuſtæ, aut lanę combuſtæ, & cadẽt.[g] Et melius quidem eſt, vt poſtquam cadunt, locus ventoſa ſugatur, & ex ſanguine loci parumper accipiatur, vt morſuræ ipſarum malitia remoueatur. Quod ſi ſanguis nõ conſtringetur:[h] gallę combuſtę, aut calx, aut cinis,[i] aut tegula contrita & ſubtiliter puluerizata ſuperponatur, aut reliqua ab iſtis, ex eis, quæ ſanguinem conſtringunt. Et oportet quidem vt apud ipſum ſit præparata ſanguiſuga, quæ prius non fuerit alicui ſuſpenſa, cum ipſe ſuſpẽdit ſanguiſugas. Appoſitio præterea ſanguiſugarum confert ægritudinibus ſubcutaneis, ſicut [l] {ſafati} & impetigini, & eis ſimilibus. F

A G. de cucur. &c. c. 11. b
B Gal. &. c. 1. c
C Raſ. t. 7. c. 23.
D Raſ. 28. ꝯti. t. 1. c. 1. 353. 2.
D lacte
E Raſ. 28. ꝯti. t. 1. c. 2. 353. 2.
F Raſ. t. 7. c. 23.
G G. de cucur. &c. c. 11. c
H Gal. c. 1. c
I Raſ. t. 7. c. 23.
I puſtulis capitis

De retentione eorum, quæ euacuantur. *Cap. 23.*

EA quæ euacuantur, retinentur, aut propter materiæ inclinationem abſque alia euacuatione: aut propter inclinationem cũ alia euacuatione: aut propterea, quòd ipſamet euacuatio iuuatur,[k] aut medicinis [l] infrigidantibus,[l] aut ſtypticis, aut viſcoſis, ſeu [l] glutinantibus, aut [l] cauterizantibus: aut ſtrictura. Et retentio quidem euacuationis, propter attractionem ſine alia euacuatione, eſt ſicut [m] appoſitio ventoſarum ſuper mamillas facta, ad hoc vt ſanguinis fluxus ex matrice prohibeatur. Sed melior attractio eſt, cum qua exiſtit ſedatio doloris illius à quo trahit.[n] Et ea quidem, quæ fit propter attractionem, quæ eſt cum euacuatione, eſt ſicut phlebotomia baſilicæ facta propter hoc:[o] aut retentio vomitus fluxu ventris:[p] aut fluxus ventris vomitu: aut vtrorunq; retentio prouocatione ſudoris. Illa vero, quæ fit cum auxilio euacuationis eſt ſicut ſtomachi, & inteſtinorum mundificatio ab humoribus viſcoſis diarrhœam facientibus lubricantibus cum picra: & ſicut ſtudium, quod adhibetur ad ſtomachum mundificãdum vomitu, propter inciſionem materiæ vomitus manſiuæ.[q] Et medicinæ quidem infrigidantes propter congelationem rei fluidę, & propterea, ꝙ conſtringunt orificia & coanguſtant. Et ſtypticæ quidem medicinæ materiam coarctant, & canales conſtringunt.[r] Et viſcoſæ quidem medicinæ oppilationes in canalium orificijs efficiunt, quæ ſi fuerint calidæ exiccatiuæ, plus operabuntur illud. Et cauterizantes quidẽ eſcaram efficiũt, G vt ſuper canalis orificium maneant, & ipſum claudant & confirment: [s] ſed tamen earum impedimentum timetur. Et hoc eſt, quoniam poſſibile eſt vt eſcara rumpatur, & eradicetur, & amplificatio foraminis augmentetur.[t] Et ex cauterizantibus quidem ſunt quędam in quibus exiſtit ſtypticitas ſicut atramentum: & quædam in quibus non, ſicut calx non extincta. Et cauterizantes quidem ſtypticæ ſunt neceſſariæ vbi voluntas eſt vt eſcara ſit fixa. Et aliæ ſunt neceſſariæ vbi voluntas eſt vt eſcara cito cadat. Et eius quidem, quę fit ſtrictura:[u] alia eſt cum clauſura foraminis, et coarctatione, ad hoc vt ipſius partes in vnum conducantur, ſicut conſtringitur illud, quod eſt ſupra cubitum, cum phlebotomator in baſilica errans percutit arteriam:[x] & alia eſt, quæ fit oppilatione orificij vulneris, & clauſuræ viæ euacuati, ſicut pilos leporis in vulnus ponimus. Dicemus ergo, ꝙ ſi ſanguinis curſus ex apertione orificiorum venarum fuerit, ſtypticis medicabitur vt orificia venarum conſtringantur. Et ſi ex ruptura fuerit, ſtypticis glutinoſis, ſicut terra ſigillata. Et ſi ex corroſione fuerit, eo quod carnem naſci facit permiſcendo cum eo quod corroſionem abſtergit.

K Li. 3. F. 5. t. 1. c. 8.
L Auic. ibidem.
M Cap. 21. & G. 5. apho. 50. & 5. me. med. c. 3. e
N G. 5. meth. me. c. 3. e. f
O Li. 3. Fen. 13. t. c. 12. & Fen. 16. t. 1. c. 13.
P Li. 3. Fen. 16. t. 1. c. 3. & c. 13.
Q Li. 3. Fen. 5. t. c. 9. & Gal. 5. meth. med. c. 5. e. g
R Gal. ibi. c. 3. g
S Li. 3. F. 5. t. 1. c. 8. & Gal. ibi. c. 4. c.
T G. ibidẽ. c. 4. d
V Gal. ibi. c. 3. g
X G. 5 meth. med. c. 3. f, & c. 5. e. f

De ſanationibus oppilationum. *Cap. 24.*

OPpilationes autem ſunt ex humoribus groſſis, aut viſcoſis, aut multis. Et[y] multorum quidem humorum, quando cum eis alia non fuerit cauſa, malitia remouebitur extractione ipſorum phlebotomia aut ventris fluxu facta.[a] Et ſi groſſi fuerint, indigebunt eis, quæ reſoluant & H abſtergant.[a] Et ſi fuerint viſcoſi, & maxime ſi fuerint ſubtiles, erũt eis neceſſaria ea, quę incidant. Et tu quidem iam [b] ſciuiſti differentiam inter groſſum & viſcoſum: & quòd eſt ſicut differentia inter inter glutẽ liquidum & lutum.[c] Et groſſo quidem reſolutiuum eſt neceſſarium, ideo vt ipſum attenuet, & eius expulſio fiat facilis.[c] Et viſcoſo inciſiuum eſt neceſſarium, ideo vt inter ipſum, & id cui adhæſit penetret, & inter ea ſeparationem faciat: & vt ipſum in parua ſecet fruſta: quoniam viſcoſum oppilat, propterea quia adhæret: & propter ſuarum partium continuationem.[d] Oportet autem vt in reſolutione groſſi, à duabus contrarijs caueatur rebus: quarum vna eſt reſolutio debilis, quæ in raritate materiei augmentum efficit, & ipſius quantitatem augmentat, ita ꝙ ad reſolutionem non perueniet: quare oppilationem augmentat: & altera eſt reſolutio fortiſſima qua eius ſubtile fit vapor, & ſpiſſum ipſius fit lapis. Cum ergo reſolutio fortis eſt neceſſaria, ſuccedat ei lenificans ſubtile cum materia, in qua nõ ſit groſſities, ſed ſit in ea calor tẽperatus, qui iuuet in reſoluendo totum illud, quod eſt oppilatiuũ. Et ex oppilationibus qdem, peiores ſunt oppilationes venarũ: & deteriores eis ſunt illæ, q̃ ſunt in arterijs: & adhuc peiores ſunt illæ, q̃ in membris exiſtunt principalibus.

Y Li. 3. F. 1. t. 2. c. 5. & li. 1. F. 2. sũ. 2. c. 6. & G. 11. meth. me. c. 8. f, & li. 9. c. 1. h
Z Gal. 10. metho. c. 2. a, & 11. c. 4. h
A G. ibi. c. 4. h
B Fen. 2. sũ. 2. c. 1.
C Gal. 11. metho. c. 13. d, & ex art. med. c. 94. c
D Li. 4. Fẽ. 3. t. 2. c. 12. & Ga. 2. art. cur. ad Glau. c. 4. h

A i.3.Fen.13.t.1. c.24. A principalibus.[a] ergo cum in aperitiuis ſtypticitas & ſubtilitas coniungentur, erit melius: quoniam ſtypticitas remouebit à membro ſubtiliatiui grauamen.

De medicationibus apoſtematum. *Cap. 25.*

APoſtematum quædam ſunt calida, quædam ſunt frigida laxa: & quædam ſunt frigida dura, & ea iam [b] diximus. Et ipſorum quidem [c] cauſæ aut ſunt primitiuę, aut antecedentes: & antecedentes quidem ſunt ſicut repletio: & primitiuæ ſunt ſicut caſus, aut percuſsio, aut morſus. [d] Quædam vero, quę ſunt ex cauſis primitiuis quandoq; cum corporis repletione ſe repreſentant, & quandoque eueniunt cum æqualitate humorum. Et ea quidem, quæ ſunt propter cauſas antecedentes, aut primitiuas cum repletione corporis repreſentata, aut ſunt in membris, quæ principalibus ſunt vicina, ſicut euacuantia: aut non ſunt: & ſi non ſunt, [e] nullo modo aliquid ex reſoluentibus eſt eis applicãdum in principio: immo mẽbrum expellens eſt meliorandum ſi ibi fuerit membrum expellens: aut totum corpus melioretur, ſi non fuerit ibi membrum ſingulare, & appropinquandum ſeu applicandum eſt ei omne, quod repercutit, & ad cõtrarium vel ad diuerſum trahit, & ſtypticum efficit. Et quandoq; fit attractio ad contrarium vel ad diuerſum illius membri poſiti in latere diuerſo, [f] propter exercitium ipſius, aut propter rem ponderoſam ſuper ipſum delatam: nam multoties à manu apoſtemoſa trahitur materia, quando cum alia res defertur ponderoſa, & B hora vna tenetur. Oportet autem vt ſtyptica conſtrictiua repercuſsiua frigidæ complexionis pure exiſtant, ſi apoſtemata fuerint acuta. [g] Quod ſi apoſtemata fuerint frigida, oportet, quòd alicui ſint admiſta, in quo virtus ſit calida cum ſtypticitate, ſicut ſquinãthum et [g]{blactebyzantię.}[h] Et quotieſcunq; ſunt in augmento duæ ſpecies miſce ſtyptica, & admiſcebis ei, quod ſit reſolutiuum, donec ad ſtatum perueniat: tunc ei ipſa admiſcenda erunt æqualiter. Cum autem declinatio fuerit, non ſit ibi niſi quod reſoluat, & laxum efficiat. Et oportet quidem vt illud, quod [i] reſoluit frigida laxa, ſit exuccans & exiccans plus quàm illud, quod fit in calidis.[k] Ea autem, quæ propter cauſas acccidunt primitiuas, vbi non eſt humorum repletio, medicari debent in principio rei cum eis, quæ mollificent vel laxa faciant, & reſoluant: & ſi non cum eo, quod ſit ſicut illud, quo primum medicatum fuit.[l] Si vero membrum apoſtemoſum membri principalis euacuatorium fuerit, ſicut loca glandoſa in collo, & quæ ſunt in circuitu aurium cerebri, aut aſcellæ cordis, & inguina hepatis: nullo modo erit ei applicandum aliquid, quod repercutiat, non ideo, quòd hoc non ſit medicamentum apoſtematum eorum, quoniam hoc eſt ipſorum medicamentum: ſed quia nolumus ipſorum medicari apoſtemata, immo ſtudium ab hoc impendere, vt ea augmentemus, & materiam ad ipſa trahamus, & non curamus ſi malitia in membro augmentata fuerit: non enim curamus, niſi de eo, quod membro principali eſt melius. Et timemus, quòd ſi materiam repercuſſerimus, re C dibit ad membrum principale: & perueniemus inde ad illud, quod emendare non poterimus. Quapropter volumus vt malitia in membrum cadat ignobile, cum principali contulerit membro: ita vt ſtudium impendamus in attrahendo materiam ad membrum ignobile, & facere vt ipſum apoſtemetur: & ſi non cum alijs, ſaltem cum ventoſis, & emplaſtris attractiuis calidis. Cumq; ad collectionem peruenerint huiuſmodi apoſtemata, aut reliqua ab eis, et proprie in mẽbro emunctorio, quandoque aperientur per ſe, aut maturationis adiutorio: et quandoque indigent maturatione, & ſectione ſimul. Maturatio vero completur ex eo, in quo cum calore exiſtit oppilatio, & glutinatio, vt per ipſum calor retineatur. Qui autem maturationem efficit cum aliquo, quod ſit ſicut huiuſmodi maturatiuum, attendere debet, vt ſi viderit calorem innatum debilem, & ꝙ membrum iam declinet ad hoc vt corrumpatur, remoueat ab eo glutinoſa, & oppilatiua: & ponat aperitiua, & ſcarificationem faciat profundam: deinde adhibeat medicinas, in quibus exiſtit reſolutio, & deſiccatio: ſicut de eis inueſtigabimus in [m] libris particularibus. Multoties præterea erit [n] apoſtema profundum, & erit nobis neceſſarium trahere ipſum ad partem cutis: & ſi non cum alio ſaltem cum ventoſis ignitis.[o] In apoſtemate autem duro, quod principij terminum pertranſiuit, regula in eo eſt, vt mollificetur quandoque cum eo, in quo exiſtit caliditas & ſiccitas parua: ideo ne quod ex eo ſpiſſum eſt, propter multam reſolutionem fiat lapis, immo totum ad reſolutionẽ præ D paretur, poſtea ſuper ipſum reſolutio fortior fiat: deinde ſi timetur ex reſolutione eius, quod reſoluitur, ne quod remanſit lapis fiat: iterum ad mollificandum ipſum ſecundo redeat: & inceſſanter fiat hoc, donec totum finiatur inter mollificandi & reſoluendi vices.[p] Inflata autem apoſtemata curentur ex eo, quod calefacit ſubtilitate ſuæ ſubſtantiæ, propterea vt ventoſitates reſoluat, & poros amplificet: nam cauſa in apoſtematibus inflatis eſt ventoſitatis groſsities, & pororum clauſura. Studium quoque eſt adhibendum in prohibendo materiam, ex qua ventoſus prouenit vapor. Ex apoſtematibus ꝑterea ſunt, quæ ſunt vlceroſa, ſicut formica, quę ſunt infrigidanda, ſicut phlegmon: ſed non ſunt humectanda quãuis apoſtema requirat humectationem, immo ſunt ſiccanda, quoniam accidens in hoc iam ſuperauit cauſam: accidẽs enim eſt vlceroſitas de qua timetur, quòd accidat, aut ꝙ iam acciderit.[q] Et vlceroſitatis quidem medicamẽtum eſt deſiccatio, & res ei magis nociua eſt humectatio. Occultorum autem apoſtematum materia minoranda eſt phlebotomia, & ventris ſolutione. Et oportet vt ea habens à balneo, & vino, & motibus corporeis, & animalibus ſuperfluis, ſicut ira, & ſibi ſimilibus, caueat: poſtea in principio rei adhibeatur ei, quod abſque ni-

B Fé.2.doct.1.c.5.
C Do.2.c.1.
D L.4.F.3.t.1.c.3.
E G.ex arte medi. c.95.f, &. 13. meth. med.c.9.f.g
F Gal. 13. metho. med.c.6.a
G L.4.F.3.t.2.c.3.
G Vnguis odoratus
H Cap.1. & Fé. 1. c.1. & Oppoſi. li. 3. t.1.c.3. & Gal.6. de ꝯpõne phar. ſm lo. c.1.c, & Serap. t.5. c.23.
I Li.4.F.3.t.2. c.3.
K Li.4.F.3.t.1.c.3. & G.13. meth. me. c.5.a, & Halyab. 3. Pract.c.27.
L Li.4. Fen.3. t.1. c.19. & li. 3. Fen. 4. c.25. & G.3. de ꝯpõ ne pharm. ſm loc. c.2.d.e
M Lib.4. F.3.t.1. c.16.
N Gal.3.de ꝯpõne phar. ſm loc. c. 2. e
O Lib.4. Fé.3.t.2. c.12. & Gal. de art. cur. ad Glau. lib. 2. c.7.f
P Ga.2.art. cur.ad Glauc.c.6.e.f
Q Li.4.Fé.3.t.1.c. 7. & F.4.t.3. c. 2. & Gal. 5. meth. med. c.1.f

mia ſuperfluitate repercutit,& proprie ſi in membro fuerit,quod ſit ſicut ſtomachus, aut hepar. E [a] Cumq; hora reſoluendi affuerit non debes dimittere, quin ſtypticas medicinas bonum habentes odorem admiſceas,ſicut in præcedentibus tibi narrauimus. Et hepar quidem & ſtomachus plus indigent hoc,quàm pulmo. Oportet præterea vt mollificantia ſeu lenientia naturam aut ventrem,quæ iſtis adhibentur,ſint medicinę in quibus exiſtit maturatio,& ſint apoſtematibus conferentes,[b] ſicut ſolatrum & caſia fiſtula. Solatrum nanq; proprietatem habet reſoluendi apoſtemata calida,quæ ſunt occulta.[c] Et ea quidem habenti non eſt dandus cibus niſi ſubtilis:[d] & non in hora paroxyſmi ſi ibi fuerit,neq; in principio ſui,[e] niſi propter multam debilitatem fiat. Cum autē ſymptoma ſuperuenerit propter collectionem apoſtematis ĩterioris,cum caſu virtutis,in itinere mortis exiſtit,quoniam virtus non ſuſtentatur niſi nutrimento,& nutrimentum eſt res magis nociua: ergo ſi reſolutum fuerit,valde bonum erit. ꝙ ſi aperta fuerint,danda ſunt eis, quæ ea lauent, ſicut aqua mellis,& aqua zuccari:poſtea dentur eis,quæ ſuauiter maturent cum ſiccitate: poſtea in fine rei non adhibeantur niſi exiccatiua. & tu quidem ſcies hæc ex [f] libro,qui particulares ægritudines colligit ſecundum declarationem. Eſt præterea cum in apoſtematibus occultis,& quæ ſub ventre exiſtunt,contingit error,quoniam quando non ſunt apoſtemata, ſed rupturæ,erit in perforando ea timor. Et plerunque apoſtema occultum non exiſtit in panniculo,ſed in ipſo inteſtino:& eſt in aperiendo ipſum timor. F

A Cap.1.& li.3.F.14.t.1.c.18.t.3.c.12.& G.13.met.med.c.15.f.g, & lib.11.c.15.e
B Lib.2.t.2.c.197.& li.3.F.13.t.4.c.3.& li.4.F.3.t.1.c.2.
C G.13.meth.me.c.13.d
D Hip.1.apho.11.
E Gal.1.apho.9.
F Tertio F.3.&.4.

De ſectione. *Cap. 26.*

QVi[g] ſectionem ſeu aperturam facere voluerit,oportebit vt ſectio incedat ſecundum rugarum paruarum & magnarum inceſſionem,quæ ſunt in illo membro,niſi fuerit tale, qualis [h] eſt frons:quoniam ſi inciſio incedet ſicut procedunt rugarum ipſius collectiones, inciditur muſculus frontis,& cadet ſupercilium.[h] Et ſimiliter in membris rugarum,quarum inceſſus diuerſificatur ab inceſſu villorum ſuorum muſculorum. Oportet ergo vt ſector ex anatomia ſciat anatomiam neruorum,& venarum,& arteriarũ,ne errore incidat aliquid ex eis. Et oportet etiam vt ſecum deferat multa ex medicinis ſanguinem cōſtringentibus,& emplaſtris dolorem ſedantibus,& inſtrumentis,quæ ad hoc pertineant:habeat ergo ſecum, quod ſit ſicut medicina [i] Galeni, & ſicut pili leporis,& tela araneæ,& albumē oui,& cauteria omnia, vt prohibeatur fluxus ſanguinis ſiue ex errore ipſius proueniat,ſiue neceſſario:& vt medicinas deferat mollificantes. Cumq; exituram perforauerit,& quod in ea continetur extraxerit,[k] non debebit ei adhibere oleum, neq; aquam,neq; emplaſtrum,in quo ſit oleum,neq; ſepum ſuperabundans,ſicut baſilicon: immo aliquid,quod [l] ſit ſicut emplaſtrum ex [l] {colcotar} quod apponat,cum eo indigebit: & deſuper imponat ſpongiam in vino ſtyptico infuſam.

G Li.4.F.4.t.1.c.5.& Gal.4.anato.c.1.g.h
H Li.4.Fen.3.t.1.c.27.&.29.
I 5.meth.c.4.h
K Li.4.Fen.3.t.1.c.27.
L Ga.2.art.cur.ad Glau.c.7.g
L ſpeciei vitrioli

De ægritudinibus corruptionis membri,& de inciſione. *Cap. 27.* G

CVm membrum propter malam complexionem cum materia, aut ſine materia, corrumpitur,& non profecerit ei ſcarificatio,neq; epithemari ex eo,quod conferre conſueuit, de eis, quę in libris particularibus dicta ſunt,[m] neceſſe eſt vt caro corrupta,quę eſt ſupra ipſum,remoueatur:& melius quidem erit vt ſit ſine ferro,ſi poſſibile fuerit, quoniam ferrum plerunque percutit extremitates muſculorum & venarum pulſantium periculoſe.[n] Quod ſi hoc nō contulerit,& corruptio iam in carne proceſſerit,neceſſe erit vt ipſa incidat:& vt locus inciſionis oleo feruente aduratur. Ex hoc enim prouenit ſecuritas ab acuitate malitię ipſius:& reſtringitur ſanguinis exitus.& naſcuntur ſuper inciſionis locum caro,& cutis extranea non proportionalis, ſed res, quæ magis carni ſimilis exiſtit propter ſui duritiem. Cumq; incidēdi voluntas affuerit,tenta prius erit immittenda in circuitu oſſis:vbi enim inuenitur carnis adhærentia, & dolor illic vehementior fit apud intromiſſionem tentæ ſeu ſtili,tunc ibi eſt terminus ſanitatis ſeu carnis ſanæ. & vbicunq; inueneris laxitatem,& retentionis debilitatem,totum erit ex ſumma eius,quod eſt incidendum.[o] Quandoque autem perforatur illud,quod circundat os,quod vis incidere, ita quòd foramina circundēt ipſum:ergo rumpetur per ipſum,& incidetur,& quandoque ſerratur.[p] Cumq; hoc facere volueris,ſepara inter incidentem & perforantem,& inter carnem vt non doleat. Si ergo ipſum os,quod eſt neceſſe incidere,fuerit fruſtum eminens,quod non poſſit aptari, ita vt debet, neque ſit in eius H rectificatione fiducia,& timeatur ne corrumpatur,& corrumpat illud,quod eſt coram ipſo, ſubleuabimus carnem ab eo,aut ſcindendo,deinde ligando:& ad diuerſitatem partis illius extendendo,aut alijs ingenijs,quæ ſenſus demonſtrat:& ſeparabimus inter ipſum, & membrum nobile, ſi ibi affuerit,cum pannis,qui ipſum ab eo elongabunt,& poſtea incidemus. Et ſi os fuerit tale,quale eſt os coxæ,& fuerit magnum,& neruis,& arterijs, & venis propinquum, & fuerit eius corruptio multa,debet medicus ab eo fugere.

M 3.Fē.3.t.1.c.16.
N Li.4.Fen.3.t.1.c.16.
O G.6.met.c.6.b
P Li.4.F.5.t.3.c.1.

De medicationibus ſolutionis continuitatis & ſpecierum vlcerum,& contorſionum, & caſus,& percuſſionis. *Cap. 28.*

SOlutio continuitatis in magnis membris medicatur æquatione,& ligatura conueniente,quę in doctrina reſtaurationis dicta eſt:& [q] quam tibi in ſuo loco poſtea dicemus,[r] cum quiete, & [r] comeſtione cibi conglutinatiui,in quo habetur fiducia,ꝙ ex ipſo nutrimentum generetur cartilaginoſum:quod labia fracturæ claudat,& in vnum conducat, ſicut [r] {alcheffir.} [s] Impoſſibile.n. eſt vt

Q Li.4.Fen.5.t.2.c.1.&.5.
R G.6.met.c.5.g
R porus
S Gal.ex arte medic.c.91.h

A est vt os restauretur, & proprie in corporibus consistentium, nisi secundum hunc modum: quoniam nullo modo redibit ad continuitatem. Et nos quidem de restauratione sermonem exquisitum loquemur [a] in libris particularibus. Intentio autem in medicando solutionem continuitatis, quæ in membris accidit mollibus, est trium principiorum curam habere. Primum eorum est, quoniam si causa fuerit fixa, vt abscidatur, vel retineatur, quod fluit, & remoueatur materia eius, si ipsa fuerit extendens, vel coarctans. Et secundum est fixuram consolidare cum medicinis, & cibis conuenientibus. Et tertium est putrefactionem prohibere quãto plus fuerit posibile. Cumq; ab vno trium te excusaueris, redi ad cogitandum de duobus remanentibus. Tu vero [b] iam scis, quomodo illud quod fluit, retineatur: [c] sed consolidatio fit adiungendo labia si adiunguntur, & exiccando, & comedendo glutinatiua. Et scito quòd [d] intentio in medicando vlcera est exiccatio: [e] quod ergo ex eis mundum fuerit, tantum exiccetur. Et in illud quod ex eis putridum fuerit medicinæ acutæ corrosiuæ mittantur, sicut [e] {colcotar,} & [f] {alzegi} & arsenicum, & calx: quæ si non contulerint [g] necessarius est ignis. [h] & medicina quæ est composita ex flore æris, & cera, & oleo: quoniam ipsa flore æris mũdificat, & prohibet morsionis superfluitatem oleũ & cera: ipsa ergo in hac re medicina existit temperata. Et dicemus, quòd omnia vlcera, [i] aut sunt simplicia, aut composita. [k] Et simplicia quidem cum fuerint parua, & nil ex eorum medio corrodetur, tunc coniungenda erunt ipsorum B labia, & liganda, [l] custodiendo ne inter ipsa aliquid olei, aut pulueris cadat: quoniam consolidabuntur. Et similiter magnum de cuius substantia nil perditum fuerit, & cuius vna pars alij applicari potest. [m] Magni vero cuius partes applicari non possunt, siue sit fixura, siue concauitas, vel spatium, plena saniei, & iam aliquid ex substantia membri perditum est, curatio est exiccatio. [n] Si ergo illud quod perditum est, tantum fuerit cutis, necessarium erit, quod cicatricem inducit. Et hoc quidem per essentiam cum stypticis: & per accidens cum acutis, cum ex eis administratur aliquid notum, vel limitatum, sicut alzegi, & alcholcothar, quoniam magis iuuant in exiccando, & magis producunt crustam: nam si multum fuerit, corrodet: & in vlceribus augmentum faciet. [o] Si autem illud quod perditum fuit, fuerit caro, sicut est in vlceribus profundis, non erit festinandum in cicatrizando ea: immo primo erit studendum vt caro in eis nascatur. [p] Et caro quidem non generatur nisi ex eo, cuius siccitas non multum gradum primum transcendit: veruntamen hic conditiones attenduntur, de quibus cura est habenda. [q] Et ex eis est consideratio dispositionis complexionis membri principalis, & complexionis vlceris: quoniam si membrum in sui complexione fuerit multæ humiditatis, & vlcus non fuerit multæ humiditatis, sufficiet siccitas pauca in primo gradu: quoniam ægritudo non multum fuit elongata à natura membri: sed si membrum fuerit siccum, & vlcus humiditatis multæ, erit necessarium illud quod exiccet in secundo gradu, & tertio, C vt reducat ipsum ad suam naturalem complexionem. Et in temperatis quidem dispositio erit æquanda. [q] Et ex eis est consideratio complexionis totius corporis: nam cum corpus fuerit multæ siccitatis, & membrum augmentatum in humiditate, fuerit in humiditate temperatum, secundum corpus æquale cum temperamento erit exiccandum. Et similiter si corpus fuerit in humiditate augmentatum, & membrum in siccitate. Et si ambo ad augmentum deueniunt: tunc si egressus fuerit ad humiditatem, ampliori exiccabitur siccitate: & si fuerit ad siccitatem, minori exiccabitur siccitate. Et ex eis est consideratio virtutis siccantium: quoniam licet ex siccãtibus carnem nasci facientibus, exiccatio fortis, non quæratur qualis est illa quæ prohibet materiam, quæ descendit ad membrum: quod sit aptum ad hoc vt carnis generatio sit ex ea, sicut quæritur in exiccãtibus, quæ non administrantur propter generationem carnis, sed propter cicatrizationem, tamen ex eis quæritur vt sint ipsa abstergentia & lauantia saniem, magis ꝙ exiccantia cicatrizantia, ex quibus non quæritur nisi cicatrizatio, & consolidatio, & continuatio. Et omnes quidem medicinæ, quæ sine mordicatione desiccant, sunt ingredientes in genus earum, quæ carnem nasci faciunt. Omne præterea vlcus quod in loco existit non carnoso, est inobediens ad hoc vt cito medicetur: [r] & similiter rotundum. Medicinis autem siccantibus, & stypticis quæ in vlceribus occultis adhibentur, [s] sunt admiscendæ medicinæ penetrantes, [t] sicut mel, & medicinæ loco proprie, sicut diuretica me D dicinis vlcera instrumentorum vrinæ curantibus. Cumq; cicatrizare voluerimus, ponemus medicinas cum stypticitate sua viscosas, sicut terra sigillata. [u] Et scito ꝙ quædam sunt vlceris sanitatem prohibentia, ex quibus est malitia complexionis membri: quare studere debes, vt ipsum rectifices: & malitia complexionis sanguinis, qui ad ipsum aduenit: quare succurrere debes cum generatione boni chymi: & multitudo sanguinis, qui ad ipsum fluit, & humectat ipsum: cui succurrere debes cum euacuatione, & subtiliatione cibi: & faciendo vt exercitetur, si posibile fuerit: [x] & ossis corruptio, quod est sub eo, & quod ei transmittit saniem: & huiusmodi quidem curatio non est, nisi ossis illius melioratio, & ipsius fricatio: si fricatio totam ipsius corruptionem remouere poterit: & accipere ipsum, & incidere. Multoties præterea est necessarium medicanti vlcera, vt secum deferat emplastra [y] attractiua, vt eis frustra ossium, & res extraneæ carni infixæ euellantur: & si non, prohibebunt vlcus meliorari. Vlcera quoque nutrimento indigent, propterea vt confortatio fiat: & minoratione nutrimenti, propterea vt saniei materia restringatur: & inter hæc duo contraria existit diuersitas, quoniam virtus debilitatur, quare cõfortare necesse est, & multiplicatur sanies, quare necesse

A 4.F.5.t.1.&.2.
B Cap.23.
C G. ex arte medi. c.90.h
D Li.4.F.4.t.3. capi.2. &. G.5.meth. ca.1.f.e
E G.3.meth. c.5.h
E spẽs vitrioli
F vitriolum viride
G Li.4.F.4.t.3.c.9
H G.3.meth.c.2.b
I G.3.meth.c.10.f & li.4.c.1.c, Haly. 4.prac.c.18.
K G.3.meth.ca.4. a.b
L G. ex arte med. c.90.h
M G.3.meth. c.4. h.a.b
N G.3.meth.ca.5. h.a
O G.3.meth.ca.9. e.f.g
P Ga.3.meth.c.3.a
Q G.3.meth. ca.9. e.f
R Li.4.F.4.t.3.c.1
S G.3.meth.c.4.f. g
T G.4.meth.c.7.a
V G.4.meth.c.1.d
X G.6. apho. 45.e
Y Li.4.F.4.t.2. capi.10.

cesse

cesse est nutrimentum prohibere. Medicus ergo de hoc solicitus esse debet. Cumq; vlcus in principio & augmento fuerit, non debet æger balneum ingredi: neque ipsum aqua tangere calida, quoniam attrahet ad ipsum, quod in apostemate augmētum faciet: sed cum vlcus quieuerit, & saniem fecerit, fortasse tunc facile fiet ei. Omne præterea vlcus quod cito reuertitur, postquam carne repletum est, & consolidari debet, est in semita perueniendi ad fistulam: debes ergo semper intueri colorem saniei, & colorem labiorum vlceris: & si pus multiplicabitur sine multiplicatione nutrimenti, tunc illud est propter digestionem. Loquamur autem nunc de curatione [Y] {alfasch,} & dicamus, quoniam propterea [a] quòd alfach est cōtinuitatis solutio infra cutem profunda: & manifestum est quòd oportet vt eius medicamina sint fortiora, quàm eius quod discoopertum est: & propterea quod multum sanguinis ad ipsum fluit, [b] est necessarium illud, quod illum resoluit: veruntamen oportet ne eius resolutio sit cum multa siccitate, vt non resoluat quod ibi subtile est, & faciat lapidem quod ibi spissum est: [b] cumq; ex resolutione perfecerimus illud, quod nobis necesse est, debemus apponere consolidatiuum, quod sit desiccatiuum, ne sit sordities, vel superfluitas in concauitate, quæ exire non valeat, & fiat lapis: & postea qualibet causa putrefiat, aut eradicetur, & redeat continuitatis solutio. [c] Cumq; autem alfasch fuerit profundior, [c] scarificabitur locus, vt medicamē magis penetret. In medicando autem alfasch, & cōtusionem leuem, fortasse [d] sufficiet phlebotomia, quod si alfasch fuerit cum alfadach medicetur prius alfadach medicaminibus aptis alfadach, ita vt sit posibile medicari alfasch. Et alfasch quidem si magna fuerit, medicabitur cum siccantibus: [e] & si fuerit parua, vt punctura acus, dimittatur esse eius ipsi naturæ: si non fuerit venenosa corrumpēs, aut fuerit fortis doloris: aut si tetigerit neruum, & timeatur inde apostematis generatio, & pulsatio. In contorsione autem sufficit mollis ligatura, non dolorosa: & vt super ipsam ponantur medicamina contorsioni apta. [f] In his autem quæ sunt sicut casus, & percusio, necessaria est phlebotomia ex parte diuersa: [f] & subtiliandum est nutriens: & dimittenda est caro, & quæ sunt sicut ipsa. Et regēdus est ex apozematibus, & potionibus scriptis ad hoc in [g] libris particularibus. Sermonem autem in solutionibus continuitatis factis in neruis, & ossibus reseruabimus posterius [h] ad libros particulares.

E F

Y sinus
A G.2. art.cur.ad glau.c.8.h
B G.4.meth.c.7.
C Li.4.F.4.t.1.c.
D Li.4. fen.4.t.1. c.2.
E G.6.meth.c.1.
F Ras.t.6.c.19.
G 4.fen.4.t.1.c.4.5.
H 4.fen.4.t.4.& fen.5.

De cauterizatione. *Cap. 29.*

CAuterizatio est medicamen valde vtile, iuuās [i] ad prohibendum ne corruptio spargatur, [k] & ad confortandum membrum, cuius complexio est frigida: [l] & ad resoluendum materias corruptas in membro retentas: & [m] ad restringendū sanguinis fluxum. [n] Res vero qua cauterium fit melius, est aurum. Et locus quidem qui cauterizatur, aut est manifestus, & ponitur cauterium super ipsum sensibiliter, aut est profundus interius in membro, sicut in naso, aut ore, aut in ano, & huiusmodi quidē instrumento, sicut canula perforata indiget, super quod ponatur quod sit sicut tale, aut magra in aceto infusa: postea inuoluantur, vel ponantur super ipsum panni aqua rosacea vehementer infrigidati, aut succis aliquibus, & intromittatur instrumentum perforatum, vel canale in illo loco profundo, vel in illo meatu membri cauterizandi ita, vt extremitas talis canalis prædicti deglutiat seu recipiat in orificio suo partem membri, in qua debet cadere cauterium, seu partem membri cauterizandam: deinde ingeniose ponatur cauterium in eo, vt perueniat cauterium ad partem in qua debet cadere cauterium, vel ad partem cauterizandam: & non noceat ei quod est in circuitu eius: & proprie cum fuerit cauterium subtilius quàm canalis vacuitas, vt non obuiet lateribus canalis. Cauterizator præterea sibi cauere debet, ne fortitudo cauterizationis ipsius ad neruos perueniat, neque ad chordas, neque ad ligamenta: quòd si propter sanguinem, qui fluit, cauterizauerit, oportebit vt cauterizatio sit fortis, ideo, [o] vt crusta grossitiem habeat, & spissitudinem, ne cito cadat: quoniam ex casu crustæ cauterizationis factæ, propterea vt sanguinis fluxus prohibeatur, peruenitur ad malum deterius eo, quod erat. Cumq; cauterizaueris propterea vt carnem corruptam projcias, & terminum sani scire volueris, erit vbi dolet. Et fortasse necessarium erit tibi cum carne, cauterizare os quod est sub ea: & supra ipsum morari, donec tota ipsius destruatur corruptio. Cum ergo fuerit, quod sit sicut craneum, subtiliter ipsam operare ita, vt cerebrum non ebulliat, neque ipsius panniculi corrugentur: & in alio osse ab ipso non cures profundare.

G

I G.2. art. cura.ad glauc.c.9.
K 4.conti.c.33.
L Li.4. fen.4.t.5. ca.11.
M 4.cantico.32.& G.1.simpl.medi.c. pi.18.e
N Li.2.t.1.c.78.& Ser.cap.415.
O G.li.1.simpl.medi.c.18.e

De sedatione doloris. *Cap. 30.*

IAm [p] sciuisti dolorum causas in duarum comprehendi diuisionibus, scilicet mutatione complexionis subito, & solutione continuitatis: postea sciuisti quòd postremum diuisionis earum peruenit ad malitiam complexionis calidæ, aut frigidæ, aut siccæ absque materia, aut cum materia chymosa, aut ventosa, aut apostemosa: doloris ergo sedatio ex contrarietate harum causarum erit. Et iam [q] sciuisti, qualiter vniuscuiusque earum contrarium fit. Et [r] sciuisti quomodo malitia complexionis, [s] & apostema, & ventositas medicentur. [t] Et omnis quidem dolor, qui fit fortior, interficit: quoniam ex eo in primis accidit frigiditas corporis, & tremor, [t] postea fit pulsus paruus, deinde destruitur, & postea moritur. [u] Et ad summum id quod dolores sedat, est aut id quod complexionem mutat: aut quod resoluit materiam: aut quod stupefacit. [x] Et stupefaciens quidem remouet dolorem, quoniam destruit sensum membri. Eius vero sensum non aufert, nisi propter vnam duarum causarum, aut propter multam infrigidationem, aut propter multam venenositatē, quæ est in ipso contraria virtuti illius mēbri: Ea quoq;, quę laxa faciunt, sunt ex summa eorum, quę molliter resoluunt,

H

P Fen.2.d.2.sū.1. c.19.
Q Fen.2.d.2.sū.1. c.1.&.2.3.4.&.5.
R Cap.2.
S Cap.25.
T Fen.2.do.3.sū.1. cap.16.
V Fen.2.d.2.sū.1. c.21.&.G.2.simpl. c.12.c,&.5.c.19.a.b
X Li.2.t.1.c.4.& G.5.simpl.c.19.c

A uunt, qualia sunt anethum & semen lini, & melilotum, & chamæmilla, & semina apij, & amygdalæ amaræ, & omnis res in primo gradu calida, & proprie quando fuerit cum ea glutinandi potentia, sicut gummi prunorum, & amylum, & cerussa, & crocus, & laudanum, & althæa, & amomum, & caules, & rapæ, & decoctio eorum amborum, & adipes, & hyssopus humida, & olea, quæ dicemus in antidotario: & ventrem soluentia, & euacuantia quocunque modo fuerint, sunt istius modi. Et laxa quidem facientia, sunt danda, post euacuantia, si necessarium fuerit euacuare, donec materiam restringas, quæ ad membrum descendit. Et etiam illud totum, quod apostema maturat, aut quod ea aperit. Omnibus autem stupefacientibus fortius est opium. Et ex eis sunt poma mandragoræ, & eius semen, & cortices radicis ipsius, & papauer, &[a] {bengi} &[b] {alsucharan} & solatrum stupefaciens, & semen lactucarum, & ex eis sunt [c] nix & aqua frigida. In doloribus præterea multoties accidit error, quoniam eorum causæ erũt extrinsecæ, sicut calor: aut frigus: aut ceruicalis eminentia: aut iacendi situatio corrupta, aut casus, qui fit in ebrietate: aut alia ab his: & quæruntur eorum causæ in corpore, & prouenit error: quapropter scire debes hoc & cognoscere, si est ibi repletio, aut non, & si sunt ibi causæ repletionis notæ. Quandoque etiam causa aduenit exterius, deinde interius fit mansiua, sicut cum aliquis bibit aquam frigidam, & accidit ei fortis dolor in parte stomachi, & hepatis. Et multoties quidem non est multum necessaria euacuatio, & sibi similia, quo-
B niam sæpe sufficit sibi balneum, & fortis somnus in eo. Et sicut qui comedit rem calidam, & infert ei fortem capitis dolorem, & sufficit ei aquam infrigidatam bibere. Et quandoque est res, in qua fiducia est, quòd dolor ea remoueatur: sed est, aut tarde operans, [d] ita quòd dolor ille vsque ad horam illam tolerari non potest, sicut euacuatio materiei dolorem facientis colicæ retentæ in villis intestinorum: aut cito operans est, sed ex ea timetur finis vehemẽter malus, sicut stupefactio membri dolentis in colica cum medicinis, quæ hoc operari solẽt: & fit medicus in hoc ambiguus: [e] Oportet ergo vt apud ipsum sit existimatiua fortis, vt sciat quod duorum temporum sit longius, aut tempus fixionis virtutis, aut tempus doloris. Et etiam quæ duarum rerum sit ei deterior, an dolor, an malus finis qui ex stupefactione timetur, vt eligat studium ei impendere, quod magis est impediens. fortasse enim si dolor remanserit, fortitudine sui, & magnitudine interficiet. & stupefactio forsitan non interficiet: licet ex alia parte impediat, cuius nocumentum fortasse corrigere poteris, & redire vel reiterare, & curare medicina conueniente. Et præter hoc totum stupefacientis compositionem considerare debes, & ipsius qualitatem, [f] vt quod ex eo est facilius administres, & vt ipsum compositum tribuas cum suis theriacis ~~id, quod est cum suis theriacis compositum,~~ nisi res fuerit maxima, quæ forti indigeat stupefactione. Sunt præterea membra, de quibus non curamus: & si eis superponas narcotica, quoniam non inde ad vehementer malum finem perueniunt, sicut[g] den-
C tes cum ris apponitur stupefactiuum: & fortasse quidem bibere etiam erit melius in huiusmodi, sicut bibere quod stupefaciat propter dolorem [h] oculi: quoniam ex hoc minor malitia prouenit oculo, [i] quàm vt cum eo fiat cohol. Et fortasse facile erit corrigere malitiam, quæ ex potu alijs accidit membris: [k] in eo autem, quod est sicut colica, magnificatur malus finis: quoniam materiam augmentat frigus, & congelationem, & clausuram. [l] Amplius stupefacientia plerunque sedant dolorem, propterea quòd dormire faciunt, quoniam somnus est vna ex causis ipsius sedationis doloris, & proprie quando cum eo facta fuerit fames, & in dolore materiali. Et stupefacientia quidem composita, quorum fortitudines aliæ debilitãt medicinæ, sicut theriaca, [m] sunt magis secura, quemadmodum philonium, & trochisci, quibus nomen ponitur ternarij, sed eorum stupefactio [m] est debilior: quod autem ex eis est recens, maioris est stupefactionis. Et in antiquo fere nulla est stupefactio: & in mediocri est mediocritas. Et ex doloribus quidem qui sunt multæ fortitudinis, & sunt ad medicandum faciles in quibusdam horis sunt sicut dolores ventosi, quoniam quandoque sedantur, [n] & sufficit vt super eos aqua calida euacuetur: verũtamen in hoc timor existit, vnde ab eo tibi cauere debes: quoniam plerunque causa erit apostema, & existimabitur quòd sit ventositas. α Et si fortasse facta fuerit ei embroca ex aqua calida, & præcipue in sui principio, ei affert magnũ malum. Et præter hoc quandoq; nocumentum dolori ventoso efficit, cum ventositatem resoluere nõ po-
D terit, & in quantitate ipsius spatij augmentum faciet. Et vaporationes etiam sunt ex medicationibus ventositatum. [o] Et ex eis quidem melior est, cum qua est id quod est leue, sicut milium, nisi in membro fuerit quod illud tolerare non valet, sicut oculus. [p] Fiat ergo tunc vaporatio cum pannis. Ex vaporationibus etiam sunt, quæ cum oleo calefacto fiunt: & ex vaporationibus quidem fortibus est, [q] vt oroborum farina cum aceto coquatnr, & postea siccetur, & fiat ex eo vaporatio, & minor ea est, [q] vt furfur coquatur sicut hoc. [q] Salis autem vapor est pungitiuus: [q] sed milij est melior, et debilior: & plerunque etiam fit vaporatio ex aqua in vesica posita, quæ est incolumis & lenis: sed operationem efficiet, quam α nominauimus bene non fuerit consideratum. [r] Ventosæ etiam cum igne sunt istiusmodi, & sunt fortes in sedando dolorem ventosum: & si eas iterum adhibueris, dolor penitus destruetur. Veruntamen plerunque ex eis accidit illud, quod, puenit ex eo quod β diximus. Ex sedantibus præterea dolorem, est molliter longo tempore incedere: propter illud quod in ipso existit ex virtute faciẽdi laxa, & similiter [s] adipes subtiles, noti, & olea quæ γ nominauimus,

& dulcis

A apollinaris herba
B cicuta
C G.5.apho.25. & Ras.33.conti.t.4.c.2.488.2.
D G.12.meth.c.8. c.d
E G.12.meth.c.1. b.c
F Cap.1.
G Li.3.fen.7.c.6.
H videtur oppositum li.3.fen.3.t.1.cap.9.
I G.6.apho.31.e
K Li.3.fen.16.t.4.c.2.&.G.12.meth.c 8.c.d
L F.2.d.2.sũ.2.ca.21.&.G.3.de phar.compo.sm loc.c.1.141.e
M G.12.meth.c.1.c.d
N Hip.2.d vic.rat.in acut.2.d
Infra α
O G.2.art.cur.ad glauc.c.6.g
P G.d reme.para.facil.c.12.157.d
Q Hip.2.de vic.ratio.in acut.5.h
R Cap.21.& lib.3.fen.13.t.2.cap.3.& Ga.3.loc.aff.c.4 f.g,&.12.meth.c.8.h
Supra α
Supra β
Supra γ
S G.3.dephar.cõpo.sm lo.c.1.141.h

& dulcis cantilena:& proprie cum ex ea prouocatur somnus, & occupari in eo quod est gaudium E efficit, doloris vehementiam sedat.

In quo præcipitur à quibus curationibus incipiamus. *Cap. 31.*

CVm multæ coniungũtur ægritudines, ab ea incipere debemus, in qua vna harum trium proprietatum existit.[a] Vna earum est, quòd alia sanari non potest, antequam ipsa sanetur:[b] sicut apostema, & vlcus cum coniunguntur: medicamur enim apostema, donec complexionis malitia, quæ cum eo venit, remoueatur: absque cuius sanatione vlcus sanari non potest, postea medicamur vlcus. Et secunda earum est cum vna ægritudo causa fuerit alterius, [c] sicut cum accidit oppilatio, & febris: medicamur enim oppilationem prius, deinde febrem: & si nobis necessarium fuerit oppilationem aperire cum eo in quo aliqua existit caliditas, non curabimus de febre: [d] & medicamur quidem phthisim cum desiccatiuis, & non curabimus de febre: quoniam impossibile est, vt febris remoueatur causa ipsius remanente: & causæ quidem eius sanatio est exiccatio, quæ febri nocumentum facit. Tertia vero cum fuerit vna earum [e] ea, de qua maior solicitudo sit habenda, sicut si coniungatur synochus & paralysis: medicamur enim synochum extinguendo, & phlebotomando: & de paralysi non curabimus. [f] Cum autem ægritudo, & accidens coniunguntur, à sanatione ægritudinis incipiemus: & si accidens superauerit, tunc accidentis curam habebimus, & ęgritudinem non considerabimus, sicut in colica damus stupefacientia, propterea vt doloris fortitudo F remoueatur, licet ipsi colicæ impedimentum faciat. Et similiter quandoque tardamus phlebotomiam, quæ erat necessaria [g] propter stomachi debilitatem: [h] aut propter ventris fluxum qui præcesit, aut propter præsentem nauseam. Et quandoque non tardamus, sed phlebotomamus, & non totam remouemus causam, sicut in ægritudine spasmi: non enim totum expellimus humorem: immo ex eo aliquid dimittimus, vt ipsum spasmosus remoueat motus, ne humorem resoluat naturalem.

A G.3.meth.ca.9. g, & li.7.c.12.f
B G.3.meth.c.9.h &.7.c.12.f
C Cap.1.& Gal.1. meth.c.4.f.g
D Ga.5.meth.capi.14.f
E Fen.3.do.2.c.1. &.16. & li.4.fen.1. t.2.c.7.&.G.4.fac. tu.c.9.c.&.5.aph. 19.& 3.meth.c.9. &.7.c.12.f
F G.12. meth.c. f.g.h
G Ga.11.meth.capi.11.f
H Li.3.fen.10.t. cap.2.

Operationis sigillatio, & gratiarum actio.

SIt quantitas huius nostri sermonis compendiosi de principijs vniuersalibus doctrinæ medicinalis sufficiens. Deinceps autem laboremus, vt de simplicibus medicinis librum componamus, si Deus voluerit. Et ipse quidem nos iuuabit: cui sint grates secundum sui innumerabiles misericordias.

Expletus est liber primus canonis, quem princeps Abuhali Ebensina de medicina edidit.

Index Simplicium medicinarum, quæ in secundo canone Auicenne continentur per Andream Bellunensem recognitus.

Branch

Fagilinius

Neſaſtep

Su en

FINIS.

INDEX MEDICAMEN. SIMPLI. SECVNDI LIBRI.
Ab excellentiſs. Benedicto Rinio Veneto latinis nominib. congeſtus.

Lapi

FINIS.

Liber secundus canonis Auicennæ, verba principis Abuhali.



ORVM librorum quos de medicina specificauimus, primus est de iudicijs vniuersalibus in medicina: Et secundus eorum est hic liber aggregatus de medicinis singularibus. Et nos quidem hunc librum in duos diuisimus tractatus. Quorũ primus est de canonibus vniuersalibus, quos te scire oportet in re medicinarum, & est sciẽtia virtutum medicinarum in medicina. Et secundus eorum est de cognitione virtutum medicinarum particularium.

Primum vero tractatum in. vi. diuisimus capitula.

In secundo autem tractatu posuimus medicinas singulares in areolis.

In prima nãq; areola posuimus nomina medicinarum singulariũ, & cognitionẽ essentię ipsarum.

In II. areola electionem bonitatis ipsarum.

In III. areola rememorationem qualitatum, & naturam ipsarum.

In IIII. areola proprietates dispositionum ipsarum & operationes ipsarum vniuersales sicut resolutio, & digestio, & cõglutinatio, & stupefactio, & quæ illis sunt similia ex operationibus, quas in tractatu primo diximus, & proprietates alias si insunt eis, & fecimus earum descriptionem cum colore vt sit facile ipsam colligere.

In V. areola operationes earũ, quę pendent ex decoratione, aut in cute, sicut remotio lentiginum, albaras, & porrorũ, & verrucarũ: aut in capillis sicut cõseruatio ipsorũ, & prolongatio, & coloratio, q̃ in decorationem ingrediunt̃, & signauimus id totum signis depictis, vt per illud facilis eius inquisitio fiat in tabulis, donec colligantur oẽs medicinę singulares, quæ in eis cadunt velociter.

C In VI. areola operationes earũ in apostematibus & bothor. i. in paruis eminẽtijs, quæ fiunt sicut pustulæ, & terminauimus etiam oẽm speciem dictam in eis cum colore proprio vnicuiq; earum.

In VII. areola similiter vlcera, & vulnera, & fracturas depictas coloribus suis.

In VIII. areola ægritudines iuncturarum, & neruorum depictas similiter.

In IX. areola ægritudines membrorum capitis omnes depictas suis coloribus.

In X. areola ægritudines membrorum oculi depictas similiter.

In XI. areola ægritudines membrorum anhelitus depictas coloribus suis.

In XII. areola ægritudines membrorum nutrimenti depictas suis coloribus.

In XIII. areola ægritudines membrorum expulsionis depictas etiam.

In XIIII. areola febres, & quæ eis conueniunt depictas similiter.

In XV. areola proportionem medicinarum ad venena.

In XVI. areola permutationem earum.

Et quandoque aggregantur in medicina vna omnes areolæ, & quandoque non reperiuntur in aliqua earum nisi quædam areolæ.

Cumq; complendo ex tabulis recessero, & signis virtutum medicinarum particularium, sigillabo tractatum secundum, & illic sigillabo hunc librum, procedendo ab eo ad tertium librum.

D

Tractatus Primus. De complexionibus medicinarum singularium. Cap. I.

A Fen. 1. do. 3. c. 1.



Am declarauimus in libro [a] primo intentionem sermonis nostri, s. hæc medicina est calida, & hæc medicina est frigida, & hæc medicina est humida, & hæc medicina est sicca. Et ostendimus illic, q illud est per comparationem ad corpora nostra. [b] Et præmisimus, q omnium cõpositorum mineralium, & vegetabilium, & animalium principia, seu materiæ sunt elemẽta quatuor, [c] & q ipsa cõmiscentur & agunt ad se inuicem, donec consistant ẜm æqualitatem, aut ẜm dominiũ in eo quod est inter ipsa. [d] Et qñ constiterint ẜm aliquid illius, tũc est complexio vera. & q complexio cum peruenit in composito, præparat ipsum ad recipiendum virtutes & qualitates, quæ debent esse in ipso post cõplexionem. Et ostendimus vlr̃ ẜm quot diuisiones est complexio, & quid quæritur seu intenditur per complexionem ęqualem in hoibus: & quid ꝑ complexionem æqualẽ in medicinis. Et [e] ostendimus, q per hoc non intelligitur, nisi q corpus hominis cum

B Lib. 1. F. 1. do. 2. c. 1. & G. li. de curã. rõne p sang. c. 3. c, & de facultatũ naturaliũ suba. c. 2. a
C L. 1. F. 1. d. 3. c. 1.
D Li. 1. F. 2. do. 2. c. 15. & li. de virib. cor. t. 1. c. 10.
E Lib. 1. F. 1. do. 2. c. 2.

obuiat ei,& agit in ipſam calore innato non conuertit ipſa ſeu non præualet,ita vt in corpore hoīs E
imprimat infrigidationē,aut calefactionem,aut humectationem,aut deſiccationē vltra eā,quę eſt
in hoīe.[a] Nos tamen per illud non ſignificauimus,ꝙ cōplexio eius ſit ſimilis cōplexioni hominis.
Complexio nanq; hoīs non eſt niſi in homine.[b] Et ſcias,ꝙ complexio eſt ſecundum duos modos,
ſcilicet complexio prima,& complexio ſecunda.Complexio itaque prima, eſt complexio proue-
niens ab elementis.Et complexio ſecunda,eſt complexio,quæ prouenit à rebus, quæ in ſeipſis ha
bent complexionem,[c]ſicut verbi gratia,complexio medicinarum compoſitarum,vt cōplexio the
riacæ:vnaquæq; enim medicinarum ſingularium theriacæ complexionem habet ſibi propriam,
deinde cōmiſcentur & componuntur ita,vt vniantur,& adueniat eis complexio, quæ eſt comple
xio ſecunda.Et hæc quidem complexio ſecunda,non eſt ita,ꝙ non ſit tota niſi ab arte:[d] immo eſt
quandoq; etiam à natura:[d] lac.n.commiſtum in veritate eſt ex aqueitate & caſeitate,& butyroſita
te.Et vnumquodq; horum trium eſt non ſimplex in natura,immo eſt cōmiſtum,& habet comple
xionem ſibi propriam.Et hæc quidem complexio ſecunda eſt ex operatione naturæ,non ex ope-
ratione artis.Complexio autem ſecunda eſt ſecūdum duos modos,aut complexio fortis,aut com-
plexio debilis.Complexio vero fortis eſt,verbi gratia,vt vnumquodq; ſimplicium alij ſit vnitum
tali vnitione,vt eius ſeparatio calori noſtro innato,non ſolum ſit difficilis : immo ſit aliqua , cuius
ſeparatio calori ignis ſit difficilis,ſicut corpus auri.[e] Commiſtio enim īter humiditatem,& ſiccita- F
tem ipſius ad hoc peruenit,vt igneitas deficiat in ſeparando inter eas,immo cum igneitas ſubleua
uerit partes aquoſas vt faciat eas aſcendere,tunc connectuntur,ſeu firmantur cum omnibus par-
tibus eius partes terreæ,quare non valet efficere earum ſubleuationem,& vt terreæ ſubſiſtant,ſi-
cut poteſt ſimile facere in ligno,immo in plumbo,& ſtāno.Cum ergo eſt complexio, cuius firmi-
tudo eſt hæc firmitudo,tunc nō eſt longe quin ſit complexio aliqua à ſeparatione ſimplicium cu-
ius calor innatus,qui eſt ī nobis,deficit,& quęcūq; ita eſt,eſt complexio firma.Si ergo fuerit ęqua-
lis remanebit in corpore æqualis vſquequo reſoluatur eius forma & corrumpatur. Et ſi fuerit de-
cliuis ad dominium,remanebit in corpore ſecūdum ſuum dominium, vſquequo corrūpatur eius
forma.Et vniuerſaliter quidem nō prouenit ab ea,niſi operatio vna. Cum autem complexio non
eſt firma,ſed debilis,facilis ad diſgregationem,tunc poſſibile eſt, vt eius ſimplicia ſeparentur cum
noſtræ naturæ operatio exiſtit in ea,& remoueatur vnum ab alio,& ſint diuerſarum virtutum, &
faciat vnum eorum operationem vnam,& aliud contrarium ipſius.Et cum medici dicunt, ꝙ me-
dicinæ ſic diſpoſitæ virtus eſt compoſita ex virtutibus contrarijs,non oportet vt ipſi intelligant à
ſeipſis & tu ab eis:[f] ꝙ ſit pars vna ferens frigiditatem,et caliditatem operans vnamquāque earum
ſingulariter,ſicut illæ,quæ ſunt diuiſæ:nam illud non eſt poſſibile, ſed ipſæ ambæ ſunt in duabus
partibus eius diuerſis,ex quibus ipſa eſt compoſita.Et etiam non oportet vt exiſtimes, ꝙ aliud ge G
nus medicinarum non ſit compoſitum ex virtutibus contrarijs : quoniam omnes medicinæ ſunt
compoſitæ ex virtutibus contrarijs:immo oportet vt intelligas ex hoc,ꝙ ipſi ſignificant per illud,
quod ipſum eſt in actu habens virtutes contrarias,aut in potentia propinqua actui:quoniā in ipſa
ſunt partes diuerſæ,quarum vna non efficit in aliam actum integrum facientem totum ſimilium
virtutum ſimilitudine cōpleta,& ipſæ partes non fuerunt factæ inſeparabiles & vnitæ, ita vt cum
aduenit vna earum in parte membri,conſequetur vt adueniat altera ſimul cum ipſa, quoniā ſi fue
rit ſimilis virtutis,non diuerſificabitur eius operatio in corpore penitus.Et ſi eſt habens partes in-
ſeparabiles & diuerſas virtutes,poſſibile eſt etiam vt non diuerſificetur earum impreſſio in cor-
pore:immo ſit,vt cum pars ſimplicis in membro aduenit,aſſocietur ei,quod ex ſimplici alio,eſt ab
eo inſeparabile:quare aduenit ex ambobus operatio,& impreſſio ad quam perducunt quā requi-
rūt amborum operationes in omnibus partibus illius membri ſm̄ æqualitatem,cum ſit cum vna-
quaq; partium eius impedimentum à complemēto actionis eius fixum in ea, niſi ſit pars membri
recipiens ab vno duorum ſimplicium abſq; alio:& natura vtatur vno eorum & alterum renuat,et
hoc quidem eſt multoties:noſter tn̄ ſermo nō eſt in hoc,immo eſt in ſpecie,quę eſt diuerſę impreſ-
ſionis propter rem in ſeipſa,non propter rem in alia.Et illa quidem res eſt,qm̄ ſimpliciū eius com
miſtio eſt debilis in modo ꝙ ipſa recipit ſequeſtrationem ſeu ſeparationem per impreſſionem ca- H
loris noſtri.Iſtæ autem medicinæ ſimplices quibus dicimus ineſſe virtutes contrarias,ſunt in qui-
bus non eſt illa commiſtio totalis. De eis ergo aliæ ſunt,quæ ſunt fortioris commiſtionis, & non
poſſunt decoctio & ablutio facere ſeparationem inter virtutes earum ſicut chamæmilla,in qua eſt
virtus reſolutiua,& [g] virtus ſtyptica,& cum coquitur in emplaſtris,non ſeparantur ab ea vtræque
virtutes:& alię ſunt in quibus decoctio ſeparare poteſt inter eas ſicut caules:ſubſtantia enim ipſo-
rum cōmiſta eſt ex materia terrea ſtyptica,& ex materia ſubtili abſterſiua nitroſa. [h] Cum ergo co-
quitur in aqua,reſoluitur ſubſtantia nitroſa abſterſiua ab ea in aqua,& ſubſtantia terrea ſtyptica re
manet,& fit aqua eius ſolutiua,& corpus eius ſtypticum,& [i] ſimiliter lens,& ſimiliter vitrum, &
ſimiliter allium,in ipſo nāq; eſt virtus abſterſiua,& aduſtiua,& humiditas grauis, ſed decoctio ſe-
parat īter eas: & ſimiliter cępę,& raphanus,et reliqua.Et propter hoc dicitur,ꝙ raphanus digerit,
& non digeritur.Digerit.n.et non cum oībus partibus ſuis:ſed cum ſubſtantia ſubtili tantum quę
eſt in ipſo.Cum ergo reſoluitur ab eo,remanet ſubſtantia ſpiſſa,quæ eſt in ipſo inobediens virtuti
digeſtiuæ viſcoſa,& illa ſubſtantia alia incidit viſcoſitatem . Et ex hoc cap. ſunt illa inter quorum
ſimplicia ablutio ſeparare valet ſicut endiuia,& plurima olerum : eius enim ſubſtantia eſt compo-
ſita

A Li.1.F.1.doc.3.
c.1.
B Li.de virib.cor.
t.1.c.10.
C Li.5.t.1.de qualitate ꝯpōnis,& theriaca.
D Gal.li.3.simpl.
c.15.e,&.c.12.h.
& li.1.c.17.d,& li.
4.c.16.h, & lib.
c.1.g
E Ariſt.lib.3.me
teor.in fine.
F Gal.li.3.ſimpl.
c.15.e.f.g.h
G Oppoſi.Ga.li.3.
ſimpli.c.10.g.h
H Ga.li.1.de vict.
rōne.18.g,& de the
ria.ad piſo.c.4.h,et
3.ſimpli.c.15.a.b
I Gal.li.1.de rōne
vict.18.g,&.3.ſim-
pli.c.15.b,&.1.ali
ment.c.1.h

A sita ex materia terrea aquosa frigida plurima,& ex materia subtili pauca:quare fit eius infrigidatio cum materia prima:& oppilationum apertio ab ea,& penetratio ipsius plurima cum materia altera,& plurimum huius materiei subtile est expansum super superficiem eius. Iam enim eleuata est ad eam,& aspersa super ipsam.Cum ergo abluitur cum aqua resoluitur, & non remanet ex ea aliquid vnde sit curandum,ergo propter hanc causam præceperunt ne abluatur secundum legem, & medicinam.Et hac de causa plurimæ medicinarum cum homo sumit eas infrigidant vehementer,& cum ex eis fit emplastrum resoluunt:verbi gratia,sicut coriandrum:cum enim sumitur, eius infrigidatio fortior fit.Et cum ex eo fit emplastrū,quandoq; resoluit:verbi gratia,scrofulas & proprie permistum cum sauich,& illud ideo,[a] qm̄ est compositum ex substantia terrea aquosa multæ infrigidationis,& ex substantia subtili resolutiua.Cum ergo comeditur aduenit calor innatus, & resoluit ab eo substantiam subtilem,& non est plurimæ quantitatis.ita vt in complexione impressionem faciat,immo deficit,& remanet substantia eius singularis vltima in infrigidatione. Cum autem ex eo fit emplastrum videtur,ꝙ substantia terrea nō penetret in poris, neq; efficit in eis impressionem omnino,sed substantia subtilis ignea penetrat in eis, & digerit. Si ergo associatur aliquid ex substantia frigida iuuat ad repellendum,& vincit calorem innatum,& hoc quidē propinquum est ei,quod ostendimus in libro [b] primo de adustione cepę, cum ex ea fit emplastrum, & de B eius icolumitate cum comeditur.Et cum nos posuerimus vnam causam in ea propinquam huic, oportebit vt sit hæc intentio nota certe.Et ex medicinis quidem sunt,in quibus videntur esse duę substantiæ diuersæ sm̄ naturam absq; permistione oīno.Et ex eis itaq; sunt,quæ sunt sensui apparentes,sicut partes citri.Et ex eis sunt,quæ sunt magis occultæ:videtur.n.ꝙ cortex psyllij,& quod est super eius corticem sit fortis infrigidationis:& farina medullæ, quæ est in ipso, sit fortis calefactionis,ita vt forsitan sit medicina rubificans,aut vlcerans & cortex eius sit sicut velamen distinguens inter ea.Si ergo bibitur non tritum,non dimittit duritiem sui corticis,vt penetret virtus medullæ eius,& quod est intra ipsum ad suum exterius,immo operatur cum eo, quod ex ipso apparet & sua mucilagine frigiditatem.Quod si conteratur forsitan illud,quod dicitur de ipso,ꝙ est venenum,est propter apertionem medullæ eius & sui interioris. Et videtur,ꝙ illud, quod ex eo est contritum disrumpat exituras.Et illud, quod est integrum ex eo faciat eas crudas, & refrenet eas propter hanc causam.Sufficiat quantitas hæc in dando hanc radicem.

A G.lib.7. simpli. 52. b.

B Li.1.F.2. doct.2. sū.1.c.18.& G. li. 3. de tēperamē.c. 3. g

De cognitione virtutum complexionum medicinarum singularium per experimentum. Cap. 2.

MEdicinarum cognoscuntur virtutes ex [c] duabus vijs.vna earum est semita experimenti.& altera est ratiocinationis semita.Nos vero in experimento sermonem præmittamus.Dicimus ergo,ꝙ experimentum ad cognitionem virtutis medicinæ cum fiducia nō perducit, nisi post C obseruationem conditionum.[d] Vna earum est vt sit medicina vacua à qualitate acquisita ex caliditate accidentali,aut à frigiditate accidentali, aut qualitate, quæ accidat ei cum alteratione in sua substantia,aut vicinitate alterius.Aqua.n.quamuis frigida sit natura,tñ cum calefit calefacit dum permanet calida.Et euphorbium quãuis sit natura calidum,tñ cum infrigidatur īfrigidat dū permanet frigidum.Et amygdala quãuis sit æqualis subtilis, tñ cum fit rancida, calefacit potentia.Et caro piscium quamuis sit frigida,tamen cum salitur calefacit potentia.[e] Et secunda est vt illud in quo experitur,ægritudinem habeat singularem:nam si ægritudo est composita, & in ea sunt duæ res requirentes duas curationes contrarias,& experiatur in ambabus medicina,& conferat,nescimus causam in illo vere:verbi gratia,cum homo habet febrem phlegmaticam,& datur ei in potu agaricus,& remouetur febris eius,non oportet vt iudicemus agaricum esse frigidum, quoniã confert ægritudini calidæ,quæ est febris:immo forsitan non confert,nisi propterea ꝙ resoluit materiã phlegmaticam,& euacuat eandem,& cum deficit materia,remouetur febris phlegmatica. Et hoc quidem vere est iuuamētum per se,permistum iuuamento per accidens,per se quidē cum comparatione ad materiam,sed per accidens cum comparatione ad febrem.[f] Et tertia est vt medicina sit experta iam in ęgritudinibus contrarijs,ita vt cum vtriq; eorum simul conferat, non iudicetur, ꝙ sit contraria complexioni alicuius eorum,[g]& fortasse confert vni eorum per se, & alteri per acci-D dens,[h] sicut scamonea,si experiamur ipsam in ęgritudine frigida,non est longinquum quin conferat,& calefaciat.Et cum experimur ipsam in ægritudine calida,sicut est febris tertiana, non elongatur quin conferat in euacuando choleram.Cum ergo ita sit,non acquirit nobis experimentum fiduciam caliditatis aut frigiditatis,nisi post quam scimus, ꝙ vnam duarum rerum efficit per se, & efficit alteram per accidens.[i] Et quarta est vt sit virtus,quæ est in medicina opposita ei,quod ęquatur ei de potentia ægritudinis.Sunt enim medicinæ quædam, quarum caliditas minoratur à frigiditate ægritudinis alicuius,quare penitus in eam non agit. Et quandoque cum administratur in infrigidatione aliqua leuiore illa,facit calefactionem. Oportet ergo vt experiatur prius in debiliori,& secundum gradus fiat processio paulatim,donec sciatur virtus medicinæ,& nō dubitetur.Et [k] quinta est vt obseruetur tempus,ī quo apparet eius impressio,& operatio: nam si in primis cum administratur,apparet,cōfidere facit,ꝙ efficit illud per se.Et si fuerit operatio,quę in primis apparet ex ea,contraria ei,quæ apparet in fine,aut in principio rei nō apparet ex ea operatio, deinde in fine rei apparet ex ea operatio,tunc erit locus ambiguitatis & dubietatis: forsitan.n. efficit illud, quod operatur per accidens,qñ efficit in primis operationem occultam,quam sequit̃ per accidens hæc opatio alia apparēs.Et hæc quidē dubietas est & ambiguitas & hęsitatio in virtute medicinę.

C Ga.li.de theria. ad piso.c.3. e

D Gal.lib.1.simp. c.3.g,& li.3.de tēperamē.c.5.g, & Halya.ser. 2. Prac.c.2.

E G.li.3. de tēperamē.c.5.g, & lib. 4. simpli.c.7.a, & Halya.ibidem.

F G.lib.1.simplic. c.2.e,& li.3.de temperamen. c. 5. b, & Halya.ibidem.

G Li.3. F.13.t. 1.c. 17.& F. 22.t.2. c. 6. & li.1.F.4.c. 2.

H Li 1.F.2.doc.2. sū.1.c.1. & Raf.30. cōti.t.3.c.2. 396.4.

I G.li.3.de tēpera. c.5.b, & Haly.ibi.

K G.li.3. de tpam. c.5.b,& li.1. simpl. c.3.f,& Haly. ibi.

Existimatio vero,ꝙ eius operatio non sit nisi per accidens,quandoq; vigoratur, cum eius opera- E
tio nõ apparet,nisi post separationem obuiationis membri:nam si per se efficeret,operaretur dum
obuiaret:impossibile enim est vt deficiat dum obuiat,& operetur dum nõ obuiat.Et hoc quidem
est iudicium plurimum sufficiens.Quandoq; vero cõueniens est,vt in quibusdam corporibus ef-
ficiat suam operationem,quæ est per se,post operationem suam,quæ est per accidens : & illud est
cum iam acquisierit virtutem extraneam vincẽtem virtutem naturalem, sicut aqua calida:in præ-
senti enim calefacit,in die vero secũdo,aut in hora in qua remouetur ab ea eius impresio acciden
talis,facit peruenire in corpore frigus proculdubio propter conuersionem partium subtilium pro
funde in poris imbibitarum calefactarum ad dispositionem naturalem frigoris, quod debet habe-
re.[a] Et sexta est,vt obseruetur processus operationis eius secundum assiduationem, aut secũdum
plurimum:nam si non fuerit ita,tunc processio operationis ab ea est per accidens . Quoniam res
naturales procedunt à principijs suis,aut semper,aut secundum plurimum.[b] Et septima quidem
est,vt experimentum sit in corpore hominis.Nam si experiatur in corpore non hominis,possibi-
le est vt fallat duobus modis.Vnus eorum est,quoniam possibile est vt [c] sit medicina comparata
ad corpus hominis calida,& comparata ad corpus leonis & equi frigida,cum hæc medicina est ca-
lidior homine,& frigidior equo,vel leone:& videtur secundum ꝙ existimo,ꝙ sit reubarbarum fri
gidum comparatum ad equum,& sit comparatum ad hominem calidum . Et secundus,quoniam F
quandoq; comparata ad vnum duorum corporum habet proprietatem,quam non habet compa-
rata ad corpus secundum,sicut [c]{napellus,}comparatus enim ad corpus hominis habet proprie-
tatem venenosam,quam non habet comparatus ad corpus [d]{alzarazir.} Isti ergo sunt canones,
quos obseruare oportet in cognitione virtutum medicinarum ex via experimenti .

De cognitione virtutum medicinarum singularium per ratiocinationem. Cap. 3.

COgnitionis autem virtutum medicinarum singularium per ratiocinationem canones alij su
muntur ex velocitate conuersionis earum ad ignem,& calefactionem, & ex tarditate con-
uersionis ipsarum,& ex velocitate congelationis earum,& tarditate congelationis ipsarum,& alij
sumuntur ex odoribus,& alij ex saporibus:& quandoq; sumuntur ex coloribus , & quandoq; su-
mũtur ex operationibus,& virtutibus notis,ex quibus acquiruntur significationes manifestæ su-
per virtutes ignoratas.Via autem prima est,quoniam rerum similium in constitutione essentię.s.
in raritate & spissitudine,quæcunq; recipit calefactionem velocius est calidior, & quæcunq; reci-
pit infrigidationem velocius est frigidior.Et[e]vna causarum in hoc est,qm̃ res qñq; calefit velocius
alia,agente existẽte vno,qm̃ in seipsa est calidior altera,neq; infrigidat ipsam nisi frigus accidens,
cumq; aduenit caliditas exterior,& consentit ipsi virtus calida innata,quæ est in ipsa, æquatur alij
in causa exteriore,& superfluit illi in virtute,quæ est in ipsa,& fit calidior. Et secũdum hoc cogno- G
sces dispositionem eius,quæ infrigidatur velocius.Et post illud in danda causa eius est sermo pro-
lixus,de quo intromittit se ille,qui loquitur in [f] principijs naturalibus prẹter medicum.[g]Cum aũt
vna earum est maioris raritatis, & altera maioris spissitudinis, tunc illa, quæ est maioris raritatis
quãuis sit similis alij in frigiditate & caliditate ipsius,tamen patitur plus & velocius propter α de-
bilitatem sui corporis.Res autem quarum proprietas est vt congelentur, & illæ quarum proprie-
tas est vt inflammentur igne,possibile est vt adinuicem comparentur:[h] ergo quecunque est velo-
cioris congelationis,& eius essentia est sicut essentia alterius,est frigidior:& quecunq; est velocio-
ris inflãmationis,& eius essentia est sicut essentia alterius, est calidior propter illud,quod diximus
prius.Nos.n.non dicimus,ꝙ res sit calidior & frigidior,nisi cum comparatione ad impressionem
caliditatis innatæ in ipsa,quæ est in nobis.Et cum ipsa est longinquior à congelatione,& velocior
ad inflãmationem,tunc iudicamus,ꝙ ipsa est in impressione à caliditate nostra innata illo modo.
Principia vero ista demonstratione ostẽsa,sunt sicut oportet [i] in scia naturali.Cum aũt duæ res di-
uersificantur in raritate & spissitudine:deinde inuenitur spissior ex eis inflãmationis vehementio
ris,& tardioris congelationis,tunc iudica proculdubio,ꝙ est calidioris substantię.Et similiter cum
inuenis raram tardioris inflãmationis,tunc scias,ꝙ est fortioris frigoris.Si autem inuenis raram ex
eis velocioris inflãmationis,non conuenit tibi vt iudicium des,& ponas ipsam propter hanc cau- H
sam fortioris caliditatis.Fortasse.n.raritas est causa in velocitate inflãmationis eius . Sicut si tu in-
uenis raram ex eis velocioris congelationis,non cõuenit tibi oĩno, vt des iudicium, & ponas eam
propter hanc causam vehementioris frigoris.α Forsitan.n.raritas est causa in velocitate congela-
tionis eius,propter debilitatem corporis ipsius, & velocitatem passibilitatis eius: [k] sicut vinum.
quãuis.n.ipsum sit calidioris complexionis,ꝗ̃ oleum de cucurbita,tñ velocius congelatur,ꝗ illud
oleum,imo illud oleũ densatur & non congelaẽ,sed vinum congelaẽ. Rerum.n.quædã sunt, quæ
congelanẽ absq; condensatione.Et sunt quædam earum, quæ condensantur absq; congelatione.
Huius aũt cognitio in [l] scia existit naturali.Rerum autem recipiẽtium cõdensationẽ,cum equanẽ
in constitutione substantiæ,ꝗ magis recipit cõdensationem ex frigore,est frigidior earum. Et plu-
rimẹ quidem res non congelantur nisi in calore.Et res quarum [m]proprium est in calore cõgelari,
omnes resoluuntur per frigus:sicut res,quæ congelantur ex frigore,oẽs resoluuntur calore.Calor
autem congelat siccitate,& frigus resoluit cum humiditate ẜm sententiam [n]Galeni.Veruntamen
sñia philosophi primi diuersa est ab ea in re modica. sed illius ꝑscrutatio in alia continetur scia . Et
cũ sint quædam medicinarum calidiores,sed sunt grossiores,possibile est vt ipse suscipiat cõgela-
tionem:

A G.li.3.de tpan. c.5.c,& li.1. simpli. c.3.f. Haly,ibidẽ.
B G.lib.1. simplic. c.2.d,& lib.2.c.3.d, Halya. ibidem.
C L.1.F.1.d.3.c.1.
C cicuta
D Gal.li.3. de tpa. c.4.e.3.sim.c.18.c & de theria. ad p. so.c.4.
D sturni.
E Li.1.F.2. doc.3 sũ.1.c.3.
F Arist.2.de gen. t.25.&.34.
G Ga.li.1.simplic. c.13.f.g
Infra α
H Gal.li.1. simpli. c.16.a
Supra
I Halya.sermo.2. Pract.c.3.
Supra α
K G.lib.1. simpli. c.16.a
L Quarto metheororum Haly.ser.2. c. 4.
M Lib.4.metheo. & de vir.cor.t.2.c. 1.& Gal.5. simplic. c.5.g.h
N L.5.simp.c.7.c, &.2.prædictio.c.7. t.38.f

A tionem:sicut suscipiunt illæ, quæ sunt frigidiores eis, propter grossitudinem suam. Et cum sint quædam frigidiores, sed sunt subtiliores, possibile est vt suscipiant inflammationem, sicut recipiũt illæ, quæ sunt calidiores eis, propter subtilitatem sui. Condensatio autem & coagulatio non significant augmentum in caliditate, neq; augmentum in frigiditate. plerunq;.n. condensantur res terrestres, aut propter terrestreitatem, quæ est in eis, & multitudinem aquositatis, & aereitatis, in eis cum rarificantur. Et multoties accidit aeritati vt infrigidetur, et conuertatur in aqueitatem & rarificetur compositum & fiat frigidum. Et multoties rarificatur aqueitas frigida, propter igneitatem feruentem in ea:& conuertit eam in aeritatem, & condensat ipsam, quemadmodum accidit spermati ex ipsius condensatione. Cum ergo separatur ab eo calor igneus, subtiliatur, & non prohibet terreitas, quin sit cum ea igneitas superflua. quare possibile est, vt sit diuisio prima vehementis caliditatis. Et non prohibet aqueitas, quin eam ingrediatur aeritas, non superans virtutem eius, & sit diuisio secunda vehementis frigiditatis, aut igneitas vincat, & sit vehementis caliditatis valde. Ex alijs autem canonibus necesse est medicos rem vnam scire, quoniam non est possibile vt sapores [a] dulcis & [b] amarus, & [c] {acutus} & [d] salsus sint, nisi in substãtia calida, neq; [e] ponticus, [e] stypticus, & [f] acetosus, nisi in substantia frigida. Et similiter [g] odores boni acuti non sint, nisi in substantia calida, & colores albi in corporibus coagulatis, seu spissis in quibus est humiditas non sint, nisi

B in substantia frigida, & in corporibus in quibus est siccitas & frangibilitas non sint, nisi in sustantia calida, & nigri in vtrisque rebus sunt econtrario. [h] Frigus enim albificat humidam substantiam, & denigrat siccam, & calor denigrat humidam, & albificat siccã. Et hoc quidem verum est & necessarium, verũtamen hic est causa alia, propter quam significationes istæ quandoq; diuersificant, & proprie in odore suo & colore, & proprie in colore. Et illud est, quod nos iam [i] ostendimus, ꝙ corpora medicinalia commiscentur ex elementis contrarijs quandoq; cõmistione prima, & quandoq; commistione non prima: immo magis digna, vt vocetur complexio secunda. possibile est ergo in hac complexione secunda, vt vni duorum elementorum iam aduenerit complexio, qua mereatur colorem, aut odorem, aut saporem, et aduenerit ei illud, quod iam meretur, et vt alij elemento iam aduenerit cõplexio diuersa illi complexioni, & sit possibile vt in ea mereatur colorem contrarium illi colori, aut odorem, aut saporem contrarios primis. Et sit possibile vt ea non mereatur contrarium primo. Quod si iam meretur colorem contrarium illi, deinde sint æqualis quantitatis, peruenit in cõmisto secundo color compositus ex duobus coloribus. Et si sunt diuersa, cõtinetur in secundo commisto color magis decliuis ad vnum duorum colorum. Si autem ꝟm non meretur colorem omnino, & similiter odorem, aut saporem, & sint æqualia, erit quod in eis ambobus reperitur de colore & odore color primus, & odor primus. quãuis sint iam confracti seu remissi ꝓpter

C permistionem partium, quæ sunt priuatæ non habentes partes contrariantes, & in secundo nõ est impressio coloris penitus: qm̃ huiusmodi etiam franguntur fractione peruij permisti colorato, & quasi illud corpus videtur, verbi gratia, album, & est possibile vt sit virtus eius non virtus albi per hoc, quod est album, sed est ei virtus alia opposita primæ. Nam cũ est corpus permiscendũ priuatũ colore, ita vt sicut est æqualis quantitatis, sit ęqualis in potentia, seu virtute, tunc virtus adueniens est comprehensa inter duas virtutes æquales. Si autem est fortius plurimum colorato tunc est impressio tribuenda virtuti contrariæ virtuti corporis habẽtis albedinem, & est albedo, verbi gratia, faciens necessarium, vt bt frigidum, & ipsum est calidum vehementer, hoc est qñ est æqualis quantitatis. Cum autem est, verbi gratia, hoc quod non habet colorem, aut habet colorem contrarium, paucæ quantitatis cum comparatione ad aliud, sed est plurimæ qualitatis & virtutis, tunc non imprimit penitus impressionem in colore illius alterius, & vincit illud cũ virtute victoria vehementi, ita vt sit quasi non habeat virtutem omnino. Considera dispositionem in libra lactis, cui si permisceas duos aureos euforbij, ita permiscendo vt sint quasi res vna, est permistum ex eis calefaciẽs in vltimo, & sensus non discernit euphorbium ex eis vtrisq;, neq; colorem eius, neq; priuationem ipsius à colore, si est priuatum colore, & neq; videt nisi albedinem purã, & nos quidem credemus ꝙ hæc albedo est substãtiæ frigidę: verbi gratia, si pręsupposuerimus, ꝙ lac est frigidum, & mentie-

D mur, si dixerimus, ꝙ hæc substantia bibita, est frigida. Et illud ideo qm̃ hæc albedo non est color huius corporis bibiti permisti ex parte vnde est bibitum & permistum, sed est color vnius simplicium eius vincẽtis quantitate, & victi virtute, quod quidem est sensatum ex ambobus, & ita oportet vt tu formes dispositionem in albo naturaliter cõmisto, quod est in vltimo caliditatis, & videt, ꝙ sit frigidum sicut piper album. Quemadmodum enim hoc est permistum arte: [k] similiter qñq; commiscetur natura, & est forma existens hæc forma. Verum ex istis qualitatibus sensatis illud est dignius vt imprimat impressionem manifestam, quod eis permiscetur ex contrario, et dum perseuerant qualitates earum vere sensatæ, & non sentiuntur in eis contrariæ earum, tunc sunt vincentium virtutum. Et hoc quidem est in saporibus, non secundum quòd sit necessarium, sed secundum quòd est plurimum, & post sapores est in odoribus, & post vtraque est in coloribus, & in coloribus quidem est, sicut sine fiducia cum eo. Et ex causis quidem in quibus sapores vincunt odores in hoc capitulo est aduentus eorum ad sensum cum obuiatione. Sunt ergo digniores vt perducant ex omnibus partibus medicinæ virtutem, sed odores, & colores imprimunt sine obuiatione suorum corporum, quare possibile est vt perueniat ad sensum ex partibus habẽtibus odorem vapor ex subtili partium eius, & inobediens fiat vapor ex spisso partium eius: & non vaporet,

A G.3. de vict. rõne.2.g.h,&.4. simplic.c.9.g
B G.4. simp.c.7.e, &.c.9.g
C G.4. sim.c.19.h, & lib.5.c.13.d
C *acris*
D Gal. 4. simplic. c.21.g
E G.4. simp.c.7.g
F G.4. simpl.c.7.d
G Gal. 4. simplic. c.23. b. c, &. 2. aliment.c.15.c
H L.1.F.1.d.4.c.1.
I Cap.1.
K Gal.li.3. simpli. c.14.h.15.g

& possibile est vt perueniat ad ipsum color manifestus dominans sine victo occulto. Et quoniam E odores quandoque significant sapores, sicut odor dulcis, & acetosi, & acuti, & amari, tunc sunt odores sequentes sapores. Sapores ergo in significatione sunt plus veri, deinde odores,[a] post colores. Amplius si in saporibus non caderet etiam hæc compositio prędicta, non esset opium in amaritudine sua cum frigiditate superflua, hic autem error, qui accidit in saporibus, cadit in parte frigoris plusquam in latere caloris, scilicet vt insit medicinæ sapor significans caliditatem cum sit frigida: hæc enim plus est, quàm vt medicinæ insit sapor significans frigus & ipsa sit calida: quoniam calor in pluribus dispositionibus est fortioris impressionis, & manifestioris operationis, & magis penetrans. Si ergo frigido sit permistum in cōplexione naturali calidum, summa virtutis cuius sit summa frangēs frigus, quod ei opponitur, est quidem dignius vt appareat ei sapor frangens saporem ipsius, cum sit calidum in omnibus dispositionibus magis penetrans, & magis vincens, et dignius vt ferat sapores, & odores. Et propter hanc causam non inuenis acetosum aut ponticum in quo non est permistio sensu, quòd sit calidum secundum plurimum suæ complexionis, sicut inuenis amarum, & mordicatiuum frigidum secundum plurimum suæ complexionis, verūtamen hoc est plurimum, & multo pluris plurimitatis quàm aliud, sed non est necessarium. Et postquam scis canonem istum, oportet nunc vt narremus tibi illud, quod dicunt medici de saporibus, & odoribus, & coloribus. Ipsi enim ponunt sapores simplices nouem, & quamuis sint penitus octo sapores, et F vnus priuatus sapore, & [b] est insipidus [b]{almaesich} cuius sapor penitus non comprehenditur sicut aqua: ipsi enim nominant saporem omne quod gustu iudicatur tali iudicio, quod est actu, aut iudicio, quod est in potentia non operans, seu non imprimens omnino, & est illud, quod non habet saporem, & est secundum duos modos, scilicet aut insipidum priuatum sapore secundum veritatem, aut insipidum priuatum eo apud sensum. Insipidum autem secundum veritatem est cui non inest sapor secundum veritatem. Et insipidum apud sensum est illud, quod in seipso habet saporem, verum propter vehementiam suæ spissitudinis, non resoluitur ex eo aliquid, quod linguæ admisceatur, & comprehendat ipsum, deinde cum ingeniatur vt resoluantur partes eius, & vt subtilientur, sentit saporem eius, sicut ęs adustum, & ferrum: lingua enim non consequitur ex eis saporem, quoniam non resoluitur ex substantia amborum aliquid perueniens ad humiditatem positam in lingua, quæ est media in sensu gustus. Et si ingenietur, vt in partes minimas conuertatur, apparebit eius sapor fortis.[c] Sapores autem sunt octo, quos ipsi dicunt, qui sunt vere sapores, post insipidum. Et sunt dulcedo, amaritudo, acuitas, & salsedo, acetositas, ponticitas, stypticitas, & vnctuositas. Et dicunt, quòd substantia ferens saporem, aut est spissa terrea, aut est subtilis, aut media: & eius virtus est calida, aut frigida, aut æqualis. Spissa igitur terrea, si est calida, tunc est amara: & si est frigida, est pontica: & si est ęqualis, tunc est dulcis. Et subtilis si est G calida, tunc est acuta: & si est frigida, tunc est acetosa: & si est æqualis, tūc est vnctuosa. Et media in spissitudine, & subtilitate, si est calida, tunc est salsa: & si est frigida, tunc est styptica: & si est æqualis, tunc dicunt, quod est insipida, & in insipido sunt sermones.[d]{Acutum} autem est calidius, deinde amarum: deinde salsum: quoniam acutum est fortius ad resoluendum, et ad incidēdum, & abstergendum, quàm amarum, deinde salsum est, sicut amarum confractum cum humiditate frigida, quod significat illud, quod diximus ī modo generationis eius, & propter illud cum salsum calefit à sole, aut igne, aut separatione aqueitatis frangētis virtutem caloris, fit amarum. & similiter baurach, & sal amarum calidius est sale, quod comeditur.[e]{Ponticum} vero est frigidius, deinde [f]{stypticū,} postea acetosum, & propter hoc in omnibus [g] fructibus, qui dulcescunt prius est ponticitas vehementis infrigidationis. Cum ergo currunt in eis aqueitas & aeritas, ita vt temperentur parumper cum aeritate, & calefactione solis digestiua, declināt ad acetositatem, sicut agresta, & inter illa sunt declinantia ad stypticitatem non cum ponticitate, deinde permutantur ad dulcedinem, cum egerit in eis caliditas digestiua.[h] Et quandoque permutantur ex ponticitate ad dulcedinem absque quod fiat acetosa, sicut oliuæ.[i] Acetosum vero quāuis sit minus frigidum, quàm ponticum: tamē in pluribus est pluris infrigidationis eo, propter sui subtilitatem & penetrationem suam. Ponticum autem & stypticum sunt in sapore propinqua:[l] sed stypticum non contrahit, nisi quod de lingua manifestum H est:[l] ponticum vero contrahit, & exasperat, quod manifestum est & occultum. Et ex eis quidem, quæ adiuuant ad exasperationem eius, est quod ipsum non diuiditur propter sui spissitudinem in partes minimas velociter, neque cōtinuantur adinuicem velociter. Et propter has duas causas ipsarum casus in lingua separatur sensibiliter, quare diuersificatur propter stypticitatem suam in partibus eius, & diuersificatur situs earum, & exasperantur. Et ad illam diuersitatem iuuat diuersitas partium membri in poris suis, & suis continuationibus. Et ponticum quidem est subtilius, & magis intrans. Acutum vero & ß amarum sunt linguam radentia rasione: sed amarū non radit, nisi quod de lingua apparet. Acuti autem abrasio, & eius separatio est profunda: quoniā est subtilis substantiæ profundans. Sed amarum est grauis substantiæ siccę. & propter [k] illud ipsius purū, non recipit putrefactionem, ex qua animal generetur, neque purum ipsius nutrit aīal. & propter siccitatē suam amarum, quod abradit, abradit cū exasperatione aliqua. Ex eis aūt, quæ caliditatē acuti amari caliditatem fortiorem efficiunt, est ipsius penetratio, quare vehementer incidit, & vehementer resoluit, ita vt corrodat, & putrefaciat, & perueniat ad hoc vt interficiat. Dulce vero & vnctuosum ambo applanant linguam, & leniunt eam faciendo currere illud, quod frigus læsit, & coagulauit absque

A Gal. li. 4. simpl. c. 23. d

B Gal. li. 4. simpl. c. 4. b. c
B insipidum

C Ga. li. 1. simpl. c. 36. g

D Ga. li. 4. simpl. c. 18. d, &. 19. c, & l. 4. de rōne vic. 8. l
D Acre

E Acerbum
F austerum,
G G. lib. 4. simpl. c. 7. f, &. c. 8. e. f

H Gal. li. 4. simpl. c. 6. &. 7.
I Gal. lib. 4. simp. c. 7. e. f

Infra ß

K G. lib. 4. simpl. c. 20. c, ca. 9. g, 15. f

A absque resolutione, & remouent ipsius asperitatem, verum vnctuosum facit illud absque calefactione manifesta, & dulce facit illud cum calefactione. Quapropter digerit dulce plus. Dicunt medici, quod dulce non fit suaue, vel delectabile: nisi quia abstergit grossum abstersione ipsum rectificante & lenit eam, & currere facit ipsam, & remouet impedimentum congelationis eius absque incisione & separatione continuitatis, & obuiatione laboriosa, & [a] neque calefacit cum calefactione nociua: immo delectabili, sicut est delectatio aquæ temperate calidæ cum effunditur super corpus alchasser. i. super corpus valde infrigidatum. Sermo vero distinguēs in hoc, seu verificās hoc apud illum est, qui est altioris gradus quam medici. Et non oportet quidem vt sit illud, quod est dulcius, nutribilius, neque illud, quod est suauius, nutribilius, [b] quamuis sit impossibile quin in omni nutriente apud medicos sit dulcedo aliqua: quoniam nutrimentum alijs indiget conditionibus præter dulcedinem hanc. [c] Et vnctuosum proportionatum est dulci. Spissum vero, quod ad vtrunque eorum conuertitur operatione caliditatis proportionalis conuertitur ad dulcedinem quando plurimum operationis eius seu quando fundamentum operationis eius est subtiliatio cum aqueitate, et pauca aeritate, & conuertitur quidem ad vnctuositatem quando plurimum operationis eius est subtiliatio cum aquositate dulci, seu insipida: et permiscetur ei aeritas plurima, cuius introitus ad aqueitatem sit vehemēs. ß Amarum autem & salsum linguam abradunt: verūtamen salsum abradit leuiter, &

A G. lib. 4. simpli. c. 10. a, & li. 12. metho. 7. e

B Gal. lib. 4. simp. c. 10. h. 15. e

C G. lib. 4. simpli. c. 10. h

Supra ß

B lauat, & non exasperat, & iuuat ipsum ad illud aduētus obuiationis suę membro ad omnes partes eius cum ęqualitate propter sui subtilitatem, sed tamen ipsum lædit os stomachi: amarum vero abradit vehementer ita vt exasperet, & iuuat ipsum ad illud diuersitas situū eius, secundum quod ß diximus. Acutum vero & acetosum mordicant linguam: sed acutum mordicat eam vehementer cum calefactione, et acetosum mordicat eam mediocriter absque calefactione. Et salsum quidem prouenit ex resolutione amari in insipido aquoso, cum ergo coagulatur sicut aqua cineris, fit salsum. Et acetosum prouenit ex conuersione dulcedinis cum diminutione caliditatis: aut digestione ponticitatis cum augmento humiditatis & caliditatis: et eius substantia secundum summam rei, est substantia humida. & similiter dulce: substantia enim eius ad humiditatem pertinet: sed substātia amari & pontici ad siccitatem. Operationes autem [d] dulcis sunt digestio, & lenificatio, & multiplicatio nutrimenti, & natura diligit ipsum, & virtus attractiua attrahit ipsum. Et operationes amaritudinis sunt [d] abstersiua & exasperatiua. Et operatio [d] ponticitatis est stypticitas, si est debilis, & expressio, si sit fortis. Et operationes [d] stypticitatis sunt stypticatio & inspissatio, & induratio, & retentio. Et operationes [d] vnctuositatis sunt lenificatio, & lubrificatio, et maturatio, seu digestio parua. Et operationes [d] acuitatis sunt resolutio, & incisio, & putrefactio. Et operationes [d] salsedinis sunt abstersio, ablutio, & exiccatio, & prohibet putrefactionem. Et operationes [d] acetositatis sunt infrigida-

Supra ß

D G. lib. 5. simpli. c. 26. a

C tio, & incisio. Et quandoque aggregantur duo sapores in substantia vna, sicut est aggregatio amaritudinis, & stypticitatis in lycio, & nominatur horribilitas, & [e] sicut aggregatio amaritudinis & salsedinis [e] {in lacubus} & nominatur turpitudo, & sicut aggregatio acuitatis & dulcedinis in melle cocto, & sicut aggregatio amaritudinis, & acuitatis, & stypticitatis in melongena, & sicut aggregatio amaritudinis, & insipiditatis in endiuia. Et quandoque adiuuant se ea, quæ proueniunt ex duobus saporibus ad confortandum illud, quod prouenire debet ex vno sapore. [f] Acuitas enim & mordicatio remanentes in aceto ex vino faciunt ipsum vehementioris infrigidationis: [g] quoniam acuitas & mordicatio aperiunt transitus, & adiuuant ad penetrandum, & non perueniunt in aceto ad hoc vt calefaciant, calefactione de qua sit curandum, ergo fit infrigidatio aceti magis profundans. Et quandoque impediunt se ea, quæ proueniunt ex duobus saporibus, sicut acetositas & ponticitas in agresta: ponticitas enim agrestæ prohibet eius acetositatem ab infrigidatione vltima penetrante. Et quandoque essentia seu substantia iuuat qualitatem, & quandoque est contraria. iuuans quidem est sicut subtilitas, quæ associatur acetositati, & ponit infrigidationem eius magis profundantem: contraria, vero est sicut spissitudo, quæ associatur [g] {almaisal,} & ponit infrigidationem eius breuiori spatio. Et quandoque accidit vt sint quidam sapores non puri, & deinde purificentur secundum tempus, sicut aqua agrestæ: cum enim super ipsam prolongatur tempus, pu-

E G. lib. 4. simpli. c. 20. c. d

E syriæ palestine

F Gal. li. 4. simpli. c. 3. a. c. 7. d

G Gal. c. 12. e

G aquæ lactis crudi &c.

D rificatur eius acetositas propter multitudinem eius, quod residet ex pontico, & reliquis. Et quandoque accidit vt sint quidam sapores puri, & permiscet eos tempus cum alijs, sicut [h] mel: tempus enim ipsum amarum efficit, & acuit, augmentata acuitate, et amaritudine, et succum vuę amarum efficit tempus amaritudine permista, deinde incipit in ipsa ad puritatem declinare. Cum ergo permiscentur ponticū & amarum, fit abstersio cum stypticitate, & est conueniens cōsolidationi vlcerum, in quibus est laxitas pauca: & conuenit omni solutioni ventris, cuius causa est oppilatio, & cōfert spleni vehementer, si amaritudo nō est in eo debilis. Et omnia quidem, quę sunt huiusmodi, conferunt stomacho & hepati. Amarū. n. absolutum, & acutū absolutum, nocent visceribus. Et si associatur eis stypticum conferunt: nam ipsa sua amaritudine abstergunt, & quod est in eis de stypticitate seruat virtutē viscerum. Et quandoque est in styptico amaritudo: immo in styptico, in quo non apparet multitudo amaritudinis, est virtus soluens choleram citrinam, & aquositatem, cum expressione, & non est in ipso virtus soluens phlegma viscosum, & proprie si stypticitas est fortior amaritudine, & hoc est sicut absinthium. omne autem dulce cum stypticitate, visceribus est amicum, quoniam est suaue, & confortans etiam & confert asperitati meri: quoniam est simile temperato. Et omne exiccatiuum propter ponticitatem suam, aut stypticitatem, cum est in eo vnctuositas, aut insi-

H G. li. 4. simplic. c. 15. f

piditas, aut dulcedo, & vniuersaliter quod prohibet mordicationẽ, est generatiuum carnis. Si autẽ est stypticum cum acuitate & amaritudine, & est compositum ex substãtia ignea & terrea, est conueniẽs vlceribus, & exituris in quibus est humiditas mala, & conueniens valde ad consolidandũ. Et quãdoq; fit compositio ex virtutibus istis, ſm compositionem materierum earum, & saporum secundum ratiocinationem, quam conditionauimus ante. Hæc ergo sunt, quæ diximus de saporibus, & quæ sequuntur secundum ipsarum principia. Sermo autem verificans in his rebus, est sapienti naturali: sed medico quantitas hæc sufficit assumpta ex eis. [a] Odores vero proueniunt à caliditate, & proueniunt à frigiditate, sed eorum olfactio, & ipsorum sternutatio est caliditas ſm plurimum: quoniam causa plurima in propinquitate odorũ ad virtutem odorandi, est substantia subtilis vaporosa, quamuis sit iam [b] concessum, q̃ fit ſm semitam conuersionis aeris præter resolutionem alicuius rei ex habente odorem: veruntamen est primum secũdum plurimum. Omnes ergo odores, ex quibus sentitur mordicatio, aut qui declinant ad latus dulcedinis, sunt calidi, & illi ex quibus sentitur acetositas, aut odor caragię roralis, omnes sunt frigidi.[c] Et bene redolẽtia ſm plurimum sunt calida, nisi illa quibus associatur tendie, & sedatio spiritus, & anhelitus, vt canfora, & nenufar. Corpora enim amborum non euacuantur ex substantia infrigidante associata odori vsq; ad cerebrum.[c] Omne ergo bene redolens est calidum, & similiter omne [c]{alefeniati:} quare propter illud sunt facientia dolorem capitis. De coloribus iam locuti fuimus, & fecimus te scire, q̃ ipsi diuersificantur ſm plurimum, & non sunt sicut odores ſm plurimum: sed ipsi demonstrant in intentione vna, demonstrationem plurimam. Et est quidem cum speciei vnius diuersificantur modi, & quidam eorum sunt decliues ad albedinem, & quidam eorum sunt decliues [d] ad tincturã rubeam, aut nigram: tunc ad albedinem declinantes si sunt in specie frigidi natura sunt frigidiores: & declinantes ad alia duo sunt minus frigidi. Et si natura trahit ad caliditatem, tunc res est econuerso. Et hoc quidem quandoq; diuersificatur in rebus: veruntamen illud, quod est ſm plurimum est, quod dixi ante. Loquamur ergo nunc de operationibus medicinarum singularium.

A Gal.li.2. simpl. c.3.c.d

B Arist.li.2.de an. t.7.c.1.

C Gal.li.4.simpl. c.22.a

C aromatici

D Gal.lib.4.simplic.c.23.d

De operationibus medicinarum singularium. *Cap.* 4.

DIcemus, q̃ medicinę simplices habent operationes vniuersales, & operationes particulares, & operationes similes vniuersalibus.[e] Operationes itaq; vniuersales sunt, sicut calefactio, infrigidatio, & expulsio, & attractio, & vlceratio, & consolidatio, et quę sunt similia illis. Et operationes particulares sunt sicut iuuamentum in cancro, & iuuamẽtum in hæmorrhoidibus, & iuuamentum in icteritia, & similia his. Et operationes, quæ sunt similes vniuersalibus, sunt, sicut prouocatio, & solutio, & quæ sunt similia illis. hæ enim quamuis sint particulares, quia sunt in membris proprijs, & cum instrumentis proprijs, tñ sunt similes vniuersalibus, quoniam sunt operationes rerum, quarum iuuamenta & nocumenta sunt cõia cum hoc, q̃ patitur ab eis corpus totum non per se, sed per accidens. Nos vero non rememoramur hic, nisi operationum earum vniuersalium, & similium vniuersalibus. Vniuersalium itaque operationum aliæ sunt, quæ sunt primæ. Et aliæ sunt, quæ sunt secundæ.[e] Et primæ quidem sunt operationes quatuor, quæ sunt infrigidatio, calefactio, humectatio, & exiccatio.[f] Secundarum vero aliæ sunt, quæ sunt istæ eædem operationes, sed sunt mensuratæ, aut comparatæ cum termino additionis, aut diminutionis sicut adustio, & putrefactio, & sicut congelatio. nam istæ eædem sunt calefacientes, & infrigidantes: sed sunt mensuratæ & comparatæ. Et aliæ sunt, quæ sunt operationes aliæ, sed sunt procedentes ab istis, sicut stupefactio, & sigillatio, & attractio, & lubrificatio, & apertio, & conglutinatio, & quæ sunt similia illis. Vniuersalibus vero similes sunt sicut ventris solutio, & prouocatio, & sudoris eductio. Et ante quidem quàm loquamur de operationibus earum, loquamur de proprietatibus quas in seipsis habent. Dicimus ergo, quòd proprietates quas medicinæ in seipsis habent, aliæ sunt ipsæ qualitates quatuor notæ, & aliæ sunt odores, & colores, & aliæ sunt proprietates famosæ, quarum sunt istæ subtilitas, & spissitudo, & puluerizandi proprietas, & viscositas, & congelatio, & fluxibilitas, & mucilaginositas, & oleaginositas, & exuccatio, & leuitas, & grauitas.[g] Medicina autem subtilis est cuius proprietas est, vt cum à virtute patitur naturali, quæ in nobis est, diuidatur in corporibus nostris in partes minimas sicut crocus, & cinnamomum, & hæc quidem medicina magis confert in omnibus suis impressionibus, quàm omnes medicinæ ita vt etiã in exiccatione, quamuis in ea non sit mordicatio, quæ consequatur, seu perueniat ad exiccationem rei fortis mordicationis.[g] Et intelligo per spissam, cuius non est istud de suis proprietatibus, sicut cucurbita, & gypsum.[h] Per viscosam vero significamus omnem medicinam, cuius proprietas est actu, aut potentia qua est eius operatio cum caliditas innata in eam impressionem efficit vt recipiat extensionem suspendendo, & non abscindatur quando extenditur. Et est illa cui cum adhærent extremitates duorum corporum motorum ad aliquam elongationem, possibile est, vt cum eis ipsa moueatur prętereq; illud, quod est inter eas abscindatur, seu separetur sicut mel. Et [i] puluerizabilis quidẽ est, quæ in partes diuiditur paruas, propter cõpressionem paruã, cum siccitate, aut congelatione: sicut aloe bonum.[i] Et [i]{congelatiua}est illa, cuius proprietas est, vt perueniat, taliter q̃ moueantur partes eius ad dilatationẽ à quocunq; loco ponatur: verũtamen actu est fixa ſm suam figuram & suũ situm propter causam frigidã valde sicut cera, & vniuersaliter est cuius proprietas est, vt fluat, non tamen actu fluit.[l] Et medicina quidem [k]{fluida}est medicina, quæ non firmatur ſm suam figuram & situm suum, cum sistitur super corpus durum: sed mouentur partes eius superiores

E Gale. lib.5.simplic.c.1.f

F G.ibidẽ.c.4.g.h

G Li.de vir.cor. 2.c.1.& G.li.4.simplic.c.3.g. & lib.1. c.11.a

H Li.de vir.cor. 2.c.1.& G.li.1.simplic.c.11.a

I Aui. & Gal.li.1. simp.c.11.a,& li.de ci.bo.& ma.c.10.b

I coagulatiua

K liquida

A G.li.6.de ſan.tu. c.14.g — A riores ad inferiores in partibus, ad quas earum proceſſus eſt poſsibilis, ſicut fluxibilia omnia.[a] Et
medicina mucilaginoſa eſt illa, cuius ꝓprietas eſt, vt cum infundit in aqua, aut in corpore aquoſo,
ſeparentur ex ea partes permiſtæ illi humiditati, & perueniat ſubſtantia aggregata ex eis ad viſco-
ſitatem, ſicut pſyllium & althea: & ſemina mucilaginoſa ſoluunt cum lubricitate, niſi aſſentur, &
fiat eorum mucilaginoſitas glutinoſa, & retineat. Et vnctuoſa eſt medicina, in cuius ſubſtantia eſt
aliquid vnctuoſitatis, ſicut grana. Et exuccatiua eſt medicina, quę eſt ſicca in actu, terrea: cuius pro
prietas eſt, vt cum obuiat ei aqua, aut humiditas liquida, ꝓfundetur aqua in ipſa, & penetret aqua
in meatibus eius occultis, ita vt non videatur, ſicut calx non extincta. In leui autem & graui res eſt
manifeſta. Medicinarum autem operationes famoſas oportet nos numerare ſecundum conditio-
nes prædictas: deinde conſequenter ponamus deſcriptiones, & expoſitiones nominum earum ſe
cundum ordinem vnum. Dicitur ergo medicina calefactiua, ſubtiliatiua, reſolutiua, abſterſiua, exa
ſperatiua, aperitiua, mollificatiua, maturatiua, digeſtiua, inciſiua, frangitiua ventoſitatis, attractiua,
mordicatiua, rubificatiua, pruritum faciens, vlceratiua, corroſiua, aduſtiua, frangens, vel commi-
nuens in paruas partes, putrefactiua, cauterizatiua, excoriatiua. Iſtæ ergo ſunt. xxij. operationes.
Et eſt ordo alius, infrigidatiua, confortatiua, repercuſsiua, ingroſſatiua, crudum faciens, ſtupefacti-
ua. Et iſtæ ſunt ſex operationes. Et eſt ordo alius, humectatiua, inflatiua, lauatiua, ſordidatiua, vlce
B rum lubrificatiua, planatiua. Iſtę itaque ſunt ſex operationes. Et ordo alius deſiccatiua, expreſsiua,
ſtypticatiua, oppilatiua, glutinatiua, conſolidatiua, generatiua carnis, ſigillatiua. Iſtæ ergo ſunt octo
operationes. Et eſt aliud genus proprietatum ſecundum operationes earum, pernicioſa, veneno-
A antidotus — ſa, theriaca,[a]{bezahar.}[b] Et etiã eſt ſolutiua, prouocatiua, ſudoris eductiua. Omnes ergo iſtæ ſunt
B G.li.5. ſimpli.c. 22.c — xlix. operationes, quas eligimus de ſumma operationum proportionatarum, vel pertinentium: &
nos quidem narrabimus vnamquamq; harum operationum ſua deſcriptione. Calefactiua eſt no-
C Li.de viri.cor.t. 2.c.1.& G.li.12.me tho.c.8.d.e — ta.[c] Subtiliatiua ergo eſt medicina, cuius proprietas eſt vt ponat eſſentiam humoris ſubtiliorẽ cum
caliditate temperata, ſicut hyſſopus, & alhaſce, & chamæmilla. Reſolutiua vero eſt medicina, cuius
proprietas eſt, vt ſeparet humorem faciendo ipſum vaporem, & extrahendo ipſum à loco, in quo
fuit detentus. ſ. partem poſt partem, donec aſsiduatione illius operationis finiat illud, quod ex eo
D Aui. &. G.li.11. meth.c.13.d — remanet fortitudine ſuæ caliditatis, ſicut caſtoreum.[d] Et abſterſiua quidem eſt medicina, cuius pro
prietas eſt vt moueat humiditates viſcoſas, & congelatas ab orificijs pororum in ſuperficie mem-
bri, ita vt elonget eas à loco, ſicut aqua mellis. Omnis autem medicina cum ſua abſterſione lenit na
E Auic.&. G.li.11. meth.c.16.h — turam: licet in ea nõ ſit virtus ſolutiua.[e] Et omne amarum eſt abſterſiuum.[e] Exaſperatiua vero eſt
medicina, quæ ponit ſuperficiem membri diuerſarum partium in eleuatione & depreſsione, ſeu in
eminentia & depreſsione, aut propter fortitudinem ſtypticitatis ſuæ cum ſpiſsitudine ſubſtantiæ
F G.li.art. medic. ca.95. e, & de ptiſſ. cap.5.e, & de cauſis morb.c.7.c — C ſuæ, ſm ꝙ præmiſſum eſt:[f] aut propter vehementiam ſuæ acuitatis cum ſubtiliatione ſubſtantiæ,
& ſecat eam, & deſtruitur æqualitas: aut propter ſuã abſterſionem à ſuperficie aſpera in principio,
vel in radice plana per accidens, quoniam cum abſtergit à membro groſſæ eſſentiæ, cuius ſuperfi-
cies eſt aſpera: & partium ſitus diuerſus humiditatem viſcoſam currentem ſuper eam, & facientem
prouenire ſuperficiem extraneam planam, egreditur, ſeu reſultat aſperitas radicalis, & extra emi-
net, ſeu apparet. Et hæc medicina eſt, ſicut corona regia. Et magis manifeſta operatio ipſius in exic
G Auic. &. G.li.5. ſimpl.c.12.f — cando, non eſt, niſi in omnibus oſsibus, & cartilaginibus, & minus manifeſta in cute.[g] Aperitiua
autem eſt medicina: cuius proprietas eſt, vt moueat materiam exiſtentem intra concauitatem mea
tuum ad exteriora, vt remanere faciat concauitatem meatuum apertam: & hæc quidem eſt fortior
abſterſiua, ſicut petroſelinum. Et ipſa quidem non efficit hoc, niſi quia eſt ſubtilis, & reſolutiua: aut
quia eſt ſubtilis & inciſiua: & tu ſcies intentionem inciſiuæ poſt, aut quia eſt ſubtilis & lauatiua: &
ſcies intentionem lauatiuæ poſt. Omne autem acutum eſt aperitiuum. Et omne amarum ſubtile
eſt aperitiuum. Et omne ſubtile liquidum eſt aperitiuum, cum ad caliditatem, aut ad æqualitatem
G Auic. *G relaxatiua* — declinat. Et omne ſubtile acetoſum eſt aperitiuum.[g] {Mollificatiua} vero medicina eſt, cuius pro-
prietas eſt vt ponat eſſentiam membrorum habentium ſpiſſos poros leniorem, caliditate & humi-
ditate ſua: & accidit ex hoc vt pori fiant latiores, & expulſio ſuperfluitatum, quæ in eis continẽtur
H Auic.& Halya. Ser.2.prac.c.7. — D facilior, ſicut emplaſtrum de anetho, & ſemine lini.[h] Maturatiua eſt medicina, cuius proprietas eſt
vt acquirat humori digeſtionem: quoniam calefacit cum æqualitate. & in ipſa eſt virtus ſtyptica re-
tinens humorem vſquequo digeratur, & non reſoluatur laborioſe: & ſeparetur humidum ipſius
ab eius ſicco. & eſt aduſtio. Et digeſtiua eſt, cuius proprietas eſt, vt acquirat cibo digeſtionem: & tu
I Li.1.F.1.d.6. s.1. c.3.&. G.li.14. metho.c.7.f, & li.2. artis cura. ad glauco. c.6.f.g — iam [i] ſciuiſti illud in his, quæ pręterierunt.[k] Frangens autem ventoſitates eſt illa, cuius proprietas
eſt vt eſſentiam efficiat ventoſitatis ſubtilem aeream propter caliditatem & deſiccationem ſuam:
quare reſoluitur, & expellitur ab eo in quo retenta erat, ſicut ſemen rutæ.[k] Et inciſiua eſt medici-
K Auicẽ.de virib. cor.t.2.c.1. — na, cuius proprietas eſt, vt penetret ſubtilitate ſua in id quod eſt inter duas ſuperficies. ſ. humoris vi
ſcoſi, & ſuperficiem in qua eſt inuiſcatus, & remouet ipſum ab ea: & propter hoc adueniunt parti-
bus eius ſuperficies diuerſæ, vel ſeparatæ actu cum ſeparatione ipſius, quare fit facilis expulſio ea-
rum à loco, in quo fixæ erant, ſicut ſinapis, & oxymel. Et inciſiua quidem oppoſita eſt viſcoſæ fa-
cienti adhærere: ſicut reſolutiua eſt oppoſita ingrpſſatiuæ, & ſubtiliatiua oppoſita eſt inſpiſſatiuæ.
Et numerant vnamquãq; earum, & diffiniunt ex ea, quæ compar eſt ei in rememoratione: & non
eſt quidem conditionis inciſiuæ, vt efficiat in eſſentiam humoris aliquid: ſed in cõtinuatione eius:
& fortaſſe ſeparat ipſum in partes: & vnaquæq; ipſarum eſt ſecundum ſimilitudinem eſſentiæ pri-
mæ.[a] Attra-

mæ.[a] Attractiua vero est illa, cuius proprietas est, vt moueat humiditates ad locum cui obuiat: & il E lud est propter subtilitatem sui, & caliditatem suam sicut castoreum. Et medicina vehemẽtis attractionis est ea, cuius proprietas est, vt moueat humiditates, & extrahat eas ex profundo: & est conferens valde sciaticæ passioni, & doloribus iuncturarum profundarum emplastrata post purgationem: & per eam euelluntur spinæ & sagittæ ex locis in quibus retinentur.[a] Mordicatiua vero medicina est, in qua est qualitas penetratiua valde subtilis faciens prouenire in continuitate separationem plurimi numeri propinqui situs, paruæ quantitatis, quare vnaquæq; earum non sentitur singulariter: sed sentitur totum quasi dolor vnus, sicut emplastrum sinapis cũ aceto, & acetum ipsum.[a] Sed rubificatiua est medicina, cuius proprietas est vt calefaciat membrum cui obuiat, fortiter: ita vt ad ipsum vehementi attractione sanguinem attrahat, peruenientem ad eius exteriora, & rubefaciat ipsum, & hoc est sicut sinapis, ficus, & calamenthum. Et medicinæ rubificantes efficiunt operationem cauterizationi propinquam.[b] Pruritum autem faciens est medicina, cuius proprietas est propter acuitatem & calefactionem sui, vt attrahat ad poros humorem mordicatiuum, pruritum facientem, & non peruenientem ad hoc vt exulceret. Et quandoq; adiuuant ipsum spinæ pilosæ durorum corporum non sensatæ, sicut [b]{kebikengi.}[b] Et vlceratiua quidem medicina est, cuius proprietas est vt consumat & resoluat humiditates continuantes inter partes cutis, & attrahat materiam malam ad eam, ita vt perueniat vlcus, sicut anacardus.[c] Sed adustiua est medicina, cuius pro F prietas est vt resoluat subtile, quod est in humoribus & membris, & faciat remanere cinereitatem eorum, sicut euphorbium.[c] Et corrosiua est medicina, cuius proprietas est vt resoluat, & consequatur ex eius resolutione & vlceratione: quatenus de substantia carnis minuatur, sicut flos æris. Medicina autem frangitiua, seu comminutiua in partes paruas est, cuius proprietas est, vt cum humorem inuenit lapideum, minoret partes eius, & conterat eas, sicut saxifragia, & sicut lapis iudaicus, & reliqua.[c] {Putrefactiua}[d] vero est illa, cuius proprietas est, vt corrumpat complexionem spiritus peruenietis ad membrum, & complexionem humiditatis membri eius cum resolutione, ita q; non est conueniens vt sint pars illius membri, & nõ peruenit ad hoc vt adurat ipsum & corrodat, & resoluat humiditatem eius: immo dimittit in ipso humiditatem corruptam, in qua agit aliud à caliditate naturali, quare putrefit. Et huiusmodi quidem exemplum est arsenicum, & [d]{gumma rutæ agrestis.}[e] Cauterizatiua autem est medicina, quæ carnem corrodit, & cutim adurit: ita q; indurat & exiccat eam, & ponit ipsam quasi adustam: & fit substantia illius cutis constringens, seu obturans meatum humoris fluentis, propterea q; stat in facie eius tanquam obstaculum. & nominatur eschara: & administratur in retentione sanguinis ex arterijs, & his similibus, sicut [e]{draganthum} & colcotar. Excorticatiua autem est medicina, cuius proprietas est propter nimietatem suæ abstersionis, vt abstergat partes cutis corruptas, sicut costus, & aristolochia: & omne quod confert mor- G pheæ, & panno, & similibus. Infrigidatiua vero nota est. Et [e] confortatiua est medicina, cuius proprietas est, vt temperet essentiam membri, & complexionem eius, donec prohibeatur accipere superfluitates ad ipsum effusas, & nocumenta, aut propter proprietatem, quæ est in ea, sicut terra sigillata, & theriaca, aut propter æqualitatem complexionis suæ, [f] quare infrigidat illud quod est calidius, & calefacit quod est frigidius, sm̃ q; visum est [g] Gal. de oleo rosaceo.[h] Repercussiua vero medicina, est cõtraria attractiuæ: & est medicina, cuius proprietas est propter frigiditatem suam, vt in membro faciat prouenire frigus, & inspissetur ea, & constringantur pori ipsius, & frangatur caliditas eius attractiua, & congeletur illud quod ad ipsum currit, & inspisset ipsum, & prohibeat ipsum ne ad membrum currat, & prohibeat membrum à receptione ipsius, sicut solatrum in apostematibus.[h] Et ingrossatiua est contraria subtiliatiuæ: & est medicina, cuius proprietas est vt faciat essentiam humiditatis grossiorem: aut congelando ipsam, aut inspissando, aut permiscẽdo. Crudum vero faciens, contraria est digestiuæ, & maturatiuæ: & est medicina, cuius proprietas est, vt sua frigiditate destruat operationem caloris innati: & etiam extranei in cibo, & humore, ita vt remaneat indigestus, & nõ maturatus.[i] Et stupefactiua est medicina frigida ex infrigidatione cuius quã in membro facit, prouenit vt ponat substantiam spiritus deferentis ad ipsum virtutem motus & sensus, frigidam in complexione sua, & grossam in substantia sui: quare non vtuntur eo virtutes animales: H & permutatur complexio membri propter illud, & non recipit impressionem virtutum animalium, sicut opium, & iusquiamum, & lactuca, & papauer nigrum, & mandragora, & similia eis. Humectantia autẽ est nota.[k] Et inflatiua est medicina, in cuius substantia est humiditas extranea grossa, in qua cum calor innatus operatur, non velociter resoluitur: sed conuertitur in ventositatem, sicut sunt faseoli. & omnia in quibus est inflatio, sunt facientia sodam, nocentia oculis. Ex medicinis vero, & cibis sunt, quorum humiditatem prima permutat digestio ad ventositatem: quare fit inflatio eorum in stomacho: & resolutio inflationis eorũ in ipso, & in intestinis. Et ex eis sunt, quorum humiditas superflua, quæ est in eis, & est materia inflationis, nõ patitur in stomacho aliquid, donec ad venas vadat: aut non patiuntur in stomacho totaliter: sed pars eorum: & remanet ex eis quæ patitur in venis: & ex eis sunt quæ patiuntur totaliter in stomacho, & conuertuntur in ventositatem: sed non resoluitur sua ventositas in stomacho: immo penetrat ad venas: & vẽtositas eius remanet in ipso. Et vniuersaliter quidem cum omni medicina, in qua est humiditas superflua extranea, propter illud quod ei permiscetur, est inflatio, sicut zingiber, & semen erucæ. Et omnis medicina, cuius est inflationem facere in venis, est virilis mẽbri inflatiua.[k] Lauatiua vero est omnis medicina,

cuius

A Auic. & G. li. simpli. c. 16.
B Auic. & G. li. plenitu. c. 8. e
B ranuncul.
C Auic. de vir. t. 2. c. 1.
C septica
D Auic. & G. li. simpl. c. 15. b
D thapsia
E Auic. & G. li. ca. 15. a
E calcantum
F G. 3. simpli. c. b, & li. 1. ca. 21. b
G Li. 3. simpli. c. pi. 15. b
H Auic. & G. li. ca. 17. e
I Aui. de viri. cor. t. 2. c. 1. & li. 1. F. ca. 30. & G. li. 5. simpli. c. 19. e
K Auic. de vir. cor.

A cuius proprietas est vt abstergat non virtute agente in ipsa, sed virtute patiente, quam iuuat motus: Et significo per virtutem patientem, humiditatem, & per motũ significo cursum: currẽs enim subtile cum vadit super orificia venarũ lenit humiditate sua superfluitates: & remouet eas suo cursu, sicut aqua hordei, & aqua cucurbitæ. Sordidãs vero vlcera, est medicina humectatiua quæ permiscetur humiditatibus vlcerum, & facit eas plures: & ꝓhibet desiccationem & consolidationem. [k] Lubrificatiua autem est, cuius proprietas est vt humectet superficiem corporis obuiãtis meatui, & retenti in ipso, ita vt remoueat ipsum ab ea, & faciat partes eius susceptibiliores cursus propter lenitatem earum acquisitam per admistionem eius: deinde moueantur à loco suo grauitate sua naturali, & virtute expulsiua, sicut pruna in solutione [k] sua. [a] {Applanatiua} vero est medicina viscosa, cuius proprietas est, vt dilatetur super superficiem membri asperi, dilatatione planę superficiei, & fiat manifestum illius corporis per eam planum habens asperitatem coopertam, aut currat ad ipsum humiditas dilatata hac extensione. Et desiccatiua quidẽ medicina est, quæ cõsumit humiditates sua resolutione, & subtiliatione. [b] {Styptica} vero medicina est, quæ facit euenire in mẽbri partibus superfluũ motum currentẽ ad aggregationem vt inspissẽtur in suo situ: & stringanť meatus. [c] Sed expressiua est medicina, ex qua peruenitur, propterea ꝙ stypticat, & aggregat partes ad hoc, vt necessario faciat peruenire humiditates subtiles stantes in vacuitatibus earum, ad compressio-

B nem & separationem. [c] Oppilatiua autem est medicina sicca, quæ retinetur propter sui spissitudinem & siccitatem: aut propter suam glutinationem in transitu, & facit euenire in ipso oppilationem. [c] {Conglutinatiua} est medicina sicca, in qua est humiditas pauca viscosa, quæ adheret super orificia, & oppilat ea, & tenet materiam currentem. Omne autem viscosum fluidum lubricũ cum in ipso operatur ignis, fit conglutinatiuum, oppilatiuum, retentiuum. Consolidatiua est medicina, quæ exiccat & inspissat humiditatem stãtem inter duas superficies vulneris propinquas, ita vt conuertantur ad conglutinationem, & viscositatem, & adhæreat vna earum alteri, sicut sanguis draconis & aloe. Carnis vero generatiua, est medicina, cuius proprietas est, vt permutet sanguinem superuenientem vulneri in carnem, propterea ꝙ æquat complexionem eius: & coagulat ipsum cum exiccatione. Et sigillatiua est medicina exiccatiua, quæ exiccat superficiem vulneris, ita vt fiat cortex super ipsam custodiens ipsam ex nocumentis, vsquequo generetur cutis naturalis: Et est omnis medicina æqualis in duabus actiuis, exiccans absq; mordicatione. Medicina vero [d] {perniciosa} est medicina quæ conuertit complexionem ad corruptionem superfluam, sicut euphorbium, & opium. [e] Et venenum est medicina, quæ corrumpit complexionem, non cum contrarietate tantum: sed cum proprietate quæ est in ipso, sicut napellus. [e] {Albezahar} autem & theriaca, sunt omnes medicinæ, quarum proprietas est vt conseruent sanitatem, & virtutem in spiritu: vt ex eis ex-

C pellat nocumentum veneni à se. Et quasi nomen theriacæ artificialibus dignius conuenit: & nomen albezahar singularibus cadentibus ſm naturam dignius. Et videtur ꝙ vegetabilia artificialiter præparata, seu mista dignius nomen theriacæ sumant, & mineralia ex naturalibus nomen albezahar. Et videtur etiam ꝙ non sit inter ea magna differentia. Solutiua autem, & prouocatiua, & sudores eductiua, sunt notæ. Omnis vero medicina in qua solutio cõiungitur cum stypticitate, sicut hermodactylus, est conferens in doloribus iuncturarum, quoniam virtus solutiua festinat & attrahit materiam: & virtus styptica festinat, vel succurrit, & coangustat meatum materiæ: quare nõ reddit ad ipsum materia, neq; succedit ei alia. Omnis medicina resolutiua, ĩ qua est stypticitas est ęqualis, & confert mollificationi iuncturarum, & spasmo earum, & apostematibus phlegmaticis. Et stypticitas, & resolutio in vnaquaq; earum, confert in exiccando. Cum ergo aggregantur stypticitas, & resolutio, fit fortior siccitas. Medicinæ vero solutiuæ, & prouocatiuæ ſm plurimum sunt prohibentium operationum: nam prouocatiuæ secundum plurimum exiccant fæcem. Et medicinæ in quibus aggregantur virtus calefactiua & virtus infrigidatiua, sunt iuuatiuæ valde in apostematibus calidis quando ad statum suum perueniunt: quoniam ipsæ propterea ꝙ stypticant repcutiunt: & propterea ꝙ calefaciunt, resoluunt. Et medicinæ in quibus aggregatur virtus theriacæ cum frigiditate, sunt iuuatiuæ hecticæ vehementer. Et illæ in quibus aggregatur virtus theriacæ cum cali-

D ditate, conferũt frigiditati cordis plusquam aliæ. [f] Virtus autem quæ diuidit, & ponit vnamquaq; complexionem ad partem quam meretur: ita vt non ponat virtutem resolutiuam in partem materiei, quæ effunditur ad membrum, neq; infrigidatiuam in latere materiei effuse ab eo, est natura docta obedire creatori sublimi, & glorioso.

A lenificatiua

B constrictiua

C Auic. d vir. cor. t. 2. c. 1.

C seu inuiscatiua,

D mortificatiua

E Aui. de vir. cor. t. 2. c. 1.

E Antidotus

F Li. 3. F. 11. t. 1. ca. 7. &. F. 18. t. 2. c. 18. & li. 4. F. 1. t. 4. c. 19 & G. 2. apho. 16. & li. 5. c. 1. 391. 2

De iudicijs quarundam medicinarum extrinsecis. *Cap. 5.*

MEdicinis accidunt iudicia secundum dispositiones, quæ eis eueniunt per artem. Et illæ quidem sunt, sicut decoctio, & contritio, & adustio cum igne, & ablutio, & congelatio in frigore, & positio in propinquitate aliarum medicinarum. Sunt enim medicinę, quarum iudicia alterantur per illud quod eis accidit ex istis dispositionibus: & quandoq; alterãtur earum iudicia, propterea ꝙ alijs permiscentur medicinis, quãuis de hoc loqui sit conueniens in compositione medicinarum. Dicimus ergo ꝙ medicinarum sunt quædam spissa habentes corpora, quare suas virtutes in decoctione non amittunt: nisi nimium in decoquendo eas, laboretur, sicut radix capparis, & aristolochia, & alzarumbad: & quæ sunt illis similia. Et earum sunt quædam medicinæ æquales, quibus mediocris sufficit decoctio: & si in eis violenter laboretur, resoluentur earum virtutes, & recedẽt, sicut semina vrinam prouocãtia, & sicut stœchados, & sibi similia. Et ex eis sunt medicinæ, in quarum

rum

rum decoctione non peruenitur ad decoctionem æqualem:imo modica eis sufficit decoctio: quare si addatur vltra feruorem primum ebullitio vna,resoluuntur earum virtutes,& separantur cum decoctione,& non remanet eis impresio,sicut epithymum.nam cum eius decoctio fit multa, destruitur eius virtus omnino. Et ex medicinis sunt quædam, quarum virtus propter contritionem destruitur,sicut scammonea:quare oportet vt vltima facilitate conteratur, ne ex contritione caliditas eam consequatur corrumpens eius virtutem. Plurimæ præterea gummarum sunt huiusmodi. Et ipsarum quidem resolutio in humiditate conuenientior est,q̃ contritio.Et omnium medicinarum,in quarum contritione superflue elaboratur,operationes destruuntur:non enim quotiescũq; minoratur corpus virtutem suam secundum quantitatem suam, & secundum proportionem minorationis eius, seruat: immo posibile est vt diminutio corporis perueniat vsq; ad terminum: ne post ipsum corpus aliquid suæ operationis,quæ sibi propria est, agat: quoniam nõ est necessarium quãdo virtus alicuius corporis facit motum aliquẽ, vt medietas illius corporis moueat illud quod est motum ab eo omnino:sicut decem homines mouẽt onus aliquod in die vno per miliare vnũ: Non ergo est necessarium,vt quinque moueant illud aliquantulum:nedum q ipsum moueãt, seu deferant per medietatem miliaris, nisi medietas illius oneris ita facta iam sit singularis & separata, ita vt quinque separati ab alijs quinq; eam capiant. Tũc enim possunt ipsam permutare seu deferre.Immo posibile est,vt suscipiens permutationem nõ patiatur à medietate virtutis penitus, cum ipsum est totum vel aggregatũ non diuisum, & medietas eius non est recipiens à medietate illius, id quod recipit in singularitatis dispositione:vel dum est separata: quoniam est continua cum medietate altera, non præparata ad hoc vt moueatur ab ea singulariter. Et propter hoc non quotiescunq; minoratur corpus medicinæ: & minoratur virtus, inuenit patientem in minore sibi simili: neq; etiam oportet,vt hoc cum quantitate proportionis suæ minorationis efficiat in patiente à maiori omnino operationem,licet quibusdam videatur,q propter minorationem destruatur forma, & virtus,sed eorum verba in compositis sunt viciniora ad hoc,vt ipsa non vehementer negentur, vel ad hoc vt vehemens fiat ipsorum negatio.Et medicinę quidem,cum aliquam operationem habent:si in earum contritione superflue elaboretur,posibile est, vt ad speciem alteram operationis permutentur.nam verbi gratia,si potentes sunt in euacuando humorem, aut fæcem, deficiunt ab hoc,& fiunt euacuantes aquositatem,propter casum virtutis earum,& quoniam ipsę propter paruitatem suam fiunt magis penetrantes: quare velociter perueniunt ad membrum aliud à mẽbro, in quo stãt,cum sunt magnæ,& procedit operatio ab eis,& in ipso: sicut narrat [a] Gal. sibi accidisse. Inquit enim superflue contriui permistionem cymini, quare permutatum est, & factum est vrinæ prouocatiuum,cum prius fuerit in natura sui,solutiuum naturæ. Oportet ergo ne ad summũ perueniatur in conterendo medicinas subtilis substantiæ: immo non oportet vt ad summum perueniatur,nisi in conterendo medicinas spissæ substantiæ: & proprie cum estvoluntas,vt earum penetratio perueniat ad vltimitatem, seu ad summam elongationem. Et sunt spissæ difficilis motus, sicut medicinæ pulmonis,cum sunt factæ ex corallo,& margaritis,& lapide [a] {sedenegi:} & quæ illis sunt similia.Iudicia vero adustionis sunt ista.nam ex medicinis sunt quędam quæ aduruntur,vt virtus earum minoretur:& quædam sunt quæ aduruntur,vt virtus earum augmẽtetur. Et omnes quidem medicinæ acutæ,subtilis substantiæ, aut æqualis, cum aduruntur, minuitur earum caliditas,& ipsarum acuitas: propter illud quod ex substãtia ignea resoluitur infixa in eis, sicut atramenta,& colcotar.Medicinis vero,quarum substantia est spissa,& ipsarum virtus est non acuta, neque calida,adustio acquirit virtutem calidam,sicut calx.Ista enim fuit lapis,in quo non fuit acuitas:cum ergo aduritur,conuertitur in acuitatem.Medicina vero propter vnam quinq; intentionum aduritur:aut vt frangatur de eius acuitate: aut vt [b] acquirat acuitatem: aut vt subtilietur substantia eius spissa:aut vt præparetur ad conterendum,aut vt destruatᷣ malitia,quæ est in eius substantia.Exemplum primi est attrimentum & colcotar.Exemplum secundi est calx.Exemplum tertij est cancer, & cornu ceruinum quod aduritur.Exemplum quarti est sericum, nã ipsum administratur in confortando cor: & si administretur incisum est etiam conuenientius q̃ si administretur adustum: sed quoniam incisum non consequitur minorationem partium sufficientem,nisi cum labore ideo aduritur.Exemplum quinti est adustio scorpionis in intentione administrationis eius ad lapidẽ. Ablutionis autem iudicia sunt, quoniam remouet ab omni medicina illud quod ei pmistum est de substantia acuta subtili,& sedat illud in ea:& temperat ipsam.Et sunt ex eis quæ infrigidantur cum ea post caliditatem superfluam. Et,ppter hoc ablutio ab omni medicina terrea, remouet igneitatem, quam ab adustione acquisiuit:sicut calx abluta,remanet enim temperata,& aufertur eius adustio. Et sunt ex eis,in quibus non est intentio eius in infrigidatione tantum:imo retẽtio eius,est posibilitas minorandi partes earũ,& purificãdi ipsas,ita vt ad intentũ finem perueniant,sicut cõtritio tuciæ in aqua.Et ex eis sunt,quæ abluuntur, vt remoueatur ab eis virtus, quæ non placet: sicut summum studium in abluendo lapidem armenum, & lazuli ita, vt separetur ab eis virtus nauseatiua. Congelationis autem iudicia sunt, quoniam in omni medicina congelatiua virtus subtilis destruitur,& additur frigus,si est frigidæ substantiæ. Vicinitatis vero iudicia sunt,quoniam medicinæ aliquando acquirũt per vicinitatem qualitates extraneas,ita vt resoluantur earum operationes: nam multæ medicinarum frigidarũ fiunt calidę impresionis,propterea q acquirunt ex vicinitate,sicut assæ fœtidæ,& euphorbij,& castorei, & muschi qualitatem calidã. Et plurimæ medicinarum calidarum

Margin: E; F; A Li.4.de san.; G; A hæmatit; B Ga.li.11.simpl. de lana & pilis.; H

A darum factæ sunt frigidæ impressionis, propterea quia adeptæ sunt ex vicinitate camphoræ, & sandali, qualitatem frigidam. oportet ergo vt scias hoc de esse medicinarum, & aliena genera diuersa quarundam à vicinitate quarundam aliarum. Iudicia vero permistionis sunt, quoniam medicinarum operationes quandoq; fiunt fortes propter permistionem, & quandoq; destruuntur ipsarum operationes propter permistionem: & quandoq; rectificantur, & remouetur ipsarũ malitia. Exemplum primi est: quoniam quædam medicinæ sunt in quibus est virtus solutiua: sed tamen indigent virtute adiuuatiua: cum in ipsarum natura non sit adiutorium forte: Cum ergo eis adiutorium associatur, operantur fortiter sicut turbit. inest enim virtus solutiua: sed ipsa est debilis acuitatis, quare soluere vehementer non potest, euacuat ergo quod præsens est ex subtili phlegmate. Cum ergo ei associatur zingiber, soluit cum adiutorio suæ acuitatis humorem viscosum plurimum vitreum: & fit velocior eius solutio. Et similiter epithymum tardæ solutionis est: cum ergo associatur ei piper, & medicinæ subtiles, soluit velociter: quoniam ipse adiuuant ipsum in resoluendo, seu subtiliãdo: & similiter in reubarbaro est virtus styptica fortis: sed tamen cum ea est virtus aperitiua minuens eius operationem. Si ergo permisceatur cum bolo armeno, aut cum acacia, stypticat vehementer. Et quandoq; permiscentur vt penetrare faciant, & diuidãt in partes, sicut crocus permiscetur cum rosa, & camphora, & corallo: vt faciat ea penetrare ad cor. Et quandoq; permiscẽt eas propter contrarium illius, sicut semen raphani permiscetur cum subtiliatiuis, & penetratiuis, vt retineat ea in hepate tanto spatio, quo compleatur in ipso operatio, quæ intenditur: quoniam ipsæ cum in hepate subtilitate sua penetrant, pertranseunt velociter ante complementum operationis: semen ergo raphani mouet ad vomitum: quare retinet illud, quod ad venas mouetur per contrarium. Illæ autem quæ destruuntur propter cõmistionem sunt, sicut si sint duæ medicinæ vnam efficientes operationem: sed duabus potentijs contrarijs: aut quasi contrarijs, tunc quando aggregantur, si contingat, q̃ vna earum antecedat ad operationem, suam efficiat operationem: & si non antecedit vna earum ad aliam, prohibent se, sicut viola & myrobalani: viola enim soluit leniendo, & myrobalani soluunt exprimendo, & inspissando: cum ergo superueniunt materiei, amborum operationes destruuntur, vel destruunt se: & si myrobalani antecedunt, deinde superuenit viola, non inest alicui ipsorum operatio: & si antecedat viola & leniat, deinde superueniant myrobalani & exprimãt, erit operatio fortior. Tertij vero exemplum sunt, aloe, & bdellium, & dragaganthum: Aloe enim soluit & mundat intestina: sed tamen excoriat: & aperit venarum orificia: cum ergo associatur ei dragaganthum, & bdellium: conglutinat dragaganthum quod abrasit aloe: & confortat bdellium venarum orificia, & est incolume. Isti vero sunt canones & exempla iuuantia ad cognoscendas naturas medicinarum, & earum administrationem.

C *De collectione medicinarum & ipsarum conseruatione.* *Cap. 6.*

Medicinarum aliæ sunt de plantis: aliæ sunt de mineris: aliæ de animalibus. Earum vero quę sunt de mineris, meliores sunt quæ sunt de mineris, quibus cognoscuntur, sicut [a] {calcadis cubrusij} & atramentum carmeni: deinde sunt mũdę à permistione extranea: immo sit illud quod collectum est in ipsa pura substantia de suo genere, non fractum in suo colore, & gustu, qui sunt ei proprie. Earum vero quæ sunt de plãtis: aliæ sunt folia, aliæ semina, aliæ radices, aliæ virgæ, alię flores, aliæ fructus, aliæ gummæ, aliæ tota planta sicut est. Folia autem colligere oportet, postquam integre incipiunt habere quantitatem quam debent, & remanent secundum formam, antequam ipsorum color alteretur, & frangatur: nedum q̃ cadant, & attrita sint. [b] Sed semina sunt colligenda postquam ipsorum corpus est stabilitum, seu completum, & firmum, & exuccata vel dissoluta fuerit ab eis cruditas & aquositas. Et radices sumẽdæ sunt, cum casus foliorum tempus est. [b] Flores vero colligere oportet post apertionem integram, ante extenuationem & casum. Sed virgæ sunt colligendę cum iam ad integritatem peruenerint, & non inceperint extenuari, & cõtrahi. [b] Et fructus quidem sunt colligendi postquam finitur complementum eorum, & antequam sint præparati ad cadendum. Illud vero quod sumitur totum, oportet vt sumatur cum ipsa sunt recentia, & cum ipsius semina terminum suum sunt consecuta: & quotiescunq; radices fuerint minus contractæ, &
D virgæ minus extenuatæ, & semina pinguiora, & plus plena, & fructus solidiores, & ponderosiores erunt meliores: Et non excusat magnitudo cum extenuatione & arefactione: sed si est cum pondere, est valde melior. Illæ præterea, quæ in [b] claro aere colliguntur sunt meliores collectis in dispositione humiditatis aeris, & vicinitatis temporis pluuię. Syluestres quoq; omnes domesticis sunt fortiores, & minoris quantitatis secundum plurimum. Et de syluestribus montanæ sunt fortiores. Et illæ quarum collectionis loca sunt ventosa, vel quæ sunt aeri & vẽto exposita, & sunt versus orientem soli exposita, sunt fortiores alijs. Et illæ super quas in tẽpore suæ productionis cecidit pluuia, sunt fortiores eis quibus defuit pluuia in tempore qno debuit: & totum hoc secũdum plurimum. Et quotiescunq; fuerit earum color magis tinctus, & sapor magis apparens, & odor fortior, erunt fortiores in genere suo. [b] Amplius herbæ debilitantur post duos, aut tres annos: nisi medicinæ numeratæ, quæ excipiuntur, sicut [b] duo ellebori: ipsi enim ambo longiori tempore permanent. Gummæ vero colligendæ sunt post confractionem, seu coagulationem, & ante exiccationem præparantem pulverizationem. & virtus plurimarum earum non remanet post tres annos, & proprie euphorbij: verũtamen fortiorum cuiuscunq; ordinis spatium durationis prolongatur secundum ipsarum bonitatem. Cum autem recens deficit fortis, proculdubio stat duplum veteris debilis loco eius

A vitrioli cyprij

B Diosc. li. 1. i præfatio.

eius in omni re. Illas vero quæ sunt ex animalibus, assumere oportet ex animalibus iuuenibus tempore veris, & eligantur animalia saniora corpora habentia, & magis integra in membris. Et oportet vt quicquid de eis tollitur, tollatur cũ decollata sunt: & caueatur ne illud quod assumitur sit ex animalibus mortuis ab ægritudinibus eis accidentibus. Isti ergo sunt canones vniuersales, quos apud medicum præparatos esse oportet in esse medicinarum singularium. Nunc vero in secundo tractatu incipere volo. Loquamur ergo de naturis medicinarum singularium à nobis cognitarũ: & earum quarum cognitio nobis possibilis erit, consequemur earum impressiones, attendendo signa in eis vera. Et dimittemus narrare medicinas, de quibus nihil nouimus, nisi nomina tantum: & ordinabimus areolas prædictas cum suis coloribus. Et signabimus in primis numerum ægritudinum cuiusque tabulæ, & secundum tincturam cuiuscunque ægritudinis cum voluntate Dei excelsi, & bonitate ipsius auxilij. E

Tractatus secundus libri secundi. Verba principis Aboali.



IAm significauimus in tractatu primo ordinem areolarum, quas ordinauimus. Et nos etiam volumus hic afferre illud quod significant res cadentes in omni areola, & tincturas, quæ sunt eis propriæ. Areolarum autem trium primarum res apparentes sunt. In illis vero quæ sunt post eas, scilicet quæ indigent distinctione capitulorum, & tincturarum, non existimes nos voluisse studere in inuestigatione numeri eius, quod numerauimus: nos enim non fecimus illud: sed attulimus quod inuenimus in capitulis medicinarum singularium, quas narrauimus, de iuuamentis & iudicijs sibi proprijs: & areola prima huius summæ, quam ingrediuntur tincturæ, est areola operationum & proprietatum. F

Areola operationum & proprietatum.

SVbtilis, spissa, viscosa, exiccatiua, subtiliatiua, inspissatiua, ingrossatiua, lubricatiua, & resolutiua, abstersiua, conglutinatiua, exasperatiua, applanatiua, aptiua orificiorum venarum, laxum faciens, incisiua, disrumpens ventositates, attractiua, mordicatiua, repercussiua, mundificatiua, sedatiua dolorum, rubificatiua, pruritum faciens, vlceratiua, corrosiua, adustiua, rectificatiua putredinis, putrefactiua, cauterizatiua, confortatiua, digestiua, crudum faciens, stupefactiua, constrictiua laxi, & rarificatiua, inflatiua, lauatiua, expressiua, stypticatiua, extinctiua, clarificatiua sanguinis, sudoris prouocatiua, retentiua sanguinis, retentiua sudoris, laudabilis chymi, vituperabilis chymi: expulsiua nocumenti aquarum multi nutrimenti, pauci nutrimenti, confortans membra, confortans viscera, mali humoris, conuertitur ad omnem humorem, confert ægritudinibus melancholiæ, generat melãcholiam, generat choleram citrinam, generat phlegma, expellit nocumẽtum phlegmatis, confert senibus. operationes extraneæ: operatio eius in aere facit penetrare solutiua, seu est vehiculum solutiuorum, & adiuuat ea. G

Areola decorationis.

MVndat, conturbat, remouet [a]{sahafat} confert morpheæ albæ & nigræ, [b]{& aludha} & sordibus: & albaras, facit prouenire albaras, impetigini, panno, lentiginibus, facit euenire pannum, & lentigines, vestigijs vlcerum, vestigijs variolarum, fissuris labij, fissuris faciei, & capillorum rubificat colorem, confert fissuris pedum. Eradicat [c]{alusem} & verucas. Odori ascellarum, & corporis, lepræ, facit possidere lepram, extrahit surculos & sagittas, & spinas, abluit dentes, eradicat dentes, & odori narium, fœtori oris, facit possidere fœtorem anhelitus, impinguatiua, facit macrescere, pediculis, facit pediculos, confert panaritio, dentibus muris, vnguibus tortis, vnguibus corrosis, punctis albis in eis, custodit mammillam & testiculum, facit bonum colorem: anhelitum efficit bonum: denigrat capillos, dealbat capillos, prolongat, multiplicat, rubificat, confortat, incrispat, applanat, findit, phibet fissuram, tyriæ, alopeciẹ, prostrationi, prohibet caluitium, facit cadere, facit caluitium, abradit, facit nasci capillos.

A pustulæ capitis, B leucæ C vestigium nigrum artificialiter formatum in cute

Areola apostematum & bothor. H

APostematibus calidis, apostematibus frigidis, apostematibus intrinsecis, phlegmoni, apostematibus laxis, inflationi, cancro, apostematibus duris, scrophulis, [d]{alsehedie} [e]{aldubelati, aldubelati} interioribus, erysipilæ, formicẹ, esserẹ, formicẹ milliari, vesicis, igni Persico, [f]{althahaũ, seu althoim ambulatiuis} apostematibus vlcerosis, [g]{alsahafati} bothor, lacteo, apatibus neruorũ, apostematibus lacertorum, apostematibus quæ sunt sub auribus, apostematibus sub ascellis, ramici aquosæ, ramici ex intestinis, ramici ventosæ, apostematibus hepatis, apostematibus splenis, apostematibus stomachi, apostematibus veretri, apostematibus matricis, apostematibus vesicẹ, apostematibus mãmillarum, apostematibus testiculorum, apostematibus duorum femorum, apostematibus renum, apostematibus ficteris, generat apostemata calida: generat apostemata fluxa: generat apostemata dura: generat cancrum.

D melicerides E exitura saniem continens F tumori pestifero G pustulæ capitis

Areola vulnerum & vlcerum.

VLceribus ambulatiuis, vlceribus malignis, vlceribus vetustis, vlceribus sordidis, sordidat vlcera, fistulis confert, [h]{aldesbet} consolidat, generat carnem, destruit carnem, augmentat, sigillat, cõfert scabiei & pruritui, scabiei vlcerosæ, scabiei melãcholicæ, adustioni ignis, helthiomeno,

H carnositas callosæ, & porrus sarcoid.

A vlceribus lacteis, pustulis oris, putrefactioni membrorum, igni persico, ossibus, lenit escaras, infixis in membris.

Areola instrumentorum iuncturarum.

A contritionis secundum locũ

DOlori iuncturarum, duritiei lacertorum alfasch, & [a]{alhetech} torsioni, contusioni lassitudini, dolori neruorum, duritiei iuncturarum, ægritudini iuncturarum frigidæ, desiccat neruos, confortat neruos, apostemati neruorum, vlceribus neruorum, nocet neruis, doloribus dorsi, sciaticæ, casui, percussioni, spasmo, tetano, paralysi, tremori, dislocationi, ramicibus, rupturis, dolori dislocationis, dolori pedis, podagræ, facit egredi cortices ossium.

Areola membrorum capitis.

B soporem

C dormitiõi vigilatiuæ.

D grauedini

E pustulis

SOda calidæ, soda frigidæ, hemicraneæ, galeæ, nocet cerebro debili, facit soda, confortat caput, augmentum facit in cerebro, purgat cerebrum, resoluit ventositates in cerebro, aperit oppilationes cerebri, torturæ, apoplexiæ, grauat caput, facit [b]{subet} facit somnum, facit scotomiam, tardat ebrietatem, confert vertigini, & scotomiæ, confert subet, confert melancholiæ, & timori, confert maniæ, confert epilepsiæ, mouet epilepsiam, timori puerorum in somno, & aliorum: confert tremori, confert phrenesi calidæ [c]{subet asari} congelationi, confortat memoriam, facit possidere obliuionem: confert ebrietati, prohibet ebrietatem: confert dolori auris, confert sonitui, & tinB nitui, confert surditati forti, & debili: confert catarrho, & [d]{coryze} confert fluxui sanguinis ex naribus, facit fluere sanguinem ex naribus, facit sternutare, remouet sternutatinnem: confert [e]{bothor} oris, & cola, confert ægritudinibus oris, confert fluxui saliuæ: confortat dentes, confert dolori dentium, facilem efficit eradicationem dentium, confert natiuitati dentium infantium, facit cadere dentes, confert stupori, confert apostematibus linguæ, confert ranulæ, confert vlceribus gingiuarum, confert gingiuis sanguineis, furfuribus.

Areola membrorum oculi.

F venæ oculi dilatatæ, & sanguine repletæ.

G pũcturæ sanguinis in oculo.

H quæ in oculo cadunt extrinsecus

OPhthalmia calida, ophthalmia vetusta [f]{sebel} vlcera [g]{alchadi} [h] {altarsati} vestigia viridia, varietati, albugini, exituræ, grossitudini corneæ, lachrymis, attrahit lachrymas, confortat visum, prohibet catarrhum, apertioni, constrictioni aquæ, fistulæ, vngulæ, lippitudini, cõseruat sanitatem oculi, scabiei, & pruritui, silac, pilis impedientibus, seu nocentibus, aluardinegi, & almuseregi, vlceribus oculi.

Areola membrorum pectoris & anhelitus.

COnfortat membra anhelitus, nocet membris anhelitus, cõfert apostematibus vtrarũq; amygdalarum, & vuulæ, synantiæ, & squinantiæ, sanguisugæ, impedimentis anhelitus, asthmati, dilatationi anhelitus, asperitati pectoris, destructioni vocis, asperitati vocis, clarificat vocem, facit C bonam vocẽ, tussi siccę, tussi antiquę, pleuresi, pipneumoniæ, asthmati saniei, sputo saniei, phthisi, mundificat vlcera velaminis, sputo sanguinis, dolori lateris, sanguini congelato in pulmone, confortat cor, rectificat intellectum, malitiæ complexionis cordis calidæ, malitiæ complexionis cordis frigidæ, syncopi, tremori cordis frigido, tremori cordis calido, apãtibus mãmillæ, facit abũdare lac.

Areola membrorum nutrimenti.

COnfortat stomachum, debilitat stomachum, digerit, malam efficit digestionem, disrumpit desiderium, deijcit desiderium, desiderio corrupto, mala stomacho, confert singultui, nauseæ, facit nauseam, facit vomitum, facit angustiam, eructuationi, facit eructuare, mollificat stomachum, aperit oppilationes hepatis, & stomachi, præparat stomachum, mordicat stomachum, lubricitati stomachi, cãcro in stomacho, facit sitim, sedat sitim, inflat stomachum, sedat inflationem stomachi, confert dolori stomachi, apostemati stomachi, confortat hepar, nocet hepati, dolori hepatis, oppilationi hepatis, facit hepar possidere oppilationem, apostemati hepatis calido, apostemati hepatis frigido, duritiei hepatis, indurat hepar, debilitat hepar, icteritiæ citrinæ, icteritiæ nigræ, facit possidere icteritiam, hydropisi aseliti, hydropisi hyposarcæ, hydropisi tympaniti, facit possidere hydropisim, dolori splenis, apostemati splenis, inflationi splenis, & duritiei splenis.

Areola membrorum expulsionis.

D SOluit choleras, soluit humiditatem: & humores grossos, soluit melancholiam, soluit aquositatem, soluit ventositatem: soluit sanguinem, stringit, confert solutioni ventris, fluxui sanguinis, diarrhoeæ, colicæ passioni, facit possidere coliricam passionem, lubricitati viscerum, tardatur in intestinis, dysenteriæ, & vlceribus intestinorum, pungitiuo dolori, facit pungitiuum dolorem, tenasmon colicæ frigidæ, colicæ calidę, colicę ventosæ, colicæ apostemosæ, apostemati intestinorũ, ileos, vermibus, doloribus viscerum, fœtori stercoris, facit fœtere stercus, prouocat vrinã, prouocat menstrua, prouocat vtrunq;, retentioni vrinæ, ardori vrinæ, distillationi vrinæ, lenitati vrinę, mictui sanguinis, mictui puris, confortat renes, nocet renibus, diabœti, lapidi renum, lapidi vesicæ, dolori renum, vlceribus renum, vlceribus vesicæ, scabiei vesicæ, & pruritui eius, dolori vesicæ, mollificationi vesicæ: confortat vesicam, nocet vesicæ, dolori matricis, retinet fluxum matricis, mundificat matricem, retinet menstrua, confert apostematibus matricis, duritiei matricis, coarctationi oris matricis, præfocationi orificij matricis, calefacit matricem, constringit matricem, confert ventositatibus matricis, vlceribus matricis, eminentiæ matricis, prohibet impregnationem, facit hæreditare sterilitatem, confortat embryonem, educit fœtum, & deijcit ipsum, & interficit eũ, iuuat ad imprægnandum, facit egredi secundinam, facilem efficit partum, mundificat parturientem, prouocat mẽstrua,

renitet

retinet menstrua, incitat appetitum coeundi, multiplicat sperma, minorat sperma, minorat pollutionem, pollutioni plurimæ, multiplicat pollutionem, erigit, confert satyriasi, apostematibus & vlceribus veretri, egressioni ani, confortat anum, confert apostematibus ani, vlceribus ani, rhagadijs ani, fluxui sanguinis ani, mollificationi ani, hemorrhoidibus ani. E

Areola febrium.

FEbribus calidis, antiquis, temporalibus frigidis, febribus permistis, tertianæ, causonidi, synocho, quartanæ, quotidianæ, pestilentiali, hecticæ, febribus ephemeris, febri diei oppilatiuæ, febri diei apostemosæ, febri antiquæ, mediæ, tertianæ, permistæ, tremori, febri syncopali.

Areola venenorum.

THeriaca [a]{bezahar} interficit venenosa, expellit venenosa, venenum, medicina perniciosa, napello, extremitati caudæ cerui, felli viperæ, [b]{sucharaz} opio [c]{albengi} lithargyrio, fungis, cantharidibus, strãgulatori [d]{alnemer,} & [e]{aldib} lepori marino, interficit mures, morsui serpentis, viperæ scorpioni, rutelæ, araneæ, altararati interfectori vulturis, morsui canis, morsui hominis, cani rabioso, draconi marino, danulæ, [f]{mugali} sagittis veneficatis, [g]{alhelahel} sagittæ armenæ, felli alnemer.

Litera. A. F

[h] *De aniso.* *Cap. I.*



ANisum quid est? Est semẽ fœniculi romanij, & est minoris acuitatis, quã nabati: & in ipso est dulcedo, & est calidius. Electio, melius est nouum habens magna grana, à quibus non excorticantur cortices similes furfuri, & est fortis odoris, [h] {& alacriti} melius est quã ægyptium. Natura inquit [i] Gal. est calidum in [i]{secundo} siccum in tertio, dicitur quod est [k] vtrunque in tertio. Operationes & proprietates. Est aperitiuum cum stypticitate pauca, & [h] est sedatiuum dolorum: & [h] resolutiuum ventositatum, & [l] proprie si assetur, & in [m] ipso quidem est acuitas, qua medicinis adurentibus fit vicinum. Apostemata & bothor. Confert inflationi faciei, & apostematibus extremitatum. Membra capitis. [h] Si ex eo fiat euaporatio, & naribus vapor eius attrahatur, sedatur soda, & vertigo, & si teratur, & misceatur cum oleo rosa. & [h] distilletur in aure, sanat contusionem in interiori eius accidentem ex obuiatione & percussione: & dolores etiam eius. Aegritudines oculi. [n] Cõfert [n]{sebel} antiquę. Membra anhelitus & pectoris. [h] Prouocat lac. Membra nutrimẽti. Abscindit [h] sitim factam ex humiditatibus baurachijs: & [o] confert oppilationi hepatis, & splenis generatæ ex humiditatibus. Membra expulsionis. [h] Prouocat vrinam, & [p] menstrua: & mundat [h] matricem à fluxu humiditatum albarum. [h] Et est motiuum coitus. & quandoque cõstringit [h] ventrem. & adiuuat ipsum ad illud eius prouocatio. [q] Et aperit oppilationes renum, & vesicæ, & [q] matricis. Febres. [q] Confert antiquæ. Venena. Expellit [h] nocumentum venenorum, & venenosorum. Permutatio. Loco eius [r] {carui} quantum est ipsum. G

[f] *De Absinthio.* *Cap. 2.*

Absinthiũ qd est? Est herba cuius folia similant̃ folijs alsciha, vel asceha, [t] Et in ipso est amaritudo, & stypticitas, & acuitas. Inquit Humain. Absinthiũ est pluriũ specierũ. Ex eo. n. est corascenũ. & ex eo est oriẽtale, & allatũ de mõte lukeni, & susi, & tarsense. Et dixerũt alij antiquorũ, spẽs eius quinque sunt, tarsense, & susi, & nabati, & corasceni, & romanũ. Et in nabati quidẽ est bonus odor. Et ad vltimũ in ipso est substantia terrea, qua stipticat, & suba subtilis, qua soluit & apit. Et est ẽt ex spẽbus sceha: & pp hoc vocauerunt ipsum quidã sapientes sceha romanũ. Et eius succus est fortior folijs ipsius, & est in comparatione succi prassij. Electio. Quod ex eo melius est, & susi, & tarsense: & est coloris cinericij cum viriditate, & est habens colorem cum quadam lanugine, vel pilositate, & odorem aloes cum conteritur. Natura. Est calidum in primo: siccũ in secundo, & eius [r] succus est calidior. Et [r] dicunt quidam quod est siccum in tertio, & est quasi verius. Operationes & proprietates. Est aperitiuum, & stypticum: [t] & eius stypticitas est fortior ipsius amaritudine: sed nabathium est fortioris stypticitatis, & minoris caliditatis: quapropter α nõ soluit phlegma etiam ex stomacho: neque per ipsum fit iuuamentum in hoc: & eius operatio est in [u] melãcholia & cholera. Et in ipso etiam est resolutio. Et ex proprietatibus eius est, vt [f] prohibeat pannos à tineis, & corruptione vermiũ, [f] β{& prohibet encaustrum ab alteratione, & chartas à corrosione.} In decoratiõe. Facit bonum colorem. Confert tyriæ & alopeciæ: & [f] remouet vestigia violacea sub oculo, & in alijs locis. Et confert grossitiei palpebrarum. Apostemata & bothor. Cõfert γ duritijs intrinsecis in emplastro positum aut bibitum. Aegritudines membrorum capitis. Exiccat caput: & ipsius [f] succus facit soda: & existimo quod illud est propter suum nocumẽtum quod in stomacho facit: δ & vapor [r] decoctionis eius confert dolori auris. [f] Et quando bibitur ante vinum, confert ebrietati: & quando ex eo fit emplastrum interius in palato cũ [f] { } & nitro [f] cõfert præfocationi intrinsecę. Et confert apostematibus, quæ sunt post ambas aures: & cõfert δ dolori auris, & [f] fluxui humiditatum aurium: & confert apoplexiæ bibitum cum melle. Aegritudines oculi. Confert ophthalmiæ antiquę, & proprie nabaticum cum ex eo fit emplastrum sub oculo, & panno. [f] Et si ex eo fiat emplastrum cum careno sedat pulsationem oculi, & apostemata eius. Et confert [x]{aludacha,} quæ est in eo. H

Aegritu-

A antidotus
B cicutæ
C hyoscyamo
D animalis l[...] neæ minoris, [...] pardo simili[...]
E lupo
F muri ar[...]
G speciei nap[...]
H Diosc. li. 3. c. [...]
H cretense
I Li. 6. simp. f. 43. d
I tertio
K Ga. 6. de sim[...] fo. 43. c
L Ser. c. 242.
M Ga. 6. simpl. [...] 43. c
N Ras. vlti. co[...] t. 1. c. 62.
N venæ dila[...] tæ in oculo, [...] repletæ sanguine
O Serap. c. 242.
P Ras. vlt. co[...] t. 1. c. 62.
Q Ser. c. 242.
R Daucus
Gale. de substi[...] medicinis.
S Diosc. li. 3. c. [...]
T G. 6. simpl. f. 44. d
Infra α
V Ser. c. 14.
Infra β
S Atramen[...] librariũ dilu[...] eius tempera[...] literas à muri[...] erosione tueri
Infra γ
S Melle
Infra δ
Supra δ
X eminentia[...] cõiũctiua ocul[...]

A *Aegritudines membrorum anhelitus.* Syrupus eius confert tetano, qui eſt ſub hypochondrijs. *Aegritudines membrorum nutrimenti.* [a] Reducit appetitum: & eſt medicina mirabilis ad illud cum bibitur decoctionis eius, aut ſucci ipſius decem diebus.ſ.quaqꝫ die [a]†{tres chuanus.} Et ſyrupus eius confortat ſtomachum, & efficit operationes alias.[b] Et cõfert icteritię, & proprie ſi bibantur decem diebus.ſ.quaqꝫ die tres vncię. & confert hydropiſi. Et [f] ſimiliter emplaſtrum factum ex eo cum ficubus, &[f] †{nitro,} & farina lolij: & eſt emplaſtrum ſplenis etiam: & quandoqꝫ fit emplaſtrum ambobus ex eo cum ficubus, & farina lolij & nitro,[c] &[ε] interficit vermes proprie cum decoquitur cum lentibus, aut rizi, & comedit̃. Succus eius eſt malus ſtomacho: & herba ipſius ẽt nocumentum faciunt ori ſtomachi proprie propter eius ſalſedinem, præter nabathi: & quando permiſcetur [f] ſpica [d]†{ } vtile eſt dolori ſtomachi. Et ſi emplaſtrum fiat ex eo hepati, & [f] ſtomacho, & ilijs, confert doloribus eorum. Hepati [f] quidem, & ilijs cum oleo de alcanna facto cerato: & [f] ſtomacho quidem cum oleo roſaceo, aut permiſtum cum roſis: & confert [γ] duritijs ipſorũ. *Aegritudines membrorum expulſionis.* [f] Eſt prouocatiuum vrinæ, [f] & menſtruorum fortiter & proprie ſuppoſitum cum hydromelle: & [f] ſoluit choleram: & [α] neqꝫ [c] per ipſum fit iuuamentum in phlegmate: nec etiam in illo, quod eſt ſtans in inteſtinis. [f] Sit quoque potio eius infuſi, aut decocti à.v.ʒ. vſqꝫ ad.vij. & pulueris eius ab vna drach. vſqꝫ ad.ij.ʒ. Et potus ſyrupi eius etiam confert hæmor-
B rhoidibus, & rhagadijs in ano.[g] Et [ε] quando coquitur ſolum, aut cum rizi, & bibitur cum melle, interficit vermes cum ſolutione vẽtris leui: & ſimiliter qñ coquitur cum lentibus. Et eius quidem ſyrupus confert omnibus illis, & [f] mundificat venas ab humore cholerico, & aquoſo: & prouocat ipſum. *Febres.* [h] Confert antiquæ, & proprie eius ſuccus cum ſucco eupatorij. *Venena.* Confert morſui [f] draconis marini, & ſcorpionis, &[f] morſui [h]†{mugali:} & [i]†{ſucharã} cũ vino, & [f] ſuffocationi fungorum, & proprie cum bibitur cum aceto: [f]†{& eius oleum confert cimicibus:} [s]†{& cum infunditur [β] proprie in aqua encauſtri, non corrodunt mures librũ.} *Permutatio.* Loco eius ponitur [k]†{pollium} aut ſceha armenum. Et in confortando ſtomachum, ex aſſaro quantum ipſum eſt cum medio pondere myrobolanorum.

[l] *De Acatia.* *Cap. 3.*

Acatia q̃d eſt? Eſt ſuccus [l]†{alcharad vel alchard} exiccatus, deinde in trochiſcos mutatus. Et in ipſa eſt [α] mordicatio, quæ ablutione remouetur: qm̃ eſt compoſita ex ſubſtantia terrea ſtyptica: & ex ſubſtantia ſubtili ex qua eſt eius [α] mordicatio, [m] quę deſtruitur ablutione, & propter ſuam acuitatem profunde penetrat & infrigidat. *Electio.* [l] Melior ex ea eſt, quæ eſt melioris odoris viridis declinãs ad nigredinem, ponderoſior, durior. *Natura.* Quæ ex ea [n] abluta eſt, frigida eſt, & deſiccat in ſecundo:[o] & non abluta frigida eſt in primo: et eius ſiccitas eſt in termino ſecundi. *Operatio-*
C *nes & proprietates.* Eſt ſtyptica prohibens curſum [β] ſanguinis. *In decoratione.* [l] Denigrat capillos, & colorem efficit bonum:[l] & confert fiſſuris accidentibus ex frigore. *Apoſtemata & bothor.* Confert oĩbus, q̃ diximus in myrto. Et confert [l] panaritio, & [l]†{ } cũ albumine oui cõfert aduſtioni ignis, & apãtibus calidis. *Inſtrumenta iuncturarum.* [l] Cõfert mollificationi iuncturarũ. *Ægritudines capitis.* [l] Confert vlceribus oris. *Ægritudines membrorũ oculi.* Cõfortat viſum & ſubtiliat ipſum: & nõ eſt cõueniens oculo [p]†{ea,} niſi [q]†{albaſſari,} & ſedat ophthalmiã, & rubedinẽ, q̃ accidunt in eis. Et ingreditur in medicinis [l]†{vngulæ:}[l] & rectificat eminentiam oculi. *Ægritudines membrorum expulſionis.* Conſtringit naturam bibita, & clyſterizata, et pro emplaſtro poſita. Et confert dyſenteriæ, & [β] ſolutioni ſanguineæ: & [l] abſcindit fluxum matricis: & remouet [r] egreſsionem ani, & [l] matricis: & confert mollificationibus amborum.

[f] *De Aſſaro.* *Cap. 4.*

Aſſarum quid eſt? Eſt herba habens ſemina plurima & nodos radicum eius tortuoſos ſimiles [f]†{altheil} boni odoris, [f] mordicantis linguam, & [f] habet florem ĩter folia apud radicem ſuã, cuius color eſt [f] purpureus ſimilis [f] flori iuſquiami, & radix quidem ipſius eſt magis iuuãs quàm aliquid, quod ſit ĩ ipſo:[t] & eius virtus eſt virtus acori: aut eſt eo fortior. *Electio.* Ex eo melius eſt, quod eſt fortioris odoris. *Natura.* [u] Calidum eſt & ſiccum in tertio: & dicitur ꝙ eius ſiccitas eſt [u] maior ip-
D ſius caliditate. *Operationes & proprietates.* Aperit & [u] ſedat dolores intrinſecos omnes: & proprie eius infuſio quam dicturi ſumus in [x] capitulo Hydropiſis, & ſubtiliat, & reſoluit, & calefacit membra frigida: & abſtergit. *Inſtrumenta iuncturarum.* [f]†{Cõfert ſciaticę & dolori ancharum antiquo:} & proprie eius infuſio prædicta in capitulo Hydropiſis. *Aegritudines oculi.* Confert groſsitudini [u] corneæ. *Membra nutrimenti.* Confert oppilationi hepatis: & duritiei ipſius: & conferunt [u] icteritiæ: & [u] hydropiſi infuſionis eius tres aurei in. xij. cotylis muſti, quæ poſt duos menſes coletur: & iuuamentum [u] in febribus eſt maius, & confert [u] duritiei ſplenis valde. *Membra expulſionis.* Prouocat [f] vrinam, & confortat [u] veſicam & renes: & [f] ſoluit ſicut elleborus albus in purgatione ventris: [f]†{& prouocat menſtrua, & eius quidem potio ſit ſeptem aureorum cum aqua mellis:} & in ſpermate augmentum efficit. *Permutatio.* [Y]†{ }

Alcanna quid est? *Natura.* Frigida est in primo, sicca in secundo. *Operationes & proprietates.* In ipsa est resolutio, & stypticitas, et exiccatio sine nocumento: et est resolutiua, et carminatiua, et aperitiua orificiorum venarum. Et eius oleum habet virtutem calefactiuam et lenitiuam. *Apostemata & bothor.* Eius decoctio confert [h] apostematibus calidis, et phlegmaticis propter suã exiccationem, et apostematibus inguinum. *Vulnera & vlcera.* Eius decoctio cõfert adustioni [h] ignis embrocata: et [i] dicitur, q efficit in vulneribus operationem sanguinis draconis: et super fracturam ossium sola cum cerato. *Instrumenta iuncturarum.* Eius flos cõfert doloribus neruorum, et ingreditur in emplastris paralysis, et tetani: et ipsius oleum resoluit lassitudinem, et [h] lenit neruos, et cõfert fracturę ossium. *Membra capitis.* Linitur cum aceto [h] supra frontem ad soda: et similiter etiam confert [h] vlceribus oris. *Membra anhelitus & pectoris.* Cõueniens est pleuresi, et ingreditur in emplastris squinantiæ. *Membra expulsionis.* Conueniens est doloribus matricis.

I Serap.c.110.

K Diosc. li.1. c.14. † Hamama. K † candidæ violæ

[k] De † {*Amomo.*} *Cap. 52.*

D Amomum quid est? Est arbor sicut botrus ligni inuolutus, seu connexus: et habet florem similem [k] † {folio indo} in colore: et eius folia sunt sicut folia vitis albæ: quorũ color est [k] sicut aurum: et color ligni eius est sicut hyacinthi, [k] boni odoris: et est eius species viridis et grossa nascens in locis humidis: et eius odor est sicut odor rutæ. Et est species ægyptiaca, quæ non est longa, neq; lata, neq; debilis, neq; grauis ad frangendum, immo botralis, seu racemo vuæ similis, et eius odor exuberat super transitum vię. *Electio.* Melius est primum, aureum, recens, armenum, amarum, boni odoris: et ẽm q habet viride lignum est malum, debilis odoris, nascens in locis humefactiuis: et illo melius est tertium illud, quod est recens, declinans ad albedinem et rubedinẽ, et spissum, planum, extensum absq; tortuositate, solidum, mordicatiuum, acutum: puluerizabile vero alienetur, et eligatur illud, cuius virgulta sunt ex radice vna, nec sit adulteratum. Inquit [l] Diosco. ex eo est melius album: aut ad rubedinem declinãs, plenum semine, sicut botrus: grauis odoris, absq; fœtore, vnius coloris non diuersum, mordicans linguam, in quo non est putredo, quę dicitur techeregi, seu altecheregi. *Natura.* Calidum est et siccum in secundo. *Operationes & proprietates.* Subtiliat et maturat, et in ipso est stypticitas: et virtus, quæ est [m] sicut virtus acori: immo est vehementioris digestionis et maturationis: sed acorus est vehementius exiccatiuus q̃ ipsum. *Apostemata & bothor.*

L Lib.1.c.14.

M G.lib.6.simpli. fo.42.h

Maturat

[a] Maturat apostemata calida. *Instrumenta iuncturarum.* Eius decoctio bibitur [a] ad podagram, et sedetur in ea etiam ad illud. *Membra capitis.* Grauat caput, et facit soda, et [a] facit somnũ. [a] Et quidam dixerunt, ꝗ quando ex eo linitur frons, remouet soda: [b] et est ex inebriãtibus, dormire facientibus. *Membra oculi.* Fit embroca ex decoctione eius [a] ophthalmiæ calidæ. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert pleuresi frigidæ. *Membra nutrimenti.* Aperit oppilationes hepatis, et bibit [a] eius decoctio ad ægritudines hepatis, et est pluris digestionis ꝙ acorus *Membra expulsionis.* Facit eis prouocationem: et cõfert doloribus matricis, et [a] intrat in pessarijs matricis, et sedetur in decoctione eius ad dolorem [a] renum, et bibitur ex eo ad dolores matricis omnes. *Venena.* [a] Emplastrum factum ex eo cum bedarungi valet puncturæ scorpionis. E

A Diosc.li.1.c.14.
B Serap.c.169.

De †{*Assa*}[c].i.Lasere. *Cap.* 53.

† Halttit.
C Dio.lib.3.c.?. Repetit.c.9. & c. 481.
D Ras.vlt.cont. t.1.c.90.
D † lac

Assa quid est? Duarum est specierum: quarum vna est fœtida: et alia est odorifera: non fortẽ habens odorem: sed calidior est fœtida: et est vehementior duarum specierum, et est ignea. Et plurimum quidem huius speciei est chiruani.i.ex regione chiruã, et est gũmi almharut. *Natura.* [d] Est calida in principio quarti, sicca in secundo. *Operationes & proprietates.* Frangit ventositates: et effugat eas propter suam resolutionem: et est cum hoc [c] inflatiua, & incidit, & [c] resoluit [d] †{sanguinẽ} congelatum in ventre. *Decoratio.* [c] Confert alopeciæ illinita cum aceto et pipere. Et quando administratur [c] in cibarijs, facit bonum colorẽ, et [c] abscindit verucas, quæ sunt vt claui. *Apostemata & bothor.* Cum scarificantur apostemata fraudulenta mortificantia membrum, et ponitur assa super ea, confert: et est bona in cura [c] dubellet apparentium et occultarum. *Vulnera & vlcera.* [d] Cõfert impetigini. *Instrumenta iuncturarum.* †{Quãdo bibitur cum aqua granatorũ} confert [c] contritioni lacertorum, et confert doloribus.i.passionibus neruorum sicut [c] tetano, et paralysi: si accipiatur ex ea obolus, & misceatur cum cera ſm ꝗ dicitur, et deglutiatur: aut si bibatur cum vino, et pipere, et ruta. *Membra capitis.* [c] Implentur ex ea dentes molares corrosi, et permiscetur cum thure [e] †{ } et ponitur super dentem, †{ et efficit operationem peoniæ in epilepsia. } Et cũ ex ea fit gargarismus eradicat [c] sanguisugam gutturi annexam. *Membra oculi.* [c] Est bona initio aquę alcohol facto ex ea cum melle. *Membra anhelitus & pectoris.* [c] Cum dissoluitur in aqua, et fit ex ea gargarismus et sorbetur, clarificat vocem statim. Et [c] confert asperitati gutturis antiquæ, et si sorbeatur cum ouis [c] confert tussi antiquæ, et [c] pleuresi frigidę, et efficit operationem [f] pæonię in apostematibus etc. *Membra nutrimenti.* Si [c] administratur cum ficubus siccis confert icteritiæ: et ipsa quidem est ex eis, quæ nocent [g] stomacho et hepati. *Membra expulsionis.* Confert [c] hæmorrhoidibus, et in coitu fortitudinem præbet: et [c] prouocat menstrua, et vrinam: et confert dolori ventris pũgitiuo, et vlceribus intestinorum. Et [h] Gal. quidem existimauit in ipsa esse virtutem solutiuam parumper cum stypticitate sua: sed scitum est apud omnes, ꝗ ipsa cõfert solutioni antiquę frigidæ. *Febres.* Est bona valde febri quartanæ. *Venena.* [c] Ponitur super morsuram canis rabiosi, et vermium venenosorum: et proprie [c] scorpionis, et rutelæ: et cõfert omnibus illis bibita, et linita cum oleo: et [c] expellit nocumentum sagittæ venenosæ. F G

†———
E † in linteo
†———
F G.lib.6. simpl. fo.45.h. Succus renaicus columellã phlegmone affectã iuuat, sicut pænia morbum comitialem sanat.
G Ser.c.141.
H Li.8.simpl.fol. 60.f. & Pau.lib.7. 398.

De †{*Acetosa*}[i].i.Lapatho siue Rumice. *Cap.* 54.

† Hamad.
I Di.li.2.c.107.
K Gal. 2. aliment. c.47.c

Acetosa quid est? Alia est domestica, et alia est syluestris. Et syluestris quidem [k] dicitur sicla syluestris: et non est in syluestri etiam sicut dicunt acetositas: immo forsitan est in quadam ex ea acetositas: et syluestris est fortior in omni re. *Natura.* Est frigida sicca in secundo. Et eius semen frigidum est in primo, siccum in secundo. *Operationes & proprietates.* In ipsa est stypticitas: et in insipida ex ea est resolutio parua: et acetosum est magis stypticum, & illa quæ non est vehementis acetositatis plus nutrit: & hæc quidem est similis endiuiæ: & omnis superat choleram: & eius humor est laudabilis. *Decoratio.* Radix eius cũ aceto confert scabiei [i] vlcerosę, [α] & [i] excoriationi vnguis: †{& qñ coquitur cum vino confert emplastrum eius albaras, & impetigini. } *Apostemata & bothor.* Ex [i] ea fit emplastrum scrofulis, ita ꝗ dicitur, ꝗ [i] si eius radix suspendat in collo habentis scrofulas, iuuetur ea. *Vulnera & vlcera.* Eius [i] radix cum aceto conferat [α] scabiei vlcerosæ & impetigini. Et eius decoctio cum aqua calida [i] prurituí, & similiter ipsamet in balneo est vltima. *Membra capitis.* Colluitur os cum succo eius ad dẽtem [i] dolorosum: & similiter cum decoctione eius in vino: & [i] confert apostematibus, quæ sunt sub auribus. *Membra nutrimenti.* Confert [i] icteritiæ †{nigræ} cum vino, & [i] sedat nauseam: & [l] comeditur propter desiderium luti. *Membra expulsionis.* Ipsa & semen eius stringunt & proprie eius, quæ ex ea magna est: [m] et dicitur quidem, ꝗ in eius folijs est lenitas quædam: & in semine ipsius est constrictio. Et dixerũt quidam, ꝗ in semine acetosæ non frixo, vel nõ torrefacto est lubricitas & lenificatio, & radix eius trita confert [l] fluxui matricis: & frangit [i] lapidem in [m] †{renibus} quando bibitur in vino: & viscositas, quæ est in ipsa confert [n] rasuræ intestinorum, quæ accidit ex siccitate fecis: ipsa enim cum iuuamento, quod confert rasuræ, lubrificat. *Venena.* Confert puncturæ [i] scorpionis, & proprie syluestris, & si administretur semen eius ante puncturam scorpionis, non nocebit eius punctura. H

Infra α
†———
Supra α
†———
L Gal.2.aliment. c.48.d
M Ras.vlt.conti. t.1.c.17.
M † vesica
N D.& Ga.7. simpli.fo.54.h

De †{*Asino*}[o].i.vngula asini. *Cap.* 55.

† Homar.
O Dio.2.c.37.
O † vngulæ
P † vngulæ
Q Ras.vlti.conti. t.1.c.86.
R Diosc.lib.2.c.39.

Asinus. *Decoratio.* Cinis [o] †{carnis} asini & hepatis eiuscum oleo valet superpositus fissuris frigoris. *Apostemata & bothor.* [p] †{Cinis hepatis} asini cum oleo [o] valẽt super scrofulas. *Vulnera & vlcera.* Sanat lepram. *Instrumenta iuncturarum.* [q] Patientes alcuzezi ex siccitate sedeant in iure carnis, & fit iuuamentum: & etiam caro eius est iuuatiua. *Membra capitis.* [r] Hepar eius assatum,

& à

A & a ieiunio comestum confert epilepsiæ:& similiter eius [o] vngula adusta:& sit eius potio omni die duo cochlearia. *Membra expulsionis.* [a] Dicitur, ꝙ eius vrina confert dolori renum:& [b] vrina syluestris frangit lapidem in vesica secundum ꝙ dicit Galenus.

De †{*Apio*} [c] .i.Smyrnio. *Cap.* 56.

Apium. Aliud est montanum,& aliud syluestre, & aliud domesticum: & aliud est,quod oritur in aqua & in loco aquæ propinquo. Et illud,quod orit̃ in ipsa aqua est maius domestico, cuius virtus est,sicut virtus domestici,et eius sp̃es est alia,q̃ noĩatur sumurion,et est maius domestico habẽs crus concauum,ad albedinem decliue.& diuersificantur etiam in regionibus. Eius.n.aliud est romanum,& aliud est aliud:& neq; est omne montanum petroselinum: immo est illud,quod petrosum. *Electio.* Fortius est romanum montanum. *Natura.* Est calidum in primo, & siccum in secundo. Rufus vero dixit,ꝙ domesticum est humidum. verũtamen radix eius est sicca cum conuenientia. *Operationes & proprietates.* Est resolutiuum inflationis, aperitiuum oppilationis,faciens [c] sudare,sedatiuum dolorum:& syluestre est impediens vlceratiuum: & quod ex eo nutritum est, est magis conueniens calefactis. *Decoratio.* Syluestre confert [d] habenti alopeciam, & [d] fissuris vnguis,& [d] verucis,& [d] fissuris frigoris:& domesticum oris odorem [e] efficit bonum valde. *Apostemata & bothor.* Resoluit [f] phlegmatica in principio, & dura, & calida proprie quod nominatur
B [c] †{sumurion.} *Vulnera & vlcera.* [d] Syluestre vlcerat quando ex eo fit emplastrum: & similiter confert [d] scabiei,& impetigini,& vulneribus [c] vsq; ad sigillationem,& proprie sumurion. *Instrumenta iuncturarum.* Sumurion cõuenientes sunt omnes partes eius [c] sciaticæ. *Membra capitis.* Est [g] malum epilepsiæ,excitans epilepsiam epilepticorum. Et [h] dicitur, ꝙ si suspenditur radix eius in collo confert dolori dentis:verũtamen frangit ipsum. *Membra oculi.* Apium domesticum ingreditur in emplastris dolorum oculi. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert [i] tussi, & proprie sumurion,& [c] asthmati,& stricturæ anhelitus,& difficultati eius. Et apium quidẽ est ex [c] emplastris apostematum mamillę calidorum. *Membra nutrimenti.* Confert hepati,& spleni,mouet [c] eructuationem,propter resolutionem suam:& non est velocis digestionis & descensionis: & in semine quidem apij est aliquid,quod facit nauseam,& vomitum,nisi assetur. [k] Quidam autẽ dixerunt, ꝙ oẽs species eius cõferunt stomacho. Et Rufus dixit non:immo qñq; trahit ad ipsum humiditates malas acutas:& crudum de eo in stomacho prolongatur,& facit nauseam:verũtamen romanum stomacho melius est. Et [l] Gal.quidem dixit,ꝙ ipsum est ex eis,quę conueniens est comedere cum lactuca. Ipsum.n.temperat frigiditatem lactucæ:& conueniens est vt eius acceptio sit post cibum:et [c] semẽn eius confert hydropisi,& mundificat hepar,& calefacit ipsum. *Membra expulsionis.* Prouocat [c] vrinãm & menstrua,& est [c] malum pręgnantibus,& purgat renes,& vesicam,et matricẽ:
C et omnes species eius,et partes ipsius conferunt:et semen eius et folia non soluunt: sed in radice eius est solutio:et montanum frangit lapidem:et apium quidem [c] confert difficultati vrinæ: & extrahit [c] secundinam proprie sumurion,et replet humiditate acuta matricem,cum comestio eius assiduatur. [m] Quidam autem dixerunt apium excitat coitum ita,donec dixerunt oportet ut ablactãs prohibeatur ab acceptione eius,vt non corrumpatur lac eius,propter excitationem desiderij coitus. Et [m] †{romanum} quidem est bonum [c] colon,et [c] vesicæ,et [c] renibus. *Venena.* [n] †{Eius decoctione cum lentibus fit vomitus post potum veneni:} et sumurion est ex magis conueniens. Et cum scorpio pungit comedentem ipsum, fortior fit res propter id.

De †{*Azulo*} .i. [o] lapide Armenio. *Cap.* 57.

Azul quid est? Virtus eius est sicut virtus eius quo adhæret aurum:et debilior eo parumper. *Natura.* Est calidum in secundo,siccum in tertio. *Operationes & proprietates.* [p] Inest ei virtus eradicatiua,putrefactiua:et absterlio eius cum acuitate,& stypticitate pauca: et in ipso est adustio, et vlceratio. *Decoratio.* Deijcit [p] verucas. *Membra oculi.* [q] Bonos efficit pilos palpebrarum,et multiplicat eos:et est vltimum sicut dicitur in illo propter proprietatẽ,quæ est in ipso. [r] Et dicitur prætereа ꝙ ipsum euacuat humores malos prohibentes oriri pilos bene. *Membra anhelitus & pectoris.* [f] Confert asthmati. *Membra expulsionis.* Prouocat menstrua sufficiẽter bibitum,et in matrice sup-
D positum: [r] et solutione educit melancholiam:et quicquid sanguini est commistum in quo est grossitudo:et confert [t] dolori renum:et [s] eius potio est vsque ad quatuor chermet: et vsque ad drach.i. permistum medicinis.

[u] *De* †{*Amygdalis.*} *Cap.* 58.

Amygdalæ quid sunt? Notæ sunt. Eorum [x] vnctuositas minor est vnctuositate nucis: cum tamen in eis sit vnctuositas plurima,cuius causa rancidantur. Nux vero velocioris est digestionis q̃ ipsæ,et velocioris conuersionis ad choleram. Et gumma quidẽ eius,quæ dulcis est,s̃m ꝙ quidam existimant est proxima dispositionibus gũmi arabici. *Natura.* Quæ dulcis est,æqualis est ad humiditatem parum declinans. Et [y] amara est sicca in secundo. *Operationes & proprietates.* [u] Gummi amygdalæ amaræ constringit,et calefacit:et in omnibus speciebus amygdalæ est mundificatio, et absterlio,et apertio:sed dulcis est plurimum debilior,q̃ amara in apertione sua:qm̃ est subtiliatiua, abstersiua.et est per accidens inflatiua:et dicitur, ꝙ in ipsa omnino non est stypticitas: et eius nutrimentum est paruũ et proprietas amaræ est,ꝙ ipsa [u] interficit vulpem:qñ comeditur cũ quadã esca. Et amara est medicina absq; nutrimẽto. Dulcis vero bonũ præbet nutrimentũ, licet paruum. Et oleum quidem amygdalarum leuius est corpore ipsius. *Decoratio.* [u] Amara confert posita super pannum

A Dios.lib.2.c.73.
B Ras.vlti.conti. t.1.c.86.
† Cherefes,vel chares.
C Dios.lib.3.c.62, &.63.
D Ras.vlti. conti. t.1.c.69.
E Serap. c. 280. & Ras.vlti.conti.t. 1, c.69.
F Dio.& Ras. ibi.
C† smyrnium.
G Lib.3.F.1.t.5.c.10.& Ras. vlti. ꝯti. t.1.c.69.&.1.conti. t. 13. c. 2.14.4. & Ser.c.280.
H Ras.vlti.conti. t.1.c.69.
I Dios.c.63.
K Serap. c. 280.& Ras.vlti.conti. t.1. c.69.
L Lib. 2. aliment. de apio. c.52.f
C * smyrnium
C * smyrnium
M Serap.c. 280. & Ras.vlti. conti. t.1. c.69.2.
M † petroselinum
N † Decoctum ei⁹ radicisq; potu, venenorum noxæ resistit,cum vomitiones excitet;
† Lazuard, seu laziuard. i. lapis lazuli.
O Dios.lib.5.c.55. Repetit.418.
P Serap. c.379. & Dio.c.56. de lapidę cœruleo.
Q Diosco c.55. de armenio.
R Ras.vlti. conti. t.1.c.404.
S G.đ dyna.c.32.& Ser.c.379.
T Sera.c.379.
V Dio.lib.1.c.139.
† Lauzi.
X G.lib.2.alimẽt. c.29.b
Y Sera.c,82.

pannum,et lentigines,et cicatrices,et percussiones,et applanat contractionem faciei. Et cũ radix E amaræ coquitur,& linitur super pãnum,est medicina fortis. Et [a] comedere amygdalas dulces impinguat. *Apostemata & bothor.* [b] Amara cum vino est bona ad essere. *Vulnera & vlcera.* Liniuntur cum melle super [a] ambulatiua,& formicam:& cum aceto & vino super impetiginẽ. Et amara est magis vltima in omnibus illis. *Membra capitis.* [c] Sunt bonæ valde dolori auris,& sonitui in ea: & proprie oleum amaræ:& contrita cum sua dispositione:& cum caput abluitur cum eis & cum vino,purgat humiditatem & furfures:& [a] faciunt somnum.Et cum amygdalæ amaræ bibuntur ante [a] vinum prohibent ebrietatem:& propriæ [d] †{.l.numero.}Et radix arboris amygdalarum amararum quando optime teritur,& [a] permiscetur cum aceto et oleo rosa.et fit inde emplastrum fronti,confert soda:et similiter oleum amygdalarum amararum confert ei. *Membra oculi.* Confortat visum. *Membra anhelitus & pectoris.* Amygdalæ amaræ [a] cum amylo tritici sunt bonæ sputo sanguinis,et conferunt [a] tussi antiquæ,et asthmati,et pleuresi:et proprie oleum amygdalarum dulciũ. et sauich de amygdalis confert tussi,et sputo sanguinis. *Membra nutrimenti.* Aperiunt [e] oppilationes hepatis,et splenis,et proprie amaræ.Ipsæ [e] nanq; aperiunt oppilationes accidentes in extremitatibus venarum:et cum [a] comeduntur recentes cum corticibus mundificãt humectationem stomachi:et sunt difficilis digestionis et boni humoris:et pauci nutrimenti. Et quando comeduntur cum zuccaro descendunt velociter,et earum sauich est graue commouens cholerã sua dulcedine. F *Membra expulsionis.* Quæ amaræ sunt,aperiunt oppilationes renum.& oleum amararum mundificat [a] renes & vesicam:& frangit [f] lapidem,& proprie cum ireos bibitum. Et quandoq; confert facto emplastro cum eo & oleo rosa.Et [g] confert doloribus matricis,& [g] apostematibus eius calidis, & [g] duritiebus eius,& [g] præfocationi ipsius,& [a] difficultati vrinæ, & dolori [a] renum, & supponiť, & [a] prouocat menstrua.Et dulces conferunt [a] colicæ propter suam abstersionem: & [g] amaræ sunt magis iuuatiuæ:& [g] earũ oleũ est leuius corpore earum. *Venena.* [g] Conferũt morsui canis rabiosi.

[h] *De* † *{Aqua.}* *Cap.* 59.

Aqua. *Electio.* Aquas bonas & laudabiles iam dixi in primo libro.[i] Illic igitur sciantur. Malæ autem aquæ sunt stantes:& quæ sunt in lacunis:& super quas dominatur sapor extraneus,& odor extraneus,& conturbatæ,spissæ,grauis ponderis:& quæ cito in lapidem conuertuntur: & super quas natat velamen malum,seu res mala in modum panniculi tegẽtis ipsas. Et in quarum supremo congelatur res extranea mala.Et scias,q; nitrositatis nocumento in aquis succurritur cum lacte,& vino grosso,& amylo.Et aluminosarum aquarum nocumento succurritur cum vino subtili odorifero,& cum [k] †{algobera}cruda,& cum citrulis crudis,& oleribus subtiliantibus, & cum prouocatiuis.Aquas vero grossas conturbatas rectificant subtiliatiua sicut allium, cepæ, porri: & bibere vinum post eas remouet malitiam earum,& proprie permistum eis. Et aqua quidem aspera non est nisi aut grossa,aut acuta abstersiua:& dicitur quandoq; aqua aspera illa,quæ vehemẽter mundificat illum,qui ea abluitur.amaram autem rectificant dulcia:& aquam salsam rectificãt xylocaracte scemi & grana myrti,& poma,quæ dicuntur zaror,& lutum calidum & sauich:& aquas malas vniuersaliter rectificat acetum. G *Natura.* [h] Aqua maris est acris calida: aqua nitrosa est calefactiua,exiccatiua:aqua ænea & ferrea cõferunt visceribus. *Operationes & proprietates.* Aqua [α] frigida,nocet habentibus oppilationes:verum ipsa cõfert habentibus raritatem: & cursum, quicũq; cursus fuerit:& ex quocunq; membro fuerit:& eis,qui habent ægritudines causa eius:& confortat omnes virtutes in operationibus suis:quando fuerit cum æqualitate.s.digestiuam, attractiuam,retentiuam,& expulsiuam. *Decoratio.* [h] Aqua marina confert fixuris accidentibus [h] ex frigore anteq; vlcerentur,& necat [h] pediculos,& [h] resoluit sanguinem congelatum sub cute. Et aquæ sulfureæ sunt bonæ morpheæ & baras. *Apostemata & bothor.* Aquæ sulfureæ conferunt apostematibus iuncturarum,& duricijs,& verucis pendentibus. *Vulnera & vlcera.* Aqua dulcis ad bibendum est mala vlceribus:propterea,q; humectat,& est diuersa ei,quod cõuenit regimini vlcerum. [h] Aquæ marinæ vsus confert pruritui,& scabiei,& impetigini: & aquæ sulfureæ etiam sunt bonæ impetigini,et [l] scabiei, si ex eis fiat balneatio:et similiter sahafati. *Instrumenta iuncturarum.* [h] Aqua marina et similes,conferunt ægritudinibus neruorum:et proprie quando balneatio fit cum eis sicut tremor,et paralysis,et stupor,et similes,et aquæ sulfureæ etiam similiter,et cõferunt omnibus doloribus iuncturarum et neruorum frigidis. H *Membra capitis.* Epileptici iuuantur [m] ab aqua tepida,et læduntur ab aqua calida.[h] Vapor autem marinæ,confert sodæ frigidæ.Et aqua ærea confert ori et auri. *Membra oculi.* Aqua asphalti est mala oculo. *Membra anhelitus & pectoris.* Aqua frigida valde est mala pectori,quãuis aqua est nociua cannæ pulmonis,propter humectationem, quæ est in ipsa,cum ipsa indigeat exiccatione.Aqua tepida est bona apostematibus gutturis, et vueæ, et pectoris.Ex [h] aqua marina fit embroca apostematibus mamillæ.Aqua nitrosa qñq; confert pulmoni.[n] Aqua aluminosa confert sputo sanguinis. Aqua ferri confert spleni et stomacho, et aqua ærea proxima est illi. *Membra nutrimenti.* Aqua [α] frigida valde,proprie nocet habentibus oppilationes.[h] Aqua marina et similes malæ sunt stomacho.[h] Vapor aquæ marinæ confert hydropisi. Potus aquæ nitrosæ qñq; confert propter nitrositatem stomacho humido. Aqua aluminosa confert vomitui,et prohibet ipsum,et similiter aquæ thermarum stypticæ. Aquæ sulfureæ conferunt apostematibus splenis,et doloribus eius,et similiter hepatis. *Membra expulsionis.* Ex [h] aqua marina fit clystere ad dolorẽ pungitiuũ ventris,et qñq; bibitur et soluit:deinde post ipsam bibiť [h] ius gallinæ,et

A Diosc.li.1.c.13[…]
B Diosc.& Ras.[…] conti.t.1.c.45.[…]
C Gal.3.de p[…] phar.sm lo.c.[…] & Ras.ibidem.
D † quinis sep[…] nis ue.
E Gale.6.simp[…] fo.42.g
F Diosc.& Ras.
G Ras.vlti.conti. t.1.c.45.
H Diosc.lib.5.c.[…]
† Ma.
I F.2.doct.2.su[…] c.16.
K † mespilo
Infra α
L Ras.vlti.conti. c.707.4.
M Oppo.li.1.F.[…] doct.2.sũ.2.c.16.[…] Ras.vlti.conti.t.1. c.706.1.
N Li.1.F.2.doc.2. sũ.1.c.16.& Ras.vl[…] ti.conti.t.1.c.705.2.
Supra α

A Li.1.F.2. doc.2. sū.1.c.16. & Rasis ibidem.5.2.

A næ,& sedatur mordicatio eius. Aqua aluminosa prohibet abortum,& [a] fluxū sanguinis menstrui. Aquæ sulfureæ conferunt doloribus matricis. Aqua frigida valde mala est coitui, & stringit ventrem, et sedat motum spermatis,& eius cursum. Aqua salsa soluit: deinde stringit exiccatione sua. Et omnes aquæ minerales faciunt vrinæ difficultatem,& parturiendi, & menstruorum: & plurimum earum soluit & exiccat. Et quędam earum sicut aluminosa, stringit. Et quandoq; faciūt euenire colicam etiam.[b] Aquæ vero ferreæ,& æreæ sunt bonæ renibus,& colicæ. Et [c] aquæ turbatæ faciunt euenire lapidem in renibus,& vesica. Et aqua quidem in qua extinguitur ferrum, confert sputo sanguinis. *Febres.* Aquæ sulfureæ,& lutosæ, & stantes, & mortuæ faciunt accidere febres: & grossæ faciunt euenire quartanas. *Venena.* Ad [d] morsum viperæ sedetur in aqua marina & iuuatur ab ea: & similiter fit in reliquis vermibus perniciosis.

B Ras. ibi.5.3.
C Lib.1.F.2.do.2. sū.1.c.16.
D Dio.li.5.c.9.
E Diosc.lib. 2. c.93.
† Nesastegi, & neia.

[e] De †{Amylo.} Cap. 60.

Amylum. *Natura.* Frigidum est & siccum in primo. *Operationes & proprietates.* In ipso sunt glutinatio, fortificatio,& lenificatio. Et oportet quidē vt vna pars amyli coquatr cum triplo sui de aqua. *Decoratio.* Cum croco superpositum panno delet ipsum. *Vulnera & vlcera.* Cōsolidat [e] vlcera & sanat ea. *Membra oculi.* [e] Prohibet cursum materierum ad oculum. *Membra anhelitus & pectoris.* Lenit pectus,& sorbitio facta ex eo prohibet fluxum [e] † { } à pectore. *Membra* B *expulsionis.* Amylum solum,& cum lentibus stringit naturam,& prohibet fluxum cholere.

E † sanguinis

De †{Ameos}.i.[f] Ammi. Cap. 61.

Ameos quid est? In ipso est amaritudo pauca, et acuitas. *Electio.* Magis iuuatiuum, quod est in ipso, est semen eius. *Natura.* [g] Calidum est & siccum in tertio. *Operationes & proprietates.* Aperit oppilationes. Et in ipso est cum exiccatione lenificatio. *Decoratio.* [h] Eius potus et linimentū cum eo factum [f] conuertunt colorem ad citrinitatem, et [i] ponitur in medicinis, quæ sunt ad morpheam et albaras: et conficitur cum melle: et ponitur ex eo emplastrum super vestigium nigredinis [f] sanguinis vbi est. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert [i] saniei pectoris. *Membra nutrimenti.* Cōfert madefactioni stomachi, et sedat nauseā [i] stomachi, et subuersionem animæ, et [i] est bonum hepati, et stomacho frigidis. *Membra expulsionis.* Datur ad bibēdum cum vino: et [f] prouocat et remouet [f] difficultatem vrinæ: et [i] extrahit lapidem. Et vniuersaliter mundificat renes, et vesicam: et cōfert ventositatibus, et [f] dolori ventris pungitiuo: et suffumigatur [f] cum eo matrix cum gumma pini, et mundificat eam. *Febres.* [i] Cōfert febribus antiquis. *Venena.* [i] Decoctio ameos effunditur super mordicationem scorpionis, et sedat. Et bibitur ad puncturam vermium venenosorum.

† Nanachua, seu nanachue.
F Dio.lib.3.c.59.
G Gal.li.6. simpli. fo.42.d
H Oppositum vī li.3.t.1.c.19.
I Serap.c.287.

De †{Artanita}.i.[k] Cyclamino. Cap. 62.

Artanita quid est. Illud quod de eo administrat est radix eius, et est buchormariem. Et nos qui- C dem in ipso locuti fuimus} secundum verba [l] Diosc. q̄ habet capita sicut capita ciceris, et folia eius sunt sicut folia caulis: et eius radix est nigra similis radici rapæ: sed hæc species non est species, quæ cognoscitur in nostro tempore. nam quæ nunc artanita cognoscitur est spinæ spissæ breues, quæ habent radicem qua lana lauatur. Et proprietates quas narrauimus sunt istæ.} Et videtur, q̄ sit error translatoris. *Operationes & proprietates.* Est incisiuum resolutiuum. *Instrumenta iuncturarum.* Est bonum doloribus iuncturarum, et vtriusq; anchæ. *Membra capitis.* Facit sternutationem,[m] et vehementer aperit constrictionem narium, et oppilationem colatorij. *Membra nutrimenti.* Confert singultui. *Membra expulsionis.* Eijcit [n] fœtum. *Venena.* Eius decoctio valet [o] puncturis venenosis: et similiter potio eius. *Permutatio.* Loco eius ponitur in abortu, et in iuuamento, quod efficit in venenis pondus equale de aristolochia longa, et semine citri, et mentastro.

† Hartanithi, vel hartanitha.
K Diosc.li.2.c.156. Repetit.c.6.& 278.
L Li.3.c.92. de lentopetalo.

Nota errorem duo simplicia ī hoc capite cōfundit cyclaminum & lentopetalum,& fatetur occasionem accepisse ab interpretis errore.

M Diosc. de cyclamino.
N D. de cyclamīo.
O Di. de lentopetalo,& de cyclamino.

[p] De †{Ambra.} Cap. 63.

Ambra quid est? Ambra s̄m q̄ existimo est manatio fontis in [p] mari. Illud vero, quod dicitur, q̄ est de spuma maris, aut stercore aīalis maris, longinquum est. *Electio.* Melior est [q] alseleheti: deinde [r] †{alazarach,} post eā citrina, et deterior est nigra, et adulteratur cū gypso, et cera et laudano, et ex ambra bona eius species [p] nigra mala, quæ multoties assumitur [p] ex ventre piscis, qui eam comedit et moritur. *Natura.* [p] Est calida et sicca. Et videtur, q̄ sit caliditas eius in secundo, et sicci- D tas ipsius in primo. *Operationes & proprietates.* Confert [s] decrepitus subtilitate suę calefactionis. *Decoratio.* Ex almend est species, quę si tangatur digitis denigrat eos, et est conueniens ad nigrefaciendum radices pilorum, qui sicut successiue egrediuntur, ita tingantur. *Membra capitis.* Confert [t] cerebro et [t] sensibus. *Membra anhelitus & pectoris.* [t] Confert cordi.

P Ser.c. 196.
† Hambar.
Q regio quædam
R† color cineriti[o].
S Ras. vlti. conti. t.1.c.44.

T Serap. c. 196. & Rasis.
T Ser. & Ras. ibi.

De Aranea. Cap. 64.

Aranea. *Operationes & proprietates.* Tela eius [u] abscindit fluxum sanguinis superfluum, et similiter quando ponitur super vulnera et vlcera.[x] Quādo ponitur super tela eius super vlcera prohibet ab eis fluxum sanguinis, et similiter super vulnera. *Membra capitis.* Quando coquitur [y] aranea habens telam grossam albam cum oleo rosato et distillatur in aurem, sedat dolorē eius. *Febres.* Dixerūt quidā tela araneæ cum miscetur quibusdā emplastris, et [z] ponitur super frontem et tempora sanat febrem quartanam, et existimauerunt quidā, q̄ tela speciei illius,[a] cuius tela

Diosc.lib.2. c.55. De Araneo.

Araneus. Operationes & proprietates. u Tela eius imposita sanguinem sistit is.s. quem lupum vocant. Vulnera & vlcera. x Vulnera, quæ summam cutem occuparunt, ab inflammationis iniuria vindicat. Membra capitis. Is, qui y candidam, tenuem, densamq; telam orditur, decoctus ex rosaceo & infusus, aurium doloribus auxiliatur. Febres. z Araneus lupus nuncupatus subactus cum splenio,& linteo illitus, prolatusq; vtrisque temporibus aut fronti, tertianos circuitus persanat. a Araneum vero candidam tenuem densamq; telam ordientem in aluta ligatum,& lacerto appensum, quartanis circuitibus mederi narrant.

tela est spissa alba quando alligatur in cute eius et suspenditur super collum aut adiutorium sanat tertianam. E

De [a] †{Argento.} Cap. 65.

Argentum. *Natura.* Est [b] infrigidatiuum, [c] exiccatiuum. *Operationes & proprietates.* Scoria eius est [d] styptica valde, et in ipsa est [d] attractio et exiccatio. [d] Et quando permiscetur limatura eius medicinis alijs, confert humiditatibus viscosis. *Vulnera & vlcera.* Est [b] bonum valde scabiei, et pruritui. *Membra capitis.* Limatura eius confert [e] fœtori oris cũ permiscetur permistionibus alijs. *Membra anhelitus & pectoris.* Limatura eius cum commistionibus [f] confert tremori cordis.

[g] De †{Aloe.} Cap. 66.

Aloes quid est? Est succus congelatus inter rubedinem, & citrinitatem existens. Et eius aliud est succutrinum, aliud arabicum, & aliud est semegenium. Et dixerunt quidam, q planta eius est sicut planta enulæ, sed non est ita. *Electio.* Illud, quod melius est, est succutrinum: cuius aqua est sicut aqua croci, & odor eius est sicut odor myrrhæ, splendidus, frangibilis, mundus, à lapidibus, et arabicum est minus eo in citrinitate, & ponderositate, & in splendore. Et malum ex eo est illud, quod est durum, & à[*] semegeniũ est fœtidi odoris paruę citrinitatis cui non inest splendor. Cumq; aloe antiquatur fit nigrior. *Natura.* Est calidum in [h] secundo siccum in ipso: & dicitur, q est calidum & siccum in tertio: sed non est ita. *Operationes & proprietates.* Virtus eius est styptica exiccatiua corporis & [g] faciens somnum. Et indus [i] quidem plurimi est iuuamenti: est enim exiccatiuus sine mordicatione: & in ipso est stypticitas parua. Et de paucitate mordicationis eius est, q ipse nõ mordicat vlcera recentia. *Decoratio.* Cum [g] melle super vestigia percussionis confert, & [k] consolidat panaritium vlceratũ. Et [g] cum in vino ponitur super capillos cadentes prohibet casum eorũ. *Apostemata & bothor.* Confert apostematibus ani, et testiculorum: et proprie [l α] apostematibus lacertorum, qui sunt ab vtroq; latere linguæ cum est cum melle, aut cum vino. *Vulnera & vlcera.* Est [g] conueniens vlceribus difficilis cõsolidationis: & proprie in ano, & virga, & [δ] naso, & ore, & fistulis. *Instrumenta iuncturarum.* [m] Confert doloribus iuncturarum. *Membra capitis.* Mundificat superfluitates cholericas, quæ sunt in capite: & [g] quando linitur super frontem [m] †{ } cũ oleo rosaceo, confert soda & sanat eam, & confert vlceribus nasi [δ] & oris: & est ex medicinis cõferentibus contusioni nasi & auris, & [α] apostematibus lacertorum, qui sunt in vtroq; lacertorum linguæ linitus cum vino & melle. Et in medicina antiqua aloe solutione educit [n] choleram nigram, et confert melancholiæ. Et aloe quidem persicus acuit rationem, & acuit os stomachi. *Membra oculi.* [g] Cõfert vlceribus oculi & [g] scabiei eius & [g] apostematibus eius, & doloribus ipsius, & pruritui lachrymalis [g] anguli, et exiccat humiditatẽ eius. *Membra nutrimenti.* Mundificat supfluitates cholericas, & [o] phlegmaticas, quæ sunt in stomacho. Et quãdo bibuntur ex eo duo [g] cochlearia cũ aqua frigida, aut tepida, facit redire appetitum ablatum & rectificat appetitum corruptum. Et est conueniens adustioni & inflammationi factis in vua ex caliditate choleræ in stomacho: & quando assumuntur de eo in mane, & sero pillulæ permistæ cum rectificantibus ipsum, soluunt ventrem & non corrumpunt cibum. Et quandoq; confert doloribus stomachi in die vna. Et aperit oppilationes hepatis: sed ipsæ lædit hepar: et [g] aufert icteritiam soluendo ipsam [o] †{ } *Membra expulsionis.* [p] †{Aureus. 1. 5. de eo cum aqua calida soluunt: & [q] tres aurei mundificant cõplete & temperate: duo aurei cum aqua mellis educunt phlegmata, & cholerã solutione. [r] Et cum ponitur in medicinis solutiuis, expellit nocumentum earum à stomacho.} Et [s] ipse est conuenientior solutiuis alijs stomacho. Et [t] ille, qui est ablutus debilioris est solutionis: sed est magis conferẽs stomacho. Et permistio ipsius cum melle minuit virtutẽ eius adeo vt forsitan non soluat attrahendo: sed extrahat, quod ei obuiat: cum [t] tamen virtus eius, quod purum est non penetret ad illa, quę in corpore sunt longinqua: imo non pertranseat hepar. Et quando arabicus in potu sumitur, conturbat, & facit dolorem ventris pungitiuum, & soluit, & remanet virtus eius in tunicis stomachi in die vno, & duobus diebus. [s] Dare autem aloem in potu in diebus frigoris, est timorosum. Qñq; enim educit sanguinem solutione qualiscunq; sit aloe: & quicunq; aloe. Et [g] quandoq; ponit cum vino dulci super hæmorrhoidas eminentes, & [g] fissuras in ano, & [g] abscindit sanguinẽ currentem ex eis, & sanat apostemata ani, & virgæ linitus cum vino & melle. *Venena.* [ε] Quando datur ad potandum in diebus frigoris timetur, q faciat solutione exire sanguinẽ. *Permutatio.* [u] Loco eius ponitur tantundem de lycio.

[x] De †{Arundine.} Cap. 67.

Arundo. *Natura.* Est vehementis infrigidationis, & cinis eius est calidus. *Operationes & proprietates.* In radice eius est abstersio pauca sine acuitate: & in folijs ipsius etiam. *Decoratio.* [x] Corticis ipsius [x] †{& radix eius} confert alopeciæ: & cortices ipsius, & radix abstergunt sordes: & [x] radix eius cum [y] †{cepa syluestri} extrahit carni infixa. *Apostemata & bothor.* Ponuntur folia eius [x] humida super erysipilam, & conferunt. *Instrumenta iuncturarum.* Sedat [x] torsionem neruorum. *Membra capitis.* Lanugo, q̃ est [x] flos eius qñ cadit in aurem, facit euenire surditatem qm̃ inuiscat et nõ egredit. *Membra expulsionis.* Prouocat vrinã & mẽstrua. *Venena.* Cõfert mordicatiõi scorpiõis.

[z] De †{Abrotano.} Cap. 68.

Abrotanum. *Natura.* [a] Est calidum in primo, siccum in secundo. *Operationes & proprietates.* Est subtile amarũ, & in ipso sunt terreitas & subtiliatio. Inqt [b] Gal. †{flos eius} est magis efficax q̃ absinthium,

A † Fada.
B Ser. c. 405.
C G. 2 mẽ. 3. in. 3. de morb. vulg. 1. a
D Diosc. li. 5. c. 51.
E Ras. vlti. conti. t. 1. c. 74. 8. 2.
F Ras. t. 3. c. 44. & vlt. 2ti. t. 1. c. 74. 8. 2.
G Diosc. li. 3. c. 22.
† Sabar.
* nigrum
H G. 6. simp. 42. c
F
I Ras. vlti. conti. t. 1. c. 37.
K Diosc. & Gal. meth. c. 15. e
L Ras. vlti. 2ti. t. 1. c. 37.
Infra α
Infra δ
M Ser. c. 201.
M † ex aceto.
Supra δ
Supra α
N Ras. vlt. cõti. c. 37.
G O Ga. 7. met. c. 11. c
O † tribus obolis ex aqua, aut drachmæ põdere i potu.
P † Diosc. deuoratum cum resina, aut cũ aqua vel melle cocto sumpta, aluum soluit. q Purgationis pfectę cã, trib' drachmis sumit. r alijs purgatorijs medicaminib' admista prestet vt minus stomachum infestent.
H S G. 6. sim. fo. 42. c
T G. lib. 7. metho. c. 11. c
Infra ε
Supra ε
V Ga. Fimus ibis.
X Dio. lib. 1. c. 97.
† Chasab.
X † cinis cũ aceto
Y † bulbis suis
Z Diosc. lib. 3. c. 25.
† Chaislum.
A Gal. 6. simpl. fo. 40. c, cali. & sic. in tertio.
B Li. 6. simplic. fo. 40. d
†

A absinthium,& in ipso est apertio. *Decoratio.* [a] Illud quod est adustum confert alopeciæ proprie, & cum alkerua, aut oleo de raphano. Et abrotanum quidẽ confert ad hoc vt [b] nascatur barba, quæ est tardæ natiuitatis quando decoquitur cum quibusdam oleis propter suam apertionem,& constringit gingiuam. *Apostemata & bothor.* Resoluit apostemata phlegmatica [c] †{ }[c] †{Et quãdo decoquitur cum cydonijs confert apostematibus difficilis resolutionis} *Vulnera & vlcera.* Non est [d] conueniens vlceribus recentibus, immo mordicat ea. *Instrumenta iuncturarum.* Eius decoctio confert contusioni lacertorum,& [e] sciaticæ antiquæ & difficili. *Membra capitis.* Quando [f] coquitur cum oleo calefacit caput,& [e] remouet frigiditatem eius.[f] †{ } *Membra anhelitus & pectoris.* Eius decoctio [e] confert difficultati anhelitus, qui dicitur anhelitus præparatus,& quod de eo melius est, est decoctio floris eius. *Membra nutrimenti.* Quando [g] decoquitur cum oleo, calefacit stomachum,& remouet frigiditatem eius. *Membra expulsionis.* Prouocat [e] menstrua & extrahit fœtum, & frangit lapidem vesicæ, & renum, & oleum eius confert coarctationi matricis,& [e] difficultati vrinæ. *Febres.* [e] Confert rigori quãdo fricando cum oleo fit inunctio. *Venena.* Quando bibiť cum vino [e] confert venenis. Et quando sterniť [e] interficit vermes venenosos: immo fugat eos.

De †{*Arbore mariæ*}.i.[h] de Rore marino, siue cachry. *Cap.* 69.

B Arbor mariæ quid est? Est buchormarien: & iam [i] dictum est de ea: & est trium specierum. vna species eius est sine fructu,& duæ cum fructu. *Operationes & proprietates.* Confert [k] coryzæ frigidæ. *Membra oculi.* Confert [l] descensui aquę in oculum.

De [m] †{*Alumine.*} *Cap.* 70.

Alumen quid est? Inquit [n] Dioscor. species aluminis sunt plurimæ: sed illæ, quę ex eis in curam medicinæ ingrediuntur, sunt tres, scissum, humidum,& rotundum. Scissum vero est [n] †{ aliameni: & est album ad citrinitatem declinans, & stypticum, in quo est acetositas, & est quasi sit flos aluminis.} Et inuenitur species petrosa, in qua non inuenitur stypticitas apud gustum. & ipsum quidem non est de genere aluminis. *Natura.* Est calidum & [o] siccum in secundo. *Operationes & proprietates.* In ipso est prohibitio & exiccatio: & [n] prohibet fluxum omnis sanguinis, & prohibet cursum superfluitatum & effusionem earm. *Decoratio.* Cum aqua [o] †{ picis interficit alcharad,& pediculos,& alsuab, seu alsebib, idest lentigines} *Vulnera & vlcera.*[p] †{ } Cum fęce [q] { } [m] †{vini & tantũdem aluminis,& tantundem gallarum desiccat vulnera difficilia,& herpetem hesthiomenum: & cum simili pondere sui de sal gemma confert vlceri corrosiuo}& [n] adustioni ignis.[r] †{ } *Membra capitis.* Eius decoctio confert quando ex eo colluitur os, dolori dentium.

C [s] De †{*Anetho.*} *Cap.* 71.

Anethum. *Natura.* [t] Eius calefactio est inter secundum et tertium: et eius exiccatio inter primum et secundum: et quando aduritur fit eius exiccatio in secundo. *Operationes & proprietates.* Est maturatiuum frigidorum humorum: et sedatiuum dolorum, et carminatiuum ventositatum: et similiter eius oleum: et in ipso est lenificatio vltima: et eius [t] complexio est propinqua maturatiuo aperitiuo: Verum ipsum est magis calefaciens, et humidum est vehementioris maturationis, et quod siccum est, vehementioris est resolutionis. *Apostemata & bothor.* Est maturatiuum apostematum. *Vulnera & vlcera.* [t] Eius cinis confert vlceribus tremulis. *Instrumenta iuncturarum.* Oleum eius confert doloribus neruorum, et similium. *Membra capitis.* [t] Facit somnum proprie eius oleum, et eius succus confert dolori auris melancholico, et exiccat humiditatem auris. *Membra oculi.* Asiduatio comestionis [s] eius debilitat visum. *Membra anhelitus & pectoris.* Anethum et semen eius [s] lac abundare facit: et proprie in sorbitionibus, quæ multiplicant lac. *Membra nutrimenti.* Confert [s] singultui repletionis facto ex natatione cibi in stomacho. Inquit Gale. Et nocet stomacho, et in semine eius est vomitatio. *Membra expulsionis.* Cõfert [s] dolori ventris pungitiuo, et [s] intersecat sperma quando fit clystere ex eo, aut sedere in ipso: et eius semẽ [t] †{ } abscindit hæmorrhoidas eminentes, et [u] eius cinis est bonus ano, et virgæ, et testiculis.

D [x] De †{*Adipe.*} *Cap.* 72.

Adeps. *Natura.* Adeps anatis est calidior, et siccior: deinde adeps castrati: et adeps castrati decrepiti est lenior. *Operationes & proprietates.* Adeps [x] †{anatis} est subtilis valde: et est calidior adipe [y] †{gallinæ:} et adeps gallinaceorum in medio tamen horum est, et adeps cerui sunt vehemẽtis calefactionis, et [z] adeps vaccæ est media inter adipem leoninam, et [z] †{caprinam,} et adeps [a] †{aldub} est subtilis. et [b] adeps masculi in omnibus eis est fortior. et adeps decrepiti est leuior. et adeps caprina est magis styptica omnibus, et adeps hircina est vehementioris resolutionis. *Decoratio.* Adeps [x] vrsi, et adeps anseris conferunt alopeciæ, et [x] adeps asini valet ad vestigia cutis. et adeps anseris [x] valet ad fissuras faciei et labij. *Apostemata & bothor.* Adeps porci valet ad apostemata: et adeps leonis resoluit durities apostematum. *Vulnera & vlcera.* [x] Adeps porcina valet ad adustionem ignis. *Membra capitis* Adeps anseris [x] sedat dolorem auris, et similiter adeps [x] vulpis: ipsa enim est iuuatiua ad illud valde. Adeps gallinæ cõfert asperitati linguæ. *Membra oculi.* Adeps [x] piscis confert aquæ oculi, et acuit visum cum melle. et adeps viperæ recens confert [x] †{panno,} et [x] aquæ, [x] †{et vt non nascantur pili euulsi ex palpebris.} *Instrumenta iuncturarum.* Adeps cerui confert spasmo. *Membra expulsionis.* [x] Adeps caprina confert mordicationi intestinorum quando administratur,

A Raf. vlti. conti. .t.1.c.7.
B G.li.6. simplici. fo.40.h
C † Dio.& tritũ cũ faria hordeacea decoctumq; tubercula discutit.
† C ————
D G.6.sĩp.fo.40.h
E Dios.li.3. c. 25.
F Ra.vl.ꝯt.t. 1.c.7
F † Membra oculi. & qñ decoquiť cũ cydonijs aut pane ꝯfert inflammationibus oculorum.
G Serap.c.307.
† Segiar marien.
H Dios. li.3.c. 70.
I Ca. 62.
K Raf. vlti. conti. t.1.c.71.& Se.c.317
L D.& Raf.ibi, & Ser. ibi.
M † Seb.
N Li.5.c.72.
N † optimũ ꝑferti recẽs, cãdidissimũ, gustu perq̃ adstringẽs, graue olẽs, calculorũ expers, nec glebulose, aut assulose cõpactũ, sed sigillatim in capillamẽta q̃dã canescentia dehiscẽs, in ægypto natum.
O G.5.sim.c.27.b, q; siccum in tertio.
O † illita auxilio sunt ad lẽdes, pediculos, furfures cũ eruo & pice illita abstergũt ꝯtra graue alarũ inguinũq; virus illinuntur.
P † Valet.
Q † aceti
M † & galla pari põdere cremata ad phagedenas vlcerum, & cum salis duabus partib⁹ ad vitia quæ pascunt.
R † cum aqua
S Dios. lib. 3. c.56.
† Sebet.
T G.li.6.sĩ.fo.43.b
T † vstum
V G.lib.6.simplic. fo. 43. b, & lib. 5. metho.15.d
X Dios.li.2.c.68.
† Saham.
X † Anseris
Y † suillo:
Z G.lib.11.simpli. fo.79.b
Z † porcinam,
A † vrsi
A G.li 3.de ꝯpõne medi.ꝑ gña. c.3.h, & .5.h
B Gal. 11. simplic. fo.79. a
X † oculoꝝ hebetudini addita cedria, melle attico, & pari oleo vetere.
X † pilos alis euulsa punctis radicib⁹ recẽs & p se illitus obliterat, atq; renati non patitur.

administratur,& confert vlceribus eorum.[a] Et adeps quidem caprina fortior est in cura vlcerum E intestinorum,ꝙ adeps porcina.Et illud est propter velocitatem congelationis eius, sed adeps porcina vehementius sedat mordicationem.Adeps,quæ est in gibbo camelli suffumigata confert hęmorrhoidibus.& omnes adipes lenes,sicut adipes [b] gallinę & [b] †{aliorum,}conferunt doloribus matricis,& antiquæ sunt eis malę,[a] †{& siñr adeps anseris confert matrici.} *Venena.* Adeps porcina confert puncturæ vermium venenosorum:& adeps [b] elephantis, & [b] cerui quando fit ex eis linimentum fugant venenosa:& [b] adeps caprina confert cantharidibus.

De †{*Arbore cimicum*}.i.[c] Vlmo. *Cap.* 73.

Arbor cimicum. *Natura.* Est frigida in primo,& sicca in ipso. *Decoratio.* Linitur [α] super excoriationem cum aceto. *Vulnera & vlcera.* Consolidat [c] vulnera recentia:& [α] linitur super excoriationem cum aceto,& sanat eam,& [c] inuoluitur cortex eius super vulnera,& consolidat ea.

[d] *De* †{*Alleo.*} *Cap.* 74.

Allium quid est.Allium aliud est domesticum:& est notum:[d] †{aliud est allium porrinum:}& aliud syluestre.& in syluestri quidē sunt amaritudo & stypticitas: & est illud, quod nominatur allium serpētis.porrinum autem est compositæ virtutis ex alleo & porro. *Natura.* Est calefactiuū, exiccatiuum in tertio vsq; [e] ad quartum, & syluestre plus illo. *Operationes & proprietates.* Est lenitiuum,[f] resoluit inflationem valde:& est vlceratiuum, & adustiuum [d] cutis,& [d] confert ad mutationem aquarum. F *Decoratio.* [d] Bibitur [f]†{ }decoctio montani,& interficit lendes,& pediculos,& inungitur super eos,& eius cinis [d] quando linitur cum melle super morpheam,et vestigium nigredinis sanguinis confert, & [d] confert alopeciæ [g] †{ex materijs putridis.} *Apostemata & bothor.* Aperit [h] dubellet intrinseca, & cinis eius est conueniens super bothor. *Vulnera & vlcera.* Exulcerat cutem,& cinis eius cum melle super [d] impetiginem,&[d] scabiem vlcerosam,et allium quidem syluestre facit cohærere vulnera fraudulenta quando ponitur super ipsa recens. *Instrumenta iuncturarum.* Quando ex eo fit clystere [h] confert sciaticæ, quoniā solutione educit sanguinem & humorem cholericum. *Membra capitis.* Allium facit soda.& decoquitur allium & assatur,& sedat dolores dentium:& collutio oris ex decoctione eius confert etiam doloribus [d] dentium,& proprie quādo permiscetur ei olibanum [h] †{ } *Membra oculi.* Debilitat[d] visum, & attrahit bothor in oculum. *Membra anhelitus & pectoris.* [d] Clarificat vocem, & guttur decoctū, & confert [d] tussi antiquæ,& doloribus pectoris ex frigore, & extrahit sanguisugas ex gutture. *Membra nutrimenti.* {Confert alhabē.i.hydropisi}confert eructuationi{ & proprie decoctio qua christiani vtunt̄,quę fit cum oliuis,}[a]†{& baucijs.} *Membra expulsionis.* Qn̄ sedetur in decoctione[i] †{foliorū} allij,[k] †{& cruriū eius prouocat [d] vrinā}& [d] menstrua:& extrahit secundinam: & similiter qn̄ [l] † {supponit̄} & bibit̄: [b] † {& similiter cibus Christianorum prædictus factus ex eo G confert valde.}Et quando teritur de eo quātitas aurei cum aqua mellis extrahit phlegma: & ipsum [d] extrahit vermes,& in ipso est solutio naturæ.Eius autem operatio in coitu est, quoniam ipsum propter vehementiam suæ exiccationis,& resolutionis quandoque nocet. ꝙ si decoquatur in aqua donec eius acuitas resoluatur,nō elongatur quin sit illud,quod de eo remanet in elixatura eius paucæ caliditatis,quod non exiccat,& generatur [m] ex eo materia spermatis: ita vt cōuertat materias phlegmaticas in complexionibus phlegmaticis ad ventositatem & non possit eas carminare.Et quando in venis conuertitur in ventositates,non elongatur quin adiuuet ad desiderium coitus. *Venena.* Confert [d] puncturæ vermium venenosorum,& morsui [d] serpentum quando bibitur cum vino.Et nos quidē iam experti sumus illud.Et similiter morsui [d] canis rabiosi, & quando fit emplastrum ex allio & [d] folijs ficus,& cymino super morsum [m] †{mugali} confert.

[n] *De* †{*Althæa.*} *Cap.* 75.

Althæa quid est? Nomen eius in græco [n] deriuatum est ex nomine plurium iuuamentorum. *Natura.* [o] Calidum est cum æqualitate. *Operationes & proprietates.* In ipsa sunt lenificatio,& maturatio,& mollificatio,& resolutio:& semē,et radix ipsius sunt in virtute eius,& fortiora plurimum, & exiccatiua subtiliatiua. *Decoratio.* Linitur super [n] morpheam cum aceto, & sedetur in sole, et semen eius est fortius in illo. *Apostemata & bothor.* Mollificat apostemata,et prohibet ea,et resoluit sanguinea,et [n] maturat exituras,et confert apostematibus crudis et [n] scrofulis,[c] † { et supponit̄ H [α] cum gumma albotin ad duritiem matricis, et ponitur cum caulibus super scrofulas.} *Instrumenta iuncturarum.* Sedat dolorem iuncturarum,et proprie cum adipe anseris,et confert [n] sciaticę, et [n] tremori,et [n] attritioni medij lacertorum,et extensioni neruorum. *Membra capitis.* Quādo fit ex ea emplastrum confert [n] apostematibus,quæ sunt in glandibus aurium. *Membra oculi.* Resoluit tumorem,et inflationem,quæ fiunt in palpebris. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert semen eius tussi calidæ,et facile efficit sputum,[p] et prohibet sputum sanguinis cum virtute suę stypticitatis,quæ est in ipso,et conferunt folia eius [n] apostematibus mamillæ,et ponitur in emplastris pleuresis,et peripneumoniæ. *Membra nutrimenti.* [q] Eius gumma sedat sitim. *Membra expulsionis.* Decoctio radicis eius confert quando bibitur ardori vrinæ,et vlceribus [n] intestinorum,et etiam [n]apostematibus ani,et similiter folia eius,et similiter solutioni malę,[q] { et supponitur[α] semen eius cum gumma albotin}ad duritiem matricis,et coarctationem eius. Et similiter decoctio eius solūmodo,et [n] mūdificat superfluitates fœtarū,et decoctio radicis eius quando datur in potu cum [n] vino, confert difficultati vrinæ et [n] lapidi,et proprie semen eius,et gūma eius retinet ventrem. *Venena.*

Quando

A G.li.11.simplic. 78.h
B Diosc.lib.2.c.
B † anseris recēti
A † ———
† Segiar albach.
C Diosc.li.1.c.
Repet.c.216.&
Infra α
Supra α
D Diosc.li.2.c.
† Thum.
D † singulari ca te vt porrum:
E G.8.sim.fo.
F G.li.12. mi. c.8.e,& Diosc.
F † origani
G † cū nardino vnguento.
H Ras.vlti.con. t.1.c.36.
H † & teda.
A † ———
I † comæ
K † Diosc. Allium cum nigra oliua i tritum,quod myrtotonon vocāt ciet vrinā,ora venarū patefacit,hydropicis vtile
Alia lrã.
Ras.vl.cōti.t.1.c.36. aqua decoctiōis allij cū oliuis & nucibus ꝓuocat vrinā, & christiani p se faciunt cibum de eo oliuis & nucib9 valentem ad i dem
B † ———
L † suffitur
M Ras.vlti.conti. t.1.c.36.
M † muris aranei
N Diosc.li.3.c.
† Chathmi, seu chathmie.
O Ras.t.3.c.51.
C † ———
Infra α
P D.& G.6.simp. fo.46.f
Q Ser.c.76.
Chamædryos quid est? [o] †{Stypites, & folia frangibilia in grossitudine myrti, & maiores ad viriditatem decliues.} Et herba eius nominatur apud Græcos quercus terræ: qm̃ habet folia parua similia folijs quercus, amara: & eius radix declinat ad purpureitatem. *Electio.* Oportet vt colligatur dum habet semen. *Natura.* Inquit [p] Gal. est calidus & siccus in tertio: eius tñ calefactio fortior D est desiccatione ipsius. *Operationes & proprietates.* Est aperitiuus, incisiuus, subtiliatiuus: & in ipso est[o] calefactio corporum. *Vulnera & vlcera.* Confert [o] cum melle vlceribus antiquis. *Instrumenta iuncturarum.* Quando quod ex eo recens est bibitur, aut eius decoctio, confert contritioni lacertorum: & [q] eius syrupus confert spasmo, & quanto plus antiquatur est melior. *Membra oculi.* Fiunt ex eo pilulæ, & exiccantur, & administrantur in vlceribus oculi: & similiter eius [o] decoctio in oleo: aut quod ex eo tritum est, [q] confert fistulis lachrymalium. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert [o] tussi antiquæ. *Membra nutrimenti.* [o] Detumescere facit grossitiẽ splenis: et confert icteritiæ nigræ: & habet syrupum, qui confert malitiæ digestionis valde: et quanto magis antiquatur, est melior: et confert [o] principio hydropisis. *Membra expulsionis.* Prouocat [o] vrinam, et [o] mẽstrua, et [o] extrahit fœtum. *Venena.* Fit ex eo [o] emplastrum morsibus vermium venenosorum. *Permutatio.* Loco eius ponuntur [r] folia eupatorij, aut scolopendriæ.

R G.de subst. me. lapathi syluestris radix.
† Chundes, seu kundes.
S Dio.lib.2. c.155. de radicula, seu lanaria herba.
T G.8.simpli.61.e
V Ser.c.352.

De †{*Cundes*}.i.[s] Struthio. *Cap.* 136.

Cundes quid est? De hoc quidem plurimum administratur radix, et est notum. *Natura.* Est calidum et siccum in tertio perueniens ad [t] quartum. *Operationes & proprietates.* Est abstersiuum, mundificatiuum, vlceratiuum, acre, mordicatiuum, excitans vomitum, [u] incidit phlegma, et choleram

leram nigram. *Decoratio.* Abstergit[a] albaras,& morpheam, & proprie nigram. *Apostemata & bothor.* Confert[a] scabiei. *Membra capitis.* Facit[a] sternutationem,& est ex summa medicinarum [b] mundificantium aurem:& abstergentium sordes, quae sunt in ea: & de [c] proprietatibus eius est resolutio ventositatum ex naribus.& confert alchasem aperiendo oppilationes colatorij fortiter. *Membra nutrimenti.* Facit[d] vomere fortiter,& soluit[a] duritiē splenis. *Membra expulsionis.* Est[a] solutiuum,[a] prouocatiuum vrinae:& supponitur,& prouocat[a] mēstrua,& extrahit[a] foetum,& frangit[a] lapidem. *Permutatio.* [e] Loco eius in vomitu ponitur nux vomica,eiusdem ponderis,cum tertia sui ponderis de pipere.

De †{*Cubebis*}.i.[f] Carpesio. *Cap.* 137.

Cubebe quid est? Eius virtus est similis [f] †{rubeae,}veruntamen est subtilior. *Natura.* Dixerunt [g] quidam,in ipsa est cum caliditate virtus infrigidatiua,& est vere calida & sicca perueniens vsq; ad secundum. *Operationes & proprietates.* Est aperitiua,subtilis,ad acuitatem decliuis: & neq; [h] peruenit ad hoc vt loco cinnamomi ponatur. *Vulnera & vlcera.* Est bona vlceribus putridis in membris & gingiuis. *Membra capitis.* Est bona alcola putridis in ore. *Membra anhelitus & pectoris.* Quando tenetur [g] in ore,clarificat vocem. *Membra nutrimenti.* [i] Est fortis in aperiendo oppilationes in hepate. *Membra expulsionis.* [i] Mundificat vrinę vias,& prouocat arenosam:& [f] extrahit lapidem renum & vesicae:& [k] sputum masticantis eam,delectat eam cum qua habetur coitus.

[l] *De* †{*Cuscute.*} *Cap.* 138.

Cuscute quid est? Res inuoluta super spinas & arborem,similis villis mechijs:& non habet folia:sed habet florem paruum album,in quo sunt amaritudo,& ponticitas:sed [m] quod in ipso magis vincit,est substantia amara. *Natura.* [n] Est calidum parumper in principio primi,siccum in fine secundi,quāuis ipsum sit hñs virtutes contrarias. *Operationes & proprietates.* Est mundificatiuū, & extrahit superfluitates subtiles ex venis,& grauat [n] in stomacho propter suam stypticitatem: & [n] mundificat venas,& extrahit superfluitates,quae sunt in eis cum facilitate lubrificans superfluitates subtiles. *Membra nutrimenti.* [n] Confortat stomachum proprie,quod ex eo frixum est: & qñ bibitur cum aceto sedat singultum,& aperit oppilationes hepatis,& stomachi,& confortat ea. Et eius aqua est mirabilis [n] ad icteritiam:& succus eius,quod de eo est syluestre cum teritur, & projicitur super vinum [o] †{ }forte efficit stomachum debilem. *Membra expulsionis.* Et ipsum quidem mundificat sordes ventris: propterea,quia [n] mundificat venas,& prouocat vrinam & menstrua:& confert dolori pungitiuo ventris, & supponitur, & retinet fluxum sanguinis: & quod ex eo frixum est constringit,& mundificat fluxum matricis. *Febres.* Confert valde [n] febribus antiquis semen eius,& aqua ipsius.

De †{*Cymino*}.i.[p] Cumino. *Cap.* 139.

Cyminum quid est? Eius aliud est karmenium, & aliud persicum,& aliud scemium,& aliud nabathium.karmenium vero est nigri coloris,& scemium est citrini coloris: & persicum quidem est fortius scemio:nabathium vero est illud,quod inuenitur in alijs locis. Et ex omnibus aliud est syluestre:& aliud domesticum.Syluestris itaq; acrimonia fortior est. Ei de syluestri quidē est spēs quaedā,cuius semen est simile [p] †{semini lilij.} *Electio.* Karmenium est fortius q̄ persicum, & persicum fortius alijs. *Natura.* Est calidum in[q] tertio,siccum in tertio. *Operationes & proprietates.* Expellit [p] ventositates,& resoluit:& in ipso est incisio,& exiccatio:et in ipso est stypticitas. *Decoratio.* Cum lauatur facies ex aqua ipsius clarificat eam: et similiter eius vsus: et acceptio eius cum mensura. [r] Eius nanq; nimius vsus,faciē citrinat. *Apostemata & bothor.* Administratur cum cerato,[α] aut [r] †{oleo,et}farina [s] †{fabarū}super apostemata in testiculis.[p]{ immō cū oleo, aut oleo et melle.} *Vulnera & vlcera.* Cōsolidat [t] vulnera proprie syluestre, cuius semen est simile [t] †{semini lilij}cum eo impletur super vulnera. *Membra capitis.* Cum teritur [p] cyminū cum aceto,et fit odoramentum ex eo,abscindit fluxum sanguinis narium.Et similiter cum ex eo intromittitur licinium in nares. *Membra oculi.* Quandoq; masticatur, et miscetur cum [u] †{oleo,}et distillatur super vngulam,et super [p] coāgulatum sanguinem sub oculo,et cōfert.Et qñq; masticatur cum sale,et distillatur sputum super scabiem,et sebel, et vngulam abscissam, prohibet adhaerentiam, et succus syluestris abstergit visum,et attrahit lachrymas,et nominatur graece fumus, et ipsum etiam ponitur in cauterijs euulsionis pilorum in oculo,et non nascitur. *Membra anhelitus & pectoris.* Quando [p] bibitūr cum aceto misto cum aqua confert difficultati anhelitus,ita dixit. [x] †{Gale.} et anhelitui dilatationis,et tremori cordis frigido. *Membra expulsionis.* Administratur cū [y] †{ oleo} super apostemata testiculi,et quandoq; administratur cum cerato,et quādoq; administratur [α] cum [z] †{oleo et} farina [a] †{fabarum,}et [p] frangit lapidem,et proprie syluestre,et confert [p] distillationi vrinae,et [p] mictui sanguinis,et dolori [p] pungitiuo ventris,et [p] inflationi,et succus syluestris triti cū [t] aqua mellis soluit ventrem.Inquit Rufus. [b] Cyminum nabathium soluit ventrem. karmenium vero non soluit,immo stringit.Et herba syluestris prouocat choleram in vrina. *Venena.* [p] Datur in potu cum vino ad morsum vermium venenosorum,et proprie siluestre,cuius semen est simile semini [b] †{lilij.}

De †{*Karui*}.i.[c] Caro. *Cap.* 140.

Karui quid est? Est proximum dispositionibus anisi. *Natura.* Calidum est et siccum in secundo. *Operationes et proprietates.* [d] Expellit ventositates,et exiccat,et [e] non est in sublimatione cymini.

E A Diosc.li.2.c.
B Gal.3.de cōpō. med.sm loc.
C Gal.de reme. paratu.fac.153.
D Ras.t.3.c.38.
E G.de subst. ellebori nigri
† Chubabe, vel Kebabe.
F G.li.7.sim.
F † phu,
G Ras.vlti. cont. t.1.c.242.
H G.li.3.de cōpō. med.sm loc.
I Ras.t.3.c.38.
F K Lib.3.F. c.45.
L Sera.c.39.
† Chesluth, vel Kesluth.
M Ser.c.39. oppositum.
N Ser.& Ras. cōti.t.1.557.
N Ras.ibi.& Se.
N Ras.ibidem.
O † Ser. forte efficit vinum & ipsum inebriare
G † Kemun
P Diosc.lib.3.c.57.
P † melanthio.
Q Ga.7. simp.
R D.& Ras.vl. t.1.c.212.
* Satiuum
Infra α
R † ———
S † lolij, aut vua passa
P * Syluestre si mi ducatū cum melle & vua passa illinat testium inflāmationibus medetur.
T Ras.vlti.cont. t.1.c.212.
T † melanthio
P * Satiuum
V † melle & vua passa,
P * Syluestre
P * Satiuum
X † Dioscori.
Y † vua passa
Supra α
Z † ———
A † lolij,
P * Satiuū & syl.
B Ras.vlti.cont. t.1.c.212.
B † melanthio.
† karauia.
C Diosc.lib.3.c.
D G.li.7.sim.
E Sera.c.279.

A Ser.c.279.& Ra. A mini. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert[a] tremori cordis. *Membra expulsionis.* Est[b] bonum vermibus, interficit enim eos.

B Rasf. vlti. conti. t.1.c.178.
C Diosc.li.2.c.166.
† Kabar.

[c] *De* †{*Cappare.*} *Cap.* 141.

Capparis quid est? Est fructus, & habet radicem, & habet fructum alium, qui est sicut cucumis non capparis, & est acris, calidus, qui ponitur in musto, & conseruat ipsum ab ebullitione sicut sinapis, & eius radix est amara acris. & quædam species eius est chulzemi .i. regionis maris rubri faciens in ore bothor vsque ad terminum,[c] quo vesicetur, & apostemat gingiuã. *Electio.* Iuuantius, quod in ipsa est sunt cortices radicis eius. *Natura.* Generata in terra calida, est calidior, & calor totius, & eius siccitas est in secundo. *Operationes & proprietates.* Est resolutiua, aperitiua, & abstersiua, & ipsius radix est incisiua, sublimatiua, mundificatiua, aperitiua, in cuius cortice sunt amaritudo, & acrimonia & stypticitas, & nutrimentum fructus eius est[d] paruum, præcipue cum salitur, & quod ex ea est humidum, est magis nutritiuum, quàm quod siccum est. *Apostemata & bothor.* Eius radix resoluit[c] scrofulas, &[c] durities, & admisceatur ei, quod frãgit virtutem eius, & folia eius iam experta sunt ad illud. *Vulnera & vlcera.* Cortices radicis eius ponuntur super[c] fraudulẽta, & sordida. *Instrumenta iuncturarum.* Cortices radicis eius conferunt sciaticæ, & doloribus[c] anchæ, & quandoque fit clystere ex succo eius, & confert ei valde, & confert[c] paralysi, & stupori: & stringit

D G.li.1.ali.c.34.e

B membra propter stypticitatem, quę est in ipsa, & similiter confert attritioni[c] accidenti in capitibus lacertorum, & in medio eorum. *Membra capitis.* Cortices radicis eius masticatę[c] extrahunt humiditatem à capite, & sedant dolorem frigidum in eo, & eius succus[e] distillatur in aurem propter vermes ipsius. Et qñque mordetur, seu stringitur cortex[c] radicis eius cum dente doloroso, & confert, et proprie cum est humida, aut folia eius, & fit[c] collutio oris cum aceto in quo decoquitur, aut vino, aut quandoque cum aceto, & quandoque cum vino. *Membra anhelitus et pectoris.* Confert, quod ex eo salitum est patientibus asthma. *Membra nutrimenti.* Ipsa est res magis conferens[f] spleni, & duritiei eius bibita, & more emplastri superposita[c] cum farina hordei, & similibus, & proprie cortex radicis eius. & multoties euacuat ex splene materiam grossam, melancholicam, & succedit ei sanitas. *Membra expulsionis.* [g] Solutione educit humorem crudum, grossum, & prouocat[c] menstrua, & interficit serpentes, &[h] vermes in intestinis. Et confert[h] hęmorrhoidibus.[h] Et augmentat coitum. Et quod ex ea salitum est, ante cibum sumptum soluit. *Venena.* [h] Est theriaca.

E Diosc. & Gal.
F D.&G.li.7. simpli.49.g,& li.2. artis cu.ad glau. c.5,c
G G.7.sim. 49.g, &.2.alim.c.34.f
H Rasis vlti.cont. t.1.c.164.
† Karumb.
I Diosc.lib.2.c.113.
K Li.3.F.10.t.4.c. 1.& Ras.vlt. conti. t.1.c.198.
L Rasis vlti.conti. t.1.c.198.

De †{*Caule*}.i.[i] Brasica. *Cap.* 142.

Caulis. *Natura.* Corpus humidius est folijs, & syluestris calidior est & siccior, & ipse totus est calidus in primo, siccus in secundo. Et caulis quidem alius est domesticus, & alius syluestris, et alius marinus, et alius caulis aquæ. Syluestris vero est amarior, et calidior, et remotior ab

C hoc vt sit cibus. Et decoctio quidẽ radicis caulis cum aqua granatorum est bona.[k] Canabit præterea est grossi nutrimenti, ingrossans sanguinem, cum non dissoluitur, et inflat vsque ad partes furculę et lateris, et facit dolorosum corpus, et non est mutabilis sicut ventosus. *Operationes & proprietates.* Est maturatiuus, lenificatiuus, desiccatiuus, proprie qñ decoquitur, et effunditur ab eo aqua prima. Et cinis quidem stipitum eius est fortis exiccationis, et habet proprietatem in sedatione dolorũ, et eius nutrimentũ est paruum, et humidius nutrimento lentium, et sanguis eius est[l] malus. cum ergo coquitur cum carne pingui et gallinis fit bonus parũ. *Apostemata & bothor.* Syluestris, [l]†{marinus,} et domesticus maturãt[m] phlegmones et duritiès. *Vulnera & vlcera.* [n] Consolidat et prohibet ambulationem[o] fraudulẽtis, et ponitur cinis eius cũ albumine oui super[p] adustionẽ. *Instrumenta iuncturarum.* Confert[i] tremori: et qñque ponitur cum[q] fœnugręco super podagram: et embrocatur decoctio eius super dolores iuncturarum. *Membra capitis.*[r] †{Et confert ebrietati ex vino,} et quãdo cum succo eius[i] fit caputpurgiũ purgat caput: et ex proprietatibus eius fit[s] exiccatio linguæ, &[s] facit somnum. *Membra oculi.*[t] Obtenebrat visum: cum hoc tñ quod ponitur in alcofol. *Membra anhelitus & pectoris.* Fit gargarismus cũ succo eius, aut decoctione ipsius cũ oleo sysamino, et cõfert pfocationi, & comestio eius[i] clarificat vocẽ. *Membra nutrimenti.*[u] Est malus stõ, et eius[x] succus cũ vino de passis cõfert spleni, et icteritię,[x]†{et eius albũ est tardę digõnis.} *Membra*

L †
M D.&G.7.simpli.52.g
N Syiu.Diosco.& Gal.ibidem.
O Diosc.& Gal.
P Ras.ibid.&Ser. c.32.
Q Diosc.& Ra.ibi.
R Lib.3.Fé.1.t. 2. c.24.& Dioscori. summo cibo sumpta crapulam discutit,& vini noxã restinguit,& Ga.2.de ppõne phar.fm lo. c.1.f.133.d
S Ras.& Serap.
T G.2.ali.c.44.b, & Sera.c.32.
V Ras. vlti. conti. t.1,c.198.
X Serap.
X† D. Melior stõ cyma: sed acrior.
Y† post cõceptionẽ in pesso subdit' partum ab ortu vitiat.
Z † D.lolij succus iditus extrahit mẽses.
A†
B Ras.vl.pt.t. 1. c. 198.& Ser.
C Diosc.li.2.c. 115. de brassica marina.
D†Dio. Satiuæ
E Diosc.lib.3.c. 60.
† Kuzbara, seu kuzbara.
F Li.7.sim.fo.52.c
G Li.7.simp. 52.c

D *expulsionis.* Prouocat[i] vrinã et mẽstrua, et[x] eius semẽ cum aqua lupinorũ interficit vermes, et eius flos[y] †{pvocat menstrua ẽt.} Cum ergo supponit etiã ipse, et succus eius cũ farina[z] †{sceilem,}[a]†{interficit fœtum,} et qñ[b] supponit eius semen post coitum corrumpit sperma, et cinis radicis eios frangit lapidẽ. Et[c] Et caulis, q est marinus declinat ad salsedinẽ et amaritudinẽ, pter illud ergo lenit naturã, et soluit pprie cum carne pingui: et folia eius sunt sicut folia aristol. q ex vna radice oritur. *Venena.* [d] †{Eius} succus cũ vino cõfert morsibus, et est cõferens morsui canis rabiosi.

[e] *De* †{*Coriandro.*} *cap.* 143.

Coriandrum quid est? Aliud est humidum, et aliud siccum. Dixit[f] Gal. quod virtus eius est composita, et quod in eo dominatur est terreitas quandoque et aqueitas tepida, et in ipso est ponticitas parua cum stypticitate. Apud me vero aqueitas in ipso frigida est, non tepida omnino, nisi sit propter substantiam subtilem calidam permistam ei, cuius separatio ab eo fit velox. Et Hunaym quidem dixit etiam, quod[g] Gal. remouet frigus à coriandro contradicendo Diosc. Ego autem dico, quod testificati sunt iam frigus eius Rufus, et Archigenes, et alij ab eis. *Natura.* Frigidum est in fine primi vsque ad secundum, siccum in secundo, et apud filium Viregi in tertio. Apud me vero siccum est declinans ad caliditatem paruam. Sed[g] Gale. in toto facit declinationem ad caliditatem, et forsitan

tan illud est propter substantiam in ipso subtilem, quæ resoluitur, & non remanet cum bibitur. aliter. n. non oporteret vt multa quãtitas sit succi eius interficiẽs cum infrigidatione? *Operationes & proprietates.* In ipso est stypticitas, & stupor, & succus eius cum lacte sedat omnem fortem pulsationem. *Apostemata & bothor.* Confert [a] apostematibus calidis cum aceto, & cerussa, [a] †{ } & oleo ros. [b] †{& cum melle & oleo cõfert scere,} & igni persico. Et cum [c] farina fabarum, aut sauich, aut farina ciceris, scrofulis, quãdo permiscetur cum eis succus eius. Inquit [d] Gal. cum resoluat scrofulas, quomodo ergo est frigidum? Et possibile quidẽ est vt dicatur ei propter ipsius proprietatem, aut qm̃ in ipso est substantia subtilis, profundãs, penetrans, & profundatur, & non profundatur substantia frigida, sed qñ bibitur resoluitur calidum velociter, & remanet agens frigidum, et dixit nõ sanat ex erysipila, nisi quod infrigidatũ est, aut permistũ humori melancholico, aut phlegmatico. *Membra capitis.* Confert vertigini factę à vapore cholerico, aut phlegmatico, & epilepsię factæ ex hoc, [e] & eius proprietas est ꝓhibere vapores ne ascẽdãt ad caput, & [f] propter hoc ponit in cibo patientis epilepsiam ex vapore stomachi, & [c] multitudo eius humidi, & sicci, causat permistionem rõnis. Et quod humidum est facit [f] somnum, et [f] prohibet fluxũ sanguinis narium. Et pulverizatio sicci, & collutio oris ex succo humidi confert [f] cola. *Membra oculi.* Generat tenebrositatem visus, & succus [g] eius distillatus sedat pulsationem in oculo, & proprie cum lacte mulieris, et qñ [f] ex folijs eius fit emplastrum prohibet fluxum materierum ad oculum. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert tremori cordis calido, & potantur ex eo. ℨ. ij. cum aqua linguæ arietis, & [f] retinet sputum sanguinis. *Membra nutrimenti.* Est tardę digestionis, & confortat [f] stomachũ calefactũ, et quod de eo torrefactum est prohibet [h] vomitũ. Et [i] dicitur, ꝙ ipsum sedat eructuationem acidam post cibum, & si ita est, tunc facit illud: propterea, ꝙ prohibet vaporem & motum eius. *Membra expulsionis.* [f] Constringit semen eius torrefactum, & [c] dicitur, ꝙ semen eius rob solutione educit serpentes. Et [c] coriandrum quidem humidum cum melle [i] †{& oleo} confert apostematibus calidis testiculorum. Et quod ex [k] eo humidum est, & quod siccum est frangit virtutem coitus, et erectionem virgæ desiccãdo sperma. *Venena.* Cum [f] ex succo bibitur circiter. ℨ. iiij. interficit, qm̃ facit hoĩem possidere tristitiam, & syncopim, & non oportet vniuersaliter vt de eo multũ sumatur.

A Diosc. lib. 3. c. 6.
A† spumaq; argenti,
B† D. epinyctidibus cum melle, aut vua passa ꝓfert.
C Dio. lib. 3. c. 6.
D Li. 7. simpl.
E Lib. 3. F. 1. t. 1. c. 19. 24. 29. 33. & tract. vl. ꝑt. 1. t. 1. c. 229.
F Ras. 21. 1. & Ser. c. 34.
F Ras. & Ser.
G G. li. 4 de ꝓpria pharm. fm̃ loc.
H Li. 3. F. 13. t. 1. c. 12. & 16. t. 2. c. 2.
I G. li. 8. de ꝓpria phar. fm̃ loc. c. 4.
F Ser. ibidẽ.
I† aut vua passa
K Ras. & Ser. c. 34.
Dios. oppoſi.

De [l] †{Cane.} Cap. 144.

Canis. *Decoratio.* Vrina canis administratur super verucas, & quod [m] dicitur de lacte eius, ꝙ ipsum abradit pilos, & prohibet ortũ pilorum euulsorũ est vanum, fm̃ ꝙ existimauit [n] Gal. in locis pluribus. *Membra expulsionis.* Inqt Gal. [o] Destructus est sermo eius, q existimauit, ꝙ sanguis canis extrahat fœtũ. *Venena.* [p] Sãguis canis rabiosi conuenit morsui ipsius, & veneno sagittæ Armenæ.

L† Kelb.
M Diosc. li. 2. c.
N Li. 10. simpl. sero. 74. a
O Ras. vlti. cont. t. 1. c. 159.
P Lib. 4. Fẽ 6. t. c. 9. & Ras. 35. 2. t. 2. c. 2.

[q] De †{Carne.} Cap. 145.

Caro quid est? Carnes bonæ sunt carnes aldan. i. ouium, quæ sunt cum caliditate sua subtiles & carnes caprarum alfethi. i. vnius anni, aut duorum annorum, & caro vitulorũ alfethi, & carnes illorum, qui de eis sunt parui, sunt magis susceptibiles digestionis, & subtiliores nutrimẽti. Et [r] hœdina quidem est minorum superfluitatum, ꝙ̃ agni. Caro aũt lactẽtis à lacte laudabili est bona, à lacte vero non laudabili est mala. Et caro decrepiti, quod est ex ouibus est mala, & silr̃ caro extenuati. [r] Et caro nigri est leuior, & suauior, & similiter caro masculi. Et rubea diuisa ex aĩalibus plurimę pinguedinis, et alba sunt leuiores. Et caro ĩcisa in folia subtilia, seu in partes laminosas subtiles est minoris nutrimẽti, & natat in stomacho. *Electio.* Melior caro, & delectabilior est illa, quæ est circa os. Et dextra quidem leuior, & melior est, ꝙ̃ sinistra, & [s] quæ est in medio lacertorum mundior est à neruis. Caro aũt laxa super quam nõ est neruus fortasse est suauis, & proprie, q̃ est propter generationem lactis, sicut caro mamillæ, aut propter gñationem saliuæ, sicut caro radicis linguæ. Et eius quidẽ nutrimentum qñ digeritur est bonum, & in pluribus horis est phlegmaticum. Multitudo vero nutrimenti eius nõ est nisi sicut multitudo reliquarum carnium lacertorum, nisi caro mamillæ, & caro testiculorum gallorum. Minus vero bona est, quę creata est ad hoc vt sit sustentaculum, sicut, quæ texitur inter venas hepatis, & reliqua. Et caro cordis & radicis eius, & quæ est similis moro. Et [t] mamillæ quidẽ nutrimentum est bonũ. Quod si in ea est lac, est grossum. [u] Castratorũ vero aĩalium caro est melior alijs. Et volucris vero caro melior est alduragi, & [x] gallinarum est subtilior ea, & non sunt cũ nutrimento carniũ [x] †{alchabagi,} & [y] †{altaiagi,} & [z] †{altedarigi.} [a] Oĩs præterea aĩalis siccæ cõplexionis caro parui est melior, ꝙ̃ caro magni ipsius sicut caro hœdi. Ipsa. n. est bona. [a] Caprina vero non est bona multũ, & eius humor fortasse est malus valde. [b] Hircina aũt caro est mala absolute. Et [b] caro aĩalium rapacium est mala. Et oẽs volucres magnę aquaticæ, & hñtes colla longa, & [c] pauo, & miluus, & palũbus, duræ carnis, & alcatha, & quorũ plurima gñatio est melancholica, & q̃ eis sunt similia, & [d] passeres oẽs malæ sunt. Alæ vero auiũ grossarum magnarũ exercitantium sunt boni chymi. [e] Caro aũt syluestris melior est caro gazel cum sua declinatione ad melancholiã. Christiani vero dicunt, et qui eos imitant, ꝙ melior caro syluestris est caro porci syluestris. Nã cum hoc, ꝙ est leuior carnibus domestici, est fortis nutrimenti & plurimi, & est velocis digestionis, & est melior, ꝙ̃ esse põt in hyeme. Oportet præterea vt consideretur in dispõnibus aĩalium etiam in ætate, & [f] in loco sui pastus, & sui exercitij, & reliquorũ, quæ dicta sunt in lacte. *Natura.* [g] Caro volucrum vlr̃ siccior est carne quadrupedis, & [h] caro vaccina siccior est carne caprina. Caro autem caprina est sicca & difficilioris digõnis carne ouina. Et caro [i] algiezur, idest camelorum est grossi nutrimenti, & vehementis calefactionis. Leporis vero caro est calida & sicca.

Q G. li. 11. simpl. 77. f. & li. 3. alimentorum. c. 2.
† Lham.
R Ras. vlti. cont. t. 1. c. 172.
S Ga. de cib. bo. mal. c. 4. g
T G. lib. 3. alimento. c. 6. h. a
V G. 3. alim. c. 24. & lib. 1. de fecũd. c. 15. h. a
X Ga. 3. ali. c. 19. & Rasis vlti. cont. t. 1. c. 172.
X† coturnicũ,
Y† perdicum,
Z† phasiani.
A G. li. 3. ali. c. 1.
A Gal. ibidem.
B G. lib. 3. ali. c. 1.
C G. ibi. c. 19. b
D O. posi. G. li. de cib. bo. c. 3. h
E Ras. t. 3. c. 9.
F G. 3. alim. c. 19.
G Ras. vlti. cont. t. 1. c. 172. 14.
H Ga. li. 11. si. 78.
I G. lib. 3. ali. c. 2. & Ras. t. 3. c. 9.

A & sicca.Caro magnarum auium,& anserum,& miluorum est grossa.Anatis vero caro, & aquati-
carum est vehementis humiditatis,& est propinqua in hoc carni ouinę.Et existimauerunt qdam,
ꝙ caro ericij est humectatiua,& caro pinguis,& allię caro est calida & humida. *Operationes & proprietates.*

A G.3.alim.c. 2. g

[a] Caro est cibus confortans corpus,& est cibus magis propinquæ cõuersionis ad sanguinem.Et nutrimentũ quidem eius,quæ in patella cocta est,& eius,quæ assata est,est siccius. Et nutrimentum eius, quæ elixata est,est humidius.Et eius quidẽ,quæ cocta est cum seminibus, & muri,& similibus,virtus est virtus seminum eius.Pinguedo aũt & adeps sunt mali nutrimenti & pauci,& subleuant cibum,& non est conueniens ex eis nisi quantitas parua ẜm mensuram, quæ delectet.Salita vero caro quãuis in principio fuerit humida,tñ facta est desiccatiua, vehementiorẽ habens desiccationem,ꝙ̃ oĩs caro.& eius nutrimentum est paruum.Et caro quidẽ pinguis lenit ventrem cum paucitate sui nutrimenti,& velocitate suę conuersionis ad fumositatem,& choleram,et digeritur velociter.Et caro allię deterior est carne pingui,& est mala in digestione et nutrimento, & est calidior,& grossior,ꝙ̃ adeps.[b] Caro vaccina plurimi est nutrimenti grossa,melancholica,generans ægritudines melancholicas:& quæ melior est eius,est caro vitulorum. [c] Carnem præterea vaccinam dissoluunt cortices melonum.Et melior quidem hora in qua comeditur,est ver,& principium æstatis.Christiani aũt,& qui eos imitantur,[d] dicunt,ꝙ non habẽt cum grossitudine sua vi-

B G.li.5.de sa.tuẽ. c.6.d,& li.3.loc.af. c.7.f,& Ra.t.3.c.9. & G.3.alimẽ.c. 2.g

C Raf. vlti. conti. t.1.c.172.14.4.

D G.3.alim. c,2.h

B scositatem nutrimenti porci,neq̃ eius spissitudinem:porcellorum autem caro parui est nutrimenti propter fortitudinem suæ resolutionis & vehementiam suę humiditatis. Et caro quidem anatis est plurimi nutrimenti,non tñ existit in bonitate nutrimenti gallinarum,& similium,et vẽtres earum sunt suaues,et hepata earum sunt bona,suauia in cibo et boni humoris.Caro alsecrach est frãgitiua vẽtositatum,et de carnibus longinquior ab hoc vt putrefiat,est illa,quæ parum est pinguis, et cuius substantia est siccior . *Decoratio.* Caro vaccina generat morpheam. [e] adeps asini syluestris est bonus pãno linitus.et similiter [e] adeps anatis impinguat.et illud,quod est adustum de carne arietum linitum super morpheã est vtile:et quod [e] adustũ est de carne ranarũ alopecię. *Apostemata & bothor.* Caro vaccina generat [c] cancrum:et similiter carnes grossę,et faciunt accidere apostemata dura. *Vulnera & vlcera.* Caro vaccina generat [c] scabiem,et impetiginẽ malas,et similiter carnes grossæ:et caro arietis adusta linitur super impetiginẽ conueniẽter. *Instrumenta iuncturarum.* Caro vaccina generat lepram,et [c] elephãtiam,et varices,et similiter carnes grossæ, et pinguedo, et allię more emplastri superposita est bona neruis induratis.In iure carnis leporis sedent podagrici, et habentes dolores iuncturarum,et eius operatio est proxima operationi iuris vulpis.[f] Caro dannulæ administratur more emplastri super dolores iuncturarum posita . Caro dorsi asini syluestris cum oleo costino emplastratur super dolores iuncturarum.[c] Adeps asini [α] syluestris [f] † { }cũ

E Diosc.li.2. c.24.

F Diosc.lib.2.c. 23.

Infra α

F† sibullit

C oleo costino est bonus ad dolores dorsi,et ventositatibus grossis.Et caro viperæ confert lepræ ẜm ꝙ dictum est in [g] cap.eius.Et [h] caro ericij est bona leprę. *Membra capitis.* Caro [i] vaccina,et reliquę carnes grossæ prædictę faciunt euenire aluesues.i.imaginationes malas propter exiccationem.Et [h] caro dãnulæ miscetur cum vino,et bibitur propter epilepsiam. *Membra oculi.* Cinis carnis arietum cõfert albugini oculi.carnes aĩalium rapaciũ,et auium rapacium hñtium rostra et vngues rapaces [k] conferunt oculo,et cõfortant ipsum. *Membra anhelitus & pectoris.* [l] Cãcer fluuialis cõfert phthisicis valde.et carnes colũbinorum excitãt præfocationẽ nisi cũ acetosis pręparẽtur. *Membra nutrimenti.* Carnes grossę ṗdictæ ingrossant [k] splenẽ,verum sechbagi factũ ex carne vaccina cum coriandro sicco et croco ,ꝓhibet cursum materierũ ad stõm, et caro alcatha rememoratᷓ in summa eorum,q̃ conferunt corruptioni cõplexionis,et hydropisi,et oppilationi splenis,et hepatis:et melius est vt in hydropisi fiat ex ea carissa.i.cibus acetosus,q gelatina dr̃,vt nõ cõmoueat sitim. [k] qdã aũt hoĩum sunt,q laudant carnes aĩalium rapaciũ ad frigus stõi,et humiditatẽ et debilitatẽ eius : et velocitas quidem digõnis et descensionis,et ambarũ tarditas non sunt ẜm grossitudinem cibi, et subtilitatem eius.[m] Caro.n.porci syluestris et domestici,ẜm ꝙ dr̃,est velocis digõnis et descẽsionis, et est fortis nutrimẽti viscosi et grossi:et carnes ceruorũ cum grossitudine sua sunt velocis descensionis:et [n] caro quidẽ ericij cũ oxymelle confert hydropisi:et caro alcatha cõfert oppilationi hepa-

G 616.

H G.11.simp. 78.f

I G. 4.de vic. rõne 98.b,&.3.ali. c. 2. g

K Raf.vlti. conti. t.1.c.172.

L Diosc.lib.2.c.9.

M G.li.3.ali.c,2.g

N G.11.sim. 78. f, & Dio.lib.2.c.1.

D tis,et debilitati eius,et corruptioni complõnis,et hydropisi:et carnẽ aĩalium rapaciũ et auium habentium rostra,et vngues rapaces abhorret stõus. *Membra expulsionis.* Carnes vaccinæ prohibent attractionẽ vel effusionẽ choleræ ad ĩtestina. [k] Caro leporis assata est bona vlceribus intestinorũ. [o] Caro ericij exiccata cum oxymelle est bona dolori renũ.[p] Ius galli decrepiti est bonum colicæ,et ægritudinibus melancholicis.[k] Et [α] adeps asini syluestris cũ oleo costino est bonus dolori renũ,ex vẽtositatibus grossis.Et [k] caro aĩalium rapacium et hñtium rostra et vngues rapaces est bona hæmorrhoidibus.[k] Ius carnis vaccinæ acetosum est bonũ solutioni cholericæ . abscindit.n. ipsam , et silr̃ gelatina facta ex carne eius cũ coriandro et aceto,et acetositatibus ei similibus, et coriãdro sicco et pauco croco:et silr̃ carnes auium assatæ,aut non assatæ constringunt ventrẽ,et proprie alcubugi,et ateiagi,et eis fortior est alcatha,et alchanabiri,et proprie cum elixatur,et proijciatur ab ipsa brodiũ eius vel ẜm aliam lr̃am aqua eius.caro aũt cerui prouocat vrinã, et carnes pingues vehementius leniunt naturam,ꝙ̃ aliæ. *Febres.* Caro [k] vaccina,et ceruorum,et hircorum syluestrium, et magnarũ auium facit euenire febres quartanas. *Venena.* [q] Caro dannulę exiccata cum vino in potu accepta confert venenis.Caro arietum adusta confert morsibus serpentum, et scorpionum, et [q] †{algerarat,}et cum vino canis rabiosi,et [r] caro ranæ puncturæ vermium venenosorum .

O Diosc.li,2.c.1.

P Cap.296. & li.3. Fen.16.t.4.c. 21. & Gal.li.3.sim.c. 15.b

Supra α

Q Diosc.li. 2.c. 23.

Q speciei scorpionum,

R Dio.lib.2. c.24.

De †{*Chrysomilis*}.i.[a] Armeniacis. *Cap.* 146.

Chrysomila. *Electio.* Meliora sunt armenia,non.n.cito aduenit eis corruptio,& acetositas.Et cũ sumuntur chrysomila oportet vt accipiatur masticis & [α] anisi æqualiter pondus.ʒ.i.vsq; ad.ʒ.ij. in vino puro,aut vino de passis,aut parum mellis. *Natura.* Sunt frigida & humida in secundo,et oleum nucleorum est calidum & siccum in secundo. *Operationes & proprietates.* Eorum humor est velocis putrefactionis. *Membra nutrimenti.* Eorum infusio sedat sitim.Et chrysomila quidem [a] conuenientiora sunt stomacho,q̃ persica:et armenia [b] non corrumpuntur in stomacho,neq; acescunt velociter.[c] Ex eis vero,quæ eorum expellunt nocumentũ est,vt postea sumantur [α] anisum, & mastix [c] †{in miua,aut vino de passis}[d] †{aut vino de melle.} *Membra expulsionis.* Oleum nuclei ipsorum confert hæmorrhoidibus. *Febres.* [e] Generant febres propter velocitatem suæ putrefactionis verum infusio siccorum confert febribus acutis.

De †{*Calce*}.i.[f] Viua. *Cap.* 147.

Calx quid est? Per calcem significamus cinereitatem corporum lapidosorum,& ostracorum. *Natura.* Illa quidem quam [g] non tetigit aqua calefacit,& adurit,& illam quam aqua tetigit in hora,seu statim post effusionem aquæ super ipsam,etiam adurit, sed cum remanet extincta duobus diebus,aut tribus,tunc non adurit,immo calefacit tantum, & abluta quidem est sicca moderate. *Operationes & proprietates.* [h] Abscindit sanguinis fluxum,& abluta est exiccatiua sine mordicatiõe, & calx [i] quidem quando bullitur cum oleis fit maturatiua. *Vulnera & vlcera.* [k] Corrodit carnem additam,& abluta consolidat,& confert [k] adustioni ignis valde.

De †{*Cipero*}.i.[l] Cypiro. *Cap.* 148.

Cyperum quid est? Est radix plantę[l] †{ }similis porro,& segeti etiam,nisi quia est subtilior & longior in pluribus regionibus. Veruntamen melius est alcuii. Et dicitur, q; cyperum indum quando masticatur [m] †{efficitur color eius,sicut color croci,}& [β] abradit capillos. *Electio.* Melius [l] est illud,quod est spissum,graue,difficile ad frangẽdum,aromaticum:cuius herba est breuis,& cuius acredo est vehemens. *Operationes & proprietates.* In ipso est stypticitas parua, & exiccat sine mordicatione,& aperit [l] orificia venarum,& extenuat vẽtositates,& adurit [n] sanguinem, & ponitur in emplastris. *Decoratio.* [o] Colorem efficit bonum,& facit bonum odorem oris, & indum,[l] sicut dicitur,[β] abradit pilos. *Vulnera & vlcera.* Consolidat [p] ea,quæ sunt difficilis consolidationis,& putrida,& corrosa. *Instrumenta iuncturarum.* Cum oleo [q] †{de granoviridi.} Valet ad dolorem in ilijs, & stringit dorsum, & neruos: & ipsius multitudo [p] acquirit lepram. *Membra capitis.* Confert putredini narium,[l] & oris,& alcola,& mollificationi [r] gingiuæ, & [r] augmentum efficit in [s] †{seruatiua.} *Membra nutrimenti.* Calefacit stomachum & hepar. *Membra expulsionis.* Extrahit [l] lapidem,& frangit ipsum,& confert [l] distillationi vrinæ, & debilitati vesicæ valde,& frigori eius vehementer,& similiter operatur in renibus,[l] & confert frigori matricis valde,& confert [r] hæmorrhoidibus. *Febres.* Confert febribus antiquis.

[t] *De* †{*Cupresso.*} *Cap.* 149.

Cupressus quid est? Nominat̃ in Syria arbor alarzi,& romane cupressus.& in sapore eius sunt acuitas parua & amaritudo plurima:[u] & põticitas eius est plus,q̃ amaritudo:& eius acuitas est s̃m quantitatem,qua [x] eius [y] virtus in membris profundatur,& facit prouenire stypticitatẽ sine mordicatione,& diuersificatur à reliquis calefactiuis,qm̃ non attrahit. *Natura.* Calida est in primo, sicca in secundo,quidam tamen existimauerunt,q; est frigida valde,& iudicauerunt, q; virtus eius est composita,& caliditas eius est s̃m quantitatem qua facit penetrare stypticitatem,& qua stypticitas eius [y] profundatur,& prouenit in mẽbris. *Operationes & proprietates.* Folia & nux eius sunt styptica:& in ipsa est resolutio,& resoluit humiditates,& nux quidem eius fortior est omni re q̃ folia ipsius:& in ipsa est vis faciendi adhærere,& abscindit [t] sanguinem,ita q; remouet putredinem. *Decoratio.* Qñ decoquitur [t] cum aceto & lupus,& linitur super vnguem remouet eius vestigia,& eius folia delet morpheam. [Y] †{*Vulnera & vlcera.* Folia eius recẽtia,& nux eius & rami eius cõsolidant vulnera,quæ sunt in membris duris, cũ fuerint recenter collecta. *Apostemata & bothor.* Et conferunt formicæ,& erysipilæ,& proprie cum farina hordei.} *Instrumenta iuncturarum.* [z] Nux & folia ipsius bona sunt rupturę cum ex eis fit ipsi emplastrum,& confortat neruos,& [Y] extenuant ramicem more emplastri superposita,& roborant mollificationem, & stringunt eam. *Membra capitis.* Qñ teritur nux cupressi multum cum [t] ficubus,& ponitur lycinium de eis in narem sanat carnem additam,& decoctio eius cum aceto sedat dolorem dentium. *Membra anhelitus & pectoris.* Datur ad bibendum cum vino nux eius ad [t] sputum sanguinis,& ad [t] difficultatem anhelitus,& anhelitum dilatationis,& ad [t] tussim antiquam,& similiter [t] eius decoctio. *Membra expulsionis.* Bibuntur folia [t] eius cum vino & [a] †{ }conferunt difficultati mingendi, & [t] cursui superfluitatum ad vesicam,& [b] †{ }conferunt etiam [t] vlceribus,quæ sunt in intestinis. *Permutatio.* Loco eius ponitur medietas ponderis ipsius de cortice granati,& pondus ipsius de sarcocolla rubea.

[c] *De* †{*Cancro.*} *Cap.* 150.

Cancer fluuialis quid est? Notus est. *Operationes & proprietates* Est difficilis digestionis et plurimi nutrimẽti,et ipsum quidem rectificat decoctio cum mes,et [d] extrahit res acutas infixas carni et spinas,sed marinus est subtilior. *Decoratio.* [e] Cinis eius est bonus fissuris pedum ex frigore: et quod

E † Mesmes,seu Mismis.
A Diosc.li.1.c.131.
Infra α
B G.li.2.alimen. c.20.e
C Ser.c.237.
Supra α
C † de vnoquoq; drach.j.vel.ij.& ... bat
D † postea vinum purũ bonum, aut vinũ dulce coctũ vel mel.
E Raf.t.3.c.20.
† Nura, seu Nur.
F F Diosc.lib.5.c...
G G.9.sim.fo...
H Raf.t.3.c....
I D.& Ra.vlti.co. t.1.c.145.
K Raf.t.3.c.41.
† Shad.
L Diosc.lib.1.c...
L † quę fert folia similia porro.
M † croci vim red dit,
Infra β
N Ser.c.192.
O Raf.t.3.c.41.
Supra β
P Raf.vlti.conti t.1.c.215.
Q † alcannę viridis.
R Ser.c.192.
G S † sensu.
R Ser.& Raf.
T Diosc.lib.1.c.86.
† Seru.
V Ga.7.simp.53.g
X Ga.li.7.simplic. fo.53.g
Infra γ
Supra γ
Y † Gale. septim simplici. fol. 53.g. Vulnera & vlcera. Folia trita & imposita vulnera in duris corporibus conglutinant, & Diosc. ibidẽ. Apata & bothor. Folia per se aut cum polẽta illinunt ignib⁹ sacris, vlceribus, quæ serpũt carbunculisq;
H Z Cap.505.
Y Gal.&.Diosc.
A † passo & exiguo myrrhæ:
B † pilulæ ex vino tusæ
C Diosc.lib.2.c.9.
† Sarthã nheri, vel sarathan nheri.
D Gal. de ther.ad Pi.c.9.f

A quod de eo adustum est, ponitur in medicamentis morpheæ & panni, & confert. *Apostemata & bothor.* Canceris fluuialis [a] †{resoluit apostema}[b] †{durum} quando ponitur super ea. *Membra anhelitus & pectoris.* [c] Caro eius confert phthisi & proprie cum lactæ asinæ, & ius ipsius etiam. *Membra expulsionis.* Cinis [d] eius est bonus fissuris ani. *Venena.* Confert morsui scorpionum, & ru telæ more emplastri superpositus, aut comestus, & cinis eius cum melle confert ad morsum canis rabiosi bibitus, & quandoq; [d] †{fit ex eo cum gentiana medicamen} ad morsum canis rabiosi, & est notum. Et scies modum curæ in [e] capitulo de venenis. Et [d] existimauerunt etiam, quod quando cum bedarungi approximat scorpioni, moritur scorpio.

[f] *De* †{*Cancro marino.*} *Cap.* 151.

Cancer marinus quid est? Cum dicitur cancer marinus nolumus intelligere per hoc omnẽ cancrum maris, immo speciem cãcri, qui proprie habet oĩa membra dura vt lapis. *Operationes & proprietates.* Quod de eo adustum est subtilius est reliquis adustis. *Decoratio.* Quod de eo adustum est [g] abstergit dentes, & delet pannum & lentigines. *Vulnera & vlcera.* Quod de eo adustum est desiccat [h] vlcera, & confert scabiei. *Membra oculi.* Prohibet lachrymas, & [h] resoluit cum sale vngulam, & fit ex eo collyriũ, & [h] fricatur cũ eo scabies palpebrarum. *Febres.* Prohibet quartanam.

De †{*Chrysolachana*}.i.[i] Atriplice. *Cap.* 152.

B Chrysolachana quid est? Est atriplex, qui plurimum inuenitur in scemi. *Natura.* Frigidus & & humidus est in primo, & apud quosdam temperatus.

De [k] †{*Coturnicibus.*} *Cap.* 153.

Coturnices quid sunt? Ex [l] comestione carnis earum timetur [m] tetanus & spasmus, non quia comedant elleborum tantum, immo quia in substãtia earum est hæc virtus, & existimo, quod nutrimentum earum ab [n] elleboro est propter similitudinem complexionis.

[o] *De* †{*Casia.s.lignea.*} *Cap.* 154.

Casia quid est? Est specierum plurium, quarum vna est rubea boni saporis & odoris. Et altera species eius est, cuius sapor est sapor [p] rutæ. Et est species alia nigra ad purpurcitatem declinans, cuius odor est similis rosæ. Et est species altera nigra horribilis odoris, subtilis corticis fissa. Et est altera species ad albedinem declinans, porrini odoris. Et est species nigra, subtilis cannæ concaua. Et dixerunt [q] quidam, quod inuenitur simile casiæ, quod conuertitur ad cinnamomum. Et dixerunt [q] alij, quod inuenitur super arborem cinnamomi casia huiusmodi. Et quandoq; est coniuncta ipsi cinnamomo, & cassia existit in virtute cinnamomi, sed est debilior. Et bona est illa, quæ consequitur cinnamomum. *Electio.* [r] Melior est illa, quæ est rubei coloris clari, plana, longi ligni, grossæ cannæ, subtilis foraminis, solida, plena, boni odoris, quæ mordicat linguam, & stringit eam. Nigra vero C est mala, & quod de ea administratur, est cortex ipsius. Et in ligno eius non est bonitas. *Natura.* [s] Calida est, & sicca in tertio. *Operationes & proprietates.* Est resolutiua ventositatum grossarum, & in ipsa quidem sunt stypticitas, & resolutio cum pauca acuitate & subtilitate plurima, & incisio propter acuitatem suam, & ipsa cum stypticitate sua adiuuat styptica, & sua [t] resolutione adiuuat solutiua: & ipsa cum eo, quod est in ipsa de resolutione, & stypticitate, & subtiliatione confortat membra. *Apostemata & bothor.* Resoluit apostemata [o] calida et frigida in visceribus. *Vulnera & vlcera.* Linitur cum [u] melle sup lactea. *Membra oculi.* Ponitur in [o] medicinis oculi propter illud, quod in ea est de stypticitate & resolutione. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert pectori. *Membra nutrimenti.* Syrupus eius confert hepati: aut syrupus in quo casia infunditur cõfert stomacho. *Membra expulsionis.* [o] Prouocat vtraq; proprie in quocunque eorum amborum [x] fuerit causa humoris grossi, & confert doloribus [o] renum & vesicæ, & quando fit encathisma in decoctione eius valet [o] dilatationi matricis, & eius lubrificationi, & similiter fumus eius, & syrupus eius: & vinum in quo ipsa infunditur est bonum difficultati vrinæ: [y] & existimauerunt quidam, quod ipsa facit abortum. *Venena.* [o] Datur in potu ad venenum tyriæ.

De †{*Cydonio*}.i.[z] Cotoneis. *Cap.* 155.

Cydonium quid est? Quando abluitur cinis ramorum, & foliorum eius, est sicut tutia, & [a] rob D ipsius, remanet propter puritatem stypticitatis eius: & rob pomorum acescit propter illud, quod in ipso est de humiditate aquea frigida. *Electio.* [z] Assatum est leuius & magis conferens, & eius quidem assatio fit, quoniam concauatur, & deijciuntur grana eius, & ponitur in ipso mel, & linitur luto corpus eius, et ponitur in cinere. *Natura.* [b] Frigidum est in fine primi, siccum in principio secundi. *Operationes & proprietates.* Est stypticum, confortatiuum fortiter, et flos eius etiam stypticus est, et similiter oleum eius, et dulce est minus stypticum, et semen eius est lenitiuum sine stypticitate: et prohibet ipsum cursum superfluitatum ad viscera. *Decoratio.* Retinet sudorem, et confert [b] oleum eius fissuræ frigoris. *Apostemata & bothor.* Confert oleum [b] eius formicæ. *Vulnera & vlcera.* Oleum [b] eius est vtile vlceribus asperis. *Instrumenta iuncturarum.* [b] Multitudo comestionis eius generat dolorem neruorum. *Membra oculi.* Assatum ponitur super apostemata [z] oculi calida. *Membra anhelitus & pectoris.* Eius succus confert dilatationi [z] anhelitus, et asthmati, et prohibet [z] sputũ sanguinis, et semen eius confert asperitati gutturis, et lenit cannã pulmonis, et [b] mucilago eius etiam humectat siccitatẽ cannę. *Membra nutrimenti.* Cõfert vomitui, et [α] ebrietati, et sedat sitim, et cõfortat [z] stomachũ recipientem superfluitates syrupus eius, et ipsius infusio, et quod de ipso elixatum est, et ipso vtuntur in secunda [b] mẽsa super vinum, et ꝓhibet [α] ebrietatẽ,

A† cinis lenit
B Lib.4. Fẽ.3. t. 2. c.18.
B† carcinoma
C Ras. t.3.c.42.
D Diosc.lib.2. c. 9.
D† D.cinis, q duo cochlearia repleat adiecto dimidio radicis gentianæ modo, triduo potus cũ vino.
E L.4.F.6.t.4.c.9.
F Diosc.lib.2.c.9.
† Sarathan, seu sarthan bhari.
G Serap.c. 422. & Ras.vl.pt.t.1.c.158.
H Ras. vlti.conti. t.1.c. 158.
† Sarmach.
I Diosc.lib.2.c. 112. Repetit.c.177.
K† Seman, vel semani.i.qualea.
L Gal.lib.3. simp. c.25.d, & de theriaca ad piso.c. 4. a
M Gal.cõmẽ. 5. in 6. de mor.vul.35.[illegible]e,
N Rasis vlti. conti. t.1.c.2[illegible].
N G.2.alim. c. 6,c
O Diosc.lib.1.c.12.
[illegible] Salihacha.
[illegible] G. li. de ther. ad piso.c.12.h
Q G.1. de antido. [illegible] c
R G.lib.de the. ad piso.c.12.h
S G.li.7.sim. 50.b
T Rasis vlti. conti. [illegible]
V Ras. vlti. conti. t.1.c.183.aſr Diosc.
X G,7.simpl.50.b
Y Serap.c. 291.
† Safargel.
Z Diosc.li.1. c. 131.
A G.2.alim.c. 23.c
B Ras. vlti. conti. t.1.c.218.
Infra α
Supra α

& fit ex eo syrupus confortans appetitum deiectum valde, & [a] miua eius confortat stomachum, & [b] prohibet vomitum phlegmaticum. *Membra expulsionis.* Est [c] prouocatiuũ, & iam dictum est, quod illud [d] est per accidens, consequens constrictionem eius, et illud, quod cum [c] melle elixatum est, est vehementius prouocatiuum: veruntamen quandoque soluit ventrem, & non constringit, & [e] generat colicam, & dolorem ventris pungitiuum & confert [c] dysenteriæ, & retinet [c] fluxũ menstruorum, & confert arsuræ vrinæ [b] quando distillatur succus eius, aut oleum ipsius in virgam, & confert oleum eius renibus & vesicæ: & quando assumitur post cibum soluit, [b] adeo quod quando plurimum ex eo sumitur extrahit cibum ante digestionem, & clysterizatur [c] decoctio eius ad eminentiam ani & matricis. E

A Ser.c.133. B Ras. vlti. conti. t.1.c.218. C Dio.lib.1.c.133. D Serap.c.133.& Ras.ibi. E Li.3.F.16.t.3.c.6.& Ras.ibi.

De †{*Croco hortulano*}.i. [f] Cartamo. *Cap.* 156.

† Hasfor. F Ser.c.220.

Crocus hortulanus. *Natura.* Est calidus in primo, siccus in secundo. *Operationes & proprietates.* In ipso est stypticitas æqualis cum maturatione. *Decoratio.* Mundificat pannum & morpheam. *Vulnera & vlcera.* [f] Ponitur cum aceto super impetiginem. *Membra capitis.* Ex croco hortulano syluestri cum fit linimentum cum melle confert [f] cola puerorum.

De †{*Calamentho*}.i. [g] Calamintha. *Cap.* 157.

† Fudenegi, seu Faudenegi. G Dio.lib.3.c.34.

Calamenthum quid est? Eius [g] †{aliud est fluuiale, & aliud montanum simile hyssopo in sapore: & similiter folia eius sunt ei similia. Et est alia spẽs eius, quę noīatur [h] †{alhauium.} Et est quędam species eius, quæ vocatur calamenthum hirci,} & virtus eius est sicut virtus aliorum acris, & virtus syrupi ipsius est similis virtuti syrupi alhahasæ. & calamenthum quidem est substantiæ subtilis, & montanum fortius est fluuiali. *Operationes & proprietates.* Subtiliat fortiter sua acuitate, & amaritudine sui, & proprie syluestre, & propter illud est rubificatiuum, vlceratiuum, & cum bibitur solum [i] prouocat sudorem, & calefacit vehementer per id, quod extrahit ex profundo corporis, & incidit, & exiccat, & calefacit valde. *Decoratio.* Quando decoquitur, & proprie, quod recens est cum vino, & fit ex eo emplastrum remouet [g] vestigia nigra à corpore, & nigredinem, quę [g] accidit sub oculo. *Vulnera & vlcera.* Montanum confert rasuræ intestinorum & rupturæ, & fit balneatio ex decoctione montani ad pruritum & scabiem. *Instrumenta iuncturarum.* Potus decoctionis eius confert contritioni [g] lacertorum in carnibus, & extremitatibus suis. Et quandoque fit ex eo emplastrum ad [g] sciaticam, & vlcerat vel adurit cutem, & permutat complexionem membri, & extrahit ex profundo, & quando comeditur & bibitur post ipsum aqua casei diebus continuis confert [g] elephantiæ, & varicibus. Et illud, quod nominatur haalgiun quando bibitur confert [g] spasmo, & linitur ex eo podagra & confert, & suffumigatur cum eo. *Apostemata & bothor.* Et confert potus calamenthi [i] lepræ, non resolutione sua tantum: sed sua incisione & subtiliatione etiã. *Membra capitis.* Succus eius interficit [g] vermes in aure, & in ipso est virtus faciendi soda. Et montanum quidem confert vlceribus oris, & facit descendere superfluitates ex vtrisque naribus. & illud, quod est adustum de [k] †{alhauium} stringit gingiuas. *Membra anhelitus & pectoris.* Eius decoctio confert [g] dilatationi anhelitus, & est fortis in extractione humorum grossorum viscosorum ex pectore proprie cum comeditur cum ficubus, & confert dolori costarum. Et montanum quidem est fortius illo, & [l] †{alhauium} facit illud totum. sup [m] †{alhauium} vero rorat acetum, & sumitur præparatum cum aceto, seu conditum cum aceto ex eo, quod est vicini temporis cum acetositate sua: & odorat ipsum syncopizatus, et sanatur. et calamenthum hirci confert tremori cordis. *Membra nutrimenti.* Confert paucitati appetitus, et debilitati stomachi, et proprie syluestre singultui, et confert patientibus [g] icteritiam cum abstersione, et apertione sua, et subtiliatione sua melancholicam et cholericam, et similiter decoctio eius, et quandoque fit balneatio ex decoctione montani ad illud, et separatur icteritia, confert hydropisi quando comeditur cum ficubus: et in montano quidem est virtus faciendi appetitum cibi, et elixatura eius est conferens hydropisi ẽt: et [n] †{alhauium} sedat nauseam, et fit ex eo emplastrum cum cerato super splenem, et extenuat eum: et similiter calamenthum hirci, et est vehementer conferens tremori cordis stomachico, et conturbationi, et nauseæ. *Membra expulsionis.* Eius decoctio prouocat [g] vrinam, et confert dolori [g] pungitiuo ventris et cholericæ [g] passioni. et quando teritur cum dispositione sua, aut decoquitur, et bibitur cũ melle interficit [g] fœtum, et prouocat [g] menstrua, et quandoque facit vomere phlegma. et dixerunt quidam domesticum seu hortense abscindit coitum, et proprie syluestre, et prohibet pollutionem. Et syluestre quidem soluit ventrem solutione conuenienti, et confert matrici, et interficit [g] vermes præcipue syluestre. Et montanũ solutione educit choleram nigram. et fit quod de eo sumitur in potu. xx. kirat cũ iuleb. et illud quandoque operatur species calamenthi syluestris. et omnia illa confortantur quando permiscentur cum aceto, et rob pauco, et rectius quidem est vt teratur et spargatur super acetum commistum cum aqua, et sale, et bibatur. et illud, quod noīatur [o] †{alhauiũ,} extrahit superfluitates melancholicas ex via vrinæ. et calamenthũ syluestre quandoque operatur omnia illa. *Febres.* Bibitur decoctio eius, et [p] cõfert rigori, et similiter inunctio ex oleo in quo ipsum est decoctum. *Venena.* Quando bibitur [g] aut ex eo fit emplastrũ confert puncturę vermium venenosorum, et approximat liniri ex eo in illo opere [q] cauterij, et quãdo prę mititur, et bibitur [g] cum vino, expellit venena mortalia. Et suffumigatio [g] ex folijs eius fugat vermes venenosos, et quãdo sternitur etiam. Et syluestre est bonum puncturæ scorpionis. Et montanum quando bibitur decoctio vel elixatura eius cum decocto confert morsui luporum.

F G H

G† triplex ponit: habet folia sec. secundum pulegio simile, tertium nepetastro, H† haalgiun. I G.li.7.sim. I Gal.ibidem.d K† haalgiun. L† haalgiun M† haalgiun N† haalgiun O† haalgiun, P Dio.& Gal. Q Gal.ibidẽ.d

De

† Chachule.
A Serap. c. 64.

A De †{Cardamomo}.i.[a] Sacolla. Cap. 158.

Cardamomum quid est? Aliud est magnum sicut cicer nigrum, quod cum frangitur interius habet granum album mordicans linguam, sicut cubebe in quo est aromaticitas: & aliud est paruũ sicut lens aromaticum etiam. *Natura.* Calidum est & siccum in tertio. *Operationes & proprietates.* In ipso cũ calefactione est stypticitas, & proprie in illo quod habet [a] †{achma, & proprie in achma ipso} *Membra nutrimenti.* Confert [b] vomitui, & nauseæ cum mastice, & aqua vtriusq; granatorũ.

A † Se. corticem & ꝓprie in cortice.
B Raf. vlti. conti. t.1.c.167.
† Cardumeni, vel Cardamana.
C Diosc. li.1.c.5.

De †{Cordumeni}.i.[c] Cardamomo. Cap. 159.

Cordumeni. *Natura.* Calidum est & siccum in tertio. *Operationes & proprietates.* Est ex rubificantibus, & in ipso est virtus liquefactiua, & proprietates eius est confortare membra intrinseca. *Vulnera & vlcera.* Confert [c] scabiei, & impetigini linitum cum aceto. *Instrumenta iuncturarum.* Confert ægritudinibus neruorum, & dolori [c] anchæ ex phlegmate, & confert [c] paralisi, & [c] contusioni lacertorum. *Membra capitis.* [c] Confert epilepsię bibitum in aqua. *Membra anhelitus & pectoris.* Cordumeni est mũdificatiuum pectoris, sedatiuum [c] tussis. *Membra expulsionis.* Confert [c] dolori pungitiuo vẽtris, & [c] vermibus, & ascaridibus, & cum vino dolori [c] renum, & difficultati [c] vrinę. Et datur in potu de eo drakimet vnum cum cortice radicis [c] lauri ad lapidem, & eius fumus interficit [c] fœtum. *Venena.* Confert mordicationi [c] scorpionis, & reliquis puncturis. *Permutatio.*

B Loco eius ponitur harmel & squinanthum.

D Diosc. lib.1.c.17.
† Castab aldatira.
Repet. c.77.&.211.

[d] De †{Calamo aromatico.} Cap. 160.

Calamus aromaticus. *Electio.* Melior est ille, qui est hyacinthini coloris, propinquos habens nodos, qui in plurima frangitur frusta villosa, & cuius cãna est plena re simili telæ araneæ, & in masticatione eius est acuitas, & eius contritum est boni odoris, & est declinãs ad citrinitatem & albedinem. *Natura.* [e] Calidus est & siccus vsq; ad secundum. *Operationes & proprietates.* Est subtiliatiuus, & in ipso est stypticitas pauca cum acredine, & in substantia eius sunt terreitas, & aereitas, et est bonæ commistionis ad æqualitatem pertinens, sed eius exiccatio est maior, & [e] in ipso est substantia subtilis sicut in reliquis speciebus, quæ sunt vt piper, & cinnamomum. *Decoratio.* [f] Confert nigredini sanguinis mortui. *Apostemata & bothor.* Resoluit apostemata. *Instrumenta iuncturarum.* Confert [d] contritioni lacertorum. *Membra oculi.* Abstergit visum. *Membra anhelitus et pectoris.* Fit cum eo euaporatio in traiectorio in gutture, & confert tussi solus, [d] aut cum gumma albotim. *Membra nutrimenti.* Confert apostemati [g] hepatis, & stomachi, [d] cum [g] †{melle, &} semine apij, & est valens ad habẽ.i. ad hydropisin. *Membra expulsionis.* [d] Prouocat ambo, & ipse cum semine apij confert [d] renibus, & [d] distillationi vrinæ, & confert eius decoctio dolori matricis bibita, & sedendo in ea, & [h] †{bibitur cum melle & semine apij} ad [e] apostemata matricis.

E Ga.7. simp.49.c
F Ser. c.205.
G G. li.7. sim.49.e
G † graminis aut
H† ————
† Canthurium.
I Dio. li.3.c.6.&.7.

C De †{Centaurea}.i.[i] Centaurio. Cap. 161.

Centaurea quid est? Duarum est specierum. s. maior & minor, quæ nascuntur in fine veris, & folia sunt, sicut [i] †{alathel} & grossa duos habet stipites, in quorum capitibus est viriditas. & planta eius est magna sicut [k] †{almekenesa.} & ipsius potio ad febricitantes est vsq; ad. ʒ. ij. herba vero eius, quę est parua est similis [m] †{calamentho montano} & hypericon, & eius folia sunt sicut folia [l] rutæ. & assumitur quandoq; succus ex ea, quæ est viridis, & quandoq; ex ea, quæ est sicca. decoquitur. n. in aqua donec aqua eius virtutem assumat, deinde aqua illa inspissatur. *Natura.* Calida est & sicca in tertio. *Operationes & proprietates.* In ipsa sunt abstersio & stypticitas, & acredo, & parum dulcedinis, & exiccatio, & est sine mordicatione, & [n] dicitur, ꝙ si coquatur cum carne incisa, coniungit eam. *Vulnera & vlcera.* Quę recens est mundificat vulnera et sigillat [o] vlcera antiqua, & quæ sicca [p] est ponitur in emplastris, & cõsolidat [q] fistulas, & vlcera profunda, & vulnera mala. & quando replentur fistulæ de centaurea, & ligatur, rectificatur earum dispositio. *Instrumenta iuncturarum.* Confert [r] attritioni in lacertis & saniei in eis, & [s] minor proprie. Et [s] quandoq; confert clystere factum ex ea sciaticæ, & [s] doloribus neruorum, & contusioni eorum, sed minor est magis iuuatiua ad omnia illa. Cum ergo illa soluit solutione, quæ [q] educit aliquid sanguinis completur iuuamentum eius: & quandoq; fit clystere ex cinere eius cum aqua ad illud. *Membra anhelitus & pectoris.* Prohibet [a] sputum sanguinis propter suam stypticitatem, & confert [t] †{ quæ grossa est, & quæ minuta difficultati anhelitus, & datur in potu de ea pondus. ʒ. ij. cũ vino in pleuresi frigida,} & [a] sputo sanguinis. *Membra nutrimenti.* Cõfert oppilationi [q] hepatis, & [q] duritiei splenis. *Membra expulsionis.* Prouocat [u] mẽstrua, & [u] extrahit fœtum, & interficit vermes, & prouocat vrinam, & datur in potu de ea pondus. ʒ. ij. ad dolorem [x] ventris pungitiuum, & [x] dolorẽ matricis, & confert colicę. Et minoris quidẽ decoctio qñq; soluendo educit [y] cũ phlegmate et crudo humore choleram. et potus duarum specierũ eius qñ superfluit educit sanguinẽ solutione, et ꝓprie minoris.

K† Diosc. rumex.
M† Diosc. origano
N Diosc. ma.
O Di. mi. & ma.
P Diosc. minus
Q Gal. 7. simplic. 50. g. minus.
R Diosc. ma.
S Diosc. minus
Q G. ibi. & D. mi.
Infra α
T† D. ma. radix ꝓuenit, pleuriticis, spirandi difficultati, veteri tussi, sanguinẽ expuentib[9], drachmis duab[9] tritã datur, si febris sit in aqua, cæteris in vino,
Supra α
V Dio. ma. & mi.
X Diosc. ma.
Y D. minus
† Charthom.
Z Diosc. li. 4. 168. & lib.3.c.89.

D De †{Cartamo}.i.[z] Cnico, & Atractyli. Cap. 162.

Cartamus quid est? Alius est domesticus, et alius syluestris. *Natura.* Qui syluestris est, calidus est in secundo, siccus in tertio: et notus est calidus in primo, siccus in secundo. *Operationes & proprietates.* [a] Oleum eius est propinquum oleo vrticæ, veruntamen est debilius. Et est ex eis, quæ [z] caseant lac, et sequestrat aquositatem eius. [b] Et quidam existimauerunt, ꝙ dissoluit lac coagulatum, et coagulat lac currens, et nutrimentum eius est multę paruitatis. *Membra anhelitus & pectoris.* [c] Mundificat pectus et clarificat vocem. *Membra nutrimenti.* [d] Est malus stomacho, et ipse caseat lac in stomacho. *Membra expulsionis.* Confert colicæ, et solutione educit phlegma adustum

A Raf. vlti. conti. t.1.c.176.
B Raf. vlti. conti. t.1.c.176.
C Ser. c.202.
D Diosco. & Rasis t.3.c.6.

quando miscetur cum ficubus, aut melle, & [a] confert coitui. Et oleum eius, qui domesticus est soluit ventrem, [b] †{& quandoq; fit solutio per ipsum si ponatur medulla granorum eius in iure, aut fiant ex eo & ex amygdalis & melle pilulę, & fit quod de eis in potu sumitur pondus aur. iiij. et quñ sumuntur de medulla eius, & costo, & amygdalis amaris tres anulusat, & anisi & nitri cuiusq; eorum aur. cum ficubus siccis, & melle, & recipitur de eo nux, aut nuces duæ soluendo educit aquositatem, & quñq; fit ex eo nathaf ad illud, & eius confectio est vt permisceat cum amygdalis excorticatis, & aniso & melle decocto, & fiat nathaf, & sumatur de eo super cœnam:} & [c] quandoq; bibuntur de medulla eius recente drac. xx. infusæ in libra aquę cum drachma penidiarum albarum tritarum, & solutione educit phlegma. *Venena.* Conferunt [d] folia syluestris, aut fructus eius, aut amborum commistio quando in potu tribuuntur cum vino ad pũcturam scorpionis. [e] Quidam autem homines dixerunt, ꝙ si morsus tenuerit in ore suo folia syluestris, & fructus eius, non sentiet dolorem, & quando ea a se proiecerit redibit dolor. E

De †{*Chitran*}. i. [f] Cedro. *Cap.* 163.

Chitran quid est? Est arbor, quæ nominatur alscerbin, & virtus fumi eius est sicut virtus fumi picis, & fit ex eo oleum, cuius separatio est cum lana sicut separatur ex pice. *Natura.* Est calida & sicca in quarto. *Operationes & proprietates.* Conseruat corpus mortuum, & [g] †{rubificat, & cauterizat.} *Decoratio.* Confert [f] lendinibus, & pediculis, & interficit vtrũq; adeo, ꝙ etiam in aĩalibus F [h] †{ } *Vulnera & vlcera.* Fortem efficit carnem laxam, & cõfert scabiei, ita [f] ꝙ etiam scabiei animalium, & proprie eius oleum quadrupedibus confert, & canibus, et camelis. *Instrumenta iuncturarum.* Confert [f] contusioni lacertorum, & aggregationi puris & sanguinis in eis, & est medicamen [f] elephantię, & varicibus deglutitum & linitum. *Membra capitis.* Est res maxima in sedando soda frigidam linitum capiti. Et [f] distillatur in aurem, & interficit vermes auris. Et distillatur [f] cum aqua hyssopi in eam ad tinnitum & sonitũ, {et distillatur de ipso cum aqua hissopi} [i] †{ } [f] in dentem dolorosum, sedat dolorem eius, [k] †{et confert dentibus corrosiuis.} *Membra oculi.* [l] Acuit visum et abstergit [f] vestigia vlcerum in oculo. *Membra anhelitus & pectoris.* Linitur super guttur ad ambas [f] amygdalas et dolores earum, et confert deglutire ex eo. ℥. i. 5. vlceribus [f] pulmonis, et sanat ea, et confert tussi [f] antiquæ. *Membra nutrimenti.* [α] Fructus [f] arboris eius est stomacho malus. *Membra expulsionis.* Interficit vermes in visceribus, et proprie clysteri facto, cum eo, et [l] interficit vermes omnes, et prouocat menstrua, et interficit [f] fœtum, et corrumpit sperma, [f] et quando linitur ex eo virga ante coitum [l] †{ }prohibet imprægnationem. Et [α] fructus eius, quæ nominatur scerbin est malus stomacho, et confert [f] distillationi vrinæ. *Venena.* Fit ex eo emplastrum super morsum serpentis habentis [f] cornua, et datur cum vino ad potum [f] leporis marini, et [f] soluitur in adipe cerui, et leniuntur ex eo membra, et non approximant eis venenosi vermes. G

[m] *De* †{*Costo.*} *Cap.* 164.

Costus quid est? Eius species sunt tres. vna earum est arabicus, et est albus leuis aromaticus. Et secũda est indus, qui est magis leuis. Et tertia species est [m] †{amara grauis odoris, quæ nominatur gariophyllata.} Et istarum specierum minor est illa, cuius odor est odor aloes, et est ad nigredinẽ tendens. Et qui de istis spẽbus est romanus est similis alsemsar. i. busso, seu buxo, et habet odorem vehementem, bonus autem costus quandoq; fallificatur cum [m] radicibus enulæ duris: et propter illud non mordicat linguam, neq; habet odorem fortem. *Electio.* [m] Melior est ille, qui est albus, recens, plenus, non corrosus: neq; fœtidi odoris, mordicans et linguam lędẽs: deinde indus, niger, leuis, et niger alscemius, et melior est marinus subtiles habens cortices. *Natura.* Est calidus in tertio, siccus in secundo. *Operationes & proprietates.* In ipso est qualitas amara, acris valde, et caliditas, et acredo adeo, ꝙ ipse vlcerat, et confert omni membro, quod idiget calefactione: et vt ex [n] eo extrahatur humor ex profundo. *Decoratio.* Abstergit [m] pannũ cutis linitus cum aqua [n] †{et} melle. *Vulnera & vlcera.* In ipso est vlceratio, et ille, qui est amarus exiccat [o] vlcera humida. *Instrumenta iuncturarum.* Confert [m] mollificationi neruorum, et [n] contritioni lacertorum: et est bonus [p] sciaticæ superpositus vt emplastrum. *Membra capitis.* Confert lethargiæ. *Membra anhelitus & pectoris.* H Confert [p] †{ }doloribus pectoris. *Membra expulsionis.* Prouocat [m] menstrua bibitus, et suffumigatus in traiectorio, et [o] ĩterficit fœtum, et [m] prouocat vrinam: et extrahit [m] ascarides, et vermes: et dat vires [m] ad coitum [q] †{ }et ipse supponitur ad dolores [m] matricis, et confert dolori matricis frigido bibitus: et sedendo in decoctione eius: [r] †{et mouet naturam} quando bibitur cum [f] vino [f] †{ } ipse non dat vires ad coitum, nisi propter humiditatem superfluam inflatiuam, quæ est in ipso. *Febres.* [m] Confert rigori linitus cum oleo. *Venena.* [m] Confert morsibus omnibus. s. morsui viperæ, [t] †{et alijs quando bibitur cum vino, aut absinthio.} *Permutatio.* Loco eius ponitur [v] †{pyrethri medietas ponderis ipsius.}

De †{*Crocoma*}. i. [x] Crocomagma. *Cap.* 165.

Crocoma quid est? Dicitur, ꝙ [x] †{est fęx olei de croco.} *Electio.* Melior [x] crocoma est illa, quæ est boni odoris, ponderosa, nigra, in qua non sunt ligna: et quando soluitur [x] tingit aquam colore croci: et quando masticatur tingit [x] dentes tinctura vehementi remanente. *Operationes & proprietates.* Est calefactiua, maturatiua. *Membra oculi.* Virtus eius est [x] abstersiua oculi: remouens tenebrositatem eius. *Membra expulsionis.* [x] Prouocat vrinam.

A Raf. t. 3. c. 46.
B† Dios. lib. c. 4. c. 168. Ex eo autem fiunt offulæ, quas placentulas vocãt, adiectis succo amygdalis nitro, aniso, & melle decocto, q alũũ emolliunt, hæ in partes q̃uor finduntur, quæ nucis iuglãdis magnitudinem impleant, e quibus ante cęnã duas vel tres sumpsisse, satis est. Ratio tpandi hæc est. Cnici candidi sextarius, amygdalorum tostorum & delibratorum cyathi tres, anisi sextarius [illegible], cum carnibus triginta caricarum.
C Serap. c. 201.
D D. lib. 3. c. 89.
E Li. 4. F. 6. t. 5. c. 3. & D. lib. 3. c. 89. de atractyli, & Rasis vlt. cont. t. 1. c. 175.
† Chathran, seu Chithran.
F Dios. lib. 1. c. 89. Repetit. c. 677.
G† viuentia corrumpit.
H† D. ricinos āit indita.
I† cedria aũt ĩdi.
K† sed eos qdem frangit.
Infra α
L Ga. 7. simp. 50. c
L†. abortiuum fieri constat, & ob hoc etiam
Supra α
M Dios. lib. 1. c. 15.
† Chast.
M† syriaca, grauis, colore buxeus, & odore feriens.
N G. 7. sim. fo. 52.
N† aut
O Raf. vlti. conti. t. 1. c. 236.
P Ga. 7. simpl. 52. f
P† Dio. cũ vino & absinthio
Q† ex mulso:
R†———
S G. li. 7. simp. 52. f
S† mulso:
T† sextantem bibere.
V†. G. de subst. me. cedri fructus, helenium.
† Chorchumbama, vel Chorchumani.
X Diosc. li. 1. c. 25. Repet. c. 284.
X† fit expressis vnguenti crociniodoramentis & in formas digestis, quod crocomagma vocant.

A † Canbil.
B † semen rubeum
C Ras. vlti. conti. t.1.c.150.
D Ras. ibid. & t.3. c.46.
† Chlimia aldheb.
E Dio. lib.5.c.40.

A De [a] †{*Cambil.*} *Cap.* 166.

Cambil quid est? Semẽ est arenosum, quod cooperit rubedo, q̃ est minor rubedine [b] †{ alures} *Natura.* Calidum & siccum est in tertio. *Operationes & proprietates.* Filius Mesauge inquit, in ipso [c] est stypticitas vehemens. *Membra expulsionis.* Interficit vermes, [d] & ascarides, & expellit eos.

De †{*Climia auri*}.i. [e] Cadmia. *Cap.* 167.

Climia auri. *Electio.* Melior est illa, quæ aurea est alhancudi, i. cõglobata in modum racemi, cineritij coloris recens, & laminosa grossior. *Natura.* Est ęqualis, ad siccitatem declinans in tertio. *Operationes & proprietates.* Ipsa & quod ablutum est de ea, sunt subtiliora climia argenti: & in ipsa sunt exiccatio & abstersio. *Vulnera & vlcera.* Implet [e] vulnera, & mũdificat [e] sordities eorum, & corrodit carnes eorum additas: & incarnat [e] vulnera fraudulenta. *Membra oculi.* Confert albugini oculi, & initio aquæ, & confortat oculum.

† Chlimia alfada.
F Dios. li.5.c.40.
G G.lib.9. simpli. fo.69.f

De †{*Climia argenti*}.i. [f] Cadmia. *Cap.* 168.

Climia argenti quid est? Quandoq; assumitur climia ex auro & argento: & quãdoq; assumitur ex ære, & ex marchasita: & est fæx, quæ eleuatur super locum in quo funditur, aut fumus: & illud, quod submergitur est laminosum. *Natura.* Est proxima climiæ auri: sed est frigidior. *Operationes & proprietates.* In ipsa sunt [g] exiccatio, & abstersio cum æqualitate, absq; mordicatione, & proprie
B [g] quod ablutum est de ea: & est conuenientior in emplastris, & eius exiccatio & abstersio in corporibus [g] temperatis non in duras habentibus carnes. *Vulnera & vlcera.* Confert vulneribus & vlceribus difficilibus, & humidis, puluerizata in emplastris.

† Calcant, seu calcand.
H Dios. li.5. c.64. Repetit. c. 48.
I Ser. c.376.
I † aut
K † linctum
L † ex aqua potũ.

De †{*Chalcantho*}.i. [h] Atramento sutorio. *Cap.* 169.

Chalcanthum. *Natura.* Calidum est & siccum ad quartum. *Operationes & proprietates.* Est exiccatiuum, induratiuum, inspissatiuum corporis, & in ipso sunt constrictio & adustio. *Vulnera & vlcera.* Confert [i] fistulis nasi. *Membra capitis.* Prohibet [i] fluxum sanguinis narium: et quando de eo distillatur vna stilla dissoluto in aqua in nares, [h] mundificat caput, & ipsum est de summa medicinarum mundificantiũ aurem, [i] conferens doloribus eius frigidis, & [h] interficit vermes. *Membra expulsionis.* Datur in potu [h] drach. de eo [i] †{ }cum melle [k] †{ }ad vermes, & ascarides. *Venena.* [h] Epellit nocumentum fungorum [l] †{ }

† Cholchotar.
M Dios. li.5. c. 65.
N Li.9. simp. 71.c
N † cũ succo porri, & gingiuarum [illegible]
M † Mẽbra anhelitus & pectoris.
[illegible] lentillas eius farina compescit.
O † cum succo porri.
P † Chanaberi.

De †{*Colcotar*}.i. [m] Chalcitide. *Cap.* 170.

Colcotar quid est? Inquit [n] Gal. alcalcadis quandoq; cõuertitur, & fit colcotar. *Natura.* Est calidum & siccum in tertio. *Operationes & proprietates.* In ipso sunt adustio vehemens, & cõstrictio cursuum sanguineorum, & exiccatio: & adustum est plurimæ exiccationis, & minoris mordicationis: & in ipso est cum stypticitate plurima, caliditas plurima. *Apostemata & bothor.* Confert [m] formicæ, & [m] erysipilæ, quando linitur cum aqua coriandri: & pulueri-
C zatur super fraudulentum, & [m] ambulatiuum: & adurit [m] carnem additam, et [m] facit euenire escharam. *Membra capitis.* Confert fluxui [m] sanguinis narium [n] †{ }& apostematibus amygdalarum. *Membra oculi.* [m] Ponitur in alcohol ad abstergendum, & subtiliandum grossitudinem palpebrarum. [m] †{ } *Membra expulsionis.* [m] Prohibet fluxum sanguinis ex matrice [o] †{ }.

De [p] †{*Canebiri.*} *Cap.* 171.

Canebiri. *Natura.* Est calidum in primo. *Operationes & proprietates.* Est subtile, abstersiuum, incisiuum. Inquit Paulus, generat melancholiam, & proprie, quod est compressum cum sale. *Decoratio.* Abstergit pannum & morpheam: & fm veritatem est res magis iuuatiua ad albaras. comestum. n. & superpositum vt emplastrum, remouet ipsum in diebus paucis, & hoc sciũt Arabes. *Vulnera & vlcera.* Quando ex folijs eius fit emplastrũ, confert vlceribus fraudulentis in mamilla. *Membra capitis.* Cum ex eius radice fit caputpurgium, confert humiditatibus grossis in cerebro. *Membra anhelitus & pectoris.* Aperit oppilationes pulmonis, & mundificat ipsum. *Membra nutrimenti.* [α] Aperit oppilationes hepatis & splenis. *Membra expulsionis.* Aqua eius soluit ventrem: et est emplastrum ad hæmorrhoidas: & remouet dolorem ventris pungitiuum, & resoluit duritiem matricis: & extrahit chymos grossos malos: & aperit [α] oppilationes hepatis, & splenis. *Venena.*
D Alcanebiri est emplastrum conueniens vermibus venenosis omnibus.

Infra α
Supra α

† Chasus, & ẽ herba laudani.
Q Dio. li.2.c. 172. & li.1.c.110.
R G.7. sim. fo.51.e
Infra β
S Dio. lib.1.c.110.
T Ca.735. & Dio.
V Dios. li.. c.110.
V † ———
X Repetit. c. 430. & Dio. lib.1.c. 110.
Y Gal.7. simplici. fo.51.e
Z Cap. 735. & D.

De †{*Cuso*}.i. [q] Hedera, & Ladano. *Cap.* 172.

Cusus quid est? Eius species sunt tres, nigra, alba, & rubea: & omnes sunt acres, & stypticę. vna quidem specierum eius est quoddam, quod nominatur laudanum. Et cusus quidem in radice est laudanum: aut aliud: ambo enim sunt propinquarum dispositionum. *Natura.* Natura eius ad caliditatem declinat, & fortasse in quibusdam generibus eius est frigus, sed laudanum ipsum est calidum in fine [r] secundi. *Operationes & proprietates.* [q] Est [β] nociuus neruis: & in ipso est stypticitas, & proprie in folijs eius: & in floribus ipsius est constrictio. Ille vero, qui ex tota eius summa nominatur laudanum, est calefactiuus, [s] aperitiuus orificiorum venarum, & lenificatiuus. *Decoratio.* Lachryma eius est ĩterficiens [t] pediculos, [t] abradit pilos. [u] Laudanum autem cum vino, [u] †{aut hydromelle}linitum super vestigia vlcerum rectificat ea, & asperitatem eorum: & [x] quando miscetur cum vino, & myrrha, et oleo de myrto prohibet casum capillorum: veruntamen non peruenit ad hoc vt [y] conferat eis, quæ sunt sicut alopecia, quoniam eius resolutio est pauca. *Vulnera & vlcera.* Decoctio eius [s] cum vino confert plurimum vlceribus: & fit ex eo emplastrum, & prohibet ambulationes fraudulentas; & fit ex eo ceratum [z] ad adustionem ignis. *Instrumenta iuncturarum.*

Nocet

Nocet[B] neruis. *Membra capitis.* [a] †{Quando administratur succus eius in caputpurgio cum oleo [a] irino,& melle,& nitro,soluit soda antiquam.Et quādo accipitur succus capitum eius,qui niger est,& calefit in cortice granati, & distillatur in aurem diuersam parti dentis dolorosi, confert. Et caputpurgium factum ex aqua eius est bonum ad purgandum caput:& sanat cursum antiquum ex aure,}& exiccat vlcera eius. *Membra nutrimenti.* Quando ex recenti fit emplastrum [a] spleni cum aceto [b] †{ }confert. *Membra expulsionis.* Quando bibitur quantum tres digiti capiunt de flore albi cum vino,[a] confert dysenteriæ:& bibat in die bis.Et [a] quando fit ex eo,quod recens est emplastrum,& ex capitibus eius,prouocat menstrua. Et [c] †{quando fit ex eo suffumigatio post purgationem menstruorum,} prohibet imprægnationem. Et ille,qui recens est [d] †{cum supponitur ex parte capitis eius,}prouocat menstrua,& extrahit fœtum.Et ex [e] laudano quidem fit suffumigatio ad secundinam:& vt abortum faciat.Et flos eius stringit naturā. *Venena.* Quando bibitur radix [a] eius cum aceto & vino confert morsui rutelæ.

[f] *De* †{*Canabe.*} *Cap.* 173.

Canabs. *Operationes & proprietates.* Semen eius fugat ventositates,& exiccat:et est difficilis digestionis,& mali humoris,& fortis calefactionis,& quod frixum est,est minoris nocumēti, sed syrupus acetosus de zuccaro expellit eius nocumentum. *Apostemata & bothor.* Ex decoctione radicis eius,qui est syluestris,fit [f] emplastrum apostematibus calidis & erysipilæ. *Membra capitis.* Conferunt [f] succus eius,& oleum [g] ipsius dolori auris.Et lauatur cum succo foliorum eius caput, & confert furfuribus.Et semen eius facit soda [h] propter vehementiam calefactionis,& vaporationem ipsius. *Membra nutrimenti.* Grana [i] eius sunt difficilis digestionis,& sunt [h] mala stomacho. *Mēbra expulsionis.* Ex [i] †{corticibus}eius quando plurimum sumitur,ipse [k] intersecat sperma.

[l] *De* †{*Chimolea*}.i.Cimolia. *Cap.* 174.

Chimolea quid est? Est laminosa sicut marmor,alba,splendida,bona,in sapore suo est camphoreitas.Et de ipsa est quædam quæ splendorem non habet:omnis velociter est frangibilis. *Vulnera & vlcera.* Cōfert [l] adustioni ignis proprie cum aqua & aceto:& quod est ex ea adustū, & lotum, confert vlceribus difficilibus ad incarnandum.

De †{*Culcasia*}.i.[m] Chakile. *Cap.* 175.

Culcasia quid est? Est planta in qua est assimilatio de alusnē. *Natura.* Calida est & sicca in primo. *Operationes & proprietates.* In ipsa est salsedo cum stypticitate:et partes eius non sunt similes. & est cum inflatione pauca. *Membra anhelitus & pectoris.* Fit ex ea gargarismus cum lacte,& est ei conueniens. *Membra nutrimenti.* Solutione educit [m] aquam citrinam.& proprie semen eius, & succus ipsius,& minoretur ex ea vt non debilitet. *Membra expulsionis.* [n] Prouocat vrinam, & generat sperma,& expellit choleram,& aquositatem cum facilitate: & potus ipsius fit ab vna tertia libræ vnius vsque ad duas tertias libræ.

De †{*Charta*}.i.[o] Papyro. *Cap.* 176.

Chartas. *Natura.* [p] Calida est in primo,sicca in secundo. *Operationes & proprietates.* Prohibet quod adustum est de ea fluxum sanguinis. *Vulnera & vlcera.* Quod de ea [o] adustum est prohibet sahafat. *Membra capitis.* Quod de ea adustum est prohibet fluxum sanguinis narium.

De Cataf.i.[q] Atriplice. *Cap.* 177.

Cataf quid est? Est illud,quod dicitur chrysolachana. *Natura.* Est frigida ad secundum, humida in ipso. *Operationes & proprietates.* In semine eius est virtus [r] † {lenitiua hītium cholerā.}

[s] *De* †{*Cucurbita.*} *Cap.* 178.

Cucurbita. *Natura.* Est frigida & [t] humida in secūdo. *Operationes & proprietates.* Illa,quæ est elixata, nutrit aliquantulum: & est velocis descensionis. Et si non corrumpitur,non [u] generatur humor malus, & corrumpitur in stomacho propter illud, quod ei miscetur de humore malo, aut propter tarditatem moræ, seu propter longam moram sicut reliqui fructus, & humor, qui ex ea generatur est [u] insipidus, nisi dominetur ei aliquid, quod sibi sit commistum. nam si cum cydoniis commiscetur, [x] humor eius est laudabilis cholericis: & similiter si aquæ acrestæ,& aquæ granati:verum nocumētum,quod ipsa affert colon duplicatur:& de proprietate quidem eius est,ꝙ generatur ex ea nutrimentum homogeneum ei,quod ei associatur. Nam si comedatur cum[u] sinapi,generatur ex ea humor malus acris:aut cum sale generatur ex ea humor salsus: aut cum stypticis generatur ex ea humor stypticus:& est omnino nocitiua quibus dominatur melancholia & phlegma:& bona [y] cholericis:& illa[y] quidem quæ est condita non ingreditur in medicinis,neque aliquid imprimit infrigidationis,neque calefactionis: sed quandoque administratur propter delectationem. *Membra capitis.* Succus eius sedat dolorem [f] auris calidum, & proprie cum oleo rosa.& [z] confert apostematibus cerebri,& [z] sirsen:& est conferens dolori [z] gutturis. *Membra anhelitus & pectoris.* Sauich [a] cucurbitæ confert tussi & dolori pectoris factis ex caliditate. *Membra nutrimenti.* Eius decoctio confert superfluitatibus calidis in stomacho, & remouet eas: & [s] similiter vinum effusum in vacuitatem eius, deinde administratum: & fit [b] ex succo eius caputpurgium ad dolorem dentium valde, & [c] abscindit sitim: & est ex eis, quæ generant humectationem stomachi,ita vt hoc faciat in stomachis puerorum,& adolescentium:& non est medicamen nocumenti stomachi,nisi vomitus:& nocumentum,[d] quod affert colon, maximum est. *Membra expulsionis.* Quando [s] eius aqua coquitur cum melle, & ponitur in ipsa

nitrum,

E Supra B
A † Dio.li.2.c.172. Foliorū & corymboꝝ succus, cū irino vnguento, melle aut nitro, narib. caput eo cū aceto & rosaceo perfundi vtile est. purulentis auribus, aut dolentibus, cum oleo medet. Si accipiant eius nigræ acini que triti, calfacti in punici mali cortice cum rosaceo si instillent à contraria aure, dolorē dentium mitigant. Instillatus succus putrida tædia narium, graueolentiam emendat.
F
B † & pane
C. † eadem post purgationē feminarū drachmæ pondere,
D † melle irrigatus, ac vuluæ id
E Dio.lib.1.c.
F Dio.lib.3.c.14
† Canab.
Repet.c. 665.
G Ras. vlti. cont. t.1.c. 160.
H Gal.1, alimen. c.34.f
I G.li.1. alim. 34
I† semine
K D.& Ga.7.simpli.fo.49.f
L Dio.lib.5.c.94
G
† Chymulia.
Repet.c.426.
† Chachali, seu chachal, i. soldanella.
M Ser.c.65.
N Serap. & Ras. t.3.c.46.
† Chartas.
O Dio.lib.1.c.
P G.li.8.sim.
Q Dios.li.2.c.
Repetit. 152.
R † ad icteritiam
S Dio.lib.2.c.
† Chatha.
T G.li.7.sim.
V Ga.lib.2.alimē. c.3.f.g
V Gal.ibidem. g.
X Ras. vlti.cont. t.1.c.244.
H
Y Ras.ibidē
Z Ras. vlti. cont. t.1.c.244.
A Ras.ibi.
B Ras.ibid.
C G.7.simpl.
D Ras. ibidem.

Anitrum,lenit ventrem: & si[li] qñ sepelitur in prunis & decoquitur sicut est,& bibitur eius aqua cũ zuccaro ipsa vehementer nocet intestinis,& colon proprie. *Febres.* Confert febribus cholericis.

De †{*Cucumere*}.i.[a] Satiuo. *Cap.* 179.

Cucumer quid est? Semen eius est melius semine chaiar,& ille qui est melior, & [b] subtilior, est maturus. *Natura.* [b] Frigidus est & humidus ad secundum. *Operationes & proprietates.* Sedat caliditatem & choleram,sed [c] eius chymus est malus,præparatus ad putrefactionem:& excitans putrefactionem,& febres prauas.batheca vero est velocioris corruptionis,ꝙ ipse:& in eo quidẽ, qui maturus est,est abstersio:& semẽ eius est melius semine chaiar. Chaiar vero est longinquior à digestione ꝙ ipse:& discurrit in venis crudus,& generat febres [d] chronicas:cuius quidem nocumentũ expellit ameos[a]†{aut vehementia inflãmationis stomachi.} *Apostemata & bothor.* Ponuntur folia eius [a] cum melle super [d] †{scere phlegmaticum,}& confert eis. *Membra capitis.* Quando [e] habentes syncopim calidam ipsum odorant,reuiuiscunt. *Membra nutrimenti.* Quando administratur sedat sitim,& [a] ẽst bonus stomacho:verũtamen ipse raro digeritur bene:& [f] quando bibuntur de radice eius duo anulusat cum hydromelle,facit vomere humorem subtilem. *Membra expulsionis.* In ipso sunt prouocatio & lenificatio:& confert doloribus testiculorum,& [a] ẽst conueniens vesicæ:sed [g] est minor batheca in ꝓuocatione. *Venena.* [a] Folia eius cõferunt morsui canis rabiosi.

B De †{*cucumere asinino*}.i.[h] syluestri cucumere. *Cap.* 180.

Cucumer asininus quid est? Est arbor cuius colligitur succus hoc modo. Accipitur eius fructus in fine æstatis postꝙ est citrinus,& suspenditur in panno vt currat eius aqua,& coletur, & exiccatur in scutella super cinerem,& ponitur super tabulam in vmbra. *Electio.* Bonus est ille,qui est citrinus,rectus sicut cucumer,veræ amaritudinis. Et bonus succus est ille, qui est albus planus leuis,qui est similis cæpe squillæ,& super quem iam præterijt annus. *Natura.* Est calidus & siccus in tertio. *Operationes & proprietates.* Est subtilis,resolutiuus,& radix & folia eius,& fructus ipsius abstergunt,& resoluunt,& exiccant:cortex eius magis:& virtus succi radicis. & fructus ipsius est vna. *Decoratio.* Succus eius,aut succus radicis,& foliorum ipsius,[h] †{confert icteritiæ.} Et pulverizatio eius,quod de ipso siccum est,delet [h] vestigia in consolidationibus nigra,& [h] mundificat sorditiem faciei. *Apostemata & bothor.* Cum fit [h] ex radice ipsius emplastrum cum farina hordei resoluit omne apostema phlegmaticum antiquum,& est [h] disruptiuum exiturarum proprie cum gumma albotin,& proprie succus eius. *Vulnera & vlcera.* Quãdo pulverizatur, quod de eo siccum est super [h] scabiem & [h] impetiginem,cõfert eis. *Instrumenta iuncturarum.* Confert doloribus iuncturarum,& eius decoctio clysterizata confert [h] sciaticæ:& fit ex eo emplastrum cum aceto super [h] podagram. *Membra capitis.* Succus eius resoluit hemicraneam grossam [h] caputpurgio facto

C ex eo cum lacte. Et [i] si liniantur cum eo nares cũ lacte,euacuabit superfluitates plurimas. Et confert galeatæ passioni,& soda antiquæ. Et succus quidem foliorum eius est debilior. Cumq̃ʒ [h] distillatur succus in aurem,sedat eius dolorem. *Membra anhelitus & pectoris.* Solutio cum succo eius facta vehementis est iuuamenti ei,qui [h] anhelitus malitiam habet:& linitur [i] †{palatum ad præfocationem phlegmaticam}ex succo eius cum melle & oleo [k] †{ } *Membra nutrimenti.* Confert hydropisi extrahendo aquositatem mirabiliter sine nocumento,quãdo in potu datur de radice eius obolus.i.5. [l] †{Et qñ decoquitur.5. lib.eius cum duobus kist vini:& dantur in potu oĩ die tres anulusat vsq; ad.v. & qñ assumit̃ de radice eius anulusat.i.5.aut de cortice eius quarta hac sunesi in die facit vomere phlegma & choleram rubeam.} Et bibitur cum aqua mellis,& cõfert vehemẽter & manifeste: & ꝓuocat ambo facile sine læsione:& nõ est stõ nociuus.[m] †{Ex eis aũt cũ quibus fit bona solutio est vt succo eius duplũ salis admisceatur, deĩde

D fiant inde pilulæ sicut eruus. & bibantur cum aqua:i vomitu aũt sumit̃ aliqd de eo dissolutũ} aqua [n] †{ }& linit̃ ex eo radix linguę, & quod sequit̃ ipsam [o] †{si vis vt velocius fiat. & fortius,fiat illud ex eo cũ oleo, & oleo de lilio. Et si superfluit det̃ in potu ei,qui bibit,vinum cum oleo. qm̃ quiescere facit statim. Si autẽ non cõfert,det̃ sauich de hordeo cũ aqua frigida & aceto.} *Membra expulsionis.* Solutione educit phlegma & sanguinẽ. Et succus eius prouocat vrinã,& [h] menstrua,& corrumpit [h] fœtum suppositus.

L † Diosco. lib. 4. c. 136.

Radicis succus sexquioboli pondere,& item cortex acetabuli quarta parte bilem,pituitamq; deijciũt,præsertim in hydropicis. Deiectiones autem citra stomachi iniuriam mouet. Radicis selibra in vini præsertim libyci hemina conteritur, danturq; ex eo terni cyathi triduo dum tumor abunde deprimi cernatur.

M † Dios. Quòd si in aĩo sit deiectionẽ moliri adiecto salis duplo & stibij quod colorare sufficiat,ex aqua erui magnitudine catapotia dato,post cyathus vnus aquæ tepidæ sorbeatur.

O † Dios. Quòd si quispiã difficilius euomat,oleo aut vnguento irino resoluito.somnum inhibeto,porro his,qui eximiæ vacuantur, continue vinum & oleum dari conuenit, etenim vomendo restituuntur, quòd si vomitiones non finiantur aqua frigida polenta, posca, poma, & quæ stomachum densando corroborant danda sunt.

De †{*Cornu*}.i.[p] Ceruino. *Cap.* 181.

Cornu quid est? Cornu cerui & [q] capræ adustum abstergit dentes fortiter, & stringit [q] gingiuam, & sedat dolorem gingiuæ [p] inflatæ: & oportet vt aduratur donec albescat. *Membra oculi.* Cornu cerui [r] †{adustum albificatum sicut sal,ablutum,prohibet materias ab oculo.} *Membra anhelitus & pectoris.* Cornu cerui adustum ablutum,sputo [p] sanguinis cõfert. *Membra nutrimenti.* Detumescere facit alhabẽ,idest hydropisim & non nocet stomacho,& cõfert [p] icteritiæ. *Membra expulsionis.* [p] Cornu cerui adustum ablutum,confert dysenteriæ.

† Chetha.
A Dios. li.2.c.128. Repetit.c.92. & cõfundit.
B G.8.sim.fo.60.e
C G.li.2. aliment. c.6.d
D Ras. vlti.conti. t.1.c.243.
A † ita tñ ꝙ ipsius stomachus non sit inflammatus.
D † cucumis,eius folia illita cum melle epinyctidas sanat. Peponis radix sicca illita cum melle,vlcera cõcreta in modum faui, quæ ceria vocant sanat.
E Cucu. D. & Serap.c.233.
A * cucumis
F Cap.92 & Dios.
A * cucumis
G G.li.2. aliment. c.6.b
A * Cucumis
† Chetha alhamar.
H Dios.li.4.c.136.
H † Diosco.debet scribi siue locari in areola membri nutrimenti.

H Elaterium
I Paul.lib.7.fo. 360.30.

I † Di. efficacissime Anginis
K † aut felle taurino.

N † Dios.diluatur succus:

† Choron.
P Dios.lib.2 c.50.
Q Ga.11. simplici. fo.79.g,& Dios.
R † Di.contusum, crudo fictili , luto circũlito,& in furnum indito, vritur donec albescat , id cadmiæ modo elotum,vlceribus oculorum, & defluxionibus salutare est.

[a] De †{Curace.} Cap. 182. E

Curacis quid est? Est vrtica.

De [b] †{Catatul.} est Auis. Cap. 183.

Catatul. *Natura.* Est debilis [c] caliditatis, & vehementis siccitatis. *Operationes & proprietates.* Generat [c] melancholiam. *Membra nutrimenti.* Confert [c] hydropisi. *Membra expulsionis.* Confert [c] solutioni ventris.

De †{Cokio}. i. [d] Coagulo vituli marini. Cap. 184.

Cokium quid est? Est [e] animal marinum, cuius virtus [d] est propinqua virtuti animalis castorei. *Membra capitis.* [e] †{Caro} eius cõfert epilepsię. *Membra expulsionis.* [d] Confert ƥfocationi mr̃icis.

[f] De †{Cubugi.} Cap. 185.

Cubugi quid est? Attuiugi communicat ei in formis suis. *Natura.* Caro eius est de subtilioribus carnibus. *Decoratio.* Caro eius [f] impinguat. *Membra anhelitus & pectoris.* Caro eius abstergit [f] cor. *Membra nutrimenti.* Confert caro alcubugi [f] hydropisi, & confert [f] stomacho. *Membra expulsionis.* Caro eius est [f] leuis, & [f] stringit ventrem, & [i] augmentum facit in coitu.

De [g] †{Cambura.} Cap. 186.

Cambura. *Membra nutrimenti.* Quando digeritur, nutrit plurimum: sed est tardæ digestionis.

De [h] †{Cathimumnkureis.} Cap. 187. F

Cathimumkureis. Dictum est in [i] cap. de nun. *Membra expulsionis.* Est bonum vlceribus renum & vesicæ.

De †{Calab}. i. [k] Lithospermo. Cap. 188.

Calab quid est? Est almes indum: & est simile [l] semini lini, & maius aliquantulum ad cinereitatem declinans. *Natura.* Est frigidum in secũdo, humidum in primo. *Membra nutrimenti.* Delet singultum. *Mẽbra expulsionis.* Frangit [k] lapidẽ renum, & [l] vesicæ: & est bonum solutioni ventris.

De [m] †{Caisur.} Cap. 189.

Caisur quid est? Est alased: & iam dictum est de eo in [n] cap. spumæ maris.

De †{Cot}. i. [o] Medica. Cap. 190.

Cot quid est? Est alaselet. i. fasfasa seu rathbe: & est [o] cibus animalium omnium. *Instrumenta iuncturarum.* Oleum alcot est res magis conferens tremori: & remouet eum secundum omnes.

[p] De †{Cinere.} Cap. 191.

Cinis. *Operationes & proprietates.* Omnis est abstersiuus, exiccatiuus, quãuis diuersificetur: & ablutio minuit eius abstersionem: & acquirit ei glutinationem, & exiccationem sine mordicatione. [q] Aqua vero cineris ingreditur in medicinis putrefacientibus. Et fortior earum est cinis fici, & lacticinij. Et abstersio reliquarum aquarum cineris, & siccitas, sunt minores q̃ istarum duarum: et G cinis almezerion est abstersiuus, & putrefactiuus: et [r] cinis lignorum stypticorum, sicut quercus et reliquorum, retinet sanguinem. *Apostemata & bothor.* Cinis alathaie, seu alhadaie super scabiẽ et impetiginem linitur, et confert. *Membra oculi.* Cinis almezerion acuit visum. *Membra anhelitus & pectoris.* Cinis almezerion confert squinantiæ, et proprie cum diahirundinis.

De [s] †{Cera.} Cap. 192.

Cera quid est? Dicta est in [t] cap. de mum. *Membra expulsionis.* Addit in coitu, et prouocat.

De [u] †{Capillo algul.} Cap. 193.

Capillus algul quid est? Est planta, quæ cum suis eradicatur venis, et color ipsius est inter rubedinem, et nigredinem, et radices eius, et stypites ipsius superiores sunt expansi, seu dilatati, et crispi seu contracti. *Natura.* Est calidus et siccus. *Membra anhelitus & pectoris.* Mundificat pectus et pulmonem.

De [x] †{Capillis.} Cap. 194.

Capilli. *Natura.* Capilli adusti [y] sunt calefactiui et exiccatiui fortiter. *Decoratio.* Adusti [α] abstergunt dentes: et aqua eorum facit nasci capillos. *Vulnera & vlcera.* Exiccant capilli adusti vlcera [z] humida, et sordida, et tremula fortiter. *Membra capitis.* Capilli adusti [α] abstergunt dentes. *Venena.* [z] Capilli hominis cum aceto in modum emplastri ponuntur super morsum canis rabiosi. H

De †{Casurudar}. i. [a] Galanga. Cap. 195.

Casurudar quid est? Mesaugue inquit est galange. *Natura.* Est [b] calidum et siccum. *Operationes & proprietates.* Est resolutiuum, liquefactiuum. *Membra expulsionis.* Confert cholicæ, et dolori [b] renum: et augmentum efficit [b] in coitu: et plurimum proprietatis eius est in dolore renum.

[c] De †{Casia fistula.} Cap. 196.

Casia fistula quid est? Alia est kebulia: alia ægyptia. *Electio.* Melior est illa, quæ sumitur à cãna, et quæ est splendidior et pinguior. Et melior canna ipsius est illa, quæ splendida est et plana. *Natura.* Est æqualis in caliditate et frigiditate, et est humida. *Operationes & proprietates.* Est resolutiua, lenitiua. *Apostemata & bothor.* Confert [d] apostematibus calidis in visceribus, et proprie [e] gutture quando ex ea fit gargarismus [e] cum aqua solatri: et linitur super apostemata dura, et cõfert eis. *Instrumenta iuncturarum.* Liniuntur ex ea podagra, et iuncturæ dolorosæ. *Membra anhelitus & pectoris.* Quando dissoluitur manibus in aqua coriandri humidi cum mucilagine psyllij, et deinde fit ex ea gargarismus, confert præfocationi. *Membra nutrimenti.* Mundificat hepar, et [f] cõfert ictericitiæ, et dolori [g] hepatis. *Mẽbra expulsionis.* Est lenificatiua ventris. Et [f] educit choleram adustam, et phlegma:

A Cap. 725.
† Caris.
B † Catha.
C Ras. vlti. cont. t.1.c.193.
† Chuchi.
D Diol. li.2. c.[illegible]
E Ras. vlti. cont. t.1.c.380.
E † coagulum
F Ras. vlti. cont. t.1.c.455.
† Cabegi.
G † Canaberi, vel camberi, & est alaudula.
H † Chadi[illegible] & est granum [illegible] minus.
I 562. & 301. & 703. & 287.
† Culb, vel calc[illegible] milium solis.
K Diosc. li.3. c.[illegible]
L Ser. c. 66.
† M Caisur. i. lap. de pumice.
N 613.
† Cot, & est fe[illegible] trifolij sicca.
O Dio. li.2. c.[illegible]
P G. li.8. sim. 61.
† Ramed.
Q G. li.7. simpl. & lixiuio. 52.b
R G. lib.8. simpl. fo. 62.c
S † Semha.
T 469.
V † Shar algul.
X † Shar.
Y Sera. c. 462.
Infra α
Z Halya. 2. prat. c. 52. 531.
Supra α
† Chaferudar, seu chasurudar. i. galanga.
A Ser c. 312.
B Ras. vlti. cont. t.1.c.323. Repetit. c. 321.
C Sera. c. 12.
† Chaiarlandar.
D Ras. vlti. cont. t.1.c.187.
E Li.1. F.4. c.25. & li.3. F.13. t.4. c.3. & li.4. Fẽ.3. t.1. c.1. & Rasis.
F Sera. & Rasis.
G Rasis ibidem

A Rasis vlti.conti. t.1.c.187.

A & phlegma:& soluit sine nocumento,& absq; mordicatione adeo,q; ipsa est cōueniens [a] pregnantibus,& soluit eas. *Permutatio.* Loco eius ponitur pondus.5.ipsius de tereniabin:& triplum ponderis ipsius de carne passæ:& octaua ponderis ipsius de turbit:& quandoque ponitur loco passularum succus liquiritiæ.

† Charnub. B Diosc.li.1.c.130. C Rasis vlti.conti. t.1.c.366. Repetit.c.312.

De †{Carnub}.i.[b] Siliqua. *Cap.* 197.

Carnub. *Electio.* Melior est illa,quæ est scemi exiccata. *Natura.* Nabathia est [c] vehementioris siccitatis & frigiditatis. *Operationes & proprietates.* Illa,quæ est de scemi est exiccatiua,styptica: & similiter fructus eius:veruntamen in ipsa est dulcedo,& cum hoc stringit. Et nabathia quidem est vehementioris siccitatis,& exiccationis:& non mordicat. Et nabathia comeditur humida:& humor eius est grauis malus. *Decoratio.* Qñ [d] fricantur verucæ cum carnub nabathia immatura vehementer,delet eas omnino. *Membra capitis.* Collutio eius ex decoctione eius est bona dolori dentium. *Membra nutrimenti.* Illa,quæ est de scemi humida,stomacho mala est,& non digeritur: & sicca est tardioris digestionis & descensionis.Inquit [e] Gal.vtinam talis fructus nunq; deferatur ad regionem nostram,sed deferatur ad regionem aliam:& aliembut est bona [c] icteritiæ. *Membra expulsionis.* Encathisma in decoctione eius factum confortat anum:& in ipsa est [b] prouocatio:& proprie,quæ [e] †{nutrita est cum congelato vuæ.} Et illa de scemi, quæ humida est soluit, & sicca B stringit:& confert solutioni ventris.Et nabathia confert fluxui sanguinis,& menstruorum superfluo comesta,& supposita.Et aliembut est bona dolori ventris pungitiuo & solutioni.

D Ser.c.135. E Li.2.alim.c.33.e E† vinaceis conduntur.

† Chabazi,& interpretatẽ malua apud latinos. F Dio.lib.2.c.111. Repet.c.490. G Ser.c.149.

De †{Cubeze}.i.[f] Malua. *Cap.* 198.

Cubeze quid est? Est species maluæ:& dicunt quidam,q; cubeze est syluestris: & muluchia est domestica.Et cubeze quidē est species quædam,quæ dicitur muluchia arborea:& ipsa est althæa, & dicitur olus iudaicum:& non est longinquum quin sit species eius:& est rubea. *Electio.* Syluestris est subtilior & siccior:& fortitudo aqueitatis domesticę minorat ex virtute eius. *Natura.* Est [g] frigida & humida in primo,dicitur,q; domestica est calida & sicca: & huius quidem verbi dictor fuit Paulus: & videtur,q; fuit eius intentio ad olus iudaicum, qm̄ ipsum nominatur almuluchia. *Operationes & proprietates.* In ipsa est lenificatio:& est subtilior,q̃ atriplex:& grossior sicla syluestri, & subtilior,& siccior:& dicitur,q; domestica calefacit parumper:et descendit velociter propter humiditatem,& viscositatem suam:et proprie cū almuri et oleo:et est æqualis digestionis:et eius humiditas,sm q; dicitur est grossior humiditate lactucæ.Inquit [h] Paulus:et ipsa constringit, et carminat,et resoluit sine mordicatione:et videtur,q; ipse voluit per illud olus iudaicum. *Apostemata & bothor.* Ipsa confert formicæ, et [f] erysipilæ.folia syluestris cum oliuis conferunt adustioni [f] ignis: et similiter eius decoctio embrocata.et domestica quidem confert inceptioni apostematis calidi, C et additioni eius. *Vulnera & vlcera.* Quando [a] masticatur cum sale cruda [h] †{ } et ponitur super fistulas confert eis,et proprie paruis,et in oculo. *Membra capitis.* Fit ex ea [f] emplastrum vlceribus capitis cū vrina,et confert eis valde,et masticatur ad alcola. *Membra oculi.* [a] Quando masticantur folia eius,et administrantur ex eis cum pauco sale mundificat [i] †{ } fistulas [f] oculi, et facit nasci carnem. *Membra anhelitus & pectoris.* Folia et flos eius leniunt [g] pectus,et faciūt exuberare [f] lac, et sedant tussim euenientem a caliditate,et siccitate:et semen eius est illud, quod de ea est melius in remouendo [g] asperitatem pectoris. *Membra nutrimenti.* Domestica est [g] mala stomacho:et in ipsa est apertio oppilationum hepatis. *Membra expulsionis.* Flos eius cōfert vlceribus renum et vesicæ,bibitum,et linitum cum oleo.Et semen muluchiæ confert rasuræ, et vlceribus [f] intestinorum.Et rami alcubezæ domesticæ conferunt intestinis,et vesicæ leniendo naturam,et doloribus eorum:et illud quando bibitur aqua eorum:et fit ex ea syrupus. Et eius decoctio confert [f] duritiebus matricis sedendo in ea:et faciendo cum ea enema.Et in ipsa est virtus prouocans vrinam.Et de alcubeze quidem syluestri,quæ cum sole reuoluitur vel quæ solem insequitur,est quæ soluit humorem crudum,et choleram,et quādoq; superfluit,et solutione educit sanguinem. *Venena.* Folia eius sedant pūcturam [f] vespæ more emplastri superposita,et proprie [k] †{cum oleo:} et similiter [l] †{venenatus bibat semen eius,et vomitur semper,}et confert morsui rutelæ.

H G.li.6.sim.46.f, non Paulus. Infra a H† ex melle, Supra a I† ex melle K † eadem cruda cum oleo trita puncti non feriuntur: L † D.Ius decoctę cū radice sua cōtra oia venena auxiliatẽ si ꝯtinuo à bibētib' reuomatur, † Chaliduniū, vel chaledfiū.i. memirā,seu chelidonia. M Diosc.li.2.c.173. &.174. Repet.c.738.

N Serap.c.296. O D.chelidonium minus P Diosc.ma. Q Diosc.minus R Diosc.ma. S Diosc.ma. S† cum melle in æreo vase T D.ma. V Ser.c.296.

D De †{Caucho}.i.[m] Chelidonio maiori. *Cap.* 199.

Cauchun quid est? Dixerunt [n] quidam,q; est vene.Et ipsa quidem dicitur memiran. Et dixerunt alij,quæ de ea est parua est memiran,et quæ est magna est aluardachale,vel aluardachule,vel alxardahune. *Operationes & proprietates.* Est quoddam [o] genus eius paruum calidum vlceratiuū. *Apostemata & bothor.* Ponitur cum vino super [p] formicam,et confert. *Vulnera & vlcera.* Quæ parua est [q] eradicat scabiem. *Membra capitis.* [r] Masticatur eius radix, et sedat dolorem dentis. *Membra oculi.* Quando [s] bullitur succus eius [s] †{ }super prunas donec ad medietatem deueniat,acuit visum.Et quando [t] excæcatur pullus hirundinis,affert ei mater hanc plantam, et reddit ad ipsum visus,et additur visus eius,[v] et propter hoc nominatur hirundinaria.

† Caudarus. X Diosc.li.2.c.88. Y Ser.c.77. Z G.li.1.ali. c.6.b A Lib.3.c.15.b

De †{Canderos}.i.[x] Halica. *Cap.* 200.

Canderos quid est? Est triticum romanum. *Natura.* Eius nutrimentum est frigidius nutrimēto tritici,et [y] minoris nutrimenti:et est cum hoc bonæ digōnis,[z] plurimi nutrimenti,fortis,[a] grossi.

† Camalaun, seu chamalium. B Diosc.lib.3.c.8. Repe.c.376. & .463

De †{Camæleon}.i.[b] Chamæleonte albo. *Cap.* 201.

Camæleon. *Operationes et proprietates.* Non bibitur in aliquo,sed administratur exterius.Et est in summa abstergentium exterius,et in emplastris lenificantium,et resoluentiū. *Decoratio.* Lenit super

super morpheam. *Vulnera & vlcera.* Linitur super scabiem & impetiginem: & fit ex eo emplastrũ vlceribus corrosiuis. *Membra nutrimenti.* Datur in potu de radicibus albi [a] †{achsuneti vnũ} in vino: & iuuatur inde habens hydropisim. *Membra expulsionis.* [b] †{Radices albi interficiunt vermes.} *Venena.* Quod nigrum [c] est interficit. E

De †{*Charatin*}.i.[d] Vermibus terrenis. *Cap.* 202.

Charatin. *Natura.* Oportet fm ꝙ existimo, ꝙ sit calidum. *Vulnera & vlcera.* [e] †{Ex eo, quod contritum est, fit emplastrum vulneribus neruorum, & non dissoluitur ab eis per tres dies, & est iuuatiuum valde.} *Membra capitis.* Eius decoctio cũ adipe anseris confert dolori auris: & quandoq; distillatur cũ oleo super latus diuersum à dente doloroso. *Membra nutrimenti.* Sanat [f] quando bibitur cum vino ab icteritia. *Membra expulsionis.* Teritur multum, & datur ad bibendum cum vino, & prouocat [g] vrinam, & confert lapidi illud etiam.

De †{*Cobzbague*}.i.[h] Cardamomo. *Cap.* 203.

Cobzbague quid est? Est granum paruum simile cardamomo, quod affertur de Alsefale. *Natura.* Est calidum & siccum in tertio. *Operationes & proprietates.* Eius virtus est virtus gariophyllorum, & abstergit, & subtiliat: & [h] est subtilius cardamomo. *Membra nutrimenti.* Est bonum stomacho, & hepati frigidis: & [h] est melius stomacho, ꝙ̃ cardamomum, & retinet vomitum.

De †{*Cauda equi*}.i.[i] Equiseto. *Cap.* 204. F

Cauda equi quid est? [i] Est planta nascens in locis concauis, & in vallibus, habens stipites concauos ad rubedinem declinantes, asperos, duros, nodosa cum nodis intrantibus, & apud nodos sunt sicut folia squanthi minuta, spissa, & adhæret arbori cui appropinquat: deinde descẽdunt ex ea extremitates plures sicut cauda equi, & habet radicem duram. *Natura.* Est frigida [k] in primo, sicca in secundo. *Operationes & proprietates.* Est styptica, & proprie succus eius, et est vehementis exiccationis sine mordicatione, & est valde iuuatiua [l] ad fluxum sanguinis [k] †{ } *Vulnera & vlcera.* [i] Consolidat vlcera, et vulnera mirabiliter: & si in [l] eis sunt nerui consolidat etiam. *Instrumenta iuncturarum.* Confert quando linitur, aut fit ex ea emplastrum attritioni [i] medij lacertorũ, & detumescere facit herniam intestinalem. *Membra nutrimenti.* [k] Confert apostematibus stomachi, & [k] hepatis, & [k] hydropisi.

[m] De †{*Cantharidibus.*} *Cap.* 205.

Eupatorium quid est? [a] †{Est ex herbis pilosis, seu spinosis, & habet folia sicut folia canabis, aut folia pentaphyllon, & flos eius sicut nenufar:} & est illud, quod administratur, & succus eius. *Natura.* Est calidum in primo, siccum in secundo. *Operationes & proprietates.* Est subtiliatiuum, incisiuum valde, & abstersiuum sine attractione, et sine caliditate manifesta. Et in ipso est stypticitas pauca, & ponticitas, & amaritudo fortis, sicut est amaritudo aloes. *Decoratio.* Est bonum in initio alopeciæ, & thyriæ. *Vulnera & vlcera.* Linitur cum [a] adipe [b] †{veteri} super vlcera difficilis consolidationis, & eius succus confert scabiei, & pruritui quando bibitur cum aqua fumiterræ, & oxymellæ, & similiter flos eius, & succus ipsius est fortior. *Membra nutrimenti.* Cõfert doloribus [c] hepatis, & oppilationibus eius, & cõfortat ipsum, & confert duritiei splenis, & apostematibus hepatis, & apostematibus stomachi. & eius herba, & succus conferunt cachexiæ, & accidentibus hydropisis. *Membra expulsionis.* Datur in potu cum vino, & confert [a] vlceribus intestinorum. *Febres.* [d] Confert febribus chronicis, & antiquis, proprie succus eius, & proprie cũ succo absinthij. *Permutatio.* [e] Loco eius ponitur pondus de assaro, & medietas ponderis ipsius de absinthio.

Litera. F.

[f] De †{Fabis.} Cap. 245.

FAbæ quid sunt? Notæ sunt, & aliæ sunt Aegyptiacæ, & aliæ Nabathię. & Nabathię quidem sunt vehementius stypticæ. & Aegyptiacæ sunt humidiores, & minoris nutrimenti: virides vero sunt plurimæ superfluitatis. & si non esset tarditas suæ digestionis, & multitudo inflationis earum, non essent minores in nutriendo bene, quàm pultes hordei, sed sanguis earum est grosior, & fortior. *Electio.* Meliores ex eis sunt grossæ albæ, quæ à gurgulionibus non perforantur, & deteriores earum, sunt recentes, & earum quidem rectificatio est prolongatio infusionis earum, & bonitas decoctionis, & comedere eas cum pipere sale, & hasce, & origano, & similibus cum oleis. *Natura.* [g] Proximæ sunt æqualitati, sed sunt decliues ad frigiditatem, & siccitatem plus, & in ipsis est humiditas superflua, & proprie in viridibus. De veritate vero viridium est vt iudicentur frigidæ & humidæ. Quidam autem, qui ponunt frigiditatem fabarum in gradu secundo, modum excedunt. *Operationes & proprietates.* Abstergunt parumper, & [f] inflant valde, & si earum decoctio bona fiat, & [h] non sunt sicut chist hordei: quoniam decoctio plurima ipsius [f] reiterando aquam remouet inflationem eius, verum cum fabæ excorticantur, & decoquuntur in aqua, deinde friguntur in oleo in vase sine motu, minoratur earum inflatio, & quæ ex eis assatæ, seu torrefactę sunt paucæ inflationis, sed sunt tardioris digestionis. & coctæ cum suis corticibus sunt plus inflatiuæ, sed sunt tardioris digestionis. & fortasse earum farina est minoris inflationis. sed earum quæ sunt Nabathiæ est virtus styptica, & earum cortex est fortioris stypticitatis, & non abstergit. & Aegyptiaca est stypticior omnibus, & in ipsa est abstersio, & generatur ex ea caro mollis, & generat humores grossos. Hippo. quoque testificatus est bonitatem nutrimenti earum, & conseruationẽ sanitatis ab eis, & [f] quando scinduntur in duo media, & ponuntur super fluxum sanguinis [h] †{ } abscindit, seu remouet ipsum. Et de proprietatibus quidem earum est, ꝙ [i] abscindunt oua gallinarum cum nutriuntur ex eis. & ꝙ faciunt [f] videre somnia mala mentẽ perturbantia, & ꝙ faciunt accidere pruritum proprie recentes. *Decoratio.* Quando ex corticibus earum fit [f] emplastrum capillis, subtiliat eos, & quando fit ex eis emplastrum super femur infantis, prohibet [f] ortum pilorum, & similiter quando sæpe iteratur super locum rasum, & abstergunt [f] morpheam in facie, præcipue cum cortice, & pannum, & lentigines, & faciunt colorem bonum. *Apostemata & bothor.* Fit ex eis emplastrum cum vino [f] super [α] apostemata testiculi. *Vulnera & vlcera.* Confert vlceribus lacertorum. *Instrumenta iuncturarum.* Conferunt spasmo lacertorum, & more [k] emplastri ponuntur cum decoctione sua podagræ cum adipe porci. *Membra capitis.* Faciunt soda, & nocent omnibus, quibus accidit soda. & res viridis, quæ est in concauitate earum, quæ sunt Aegyptiacæ, cuius sapor est amarus, cum teritur & miscetur cum oleo rosaceo, & distillatur in aure, confert dolori eius. *Membra oculi.* Ipse cum melle & fœnugræco more emplastri superpositæ, [f] conferunt [k] †{obfuscationi oculi, & palpitationi:} & ex eis [f] cum thure, & rosis, & albugine oui fit emplastrum exitui oculi, proprie, qui est pupillæ. *Membra anhelitus & pectoris.* Bonæ sunt [l] pectori & sputo sanguinis, & conferunt etiam [f] tussi. & si misceantur cum melle, & farina fœnugræci conferunt apostematibus gutturis & [l] duarum amygdalarum: & earum emplastrum est bonum [f] apostematibus mamillæ, & [f] caseitati lactis in ea. *Membra nutrimenti.* [f] Sunt difficilis digestionis, & non tardæ descensionis & exitus. Et non sunt generatiuæ oppilationum. Et decoctæ cum corticibus suis in aceto [f] prohibent vomitum. *Membra expulsionis.* Quæ [f] ex eis decoctæ sunt cum aceto & aqua, conferunt solutioni antiquæ, & cum proprie fuerint cum corticibus suis, & conferunt [f] dysenteriæ, & proprie Nabathiæ. Et earum etiam sauich confert ad illud comestum sicut est & bibitum cum re aliqua liquida. & [α] earum emplastratio confert apostemati testiculorum.

De

E A Diosc. li. 4. c. ...
† Gafet.
A † Dio. Est herba fruticosa vnicũ ... ferens caulẽ, ligno sum, nigricantem, rectum, tenuẽ, hirsutũ, cubitalem, interdũ ampliorem, folijs per interualla quinquefolij, ... cannabis magis ... bus, quĩquepartitis aut ampli⁹ diuisis nigricantibus ... bitum serratis, ... men medio caule erumpit, pilosum deorsum spectans, quod siccatum ... stibus inhæret.
B suillo
F C Diosc. & ... simp. li. 47. f
D Ser. c. 77.
E G. de subst. ... camæpithys.
F Diosc. lib. 2. c. ...
† Bachale.

G G. 7. simp. 53. d

H G. li. 1. aliment. c. 19. g. h
G

H † ab hirudine concitati
I Sera. c. 97.

Infra α

H K G. li. 7. simp. ...

K † furunculis ... gillatis, parotidibusq;
L Rasis vlti. cont. t. 1. c. 279.

Supra α

A Diosc. li. 5. c. 79.
† Durdi, & est fæx vini & aceti & similium fluidorum.

A [a] De †{Fæce.} Cap. 246.

Fæx. *Electio.* Melior fæx & sanior, est [a] fæx vini veteris, deinde quæ similis est ei. Et [a] fæx quidem aceti est vehementis virtutis. Et oportet vt aduratur [a] post ipsius exiccationē bene, sicut aduritur spuma maris in vitreata linita ex luto, aut olla. Et finis adustionis eius est, vt [a] albescat & puluerizetur subtiliter. Et similiter omnis fæx. Et oportet quidem vt omnis fęx administretur, [a] dum est recens, & fiat quod necessarium est de adustione eius, & tunc administretur: quæ.n. ex ea vetus est, est debilis virtutis. Et oportet quidem vt conseruetur in vase, & non exponatur aeri. Et quandoq; abluitur [a] sicut lauatur tutia. *Operationes & proprietates.* Fæx aceti fortior ex alijs fæcibus, & virtus abstersionis eius est styptica, [a] & adusta est adustiua, & putrefactiua virtute alia. *Decoratio.* Quæ adusta est administratur in [a] vngue albificato cum gumma pini, & rectificat ipsum. *Apostemata & bothor.* Fæx [a] non adusta est bona inflationi sola, & [a] cum myrto etiam, & exiccat bothor cum quo non est vlcus. *Membra anhelitus & pectoris.* [b] †{Fęx non adusta extinguit inflammationem mamillæ in qua cōculcatus est sanguis.} *Membra nutrimenti.* Fæx non adusta prohibet [a] fluxum materierum ad stomachum. *Membra expulsionis.* Quando exterius apponitur matrici emplastrum ex fęce non [a] adusta, confert fluxui sanguinis menstrui.

B † D. Rigētes mā mas, suiq; lactis impatientes cū aceto perūcta extinguit.

† Dochan.
C Diosc. lib. 1. c. 73. 77. & 80.
Repetit. c. 256.
D G. 7. sim. fo. 54. f

De †{Fumo}.i. [c] Thuris fuligine, Resinis, & fuligine Picis. Cap. 247.

B Fumus quid est? Est terreus subtilis, & diuersificatur eius substātia, & omnes eius species sunt exiccantes substantia sua terrea, & est in eis igneitas parua. *Electio.* [d] Fortior eorum est fumus alchitrā, deinde fumus picis humidæ, deinde fumus storacis, postea myrrhæ, deinde thuris, postea terebinthinæ, & videtur, φ fumus naptæ sit fortior omnibus. *Operationes et proprietates.* Fumus est substantia terrea subtilis, digestiuus, resolutiuus. *Membra oculi.* Fumus [d] thuris, & fumus terebinthinæ etiam ponuntur in medicamentis vlcerum oculi, & prohibēt ortum [e] pilorum additorū, & [e] cursum, & [e] corrosionem, & humiditates cū quibus non est ophthalmia, & vlcera [e] lachrymaliū.

E Dio. li. 1. c. 77. & G. 7. sim. fo. 54. f
F Diosc. lib. 5. c. 43.
† Zar alnhas vel zer alnhas.
Repetit. 235.

[f] De †{Flore æris.} Cap. 248.

Flos æris. *Operationes & proprietates.* Est stypticus, corrosiuus, mordicatiuus. *Vulnera & vlcera.* Corrodit [f] carnem additam. *Membra capitis.* Ponitur in desiccatiuis [f] vlcerum auris: et quando illud, quod ex eo album est, teritur, et sufflatur in aurem, delet [f] surditatem antiquam. et ex eo tangitur palatum cum melle propter apostemata gulæ, et [f] vueæ. *Membra expulsionis.* Quatuor anulusat eius soluunt [f] humorem grossum, et soluūt aquam citrinam. et ponitur in exiccatiuis hęmorrhoidarum, et vlcerum ani.

† Zumara alrahay.
G Diosc. li. 3. c. 144.
Repetit. c. 254.
H Li. 6. simp. 46. a
H † herba
I † Radicis

De †{Fistula pastoris}.i. [g] Alisma, siue Damasonia. Cap. 249.

Fistula pastoris. *Natura.* Calida est et sicca, et forsitan in principio secundi, et dicitur, quoniam C resoluit inflationem. *Membra expulsionis.* Expertus est [h] Gal. φ succus eius frangit lapidē in renibus. Et dixerūt [g] quidā, φ confert [g] vlceribus intestinorū, et pūgitiuo dolori, et [g] īfirmitatibus mrīcis, et [h] †{ } facit, puocationē vtriusq;, et cōfert aperturę seu hernię ex aptura. *Venena.* [i] †{ } Aureus vnus aut duo aurei ī potu accepti cōferūt ei, qui [g] bibit leporē marinū, et [g] opiū, et reliqua.

† Hantha.
K Dio. lib. 2. c. 77.
L G. 8 sim. 59. d
M Gal. 1. ali. c. 7. b

De †{Frumento}.i. [k] Tritico. Cap. 250.

Frumentum. *Electio.* Melius est illud, quod est medium inter duritiem et raritatem, magnū, pingue, recens, planum, quod est inter rubedinem et albedinem. Frumentū vero nigrum, est mali nutrimenti. *Natura.* Est [l] calidum et temperatum in humiditate et siccitate, et ipsius sauich declinat ad siccitatē. *Operationes & proprietates.* Triticum plurimæ rubedinis, plurimi est nutrimenti. Et frumentum [m] elixatum est tardæ digestionis, inflatiuum, verum eius nutrimentum cum digeritur, est plurimum. Et alhauari quidem est proximum amylo, sed est calidior, et farina viscosa p naturam est non viscosa arte. Et neq; est viscosum natura, sicut viscosum arte. Sauich præterea tritici est tardę descensionis, et plurimum inflatiuum, indigens dulcedine faciente ipsum descendere velociter, et ablutione cum aqua calida: ita vt remoueatur īflatio eius, et humor sauich est paruus. Amylum vero est frigidum et humidum, viscosum. Et [n] frumentum est magis nutritiuum corporis omnibus granis. *Decoratio.* Triticum [o] mundificat faciem. et eius farina, et amylum cum croco D est medicamen panni. *Membra nutrimenti.* Sauich tritici, et hordei grauat. *Membra expulsionis.* [p] Triticum crudum, et etiam decoctum elixatum non mollitum, neq; fractum, neq; vehementer coctum sicut alherisse, et alherisse etiam similiter quando comeditur, generat [k] vermes. *Venena.* Triticum tritum [k] puluerizatum super morsum canis rabiosi, est iuuatiuum.

N Rasis vlti. conti. t. 1. c. 316. 27. 3.
O Ras. ibi. 28. 1.
P Lib. 3. Fen. 16. t. 5. c. 1.
Q Diosc. li. 2. c. 94.
† Halbe, vł helbe.

[q] De †{Fœnugræco.} Cap. 251.

Fœnugræcum quid est? Notum est. *Natura.* Calidum est in fine primi, siccum in primo. Et non euacuatur ex humiditate extranea. *Operationes & proprietates.* Eius virtus est digestiua, lenitiua. Et illud propter illud, quod in ipso aggregatur de caliditate cum viscositate. et ipsius viscositas prohibet dominium nocumenti caliditatis eius, et eius caliditas operatur cum facilitate, et eius humor est malus licet non sit paucus. *Decoratio.* Eius oleum, quod fit cum [q] myrto confert capillis et [q] vestigijs vlcerum, et confert fissuris frigidis per mucilaginositatem suam proprie cum oleo rosaceo. Et ingreditur in medicinis panni, et facit colorem bonum, [r] et alterat odorem oris, et facit fœtere odorem corporis, et [α] sudoris. *Apostemata & bothor.* Resoluit apostemata phlegmatica, et [s] dura: et eius farina ad [q] apostemata calida apparentia, et occulta, [s] †{ } cum non sunt inflammata, sed sunt declinantia ad duritiem quandam, et lenit dubellet, et maturat ea.

R Serap. c. 174. & Ras. vlti. conti. t. 1. c. 294.
Infra α
S Ras. 26. 3.
S † etiam

Vulnera & vlcera. Confert cũ oleo rof.[a] adustioni ignis. *Membra capitis.* Mundat[b] furfures ablu E tione capitis facta ex eo,[c] & facit sodam capiti,& proprie cum comeditur cum muri, quamuis sit cum almuri minus nocumentum stomacho. *Membra oculi.* Decoctio fœnugræci sanat altarfati. *Membra anhelitus & pectoris.* Clarificat vocem,&[a] pulmoni tribuit aliquod nutrimentum,& lenit pectus,& guttur,[c] & sedat tussim,& dyspnœã,& proprie qñ coquitur cum melle,aut dactylis,aut ficubus,& melius est vt coniungatur cum dactylis carnosis,&[c] sumatur succus amborum, & misceatur cum melle plurimo,& super prunas temperate calefiat,& assumatur ante cibum tempore longo. *Membra nutrimenti.* Cum nitro emplastrum factum ex eo cõfert[d] spleni,& eius decoctio cũ aceto debilitati stomachi,& proprie quod ex eo recens est,& vlceribus eius & est faciens[c] nauseam,sed acetum & muri expellunt nocumentum comestionis eius. *Membra expulsionis.* Fit encathisma in decoctione eius[d] ad apostema matricis,& dolorem eius,&[d] coarctationem ipsius.Et eius decoctio[d] †{cum aceto}conuenit[d] vlceribus intestinorum,& similiter recẽs[d] cum aceto qñ comedit̃[e] †{vnum post aliud.}Et decoctio eius cum aqua calida est bona[d] tenasmoni & solutioni.Et eius oleum est bonum apostematibus ani,& clysterizatur etiam[d] ad tenasmon, & dolorem ventris pungitiuum,proprie cum almuri ante cibum,& non mouet ad expellendam fæcem nisi propter suam acrimoniam &[f] proprie cum melle non plurimo,vt non mordicet fortiter. & eius[c] decoctio cum melle facit descendere humiditates grossas ab intestinis:& prouocat vrinã & men F strua,& supponitur cum[d] anatis adipe,& confert duritiei matricis,et facit generationem matricis facilem,cuius generatio est difficilis propter desiccationem, & est bonum habentibus[a] hæmorrhoidas,&[f] facit stercus boni odoris,& facit fœtere vrinam, &[α] sudorem,& non est sicut lupini in difficultate sui exitus.

A Raf. vlti. cont. t.1.c.294. B D.&Raf. C Gal.1.ali.c.24. C Ga.&Se.c.174. D Dio.lib.2.c.94. D† E† F G.&.Ser.c.174. F Ser.ibi. Supra α

De †{Ferro}.i.[g] Rubigine ferri. Cap. 252.

Ferrum quid est?Est tres species[g] †{saburcan,}& bermahẽ,&[h] †{fulad} artificiatũ, & saburcan est fulad naturale,& fulad artificiatũ est factum ex bermahen & scoria alsaburcan propinqua est scoriæ æris.Et ego quidem scoriæ singulare faciam[i] capitulum in capitulo de cha. *Operationes & proprietates.* Eius ziniar stypticum est, corrosiuum,& scoria ipsius est debilior ziniar eius, & ipsa est fortioris exiccationis omni scoria. *Decoratio.* Aerugo eius superposita[g] panaritio cum vino,est bona. *Apostemata & bothor.* Aerugo ferrri cum[k] †{vino} super[g] æryssipilam &[g] bothor, vtilis est. *Instrumenta iuncturarum.* Aerugo eius cum vino super[g] podagram confert ei. *Membra capitis.* Quando teritur cum aceto forti,& coquitur in ipsa,est[l] illud acetum medicamẽ saniei antiquæ currenti ex aur̃. *Membra oculi.* Aerugo ferri.Est bona asperitati palpebrarum,et[m] vngulę. *Membra nutrimenti.* Vinum & aqua in quibus extinguitur ferrum,confert apostemati[g] splenis,& mollificationi[g] stomachi,& debilitati eius. *Membra expulsionis.* In eius scoria est virtus soluens ali G qua,debilior ea,quæ est in scoria ęris,& eius ęrugo est styptica,quare supposita abscindit[g] fluxum sanguinis ex matrice,& eius ærugo styptica exiccat[n] hæmorrhoidas. Et aqua & vinum[g] in quo extinguitur ferrum retinet solutionem antiquam,& dysenteriam, & confert[o] mollificationi ani, &[m] fluxui vrinæ inuoluntario,& fluxui[m] menstruorum,&[m] confortat coitum.

† Hadid. G Dio.lib.5.c.45 G† species ferri neri, H† chalybs I 688. K† aceto L Raf. vlti. cont. t.1.c.295. M Serap.c.193 G Repetit.c.251. N Diosc.&Raf. O Raf. vlti.cont. t.1.c.295.& Ser. † Lubia.

De †{Faseolis}.i.[p] Smilace hortensi. Cap. 253.

Faseoli. *Natura.* Rubei calidiores sunt eorum.Filius Mesaugue,& Arsaianis dixerunt,ꝙ sunt frigidi,&[q] sicci,& apud me substantia eorum est sicca,in qua est humiditas superflua,& ipsi ad caliditatem declinant,sed rubei sunt calidiores. *Operationes & proprietates.* Sunt velocioris digestionis,& egresionis,q̃ mes,& non sunt minus nutritiui eis.Et dixerunt, ꝙ sunt minoris inflationis. & est in eo consideratio,& verius est,ꝙ ipsi sunt magis inflatiui,q̃ est mes,verum[q] fabæ sunt magis inflatiuæ eis,& humor faseolorum est humidus phlegmaticus,& faciũt[p] videre somnia mala. *Membra anhelitus & pectoris.* Sunt boni[q] pectori & pulmoni. *Membra nutrimenti.* Generant humorem grossum:[r] sed sinapis prohibet nocumentum eorum.& similiter acetum cum sale & pipere & origano,& vt bibatur super eos vinum potens purum, & qui cum aceto sunt nutriti paucæ sunt[r] †{humiditatis.} *Membra expulsionis.* [q] Prouocant menstrua proprie rubei, & proprie cum oleo de nereidem. H

P Diosc.li.2.c.1 Q Raf. vlti. cont. t.1.c. 288. R Ser.c.81.&Raf. R† odoris.

De[s] †{Fistula pastoris.} Cap. 254.

Fistula pastoris. *Operationes & proprietates.* Virtus eius est virtus abstersiua. *Apostemata & bothor.* Resoluit apostemata calida. *Membra nutrimenti.* Confert doloribus mollibus.i. doloribus apostematum mollium,& apostematum ex humoribus fœcalibus grossis in visceribus. *Membra expulsionis.* Confert lapidi renum, & frangit ipsum. Decoctio eius, & radix ipsius, confert vlceribus intestinorum.

S† Mezamar ali. Repet.c.249.

[t] De†{Felle.} Cap. 255.

Fel. *Electio.* Fortiora fella quadrupedum,sunt fel vaccinum,deinde fel aldabha & vrsi, deinde caprinum,post ouinum.Et magis incolume fellium auium,est fel galli,et duragi et cubugi.Reliqua autem[u] fella auium sunt fortiora fellibus quadrupedum,qñ comparant̃[t] †{albegath}ex eis cum deambulantibus,et venantibus,et rapaces earum cum rapacibus. Et fel quidem forte valde mordicans est fel rapacium,et proprie magnorum:et de eis electum est illud, cuius color est citrinus naturaliter.Illud vero,quod est vt viride æris,et lapis lazuli sunt mala:et similiter,quod est pure rubeum.[x] Debilius autem fellium est fel porcinum:et fel quidem asabut, et piscis, qui noĩatur scorpio,

T Dio.lib.2.c.70. † Merara. T† auib' magis volãtibus circa terram V G.li.10.simpl. 74.h,&.75.4, X Gal.ibi. h

A scorpio,& testudinis, est fortius fellibus quadrupedum. Inquit[a] Dios. stringatur extremitas fellis, & bulliat in aqua ꝑm quantitatem[a] †{quam homo tres eius feruores computet:} deinde extrahatur,& exiccetur in vmbra, in qua non sit ros & reseruetur. *Natura.* Omnia calida sunt & sicca in quarto. *Operationes & proprietates.* Fel omne est calidum, abstersiuum,& diuersificatur ꝑm masculum & fœminam:& ꝑm[b] dispositionem sitis & famis,& dispositionem potus plurimi, & dispositionem quietis & exercitij. *Decoratio.* Fel asini syluestris eradicat morum,& confert linitum sup vestigia apostematum. *Apostemata & bothor.* Et ponitur in emplastris erysipilæ,& prohibet ipsam. *Vulnera & vlcera.* Qn̄ fel miscetur[a] cū nitro,[a]†{& gumma pini, } & chimolea cōfert scabiei vlcerosæ:& fel[b] †{vaccinum} ponitur in emplastris vel vnguentis prohibentibus vulnera,& doloribus vehementibus:&[a] fel hircinum eradicat[c] †{carnem additam:} & necessitas quidem vlcerum vt eis adhibeatur fel forte,& debile diuersificatur ꝑm suas horas,& ꝑm mundificationē & sordidationem eorum:& fel quidem[α] aldib est bonum vulneribus neruosis,& in tēpore frigoris prohibet spasmum,& alcuzez, qui timentur in similibus eorum. *Membra iuncturarum.* Fel hircinum[a] super elephantiam,&[d] †{varices } cōfert:& similiter fel asini syluestris proprie,& fel[α] aldib prohibet spasmum,& alcuzez, qui sequuntur vulnera neruorum proprie ex frigore. *Membra capitis.* [e]†{Fel hircinum, } &[a] taurinum conferunt vlceribus recentibus in aure. Fel[f] †{alrachme cum B oleo distillatur in aurem grauem,& cum qua est surditas,& cum succo porri nabathi ad tinnitum, et ad grauitatem auditus.} Et fel[a] bouinum cum nitro et chimolea ad furfures valet, cum lauatur ipso caput. Et dictum est iam, ꝙ qn̄ fel vrsi lambendo sumitur, prohibet[a] epilepsiam. Et fel testudinis confert alcola fraudulento in[a] oribus puerorum, ꝑm ꝙ dicitur. Et confert attractio odoris eius[a] cum naribus, epileptico. Et omne quidem fel confert stricturæ narium aperiendo valde oppilationes, quæ sunt in colatorio. *Membra oculi.* Omne fel confert obscuritati visus. Et fel[g] quidē rapacium proprie siccum confert initio aquæ, et dilatationi pupillæ. Et neqꝫ conceditur vt administretur nisi post mundificationem corporis, et capitis. Et fel magis conferens oculo ex quadrupedibus quidem est fel gazel. Et auium quidē fel alcubugi. Et ex piscibus fel[h] †{sabut.} Et fel caprinum confert cæcitati et proprie montanum. *Membra anhelitus & pectoris.* Ex felle bouis linitur palatum cum melle[a] ad præfocationem: et similiter ex felle[a] testudinis. *Membra expulsionis.* Fel[i] bouis aperit orificia hæmorrhoidum. Et[a] oē quidem fel est solutiuum: ita etiam ꝙ fel porcinum: qn̄ cum eo linitur vmbilicus et[a] supponitur: et fel tauri[a] cum melle linitur ad vlcera, quæ sunt in ano: et fit ex eo linimentum ad dolorem matricis, et testiculorum, et ponit̄ super apostemata[a] osei. *Venena.* Fel hirci montani, est theriaca morsibus venenosis,& similiter fel thauri.

De Fuligine.i.[k] Fuligine thuris, Resinis, et Fuligine picis liquide. *Cap.* 256.

C Fuligo. *Electio.* Melior est illa, quæ est leuioris ponderis, et magis intensæ nigredinis. *Natura.* Omnis est calida exiccatiua, nisi inda: qm̄ indi, et[l] Paulus numerant eam inter infrigidantia. *Operationes & proprietates.* Omnis est exiccatiua. *Apostemata & bothor.* Existimant quidam, ꝙ inda ponitur super apostemata calida et confert eis. *Vulnera & vlcera.* Illa, quæ assumitur ex fumo ligni pini cum gumma et bdellio ponitur super adustionem ignis, et dimittitur donec cadat.

De[m] †{*Fistula.*} *Cap.* 257.

Fistula quid est? Stipites albi, pilosi, similes polio: sed sunt plus pilosi: immo sunt toti quasi pili: et odor eius est sicut odor myrrhæ. *Natura.* Est calida declinans ad aliquantulum aromaticitatis.

[n] *De* †{*Furfure.*} *Cap.* 258.

Furfur. *Natura.* Calidus[o] est et siccus in primo. *Operationes & proprietates.* In ipso est abstersio, et lenificatio, et mundificatio plurima: et eruus quidem ipsius finem non consequitur,[p] et resoluit ventositates, et phlegma. *Apostemata & bothor.* Est bonus cum aceto forti in initio apostematis calidi, et madefit cum[p] †{vino:} et fit ex eo emplastrum ad apostema,[β] quod[n] est in mamilla calidum: et resoluit apostemata[q] phlegmatica et ventositates. *Vulnera & vlcera.* Cum[q] aceto forti ponitur super vlcerationē scabiei facto emplastro ex eo calido. *Membra anhelitus & pectoris.* [r] Lenit pectus sua abstersione, et proprie sorbitio aqueitatis eius cum zuccaro, et oleo amygdalino, et madefit cum[r] †{vino,} et confert[β] apostematibus[n] mamillæ. *Membra expulsionis.* Mouet[s] intestina ad expellendum, quod in eis est: et eius sorbitio cum sorbetur, lenit[s] ventrem. *Venena.* Confert puncturæ scorpionis,[n] et serpentis more emplastri superpositus.

D

De †{*Folio indo*}.i.[t] Malabathro. *Cap.* 259.

Folium qd est?[t] †{Est proximū virtuti spicæ, est tn̄ leuius: et eius folia et rami sunt sicut sahesefram, et habet florem frangibilem, quod nascitur in terra Indiæ: infusa in aqua in terra cœnosa, et erigitur super faciem aquæ sicut planta, quæ nominat̄ lenticula aquæ, absqꝫ suspensione radicis:} et qn̄qꝫ ligatur in loco cum filo, et exiccatur: et fortasse[t] existimauerūt quidam, ꝙ est folia nereidē indæ, propter similitudinem quam cum ea habet in virtute sua. oleum vero eius virtutem habet olei anuiden, et olei de croco: sed est fortius. *Electio.* Melius est[t] recens, ad[t] albedinem declinās, quod non[t] frangitur in minima, et est eius odor manifestus vt[u] †{nereiden} odor: et non est putridum, neqꝫ salitum, neque laxum, seu mollificatum. *Natura.* Calidum est et siccum in secundo. *Operationes & proprietates.* Qn̄ in[t] pannis spargitur, conseruat eos à tineis. *Decoratio.* [t] Odorem oris efficit bonum retentum sub lingua. *Apostemata & bothor.* Decoquitur in aqua rosacea: et fit ex eo emplastrum super apostema calidum post contritionem:[x] †{et est medicamen bonum apatibus

A Lib.2.c.70.
A† dum quis spatium trium stadiorū percurrsaret:
B Gal.10. simplic. fo.74.e,g
A† ———
B† taurinum
C† thymum:
Infra α
D† tubercula
Supra α
E† ———
F† Dio. taurinum & purulentis cum muliebri lacte, aut caprino instillatum medetur, & sibillo earundem ex porri succo,
G Di.& Raf. vlti. conti.t.1.c.293.
H† Di. callyonymon
I G.li.10.sim. 74.g
K Dio.li.1.c.73.& 77.&.80.
L Lib.7.de fuligine, lignys.fo.380. Repetit.c.247.
M† Mermarad.
N Dios.li.2.c.77.
† Nachale.
O Rasis vlti. ꝯti, t.1.c.316.27.4.
P Raf.27.4.
P† aceto:
Infra β
Q Raf. vlti. cont. t.1.c.316.27.4
R Raf.28.2.&.Serap.c.29.
R† aceto,
Supra β
S Raf.27.4.
† Sadegi.
T Dios.lib.1.c.11.
T† Dios. Nāq; malabathrum folium suignis est, quod īdicæ gignunt paludes ientis palustris mō innatans aquę, sine radice:
V† nardi
X† Dios. Lippitudinibus, inflammationibusq; tritum, & in vino feruefactum commode illinitur.

tibus oculi non calidis.} *Membra nutrimenti.* Est magis conferens stō, et hepati, ꝙ[a] † {nereiden.} E *Membra expulsionis.* Ipsum vehementius prouocat[b] vrinam, ꝙ[b] † {nereiden.} *Permutatio.* [c]Loco eius ponitur pondus ipsius de thalisfar aut de spica.

De † {*Falamamiski*}.i.[d] Ocimo gariophyllato. *Cap.* 260.

Falamamiski quid est? Dicitur, ꝙ falamamiski est ozimum gariophyllatum, nā ipsum est odoris[d] similis gariophyllo, & est magis[d] temperatum, ꝙ maiorana, & sisymbrium, & minus siccum. *Membra capitis.* Aperit[d] oppilationes accidentes in cerebro, & ambabus[d] naribus, comestum & odoratum. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert tremori cordis accidenti ex phlegmate, & melancholia in corde comestum. *Membra expulsionis.* Est bonum[d] hæmorrhoidibus.

*De Fu.*i.[e] Phu. *Cap.* 261.

Fu quid est? [e]† {Folia eius sunt sicut folia apij, magna habentis folia, & stypites: & eius crus est vnius cubiti, & plus planum, tenerum, cuius supremum est grossum proximum grossitudini digiti, purpureos habens nodos: & habet florem sicut narcissus, aut maiorem narcisso. Et in albo ipsius est quasi purpureum: & inferius in radice sua emittit ramos. Et in radice sua est aromaticus odor: et virtus eius est similis spicę in rebus plurimis.} *Natura.* Virtus radicis eius est aromatica: & virtus eius est similis spicæ calefaciens. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert[e] dolori lateris. F *Membra expulsionis.* Prouocat vrinam[e] si bibatur sicca: & eius decoctio prouocat[e] mēstrua. Et eius prouocatio maior est prouocatione spicæ indæ, & romanæ: & est sicut[f] † { almentagiesine} in illo.

De Fufel. *Cap.* 262.

Fufel quid est? Virtus eius est propinqua virtuti sandali. *Operationes & proprietates.* Est infrigidatiuum cum virtute styptica. *Apostemata & bothor.* Est bonum apostematibus calidis grossis. *Membra oculi.* Est conueniens ei, qui habet inflationem in oculo suo.

De[g] † {*Fangenkest*}.i. Agno casto. *Cap.* 263.

Fangenkest quid est? Dictum est de eo in[h] cap. de b.

De[i] † {*Fael.*} *Cap.* 264.

Fael quid est. Est[k] fructus super quem est cortex similis in colore corticibus auellanarum. Et figura eius est sicut fistici. Et intra ipsum est granum pingue simile grano pini, quod nominatur granum regum: cuius color est īter album & nigrum, & citrinum: & est illud, quod administratur, & asportatur de terra Indiæ. Et albel & alfel omnes calidi sunt: & conferunt mollificationi neruorum & ventositatibus hæmorrhoidarum, & sanat eas. * & est medicina inda nota,[l] † {

} cuius virtus est sicut virtus mandragoræ & pomorum eius. *Membra capitis.* Si fiat emplastrum ex ea confert soda.

De[m] † {*Fal.*} *Cap.* 265. G

[n] Fal. *Natura.* Calidus est in secundo & siccus.

De Fagara. *Cap.* 266.

Fagara quid est? Granum[o] simile ciceri habens granum sicut mahaleb: & in cōcauitate eius est granum nigrum sicut scehedenegi, & asportatur de sefale. *Natura.* Calidum[q] est & siccum in tertio. *Operationes & proprietates.* In eis est resolutio, & stypticitas. *Membra nutrimenti.* Ponitur in medicinis[p] rectificantibus stomachum, & hepar frigida: & expellit in eis malitiam digestionis frigidam. *Membra expulsionis.* Confert solutioni frigidæ, & constringit ventrem.

De[q] † {*Fulfulminue.*} *Cap.* 267.

Fulfu lminue quid est? Est[r] radix piperis. *Operationes & proprietates.* Dicitur, ꝙ proprietas eius est conferre doloribus frigidis, & spasmo valde. *Instrumenta iuncturarum.* Cōfert podagræ. *Membra expulsionis.* Est ei proprietas vt iuuamen afferat[s] colicæ, & [s] ventositatibus frigidis.

* *De*[t] † {*Fesurigo*}.i.[u] Psoricon. *Cap.* 268.

Fesurigum. *Operationes & proprietates.* Est[x] vehementioris exiccationis, q̄ alcolcotar: cū hoc, ꝙ est minoris mordicationis: & est subtilius. *Vulnera & vlcera.* [u] Remouet scabiem.

De † {*Fesire*}.i.[y] Vite alba. *Cap.* 269.

Fesire quid est? Est hezargiesan, vel hezarchasen, & est vitis alba. *Natura.* Est calida & sicca in H tertio. *Operationes & proprietates.* Est acris, mordicatiua, abstergit, & exiccat, & subtiliat, & calefacit temperate. *Decoratio.* Radix[y] eius cum eruo,[z] † {   } & fœnugræco abstergit vehementer exteriora corporis, & clarificat, & mundificat, & remouet[a] pannum, &[y] vestigia nigra remanentia post vlcera: & similiter quando coquitur cum oleo donec dissoluatur, & aufert[y] nigredinē sanguinis sub oculo. *Apostemata & bothor.* Eius radix abscindit verrucas, & vestigia & bothor lactea, & cum vino sedat[y] panaritium[α], & resoluit apostemata dura, & disrumpit[y] aldubellet. & si vnaquaq;[y] triginta dierum bibātur ex ea tres anulus at cum aceto, resoluit[b] apostemata splenis, & emplastrum factum de ea, cum[y] ficubus etiam est cōueniens spleni, & sedat[y] panaricium[α] qñ ex eo fit emplastrum cum vino. *Vulnera & vlcera.* Ex radice eius fit emplastrum cum sale super[y] vlcera mala: & ponitur in emplastris[y] corrosiuis carnis, & ex fructu eius delinitur[y] scabies vlcerosa, & non vlcerosa. & confert etiam linitio eius excoriationi. *Instrumenta iuncturarum.* Emplastrum factum ex radice eius cū vino[y] extrahit ossa, & bibitur de ea quaq; die aur.i. ad paralysim, & ad[y] attritionem lacertorum valet linita & bibita. *Membra capitis.* Bibitur de ea oī die[c] † {aur.} vno anno, & confert[y] epilepsiæ, &[y] vertigini, & facit qñq; in[y] ratione accidere permistionem.

Membra

A† nardus.
B Dio.li.1.c.11.
B† nardus.
C† G.ð subst. ... nardus indica.
† Felégiamesch ... est basilicon garyophyllatum.
D Ser.c.156.

E Dio.li.1.c.10.
E† D. Folio ... tri, aut elapho... sci: caule cubit... aut altiore, ... uo, molli, in pur... rā vergēte, ... lis intercepto, ... bus narcisso ... mis, maioribu... neris, & ex ... te purpureis ... ce superius ... ti minoris cras... dinem, ex obli... villosa in nigr... ratri, aut iunci ... rati modum, ... lamentis inuicē ... textis, flauesce... bus odoratis ... quadam odor... uitate nardū ... lantibus.
F† gallica
F G.lib.8.si.c.63.
G† Fangekest, ve... bengekest, & e... agnus castus.
H 44.
I† Fel, & est rad... nenufaris indi, ... dicūt, ꝙ est fru...
K Hæc de ... verbū accep... à Rasi vlti. ... t.2.c.298.
* Vī repetes.c...
L† Ras. ibidē ... qui dicunt, q... est radix nenup... ris indi, & hoc ... est verum,
M† Falangie.
N Ras.t.3.c.44.
O Serap.c.200. ... Ras. vl. ... t.1.c.31...
P Ras. vlti. con... t.1.c.312.
Q† Fufulmunie, vel fulgamunie.
R Ras.t.3.c.44. ... Ser.c.302.
S Ras.t.3.c.44.
S Ras. ibidem.
T† Fesurichun.
V Diosl.lib.5.c.6...
X Rasis vlti. co... t.1.c.317. & ... c.323.
* Repetit.c.28...
† Fessera.
Y Diosl.li.4.c.18...
Z† & creta chia
A Ras.t.3.c.44.
Infra α
B Dēt poni i ... la membri nu... tionis.
Supra α
C† drachma

A Diosc.li.4.c.163. B Li.6.simp. 42.f

A *Membra anhelitus & pectoris.* Quandoq; assumitur de ea cum melle[a] deglutienda ad præfocatos, & ad corruptionem[a] anhelitus, & ad[a] tussim, & ad dolorem lateris. Et quãdo bibitur succus eius cum[a] frumento decocto, facit exuberare lac. *Membra nutrimenti.* Inquit[b] Gal. comestio extremitatum eius in primis cum eleuatur, confert stomacho cum sua stypticitate: & cum eo quod est in eo de amaritudine & acuitate. *Membra expulsionis.* Cor huius plantæ in primis cum eleuatur, comeditur, &[a] prouocat vrinam, &[a] soluit ventrem, & de radice eius aur.[a] interficit fœtum. Cum ergo supponitur, extrahit[a] fœtum, & mundificat[a] matricem sedendo in decoctione eius: & succus eius solutione educit[a] phlegma, & est ex medicinis bonis spleni. *Venena.* De radice eius aur. i. confert[a] morsui viperę: & similiter puncturę omnium vermium venenosorum. *Permutatio.* Loco eius ponitur pondus ipsius de durungi, & duæ tertiæ ponderis ipsius de macis.

† Fasersin. C Dio.li.4.c.164. C† hederæ D† sed similaceis proxima E† viticulæ q̃ primo germinũ partu erũpunt in olera recipiuntur

De †{*Fesiresin*}. i.[c] Vite nigra. *Cap.* 270.

Fesiresin quid est? Est de genere alfesire, habens folia sicut[c] †{volubilis} maiora[d] †{ } & radix eius est nigra[c] exterius, & citrina ĩterius. *Operationes & proprietates.* Est similis[c] alfesire in operationibus suis: sed est debilior parumper. *Instrumenta iuncturarum.* Confert[c] paralysi etiam. *Membra capitis.* Cor eius in primis cum eleuatur, comeditur. & confert[c] epilepsiæ. *Membra anhelitus & pectoris.* Mundificat pectus. *Membra expulsionis.* [e] †{Cor alfesiresin si comeditur, cum ele B uatur} prouocant[c] vrinam & menstrua.

F† Fagaie. i. flos alcanna. G 51.

De[f] †{*Fagama.*} *Cap.* 271.

Fagama dictum est in[g] cap. alcanne.

† Felizherengi. H Dio.li.1. c.114. Repe.c.398.

De †{*Feluzeharagi*}. i.[h] Lycio indico. *Cap.* 272.

Feluzeharagi quid est? Est arbor lycij quæ habet fructum sicut piper. Et lycium qñq; sumitur ex eo: & qñq; sumitur ex alzarsech & arabicum est species altera, & virtus alfeluzeharagi propinqua est virtuti lycij, quod ex ea fit, sed est debilior parum. *Decoratio.* Confortat capillos linitum. *Membra nutrimenti.* Decoquuntur[h] rami eius cum aceto, & bibitur ad splenẽ, & confert vltime, et silr[h] ictéritię. *Membra expulsionis.* Decoctio ramorum eius prouocat[h] mẽstrua, & similiter ipsa: et si de fructu eius bibatur[h] põdus[h] †{duorũ mostar} soluẽdo educit humorẽ phlãticum plurimũ.

H† dimidij cyathi

I Raf.vlti.conti.t.1.c.189. de ṽbo ad verbum.

De *Fath.* *Cap.* 273.

[i] Fath quid est? Est medicina turchia. *Venena.* Est bona ad potum sucharan & puncturã vermiũ venenosorum data in potu cũ aqua frigida: & similiter nucimethel confert, & oĩbus venenis.

K† Farfanch, vel farfrugi, vel farfegi. L Cap. 541.

De[k] †{*Farfag.*} *Cap.* 274.

[l] Farfag quid est? Est portulaca.

M Diosc.li.4.c.71. † Father. N G.de succo bo. c.4.f N† boletus. *Infra α* O Raf. vlti. conti. t.1.c.321. P G.de succo.bo. c.4.f, &. 2. alimento.c.69.c Q Se.c.342.& Ra. R G.de succo.bo. c.4.f *Supra α* S G.2.alim.c.69.c T Se.c.342.& Rasis vl.pt.t.1.c.321. V Gal.2.ali.c.69.c

[m] De †{*Fungis.*} *Cap.* 275.

C Fungi. *Electio.* Melior species est nota, quæ[n] nominatur[n] †{alchalahie.} neminem. n. interficit, sed aduenit ex ea[α] cholirica passio: & illi quidẽ, qui sunt sicci, minus sunt mali. *Natura.* [o] Frigidi sunt in fine tertij: humidi in proximo eius. *Operationes & proprietates.* Generant[p] humorem grossum, malum.[q] Eorum autem rectificatio est, vt elixentur, & ponãtur cum eis pira humida, & sicca, & ozimum montanum: & bibatur super ipsos vinum[o] purum. *Membra capitis.* Generant[o] stuporem, & apoplexiã. *Membra anhelitus & pectoris.* Accidit ex illis, qui non interficiunt,[r] pręfocatio: & proprie ex interficientibus. *Membra nutrimenti.* Accidit ex illis, qui non interficiunt,[α] cholirica passio, quando multiplicantur, & sunt difficilis digestionis, & multi nutrimenti. Et accidit ex mortiferis, syncopis,[s] & sudor frigidus. *Membra expulsionis.* Faciunt[t] possidere difficultatem vrinæ. *Venena.* De eis sunt, qui sunt mortiferi, & sunt illi, qui nascuntur in vicinitate ferri[m] æruginosi, & rerum[m] putridarum aliarum: aut in propinquitate[m] mansionis reptilium venenosorum: aut apud aliquam[m] arborum, quarum proprium est vt corrumpant fungos, qui apud eas nascuntur, sicut[o] oliuę: & de signis quidem eorum est, q̃ super eas est[m] humiditas viscosa putrefacta: & cito aduenit eis alteratio, & putrefactio: et ꝓuenit ex ipsis constrictio anhelitus, et syncopis. Et cura eorum est[u] cum incisiuis, & oxymelle cum calamentho: & quandoq; interficiunt statim.

† Festuc. X Dio.li.1.c. 140. Y Ser.c.59.& Ras. vl.pt.t.1.c.301. Z† auellana vel A G.li.8.sim.58.e, & 2.alim. c.30.c *Infra β* *Supra β* B G.li.2.ali.c. 30.c C Lib.3.Fẽ.13.t.5. c.12.

De †{*Fistico*}. i.[x] Pistacijs. *Cap.* 276.

D Fisticum. *Natura.* Dicitur, q̃ est vehementioris caliditatis q̃[y] nux &[z] †{ } amygdala. Et est calidum in fine secundi: & est in ipso humiditas: & existimauerunt quidam q̃ est frigidum, sed errauerunt. *Operationes & proprietates.* [a] Aperit[β] oppilationes hepatis propter suam amaritudinem, & aromaticam virtutem sui, & in ipso est ponticitas: & nutrimẽtum eius est parum valde. *Membra nutrimenti.* Est[x] bonum stomacho, proprie alfsemium simile grano pini, propter illud, quod est in ipso de amaritudine cum ponticitate: &[β] aperit oppilationes hepatis propter amaritudinem & aromaticitatem suam, & mundificat ipsum proprie, & aperit meatus nutrimenti. & oleum[y] eius confert dolori hepatis euenienti ex humiditate grossa. Inquit[b] quidam. Non inueni ipsum faciens in stomacho nocumentum multum, neque iuuamentum. Ego autem dico, immo prohibet[c] nauseam, & subuersionem stomachi, & confortat os eius. *Membra expulsionis.* Nõ[b] lenit ventrem, neque constringit. *Venena.* Confert morsui[x] vermium venenosorum proprie decoctum cum vino forti.

† Fesafes, & est cimex. D Dio.lib.2. c.32. E Li.3.F.9.c.7.& Diosco.

De †{*Fesefisis*}. i.[d] Cimicibus lectularijs. *Cap.* 277.

Fesefisis quid est? Est animal sicut alcorat notum in scemi existens in lectis: & videtur, quod sit illud quod dicit̃ apud nos angil. *Membra capitis.* Qñ[c] bibit̃ cum aceto aut cum vino, extrahit sanguisugam

guisugam ex gutture. *Membra expulsionis.* Quando odoratur valet præfocationi [a] matricis, & facit parere, & cum teritur, & ponitur in [a] foramine virgæ, sanat difficultatem vrinę. *Febres.* Qñ de eis assumunt.vij.[a] numero & ponuntur in faba, & deglutiunt anteꝗ̃ inuadat febris quartana, conferunt. *Venena.* Qñ deglutiuntur absq; faba valent ad [a] puncturam vermium venenosorum. E

A Diosc.lib.2.c.32.

De †{*Facailesso*}.i.[b] Cyclamino. *Cap.* 278.

Facailesus quid est? Dicitur, ꝙ est species buchormariē: & est genus arthanitæ. *Operationes & proprietates.* Virtus eius est mundificatiua cum abstersione, & incisione: & est calefactiuum resolutiuum: & est sudorem faciens valde, qñ bibitur eius radix, & prouocat. *Decoratio.* Si [b] bibantur de eo tres aur. non pertrãseuntes illud, cum vino aut melicrato permisto aqua, sanat * ictericiã, & oportet tunc vt iaceat & cooperiatur pannis pluribus, vt sudet vehementer, & sit sudor coloris choleræ: & [b] eius radix mundificat cutem, & delet pannum, & confert eius decoctio scissuræ [b] accidenti ex frigore: & similiter eius oleum, quod calefit in eius radice tepefactum super cinerem calidum. *Apostemata & bothor.* Radix eius delet bothor, & succus eius resoluit [c] durities, et apostemata splenis, & scrofulas, & vulnus, recens aut siccus, & aufert sahafati etiam. *Vulnera & vlcera.* Qñ permiscetur radix eius cum aceto, aut melle, aut sola, et [b] administratur, sanat vulnera anteꝗ̃ antiquentur. Et qñ effunditur decoctio [α] eius super caput, [b] est conueniens vlceribus, quæ sunt in ipso. *Instrumenta iuncturarum.* Confert torsioni neruorum, & [b] podagræ: & totum illud operatur superpositum vt emplastrum. F *Membra capitis.* Qñ permiscetur [b] cum vino, inebriat magnifice. Et qñq; fit ex aqua eius [b] caputpurgium ad caput mundificandũ. Et qñ effunditur [α] decoctio eius super caput, est conueniens vlceribus, quæ sunt in ipso, & sedat soda frigidã. *Membra oculi.* Aqua eius cum melle est conueniens [b] aquæ accidenti in oculo, & [b] debilitati visus: & similiter caputpurgium ex ea factum. *Membra anhelitus & pectoris.* Sunt [d] quidam hoĩum, qui in potu dant radicem eius patientibus asthma. *Membra nutrimenti.* Fit emplastrum ex eo [b] spleni cum aceto. *Membra expulsionis.* Qñ bibitur cum hydromelle [b] soluẽdo educit phlegma aquosum: & [b] prouocat menstrua bibitum, & suppositum. [b] Et existimauerũt quidam, ꝙ ambulatio per ipsum facit abortum. Et qñ ligatur [e] †{in collo, aut in adiutorio prohibet impregnationem.} Et supponitur [b] cum lana, vt soluat ventrem. Et similiter qñ liniuntur ex eo sumẽ, & [b] mirach, & ilia, lenit ventrem. Et eijcit fœtum, & interficit [f] fœtum fortiter. Et eius succus est fortior in hoc. Et si [b] misceatur eius aqua cũ aceto, & liniatur super anum extra egredientem, reducit ipsum ad interiora. [f] Et succus eius aperit orificia venarum, quæ sunt in ipso ano: & radix eius prouocat menstrua bibita, & supposita. Et si de radice eius bibantur.3.v. cum melle soluunt fortiter. Sitq; potio eius vsque ad.iiij.aur. *Venena.* Bibitur cum [b] vino ad medicinas mortiferas: & venena, proprie ad [b] leporem marinum.

† Fagalasus, vel fagilinius. & est arthanita illa, quæ est sicut rapa.
B Dio.lib.2.c.15. Repet.c.6. & c.
* Debet reponi in areola Membri nutrimenti.
C Gal.7. simpl. fo.53.e.f
Infra α
Supra α
D Gal.lib.7.sim. 53.f
E† Diosc.partũ accelerat, & Ras. vlt. pt.t.1.c.281.asserit
F Gal.ibidem.e

De †{*Fuca*}.i. [g] Zytho. *Cap.* 279. G

Fuca. *Electio.* Conuenientius est illud, quod fit de [h] pane [h] †{alhauari} & mẽta, & apio: nõ.n. est sicut illud, qd' fit de pane cocto, & sicut illud qoud fit de massa azima. *Operationes & proprietates.* Est inflatiuũ & generat humorem malum, & est mali nutrimenti: [i] †{& nocumentum eius membris animalis est ita, ꝙ} si in [g] ipso infunditur [k] †{os elepãhtis} lenit ipsum, & fit artificiale operari in ipso. Et illud, quod fit ex pane [l] †{hauari} & apio, & menta est boni chymi, et est conueniẽs calefactis. *Instrumenta iuncturarum.* [g] Nocet neruis valde. *Membra capitis.* Nocet [g] velamini cerebri. *Membra nutrimenti.* Illud quod factum est ex [m] †{hauari} est [h] bonũ stomacho calido. *Membra expulsionis.* Factum cum hordeo prouocat [g] vrinam, & nocet [g] renibus, & vesicæ.

† Foca, vel alsoca, & est spés potus.
G Dio.lib.2.c.73.
H Ras. vl.con. t.1.c.306.
H † de simila
I † D elephãtis gignit
K † Diosc. ebor
L † de simila
M † de simila

De †{*Fasuricon*}.i. [n] Psoricon. *Cap.* 280.

Fasuricon quid est? Est medicamen ad scabiem factum ex [n] †{merdasengi, & duplo ipsius de chalcadis} tritis cum aceto vehementer forti: & ponitur in vase nouo linito ex luto, & sepelitur in fimo.xl.diebus in tempore æstiuo.

† Fesurichus.
N Dio.lib.5.c.
Repetit.c.268.
N † duab.chalcitis partibus, cum cadmiæ addita
O Dio.lib.3.c.

[o] *De Fœniculo.* *Cap.* 281.

Fœniculum, & est persice baralme, quid est? Illius virtus cuius semen similatur semini coriandri est propinqua virtuti syluestris: sed est debilius: verũtamen est fortius syluestri magno. *Natura.* Syluestre est vehementioris caliditatis & siccitatis, et est dignius tertio. Hortulani autem caliditas, est in secundo. H *Operationes & proprietates.* Aperit oppilationes. *Membra oculi.* [o] Acuit visum, & proprie gumma eius, & confert initio aquæ, & apud ipsius descensum. Et [p] Democritus quidem existimauit, quòd venenosi vermes pascunt fœniculi recentis semen, vt eorum visus confortetur: & viperæ, & serpentes fricant oculos suos cum egrediuntur de cauernis suis post hyemem super ipsum, vt illuminentur oculi. *Membra anhelitus & pectoris.* Quod humidum est, lac [o] exuberare facit, & proprie hortulanum. *Membra nutrimenti.* Quando bibitur cum aqua [β] frigida confert nauseæ, & inflammationi stomachi, & eius digestio est tarda: & eius [q] nutrimentum est malũ. *Membra expulsionis.* Prouocat [o] vrinam, & [o] menstrua: & syluestre proprie frangit lapidem: & in terreno quidem, & fluuiali est iuuamentum [o] ad renes, & vesicam: & confert proprie illud, quod est syluestre, distillationi vrinæ, & mundificat fœtas: & quando comeditur eius radix cum semine suo, stringit. *Febres.* Confert febribus antiquis, & [o] datur in potu cum aqua [β] frigida, & confert nauseæ in febribus, & inflammationi stomachi ex eis. *Venena.* Confert eius decoctio cum [o] vino morsui vermium venenosorum, & cum aqua: & teritur eius [r] radix, & ponitur super morsum canis rabiosi, & confert.

P Ser.c.314.
Infra β
Q Ras. vlt.pt.1. c.293.
Supra β
R Gal.lib.7.simpl. fo.49.g

De Fumo

† Sabeteregi. A Serapio.c.71 B Li.3.Fē.21.t.3.c.4.& Ga.7. simplic. fo.49.g C G.7.si. fo. 49.g

A De †{*Fumo terræ*}.i.[a] Capno vel Fumaria. *Cap.* 282.

Fumus terræ. *Electio.* Melior est ille,qui est [a] viridis recens amarus. *Natura.* Dicitur,ꝙ est frigidus in primo,siccus in secundo. *Operationes & proprietates.* Purificat [a] sanguinem, & aperit, & in ipso est frigus,propter illud,quod in ipso est de sapore [b] stypticitatis:et calor propter illud,quod in ipso est de sapore amaritudinis:sed quasi frigus eius est fortius. *Vulnera & ulcera.* Bibitur ad [a] pruritum & scabiem. *Membra capitis.* Stringit gingiuas. *Membra nutrimenti.* [c] Cōfortat stomachum,& [c] aperit oppilationes hepatis. *Membra expulsionis.* Lenit [c] naturam,& prouocat vrinam: & potio eius sit à pōdere.3.x.vsq; ad lib.5.& vsq; ad duas tertias lib.cum zuccaro:& de eo,qui siccus est cum medicinis in decoctione vsq; ad.3.x.& de trito sicut est,à tribus vsq; ad.vij. *Permutatio.* In scabie & febribus antiquis quantum est medium ponderis ipsius de sene,de mecha.

D Diosc.li.1.c.145.& de grossis.c.146. † Tin. E G.lib.8.simplic.c.61.f Infra α F Gal.li. aliment.2.c.8.f F† completo, aut secūdo incipiente, G G.8.sim.61.e G†——— H G.2.alimē.c.8.e Infra β Infra γ Supra γ H†———

[d] *De* †{*Ficubus.*} *Cap.* 283.

† Guſlune.
† Garab, & eſt arbor magna naſcens iuxta Eufratem fluuium.
R Dioſ. li. 1. c. 117.
Repetit. c. 686.
Infra ε
Supra ε
S G. 6. ſimpl. 48.

A Dio.lib.1.c.117. B Raſ. vlti. conti. t.1.c.503.51.3. C† Galie. Repetit.c.316.

A Abſtergunt [a] gumma & flos eius obſcuritatẽ viſus. *Membra anhelitus & pectoris.* Fructus eius confert [a] ſputo ſanguinis, & cortices eius etiã. *Membra nutrimenti.* [b] Succus eius extrahit ſanguiſugas.

De [c] †{*Galia.*} *Cap.* 327.

Galia. *Apoſtemata & bothor.* Galia lenit apoſtemata dura. *Membra capitis.* Diſſoluitur ĩ oleo de ben, aut keiri, & diſtillatur in aurem doloroſam, & eius odoramentũ confert epileptico & apopleptico, & viuificat eos, & ſedat ſoda frigidam, & quando datur de ea in vino inebriat. *Membra anhelitus & pectoris.* Odor galiæ confortat cor. *Membra expulſionis.* Algalia confert doloribus matricis frigidis ſuppoſita, & apatibus eius duris, & phlegmaticis, & prouocat menſtrua & facit matricẽ deſcendere præfocatã & inclinatã, & mundificat eã, & pręparat ipſam ad impregnationẽ.

Litera. H.

D† Anſan. E Raſ. vlti. conti. t.1.c.363. F Dioſ.lib.2.c.73. G Raſ. vlti. conti. t.1.c.363.30.1. H Dio.lib.2.c.71. & Raſis. I G.11.ſimp.80.e, & Raſ. K Dioſ.c.73. Infra a L Cap.610. & Di. lib.2.c.71. Supra a M G.10.ſim.75.g & de inęquali tem perie.c.6.c

De [d] †{*Homine.*} *Cap.* 328.

HOmo. *Decoratio.* [e] Dr̃, ꝙ ſperma hoĩs abſtergit morpheã, & ſilr̃ ſal [e] vrinarũ infantiũ factus in ære, ſeu in vaſe ęneo & abſtergit pannũ: & ſtercus eius cõfert aludha. *Apoſtemata & bothor.* Fæx vrinæ [f] hoĩs ſedat eryſipilã, ſm ꝙ dr̃, & ſilr̃ eius ſtercus calidũ, & cinis [g] capillorũ B ipſius ſanat bothor: & qñ permiſcetur cum butyro prohibet apata ambulatiua. *Vulnera & vlcera.* Eius [g] vrina abſtergit ſcabiem vlceroſam, & pruritum, & prohibet ſerpiginem fraudulentã, & impetiginem, & proprie ſperma eius cõfert impetigini. *Inſtrumenta iuncturarum.* Dicit̃, ꝙ [h] ſanguis menſtruus ſedat dolorem podagræ, & ſilr̃ ſperma [g] hominis, & lac [h] eius cum opio, & cum cera, & oleo. *Membra capitis.* Aduſtio capillorum eius cum oleo roſaceo diſtillatur in aurem, & [g] dens dolens ſedatur, ſm ꝙ dixerunt. Et [g] ſaliua ieiuni extrahit vermes ex aure, & [i] os hoĩs aduſtum datur in potu epileptico, & ſordities auris hoĩs confert hemicraneæ. *Membra oculi.* [h] Vrina eius quãdo coquitur cum melle in vaſe æneo abſtergit albuginem oculi: & cõfert palpitationi: & [g] aduſtio capillorum eius cum lithargyrio prohibet ſcabiem, & pruritũ in oculo. *Membra anhelitus & pectoris.* [k] Dicitur, ꝙ vrina infantium cum bibitur confert difficultati anhelitus, & dilatationi eius, ſeu præparationi eius, & eſt curatio mala. Et lac [a] mulieris [h] confert valde in conſumptione, & eſt cura leporis marini. *Membra nutrimenti.* [h] Dicunt, ꝙ lac mulieris ſedat mordicationem ſtomachi, et ꝙ ſacraiati vnum [g] vrinæ eius confert icteritiæ proprie cum aqua mellis, & aqua ciceris, & ſilr̃ ſtercus eius. *Membra expulſionis.* Lac hoĩs prouocat vrinã, & [l] dicit̃ ſi ſupponatur ſanguis menſtruus purus prohibet impregnationẽ. Lac [g] mulieris confert vlceribus matricis, & vulneribus eius, embrocatum & ſuppoſitum. Et vrina hominis dicitur abſcindere ſolutionem, & [g] purgare matricem ſm C quantitatem duarum tertiarum libræ, decocta cum porris. *Febres.* [g] Stercus ſiccum cũ melle, aut vino, quando bibitur in febribus periodicis prohibet earum periodos. *Venena.* [h] Lac [a] mulieris eſt theriaca leporis marini. Et [g] dentes hominis triti & pulueriżati ſuper morſuram viperæ, aut aduſti & pulueriżati. Et [g] ſtercus eius pulueriżatur ſuper morſuram hominis, & [m] eius ſputum dum ieiunus interficit ſcorpiones, & ſerpentes.

Repetit.c.351. N 8.ſimp.57.e O† Hezargieſan. *Vi loqui de Rhus quod eſt ſumach de quo.c.643. P 269.

De *Herba iudaica*.i. Eruo. *Cap.* 329.

Herba iudaica. *Natura.* Caliditas eius eſt ſupra æqualitatem & eſt eruum. [n] Gale. calidum in principio primi, ſiccum in ſecundo.

De [o] †{*Hezeriaſcen.*} *Cap.* 330.

* Hezeriaſcen quid eſt? Fructus eius eſt ſimilis botris, & vtuntur ipſo pręparatores coriorum, & illa, quæ ſunt apud herbolatos, ſeu apud eos, qui herbas cognoſcunt ſunt fruſta lignoſa ſimilia fruſtis perſici ſicci. Et eſt in principio ſuæ maſticationis inſipidum, deinde apparet ei amaritudo: & loquemur de eo exquiſite in [p] cap. de feſire.

† Herthaman. Q Dioſ.lib.2.c.81. R Ga.6.ſim.47.g, de Zea. S Raſ.vlti. ꝯti.t.1. c.351. T† Heiuſiſtidas. i. hypocyſthidos. V 114.

De †{*Hareoman*}.i. [q] Zea. *Cap.* 331.

Hareoman quid eſt? Eſt granum cuius virtus eſt ſicut virtus hordei: [r] immo ipſe eſt medium inter triticum & hordeum: & ipſius ſauich, & pultes eius magis ſunt ſtypticę, quam ſauich hordei, et D eius pultes. *Natura.* Eſt æquale declinans ad humiditatem. *Operationes & proprietates.* Exiccat ſine [s] mordicatione, & in ipſo eſt reſolutio, & ſtypticitas ſimul.

De [t] †{*Henfiſtides.*} *Cap.* 332.

Henfiſtides quid eſt? Succus plantæ, quæ dicitur barba hircina. Et eius ſuccus eſt frigidus & ſtypticus, & dicetur in [u] cap. barbæ hircinæ. *Natura.* Eſt frigidus, & declinat ad ſiccitatem.

De *Hernue.* *Cap.* 333.

Hernue quid eſt? Eſt ſimile piperi niſi quia citrinitati appropinquat, boni odoris, ſimile xyloaloe, quod fertur de regione Sclauorum. *Natura.* Eſt æquale. *Membra nutrimenti.* Cõfortat ſtomachum, & digeſtionem.

X Raſ. vlti. conti. t.1.c.351 † Heuſilus. Y 450.

[x] De †{*Hearfelo.*} *Cap.* 334.

Hearfelus quid eſt? Eſt lactuca aſini, quæ dicetur in [y] cap. de cha. *Natura.* Eſt frigida & humida, & in ipſa eſt exiccatio, & calefactio parua. *Operationes & proprietates.* In ipſa eſt ſtypticitas.

Z Raſ. vlti. conti. t.1.c.354. † Heſteb deben.

[z] De †{*Heſtdeen.*} *Cap.* 335.

Heſtdeen quid eſt? Lignum indum notum. *Inſtrumenta iunctarum.* Eius proprietas eſt iuuamentum forte podagræ.

De †{*Haasce*}.i.[a] Thymo. *Cap.* 336.

Haasce quid est? Est herba habēs florem album declinantem ad rubedinem, & cannas subtiles plurimas, similes cānę squinanthi, aut calami aromatici. Et flos eius est flos rotundus. Et folia eius parua subtilia plurima. Et super ipsius extremitatem sunt capita parua purpurea. [a] Diosc. dicit est arbor, cuius spinæ sunt paruę, in quarum circuitu sunt folia parua subtilia, quę plurimum nascitur super lapides. *Natura.* Calida [b] est & sicca perueniens vsq; ad tertium. Rufus vero inquit. Est siccior calamentho. *Operationes & proprietates.* Est resolutiua, incisiua, ita vt etiā sanguinem[a] congelatum incidat, & resoluat, & est calefactiua, ita vt eius syrupus prohibeat horripilationem hyemis. *Decoratio.* [a] Resoluit verrucas. *Apostemata & bothor.* Fit ex ea emplastrum cū aceto [a] apostematibus phlegmaticis recētibus. *Instrumenta iuncturarum.* Bibitur ad debilitatem neruorum. Et cum sauich & [a] vino fit ex ea emplastrum super sciaticam, & syrupus eius cōfert doloribus, qui sunt sub hypochondrijs. *Membra oculi.* Miscetur cum cibis, & [a] seruat virtutem visus, et remouet eius debilitatem. *Membra anhelitus & pectoris.* Mundificat pectus, [b] & pulmonem, & [b] †{ }adiuuat [a] ad spuendum, & sedat dolores hypochondriorum, & pulmonis cocta & deglutita cum melle, & propter suam exiccationem prohibet sputum sanguinis. *Membra nutrimenti.* Adiuuat digestionem, & eius syrupus remouet malitiam digestionis, & paucitatem appetitus. *Membra expulsionis.* Prouocat [a] vrinam, & [a] menstrua: & solutione [a] educit vermes. Et cum bibitur ex ea, quod est inter. ℨ. ij. vsq; ad. iiij. soluendo educit phlegma absq; impedimento sufficienter. *Permutatio.* Ponitur loco eius [c] †{origanum montanum, & dicitur epithymū, & hasce loco eius.}

De †{*Hasek*}.i.[d] Tribulo. *Cap.* 337.

Hasek quid est? Qui syluestris est, terreitatis est plurimæ. Et domesticus est plurimæ aqueitatis, & vniuersaliter est substantiæ humidæ, & eius frigiditas non est pauca plurima & substantię siccę, cuius frigiditas non est pauca. *Natura.* Dasek fm [d] Diosc. duas habet species, quæ sunt frigidæ & siccæ. Alij autem dixerunt, ꝙ est calidus in principio primi, & siccus in primo. Et est magis simile hasek nostræ terræ. *Operationes & proprietates.* In ipso est prohibitio effusionis materierum propter suam stypticitatē, & maturatio, & lenificatio. *Apostemata & bothor.* Prohibet accidere [e] apostemata calida, & effusionem materierū, & est bonus [d] apostematibus gutturis. *Vulnera & vlcera.* Confert vlceribus antiquis, & [d] putridis in carne cū melle. *Membra capitis.* Est bonus vlceribus [d] gingiuæ putridis. *Membra oculi.* Intrat [d] succus eius ī alcofol. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert apostematibus circundantibus lacertos gutturis. *Membra expulsionis.* [f] Augmētum efficit in coitu, & frangit lapidem [d] renum, & [f] vesicæ, & similiter eius succus, & cōfert difficultati vrinæ, & colicæ. *Venena.* Duæ drach. fructus syluestris, [d] morsui viperæ, duæ [d] drach. eius cum vino venenis pernitiosis conferunt, & ex decoctione eius aspergitur [d] locus, & interficit pulices.

De Harmel.i.[g] Harmala, & ruta syluestri. *Cap.* 338.

Harmel quid est? Nota est. *Operationes & proprietates.* Est incisiua, & subtiliatiua. *Instrumenta iuncturarum.* Est bona dolori [h] iuncturarum, & sciaticæ, cum desuper linitur. *Membra capitis.* In ipsa est virtus faciens [i] ebrietatem, quæ est sicut ebrietas vini, verbi gratia. *Membra oculi.* [k] Diosc. dixit [l] †{ꝙ ipsa trita cum melle, & vino, & felle alcubugi, & gallinarū, & aqua fœniculi cōueniens est debilitati visus.} *Membra nutrimenti.* Facit [i] nauseam fortiter. *Membra expulsionis.* Prouocat [m] vrinam, & [n] menstrua cum virtute, bibita, & linita, & [o] confert ēt colicæ ventosæ bibita & linita.

* *De* [p] †{*Haltit.*} *Cap.* 339.

Haltit quid est? Est medicina inda, similis hermodactylo albo. *Natura.* Calida est & sicca in tertio. *Instrumenta iuncturarum.* Potus eius cōfert podagræ, & dolori iuncturarū. *Membra expulsionis.* Solutione educit phlegma, & humorem crudum, & vermes, & ascarides, & humores grossos.

De †{*Harsafo*}.i.[q] Carduo. *Cap.* 340.

Harsafum quid est? Est quædam ex speciebus alcunker. *Natura.* Est temperata ad caliditatem declinans, humida ad secundum perueniens. Alcanzi inquit. Est frigida & humida. Inquit Musaia. [r] Est sicut asparagus in operationibus suis, calida & humida in primo. Alij vero dixerunt, ꝙ est calida in primo, humida in secundo, & iam comparata fuit [s] Gale. ꝙ ipsa est apud eum calida in secundo. Apud me vero est, ꝙ eius genera plurima sunt diuersarum naturarū. *Operationes & proprietates.* Mundificat parum & exiccat, & in ipsa est subtilitas. Alcanzi dixit, ꝙ ipsa generat [r] melancholiam, & elongatus est. *Decoratio.* Confert linita alopeciæ, & aqua [r] eius necat pediculos in capite abluto ex ea, & [q] remouet fœtorem ascellarum, & prouocatione sua vrinam fœtidam cum sua proprietate quam habet in se. *Apostemata & bothor.* Resoluit [r] apostemata dura. *Vulnera & vlcera.* Aqua eius confert [r] prurituі duro sicco. *Membra capitis.* Aqua eius delet furfures. *Membra nutrimenti.* Facit [r] nauseam, & proprie mōtana, & præcipue radix eius. & [r] eius gumma est alcunkar, & de ipso loquar postea in [t] capitulo de kēker. *Membra expulsionis.* Addit in [r] coitu, & addit in prouocatione vrinæ, & [q] extrahit vrinam fœtidam, & lenit naturam, & educit phlegma, et multoties [r] constringit ventrem quando bibitur cum vino.

De †{*Handacocha*}.i.[u] Trifolio. *Cap.* 341.

Handacocha quid est? Ex ea alia est syluestris, & alia est domestica, & alia est ægyptiaca, & fit ex eius semine [x] panis. *Natura.* Inquit filius Iuragi. [x] Calida est & sicca in fine secūdi. Inquit filius Mesaugue [x] calida est in medio secundi. Et videt, ꝙ domesticæ caliditas sit ꝓpinqua in fine primi.

Operationes

† Haasce. A Diosc. lib. 3. c. Repetit. c. 714.
B Ga. 6. simp.
B† cum melle eclegmate
C† G. de sub. satureia.
† Hasech. i. tribulus.
D Diosc. li. 4. c.
E Ga. 8. simpl.
F Ras. vlti. cont. t. 1. c. 721.
G Diosc. li. 3. c. 44. Repetit. c.
H Diosc. lib. 3. c. de Ruta.
I Ser. c. 175. & li. fis. t. 3. c. 35.
K Quod nō fit in syluestris lib. F. 6. t. 3. c. 33. & ꝙ fit quum apud Dioscoridem.
L† cum melle, vino, croco, & feniculi succo, & gallinaceo felle, tenuior cōtra retusam oculorum aciem.
M G. li. 8. si. & Diosc. lib. 3. c. 45.
N Ras. t. 3. c.
Dio. li. 3. c. 45.
O Cap. 578. & D. lib. 3. c. 43.
P† Halbib.
* De Ruta & de syluestri vt hic notat Auicenna.
† Harsef.
Q Dio. lib. 3. c. 14.
R Rasis vlti. cont. t. 1. c. 168.
S Lib. 8. simpli. scolymo. ca. h.
T 379.
† Handchuchi, handachuchi & species trifolij.
V Dio. li. 3. c. 104.
X Rasis vlt. cont. t. 1. c. 722.

A *Operationes & proprietates.* Domestica est æqualis abstersionis, & exiccationis, & in syluestri est stypticitas cum calefactione, & eius oleum valet ad ventositates grossas. *Decoratio.* Syluestris confert panno, & similiter domestica. *Vulnera & vlcera.* Succus domesticæ cum melle mũdificat vlcera. *Instrumenta iuncturarum.* Eius oleum est bonum [a]doloribus iuncturarum ex ventositate, & apud timorem alzamane, & [a] iam sanati sunt eo quidam. *Membra capitis.* Facit [a] soda. & quando fit caputpurgiũ ex succo eius, confert ei, qui cadit [b] ex epilepsia. *Membra oculi.* Succus domesticę confert [a] albugini oculi, & panno ipsius, & proprie cum melle. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert dolori [a] laterum ex phlegmate, & proprie syluestris, [c] & facit accidere dolorẽ gutturis, & præfocationes: sed nocumento eius succurritur cum coriandro, & lactuca, & endiuia. *Membra nutrimenti.* [d] Confert dolori stomachi frigidi & ventositati. & eius oleum cõfert principio [b] hydropis. *Membra expulsionis.* Prouocat [b] vrinam, & [b] mẽstrua: & syluestris [a] cum vino, & semine molochiæ, est bona dolori vesicæ: & eius oleum vtile est [e] dolori testiculorum, & [a] dolori matricum, & syluestris confert cholericæ passioni, & constringit ventrem, & ipsa, & [a] semẽ eius excitat coitũ. *Febres.* [b] Dicitur vt habẽs tertianam in potu sumat tria ex folijs eius, aut tria ex granis ipsius, & alterabũt circuitus febris, & [b] quartanæ quatuor ex quibus illorũ duorum voluerit. *Venena.* [f] Qñ aspergitur aqua eius super puncturam scorpionis sedat dolorem statim. & [f] si aspergit̃ super membrũ sa-
B num, excitat mordicationẽ & dolorẽ. & eius semen est fortius in curatione puncturæ scorpionis.

De †{*Hauro romano*}. i. [g] Populo. Cap. 342.

[h] Haur rumi quid est? Nominatur achirus, seu achirufes. *Natura.* Calefacit vehemẽter in tertio, & exiccat in primo, & eius flos est vehementioris calefactionis, & ipsius gumma est vltima in calefactione. *Membra capitis.* [i] †{Eius fructus} cum aceto [g] †{ } confert epilepsiæ.

De [k] †{*Hascech.*} Cap. 343.

Hascech quid est? Dixerunt quidam, ꝙ est balaustia alhaure. *Instrumenta iuncturarum.* Nocet neruis, & facit euenire spasmum.

De †{*Herba vitri*}. i. [l] Helxine. Cap. 344.

Herba vitri quid est? Hęc est [m]herba qua vitrum abluitur. *Operationes & proprietates.* In ipsa est stypticitas cum humiditate, & est faciens adhęrere, lenificatiua, mundificatiua. *Apostemata & bothor.* Sedatiua est apostematum. Et dãtur in potu folia eius [l] ad erysipilam, & [l] adustionem ignis, & præcipue [l] apostemata phlegmatica, & eius succus [l] cum cerussa de plumbo ponitur super erysipilam & [l] formicam, & fit ex ea gargarismus ad apostemata ambarum amygdalarum. *Instrumenta iuncturarum.* Cum [l] cerato [n]†{ } super [l] podagram ponitur. *Membra capitis.* Eius succus cum oleo [l] rof. confert dolori auris, & ex succo eius cum pollice ponitur in [l] palato ad aposte-
C mata ambarum amygdalarum. *Membra anhelitus & pectoris.* Sorbetur succus eius ad [l] tussim antiquam. *Membra expulsionis.* [l] Remouet hæmorrhoidas antiquas.

De †{*Harbato*}. i. [c] Lonchite. Cap. 345.

Harbatum quid est? Et dicitur angustus, semen eius [o] triangulatum est sicut [o] lancea, & eius folia sunt triangulata similia folijs scolopendriæ. *Natura.* Domesticæ caliditas est pauca, & syluestris caliditas est in secundo. *Vulnera & vlcera.* Consolidat [o] recens vulnera. *Membra nutrimenti.* Eius cortex cum aceto super [o] splenem cõfert, & eius folia sicca qñ in potu sumunt̃, sanant splenẽ. *Mẽbra expulsionis.* [o]†{ } Prouocat [p]†{ ꝓprie folia illius, cuius folia sunt siĩia folijs scolopẽdrię.}

De †{*Halibio*}. i. [q] Astere attico. Cap. 346.

Halibium quid est? Planta quæ nominatur alibiẽ, qm̃ ei inest proprietas [q] sanandi [α] apostemata emunctorij more emplastri superposita & suspensa, & propter hoc nominatur [q]†{alibien.} Et est compositarum virtutum [r] sicut rosa. *Natura.* In ipsa est virtus infrigidatiua cum caliditate, quæ est in ea. *Operationes & proprietates.* Est resolutiua, & in ipsa est virtus infrigidatiua præparatiua. *Apostemata & bothor.* Sanat [α] apata accñtia in emũctorio, cũ suspendit̃ sup ipsa, ne dũ si more emplastri superponat̃.

De [s] †{*Haze*}. Cap. 347.

Haze quid est? Est zufere, & est dinaruie. Et iam diximus de ipso [t] in his, quæ præterierunt.
D

De [v] †{*Hasaso.*} Cap. 348.

Hasasum quid est? Est medicina armena, & dicitur etiam persica. & dixit alchuzi, ꝙ est fortior euphorbio, & cum eius potio augmentatur supra drach. i. interficit. *Natura.* Calida est & sicca in quarto. *Operationes & proprietates.* Est adustiua saporis insipidi. *Membra nutrimenti.* Est adurens stomachum, & faciens vomitum.

De †{*Hauro*}. i. [x] Populi lachryma. Cap. 349.

Haurum quid est? Dicitur, ꝙ gumma eius, quę ex hac arbore est romana, est karabe, & nos quidem de karabe singulare faciemus [y] capitulũ. *Natura.* Est æqualis ad siccitatem declinãs paucã. *Operationes & proprietates.* Est subtilis, & eius semen subtilius est, & non est vehemẽtis caliditatis. *Instrumenta iuncturarum.* [z] †{Aur̃. ex fructu ipsius arboris} cõfert sciaticæ, & emplastrum factum ex folijs [a] †{romanæ} [x] cum aceto, confert dolori podagræ. *Membra capitis.* Tepefit succus [x] foliorum eius, & distillatur in aurem, & sedat dolorem eius, & [b] †{fructus eius} [c] confert epilepsiæ. *Membra oculi.* [d] †{Ex eius fructu cum melle fit alcofol, & est confortatiuum oculi.} *Membra expulsionis.* [e] †{Aur̃. ex fructu eius} confert [x] distillationi vrinæ, [f] †{& aur̃. ex fructu eius cum aceto post purgationem menstruorum prohibet imprægnationem, & similiter folia eius.}

Auic. f iiij De

A Rasis vlti. cont. t.1.c.722.
B Dios. li.3.c.104.
C Li.3. F.9.c.8.& Rasis.
D Ser. c.6. & Ras.
E Ser. & Ras.
F Repetit. c. 697. & Dios.
† Haurrum.
G Dios. lib.1. c.93.
H Cap.349, &.373. &.506.
I Cap.349.
I † semen
G † potum
K † Hased, vel hambed.
† Hasis algiagi.
L Dios. li.4. c. 74.
M Rasis vlti. cont. t.1.c.536.
N † cyprino aut hircino adipe
† Harbe.
O Dios. li.3. c.138.
O † D. Radix ex vino pota.
P † ———
† Halibi.
Q Dio. li.4.c.105. Repetit. c.27.
Infra α
Q † bubonium.
R G.6.si.fo. 44.b
Supra α
S † Hara.
T Ca.220. &.751.
V † Haasis.
† Haur.
X Dios. li. 1. c. 93. c.342.&.506.
Y 373.
Z † D. Potus albæ populi cortex vnciæ vnius pondere
A † nigræ
B † semen potum cum aceto
C Ca.342. &. 506.
D † D. Pilulæ, quę primo foliorũ partu exiliunt illitę cũ melle, oculorũ hebetudini medent̃.
E † D. Potus albæ populi cortex vnciæ vnius pondere
F † D. potus albæ populi cortex vnciæ vnius pũdere, si ... mulino rene bibat abortiuum fieri tradunt. Folia quoq; cũ vino post purgationes epota idem præstare produntur.

De † {*Harbe*}.i.Chameleonte animali. *Cap.* 350. E † Harba.

Harbe qd est? Nota est. *Membra oculi.* Dicit, q eius sanguis prohibet pilos oculi euulsos oriri. *Venena.* [b] Dr, q eius ouũ est venenũ perniciosum, & nos dicturi sumus illud in [a] lib. 4. A F.6.t.2.c.18. B Rasis.35.cont. 3.c.2.499.2.& ali.t.2.c.388.

De † {*Herbo*}.i. [c] Eruo. *Cap.* 351. † Kersene.

Herbum quid est? Dixerunt quidam est granum minus q̃ almelic in magnitudine lentis, non cum cõpressione rotũdum, sed lateratum. Et eius color est inter cineritium, & citrinum, & ipsius sapor est inter saporẽ almes & lentis, quod comedunt boues, & nutriuntur ipso. Alcanzi vero existimauit, q est granum simile grano cydonij. apud me vero almelic est illud, quod de eo est syluestre proprie. Ipsum præterea qñq est album, decliue ad citrinum sicut dicitur, & qñq est rubeum. Inquit [d] Dios. Herba eius est parua, minuta habens folia, & semen [c] ipsius est [d] † {in achma.} *Natura.* Est calidum in primo vsq ad secundum, & siccum in tertio. *Operationes & proprietates.* Est abstersiuum, aperitiuum, & inest ei humor malus, & ipsius rectificatio, est sicut rectificatio lupinorum. Quod autem de ipso declinat ad albedinem, minus est medicinale, q̃ rubeum. Cum ergo decoquitur his destruitur eius abstersio, & remanet terreitas ipsius. quare nutrimentum præbet siccum. *Decoratio.* Linitum super morpheam, pannum, & [c] lentigines, & cicatrices est bonum, & colorem [c] efficit bonum, & fit ex eo sauich, & datur [c] de eo extenuatis sicut nux, & remouetur extenuatio: et eius decoctio ponitur super fissuras [c] frigoris, & [c] pruritum eius & bothor lacteis. F *Apostemata & bothor.* Lenit [c] durities, & [α] mamillarum [c] duritiem proprie. *Vulnera & vlcera.* Mundificat [c] vlcera cum melle. Et confert sahafat, & lenit durities vlcerum [c] mortificantium carnem, & membrum, & confert igni persico, & mellino. *Membra anhelitus & pectoris..* Confert [α] duritiei mamillarum, et facile efficit sputum rei grossæ. *Membra expulsionis.* Plurimus vsus ipsius [c] facit mingere sanguinem propter fortitudinem suæ prouocationis, & [c] soluit naturam. Et qñ cum aceto miscet, & bibit, confert [c] difficultati vrinæ, & sedat [c] tenasmon, & dolorẽ pungitiuũ ventris. *Venena.* Fit ex eo emplastrũ cũ [c] vino sup morsum vipę, & morsum [c] canis rabiosi, & hoĩs [c] ieiuni. C Diosc.li.2.c.101 Repetit.329. D Lib.2.c.107. D † in valuulis. Infra α Supra α

De [e] † {*Hermodactylo.*} *Cap.* 352. E † Surengian.

Hermodactylus quid est? Est radix plantę habentis rosas albas & citrinas. Et aperitur in primis cum aperiuntur flores, & oritur, seu existit in inferiori parte montium & in eminentijs, seu in collibus locorum planorum, & folia eius expansa sunt super terram. *Electio.* [f] Melior est albus exterius, & exterius durus ad frangẽdum. Et [f] niger, [β] & rubeus sunt mali ambo. *Natura.* [f] Calidus est & siccus perueniens ad secundum. Et in ipso est humiditas superflua. Et existimauerunt quidam, q in albo est caliditas subtilis, & in alijs virtus fortis, & si non, non solueret. Et existimauerũt [f] alij, q si esset calidus, tunc modicum ipsius mordicaret vlcera, sed in ipso non est mordicatio penitus. Et existimauerunt alij, q est calidus valde. *Operationes & proprietates.* Cum ipso est [f] virtus G solutiua, & si sit in ipso stypticitas. *Vulnera & vlcera.* Albus est bonus [f] vulneribus antiquis. *Instrumenta iuncturarum.* Confert [g] podagræ, & sedat dolorem statim more emplastri superpositus. Et cum ex eo multoties fit emplastrum, indurat apostema, & [f] in lapideam naturam conuertit, & est conferens theriaca [h] omnibus doloribus iuncturarum, et proprie in oris fluxuum. *Membra nutrimenti.* Est [i] malus stomacho debilitans eum, & rubeus, & niger, retinent medicinas solutiuas in stomacho, & attrahunt nocumentum maximum. *Membra expulsionis.* In ipso est virtus solutiua, & [k] efficit augmentum in coitu, proprie cum zinzibere, & mentastro, & cymino. *Venena.* [β] Rubeus [k] & niger sunt venenum. *Permutatio.* Loco eius ponitur in doloribus iũcturarum pondus eius de folijs alcannæ, & medietas ponderis ipsius de bdellio vario. F Ser.c.194. Infra β G Ras. vlt. cont. t.1.c.362. H Paul.li.4.c.(?) I Paul.& Ser. K Ras.& Ser. Supra β

De [l] † {*Heiren.*} *Cap.* 353. L † Habiran, vel habitran. & est herba odorifera, quæ defertur Mecha.

Heiren. *Operationes & proprietates.* Est resolutiuum. *Membra capitis.* Confert ægritudinibus frigidis in cerebro, & prohibet coryzam frigiditatis. *Membra oculi.* Aqua eius acuit visum.

*De Hausegi.*i. [m] Rhamno. *Cap.* 354. M Diosc.li.1.c.(?)

Hausegi quid est? Est rubus & est in chalalu ipsius.i. in specie ipsius. *Apostemata & bothor.* Folia omnium specierum eius conferunt [m] erysipilæ superposita vt emplastrum.

De † {*Hausuro*}.i. [n] Taxo. *Cap.* 355. K † Hasser, vel (?)sar.

Hausurum quid est? Arbor arabica iamena, & est vnum de lacticinijs. et quidam dixerunt, q de hausurum est quædam species interficiens sedentem in [γ] vmbra eius. *Natura.* Est calida & sicca ad tertium, & siccitas ipsius est in quarto. *Operationes & proprietates.* In ipsa est stypticitas temperata. *Decoratio.* Confert sahafati linita impetigini. *Membra capitis.* Linitur cum melle super alcola in ore infantium & remouetur. *Membra expulsionis.* [n] Soluit ventrem, & debilitat viscera. *Venena.* [γ] Quædã spẽs eius est, q̃ nocet sedenti in [n] vmbra eius, et qñq interficit eũ. Caueatur ergo ab eo, & lactis eius tres drach. interficiunt in duobus diebus frangendo hepar & pulmonem. N Diosl.li.4.c.(?) Infra γ Supra γ

[o] De † {*Hirundine.*} *Cap.* 356. O Diosc.li.2.c.(?) † Chatas, vel (?)taf.

Hirundo. *Membra capitis.* Dixit Dios. q si [o] scindatur venter illius hirundinis, quæ generatur in ouo, quod prius peperit, inueniuntur in ipso duo lapides, quorum vnus habet vnum colorem, & alter habet colores plurimos, qui ponuntur super pellem vituli anteq super ipsam effundatur terra, & ligentur super adiutorium [o] epileptici, aut collum eius, iuuatur inde. Inquit, iam expertus illud fui, & sanatus est epilepticus. *Membra oculi.* Comedere [o] hirundinem acuit visum, & qñq exiccatur, & datur in potu de ea quaq die. Et est potio eius aur.i. Et proprie adustum [o] matris, & filij in

A filij in vitro: qñ ex eo fit alcofol cũ melle, cõfert. Et [a] dr, ꝙ cerebrum eius cũ melle cõfert principio aquę.[a] †{Et silr cerebrũ vespertiliõis.} *Membra anhelitus & pectoris.* Tangit palatũ ex cinere eius ad [b] squinantiã, & cõfert, & silr qñ salitur, & exiccatur, & [b] bibit de ea pondus aur. cõfert sqnantię.

Litera. I.

De †{*Iusquiamo*}. i. [c] Apollinari, seu Hyoscyamo. *Cap.* 357.

IVsquiamum quid est? [d] †{Ex eo deterius & fraudulentius est nigrũ, deinde rubeum. sed albũ est magis incolume, & est illud, quod administratur. Et duæ primæ spẽs iusquiami non administrantur. & flos quidẽ nigri est argiuani coloris, & flos rubei est citrinus. & flos albi est albus aut declinat ad citrinitatem. In eo vero quo vtũtur est vnctuosa humiditas. *Electio.* Ex eo melius est album. Si ergo non reperitur, administretur rubeum, & alienetur nigrum} semper verũtamen succus thyrsorum eius qñq; administratur loco opij. *Natura.* Nigrum frigidum est & siccum in fine tertij, & album in principio ipsius. *Operationes & proprietates.* Est stupefactiuum, & [c] abscindit fluxum [α] sanguinis: & [c] sedat sua stupefactione dolores percussiuos. *Decoratio.* Ingreditur in impinguando: propterea, ꝙ coagulat sanguinẽ, & congelat ipsum. *Apostemata & bothor.* Sedat do-B lores eorum, & resoluit duritiem testiculorum, & confert erysipilæ. *Instrumenta iuncturarum.* Sedat [c] dolorem podagræ epithematum: & bibuntur tres kirat ex eo cum hydromelle & dicitur si bibãtur ex folijs eius tria, aut quatuor cum vino sanant corrosionem ossium. *Membra capitis.* Succus cuiuslibet generis ipsius acceptus sedat [c] dolorem auris: & cum aceto & oleo ro. [c] dolorẽ dentium. Et similiter eius semen, & radix ipsius decocta in aceto: & eius oleum in oĩbus illis. Et est faciens [c] subet, & facit dormire. Et si ex folijs ipsius comedatur aliquid quantitatem habens, [c] cõturbat rationem. Et silr si fiat clystere ex decoctione foliorum eius, & ex oleo ipsius, et oleum eius distillatur in aurem, & sedat dolorem eius. *Membra oculi.* Linitur super oculum semẽ eius, aut succus foliorum ipsius: & tunc [c] sedabuntur dolores oculi praui: & administratur rob eius, aut succus foliorum ipsius, aut semen eius linitum, & prohibent [c] fluxus ad ipsum. *Membra anhelitus & pectoris.* Cum bibuntur ex semine eius duo anulosat, [c] cõferunt sputo sanguinis superfluo: & fit ex folijs eius [c] emplastrum [β] apostematibus mamillæ: & quandoq; ponitur in medicinis, quæ sunt ad [c] sedãdam tussim. Et linitur super [β] apostemata mamillarũ post [f] †{prægnationẽ,} & prohibet, & delet ipsa. *Membra expulsionis.* Eius succus valet dolori matricis, & abscindit [α] fluxum sanguinis eius: & fit emplastrum cum folijs ipsius super [c] apata testiculi. *Venena.* [g] Est venenum quo ratio permiscetur: & destruit memoriam: & facit prouenire præfocationem, & maniam.

C De †{*Ireos*}. i. [h] Iride. *Cap.* 358.

Ireos quid est? Est radix lilij cœlestis: & est ex herbis habentibus crus, et super ipsum sunt flores diuersi compositi ex albo & citrino & cœlesti & purpureo: & propter hoc noĩatur ireos [h] †{chaus chaza.} Et istæ radices sunt nodosę, & folia eius sunt tenuia, vel subtilia. Et qñ veterascunt. s. radices ireos à vermibus perforãtur. *Electio.* Quod ex ea bonum est, est durum, spissum, cõpactum, breue, declinans ad rubedinem aliquantulam boni odoris: non odorat ex ea odor limi. Et est mordicatiua linguæ, & [γ] mouet [h] sternutationem cum fortitudine. *Natura.* Est calida, & sicca in fine secũdi. *Operationes & proprietates.* Est digestiua, aperitiua, abstersiua, mũdificatiua: & eius succus [i] †{ } soluit [h] cũ aqua mellis, & purgat [k] †{ } phlegma grossum, & educit ipsum. *Decoratio.* Cum æquali quantitate ellebori [l] †{ } [h] purgat pannũ, [m] †{& lentigines & efficit illud sola.} *Apostemata & bothor.* Quę ex ea elixata est, lenificat [h] durities, & apostemata grossa, & [h] scrofulas, & bothor lenes. *Vulnera & vlcera.* Confert vlceribus sordidis: et facit carnem nasci [h] in fistulis, et si puluerizetur, & [h] vestit os carne. *Instrumenta iuncturarum.* Eius oleum resoluit lassitudinem: & qñ bibitur cum aceto, aut vino, confert [h] spasmo, & contritioni lacertorũ: & clysterizatio eius confert [h] sciaticæ. *Membra capitis.* Facit [h] dormire, & remouet sodam antiquam: et qñ permiscetur cum oleo [h] ros. & aceto vini prohibet sodæ sola, & facit [γ] sternutationẽ: et collutio oris ex decoctio-D ne ipsius sedat dolorem dentium: & sedat oleum eius cũ aceto sonitum auris, & prohibet rheumatismos antiquos, & aufert oleum eius fœtorem narium: & eius decoctio etiam confert tremori. *Membra oculi.* Attrahit [h] lachrymas. *Membra anhelitus & pectoris.* Sedat dolorem lateris, & pleuresis: & confert [h] tussi, & præcipue ab humiditate grossa, & peripneumoniæ, & difficultati anhelitus, & squinantiæ. & expellit [h] superfluitates in pectore retentas, quarũ expulsio est difficilis cum subtiliatione sua vltima, cum apertione: & bibitur in ægritudinibus pectoris cum rob: & collutio oris ex eo facta detumescere facit vuulam apostematam. *Membra nutrimenti.* Sedat dolorem hepatis, & [h] splenis frigidorum, quando bibitur cum aceto, & proprie splenis, & confert hydropisi. *Membra expulsionis.* Aperit orificia venarum hemorrhoidarum, & remouet [h] dolorem pũgitiuum, & aufert [h] gonorrhœam, & plurimam pollutionem: & prouocat menstrua cum vino, et fit enchatisma in [h] decoctione eius propter duritiem matricis, et dolores eius frigidos, & administratio suppositorij eius cum melle facit [h] abortiri, & eius oleum iuuatiuum est matrici, & soluendo educit aquam [n] citrinam, & [h] choleram, & phlegma, quando bibitur ex veteri eius confracto: & eius quidem potio debet esse ab. ℥. 5. vsq; ad aur. vij. *Febres.* Eius oleum remouet [h] frigus, & tremorem. *Venena.* Quando bibitur cum aceto [h] confert venenis omnibus.

De Iumar.

A Gal. de theri. ad Piso. c. 9. e
A † ——
ꝙ Ras. male allegat Gal. vlti. conti. t. 1. c. 741.
B Diosc. lib. 2. c. 47.
† Bengi.
C Dio. lib. 4. c. 59.
D† Di. Tres eius driæ. vna semine nigro: floribus penè purpureis: smilacis folijs: cytinis pdu ris & spinosis. Alteri° semẽ subflauũ, vt irionis: flores luteri: folia & siliquæ simpliciores. ambo insaniã gignunt, & soporẽ. ideo in cõi vsu damnãtur. Tertiũ gen°, vt qd mitissimum esset, medici recepere, pingue, lanuginosum, molle candidi floris seminisq; in maritimis ruderibusq; nascens. cuius occasio si non adsit rufum vsurpari oportet.
Infra α
E Ser. c. 330.
Infra β
Supra β
F † D. partum,
Supra α
G Diosc. li. 6. c. 15.
† Aiersa.
H Diosc. lib. 1. c. 1.
H† D. quædã cœlestis arcus imago repræsentari vr.
Infra γ
I† drachmis septẽ
K† bilem &
L † albi
M† Di. vitia cutis in facie à sole ꝯtracta emaculat.
Supra γ
N Ser. c. 189.

De [a] †{*Iumar.*} *Cap.* 359. E

Iumar qd est? Notũ est. *Natura.* Est frigidũ in secũdo, siccũ in primo. *Operationes & proprietates.* Est stypticũ. *Membra anhelitus & pectoris.* Cõfert asperitati gutturis. *Membra expulsionis.* Cõstringit solutionẽ, & fluxũ sanguinis. *Venena.* Est bonũ puncturæ vespæ more emplastri suppositum.

De [b] †{*Iumeiz.*} *Cap.* 360.

Iumeiz qd est? Inuenitur in ægypto & syria similis ficui: & dicetur de ipso in [c] capitulo de ficu.

De †{*Iar fluminis*} .i. [d] Potamogetone. *Cap.* 361.

Iar fluminis quid est? Est planta floris similis nenufari, & est submersa in aqua, ex qua parum apparet: & ipsa quidem est propinqua virtuti bathbath. *Natura.* Frigida est & styptica. *Vulnera & vlcera.* Conueniens est [d] vlceribus fraudulentis, & [d] pruritui.

De [e] †{*Iesu.*} *Cap.* 362.

Iesus. *Proprietates.* Est ꝓxima naturæ & virtuti gilbenech: & eius qdem potio est pondus. 3. 5.

De †{*Ipericon*} .i. [f] Hyperico. *Cap.* 363.

Ipericon nominatur arabice alharan, & nominatur syriace vua dæmonis. quid est? [f] †{Thyrsi & flos sunt frangibiles, & eius semen est citrinum ad rubedinem declinans, & est similis figurę sumach: verũtamen non est in eius rubedine.} *Electio.* [g] Gal. dixit. detr̃ in potu ex fructu eius, quod includit semen cum cortice exteriori, & non fit contentus aliquis semine eius solo. *Natura.* Calidus est in secundo, siccus in fine eius. *Operationes & proprietates.* Est subtiliatiuum, aperitiuum, liquefactiuum, resolutiuũ. *Apostemata & bothor.* Confert apostematibus frigidis, et duris magnis. *Vulnera & vlcera.* Emplastrum foliorum eius confert [h] adustioni ignis, & [h] cõsolidat plagas, & vlcera mala: & qñ teritur & puluerizatur super vlcera tremula, & putrida, confert. *Instrumenta iuncturarum.* Confert dolori anchæ, & [i] sciaticæ decoctum cum vino proprie cum bibitur. xl. diebus continuis. Ipsum. n. sanat sciaticam. *Membra expulsionis.* Prouocat [i] vrinam, & prouocare [i] menstrua est eius proprietas, & eius semen soluendo educit choleram. *Permutatio.* Loco eius ponitur [k] †{pondus ipsius de squinantho, & pondus ipsius de radice capparis.}

De †{*Issopo humida*} .i. [l] Oesypo. *Cap.* 364.

Issopus humida quid est? Est sordities aggregata super lanam aliat in Armenia, & sternitur super herbas tithymalorum, & accipit virtutes, & lac earum: & fortasse est fluida, quare decoquitur, & inspissatur ibi. *Natura* Calida est in tertio, humida in primo. *Operationes & proprietates.* Est maturatiua, resolutiua. *Apostemata & bothor.* Resoluit apostemata dura, cum ex ea fit emplastrũ. *Membra oculi.* [l] †{Confert apostematibus oculi linita & bibita.} *Membra nutrimenti.* Confert frigiditati hepatis linita & bibita. *Membra expulsionis.* Resoluit [l] durities, quæ sunt in partibus [m] vesicæ, & [l] matricis, & confert frigiditati earum, & frigiditati renum. G

De †{*Issopo sicca*} .i. [n] Hyssopo. *Cap.* 365.

Issopus sicca quid est? Alia est mõtana, & alia est hortiua. *Natura.* [o] Calida est & sicca in tertio, & est subtilis sicut origanum. *Decoratio.* Eius potus [n] colorem efficit bonum, & eius algamer abstergit vestigia in facie. *Apostemata & bothor.* Resoluit apostemata [o] †{dura} linita cum vino. *Membra capitis.* Eius decoctio cum aceto sedat [n] dolorem dentis, & vapor decoctionis eius cum ficubus confert sonitui in [n] aure cum traiectorio sumptus. *Membra oculi.* Coquitur, deinde fit ex ea emplastrum tarfati, & sanguini mortuo sub palpebra. *Membra anhelitus & pectoris.* [p] †{Cõfert pectori, & pulmoni patientibus asthma & tussim antiquam, & eius decoctio cum ficubus & melle sistr, & apatibus duris, & anhelitui dilatatiõis:} & gargarismus ex ea confert ẽt [n] prefocationi intrinsecæ. *Membra nutrimenti.* Emplastrũ factum ex ea cum ficubus, & [n] baurach confert spleni, et infusio eius bibita, & cõfert [n] hydropisi. *Membra expulsionis.* Soluendo [n] educit phlegma, [q] †{ } & ascarides, & [r] vermes: & qñ miscetur cum cordumeni, & ireos, [r] †{ } cõfortatur eius solutio. *Permutatio.* Loco eius ponitur [s] †{sampsuci tantundem & medium.}

De †{*Iabrol*} .i. [t] Mandragora. *Cap.* 366.

Iabrol quid est? Radix mandragoræ syluestris, & est radix omnis mandragoræ, magna, similis formæ hominis. propter hoc ergo noĩatur mandragora. Mandragora. n. est nomen imaginis naturalis. s. plantæ, quæ est in forma hoĩs. Aequale. n. est siue sit intentio huius noĩs inuenta, aut nõ inuenta. multa nanq̃ noĩa significant fm intentiones non inuentas. forma aũt mandragorę inuenta est lignum cinericiũ declinans ad frangibilitatem magnã sicut costus magnus. *Natura.* Est [u] frigida in tertio, sicca in ipso: et in ipso est aliquãtulum caliditatis, fm q̃ existimant quidã. Radix vero est fortis frigoris desiccatiua, & cortex radicis est debilis. folia aũt administrantur exiccata, & humida etiã conferunt. & in mandragora ipsa est humiditas. *Operationes & proprietates.* Est narcotica, & habet lachrymã, & habet succum: sed eius succus est fortior lachryma ipsius. [t] Qui autẽ vult vt aliquod ex membris suis secetur, bibat [u] †{tres anulusat} ex ea in vino, & faciet subet: & [t] dicitur, q̃ qñ cum radice eius coquitur dens elephantis. vi. horis lenit ipsum, & fit facilis obedientia eius. *Decoratio.* Fricatur [t] cum folijs eius albaras per hebdomadam, et deletur absq̃ vlceratione, et proprie si inueniuntur humida & lenia: & lac mandragoræ euellit lentigines, & pannum sine mordicatione. *Apostemata & bothor.* Administratur super apostemata & [t] bothor dura, & [t] dubellet, & [t] scrofulas, & confert. Et quando teritur [t] radix eius multum, & ponitur cum aceto super erysipilam, sanat eam. *Instrumenta iuncturarum.* Ex radice eius [t] cum sauich fit emplastrum ad dolorem iuncturarum.

A† Giemar. B† Giumeiz ... cus Faraonis. C 283. † Iumar fluuiatilis vel giar fluuiatilis. D Dio. lib. 4. c. ... E † Giasus. † Heinfarich ... F Diosc. li. 3. c. ... F† D. Surculis fruticosa, dodrantali, rubente, folio ... flore albæ violæ ... teo, qui digitis ... tus sanguinis ... cum remitti ... ex causa ... mon cognomin... subhirsũta ... & tereti, hordei ... gnitudine, ... tus nigro ... odoris, gignitur ... cultis & asperis. G Li. 8. sim. fo. ... H D. & G. li. ... pli. fo. 63. a I Diosc. & Gal. K† G. de sub. me. anethi semen. † Iusarathab. L Diosc. lib. 2. c. ... L† D. Cõtra ... sos angulos ... rũ scabiosos ... nas, q̃ oculis ... & ciliorũ ... efficax est. M Raf. t. 3. c. ... † Iusa iabes. N Dio. lib. 3. c. ... O G. 8. sim. fo. ... O† calida. P† D. Decoctio ficis, aqua, melle, ruta, potũq; ... pneumonicis, ... turnæ tussi, ... riosis, destillation... bus, & orthopno... cis auxiliatur. Q† decoctum ... aceto mulso epot... R Raf. t. 3. c. 34. R† aut ireos ... S† G. d subst. ... thymum. † Iabruha. i. mandragora. T Dio. lib. 4. c. ... V Ga. 7. simp. ... V† D. ternos cyathos

A iuncturarum. *Membra capitis.* Facit subet,& facit [a] somnum: et qñ ponitur in vino inebriat vehementer:& [a] qñq; supponitur in ano,& facit subet:& [a] odoratio eius facit subet vehementer,& hęc est hñs folia alba,quæ crus non habet,& dicit̃ masculus.& multus vsus mãdragoræ,& odoramentum eius faciunt possidere apoplexiã,& proprie habentis folia alba.Et qñq; fit ex ea ad expellendas vigilias,& ad attrahendum somnum syrupus,et remouet vigilias,et est vt ponãtur ex corticibus radicum eius tres heminæ in metrolijs vini dulcis,et bibuntur ex eo tres anulusat. et qñq; decoquũtur cortices etiã in vino donec assumat vinum fortitudinem eius,et administratur ex eo ad hoc vt faciat subet plus,et ad hoc vt dormire faciat minus. Et quidam [b] medicorum faciunt vtentẽ eo sedere in aqua vehementer frigida,donec sanetur. Et existimo,quod intentio in hoc,est aggregatio caliditatis. *Membra oculi.* Eius lachryma in medicinis [a] oculi sedat dolorem superfluum, et fit ex [a] folijs eius etiã emplastrum. *Membra nutrimenti.* Sumitur [b] †{ex lachryma eius. ℥.i.} cum melicrato,et vomitu educit choleram et phlegma sicut elleborus. *Membra expulsionis.* [a] Supponit̃ [c] †{medietas anulusat ex lachryma} eius,et prouocat,et extrahit fœtum. Et [a] semen mandragoræ mundificat matricem quando bibitur,& si [a] misceatur cum sulfure,quod ignis non tetigit,& supponat ipsum mulier,abscindet fluxum matricis. Lac mandragoræ soluendo educit phlegma, & choleram. Cum enim paruus puer mandragoram errando assumit, accidunt ei vomitus, & solu-B tio ventris,& fortasse moritur. *Venena.* Cum [a] melle & oleo ponitur super puncturas. Et [d] dixerunt,quod proprie species,quæ videtur habere folia alba: veruntamen folia eius parua sunt bezahar vuæ lupinæ perniciosæ.& illam,quę ex ea perniciosa est,ante cedunt accidentia prefocationis matricis,& rubedo faciei,& exitus oculorum,& tumor faciei etiã ac si esset ebrius. Cuius quidem cura sunt butyrum,& mel,& vomitus.

De †{*eo quo aurum adhæret*}.i.[e] Chrysocolla. *Cap.* 367.

Id quo aurum adhæret quid est? [e] †{Hoc nomẽ conuenit ammoniaco} de quo nos iam [f] locuti fuimus. Et quandoque conuenit cuidam rei,quæ fit [g] ex vrina infantium mota in mortario æreo cum aceto in sole donec coaguletur. Et quandoque est ex [g] minera: generatur enim in minera viridis æris,& resoluitur aqua calida,deinde coagulatur. Et hoc est illud de quo nunc loquemur. *Electio.* Clarum,mundum,& proprie firmum artificiale est fortius & subtilius, deinde minerale adustum. *Natura.* Calidum est acutũ. *Operationes & proprietates.* Est abstersiuum, constrictiuũ, calefactiuum,putrefactiuum,subtiliatiuum,mordicatiuum parum,resolutiuũ, desiccatiuum cum fortitudine. Et eius resolutio est vehementior mordicatione eius, & similiter eius desiccatio. Et ipsum dissoluit absque mordicatione plurima,& quod de eo est artificiale est vehementis exiccationis,& minoris mordicationis propter subtilitatem suam additam. Cumq; [h] minerale aduritur, C augmentatur eius subtilitas,& est perueniens ad summum in his capitulis. *Vulnera & vlcera.* [i] Eliquat carnem,& est medicamen [i] optimum vlceribus difficilis consolidationis. *Membra nutrimenti.* Est nauseatiuum, constrictiuum.

[k] *De* †{*Iunipero.*} *Cap.* 368.

Iuniperus quid est? Est cupressus syluestris,& eius quidem,alia [k] est parua,alia magna. *Natura.* Est declinans ad caliditatem & siccitatem:& semen eius est calidum in primo,siccum in secundo. *Operationes & proprietates.* Est calefactiua, subtiliatiua,carminatiua, & in fructu eius cum hoc est stypticitas,& non est in ipsa stypticitas in reliquis partibus arboris eius. *Instrumenta iuncturarum.* Est bona [k] attritioni lacertorum. *Membra anhelitus & pectoris.* Est bona doloribus [k] pectoris,& [k] tussi. *Membra nutrimenti.* Mundificat,& aperit oppilationes in eis:& est [k] bona stomacho bibita,& ad [k] inflationem in ipso. *Membra expulsionis.* Prouocat [k] ambo, & est bona [k] præfocationi matricis,& doloribus eius. *Venena.* Expellit nocumẽtum [k] puncturæ vermium venenosorũ,& [k] suffumigatio ex qualibet earũ,& ex qualibet parte arboris eius facta effugat vermes venenosos.

De †{*Iuiubis*}.i.[l] Sericis. *Cap.* 366.

Iuiubæ. *Electio.* Meliores sunt maiores earum. *Natura.* Frigidæ sunt in primo, æquales in siccitate,& humiditate,& sunt declinantes parum ad humiditatem. *Operationes & proprietates.* D [m] Conferunt acuitati sanguinis calidi,& existimo,q; illud est: propterea, q; ingrossant sanguinem, & viscosum faciunt ipsum.& illorum existimatio qui putant, q; ipsæ clarificent sanguinem & lauent eum,est existimatio corrupta,ad quam ego non declino.& nutrimẽtum earum est parum & digestio earum est difficilis,& sermo quidem in eis bonus est ille quẽ dixit [n] Gal. Non reperi iuiubas in conseruanda sanitate,& remouenda ægritudine aliquid operantes: sed reperi eas difficilis digestionis,& pauci nutrimenti. *Membra anhelitus & pectoris.* Conferunt [o] pectori, & pulmoni. *Membra nutrimenti.* Sunt [o] malæ stomacho, difficilis [l] digestionis. *Membra expulsionis.* Existimat [p] quidam,quòd conferunt dolori renum & vesicæ.

De interfectore †{*adeib*}.i.[q] Aconito pardalianche. *Cap.* 370.

Aldib. *Operationes & proprietates.* Virtus eius est virtus strangulatoris leopardi: quia eius proprietas est in aldib.

*De Interfectore canis.*i.[r] Aconito lycoctonon. *Cap.* 371.

Interfector canis. *Membra capitis.* Facit accidere fluxum sanguinis [α] narium. *Membra anhelitus & pectoris.* Facit accidere [β] sputum sanguinis. *Venena.* Interficit canes velociter,& facit euenire in hominibus fluxum [α] sanguinis narium,&[β] sputum sanguinis.

De Kakille.

A Diosc.lib.4.c.65.
B Raf. vlti.conti. t.1.c.446.
B† D.succus duobus obolis.
C† semi oboli põdere succus
D Diosc.Morion, Antidotũ eẽ volũt radicẽ, cũ manico solano potã. magis placet lnia Auicennæ,q̃ est etiã Serapionis.c.333.
† Lezach aldeb.i. borax:
E Diosc.li. 5.c.54.
E † D.Laudatissima armeniaca
F Cap. 706.
G G.li.10.sim. de vrina. 75.c, &.9. simpli.71.f
H Gal.71.f
I Dio.& Gal.ibi.
† Harar.
K Dio.lib.1.c.87.
† Hanab.
L Gal.2.alimento. c.32.d
M Li.4.F.1.t.2.c. 45.& Raf.vl. cont. t.1.c.375.
N Lib.2.ali.c.32.d
O Raf. vlti.conti. t.1.c.375.
P Ser.c.77.
† Aldib.
Q Diosc.li.4.c.66. Repetit. c.685. Confundit ista duo capita.
R Dio.lib.4.c.66. Repetit.c.684.
Infra α
Supra α
Infra β
Supra β

Litera. K.

De Kakille. *Cap.* 372.

KAkille quid est? Est herba ad citrinum parum declinans.& eius odor est velut odor marinus.quæ autem ex ea laudatur,& est bona,illa est cuius folia sunt grossa,& oliuæ folijs similia,sed longiora,& latiora: & mordicant linguam cum eorum salsedine,& sternutationem excitant. *Natura.* Calida est in secundo secundi,et sicca in primo. *Operationes & proprietates.* Digerit,aperit,euacuat,& mũdificat. *Apostemata & pustulas.* In emplastris posita mollificat apostemata dura,& scrofulas:& fistulas curat putridas.& puluerizata super ossa denudata illa cooperit carne. *Membra iuncturarum.* Si ex ea cochlearia duo cum cochleario vno mellis bibantur,confert omni spasmo.Et posita in clysteri aufert in ipsa hora sciaticam. *Membra capitis.* Succus eius cum aceto vini,& oleo rosato capitis dolorem inueteratum remouet. eius decoctio dentium dolorem tollit.& eius oleum cum aceto aurium tinnitum remouet. *Membra oculi.* Eius succus cortices vngulæ separat,ac eam remouet,eius aqua sublimata oculorum maculas subtiles abscindit. *Membra anhelitus.* Lateris dolorem sedat:& anhelitus difficultatem remouet: & grossas superfluitates expellit,& subtiliat. *Membra nutrimenti.* Frigidum splenis, ac hepatis dolorem compescit. F
Et vsus eius est malus stomacho,& hydropisi opitulatur. *Membra expulsionis.* Venarum orificia aperit,& menstrua & hæmorrhoidas prouocat.Et aqua decoctionis eius cũ melle sumpta fœtum educit:et vrinam mirabiliter fluere facit:aquasq; citrinas euacuat.Succus eius cum melle lapidem in vesica frangit:cuius dosis est ab.ʒ.5.vsq; ad vnã. *Venena.* Morsui canis rabidi sup erposita confert. *Permutatio.* Loco eius ponitur medietas ponderis eius ireos:& duplum eius cretani marini.

De Karabe.i.[a] Populo. *Cap.* 373.

Karabe quid est? Gumma sicut sandaracha,tendens ad citrinitatem,& albedinem, & peruietatem:& qñq; declinat ad rubedinem,quæ attrahit paleas & frusta subtilia plantarum ad se: & propter hoc noiatur karabe.s.rapiens paleas persice.Et ipsa quidem composita est ex aqueitate tepida,& terreitate iam subtiliata:& est gumma arboris,quæ dicitur [a] †{haur romana,} quæ est composita ex terreitate subtili,& aqueitate tepida. *Natura.* Est calida parumper sicca in secundo. *Operationes & proprietates.* Est restrictiua,& [b] proprie sanguinis cuiuscunq; loci fuerit: & eius virtus est similis virtuti floris suæ arboris.s.floris [b] †{haur:}sed est eo frigidior. *Apostemata & bothor.* [c] Dixerunt quidam,q; suspenditur super apostemata calida, & confert eis. *Membra capitis.* Retinet [c] fluxum sanguinis narium,& descendentis à capite ad pulmonem. *Membra anhelitus & pectoris.* Karabe confert [d] tremori cordis,cum bibitur ex eo medietas aur.cum aqua frigida, & [e] prohibet sputum sanguinis valde. *Membra nutrimenti.* Retinet vomitum,& prohibet materias malas à stomacho,& cum mastice confortat stomachum. *Membra expulsionis.* Retinet [f] fluxum sanguinis ex matrice,& [f] ano,& [f] fluxum ventris,& confert [b] tenasmoni. G

De [g] †{*Karmezik.*} *Cap.* 374.

Karmezik quid est? Est fructus tamarisci,de quo iam locuti fuimus in [h] cap. de tamarisco. *Natura.* Est frigidus in primo,siccus in secundo.

De [i] †{*Kusele.*} *Cap.* 375.

Kusele quid est? Est lignum sicut rubea,quod nigredo cooperit. *Natura.* Est calidum & humidum in terminis primi. *Operationes & proprietates.* Est glutinatiuum: & frangit virtutem medicinarum acutarum sicut gummi. *Decoratio.* Est impinguatiuum.

De [k] †{*Kemelio.*} *Cap.* 376.

Kemelium quid est? Est species mezerion nigra mortifera:& etiam notũ nomine chameliun. Et nos quidem iam diximus ipsum in [l] capitulo de cha.

De Kebikengi.i.[m] Ranunculo. *Cap.* 377.

Kebikengi quid est? Eius species sunt quatuor dixit [m] Dios.vna species eius est,cuius folia sunt similia folijs coriandri:sed sunt latiora folijs eius,ad albedinem declinantia,et flos eius est citrinus: H
& qñq; est purpureus,cuius longitudo peruenit vsq; ad duos cubitos:et eius radix est non grossa: & ipsius radix est alba:& habet virgulta similia virgultis ellebori: & oritur in ripis cursus aquarũ. & est species eius alia fortius cinericia,q; illa,longiorem habens radicem, folia habens ordinatim incisa,quæ nominatur apium syluestre:& est alia parua valde aurei coloris:& quarta est similis tertiæ:veruntamen flos eius est albus lacteus. *Natura.* Est calida & sicca in tertio. *Operationes & proprietates.* Omnes sunt calidæ,acutæ,[m] vlceratiuæ,abstersiuæ,excoriatiuæ,mordicatiuæ cutis faciẽtis pruritum. *Decoratio.* Folia,& stipites eius anteq; desiccentur,eradicãt albaras, & [m] albedinem vnguium. *Apostemata & bothor.* Eradicat [m] scabiem,& sanat [m] verrucas,& quæ sunt vt claui, & [m] glandulas pendentes,quibus [n] nocet frigus. *Vulnera & vlcera.* Decoquitur & embrocatur fahafat cum aqua eius tepida,& confert. *Membra capitis.* Eius [m] radices exiccatę sunt ex sternutatorijs fortibus & [o] †{contritæ}conferunt pulsationibus dentium [p] †{ }

De †{*Kekengi*}.i.[q] Solano halicacabo. *Cap.* 378.

Kekengi quid est? Virtus eius est proxima virtuti [q] †{vuæ vulpinæ,}& proprie virtus foliorũ eius. *Natura.* Est frigida & sicca ad secundũ perueniens. *Vulnera & ulcera.* Suo succo conseruat

vlcera,

A Dios.lib.1.c.9. Repetit.c.342.34 &.506.
A† D.populus a bor,
B Ser.c.266.
B† populi:
C Rasis vlt. cont. t.1.c.165.& Ser. c.266.
C Ras.ibidem.
D Ras.t.3.c.4 & Ser.ibidem.
E Ras.ibi.& ult. cont.t.1.165.& Se.
F Ras.t.3.c.4.
G† Karmazek.
H 693.
I† Kusila.
K† Kemalion.
L 201.& 463.
M Dios.li.2.c.16
N D.s.pernioni
O† appensæ
P† D.ipsos tamẽ frangit.
† Kekenegi.
Q Dios.li.4.c.6
Q† hortensis lani,

A vlcera,& delet duritiem fistularum,et vlcere auris antiqua. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert
A Dio.lib.4.c.61. asthmati,& inflationi,& difficultati anhelitus. *Membra nutrimenti.* Confert [a] icteritiæ. *Membra*
B D.& Ser.c.228. *expulsionis.* [b] Confert vlceribus viarum vrinæ.

C† Kenkerzed. De [c] †{*Kenkezred.*} *Cap.* 379.

D Cap.340. Kenkezred quid est? Est gumma Harsef & iam dictum [d] est de eo kurkuen. *Natura.* Est calidum & siccum in secundo.

E† Kestberkest. De [e] †{*Kustberkusti.*} *Cap.* 380.

Kustberkusti quid est? Est similis filis inuolutis adinuicem,quorum numerus secundum plurimum est.v.& inuoluuntur super radicem vnam,& eius color ad nigredinem declinat & citrinitatem:& non habet plurimum saporem.& dixerunt quidam,ꝙ est albedeschian. Alij vero dixerunt,ꝙ virtus eius est sicut virtus albedeschian,& hoc est sanius. *Natura.* Est calidus & siccus in secundo. *Operationes & proprietates.* Est subtilis.

De Kildaru. *Cap.* 381.

F 628. Kildaru quid est? Est alsarax,& nos quidem loquemur de ipso in sequētibus in [f] capitulo de sin.

G† Kemanscir. De [g] †{*Kemescir.*} *Cap.* 382.

Kemescir quid est? Est in dispositionibus giausir,sed ipsum est fortius plurimum. *Natura.* Est
H Ras. vlti.conti. t.1.c.149. B calidum & siccum in tertio virtuose. *Operationes & proprietates.* [h] Est liquefactiuum resolutiuum. *Membra expulsionis.* Prouocat [h] vrinam,& [h] menstrua:& eijcit [h] fœtū virtuose:& virtus eius in hoc comparem non habet:& neq; habet comparem soluendo [h] aquositatem.

I† Karmedane. De [i] †{*Kormidenen.*} *Cap.* 383.

Kormidenen quid est? Est granum,quod medici laudant. *Membra expulsionis.* Prouocat vrinam,& menstrua:& calefacit vuluam valde:& soluit aquam & choleram.

† Karuan. De †{*Keusauguen*}. i. [k] Buglosso. *Cap.* 384.

K Diosc.li.4.c.112. Repetit.c.436. Kezauguen quid est? Est nomen herbæ:& existimo,ꝙ keuzauguen est lingua bouis persicæ. *Membra anhelitus & pectoris.* Proprietas eius est lætificare, [k] & tristitiam remouere.

L† Kallem. De [l] †{*Karon.*} *Cap.* 385.

Karon quid est? Est lignum indum,cuius allatio ad terrā nostram multiplicatur.non ergo elongatur quin sit almugat indum. *Instrumenta iuncturarum.* Est magni iuuamenti in negocio fracturę,& torsionis,& dislocationis.

† Kasem. De †{*Keisin*}.i. [m] Ligustico. *Cap.*386.

M Diosc.li.3.c.49. Keisin. *Natura.* [m] Semen & radix eius calefactiua sunt. Et semen ipsius est calefactiuum, & exiccatiuum in secundo. *Operationes & proprietates.* Expellit ventositates,& aperit. *Membra nu-*
N Diosco.& Ras. t.3.c.17. C *trimenti.* Est maturatiuum, [n] digestiuum,resolutiuum ventositatis,præcipue in stomacho,& confortat ipsum. *Membra expulsionis.* Pondus drach.i.ex eo solutione educit vermes & ascarides: & prouocat [m] menstrua virtuose.s.semen eius. *Venena.* Confert puncturæ vermiū venenosorum.

† Kuzikenden. De †{*Kuzkenden*}.i. [o] Nuce henden. *Cap.* 387.

O Ser.c.79. Kuzkenden quid est? Est res leuis sicut asne lutea:& in Rakia nominatur stercus columbarū: & in bagaded nominatur nux handem,vel s̄m aliam literam nux genden. *Electio.* Quę ex ea melior est,barbarica est:sed rakia est debilis. *Natura.* Est calida & humida in primo,& dicitur, quòd infrigidat parumper:sed non est firmatum. *Operationes & proprietates.* Exiccat,& in ipsa est extinctio:& dixerunt quidam, [o] ꝙ ipsa incidit sanguinem:& ex proprietatibus quidem eius est, quod assumuntur decem lib.mellis,&.xx.lib.aquæ,& kilgie ex ea,& concutiuntur bene, & cooperitur os vasis,& fit vinum statim. *Decoratio.* [o] Impinguat. *Membra expulsionis.* Augmentum [o] efficit in coitu.

P† Kessengi. De [p] †{*Kebenzkesenz.*} *Cap.* 388.

Kebenzkesenz quid est? Quoddam de genere tuberum solidum adunatum in magnitudine renum,vel cuius magnitudo est magnitudo renum.veruntamen est incisum valde habens incisiones profundas,quod nascitur in arena,sicut nascuntur tubera & fungi suaue valde, quod in no
D stra terra multiplicatur in locis,quæ sunt vltra fluuium: & in Corasceni etiam:& nos quidem non audiuimus ab aliquo vnq;,ꝙ tantum inferat nocumentum quantum fungi,& tubera. Cumq; ipsorum sapor tuberum sapori comparatur est parumper declinās ad dulcedinem. *Natura.* Habet frigiditatem minorem frigiditate reliquorum tuberum,& fungorum:et neq; est vacuum ab humiditate extranea,cum siccitate substantiæ. *Operationes & proprietates.* Est extinguens grossum.

Q† Kerfe alcarū fel.i.cortex arboris gariophyllorum. De [q] †{*Kerfe aromaticum.*} *Cap.* 389.

Kerfe aromaticum quid est? Est cortex grossus, colorem habens kerfe, quod habet saporem gariophylli absq; dulcedine cinnamomi,quāuis sit dulcius,q̄ gariophyllus:& est debilius in operationibus suis,q̄ gariophyllus. *Natura.* Est calidum & siccum in secundo.

R† Kerfe darsini .i.cortice exteriori arboris cinnamomi. De [r] †{*Kerfe cinnamomi.*} *Cap.* 390.

Kerfe cinnamomi quid est? Dicitur,quòd est de cinnamomo,et dicitur,quòd est alterius generis.& ipsum quidem est durum,sicut cinnamomum:de ipso tamen est quoddam,quod non durescit,& de ipso est,quod est lineatum: et aliud est album frangibile velociter,et ipsum quidem cin-
S 117. namomum est debilius,et dictum est de ipso in [s] capitulo cinnamomi. *Natura.* Calidum est et siccum in secundo.

De Keiken.

De †{Keiken}.i.[a] Cancamo. Cap. 391.

Keiken quid est? Est gumma horribilis saporis, et asportatur de regione occidentis: et existimauerunt quidam, quod est sandaraca, sed non est firmum: et quãdoque quidem [a] suffumigatur ex eo cum myrrha & [a] †{sigia.} *Operationes & proprietates.* In ipso est cõglutinatio parua. *Decoratio.* Mundificat vlcerum vestigia velociter, et in ipsa [a] est extenuatiua virtus quando quaque die bibuntur de ea tres quartæ drach.i. cum oxymelle, aut aqua. *Membra capitis.* Nihil [a] æquiparatur ei in remouendo dolorem dentium, et casum [a] gingiuæ. *Membra oculi.* [a] Acuit visum. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert asthmati [a] cum melle, et vtuntur ea luctantes. *Membra nutrimenti.* Quando de eo bibitur tribus diebus cum oxymelle, extenuat [a] splenem valde. *Membra expulsionis.* [a] Prouocat menstrua cum aqua mellis.

E † Keikhem. A Diosc. lib. ... Repetit. c. 43. A † styrace.

De †{Kotto}.i.[b] Bombace. Cap. 392.

Kottum. *Natura.* Semen eius est calefactiuum, lenitiuum. *Membra anhelitus & pectoris.* Grana eius sunt bona [b] pectori & [b] tussi. *Membra expulsionis.* Semina eius sunt lenitiua ventris: & succus [c] foliorum eius, confert solutioni puerorum.

† Kothen. B Ser. c. 66. C Ras. vlti. con. t. 1. c. 129.

De [d] †{Keted.} Cap. 393.

Keted quid est? De gumma eius dictum est in [e] capitulo de kef. cuius quidem gumma est draganthum. *Natura.* Est frigidum & siccum.

D † Ketal. E 224.

F

De †{Kali}.i.[f] Lapide speculari. Cap. 394.

Kali. *Operationes & proprietates.* Est calidum, adustiuum, abstersiuum, corrosiuum fortius quàm sal. *Decoratio.* Confert morpheæ. *Vulnera & vlcera.* Confert scabiei, et corrodit carnẽ additam.

† Kali. & ... men catinum. F Gal. 4. de ... medi. p ... & 9. de admini. anat. c. 3. 4. & ... lib. 7. 400. ...

Litera. L.

[g] De †{Lepore syluestri.} — Cap. 395.

Lepus syluestris quid est? Coagulum huius leporis facit omnia, quæ diximus in [h] cap. de coagulis, subtilius, & melius: & inest operationis additio. *Decoratio.* Eius sanguis [i] mundificat pannum, & [g] cinis capitis eius est etiam medicamen bonum habenti alopeciam, [k] †{& proprie marini.} Cumque venter leporis sumitur, sicut est cum visceribus, & frigendo super sartaginem aduritur, est medicamen originis pilorum super cap. cum conteritur, & administratur cum oleo rosa. *Instrumenta iuncturarum.* Eius [g] cerebrum assatum confert tremori accidenti ex successione ægritudinis. *Membra capitis.* [l] Cum inungũtur gingiuæ infantis ex cerebro ipsius, proprietate, quæ est in ipso, velociter oriũtur dentes, & facile exeunt sine dolore: & illud propter proprietatem, quæ est in eo. & similiter cum soluitur cum butyro veteri, aut recenti, aut melle: & cum bibitur eius coagulum cum aceto confert [g] epilepsiæ. *Membra expulsionis.* Coagulum eius cum bibitur tribus diebus [l] †{cum aceto} post [g] †{purgationem menstruorũ,} prohibet impraegnationẽ, & mundificat [g] humiditatem currentem ex matrice. Et sanguis quidem leporis frixus confert dysenteriæ, & apostemati intestinorum, & solutioni antiquæ. *Venena.* [g] Coagulum leporis cum aceto est theriaca, & bezahar venenis. Et sanguis leporis frixus aufert venenum sagittæ.

G Dio. lib. ... † Arnebben. H 118. I Cap. 397. & ... K † cum adipe suo, aut aceto ... tum

L Li. 1. F. 3. ... & Diosc.

G

G † D. cõcim... L †———

[m] De †{Locustis.} Cap. 396.

Locustæ. *Electio.* Ex eis sunt meliores grossæ, quæ alas non habent. *Decoratio.* Pedes earum eradicant verrucas, secundum quod dicitur. *Membra nutrimenti.* Sumuntur ex rotundis earum .xij. grana, et abijciuntur capita, & extremitates earum, & ponitur cum eis parum myrti siccæ, & bibuntur propter hydropisim, sicut sunt. *Membra expulsionis.* Conferunt guttationi [m] vrinæ, & quando cum eis fit suffumigatio, conferunt difficultati eius, & præcipue [m] in mulieribus, & fit cum eis suffumigium hæmorrhoidibus & sanat. *Venena.* [m] Grossæ, quæ alas non habent, assantur, [m] †{ & comedũtur} propter puncturam scorpionis.

M Diosc. li. ... † Gierad.

M † si ex vino bibantur

[n] De †{Lepore marino.} Cap. 397.

Lepus marinus quid est? Est aĩal ostracosum durũ, declinans ad rubedinem aliquãtulam, inter partes cuius sunt quædam similia folijs alusnẽ. *Decoratio.* Eius [o] sanguis est calidus, mundificãs morpheam, & pãnum. Et eius [n] caput adustum generat pilos in alopecia proprie cum adipe vrsi, & in tyria valde. Cum ergo ex eo fit emplastrum sicut est, [p] abradit pilos. *Membra oculi.* Abstergit visum more emplastri superpositum, & sicut collyrium. *Venena.* Numeratur inter venenosas medicinas, quę interficiunt cum vlceratione pulmonis.

N Dio. lib. 2. c. ... † Aruebbahar. H O Terrestris. c. 395. & Diosc. N D. terrestris P D. marinus

[q] De †{Lycio.} Cap. 398.

Lycium quid est? Magis vincens secundum existimationem est, quod indum est, et est succus alfeluzaharagi: & fallificatur ita, quod latet probos medicos, et illud fit cum succo [q] †{alzersech.} coquitur. n. in aqua donec coaguletur. et virtus eius est propinqua substantiæ igneæ subtili, & terreæ frigidæ. Quod autem de mecha est, est res artificialis. *Electio.* Indum est fortius, quàm illud de mecha in re capillorum, & confortatione eorum: et illud de mecha in apostematibus est fortius. *Natura.* [r] Est temperatum in caliditate et frigiditate, et siccum in secũdo. *Operationes & proprietates.* In indo est resolutio, et stypticitas parua, et confert omni fluxui sanguinis et eius resolutio est plurima stypticitate ipsius, et est in secundo in resolutione, et est stypticitas eius minor exiccatione ipsius, et in ipso est virtus subtilis. *Decoratio.* Rubificat [q] capillos, et confortat eos, et proprie indum, et sanat pannum,

Q Diosc. li. 1. c. ... † Hadad. Repetit. c. 271. Q † absinthij R G. 7. simpl. ...

A Diosc.li.1.c.114. B Rasis vlti.conti. t.1.c.419.

A pannum,& confert omne lycium [a] panaricio. *Apostemata & bothor.* Confert [b] apostematibus laxis & formicæ. *Vulnera & vlcera.* Confert vtrunque vlceribus [a] fraudulẽtis. *Instrumenta iuncturarum.* Constringit hæc membra. *Membra capitis.* Indum confert fluxui saniei ab [a] aure, & vlceribus eius,& cum eo tãgitur palatum propter alcola,& sanatur,& vlcera [a] gingiuæ, & ægritudines eius curat. *Membra oculi.* Confert [a] ophthalmiæ,& abstergit corneam,& remouet pannum eius, & sanat scabiem oculi. *Membra anhelitus & pectoris.* Indum in potu datur ad [a] sputum sanguinis & ad tussim. *Membra nutrimenti.* Bibitur indum,& prohibet icteritiam [a] nigram,& [a] splenem, & similiter linitum,& ipsius arbor operatur illud,et confert fluxui stomachicho. *Membra expulsionis.* Confert [a] fissuræ ani,& bibitur,aut supponitur [a] solutioni antiquæ,& ei,quæ est ex debilitate stomachi,& [a] dysenteriæ:& prouocat [a] menstrua, & eius fructus recens soluendo [a] educit phlegma aquosum,& confert vlceribus ani:& prohibet sciaticã,& confert hemorrhoidibus. *Venena.* Eius fructus confert pniciosis,& indũ datur in potu ad morsum [a] canis rabiosi. *Permutatio.* Loco eius ponitur feluzaharagi æquale pondus,& aggregatis faufel,& sandalo æquale pondus ipsius.

C† Harduu.

De [c] †{*Lacerto.*} *Cap.* 399.

Lacertus qd est? Aldab,& eius natura vicina est naturæ guaril,seu vrel & est similius vrel propter illud quo nutritur. *Membra oculi.* Eius [d] stercus albugini,& prurituí confert & acuit visum.

D Cap.300.& G. 4.de ppõne phar. sm loc.158.c † Halzun. E Diosc.lib.2.c.8. F Diosc.lib.5.c.93. & G.9.sim.fo.67.f † Hagiar alheud. G Ser.c.380. H G.9.sim.fo.67.f I † Hagiar almetene. K 10.sim.fo.75.& Ra.vl.pt.1.c.414. L Diosc.lib.5.c.93. † Hagiar alsfengi. M Cap.602.& G. 9.simp.67.c † Hagiar lebenie, vel lebeni. N Diosc.lib.5.c.93. O Raf.vlti.conti. t.1.c.403. † Hagiar alchaa. P Diosc.lib.5.c.93. P† Lapis geodes, astringit,siccat, caligines oculorũ discutit, illitus aũt ex aqua,testiũ mãmarũq; inflammationes sedat. † Hagiar almesen. Q Dio.lib.5.c.93. Q† Lapis in quo acuit. Decoratio. Quod exacuendo ferro deteritur, illitum alopecias ad pilum reducit virginum mammas cohibet,nec increscere patit. Membra capitis. Potũ ex aceto comitialibus pdest. Membra nutrimẽti. Potum ex aceto lienẽ absumit. † Hagiar alagi.i.lapis eburneus. R Diosc.lib.5.c.93. S Raf.vlti.conti. t.1.c.395. † Hagiar alhasali. T Diosc.lib.5.c.93. T† galactites. † Hagiar alchamar. V Diosc.lib.5.c.93. V† D.qm noctu inuenit lunæ imaginẽ reddere, quæ cum ea quidẽ auge tur & decrescit.

B De Lapide fellis tauri. *Cap.* 400.

Lapis fellis tauri quid est? Est lapis,qui inuenitur in bursa fellis tauri,& est magnus sicut ouum gallinæ:& est coloris citrini trahens ad rubeum,& est saporis amari pungens linguam. & est leuis ponderis.& si ibidem permanet longo tempore scinditur. *Membra capitis.* Prodest coryzæ frigidæ.Europus dixit,q expertus est ad epilepsiam si destilletur in naribus cum aqua rutæ prouocat sternutationẽ:& abbreuiat paroxysmum epilepsiæ. *Membra oculi.* Remouet omnem malã complexionem oculorum,& stringit lachrymas. *Membra anhelitus.* Inunctus cum butyro valet cõtra asthma. *Membra nutrimenti.* Debilitat os stomachi & deijcit appetitũ. *Membra expulsionis.* Confert habentibus arenulas in renibus:& prouocat menstrua. Gal.dixit. non prodest nisi capiti.

De †{*Limacia*}.i. [c] Cochleis. *Cap.* 401.

Limacia quid est? Est ex summa ostracorum. *Operationes & proprietates.* [e] Extinguit sanguinẽ. *Membra oculi.* Quod ex eo est [e] adustum confert vlceribus oculi.

[f] De †{*Lapide iudaico.*} *Cap.* 402.

Lapis iudaicus quid est? Est lapis sicut nux parua ad longitudinem paucam declinans, proximus figuræ amygdalæ,aut dactyli,quem secant lineæ in suis extremitatibus:& lineæ aliæ latitudinales ei æquidistantes,quare se secant & remanent ex eis sicut puncta parua lucida. *Membra nu-*

C *trimenti.* Debilitat stomachum,& non conuenit ei,& [g] deijcit appetitum. *Membra expulsionis.* Confert lapidi renum,& extrahit ipsum,& potio eius fit.x.anulusat cum aqua calida. & dixerunt [f] quidam,q ipse confert lapidi vesicæ:sed [h] non est ita.& ipse est ex eis,q̃ [g] abscindũt sanguinis ani.

De [i] †{*Lapide vesicæ.*} *Cap.* 403.

Lapis vesicæ. *Membra expulsionis.* Dicitur,quòd ipse frangit lapidem renum,& vesicæ. [k] Gale. vero dixit,quòd nihil horum est.

[l] De †{*Lapide spongiæ.*} *Cap.* 404.

Lapis spongiæ quid est? Est lapis inuentus in corpore spongiæ. *Membra expulsionis.* [m] Frangit lapidem renum.

De †{*Lapide lacteo*}.i. [n] Galactite. *Cap.* 405.

Lapis lacteus quid est? Cum iste [n] lapis fricatur cum aqua, egreditur ex eo quiddam, quod est sicut lac,& hoc quidem lapis est cinericij coloris,dulcis saporis, & teritur cum aqua, & seruatur, quod resoluitur ex eo in pixyde plumbi. *Natura.* Est temperatus. *Apostemata & bothor.* Confert initio apostematum calidorum,sed non peruenit ad hoc vt tale iuuamentum conferat apud statum ipsorum,quo cõsequatur sanitas. *Membra oculi.* Ex [n] fricatione eius cum aqua fit alcofol: & [o] prohibet cursum superfluitatum ad oculum:& [o] vlcera accidentia in ipso.

D De †{*Lapide molari*}.i. [p] Geode lapide. *Cap.* 406.

[p] †{Lapis molaris. *Apostemata & bothor.* Vapor aceti ab eo prohibet fluxum sanguinis, & apostemata calida.}

De †{*Lapide in quo acuitur*}.i. [q] Lapide è cote naxia. *Cap.* 407.

[q] †{Lapis in quo acuitur. *Decoratio.* Fricatio eius super mamillam & testiculum ponitur vt non magnificentur. *Apostemata & bothor.* Fricatio eius bona est apatibus mamillæ calidis.}

De †{*Lapide alagi*}.i. [r] Lapide arabico. *Cap.* 408.

Lapis Alagi. *Operationes & proprietates.* Exiccat,& abstergit, & [s] retinet sanguinem. *Vulnera & vlcera.* Prohibet fluxum sanguinis ex vulneribus & vlceribus.

De †{*Lapide alkali*}.i. [t] Melitite. *Cap.* 409.

Lapis alkali quid est? Est lapis,qui habet fricationem superfluæ dulcedinis: verum [t] est sicut lapis lacteus in omnibus suis operationibus. *Natura.* In ipso est caliditas quædam, & habet virtutem [t] †{alscedenegi.}

De †{*Lapide lunæ*}.i. [u] Selenite. *Cap.* 410.

Lapis lunæ quid est? Ipse dr̃ splẽdor lunæ,& spuma lunæ. [u] †{& inuenit̃ apud augmẽtũ lunæ.}

& inuenitur

& inuenitur in terra arabum leuis. *Operationes & proprietates.* [a] Suspenditur ſm q dicitur super arborem, & fructificatur. *Membra capitis.* Sanat epilepsiam, & suspenditur [b] †{super epilepticū, qui secundum terminum assumitur ab ea.} E

De †{*Lapide semeito*}.i. [c] Schisto. *Cap.* 411.

Lapis semeitus quid est? Iste lapis in operationibus [c] suis est sicut hæmatites: sed est debilior.

De †{*Lapide nigrorum*}.i. [d] Thyite. *Cap.* 412.

Lapis Nigrorum quid est? Lapis, qui defertur ex terris [d] †{Indiæ minoris} declinans ad citrinitatem, fricatur, & egreditur ex eo fricatio mordicans linguā similis lacti. *Membra oculi.* [d] Mundificat pannum oculi, cum non est cum apostemate & ophthalmia et confert vestigijs vlcerum in eo: & eradicat vngulam lenem.

De †{*Lapide Afrogion*}.i. [e] Phrygio. *Cap.* 413.

Lapis Afrogiō. *Operationes & proprietates.* [f] Exiccat cū stypticitate, & mordicatiōe, & resolōne.

De †{*Lapide serpentis*}.i. [g] Ophite. *cap.* 414.

Lapis serpentis. *Mēbra expulsionis.* [g] Dicitur, q ipse frāgit lapidem in vesica: sed [h] Gal. negat illud. *Venena.* [g] Dicitur, q ipse confert sua suspensione morsui serpentis. Inquit [i] Gal. retulit illud quidam homo verax.

De †{*Lapide qui extinguitur in oleo*}.i. [k] Lapide thracia. *cap.* 415. F

Lapis qui extinguitur in oleo. *Operationes & proprietates.* Lapis iste [k] extinguitur oleo, & inflammatur aqua. *Venena.* Ex [l] lapide isto fugiunt vermes venenosi.

De [m] †{*Lapide Anesеb.*} *cap.* 416.

Lapis iaspis. *Membra nutrimenti.* Est iuuatiuus stomachi valde. Et [n] Gal. quidem dixit, q quando fit ex eo suspensorium æquidistans stomacho, & suspenditur, confert meri & stomacho.

De †{*Lapide Alesekifa*}.i. [o] Lapide agerato. *cap.* 417.

Lapis Alesekifa. *Membra pectoris.* Cōfert [o] vlceribus pectoris & apatibus, q̄ sunt in vua valde.

De †{*Lapide Armeno*}.i. [p] Lapide armenio. *cap.* 418.

Lapis armenus quid est? In ipso est aliquantulum azuli [q] coloris, non tn̄ est in colore azuli: & non est in eius soliditate: sed est in eo arenositas quædam: & qnq vtuntur eo tinctores, & [q] pictores loco azuli, & [q] est lenis tactus. *Membra nutrimenti.* [q] Est malus stomacho: & ille [r] qui est ablutus non facit nauseam: & non ablutus facit nauseam, et in dispositionibus est malus stomacho. *Membra expulsionis.* [r] Soluendo ducit melancholiam fortius, q̄ lapis lazuli: & iam cōtenti sunt eo, & dimittunt elleborum nigrum propter illud, quod inueniunt in eo ad ægritudines melancholicas.

De †{*Luto sigillato*}.i. [r] Lemnia terra. *cap.* 419.

Lutum sigillatum quid est? Hoc lutum [r] †{affertur de monte rubeo ex loco} qui noiatur lacuna, & non noiatur lacuna, nisi quia ipsa est terra plana profunda, in qua non est herba oīno, neque lapis. Et iam retulit mihi quidam proprio ore, qui vidit eam. hoc aūt lutum dicitur lutum diuinū. Et illud ideo: qm̄ primus, qui ipsum accepit fuit mulier diuina in diebus. s. præteritis & ipsum quidem dicitur magra diuina: qm̄ ipsum vere est magra, quam diuina, quę noiabatur Bartamise, accipiebat, & ad ciuitatem deferebat, & ponebat in aqua, & fiebat sicut puls, & dimittebat ipsam post motionem fortem quiescere, donec residebat, & effundebat ab ea illam aquam, & accipiebat rem grossam, & proijciebat eam: & vtebatur, quod ex ea pingue erat, & viscosum: & faciebat ex eo lutum sicut cera. Apud [r] Dios. vero est lutum speluncæ illius loci confectum cum sanguine hircorū: & ipsum quidem qnq adulteratur ita vt penitus nō cognoscatur. *Electio.* Melius est illud, quod non habet odorem, nisi odorem aluminis, & retinet sanguinem, cum currit ex ore, & annectitur linguæ, & pendet ex ea. *Operationes & proprietates.* Inquit [s] Paulus. Non est medicina magis abscindens sanguinem, q̄ ipsum, & est fortius q̄ lutum scemius, ita q membra non tolerant fortitudinem eius, cum habēt apostema calidum proprie tenera: immo sentiunt ex eo asperitatem quandam, & est infrigidatiuum, glutinosum. *Apostemata & bothor.* Confert in principio [t] apostematum calidorum. *Vulnera & vlcera.* [t] Consolidat vulnera recentia, & vlcera [t] difficilia, & [t] prohibet vlcerationem adustionis, & sanat vlcerationem eius. *Instrumenta iuncturarum.* [v] Conseruat membra apud casum, & restaurat, & prohibet effusionem materierū ad manus, & pedes, et prohibet corrosionem. *Membra capitis.* Prohibet catarrhum, & prohibet cursum oris & gingiuę. *Membra anhelitus & pectoris.* Conseruat viscera apud casum, & confert extenuationi, & etiam [v] sputo sanguinis: propterea, q exiccat vlcus pulmonis. *Membra expulsionis.* Confert [r] rasuræ intestinorū maligne bibitū, & clysterizatum, & proprie post clysterizationem cum hydromelle decliui ad puritatem: deinde aqua salis. *Venena.* Resistit [r] venenis, & morsibus bibitum cum vino, & linitum cum aceto. Et quod ex eo purum [r] est, cum bibitur non cessat facere nauseam, & facit [r] venenum vomitu exire: & proprie cum ante ipsum bibitur. Inquit [x] Gal. medicamine grani [x] †{alharar} facti ex eo expertus sum in lepore marino, & [x] cātharidibus: & inueni ipsum vomitu educens ea statim. Et iam quidem expertus fui ipsum in morsu canis rabiosi cum vino, & liniui ipsum sup morsum viperæ cum aceto, & posui super ipsum post linimentum folia scordeon, aut centauream. G H

De †{*Luto absolute*}.i. [y] Terra. *Cap.* 420.

Lutum absolute. *Natura.* Lutum omne īfrigidatiuum est. *Operationes & proprietates.* Est desiccatiuum, abstersiuū, & lutum quidē [z] †{alhar} terræ solaris est desiccatiuum corporū laxorum

A Dios. lib. 5. c. ...
B† D. à mulieribus ad amuleta
† Hagiar ... vel sheithus.
C Dios. lib. 5. c.
† Hagiar alhabes
D Dios. lib. 5. c.
D† Aethiopiæ
† Hagiar ... vel afrugi.
E Dios. lib. 5. c.
F Gal. 9. sim. c.
† Hagiar alh...
G Dios. lib. 5. c.
H 9. simpl. ... esse de numero ... pidum.
I 9. simpl. ... de iaspide.
† Hagiar ... balzait, vel ...
K Dio. lib. 5. c.
L Rasis vlti. ... t. 1. c. 408.
M† Hagiar ... iaspis.
N Lib. 9. sim... iaspide. 67. d
† Hagiar ... chefe.
O G. 9. simpl. c.
† Hagiar arme...
P Dios. lib. 5. c. Repetit. c. 57.
Q Ras. vlti. ... t. 1. c. 393.
R Ser. c. 379.
† Thin ...
R Dios. lib. 5. c.
R† D. ... in specu ... Lemno ... stri loco ...
S Lib. 7. 356.
T Ga. 9. simp. ...
V Ser. c. 395.
X Li. 9. simp. ...
X† iuniperi
† Thin.
Y Dio. lib. 5. c.
Z† argilla ... fiunt lapidea

A absq; mordicatione propter suã glutinositatẽ:& cum ei non admiscetur nisi adustũ, quod est sicut testa,& parietes adusti in sole,tunc in ipso est virtus resolutiua,q̃ si vice alia lauetur fit desiccatiuũ cũ æqualitate in caliditate & frigiditate subtile. *Decoratio.* Cõstringit carnẽ laxã. *Apostemata & bothor.* In [a] cerato ponit[ur] [a] †{ }sup scrofulas & duricies. *Membra nutrimenti.* Ex luto [b] terre solaris liniuntur hydropici,& splenetici,& iuuantur manifeste,et sanat carnosam multoties.

A Dio.lib.5.c.94.
A † testa fornacea
B Ga.li.9. simp.de dijs terre. 65. f, & Rasis vlt.conti. t.1. c. 438.
† Thin armeni.
C Gal. lib. 9. simpli.66.g.h

De †{*Luto armeno*}.i.[c] Terra ex armenia. *Cap.* 421.

Lutum armenum quid est? Est lutum rubeum,declinans ad cinericium, notum & alemum est ei propinquum in operatione. *Natura.* Frigidum est in primo,siccum in secundo. *Operationes & proprietates.* Retinet sanguinem:qm̃ eius [c] exiccatio est in vltimo. *Apostemata & bothor.* Confert apãtibus pestilentialibus bibitũ & linitum:& prohibet ambulationem putredinis membrorum. *Vulnera & vlcera.* Mirabile est in re vulnerũ. *Membra capitis.* Prohibet [c] catarrhũ,& confert [c] cola. *Membra anhelitus & pectoris.* Est bonũ sputo [c] sanguinis,& prohibet [c] phthisim: propterea, q̃a exiccat vlcus pulmonis,et est cura stricturę [c] anhelitus ex catarrhis. *Membra expulsionis.* Est bonũ [c] vlceribus intestinorum, & [c] solutioni, & fluxui sanguinis [d] matricis. *Febres.* Confert febribus [c] phthisicorum & [c] pestilentialibus propriẽ:& plures quidem iam sanati sunt ex pestilẽtia magna propter consuetudinem bibendi ipsum in vino subtili.Et si [c] bibitur in febre pestilentiæ, necessa-

D Ras.vlti. conti. t.1.c.438.

B rium est vt vinum perducat ipsum ad cor,& misceatur vinum illud cum aqua rosa.

† Tin samus.
E Dios.lib.5.c.94. Repetit.c.695.
F 9.simp.fo.65.h
G 9.simpl.fo.65.a

De †{*Luto samio*}.i.[e] Terra samia. *Cap.* 422.

Lutum samium quid est? Inquit [f] Gal.Nos vtimur eo ex hoc,q̃ nominatur stella samia. ego aũt dico,q̃ hominibus videtur,q̃ illud sit talk:verum de talk iam dixerunt veridici, q̃ ipsum inuenitur in terra grecorum in insula Cypri. *Operationes & proprietates.* Lutum samium:dixit [g] Gal. esse sicut sigillatum in retẽtione sanguinis,et rebus alijs:& est pluris aeritatis,q̃ sigillatum:quapropter est leuius,immo est vehementis leuitatis:& est tenacius, & viscosius, q̃ sigillatum: sed sigillatum est fortius eo. *Natura.* Hoc est viscosum,tenax,glutinatiuum,non indigens ablutione,& infrigidatio est parua,& sedatio plurima. *Apostemata & bothor.* Prohibet apostemata calida in ĩceptione,& bothor vehementius,[g] q̃ reliqua luta:& [c] confert apostematibus mamillarum.Et si infundatur non [f] sentitur in eo asperitas contrahens sicut sentitur ex sigillato. *Vulnera et vlcera.* Et [g] propter vehementiam suæ tenacitatis non confert vlceribus adustionis ignis sicut sigillatum. *Instrumenta iuncturarum.* [f] Confert in principio podagræ linitum. *Membra capitis.* Confert apostematibus,quæ sunt post aures. *Membra expulsionis.* Confert [e] eruptioni sanguinis à matrice,& egressioni [h] sanguinis cum egestione.

G Gal.ibidem. b
H Ga.9.si.fo.65.h
I † Thin almacul.
K Ras.t.3.c.36.

De [i] †{*Luto quod comeditur.*} *Cap.* 423.

C Lutum quod comeditur. *Operationes & proprietates.* Est [k] oppilatiuum,corruptiuum complexionis:verum ipsum confortat [k] os stomachi:& delet saporem malum cibi:& cum hoc ego nõ diligo vt administretur.Et habet proprietatem in prohibendo vomitum. Quod autem in ipso dicitur,q̃ ipsum bonificat anhelitum,vel s̃m aliam literam,q̃ ipsum bonificat stomachum est secundum comparationem desiderantium ipsum:& qui ipsum appetunt propter illud,quod accidit de gaudio per acquisitionem eius,quod desiderant.

† Thin heled almastache.
L Dios.li.5.c.94.
M G.lib.9.si.66.a
† Thin achrites.
N Ga.9.simp.66.f
O Dios. li.5.c.94. de lapide samio.

De †{*Luto terræ masticis*}.i.[l] Terra chia. *Cap.* 424.

Lutum terræ masticis. *Operationes & proprietates.* Est abstersiuũ,lauatiuum,[m] g̃natiuum carnis.

De †{*Luto cretico*}.i.[n] Terra cretica. *Cap.* 425.

Lutum creticum. *Operationes & proprietates.* Est plurimæ aeritatis: & est simile reliquis lutis prædictis,verum est debilius reliquis,& abstergit absq; mordicatiõe,et [o] debilitat sensus. *Membra oculi.* Confert vlceribus [o] eorum, & ĩflammationi eorum. *Membra expulsionis.* Alleuiat [o] parturitionem,secundum quòd dicitur,& [o] conseruat prægnantes suspensum super eas.

† Thin chimulia.
P Dios.lib.5.c.94. Repetit.c.174.

De †{*Luto chimolea*}.i.[p] Cimolia. *Cap.* 426.

Lutum kimolea. *Operationes & proprietates.* Quod de eo purum est,plurimi existit iuuamenti, & in ipso est infrigidatio,et resolutio:sed cum lauatur,destruitur eius resolutio. *Apostemata & bo-*

D *thor.* Cum [p] aceto ponitur super apostemata,quæ sub auribus sunt. *Vulnera & ulcera.* [p] Prohibet initium adustionis ab vlceratione.

† Thin alcharin.
Q Dios.li.5. c. 94.

De †{*Luto vitis*}.i.[q] Ampelitidæ. *Cap.* 427.

Lutum vitis. *Operationes & proprietates.* Exiccat non longe à mordicatione,& in ipso est aliquantulum resolutionis.

† Thin almagara.
R Dios.lib.5. c.61. Repetit.c. 480.
S Lib.7.de minio rubrico.356.

De †{*Luto magra*}.i.[r] Sinopica rubrica. *Cap.* 428.

Lutum magra. *Electio.* Melius est bagadadium purum, non permistum, brunum, declinans ad rubedinem:& illud est,quod dicitur persice culsara. *Operationes & proprietates.* Existimauit [s] Paulus,quòd ipsum est in operationibus stypticitatis,& exiccationis melius, quàm sigillatum. *Vulnera & vlcera.* Consolidat vlcera. *Membra expulsionis.* [t] Interficit vermes, & sorbetur super oua sorbilia,et [r] retinet naturam,et confert valde.

† Ethuha.
T Dio.li.4.c. 146.
T † D. Characias, Myrsinites, Paralios, Helioscopius, Cyparissias, Dendroides, Platyphyllos.

De †{*Lacticinio*}.i.[t] Tithymalio. *Cap.* 429.

Lacticinium quid est? Est omnis planta,quæ habet lac,acutum, solutiuum,incisiuum, adustiuum.Ex eo autem famosa sunt septem,[t] †{alhascir,et alscebrã,et aleibe, et hartanite, et almaheudane,et almezerion,et pentaphylli,}quod est habens folia quinque. omnia vero sunt mortifera,

Plurima vero intentio in eis, est in lacte ipsorum. & inueniuntur quidem lacticiniorum species, E
quæ sunt præter hæc famosa, sicut quædam species auriculæ muris, & quædam species volubilis,
& portulaca agrestis, & reliqua. Lac autem lacticinij absolute est lac aleibe, & videtur, ꝙ sit illud,
quod nominatur theriaca alfarahi & albusengi, & dixerunt etiam, ꝙ lacticiniorum sunt septẽ genera, quorum vna species est, lacticinium, quod dicitur masculus, & eius nomen est karakilus, &
post ipsum omnes sunt fœminæ, & eorum fortius est, quod similatur myrto, & nominatur burastius, deinde est arboreum generatum inter lapides, deinde illud, quod similatur, & scitur propter
illud, quod habet folia lata: deinde illud, quod assimilatur [a] †{cucumeri,}& noīatur cumarafias.s.
syrus, deinde alyus, seu alyrus: littorem quod nominatur marinum, q̃m nascitur in ipso. [b] Et dixerunt vice alia lacticiniorum fortius est masculus prædictus, & radix eius longior cubito ad rubedinem declinãs plena lacte. & eius rami sunt similes ramis oliuæ, sed sunt longiores, & strictiores, & radix lignosa, & oritur in altis locis asperis montanis. [c] Fœminæ autem, quę etiam nominatur nucalis planta eius est, sicut planta [d] †{herbę muris,}sed est maior, & fortior: & capita foliorum sunt spinosa, & egrediuntur ex radice eius stipites longitudinẽ palmi habentes: & fructificat
vno anno, & non fructificat alio, & fructus iste mordicatiuus est linguæ, similis nuci, et est inferius
primo in faciẽdo vomitum, & origo est sicut origo masculi. [e] Marinum autem, quod dicitur alchaschasi habet stipites palmorum declinantes ad rubedinem, pręparatos, super quos sunt quinq; F
aut sex folia subtilia, parua, lõga parumper, & eius fructus est sicut herbum, & sunt eius folia similia folijs lini, & eius capita sunt dupla, rotunda, & flores ipsius albi. [f] Et dixerunt hoc est lacticinium, quod dicĩt almecasmes, seu almesmin, quod est sicut portulaca, sed eius folia sunt plurima,
sed sunt strictiora, & vehementius rotunda, ex cuius radice egrediuntur stipites rubei pleni lacte,
quorum numerus est. iiij. aut. v. & ipsius stipites habent comas, sicut anethũ, & in ipsis est fructus
eius, & eius origo sunt domus desertæ, & circuitus ciuitatum ſm plurimum. [g] Scirum autem habet stipitem in mensura vnius palmi, & maiorẽ, & sunt folia eius similia folijs cupressi, & pini, sed
sunt subtiliora, & humidiora. [h] Petrosum autem, quod nominatur arboreum, habet folia sicut folia myrti parua, & sicut [i] †{folia lacticinij masculi,} & ipsum suprema habet humida, & plurimas
habet comas. [k] & hic est species lacticinij alia similis [l] †{cucumeri,} & radix eius, & folia ipsius
soluunt omnem aqueitatem. *Electio.* Fortius quod in lacticinijs est, est eorum lac, deinde semen,
postea radix, deinde folia. cum dicitur lac lacticinij absolute. *Natura.* Eius lac est calidum & siccum in quarto, reliqua vero ipsius sunt in secũdo, vsq; ad tertium. *Operationes & proprietates.* Est
vlceratiuum, interfectiuum, cumq; in lacunam ponitur, pisces omnes eleuantur super aquam.
Decoratio. Eradicat [m] mora, & [m] verrucas & alchilam, & carnes augmentatas in lateribus vnguis.
& [n] & eius lac abradit pilos, cum liniuntur ex eo, & proprie in sole, & qui nascũtur post illud, sunt G
debiles, & cum iteratur, non nascuntur omnino, & quandoq; permiscetur cum [o] oleo vt frãgatur
eius malitia, & administratur ad abradẽdum. *Vulnera & vlcera.* Et eius radice cum aceto linitur
durities, quæ est in circuitu [m] fistularum, & resoluit eã, & eradicat [m] impetiginem, & est conueniẽs
[m] vlceribus putridis, & corrosis, cum ponitur in cerato, & scabiei melancholicæ, & igni persico, &
herpeti hesthiomeno, & [m] cancrenis. *Membra capitis.* [p] Eius lac distillatum sup dentem corrosum
frangit ipsum, & deijcit ipsum, & q̃nq; ponitur cum alkitran, vt sit magis frangens virtutem eius:
sed melius est vt sanus locus muniatur [m] cera, deinde distilletur in ipsum post illud lac: et quando
eius radix in aceto [m] decoquitur, et ex eo os colluitur, sedatur dolor dentium. *Membra oculi.* Lac
[q] eius eradicat vngulã. *Membra expulsionis.* Eradicat hæmorrhoidas, et soluit [o] phlegma, et aquositatem, et si distillentur ex lacte eius duæ guttæ, aut tres super ficum, et desiccentur, et assumatur
soluit sufficienter, et similiter in sauich et pane: et quando bibitur et est purum, tunc est melius vt
assumatur in [m] cerato aut in cera et fauo, vt non vlceret os et guttur. quandoq; autem assumuntur
stipites lacticinij humidi, et torrefiunt super testam, seu super vas terreum paulatim, et teruntur.
et datur ex eis quantitas duorum kermet cum sauich, et effunditur desuper aqua, et bibitur. Eius
nanq; stipites sicci debiles valde sunt. et speciei quidem, quę nominatur chersiun stipites assumuntur, et in vmbra siccantur, de quibus cortices assumuntur, et accipiuntur ex eis nouem karmet, et H
infundũtur in vino veteri die et nocte, deinde colatur et fit tepidum, postea bibitur, et soluit absq;
impedimento. *Permutatio.* Loco eius ponitur in euacuando aquositatem et phlegma, triplum
ponderis eiusdem ireos, et duæ tertiæ ponderis sui serapino.

De †{*Laudano*}.i. [r] Ladano. *Cap.* 430.

Laudanum quid est? Est humiditas pendens in pilis [r] caprarum pascentium, et barbis earum,
cum pascunt plantam, quæ nominatur [r] †{chasus.}Cadit enim super eam res, et aggregatur in ea
humiditas, et permiscetur ille ros resudationi foliorum illius plantæ. Cum ergo inficiuntur eo pili
caprarum, et suspenditur in eis, assumitur ab eis laudanum: & illud quidem, quod purum est, est
quod pendet in barbis earum, in pilis earum, qui à terra eleuati sunt. Et malum erit, quod pendet
in partibus inferioribus earum, quoniam conculcant ipsum cum arena & terra. *Electio.* Melius
est illud, quod est pingue, ponderosum & ex insula Cypri boni [r] odoris, quod ad citrinitatem declinat, & in [r] quo non est arenositas, & resoluitur totum in oleo, & [r] ex quo non remanet fæx. Nigro vero piceum est non bonum. *Natura.* Est calidum in fine primi, siccum in secundo. Et dixit
Alcanzi, ꝙ est frigidum & stypticum, sed non est ita. Quod autẽ est in regionibus meridionalibus
est calidius.

A † verbasco,
B Diosc. Charac.
C D. Myrsinites vel Caryites.
D † daphnoidis, lijs myrti,
E Paralios
F Helioscopia.
G Cyparissias.
H Dendroides.
I † characiæ,
K Platyphyllos.
L † verbasco,
M Dio. li. 4. c. [illegible] Characias.
N D. Characias.
O Ras. [illegible] t. 1. c. 718.
P D. Characias
Q D. Characias.
† Laden.
R Diosc. li. 1. c. [illegible] Repetit. c. 172.
R † cistus.

A est calidius. *Operationes & proprietates.* Est subtile valde,& est in ipso pauca stypticitas,et est maturatiuum humiditatum grossarum,viscosarum,quas cum equalitate resoluit,in quo est virtus attractiua.Et est calefactiuum,[a] aperitiuum orificiorum venarum,et ingreditur in sedatione dolorum. *Decoratio.* Facit nasci pilos,& inspissat eos,& prolongat eos,& [b] conseruat proprie cum oleo myrtino,& cum vino [b] †{ }& non facit [c] hoc,nisi qm̃ ipsum est subtile,& profundatur & resoluit,& mundificat corruptionem corrodentem carnem,et est attractiuum.attrahit.n. materiam bonam ad pilos.verum ipsum non valet conferre caluiciei cum [c] incipit,& casui pilorum cum apparet cutis,& fluxui capillorum,& non peruenit ad hoc vt sanet alopeciam:qm̃ materia alopecię,nõ resoluitur nisi virtute,quæ est supra virtutem resolutionis eius,& virtute subtiliore magis, vacua stypticitate eius. *Vulnera & vlcera.* [d] In catageni,laudanum consolidat vlcera durę consolidationis. *Membra capitis.* Distillatur cum [a] oleo ros.in aurem dolorosam,& ingreditur in medicinis soda & pulsationis. *Membra anhelitus & pectoris.* Cõfert [a] tussi. *Membra expulsionis.* Resoluit [a] apãta matricis suppositum in pessario,& extrahit fœtum mortuũ,& [a] secundinam suffumigatione facta ex eo in traiectorio,& quando bibitur [a] cum vino antiquo constringit ventrem,& [a] ꝓuocat vrinã.

A Diosc.li.1.c.110.
B Cap.172.& Dio.
B† & myrrha,
C G.li.7. sim.51.e
D Gal.lib. 4.c.1. 220.b

De †{Lubue}.i.[e] Styrace. *Cap. 431.*

† Lebni.
E Diosc.lib.1.c.68. Repetit.c.600. & 623.
F 600.&.623.

Lubue quid est? est storax.Et dicitur illa,quæ liquida est mel lebni,& storacis vel astarach,& est B lachryma arboris,quæ est sicut cydoniorum. Et nos quidem iam diximus in [f] cap. storacis illud, quod diximus.Et nos reiteramus sermonem illum quãuis in eo sit reiteratio. Et iamdicitur, ꝙ est oleum arboris alterius rumiæ. *Electio.* Melior specierum storacis est illa liquida ꝑ seipsam, [e] mellina,gummosa,boni odoris perueniens ad citrinitatem,& non est nigra furfurea.Et quandoq; inuenitur de ea liquida similis [e] myrrhæ:& quãdoq; adulteratur cum oleis & melle. proijcitur enim in eis in sole,deinde exprimitur. *Natura.* Calida est in primo,sicca in secundo. *Operationes & proprietates.* Inest ei virtus [e] maturatiua,lenitiua valde,calefactiua,resolutiua: & eius fumus est similis fumo olibani,& in ipso est stupefactio per naturam.et eius oleum,quod fit in Syria lenificat fortiter. *Apostemata & bothor.* Confert [g] duritiebus in carne,& [g] linitur super bothor humidum,& siccum cum oleis. *Vulnera & vlcera.* Linitur [g] super scabiem siccam & humidam, & est [g] epithema bonum super eam. *Instrumenta iuncturarum.* Confortat mẽbra & confert lapidositati iuncturarum bibita & linita,& ponit̃ in oleis [e] conferentibus lassitudini. *Membra capitis.* Retinet, quod ex ea humidum est,& quod ex ea siccum est,[e] catarrhum suffumigatum, & [e] ad coryzã est vltima, & in ipsa est virtus faciens [e] subet,& præcipue in oleo eius. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert [e] tussi antiquæ,& phlegmati,& dolori gutturis,& [e] clarificat vocem raucam cũ lenitate vehementi. *Membra nutrimenti.* Digerit. *Membra expulsionis.* Lenit subtiliter naturã,& prouocat vrinã,& C prouocat [e] menstrua conuenienter bibita & supposita,& lenit [e] duritiem matricis.& quod ex ea siccum est,[g] stringit ventrem,[g] †{& cum ex storace, aut ex liquida, aut ex sicca bibitur aur. cum æquali pondere de gumma amygdalarum:soluit phlegma viscosum absq; impedimento.} *Permutatio.* Loco eius ponitur [h] æquali pondere castoreum,& duplum eius de oleo sisamino.

G Ser.c.46.
G† exiguum cum resina terebinthina cataporij mõ deuo retur,aluũ leniter mollit.
H Gal. de substitutis medicinis.

De †{Lacca}. i.[i] Cancamo. *Cap. 432.*

† Luch.
I Diosc.l.b.1.c.23. Repetit.c.391.
K Li.7.de cãcamo. 358.& Diosc.
L Cap.391.
M Ser.c.181.

Lacca quid est? Dixerunt quidam de quibus est [k] Paulus,est gumma herbæ similis myrrhæ boni odoris,& oportet quidem vt administretur cum cautela.Alij vero errauerunt, & [l] dixerũt hoc est karabe.Et dixerunt quidam,ꝙ hæc est lacca,verum lacca in plerisque proprietatibus est in virtute karabe. *Decoratio.* Est extenuatiue virtutis vehementis. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert tremori cordis. *Membra nutrimenti.* [m] Confert hepati,& confortat ipsum,et confert [m] ictericitiæ, & [m] hydropisi,& doloribus hepatis.

[n] De †{Lehibach.} *Cap. 433.*

† Lahaie.
N Rasis vlti.cont. ...c.389.

Lahaie quid est? Est arbor sesahie habens rosas boni odoris parum,quam apes pascunt,& videtur,ꝙ sit arbor,quæ nominatur besaraue albusengi altiriach quamuis non verificem illud. Et eius [n] quidem virtus est proportionalis prasio,verũtamen est debilior ipso,et est lacticinium. *Natura.* Est calida & sicca in secundo.Et dicitur,ꝙ est calida & sicca vsq; ad quartum. *Operationes & proprietates.* [n] Cum proijcitur ex lacte eius in gurgite piscium aliquid super aquam,eleuat eos. D *Membra nutrimenti.* Facit virtuose vomere. *Membra expulsionis.* Soluendo educit aquam.

De †{Luhabat barbarica.} *Cap. 434.*

† Lhabe.

Luhabat barbarica quid est? Est quiddam,quod est sicut hermodactyli, & affertur de partibus Africæ,& adulterantur cum eo hermodactyli. *Natura.* Calidum est & siccum in secundo. *Membra expulsionis.* Mouet coitum.

De [o]†{Lingua auis.} *Cap. 435.*

O† Lesan alasafir.

Lingua. *Natura.* Est calida in tertio,humida in primo. *Operationes & proprietates.* Est in folijs eius constrictio,& mundificatio,& vis consolidandi. *Vulnera & vlcera.* Folia eius consolidãt, & vlcera humida carne replent. *Instrumenta iuncturarum.* Cortices eius cum aceto super constrictionem lacertorum positi,conferunt. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert [p] tremori cordis. *Membra expulsionis.* [p] Addit in coitu. *Permutatio.* Loco eius in mouendo coitum ponitur æquale pondus de [q] nuce excorticata,& pondus eius de tuderi rubeo.

P Ras.t.3.c.39.
Q Ser.c.216.

De †{Lingua bouis}.i.[r] Buglosso. *Cap. 436.*

† Lesan althaur. i. buglossa.
R Diosc.li.4.c.112. Repetit.c.384.

Lingua bouis quid est? Herba lata habens folia sicut almaru. & aspera ad tactum, & rami eius

asperi sunt sicut pedes locustarum,& color eius est ex viridi & citrino. *Electio.* Oportet vt administretur illa,quæ est corasceni,grossa habens folia super quorum faciem sunt puncta,quę sunt radices spinarum,& pilorum exeuntium ab ea. Quæ autem in hac terra reperitur, & qua vtuntur medici,plurimum eius est genus almaru,& non est lingua bouis,& neq; confert vt iuuamentum illius est. *Natura.* Proxima est æqualitati in calore:ad caliditatem enim declinat paruam,& est in fine primi in humiditate,& quæ sicca est,est minoris humiditatis.Et dixerunt aliqui,ꝙ est frigida & humida in fine secundi,sed illud est longinquum. *Membra capitis.* [a] Virtus eius,quæ adusta est remouet [b] alcola,quæ sunt in infantibus,& sedat inflammationē oris,& similiter ipsamet. sed ipsa est debilior. *Membra anhelitus & pectoris.* Est lætificatiua,confortatiua cordis,bona melancholiæ ex solicitudine,& tremori cordis [c] in vino,& dispositionibus melancholicis, & [a] quidam in potu eam tribuunt ad tremorem cordis calidum cum luti armeni pondere.ij.drach.[d] & confert tussi,& asperitati cannæ,& proprie cum coquitur cum hydromelle,& zuccaro. E

A Sera.c.83.
B Rasis vlti.cont. t.1.c.131.
C Dios.li.4.c.12.
D G.li.6.sim.45.

[e] De †{*Lingua arietis.*} *Cap.* 437.

Lingua arietis quid est? Est duorum generum.s.parua & magna, Inquit Diosc.ipsa nominatur plurium [f] costarum,& habet.vij.costas.Et folia quidem magnæ,maiora sunt folijs paruæ, & eius substātia est composita ex aqueitate & terreitate,& aqueitate quidem infrigidat,& terreitate constringit. *Electio.* Earum magis iuuatiua est [e] maior,& fructus quidē,& radix sunt propinqui natura folijs. Verum sunt magis sicci,& minus frigidi. *Natura.* Est radix eius siccior, & minus humida,& frigus eius est minus stupefactione ipsius,et siccitas eius est infra ipsius mordicationem. & propter illud est vltima ad vlcera,& est subtilis.& proprie cum siccatur.Inquit [g] Gale.Est frigida & sicca in secundo. *Operationes & proprietates.* Folia ipsius sunt constrictiua,repercussiua cum aqueitate frigida,& propter illud sunt vincentia cursum sanguinis. & siccitas eius non est mordicatiua,& propter illud est iuuatiua ad consolidanda vlcera antiqua,& recentia, & neq; est aliquid melius ea.& in ea est apertio propter abstersionem, quæ est in ea. Sed [e] & radix eius suspenditur super collum habētis scrofulas. *Apostemata & bothor.* Est bona [e] apostematibus calidis, et [e] adustioni ignis,& formicæ,& [e] sceræ,& erysipilæ,& apostematibus radicum [e] auris, & [e] scrofulis. *Vulnera & vlcera.* Est bona [e] vlceribus fraudulētis,& igni persico ambulatiuo,& [e] vlceribus antiquis & vulneribus profundis,& est sublimis vniuersaliter in his capitulis, & confert cum [e] kimolea & cerusa quando ponitur super erysipilam. *Instrumenta iuncturarum.* Fit ex ea emplastrum ad [e] elephantiam,& prohibet augmentum eius,& ipsam detumescere facit. *Membra capitis.* Confert dolori auris ex caliditate.Et decoctio radicis,ore ea colluto confert dolori dentis, & pulmentum lentium in quo ponitur ipsa loco siclæ confert [e] epilepsiæ,& quando distillatur succus foliorum eius in aurem [e] illius,qui dolorem patitur auris,sedat dolorem.[h] †{ Et quando masticatur radix eius, aut colluitur os ex succo ipsius sedat dolorem dentium,}& similiter aqua foliorum eius sanat alcola. *Membra oculi.* Confert [e] ophthalmiæ,& dissoluuntur collyria [e] ophthalmiæ cum succo eius & conferunt. *Membra anhelitus & pectoris.* Semen eius confert sputo [e] sanguineo,& pulmentum lentium in quo ponitur ipse loco siclæ,confert [e] asthmati. *Membra nutrimenti.* Radix & semen & folia ipsius sunt bona in cura oppilationum hepatis & renum, & ex ea quidem decoquitur pulmentum lentium,& [e] ponitur ipsa loco siclæ, & confert hydropisi. *Membra expulsionis.* Confert [e] vlceribus intestinorum,& [e] solutioni cholericæ potus seminis eius & clysterizatio cum succo ipsius,& fluxum sanguinis hæmorrhoidarum retinet,& bibuntur folia eius cum vino ad dolorem vesicæ,& [e] renum. *Febres.* Dicitur,ꝙ [e] confert febribus almethelete.i.triplicatis,seu quartanis,& oportet vt ad tertianam bibantur tres radices eius in vncijs.iiij.5.vini commisti, & ad quartanam quatuor radices eius similiter. *Venena.* Ponitur cum sale super morsum [e] canis rabiosi. F G

E Dios.li.2.c.113.
† Lesan albamel. plantago.
F Ser.c.223.
G Li.6.simpl.

De [i] †{*Lingua.*} *Cap.* 438.

Lingua quid est? Substantia composita ex carne laxa,in qua [k] penetrant venæ,& nerui,& lacerti,& humor eius est humidus.

H† D.Decocta radix & manducata, & collutione dentiū dolores sedat.
I† Lesan.
K Paul.li.1.c.39.& Ras.t.1.c.11.

De †{*Luchardis*}.i.[l] Morochtho. *Cap.* 439.

Luchardis quid est? Est lapis Aegyptius quo [l] fullones vtuntur in dealbatione pannorum, laxus,qui in aqua [l] velociter soluitur. *Operationes & proprietates.* Est glutinatiuus,exiccatiuus absq; mordicatione,stypticus,prohibens fluxum materierum ad membrum. *Vulnera & vlcera.* Est iuuatiuum vulnerum,& [l] vlcerum,& proprie in membris lenibus. *Membra oculi.* Confert fistulis lachrymalibus:& ingreditur in [l] medicinis vlcerum oculi. *Membra anhelitus & pectoris.* Est bonus sputo [l] sanguinis. *Membra expulsionis.* Confert solutioni antiquæ & dolori [l] vesicæ,& supponitur ad abscindendum fluxum [l] sanguinis [l] †{ } H

† Luchardis.
L Dios. lib.5.c.97.
L† e vulua.

De †{*Luf*}.i.[m] Dracunculo,& Aro,siue Lupha. *Cap.* 440.

Luf quid est? Alia est plana,& alia est crispa,sed crispa est calidior, & existimatur, ꝙ sit ea, quæ dicitur luf serpentis.Et in plana quidem est terreitas plurima,quapropter minoratur eius abstersio ab abstersione crispæ,etsi ambæ sunt abstergentes.Inquit Dios.[m] †{folia eius sunt similia folijs drachithum & minora propter diuersitatem impressionum in eis, & stipites eius sunt vnius palmi,& eius radix est sicut radix medicinæ prædictæ,similis pistello mortarij, & fructus eius est citrinus.Crispa autem est sicut oliua.} *Natura.* Plana est calida in fine primi,& sicca & crispa in fine secundi,& in calefactione,& fortius,quod est in ipsa est semen eius, & iuuantius,quod est in ipsa

† Luf.i.dragōtea.
M Dios.li.2.c.155.&.159.
M† D.Folio ꝗ̃ hederaceo magno, candidis notis insigni, caule recto, bicubitali, versicolore, maculis resperso purpureis, ita vt anguem planè referat, baculi crassitudine fructus summo caule racematim cohæret, colore primū herbacco,& cū ematuruerit, croceo, gustu feruens, mordaxque radice aliquātulum rotunda, bulbosa, aro non absimili, tenui obducta cortice.
D.li.2.c.159.de aro. Arū siue lupha folia emittit draculi, sed lōgiora, & pauciora distincta maculis caulē supurpureū, dodrantalem; pistilli specie quo croceum semen exit, radice dracunculi alba.

A ipsa, est radix eius. *Operationes & proprietates.* Est aperitiua oppilationũ, incisiua humorum grossorum viscosorum cum incisione æquali, & in ipsa est abstersio. Et crispa quidem in omnibus istis est fortior, q̃ aliæ, & proprie plana terrea. *Decoratio.* Radix [a] †{crispæ} abstergit pannũ, & [b] morpheam, & letigines paruas, & magnas, & proprie cum melle, & linitur cum vino super [b] fissuras frigoris. *Apostemata & bothor.* Confert apostematibus indigẽtibus abstersione. *Vulnera & vlcera.* Permiscetur radix eius, & proprie radix crispæ cum [b] vite alba, & ponitur in emplastris fraudulentis. Et illa in qua est humiditas est conuenientior vulneribus, q̃ sicca, quæ est acutior, q̃ illud quo indigetur in vulneribus. Et qñq; contusa sumitur loco lycinij & emplastri ad omnia vlcera, & [b] fistulas, & fiunt ex radice eius glandes ad fistulas. Et folia eius sunt bona vulneribus malis. *Instrumenta iuncturarum.* Radix [b] †{alluf} cum stercore vaccino valet supra podagram, & [b] contusionẽ lacertorum. *Membra capitis.* Succus [c] †{botri eius, quæ est domestica} confert dolori auris. Et [b] quando ponitur in naso [d] †{cum oleo ros. prohibet corrosiones, } & [b] cancrum factum in eis. [e] †{Et cum accipitur succus botri luf serpentis, quæ est super eius extremitatem, & quãdo miscetur succus eius cum oleo, & distillatur in aurem, sedat dolorẽ.} Et radix quidem eius est ex medicinis abstergentibus sordes auris exiccantibus vlcera eius conferentibus surditati. Et semen luf sanat hæmorrhoidas, quæ sunt in naribus: ita q cancerositatem earum, immo cancrum ipsum, & B consilium est vt ponatur in naribus cum lana. *Membra oculi.* Confert [b] radix eius vlceribus oculi. *Membra anhelitus & pectoris.* Facit spuere, & cõuenit asthmati, & dilatationi [b] anhelitus, & coquitur in aqua aliquoties, donec remoueat̃ medicinalis vis eius: deinde comedit̃ in dilatatione anhelitus, & in asthmate [b] antiquo, & radix eius facit illud, sed in crispa fortius. *Membra nutrimenti.* Ex eius comestione generatur humor grossus. *Membra expulsionis.* Crispa mouet [b] coitum in vino, & mundificat renes, & confert hæmorrhoidibus: & dicitur, [b] q cum ex fructu [g] †{crispæ} sumuntur triginta numero cum aceto misti, aut vino, eijcit fœtum. Et quandoq; supponitur glans ex ea facta, & facit [b] abortum, & quandoque facit abortum [b] odoramentum huius plantę apud arefactionem floris eius: & quandoque prouocat [b] vrinam. *Venena.* Quando fricatur [b] radix eius super corpus, non mordet ipsum vipera.

A† dracunculi

B Diosc. li. 2. c. 158. & 159.

B† Ari Dio. li. 2. c. 159.

C† D. feminis cũ oleo instillatus

E† ex lana polypum absumit,

E† ————

G† dracunculi

De †{Liminio}. i. [h] Limonio. — *Cap.* 441.

Liminium quid est? Fructus eius [i] est stypticus siccus. *Membra expulsionis.* Confert solutioni [h] ventris, & sanguinis, & datur ad hoc in vino, & similiter [h] fluxui sanguinis menstrui. & potio eius est [l] †{heesunesi.}

[k] De †{Lacte.} — *Cap.* 442.

Lac quid est? Lac ex tribus [l] compositum est substantijs aqueitate, & caseitate, & butyrositate. C Et in vaccino quidem multiplicatur butyrositas. Lac [m] vero camelarum partui vicinarum minus habet butyrositatis, & caseitatis, & est subtile valde. Et lac [n] asinarum etiam minus existens butyrosum, est subtile. [m] Caprarum vero lac est temperatum. Et lac [k] ouinum est grossum pingue. Et lac vaccinum est pinguius & grossius. Equarum [m] vero lac est sicut lac camelarum partui vicinarum subtile aquosum. *Electio.* Lac, [o] quod melius est hominibus est lac muliebre: & lac melius est, quod ex vbere sugendo bibitur, aut sicut mulgetur, & melius ipsius est, quod est vehementis [k] albedinis, æqualis essentiæ, quod super vnguem distillatum figitur, & non currit, & est animal eius depastũ planta bona, & [p] non est in ipso sapor extraneus, declinans ad acetositatem, aut amaritudinem, aut acredinem, aut odor extraneus horribilis. Et [q] oportet vt administretur statim vt mulgetur, antequam conuertatur. [r] Et lac quidem omnis animalis, cuius prægnatio est prolixior prægnatione mulierum aut breuior est malum, quapropter proportionale, est illud, quod est proximum sicut vaccinum. *Natura.* [f] †{Aqueitas est calida, & butyrositas ad æqualitatem tendit, licet ad caliditatem declinet.} Et lac acetosum est frigidum & siccum. *Operationes & proprietates.* Aqueitas eius est subtiliatiua, lauatiua, solutiua. Et in ipsa non est mordicatio. Et lac quidem est nutritiuum, & æquat chymos, & confortat corpus, & impinguat. Et quando bibitur cum melle mundat vlcera interiora ab humoribus grossis, & maturat ea & lauat, & est boni chymi, augmen- D tum faciens in cerebro, & proprie lac muliebre. & lac quidem est propinquæ digestionis. & quomodo non, cum sit generatum ex sanguine, quod est in summo digestionis, cui superuenit digestio quædam alia, quamuis sit ex membro: quod ad frigus declinat? non enim nutritur ab eo, donec fiat in dispositione cibi, qui indiget digestione plurima, & clarificatione post clarificationem: immo quando dominatur ei caliditas bona, reducit ipsum ad naturam sanguinis æqualis velociter. O quam bonum est, quod Rufus dixit de eo, & si ei contradicatur, & propter declinationem suam ad frigus aliquod nocet phlegmaticis: quoniam caliditas eorum non conuertit ipsum ad sanguinem sicut oportet. Et corpus vtitur ipso ante conuersionem eius: propterea, quod est ei propinquum, & propter hoc confert habentibus complexionem calidam & siccam, cum in ipsorum stomachis non est cholera. Amplius lac cum corporibus proportionalitates habet: quarum causæ non comprehenduntur. Illum autem, qui bibit lac, post ipsum quiescere oportet vt non corrumpatur, & non acescat. verum oportet vt non super ipsum dormiat, neque suscipiat super ipsum cibum alium, donec descendat: & est magis conueniens consistentibus, quàm adolescentibus calidam habentibus complexionem. nam conuertitur in ipsis ad choleram. et confert senibus etiam: propterea, q humectat, & remouet pruritum, qui eis est proprius. sed oportet vt

† Limunium.
H Dio. lib. 4. c. 14.
I Raf. vlti. conti. t. 1. c. 423.
I† ex vino acetabuli mensura.
K Diosc. li. 2. c. 61.
† Leben.
L Ga. lib. 4. simpl. c. 17. c, & de suc. bon. c. 4. c
M G. li. 3. alimen. c. 15. f
N Ga. li. 5. metho. c. 12. a
O G. lib. 10. simp. 73. f, & 7. metho. 44. g, & 1. de sanit. tuenda. c. 9. c
P G. 10. simpl. 73. e
Q G. 10. simp. 73 f
R Raf. vlti. conti. t. 1. c. 385.
S† Gal. lib. 4. simplicium. cap. 17. c, pinguis maxime tẽperata, crassa paulũ ab ea declinat, & excrementum illud serosum & frigidũ & humidum.

iuuentur ad ipsum digerendum cum melle. Et multoties quidem incipit lac soluere, & extrahere E superfluitates, quæ sunt in partibus intestinorum: deinde incipit nutrire, & expanditur in corpus, & retinet materiam. & est inflatiuum nisi bulliatur. & est compositum ex soluente, quod est eius aqueitas, & constringente, quod est caseitas ipsius. Et alleba est tardæ digestionis, & grossi humoris, & tardæ descensionis. Mel vero ipsam rectificat, & acquirit ex ea corpus nutrimentum plurimum. & acetosum est crudi humoris, & quod decoctũ est, & proprie, quod est grossius est magis constrictiuum. & omne quidem lac possidere [α] oppilationes, & proprie in hepate, nisi lac camelarum fœtarum, & similium propter paucitatem caseitatis eius, & abstersionem aqueitatis ipsius. & confert materiebus, quæ effunduntur ad membra interiora, & lædunt ea sua acuitate & mordicatione. debilitat. n. eas, qm̃ lauat ipsas vltra ablutionem aquæ, propter abstersionem aqueitatis suæ, quæ abstersio non est in aqua, & æquat qualitatem earum, ita vt intermediat cum proportionalitate ad membrum, deinde glutinat eas super ipsum. s. inter membrum, & inter humorem malum. non ergo obuiat ei humor nudo. Et ipsum nocet habentibus fluxum sanguinis. Lac preterea non est bonum visceribus, & [a] lac caprarum est minus nocẽs visceribus, q̃ aliud. Nãq; plurimũ eius quo pascitur est constrictiuum. Ouinum vero lac est è contrario. & non est laudabile, & in ipso est inflatio. Et lac quidem in sua substantia est velocis conuersionis, & proprie ad caliditatem, & neque est aliquid nocibilius corpori, q̃ lac malum. Et lac [b] quidem asinarum est aquosum, et lac [c] porcinũ F aquosum est non maturum, & lac [a] vernale est aquosum, comparatum ad æstiuum, & similiter lac animalis cuius pastus est ripa, aut terra limosa, qm̃ plantæ [d] veris sunt aquosæ comparatæ ad plantas æstatis. & quanto magis ingreditur vel accedit æstas ad autumnum, tanto fit magis grossum. & quod melius est, est illud, quod est in medio æstatis, veruntamen timetur in ipso, q calor ipsum conuertat postq; potatum fuerit. illud vero non timetur in vere. Vaccinum præterea est plurimi butyri. Et ouium plurimę est caseitatis & butyrositatis. sed caseitas in lacte camelino est pauca, postea in lacte æquino, deinde asinino, & propter hoc raro caseatur in stomacho, et superioribus ventris. Et in lacte quidem camelino est salsedo: propterea, quia diligunt acetosum, & hoc est melius lac, & cum hoc dicitur, q est vehementis tarditatis in stomacho, & superioribus ventris. Et [e] scias, q lac diuersificatur ẽm species animalium, & ẽm ætatem, si est paruum, aut magnũ, aut mediocre, & ẽm formam si est lenis carnis, aut duræ, pingue, aut extenuatum, album, aut alium habens colorem. Et debilius quidem lac, ẽm q dicitur est lac albi, & est velocioris descẽsionis. *Decoratio.* Plurimus vsus [f] lactis generat pediculos, ẽm q quidam existimauerunt, & non elongatur, verũ ipsum abstergit cicatrices fœdas in cute linitum, & colorem efficit valde bonum bibitum, verum ipsum facit multoties accidere albaras nisi lac camelarum recenter fœtarum. ex ipso. n. raro timentur albaras. Et quando bibitur cum zuccaro colorem efficit valde bonum, & proprie mulierum, & im- G pinguat ita etiam, q aqua casei impinguat habentes complexiones calidas & siccas cum propter ipsam sint macri. & non impinguat eos, nisi propterea, q humectat & extrahit humorem malum, quare rectificat nutrimentum. Et lac quidem alraib cum scoria impinguat illos velociter. Aqua vero casei delet pannum & cicatrices linitum, & quandoq; confert eis bibitum. *Apostemata & bothor.* Multoties sanantur illi quibus accidunt apostemata mala, & carbunculi, & almescere, & scabies, & [a] pruritus bibitione lactis cum in complexionibus eorum nõ fuit, quod corrumpat ipsum, & conuertat ad choleram. Et lac quidem nociuum est habentibus apostemata intrinseca. *Vulnera & vlcera.* Lac rectificat [a] vlcera intrinseca per hoc, q lauat, & q glutinat, et q mundificat, & cum non est in complexione, quod corrumpat ipsum, & ad choleram conuertatur habentibus vlcera. & aqua quidem casei cum myrobal. scabiei est conueniens. *Instrumenta iuncturarum.* Lac malum est [a] neruis, & habentibus ægritudines neruorum, proprie frigidas & phlegmaticas. *Membra capitis.* Lac caprinum confert catarrhis, & retinet eos, & ipsorum acredinem meliorat. Et confert vlceribus palati, & lac est cura obliuionis siccæ: & tristitiæ, & alienationis. Et lac [g] quidem nocet dentibus, & corrodit eos, & concauat, & consumit eos, & proprie cum dens est frigidę complexionis, & [g] laxam efficit gingiuam, immo oportet vt post ipsum colluatur os cum melle, & vino, et oxymelle. Lac [a] asininum, ẽm q dicitur cum colluitur ex eo os, confirmat dentes, et [a] gingiuam, et H non est conueniens habẽtibus soda, et [a] vertiginem, et tinnitum, et proprie dormire super ipsum, et vniuersaliter nocet [g] debilia habẽtibus capita. *Membra oculi.* Lac facit euenire tenebrositatem visus, et caliginem: verũtamen cum mulgetur in oculo confert ophthalmiæ, et nocumento materierum calidarum effusarum ad oculum, et asperitati. Et similiter [h] quando permiscetur cum albumine oui, et oleo ros. crudo, et ponitur super oculum. et confert emulsio eius in ipso tarfati. *Membra anhelitus & pectoris.* Lac asininum, et caprinũ bona sunt tussi, et phthisi et sputo sanguinis, ẽm q inuenitur in loco suo. Et lac ouinum iuuatiuum est sputo sanguinis. Et iterum lac est ex medicinis vlcerum [a] pulmonis, et phthisis: et confert ore colluto ex ipso et gargarizato præfocationi, et squinãtiæ, et apostematibus vuæ, et amygdalarum: verũtamen est nocitiuum habentibus tremorem cordis humidum quocunq; modo sit ex sanguine aut phlegmate. et lac quidem camelarum nouiter fœtarum confert asthmati, et frequentiæ spiritus. Et lac est conuenientius pectori, q̃ capiti, et stomacho. *Membra nutrimenti.* Lac facit [i] possidere [α] oppilationes in hepate, et aqua [k] casei confert icteritiæ. Et lac caprinum, et lac camelarum omnium, et lac asinarum confert hydropisi, et conferunt omnia illa duritiei splenis. Lac camelarum nouiter fœtarum cum oleo de alkerua est

conueniens

Infra α

A Diosc. lib.

B G. li. 6. ... c. 11. g. & ... c. 12. a

C Gal. li. ... fo. 73. f

D G. li. 3. alim. c. 15. f

E Gal. li. 5. de ... tuen. c. 7. g. h

F Rasis vlti. cont. t. 1. c. 385.

G G. 3. alim. c. 15.

H Ga. 10. simpl. fo. 73. h

I G. 3. alim. c. ...

Supra α

K Ras. 33.

A Dio.lib.2.c.61. A conueniens duritiebus intrinsecis, et facit [a] euenire inflationem in stomacho, et dolorem, et proprie alleba: et ambo commouent singultum, et eructuationem fumosam, et proprie lac, et nocet [a] splenetico, et hepatico, et indigentibus regimine subtiliatiuo, nisi lac camelarum fœtarum, ipsum enim confert ægritudinibus plurimis splenis, et hepatis, et impinguat hepar. Et lac [b] quidem camelarum fœtarum confert [c] hydropisi valde, et proprie quādo bibitur cum vrina camelarum nouiter fœtarum arabicarum, et [d] excitat desiderium cibi, et facit sitim. Et lac quidē acetosum est tardæ digestionis valde, et est crudi humoris, verum stomachus calidus naturaliter, aut accidentaliter digerit ipsum, et [e] iuuatur cum ipso, et non eructuat fumose propter ablationem butyri ab ipso. *Membra expulsionis.* Aqua casei soluendo educit cholerā adustam, et cum epithymo soluit melancholiam adustam. Et lac facit euenire lapidem. Et lac quidem decoctum donec consumatur eius aqueitas, constringit vētrem, & retinet fluxum sanguinis per inferiora. Et lac quidem camelarum nouiter fœtarum prouocat menstrua. Et illud de quo extractum est butyrum, est bonum solutioni cholericæ. & fit clystere ex lacte nouiter mulcto ad vlcera intestinorum, & matricis. Lac caprinum valet [a] vlceribus vesicæ. Et lac succurrit nocumento coitus, & vigorem fert ad coitum, & facit prouenire inflationem in visceribus. Omne præterea lac grossum excitat colicam, & [f] generat lapidem, & alleba proprie. Et lac quidem excitat coitum, ita ꝙ etiam lac acetosum, & almest in cor

B poribus calidæ complexionis hoc facit: propterea, ꝙ humectat, & ꝙ inflat. Et sæpe lenit ventrem, & proprie lac equinum, camelinum, & asininum: deinde lac vaccinum, postea lac caprinum, & quanto plus minuitur aqueitas. & quandoq; soluit ventrem multitudo ipsius, qm̄ non digeritur. Et [g] sal quidem iuuat ad solutionem ipsius, & ad solutionē aquæ lactis. Decoctum vero & inspisspissatum in quo extincti sunt [h] lapides igniti, & laminæ ferri proculdubio ventrem cōstringit. Et lac quidem confert rasuræ intestinorum. Et lac acetosum decoctum constringit fluxum cholericum & sanguineum. Et lac quidem camelarum recenter fœtarum confert [i] hæmorrhoidibus. & quando lac ponitur sup apostemata ani, & vlcera eius, & apostemata femoris, & vlcera ipsius, confert, & sedat dolorem accidētem in his membris. *Febres.* Lac caprinum, & lac asininum sunt bona phthisi & hecticę, s̄m ꝙ determinatur in loco suo. Et lac acetosum multoties expellit febres hecticas, qn̄ aufertur eius butyrum, & fuerit ita, ꝙ bene digeratur. Lac vero recenter mulctum grossum s̄m [a] plurimum prohibetur in febribus, & non oportet approximare ei patientem febrem penitus. *Venena.* Lac confert potui medicinarum [a] mortalium, & ei, qui sumpsit in potu [a] leporem marinum, & gummam rutæ agrestis, & sucharan & [α] iusquiamum, et proprie, qui in potu sumpsit cantharides, & leporem marinum, & gummam rutæ agrestis, & elleborum, & strangulatorem adib & leopardi, & omnes medicinas corrosiuas, putrefactiuas. & est cura eius, qui in potu sum-

C psit [α] iusquiamum: reducit enim ipsum ad rationem suam.

B Lib.3.F.14.t.4.c.13. C Raf.32. D Raf.33. E Gal.3.alimento. c.16.c.d F D.&G.3.alim. c.15.a,&.5.de sanit. tuen.c.7.g G Gale.5.meth. c.12.a H Ga.3.ali.c.15.g I Raf.33. *Infra α* *Supra α*

K† Serangi, vel ferangi alcutrub.

De [k] †{*Lampade alcutrub.*} *Cap.* 443.

Lampas alcutrub quid est? Est planta proxima hyssopo. *Electio.* Quod de ea administratur, est semen ipsius. *Natura.* Est calida in primo, sicca in secundo, & est in fine secundi. *Operationes & proprietates.* Est aperitiua, & magis dominans in ea est stypticitas, & abscindit fluxum quocūq; modo sit. *Vulnera & vlcera.* Consolidat. *Membra capitis.* Fit ex ea emplastrum, & abscindit fluxum sanguinis ex naribus. *Membra anhelitus & pectoris.* Prohibet sputum sanguinis. *Membra expulsionis.* Confert vlceribus intestinorum clysteri facto ex ea.

L Diosc.lib.3.c.97. † Susen. M Cap.358. N Gal.7.simplic. fo.53.a.b

[l] De †{*Lilio.*} *Cap.* 444.

Lilium quid est? De ireos quidem iam [m] diximus. Et in lilio [n] quidē hortulano est terreitas subtilis, acquirens amaritudinem, & in ipso est aqueitas æqualis complexionis. *Natura.* Album hortulanum, quod nominatur lilium azeth est calidum & siccum in secundo: ireos vero syluestris est vehementioris calefactionis et exiccationis. *Operationes & proprietates.* Radix eius est abstersiua, & desiccatiua cum æqualitate. Et radix eius est magis abstersiua, & oleum eius est subtilius: quoniam eius flos est subtilior. Et oleum eius est vehementioris resolutionis & lenificationis, siue sit aromatizatum, siue nō sit aromatizatum. & ireos quidem in omnibus illis est fortior, & est stypti-

D cus cum hoc, & in ipso est virtus sanādi dolores & putrefactiones. *Decoratio.* Confert [l] panno, & lentiginibus, & proprie radix eius & mundat faciem abluendo & lustrat ipsam, & remouet contractionem seu [l] corrugationem eius. *Apostemata & bothor.* Si terātur folia & semina multum, & fiat ex eis emplastrum super [l] erysipilam cum vino, cōfert ei valde, & similiter super apostemata phlegmtica immatura, & [o] scabiē vlcerosam, & escharas, & sahaf, & proprie cum permiscemus ea alijs medicinis. *Vulnera & vlcera.* Radix eius confert [p] adustioni [β] aquæ calidæ, qm̄ exiccatiua est, cum abstersione æquali, & similiter folia eius decocta, & consolidat. Et melius quidem est vt sit administratio eius cum oleo rof. Succus [l] vero ireos & reliquorum decoquitur in aceto & melle, & in vase æreo, & valet ad vlcera antiqua, & vulnera. Et [p] domesticum quidem est melius medicinarum, quæ sunt adustioni [β] aquæ calidę. *Instrumenta iuncturarum.* Est bonum [l] incisionibus neruorum. *Membra capitis.* Ex decoctione radicis eius fit oris collutio ad dolorem dentium, & proprie eius, quod syluestre est. Et oleum quidem eius est cōueniens [l] vlceribus capitis, & [l] furfuribus eius, & qn̄ distillatur in aurem sedat dolorē eius & sonitum. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert radix eius anhelitui dilatationis, & proprie ireos. *Membra nutrimenti.* Cōfert [q] spleni, & est malum stomacho proprie oleum eius. *Membra expulsionis.* Oleum eius est resolutiuum, aperitiuum,

O D.&G.7.simplic.53.b P Ser.c.189. *Infra β* *Supra β* Q Rasis vlt.cont. t.1.c.422.

tiuum, lenitiuum [a] duritiei matricis, & bibitum, & inũctum. Et similiter qñ decoquitur radix eius E cum oleo rof. & non est ei par in ægritudinibus matricis, & similiter oleum ireos, et extrahit fœtũ. & confert dolori ventris pungitiuo. Et [a] si decoquatur radix eius sola cum aceto, aut cum semine iusquiami, & farina tritici sedat apostemata calida accidentia testiculis. Et qñ bibitur ex oleo eius ℥.i.5. soluit, & est conueniens habenti ileos cholericum. Oleum vero irinum aperit orificia venarum hæmorrhoidarum, & similiter radix lilij quocunq; modo sit. *Venena.* Confert pũcturę vermium venenosorum, & proprie scorpionis, ipsum & succus eius, & syrupus, & semen [a] ipsius bibita conferunt omnibus puncturis, & oleum eius est theriaca iusquiami, & coriandri, & fungorum.

De †{*Liquiritia*}.i. [b] Dulci radice. *Cap.* 445.

Liquiritia. *Natura.* Radix eius temperata est, & si declinat ad aliquid, declinat ad caliditatem et humiditatem. *Apostemata & bothor.* Succus eius confert super panaritium, et similiter radix eius. *Vulnera & vlcera.* Eius succus [b] valet ad vulnera. *Membra oculi.* Radix eius [b] confert vngulæ, et succus eius est fortior. *Membra anhelitus & pectoris.* Lenit [b] cannam pulmonis, et mundificat eam, et cõfert pulmoni, et gutturi, et clarificat vocem. *Membra nutrimenti.* Sedat [b] sitim propter humiditatẽ suam: et similiter confert [b] inflãmationi stomachi. *Membra expulsionis.* Cõfert ardori vrinæ, et valet ad vlcera renũ, et vesicæ, et [b] scabiei ipsius. *Febres.* Confert febribus antiquis.

[c] *De* †{*Lente.*} *Cap.* 446. F

Lens quid est? Lentis est quoddam genus, quod comeditur, et est notum. Et est aliud genus syluestre malum: et est lens amara, et manifestæ caliditatis, in qua est siccitas, et parum stypticitatis, et est ſm q̃ dixit [c] Dios. herba longa plurium stipitum eleuatorum ramorum, colorem habentium cydonij, longiorum et strictiorum in quibus est asperitas quædam, et sunt decliues ad albedinem. *Electio.* Melior est illa, quæ velocius decoquitur, et est alba, lata, et qñ cadit in aqua non denigrat eam, et oportet vt bene decoquatur in eius decoctione. *Natura.* [d] Gal. visum est, q̃ ipsa est ęqualis in caliditate [d] †{et siccitate,} aut est decliuis parũ ad caliditatem, et propter illud non infrigidat apud comestionem sui, neq; cum est in stomacho, neq; descendens. *Operationes & proprietates.* Est inflatiua, & composita ex virtute constrictiua, & abstersiua, & facit [c] videre somnia mala, et stypticitas corticis eius est plurima, & in ipsa tota est inflatio plurima, & inspissat sanguinem, & non currit in venis, & ipsa minorat [a] vrinam & menstrua propter illud, & generatur ex ea humor melancholicus, & ægritudines melancholicæ, & [c] fortasse kist hordei est ei contrarium, quasi aggregatur ex [e] commistione eorum nutrimẽtum valde bonum: & fortasse erit ex summa meliorũ nutrimentorum, & oportet quidem vt sit kist hordei minus quãtitate lentis. & lentis etiam cum sicla nutrimentum est laudabile, qm̃ sunt contrariarum dispõnum, quæ ambæ sunt temperatę, & ponuntur in ipsa hordeum, & mentastrum, & deterius, quod decoquitur cum lente est [c] †{alnĕkesut.} Et G oportet quidem vt proijciatur super vnam heminam lentis nouem heminæ aquæ, & decoquant valde. *Apostemata & bothor.* Quando decoquitur cum aceto, & fit ex ea emplastrũ resoluit [c] scrofulas, et apostemata [c] dura. Et in ipsa quidẽ cum repercusione est aggregatio saniei, et ipsius [f] multitudo generat cancrum, & apostemata dura [f], quæ nominantur [f] †{sachiros.} *Vulnera & vlcera.* Quãdo coquitur cum [g] †{aceto} replet vlcera profunda, & eradicat sordes [c] vlcerum, & minorat sordities eorum, & si fuerint magna, tunc apponatur cum eis, quæ sunt magis styptica, sicut sunt cortices granatorum & reliqua. Et cum aqua [c] marina ad herpetem hesthiomenum, & formicam, & fissuras accidentes [c] ex frigore. *Instrumenta iuncturarum.* Est mala [c] neruis, sed si ex ea cũ saulch ponitur [c] emplastrum super podagram confert, & multitudo eius facit [f] possidere [h] {lepram.} *Membra oculi.* Illius, qui plurimum eius comestione vtitur visus [i] obtenebratur propter vehementiam exiccationis eius. Et qñ ex ea fit emplastrum cum corona [c] regia, et cydonio, et oleo rof. sanat apostemata oculi calida. *Membra anhelitus & pectoris.* Fit ex ea emplastrum decocta in aqua maris super [c] apostemata mamillæ facta ex constipatione sanguinis & lactis. *Membra nutrimenti.* Est [c] difficilis digestionis [c] mala stomacho, & generat [c] inflationem, & grauat. Et qñ excorticantur de ea. xxx. grana & deglutiuntur, conferunt ſm q̃ [c] dicitur mollificationi stomachi. Et non oportet quidem vt lenti admisceatur dulcedo: ipsa.n. tunc faciet possidere [f] oppilationes plurimas in hepate. Et ex [f] eis, quæ sunt necessario in esse lentis, est q̃ ipsa est iuuatiua hydropisis, & videtur propter exiccationem eius. *Membra expulsionis.* [k] †{Quando decoquitur absque cortice suo stringit ventrem, aut cum cortice suo qñ decoquitur cum aqua, & expellitur ab ea aqua prima. illa nanq; prima aqua soluit ventrem. Et decocta quidem cũ cortice proiecta aqua, magis est strictiua, q̃ excorticata, qm̃ in cortice ipsius est virtus stypticitatis valde vehemens,} & fit fortior [c] strictura eius ventris quando decoquitur cum endiuia & lingua arietis, & portulaca, & cum sicla, quæ nominatur nigra propter vehementiam suæ viriditatis, aut cum rosa, aut cum aliquo stypticorum, postq; bene sit elixata ante illud, & si nõ mouebit ventrẽ. Et ex ea fit [c] emplastrũ cũ [l] †{melicrato,} & cydonio, & oleo rof. ad apostema ani. Et si [c] fuerit maximum, cum eo quod est magis stypticum. Et lens quidem syluestris, & est lens amara, soluit sanguinem. Et [m] lens minorat [a] vrinam, & [n] mẽstrua: propterea, quia ipsa inspissat sanguinem. non ergo approximet ei habens læsionem in menstruis & in vrina ex parte diminutionis, sed amara facit ambo descendere, & prouocat vrinam.

[o] *De* †{*Lana.*} *Cap.* 447.

Lana. *Vulnera & vlcera.* Adusta [o] confert vlceribus, & [o] carni additæ.

De Lupino.

A Dios. li.3.c.… † Sus. B Dios. lib.3.c.… C Dio.… † Hades. C nihil dicit D Medium … caliditatis & … ditatis, … in secundo … lib.8. simp. … D† —— *Infra* æ E G.1. alim.c.… E† caro salsa. F Ga.lib.1. alim. … F† scirrhi G† D. melle H † elephãtia… I Dios. & Gal. K † Oppositũ … Aluum … ce cocta … habet ad… qua ex … cohibet, … antea cortice … quæ accurate … maq; aqua … quendũ effund… (quippe prim… decoctum … resoluit) G.8. simp. fo.… lentium itaq; … pus desiccat … ventrem … decoctũ prouocat proinde … aqua abijcitur, … retentionis … bentur. Ga.1. alim.c.… lentes cortice… bent adstringe… & quæ ipsos … lut caro, … succi … ram habens … tatem exiguã … cortex multũ … ticeps. succus … ro in ipsis est, … te retulim⁹, … genti contrarius L † D. melle M Raf. vlti. … t.1.c.417. *Supra* æ N G.1. alim.… O Dio. lib.… † Suf.

A [a] *De* †{*Lupino.*} *Cap.* 448.

Lupinus quid est? Est granum compressæ figuræ, amari saporis depressum, vel concauum in medio exterius & est faba Aegyptiaca. *Electio.* [a] †{Syluestris est fortior in oĩbus, quæ narrantur de operibus eius, sed est minor.} *Natura.* Est [b] calidus in primo, siccus in secundo. *Operationes & proprietates.* Lupinus in quo est amaritudo, abstergit, & resoluit sine mordicatione de quo inquit [c] Gal. Lupinus à quo ablata est amaritudo est grossus, & nõ est longum quin sit glutinatiuus, & non remanet in eo abstersio eius, & ex toto quidem est malus, difficilis digestionis, generãs humorem crudum in venis, qñ non digerunt ipsum bene. Ille vero, qui cum bonis conditus est, plurimi est nutrimenti. Et qñ eius decoctio fit bona, & digeritur, est non mali humoris, & in ipso sunt siccitas & viscositas. Et ipse quidem infunditur vt eius amaritudo remoueatur, deinde decoquĩ, & penitus est medicinæ propinquior, q̃ cibo. *Decoratio.* Subtiliat capillos, & abstergit pannum, & [*] morpheam, & [a] vestigia, & nigredinem, & bothor, & [a] abstergit faciem, et proprie qñ decoquitur cum aqua pluuiali donec dissoluatur, & confert administratio embrocationis ex decoctione eius ad albaras. *Apostemata & bothor.* Confert [c] bothor in facie, & vlceribus et [c] †{apostematibus calidis,} & [d] scrofulis, & duritiebus, aut cũ aceto & melle, aut sicut oportet in vnoquoq; corpore. Et eius decoctio qñ funditur super [a] cancrenas confert corruptioni corũ. *Vulnera & vlcera.* Con-
B fert scabiei, ita q͂ ipse cum [a] radice [e] †{almezerion} nigri remouet scabiem bestiarũ. Et confert herpeti [a] hesthiomeno, & [a] alhasaf, & vlceribus malis, [a] & fraudulentis, & sedat farina eius cum farina hordei dolorem vulnerum, & cõfert igni persico. *Instrumenta iuncturarum.* Fit ex eo emplastrum [f] super sciaticam, & confert. *Membra capitis.* [f] †{Farina} eius confert vlceribus [a] capitis humidis. *Membra nutrimenti.* Aperit oppilatiões hepatis, & splenis, [a] & ꝓprie, qñ decoquĩ cũ [g] †{aceto &} melle, & proprie cum [h] †{melle &} ruta, & pipere. [i] †{Et ille, qui amaritudinem non habet, sedat nauseam, & excitat appetitum: } sed ille cuius amaritudo egreditur, est difficilis penetrationis. *Membra expulsionis.* [k] †{Extrahit [α] vermes, & ascarides decoctus, & linitus super sumen, & deglutitus cum melle, aut potatus cum aceto commisto.} Et confert doloribus mulierum, & [l] †{prouocat menstrua, & extrahit fœtus cum ruta, & pipere suppositus & bibitus, & qñq; supponitur cum myrrha, & melle ad illud, & extrahit [α] vermes bibitus cum melle & aceto.} Et similiter [a] prouocat vrinã, & in ipso est constrictio vẽtris: dulcoratus vero, ẽm q͂ [m] quidã dicũt, neq; soluit, neq; stringit.

[n] *De* †{*Lactuca.*} *Cap.* 449.

Lactuca quid est? Illa, [β] quæ est syluestris, in virtute existit papaueris nigri. *Natura.* [o] Gal. nõ est frigiditas eius, quæ hortulana est ad vltimum, sed est sicut frigus aquæ [o] †{gaderan.} Et humiditas eius est grossior humiditate siclæ, & attriplicis, & subtilior humiditate maluæ. Et [p] dicĩ, q͂ ipsa
C est in humectatione, & exiccatione inter caules, & atriplices, & oleris iameni. Dico autem, q͂ ille, qui dixit, q͂ est frigida in tertio, iudicauit de ipsa, quod est mali nutrimenti, & pauci, & nõ est ita: & videtur, q͂ ipsa sit in secundo. *Operationes & proprietates.* Non est in ipsa abstersio, neq; stypticitas, neq; solutio propter euacuationem suam à salsedine, & ponticitate, & reliquis. [q] Sanguis vero ex ea generatus est melior sanguine generato ex oleribus, & quæ nutribilior est, est illa, quæ est elixata, & ipsa confert diuersitati aquarum: & illa quidem, quæ nõ [r] est abluta est melior. Ablutio.n. addit ei inflammationem, & similiter oĩbus oleribus frigidis, & est velocis digestionis: & qñ administratur in medio vini, [r] prohibet ægritudines ebrietatis. Et illa quidem, [β] quæ est syluestris, in virtute existit [s] papaueris nigri. *Apostemata & bothor.* Confert apostematibus [n] calidis, & [n] erysipilæ linita, qñ vtraq; non fuerint magna & vehemẽtia. *Instrumenta iuncturarum.* Est emplastrum conueniens super torsionem. *Membra capitis.* Facit [n] somnum, & remouet vigilias elixata & cruda, & confert alienationi, & adustioni solis in capite, & est medicamen [t] oppilationis in naribus factę. *Membra oculi.* Lac [u] eius, quæ syluestris est abstergit vlcera corneæ, & lac domesticæ propinquum est ei, & ex ea fit emplastrum ophthalmiæ calidæ. Et lac syluestris confert fistulis lachrymalium, & [n] assiduatio comestionis eius obtenebrat oculum. *Membra anhelitus & pectoris.* Addit [n] in lacte. *Membra nutrimenti.* Confert [u] siti & caliditati stomachi, & inflammationis eius. Et hortulana qui-
D dem est bona [n] stomacho, & est velocis digestionis, & acceptio eius cum [r] aceto facit appetitum, et confert eius comestio icteritię. *Membra expulsionis.* Eius semen exiccat sperma, & [n] sedat desiderium coitus, et confert [n] multitudini pollutionis, et olus eius minus est in illo, q̃ semen eius. Et de lacte quidem [n] lactucæ cum in potu datur [u] † {medietas drach. cum aqua, } solutione educit chymum aquosum. Et lac hortulanæ propinquum est lacti syluestris. Ipsa [x] vero lactuca non stringit, neq; soluit, q̃m non est salsa, neq; põtica, neq; abstersiua, sed est prouocatiua. Et [u] syluestris quidem lac prouocat menstrua. *Venena.* Lac syluestris in potu datur morsui rutelæ, [u] et scorpionis.

De †{*Lactuca asini*}.i. [Y] Anchusa. *Cap.* 450.

Lactuca asini quid est? Est sicut folia lactucæ subtilis, pluris [y] numeri, ad nigredinem declinãs, plus pilosa, et folia eius radici adhærent, cuius planta est grossa: et color radicis eius ad rubedinem est decliuis, et tingit terram, et manũ colore rubeo, et oritur in terra bona, et est ex substãtia aquea, et terrea, et est alsengiar, et iam [z] dictum est de ea. *Electio.* Citrina est fortior, et alba est aquea debilis. *Natura.* Calida est, et sicca in principio secundi. *Operationes & proprietates.* Est abstersiua, aperitiua, et quod de flore eius est siccum, est fortius in illo. et natura quidem radicis eius est proxima naturæ seminis eius, sed radix est fortior, et proprie sicca. Inquit [Y] Paulus, et in ipsa est virtus attractiua

A Diosc. li. 2. c. 102.
† Tormus.
A† D. Syluestres lupini, satiuis similes, sed oĩno minores, qui eadem quę satiuis possunt.
B Ras. vlti. conti. t. 1. c. 435.
C Li. 1. ali. c. 23. c, & lib. 6. simp. 48. d
C† D. eorum farina inflammationes cũ polenta & aqua mitigat,
D D. eorum farina ĩ aceto cocta illitaq; strumas dissipat
E† chamæleontis
F D. & Gal. lib. 6. simpl. 48. d
F† Decoctum
G† ——————
H† ——————
I† D. Lupini triti, vbi maceratu dulcescere cœperint, cum aceto poti, fastidium detrahunt, & [illegible] auiditatem faciunt.
K† D. Lupini satiui farina cum melle [illegible] inctu, aut poti [illegible] ventris animalia expellit. Ipsi quoque macerati, & cũ sua amaritudĩe esitati, eadẽ efficiunt. Decoctum eorum idem munus præstat, cum ruta & pipere potum
Infra α
L† D. menses & partus extrahit, cũ myrrha & melle subditum ĩuelere.
Supra α
M G. li. 1. aliment. c. 23. c
N Diosc. li. 2. c. 129. & 130.
Infra β
† Chas.
O 6. simpl. 48. e
O† fontane
P Ser. c. 239.
Q Ga. 1. ali. c. 40. d
R D & Ras. vlt. cõti. t. 1. c. 386.
R Ras. ibidem.
S Diosc. c. 130.
Supra β
T Ras. vlti. conti. t. 1. c. 386.
V Ga. 6. simp. 48. e
V† D. syluestris in aceto mulso ad duos obolos,
X Ga. 2. ali. c. 40. f
† Chas alhomar.
Y Diosc. li. 4. c. 21. Confundit & repetit multa & eadem in trib[9] capitibus.
Z Cap 19. & 669.

attractiua ex profundo adeo, q̄ extrahit surculos. *Apostemata & bothor.* Confert apostematibus E duris vbicunq; sint. *Vulnera et vlcera.* Qñ ex[a] eo fit ceratum consolidat, & similiter aqua eius in cerato. *Instrumenta iuncturarum.* Est notum emplastrum super podagram, & similiter cum aceto super sciaticam. *Membra capitis.* Succus eius est mundificatiuus capitis facto caputpurgio ex eo, & administratur cum melle in cola, & confert linitum. *Membra oculi.* Quod de ea siccũ est mundificat vestigia remanentia in oculo, & grossitudinem tunicarum. *Membra nutrimenti.* Mundificat hepar, & quæ cum aceto condita est valet[a] ad splenem comesta, & vt emplastrum superposita. *Membra expulsionis.* Prouocat menstrua fortiter, & interficit embryonem viuum, &[b] extrahit fœtum mortuum, & confert apostematibus duris in matricem supposita, & sedendo in aqua eius & aqua foliorum eius, est res magis prouocans menstrua, & magis conueniens. Et quod de ea in vltimo administratur est aureus bibitus & suppositus. Et administratur cũ cerato sup rhagadias ani.

A Diosc.li.4.c. B D.onoclia

[c] *De* †{*Lentisco.*} *Cap.* 451.

Lentiscus quid est? Est nota. & rob quidem lentisci & gumma eius defertur ad Mecham & nominatur hoc nomine. *Natura.* Calida est in tertio, sicca in primo. *Operationes & proprietates.* Est abstersiua resolutiua attractiua ex profundo corporis. Et gumma eius est gũma in arbore alkenkam, & est sicut laudanum in potentia, & est boni odoris, & ingreditur in odoramẽtis mulierum. *Membra capitis.* [d] Rob lentisci confert valde fluori oris, & vlceribus eius. *Membra expulsionis.* In F ipsa est virtus constringendi ventrem.

C Diosc.lib.1.c. † Daru. Repetit.c.4. D Rasis vlt. t.1.c.418.

[e] *De* †{*Lauro.*} *Cap.* 452.

Laurus quid est? Granum eius est secundum figuram auellanę paruę, super quod sunt cortices nigri subtiles, quod compressione frangitur in duas partes, quæ sunt grani nigri ad citrinitatẽ, boni saporis, & eius odor est redolens, & eius folia sunt sicut folia myrti, præter quod sunt maiora, & eius fructus est rubeus. Ipsa vero oritur in locis mõtuosis, & virtus eius est in folijs & fructu. *Natura.* [a] Grana eius sunt calidiora, & [e] cortices eius sunt minoris caliditatis, et est oĩno [f] calida & sicca in secũdo. *Operationes & proprietates.* In granis eius est mollificatio, et in ipsa tota est calefactio. Et[a] grana eius sunt calidiora folijs ipsius, & calefactio partium ipsius, & exiccatio earum est fortis, sed grana sunt vltima, & cortex est debilior, & minoris caliditatis, & eius oleũ est calidius oleo nucis. *Decoratio.* Linitur super[e] morpheam cum vino. *Apostemata & bothor.* Cõfert[e] cum pane & sauich apatibus calidis. *Instrumenta iuncturarum.* Cõfert doloribus neruorum oĩbus, & eius oleum resoluit[e] lassitudinem. *Membra capitis.* Resoluit soda, et eius oleum etiam, et similiter ambo faciunt ad[g] dolores auris frigidos, et[e] confert auditui, et iuuatiuũ est tinnitui et catarrho. *Membra anhelitus & pectoris.* Cõfert stricturę[e] anhelitus, et[e] difficultati dilatationis deglutita[g] †{ } cum melle, aut cum rob, et similiter[e] cursui superfluitatum ad pulmonem, et fiunt ex[e] ea loch cum G melle ad vlcera pulmonis, et[e] anhelitũ dilatationis, et proprie ex granis eius. *Membra nutrimenti.* Oleum eius confert dolori hepatis qñ bibitur cũ vino odorifero, et similiter[e] cortex eius[h] †{ } verum ipsa et grana eius sunt[e] mollificantia stomachum, et commouentia vomitum. *Membra expulsionis.* Eius oleum facit nauseam, et facit vomitum, et in ipsa est prouocatio mẽstruorum, et vrinæ: et decoctio[e] foliorum eius confert ægritudinibus vesicæ, et matricis, adeo q̄ sedendo in ea: et potio eius ad solutionem sit. ʒ. ij. cum aqua mellis et oxymelle. Et qñ de cortice eius bibitur aur.[e] frãgit lapidẽ, et[e] interfecit fœtum pp suam amaritudinẽ additam super amaritudinem aliorum, et sit potio. ix. kerates, et grana eius frangunt lapidem etiam. *Febres.* [i] Oleum eius confert horripilationi inunctum. *Venena.* Confert[e] mordicationi scorpionis cum vino et[e] recens emplastrum est bonum puncturæ vespæ et apis, et omnino est theriaca venenis bibitis omnibus. *Permutatio.* Loco eius[k] †{ ponuntur folia sisymbrij. }

E Diosc.lib.1.c. † Gar. Repetit.c.124. Infra a F Ast.c.114. Supra a G Diosc.lib.1.c. G† grana H† D. ...bilis in vino odorato potus: I Diosc.lib. 1.c. K† G.de sub.me serpillum aridum.

Litera. M.

De †{*Meliloto*}. i.[l] Sertula campana. *Cap.* 453.

MElilotum quid est? Flos plantæ, coloris paleæ, in quo est lunaris figura, cum raritate sua H quandam habens duritiem. Et ex eo quidem aliud est album, et aliud citrinum. *Electio.* Ex eo melius est, quod est durius, et cuius color declinat ad albedinẽ parumper et sapor ipsius amarior sentitur, et cuius odor est manifestior. Inquit[m] Diosc. Melius ex eo est illud in quo est croceus color, et est[m] †{melioris} odoris, quãuis odor speciei ipsius in radice sit paruus et debilis, et sit in colore eius[n] color fœnugræci. *Natura.* Est calidum in primo, siccum in eodem. Et ad vltimum est compositum, et[o] caliditas ipsius est dominantior frigiditate ipsius.[p] Inquit Diosc. Est æquale in frigiditate et caliditate. *Operationes & proprietates.* In ipso est[q] stypticitas pauca, cum resolutione, et propter illud digerit. Inquit Diosc. Est liquefactiuum superfluitatum. Et dixerunt alij eius succus cum careno sedat dolores, et est resolutiuum, subtiliatiuũ, et confortatiuum membrorum. *Apostemata & bothor.* Confert apostematibus calidis, et[i] duris, proprie cum careno: et etiã pmistum cum vitello oui[q] †{ } et farina fœnugræci, et seis lini[r] †{& papaueris fm locum.} *Vulnera & vlcera.* Confert vlceribus humidis, et proprie mellino linitũ cũ aqua, et[s] †{ } cum aliquo desiccatiuorum apposito cum eo, quod sit sicut gallæ et[t] †{ lutum leue et lentes.} *Membra capitis.* [u] †{Cõfert apostematibus aurium, et dolori ambarũ superposito emplastro ex eo

cum

† Achlil almelec. L Diosc.lib.3.c. M Lib.3.c. M† infirmi N Ser.c.18. O G.7.sim.fo. P Ras. vlt. c. t.1.c.463. Q Ga.7.si.fo. Q† afflato, R† aut polioc capitulis, papaueris Intibo ue S† D. vlcera manantia in capite lita T† Di. creta & vinum. V† Di. doloribus aurium mitigandis cruda ex passo stillatur.

A cum careno,& reliquis,quæ dicta sunt,& distillatione facta in eis ex succo eius, & eius iuuamentum in doloribus est velocius.} [a] †{Ex ipso quoq; fiunt embrocæ,& sedant soda.} *Membra oculi.* Confert [b] apostematibus oculi facto emplastro ex eo cũ careno,& cum eis,quæ dicta sunt. *Membra nutrimenti.* Cum administratur crudum,aut [b] coctum cum vino, aut cum eis, quæ dicta sunt, sedat dolorem stomachi. *Membra expulsionis.* Confert apostematibus [b] ani,& [b] testiculorum facto emplastro ex eo cum careno,& cum eis,quæ dicta sunt cum eo & decoctum cum vino.

A † Dio.lib.3.c.39. In aceto aut rosaceo madefacta capitis dolorem lenit.
B Diosc.lib.3.c.39.

C Dio.lib.1.c.128.
† Alas,vel as.
C † myrtidanum
D † myrtidanum

[c] De †{*Myrto.*} *Cap.* 454.

Myrtus quid est? Nota est.Et in ipsa est amaritudo cum ponticitate,& dulcedine, & frigiditate propter ponticitatem suam: & ipsius [c] †{bunchum}est fortius, & fiunt ex eo trochisci cum vino styptico.Et in ipsa quidẽ est substantia terrea,& substantia subtilis pauca:& ipsius quidẽ [d] †{bunchum}est quiddã nascens super trunculos,seu super virgultum eius in colore virgulti eius habẽs formam palmæ manus & figuram eius.Et in oleo ipsius sunt omnia iuuamenta, quæ dicuntur. *Electio.* Fortior est,quæ ad nigredinẽ declinat,& proprie rotunda habens folia, & præcipue montana ex ea tota.Et flos eis melior est albus,& succus:fructus eius,est melior:et eius quidem succus cum veterascit,debilitatur,& techeregiet,ideoq; oportet vt ex eo trochisci fiant. *Natura.* In ipsa est caliditas subtilis,& magis dominãs in ipsa est frigiditas,& eius quidem stypticitas est maior frigiditate eius.Et videtur,q eius frigiditas sit in primo,& siccitas ipsius in termino secundi. *Operationes & proprietates.* Retinet solutionem,& sudorẽ,& omnem fluxum sanguinis, & oẽm cursum ad membrum.& qñ cum eo fit fricatio in balneo confortatur corpus,& desiccantur humiditates, quæ sunt sub cute:& embrocæ quidem decoctionis eius cum super ossa effunduntur, velocius fit ipsorum restauratio.& quod ex ea adustum est loco tuciæ ponitur ad hoc vt bonus fiat odor corporis,& confert omni fluxui sanguinis linitum,& loco emplastri superpositum,& bibitum : & similiter eius rob:& rob fructus,& eius stypticitas fortior est infrigidatione eius. Et ipsius quidem nutrimentum est paruum,& in [e] eis,quę bibuntur non est,quod constringat ventrem & conferat dolori pulmonis & tussi nisi syrupus ipsius. *Decoratio.* Eius oleum,& succus, & decoctio ipsius confortat radices capillorum,& [c] prohibet casum,& prolongat eos,& [c] denigrat,et proprie ipsius semina.[e] †{Et decoctio seminum eius in butyro}prohibet sudorem [f] †{&}folia eius sicca [g]†{ }prohibẽt [c] fœtorem ascellarum,et ipsius [h] cinis loco tuciæ ponitur, et confert panno. *Apostemata & bothor.* Sedat apostemata calida,et [c] erysipilam,et [c] formicam [i] †{ } et bothor,et vlcera:[k]†{et quod est super[a] ambas volas,}[l] †{et adustionem ignis cum oleo.Et similiter eius syrupus et cum folijs ipsius fit emplastrum post contusionem ipsarum cum oleo et vino: et similiter eius oleum,et vnguentum factum ex ipsius oleo,et cõfert, quod ex eo est siccum cum proijcitur super panaritium,et similiter ceratum ex eo.}Et cum decoquitur etiam eius fructus cũ vino,et fit ex eo emplastrum sanat vlcera,quę sunt in ambabus volis [a] manuum,et in vtrisq; pedibus,et [m]†{adustionem ignis,et prohibet eos à vesicatione:et similiter eius cinis cum cerato.} *Instrumenta iuncturarum.* Emplastrum factum ex fructibus eius decoctis cum vino, est conueniens [c] mollificationi iuncturarum.Et cum effunditur super fracturam ossium, quæ non cõsolidantur, confert eis. *Membra capitis.* Retinet fluxum sanguinis ex naribus,et abstergit [c] furfures, et exiccat [c] vlcera capitis,et [c] vlcera auris,et ipsius pus,cum ex ipsius aqua in ipsam distillatur, et confert ipsius syrupus [n] mollificationi gingiuæ,et eius folia cũ in vino decoquũtur,et fit inde emplastrum sedant soda vehementer. *Membra oculi.* Sedat [c] ophthalmiam,et exitum,et cum coquitur cũ hordeo,sanat earum apostemata: [n] †{et ipsius cinis}ingreditur in medicinis vngulæ. *Membra anhelitus & pectoris.* Confortat cor,et aufert tremorem cordis:et cõfert fructus ipsius tussi propter dulcedinem suam,et [o] retinet ventrem vtentis eo,si est solutus sua stypticitate: et cõfert [o] †{fructus} ipsius sputo sanguinis,et etiam ipsius rob similiter. *Membra nutrimenti.* Confortat stomachum proprie rob eius,et semina [n] prohibent cursum superfluitatũ ad stomachum. *Membra expulsionis.* Succus fructuum eius est [c] prouocatiuus,et ipsemet confert [c] ardori vrinæ, et vesicæ, et est bonus in prohibendo prouocationem menstruorum.Et eius aqua stringit naturam, et [p] retinet solutionem cholericã,et melancholicam etiã si epythema fiat.Et ipsa cum oleo sisamino exprimit phlegma,et cum solutione emittit ipsum.Et decoctio fructuum eius confert fluxui [c] humiditatum matricis,et confert emplastro inde facto [c] hæmorrhoidibus,et cõfert apostemati [c] testiculi: et eius decoctio confert exitui [c] ani,et [c] matricis. *Venena.* Confert morsui [c] rutelæ,et similiter fructus eius, cum potatur cum vino,et similiter [c] puncturæ scorpionis.

E Ser.c.92.& Ras. vlti.con.t.1.c.475.
E† Arentium foliorum farina
F† cardiacorum
G† in farinam redacta
H Ras.vlti. conti. t.1.c.475.
I † admisto omphacino oleo , aut exiguo rosaceo cũ vino,
K† ——— ———
Infra α
L† D. Arentiũ foliorum farina vtiliter inspargitur paronychijs.
Supra α
M† D.folia cruda seu crem ata cũ cerato, ambustis, paronychijs medent.
N Rasis vlt. conti. t.1.c.475.
N † D.arentiũ foliorum farina
O G.2.alim. c. 18.
O † D. semen viride, aut aridum
P Ser.c.92.

Q† Bedengian.
R Ras.t.3.c.18.

De [q] †{*Melongena.*} *Cap.* 455.

Melongena quid est? Nota est. *Electio.* Quæ ex ea est antiqua,est mala.Et eius sapor et natura est sicut alchali,recens vero est sanior. *Natura.* Secundum filium Mesaugue est frigida:veruntamen verum est,q virtus in ipsa dominans est caliditas,et siccitas in secundo,propter amaritudinem,et acuitatem ipsius. *Operationes & proprietates.* Generat [r] melancholiam, et generat oppilationes. *Decoratio.* Corrumpit colorem,et denigrat superficiẽ corporis,et citrinat colorem,et quę ex melongenis sunt paruæ totaliter sunt cortex,et ipse quidem faciunt possidere pannum. *Apostemata & bothor.* Generat cancros,et duritiem,et lepram. *Membra capitis.* Generat soda et alsedar et facit fœtorem oris. *Membra nutrimenti.* Generat oppilationes hepatis et splenis, nisi illa, quæ cocta est in aceto:ipsa enim aperit [r] oppilationes hepatis fortasse. *Membra expulsionis.* Generat hæmor-

rat næmorrhoidas: veruntamen si ex capitibus eius in vmbra siccis, & contritis fiat epithema con E fert hæmorrhoidibus. Et melongena quidem non habet proportionem ad stringendum, aut soluendum: veruntamen cum coquitur in oleo soluit, & in aceto stringit.

De †{*Mace*}. i.[a] Macere. *Cap.* 456.

Macis quid est? Est similis folijs compositis duplicatis, seu inuolutis siccis declinans ad rubedinem & citrinitatem, sicut cortex & lignum, & folia, mordicans linguam sicut cubebe. Filius masuie dixit, ꝙ est [b] cortex nucis muscatæ. Mesiha dicit est similis virtuti naremesch, sed est subtilior. *Natura.* Inquit [c] Paulus est æqualis, non calidus, & est siccus in [c] †{secundo.} Et non est dubitatio qdem in caliditate & siccitate ipsius. *Operationes & proprietates.* Resoluit iflationem, & in ipsa est stypticitas. *Apostemata & bothor.* Resoluit durities grossas, cum ponitur in cerato. *Decoratio.* Oris odorem bonum efficit. *Membra capitis.* Ex eo cum oleo violaceo fit caputpurgium ad soda frigidam ex ventositatibus grossis in capite, & ad hemicraneam. *Membra nutrimenti.* Confortat hepar & stomachum. *Membra expulsionis.* [c] †{Constringit naturam patientium fluxum ventris, & confert dysenteriæ,} & est bona matrici.

[d] De †{*Myrobalanis.*} *Cap.* 457.

C ditatis, & infrigidat calidum. Et magis vincens ex iudicio eius apud me, est q̃ corpora calida, quæ ipsum temperat sunt plura corporibus frigidis, quæ ipsum calefacit. Oleum laurinum, & oleũ rutaceum sunt bona doloribus capitis antiquis. & oleum [d] de fœnugręco confert furfuribus. oleum de kerua confert alopeciæ, & [d] vlceribus in capite, & apostematibus factis in eo, & [d] dolori auris. *Membra nutrimenti.* Oleum amygdalinum est [n] bonum spleni, sed grauat stomachũ. *Membra expulsionis.* Oleum de vrtica & oleũ de semine croci hortensis soluunt ventrem. & oleum [o] rosaceum qñq̃ soluit. s. cum inuenit materiam, quę indiget lubrificatione, & qñq̃ retinet solutionem cholericam. oleum de kerua [p] soluit, & educit ascarides. oleum amygdalinum est bonum [n] doloribus renum, & [n] difficultati vrinæ, & [n] lapidi & doloribus vesicæ, & [n] matricis, & [n] præfocationi matricis. & oleum [q] de lilio partum efficit facilem, & sedat dolores matricis bibitum, & clysterizatum, & in oĩbus illis [d] oleum de fœnugræco iuuatiuum est, & etiam [d] duritiei matricis, & dubellet eius, & [d] difficultati partus. oleum de [r] kerua confert apostematibus ani, & pungitiuo dolori matricis, & eius [r] conuersioni. *Febres.* [s] Oleum chamæmelinum in febribus prolixis melius est oleo ros. [t] oleum anethinum bonum est rigori. *Permutatio.* Ponitur loco olei de balsamo, [t] † {myrrha liquida} aut æquale pondus olei aldadi, vel dadi cum medio pondere sui de oleo alneregil, & quarta ponderis sui de oleo antiquo. & permutatio olei laurini est pix humida. et permutatio olei de lilio est oleum

D de lauro. & permutatio olei de vrtica est oleũ de cartamo, sed est debilius eo. & loco olei de alcanna ponitur oleũ sansucinum. & loco olei nenufaris oleum rosarum, & oleum violaceum. & loco olei de kerua oleum raphaninum, & oleum lini præter conuersionem in oleo de lino.

De Oliuis. i. [u] *Olea syluestri.* Cap. 531.

Oliuę quid sunt? Oleum qñq̃ exprimitur ex oliuis immaturis: & qñq̃ exprimitur ex oliuis vltime maturis. Et oleum omphacinum est illud, quod expressum est ex ĩmaturis. Et qñq̃ exprimit̃ ex oliuis rubeis medijs inter immaturas & vltime maturatas, cuius operatio est ĩter illas duas res. oleũ p̃terea qñq̃ fit ex oliuis domesticis, & qñq̃ fit ex oliuis syluestribus. [x] oleũ vero vetus in emplastris ĩ virtute est olei de kerua, & olei de raphano, & de lilio, sed est calidius, & est ꝓpinquũ opationi ipsorũ. Cumq; aliqs vult adurere ramos oliuarũ & folia earũ, oportet vt liniant̃ cum melle. *Electio.* Oleũ sanis melius, est omphacinũ. & melior gũma ipsius, est gumma syluestris, q̃ mordicat linguã: si. n. non mordicat linguã, tunc nõ est proficuũ in ipsa. *Natura.* Omphacinũ frigidum est & siccum in primo. Rufus vero in ipso dicit esse humiditatem. & oleum de oliuis vltime maturis, est calidum cõmensurate, & declinat ad humiditatem. quod si lauetur, est tpatum in humiditate et siccitate, & minus calidum. & vlr oliuæ maturæ sunt calidæ, & earũ oleum ad humiditatẽ declinat temperatam,

Infra α
Infra β
A Li. 5. sũ. 1. t. 10.
Supra α
A Gal. lib. 3. simp. c. 10. g. h
Supra β
B Gal. 1. de ꝯpõne phar. sm loc. c. 2. d
C Diosc. lib. 1. c. 33.
C† faciem erugat
D Dio. c. 46.
E Diosc. c. 52. & Aet. li. 1. ser. 1. f. 24.
F Diosc. lib. 1. c. 32.
G Diosc. lib. 1. c. 36.
G † ꝯtorsioni seu distractioni.
H G. 3. sim. c. 10. g
I Aeti. lib. 1. ser. 1. fo. 24.
K Diosc. lib. 1. c. 50.
L Diosc. c. 33.
M Li. 3. sim. c. 11. b
N Diosc. lib. 1. c. 33.
O Diosc. c. 41.
P D. c. 32.
Q D. c. 55.
R D. c. 32.
S Ga. 3. si. c. 10. h. a
T Diosc. lib. 1. c. 50.
T† G. gutta myrrhæ
V Dio. lib. 1. c. 118. & 128. & 119.
X Gal. 6. simp. fo. 45. h. & Raf. vlt. cõti. t. 1. c. 517.

temperatam,& immaturæ sunt frigidæ,et ligna,et folia earum sunt frigida. Cum autē antiquatur oleum omphacinū valde,fit in natura olei de oliuis dulcibus. *Operationes & proprietates.* Oēs [a] olei species corpora confortant,motū alleuiant,et sunt extinctiuæ.Et oleum quidē de oliuis syluestribus decoquitur ī vase ęreo donec coaguletur,et fit proximum virtuti lycij. Et [b] aqua de oliuis salitis fortior est aqua salsa in mundificatione. Et oleum quidem sanis melius est oleum omphacinum. Olei vero antiqui acuitas non consequitur mordicationem,& oliuæ quidē sunt ex eis,quæ nutriunt parumper. *Decoratio.* Folia oliuarū syluestriū bona sunt [c] panaritijs,& prohibent sudorē [d] inuncta.oleum de oliuis syluestribus,[e] est sicut oleum [α] ros.in plurimis intentionibus,& conseruat [e] capillos,et [e] prohibet velocitatē caniciei cū administratur oī die. [e] †{Et folia quidē oliuę decoquuntur in aqua acrestę donec fiat sicut mel,& linitur sup dētes corrosos,et euellit eos.} *Apostemata et bothor.* Et [f] syluestres erysipilam,& [β] formicam,& [f] scere,& [f] apata calida soluunt. & humiditas [f] currens à lignis earum cum inflāmantur,conuenit scabiei,& impetigini.& fex olei est medicamen apostematum calidorū in glandulis,et proprie cum folijs suis. *Vulnera & vlcera.* Oleum de oliuis syluestribus expressum de immaturis,confert [e] vlceribus humidis,& siccis,& scabiei.Et folia oliuarum syluestrium [f] vlceribus ambulatiuis,& fraudulētis,& [f] sordidis,& [β] formicæ,& [f] scere. & qn̄ [g] permiscetur fæx olei cum camęleonta sanat scabiem,ita ꝙ etiam bestiarum scabiei conueniat,proprie in infusione lupinorum.Cum ex oliuis de aqua conditis cum aqua & sale fit emplastrum ad [f] adustionem ignis,non vesicatur,& purgat [f] vlcera sordida.[g]†{Et gumma}oliuarum syluestriū confert [e] scabiei vlcerosæ,& impetigini,& ponitur in emplastris vulnerum. *Instrumenta iuncturarum.* [h] †{Aqua oliuarum salitarum clysterizatur ad sciaticam.Et oleum ablutum est conueniens doloribus iuncturarum & sciaticæ.& oleum vetus confert podagricis,cum liniuntur ex eo.} *Membra capitis.* [i] †{Et folia quidem oliuæ decoquuntur cum aqua acrestæ donec fiat sicut mel, & linitur super dentes corrosos,& euellit eos.} [e] Oleum [α] oliuarum syluestrium est sicut oleum rosa.in iuuamento suo soda.[k] †{& assumitur succus syluestrium & exiccatur,& fiunt ex eo trochisci,} & [f] reseruantur ad curandum fluxū auris.Et [f] oleum de oliuis syluestribus confert gingiuæ sanguineæ, colluendo os ex eo,& [f] confirmat dentes motos.Et [l] gumma syluestrium confert dolori dentium corrosorum,qn̄ implētur ea. Et zeit de scorpionibus.i.& oleum de scorpionibus factum ex oleo oliuarum est ex [m] sublimioribus medicinis dolori aurium distillatum.Et oliuarum syluestrium folia bona sunt [f] alcola masticata. *Membra oculi.* Fit [a] collyriū ex antiquo tenebrositati oculi: & fæx eius ponitur in medicinis oculi.& folia [f] earum adusta ponuntur loco tucię oculo & gumma earū antiqua confert panno,& [l] albugini,& grossitudini eius,& grossitudini corneæ.& succus foliorū earum egressioni oculorū,& vlceribus corneę & catarrhis,sed domestica sunt cōuenientiora oculo,q̄ syluestria.& gūma earū ēt abstergit oculū,& sordes vlcerū eius,et abstergit aquā,et albuginē. *Mēbra anhelitus & pectoris.* Oliuæ nigræ cū nucleo suo sunt ex summa v aporū, qui fiunt asthmati,& ægritudinibus pulmonis. *Membra nutrimenti.* [n] †{Fęx olei vtilis est sup ventrē hydropici.} Et oliuæ quidem cum dispositione sua,sunt difficilis digestionis.& grossæ earum salitæ subleuant appetitum,& confortant stomachum,& generant humorem stypticum.& acetosę magis receptibiles sunt digestionis,q̄ & oēs,& velocius. & etiam [a] oleum omphacinum bonum est stomacho. *Membra expulsionis.* Comeduntur cum muri ante cibum,& leniunt,& [o] †{ assumuntur. ℥. ix. cum aqua calida,aut aqua hordei,& soluūt,}[p]†{& coquūtur cum ruta ad dolorē ventris pungitiuū,} & [p] vermes,[q] †{& conferunt colicæ apostemosæ,& fit ex eo clystere colicæ factæ ex fæce,}& supponitur succus [c] earum fluxui matricis,& fluxui sanguinis eius, & fit ex eis emplastrum cum farina hordei ad cursum antiquum.& oleum vetus præparatum cum aqua acrestæ cōfert,cū ex eo fit clystere vlceribus ani intrinsecis,& similiter matricis.& earum [l] gumma prouocat vtrunqꝫ, & extrahit [l] fœtum. *Venena.* [r] †{Cum oleo & aqua calida fiat vomitus,& rumpet virtutem venenorum.} Gumma [l] oliuarum syluestrium numeratur inter medicinas mortiferas.

De †{*Olibano*}.i.[s] Thure,Cortice,Manna,& Fuligine. *Cap.* 532.

Olibanum quid est? Notum est. & ipsum quidem [s] alteratur cum gummi,& gumma pini.sed olibanum inflammatur:gumma vero pini fumat,& non inflammatur, & similiter omne adulteratum non inflammatur.& olibanū quidem quoddam est,quod est indum[s]†{ad viriditatē decliue, & quoddam est rotundum,quod colligitur quadratum,deinde cōcutitur in vase, donec rotundū fiat & volubile:& hoc qn̄ inueteratur fit rubeū.}& de [s] eo est album,lene,humidum,sicut mastix. qnq; vero ex olibano administrantur in anis minutum,& cortex, & fumus, & partes arboris eius omnes,& proprie folia. *Electio.* Melius est [s] masculum,album, rotundum, interius tenax, & aureum cum frangitur. *Natura.* Cortices eius sunt exiccatiui in secundo,& sunt parum frigidiores olibano.& [t] olibanum calidum est in secundo,exiccatiuum in primo. & [t] cortex eius exiccatiuus est in terminis secundi. *Operationes & proprietates.* Non inest ei exiccatio fortis,neqꝫ stypticitas nisi debilis,& exiccatio corticibus eius inest:& in ipso quidem est maturatio,quæ non est in cortice eius,& non est in cortice eius acuitas,neqꝫ mordicatio carnis,& retinet sanguinē. plurimus vero vsus eius adurit sanguinē.Et fumus eius est vehementioris exiccationis,& stypticitatis. Quidā autem dixerunt rubeum est magis abstersiuum albo.Et virtus minuti est debilior virtute olibani. *Decoratio.* Ponitur cum melle super [u] panaritium,& delet ipsum,& eius cortices sunt boni vestigijs [u] vlcerū.[u] †{ Et conferunt cum aceto,& oleo liniti dolori,qui nominatur marchiam vel matchichan:

A Dios.lib.1.c. B Rasis vbi. C Dio.lib.1.c. & Raf.ibidem. D Dio.ibi. Raf. ibi. E D.ibi.c. *Infra* α E † F Di.c. *Infra* β *Supra* β G D.c. G† Oleum H† D.c. I† Di. K† Dio. L Dio.lib. M Cap. N† Di. O† D.c. P† D.c. Q† Dios. R† D.c. † Conder. S Dios.l.c. S† D. T Paul.li. V Dio.lib. V† D.ibi.

A chichan: & est dolor, ex quo proueniunt in corpore sicut verrucæ cum quadã re, quæ est sicut ambulatio formicæ.} *Apostemata & bothor.* [a]{Cum [a] chimolea & oleo ro. ponit sup apata calida in mamillis,} et ingredit in [a] emplastris resoluentibus apostemata viscerũ. *Vulnera & vlcera.* [a] Consolidat valde, & proprie vulnera recentia, & prohibet fraudulenta dilatari [a]†{& super impetiginẽ ponitur} cum adipe [b]†{anatis,} & cũ adipe porci [c]†{super vulnera ostracata,}[d]†{& super fissuras frigoris, & est conueniens vlceribus factis ex adustione.} *Membra capitis.* Confert rationi, & confortat ipsum. Et [c] quidam hominum sunt quibus præcipitur, vt ex infusione eius ieiuni assuete in potu sumant: sed eius plurimus vsus, facit soda, & lauatur ex eo caput, [f]†{et quandoq; miscet cum nitro, & mũdificat furfures, & exiccat vlcera eius.}[g]†{& distillatur in aurem dolorosam cũ vino: & qñ permiscetur cum oleo, aut pice, aut lacte, confert contritioni circuitus auris linitum,} & abscindit fluxum sanguinis narium, & eum, qui est ex [a] velamine, & est ex medicinis conferentibus contritioni auris. *Membra oculi.* Consolidat vlcera [a] oculi, & replet ea, & maturat apostema antiquum in eo, & iterum [h] fumus eius confert apostemati calido, & abscindit [h] cursum humiditatũ, quæ sunt in oculo, & consolidat [h] vlcera mala, & [h]†{confert cancro in oculo.} *Membra anhelitus & pectoris.* Quãdo permiscetur [a] cum [a] chimolea & oleo ros. prohibet apostemata calida, quę accidunt in mamillis mulierum, & ingreditur in [a] medicamentis cannæ pulmonis. *Membra nutri-*

B *menti.* Retinet vomitum, & cortices eius cõfortant stomachum, & stringunt eum, & est magis faciens stomachum, & in digestione magis iuuans, & cortices magis colligunt stomachum mollificatum. *Membra expulsionis.* Retinet fluxum ventris & diarrhœam, & fluxum [i] sanguinis ex matrice, & ano. & confert dysenteriæ. & prohibet expansionem vlcerum [a] malignorum in ano, cum ex eo fit lycinium [i]†{ } *Febres.* Confert febribus antiquis phlegmaticis. *Venena.* Si eius [a] vsus cum vino plurimus sit, interficit, & similiter cum aceto.

A Dio. lib. 1. c. 70. *Infra* α
A† D. impetigines ex aceto & pice illitum tollit
B† anseris,
C† D. Vlcera q̃ cacoethe vocantur p mulcet tritum cũ eo & lacte linamentum,
D† Dio. ambusta igni, perniones que cu suillo adipe aut anserino sanat.
E Ser. c. 178.
F† D. & vlcera in capite manantia cũ nitro si infricetur sanat,
G† D. Aurib' fractus cum pice medet. Ad reliquos aurium dolores cum dulci vino infunditur,
H Diosc. lib. 1. c. 73.
H† D. thuris fuligo carcinomata sistit.
Supra α
I Diosc. lib. 1. c. 71, cortex.
I† cum lacte

[k] De †{Origano.} Cap. 533.

Origanum quid est? Est in potẽtia sicut hasce, & syrupus eius [l] est sicut syrupus alhasce. *Electio.* Quod fortius existit, syluestre est. *Natura.* Est calidum [m] & siccum in tertio. *Operationes & proprietates.* Est resolutiuum, carminatiuum, subtiliatiuum, & est vehementis abstersionis, & in ipso est acuitas, & illud propter illud, quod in ipso est de virtute adurente. *Decoratio.* Est bonũ ostracositati dentium. *Instrumenta iuncturarum.* Confert doloribus [l] vtriusq; anchæ. *Membra capitis.* Masticatur et sedat dolorem dentis, et sanat gingiuam fluxam propter virtutem suam adurẽtem. *Membra anhelitus & pectoris.* Oleum eius confert pectori et pulmoni. *Membra nutrimenti.* Cõfert hepati, et stomacho. *Membra expulsionis.* [l] Prouocat vtrunq;, et extrahit vermes, et ascarides.

K Diosc. lib. 3. c. 28,
T Shatar.
L Ras. vlti. conti. t. 1. c. 513.
M G. ii. 8. sim. 57. e
N† Bachele iudic.

De [n]†{Olere iudaico.} Cap. 534.

C Olus iudaicum quid est? *Natura.* Caliditas eius est supra æqualitatem.

O† Hadam.

De [o]†{Ossibus.} Cap. 535.

Ossa. *Operationes & proprietates.* Ossa adusta, sunt exiccatiua, resolutiua. *Decoratio.* Dicitur, q̃ calcaneus porci, quando ex eo fit linimẽtum super albaras, confert. *Instrumenta iuncturarum.* [p] Dicitur, q̃ ossa hominis conferunt in potu data, dolori iuncturarum. *Membra capitis.* Dicitur, q̃ hominis ossa in potu dantur ad epilepsiam. Inquit [q] Gal. Fuit homo, qui secrete dabat hoc in potu, et auferebatur eorum epilepsia, et est existimatio illius hominis. *Membra nutrimenti.* [r] Dicitur, q̃ calcaneus hirci, cum oxymelle, aufert splenem. *Membra expulsionis.* [r] Dicitur, q̃ calcaneus hircinus excitat coitum, et [s] crura vaccina adusta abscindunt fluxum sanguinis, et solutionem ventris.

P G. 11. simp. 80. e
Q 11. simp. 80. e
R Ser. c. 454.
S Paul. li. 7. c. 390,
T Sadaf.
T Dio. li. 2. c. 3. 4. 5. 6. & 8.

De †{Ostraco}. i. [t] Purpura, Bucina, eorumq; volutis, Mitulis, Tellinis, Chamis, et Cochleis. Cap. 536.

Ostracum. *Operationes & proprietates.* Caro ostraci terreni cum teritur, et linitur ex ea corpus, desiccat fortiter. et quod de ostraco purpureo adustũ est, virtutẽ habet carminatiuã, abstersiuã, et virtus eius [t]†{ } est virtus adustiõis eius, et in toto ipsius est attractio [β] eorum, q̃ carni infixa sunt, et ossium, quando administratur cum dispositione sua. *Decoratio.* Omnia [t] cooperimenta ostraci, [u]†{et cortices ipsius,} cum aduruntur, abstergunt [x] morpheam. et similiter ostracum

D cum dispositione sua [x] extrahit à stellas [β] magnas, carni infixas. Et ostracum purpureum cum decoquitur cum oleo, et inungũtur capilli ex eo, retinet casum eorum. *Apostemata & bothor.* [y] Viscositas limaciarum, quæ nominatur virus earum cum olibano, et aloe, et myrrha conquassata donec fiat in spissitudine mellis, exiccat apostemata accidentia in radice auris. Et si inuenit humiditatem profundam in ea: extrahit eam, et sanat ab ea. *Vulnera & vlcera.* Quod de ostraco purpureo adustum est, abstergit [z] vlcera, et consolidat ea, et mũdificat ea: et quod de eo adustum est cum sale, confert [z] adustioni ignis puluerizatum desuper, et dimissum donec exiccetur: et totum quod adustum est de ostraco, confert scabiei. Et [x] ostracum quidem cum carne sua, confert vulneribus, et proprie illis, quæ sunt super neruos cõtritum cum thure et myrrha, et positum super ea, et similiter cum puluere molendini. et [a] Gal. quidem expertus est limacias sicut sunt. *Instrumenta iuncturarum.* Sedat dolorem podagræ, et [x] apostematum eius, et fit emplastrum ex eo sicut est super oĩa apostemata iuncturarum. *Membra capitis.* Quod [z] adustũ est de ostraco purpureo, abstergit dentes, et præcipue quod aduritur cum sale, q̃ si ostracum teratur, sicut est, cum aceto, abscindit [x] fluxum sanguinis narium. *Membra oculi.* Quando abluitur, quod adustum est de omni ostraco cum carne sua, & ponitur ĩ alcofol [b] delet grossitudinẽ palpebrarum, & [b] albuginẽ in oculo, et [y] pannũ, & quando

T† Di. c. 3. excrescētus in carne cohibet,
Infra β
V† ________
X Diosc. c. 8.
Supra β
Y Rasis vlt. conti. t. 1. c. 224.
Z Diosc. lib. 2. c. 3.
A Li. 11. simp. 81. g
B D. c. 4.

& quando aduritur caro eius, quod nominatur [a] †{latalis antiqui,} & [b] miscetur cum alkitram, & teritur, & distillatur super palpebram, non permittit pilos nasci. & viscositas, quæ est super illud, quod syluestre est, facit [c] cohęrere pilos inuersos super palpebras. & viscositas limaciarum, quę dicta est ante, cum ex ea linitur frons prohibet materias ad oculum effusas, et facit pilos etiam adhærere super palpebram. *Membra nutrimenti.* Caro ostraci, quod nominatur carusis, est bona stomacho, [d] †{et carnes ostracorum non decoctæ aqua, neq; assatæ, sedant dolorē stomachi.} Ostracum purpureum quando bibitur cum [e] aceto, extenuat splenem. et [f] quando fit emplastrum ad hydropisim ex ostraco, non separetur donec minoret eam: et oportet vt dimittatur, donec cadat per se. et ostracum syluestre est fortius in illo propter vehementiam exiccationis. *Membra expulsionis.* Caro purpurei non lenit naturam, & caro ostraci nominati sentalis, cum est recens, [b] lenit vētrem, & proprie ius eius, & similiter [g] ius paruorum ostracorum. & quando matricis præfocationem habentes ex ostraco [e] suffumigantur purpureo, iuuantur. & hoc suffumigatum extrahit secūdinam. & suffumigatio eius, quod est aromatici odoris, & albebili, & alcholzemi, quod est super littora, ēt confert in præfocatione matricis, & [e] excitat epilepticos etiam, & in ipso est [e] castoreitas in odore. Et ostracum prouocat [h] menstrua suppositum. [f] Inquit & illud, quod nominatur caugilel est abstersiuum, cum aduritur sicut est, & permistum cum cinere gallarum viridium, & pipere albo confert vlceribus accidentibus in intestinis dum recentia remanent, & non putrefiunt, confert magnifice. & pondus quidem cineris ostraci sit quatuor partes, & gallarum duæ, & piperis pars. i. & puluerizetur super cibum, & in vino detur ad potandum. *Venena.* Confert [i] caro eius morsui canis rabiosi.

De †{*Ordeo*}. i. [k] Hordeo. *Cap.* 537.

Ordeum quid est? Est notum, & siligo est species eius sine cortice. Et eius operatio est propinqua operationi ipsius. *Natura.* Est [l] frigidum & siccum in primo. *Operationes & proprietates.* In ipso est abstersio, & eius [k] nutrimentum minus est nutrimento tritici. Et aqua hordei est nutribilior sauich ipsius. Et ambo frangunt acuitatem humorum. Et aqua speciei hordei, quæ dicitur selech seu siligo est humidior. & omnis aqua hordei est [k] inflatiua. *Decoratio.* Super pannum administratur de eo epithema calidum. *Apostemata & bothor.* [l] †{ Fit ex eo decocto cum aqua, sicut sorbitiones cum pice & rasina emplastrum super apostemata dura, & ipso solo, & cum kist ipsius super apostemata calida.} *Vulnera & vlcera.* Quando decoquitur cum aceto [k] forti, & ponitur, more emplastri super scabiem vlceratā sanat eam. *Instrumenta iuncturarum.* Fit ex eo emplastrum cum [k] cydonijs [m] †{&} aceto super podagram, [n] †{& prohibet fluxum humiditatū ad iūcturas.} *Membra anhelitus & pectoris.* [o] †{Aqua} eius confert ægritudinibus pectoris. & quando [k] bibitur cum semine fœniculi facit abundare lac, & fit [k] emplastrū ex farina eius, & meliloto, & cortice papaueris, ad dolorem lateris. *Membra nutrimenti.* [p] †{aqua eius} est [k] malum stomacho. *Membra expulsionis.* Eius [k] sauich retinet ventrem, & similiter decoctio sauich eius. & kist eius prouocant [k] vrinam, sed aqua kist tritici quando [k] bibitur est vehementioris prouocationis. *Febres.* Aqua eius est infrigidatiua, humectatiua febrium: in calidis quidem pura, & in frigidis cum apio & fœniculo. [q] †{Et datur in potu etiam illud, quod coctum est cum ficubus, permistum cum melicrato, ad febres phlegmaticas.}

De [r] †{*Ohalmaran.*} *Cap.* 538.

[s] Demiran quid est? Est sahesefran alhamaz. *Natura.* Inquit filius Mesaugue, in ipso est caliditas, & est siccum in secundo. Et plures hominum dicunt, q; est frigidum, [t] †{cum eius caliditate calefactus non ledatur,} immo species eius, quæ dicitur alhaman est frigida in primo: sed quod verius est, est quod virtus eius est composita ex caliditate cum frigiditate, & possibile est vt sit frigiditas in ipso vincens. *operationes & proprietates.* [s] Confert calefactis. & proprie quādo moratur sup ipsum aqua rosa. *Vulnera & vlcera.* Fit ex eo emplastrum [s] adustioni. *Membra capitis.* Confert valde ad cola alhumeimi, & [s] aperit oppilationes cerebri. *Membra expulsionis.* [u] Datur in potu semen frixum ad fluxum ventris antiquum cum [u] †{oleo} ros. [x] †{&} aqua frigida.

Litera. P.

[y] *De* †{*Prunis.*} *Cap.* 539.

Pruna quid sunt? Nota sunt. *Electio.* Illa quæ habent colorem paleę, sunt fortiora nigris, & citrina fortiora rubeis, & alba sunt magis grauia paruæ solutionis. & armena sunt magis abstersiua & vehementius soluentia, & meliora sunt magna pinguia. *Natura.* Frigida sunt in principio secundi, humida in fine tertij. *Operationes & proprietates.* Eius gumma est subtiliatiua, incisiua, & glutinatiua, & in Damascenis est constrictio & stypticitas apud [y] Dios. non apud [z] Gal. Et in crudis, quæ non sunt matura, est stypticitas, & eorum nutrimentum est paucum. comedant autem ante cibum, & bibat, qui humectatus est, postea aquam mellis, et vinum. *Vulnera & ulcera.* Eius [y] gumma consolidat vlcera, & cum aceto abscindit [y] impetiginem, et proprie si fuerit cum ea mel, aut [a] zuccarum, & præcipue in pueris. *Membra capitis.* Cum [y] ex folijs prunorum colluitur os, prohibet fluxum fieri ad vtranq; amygdalam & vuam. *Membra oculi.* Eius gumma confortat visum, cum fit ex ea collyrium. *Membra anhelitus & pectoris.* Muza ex eis sedāt inflammationem cordis.

E
F
G
H

A† tellina. B Diosc. lib. 2. c. C Diosc. c. 8. D† D. c. 8. ... pus, & præter... aphricanæ ci... to deuorata... machi dolore... tigat. E Ras. vlti... t. 1. c. 224. F D. li. 2. c. ... II. simp. de ... bus. 81. g G D. c. 6. H D. c. 8. F Gal. ... I D. c. 4. † Shair. K Dio. lib. ... L Gal. li. 7. ... L† D. Farina ... deacea decoqu... in mulsa aqua ... fico, vt inflam... tiões collectio... discutiat, D... cum resina & ... columbar... coquit, ... pice liqu... oleo, & ... ri vrina ... ctionem ... M† aut N† Dio. ... mor cū aceto ... actus, inde... pice contra ... lorum fluxu... prodest. O† Ptisana P† Hordeum Q† —— R† Demiran. S Ras. vlti. c... t. 1. c. ... & Se... c. 73. T† Serap. c. ... Ras. eo q; ... cis nō nocet ... re vltra q̄ ... sanis, V Se. c. 73. ... V† aqua X† aut Y Dios. lib. ... † Agias. Z Li. 7. sim. ... A Rasis vlti... t. 1. c. 565.

A cordis. *Membra nutrimenti.* Quæ dulcia sunt ex eis mollificāt [a] stomachum humiditate, & infrigidant eum, & [b] penitus non sunt ei conuenientia: muza vero ex eis fortius resistunt choleræ, quā illa. *Membra expulsionis.* Quæ ex eis sunt dulcia vehementius soluendo educunt choleram, & humida etiam sunt vehementioris solutionis, quā sicca, & [a] eorum solutio fit propter viscositatem eorum. Damascena autem stringunt ventrem ſm [a] quosdam. Et in syluestribus cum nōdum sunt matura valde est stypticitas ab omnibus concessa. Inquit [c] Gal. errauit Diosc. in verbis suis, cum dixit, Damascena constringunt, immo soluunt & [b] gumma eorum frangit lapidem vesicæ, & eorum aqua [a] prouocat menstrua, & quanto plus sunt minora [a] tanto plus eorum est solutio minor.

[d] *De* †{*Psyllio.*} *Cap.* 540.

Psyllium quid est? Est duorum colorum hyemale, & æstiuum, & potio cuiuslibet illorum sit pondus. ʒ. ij. *Electio.* Melius est illud, quod est maius, grossum, quod submergit̃ in aqua. *Natura.* Est frigidum & humidum in secundo. *Operationes & proprietates.* Quod ex eo [a] frixum est, inuolutum in oleo ros. stypticum est. & sedat dolores more emplastri superpositum cum aceto. *Apostemata & bothor.* Administratur conquassatum cum aceto super apostemata calida, et formicam, & [d] erysipilam, & proprie, quæ sunt sub [d] aure, super phlegmatica. *Instrumenta iuncturarum.* Fit ex eo emplastrum torsioni neruorū, & ipsorum [d] spasmo, & podagræ, & doloribus [d] iuncturarum B calidis cū aceto & oleo ros. *Membra capitis.* Qui ex eo superponit suo capiti emplastrū [d] †{ }cōfert soda eius calidæ. *Membra anhelitus & pectoris.* Lenit pectus. *Membra nutrimenti.* Eius mucilago cum oleo amygdalarum, confert siti vehementi cholericæ. *Membra expulsionis.* Eius quod [a] frixum est pondus. ʒ. ij. inuolutum in oleo ros. stringit, & cōfert dysenteriæ, [e] †{ }& [f] †{proprie infantium.}& quod ex eo mucilaginosum est, & ipsa mucilago eius cū oleo viol. soluunt. *Febres.* [g] Bibatur & tunc sedabit inflammationem febrium acutarum.

[h] *De* †{*Portulaca.*} *Cap.* 541.

Portulaca quid est? Nota est. *Electio.* [i] Succus eius est illud, quod in ea est magis vltimę operationis. *Natura.* [i] Frigida est in tertio, humida in fine secundi. *Operationes & proprietates.* In ea est [h] stypticitas, & prohibet [h] fluxum sanguinis, & fluxus antiquos, & ipsius nutrimētum est paruum illaudabile, & est resistens choleræ valde. *Decoratio.* Ex ea [k] fricatur verrucæ, & eradicat eas proprietate sua non qualitate. *Apostemata & bothor.* Fit ex ea emplastrum apostematibus calidis, in quibus timetur putrefactio, & [h] erysipila. *Membra capitis.* Confert bothor [h] in capite, abluto ex ea capite cōmista cum vino [l] et delet stuporem dentium: propterea, ꝗ lenit asperitatem, et sedat [h] soda calidam pulsatiuam. *Membra oculi.* Confert [h] ophthalmiæ, & [h] ingreditur in alcohol, & [k] nimius vsus eius facit accidere pannū in oculo. *Membra anhelitus & pectoris.* Eius succus [h] prohibet spu- C tum sanguinis propter virtutem suam ponticam. *Membra nutrimenti.* Confert [h] inflāmationi stomachi bibita, & more emplastri superposita, & confert hepati inflammato, & prohibet vomitum cholericum, & debilitat appetitum. *Membra expulsionis.* Fit ex ea clystere [h] dysenteriæ intestinorum, & solutioni cholericæ, & confert doloribus [h] renum, & [h] vesicæ, & vlceribus eorum, & abscindit ſm plurimum [h] desiderium coitus. Et [m] existimauit filius Mesaugue, ꝗ augmētum facit in coitu: & videtur, ꝗ sit illud in complexione calida & sicca. & [n] ipsa retinet fluxum menstruorum. & cōfert [h] vlceribus matricis, & confert aqua eius [h] hæmorrhoidibus sanguineis, & [k] eius succus extrahit ascarides. Et si [k] assetur portulaca, & comedatur, abscindit solutionem. *Febres.* Confert [h] febribus acutis.

De †{*Polypodio*}. i. [o] Filicula. *Cap.* 542.

Polypodium quid est? Est lignum cinericium, nodosum, declinans ad rubedinē, et nigredinem parumper, minutos habens ramos, sicut vermis plurimorum pedum. Et in sapore ipsius est [o] dulcedo cum stypticitate. dixerunt quidam, [o] ꝗ nascitur super arborem in nemore, & [o] dixerūt, ꝗ nascitur super lapidem. *Electio.* Melius ex eo est, quod est grossum sicut anularis declinans ad viriditatem & citrinitatem, solidum, recens, in quo est amaritudo occulta, & bonus sapor cum ponticitate, & in eius sapore est sapor gariophyl. *Natura.* Calidum est in secundo, siccum in tertio, vl- D timum in exiccatione. *Operationes & proprietates.* Est resolutiuum ventositatū, & humiditatum. *Instrumenta iuncturarum.* Emplastrum factum ex eo [o] confert torsioni neruorum. *Membra expulsionis.* [p] Soluendo educit melācholiam sine punctione, & soluit phlegma, & chymum aquosum, & [o] decoquitur in iure gallorum, et iure piscium propter colicam, aut in iure olerum. Si [o] puluerizatur radix eius super [p] †{melicratum.}et bibatur, soluit choleram, et phlegma. Et [p] potio q̃dem eius fit. vi. kermet: kermet. n. est. vi. kerates, imo fit vſq; ad. ij. ʒ. Et oportet vt bibatur cum syrupo de melle misto cum aqua, et ante ipsum aliquid de aitharich, et in decocto fit vſq; ad. iiij. *Permutatio.* Loco eius ponitur [q] †{epithymum,}et medium ponderis ipsius de sale indo.

[r] *De* †{ *Papyro.*} *Cap.* 543.

Papyrus quid est? Notus est. et ex ipso quidem fiunt chartę Aegyptię: [r] †{et ipse quidem in virtute est charta,}et [r] quod ex eo adustum est, vehementioris est exiccationis. *Natura.* Est frigidus et siccus. *Operationes & proprietates.* Confert fluxui sanguinis, et prohibet eum ipsius cinis. *Vulnera & vlcera.* Puluerizatur [s] super vulnera recentia, et consolidat ea: [s] †{quandoq; vero infunditur in aceto, et exiccatur, et intromittitur fistulis,}et [r] omnibus vlceribus ambulatiuis et vulneribus. *Membra capitis.* Eius [r] cinis cōfert corrosioni oris. *Membra anhelitus & pectoris.* Eius cinis

retinet

A Ras. vlti. conti. t. 1. c. 565.
B Dio. lib. 1. c. 137.
C Li. 7. simpl. 51. h
D Dio. lib. 4. c. 60.
† Bezer chotune, seu chotuna.
Infra a
D† D. cū rosaceo, aqua, aut aceto,
Supra a
E† enterocelis infantium, & promi- nenti vmbilico illitum ex aceto,
F† ————
G Ser. c. 220.
H Diosc. li. 2. c. 117.
† Bachele alhanicha.
I G. li. 6. simp. 43. a
K Ras. vlti. conti. t. 1. c. 563.
L Ga. li. 6. simp. & 2. alim. c. 46. c
M Oppositum dr̃ a filio Mes. Ras.
N G. 6. si. fo. 43. b
† Besfaigi, vel besbaigi.
O Diosc. li. 4 c. 166.
P Ser. c. 248.
P† aquam mulsam.
Q† G. d subst. me. chamæleōis radix.
R Diosc. lib. 1. c. 98.
† Berdi.
R† ————
S Gal. 8. simp. 57. g
S† D. Madefacta linosi inuoluit, vſq; dū inaruerit. cōstricta cum atq; immissa minutum, humore completur, & intumescendo fistulas aperit.

retinet [a] sputum sanguinis. *Membra expulsionis.* [a] †{Sumatur, et inuoluatur lino, et dimittatur donec exiccetur, deinde ponatur super hæmorrhoidas, et confert eis.} E

[b] *De* †{*Polio.*} *Cap.* 544.

Polium quid est? Est species de sceha, in qua est caliditas, et acuitas pauca. et quod ex eo minus est, est acutius et amarius, et sunt in eo thyrsi, et flores, pilosi albi decliues ad citrinitatem, vsque ad mensuram palmi, plenũ semine, et eius caput est sicut spæra, in quo sunt sicut pili albi grauis odoris cum quadam aromaticitate, maius autem est debilius, quod etiam est amarũ. et in ipso est acuitas quædam. et montanum est minus. *Natura.* Minus est [c] calidum in tertio, siccum in secundo: et maius est calidum et siccũ in secundo. *Operationes & proprietates.* Est aperitiuũ, subtiliatiuum, et proprie minus est ad aperiendum [d] oppilationes intrinsecas. *Vulnera & vlcera.* Consolidat quod ex eo [d] viride est plagas recentes, et proprie maius. et quod ex eo est siccum vlcera [e] fraudulenta, præcipue minus [e] †{siccum.} *Membra capitis.* Facit [b] soda. *Membra nutrimenti.* Ipsum cum aceto est epithema conueniens apostematibus [b] splenis, et duritiei ipsius, et nocet [b] stomacho, & confert [b] icteritiæ [f] †{nigræ,} & proprie decoctio eius, quod ex ipso maius est, & confert [b] hydropisi, & est vniuersaliter malum stomacho. *Membra expulsionis.* Prouocat vrinam, et [b] menstrua. et [b] soluit ventrem, & confert ascaridibus valde. *Febres.* Confert febribus antiquis. *Venena.* Confert puncturæ scorpionis: & decoctio maioris [b] morsui vermium venenosorum omnium, & eo [b] suffumigatur, & sternit. & fugat venenosa minora. *Permutatio.* Loco eius ponitur in extractione vermium, & prouocatione vrinæ, & menstruorum pondus ęquale de corticibus ramorum granati viridium, & tertiæ duæ ponderis ipsius de corticibus lignorum casiæ ligneæ. F

De †{*Pellibus*}. i. [g] Corio veteramentario. *Cap.* 545.

Pelles. *Electio.* Meliores ex eis sunt pelles lactentium, propter humiditatem ipsorum. *Operationes & proprietates.* Nutrimentum earum est paruum, viscosum & propinquum est in viscositate, & dispositionibus suis nutrimento pedum, & rasura quidem pellis caprinæ, cum ponitur super cursum sanguinis, retinet eum. *Decoratio.* Pellis viperę adusta, & linita super alopeciam confert. *Apostemata & bothor.* Dicitur, ꝙ pellis æqui aquatici cum ponitur super bothor, infrigidat ipsum. *Vulnera & vlcera.* Ponitur cinis pellis mularum, & similium super [g] adustionem ignis, & vlcera calida, cum non sunt cum apostemate. & est medicamen excoriationi [g] pedum ex calciamento, & coxarum, & fistulis. & pellis [h] recens ouis super percussionem ponitur in hora, & prohibet nocumentum ex ea, & est conueniens vlceribus fraudulẽtis, & scabiei, & pruritui. *Membra nutrimenti.* Pellis [i] intrinseca, quę est in stomachis auium, & in earum receptaculis iuxta collum existentibus, in quibus cibus sicut est primo ingreditur, præcipue gallorum, quando siccatur & teritur, & bibitur cum vino, confert dolori stomachi. *Venena.* Dicitur, ꝙ recens pellis calida caprina quando ponitur super morsum viperæ, attrahit venenum. G

[k] *De* †{*Pice.*} *Cap.* 546.

Pix quid est? Est duarum specierum: vna est marina, nigra, liquida, quę ponitur in emplastris, & est de genere kir, & alia est mõtana syluestris: & syluestris alia est liquida, et est ex arbore [k] †{ } alijs pini. Prima vero est species eius humida, deinde desiccatur cum decoctione, & plurimũ quidem ipsius est ex iembut & est arbor cadamcharis. Oleum vero picis proximũ est alchitrã. Et eius oleum fit, vt distilletur eius humidum vbi decoquitur, vt desiccetur, aut suspendatur supra ipsum lana, et madefiat ex vapore eius, et cum madefacta fuerit exprimatur in vase alio. Cum tñ sit possibile vt distilletur in cucurbita, et alembico melius est, ꝙ̃ illo modo, et magis seruatur illud, quod sublimatur. *Operationes & proprietates.* Est maturatiua humorum grossorum, abstersiua, calefactiua, et humida est vehementius maturatiua. et sicca fortius est desiccatiua, et ponitur in emplastris. *Decoratio.* [l] †{Extirpat albedinem vnguis,} et [m] attrahit sanguinem ad membra, et impinguat ea proprie cum iteratur eius adherentia, et euulsio subito cum violentia, et linitur [k] super fixuras pedum, et reliquorum membrorum vt sanet eas, et [m] †{ } emplastrum factum ex eo facit nasci pilos in alopecia. *Apostemata & bothor.* Lenit apostemata dura, et proprie humida, et [k] administratur cum farina hordei [n] †{ } super scrofulas [o] †{ et prohibet, cum permiscetur sulfuri, aut cortici arboris altenub ambulationem formicæ,} et prohibet exituras glandium omnium. *Vulnera & vlcera.* [p] †{ } Delet impetiginem, [q] †{et generat carnem in vulneribus profundis, proprie cum puluere thuris} [r] †{et cum melle, } [s] †{et mundificat vlcera corruptarum humiditatum,} et sicca in hoc et in vulneribus est vehementioris exiccationis. *Instrumenta iuncturarum.* Confert apostematibus in lacertis. *Membra capitis.* Sicca et humida bona est vlceribus capitis. *Membra oculi.* Fumus picis [t] † {bonificat pilos palpebrarum oculi et oriri facit pilos:} et [k] prohibet lachrymas eius, et implet [k] vlcera in oculo, et confortat visum. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert [u] tussi frigidæ et siccæ, et proprie cum amygdalis et zuccaro, et similiter in pleuresi et peripneumonia, facit sputum facile et maturat: et similiter cum oleo amygdalino est eius maturatio plurima. Sola vero cum est, tunc eius mundificatio est minor maturatione eius, et cum zuccaro est è contra. Et prohibet sputum sanguinis, et prohibet [k] sputũ saniei cum lambitur ex ea quantitas, vnc. i. et. 5. cum melle. Ex pice autem humida cum linitur palatum, est vtilis [k] præfocationi. *Membra expulsionis.* Lenificatiua est, et plurimus vsus eius soluit, et fit ex ea enema ad apostemata calida et dura in intestiuis et [k] matrice et testiculis. Et ponitur in H

medicinis

A Diosc.lib.3.c.78. A medicinis vulnerum orificij vesicæ. Et quando linitur pix super fixuras [a] ani, sanat eas. *Venena.* [b] Resistit venenis, & confert cum [a] linitur super morsum viperæ.

B Lib. 4.t.3. F. 6. c.3.& D.
C Diosc.li.2.c.143.
† Kurat.

[c] *De* †{*Porro.*} *Cap.* 547.

Porrum quid est? Porri aliud est scemium: & aliud est nabathium: & aliud est, quod dicitur porrum syluestre, & est illud, quod est inter porrum & allium, quod est melius in medicina, quam in cibo, sed nabathium magis ingreditur in curationibus, quam scemium. *Natura.* Nabathium est calidum in tertio, siccũ in secũdo. Et syluestre est calidius & siccius: & propter illud est deterius. *Decoratio.* Scemium [c] cum sumach confert verrucis. *Apostemata & bothor.* [c] Scemium cum sumach delet essere. *Vulnera & vlcera.* Scemium cum sale confert vlceribus fraudulẽtis. Et quod ex eo est syluestre, vlcerat corpus. *Membra capitis.* [d] Abscindit fluxũ sanguinis ex naribus, & [d] suffumigatur ex semine eius cum alchitran dens, in quo est vermis, & interficit vermem, & eijcit illum, & ipsius comestio facit soda, & [c] facit imaginari, & videre somnia mala. [d] †{& ipsius cinis} cum oleo ros. & aceto vini est conueniens auri dolorosæ & tinnitui. Et est ex eis, [d] quæ corrumpunt gingiuam, & dẽtes, & findit eos, & proprie scemium. *Membra oculi.* [c] Nocet visui. *Membra anhelitus et pectoris.* [c] Cum aqua hordei cõfert asthmati facto ex materia grossa, & proprie nabathium, & proprie cum melle, & confert ad apostemata pulmonis, et maturat ea, et dantur ex semine eius [c] .3.ij. cum equali pondere sui de granis myrti ad sputum sanguinis. *Membra nutrimenti.* [c] Est malum stomacho, & syluestre est deterius domestico, quoniam est amarius, & acutius, & magis mordicatiuum ipso: & porrum quidem totum [c] est inflatiuum: oportet ergo [e] vt elixetur in duabus aquis, quia alleuiatur inflatio, & nocumẽtum ipsius. [d] Rufus vero dicit, quod ipsum abscindit eructuationem acetosam, & est vniuersaliter tardę digestionis. *Membra expulsionis.* Prouocat [c] vrinam, & [c] menstrua, proprie nabathium, & syluestre, & nocent ambo [c] vesicæ, & [c] renibus vlceratis, & confert hæmorrhoidibus, quod ex eo [d] elixum est, comestum, & more emplastri suppositum, & commouet coitum, & similiter eius semen torrefactum. & semen quidem eius torrefit cum granis myrti ad tenasmon, & sanguinẽ ani: [c] & sedet in decoctione foliorum eius cũ aqua [c] †{ }& confert coarctationi matricis, & duritiei, quæ est in ipsa, & decoctio radicis eius cũ [d] isfidebeget cũ oleo de cartamo, aut oleo amygdalino, aut sisamino & cũ aqua vel cũ brodio cõfert [d] colicæ, & eius succus est ex summa eorum, quæ soluunt sanguinẽ. *Venena.* [c] Succus eius cum [f] †{melicrato} est conueniẽs morsibus.

D Raf.vlti.conti. t.1.c.562.
D† D.cum thuris polinæ, lacte aut
E D.& G. li.2.alimen.c.71. e
E† maris & aceto,
F† melle
G Diosc.li.1.c.132.
† Kemetri.

[g] *De* †{*Piris.*} *Cap.* 548.

Pira quid sunt? In ipsis sunt terreitas, & aqueitas, & in nostra quidem terra est species, quæ dicitur senabrud & est magnæ quantitatis, & est vehementis rotunditatis, & subtilis corticis, boni coloris, quasi peruium, & quasi ipsum sit aqua zuccari coagulata, congelata plurimum, sed non propter spissitudinem substantię, boni odoris valde, quod cum ab arbore sua cadit sup terram destruitur, & ista sunt in quibus non est nocumentum de speciebus pirorum. *Natura.* Pira quæ nominantur scinia sunt [h] frigida in primo sicca in secundo, senabrud vero temperatæ humida. *Operationes & proprietates.* [g] Omnes species eius sunt stypticæ, intrantes in emplastris [h] †{retentionis}materierum. Et quamquam abstergũt parumper, & [h] eorum humor est plurimus, & laudabilior humore pomorum, secundum quod dixit Rufus. Ea autem, quę dicta sunt senabrud in terra corasceni absque alijs sunt lenitiua naturæ, & boni chymi valde. *Vulnera & vlcera.* [i] Consolidat vulnera, proprie syluestria exiccata. *Membra nutrimenti.* Sunt præparantia stomachum, & scinia proprie [k] confortat stomachum, & abscindunt tussim, & sedant choleram. *Membra expulsionis.* [l] Constringunt ventrẽ, proprie quæ sunt exiccata: & [m] in piris quidem est proprietas faciendi euenire colicam, quare oportet vt bibatur post ipsa hydromel cum speciebus, quę sunt vt piper, & cinnamomum, & his similia. & eorum rob confert fluxui ventris cholerico. *Venena.* Cinis [n] †{speciei} eorum [o] †{vehementis stypticitatis, & tardę maturationis,} est [g] cura fungorum mortificantium. Et [g] quando coquuntur isti fungi cum piris [p] †{ }minoratur nocumentum ipsorum.

H Raf.vlti.conti. t.1.c.552.
H† D.repulsionis
I Ga.li.6.sim.43.d
K G.li.6.de sa.tu. c.10.e, & li.de cibis bo.& mali.c.8.f
L D.& Se.c.114.
M Raf.& Ser.
N† D.ligni
O† ——————
P† syluestribus,
Q† Kiaraha.

De [q] †{*Pedibus.*} *Cap.* 549.

Pedes. *Operationes & proprietates.* [r] Generant [α] humorem viscosum, non grossum, sed ipse est laudabilis, & paucarum superfluitatum. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert [r] tussi calidæ, proprie cum pultibus hordei. *Membra nutrimenti.* Bonæ sunt digestionis, boni [α] chymi, viscosi, non grossi. Et significatio bonitatis digestionis eorum, est velocitas [s] inflationis ipsorum, & dissolutionis in decoctione, verum eorum nutrimentum non est multum. *Membra expulsionis.* [s] †{Soluunt cum viscositate, quæ est in eis.}

R Rasis vlt.conti: t.1.c.540.
Infra α
Supra α
S G.3.alimẽ.c. 4.f
S† Ga. ob lentorẽ quæ per aluum faciliùs deijciuntur.

[t] *De* †{*Palma.*} *Cap.* 550.

Palma quid est? Est arbor dactylorum [u] nota, & omnes partes eius sunt stypticæ, & sermo [x] †{dactylorum}iam [y] præterijt.

T Dio.lib.1.c.125.
† Nachal.
V Cap.90.
X† nucleorum
Y Cap.521.

De †{*Petroleo*}.i. [z] Naphtha. *Cap.* 551.

Petroleum quid est? Album notæ speciei est, & nigrum est colamentum picis babylonicę, & reliquarum. *Natura.* Calidum est & siccum vsque ad quartum. *Operationes & proprietates.* Est subtile, & proprie album, resolutiuum, liquefactiuum, aperitiuum oppilationum. *Instrumenta iuncturarum.* Cõfert doloribus [z] ancharum ambarum, & [z] doloribus iuncturarum, & proprie albũ. *Membra capitis.* Petroleum varium, confert doloribus auris frigidis. *Membra oculi.* Confert [z] albugini oculi, & [z] aquę descendẽti, & nigrũ ex eo etiã. *Membra anhelitus & pectoris.* [a] Confert asthmati, & tussi

† Naft.
Z Diosc.lib.1.c.85. Repete.c.117.conferatur hoc cap. cũ cap.117.
A D.& Ra. vl.conti. t.1.c.543.

& [a] tussi antiquę:bibitur enim parum ex eo cum aqua calida. *Membra expulsionis.* Sedat dolorem E [a] ventris pungitiuum,& ventositates.Et [b] quando fit ex eo licinium interficit vermes,& proprie nigrum,& [b] †{vtrunque prouocat,}& frangit [c] ventositatem vesicæ,& frigus matricis. *Venena.* [a] Confert puncturæ epithematum.

[d] *De* †{*Pentaphylone.*} *Cap.* 552.

Pentaphylon quid est? Est noiatus quinque folia. *Operationes & proprietates.* Est [e] fortis exiccationis sine acuitate,& adustione,& mordicatione: & fit ex eo emplastrum ad [d] fluxum sanguinis, & sedat ipsum. *Apostemata & bothor.* Fit ex eo emplastrum ad [d] dubellet,& [d] scrofulas, & [d] duritíes phlegmaticas,& [a] panaricios. *Vulnera & vlcera.* Decoctio radicis eius valet ad [d] vlcera ambulatiua.& quod de eo decoctum est cum aceto ad [d] formicam,& cōfert in [d] erysipila, & [a] panaricijs, & [d] scabie. *Instrumenta iuncturarum.* Confert doloribus [d] iuncturarum,& [d] sciaticæ,& confert [d] ramici bibitus,& more emplastri superpositus. *Membra capitis.* Decoctio [d] radicis eius valet ad dentem dolorosum,& cum ex ea fit oris [d] collutio adalcola. Et folia eius cum vino [d] ad epilepsiam valet bibita.xxx.diebus. *Membra anhelitus & pectoris.* Fit gargarisma cum decoctione eius ad [d] asperitatem gutturis.& succus radicis eius ad dolorem [d] pulmonis. *Membra nutrimenti.* Succus radicis eius valet ad dolorem [d] hepatis,& [d] icteritiam,cum bibitur per aliquot dies [e] †{cum sale,& melle,& potio eius fit tres anulusat.} *Mēbra expulsionis.* Cōfert radix [d] eius solutiōi,& vlceribus [d] intestinorū,& [d] hæmorrhoidibus,& silr decoctio radicis eius. *Febres.* Folia eius cū hydromelle,[f] †{aut cum vino cōferunt qrtanę,et quotidianę.} *Venena.* [d] Succus radicis eius ē medicia [g] †{pniciosa.} F

[h] *De* †{*Piscibus.*} *Cap.* 553.

Pisces. *Electio.* Meliores pisces sunt illi,qui non sunt magni valde, neque habent carnē duram, neque siccam,& in quibus non est pinguedo,ita quod quasi frangatur,neque mucilago:& in quibus non est malus sapor,vel odor,& quorū sapor est suauis.Suauis enim saporis sunt conuenientes, & qui sunt pingues,non superfluam pinguedinem habentes,neque grossam, neque vt sepum, neque acrem, & illi quibus non cito aduenit fetor,cum ab aqua separātur.& eligitur quidem ex piscibus duram carnem habentibus ille,qui est minor.Et ex habentibus mollem carnem ille, qui est maior ad terminum aliquem.Et ille,qui habet duram carnem salitus,melior est eo,qui est recēs. In generibus autem alsabent sunt meliores,deinde albeni,post ea almarmaheigi,& alsceba marini non sunt mali,sed alregirie,& alsim ambo sunt grossi,alchetab autē & almarmaheigi,& alsersul sunt boni valde,in aquis autem in quibus morantur est electio,qm̄ illi,[i] qui morantur in locis petrosis sunt meliores,deinde in arenosis,& aquis dulcibus currentibus in quibus non sunt sordes, & non sunt limosæ,neque lacunales,neque paludosæ:& non sunt de lacunis paruis,quę flumina non imbibunt,& in quibus non sunt fontes:& pisces quidem marini sunt laudabiles subtiles. Et melior species eorum,est illorum,qui non sunt [i] nisi in mari,& pelagini,& illi, qui morātur in aquis discoopertis flatui ventorum super se,sunt meliores eis,qui sunt ē contrario,et illi,qui morantur in aquis multarū agitationum,& vndarum sunt meliores,& vehementiori indigent exercitio,q̄ illi, qui habitant in aquis stantibus.Et pisces quidem marini sunt optimi,subtilis carnis præcipue,cum ipsorum habitatio est in littoribus petrosis,aut arenosis.Et pelagini quidem,qui sunt de mari plurimi sunt exercitij.Et illi,qui vadunt de mari ad flumina dulcia,quorum cursui cōtraria existit aqua natura, etiā sunt subtiles,& plurimi exercitij. [i] Secundum cibum autem,illi qui cibantur herbis bonis, & radicibus plantarum sunt meliores his,qui comedūt sordes,quæ proijciuntur in ciuitatibus ad loca infusionum,& radices plātarum malarum,quāuis sint in vltimo boni saporis. Modus [k] vero melior in quo pisces comeduntur est alesfidabeggi,deinde illorum,qui sunt assati super testā. [k] Frixi vero sunt conuenientes habentibus fortem stomachū,& cum seminibus:et assati quidem sunt nutribiliores,& tardioris descensionis,& elixati sunt ē contrario.Et melior ipsorū decoctio est,vt coquatur aqua donec ferueat,deinde proijciantur in eam.Saliti autem sunt meliores, qui sunt recentes:deinde illi,qui sunt propinqui termino quo sunt saliti.Et meliores istorū sunt illi, qui sunt conditi cum aceto,& cum rebus condientibus cibaria:& aqua quidem in qua elixantur pisces saliti,& proprie marini sunt vehementis mundificationis,& ponitur in clysteribus exiccatiuis. *Natura.* H
Oīs piscis frigidus est & humidus,verum quidā pisces sunt calidiores ſm comparationem ad complexionē piscium,sicut alchusegi,& algieri,& almarmaheigi. Et saliti quidē sunt calidi, & sicci,& quāto plus antiquantur,tanto plus in ambobus augmentant̄.Et aqua quidē piscium salitorum similis est almuri in dispōnibus suis. *Operationes & proprietates.* Qui sunt [l] recentes gn̄ant phlegma aquosum,& mollificant neruos,& nō sunt cōuenientes nisi stomacho calido valde,& sanguis eorum ad subtilitatē declinat,& cutis [l] piscis,qui noīatur [l] †{sisus,}& est in partibus domus orationis,cum cinis puluerizat̄ in oculos aīalium delet eorū albuginē.& spēs quidē [m] piscium salitorum extrahunt ea,q̄ infixa sunt in carne,ex locis in quibus tenent̄,& proprie aliarie. *Vulnera & vlcera.* Capita semeros [n] adusta eradicant carnem additam in vlceribus,& prohibent earū ambulationē, & eradicant verrucas & morum.Et [o] aqua piscium salitorum confert vlceribus putridis,& abluit ea.Et alsabane,& pisciculi sunt boni in curis vlcerum putridorum. *Instrumenta iuncturarum.* Qn̄ clysterizatur cum decoctione salitorum multotis,confert [p] valde dolori anchę.Et qui recētes sunt mollificāt neruos. *Membra capitis.* Pisces parui,[q] quos illi de scemi noīant asir,cum colluūt os habētes alcola fraudulentas ex almuriqui,fit ex eis,conferunt.& cū alrahade viuus [r] approximatur

capiti

A Dio.lib.... B Se.c.177.... B† D.purgatione mulierum cum ... no & castoreo ... elicit C Ras. vlti.... t.1.c.549. D Dio.lib.... † Nithasilum, nidafilun. E G.8.sim.... *Infra* ... *Supra* ...
E† tribu... F† Dio.... vino,& pipere ... guo, in quarta quaternū ... rū,in tertiana ternū in quarta na vnius. G† Di.... venena. H Gal.lib.... bo.& mali ... c.9.g.h † Semech.
I G.lib.3.alim... c.25.a,&... bo.& mal... c.9.g.h,&... tho.c.2.... I G.3.ali...
I G.3.alimen... K Gal.3.ali...
L Ras. vlti.... t.1.c.554. L† saichum ... mium M Dio.lib.... de siluro. N Dio.lib.... de smaride. O Dio.lib.... de garo. P Diosc.lib.... Q Dio.lib.... de mænis. R Repetit.c.... G.lib.11.si... & Rasis vlti.... t.1.c.554.

A Ras. vlti. conti. t.1.c.554. A capiti patientis soda, stupefacit ipsum ne sentiat soda. *Membra oculi.* Cum [a] cuti saichun cōfricantur palpebræ scabiosæ, & confert. Et cutis eius adusta etiam ingreditur in medicinis oculi, & alcosol facto [a] ex eo cum sale delet vngulam, & comestio suichali cum est [a] recens acquirit cæcitatem oculo, immo oēs pisces. *Membra anhelitus & pectoris.* [a] †{Algiari} [a] recens mundificat cannā pulmonis, & clarificat vocē, & similiter salitus. Et capita piscium salitorum exiccatorū conferunt vuę apostemate: & gluten quidem piscium ponitur in sorbitionibus, & [b] prohibet sputum sanguinis. *Membra expulsionis.* Venter sacaidicon lenit ventrē cum difficultate suę digestionis. Et caro aliarie lenit ventrem. & omnia [c] iura piscium leniunt ventrem. Et capita [d] pisciculorum salitorum exiccatorum sunt medicamen bonum fixuræ ani, & causigi proprie, & teheul, & almerēnegi, & alcausigi, & aliarie oēs augmentant coitum. Et oīs [a] piscis recēs comestus dum est calidus, auget in coitu. *Venena.* Capita [e] sumeros salitorum adusta ponuntur super morsum canis rabiosi, & puncturam scorpionis, & conferunt, & similiter oēs pisces, & iura eorum, & ius oīs piscis cōfert in venenis bibitis, & puncturis. & piscis, [f] qui nominatur eutaras ius bibitum & vomitus post ipsum multoties prouocatus ſm continuationem, confert morsui serpentis cornuti, & canis rabiosi.

A† Silurus
B G.5.met.c.13.e.f
C Diosc.lib.2.c.31.
D Dio.lib.2.c.27.
E Diosc.lib.2.c.26. de smaride.
F Diosc.lib.2.c.29. de thunno.
G Diosc.lib.3.c.69.
† Hacharcharba.

[g] De †{Pyrethro.} Cap. 554.

Pyrethrum quid est? Plurimum, quod de hac planta administratur, est radix eius. *Electio.* B Melius est illud, quod acutum est, & mordicatiuum linguæ, et magnitudo eius est ſm quantitatem digiti. *Natura.* Existimauit quidam eorum quibus non est credendum, ꝙ est frigidum, subtile, sed ipsum non est nisi calidum & siccum in tertio. *Operationes & proprietates.* Extrahit [g] phlegma masticatum, et virtus eius est adustiua, & [α] prouocat sudorem, cum ex eo cum oleo abstergendo inungitur corpus. *Decoratio.* Si [g] misceatur cum oleo, & abstergendo inungatur ex eo [α] prouocat sudorē. *Instrumenta iuncturarum.* Fricatio facta ex eo, & decoctione ipsius, & oleo eius confert [h] mollificationi neruorū antiquę, & stupori eorū, & prohibet generationem alcuzez ab eo in quo generatur alchuzezi. *Membra capitis.* Vehementer aperit oppilationes colatorij, & constrictionem narium: & eius decoctio confert [i] dolori dentium, & proprie frigido: [i] †{et eius acetum confirmat dentes motos,} si decoquatur cū aceto et teneatur in ore. *Febres.* Quando fricatur [g] cum eo corpus ante paroxysmum rigoris cum oleo, confert rigori facto cum febre, & absqꝫ febre.

Infra α
Supra α
H G.8.si.fo.59.d, & Rasis vlti.2t.t.1.c.553.
I D.& Ras. ibi.
I† ————
K† Fanid.

De [k] †{Penidys.} Cap. 555.

Penidij. *Natura.* Calidi sunt et [l] humidi in primo, et proprie albi sunt humidiores alijs. *Operationes & proprietates.* Sunt [m] grossiores zuccaro. *Membra anhelitus & pectoris.* Sunt [m] boni tussi. *Membra expulsionis.* Sunt [m] lenitiui ventris.

L Ser.c.51. & Ras. vlt.2t.t.1.c. 543.
M Sera. & Ras.

[n] De †{Pipere.} Cap. 556.

C Piper quid est? Inquit [o] Gal. in primis cum eleuatur fructus eius, est longum piper: deinde separatur in grana piperis: et propter hoc est longum piper humidius. et ideo corroditur, et mordicat parum post principium sui gustus. et radix eius est similis costo nigro, sed est vehementioris acuitatis: et album est debilioris caliditatis et humiditatis. Quidam [p] vero dixerunt, ꝙ nigrum iā exiccatum est, et cecidit virtus eius, et acuitas eius. et remansit in albo, quod nō peruenit ad vehementiam exiccationis. *Natura.* Est [q] calidum et siccum tendens ad quartū. *Operationes & proprietates.* In ipso est [n] attractio, et resolutio, et abstersio, et masticatur cū [n] vua passa, et eradicat phlegma viscosum. Et est ex sedatiuis dolorum, et [β] calefacit neruos, et est cōueniens sanis. *Decoratio.* Ipsum cum nitro [n] abstergit morpheam, et extenuat cum nitro. *Apostemata & bothor.* Ipsum cum pice [n] resoluit scrofulas. *Instrumenta iuncturarum.* [β] Calefacit [r] neruos, et lacertos, adeo ꝙ in hoc aliud non est ei par. *Membra capitis.* Cū aceto confert dentibus. *Membra oculi.* Confert albugini positum in alcofol et [n] abstergit. *Membra anhelitus & pectoris.* Qn̄ administratur in electuarijs factis in modum lhoc, est conueniens [n] tussi, et doloribus [n] pectoris, et est conueniens cū melle positum in palato ad [n] squinantiā, et mundificat pulmonē. *Membra nutrimenti.* Est [n] digestiuū, faciens [n] appetitū, et [n] bibitur [γ] cū folijs lauri recentibus et cōfert dolori ventris pungitiuo, et inflationi, et [r] †{ }est cū [n] aceto bibita, et linita, bona apatibus splenis. Et albū magis cōueniens est stomacho D et [s] vehemētius confortat ipsum. et longum piper facit cibū descendere facile. *Membra expulsionis.* [n] Prouocat vrinā, et [n] eijcit fœtū, et [n] post coitum [s] †{ }corrūpit semen cum fortitudine. [t] et [u] †{paucum} eius prouocat vrinam, et [x] †{multum eius} et parum eius soluit, ſm contrarium scamoneæ, et est exiccatiuum, et [q] consumit sperma. Longum [y] vero piper, et album augmentum efficit in coitu propter humiditatem suam superfluam. Et quādo bibitur [y] cum melle, et folijs lauri recentibus, confert dolori ventris pungitiuo. *Febres.* Fricando fit inunctio ex ipso cum vnguento, et confert [n] rigori. *Venena.* Ponitur illud, quod est [n] album in theriacis, et similiter [n] longum piper, et confert [n] morsui venenosorum vermium [z] †{linitum cum oleo.}

N Diosc.li.2.c.151.
* Fulful.
O Li.8.simpl.58.b
P G.li.8.sim. 58. b
Q Rasis vlt.cont. t.1.c.550.
Infra β
Supra β
R. Se.c.357. & Ra.
Infra γ
R† radix eius
S G.li. 4. de tuen. sin.c.5.a
S† statim supposi- tum
T Cap.636. & Ser. c.357.& Ras.vl.2t. t.1.c.550.
V† multum
X† ————
Y Cap.557. & Ra.
Supra γ
Z† ————

De [a] †{Pipere longo.} Cap. 557.

Piper longum quid est? Est res parua sicut nodus extremus digiti, et in forma seu figura floris salicis, qui cadit ad terram, seu apti cadere in terram, sed est minus, et est durum, et coloratū. et eius sapor in acuitate est proximus sapori piperis, et est [b] primus fructus piperis, et propter illud est humidus, et [c] corroditur, et non mordicat in principio gustus. *Electio.* Melius ex eo, est nouū, quod nō est arte factum, neqꝫ dissoluitur in aqua tepida etiam, si remaneat tota die, et est simile piperi in sapore. *Natura.* Est calidum in tertio, siccum in secundo. *Operationes & proprietates.* Est resolutiuum,

A† Darfu ful.
A Præcut.c. 556.
B Ras. vlti. conti. t.1.c.550.
C G.li.8. sim.58.b

tiuum,remouẽs ęgritudines frigidas. *Mẽbra oculi.* Piper longũ cum aqua hepatis caprę assati cõfert panno,seu panniculo. *Membra nutrimenti.* Digerit,et cõuertit cibum in substãtiam nutriti, et cõfortat stomachum. *Membra expulsionis.* Addit in [a] coitu,et similatur operationibus zinziberis. E

De †{*Pipere aquæ*}.i.[b] Hydropipere. *Cap.* 558.

Piper aquę qd est? Est herba,q̃ est vt [b] olus nascẽs in aqua,& approximat ei ĩ gustu suo sapor [b] piperis,sed nõ ẽ ei acuitas piperis. *Operatiões & proprietates.* Calefacit [c] sufficiẽter,sed minus,q̃ piper.

De [d] †{*Petroselino.*} *Cap.* 559.

Petroselinum.dictum est in [e] cap.de apio.

De †{*Prassio*}.i.[f] Marrubio. *Cap.* 560.

Prassium quid est? Est herba amari saporis. *Natura.* Inquit [g] Oribasius.Non sunt calefactio eius & exiccatio ipsius fortes.Alij aũt dixerunt,ꝙ est calidum in tertio,siccum in secundo. *Operationes & proprietates.* Est [g] aperitiuum,abstergit,& liquefacit,et resoluit,et incidit. *Membra capitis.* Eius succus [h] confert dolori auris antiquo,& mũdificat,& aperit meatus auditus,[h] †{ & remouet antiquum dolorẽ eius.} *Membra oculi.* Succus eius cũ [f] melle [i] †{ }est conueniẽs ad acuendũ visum. *Membra anhelitus & pectoris.* Mũdificat [f] pectus,& pulmonẽ ꝑductione sputi. *Mẽbra nutrimenti.* Est aperitiuũ oppilationum in [h] hepate,et [h] splene. *Membra expulsionis.* [k] †{Prouocat mẽstrua,& mũdificat matricẽ.} *Venena.* Fit [l] ex eo emplastrũ cum sale ad morsum canis rabiosi. F

[m] De †{*Pæonia.*} *Cap.* 561.

Pęonia quid est? Eius alia est masculus,et alia est fœmina.masculus quidem radices habet albas grossas vt digiti,stypticum habentes gustum.& fœmina habet radicẽ in plurimas partes diuisam, & ramos. *Natura.* Est [n] calida & sicca non vehementer. *Operationes & proprietates.* In ipsa sunt exiccatio,& stypticitas cum resolutione,& apertione,& subtiliatione,& incisione,& abstersione: & q̃n masticatur vna hora apparet post eam in ipsa acuitas ad stypticitatem declinans. *Decoratio.* Abstergit vestigia nigra in cute. *Instrumenta iuncturarum.* Confert [o] podagræ. *Membra capitis.* Confert epilepsiæ,adeo ꝙ [p] etiã suspensa:& iam quidem experta est eius appensio, & inuenta est prohibere epilepsiam,quandiu remanet,& cum eius ablatione cõpertum est redire epilepsiã.Et iudęus quidã inquit.Suffumigatio facta cum semine eius confert [p] †{dæmoniacis, & } [q] epilepticis,& sanat eos.& silr si sumatur fructus eius,& bibatur cum melle rof.confert vehementer.Ego aũt dico,ꝙ forsitan hæc est spẽs pæoniæ romanæ:nã illa,quæ ex India fertur ad nos non habet magnum effectum in hoc cap.[q] †{& bibuntur ex semi.eius.xv.grana cum melicrato aut vino,et con ferũt incubo valde.} *Membra nutrimenti.* Retinet naturam q̃n decoquitur cum syrupis ponticis, & prohibet materias effusas ad stomachum,& semen eius cõfortat [m] stomachum,& sedat dolores eius,& [m] mordicationem eius.Et confert radix eius [m] icteritiæ,& aperit [r] oppilationem,quæ est in hepate. *Membra expulsionis.* Et q̃n bibitur cum vino et prouocantibus,mouet menstrua.et potus eius prouocat vrinam etiam.[r] †{Et q̃n sumuntur de semine eius.xv.grana cum melicrato aut vino conferunt præfocationi matricis,}[s] †{& si bibãtur.xij.grana eius cũ vino, abscindunt fluxum sanguinis.}Et q̃n in potu [m] datur fœtis de radice eius quantitas amygdalę mundificet eas à superfluitatibus partus prouocatione educente superfluitates.& confert de radice eius quantitas auellanæ dolori [m] renum,& [m] vesicæ,& decoctio eius cum vino [m] stringit ventrem,& prouocat. G

De †{*Pino*}.i.[t] Picea, & Pinu. *Cap.* 562.

Pinus quid est? De grano autem pini iam diximus in [u] cap.de ha,& nos nolumus nisi vt loquamur de reliquis partibus arboris pini. *Natura.* Virtus corticis maioris fortior est, & cortex eius, quæ noĩatur fuchi est debilior. *Operationes & proprietates.* In cortice eius est stypticitas plurima,et [α] vermis,qui est in ipsa existit in virtute cantharidis. *Vulnera & vlcera.* Cortex eius confert vlceribus [x] †{cazefie.}Et in ipso est virtus cõsolidatiua,& in cortice ipsius est de stypticitate,[y] †{quæ peruenit ad hoc vt sanet abrasionem,quãdo super eam ponitur vt emplastrum, }& puluerizatio corticis confert[t] adustioni [z] †{aquę calidæ,}& folia eius faciunt cohęrere vulnera puluerizata.et cortex eius est conueniens locis percussionis,& consolidat.sed folia eius sunt conuenientiora ad illud,q̃m sunt humidiora. *Membra capitis.* [β] Gargarismus factus ex decoctione radicis eius attrahit phlegma plurimũ.[a] decoctio [b] †{corticis}eius cũ aceto est cõueniens,q̃n colluitur ex ea os, ad dolorẽ dentium,& q̃n ponitur in eo acetũ,& fit ex eo [β] gargarismus attrahit phlegma pl̃m. *Mẽbra oculi.* [t] Fumus eius cõfert casui palpebrarũ,& [t] corrosioni anguli lachrymalis. *Mẽbra anhe.& pect.* Granũ eius cõfert [t] tussi antiquæ. *Membra nutrimenti.* Cortices & folia eius [a] q̃n bibunt [c] †{ }conferunt dolori hepatis. *Membra expulsionis.* Granum eius retinet mẽstrua, & [t] fructus [d] †{ }cũ semi.cucumeris [e] †{ in vino}prouocat,& cõfert vlceribus ĩ renibus,& vesica:et cortex eius [t] retinet ventrem ẽt. *Venena.* [α] Vermis viridis,qui est ĩ pino,est in natura cãtharidis. H

De †{*Pupilla oculi*}.i.[f] Lauere, siue Siuo. *Cap.* 563.

Pupilla oculi quid est? Est eruca aquę,& [g] dicitur etiam apium aquæ,& est boni odoris,& ortus eius est in aquis stantibus. *Operationes & proprietates.* Est calefactiua, resolutiua. *Membra expulsionis.* Prouocat [f] menstrua, & [f] vrinam, & frangit [f] lapidem in renibus, & [f] vesica, si comedatur cruda,aut elixata, et confert [f] vlceribus intestinorum.

De †{*Pastu columbarum*}.i.[h] Palea. *Cap.* 564.

Pastus columbarum, quid est? Est herba habens granum, sicut granum myrti, et est ei proximum:

A proximum: veruntamen est vehementioris cinereitatis ipso, & similatur in medulla eius, in colore, & gustu lenti excorticatę in qua est aliquantulum dulcedinis. *Natura.* Est calida in primo, humida in secũdo. *Vulnera & vlcera.* Incarnat vulnera, & prohibet vlcera ambulatiua perniciosa cum ex ea fit emplastrum cum aceto. *Apostemata & bothor.* [a] Resoluit apostemata phlegmatica. *Operationes & proprietates.* Est subtilis,[a] †{& non nocet camelis, qui pascunt ipsam.} *Venena.* Est venenum vermibus venenosis. *Decoratio.* [b] †{Eius decoctio denigrat capillos.}

A Raf. vlti. conti. t.1.c.530.
A
B
† Rhaialiel.
C Diosc. lib. 3. c. 64. Alialfa
De pastu camelorũ Raf. vlti. conti. t.1. c.529.
D Raf. vlti. conti. t.1.c.529.

De Pastu †{ceruorum}. i.[c] Elaphobosco. Cap. 565.

Pastus ceruorum. *Natura.* Est calidus, subtilis, exiccatiuus in secundo. *Operationes et proprietates.* [c] Dicitur, ꝙ cerui non nocentur ex odore viperarũ & scorpionum, qñ aduenerit eis, ꝙ depasti fuerint ex hoc pastu theriacali. *Venena.* Semen eius dat̃ in potu ad morsum aĩalium venenosorũ. *Membra expulsionis.* Decoctio stipitũ eius prouocat [d] vrinã, & [d] mẽstrua, & extrahit [d] fœtũ & sedat [d] pruritum accidẽtem in vulua, cum abluitur cũ ea. *Decoratio.* Eius decoctio [d] denigrat capillos.

† Regiel algierad.
E Raf. vlti. conti. t.1.c.548.
Ista duo capita sũt vnũ tñ apud Raf.
F Dio. lib. 2. c. 123.

De †{Pede locustæ}. i.[e] Pede corui. Cap. 566.

Pes locustæ quid est? Currit cursu oleris iameni. *Membra anhelitus & pectoris.* Datur cibus ex eo, & confert [e] phthysi. *Febres.* Iuuamentum decoctionis eius est sicut iuuamentum chrysolachanæ, & reliquorum in febribus quartana, synocho, et hemitriteo.

† Regiel algierab.
G Lib. 7. de coronopo fo. 375. & opposituum li. 3. F. 16. t.1.c.7.
H Alexander lib. 11. pag. 520.

B De †{Pede coruino}. i.[f] Coronopo. Cap. 567.

Pes coruinus. *Membra expulsionis.* Radix huius herbæ cum decoquitur, confert solutioni antiquæ, & dixerunt [g] Paulus, & alij, quòd confert colicæ etiam, & [h] efficit operationem hermodactylorum absque nocumento.

I Diosc. lib. 2. c. 35.
† Ribe.
K Rasis vlti. cont. t.1.c. 568.

[i] De †{Pulmone.} Cap. 568.

Pulmo. *Operationes & proprietates.* [k] Eius nutrimentum est paruum, declinans ad phlegmaticum, & in hoc est cõsideratio. *Vulnera & vlcera.* [i] Pulmo arietis sanat excoriationem calcanei ex calciamento, quando super ipsam ponitur calidus. *Membra nutrimenti.* Eius digestio est facilis. *Membra expulsionis.* In ipso est constrictio ventris.

† Tufaba.
L Dio. lib. 1. c. 131.
M Ga. 2. ali. c. 21. g

De †{Pomis}. i.[l] Malo. Cap. 569.

Poma. *Electio.* Magis temperata sunt alscemia, & illa, quæ sunt insipida, [m] sunt mala, & parui iuuamenti, & non agunt aliquid, nisi operationem eis propriam, & similiter immatura. *Natura.* Illa quæ ex eis sunt insipida, sunt frigidiora & humidiora, propter illud, quod est in eis de aqueitate, & pontica, & styptica, & acetosa sunt frigida grossa, & dulcia sunt aquea, & sunt decliuiora ad caliditatem, q̃ alia, quãuis magis dominans in eis sit frigus, et sunt diuersa: & similiter folia eorum, & arbores sunt diuersa. Et omnino illud, quod in substantia dominatur, est humiditas superflua, C frigida. & fortasse illa, quæ sunt vehementis dulcedinis in caliditate sunt temperata, aut declinant ad eam. *Operationes & proprietates.* In ipsis est prohibitio superfluitatũ, & proprie in folijs eorum, & in pomis quidem est [l] inflatio, & proprie in eis, quæ non sunt dulcia, & illa quæ sunt pontica, & styptica sunt aquea, terrea. Et dulcia sunt aquea, et insipida sunt aquea valde ad partem humiditatis superfluę decliuia, & propter hoc feruet eorum succus velociter, & [n] mel conseruat succum eorum. & generat̃ quidem ex ponticis, & ex eis, quæ sunt styptica humor terreus. & acetosa, & imatura generãt phlegma, & putredines, & [a] febres cruditate sui humoris, & suę cruditatis, & quia recipiunt putrefactionem. humor vero acetosorum est subtilior humore stypticorum: & syru. de pomis antiquis melius est, q̃ syrupus de pomis nouiter collectis propter resolutionem malorum vaporum ab eis. *Apostemata & bothor.* Conferunt folia eorum, & [n] succus eorum inceptioni apostematum calidorum. *Vulnera & vlcera.* Folia & cortices eorum, cõsolidant, & similiter [n] succus eorum, quæ sunt styptica. *Instrumenta iuncturarum.* Assiduatio comestionis pomorũ facit euenire [l] dolorem neruorum, & proprie vernalia. *Membra anhelitus & pectoris.* Cõfortant cor, proprię odorifera de scemi, & odorifera dulcia, & acetosa. Et si sit illic angustia ex caliditate sunt magni iuuamenti, & eorum sauich etiam. *Membra nutrimenti.* [n] Confortant debilitatem stomachi: & quæ styptica sunt conferunt stomacho si est cum caliditate, aut humiditate: & similiter pontica, & aceD tosa conferunt debilitati stomachi, si est in eo humor grossus non frigidus valde propter suã grossitudinem. Et assantur quidem in pasta, & conferunt paucitati appetitus: & sauich pomorum confortat stomachum, & prohibet vomitum. *Membra expulsionis.* Dulcia & [o] acetosa, quando in stomacho inueniunt humorem grossum qñꝗ deponunt ipsum in egestione, & si est vacuus retinẽt. Et ea quę in massa assata sunt, conferunt ad vermes, & dysenteriam. Et quę ex eis sunt conuenientiora [p] dysenterię sunt pontica, & eorum sauich nisi dominetur eis lenitas zuccari. *Febres.* Quandoꝗ generãtur ab illis, quæ sunt immatura [a] febres plurimę cruditate sui humoris. *Venena.* Conferunt venenis, & similiter succus, & folia ipsorum.

N G. lib. 7. simpl. fo. 51. h
Supra a
O G. li. 2. alimen. c. 21. g. h
P G. li. 2. alimento. c. 21. h
Infra a
Q Dio. li. 4. c. 54. 55. 56. & 57.
† Canchas,
R Raf. vlti. conti. t.1.c.533.

[q] De †{Papauere.} Cap. 570.

Papauer quid est? Papaueris sunt species, hortulana, & cãpestris, & similiter est nigrum, & species cornuti, quod est marinum, & fructus eius est curuus: & species spumosi heracliensis. *Electio.* Quod melius & sanius est, est album. Et oportet quidem vt [q] terantur capita papaueris cuiusque speciei recentia, & fiant ex eis trochisci, & reseruentur, & administrentur. *Natura.* Hortulanum est frigidum & siccum in secundo, & nigrum in tertio. & [r] dicitur, ꝙ vsꝗ ad quartum. *Operationes & proprietates.* Spẽs papaueris sunt infrigidatiuę, & non est in ipso nutricatio, de qua sit curandũ.

Et illud quidem, quod est nigrum, est ingrossatiuum, exiccatiuum. & papauer marinũ cornutum, E
cuius fructus est curuatus, sicut cornua tauri est abstersiuum, incisiuum, & est vehementis abstersionis. Et flos quidem [a] †{campestris} mundificat vestigia vlcerum in oculis animalium. *Apostemata & bothor.* [b] †{Liniuntur species eius præter marinum super erysipilam.} *Vulnera & vlcera.* Folia cornuti valent ad vlcera sordida, et corrodunt carnem additam propter suam abstersionem, & eradicant [a] escaras, & similiter flos eius, & non est conueniens vlceribus manifestis propter superfluitatem suæ abstersionis. Et ex campestri quidẽ fit emplastrum cũ oleo super vlcera, et eradicat ea. *Instrumenta iuncturarum.* Linitur marinum cũ lacte super podagrã, et confert. et qñq; decoquitur radix [a] papaueris [c] †{campestris} in aqua donec consummatur medietas, et datur in potu, et confert sciaticæ. *Membra capitis.* Facit somnum, & proprie illud, quod nigrum est, & est stupefactiuum, & in [d] licinio supponitur, & facit dormire, & prohibet catarrhum, & cum habentis [e] vigilias fronti ex eo emplastrum superponit̃, iuuatur inde. & similiter qñ embrocatur decoctio eius, & cum ex eo spumoso [a] fit vomitus bibito ſm quantitatem [f] †{achsunesi} in melicrato, iuuantur ipso epileptici. Et oleum eius cũ oleo ro. est conueniens soda, qñ ex eo inungitur caput: cum tñ ab eo abstinetur quantum plus posse est, fit melius. Et [g] qñq; distillatur eius decoctio in aurem fortis doloris, & sedat dolorem eius. *Membra oculi.* Administratur illud, quod frigidum est in doloribus oculi vehementibus apud necessitatem: sed in ipso est cautela obseruãda, sicut [h] diximus in opio. F
Membra anhelitus & pectoris. [i] †{Confert tussi calidæ, & fluxibus ad pectus, & sputo sanguinis. Et sumitur ex eo loch conferens ad illud valde, & proprie quando miscetur cum acacia, & succo barbæ hircinæ.} Filius vero Mesaugue inquit. Semen nigri mundificat pectus. corticis autem manifestior dispositionum est, q̃ difficultat sputum et omnia semina eius faciunt spuere. *Membra nutrimenti.* Confert humiditatibus stomachi. Et quando radix eius, quod marinum est. s. [a] cornutum decoquitur in aqua, donec medietur aqua, confert egritudinibus hepatis, & illi in cuius ventre est humor grossus. Et semen [a] spumosi, facit vomere. & dicitur simile etiam huic in campestri. *Membra expulsionis.* [k] †{Album & nigrum qñ teruntur multum,} & dantur in potu cum vino [l] †{nigro, & pontico,} secant fluxum ventris antiquum: & natura quidem eius non est vacua à virtute solutiua cum hoc, quæ resoluitur in aqua. & ex decoctione eius vehementi qñ fit clystere, [g] confert dysenteriæ: & qñ bibitur semen eius, [m] †{cum syrupo melicrati,} lenit ventrem, & qñ in potu datur de spumoso quantitas [n] †{achsunesi} vnius in melicrato, facit [a] vomere. & soluit semen spumosi phlegma, & humorem crudum. & similiter semen speciei ægyptij datur ad bibendum in nahaf et tri. et semen eius, quod domesticum est, cum [g] melle augmentat sperma.

[o] De †{Persicis.} Cap. 571.

Persica. *Natura.* Sunt frigida in fine secundi, humida in primo, infra tamẽ finem eius. *Operationes & proprietates.* Quæ sunt humida velocis sunt putrefactionis, lenificatiua, & in ipsis est stypticitas aliquãtula. sed eis stypticiora sunt ea, quæ sunt incisa, exiccata, & in ipsis est prohibitio cursus, et immatura sunt styptica etiam. *Decoratio.* [p] Abscindunt folia eius quando ex eis fit linimentum odorem psylothri. *Membra capitis.* [q] Distillatur succus foliorum eius in aurem, & interficit vermes. & confert oleum eorum hemicraneæ, & doloribus auris calidis, & frigidis. *Membra nutrimenti.* [r] Matura sunt bona stomacho, & in [q] eis est virtus faciẽdi appetitum cibi. Et [s] oportet quidem vt non comedantur post alium cibum, qm̃ corrumpuntur post eum, & corrũpunt ipsum, sed præcedant ante cibum. & ea, quæ sicca sunt, sunt tardæ digestionis, & non sunt boni nutrimenti, quãuis sint plurimi nutrimenti. *Membra expulsionis.* Fit [t] ex eis & folijs ipsorum emplastrũ umbilici, & interficit vermes ventris, & similiter si bibatur succus eorum, & quæ sunt eorum superiora & foliorum ipsorum. & [o] illa, quę matura sunt, leniunt ventrem, & [o] immatura stringunt. Et dixerunt quidam, q̃ ipsa addunt in coitu. & videtur, q̃ illud sit in corporibus siccis & calidis. G

[u] De †{Pane.} Cap. 572.

Panis. *Electio.* Oportet vt sit [x] panis mũdus, salitus, massam habens confectam, fermentatus, coctus bene, in tanor vna nocte permanens. Et non comedatur calidus sicut est. Panis enim calidus non est apud naturam receptibilis, & sequitur panem coctum in tanur panis coctus in furno, H
& reliqui panes alio modo cocti sunt mali: & panis pinguis. i. grossus est melior pane subtili: & quanto plus fuerit mundior, oportet vt fermentetur, & dimittatur donec consequatur seu perficiatur plus. & vt pasta ipsius sit magis et perfectius domata seu cõpressa et plus salita. et panis quidem furni non est sicut panis altanor cui aduenit decoctio ex vtroq; latere: et panis almele est crudus interius. Et [y] ablutus quidem est infrigidatiuus, et est pauci nutrimenti, et natat in stomacho, et est conueniens calefactis, et non generat oppilationes, et non calefacit. Modus vero ablutionis eius est, vt sumatur medulla panis, qui post eius decoctionem in domo permanserit vna nocte, et infundatur in aqua calida, deinde effundatur ab eo aqua, quæ super ipsum natat, et renouet̃ super ipsum aqua, donec ab eo remoueat̃ virtus fermẽti, et reliquorũ et consequant̃ finẽ suę inflationis. *Operationes & proprietates.* [z] Panis de simila nutribilior est, q̃ alius, et eius nutrimentũ est melius, sed est tardioris penetrationis: et [z] †{alauari} sequit̃ ipsum ĩ suis dispositionibus. [a] †{Alcheschar} vero, q est plurimi furfuris, velocis est penetrationis, sed est [y] minoris nutrimenti, et deterioris. Et ille, q non decoquit̃ valde, est plurimi nutrimẽti. et silr̃ parũ hñs fermenti, sed eius nutrimentũ est viscosum oppilatiuũ et nõ est cõueniẽs nisi illis, q sunt plurimi exercitij. Et panis almele est huius generis,

A† Dio.li.4.c. 55.56.&.57. cornut... culati
B† D.Calyce... polenta triti... taplasmatis... sti, ignibus sacr... inflammation... profunt.c.55.
C† D.cornic...
D D.fati.
E D.fati.
F† acetabuli... sura
G Ras. vbi... t.1.c.533.
H Cap....
I† D.Saba... quoq; p... quunt ad... verũq; ... le, dũ humor... in ecligmat... rem. Id medic... tum ĩ tussi... fluxionibus... liacorum... doloris leva... pbet, efficac... redditur, ad... pocillidis succo... acacia.
Infra ...
K† Di. papaue... nigri semina...
L†———
M† D.terrac... tabuli med... aqua mul...
N† aceta... sura
Supra ...
O Dio.lib... † Chauch.
P Ser.c.140.
Q Serap.c... Ra.vl.p.t.1.c...
R Dio.lib.1... de persicis.
S Ga.li.2.alim... c.19.d.e
T Pau.li.7... lo persica... Ga.lib.7.simp...
V Dio.lib... † Chabri, ... Chobzi.
X G.li.1.alim... c.2.f.g.h, &... cib.bo.&mal... mi.c.4.b
Y G.li.1.alim... de pane eloto...
Z Gal.&Ra... cont.t.1.c.5...
Z† similæ
A† brunus

A generis, eius nanq; pars interior raro decoquitur bene. Et panis quidẽ ablutus parui est nutrimenti elongatus ab oppilatione, seu ab hoc vt oppilet. & est leuis digestionis et ponderis. Et panis frumẽti rari in iudicio existit alcheschar. Et panis alcataif generat humorem grossum: & alfatit est inflatiuus tarde digestionis: & qui melior de eo est, est ille, qui est mixtus cum oleo amygdalino: & oportet quidem vt eius exiccatio sit in vmbra. Et [a] panis factus cum lacte plurimi est nutrimenti, & tardæ descensionis, & est oppilatiuus. Et emplastrum quidem factum ex pane calidius est emplastro facto cum frumento propter salem. *Decoratio.* [a] Panis, qui est de frumento nouo impinguat velociter. *Apostemata & bothor.* Panis de [b] frumento cum melicrato, & succis conuenientibus, bonus est apostematibus calidis: lenit enim ea, & infrigidat. *Vulnera & vlcera.* [b] Qñ panis miscetur cum aqua & sale, & liniatur aut fricetur cum eo impetigo, confert. *Membra nutrimenti.* Panis [c] calidus facit sitim sua caliditate, et natat propter suam humiditatem vaporosam, et satiat velociter propter illud: & calidus quidem est velocis digestionis, & tardæ descensionis. *Membra expulsionis.* Panis [c] †{alcheschar} est lenitiuus naturæ, et [d] †{alauari} [c] stringit, & fermẽtatus lenit, & azymus stringit ventrem, & almele est ex eis, quæ stringunt. & [e] panis antiquus siccus stringit, si non admiscetur ei aliud. & panis alcataif stringit ventrem. & panis subtilis stringit ventrem plusquam pinguis seu grossus.

A Ras. t. 3. c. 3. & vlt. cont. t. 1. c. 316.
B Diosc. lib. 2. c. 77.
C Rasis vlt. conti. t. 1. c. 316.
C † farinæ brunæ
D † similæ
E Dios. lib. 2. c. 77.

B

Litera. Q.

De Quinque folio. Cap. 573.

Qvinque folium quid est? Est pentaphyllon, & iam [f] dictum est de ipso.

F Cap. 552.

Litera. R.

De †{*Rizo*}. i. [g] Oryza. Cap. 574.

† Arz vel arzi.
G Dios. lib. 2. c. 87.

Rizum quid est? *Natura.* Est calidum & siccum, & siccitas ipsius est manifestior caliditate sua: verũtamen quidam dicunt, quod est calidius frumento. *Operationes & proprietates.* Nutrimentum præbet conueniens, ad quandam siccitatem declinãs. Et cum [h] decoquitur cum lacte, & oleo amygdalino, [h] †{ } maius dat nutrimentum, & melius, & remouetur ab eo exiccatio, & cõstrictio, quam facit, & proprie cum infunditur nocte vna in aqua furfuris. Et ipsum est ex eis, quę tarde exeunt per secessum: & in ipso est abstersio. *Membra expulsionis.* Decoctum cum aqua stringit vsq; ad terminum, et decoctum cum lacte in [i] spermate efficit augmẽtum, C & neq; stringit nisi præparetur torrefaciendo ipsum in cortice suo, & studeatur in destruẽdo aquositatem eius & proprie eius, quod infusum est in aqua furfuris propter quam destruitur eius siccitas.

H Ras. vlti. conti. t. 1. c. 583.
H † & zuccaro,
I Sera. c. 13. & Ras.

[k] *De* †{*Rosis.*} Cap. 575.

K Diosc. li. 1. c. 112.
† Vard.
L Gal. 4. de ppône [...] fm loc. c. 4. & [...] 5. g

Rosa quid est? Est [l] virtutis compositæ ex substantia aquea, & terrea, & in ipsa sunt acuitas, & stypticitas, & amaritudo cum stypticitate, & pauca dulcedine, & in aqueitate est caliditas confracta causa rei, in qua est dulcedo & amaritudo: & in ipsa est subtilitas faciens ipsius stypticitatem penetrare, quare multoties accidere facit coryzam. Et virtus quidem amara in ipsa remanet dum est recens, cum autem siccatur, minoratur eius amaritudo, & propter hoc, quæ recens est, soluit cum [a] põdus. ʒ. x. ex ea in potu sumitur. Illa vero, quę nominatur rosa fœtida, est calida, & est radix eius sicut pyrethrum adustiua. *Natura.* Dixit [m] Gal. quod rosa non est vehementis frigiditatis cõparatione sui facta ad nos: & dixit, oportet vt sit frigida in primo. Ego autẽ dico, quod eius siccitas est in principio secundi præcipue in desiccata. *Operationes & proprietates.* Eius exiccatio est fortior sua stypticitate, qm̃ amaritudo eius est fortior stypticitate sui saporis, & est aperitiua abstersiua, & sedat motum choleræ, & est semen eius fortius stypticum, quod est in ipsa, & similiter pili, qui sunt in medio eius. & in toto ipsius est confortatio membrorum interiorum, & eius stypticitas non pertransit, seu non est superflua ita vt sit prohibens resolutionem. Et sicca quidem est magis styptica, D & frigidior. Et [β] iam dicitur, quod ĩ ea est virtus extrahẽs surculos, & spinas, & reliqua carni infixa. Et eius succus bonus, est succus rosarum à quibus abscisa sunt capita & pars alba ipsarum, & exiccatur in vmbra faciendo ipsum sicut rob. *Decoratio.* Rectificat fœtorem sudoris qñ in balneo administratur. [n] Ex ea quoq; fiunt ablutiones fm hunc modum. Sumitur rosa cui ros non aduenit, & dimittitur donec extenuetur, deinde sumuntur ex ea. xl. auř. & ex spica boni odoris. l. auř. & ex myrrha. vi. auř. & fiunt inde trochisci parui: qñq; vero addunt in eis costi & lilij amborum ana. ʒ. ij. & quãdoq; ponunt eos mulieres in machonoch, & remouent, seu abluunt malum odorem sudoris. *Apostemata & bothor.* Dixerunt quidam, quod ipsa abscindit verrucas omnes, qñ administratur trita, & qñ rosa coquitur, & teritur, & non exprimitur. & fit ex ea emplastrũ apostematibus calidis soluit ea, & similiter confert [k] erysipilæ. *Vulnera & vlcera.* Confert vlceribus & [o] conuenit excoriationi coxarum & emunctoriorum, & generat carnẽ in profundis. Et [β] dixerũt quidam, quod ipsa extrahit ea, quæ infixa sunt in carne, & spinas trita. *Membra capitis.* Sedat soda, quæ ex ea est humida. Et decoctio illius, quæ est sicca, & oleum eius facit sternutare, immo odorata. Et dixerunt quidam sternutatio ex ipsa fit: propterea, quia retinet vaporem, et fortasse illud etiam est, quia contrariatur virtuti abstersiuæ & propter prohibitionem in cerebris habentibus subtiles superfluitates.

Infra a
M Li. 3. sim. c. 10. g & c. 9. e
Infra β
N Ras. vlti. conti. t. 1. c. 585.
O D. & Ras.
Supra β

Et ipſamet odorata facit ſternutare illum, cuius cerebrum eſt calidum.& eius [a] ſemen ſtringit gingiuas, & [a] ſimiliter decoctio eius cum vino decocto, & confert ēt [a] dolori auriū. *Membra oculi.* Sedat dolorem in oculo ex caliditate, et ſiłr decoctio ex ſicca, eſt cōueniēs groſsitiei palpebrarum, cū ex ea fit alcofol, & ſimiliter eius oleum, & ſuccus ipſius: & ipſa quidem non confert ophthalmiæ, niſi cū ex ea abſcinduntur additamenta ipſius alba. *Membra anhelitus & pectoris.* Cum [b] aqua roſ. bibitur, confert ſyncopi, & eius ſuccus, & aqua virgultorum eius eſt bona ſputo ſanguinis. & ſimiliter capita ipſius. *Membra nutrimenti.* Aqua roſ. eſt bona hepati, & confortat, quæ ex ea [c] nutrita eſt cum melle ſtomachum, & eſt geleniabin, & iuuat ad digerēdum. [a] Et roſa quidē & eius ſuccus conferunt humoroſitati ſtomachi. [d] Oleum vero roſaceum extinguit inflammationem ſtomachi, & ſimiliter epithema factum ſtomacho ex roſa ipſa, & eius ſyrupus cōfert ei, qui in ſtomacho mollificationem habet. *Membra expulſionis.* Sedat dolorem ani [d] linita ſuper eum cum penna, & doloremꝗ [d] matricis ex caliditate, & ſimiliter decoctio, quæ fit ex ſicca, & confert doloribus [a] recti inteſtini. & fit clyſtere ex decoctione eius [c] vlceribus inteſtinorum: & ſiłr ſyrupus eius bibitur ad illud. [e] dormire vero ſup locum ex ea ſtratū, abſcindit deſideriū. Et [b] quæ recens eſt fortaſſe [α] ſoluit, ſi ſumatur pondus.ſ.3.x. ex ea decies. Sicca vero non ſoluit. Et [f] oleum roſaceum ſoluit ventrem.

De [g] †{*Renibus.*} *Cap.* 576.

Renes quid ſunt? Noti ſunt, [h] laudabiliores [β] ex eis ſunt renes hœdi lactentis. *Natura.* Sunt æquales ad ſiccitatem declinantes. *Operationes & proprietates.* Parui ſunt nutrimenti, & [i] humor eorum eſt malus, & laudabiliores [β] eorum ſunt renes hœdi. *Membra nutrimenti.* Sunt difficilis [i] digeſtionis, & horridi ſaporis.

De [k] †{*Rob.*} *Cap.* 577.

Rob. *Membra anhelitus & pectoris.* Iuuat ad ſpuendum, & ponitur in ſyrupo de papauere noto. *Membra expulſionis.* Confert dolori renum, & veſicæ.

[l] De †{*Ruta.*} *Cap.* 578.

Ruta quid eſt? [l] †{Syluestris vehementioris eſt nigredinis, q̄ alharmel. *Electio.* Conuenientior ruta ſylueſtris & domeſtica eſt, quæ naſcitur apud arborem fici.} *Natura.* Humida, calida eſt & ſicca in ſecūdo. & ſicca, eſt calida & ſicca in tertio. ſicca vero ſylueſtris, eſt calida & ſicca in quarto. *Operationes & proprietates.* Eſt inciſiua, reſolutiua, carminatiua valde, mūdificatiua venarum, [l] vlceratiua, ſtyptica. *Decoratio.* Cum nitro [m] †{ } ponitur ſuper morpheam albam, & ſuper [l] verrucas, & morum, & [l] remouet [γ] odorem alliorum, & cęparum, & confert alopeciæ. *Apoſtemata & bothor.* Sylueſtris qñ teritur, & fit ex ea emplaſtrum cum ſale in membro facit accidere ſuper ipſum apoſtema calidū. & qñ ponitur ſuper [n] ſcrofulas gutturis & aſcellæ, reſoluit eas. & gumma eius eſt fortior in omnibus illis. *Vulnera & vlcera.* Ponitur [l] cum [n] †{butyro} & melle ſuper impetiginem: & cum aceto & ceruſſa [o] †{ } ſuper [l] formicam, & [l] eryſipilam, & ſanat antiquam. *Inſtrumenta iuncturarum.* Confert [l] paralyſi, & [p] ſciaticæ, & doloribus [l] iuncturarum bibita & more emplaſtri ſuperpoſita cum melle. *Membra capitis.* [γ] Aufert odorem alliorum & ceparum, & fit ex ea emplaſtrū cum ſauich ad ſoda antiquam. Et qñq; fit ex ea emplaſtrū cum aceto in naſo ad [l] fluxum ſanguinis narium, & retinet ipſum. Et ſuccus [l] eius calefactus in cortice granati diſtillatur in aurem, & mundificat eam, & ſedat dolorem, & tinnitum, et ſonitum, et interficit vermes, & liniunt cum ea vlcera [l] capitis [q] †{ } *Membra oculi.* Ipſa acuit [l] viſum, & proprie ſuccus eius cum ſucco fœniculi, & melle, collyrio facto ex ea, aut comeſta. Et [l] qñq; fit ex ea emplaſtrum cum ſauich, ſuper pulſationē oculi. *Membra anhelitus et pectoris.* Decoctio eius, quæ humida eſt cum [l] anetho ſicco [r] †{ } confert dolori pectoris, & [l] difficultati anhelitus ſm teſtimonium Rufi. *Membra nutrimenti.* Fit ex ea emplaſtrum cum ficubus ad [l] hydropiſim hypoſarcham, & datur [l] in potu vinum in quo decoquitur ruta etiā. Et qñ de ſemine eius bibitur ab vna drach. vſq; ad.3.ij. ad ſingultum phlegmaticum, ſedat ipſum. Et ipſa quidem digerit, & facit appetitum cibi, & confortat ſtomachum, & confert ſpleni. *Membra expulſionis.* Exiccat [l] ſperma, & abſcindit ipſum, & eijcit deſiderium coitus & concubitus, & vtraq; ſpecies eius [l] ſtringit, & ſedat dolorem [l] pungitiuum. [l] Et fit ex ea clyſtere [s] cum oleo ad dolores colicę, [s] †{& ponitur cum melle ſuper vlcera ani,} & bibitur cum oleo, & bibitur propter [l] vermes. & ambę ſpecies expellūt ſuperfluitates corporis cum prouocatione, & ſimiliter retinēt egeſtionem. Et fit ex [l] ea emplaſtrū cum [l] folijs lauri ſuper teſticulos ad apoſtemata ipſorum. *Febres.* Et ſimiliter [l] confert rigori comeſtio ipſius, & inunctio ex oleo eius. *Venena.* [l] Reſiſtit venenis, & bibat, qui ſibi timet ne in potu ſumat venenum, & pungi à venenoſis, de ſemine eius pondus drach.i. [t] †{cum folijs ſuis} cum vino, & proprie ſi [u] †{ } bibitur cum nuce, & ficu omnibus contritis & comiſtis: et plurimum ipſius ſumere de [x] †{ſylueſtri} eſt pernitioſum.

[y] De †{*Rubo.*} *Cap.* 579.

Rubus quid eſt? Dixerunt quidam, q; eſt alhauſegi, & eſt quædam ſpecies eius, quæ nominatur rubus canis, & habet fructū, qui eſt [z] ſicut oliua habens interius lanā. *Electio.* Succus eius coagulatus cum exiccatione in ſole eſt fortius. *Natura.* Eſt frigidus & ſiccus. & in fructu eius maturo eſt caliditas quædam. *Operationes & proprietates.* Eſt ſtypticus, deſiccatiuus cū omnibus partibus ſuis, & folia eius ſunt minora in hoc propter ſuam aqueitatem. *Decoratio.* Decoctio ſtipitum & foliorum eius [a] tingit capillos. *Apoſtemata & bothor.* Prohibet ex folijs eius emplaſtrum ambulationem

E A Dio.lib.1.c. ...
B Se.c.101. & ...
C Raſ vlti. ... t.1.c.585.
D Dio. & Raſ.
E Ga.6. ... c.14.g.h, & ...
Supra α
F Dioſ.lib. ... & Raſis.
G† Kulie.
H Raſ.vlti. ... t.1.c.579.
Infra β
I G.3.aliment. ...
Supra β
K† Mibath ... ſapa ſeu vinum ... ctum.
L Dioſ.lib.3.c. ...
† Sedab.
Repetit. c.338.
L† D.Ruta montana ſylueſtris ... tiua & hortēſi ac... or eſt, ſatiua ver... ſub ficu arbore ... ſcitur, magis ... bos admittitur.
M† Di. piper ... vino affricta
G *Infra* γ
N Ser.c. ...
N† D.alum ...
O† & roſaceo
P Cap.338.
Supra γ
Q† D.cum ... roſaceo, & cer...
R† D.tormini... dat.
H S Cap.338.
S† D.fœmin... uæ ſtrangulatur ... rat, ſi à genitali ... de tenus cum me... le ſubijciatur,
T† ———
V† folium
X† montana
Y Dio.lib.4.c. ... &.30.
† Haleich.
Z Dioſ.li.1.c.1... de rubo canis.
A D.& Ra. vlti. ... t.1.c.591.

A lationem fraudulentis,& [a] formicæ,& est bonum super [b] erysipilam etiam,& eius humor est grossus.Illud.n.quod de eo exiccatum est,stringit manifeste,& similiter flos eius. [c] Et ī radice quidem haleich est subtilitas cum stypticitate,& propter hoc [α] frangit lapidem. *Vulnera & vlcera.* Cōfert [d] vlceribus,quæ sunt super caput,& consolidat vulnera. *Membra capitis.* Qñ masticanť folia eius [d] stringunt gingiuam,& [e] sanant alcola,& similiter fructus eius maturus,& succus fructus eius & foliorum eius sanant dolorem oris calidum.& folia eius sanāt vlcera capitis, & multitudo fructus alhausegi facit soda. *Membra oculi.* Confert [d] exituræ oculi. *Membra anhelitus & pectoris.* Conferunt partes eius [a] sputo sanguinis. *Membra nutrimēti.* Ex folijs eius fit emplastrum [f] stomacho debili recipienti materias,& confortat eum. *Membra expulsionis.* [d] Stringit ventrem. & [g] rubus quidem canis cum accipitur à fructu eius lana,quæ est in eo,& decoquitur, stringit eius decoctio ventrem,& [d] abscindit cursum humiditatis antiquæ ex matrice,& confert [d] hæmorrhoidibus natis in ano,ex quibus currit sanguis facto ex eo emplastro.Et ipse,& flos eius conferunt [i] vlceribus intestinorum,& [i] solutioni,[i] †{& [α] frangunt lapidem propter subtilitatem,quæ est in eis.} *Venena.* Est conueniens morsui animalis,quod nominatur [k] †{karites.}

De †{*Rubea tinctorum*}.i.[l] Rubia. *Cap.* 580.

Rubea tinctorum quid est? Est pontici saporis. *Operationes & proprietates.* Abstergit cū æqua-
B litate,& ponitur super impetiginem cum aceto & sanat eam,& linitur cum aceto super [l] morpheā albam,& sanat eam,& mundificat cutim ab omni vestigio. *Instrumenta iuncturarum.* Datur in potu cum melicrato,& confert [l] sciaticæ,& [l] paralysi,quę est cum nocumento in vtrisq; lateribus & in sensu:& [m] datur ī potu de ea.ʒ.i.cum duabus drach.rauedsceni ad percussionem, & casum cum cyatho vini. *Membra nutrimenti.* Datur in potu fructus eius cū oxymelle ad apostemata splenis, & mundificat hepar,& [l] splenem,& aperit [m] oppilationes eorum,& est ei proprietas in hoc. *Membra expulsionis.* [l] Prouocat vrinam adeo vehemēter, q; [l] qñq; facit mingere sanguinem.Et oportet vt qui eam bibit,quaq; die balneetur.Et qñ supponitur,prouocat [l] menstrua, & [l] extrahit fœtum. *Venena.* [n] †{Stipites}eius cum folijs suis conferunt morsui venenosorum vermium.

De †{*Raphano*}.i.[o] Radice. *Cap.* 581.

Raphanus quid est? Fortius [β] quod est in ipso,est semen ipsius,deinde cortex eius, postea folia ipsius,deinde caro eius.Et oleum quidē eius existit in virtute olei de kerua,nisi quia est vehementioris caliditatis ipso.& syluestre in oībus narrationibus cōicat ei: sed est fortius eo. *Electio.* Fortius [β] quod est in ipso,est semen eius.Et maioris nutrimenti,est elixatus. *Natura.* Radix eius est calida,in primo & humida,& semē eius est calidum in tertio. *Operationes & proprietates.* Generat ventositates:sed semen eius ipsas soluit.& in ipso est subtiliatio fortis,& proprie in semine eius.&
C qui est syluestris est inflammatiuus.Et ille,qui est elixatus,est nutribilior propter separationem illius ab eo,quod est medicinale.Et nutrimentum quidem eius est phlegmaticum,& paucum cum hoc.Et in ipso est substātia,quæ velox est ad putrefiendum,& illud propter illud,quod in ipso est de nocumentis.Folia autem vernalia qñ elixantur,& comeduntur cum oleo & almuri nutriunt plus q̃ radix. *Decoratio.* Si misceatur cum eo farina lolij,facit nasci [o] pilos in alopecia.Et qñ fit ex eo emplastrum cum melle eradicat vestigia accidentia sub oculo,quæ sunt cum nigredine, & confert semen eius [o] †{ }lentiginibus factis in membris,& reliquis coloribus extraneis, & vestigijs,& percussionibus,& panno.et [p] ipsum cum condysi linitum remouet morpheam nigrā, proprie in balneo.Et ipse [p] multiplicat pediculos in corporibus. *Apostemata & bothor.* Cum farina lolij adhibitus bothor lacteis,abstergit ea. *Vulnera & vlcera.* Qñ ex eo fit emplastrum cum melle,eradicat vlcera fraudulenta,& vlcera lactea, & semen eius cum aceto [o] eradicat vlcus cancrenarum integre.& similiter operatur super impetig inem. *Instrumenta iuncturarum.* Semē eius [p] expellit pulsationem,quæ est in iuncturis,& est bonum [p] dolori iuncturarum valde. *Membra capitis.* [q] Nocet capiti,& dentibus,& palato:& succus eius,& oleum ipsius cōferunt ventositatibus in aure valde. *Membra oculi.* Nociuus est oculo, veruntamen abstergit ipsum, qñ in eo distillatur aqua eius,& delet [o] vestigia,quæ sunt in oculo sub lachrymali. Inquit filius Mesaugue [o] folia eius
D acuunt visum. *Membra anhelitus & pectoris.* Qui est elixatus,est conueniens [o] tussi antiquæ vetustæ,& chymo grosso [o] generato in pectore,& ipse confert præfocationi [o] accidenti ex fungis mortiferis.Et si decoquatur cum oxymelle,deinde fiat [o] ex eo gargarismus,confert pręfocationi.Et in ipso cum hoc est nocumentum gutturis,& est [p] addēs in lacte. *Membra nutrimenti.* Est malus stomacho [o] faciens eructuare.Et post [o] cibum lenit vētrem,& facit cibum penetrare: & ante [o] cibum facit natare cibum,& nō quiescit,& propter hoc [o] facilem efficit vomitum,& [o] proprie cortex eius cum oxymelle,& conuenit lateri,& [o] spleni superpositus vt emplastrum. Et semen eius cū aceto facit vomitum valde,& resoluit apostema splenis.Filius vero Mesaugue dixit. Si comedatur post cibum digerit,& proprie folia eius.Et aqua [o] foliorum eius aperit oppilationes hepatis, & remouet [p] icteritiam.Et dixerūt quidam,folia eius digerunt,& corpus eius facit nauseam, & semen ipsius resoluit inflationem in ventre,& facit facilem egressionē cibi,& facit appetitum,& aufert dolorem hepatis,& aqua eius est [o] bona hydropisi.[q] †{ } *Venena.* Confert morsui viperæ,& cum [o] vino morsui cornutæ etiam.Et semen eius confert venenis & vermibus venenosis.Et si ponatur frustum eius super scorpionem,moritur: & [r] aqua eius experta est in hoc,et est fortior.Et si momorderit aliquem scorpio,qui raphanum comedit,non nocebit ei.

De Rehan.

A Raf.vlti. conti. t.1.c.591.
B D.c.30.
C G.li.6.sim.44.g
Infra α
D D.c.29.
E D.&.Ga. ibi.
F D.c.30.
G Diosc.li.1.c.106.
H D.Lib.4.c.29.
I G.li.6. sim.44.g
I† G. porro radix pter adstrictionē, non paucam habet substantiam in sese tenuem per quam, & lapides renū cōminuit,
Supra α
K† D.c.29. pster.
† Fue alsabagin.
L Dio.lib.3.c.137.
M Cap.585.& li.3. Fen. 14. t.3.c.12.& Ra.vl.pt.t.1.c.590.
N† D. Ramuli in vino
† Fegiel.
O Diosc.li.2.c.105.
Infra β
Supra β
O† D.cū loliacea farina
P Raf.vlti. conti. t.1.c.572.
Q Serap.c.297.& Raf.
Q† Membra expulsionis. Semen vrinā mouet,menses cit.
R Cap.297.

De [a] †{*Rehan.*} *Cap.* 582. E

Rehan. *Membra expulsionis.* [b] Confert hæmorrhoidibus.

De [c] †{*Rehan salamonica.*} *Cap.* 583.

Rehan salamoniaca quid est? Inuenitur in montibus spahā et est similis anetho humido. Et dicitur, q folia eius sunt sicut althæa. et flos eius est paruulus, et inuoluitur super arborem sicut volubilis. Et videtur, q sit in ipso diuersitas, et videtur, q sermo secundus sit innuēs ad hoc, q ipsa est planta, quæ nominatur giensafram. Vulgus. n. existimat, q est rehan salamonica. *Operationes & proprietates.* Et subtilis, exiccatiua, resolutiua. *Apostemata & bothor.* Confert posita cum aceto super erysipilam, et linitur super apostemata phlegmatica. *Vulnera & vlcera.* Linitur cum aceto super vlcera ambulatiua. *Instrumenta iuncturarum.* Linitur super podagram, et confert ei, et est eius proprietas. *Membra capitis.* Confert torturę. *Membra expulsionis.* Supponitur cum oleo ros. ad dolorem matricis. *Venena.* Linitur super mordicationem scorpionis.

De [d] †{*Roba.*} *Cap.* 584.

Roba quid est? [e] Est auellana indica, & est fructus magnus in magnitudine auellanæ, similis pa paueri, & separatur à grano, sicut neregil. *Natura.* Est [e] calida & sicca. *Apostemata et bothor.* Est [e] epithema super scrofulas cum aceto conueniens. *Vulnera & vlcera.* [e] Cōfert scabiei, & pruritui. *Instrumenta iuncturarum.* [e] Disrumpit ventositates impedientes in dorso. *Membra capitis.* Fit [e] ex F ea caputpurgium ad torturam, & plurimum confert ei. & similiter confert [e] hemicraneæ, & [e] soda. Et est caputpurgium [e] conferens epilepsiæ, & scotomiæ, & [e] maniæ, & melancholiæ. Et iam [e] quidem expertum est caputpurgium eius in tortura tribus diebus, & fecit currere humiditatē ex naribus, & fecit fluere phlegma plurimum, & remouit ægritudinem in tribus diebus. & oportet [e] vt patiens torturam moretur in domo tenebrosa. Et confert ventositatibus crudis. *Membra oculi.* Confert [e] aquæ in oculo alcofol facto ex ea. & proprie succus minoris eius, & ventositati asebel, et [α] panno, & caputpurgio facto ex ea cum aqua amarici, & fit ex ea alcofol cum [e] antimonio tortos habentibus oculos. *Mēbra anhelitus & pectoris.* Datur in potu de radice eius pondus. ʒ. ij. cum vino ad pleuresim frigidam, & asthma, & tussim antiquam, et sputum sanguinis ex pectore propter illud, quod in ipsa est de stypticitate. *Membra expulsionis.* Confert [e] colicæ passioni, & datur de eo in potu pondus. ʒ. ij. ad anum, & dolorē matricis. Et pessarium suppositum de eo, quod ex ipsa fricatione dissolutum est, prouocat menstrua, & extrahit fœtum, & similiter succus eius, & solutione educit choleram nigram, & phlegma, & aquositatem etiam, & choleram ex corpore toto absq; difficultate, ita q sanat albaras, & remouet eam, & icteritiam, & [α] pannum, & similia. & [e] resoluit colicam, & eius potio est trium kermet, & kermet est sex kerates. Et bibitur cum vino dulci, aut oxymelle. & datur cum petroselino et dauco. Et scammonea mouet eius solutionem qn̄ ipsa admiscetur, & confortat ipsam. & quantitas eius est, vt cum vnoquoq; aur. ipsius ponantur tres anulusat de scammonea, & qn̄q; assumitur de ea pondus. ʒ. ij. & teritur, & ponitur cum vino dulci, aut in oxymelle, & dimittitur aliquanto spatio, deinde coquitur vinum illud cum lentibus, aut hordeo cum carne gallinæ, & datur ad sorbendum ius eius, & miscetur ei de scammonea. *Febres.* Cōfert [e] febribus quartanis. *Venena.* Est [e] theriaca morsui scorpionis, & rutelæ. Et [e] quidam student ad hoc vt sumant de cortice eius superiore sicut lens, & proijciant in fissuram puncturæ. G

De †{*Reubarbaro*}. i. [f] Rhapontico, seu Rha. *Cap.* 585.

Vrtica quid est? Color seminis eius,est similis colori porri,sed tamen est minus, & subtilius,& non est in eius longitudine,& mordicat,quod ei obuiat,ita quòd etiam intestina. *Natura.* Vrtica,& semen eius sunt calida in principio tertij,& sicca in secundo:sed semen est minoris siccitatis, q̃ ipsa. *Operationes & proprietates.* Est attractiua,vlceratiua,resolutiua,cū virtute adustiua. & sunt quidam,qui dicunt calefactionem eius non esse fortem, sed in ipsa quidem est virtus inflatiua, & in ipsa est abstersio fortis,& in ipsa non est mordicatio vlcerum.& quādo cum carne coquitur, caro soluit vrticam,& operationem eius. *Apostemata & bothor.* Emplastrum eius cū aceto disrumpit[e] dubellet,& confert eis:& confert duritiebus:& confert semen eius[f] cācro in emplastro. & similiter eius cinis. *Vulnera et vlcera.* Eius cinis cum sale confert vlceribus,quæ[e] accidunt à morsura canum,& vlceribus[e] malignis,&[e] cancro. *Instrumenta iuncturarū.* Emplastrum ex ea cum sale confert[e] torsioni neruorum. *Membra capitis.* Eius folia contrita abscindunt fluxum[e] sanguinis ex naribus,& semen eius confert stricturæ narium,& aperit oppilationes colatorij fortiter. & ex semine eius factum emplastrum facit eradicationem dentium facilem,& emplastrum ex ea cōfert[e] apostematibus,quæ sunt post aurem,& est abstersiuum. *Membra anhelitus & pectoris.* Quando bibitur cum[e] aqua hordei mundificat pectus,& cum decoquuntur folia eius in aqua hordei educit humores grossos,qui sunt in pectore.sed eius semen est fortius, & ipsum remoueat asthma, & dilatationem anhelitus,& frigidam[g] pleuresim. *Membra expulsionis.* Excitat[e] coitum proprie semē eius cum vino,& aperit[e] orificium matricis, quare matrix recipit sperma, & silr̄ si[g] comedatur cum cepis & ouis.& qn̄[e] supponitur cum myrrha,ꝓuocat mēstrua,& aperit matricē,& silr̄ si bibat̄ eius decoctio cū myrrha.et folia eius recentia[e] reducunt matricem exeūtem loco emplastri posita: &[f] soluēdo educit phlegma,& humorem crudum sua abstersione,non cum virtute solutiua, q̄ sit in ipsa.&[f] oleum eius plus soluit phlegma,q̄ oleū cartami, & decoctio[e] foliorū cum ostracis lenit vētrem.& si vis vt ipsa facilius soluat,accipe medullam seminis eius,& contere ipsam cū sauich,& proijce eam in vino,& bibe eam & oportet vt post eius haustum bibatur aliquid de oleo[f] rosaceo ne aduratur guttur bibentis.Et qn̄q; fiunt ex ipsa collyria cum melle,& supponuntur,& soluunt,

F Ser.c.250.
G G Raf.ti... t.1.c.75.

De[h] †{*Viola.*} *Cap.* 726.

H † Benedicti

Viola quid est? Nota est eius essentia,& operatio radicis eius est vicina operationi ipsius. *Natura.* Frigida est & humida in primo.et dicunt quidam,quòd est calida in primo, sed in frigiditate foliorum eius nō est dubitatio. *Operationes & proprietates.* Dicitur,quòd ipsa generat sanguinem æqualem. *Apostemata & bothor.* Sedat[i] apostemata calida more emplastri superposita cum sauich de hordeo,et similiter eius folia. *Vulnera & vlcera.* Oleum violatum linitum bonum est scabiei. *Membra capitis.* [k] Sedat soda sanguineam odorata,et illinita. *Membra oculi.* Confert[l] ophthalmiæ calidæ. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert tussi calidę,et lenit pectus. et proprie, quæ ex ea condita est cum zuccaro,et ipsius syrupus confert pleuresi,et pulmoni, et est melior, q̃ iuleb in hoc capitulo. *Membra nutrimenti.* Valet[l] inflammationi stomachi bibita et linita. *Membra expulsionis.* Syrupus eius confert dolori renum,et prouocat vrinam.Et[m] quę ex ea sicca est,soluendo educit choleram. Et ipsius etiam syrupus lenit naturam cum facilitate, et confert[n] eminentiæ ani.

I Gal.li.6.sim.
K Raf.t.3.c.
L G.li.6.simpl.
H Di.li.4.c.107.
L G.& D.li.
M Ser.c.141.
N D.li.4.c.

[o] De †{*Vrina.*} *Cap.* 727.

O Dios.lib.
† Baul.

Vrina quid est? Nota est. *Electio.* Ex vrinis iuuatiua magis est vrina cameli arabici, qui est alnegib.et[p] vrina hominis est debilior vrinis,tamen ea sunt debiliores vrinæ porcorum domesticorum castratorum,et eis fortiores sunt antiquæ.et vrina quidē castrati omnis generis, est debilior. et ex[p] vrinis magis abstersiua,est vrina hominis. *Natura.* Est calida et sicca. *Operationes & proprietates.* Omnes abstergunt,et vrina quidem hominis ponitur cum cinere vitis super locum fluxus sanguinis,et sistitur.Vrina vero cameli confert furfuribus ablutione facta ex ea. et similiter vrina tauri. *Decoratio.* Abstergit morpheam. *Vulnera & vlcera.* Vrina asini confert[o] vlceribus ambulatiuis,et humidis,et[o] vrina hominis etiam proprie antiqua,et confert excoriationi,et[o] prurituí,

P Gal.10.simpl. 75.d

A ritui,& [a] albaras,& præcipue cum nitro,& aqua acetosæ. & fæx [a] vrinæ ponitur super erysipilam, & confert linita [a] scabiei,& [a] sahafath,& vlceribus verminosis,& vlceribus [b] pedũ super quæ mingitur,& dimittitur donec sanentur. *Instrumenta iuncturarum.* Confert doloribus neruosis,& præcipue vrina caprarum domesticarum,& montanarum,& proprie spasmo,& extensioni,& similiter fit caputpurgium extensioni. *Membra capitis.* [a] In vrina tauri cum dissoluitur myrrha, & distillatur in aurem subtiliter,sedat dolorem eius.Et similiter vrina caprarum sola, & cum myrrha. Et [a] vrina hominis antiqua prohibet fluxum putredinis ad aures,et vrina cameli confert nocumento odoratus,& aperit oppilationes colatorij cum vehementi virtute. *Membra oculi.* [a] Coaguletur in vase æreo,& confert albugini,& scabiei,& proprie vrina puerorum,[b] †{& similiter cocta cũ porris.} *Membra anhelitus & pectoris.* Vrina [a] infantium lactentium confert dilatationi anhelitus. *Membra nutrimẽti.* Quidam homo spleneticus somniauit,quòd præcipiebatur ei in somno, vt vrinam suam prohiberet omni die tres pugillos,seu tres mensuras,quantum in palma manus incuruata cõtinetur,& sanaretur:qui expertus est illud,& inuenit mirabile.Et [a] vrina quidem hominis, & vrina cameli conferunt hydropisi,et ea linitur splen precipue cum lacte cameli,et vrina [a] caprarum valet hyposarcæ,earum præcipue,quę sunt montanæ,& præcipue [a] cum spica boni odoris,et similiter vrina antiqua porcorum in huiusmodi est bona cum vino forti. *Membra expulsionis.* Vri-
B na porci [a] frangit lapidem in renibus,& vesica,& prouocando educit ex ambobus,& [a] vrina asini confert dolori renum.[c] †{Et vrina hominis decocta cum porris confert doloribus matricũ, quando sedent in ea mulieres vnaquaque quinque dierum semel.} *Venena.* [a] Vrina hominis confert morsui viperæ bibita,& [d] effunditur super eũ,& proprie viperæ petrosæ, & cum [e] nitro super morsum canis rabiosi,& omni morsui,& puncturæ valet. Et quæ ex ea antiqua est confert venenis omnibus,& lepori marino.

[f] *De* †{*Visco.*} *Cap.* 728.

Viscus quid est.Est notus,& eius quidem fructus est similis ciceri nigro,non syncerae rotunditatis crispum vel contractum habens corticem,fragibilis.eius autem minera est iuxta [f] arbores ferentes glandes & poma,& pira,& in eo sunt virtus aerea,& aquea multiplicatæ valde. *Electio.* Qui ex eo bonus est,est [f] recens,planus,coloris [f] porri interius,[g] †{viridis}exterius: teritur, & lauatur,deinde coquitur. *Natura.* [h] Non calefacit nisi post moram lõgam,sicut gumma rutæ agrestis,& est debilior in ea in hoc.& in ipso quidem est humiditas superfluens non digesta,& est calidus,& siccus in tertio. *Operationes & proprietates.* Est [f] resolutiuus:resoluit enĩ humiditates [h] grossas ex profundo propter fortitudinem virtutis attractiuæ,& lenit. & dixerunt quidam non inest ei operatio in humiditatibus tenuibus. *Decoratio.* [f] Eradicat vngues malos,cum super eos poni-
C tur cum arsenico. *Apostemata & bothor.* Resoluit apostemata frigida,& proprie confortatus cum calce,& [h] †{ }confert essere,& plantę noctis. *Vulnera & vlcera.* Lenit [i] †{ }vlcera antiqua,& [f] vlcera mala. *Instrumenta iuncturarum.* Lenit iuncturas cum tanta cera quantus ipse est,& suo æquali pondere de resina pini. *Membra capitis.* Confert apostematibus frigidis post [f] aures mistus cum gũma pini & cera. *Membra nutrimenti.* Extenuat [f] splenem cum ponitur super ipsum cum [k] †{aliquibus rebus ipsum confortantibus sicut est calx.}

De †{*Verme*}.i.[l] Cocco infectorio. *Cap.* 729.

Vermis quid est?Est vermis granæ,& est vermis tinctorũ,cuius virtus est,sicut virtus cerussæ, veruntamen est subtilior,& magis vadens in profundum. quidam autem dixerunt, quòd colligitur hic vermiculus ex rebus pluribus,ita quòd colligitur [l] ex arboribus glandes ferẽtibus. *Natura.* Vermiculus granæ recens infrigidatiuus est,& in ipso est siccitas quantitatem habens. *Operationes & proprietates.* Vermiculus granę,qui est vermis tinctorum,est purpureus,et exiccat sine mordicatione.Et [m] Gal.quidẽ dicit,quòd in ipso est stypticitas tẽperata. *Vulnera & vlcera.* [n] †{Vermiculus granæ confert vulneribus neruorũ tritus cum vino,aut aceto cum melle,}dicitur autem, quòd vermis plurium pedum,qui moratur sub lagenis, secũdum ꝙ dicitur, cum bibitur ex eo aureus,remouet spasmum,& alcuzez nocentes. *Membra capitis.* [o] Vermis plurium pedum, qui est
D sub amphoris,cum teritur cum cortice granati,& cum oleo ros.& distillatur in aurem, sedat dolorem. *Membra anhelitus & pectoris.* [o] Vermis rubeus,qui est sub vrceis aquæ,qui habet pedes plurimos,& cum tangitur,rotundatur,quando cum eo tangitur palatum cum melle, valet præfocationibus,& similiter cum comeditur,confert asthmati,& dilatationi anhelitus,secundum quòd dicitur. *Membra nutrimenti.* Prædictus habens plures pedes,[p] confert icteritiæ bibitus cum vino. *Membra expulsionis.* Vermis plurium pedum,qui est sub cisternis & vrceis [q] bibitus cum vino, est bonus difficultati vrinæ. *Venena.* [q] †{Vermis olerum contritus linitur super puncturam vermium venenosorum,& confert ei.}

[r] *De* †{*Vzifur.*} *Cap.* 730.

Vzifur quid est?dixerunt quidam,quòd eius virtus est virtus cerussæ, & dixerunt alij virtus eius est,virtus atsedenegi. *Natura.* Verius est,vt sit calidum & siccum, & vt quasi sint ambo in fine secundi.quod autem dicitur præter hoc,est dictum per ignorantiã. *Operationes & proprietates.* Apud quosdam eius stypticitas est fortior,ꝙ ipsius attractio,& apud alios eius attractio est fortior stypticitate ipsius. *Vulnera & vlcera.* Cõsolidat vulnera,& generat carnẽ in vlceribus, & prohibet adustionem ignis,& vesicationem. *Membra capitis.* Prohibet corrosionem dentium.

De

A Dio.lib.2.c.73.
B G.10.simpl.fo.75.d.& Ras.vl.cõti.l.1.c.749.
B † ———
C † D.Quod ĩ vrina subsidit ferue factum cum cyprino [illegible]que,vuluæ dolores mulcet, [illegible].
D Ras vlti.cont.l.1.c.749.
E Se.c.438.& Ras.[illegible] Dios.
F Dios.li.3.c.85.& li.4.F.6.t.1.sũ.2.c.[illegible] ẽ venenũ.
† Debach.
G † [illegible]
H Ga.l.6.sim.48.f
H † D.cum resina & cera pari epynictidas in splenio [illegible].
I † [illegible]
K † D.calce, gagate, aut alio lapide coctum & impositum.
† Dud.
L Dio.lib.4.c.39. Repent.c.202.
M Li.7.si.fo.51.h, de cocco non de verme.
N † Ras.vlti.cõti.l.1.c.740.& Diosc. de cocco ifectorio non de verme ait, vlceribus neruisq; præcisis, cõuenienter ex aceto tritum illinitur.
O Dio.lib.2.c.33.
P Cap.202.& Dio.l.2.c.33.
Q Dio.li.2.c.33.& Aui.c.202.
Q † Dio.li.2.c.51. Erucis, quæ in oleribus gignũtur, cũ oleo perunctis, à venenatis bestijs feriri [illegible].
R † Zengiefer.i.cinnabaris.

[a] De †{*Vitro.*} *Cap.* 731. E

Vitrum quid est? Vitrum inter lapides, est sicut stultus ĩter homines. declinat enim ad omnem tincturam, & tingitur ea, & frangitur, et abscinditu cum eo. *Natura.* Calidum [a] est in primo, siccum in secundo. *Decoratio.* Abstergit [α] dentes, et facit oriri pilos, quando cum oleo sambacino inungitur. *Operationes & proprietates.* In ipso est stypticitas, et subtilitas. *Membra capitis.* Mũdat furfures [b] quando cum eo fit ablutio, & [α] absterguntur dentes. *Membra oculi.* Abstergit oculum, & delet eius albuginem: et adustũ est fortius. *Membra expulsionis.* Quod ex eo tritum est, & [c] adustum, confert valde lapidi vesicæ, & renum, cum bibitur cum vino.

De [d] †{*Vua passa.*} *Cap.* 732.

Vua passa dicetur in [e] capitulo de Vua.

De [f] †{*Ventre.*} *Cap.* 733.

Venter. *Operationes et proprietates.* Parui est nutrimẽti, mali chymi, & similiter, quod similatur ei ex visceribus, quãuis eius bona fiat digestio, veruntamen pluris est [g] nutrimenti, quàm pulmo. Chuanas autem auium, quando digeruntur, sunt melioris nutrimenti, & plurimi, & pręcipue gallinarum & anserum. *Membra nutrimenti.* Est tardæ [g] digestionis.

De †{*Vite*}. i. [h] Vinifera. *Cap.* 734.

Vitis quid est? Inquit [i] Dios. vitis syluestris & montana, habet ramos longos, similes illis quos F facit vitis, & earum folia sunt sicut folia [i] †{vuæ lupinæ domesticę,} sed sunt latiora. & flos eius pilosus est, & fructus eius est sicut botrus, qui fit rubeus apud maturationem, & granum eius est rotundum, et comeduntur folia eius statim, cum nascuntur. *Operationes & proprietates.* Cinis ramorum eius ponit̃ in medicinis cauterizantibus. & oleum vitis est sicut oleum ros. veruntamen non est in eo illius subtilitas. & oleum quidem musti est sedatiuum, & calefactiuum. & flos syluestris est vehementis stypticitatis. *Decoratio.* [h] Lachryma eius valet super verrucas formicales, & [k] vitis quidem syluestris [k] †{ } abstergit pannum & lentigines. sed domestica est debilis. & [h] lachryma syluestris forsan eradicat pilos cum oleo, & [k] proprie, quę assumitur ex ramis eius recentibus cum inflammatur, et oleum eius est fortius omnibus oleis. *Vulnera & vlcera.* [h] Lachryma vitis est bona scabiei, & impetigini, & fructus vitis syluestris prohibet apostemari vulnera. *Instrumenta iuncturarum.* Cinis [l] vinacię eius, quod remanet, cum aceto confert torsioni neruorum, & cinis ramorum eius cum oleo, ponitur super contusionem lacertorum, & mollificationem iuncturarum, & quandoq; bibitur cinis eius propter casum, & oleum musti est bonum doloribus lacertorum, & neruorum, & latitudini. *Membra capitis.* [h] Folia eius & pampini ipsius ponũtur in emplastro ad soda calidam. & radix vitis nigræ, & albæ, & syluestris, est ex summa medicinarum abstergentium sordes auris, & est ex medicinis conferentibus surditati, & cortex eius, quæ syluestris G est cum melle sanat [l] gingiuam sanguineam. *Membra oculi.* Folia vitis cum sauich hordei more emplastri superposita oculo, prohibent fluxus ad ipsum. *Membra anhelitus & pectoris.* Succus foliorum domesticæ [h] confert sputo sanguinis, & similiter fructus syluestris bibitus. *Membra nutrimenti.* Emplastrum factum ex [h] folijs & filis eius cum sauich hordei, valet apostemata stomachi, & inflationem eius. & succus foliorum eius cõfert dolori stomachi ex caliditate. & [l] †{ quando bibitur radix eius cum aqua syluestris, aut vino, confert hydropisi, & solutione educit aquam, } & fructus vitis syluestris est bonus stomacho, & nauseæ, & cõturbationi, & acetositati cibi. *Membra expulsionis.* Succus [h] foliorum eius est conueniens dysenteriæ, & dolori stomachi ex caliditate, & eius [h] lachryma, quæ est sicut gumma, bibitur cum vino, & frãgit lapidem. & cinis [h] eius, quod remanet post expressionem cũ aceto, ponitur super hæmorrhoidas, & mora, & fructus eius bonus est ano: prouocat enim & stringit. *Venena.* Cinis [h] eius, quod remanet est theriaca morsui viperę.

De †{*Volubili*}. i. [m] Hedera. *Cap.* 735.

Volubilis. *Natura.* Est æqualis ad caliditatem quandam declinans, & siccitatem non plurimam, & est lenificatiua, & apud Alcanzi est frigida. *Operationes & proprietates.* Est resolutiua, aperitiua. Et nota, quæ nominatur funis pauperum, constat [m] ex terreitate constrictiua, & aqueitate lenitiua et acredine ignea, sed exiccatio destruit aqueitatem eius, et in ipsa est mundificatio. *Decoratio.* H [m] †{Lac} volubilis magnæ abradit pilos, et [n] interficit pediculos. *Vulnera & vlcera.* Folia funis pauperum recentia [m] conuenientia sunt vulneribus magnis, consolidando ea decocta in vino, et conferunt more emplastri apposita, [o] adustioni ignis, et proprie cum cerato, et ad hoc non est ei par. *Membra capitis.* Distillatur succus eius in aurem dolorosam cum cotto et proprie cum oleo ros. præcipue quando est apostema calidum, et confert [o] soda antiquæ, et [m] succus eius cõfert materiei effusæ ad aurem antiquæ, et [m] vlceribus antiquis in ea. *Membra anhelitus & pectoris.* Est bona pectori, et pulmoni, et mũdificat asthma. *Membra nutrimenti.* Aperit oppilationes hepatis, et folia [m] eius cum aceto sunt bona spleni. *Membra expulsionis.* Aqua eius soluendo educit choleram adustam: et quando non decoquitur, est fortior, et dicitur, quòd species volubilis mala soluit sanguinem.

De †{*Virga pastoris*}. i. [p] Poligono, seu sanguinaria. *Cap.* 736.

Virga pastoris quid est? Est albatbat, et est masculus et fœmina, sed masculus est fortior. *Operationes & proprietates.* In ipsa est stypticitas, sed pars aquea in ipsa est plurima, et propter multitudinem repulsionis materierum effusarum existimant, quòd est exiccatiua, et propter illud prohibet fluxum.

A Sera. c. 372.
† Zegiagi.
Infra a
B Ras. vlti. co… t. 1. c. 748.
Supra a
C Ga. li. de re… affectus cog… ne. c. 8. d
D† Zibib.
E 737.
F† Kers. Repetit. c. 73…
G Ras. vlt… t. 1. c. 738.
† Karm.
H Dios. li…
I Li. 4. c. …
I† horten… ni,
K Dios. li. 4. c…
K† vua
L Rasis vlti. co… t. 1. c. 745.
L† Di. li. 4. c… ferues. cta… tis syluestris… & in cyathis… vini aqua ma… diluti, pota, … rẽ alui ciet, … dropicis datur,
† Leblab.
M Ga. 7. simp…
Repetit. c. 17…
M† D. Lada…
N Cap. 172. …
lib. 2. c. 172.
O Cap. 172. …
lib. 2. c. 172. …
ibidem.
† Hassa alba…
P Dios. lib. 4. c…

A Diosc.lib.4.c.4. A fluxum. *Apostemata & bothor*. Fit ex ea emplastrum phlegmoni,& [a] erysipilę,et [a] formicę,& est valde conferens apostematibus vlceratis. *Vulnera & vlcera*. Cōsolidat vulnera [a] recentia. *Membra capitis*. Succus eius interficit vermes auris,& [a] exiccat vlcera eius. *Membra anhelitus & pectoris*. Aqua eius confert [a] sputo sanguinis. *Membra nutrimenti*. Fit ex ea infrigidata [a] emplastrum ad inflammationem stomachi. *Membra expulsionis*. Prohibet fluxum [a] sanguinis ex matrice,& sanat vlcera [a] intestinorum.Et [b] Dios.quidem existimauit,quòd ipsa prouocat vrinam, & sanat illum, qui retinet eam, & non potest mingere.

B Li.4.c.4.

C Dios. lib.5.c.2. † Haneb. D Ras.vlti.conti. t.i.c.754.

[c] *De* †{*Vua.*} *Cap.* 737.

Vua. *Electio*. Alba [d] laudabilior est,quàm nigra,cum ęquantur in reliquis proprietatibus spissitudinis,& subtilitatis,& dulcedinis,et reliquorum,et dimissa post collectionem duobus diebus, aut tribus melior est collecta in eadem die. *Natura*. Cortex vuæ frigidus est & siccus tardæ digestionis,& quod in ipso continetur est calidum humidum.& grana ipsius sunt frigida sicca. *Operationes & proprietates*. [e] Collecta in eadem hora est inflatiua.et [e] suspensa donec detumescat cortex, est boni nutrimenti,& est confortans corpus,& eius nutrimentum est simile nutrimento ficuum in paucitate malitiæ,& est plurimi nutrimenti,quāuis sit minus nutrimento ficuum.& matura minoris est nocumenti,quàm non matura.& quando non digeritur vua, eius nutrimentum est crudum:& nutrimentum quidem vuæ cum sua dispositione plus est nutrimēto succi eius, sed succus eius est velocioris penetrationis,& descensionis.& vuam stypticā speratur, quòd resoluat appensio.acetosa vero non est ita. *Membra nutrimenti*. Vua passa est amica [e] hepati & stomacho. *Membra expulsionis*. Vua & vua [d] passa cum suis interioribus bonę sunt doloribus intestinorum.& vua passa confert [e] renibus,& [e] vesicæ.& vua quidem in eadem hora collecta mouet ventrem & inflat.& omnis vua nocet [e] vesicæ.

B

E Lib.3.Fē.14.t.2.c.3.

† Haruchsubagin. F Dios.li.2.c.173. Repetit.c.199.

De †{*Venis tinctorum*}. i.[f] Chelidonio maiori. *Cap.* 738.

Venæ tinctorum. *Natura*. Sunt calidæ & siccæ,declinantes ad secundum. *Operationes & proprietates*. In ipsis est abstersio fortis. *Membra capitis*. Confert earum [f] masticatio dolori dentium. *Membra oculi*. Succus earum est bonus in [g] acuendo visum,& abstergendo, quod est coram pupilla de aqua & albugine. *Membra nutrimenti*. Confert [f] icteritiæ factæ ex oppilationibus,& proprie cum aniso & vino albo.

G G.8.sim.fo.63.g

H † Chuanas. Repeut.733.

De [h] †{*Ventribus.*} *Cap.* 739.

Ventres. *Operationes & proprietates*. Ventres auium pluris sunt nutrimenti,& illi,qui sunt gallinarū non digeruntur velociter. *Membra nutrimenti*. [i] Existimauerunt, quòd tunica interior ventrium exiccata confert ori stomachi,& dolori eius.Filius Mesaugue & proprie ventris galli.

I G.11.sim.de ventre.i.c.2,& Di.li.2.c.41. K G.li.11.sim.8.h † Thaleb.

C [k] *De* †{*Vulpibus.*} *Cap.* 740.

Vulpes. *Operationes & proprietates*. In ipsa est resolutio,& eius pellis est calidior pellium,& eius quidem pelle iuuātur humectati propter ipsius resolutionem. *Instrumenta iuncturarum*. [k] Quando vulpes coquuntur in aqua,& embrocantur iuncturæ dolorosæ ex ea confert vehementer.& similiter oleum quando viua decoquitur in ipso,immo hoc est valde fortius.& oportet quidem vt prolongetur eius sessio in ipso:& melius est vt sit post euacuationem, et purgationem, vt non attrahat cum fortitudine suæ attractionis & resolutionis humores ad iuncturas.& quando euacuatur corpus post illud,non attrahitur ad iuncturas aliquid, quòd si redeat, erit leue.& similiter adeps vulpis quandoq; attrahit aliquid plus eo,quod resoluit,& quandoq; decoquitur in oleo viua,et quandoq; decoquitur in ipso decolata. et quæcunq; ambarum administretur, resoluit illud, quod est in iuncturis. *Membra capitis*. Eius [l] adeps sedat dolorem auris,et qn̄ in ea distillat. *Membra anhelitus & pectoris*. Eius [l] pulmo siccus confert asthmaticis valde,et eius potio est pōdus.3.i.

L Diosc.lib.2.c.35. de pulmone.

* Chafas. M G.10.simp.73.a

De †{*Vespertilione*}.i.[m] Sanguine vespertilionis. *Cap.* 741.

M † Sanguis

Vespertilio quid est? dicitur,quòd sizarach est lac eius,et dicitur,quòd est vrina ipsius. *Natura*. Sizarach est abstersio,et vehemens calefactio. *Operationes & proprietates*. [m] †{Vnguentum} vespertilionis prohibet [m] mamillas puellarum à magnificatione: et prohibet ortum pilorum, secundum q; dicitur [m] sed nō est verum. *Membra oculi*. [n] Cerebrum eius melle confert principio aquæ descendentis in oculū:et eius cinis [n] acuit visum,et sceirazirac confert [n] vngulæ,et [n] albugini.

N à Galeno, N Rasis vlti.cont. t.i.c.741. D

O G.li.de cib. boni & mali succi. c. 4.

De Vbere. *Cap.* 742.

Vber. *Natura*. Est frigidum et siccum in quo non sunt neruì magni. *Electio*. [o] Nutrimētum vberis pleni lacte,quando digeritur, propinquum est nutrimento carnis, et illud est in melius [o] in quo est lac,et præparatum cum speciebus aromaticis,quoniam ipsæ velociter faciunt descendere ipsum,et quod est de animali bonæ carnis,boni humoris,grossi,fortis.

P Dio.lib.2.c.37. † Dais.

[p] *De* †{*Vngula.*} *Cap.* 743.

Vngula quid est. Cum ex cinere vngulę caprinæ cum aceto linitur [p] alopecia,confert valde.

Litera. X.

* Hand. Q Diosc.lib.1.c.21. Repetit.c.14.

De †{*Xiloaloe*}.i.[q] Agallocho. *Cap.* 744.

XYloaloe. *Electio*. Melior species xyloaloes est almundilium.et asportatur de medio regionis Indiæ [q] secūdum quosdam, deinde est illud, quod dicitur indum,et est montanum et est melior

melior quam almundilium, quoniam non generat pediculos, et eius odor est magis imprimens, E et remanens in indumentis seu in vestibus. Quidam tamen homines sunt, qui non discernunt inter mundilium, et indum bonum. et de meliori xyloaloe est alsemenduri, quod est ex regione Indiæ dicta sefale, deinde xyloaloe dictum alchameri, quod est ex regione Indiæ dicta sefale, et aloe alsanfi, et est species [a] xyloaloes de regione sefale Indiæ, et post illud est aloe alchacheli et alberi, et aloe de regione cathae, et xyloaloe syni et nominatur casmuri, et est humidum dulce, et inferius illo est algelali et almebethai, et alluafi, et alrithani. sed almundilium totum est bonum. deinde melius de alsemenduri est varium, ponderosum, et durum plurimæ aquæ, grossum in quo non est albedo, et remanens super ignem. Quidam vero extollunt nigrum super variũ. et melius alcumari est nigrum, mundum ab albo, ponderosum, remanens super ignem, grossum plurimæ aquæ. i. plurimi & boni splẽdoris, et vniuersaliter melius xyloaloe est illud, quod magis submergitur in aqua. natans vero est priuatum vita, & spiritu, & est malum. & xyloaloe quidem est venæ arboris, quæ eradicantur, & [a] sepeliuntur in terra donec earum lignum, & cortex putrefiant, & remanet xyloaloe purum. *Natura.* [a] Calidum est & siccum in secundo, sicut existimo. *Operationes & proprietates.* Est subtile, aperitiuum oppilationum, frangitiuum ventositatum, remouens superfluitates humiditatum. & confortat viscera & omnia membra. *Decoratio.* Masticatio eius facit oris [b] odorem bonum. *Instrumenta iuncturarum.* Confortat neruos, & acquirit eius vnctuositatem, & viscositatem subtilem. *Membra capitis.* Xyloaloe confert [b] cerebro valde, et confortat sensus. *Membra anhelitus & pectoris.* Confortat cor, & lętificat ipsum. *Mẽbra nutrimenti.* Si bibatur de [b] xyloaloe pondus. ʒ. i. s. remouet humiditatem putrefactam stomachi, & confortat ipsum, & [b] hepar. *Membra expulsionis.* In ipso est virtus [a] constringens naturã & cõfert [b] dysenteriæ & ꝓprie melãcholicę.

A Ser.c.197.
B Diosc.
F

Litera. Z.

[e] De †{*Zedoaria.*} *Cap.* 745.

† Gieduar.
C Ser.c.171.

Zedoaria quid est? Portiones similes aristolochiæ, minores tamen ea, & est in sua virtute. Et melior quidem est illa, [d] quæ cum napello crescit. & eius vicinitas debilitat plantã napelli. Filius Mesaugue dixit, quòd ipsa in operatione sua est sicut durunigi. Veruntamen est debilior ea. dico autem, quòd si ipse voluit per hoc, quòd zedoaria est debilior ea, tũc iam errauit secundum quòd existimauit. & sic voluit per hoc, quòd durunigi est debilior, tunc non elongatur illud. Apud me vero non cõstat, quòd filius Mesaugue cum huius discretionem expertus est, habuerit in hac consideratione electionem pertinentem pectori firmo propter sermonem eius. Etiam sciuerunt, quòd zedoaria resistit napello: quomodo ergo est debilior durunigi? *Venena.* G Et theriaca [e] venenosorum omnium, viperæ, & [e] napelli, & aliorum. *Permutatio.* Triplum ponderis zurumbet ponitur in theriaca.

D Cap. 500.
E Li. 4. c. 1.

De †{*Zinziber*}. i. [f] Gingibere. *Cap.* 746.

† Zinzib.
F Dio. lib.

Zinziber quid est? Notum est, & est simile piperi in naturis suis. sed non [g] inest ei ipsius subtilitas, & accidit ei, vt [g] corrodatur propter humiditatem suam superflam. & propter illud calefactio eius durabilior est calefactione [g] piperis, & illud est propter spissitudinem suam etiam, sicut [h] in nasturtio, & sinapi, & gumma rutæ agrestis. *Natura.* Calidum est in fine tertij, siccum in secũdo. & in ipso est humiditas superflua, & [i] conditum calidum est & siccum, & nõ est in ipso multitudo humiditatis superfluæ. *Operationes & proprietates.* Eius caliditas est fortis, sed non [g] calefacit nisi post tempus, propter illud, quod in ipso est de humiditate superflua, sed eius calefactio est fortis. Est lenitiuum, resolutiuum inflationis, cum ergo conditur mel accipit quiddam humiditatis eius superfluæ, & exiccat plurimum. *Membra capitis.* Augmentum efficit in [i] seruatione. & abstergit [i] humiditatem à partibus capitis, & gutturis. *Membra oculi.* [f] Abstergit tenebrositatem oculi propter humiditatem suam facto ex eo alcofol, & bibitum. *Membra nutrimenti.* [i] Digerit, et conuenit frigiditati hepatis, & [i] stomachi, & exiccat humorositatem stomachi. & quod accidit ĩ eo ex humiditatibus, & comestione fructuum. *Membra expulsionis.* Excitat [k] coitum nutritum, & non nutritum, & [f] lenit ventrem leuiter. dixit Alcanzi. immo retinet. Ego autem dico, cum fiunt à malitia digestionis, & lubricitate humoris viscosi. *Venena.* Confert venenis [k] vermium venenosorum. H

G Gale. 8. simp. fo. 47. h
H G. lib. 6. simp. 48. a
I Rasis. c. t. 1. c. 761.
K Ser. c.

[l] De †{*Zurumbet.*} *Cap.* 747.

L Ser. c. 171. Rasis vl. c. t. 1. c.
† Zurumbad.
M Rasis t. 1. c. 765.

Zurumbet quid est? Est lignum simile cypero, sed est maius & minus odoriferum. *Natura.* Calida est & sicca in tertio. *Operationes & proprietates.* [m] Resoluit vẽtositates. *Decoratio.* Est [m] impinguatiua, & abscindit [m] odorem vini, & alliorum, & ceparum. *Membra anhelitus & pectoris.* Est lætificatiua confortans cor. *Membra nutrimenti.* [m] Retinet vomitum. *Membra expulsionis.* [m] Stringit naturam, & confert vẽtositatibus matricum. *Venena.* Confert [m] mordicationi venenosorum vermiũ valde, ita [m] vt propinqua sit zedoariæ. *Permutatio.* Ponitur loco eius in venenosis quantum ipsa & medietas eius de durungi, & duæ tertiæ ponderis eius de taraxacon syluestri, & medietas ponderis eius de granis citri.

De [n] †{*Zinzibere canino.*} *Cap.* 748.

N † Zinzibil chel.

Zinziber caninum quid est? Est olus notum, & est sicut piper aquæ. & eius folia sunt sicut folia kalef, nisi quia sunt magis citrina, et eius virgulta sunt rubea, habentia saporem zinziberis, et ipsum

A ipsum interficit canes. *Natura.* Calidum est in secundo, siccũ in primo. *Decoratio.* Recens contritum cum semine suo abstergit vestigia, quæ sunt in facie, & pannum, & lentigines antiquas. *Apostemata & bothor.* Recens resoluit apostemata dura, quando teritur cum semine eius & fit ex eo emplastrum similiter.

† Zarneb.

De †{*Zarnabo.*} *Cap. 749.*

Zarnabum quid est? Arbor magna, & non fructificans, existẽs in monte libano de scemi, cuius folia administrantur, & eius virgulta sunt virgulta parua, rotundæ figuræ inter grossitiem magnę acus, qua subsellia suuntur, & grossitiem calami cum quo scribitur, nigra ad citrinitatem declinantia, quę non habent multum saporem, neq; odorem. & parum odoris quem habent, est bonum, & est odor citri & virtus eius est virtus nucis mus. sed est subtilior ea parumper, & quandoq; stat loco cinnamomi. *Natura.* Calida est & sicca in secundo. *Operationes & proprietates.* In ipsa est stypticitas, & resolutio ventositatum. *Membra capitis.* Fit ex ea caputpurgium cum aqua oleo rosa. ad soda frigidam. *Membra nutrimenti.* [a] Confert hepati, & stomacho [a] infrigidatis. *Membra expulsionis.* [a] Stringit ventrem.

A Ras. 1.3.c.34.

† Zengiar. i. viride æris.

B Dios. lib. 5. c. 45.

De †{*Ziniar*}. i. [b] Aerugine rasili. *Cap. 750.*

Ziniar quid est? Species faciẽdi ziniar sunt cum putredine æris in fæce aceti, & ratione B limaturæ eius cum aceto, & sepultura ipsius in loco humoroso. Et inclinatur vas æreum super vas in quo est acetum, & dimittitur quousq; in ipso fiat ziniar, deinde fricatur ziniar ex eo, & permiscetur cum sale ammoniaco, & sepultura eius in loco humoroso est nota. & fit ex ziniar species subtilis valde. Assumitur enim acetum sublimatum, & ponitur in mortario æreo, cum pistello ex ære, & sine intermissione teritur in sole calido, æstiuo, donec accidat putredo dicta althecheregi, deinde ponitur in ipso alumen, & sal cum mensura, & sine intermissione teritur. Cumq; conficitur illud, quod teritur, aggregatur, & exiccatur, & aspergũtur super ipsum acetum, & vrina infantium, & teritur, & dimittitur in loco humoroso. deinde aggregatur, & exiccatur: & quandoq; inuenitur ziniar, quod generatur super lapidem in mineris æris. & quandoq; inuenitur aliquid ex eo in mineris. *Electio.* Illud quod est melius, est minerale, & fortius: quod est assumptum ex sc[illegible]rijs, et ęre adusto, & acetosum est leuius eo, quod factum est cum sale ammoniaco. *Natura.* Calidum est &

C Ga. 9. simp. 69. d

siccum ad quartum perueniens. *Operationes & proprietates.* Est abstersiuum, corrosiuum [c] carnis duræ, & lenis simul, acutum: sed ceratum temperat ipsum, et facit ipsum desiccatiuum sine mordicatione. *Vulnera & Vlcera.* Prohibet vlcera [b] ambulatiua, & consolidat cum cerato, & mundat [b] vlcera sordida, & ipsum cũ glutine alinbat & nitro [c] †{ . }est medicamẽ [b] scabiei vlcerosę, et al

C† & ære

baras, & morpheæ. *Membra capitis.* Alziniar factum cum sale ammoniaco, & alumine & aceto C cum teritur, & sufflatur in naribus, & impletur os aqua, vt non perueniat ad guttur, prohibet fœtorem narium, & vlcera mala in ipsis. & ziniar ferreum cum aceto stringit [b] gingiuas, & fit ex ipso ceratum ad apostemata [b] gingiuarum, & similiter ziniar æreum. *Membra oculi.* Prohibet [b] grossitudinem palpebrarum, & earum grossitiem, & abstergit oculum. & ponitur in medicinis vlcerum oculi, & prouocat [b] lachrymas valde. Cumq; ziniar administratur in alcofol, rectius est vt [b] oculus vaporet spongia infusa in aqua calida. *Membra expulsionis.* Ponitur in medicinis hæmorrhoidarum, [d] †{& fit ex ipso, & ammoniaco licinium, & adimplentur eo hæmorrhoides.}

D † D. callum fistularum erodunt, cum ammoniaco, collyrij modo i eas adacta.

E Cap. 220. & 347.

† Zufara.

[e] De †{*Zufere.*} *Cap. 751.*

Zufere quid est? Arbor cuius granum simile est alaniuden, quæ dicitur alhaze, & est similis rutæ & dicitur dinaruie. *Natura.* Calida est & sicca. *Operationes & proprietates.* [f] Resoluit inflationem. *Membra expulsionis.* Radix eius & semen in exiccatione spermatis, sunt similis virtutis cum ruta. *Venena.* Confert [f] puncturæ scorpionis bibita & linita.

F Ras. vlti. conti. 1.1.c.764.

G Ras. vlti. conti. 1.1.c.760.

† Zerindaracth, & est arbor, de quo supra dictũ est in cap. zendaracht.

[g] De †{*Zerideraet.*} *Cap. 752.*

Zerideraet. *Instrumenta iuncturarum.* Confert [g] sciaticæ. *Membra expulsionis.* Aqua foliorum eius cum rob confert [g] difficultati vrinæ, & menstruorum, & extrahit fœtum & [g] sanguinem congelatum in vesica. *Venena.* Confert [g] morsui venenosorum vermium.

† Zarur, & est spẽs sorbæ vel mespili.

H Dios. lib. 1. c. 133.

Videtur aliquo modo repetere. c. 332.

D

De †{*Zarur*}. i. [h] Mespilo Azarolo. *Cap. 753.*

[h] †{Zarur qd est? Alzarur alia est nota, & nominatur habens arilos triangulatos Latinorũ. & ex zarur est species quam nominant Græci teselimon, et sentabinum, & quandoq; nominant eam malum syluestrem. Arbor enim eius similis est arbori malorum, ita quòd etiam in folijs suis, nisi quia minor, & est saporis pontici. *Operationes & proprietates.* Est styptica, quæ est magis styptica, quàm algobera, vincẽs choleram, & retinet cursus plus omni fructu. *Membra capitis.* Teselimon est faciens soda. *Membra nutrimenti.* Tesselimon est mala stomacho. *Membra expulsionis.* Stringit, & non retinet vrinam.}

H † D. Mespilus, quæ à nonnullis aronia vocatur, spinosa arbor est, folio acutæ spinæ. fert pomum suaue, exiguum, tribus intus ossiculis. qua ex causa id nonnulli tricoccon appellauere, esu adstringit stomacho gratum est, aluumque supprimit.

Dios. Alterum Mespili genus in Italia nascitur, quod aliqui setanium, alij epimelida vocant, arbor folijs mali, sed minoribus. pomum fert rotundum, esui aptum, vmbilico latiore, quod adstringit seroq; maturescit.

Cõfundit, accipit. n. epimelida ꝓ mespilo, de quo vide Ga. 6. simplic. 47. d. de epimelide, & de succ. boni. c. 8. f, de mespilo.

I Cap. 745.

De *Zeduar.* *Cap. 754.*

Zeduar quid est? Inquit Dios. Est algieduar. i. zedoaria, secundum [i] quòd existimo.

De Zahara.

De †{*Zahara*}.i.[a] Antylli. *Cap.* 755. E

† Zhere. A Dio.lib.

Zahara quid est? Est planta, cuius vna species folia habet, vt [a] lenticula, & thyrsos erectos, & leuia folia, paruas radices, & nascitur in terra [a] salita exposita soli, & in ipsius sapore est salsedo, & [a] altera est similis chamæpithyos, et est melioris coloris et purpureitatis fœtidi odoris. *Vulnera & vlcera.* Est [a] consolidatiua eorum. *Membra capitis.* Subtiliat superfluitates, ita quòd secunda confert [a] epilepsiæ bibita cum oxymelle.

De [b] †{*Zinzania.*} *Cap.* 756.

B† Zuan.i.lol.

Zinzania quid est? Dico, quòd zinzania ab omnibus dicitur secundum duas res. vna earum est granum simile frumento, ex quo homines faciunt panem, et dicunt, quòd zinzania dicitur alchenith, et quidam alij nominant rem quandam [c] inebriantem, malam, quæ in granis prouenit. sed loqui de hoc est præter illud in quo sumus. *Electio.* Melior est illa, quę est leuis ponderis, non corrosa à vermibus neque frangibilis, sed est viscosa, cum masticatur, declinans ad rubedinem: et in ipsa est ponticitas parua.

C Cap. 667.

De †{*Zuccaro*}.i.[d] Melle. *Cap.* 757.

† Suchar. D Dio.lib.

Zuccarum quid est? Arundo zuccari in natura zuccari existit, et est vehementioris lenificationis quàm ipsum. *Natura.* Frigidius est tabarzed, et est subtilius. Et vniuersaliter est calidum in fine primi. Et antiquum declinat ad siccitatem in primo, et est humidum in ipso, et quanto magis F antiquatur, tanto plus exiccatur. *Operationes & proprietates.* Est lenificatiuum, [e] abstersiuum, lauatiuum. Et sulimenum est magis lenitiuum, et proprie alfenid, immo mel arũdinis, et zuccarum non sunt inferiora melle in [e] abstergendo, et mundificando, et quanto plus antiquatur zuccarum, tanto fit subtilius. *Membra oculi.* Assumptum sicut gumma ab arundine, [d] abstergit oculum. *Membra anhelitus & pectoris.* [f] Lenit pectus, et remouet ipsius asperitatem. *Membra nutrimenti.* Est bonum stomacho, in quo [f] non generatur cholera. Ipsum enim lædit, [f] propterea quia ad choleram conuertitur, et est aperitiuum oppilationum, et in ipso est virtus faciens sitim, minorem tamen sitim, quam facit mel, proprie antiquum, et antiquum generat [g] sanguinem fœculentum, et abstergit phlegma stomachi, et in arundine quidem zuccari est iuuamentum ad vomitum. *Membra expulsionis.* Soluit, et proprie illud, quod super arundinem inuenitur, sicut sal, et sulimenum quidem, et rubeum vehementioris sunt lenificationis, et quandoque inflat, et quandoque sedat inflationem, et ipsum quidem cum [h] oleo amygdalino confert colicæ.

E G.li 7.sim. & li.8.meth.

F Rasis vlti. t.1.c.763.

G Ser.c.50.

H Ser.c.50.& I.

[i] *De* †{*Zuccaro alhusar.*} *Cap.* 758.

I Ser.c.50.& I. vlt.pti.t.1.c. † Suchar al. Rep.c.704.

Zuccarum alhusar quid est? Manna cadens super alhusar, et est sicut frusta salis. et in ipso quidem est cum abstersione pauca ponticitas, et amaritudo, et de ipso aliud est iamenum, album, et aliud est alhagiezi ad nigredinem declinans. *Operationes & proprietates.* Est abstersiuum cũ ponticitate in ipso. G *Membra oculi.* Zuccarum alhusar [i] acuit visum. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert pulmoni. *Membra nutrimenti.* Confert hydropisi cum lacte [k] camelæ, nouiter fœtæ. et non facit sitim sicut reliquæ species zuccari: quoniam eius dulcedo est parua, et est [i] bonum stomacho, et hepati. *Membra expulsionis.* Confert [l] renibus et vesicæ.

I Raf. K Raf. camelino, & lacte L Raf. vlt. t.1.c.763.

Expletus est liber Secundus canonis quem princeps Auicenna de medicinis simplicibus edidit.

TRACTATVS III. *De apostematibus capitis: et solutione cõtinuitatis eius continens capitula.14.*

TRACTATVS IIII. *De ægritudinibus capitis & plurimo nocumẽto ipsius in operationibus sensus & motus continens capitula.24.*

TRACTATVS V. *De ægritudinibus cerebri in operationibus motus continens capitula.14.*

FEn secunda de ægritudinibus neruorũ quæ est tractatus vnus continens Cap.19.

Tractatus

FEn quartadecima de hepate & dispositionibus eius continens tractatus.4.

De apostematibus

TRACTATVS V. *De vermibus continens capitula.* 10.

FEn decimaseptima de ægritudinibus ani et est tractatus vnus continens capitula. 22.

FEn decimaoctaua de dispositionibus renum cuius sunt duo tractatus.

TRACTATVS I. *De vniuersalibus iudicijs renum & de lapidibus eorum continens capitula.* 16.

TRACTATVS II. *De apostematibus renum & solutione continuitatis continens capitula.* 19.

FEn decimanona de dispositiōibus vesicę & vrinæ duos comprehendens tractatus.

TRACTATVS I. *De dispositionibus vesicæ continens capitula.* 27.

De cura-

FEn. 21. de mẽbris generationis in mulieribus. 3. continẽs tractatus.

TRACTATVS I. *De radicibus & principijs & conceptione & partu continens capitula. 20.*

TRACTATVS II. *De impræ gnatione et partu continens capitula. 39.*

TRACTATVS III. *De reliquis ægritudinibus matricis exceptis apostematibus & quæ currunt cursu eorum contines capitula. 28.*

TRACTATVS IIII. *Continens capitula. 31.*

FEn.22.de ægritudinibus in extremitatibus membrorũ quæ habet duos tractatus.

TRACTATVS I. *De eo quod accidit eis de nocumẽtis quãtitatis & situs continens capitula.18.*

TRACTATVS II. *De doloribus horum membrorum continens capitula.31.*

Tabulæ capitulorum tertij libri finis.

Dictio prima de vniuersis ægritudinibus capitis tertii libri canonis in medicina.

Tractatus Primus de Anatomia cerebri,& dispositionibus eius.

De vtilitate capitis & partibus eius. *Cap. I.*

A Li.8. de vsu par. c.5.g.a



NQVIT [a] Galenus. Intentio in creando caput non est cerebrum: neque auditus, neque odoratus, neque gustus, neque tactus. Hæc enim membra,& virtutes in animalibus reperiuntur capite carentibus. Sed intentio in ipso est bonitas dispositionis oculi in operationibus suis, propter quas ipse est creatus,& vt oculus habeat locum speculationi seu prospectioni
B ni proportionatum & sublimatum super omnia mēbra corporis in omnibus partibus. Comparatio nanque oculi ad corpus est propinqua comparationi speculatoris ad exercitum. Et locorum quidem, qui speculatoribus est melior,& conuenientior, locus est altus. Et iterū omni oculo non est necessarium creare caput absolute: sed animali lenem habenti oculum, cuius oculus īdiget multa cautela seu custodia & loci tutela. Nam pluribus animalibus capitibus priuatis duo sunt creata additamēta à corpore sublimata: super quæ oculi eorum decenter constituti sunt: vt ipsorum vnusquisque speculationem & sublimationem suo habeat visui. Amplius in operationibus oculi vel in prospectionibus oculi ipsorum non est caput creare necessarium, propter duritiem [a] †{muclæ} ipsius. Et neque caput est necessarium creare, nisi animalibus quorum oculi capacitate & coopertura eos tuente indigent. & quibus neruos aduenire necesse est: propter diuersitatem motuum muclę & palpebrarū. nam huiusmodi non est conueniens neruus vnus elongatus gracilis. & nos quidem perscrutabimur illud in capitulo de oculo. Partes vero capitis essentiales,& quæ eas sequuntur, sunt capilli, deinde cutis, postea caro, deinde panniculus, postea craneum, deinde panniculus durus, postea panniculus subtilis nominatus secundina: deinde cerebrum, scilicet substantia eius, & ventres ipsius,& illud, quod in eis existit: postea
C duo panniculi sub eo, deinde rete, postea os quod est cerebri basis.

A† cutis

De anatomia cerebri. *Cap. 2.*

CErebri autem hominis anatomia est hæc. Cerebrum enim diuiditur in substantiam velatiuam,& substantiam medullarem,& ventres in spiritu plenos. Nerui vero sunt sicut virgulta ab eo prodeuntia: nō tamen sm quod sunt partes substantiæ ipsius proprie. [b] Et totum quidem cerebrum in sui longitudine mediationem habet penetrantem in ipsius siphac,& medullam eius, et eius ventres: propter illud, quod in parilitate de iuuamento noto existit: & si sit parilitas in ventre anteriore solum sensui magis apparens. Cerebri vero substantia creata est [c] frigida & humida. Frigida quidem ne ipsum inflammaret multitudo, & quæ ei aduenit ex fortitudinibus motuum neruorum,& passionibus sensuum,& motibus spiritus in alterationibus imaginatiuis, & cogitatiuis,& memorialibus: & vt eo temperetur spiritus à corde egrediens,& ad ipsum penetrans in duabus venis ascendentibus ab eo ad ipsum. Et humidum quidem creatum est, vt ipsum motus non exiccent: & vt eius figura sit bona. Et creatum est pingue & lene. Eius autem pinguedo est: vt sit quod ex neruis oritur viscosum. Et lenitatis quidem causam dixit, [d] Gal. in ipso existere, vt eius figura bona fiat, et ipsius alteratio cum imaginationibus. lene enim alterationes facilius suscipit. hoc ergo est, quod ipse dixit. Dico autem, creatum est lene, vt sit pingue, & vt nutrimentum,
D quod neruis gradatim tribuit duris, sit bonum. nerui enim etiam ex cerebro nutriuntur & nucha. Amplius substantia dura non restaurat durum quantum ipsum restaurat lene. Et vt in eo, quod ab ipso oritur sit flexibilitas, cum quædam ab eo orientia indurari apud suas extremitates sit necesse: propter illud, quod [e] rememoraturi sumus de neruorum iuuamētis: & propterea, quod istis nascentibus ab eo indurari necessarium est secundum gradus. Et quia ipsorum durities est durities flexuosa, oportet vt substantia originis eius sit substantia flexuosa,& pinguis. pingue enim viscosum, lene est proculdubio: & etiam vt spiritus, qui ipsum circundat, & qui motus velocitate indiget, sit humiditate sustentatus: & rursum vt ipsius raritate alleuietur. quod enim in membris durum est, grauius est leni humido raro. Veruntamen cerebri substantia etiam in lenitate & duritie inæqualis existit. [f] nā pars eius anterior est lenior: & ipsius pars posterior est durior: & distinctum vel diuisum inter duas partes velaminis duri, cuius * rememorabimur in sequentibus. Anterius autem cerebrum non est factum lene, nisi quoniam plurimum neruorum sensus, & proprie, qui sunt visus, [g] & auditus, oritur ex eo. Sēsus enim speculator est. & speculatoris inclinatio ad partem anteriorem est dignior. Et plurimum neruorum motus oritur ex postremo ipsius, & ex ipso ori-

B Gal. li.3. loc. aff. c.9.f

C Li.1. do.3. c.2. & Arist. lib.2. de part. aialium. c.7. & Ga. li.2. de tpa. c.6.f

D Li.8. de vsu par. c.6.b

E Li.1. doct. 5. sū. 3. c.1.

F Lib.13 aialium. c.4. & Gal. lib.8. de vsu par. c.6. b

Infra *

G Oppositum lib. 1. F.1. d.5. sū.3. c.2

tur nucha, quæ est eius [a] nuntius, & vicarius in meatu dorsi, & vbi necessarium est ex ipsa oriri neruos fortes. [b] Nerui autem motus indigent duritie superflua, qua non indigent nerui sensus. Sed lenitas est eis conuenientior. quare facta est origo .s. neruorum motus durior. [c] Gradatio autem velaminis in ipso non existit nisi vt sit distinguens, & dicitur vt sit lene separatum à contactu duri, & lene valde est illud in quo profundatur, & huic quidem reflexioni insunt etiam iuuamenta alia. Nam venæ ad cerebrum descendentes, & in ipso diuisæ aliquo egent cui innitantur, & eas fortes faciat. Posita est ergo reflexio hæc sustẽtaculum earum. [d] Et sub postremo quidem huius reflexionis, et in posterioribus eius est torcular, quod est sanguinis effusio in amplitudine quadam, quę est sicut lacuna: & ex ipsa quidem ramificantur venæ in quibus separatur sanguis, qui cerebri substantiæ assimilatur: deinde venæ suis orificijs exuccant ipsam: & ad duas venas aggregantur, sicut [e] rememoraturi sumus in illius anatomia. Et ex hac quidem reflexione peruenit iuuamẽtum ad hoc vt ligamentorum velaminis adhęrentis cerebro sit origo in æquidistantia commissurę cranei, quę est coram ipso. [f] In anteriore præterea cerebro oriuntur duo additamenta mamillaria quibus fit odoratus: quæ quidem à lenitate cerebri parumper differunt. & non peruenit eis neruorum duríties. Amplius totum cerebrum duobus cooperitur panniculis, quorum vnus subtilis sequitur ipsum, & alter spissus sequitur os, qui quidem duo creati sunt, vt sint duo distinguẽtia inter cerebrũ & os: & vt cerebrum substantiam ossis non contingat, & ne ad ipsum ex osse nocumenta perueniant. hic autẽ tactus non accidit, nisi in dispositionibus [g] additionis cerebri in substantia sua, [h] aut in dilatatione, quæ ei accidit successione constrictionis. Cerebrum pręterea quandoq; eleuatur ad craneum, cum quædã adsunt dispositiones, sicut voces fortes. ergo propter huiusmodi iuuamenta inter cerebrum et os cranei duo ponuntur distinguentia media inter ea in lenitate, et in duritie: & duo quidem ponuntur, ne res cuius est bona obuiatio ossi absque medio, sit ipsamet res, cuius obuiatio cerebro est bona absque medio, immo distinctio seu differentia est inter ea ambo. [i] Nam illud, quod ex eis est cerebro propinquum est subtile, & quod est propinquum ossi est spissum, & ambo simul sunt sicut tutamen vnũ, & isti quidẽ panniculi cum hoc, quod sunt cerebri tutamen sunt etiam ligamentum venarum, quæ sunt in cerebro quietarum, & pulsatilium. Et est sicut secundina seruans situm venarum in ipso textarum. Et propter illud quidem ingrediũtur cerebri substantiam in locis multis anfractuum eius, & tendunt ad ventres ipsius, & finiuntur abscisi seu terminati apud postremum cerebri: propterea, quod ipsum non eget eis propter sui duritiem anfractuum eius, & tendit ad ventres ipsius: & finitur abscisus seu terminatus apud postremũ cerebri: propterea, quod non eget eo propter sui .s. postremi duritiem. Panniculus vero spissus cerebro non hæret, neq; subtili est adhærens: ita vt in omni loco sit decenter situatus super ipsum: sed est ab eo eleuatus: & inter ipsos quidem non continuant nisi venę penetrantes in spisso, & peruenientes ad subtilem. [k] Spissus autem conclauatur vel ligatur ad craneum cum ligamentis panniculatibus ortis à spisso stringentibus ipsum ad commissuras, ne super cerebrum vehemẽter grauet, & hæc quidem ligamenta ex commissuris eleuantur vsq; ad exteriora cranei, & oriuntur illic, ita vt ex eis texatur panniculus craneum cooperiens: & per illud affirmatur ligamentum panniculi spissi etiam cum craneo. [l] Cerebrum præterea in longitudine sua tres habet ventres quamuis vnusquisque venter in sui latitudine duas habet partes. Et anterior quidem pars sensibilis est separationis in duas partes dextram & sinistram. & hæc pars iuuat ad attractionem aeris, & ad expulsionem superfluitatum cum sternutatione, & ad partiendum plurimum spiritus sensibilis: & [m] ad operationes virtutum formatiuarum, quæ sunt de virtutibus apprehensionis interioris. Venter autem postremus est etiam magnus, quoniam ipse implet magni membri vacuitatem: & quoniam est principium magnæ rei, scilicet nuchæ, & ex eo partitur plurimum spiritus motiui: & [m] illic quidem sunt virtutis seruatiuæ operationes, sed tamen est minor anteriore: immo cuiusq; duorum ventrium anterioris: & cum hoc minoratur gradatim vsq; ad nucham, & inspissatur vsque ad duritiem. [n] Medius autem venter est sicut trãsitus à parte anteriore ad partem posteriorem, & est sicut dhelizi medareb. i. sicut spatium intermedians in quo frequẽs fit itineratio, seu trãsitus inter eos ambos, & ipse quidem propter illud quãdoq; magnificatur, & elongatur: quoniam est deferens de magno ad magnũ: & per ipsum continuatur spiritus anterior cum spiritu posteriore, & perueniunt etiam species sensatę, & cooperitur principiũ huius ventris medij cum [l] cooperimento spherico interius sicut cuba & cum ea denominatur vt sit transitus: & cum hoc sit elongatum cum rotũditate vel sphęricitate sua à nocumentis, & sit forte ad tolerandum, quod super eum sustẽtatur de velamine gradato vel reflexo: & illic coniungunt duo ventres cerebri anteriores coniunctione gradata vel coniunctione perducente ad posteriorem in hoc transitu, & ille quidem locus nominatur coniunctio duorũ ventrium: & hic idem transitus est venter. Et quoniam est transitus deferens à formatione ad seruationem, est melior locus cogitationi, & imaginationi, secundum [o] quòd sciuisti. Quod autẽ ventres isti sint loca istarum operationum, significatur ex nocumentis, quæ accidunt eis: destruitur. n. cum nocumento cuiusq; partis eius operatio, aut ingreditur in ipsa læsio. Et [p] panniculus subtilis penetrat vel profundatur interius secundum partem eius, & cooperit vẽtres cerebri vsq; ad camhaduti. i. vsq; ad partem, quæ est apud occiput. durities vero eius, quod est post illud sufficit ipsi loco coopertura velaminis. [q] Anfractus autem, qui existunt in ventribus cerebri sunt, vt spiritus aialis in substantia

A Lib. 13. ... B Gal. lib. ... par. c. 2. a C Gal. li. 9. de ... c. 16. f. g. & de ... lis. c. 3. a D Gal. li. 9. de ... c. 6. c E Li. 1. doc. ... c. 3. in fine. F G. lib. 8. de ... c. 6. a. & c. ... & 1. de cie ... c. 4. a. & ... Hippoc. ... istro. od... G Li. 1. F. ... li. 4. F. ... H Fen. ... I Gal. lib. 8. ... c. 9. a K Gal. ... c. 9. b L G. lib. 8. ... c. 10. d. & ... lib. 9. ... c. 4. d M L. 1. F. ... N G. lib. 8. ... c. 11. f O Li. 1. F. ... c. 5. P Gal. lib. 8. ... c. 8. g Q Li. 13. ... c. 4.

E F G H

A tia cerebri transitum habeat, sicut in ventres eius cum non omni hora sit venter dilatatus, et apertus, et spiritus sint pauci secundum capacitatem ventrium solummodo. Et etiam, quia spiritus alteratio non completur à complexione, quæ est cordis ad complexionem, quæ est cerebri,[a] nisi in ipso fiat eius decoctio assumpta ex eius complexione. & ipse in primis cum ad cerebrum peruenit, vadit ad ventrem eius primum, & decoquitur in eo. deinde penetrat ad ventrem medium, & augmentatur [b] in ipso decoctio: postea completur eius decoctio in ventre posteriore. [c] Decoctio vero optima fieri non potest nisi per coniunctionem & commistionem & penetrationem in partibus decoquentis, sicut est dispositio cibi in hepate, secundum quòd narraturi sumus [d] in his, quæ expectamus. Anfractus autem vnusquisque anterioris maior est, quàm anfractus posterioris, quoniam proportio anfractus ad anfractum est sicut proportio membri ad membrum fere. & causa quidem minorationis posterioris ab anteriore inuenitur in anfractu. Et inter hunc ventrem & ventrem posteriorem sub eis ambobus est locus, qui est partitio duarum venarum magnarum ad cerebrum ascendentium: quarum [e] rememoraturi sumus in ramis ipsarum, ex quibus texitur secundina sub cerebro, & illi quidem rami apodiati vel adhærentes sunt corpori [f] de genere glandularum implenti, quod est inter eos, & sustinet eos, sicut est dispositio in reliquis partitionibus seu ramificationibus venosis. vacuitatis enim, quæ inter eas cadit eadem proprietas est, vt etiam impleatur carne glandosa: & istæ quidem glandulæ figura ramorum prædictorum figurantur secundum formam partitionis narratę. Quēadmodum.n. harum glandularū formam pinealem habentium sequitur initium, partitionis desuper vel vicinatur principio partitionis desuper, & incedit versus finem eius vsque ad complementum descensionis ramorum, & est illic contextio ramorum prædictorum secundum similitudinem texturæ secundinæ, & requiescit seu firmatur in ipso. Et pars cerebri comprehensa vel contenta super hoc ventre medio secundum plurimum eius & secundum partes eius, quæ sunt desuper est [g] vermicularis figuræ, habens anfractus ex anfractibus positis vel situatis in longitudine, colligatis adinuicem vt possit extendi, & contrahi sicut vermis. Et venter, qui est super ipsam, coopertus est cum panniculo, qui penetrat cerebrum interius vsque ad terminum posterioris. Et est equitans super duo additamenta cerebri rotunda staturæ longæ sicut duæ coxæ vicinæ ad contactum, & elongatæ versus separationem, colligatæ cum ligamentis, quæ nominantur chordæ, vt ab eis non remoueantur. vt cum vermis extenditur, & eius longitudo augetur, & eius latitudo constringitur, comprimat hæc duo additamenta ad coniunctionem, & oppiletur meatus. Et quando contrahitur ad curtitatem, & augmentatur latitudo, elongat seu distrahit illa ad separationem, & aperitur meatus. Illud autem, quod de eo vicinatur posteriori cerebro, est minus seu strictius, & C declinat ad gibbositatem aliquam, & sistitur seu ingreditur in posteriore cerebro, sicut aliquid eius intrans in introitu seu in foramine. Et eius quidem anterius est latius, quàm sit posterius ipsius secundum formam quam cerebrum tolerat. Duo vero prædicta additamenta nominantur vulia vel duo coxæ, & in istis ambobus non sunt anfractus omnino, sed sunt lenia, vt ipsorum constrictio, & cooperimentum sint fortiora: & vt ipsorum obedientia ad motionem propter motum alterius rei sit magis similis obedientiæ rei ipsius vnius. [h] Expulsio præterea superfluitatum cerebri duos habet meatus, quorum vnus est in ventre anteriore, & apud terminum communem, qui est inter ipsum, & illum, qui est post eum: & alter est in ventre medio. Posterior vero venter meatum singularem non habet: & illud est ideo, quoniam in postremo positus est: & etiam est paruus comparatione sui ad anteriorem, non tolerans foramina, & sufficit ei, & medio meatus communis eis ambobus, & hoc proprie. Nuchæ autem iam factus est exitus per quem quædam eius superfluitates resoluuntur, & expelluntur ex parte eius. & isti duo meatus, cum incipiunt ex duobus ventribus, & penetrant etiam in ipsum cerebrum, transuersantur versus obuiationem apud transitum vnum profundum, cuius principium est velamen subtile: & eius postremum, quod est eius inferius: est apud velamen durum, & est strictum, [i] quoniam est sicut [i] †{alchamha} incipiens ab amplo rotundo D tendens versus strictum: quapropter nominatur [k] †{alchamha,} & nominatur etiam infusorium. Cum ergo penetrat in panniculum durum, obuiat illic meatui in glandula, quasi sphæra compressa à duobus lateribus, oppositis superius, & inferius: & est inter panniculum durum, & meatum palati. deinde reperitur illic transitus, qui est in concauitatibus colatorij in supremo palati.

A Galib.9.de v.p. c.4.e
B Gal.7.de v. par. c.5.b.c
C G.li.7.de Hip. & Plat.decr.c.3.d
D Fen.14.t.1.c.1.
E Li.1.F.1.doct.5. sū.5.c.3.
F G.lib.8. de v.p. c.14.d, de conario & li.9.anat.c.3.g.h
G G.lib.8. de v.p. c.14.f,& lib.9.ana. c.5.f.g
H G.lib.8.de v.p. c.6.c,& li.9.c.4.e
I Gal.li.9.de v.p. c.3.b
I† peluis vel infundibulum
K† peluis,

Sermo vniuersalis de ægritudinibus capitis & facientibus ægritudines in ipso. *Cap. 3.*

OPortet te scire, quòd ægritudines numeratę omnes accidunt capiti. Veruntamen nostra intentio hic, cum dicimus caput est cerebrum, & ipsius velamina ad capillorum vero ægritudines hic non declinamus in hac hora. Dicemus ergo, quod cerebro accidunt spēs malitię complōnis octo, scilicet singulares, & factæ cum materia, aut vaporosa, aut habente substantiam, & multiplicantur in ipso ægritudines humiditatis. In omni enim cerebro in principio creationis humiditates superfluæ existunt, quas mundificare est necesse, aut in matrice, aut post ipsam. Nam si non

mundificantur, tunc magnificatur inde res timorosa, & totum hoc autẽ est in corpore cerebri: aut E in venis eius, aut in velaminibus ipsius. Et accidunt ei ægritudines compositionis: aut in quantitate, sicut si sit minus, quàm oportet, vel maius, aut in figura, sicut si sit eius figura mutata à cursu naturali, & accidat inde læsio in operationibus suis: aut canales, siue meatus ipsius, & vasa sint oppilata: & oppilatio sit aut in ventre anteriore, aut in ventre posteriore, aut in vtrisque ventribus simul, diminuta, aut integra: aut in venis, aut in arterijs, aut in originibus neruorum, aut dislocentur ligamenta velaminum eius, aut cadat separatio inter partes ipsius. Et accidunt ægritudines ei solutionis continuitatis propter solutionem singularis in ipso: aut in arterijs, aut in venis ipsius, aut in velaminibus eius, aut in craneo. Et accidunt ei apostemata, aut in substantia ipsius cerebri, aut in panniculo eius subtili, aut spisso, aut in reti, aut in panniculo extrinseco: & totum hoc à materia vnius humorum calidi, aut frigidi: & [a] ex frigidis quidem putrefactis consequuntur apostemata calida: & frigidi, & quieti faciunt apostemata, quæ nominari oportet frigida. Et tu quidem non reperies aliquam ægritudinem cerebri, nisi redeuntem ad istas: aut contingentem ex istis. Aegritudines præterea cerebri aliæ sunt propriæ ipsius: aliæ fiunt propter communitatem, & quandoque magnificatur res in ægritudinibus communitatis in ipso adeo, vt fiant ægritudines proprie pernitiosæ: multoties enim expelluntur ad ipsum in ægritudinibus pleuresis, & sinantiæ, materiæ præfocantes, & pernecantes: & sæpe accidit ei apoplexia perniciosa causa alterius nocu- F menti, seu alterius ęgritudinis in membro ei communicante.

A Fen.10.c.4. & li.1.F.ad...

De significationibus ex quibus oportet cognoscere dispositiones cerebri. Cap. 4.

PRincipia ex quibus peruenis ad cognitionem dispositionum cerebri sunt [b] ex operationibus sensitiuis, & alsiasie, idest regentibus, seu [b] moralibus, scilicet memoria & cogitatione: & formatione, & virtute existimatiua, & perscrutatiua, seu bene iudicatiua: & [b] operationibus motiuis, & sunt operationes virtutis mouentis membra mediantibus lacertis: & [b] ex qualitate superfluitatum euacuatarum ab eo, in substantia sui, & colore, & gustu, scilicet acuitate sua & salsedine & amaritudine & insipiditate: & ex quantitate ipsarum in paucitate & multitudine, & ex ipsarum retentione omnino. [b] Et ex hoc, quòd aeres, & cibi ei conueniunt, & diuersificantur ei, & nocent ipsi. [c] Et ex magnitudine capitis: & ex paruitate eius, & ex bonitate figuræ eius prædictæ [d] in capitulo de ossibus, & malitia ipsius, & ex grauitate capitis, & leuitate eius, & ex dispositione tactus capitis, & ex dispositione coloris eius, & coloris venarum ipsius, & ex vlceribus, & ex apostematibus, quæ in cute eius accidunt. Et ex dispositione coloris oculorum, & venarum ipsorum, & sanitatis, & ægritudinis eorum, & tactus ipsorum proprie. Et ex dispositione somni, & vigiliarum. Et ex dispositione capillorum in quantitate sua, scilicet paucitate & multitu- G dine, & grossitie, & subtilitate, & qualitate, scilicet figura ipsorum in crispitudine & planitie: & colore eorum in nigredine & rufedine & citrinitate ad albedinem declinante, & velocitate susceptionis caniciei, & tarditate: & in perseuerantia secundum dispositionem sanitatis: aut remotionem ab ea cum scissione ipsorum, aut casu, aut depilatione, & reliquis dispositionibus ipsorum. Et ex dispositione colli in grossitudine, & subtilitate sua, & sanitate ipsius, & multitudine casus apostematum, & scrofularum in ipso, & paucitate ipsorum. Et similiter ex dispositione vuæ, & duarum amygdalarum, & dentium. Et ex dispositione virtutum & operationum in membris neruosis communicantibus cerebro, quæ sunt sicut matrix, & stomachus, & vesica. Significatio autem secundum communitatem est secundum duos modos. vnus eorum est ex dispositione membri communicantis cerebro in eo, quod accidit cerebro. & secundus est ex dispositione membri, cuius communicatione cerebrum infirmatur, & inquiritur, quod membrum sit, & quid sit in ipso, & quomodo peruenit ad cerebrum. Et ex istis quidem significationibus significantur dispositiones, quæ sunt præsentes: & illæ, quæ sunt futuræ, & nondum sunt præsentes: [e] sicut ex longitudine tristitiæ & timoris de aliquo futuro malo, vel pusillanimitatis significantur melancholia almethal, idest futura ex proximo & alchatrab, idest cutubut eueniens in tempore proximo: & ex ira, quæ intentionem non habet, epilepsia: aut melancholia calida, aut mania, H & ex risu absque causa significantur hamach, aut rhaune, idest diminutio rationis, aut amentia. De qualitate significationis harum significationum super dispositionem cerebri, & diuisione istorum modorum numeratorum, quousque perueniatur ad finem diuisionis secundum istam declarationem.

B Li.1.F.2.d... & G.art.me... B Gal.ibidem.

C Gal.c.11.c D Li.1.F.1.d. sũ.1.c.1.

E Hippo.6. apho.23.e

De significationibus vniuersalibus operationum cerebri. Cap. 5.

SIgnificatio quidem assumpta ex genere operationum cum sunt sane adiuuat ad significandum cerebri salutem. Et si sunt læsæ, significant læsionem in ipso: læsiones autem operationũ quemadmodum exposuimus sunt tres, quæ sunt debilitas, & mutatio, & permutatio, deinde destructio. Et sermo quidem vniuersalis in significationibus operationum est [f] quòd ipsarum [g] diminutio, & destructio fiunt propter frigus, & grossitiem spiritus ex humiditate, propter oppilationem, & non fiunt ex caliditate nisi magnificetur & perueniat ad hoc vt deijciat virtutem: [h] permutatio autem, & quæ motui comparantur fiunt ex caliditate, & fiunt ex siccitate.

F T.4.c.11. G Li.1.F.1.... sũ.1.c.3.& F... 3.c.3.& Gal... cau.sympt.... & arte med.... &.3.loc.aff.... & li.1.c.9.1... H Gal.p.loc... c.5.c.f.& lib... 9.a.b

De signifi-

A *De significationibus sumptis ex operationibus animalibus sensitiuis & moralibus & motiuis, & ex somnijs, quæ sunt de summa moralium.* *Cap. 6.*

A Li.1.F.2. doc.3. c.1. HAs operationes ingreditur læsio,[a] secundum quod cognoscitur, destructionis, aut debilitatis, aut permutationis. verbi gratia in sensibus quidem, & icipiamus à visu, quoniam visum ingreditur læsio, aut vt destruatur, aut debilitetur, aut permutetur operatio eius, & mutetur à cursu naturali, & imaginetur, quod non inuenitur exterius, sicut phantasiæ, & cimices, & pili, & fumus, & reliqua. Ex his enim nocumentis cum non sunt propria oculo, significatur læsio in cerebro, & phantasiæ etiam quandoque suo colore significant. quod si aliquis dixerit, quomodo phantasia alba significat, phlegma dominari, quod est frigidum, cum vos comparaueritis permutationem ad calorem: dicemus, quod illud est secundum complexionem non secundum quod accidunt vel occurrunt materiæ virtuti sanæ integræ vel perfectæ in caliditate innata.[b] Et ex læsione in auditu, sicut si debilitetur, & non audiat, nisi quod propinquum est, & forte. aut permutetur & audiat, quod non reperitur exterius, sicut tonum similem percussioni aquæ, aut percussioni malleorum, aut voci tympanorum, aut sono foliorum arborum, aut sufflationi ventorum, aut reliquis, & significentur per illud aut complexio sicca præsens in parte medij cerebri, aut significentur per illud ventositates & vapores in ipso retenti: aut ad ipsum ascendentes, & reliqua de quibus significatio habe-

C Cap.5.&.t.4.c.7.& G.2.de sympt. cau.c.7.b.c B tur, aut destruatur omnino. [c] Debilitas[α] vero, & destructio fiunt propter multitudinem frigoris. & quod aliquis audiat, quasi audiat ex longinquo, fit propter humiditatem. Quod autem fit in odoratu est, quia priuatur, aut quia debilitatur, aut permutatur: & sentit odores, qui non repe- *Infra α* riuntur exterius fœtidos, aut non fœtidos. & significat secundum plurimum humorem retentum in anteriori cerebro facientem ipsos si non fuerit res appropriata alchaisim, idest strictura narium. Gustus autem et tactus hoc cursu procedunt, nisi quia ipsorum mutatio à cursu naturali secūdum plurimum significat corruptionem propriam in instrumentis ipsorum propinquis: & raro est secundum communitatem cerebri: & proprie, sicut quando est communis, sicut stupor toti corpori. Et sensus quidem communicant in specie debilitatis, & fortitudinis, significātes dispositionem in cerebro perseuerantem, quæ est perturbatio & claritas: non est enim omnis debilitas cum perturbatione: quoniam quandoque est debilitas cum claritate, sicut homo si videat aliquid propinquum & parui radij, bene & clare: & videat res paruas. deinde cum elongatur, aut multiplicantur ipsarum radij, deficiat. Nam perturbatio & claritas quandoque sunt simul cum debilitate: & claritas quandoque est proculdubio cum fortitudine. Verum perturbatio semper significat materiam, & claritas significat siccitatem: & hæc quidem perturbatio fortasse subito figitur, & est ex ea *Supra α* oppilatio, & significat materiam vaporosam in venis cerebri, & reti eius. [α] Iudicium autem de si-

C gnificationibus harum læsionum est: quoniam quæ procedit cursu permutationis secundum plurimum sequitur complexionem calidam & siccam: & quę currit cursu diminutionis & debilitatis secundum plurimum sequitur frigus, & debilitas & destructio sequuntur frigus, nisi sint cum vehementi apparitione corruptionis, & casus virtutis: tunc enim fortasse illud plurimum erit ex caliditate: verum caliditas conueniens est virtutibus comparata frigori, dum nocumentum complexionibus ab ea nō magnificatur, & eius corruptio in virtutibus diminutionē possidere non facit. Oportet ergo vt non confidas tunc in istis significationibus, immo attende significationes alias prædictas cuiusque duarum complexionum. Et destructio quidem quandoque significat fortitudinem vel pluralitatem causarum diminutionis, si fuerit propter causam cerebri: & non fuerit propter nocumenta in instrumentis corruptionis aut incisionis, aut oppilationis: & vniuersaliter remotionis à bonitate sua, seu à conuenientia sua, & propter nocumentum, aut propter causam in ipso membro sensibili. Et ex membris quidem sensitiuis sunt, quæ vehementis sunt propinquitatis cerebro, quare raro est, quod non sit nocumentum in eis cum communitate: sicut auditus & odoratus: plurimum enim nocumenti ipsorum, quod purgatione & complexionis ęquatione non remouetur, est ex cerebro: & similiter reliqui sensus cum suis læduntur sensatis, significant nocumentum in ipsis ex caliditate, aut siccitate non peruenientibus ad hoc vt virtutem prosternant.

D Auditus autem & odoratus secundum plurimum significant, quod illa complexio est in cerebro. De D G.3.loc.af.c.5.f operationibus vero [d] moralibus sciēdum est, quoniam fortitudo meditationis, & perscrutationis significat fortitudinem complexionis cerebri omnino: & earum debilitas significat læsionem diminutionis virtutis in ipso. Quare oportet vt demonstretur, quę operationum sit læsa: ex ipsis. n. est corruptio virtutis imaginationis, & formationis: & eius, vel earum nocumentum. Hæc nanque virtus cum est fortis, iuuat ad significandam anterioris cerebri sanitatem. hæc autem virtus non est fortis, nisi cum homo bene potest seruare formas sensatorum, vtpote figurarum, & sculpturarum: & morum, & gustuum, & vocum, & modulationum, & reliquorum. est enim aliquis hominum cui inest virtus perfecta secundum hoc capitulum adeo, vt qui ex geometris optimus est, consideret figuram lineatam, consideratione vna & imprimatur in anima ipsius figura eius. & literæ, & narret quæstionem, vsque ad finem ipsius non indigens iterata consideratione in figura: & similiter est dispositio quorundam secundum comparationem ad modulationes: & dispositio quorundam cum comparatione ad gustus, & reliquorum. & ex hoc capitulo pendet bonitas co- E Gal.de sympto. drijs.c.3.g gnitionis pulsus, ipsa enim indiget imaginatione forti figurata in anima ex tactis.[e] Huic autē virtuti cum accidit nocumentū: aut destruitur operatio, & non remanet in ipsa forma imaginationis

ſenſatæ poſt remotionem eius à proportione, quę eſt inter ipſam & ſenſum ita vt ſentiat cũ ea, aut E debilitaſ & minuitur: aut mutatur à curſu naturali, ita vt imagineſ, quod non eſt, & ſignificat eius debilitatem. & ipſius mutationem & deſtructio operationis ipſius ſecũdum plurimum ſignificat ſuperfluitatē frigoris, aut ſiccitatis in anteriore cerebro, aut humiditatis. Sed frigus eſt cauſa eſſentialis, & duę reliquæ ſunt cauſæ per accidens, quoniam afferunt eam: & mutatio operationis eius, & permutatio ipſius ſignificant ſuperfluitatem caliditatis. Et hæc quidem omnia ſunt ſecundum plurimum rei: & ſecundum ꝙ dictum eſt in virtutibus ſenſibilibus. Et hæc ægritudo quandoque accidit ſana intelligentia, vel ratione: ita vt perfecte & cõplete cognoſcant pulchrum & fœtidum: & ſint eorum verba cum hominibus ſana: ſed imaginantur quoſdam præſentes, qui exterius non reperiunſ, & imaginantur voces tympaniſtarum, & reliqua: ſicut narrat [a] Gal. accidiſſe [a] †{A bru- calij}-medico. Et ex ipſis eſt corruptio in virtute cogitationis, & imaginationis, aut deſtructio: & nominatur hæc deletio rationis, aut debilitas. & nominatur amentia, & earum principium eſt frigus medij cerebri, aut ſiccitas: aut humiditas eius: & illud ſecundum plurimum, ſm ꝙ dictum eſt. Aut eſt, mutatio & corruptio, ita vt ſit eius cognitio, ſeu eius cogitatio in eo, quod non eſt, & rectum faciat, quod non eſt rectum: & nominatur permiſtio rationis: & ſignificat aut apoſtemata, aut materiam cholericam calidam & ſiccam, & eſt dæmonium leoninum, & eſt permiſtio cũ actibus, & geſtibus malis, aut materiam melancholicam, & eſt melancholia: et eſt permiſtio cum malitia ęſtimationis, & cum cogitatione eius, quod non adeſt. Qui autem ex illis moribus ad timorem decliuior eſt, eſt magis ſignificatiuus frigoris: & ex eis decliuior ad audaciam, & iram, eſt magis ſignificatiuus caloris: & ſm differentias, quæ ſunt inter eos: & nos poſtea afferemus eas. Et forſitan erit illud propter communicationem membri alterius: & illud quidem cognoſcetur ſignificationibus particularibus quas poſtea narrabimus. Et vniuerſaliter cum cogitationes plurimum mouentur motibus multis, & permutantur, & diuerſificantur, tunc illic eſt caliditas. Et quandoque etiam accidit permutatio cogitationis in ægritudinibus frigidæ materiæ, cum à caliditate non euacuantur, ſicut commiſtio rationis in lethargia. Et ex ipſis eſt læſio in virtute memoriæ, ſcilicet aut vt debilitetur: aut vt deſtruatur ſicut narrat [b] Gale. quòd peſtilentia prouenit in parte Aethiopiæ, quę eis accidit propter cadauera multa relicta poſt forte pręlium: & percutit peſtilentia illa vſq; ad terram Græcorum: accidit ergo eis, vt cauſa illius tantum caderet obliuionis, donec eis adueniret diſpoſitio, ſm quam homo nominis ſui ipſius obliuiſceretur, & filij ſui. Et plurimum quidem accidit debilitas in memoria propter corruptionem in poſtremo cerebro ex frigiditate, aut humiditate, aut ſiccitate: Aut ꝙ permutetur, & accidit ei vt rememoretur eius de quo non fuerit ei cõſuetudo. & ſignificat complexionem calidam abſq; materia, aut cum materia: ſed materia ſicca ad illud eſt magis conueniens: & illud totum eſt cum complexio non ſuperfluit, & virtus non cadit. Dicamus autem nunc ſermonem ſumarium, ꝙ deſtructio harũ operationum quandoq; fit propter dominium frigoris, aut in corpore cerebri, & eſt ex eo, quod dominatur ſm dies. i. tempore lõgo aut in concauitatibus eius vel in ventriculis eius, & quandoq; fit propter frigus cum humiditate, & quãdoq; affert ipſam ſiccitas: & ſimiliter earum debilitas. ipſarum autem mutatio fit propter apoſtemata, aut complexionem cholericam, aut melancholicam, aut corpus adurens. Et ſignificatio diſpõnum [c] ſomniorum eſt ex eo, quod oportet adiungi huic loco: plurimum. n. viſionis rerum citrinarum calidarum ſignificant dominium cholerę: & ſimiliter plurimũ viſionis rerum cuiq; complexioni proportionalium, quas numerare nõ eſt neceſſe: & ſomnia quidem permutata ſignificãt caliditatem & ſiccitatem, & ſimiliter apparet in ęgritudinibus acutis cerebri, et ſimiliter ſunt ſomnia terribilia: & illa quorum non recordaſ, ſignificant frigiditatē, & humiditatem ſm plurimum.

De ſignificatione operationum motiuarum, & quod eis ſimulatur ex ſomno & vigilia. *Cap.* 7.

SIgnificationum autem aſſumptarum ex genere operationum motiuarum deſtructio & debilitas ſignificant humiditatem ſuperfluam in inſtrumentis ipſarum ſubtilem plurimam, & ſignificant in quocunq; membro fuerint læſionem in cerebro. verũtamen magis appropriantur ei ſi in toto corpore fiunt, ſicut apoplexia: aut in parte vna, ſicut paralyſis, & tortura laxa: & quãdoq; contingunt. ſ. deſtructio & debilitas ex caliditate cerebri, aut ſiccitate in ipſo, aut in aliquo neruorum orto ab eo: verum illud erit poſt ægritudines plurimas, & paulatim ſm dies. Quod autem in vno membro fit, ſicut mollificatio & ſimilia eius: quandoq; eſt propter ęgritudines proprias illius membri: & quandoq; eſt ab expulſione ſuperfluitatis cerebri ad ipſum. Earum vero mutatio ſi eſt ſubito ſignificat humiditatem etiam: & ſi eſt paulatim ſignificat ſiccitatem. ſ. in inſtrumentis. Quę autem cerebro propria eſt, ſicut mutatio motuum epileptici, quando adeſt epilepſia, quæ eſt ſpaſmus cõis: & ipſa quidem non fit niſi ab humiditate: qm̃ ipſa fit ſubito: aut cõicatione membri alterius, ſm ꝙ [d] declaratum eſt: & ſignificat oppilationem non perfectam: & ſicut tremor capitis: omnia enim hæc ſignificant materiam groſſam in illo latere cerebri: aut debilitatem: aut ſiccitatem ſi fuerit poſt ægritudinem antecedentes: & ſi fuerit eorum aduentus paulatim & paulatim. De eis autem, qui ſunt in membris à cerebro longinquioribus, ſermo eſt illud, quod diximus multoties. [e] Et omnes iſti motus egrediuntur à curſu naturali: & diximus etiam, quod ſi homo impiger eſt ad motus, complexio cerebri eius in principio eſt calida aut ſicca: quod ſi eſt decliuis pigritiæ & laxitati: tunc eius complexio eſt frigida aut humida: & cum habet ægritudinem, & motus ipſius pertinens eſt ad inquietudinem, tunc eſt calidus: & ſi quieti attinent, & virtus non eſt vehementis

caſus:

A De diff. morbor. ... A† Theo... Ratiocinatio ... ctio ablata ... tia Defici... tas, Erra... Imaginatio ... ctio ablata ... catalepſi... Gale. de ... promat. ... Defici... gia errat...

B De diff. ... c. 3. h

C Gal. de ... ne ex inſo... 213. c. d

D T. 5. c. 3.

E G. 2. de ... pro. c. 1. f

A casus:tunc declinat ad frigus. Et ex eis, quæ huic capitulo proportionantur, est significatio dispositionum somni, & vigiliarum.[a] Scias ergo, quod somnus semper sequitur malitiam complexionis humidæ laxæ: aut frigidæ congelantis motum virtutum sensibilium: aut vehementem spiritus animalis resolutionem, propter superfluitatem motus, [b] aut propter impulsionem virtutum ad interiora, vt materia digeratur, & impellitur cum eis spiritus animalis consecutiue, quemadmodum fit post cibum.[b] Somni autem causa, qui non secundum cursum naturalem procedit, neque sequitur laborem & motum, est humiditas & congelatio, quod si non cadunt causæ cõgelationis, & significationes non significant superfluitatem frigoris, de quibus rememorabimur: tunc causa eius est humiditas. Amplius non omnis humiditas facit somnum. Senum.n.cum humiditate complexionum ipsorum prolongantur vigiliæ. Et [c] Gal. quidem videtur, ꝙ illud est ex qualitatibus humiditatum ipsarum nitrosarum. Ipsæ enim vigilare faciunt propter nocumentum, quod cerebro inferunt. Veruntamen siccitas secundum omnem dispositionem vigilare proculdubio facit.

A G.2.loc.aff.c.8. [...]4.2, & lib. 3. c. [...]g. & 1. de ca. sym [...]c.8.a
B Trac.4.c.1.
C 3.loc.aff.c. 5.g, & 3.c, t. 1. c. 17. & apho.31.h, & 5. d sa ni.tuë.c.9.e

De significationibus sumptis ex ipso genere operationum naturalium ex eo, quod expellitur & ex eo, quod apparet de apostematibus & vlceribus & ex eo, quod oritur de capillis. Cap. 8.

SIgnificationes autem acceptę ex genere operationum naturalium apparent, vtpote ex superfluitatibus, per ipsarum expulsionem in quantitate, & qualitate earum: & per ipsarum prohi-B bitionem. Earum vero expulsio fit ex palato, ex naso, & aure: & ex eo, quod apparet super capite de vlceribus, & bothor, & apostematibus: & ex eo, quod oritur de capillis.[d] Capilli enim oriuntur ex superfluitatibus cerebri. Et ex capillis quidẽ sumitur significatio ex velocitate ortus ipsorum, aut tarditate, & reliquis dispositionibus quas iam [e] numerauimus. Rememoremur ergo viam significationum expulsionum superfluitatum à semitis prædictis. Istæ quidem superfluitates cum multiplicantur, significant materias multas, & significãt causam, quare superfluitates in membro multiplicantur, quemadmodum sciuisti: & ꝙ expulsiua non est debilis. Cum autem prohibentur, aut minorantur, & inuenitur cum hoc, aut grauitas, aut punctio, aut mordicatio, aut extensio, aut pulsatio, aut vertigo, & tinnitus, significant oppilationem, et debilitatem virtutis expulsiuę, & repletionem. Genus vero eius, id est superfluitatis significatur. Qm̃ mordicatiua, aut pungitiua, adustiua, paruæ grauitatis, citrinans colorem faciei & oculi, significat, ꝙ materia est cholerica. Et pulsatiua, grauis, rubificans colorem faciei, & oculi, inflans venas significat, quod ipsa est sanguinea. Et laxatiua, faciens pigritiam cum qua mutatur color ad plumbeitatem, & ducens ad somnũ, & dormitationem, significat quoniam ipsa est phlegmatica. Qꝫ si color obfuscatur in dispositione illa, & corrumpitur cogitatio, & caput est minoris grauitatis, & somnus cum hoc non est dominans, & non sunt reliqua signa, significat quod ipsa est melancholica. Qꝫ si aliquid ipsorum est cum tinni-C tu, & vertigine, & permutatione loci, significat quod materia generat ventositatẽ, et inflationem, & vaporem: & quod habet caliditatem in ipsa agentem. Qꝫ si adest superfluitatum retentio cum leuitate capitis, significat siccitatem absolute. Et hoc quidem capitulum, quod attulimus est proprium quantitati: vel qualitati expulsionis & prohibitionis. Qualitas aũt eius est, sicut si tendit ad citrinitatẽ, & subtilitatem, & caliditatem, & mordicationẽ, significat ꝙ ipsa est cholerica. Et si tendit ad rubedinẽ & dulcedinẽ in ore cũ rubedine faciei & oculorũ, & caliditate tactus, & exuberatione venarum, significat ꝙ ipsa est sanguinea. Et salsa, & dulcis cũ priuatione reliquorum signorũ, aut nitrosa, frigidi tactus, aut calidi, signãt phlegma in quod egit caliditas. Et insipida, grossa, frigidi tactus, signat ꝙ est phlegma crudũ. Et istę quidẽ sunt significationes qualitatis rei expulsæ ĩ colore suo, & gustu, & tactu, & substãtia. Odoris vero eius est, qm̃ putredo odoris, & acuitas eius significant caliditatẽ. Et priuatio odoris, fortasse frigiditatẽ, non tñ sicut prima significat caliditatem. Quæ autẽ pendent ex eis, quæ apparent in cute capitis: & quod sequiť eam, ex vlceribus, & [e] †{bothor,} & apãtibus significant ẽm plurimum materias, q̃ fuerunt, & expelluntur: & non significant dispõnem cerebri in illa hora manifeste, nisi forsitan sint in augmento. Tu aũt [f] sciuisti causas apãtum calidorũ, & frigidorum, & durorũ, & cancerosorum, & vlcerũ perambulãtium, & quietorum, & reliquorum ex his, quæ dicta sunt: non sunt ergo tibi difficiles cognitiones eorum D ẽm dispositiones capitis & capillorũ etiam. Et iam etiã [g] sciuisti in libro primo causas euetus capillorũ: & [h] sciuisti cãm crispitudinis ipsorum, & planitiei, & subtilitatis, & grossitiei, & paucitatis, & multitudinis, & velocitatis caniciei, & tarditatis eius. Et nos quidẽ [i] docebimus cãm scissionis ipsorum, & casus eorũ in capitulis proprijs. Cognosces ergo ex eis qualitatẽ significationum capillorũ: & nos quidẽ differemus illud vsqꝫ ad illum locum fugiẽtes multiplicationẽ, & elongationẽ.

D Gal.11. de v. p. c.14.e
E Li.1.F.2.d.3.c.5.
E† pustulis,
F Li.1.F.2.d.1.c.5.
G Fen.1.do.3. c.2.
H Li.1.F.2.d.3.c.3.
I Li.4.F.7.t.1.c.13

De significationibus sumptis ex conuenientia, & diuersificatione, & velocitate passionum, & tarditate. Cap. 9.

SIgna autem assumpta ex genere conuenientiæ, & diuersificationis, & velocitatis pasſionum, & tarditate eius sunt hęc. Conuenientia autem & diuersificantia nõ euacuãtur, quin aut considerentur in dispositione in qua positus nihil de sanitate negat, quæ est ẽm ipsum, aut in dispositione, in qua est eius exitus à sanitate, & mutatur eius complexio à natura. Conuenientia ergo in dispositione sanitatis, quæ est secundum ipsum est similis complexioni eius. complexio igitur ipsius cognoscitur ex illo: quod autem diuersificatur ab eo in dispositione illa, est contrarium complexioni ipsius. In dispositione autem in qua fit eius exitus à sanitate, & mutatur eius complexio ab ipso, iudicium est è contrario. Nos quidem iam [k] diximus in eo, quod est præteritum de dictis

K Li.1.F.1.d.3.c.1.

vniuersalibus, q sanitas in corporibus omnibus non est sm complexionem vnam: & q possibile est, vt sit sanitas corporis à complexione, cuius similis est ex eo, quod affert ægritudinem corpori alteri, si haberet illam complexionem. Veruntamen oportet, vt consideretur, quod sit eius diuersum in extremitate alia etiã, sicut diuersificatur ei hoc in hac extremitate: ita vt existimatione sciatur quantitas complexionis quam habet. duæ enim extremitates simul sunt diuersæ impedientes proculdubio: & non est conueniens sanitas aliqua extra æqualitatem: nisi dum non vehementer superfluit. Et [a] cerebrum quidem, quod complexionis calidę malitiam habet iuuatur aere frigido, & cibis, & odoribus frigidis: siue sint boni, sicut camphorati, sandalini, et nenufarini, & eis similes: siue fœtidi non boni, sicut limosi, & althalebie. i. herbæ musci, quæ oritur in aquis stantibus, & iuuatur tranquillitate & quiete. Et quod habet malitiam complexionis frigidæ iuuatur eo, quod est illis contrarium. Iuuatur ergo aere calido, & odoribus calidis boni odoris & fœtidi odoris etiam resoluentibus, calefacientibus, & exercitijs, & motibus. Et quod habet malitiam cõplexionis siccę, leditur eo, quod ex ipso euacuatur. Et quod habet malitiam complexionis humidę, iuuatur eo, quod ex ipso euacuatur & minuitur ab eo. Significationes vero velocitatis passionum eius, sicut si velociter calefiat: aut velociter infrigidetur, sunt istę. [b] Quod enim calefit velociter significat caliditatem complexionis, sm cõditiones prædictas in [c] libro vniuersali. Et similiter, quod velociter infrigidatur, & similiter, quod velociter exiccatur. Et illud quandoq; fit propter paucitatem humiditatis ipsius: & qñq; fit propter subtilitatẽ humiditatis ipsius: aut propter caliditatem suę complexionis. Veruntamen differẽtia inter ea est: quoniam cum primo reperiuntur reliqua signa siccitatis cerebri, sicut vigiliæ, & reliqua de quibus rememorabimur in capitulo signorum complexionum cerebri: & hoc sm est, qm̃ siccitas non accidit ei nisi in horis, quæ sunt apud motum laboriosum: aut caliditatem fortem: aut quod procedit cursu eius ex causis siccitatis prædictis, amplius non inest ei in reliquis horis significatio siccitatis. Cum eo vero, quod fit propter caliditatem complexionis eius, sunt reliqua signa caliditatis in complexione. Quod autem velociter humectatur, qñq; fit propter caliditatẽ substantiæ eius: et qñq; fit, ppter frigus substantię ipsius: & qñq; fit, quoniam complexio substantiæ ipsius radicalis fuit humida: & qñq; fit, quoniam complexio substantiæ eius radicalis fuit sicca. Quod si fuerit ex caliditate, erunt illic signa caliditatis. Amplius erit illa humectatio non ex eo, quod semper est: sed ipsa erit successiua caliditatis superflue cadentis in cerebro, & attrahentis humiditates ad ipsum, quæ ipsum implebunt. deinde si remãserit complexio calida vincens, succedet siccitas, cum expulsione. & si humiditates vicerint fiet cerebrũ frigidum & humidum: & si æquabuntur, prouenit sm plurimum putredo, & ægritudines putridæ, & apostemata. qm̃ hæc humiditas non est naturalis inquam conuertatur caliditas naturalis conuersione naturali: immo non conuertitur in ipsa nisi conuersione extranea, quæ est putredo. Quod si fuerit propter complexionis frigiditatem, non erit euentus humiditatis subito: sed sm dies. deinde eueniet humectatio, & fiet cum velocitate: & erũt signa frigiditatis cerebri reperta. Quod si illud fuerit propter humiditatem cerebri ipsius, erit velocitas ĩ illo propter vnam duarum rerum: aut quia humiditas facit frigus, & frigus corrumpit virtutem digestiuam mutantem illud, quod peruenit ad cerebrum de nutrimento, & apparet humectatio. Cum ergo peruenit frigus illud subito, humectatio post ipsum sequitur subito: & qñ cum illo accidunt oppilationes in meatibus, accidit vt superfluitates retineantur: deinde erit hoc semper, & inseparabile, et non erit ex eis, quę sunt raro. Eius autem, quod fit propter cerebri siccitatem, causa est exuccatio adueniens subito cum siccitas accidit vno momento: & est cum signis siccitatis prædictis, & est similis ei, quæ prouenit à caliditate, nisi in eo in quo ambo diuersificantur ex signis caliditatis, & ex signis siccitatis. Istę ergo sunt significationes assumptæ ex velocitate passionum: & non oportet vt consideretur velocitas passionum sm debilitatem virtutum naturalium, præcipue in humectatione, qm̃ debilitas sequit̃ harum vnam causarum. Omnia autem conuenientia, & diuersificantia non sumuntur ex qualitatibus: immo sumuntur ex formis & motibus, quemadmodum videmus habentem ægritudinem, quæ nominatur ouum, eligere resupinationem de reliquis sitibus dormitationis suæ.

E

A G. de art. medicinali. c. 33. c

B Gal. art. med. c. 59. a. b

C 1. Fé. ...

F

G

De significationibus sumptis ex parte mensuræ capitis. *Cap. 10.* H

DIfferentia vero & cognitio facta sm paruitatem capitis, & magnitudinẽ eius est, quod oportet te scire, quoniam causa paruitatis capitis in creatura est paucitas materiæ, sicut causa magnitudinis eius est materiæ multitudo, scilicet materiei spermatis partitæ in partitione, quæ capiti est naturalis. Amplius si fuerit materiei paucitas cum fortitudine virtutis formatiuæ primę erit bonę formę: & erit minus malum eo, quod paruitati capitis adiungit figurę malitiã in creatura: quod significat debilitatem virtutis, sm q ipsum nõ est expers malitiæ in forma cerebri, & debilitate virtutis, & constrictione meatus virtutis moralis, & naturalis, vel animalis. Quapropter physiognomici dicunt, q hic homo est perfidus, timidus, velocis irę, hęsitans in rebus. Et [d] Gal. quidem dicit, q caput paruum omnino non euacuatur à significatione malitiæ formæ cerebri: & q magnum caput non habet asiduam significationem bonitatis dispositionis cerebri, dum non sunt ei compares bonitas figuræ, & grossitudo colli, & amplitudo pectoris. Ipsa. n. consequuntur magnitudinẽ dorsi, & costarum sequentium magnitudinẽ nuchæ, & eius fortitudinem, quæ consequuntur fortitudinem cerebri. Cum. n. multitudini materiei cõpar existit fortitudo virtutis formatiuæ, caput est sm hanc formam. Ex eis autem, quæ illud cõfirmant est vt illic sit proportionalitas reliquorum membrorum:

D art. med.

A membrorum: q̃ si cum eis compar fuerit ipsorũ debilitas, erit malę figuræ, debilis colli, parui dorsi: aut erunt læsa, quæ cum eo continentur: & ab eo oriuntur, ſm q̃ q̃nq; accidit ex augmento capitis in magnitudine, quæ non est ſm naturam pueris, quibus accidit iſlatio capitis: & magnitudo eius, quæ non sunt in natura, immo ſm semitã ægritudinis: & causa in ipso est multitudo materiei ebulliẽtis: & similiter accidit adultis ex doloribus capitis prauis: & q̃nq; accidit, vt sinciput minoretur, & tempus planum fiat, cum eleuatur erysipila super cerebrum. Iam ergo scis significationes paruitatis capitis, & magnitudinis eius. Et ex signis bonitatis quidem cerebri est, vt non patiatur ex vaporibus vini, & ab eis, quæ cum eis narrabimus: & patiatur ex subtilitate eius, & caliditate eius quare additur mens eius.

De figura capitis. *Cap. 11.*

A 2.sũ.1.do.5.F.1. [illegible].1.
B 9. de vsu part. c. [illegible].h.a
B† figura capitis q̃ qua deficit aliqua commissura principalis.

SIgnificationes vero figuræ eius sunt istæ. Iam enim docui te in [a] capitulo ossis capitis, quæ sit naturalis figura capitis, & quæ sit mala: & q̃ figuræ malitia cum accidit alicui partium capitis, læduntur proculdubio proprietates operationum illius partis cerebri, de qua dixit [b] Gale. quod [b] †{almesafath} & quadrata sunt vituperabiles semper: & eminentia extremitatum est vituperabilis: nisi causa sit in ipso fortitudo virtutis formatiuę. s. si sit superabundans in operationibus suis: & significant etiam fortitudinem huius virtutis, forma colli, & ipsius quantitas, & pectus.

B *De significationibus sumptis à grauitate, & leuitate capitis, caliditate, frigiditate, & ex doloribus eius.* *Cap. 12.*

SIgnificationes autẽ sumptę ex grauitate capitis, & leuitate eius sunt, qm̃ grauitas capitis semp significat materiam in ipso: sed materia cholerica facit grauitatem minorẽ, & adustionem vehementiorem. Et melancholica facit grauitatem maiorem illa, & siccitatem maiorem. Et sanguinea facit grauitatem fortiorem q̃ illæ: & pulsationem, & dolorem in radicibus oculi propter penetrationem chymi calidi, & rubedinem, & inflationem in venis vehementiorem. Et phlegmatica facit grauitatem maiorem, q̃ omnes aliæ, & dolorem minorem, q̃ sanguinea, & cholerica: & somnum maiorem, q̃ melancholica, & hebetudinem ad cogitationem, & pigritiam, et paucitatem agilitatis. Significationes vero assumptæ ex caliditate, & frigiditate. s. quas ex eis tãgit caput in seipso: vel per seipsum: et tangit aliud exterius, non occultantur tibi: Calidum quidem significat caliditatem si perseuerauerit cõplexionalem: & si accidit, & nocet, accidentalem. Et similiter est iudicium frigidi, ſm eius considerationem. Et similiter est iudicium aridi & sicci ſm suam considerationem, si non venerit exterius exasperans, et arefaciens. Et similiter est humidum si non fuerit calor interius faciens sudorem. Et dolores quidem corrosiui, qui imaginari faciunt in capite hominis incessus. s. alicuius rei cum corrosione, & mordicatione, significant materiam calidam. Et pulsatiui significant apostema calidum: & confirmat significationes eorum adhærẽtia febris. Et grauatiui & C compressiui significat materiam grauantem comprimentẽ frigidam. Et extensiui materiam ventosam: & permutatio confirmat illud. Et dolor, qui est sicut percussio cum malleo significat sicut ouum, & hemicraneam temporalem. Et dolores etiã significant parte sua, sicut dolor, qui est propter cõitatem stomachi, fit ſm modum: & qui est propter cõitatem hepati ſm formam aliã, quemadmodum [c] narrabimus. Et cum hoc q̃nq; significant secundum suam perseuerantiam: dolor. n. cum perseuerat in anteriore capitis parte, & posteriore eius, significat phrenesim.

C T.2.c.7.

De significationibus membrorum, quæ sunt cerebro sicut propagines, vt oculus, & lingua, & facies, & meatus vuæ, & amygdalarum, & collum, & nerui. *Cap. 13.*

D G. de art. medi, c.[illegible]3.c
E Li.1.F.2.d.3.c.3. & G. art. me. c. 16. d

SIgnificatio autem oculi, qui est de summa illorum, est ex [d] dispositione venarum eius, & ex dispositione grauitatis, & leuitatis ipsius, et [e] ex dispositione coloris eius in citrinitate sua, aut in offuscatione sua, aut plumbeitate, aut rubedine eius, & dispositione tactus eius: & oĩa illa valde vicina sunt in significatione eius, quod est in ipso cerebro. Et q̃nq; significatur per illud, quod fluit ab eo de lachrymis, & lippitudine: & quod accidit ipsi ex clausura vel clausione & intuitu fixo in rem vnam: & ex dispositione motionis eius vel palpitationis eius: & ex dispositionibus oculi, quę considerantur ſm profunditatem, & exitum eius ad exteriora: et magnitudinem, et paruitatem, D & passiones seu nocumenta, & dolores. Nam si oculus siccatur significat siccitatem cerebri: & fluxus lippitudinis, & lachrymarum cum non fit propter ægritudinem in ipso oculo, significant humiditatem anterioris cerebri: & magnitudo venarum oculi significat calefactionem cerebri ĩ substantia: & [f] fluxus lachrymarum absq; causa manifesta, significat in ægritudinibus acutis inflãmationem cerebri, & apostemata eius: & proprie cum currunt ex vno oculorum: & cũ lippitudo pupillam tegere incipit: sicut tela araneæ, deinde adunatur, tunc est morti propinquius. Et oculus, qui remanet apertus, & non mouetur, sicut fit carabito, & q̃nq; in lethargia, & qui clauditur, & sit eius apertio difficilis, sicut fit quandoq; in lethargia: & fit etiã in [f] †{carabito,} apud resolutionem virtutis significat læsionem magnam in cerebro: plurimum autem mobilis significat ĩflammationem, & caliditatem, & dæmoniacum, & adhærens suo intuitu vni loco, & est in habe̅tibus sirsem & birsem significat guesgues. i. cogitationes malas, & melancholiam. Et q̃nq; significatur ex motibus eius super cogitationes cerebri ex imaginatione iræ & angustiæ, & timoris, & [g] †{ylischi.} Et ad exteriora exiens significat apostemata, & repletionem vasorum cerebri. Et profundus significat resolutionem plurimam substantiæ cerebri, sicut accidit in vigilijs, & [h] †{alcutubut,} & [i] †{ylischi} quãuis horum forma diuersificetur in hoc, quemadmodũ distinguemus in locis suis: & similiter

F Hip. 4. aph. 52. d, & [illegible] pgnost. 10. e,
F† phrenitide,
G† amoris,
H† insania lupina [illegible] canina,
I† amoribus

& similiter quandoque significat super erysipilam cerebri & impetigines eius. Significationes autem assumptæ ex dispositionibus linguæ sunt, sicut quod linguę multoties color significat cerebri dispositionem, quemadmodũ sua albedine significat lethargiã: & citrinitate sua primo, & nigredine sua secundo, carabitum. Et sicut significat cum dominio citrinitatis super ipsam & viriditate venarũ, quæ sunt sub ea epilepsiam proprie: & non est quidem significatio ex colore linguæ, sicut significatio ex colore oculi. Nam illud vehementiorem habet cum cerebro proprietatem. colore autem linguæ quandoque significãtur stomachi dispositiones. Verũtamen cum scitur, quod lęsio est in cerebro, non elongatur significatio ab eo. Assumptę autem ex dispositione faciei sunt ex colore eius. Et tu quidem [a] scis significationes colorum complexionum. Ex eius autem pinguedine & macie sunt, quia eius pinguedo & rubedo significat dominium sanguinis, & ipsius macies cum citrinitate significat dominium choleræ, & eius macies cum tenebrositate significat dominium siccitatis melancholiæ: & inflatio, seu tumefactio significat dominium aquositatis, & phlegmatis in sanguine vincentiũ vel dominantium postquam fuerint istæ dispositiones accidentales non radicales, & postquam sciueris, quod ægritudo non est in co pore mutans formam, nisi in latere cerebri. Assumptæ vero ex dispositione colli sunt, quoniam si est forte, & grossum, significat fortitudinẽ virtutis cerebri, & eius abundantiam: & si est curtum, & subtile, ẽ contra: & si est præparatum ad recipiẽdum scrofulas, & apostemata, tunc causa in hoc non est debilitas in ipso: neque cum vacuum est ab illo, tunc postquam est causa in hoc fortitudo eius: immo causa in hoc est debilitas virtutis digestiuæ, quæ est in cerebro propter aliquas specierum complexionis, quas narrabimus, & fortitudinem virtutis expulsiuæ. partes enim colli recipiunt, quod cerebrum expellit: & carnes molles glandosæ, quæ sunt in ipso. Et similiter est etiam dispositio significationum assumptarum à dispositione vuę, & duarũ amygdalarum, et etiam dentium. Assumptę vero ex dispositione membrorum neruosorum intrinsecorum sunt ex semita iudiciorum cõmunitatis. Necessarium enim est vt cerebro, & nuchæ cõicent: sicut cum læsiones super ea perseuerant, afferunt cerebro speciem ægritudinis, quæ est in eis. Et quandoque aduenit eis illud ex cerebro, & nerui quidem cum fortes fiunt et ingrossantur, & vię ipsorum fiunt fortes, quæ eis creatæ sunt radicales significant fortitudinem cerebri: & contrarium illius significat contrarium eius.

A Lib. 1. F. 2. c. 3.

De significatione communi membrorum quibus communicat cerebrum, et eis appropinquat. Cap. 14.

CVm membra cerebro cõicantia fortia existunt: tunc cerebrum est forte, & si plurimas habẽt læsiones, non propter causas manifestas eis aduenientes, tunc cerebrum debilitatur, aut læditur: & quandoque læsæ sunt operationes illæ in membris alijs propter cõitatem virtutum cerebri: sicut contingit vt non vadat æger ad vrinam & egestionem indigens eis propter priuationem sensus, sicut accidit in lethargia, & [b] † {in subet alsari,} aut propter grauitatem motus super ipsum, sicut in eis, & in carabito: & sicut defectus transglutiendi, & sorbẽdi in serac. i. quando aqua ingreditur tracheã arteriam in istis ægritudinibus: & sicut significationes anhelitus: anhelitus. n. quandoque abscinditur, & destruitur per causam læsionis, quæ est in cerebro peruenientis ad velamẽ, & membra anhelitus: & sicut eius magnitudo, & magnificentia sunt magis significantia sibare: & strictura, & paruitas eius sunt magis significantia dormitationem vigilatiuam, & lethargiam.

B † dormitatio vigilatiua.

De significatione membri, cuius communitate cerebrum patitur. Cap. 15.

QVoniam stomachus est ex membris plurimum cõicatione sua lædentibus cerebrum, tunc oportet, vt significetur illud ex dispositione desiderij, & digestionis, et eructuationis, et rugitus, & dispositione singultus, & nauseæ, & dispositione, tremoris stomachalis. Consideretur in qualitate significationis istorum super stomachũ vbi [c] loquemur de stomacho. Et significatur etiam ex dispositione vacuitatis, & repletionis. Communitas. n. cerebri cum stomachò, cum est repletus, aut habet inflationem, apparet in dispositione repletionis eius: sed eius cõitas cũ ipso propter caliditatem, & choleram rubeam, & dolores ipsorum, qui fiunt inde: & ex fortitudine caloris apparet in dispositione vacuitatis. Et plerunque repletio est causa ad æquandam complexionem, & oppilãdum inter vaporem acutum, & cerebrum, & magis proprium cum quo significat, est locus doloris in principio sui, & in ipsius mansione. Aegritudines. n. cerebri cõicatione stomachi factas iam significat dolor, cum [d] incipit à sincipite: deinde effunditur ad illud, quod est inter vtrasque spatulas, & fit fortior apud digestionem. Et quandoque ægrotat caput in cõicat one hepatis, & est tunc [d] declinatio doloris ad dextram, sicut quando fit cõicatio splenis est [d] declinatio doloris ad sinistrã. Et quandoque est cum cõicatione cerebri cum mirach: & cum eo, quod sequitur vel vicinatur serasif, est ergo [d] dolor decliuis ad anteriora valde. Et quandoque cõicat matrici, & fit cum ægritudinibus matricis, & eius significationes dictæ sunt in [e] cap. ipsius: & sistitur dolor in vertice sincipitis. Plurimæ aũt cõitates cerebri cum membris, eueniunt propter vapores ad ipsum ascendentes: & via quidem ascensionis ipsorum, aut est illud, quod est coram anteriore parte serasif, & sentit in primis extensionem eius ad superiora: & est extensio, vt chorda, & pulsatio in venis iuxta ipsam: & sentit principium doloris anterius: aut illud, quod vicinatur parti occipitis, & sentitur prĩcipium doloris posterius: & tenduntur vt chorda venæ, & arteriæ positę posterius, & sentit illic pulsationem: cumque consideraueris accidens membri cõicantis, oportet vt accidens sit accidens illi membro in seipso, non propter cõitatem suam quam habet cum cerebro, sed propter cõitatem cerebri cum ipso, per quam nocetur cerebrum. Cum ergo significetur ex nausea, quod ægritudo cerebri sit propter stomachi

C Fen. 13.

D T. 1. c. 7.

E T. 1. c. 8. t. 3. c. 11.

E F G H

A chi cõitatem, tunc non elongatur quin erretur, & sit ægritudo hæc in cerebro prius: & sit occulta, & neq; appareat nausea in stomacho, nisi propter communitatem suam cum cerebro in ægritudine occulta, cum qua est. Oportet ergo vt redeas, ad principia, quæ tibi dedi in [a] libris primis, quibus cognoscas ægritudines principales ab ægritudinibus communicationis.

A Fen.2.do.3.c.2.

De signis cerebri in sua complexione æqualis. *Cap. 16.*

CErebrum in [b] sua complexione æquale est id, quod est forte in operationibus sensibilibus, & moralibus, & mobilibus, et [b] commensuratum in expulsione eius, quod ab eo expellitur, & in ipsius retentione: & [b] forte ad resistendum accidentibus impedimentũ afferentibus. [c] †{Capillos habens in pueritia glaucos, & in adolescentia igneos,} & rubeos, & ad nigredinem declinantes, circa complementum creationis, & augmenti, medios inter crispitudinem, & planiciem: & ipsorum ortus, & tempus pubertatis suæ quodlibet horum est in sua hora: & ipsorum canicies non est festina, neq; tarda ab hora naturali: & caluicium non cito ei aduenit.

B Gal. de art. med. c.13.f

C† Ga. subruffi in infantia, subflaui in pueritia, flaui i adolescentia,

De signis complexionum malarum euenientium ex conceptione. *Cap. 17.*

VIsum est [d] Gal. q̃ caliditas generat rationis permistionem, & alienationẽ. Et nos istis adiungamus vagabunditatem, vel subitationem, & velocitatem casus initiorum, & permutationis voluntatum. Et q̃ frigiditas generat hebetudinem & quietem motus. Et nos adiũgamus istis,
B tarditatem intellectus, & difficultatem cogitationis, & pigritiã. Et q̃ siccitas facit vigilias, & ipsam significant vigiliæ. Et nos quidem in hoc conditionemus, vel statuamus, q̃ non sit ab humiditatibus nitrosis: & non est cum grauitate in cerebro, & assiduatione euacuationis superfluitatum, & reliquis significationibus humiditatis. [e] Humiditas enim salsa, & nitrosa teste ipso Gal. facit insomnietatem sicut in senibus. Humiditas vero facit somnum profundum: & tu statue cum anima tua conditionem prędictam. Et Gal. quidem visum est, q̃ significatio ad ostendendum, q̃ complexio dominans est sine materia, est priuatio fluxus superfluitatum cum significatione malitiæ complexionis. Significatio vero, q̃ ipsa dominetur cum materia, est fluxus superfluitatũ. Et nos dicamus, si nõ sint oppilationes, aut debilitas virtutis expulsiuæ: & illius significatio est, quod prædiximus, & perfecimus. Significationes vero cerebri calidę complexionis sunt [f] velocitas ortus capillorum in principio natiuitatis, aut in ventre: & nigredo ipsorum in principio: & denigratio eorum post glaucedinem vel ruffedinem velox: & [f] crispitudo eorum, & velocitas clauitiei, & velocitas repletionis capitis, & ipsius grauitas ex causis euenientibus, [f] sicut odoribus, & similibus: & læsio eius ab odoribus calidis: & [f] paucitas vsus somni cum leuitate eius: & apparitio venarum oculorum, & zachema. i. coryzæ, & [g] velocitas permutationis in consilijs, & voluntatibus sicut est dispositio in pueris: & significat illud tactus, & [f] rubedo coloris, & decoctio superfluitatũ effusarum, & expul-
C sarum, & æqualitas ipsarum in substantia cum comparatione ad alias. Significationes vero complexionis frigidæ sunt, [h] augmentum expulsionis superfluitatum, fm̃ q̃ ex conditione prædictum est, & [h] planities capillorum, & [h] paucitas nigredinis eorum, & velocitas caniciei, et [h] velocitas patiendi ex nocumentis, & [h] multitudo rheumatismi intus ad palatum, & accidentium coryzæ propter leuem causam, & [h] occultatio venarum in oculis, & [h] multitudo somni, & eius forma est similis formæ somnolenti seu appetentis dormire, tardus est palpebrarum motus, & [i] est stabilitas fm̃ voluntates, sicut est dispositio senum. Siccæ vero complexionis significationes sunt [k] mundificatio meatuum superfluitatum, & [k] claritas sensuum, & [k] potentia in vigilando, & [k] fortitudo capillorum, & [k] velocitas natiuitatis ipsorum, propter fumosam complexionem in ętate prima, & [k] velocitas caluitiei, & [k] crispitudo capillorum. Sed humidę complexionis significationes sunt [l] planicies capillorum, & tarditas natiuitatis ipsorum, & [l] tarditas caluiciei, & [l] perturbatio sensuum, & [l] multitudo superfluitatum intus, & rheumatismus, & [l] profunditas somni. Calidæ & siccæ complexionis significationes sunt [m] priuatio superfluitatum, & [m] claritas sensuum, & potentia [m] vigilandi, & paucitas somni, & [m] velocitas ortus capillorum in principio, & fortitudo ipsorum, & [m] nigredo, & [m] crispitudo eorum, & [m] multa caluiciei velocitas, & [m] caliditas tactus capitis, et ipsius siccitas cum rubedine manifesta in ipso, & in oculo, & [n] permutatio in voluntatibus, & velocitas in
D eis, & fortitudo intellectus, & memoriæ, & velocitas in eius operationum animalium. [o] Significationes vero complexionis calidæ & humidæ sunt istæ. Nam si complexio illa non est valde remota ab æqualitate, [o] color est bonus, & [o] venę sunt manifestę, & tactus est calidus, & lenis: & [o] superfluitates sunt plures, & magis [o] coctæ: & [o] capilli plani, declinantes ad [o] †{glaucedinem,} absque [o] velocitate caluitiei: & calefactio, & [o] humectatio sunt ei veloces. Quod si ab [o] ea fuerit elongata, erit ægrotatiuum recipiens nocumentum calidi, & frigidi: & ægritudines putridas in substantia sua velociter: & [o] erunt sensus illius cuius est cerebrum, grauati, perturbati: & oculi eius debiles: & [o] neq; abstinebit à somno, & videbit somnia corrupta. Significationes autem complexionis frigidæ & siccæ, sunt istæ. Nam caput est [p] frigidi tactus, [p] abiectus color, [p] venæ sunt in ipso occultæ, et in oculis: [p] tardus capillorum ortus, & sunt [p] †{castanei,} & subtiles, [p] tarditas caluiciei proprie, si non est magis dominans eius siccitas, q̃ frigiditas: & [p] nocetur frigidis fm̃ conditiones prædictas: & [q] sensus sunt clari in infantia sua, & cum procedit in ætate, debilitatur velociter, & senescit, et apparet spasmus: & cõtractio in partibus capitis eius, & est sanitas senilis, & fit sanitas eius instabilis. Qñq; enim est leuitas capitis, & viarum apertio: & qñq; est è contrario. In complexione autem frigida, et humida, est [r] homo multi somni, et profundus in ipso, [r] mal orũ sensuũ, piger tardus, [r] multę

D 2. lo. aff. c. 8. fo. 14.a

E Cap. 7. & Gal. 5. de sim. c. 9. e, & 3. aphor. h, & 3. loc. af. c. 9. g

F Ga. ar. me. c. 14. g

G Gal. c. 12. e

H Gal. c. 15.

I G. c. 12.

K G. c. 16.

L G. c. 17.

M Gal. c. 18.

N Halya. 1. theo. c. 22.

O Gal. c. 19.

O† subflauedinẽ,

P Gal. c. 20.

P† Gruffi,

Q G. c. 21.

R Gal. c. 22.

euacuationis superfluitatum ex capite: & significat ipsam tarditas caluiciei & velocitas euentus rheumatismorum. Apostematum vero significationes, & reliquorū dicemus in distinctionibus. E

De signis cuiuscunq; ægritudinum capitis. Cap. 18.

HOc capitulum & quod est ante ipsum, sunt sicut conclusio principiorum, quæ dedimus de dispositionibus significationum capitis. Et oportet quidē, vt has significationes seruemus in memoria, & non sit necessarium reiterare in vnoquoq; capitulorum, in quo loquemur de ęgritudinibus partium capitis. Quod si iterabimus eas, in aliquo capitulo iterabimus eas, vt illud sit adiuuans ad qualitatē redeundi ad hos canones in cap. alijs, in quibus iam abbreuiabimus, secundum quod attulimus in illo capitulo vno. Et similiter oportet vt animam tuam super illud quiescere facias de reditione ad canones vniuersales in curis particularibus capitis, nisi in quo in vniuersalibus non est dictum, & est necessarium ipsum dicere in particularibus.

De signis malæ complexionis calidæ sine materia. Cap. 19.

IPsam significat inflammatio, & priuatio grauitatis, & vigiliæ, & inquietudo in motibus, & læsio seu corruptio in imaginationibus, et agitatio, & velocitas in ira, & rubedo oculorum, & iuuamentum ab infrigidantibus, & nocumentum à calefacientibus.

De signis malæ complexionis frigidæ sine materia. Cap. 20.

SEntitur frigus cum priuatione grauitatis, & pigritia, & tepiditas, & albedo coloris faciei, & oculi, & diminutio in imaginationibus, & declinatio ad timorem, & iuuamētum à calefacientibus, & nocumentum ab infrigidantibus. F

De signis malæ complexionis siccæ sine materia. Cap. 21.

LEuitas & antecessio euacuationū, & desiccatio stricturæ narium, & dominium vigiliarum.

De signis malæ complexionis humidæ sine materia. Cap. 22.

PIgritia & tepiditas, cum paucitate grauedinis, & paucitas fluxus eius, quod effluit: aut ipsius æqualitas, & superfluitas obliuionis, & dominium somni.

De signis complexionum compositarum absq; materia. Cap. 23.

SIgna complexionum compositarum absq; materia sunt commistio signorum duarum complexionum. Et significatur quidem dominium caliditatis cum siccitate per vigilias, & cōmistionem rationis. Et super dominium frigiditatis cum ea per dispositionem similem ægritudini, quæ nominatur congelatio, & forsitan aduenit ei. Dominium quidem humiditatis cum caliditate significatur ex dominio somni, qui non est, ppter fortes subet, id est fortes profunditates somni. Et dominium frigiditatis cum humiditate per somnum subeticum, & adiunge ad illud, quod attulimus de reliquis signis compositis ex significationibus singularium.

De signis dominij materierum calidarum. Cap. 24. G

CHolericæ quidem grauitas non superflua: & mordicatio, & inflammatio, & adustio vehemens, & siccitas in chaisim, id est in strictura nasi, & sitis, & vigilię: & citrinitas coloris faciei, & oculi, & rubedo coloris. In sanguinea quidem significat ipsum augmentum grauitatis, & fortasse associat ei pulsationem, & est cum eo inflatio faciei, & oculorum, & rubedo coloris, & apparitio vel exuberatio venarum, & [a] †{ subet.} A † profundus somnus.

De signis dominij materierum frigidarum. Cap. 25.

FRigus sensatum, & longitudo læsionis, & eius assiduatio, & paucitas rubedinis coloris, & faciei oculorum, & paucitas citrinitatis eius cum grauitate sensata. Veruntamen illa grauitas, cum materia phlegmatica est maior, & cum pigritia, & hebetudine, & [b] †{subet,} & obliuione, & plumbeitate coloris in facie, & oculis. In melāncholica vero est grauitas minor, & fiunt vigilię plures, & alienatio, & cogitatio corrupta, & tenebrositas coloris faciei, & oculorum. B† somno pro-

De signis apostematum calidorum. Cap. 26.

FEbris inseparabilis, & grauitas, & pulsatio, & dolor perueniens ad radices oculorum, & forsitan ad exteriora exibunt cum eo oculi, & permistio rationis, & velocitas pulsus, et caliditas. Quod si fuerint in ipso cerebro, erit pulsus decliuis ad vndosum: & si fuerint in velaminibus, erit dolor fortior, & pulsus erit decliuis ad serinum. H

De signis apostematum phlegmaticorum. Cap. 27.

OBliuio & somnus nimius, & multitudo grauitatis, & pulsus vndosus, & cum hoc est mollificatio, & inflatio, seu tumefactio.

De signis apostematum melancholicorum. Cap. 28.

VIgiliæ, & alienatio, & grauitas sensata, & durities pulsus. Et nos quidem dimisimus illud, cuius nos oportuit rememorari hic de significationibus debilitatis cerebri, & fortitudinis eius, & signis humoris in ipso dominantis, & significationibus ægritudinum eius propriarum: & quæ sunt propter communitatem confidentes in eo, quod allaturi sumus de hoc in cap. de soda. Illic ergo requiratur: quoniam in loco illo affertur, & ex eo permutemus nos ad reliqua capitula.

De canonibus vniuersalibus curationis. Cap. 29.

CVm materiam euacuare voluerimus, contemplamur tunc si significatio ostēdit sanguinem cum ipsa abundantem esse, aut in sanguine non est diminutio, quæcūq; sit materia incipiemus à phlebotomia cephalicæ, & venarum capitis prædictarum in [c] cap. phlebotomiæ, sicut venarum frontis, & nasi, & venarum partis auris: & oportet vt fiat [d] earum phlebotomia in cōtraria C 10. Fen. 4. D Hip. 5. aph.

parte

Infra α A parte doloris. Quòd si res[a] est magna, minuimus,[a] †{guidegi}& nō declinamus nisi ad minutionem, & si alij etiā dñentur humores, & ab ea incipimus: [b] qm̄ phlebotomia est cōmunis humorū euacuatio. Quod si materia fuerit sanguis tantū, sufficiet phlebotomia completa. Et si fuerint humores alij, considerabimus: tunc si est cum cōmunitate corporis totius, euacuabimus corpus totum, deinde intendemus ad caput solūmodo: & administrabimus euacuātia, quę sunt ei propria. Ad hoc tamen nō penitus erimus ausi, nisi post corporis totius euacuationem, & illud faciemus si sciuerimus materiam in ipso esse decoctam: & illud quidem cognoscitur testimonio eius, quod ex ipso educitur. s. si non fuerit subtile valde, aut valde grossum. Et [β] si ægritudo iam peruenerit ad statum, & nos iam processimus cum digestione, quæ fit inunctionibus, & embrocis, & emplastris digestiuis, euacuabimus ex capite, proprie per gargarismum, si nō timuerimus nocumētum in pulmone, & catarrhi fluentes, seu euacuandi per gargarismum nō fuerint de genere humoris acuti, & mordicatiui, & homo non fuerit susceptibilis ægritudinum pulmonis, & fuerit ei potentia cauendi à fluxu rei malę ad pulmonem, aut fuerit dispositio capitis maioris solicitudinis ei de dispositione pulmonis. Et administrabimus etiam odorifera aperitiua, sternutationem facientia, & caputpurgia, & embrocas quæ materias à capite attrahant. Et [c] qñq; fiēt etiam emplastra capiti post abrasionem capitis ex medicinis soluentibus genus humoris, qui est in ipso: cum nō timuerimus ex illis emplastris corruptionem complexionis, & cōfisi fuerimus, q̄ materia sit digesta facilis ad euacuationē, & cum toto hoc cauebimus in euacuationibus humorū frigidorum, vt non soluatur quod subtile est, & retineatur grossum. Via autem qua ad hanc intentionem perueniamus est, vt euacuemus post lenificationē factā cum lenificātibus digestiuis. Et quotiescunq; euacuationem administrauerimus, ipsam sequi faciemus lenificationē. Et cauebimus in euacuationibus humorum acutorum, in quibus proculdubio necessariæ sunt medicinæ calidæ in quibusdam horis: sicut hieræ, & scamonea, & turbit cum stichados, ne post remaneat malitia cōplexionis calidæ. Verum elaborabimus ad hoc vt non remaneat post eas illud: & illud est, vt succurramus solutioni factæ per eas, & euacuationi peruenienti per gargarismata, & reliquis, cum emplastris infrigidatiuis: & vt caueamus eorum administrationem, nisi post fiduciam sumptam ex consuetudine ægri, q̄ illud, quod ipse bibit de hoc soluit ipsum, & euacuat: ita ne sit potio nostra ei causa ad perniciem: aut corruptionem. Quòd si [β] humores fuerint non digesti, digeremus prius quēlibet eorum ſm exigentiam ipsorum sicut rememorabitur. Et si humores fuerint ascendētes à latere, aut corpore toto, trahemus ad cōtrarium. sicut si fuerit ex inferioribus corporis totius administrabimus clystere, & suppositoria, & ligabimus extrema, & proprie pedes, & euacuabimus membrum: Vtputa si fuerit stomachus, cum hierapicra: aut splen, cum eo quod ei est proprium: & similiter vnumquodq; mēbrum: & regemus totum ſm regimen suum, quod est ei proprium. Isti ergo sunt canones vniuersales de esse materierum. Et quæcunque materia euacuata sit: tunc si causa ipsius prouenit malitia complexionis, medicabimur per cōtrarium. Ex eo autem in quo materiæ humorum diuersæ, quę sunt in capite, cōmunicant ſm intentionem cauterizantium, est vt fiat cauterium vbi perueniunt[d] index & auricularis ipsos extendendo vel mensurando ab extremitate nasi: aut vbi puenit medietas fili: cuius longitudo est ab aure ad aurē, capite prius raso. Nūc autē ad distinguēdū redeamus. Si sanguis quidē in toto est corpore, & in capite materia exuberans continetur, phlebotometur cephalica. Sed si nondum continetur: sed est in hoc vt contineatur, minuatur nigra, seu media, & si timetur comprehensio, antequam incipiat peruenire ad hoc vt contineatur, sicut si contingat propter causam attrahētem humores in circuitu capitis ex calore extrinseco, aut percussiōe, aut reliquis phlebotometur basilica. & si vis, vt attrahatur plus illo, phlebotoma saphenam. Et cruribus ventosas appone supra clauiculam, parum, & phlebotoma venas pedis. Et si fuerit propter cōmunitatem membri phlebotoma venam vtrisq; cōmunē: si vis euacuare ex ambobus simul, & materia est quieta. Et si vis trahere ad partem cum euacuatione membri cōmunicantis, phlebotoma venam cōmunicantem mēbro antecedenti cum ægritudine, & cadat in contrario partis capitis. Amplius cum peruenis ad caput solum: aut sanguis à principio rei solūmodo est in ipso, tunc quod fuerit cadens in velaminibus extrinsecis cranei, ſm quod rememorabitur in ægritudinibus particularibus, aut dolor sentitur propinquus commissuris, & vis curam facilem, appone ventosam nuchæ. Quod si est profundus, aut non speratur eius attractio ad exteriora cranei, phlebotoma venam frōtis, proprie si dolor est posterius. Et post acceptionem quidem sanguinis sumantur euacuantia, quæ fiunt ex myrobalanis, & succis fructuū: si remanet necessitas & administrentur clysteria. Et [α] si ægritudo fuerit praua, sicut verbi gratia apoplexia sanguinea, phlebotoma ex guidezi, id est vena quę est in vno latere colli. Digestiua vero si materia fuerit phlegmatica: aut melācholica sunt matres medicinarū, quæ in eius digestione administrantur, in quibus est subtiliatio, & incisio, & resolutio: vt puta amaracū, & folia lauri, & scea, id est stichados arabicū, & abrotanum & squinantum, & chamæmilla, & melilotum, & anethum, & polypodium, & epithymū: quę ambo sunt magis propria melancholiæ, & alasce, & hyssopus, &[e] †{saudenegi,}& ruta, & [f] †{alberegesef,}& oē illud quod scripsimus in tabulis resolutionis & digestionis ex medicinis calidis. licet sit comprehensio regiminis in phlegmatica, et melācholica sit diuersa propter illud, quod * dicemus. Et oportet vt ad gradus harū medicinarū perueniatur per quantitatem materiei: nam si fuerit multæ quantitatis, & vehemētis qualitatis, ponemus

Margin notes: A † soporarias; B Gal. 4. de san. tu. c. 4. c; Infra β; C Gal. 13. meth. c. 22. h.; B; Supra β; C; D Ras. 1. cōti. t. 18. c. 2. 11. 1. & Aetii li. 2. ser. 2. c. 50.; D; Supra α; E † nepeta; F † species abrotani; Infra *

nemus medicinas calidas fortes, ita vt sint in quarto gradu, sicut pyrethrum, & euphorbium, & re E
liqua, nisi timeatur ebullitio materierum: & [a] illud quidem est si fuerit multa valde, & timemus, ꝙ A Lib.R...
cum ipsa calefiet augmentabitur eius quantitas seu eius magnitudo, & faciet extensionem dolo 3.&li.4...
rosam aut apostema. Illic. n. oportet vt incipiamus, & euacuemus ex ea aliquid, deinde residuum 7.&G.l...
decoqui incipiat. Rectius autem, quod est in digestione humorũ manifestę cruditatis, est vt sit cu &.2.apho...
ra ex emplastris de medicinis ęqualis calefactionis. Et administra quietem, & ligationem, vt dige-
ratur materia facile. Quod si fuerit paucæ quantitatis, & fuerit debilis qualitatis, contenti erimus
eis in quibus non multa existat calefactio fm subtiliationem, quæ sunt in gradu primo: & si fuerit
media medijs. Quod si materiæ melancholicæ fuerint, non erimus contenti istis medicinis, ita vt
in desiccatione addamus & præcipue si fuerit melãcholica præter naturam, immo si sit adusta: sed
indigebimus in maturatione materiei melancholicę, lenificatione, et humectatione proculdubio:
deinde succedemus cum maturatiuis resolutiuis, subtilis resolutionis, quæ sunt in gradu secundo,
& tertio. Et melius est vt coniungas lenificantia, & humectantia cum calidis incisiuis, resolventi-
bus. Materiæ vero calidæ digestionem faciunt medicinæ cũ aggregatione suæ substantiæ, & aper-
tione cum hoc, & incisione. Et ista quidem sunt infrigidantia, & humectantia, in quibus est abster
sio, & ablutio, sicut aqua hordei, et lac caprarum recenter mulctum. [b] lac tñ vitet, qui virtutis debi- B Hip...
litatem cum soda habuerit: & digestiua, quæ sunt cum istis conditionibus. Et vtatur aquis in qui- F
bus decocta sunt folia [b] †{kalef,}& violæ, & nenufar, & virga pastoris, & herbæ frigidæ omnes B† arbo... salici,
descriptæ in tabulis suis, quæ sunt medicinarum singularium mistæ cum aliquanto [c] aceti, vt eas C Gal... pharm... fo.134.b
profundet, & virtutes earum penetrare faciat. Quod si in eis fuerit parum grossitiei, addantur cha
mæmilla & althæa. Et si tunc ægro vigiliæ affuerint, & voluntas fuerit ne vigilet, ponantur in eis
cortices papaueris. Dico autem, ꝙ [d] acetum est cõmune oĩbus materijs. Eius. n. infrigidatio possi- D G.li...
bile est vt leui causa frangatur, postea remaneat profundatio eius cum medicinis, & ipsius incisio: th.c.18.c
hoc quidem est, cum administratur in materijs frigidis. in maturatione autem materierum calida-
rum non eligatur supra ipsum. Et olea calida omnia dicta in antidotario, quæ fiunt ex odoriferis,
& floribus, & plantis, ingrediuntur in digestione materierum frigidarum. Q; si materia fuerit ve-
hementis frigiditatis, aut multæ quantitatis, aut difficilis resolutionis: tunc olea adhibenda sunt,
quæ sunt facta cum gũmis calidis, & speciebus fortibus odoriferis, & oleum de [d] †{been,}& sam- D† glande... guentaria,
bacinum, & de narciso & lilio, & zafarano & lauro & amaraco & de duabus spicis: aut oleum oli-
uæ in quo decocta sunt ruta humida, aut calamenthum, anethum humidum, aut chamæmilla hu-
mida, & his similia de quibus rememorabimur in [e] antidotario: & illic collige illud. Oleum autem E Lib.5.
balsami propter suam subtilitatem velociter resoluitur, & non multum pręber iuuamentũ in epi-
themando, & inungendo conueniens suæ fortitudini. Et nos quidem materiei opponimus eua- G
cuando, & trahendo fm contrarium: & faciendo vtrunqꝫ simul. Attractio vero ad contrarium est
attractio, quæ fit ad manus, & ad pedes: & illud iuuat ipsorum fricatio cũ sale & oleo violaceo, aut
oleo camemælino fm complexionem. Et ex eo, quod in intentione in qua sumus nos administra-
mus, est exercitium in quo seruatur caput ita, vt non moueatur cum corpore: & non mouent̃ nisi
inferiora tantum, & est exercitium in quo homo suspenditur in fune, aut pendet ex pariete, & re-
tinentur superiora corporis eius, & non cessat mouere pedes & fatigare eos, & hoc post euacuatio
nem. Fricatio vero extremitatum, & earum constrictio à superioribus ad inferiora est huius gene-
ris & propriæ cum [y] cibari debet. Et qñqꝫ purgatur caput solum leui exercitio, sicut fricatione & *Infra γ*
compressione manibus facta, ita vt etiam pectinatio capitis. s. est huius generis. Et administratio
alaragiha est ex mundificatiuis proprijs, sicut fit in fine lethargiæ. Res autem aggregans duo regi-
mina simul cum clystere, & suppositoria, & diuretica, & sudorem prouocantia: fm materiã, & vir-
tutem: & oĩa quæ numerata sunt in antidotario. Solutiua autem, quæ euacuant caput cum cõitate
corporis sunt pilulæ de hieris, & pilulæ chochiæ, & pilulæ de stichados: & istę quidem conuenien-
tiores sunt humoribus adustis, in quibus dominatur cholera: & in quibus cum hoc est grossities:
immo sunt sicut cõicantes cholericis, & phlegmaticis. Et oĩbus illis fortius est [f] infusio aloes, quæ F T.2.c.3.l... F.1.t.2.c.7.
fit cum aqua endiuiæ. & proprie illa, quæ est fortior ea, & est illa, quæ scripta est in antidotario: aut H
infusio de hiera, & vomitus ex oxymelle cum sem. atriplicis. Decoctio vero myrobalanorum, &
prunorum, & fumiterræ, & syrupus de fructibus, & syrupus violaceus, & decoctio casiæ fistulę, et
quæ sunt istis similia facta fortia cum scamonea & reliquis, fm dispositionem corporis, & vacuita-
tem ipsius à febre aut essentiam eius in ea, fm dispositionem ætatis, & virtutis, et horum similium,
sunt cõuenientia humoribus cholericis subtilibus. Verum hiera Archigenis, & hiera Rufi, & hie-
ra logodion, & hiera Gal. & pilulæ factæ cum lapide lazuli & elleboro, fm ꝙ [g] rememorabimur, G Lib.5...
conueniunt humoribus grossis, & melancholicis: & similiter omne in quo recipitur stichados. Et
vtrisqꝫ etiam conueniens est vomitus factus ex potu oxymellis, & semine raphani, & pulpa colo-
quintidæ cum reliquis medicinis educentibus vel extrahentibus humores viscosos ex eis quas
numerauimus & diximus. & reliqua composita distincta in antidotario, fm quod ipsæ ordines ha
bent. Primus est, qui est cum hiera, & turbit, & epithymo, & agarico, & castoreo, & quæ illis sunt
similia: & deinde pilulæ magnæ: deinde genera hieræ, deinde duo ellebori niger melancholicis, &
albus phlegmaticis cũ cautela, & timore, & lapis lazuli, & lapis armenus melãcholicis humoribus
absque cautela & timore. Et oportet vt incipiamus à debiliore, et gradatim procedamus donec

sciamus

A sciamus ex dispositione ægritudinis, quod ipsa iam est abscisa. Solutiua vero facilia ad purgãdum caput sunt asahaiaret, ex quibus sumitur [a] pilula magna: vt paruũ pondus operationem efficiat sufficientem cum mora, & non noceat propter paruitatem suam iteratio, & dormiatur super ipsam ne destruant motus, & vigiliæ eius operationem. Et canon quidem in eis est aloe, & hiera: deinde cadit in eis mastix ad confortandum stomachum, & recipiuntur in eis myrobal. vt prohibeant vaporem acutum calidum, si in stomacho generatur à capite: quod si voluntas adest vt humores cholerici educantur, fit in eis iuuamẽtum cum scamonea, & similibus ei. Et fortasse vsus scamoneæ cũ aloeticis administratis, propter purgationem ipsius cerebri, aut stomachi, si ægritudo cerebri est cum eius cõitate, prohibet earum calefactionem superfluam propter superfluitatem more ipsarum: & excitat eas abbreuiatas à complemento purgationis, eo quod iuuat ad purgãdum. Quod si voluntas adest vt iuuamentum fiat in extractione humorum phlegmaticorum, iuuetur cũ pulpa coloquintidæ, & cum zinzibere, & turbit, & stichados. Et si adest volũtas vt fiat hoc in humoribus melancholicis iuuentur cum pauco elleboro, & epithymo, & polypodio, & eis similibus. Et sunt pilulæ plurimæ diuersarum descriptionum, quas reperies in antidotario: & scies ipsarum iuuamentum, & ipsarum electionem inde. Ex mũdificatiuis autem, quæ capiti sunt propria, sunt gargarismata: in quibus omnibus almuri fit administratũ. Quod si humores fuerint cholerici puri,

B non vtaris in ipsorum mundatione gargarismate, timendo descensum ipsorum ad pectus, cum iam adepti sint superfluam acuitatem ex medicinis purgantibus acutis. Nam educẽtia choleram cum facilitate, & subtilitate, & quæ sunt æqualis complexionis, non multum imprimunt in gargarismate impressione plurima. Quod si aliquid horũ est iuuans, tunc oxymel de seminibus cum endiuia solũmodo. Et oxymel squilliticum, & secaniabin factum cum scamonea, aut aqua lupuli, & aqua prunorum: & syrupus violaceus: & tamarindi cum pauco scamoneæ: & quæ huius cursu procedunt. Quod si humores cholerici fuerint cum grossitie, tunc gargarisma fiet cũ [a] †{almuri,} & aloe, & hiera, & oxymelle de se. squillitico cum hiera, & vt cõfortetur illud cũ scamonea, & pauco turbit, & supra illud nihil addatur. Quod si humores fuerint grossi phlegmatici, tunc addatur supra illud pulpa coloq. & zinziber, & stichados, & turbit, & hiera Archigenis, & busudus, et fortasse indigebis, vt cum eis administres sinapim, & pyrethrum, & piper cum mastiche: & vis propter illud fortitudinem operationis medicinæ, cum fuerint humores vehementis fortitudinis, & similiter fortasse facis masticare pyrethrum & piper, & zinziber, & acorum, ita vt perueniatur ad vltimum ad staphisagriam, & quæ eis sunt similia. Et istis quoque admiscentur subtiliãtia sicut hyssopus, & cinnamomum, & casia lignea, & origanum, & cortices radicum capparis & [b] †{faudenegi,} & quæ eorum cursu procedunt. Sternutatoria autem, quæ conueniunt humoribus cholericis, sunt

C sicut vapor aceti in quo parum scamoneæ dissolutum est & odor [c] †{alfocha} acuti. Et phlegmaticis condysi, & piper, & cepæ, & allium, & sinapis, & nasturtium, & semina calida, & quæ cursu eorum procedunt. Ex istis medicinis quoque assumimus emplastra, & accipimus ex eis epithemata super tempora. Caputpurgiorum autem alia fiũt, vt per ea, perueniat infrigidatio & humectatio: & alia vt resolutio, & alia vt confortatio. Cumque caputpurgia administras resoluẽtia fortia gradus in ipsorum administratione obserua: administra itaque ea prima vice cum oleo ros. & lacte, & quæ tali cursu currunt: & vice secunda cum expressione siclæ, & similibus, & tertia etiam vice cũ aqua amaraci, & similibus. Quod si principium materiei, & vaporum non est nisi à stomacho, attende substantiam humoris in stomacho comprehensi, quam comprehendes per ea, quæ scies in capitulo ægritudinum stomachi, & euacuationis eius. Cum autem materia residens, seu imbibita aut firmata est, vapores, aut ventositates retẽtæ, oportet vt eos resoluas cum aqua in qua decocta sunt sceha, & epithymum, & alhasce, & medicinæ prædictæ in capitulis suis: & distilletur etiam oleum iasminum, & laurinum, & de maiorana in aure. Cum autem corpus cerebri vis confortare, & prohibere humores cholericos ne à stomacho ad ipsum ascendant, & ab eis, quæ sequunt ipsum, oportet vt ipsum cibes fructibus acetosis, & proprie granatis acetosis, & pomis, & piris, & agresta, & proprie post cibum. Curatio autem tua in oppilationibus sit cum embrocis aperitiuis semper. Et

D oportet vt sit effusio omnis embrocæ administrata in omni accidẽte à loco alto, vt eius virtus plurimum profundetur, & caput præparetur, [d] vt [δ] cadat super sinciput nõ super posteriorem capitis partem & membra dura. & sint etiam masticationes & pilulæ de [d] †{seiar} & olea resoluentia. Et si causa læsionis vel doloris fuerit vẽtositas in stomacho, purga: deinde affer oleum amygdalarum dulcium & amararum cum aqua decoctionis radicum, & fœnugræci, & cordumeni, & his similibus, aut affer oleum [e] †{alkerua} cum infusione aloes. Cũ autem curas apostemata calida, oportet vt in eis incipias prius cum eo, quod expellit, quod fit ex infrigidantibus prędictis mistum cũ aceto, & aqua ros. nisi illic fuerit dolor vehemens: tunc enim aliena acetum, & confert eis administratio olei ros. infrigidati sufficienter, non tñ superflue, cõquassati cũ aceto multo, aut pauco in fronte & capite, & aqua solatri & [f] †{saufel,} & croco, & sandalo, & [g] †{siesmemite,} & bolo armeno, & lẽtibus excorticatis, & similibus: & aquas in quibus cocta sunt styptica frigida. et ex calidis stypticis fortibus vel confortatiuis, in quibus etiam sit composito, in complexione eorum cum frigiditate sicut [h] †{alathel.} Alienatio vero à medicinis vehementer frigidis factis ex eis, quę sunt sicut pauer, & opium, & reliqua est tibi necessaria nisi apud vehementem necessitatem & fortem dolorem. Et chamæmilla quidem frangit aliquid ex acuitate narcoticorum in epithematibus.

Vomitus

A Ras. 12. cõti. t. 1. c. 1. 144. 2. & 139. 2.

A† muria,

B† nepeta,

C† species potus mixti

D T. 1. c. 10. & G. 2. de cõpõ. phar. sm loc. 134. b

Infra δ

D† alsaiaret

E† ricini

F† auellana inda,

G† succo glaucij,

H† spẽs tamarisci.

Vomitus vero est ex eis, in quibus non fit iuuamentum in curis ægritudinum capitis, nisi fiat propter coïtatem materiei in stomacho. et melior modorũ expulsionis eius est vomitus. Inquit[a] Gal, non est dispositio soda in vehementi necessitate narcoticorum, sicut dispositio colicæ. Colicæ. n. dolor qñq; peruenit ad hoc vt perimat. Sed soda non est sic in vehementi necessitate narcoticorũ ẽm plurimum. Q̃ si materiæ fuerint vehementis acuitatis, administrabis aquam fructuum prædictorum. Deinde vteris maturatiuis rememoratis in materijs acutis, postea administrabis in quo sit parum resolutionis, sicut aqua in qua decocta sunt alascech, et radices myrti. Et ex oleis, oleum chamæmellinum recens solum: aut mistum cum oleo ros. ẽm acuitatem ægritudinis, & substãtiam materierum, & propinquitatem temporis status. Et post ipsum ex aquis, in quibus cocta sunt radices apij, & fœniculi, & furfur cum seminibus suis, & fœnugrecum & malua, & corona regia, & [a] †{alacoen}† alba. Et ex oleis oleũ anethinum, & similia etiam, dum perueniat ad statum, & resoluatur tunc: & etiã emplastra, quæ fiunt ex istis. Euacuantia aũt necessaria antecedant in eis ẽm materiam, & administrentur in cibando habẽtes apostemata cholerica proprie cibaria leuia humida. In apostematibus vero frigidis incipiatur primo, sicut in alijs, cum euacuatione, & administremus in eis illud in quo recipitur oleum de [b] †{kerua,}† & oleum amygdalarum amararum, & picra, & illis similia ex reliquis potionibus notis cum aquis radicũ. Et contenti sumus ex apocrusticis oleo ro. in principio rei, & misce cum eo subtiliantia sicut alhasce, & calamenthũ, et castoreum proprie: deinde administra squillam proprie, & acetum eius faciendo emplastrum, aut gargarisma, si fuerit illud possibile. Et fortasse sument in potu castorei duas tertias auř. & proprie patientes lethargiã: deinde administra maturatantia in quibus sit mollificatio & parum resolutionis: de quibus prædictum est. Deinde post illud, & apud statum administra in omnibus frigidis & calidis mollificantia. Et sint ea, quæ administrantur in frigidis mollificantia completa & resoluẽtia fortia ex emplastris aquis & oleis. Et scias, q̃ omnis, qui cõqueritur de ægritudine materiali in capite, nocetur à vino, & mora in balneo. Et omnis, qui habet ægritudinem in velaminibus cerebri, læditur ab aqua frigida vehementer. Curationes autem malitiæ complexionis calidæ solum, fiunt cum eo in quo est infrigidatio ex herbis, & oleis frigidis infrigidatis: sicut oleum rosaceum, & de kalef & nenufarinum, & violaceum, & elegantius illis est oleum rosa. & oleum de sem. cucurbitæ, & citroli, & de semi. lactucæ, & oleum de sem. papaueris: et fortasse vtuntur oleo de semine iusquiami cum vehemens est dolor. Et melius ex istis oleis est, cuius radix expressa est ex oliuis, quæ cruditati attinet non salitis: & in quo iam multiplicata sunt folia eius, cum quo efficitur, vel conditur, & est recens. herbas vero frigidas, & quæ herbarum cursu procedũt, nosti omnia. Et ipsæ quidem sunt sicut lactuca, & portulaca, & rasura cucurbitæ, & quę sunt illis simlia, & etiam folia alkalef, & etiam folia nenufaris, & solatri, & virga pastoris & semperuiua & aqua cucumeris, & cucurbitæ, & sauich ordei cum aceto, & aqua rosa. & camphora, & sandalo, & acatia conquassata seu permista cum oleo rosa. & aceto. Et non pertranseat illud vsq; ad ea in quibus est vis narcoticandi, & congelandi spiritum, nisi propter vehementem necessitatem. Inquiunt et non oportet quidem vt acetum sit vehementis acuitatis, & vinositatis: nam in ipso existit nocumentum. Et ex illis quidem sunt mucilago psyllij cum aceto, & aqua coriandri, & folia eius. Et oportet vt alienes hæc emplastra, & epithemata à posteriore cerebro, quod est neruorum origo. [c] hæc [δ] enim nõ iuuant cerebrum nisi ex via commissuræ, quæ est in sincipite, & commissuræ coronalis. Ex via autem posterioris non perueniũt ad corpulentiam vel ad profundum cerebri, & corrumpunt originem neruorum. Ex eis etiã quibus fit curatio, est vt olfaciant odores frigidos, & fiat eis caputpurgiũ cum istis oleis, & expressionibus. Et sint cibi ex lentibus & [c] †{almes,}† & kisl hordei, & spinachijs, & atriplicibus & [d] †{althafasil,}† et quæ illis sunt similia. Et sternantur istæ herbę, et folia in mansione eius: ita vt sit in domo in qua strati sint rami infrigidantes. Et qñq; præcipitur, vt in eis sint [e] †{alsahesefran}† et flores [f] †{alcannæ.}† Et existimo, q̃ rectius est vt sit propinquum alsahesefran, quod est aspersum aqua frigida. Et similiter cõfert appropinquare sibi fructus frigidos et glacies seu niues et aquas copiosas. Q̃ si non inueneris cum caliditate siccitatem, sed humiditatem absq; materia (et hoc valde parum est in ægritudinibus cerebri) tunc facies epithemata ex aquis fructuum in quibus est stypticitas, quemadmodum diximus, et præcipue in principio apostematum calidorum. Et oportet quidem vt omnes isti prohibeantur à motibus animalibus, intrinsecis, et agitatione seu reiteratione pupillæ in suis aspectibus circa rem vnam et alienentur ab aspiciendo res splendentes et res diuersis coloribus pictas: et similiter eorum auditus alleuientur, seu minorentur. Q̃ si est malitia complexionis frigidæ, administra emplastra, et aquas sumptas ex medicinis calidis prædictis: et olea prædicta proprie oleum rutaceum calefactum. et si necessarium fuerit vt in ipso addatur fortificatio, admisceatur ei euphorbium. Et similiter oleum laurinum, et amaracinum, et his similia. Et si cum hoc est melancholia, et melancholia est naturalis, aut phlegmatica, calefac ipsum cum humectatione: sed si fuerit adusta aliena, quod desiccat, aut calefacit, et sis contentus humectatione ex lactibus, et oleis & embrocis, et emplastris, et cibis. Q̃ si cũ frigiditate est siccitas, aggrega ẽt inter humectationem, et calefactionem. Et si cum frigiditate est humiditas, administra euacuantia prædicta, et medicinas in quibus est desiccatio cum caliditate de illis: quas tibi diximus in tabulis. Et oportet vt tu scias, q̃ liquida administrantur super caput distillando sicut diximus: et administrantur retenta in retẽtione facta ex pasta, [g] aut lana infusa qua [δ] caput coronať. Et fit ipsorũ effusio in

eo,

E F G H

A Lib. 1. de ... phar. ...
A† ...
B† ...
C T. ... 13. meth. ...
Supra δ ...
Infra δ
C† legum... seolis ...
D† cibo... tibus
E† ... phylatum
F† ligum...
G T. ...
Supra δ

A eo,quod eſt coram vel eſt vicinum anteriori parti ſincipitis.Et quod ex eis eſt lene,nõ oportet, vt linimentum eius ſuper ipſum dimittatur,ſed lauetur:& non dimittatur ipſum in retentione coronali tempore multo:ſed renouetur qm̃ ipſum velociter putreſcit.Et melius hoc eſt vt adminiſtret̃ poſt abraſionem:& ſimiliter omnia emplaſtra,& vnctiones.[y] Cumq; cibas patientes ęgritudines capitis materiales,tunc frica extrema,& alleuia partẽ capitis & fortifica ipſum cum repercuſſiuis.

Supra y

TRACTATVS II. *de doloribus capitis,qui ſunt ſpecies ſodæ.*

Sermo vniuerſalis de ſoda. *Cap. 1.*

SOda eſt alem ſeu alm,ideſt triſtis ſenſatio in membris capitis.[a] omnis autem doloris cauſa eſt mutatio complexionis & eius diuerſitas:aut eſt ſolutio continuitatis: aut aggregatio amborum ſimul.Mutatio autem complexionis eſt vna de ſexdecim notis,[b] quãuis humida non faciat dolorem,niſi ſit cum materia mota ad ſolutionẽ continuitatis.Et cõtinuitatis ſolutio nota eſt:& eius ſpecies ſm̃ cauſas ipſius ſunt[c] motæ.Duarũ vero cauſarũ doloris coniunctio ſimul eſt in apatibus.Et apata ſicut[d] noſti, numeratas hñt ſpẽs.Et eorum ſpecies ſunt quatuor.[e] & oĩa illa qñq; fiunt in ſubſtantia cerebri ipſius:& qñq; fiũt in velamine circũdante ipſum:& qñq; fiunt in duobus velaminibus circundãtibus ipſum: & qñq; fiunt in venis:& qñq; in pãniculo egrediente à craneo propter illud, quod eſt inter ea de ſu-
B ſpenſorijs prædictis in anatomia[f] narrata.Et qñq; fit cauſa lædens,quodcũq; horum membrorũ fuerit cauſa manſiua in membro ipſo.Et quandoq; fit propter[g] cõitatem alterius,quæ ei ineſt aut membri inter quod & membra capitis continuat ramificatio[h] neruorum,ſicut ſtomachi, & matricis,& velaminis,& aliorum membrorum ſi fuerint.Aut membri inter quod & cerebrum continuat ramificatio venarũ facta ex venis & arterijs:ſicut cordis,& hepatis,& ſplenis.[h] Aut membri vicinantis ei alia vicinitate,ſicut pulmo poſitus ſub eo,& adducit ei nocumentum.[i] Aut membri cõicantis membro vno modo,& cerebro alio modo,ſicut cõmunitas eius cum renibus in doloribus ipſorum.Aut propter cõitatem totius corporis,[k] ſicut fit propter febres. Quæ autem eſt cum commnnitate,quandoq; fit cum periodis,& paroxyſmis ſm̃ periodos & paroxyſmos cauſę, quæ eſt in membro cõmunicante,ſicut quæ fit propter[l] cõmunitatem ſtomachi,cum eſt propter effuſionem materierum cholericarum & aliarum ad ipſum periodicantium, & ſicut quæ fit cum periodis augmenti ſpecierum febrium. Et ſoda quidem diuiditur alio modo.[m] Nam ex ipſa eſt cuius cauſa eſt aliqua ſpecierum primitiuarum,ſicut[n] ſoda ebrietatis,& non figitur propter fixionem cauſæ magis augmentantis,quàm illa generata ex ea,& ſicut ſoda propter comeſtionem rei calidæ,[o] ſicut alliorum,& reliquorum.Et ex ipſa eſt cuius cauſa eſt antecedens iam collecta:& eſt manſiua,& manet ipſa propter eam.[p] Et quandoq; eſt accidens, deinde fit ægritudo, & cum
C remanet ægritudo poſt febres acutas,nunciat ægritudines cerebri, & ſignificat defectum naturæ ab expulſione materiei perfecta fluxu ſanguinis per nares,& reliquis. Et ex ægritudinibus, quæ per ipſam ſodam nunciantur ſunt[q] †{ſubet,}aut apoplexia,aut dęmonium,aut mollities,aut ſurditas ſecundum ſubſtantiam materiei,& ſecundum motum eius. Soda quoq; diuiditur ſecũdum loca ſua.[r] qñq;.n.eſt in vno laterum capitis:& quę ex ea eſt conſuetudinaria noĩatur hemicranea: & quandoq; eſt in anteriore capite:& quandoq; eſt in poſteriore capite: & quãdoq; totum caput continet,& quæ ex ea eſt cõſuetudinaria inſeparabilis,noĩatur[s] ouum,et[t] galea cuius aſsimilatio eſt ouo armigerorum,quod ſuper totum caput comprehendit. Et ſoda etiam diuerſificatur ſm̃ fortitudinem,& mediationem,& debilitatem. Soda enim alia eſt valde fortis,ita vt cum[v] obuiat ſincipiti infantis lenia habentis oſſa,ſeparat ipſum,& frangit cõmiſſuram eius.Et alia eſt, quæ eſt debilis,[x] ſicut plurimum fit in lethargia. Et debilis quidẽ alia eſt,quæ eſt inſeparabilis, & alia eſt, quę eſt non inſeparabilis.Et quandoq; ſoda cuius cauſa eſt debilis,accidit quibuſdam, & nõ alijs.[y] accidit ergo ei cuius cerebri ſenſus eſt fortis:& nõ accidit ei cuius cerebri ſenſus eſt debilis.[y] Et vlr quidem cuius cerebri ſenſus eſt fortis,ipſe eſt aptus,vt recipiat ſodam ex omni cauſa faciente ſodam,& ſi ſit debilis & in ſumma tunc cerebrum velociter recipit facientia ſodã,aut propter debilitatem ſuam:& tu quidem iam[z] ſciuiſti in vniuerſalibus,q; debilitas ſequitur malitiã comple-
D xionis:[a] aut propter fortitudinem ſui ſenſus,& læditur ab oĩ cauſa,& ſi ſit leuis. Et iterũ ſoda alia eſt,cui nõ ſunt accidentia.Et alia eſt,quæ ad accidẽtia pducit partibus capitis propria, ſicut ſi proueniat ex fortitudine doloris apoſtema in partibus capitis. Et alia, quæ perducit ad accidentia prouenientia ad membra,ſicut eius læſio,& nocumentum, & vehementia eius perueniat ad radices neruorum,accidat ſpaſmus: aut perueniat inde aliquid ad ſtomachum, & contingat caſus deſiderij,& ſingultus,& nauſea,& debilitas digeſtionis,& ſimilia.Et ſcias,q; ſoda temporalis,aut fit propter phlegma,aut propter melancholiam,aut debilitatem capitis, aut ex apoſtemate duro incipiente,aut calido iam indurato:& eſt illud,quod plurimum eſt.[b] Et ſoda quidem, & omnes ægritudines diuerſificantur:quandoq; enim ægritudo eſt ſalua: & ſalua quidem eſt,in qua non prohibetur de regimine eius,quod ei ſit neceſſarium in ſeipſa.& alia eſt,quæ non eſt ſalua,immo eſt habens ſocium:& fortaſſe prohibetur ex regimine ſuo neceſſario:ſicut ſi ſit ſoda,& rheumatiſmus:tunc fit contrarius rheumatiſmus ſoda in neceſsitate regiminis quo habet. Soda quoq; diuiditur quandoq; ſecundum alias cõſiderationes.Soda enim alia eſt,quæ accidit qñq; corpori ſano non habenti ægritudinem vel ad quã non pcedit alia ægritudo. Et alia eſt, quæ accidit hñti apata & dolores.Et ex corporibus quidem ſunt quædã,quæ ſunt præparata ſodæ:vt ſunt corpora, quæ

A Li.1.F.2.doc.2.ſũ.2.c.19.& Gal.2.loc.aff.c.2.d,&.12.meth.c.7.e
B Fé.16.t.3.c.6.& li.1.F.2.doc.2.ſũ.1.c.19.& Ga.lib.2.de medi.ꝯpõne ſm̃ lo.c.1.h,Oppoſitum à Meſ.c.de dolore aurium.
C Li.1.F.2.d.1.c.4
D Li.1.F.2.d.1.c.5.
E Cap.4.& Raſ.1.ꝯti.t.21.c.1.24.2.& G.2.de ꝯpõne pha.c.1.fo.132.h.a
F T.1.c.2.
G Cap.6.
H Li.1.F.2.doc.1.c.8.
I Li.1.F.2.d.1.c.8.& fen.18.t.2.c.1.
K Gal.2.de ꝯpõne pharma.ſm̃ loc.fo.137.2.
L Gal.ibi.fo.136.h
M G.li.4.de vic.ratione.115.h
N Ga.2.de ꝯpõne phar.ſm̃ loc.c.1.h
O Raſ.1.con.t.21.c.1.24.2.
P Li.1.F.2.doct.1.c.1.& Ga.12.meth.c.1.g
Q † ſopor,
R Cap.37.& G.3.lo.af.c.9.c.f,& Ra.1.ꝯt.t.21.c.1.23.3.& 24.2.
S Raſ.in diuiſ.c.3.
T Ser.t.1.c.14.
V Raſ.1.con.t.21.c.2.27.3.
X T.3.c.8.
Y G.3.lo.af.c.9.g
Z T.1.c.9.& lib.1.F.2.d.2.c.29.
A G.6.de ſa.tuen.c.9.h,&.6.de mor.vulg.cõmẽ.1.2,e
B Li.1.fen.2.do.1.c.8.& G.6.de ſani.tuen.c.10.b

[a] habent caput debile,& mẽbra digestiua debilia: quare in eis plurimus generatur vapor & effunduntur ad stomachos eorum humores cholerici facientes sodam. Et iterum ex eis, quæ sumuntur vel comeduntur sunt quædam, quę faciunt sodam, iam prædicta in tabulis medicinarum singularium.[b] Et omnia aromata sunt facientia sodam: & proprie casia lignea, & costus, & [c] †{zafaran, & cinnamomum, & amomum. Et omnia euaporantia sunt facientia sodam, siue sint calida, siue frigida. Veruntamen cum succedunt se expellunt, scilicet cum præcessit illud, quod nocet cum caliditate vaporis sui, & succedit ei, quod vaporem facit frigidum, aut è conuerso. Cum autem læsio fit non qualitate solum, sed quantitate: tunc non confert ipsorum successio, immo nocet. Et soda frigida, quandoque multiplicatur proueniens ex constipatione in hyeme. [d] Et quando æstas fuerit septentrionalis parum pluuiosa. Et autumnus fuerit meridionalis, pluuiosus, multiplicatur soda in hyeme. Soda vero plurimum fit: propterea, q arteriæ afferũt capiti vapores fraudolentos. E

A G. in li. de ... hu. commẽ. ... 5. f. g

B G. 3. loc. af...

C† crocus,

D Hip. 3. apho...

De speciebus sodæ factæ ex malitia complexionis. *Cap. 2.*

AFferamus itaq; sermonem exponentem vnamquanq; harum summarum. Et hæc est distinctio prima. Dicamus ergo: [e] complexionalis quidem summa est, quoniam à complexione calida, & à complexione frigida, & à complexione sicca quandoq; contingit dolor, secũdum quòd [f] sciuisti in principijs vniuersalibus: quamuis sit dispositio in complexione sicca, secundum quòd sciuisti parum faciens dolorem. Et [g] complexio quidem humida, secundum quòd est complexio humida, non efficit dolorem,[h] nisi illic sit materia humida faciens dolorem, ex parte euaporationis, aut euentus [i] ventositatis facientis solutionem continuitatis. Et calida quidem & sicca,[k] & frigida & sicca, dolorem faciunt vtrisque qualitatibus: & faciunt etiam dolorem motu soluente continuitatem. Calida vero & humida, & frigida & humida non faciunt dolorem, nisi vnde sunt calidæ & frigidæ: & non vnde sunt humidæ nisi secundum modum prædictum. Et complexionis quidem calidæ causa: aut est materia calida [l] sanguinea: aut est [m] cholerica, aut est composita acuta inflammans faciens qualitate sua impressionem: aut [m] est causa eius ventositas, aut vapor calidus: aut est causa eius motus calefaciens corporeus, aut animalis, secundum quòd [n] sciuisti ex diuisione eius in radicibus vniuersalibus: aut eius causa est, sicut obuiatio ignis, aut adustio solis, aut acceptio cibi calefacientis, aut medicinæ calefacientis, aut vicinitas membrorum, quorum communitate iam calefactum est. Et causæ quidem complexionis frigidæ facientes sodam sunt oppositæ istis: quarum numerus est apud te. Et causæ siccæ, aut sunt exiccantia exterius, resolutione, et adustione sicut alsemaim, idest sicut aer, aut ventus valde calidus, & emplastra calida, aut congelantia naturaliter, aut exterius aduenientia subito, et non subito, prohibentia cibum penetrare ad caput, quare siccantur membra ipsius aut propter abscisionem potus, & resolutionem humiditatum naturalium seu radicalium aut desiccantia interius assumpta cum resolutione eorum, & euacuatione eorum, aut quia eorum virtus est desiccatiua: & quia nutrimentum ex eis factum est siccum, aut paucæ humiditatis. Aut vicinitas membrorum iam siccorum, & ipsorum communitas. [o] Et motus animales, & corporei, superflui desiccantes per semitam euacuationis, & resolutionis similiter [p] coitus & diuretica & fluxus sanguinis superfluus, & exercitium forte. [q] Et euacuantia quidem, alia sunt euacuantia in membris, quę sunt alia à membris capitis, quibus caput communicat, sicut euacuantia vniuersalia ex toto corpore, aut euacuantia particularia euacuantia ex vno membro. Et alia sunt euacuantia in membris capitis: sicut coryza & catarrhus,[q] & fluxus sanguinis ex naribus, & species eductionis acquisitæ per caputpurgia, & sternutatoria, & gargarismata: & ex causis siccitatis est abscisio materierum humiditatis, quãuis non fiat euacuatione: sicut ieiunium, & dimissio cibi, aut eius priuatio.

E Gal. li. de ... phar. sm. lo...

F Li. 1. fe... sẽ. 1. c. 13.

G Cap. ...

H Ras. ... c. 1. 23. 3.

I Gal. ... 70. b. c. ...

K G. 1. d... c. 6. g

L Ga. 6. ...

M G. 4. ... & Haly. ...

M Haly. ...

N Li. 1. f. ... sẽ. 1. c. ... c. 1.

O Gal. ... vic. ratio ... 115. h

P Gal. & ... theo. c. 3.

Q Haly. ...

F G

De speciebus sodæ factæ propter solutionem continuitatis. *Cap. 3.*

COntinuitatis solutio [r] quandoq; accidit in velaminibus cerebri: quandoq; accidit in substantia ipsius: & quandoque accidit in venis, & scinduntur: & quandoque fit sicut scis ex motibus vaporum, & ventositatum incipiendo, aut propter oppilationem: & quandoq; fit propter humorem corrosiuum: & quãdoq; fit ex percussione, aut casu, aut exterius incisione. Quæ autem fit interius, fortasse non incarnatur seu non consolidatur, sed remanet vlcerosa lædens caput, & perseuerat faciens sodam. percussio autem & casus quandoque sunt leuis nocumenti, & curantur: & quãdoq; perueniunt ad hoc, vt cerebrum cum hoc cõmoueatur seu concutiatur & pereat. [s] Quidã vero medici indi dixerunt: q quãdoq; est causa in soda vermes generati in partibus capitis motu suo lædentes tentione sua & corrosione sua. Et quidã remouerunt hoc: sed non est necessarium vt remoueatur. Nam vermes multotiens nascuntur in anteriore capite & super locum, qui est in strictura narium, & possibile est vt nascantur apud velamina, & si raro contingat. H

R Ga. ... phar. ... & fo. ...

S Ras. ... c. 1. 23. 4.

Distinctio specierum sodæ factæ ab apostemate. *Cap. 4.*

APostema à quo prouenit soda,[t] quandoq; est in velaminibus cerebri. & quandoq; est [u] calidum, & vocatur carabitus, & quandoq; est [u] frigidum, & nominatur lethargia, scilicet obliuio, & quandoq; est compositum, & nominatur dispositio habẽtis subet shari, idest dormitionem vigilatiuam. & quãdoq; est durum, & quãdoq; fit in ipso cerebro, & substãtia eius. Et est aut calidum, phlegmon, aut erysipila, aut frigidum. Et huius distinctio est ex eis, quæ tibi aduenient vicinitus.[u] Et hoc multoties soluitur seu remouetur si contingat vt egrediatur ex capite in aure, & reliquis, pus, aut virulentia aut materia aquosa.

T Cap. & ... 9. theo. c. 3.

V G. 6. apho...

De qualitate

A *De qualitate euentus sodæ ex materijs.* Cap. 5.

DIcimus,quòd materiæ sunt causæ soda,aut per se, aut per accidens. Quæ autem sunt per se, sunt quoniam mutatur complexio per se,aut soluitur cõtinuitas per se.[a] Complexio autem non mutatur per se,nisi secundum duos modos,aut per vicinitatem,aut per qualitatem seu dispositionem post se derelictam. Per vicinitatem quidem,quoniam fit humor commistus frigidus, aut calidus:& calefacit,aut ĩfrigidat:& cum separatur humor ab eo,quod ei commistum est,finitur,et euanescit,& non facit moram de qua curetur. Quæ autem est per qualitatem post se derelictã fit, quoniam humor iam fixit impressionem,& affirmauit eam:& quãuis separetur euacuatione,et resolutione,tamen remanet qualitas fixa. Sed ipsarum essentia fit causa sodæ per se ẽm semitam solutionis continuitatis,&[b] illud cum motione ipsarum & penetratione earũ & mordicatione & corrosione ipsarum. Et plurimum quidem fit soda per motionem,si ventositates excitentur: & illud quidem plurimum faciunt materiæ frigidæ, quas percussit caliditas, adueniens ei & cibi ventosi permisti caliditati. Mordicatiuæ autem,& corrosiuæ sunt humores acuti. Soda autem facta ab eis per accidens est,cum accidit oppilatio propter apostema,aut non propter apostema.& oppilationem sequitur mutatio complexionis sicut[c] sciuisti:& ipsam sequitur solutio cõtinuitatis. Et illud ideo,qm̃ materię quas natura mouet in corpore,aut mouet ẽm semitam expulsionis:aut ẽm semi-
B tam separationis,& diuisionis nutrimenti. Et hoc quidem non fit nisi in transitibus seu meatibus naturalibus,qui qñ oppilati fuerint prohibent,& cum prohibent resistũt,& resistentia quidem facit extensionem. Et extensio facit solutionem continuitatis.[d] Et oppilatio quidem quandoꝗ accidit in substantia cerebri:& quãdoꝗ contingit in venis,quæ sunt in ipso,& quandoꝗ fit in arterijs eius:& quandoꝗ contingit in vtrisꝗ,quæ sunt in velaminibus ipsius.[e] Et oppilatio qñꝗ accidit ab humoribus,aut propter ipsorũ viscositatem,aut eorũ grossitudinem,aut propter eorũ multitudinem. viscositas vero nõ reperitur nisi in phlegmate,& grossitudo etiam est in phlegmate et melancholia. Et phlegma quidẽ oppilat viscositate,grossitie,& multitudine: & melancholia oppilat grossitie,& multitudine,& cholera oppilat multitudine,& silr̃ sanguis.[f] Soda quoꝗ cretica est de genere sodæ,cuius causa est motus naturalis ẽm semitam expulsionis:& soda,quæ fit ꝑ successionem digestionis cibi est de genere soda,cuius causa est motus naturalis ẽm semitam separationis. Comprehensionis autem materiæ lædentis in membro oportet nos rememorari in[g] cap. principiorũ vniuersalium,postꝗ̃ sciuerimus,ꝗ ipsa,aut est antiquæ comprehensionis & retentionis:aut est cibalis.s.generata in illa hora à cibo generatiuo chymi mali in substãtia sua,et qualitate sua propter corruptionem in ipso cibo & ordine suo: aut quantitate sua aut digestione sua: aut reliquis modis corruptionis suæ prædictis in[h] capitulo suo: & ex hoc genere est soda comestionis allio-
C rum,& cepæ,& synapis,& soda ebrietatis,& soda ab acceptione frigidorum. Et oportet quidem vt rememoremur motuum materierum in membris[i] ex principijs vniuersalibus.[k] Et ventositas quidem ex summa est materierũ facientium sodam,& facit sodam extensione. Et illud est,cũ transitus naturalis ei constringitur creatus strictior,ꝗ̃ oportet ei in hora sua,aut inquirit vt faciat peruenire seu accidere transitum non naturalem.[l] Et vapor etiam est ex tota illa summa: & agit aut qualitate sua,aut compressione vel conculcatione humorũ in locis suis:& mouet eos. Et ventositates quidẽ,& vapores quandoꝗ generantur in corpore,& in cerebro ipso: & quandoꝗ naribus attrahuntur ab exterioribus:aut adueniunt ex partibus pororum:deinde retinẽtur in cerebro,& faciunt sodam:& ex hoc genere est soda fœtoris,et soda boni odoris. Et scias,ꝗ vẽtositates phlegmaticæ,& vapores phlegmatici sunt grauatiui,et tardi motus,retenti. Et melancholici sunt facientes tristitiam,fixi,minoris quantitatis,& deterioris qualitatis. Acuti vero humores non excitant ventositates,sed vapores. Et vapores quidem sanguinei sunt dulces,minoris nocumenti sua qualitate,ꝗ̃ vapores alij,sed sua quantitate magis nocent.& cholerici sunt acuti inflammantes.

A Ga.de cur.rõne ꝑ sang.c. 4. f,&. 2. de ꝯpõne phar. ẽm loc.c.1. h

B G.de curã. rõne ꝑ sangu.c.4.f,& ex art.medi.c.80.c,& 1.de cã.symp.c.6.g &.2. de ꝯpõne medi.ẽm loc.135.h

C Li.1.F.2.doc. 2. sũ.2.c.1.&.2.

D Ga.2. de ꝯpõne phar.ẽm lo.c.1.a

E Fen.2.c.13.& F. 14.t.2.c.4.& lib.1. Fen.4.c.24.& li.4. F.1.t.1.c.33. & li.1. F.2.d.1.sũ.2.c.6.& Gal.9. meth. med. c.1.h,& li.11.c.8. f, & de cã.mor.c. 7.a

F Ras.lib. diuisio. c.3.

G T.1.c.24.&. 25. & li.1.F.2.d.3. c.7.

H Li.1.F.3.c.7.

I Li.1.Fẽ.2.doc.2. sũ.1.

K Gal.2.de ꝯpõne phar.ẽ3 lo. fo. 135.g

L G.d reme.para. fac.c.1.f

De speciebus sodæ factæ per communitatem. Cap. 6.

SOda facta[m] per communitatem:alia est,quæ est cum communitate absoluta, & alia,quæ est cum communitate non absoluta. Communitas vero absoluta,est vt ad partẽ cerebri ex mem-
D bro communicante nihil perueniat corporeum penitus,nisi ipsum nocumentum. Et communitas non absoluta est vt ad substantiam cerebri ex ipso membro perueniat materia humorosa, aut vapor. Primæ autem partis sunt species sodæ factæ in tetano:& spasmo,& extensione,& ventositate alaferse,idest & ventositate grossa causante gibbositatem,& doloribus iuncturarum: & sicut quę fit in podagra,& sciatica fortibus. Et fortasse adueniet ex qualitatibus communicantibus qualitas simplex,quæ est ex qualitatibus naturalibus:aut qualitas extranea nõ proportionata calido, neꝗ frigido,sicut qualitates venenosæ:& fortasse in aliquibus mẽbris erit humor venenosus malæ substantiæ,cuius qualitas adueniet. Et fortasse ex materiebus aduenient materiæ extraneæ in naturis suis. Et forsitan nocebunt fortitudine suarũ qualitatum:aut augmento suarũ quantitatũ. Et fortasse erit impediẽs[n] materia extranea generata in quibusdam membris generatione extranea corrupta venenosa,sicut fit in præfocatione matricis aut fit ei cui tempus coitus elongatũ est aut euenit in mirac eius humor malus:aut in aliqua extremitatũ suarũ fortasse fit qualitas nocens adueniens causa cõprehensionis materię nocentis etiã.& illud est ẽm duos modos:quorum vnus est vt corrumpat illa qualitas,quod ĩuenit in partibus cerebri de materiebus bonis, aut quod ad illas peruenit de cibo bono.& secũdus est,vt ponat cerebrum receptibile materierum malarum:&

M Gal.1.loc. af.c. 6.c.f,& li.3.c.1. d.e

N G.3.lo. aff. c.7. fo.19.e.f,& lib.5. c. 7.fo.34.b,& lib. 6. c.5.fo.40. b

hæc receptio est ſm duos modos. Vnus eorum est receptio ab attractione eius, ſicut ſi caleſiat cerebrum,& attrahat cum caliditate ſua materias ad ipſum. Et ſecundus est receptio à debilitate reſiſtentiæ:& iam [a] ſciuiſti in principijs,quòd cum membrum debilitatur,recipit quod ei aduenit ex materijs communibus,quæ ſunt cum toto corpore propter qualitatem expanſam in toto corpore, aut propter materiam expanſam in toto corpore ſicut fit in febribus: & ſoda cretica eſt ex hoc genere.[b] Cum autem in febribus acutis ſoda fit fortior, eius fortitudo eſt ſignum malum, immo pernitioſum,cum reliqua mala ſigna ei comparia ſunt:quòd ſi ſingularis fiat,ſignificat criſim venturam cum fluxu ſanguinis ex naribus:& quãdoq; ſignificat criſim vomitu. Membrorum autem capiti communicantium primum & dignius eorum eſt [c] ſtomachus:quandoq;.n. in ſtomacho ſuperfluunt humores generati in ipſo:aut ad ipſum effunduntur [d] materiæ cholericæ ſm periodos, aut abſq; periodis:aut eſt creatio chiſtis fellis ita,vt effundat̃ cholera ex meatu ipſius groſſo,& non ex ſubtili ad ſtomachum,ſm q̃ expoſuimus in [e] capitulo ſuo:aut retinẽtur in ipſo ventoſitates,aut eleuantur ex ipſo vapores,& fit ſoda.Et ebrietas facit ſodam cum euaporatione:& velociter aduenit ei frigus propter reſolutionem partium eius.[f] Et matrix eſt ex eis quibus communicat cerebrũ fortiter,& mirac etiam,[g] & hepar & ſplen,& velamen,& renes, & extremitates omnes, & partes dorſi.Primum ergo,quod cerebro communicat,eſt illud,quod ipſum circuit de panniculo cooperiente craneum.Et plurimum quidem fit ſoda [h] cõmunitatis, apud permutationem materierum apoſtematum membrorum interiorum cõmunicantium,cum mouentur ad ſuperiora. F

A Li.1.F.1.doc. sũ.2.c.18. B Lib.4.F... c.19.&G.3.... t.11.f C Gal.3.de ... pharma.ſm lo... 135.a.b,&.4.... 70.b D Ga.de ... c.74.b E Fen.... F Raſ.... c.1.14.3. G Gal.... pharma... 136.h H Hip...

Sermo vniuerſalis de ſignis oſtendentibus ſpecies ſodæ & modos eius. *Cap. 7.*

SOda quidem facta à cauſis extrinſecis ſicut percuſſione,aut caſu,aut occurſu rerum calidarũ, aut frigidarum,aut venti vel aeris vehementer calidi deſiccantis, aut ventis bene redolentibus,aut fœtidis:aut retentione ventorum in naribus,& aure, [i] ſignificatur ex inuentione earum, quòd ſi earum obliuiſcitur,redeatur ad ipſorum veſtigia,& elaboretur in earum ſignificatione,ſecũdum quòd nos iam [k]declarauimus.Illa autem,[l] quæ fit à debilitate,ſignificat eius excitatio cum parua vel qualibet cauſa:& cum perturbatione ſenſuum,& inuentione impedimenti in operationibus cerebri.[l] Et illam,quæ fit à fortitudine ſenſus cerebri ſignificat, velocitas patiendi etiam à parua cauſa in cerebro ſenſata,ſcilicet [m] ex vocibus,& odoratibus, & reliquis: ſed ſenſus eſt clarus vel acutus,[n] & meatus ſunt mundi:& operationes cerebri ſunt non læſę.Omnes autem,quę ſiunt à cauſis materialibus communicant in grauitate inuenta & humiditate naris.Et cum fuerit ex materia acuta,tunc eſt cum grauitate rubedo,& caliditas:& proprie in ea,quę eſt ex materijs groſſioribus,& qñq; aſſociabitur ei pulſatio. Sed humiditas naris qñq; minoratur,cum fuerint materiæ groſſæ.Et ſiccitas quidem ſtricturæ narium in huiuſmodi ſoda,non ſignificat priuationem materierum,cum grauitas ei aſſociatur.Cholerica autem proprie eſt cum [o] mordicatione, & aduſtione G vehementi & punctione:& fit illud in ea fortius,quàm in alijs cũ [p] ſiccitate narium, & [p] ſiti,& [p] vigilijs,& [p] citrinitate coloris,& grauitas in ea eſt minor. Frigidas autem ſignificant frigus, & tempora,& color.Et ſi illic fuerit repletio à ſatietate nauſeatiua, ſignificant eam deſtructio deſiderij, & pigritia.Et materias humidas,ſi frigidæ ſint,aut calidæ,ſignificat [q] † {ſubet.} Phlegmaticæ autem & melancholicę non [p] vehementer dolorem faciunt.Et cum materijs quidem ſiccis minoratur grauitas:& multiplicantur [p] vigiliæ:frigidæ autem vacuæ ſunt ab inflammatione, & multiplicatur cum eis cogitatio corrupta,& obtenebratur color.Quãdoq; vero ſignificatur omnis humor per colorem faciei,& oculorum,& fortaſſe [r] diuerſificatur illud in paucis ſeu raro.Cauſa autem in hoc,aut eſt expulſio humoris inflammantis ad profundum aut cõſtrictio in ipſo:aut attractio materierum calidarum abſq; materiebus dolorem facientibus frigidis vſq; ad partem oculorum,et faciei propter dolorem.[s] Nam cum dolor ingreditur membrum,attrahit ad ipſum,& ad illud,quod eſt ei vicinum:plurimum aũt attrahitur ad membrũ in hac diſpoſitione illud,quod eſt ſanguis: & qñq; attrahitur aliud.[t] Cũ ea vero,quæ facta eſt à ventoſitatibus minoratur grauitas: & multiplicatur extenſio:& fortaſſe eſt cum punctione:& fortaſſe cum corroſione. In ventoſa quidem non eſt grauitas. Ventoſam aũt & [u] vaporoſam ſignificat qñq; ſonitus,& tinnitus:& fortaſſe exuberãt cum ea quidem multum.Et qñq; multiplicatur cum ea permutatio.ſ.doloris [x] de loco ad locũ:& H cum multiplicatur vapor,fit pulſatio fortior [y] arteriarũ, & imaginatur imaginationes corruptas, & aſſociat̃ ei ſcotomia,& vertigo.Signa aũt factæ à complexionibus puris,ſunt ſenſationes illarũ complexionũ cũ priuatione grauitatis,& ſiccitas in ſtrictura nariũ: ſiccitas enim ſtricturæ narium eſt ſignificatio proportionalis iſti. In calidis quidem ſentit æger ipſe:& ſentit tangens caput eius caliditatem,& inflãmationem:& eſt illic rubedo oculi,& iuuat̃ ab infrigidantibus & frigore.In frigidis vero eſt res è contrario:& non eſt in faciebus eorũ extenuatio maciei,neq; rubedo coloris:et neq; fit dolor ſuperfluus,& ſi fit temporalis.Siccas vero ſignificat pręceſsio euacuationũ:aut exercitiorũ:aut vigiliarum plurimarum:aut coitus:aut mentis anguſtia:& proprietas earũ eſt, vt augmentent̃ cum iteratione alicuius horum.Facta autem propter cõmunitatem contingit, & deſtruitur:& fit fortis,& debilitatur,ſm quod [z] de nocumento accidit membro cõicanti, aut deſtruitur, aut fortificatur,aut debilitatur.Quod ſi non fuerit propter communitatem,erit in reliquis operationibus cerebri nocumentum,ſicut tenebroſitas in oculo,& grauis ſomnus:& grauitas perſeuerans cũ bonitate diſpoſitionis reliquorum membrorum.[a] Cumq; nocumentũ eſt in ipſis velaminibus cerebri,& eſt forte,ſignificat illud aduentus doloris vſq; ad radices oculorũ. Et ſi nocumentum eſt

I Gal.... phar.ſm lo... K L.4.F... L G.3.loc... L Gal.... M Haly... N Raſ.... c.1.14.1. O G... &.1.... c.15.h P Ra... c.3.&.1... c.1.14.1. Q† ... R Gal.... S G.... c.9... 23.g T Gal.... glau.c.... 3pone pha... c.2.c.d V Raſ.... c.1.14.1. X Raſ... Y Raſ... Z G.... 14.b.c.... art.med.c... A Gal.... c.9.c.f

A tum eſt in panniculo extrinſeco, aut in loco alio, non peruenit dolor ad oculos: ſed cutis capitis tacta dolet. Factam vero cum cõmunitate ſtomachi ſignificant inuentio anguſtię, & nauſea & paucitas deſiderij aut eius deſtructio: aut malitia digeſtionis, aut paucitas eius: aut ipſius deſtructio poſt inuentionem ſignificationum antecedentium. Et cum eſt propter effuſionem cholerę ad ipſum, fit fortior cum vacuitas adeſt: & ſuper ſomnum in ieiunio. Et fortaſſe ſoda fit propter cauſam in cerebro: & facit in ore ſtomachi iſtas diſpoſitiones: & nocumenta ſecundum ſemitam cõmunitatis ſtomachi ad cerebrum: non ſecundum ſemitam principij ex ſtomacho & cõmunicatione cerebri. Oportet ergo vt perſeueres in cognitione huiuſmodi: & cognoſcas diſpõnes vniuſcuiuſq; duorum mẽbrorum in ſeipſo, & ratiocinando diſtinguas antecedens ab eo, quod eſt anteceſſum. Ex eis vero, quæ illud ſignificat de ſtomacho proprie, ſunt diuerſitas diſpoſitionis in digeſtione,

A Gal. 2. de ꝯpõne pharma. ſm loc. ſo. 135. a. c

& abſq; digeſtione, & diuerſitas diſpoſitionis in vacuitate & repletione: [a] Nam dolor ſtomachi ſi eſt ex cholera, excitatur cum eſt vacuitas. Et ſi eſt ex humore frigido eſt minor in vacuitate, & ſedat ipſum fames: & quandoq; fames excitat ex ipſo vaporem, & nocet. Verũtamen cum hoc comeſtio non integre ſedat ipſum multoties: & fortaſſe ſedat eum: ſed raro. Sed inflammatio & aduſtio, et eructuatio diſtinguit inter ea ambo. Et tu quidem cognoſces ſignificationes eructuationis [b] in ſuo loco: & ſimiliter diſtinguunt inter eas reliqua ſigna, quorum rememorabimur in capitulo

B Fen. 13. t. 1. c. 17.

B ſtomachi: & qñq; ſignificat illud, quod vomitu expellitur. Et ſignificat illud diuerſitas diſpoſitionis in ſoda ſecundum diuerſitatem diſpoſitionis reliquorũ, quæ ſtomacho ſuperueniunt. Et multi quidem homines ſunt, ad quorum ſtomachos cholera effunditur cum periodicatione. Et cum ſoda excitatur, & comedũt aliquid, quieſcit. Illud igitur eſt ſignificatio, quòd ipſa eſt propter communitatem ſtomachi, & ſimiliter quieſcunt ſi choleram euomunt, et ſignificationes ſignificant illud. Sed & illud quandoq; ſignificatur [c] ex parte doloris: quod enim fit cum communitate ſtomachi, plerunq; incipit in anteriori [d] parte ſincipitis: & fortaſſe declinat ad medium ſincipitis: deinde remouetur. Et illa, quæ fit ex [d] hepate declinat ad latus dextrum. [d] Et quæ fit ex ſplene declinat ad latus ſiniſtrum. [d] Et quæ fit ex cauſa [e] †{mirach}-declinat ad anteriora valde. Et quæ [f] fit cauſa matricis exiſtit in fihachaliafuch. i. in commiſura coronali vbi ſinciput terminatur: & fit plurimũ eius poſt [g] partum, aut abortum, aut menſtruorum retẽtionem, aut ipſorum paucitatem. Signa autem quæ dicta ſunt de ſoda à vermibus generata ſunt ea, quæ [c] Indus dixit. Inquit enim ſigna ſodæ factæ ex vermibus ſunt, vt ſit corroſio fortis: & fœtor odoris: & fit ſoda fortior cum motu: & eius ſedatio eſt cum quiete. Quæ autem fit ex renibus, & membris dorſi, eſt [g] decliuis ad poſteriora valde. [h] Quæ autem eſt propter communitatem dolorum euenientium in membris alijs, fit cum excitatione eorum, & cum ipſi fiunt fortiores. Quæ vero eſt cum febribus, & criſibus, fit cum eis: &

C Raſ. 1. cõti. t. 21. c. 1. 24. 1.
D T. 1. c. 15.
E † epigaſtrij
F T. 1. c. 15. & Fen 21. t. 3. c. 22.
G Raſ. 24. 3.
H Raſ. 24. 4.
I Gal. 4. apho. 72. f

C quieſcit cum eis: et debilitatur earum quiete, et debilitate. Et quandoq; etiam ſignificat ipſam [i] albedo vrinę cum fortitudine febris, propter declinationem humorum cholericorum ad ſuperiora. Et multoties fiunt res ſubtiliãtes cauſa ſoda: propterea, ꝙ aperiunt viam vaporum ad cerebrum, & ſi ſint non calidæ, ſicut oxymel: & ſimiliter eſt diſpoſitio hemicraneæ. Et regimen quidem ſubtile nocitiuum eſt ei, cuius ſoda requirit curationem ingroſſantem cholerãm. Et qñq; augmentatᷣ ſoda ĩ ſeipſa propter vehementiã doloris ſui: & attrahit vehemẽtia doloris eius augmentũ in ipſo.

De ſignis nuntiatiuis ſodæ in ægritudinibus. *Cap.* 8.

K Cap. 29. & G. 4. apho. 70.
L Fé. 16. t. 1. c. 3. & li. 1. F. 2. doc. 3. sũ. 2. c. 2. & Gal. de vrin. c. 5. c, & cõmẽ. 2. in primum Hippo. de morb. vulg. 71. f

VRina [k] ſimilis vrinis aſinorum ſignificat, ꝙ ſoda fuit: & eſt ſoluta, ſeu remota: aut eſt exiſtẽs, aut erit. [l] Et ſimiliter albedo vrinæ, & ſubtilitas eius in febribus, & horis criſis ſignificãt permutationem materierum ad caput: & illud quidem eſt ex eis, quæ proculdubio faciunt ſodam.

Regimen vniuerſale in ſoda. *Cap.* 9.

TV ſcis, ꝙ ſoda eſt ęqualis ſeu ſimilis reliquis ægritudinibus in neceſſitate abſciſionis ſuę cauſæ, & oppoſitione ei cum contrario. Et poſt hoc ſcis, ꝙ ex rebus in remotione ſoda iuuantibus eſt paucitas comeſtionis, & potus, & proprie vini: et multitudo ſomni. Verũtamen nimia paruitas comeſtionis & potus, in ſoda calida nocumentum affert augmentum in ipſa faciens.

De ſoda temporali. *Cap.* 10.

M Fé. 10. t. 1. c. 11. & li. 4. F. 7. t. 3. c. 7.
N Gal. 2. de ꝯpõne phar. ſm lo. c. 2. c. d
O Raſ. 1. cõt. t. 21. c. 1. 27. 3.
P T. 1. c. 29. & . 2. c. 16.
Q Ga. 2. de ꝯpõne phar. ſm lo. c. 1. d. e
R Ra. ibi. 28. 3.

D NIhil eſt adeo conueniens ſoda temporali, ſicut tranquillitas: & dimiſſio totius, quod mouet ſicut, [m] coitus, & cogitationis, & reliquorum. Et oportet vt ſoliciteris in curatione materialis ex ea, in attractione materierum ad inferiora [n] ſaltem cum clyſteribus acutis, & oportet vt fortifices ea donec ſit poſſibile ea euacuare à partibus hepatis, & ſtomachi. Ex rebus fortibus vero in attractione materiæ ſoda ad inferiora, & ſecuritate vel præſeruatione à ſoda eſt fricatio pedum. Multoties enim dormit ſuper ipſam patiens ſodam. [o] Et quandoque fit eius aſſiduatio in pedibus, donec reſoluitur ſoda. Si autem vis vti epithematibus, & emplaſtris, & ægritudo eſt fortis temporalis calida ſiue frigida, oportet vt caput radatur: illud enim eſt magis iuuatiuum ad hoc vt medicinæ virtus in ipſo penetret. [p] Et ex eis, quæ ad hoc iuuant eſt coronatio [q] ſincipitis, aut cum maſa, aut cum lana, vt res ſubtiles, quæ ſuper ipſum effunduntur, retineantur à curſu, & cerebrum earum compleat exuccationem, & earum virtutem non expoliet aer velociter. [r] Philagorus dixit, quod phlebotomia venę frontis: & ventoſas apponere capiti: et fricatio extremitatum verſus inferius, & poſitio earum in aqua calida, & deambulatio parua: & dimiſſio ciborum inflatiuorum, & vaporoſorum tardæ digeſtionis, iuuant valde ei, qui vult vt eius ſoda recedat, & nõ reuertatur ad eum. [r] Ego autem dico, quod quandoq; effundimus aquam calidam

super extremitates patientis sodam,& assiduamus illud,& sentit,quod soda ex capite ad eius extrema descendit,cum qua descensione resoluitur.Et scias,quod cibi acetosi non conueniunt patientibus sodam,nisi sodæ,quæ est propter communitatem stomachi:quia cibus ille est de genere eorum,quæ præparant os stomachi,& confortant ipsum,& prohibent effusionem choleræ ad ipsum.Cum autem sodæ temporali associatur aliquod accidens nocens, tunc intende in tuo regimine ad illud,quoniam fortasse erit illud accidens causa augmenti in radice cui illud accidens accidit:sicut vigiliæ cum accidunt propter sodam,deinde fiunt fortes,sunt ex causis augmentandi sodam:oportet ergo vt ipsum embroces cum aliquibus,quæ sunt sicut oleũ de cucurbita, & oleum de kalef,& oleum nenufarinum:& sicut lac odorificatum cum camphora, & reliquis. Et quandoque est tibi necessarium vt parumper stupefacias, & dormire facias.[a] In omni autem soda cui associatur rheumatismus,non declines ad infrigidandum caput, & humectandum cum oleis, & similibus.Sed festina ad euacuandum,& stringendum extremitates,& fricandum eas,& ponendum in aqua calida.[b] Cum autem vis super caput ponere aliquid, cuius virtus penetret ad interiora capitis,non est tibi necessarium nisi anterius cerebrum,sicut [c] sciuisti: & vbi est commissura coronalis,& apud sinciput:apud vtrasque enim confidis de penetratione eius,quod penetrat. In posteriore vero cerebro,quoniam os, quod ipsum continet, est durius illo, non penetrat illud, quod ad cerebrum penetrare est necesse:quod si in hoc elaboratur, non proueniet inde iuuamentum,quod addat super iuuamentum quo iuuatur si contentus fueris super parte anteriore,& si medicina fuerit infrigidans,affert principio neruorum, & origini nuchæ nocumentum,quo non indigemus.Soda autem percussiua apostematibus calidis associatur, & frigidis: & est quasi sicut pulsans,quod si causa est calida,administra infrigidantia in quibus est lenitas, & vtere etiam ventosis nocræ:& appositione sanguisugarum super vtrunque tempus: & ligatione extremitatum, si autem frigida est,declina ad illud,quod carminat: & permisce cum eo etiam in quo sit vis confortandi,& frigus aliquod:sicut si misceatur cum oleo rosaceo ruta,aut menta. Cum ergo huiusmodi soda adeo fit fortis,vt in pueris ad hoc deueniat, quod ipsorum commissuras disrumpat, [d] laudantur in curis ipsorum venæ contritæ vehementer,& commistæ cum oleo rosa. & aceto linitæ:postquam administratur capitis ablutio cum aqua & sale. Cum autem vteris caputpurgijs resolutiuis fortibus,gradatim vtaris eis:secundum quòd dictum est in canone. Et tibi quidem conuenit ne declines ad narcotica quantum potes. Veruntamen nos ipsorum modos dicemus in capitulo sedantium soda cum stupefactione. Et scias, quod vomitus non est de curis soda, & est vehementis nocumẽti patienti eam,nisi sit causa stomachi:& cum communitate ipsius, quoniam vomitu iuuatur.Et soda quidem,quæ fit in posteriore capite,si non fuerit febris, cura est euacuatio cum decoctionibus prius secundum quantitatem virtutis, deinde phlebotomia. Qui autem inuenit sodam in capite suo permutari,quam frigus sedat,forsitan phlebotomiæ & ventosæ sunt ei necessariæ,vt doloris assiduatio in capite superfluitates euenire non faciat.

A Ras.1.cõt. c.2.28.3.
B Cap.11.I. c.29.
C T.1.c.11. 2.de cõpõe. sm loc. ... meth.c...

De cura sodæ calidæ absque materia: aut adustione solis, & reliquis & ex materia calida, aut sanguinea. *Cap. 11.*

INtentio in curatione huiusmodi sodæ est infrigidatio. Et in ea quidem, quæ est incipiens nihil magis iuuatiuum est, quàm [e] oleum rosa. bonum infrigidatum super caput effusum. Et melius hoc est vt sinciput circundetur pariete [f] prædicto, & neque oportet sicut [f] sciuisti, vt in posteriore capite fatigeris.[g] Quod si oleum rosa. solum non confert, cõmisceatur ei expressiones herbarum, & specierum plantarum frigidarum. Et illud quo existimatur nihil esse magis iuuatiuum, est facere ægro caputpurgium cum lacte, & oleo rosa. aut violaceo infrigidatis super niuem. Et conueniens [h] est vt oleum rosa. cum aceto misceatur: acetum enim iuuat ad penetrandum secundum conditiones prædictas [i] in canone. Et quandoque iuuat potatio [k] aceti cum multa aqua misti vehementer. Eius autem, quæ fit ab adustione solis, quæ est de hac summa, curatio est hæc, etiam addita cautela in commensuratione aeris, & infrigidatione ipsius, & reditione ad loca frigida, & administratione emplastrorum, & embrocarum, & vnctionum ex oleis, quæ omnia sunt frigida natura: & infrigidata niue: & similiter attractionum per nares: & embrocarum, & odoramentorum H & iam sciuisti illud.[l] Et tibi quidem necessarium est vt in hoc, & in alijs, alienes totum, quod mouet impetuose ex vocibus & multitudine cogitationis, & coitus, & famis.[m] Et illa quidem, quæ est ex adustione solis, cum in sui principio succurritur, facile curatur. Cum autem negligitur, & tardatur, non est longum, quin eius cura laboriosa: aut difficilis fiat: aut adueniat ei superflua vehementia.[n] Et multoties quidem accidit ex sole soda: non ex hoc, quod calefacit tantum: sed ex hoc, quod eleuat vapores, & mouet humores quietos. Cum huiusmodi itaque non est excusatio ab euacuationibus, secundum modos prædictos. Et quandoque etiam in ea in qua vapores non eleuantur, neque humores mouentur est necessitas euacuationis, & illud quidem cum existimatur repletio: & timetur in ipsa materiei attractio ad locum dolorosum, secundum quod [o] sciuisti ex principijs. Illic enim si obliuio adsit euacuationis humoris dominantis, non erit securitas à velocitate nocumenti. Cum autem caput vehementer inflammatur in speciebus soda calidæ, & calefit valde, & transgreditur terminum, sumantur sauich hordei & psyllium, & misceantur cum aqua virgæ pastoris, & infrigidentur, & fiat ex eis capiti emplastrum. In ea vero, quæ facta est à materia calida sanguinea oportet vt incipiatur à phlebotomia & extractione

D Ras.1.cõt. c.1.27.3.
E Gal.2.de cõp. phar.sm loc.
F Cap.12.
G Ras.1.cõt. c.2.26.1.
H Ras.ibi.
I T.1.c.23.
K Ras.ibi. Ser.1.1.c.6.
L Gal.2.de cõp. phar.sm loc.
M Gal.ibi.
N Gal.ibi.
O Li.1.F.2.do. sũ.2.c.18.

A & extractione sanguinis secundũ necessitatem & tolerantiam virtutis. Quod si non sufficit phlebotomia venæ alsahad.i.venæ adiutorij & non consequitur cum ea, quod voluntas intendit, & remanet dolor cum dispositione sua & venæ exuberant vel apparent vniuersaliter: & vides in capite, & in facie, & oculis repletionem manifestam, oportet vt phlebotomentur venæ, quarum minutione cerebrum euacuatur, sicut phlebotomia venarum, quæ sunt in naso cuiusq; lateris. Et minutio venæ, quæ est in fronte: ipsa nanq; est vena, cuius phlebotomia eradicat plurimũ ex nocumento vel ex dolore capitis. Et oportet quidem vt in hoc doloris pars attendatur: Nam si fuerit lateris posterioris, vena quæ est lateris anterioris minuetur. Et si fuerit in latere alio, phlebotometur vena, quæ in parte eius opponitur. Cum autem in parte opposita desunt vel occultantur venæ, ventosas loco phlebotomiæ pone. Et Archigenes [a] iam dixit, quod si illud non sufficit, oportet vt ventosæ super [a] †{alcheel}‐ponantur, & sanguis multus inde extrahatur: & locus ventosarum sale trito aspergatur, & loco lana superponatur infusa in oleo, & in mane superponatur ei medicamen vulneratiuum, & illud quidem non est in hoc eodem, immo in omnibus speciebus sodæ temporalis ex materia fraudulenta qualiscunq; sit materia. [b] Et quandoq; etiam cõfert plurimum in hac speciæ sodæ, & quæ hoc modo currunt, phlebotomia saphenæ, & crurium ventosatio. Et hoc quidem est ipsorum regimen ex parte phlebotomiæ. Cumq; illic aliquid materiei cholericæ sentitur:

A Ras.1.3ti.t.ai. c.2.28.1.
A† locũ iter duas spatulas
B Haly.5.pra. c.5.

B non est malum ipsam euacuare cum eo, quod naturam leniat, & lubricet materiam cum eo, quod in * capitulo soda cholericæ dicemus. Et oportet vt lenificatio naturæ vniuersaliter perseueret, sicut cum iure alimunie, & alsegiassie.i.cum iure ferculi facti ex limonibus, & cum iure ferculi facti ex prunis & iure lentium, & iure [b] †{almes}‐absq; corpore ipsorum. Et vt æger nutriatur cibis infrigidatiuis generatiuis sanguinis frigidi trahentis ad siccitatem & grossitiem aliquantulum: & declinent ad stypticitatem, sicut ferculum, quod fit cum sumac, & ferculum cum granatis, & ferculum ex lentibus cum aceto, & [c] †{althassil}‐nisi timeatur siccitas naturæ. Et tu quidem ad curandas capitis ægritudines lenificatione naturæ multum indiges. Et in huiusmodi dispositione tibi inest, vt hæc styptica temperes cum tereniabin, & siracost, & cum omnibus, quæ abstergunt cum lenitate. Et oportet vt cibi isti sint boni chymi: & tu minora de quantitate eorum, & non fiat ex ipsis repletio. Et cum administras embrocas, & vnctiones, administra ex eis eas in quibus sit infrigidatio, & in quibus non sit humectatio fortis, sed sit in eis repercussio aliqua, & stypticitas aliqua: sicut est aqua granatorum, & expressiones frigidæ stypticæ fructuum, & foliorum, & radicum, & mucilago psyllij cum aceto, & aqua virgæ pastoris. Cura autem factæ ex materia cholerica est hæc. Nam si cum ea [d] vides aliquantulum motum sanguinis, cura est vt sanguis parumper euacuetur: & si non, incipiatur ab euacuatione sicut cum myrobalanis, si non fuerit fe-

Infra *
B† grauo. similiũ faseolis
C† cibo ex lentibus
D Haly.5.pra.c.5.

C bris: & si non cum lubricitantibus, & cum in eis quibus non sit expressio, & asperitas fortis, sicut cum siracost, & syrupo de fructibus, & aquis lupuli. Et quandoque etiam euacuatur cum fumoterræ, & clysteribus lenibus. Et si materiæ cholericæ fuerint grossæ, & fuerint imbibitæ in tunicis stomachi: ita vt neque vomitu expellantur, neque lubricæ fiant solutiuis lubricatiuis, necessarium erit euacuare [e] cum hierapicra cum [e] scamonea secundum descriptiones dictas: aut augmentare eam, & afferre eam super lubricantia, aut euacuare cum decoctione myrobalanorum, secundum quod videbis in antidotario: deinde permuta complexionem cum eo, in quo sit infrigidatio, & humectatio corporis quidem cum cibis, & syrupis, vel potibus. Et capitis quidem si in ipso solum causa fuerit cum curis prædictis in [f] canone, & cum omni quo malitia complexionis calidæ, & siccæ curatur. Et secundum causas communes calido, & communes sicco. Et ex linimentis conferentibus soda, sunt trochisci de croco: & vigilijs etiam conferunt. Quorum descriptio incipit. [g] Recipe croci aure.vij.myrrhę aure.ij.expressionis acrestę calcadis, gummi, omnium trium aure.i.& medium, aluminis iameni aure.viij.colcotar aure.v.medicinæ istæ bene pulverizatæ cum vino pontico temperentur, & ex eis trochisci informentur. Cumq; necessarij fuerint, vnus eorum soluatur in aceto misto cum aqua rosa. & liniatur super vtrunque tempus. Et sodam quidem calidam in febribus multiplicat vsus linimentorum vapores exire non permittentium, & sanat eam attractio aceti & aquæ rosa. per nares.

E Gal.1.de ppõne pharma.fm loc.fo. 136.h
F T.1.c.19.
G Gal.2.de ppõne pharm.fm lo.c.3.c, præter opium.

D

De cura sodæ frigidæ absq; materia, aut cum materia phlegmatica, aut melancholica. *Cap.* 13.

CONfert illi vaporatio cum eo, quod calefacit actu ex pannis calefactis, et ex milijs calefactis, & sale calefacto. [h] Et milium quidem est subtilius & magis æquale: quandoq; vero omnes eos iuuat, & proprie, qui ex eis sunt vehementer infrigiditati, cum eorum corpora sunt munda, & non dubitatur in aliquo eorum motus humorum, si exponantur soli permanentes in oriente eius, vsquequo sanentur, & eorum soda resoluatur. Et vehementer infrigidato quidem necessarium est, vt eius cibus minoretur, & ipsius natura soluatur: & si non cum alio saltem cum clysteri: & separetur inter ipsum, & inter motus corporeos, & animales, & cogitabiles: & prohibeatur potus frigidus: & interdicatur ei exire extra propter frigus. Et omnes quidem, qui habent sodam ex frigore, post purgationem, si ea indigent, iuuant vnctiones, & alshauthat, idest & caputpurgia, quę fiunt cum liquidis per nares attractis et alnisuchat.i.caputpurgia cũ pulueribus aut alijs non liquidis per nares attractis, et odoramenta, et embrocę, et emplastra rubificantia et ꝓprie qñ in eis cadit sinapis, et calefacĩetia rememorata. Et ex illis qdem, q̃ eos iuuant, [i] est bibere vinũ odoriferũ, subtile, forte cum seibus.s.cum eis, q̃ sunt vt semen apij, et sem.fœniculi, et sem.baucię, et anisum, et cy-

H Gal.1.de ppõne phar.fm loc.c.2.f
I Paul.li.3.c.4.24.

et cyminum, et daucum, et petroselinum, et quæ taliter currũt. Et hoc cum est securitas à comprehensione vel præsentia, vel ab effusione seu aduentu humorũ in stomacho præparatorum ad agitationem vel ebullitionem. Et cum infirmus febrem non habet vnde timetur, vt fortis fiat. Et iuuant eos emplastrum de sinapi, et omnia emplastra rubificantia, et proprie quando in eis recipiuntur sinapis, et gummi rutæ syluestris, et linimentum ex cinere et aceto iam expertum est. Et similiter venæ cum oleo amygdalino amaro inunctæ, et totum illud fit post abrasionem. Et comestio alliorum etiam est ex eis, quę conferunt sodæ frigidæ. Curatio autem sodæ frigidæ cum materia phlegmatica: est vt euacuetur corpus, si humor in eo fuerit communicans: deinde administretur cibi minoratio, et eius subtiliatio, et administrentur semina, quæ non faciunt sodam, et administrentur maturatiua, et euacuatiua commemorata, incipiendo à parua quantitate: deinde fiant curæ aliæ narratæ in [a] canone: et administrentur etiam, quę eorum dolores sedent. Et omnia quibus necessarium est vti in cura frigidæ et humidæ. Et administrentur theriacalia ex confectionibus in septimana semel. In cura autem sodæ frigidæ cum materia melancholica, oportet in ea etiam fieri, secundum quod dictum est in [a] canone de phlebotomia, si necessaria est: propterea, quòd sanguis est vincens et corruptus. Et euacuantia secundum suos gradus post digestiua continua, deinde permuta complexionem vijs prædictis: et administra, quod generet sanguinem subtilem, laudabilem, humidum, tenuem. Et sermo quidem iam completus est in ipso. Ex eis autẽ, quæ ipsi multum conferunt, sunt grana gariophyllorum. Et nos rememoremur etiam hic, quod dixit Archigenes in capitulo phlebotomiæ alcheeli. et nos iam attulimus illud.

B; A T.1.c.41.; F

De modis linimentorum conferentium sodæ frigidæ. Cap. 13.

INcipiatur [b] à rasione capitis prius: deinde sumantur aure. euphorbij, & aure. [b] †{baurach} & aur. de sem. [c] †{armel.} & duo aur. syluestris rutæ, & duo aur. sinapis, & terantur, & temperetur cum aqua amaraci, & liniatur caput ex eis. Et ex bonis epithematibus est hoc. [d] Recipe piperis aur. i. fecis olei de croco aur. i. & tertiam, euphorbij recẽtis aure. i. stercoris columbini aur. ij. coninngantur omnia post contritionem vehementem cum aceto forti: deinde liniatur ex eo locus rubificandus. Et iterum linimentum ex myrrha & [e] euphorbio, & sale, & baurac: & etiam ex euphorbio & aloe & myrrha & gummi arabico & castoreo & croco, & [e] sarcocolla, & opio et costo & thure fiat ex eis linimentum cum aqua rutæ. Et ex linimentis bonis omni ægritudini temporali. s. galeæ siue ouo & hemicraneæ frigidis, est vt liniatur locus cum lapide ægyptiaco, quoniam est vehementis iuuamenti. [f] Et etiam piperis albi, croci, amborum drachmas duas, euphorbij drachmam vnam, stercoris columbini syluestris pondus drachmæ. i. 5. & misceantur cum aceto, & liniatur inde frons. [g] Et iterum aloe, myrrha, euphorbium, castoreũ, epithymum costus pyrethrum, piper, liniantur cum vino antiquo. Et etiam medicamen aliud stercus columbarum: & est valde forte. Et iterum piperis, & cõmistionis croci. s. troc. de croco prædicti, amborum aur. ij. euphorbij aur. 5. stercoris columbarum aur. i. & 5. præparentur cum aceto secundum quãtitatem necessitatis. Et istæ quidem medicinæ quandoq; administrantur contractæ cum alzenbach, aut commistione lactis, aut albedine oui: & quandoq; puræ, & gradus illarum sunt diuersi.

B Ras. ... 1.2tr.1.c. ...; B † ...; C † lignifi... cinnamom...; D Gal. ... phar. ...; E Ras. ... c.2.28.1.; F Gal. ... phar. ... & Ras. ...; G Ras. ... c.2.26.5.; G

De modis caputpurgiorum conferentium sodæ frigidæ. Cap. 14.

EX eis est caputpurgium est de nigella prædictum in singularibus. Et ex eis est, quod fit ex mumia cum castoreo & muscho. Et existimauerunt quidam, ꝙ cum fit caputpurgium ex septem folijs origani, & septem granis sinapis tritis cum oleo violaceo est iuuans. Ex eis vero, quæ sunt experta, est vt ex [h] muscho & sigia, & ambra commistis quantitas lentis vnius sumatur & ex inde caputpurgium fiat in omni hora. Et ex eis quibus ad illud fit caputpurgium, & calefaciunt, & euacuant, est oleum de pulpa coloquintidæ: aut oleum in quo soluta est expressio cucumeris asinini. Et ex eis quidem, quæ quidam existimant esse vehementis iuuaminis ad illud, est vt sumatur succus foliorum [h] †{alhagi} expressorum sine aqua, & fiat caputpurgium cum eo distillando in die tres guttas in narem, cum est ieiunus. deinde post horam cõsequenter adhibeatur oleũ violaceum: & sorbeat asfidhagiã multæ vnctuositatis. Et ex eis quidem, quæ cõueniunt huic modo, est vt sumatur [i] fellis tauri [i] †{citrini} pondus drach. iij. & mumiæ pondus drach. ij. & muschi drachma vna, & camphoræ medietatem drach. & fiat caputpurgium cum eo. Et iterum sumantur gummi rutæ acrestis aure. i. radicis lilij, mellis colati ana aure. i. & 5. coniungantur omnia cum succo radicis siclę, & fiat caputpurgium cum eo quantum est granum milij distillati ex extremitate tentæ seu stili, & etiam euphorbiũ, & tertia pars lycij indi, & cõficiatur cũ succo siclę: & distillentur in nares. Et etiam caputpurgium iuuans [k] †{buchormarien} sicci aure. iij. baurac, sumac, amborum aure. iiij. terantur bene, & in nares cum canna insufflentur: & ęger caput suum eleuet, & fortiter naribus attrahat. [l] Et iterum nigellæ aure. iiij. expressionis cucumeris asinini aur. ij. salis ammoniaci aur. ij. misceantur cum oleo de [l] †{alcanna,} & oleo cucumeris asinini, & liniatur ex eis locus intus in naribus, & æger naribus fortiter sugendo anhelitum trahat. Cumq; in hora illa ex capite res multa descenderit tunc lauetur nasus cum aqua calida.

H Ras. ... c.2.26.4.; H † arbori... quib' ...; H; I Ras. ...; I † Ras. ...; K † ...; L Gal. ... pharm. ... fo. 139. a; L † lignifi...

De modis oleorum quibus inungitur caput eius, qui patitur sodam frigidam. Cap. 15.

COnferunt ei omnia olea calida, in quibus cocta sunt ea, quæ sunt sicut anethum, & calamentum, & amaracum, & [m] †{sceha,} & sisymbrium, & ruta, & folia lauri, et ea quæ iã diximus in [n] canone. Dispositio vero olei balsami est, quam iam [n] scruiui illic: et hoc etiam conueniens est

M † spec... fistici..., N T.1.c. ...

caputpurgijs,

A caputpurgijs, & distillationibus in aure. Insufflatio conferens illi qui habet sodam temporalem. Recipe expressionem cucumeris asinini,[a] †{buchormarien,} nitrum, terantur, & in nares insufflentur: aut nigella, & expressio cucumeris asinini: aut nigella, & parum gummi rutæ acrestis.

A †cyclamen

De cura sodæ siccæ. Cap. 16.

IN sicca quidem quæ fit cum materia [b] cholerica, aut melancholica sermo iam præterijt, & neque restat sermo, nisi in soda sicca sine materia. Principium ergo curæ eius est regere ægrum cum cibis humectatiuis, boni chymi, & proprie multi nutrimēti, sicut vitellus oui, & sicut ius galliculorū, seu pullorū pinguiū & [c] †{cubugi,} & [d] †{theiugi,} & sorbitiones pingues cū oleis humidis: deinde declinetur à parte calidi, & frigidi ad illud, quod est conuenientius. Ex eis quidem quæ conferunt est administratio caputpurgiorum humidorū cum oleis laudatis, sicut oleū amygdalinum, & oleū de cucurbita, & reliqua. Quòd si ex hoc necessarium est ad cōplexionem æquandam cum infrigidatione, & calefactione, misceatur cum eis aliquid ex oleis æquans ipsum. Et fortasse siccitas facit euenire in substantiam cerebri diminutionem manifestam, & præparabit ipsum doloribus oportebit ergo illic vt administrētur caputpurgia ex medullis quæ sunt extractę ex cruribus ouium, & vitulorū, & pinguedinibus gallinarū & [e] †{altheiugi,} & [f] †{alduragi,} & [g] †{altedarigi,} & butyro vaccarum, & caprarū. Et ex eis quæ eos iuuant est capiti apponere emplastrū B ex [h] †{teludegi} subtili facto ex simila tritici, & simila hordei secundū necessitatem, & zuccaro albo, & oleo amygdalino, aut de cucurbita, aut effusio subtilis ex eo super sinciput. Et quandoq; [i] fit margo cum coronatione ex massa propter id quod effunditur super caput.

B c.11.& c.12.
C † auis alauda
D † perdices
E † perdicum
F † tranculuorū
G † phasianorum
H † quodā cōposito
I ca.10.& t.1.c.29.

De cura sodæ ab apostemate. Cap. 17.

CViusq; autem specierum sodæ factæ ab apostematibus curā in [k] capitulo singulari dicemus.

K 13.

De cura sodæ oppilationis. Cap. 18.

CVra sodę oppilationis est cum maturatione per ea, quę scis: deinde euacuatione: postea cum vsu asahaiaret: deinde cum resolutione per embrocas, & emplastra, & odoramenta, & gargarismata. Postea cū maturatione: deinde cum euacuatione, deinde resolutione donec remoueatur: & iam scitur qualitas illius in loco suo. Quòd si in capite est cōplexio calida, & oppilatio grossa curatio tibi fit difficilis. quare oportet vt administres apertionem facientia: deinde cum excitatur soda, aut nocumentum capitis, propterea quod curatio fit cum calido, succurre illi cum infrigidantibus cum quibus est mollificatio, in quibus non est stypticitas: postea cum quiescit, reitera: & non cesses faciendo, donec oppilatio aperiatur. Et hoc totum iam [l] diximus.

L t.1.c.29.& lib. 1.F.4.c.24.

De cura sodæ ex ventositatibus, & vaporibus detentis in capite non ab extrinseco. Cap. 19

C QVæ autem facta est à ventositate grossa curanda est cum alienatione totius quod vaporat, & inflat: sicut nux, & [m] dactyli, & sinapis, siue sit calidum, siue frigidum: & administrentur embrocæ, & emplastra prędicta, & odoramēta, & caputpurgia narrata in [n] canone, & odoret castoreum, & muschum proprie. Et si cum est ieiunus ingrediatur balneum, cōfert in huiusmodi capitulo. Quòd si ipsorum principium à stomacho fuerit, in ipsorū cura administrentur euacuātia prædicta: & proprie ea, quorum descriptiones recipiunt oleum de kerua: & eius loco recipiunt oleum antiquum, & vtantur diacymino, & quæ taliter currunt, de quibus rememorabimur [o] in cura ægritudinum stomachi: & confortetur caput post curam eius cū oleo myrtino, & laudanino, & oleo de lilio, & exp̄ssione cupssi, & [p] †{alathel} & cyperi & cū eo in quo est calefactio & stypticitas: & adhibeatur etiam fricatio in extremitatibus, & ligatio vt trahatur ad contrarium eius. Habentiū vero eam quæ fit à vaporibus, si fuerit eius generatio in ipso capite: & æger non inuenerit in stomacho suo inflationem, & rugitum, neq; in hoc augmentatur, & minuitur propter repletionē, et euacuationem, & propter cibos vaporosos, & pauci vaporis, cura est embrocæ carminantes notæ, & confortatio capitis cum emplastris resolutiuis, & in quibus sit stypticitas parua, & odoramēta subtiliatiua, & in eis est sufficientia. Si autem fuerit ex stomacho: tunc ex eis, quæ ipsi conferunt, est illud quod stomachum cōfortat: sicut mastix & geleniabin, deinde diacyminum, & quæ sunt illis similia. Cumq; cibus recipitur, & incipit vaporare, & facit sodam: recipiantur post ipsum mucilago D psyllij, & [q] coriandrum siccū cum zuccaro. Et si timetur frigus stomachi ex mucilagine psyllij, administretur mucilago seminis lini cū coriandro sicco: & conforta caput cū eo quod scis, postquam ipsam curaueris, & sedaueris cum eo quod oportet, vt ipsa sedetur ex embrocis, & odoramētis narratis, & proprie cum amaraco: fortasse enim ipsum solum erit causa liberationis integræ, & vtere attractione ad cōtrarium. Cum ergo senseris, q̄ in materia vaporosa sit caliditatis superfluitas per id quod inuenitur de signis caliditatis, alienabis resoluentia multæ calefactionis vehemēter, sicut euphorbium, & reliqua: Immo incipies primo attrahere ad contrarium, & purgare cum gargarismis, & administrabis embrocas temperatas in balneo.

M G.2.de cōpōne phar.s̄m loc.ca.1. fo.133.d
N t.1.c.29.
O F.13.t.5.c.3.
P † arboris habētis folia similia tamarico.
Q ca.24.29.33.& lib.2.t.2.c.143.

De cura sodæ ex vento qui penetrauit ad interiora capitis ab extrinseco. Cap. 20.

CVm autem soda capitis fit ex ventositate intrante extrinsecus, consideretur hoc an sit ventus calidus æstiualis: aut frigus hyemale: deinde consideretur locus introitus ipsius. Nam si est calidus, & eius introitus est auris, distilletur in ea oleum chamæmillinum tepidum, aut oleum alkeirinum, aut oleum anethinum conquassatum cum pauco oleo rosa. Et similiter si fuerit eius introitus nasus distilletur illud in nares. Et administra embrocas cum eis quæ facile resoluunt ex eis quæ diximus. Quod si malitia complexionis ei succedit calidæ, cum eo quod facile est medicetur,

tur,& incipiatur ab eo quod est minus frigidum. Si autem non iuuat, augmentetur. Quod si frigida fuerit, pones olea ad quacunque harum duarum viarum necessarium fuerit administrare calida: & in ipsis sit castoreum,& muschus. Et minora,& multiplica secundum quantitatem necessitatis: & administra embrocas, & emplastra prædicta secundum illud resolutiua calida: & aliena totum quod inflat, & lenit naturam. E

De cura sodæ contingentis ex vaporibus malis aduenientibus capiti exterius. Cap. 21.

ET similiter sunt curæ vaporum malorum extrinsecus aduenientium: & non sunt frigidi nisi raro, sicut vapores locorum [a]†{almethacharegie}-limosorum: fm plurimum vero sunt calidi: quos quidem resolue cum embrocis temperatis, si ex eis plurimum retineatur: & imaginetur scotomiam,& vertiginem:& naribus attrahantur odores temperati boni, sicut rosę & olei eius,& nenufaris,& viol. Quod si vehemens sentitur caliditas, camphora,& sandali: & administretur ablutio capitis in balneo cum aqua calida,& malua. Frigidis vero cōferunt odores muschi, & castorei, & illud sufficit. Si autem vapores sint fumosi, necessaria est humectatio fortis cum oleis prædictis & humectantibus numeratis, & ingenietur vt nares abluantur cum huiusmodi oleis, & naribus ex eis fortiter sugatur trahendo ad superiora:& seruando illud in ipsis: deinde effluere dimittatur, postea renouetur opus illud assidue. Et similiter cum aqua rosa,& aqua de kalef, & aqua cucurbitæ,& super vapores harum aquarum plurima fit inclinatio: quod si ex eis nocumētum, & malitia F cōplexionis generetur: sicut fit ex fumo sulfuris,& fumo arsenici, & similium, administretur camphora in oleo cucurbitæ, vt humectet vnum ipsorum, & infrigidet alterum. Et similiter administretur camphora in oleo lactucæ, & oleo viola. Et sterne locum totum ex folijs kalef, & odoriferis humectantibus. A †mucor

De cura sodæ contingentis ex odoribus bonis. Cap. 22.

EA quidem quæ fit ab odoribus bonis, si sint calidi, & nocent caliditate sua, non siccitate, tantum curetur odoribus bonis frigidis: sicut si nocumentum consequens sit ex odore muschi, & croci, curetur cum camphora & sandalo. Et consequens ex camphora, curetur cum muscho & croco. Et si fuerint etiam nocentes cum hoc cum desiccatione, et siccitate, tunc cura erit vt non sis contentus in cura nocumenti muschi, verbi gratia camphora: sed si est possibile, succurre cum caputpurgio ex oleis humectantibus infrigidatis, quoniam iam sufficiet: & si non, saltem cum camphora in eis dissoluta,& similiter econuerso.

De cura sodæ contingentis ex odoribus fœtidis. Cap. 23.

FActæ vero ex odoribus fœtidis cura est cum bonis oppositis eis in complexione: & si in illis odoribus fuerit desiccatio [b]ingenietur vt sint odores illis oppositi humectantes, sicut odores nenufaris & viol. vehementis, vel boni odoris, & oleum de kalef habet proprietatem excellētem supra omnes odores oppositos vel contrariantes odoribus bonis,& fœtidis caliditate nocentibus temperandi,& humectandi. B Albu... G fe...

De cura sodæ ex ebrietate. Cap. 24.

IN soda autem contingente ex ebrietate, in primis oportet vt administretur stomachi purgatio: aut vomitu facto cum sechaniabin,& sem. raphani, aut cum sechaniabin,& succo raphani. [c]aut sechaniabin cum aqua tepida: aut cum vomitibus leuibus & medijs, de illis quos in antidotario faciemus: q si vomitus non fuerit obediens: aut timetur eius administratio, solues cum hiera confortata cum scamonea, ne eius mora prolongetur: q si tibi fuerit aliquid prohibens ab administratione eius, quod est calidum propter ægritudinem calidam, solues cum decoctione myrobalanorū: aut syrupo de fructibus solutiuo. Et si anima abhorruerit huiusmodi solutiua, solues cū aqua vtrorunque granatornm cum pulpa, fm quod dicemus in antidotario, vigorata cum scamonea parumper:& non timeas propter ipsius caliditatē. Et si est aliquid prohibens ab euacuantibus cuiuscūque modi fuerint, fac [a] eos dormire, quousque digeratur, quod in eorum stomachis continetur de vino. [d] Et istud quidem apparet ex colore vrinę,& eius tinctura. Et [e]frica pedes eorum cum sale & oleo violaceo:& super ipsorum extremitates effundatur embroca ex chamæmilla. [e] Deinde fac eos ingredi balneum:& vt capita ipsorum inungantur oleo rosa. infrigidato, nō tamen vehementer: & H cibentur [e] lentibus,& acresta, & similibus. [f] Et in caulibus quidem est proprietas, qua vapores à capite prohibentur [g] Gal. inquit si cibas illos pullis columbarum, non erras. Et videtur quod causa sit subtilitas sanguinis ex eis generati,& fortitudo eius ad resoluendum vapores. Et oportet vt eis tribuas fructus stypticos:& [g] vt sit potus aquæ,& non aliud, nisi stomachus fuerit debilis,& timetur ipsius lassitas: tunc enim prohibe eos à multitudine potus aquæ frigidæ: & pota eos aqua granati [g]acetosi, & [c] ribes proprie, & [c] rob eius,& [c] acetositate citri proprie, & [c] rob ipsius, & cydoniorum,& malorum,& [h] transglutire coriandrum siccū cum zuccaro ad pondus coriandri cōfert eis: deinde fac eos [a] dormire,& quiescere, quoniā est radix in cura ipsius: quod si propter hoc non quiescunt, reitera illud eadem die,& in mane. Et pone cibum ipsorum, qui infrigidat & humectat, aut qui est ei subtilis sicut est vitellus oui: & super eos funde aquam calidam multæ resolutionis. Et administra eis [β] somnum inquantum potes: deinde cum remouetur nausea, si fuerit, & remanet [g] soda abscinde oleum rosa. ab eis, quoniam nociuum est eis post illud, cum prius fuerit necessarium ad confortādum caput, & prohibendum vapores. & iam modo, seu & nunc sunt remoti. & oportet vt modo seu nunc administres [g]oleum chamæmellinum loco eius fricando ad resoluendum:

C Sere... Infra a D Rasi... 21.c.2.17.2. E Sere... F Lib.2.c... Gal.2.de... ibi.d. G Lib... ca.cōpo... 1.fo.133... H c.19.13... 2.t.2.c.143. Supra a C Infra B Supra B

A G.li.2.de me li-ca.cōpō.fm locos c.1.fo.133.d.e B Ser.t.1.c.11.

A resoluendum: quod si propter illud non remoueatur, adhibeatur oleum [a] de lilio, quoniam ipsum est vltimum, & expertum. Amplius cum ebrietas incipit alleuiari, & descendere, [b] fac eos ambulare paulatim, paulatim, & fac eos iacere in lectica chordis suspensa, & suauiter commota. Et ciba eos tunc carnibus piscium petrosorum, & testiculis gallorum, & pullis cum herbis frigidis. Et oportet quidem ne super cibum ambulent: sed post tres horas. Et vniuersaliter melius est, vt consideres digestionem eorum cum somno, aut quiete longa, donec stomachus parūper alleuietur. Deinde administretur sechaniabin zuccarinum si fuerint calefacti: aut mellinum, si fuerint humectati & infrigidati: & redi super fricationem pedum suorum: deinde ambulent nō laboriose: aut moueantur alio motu non laborioso: & cum hoc oportet à puro aceto, et almuri fieri alienos: parum, quod si non est excusatio ab eo tunc intingant panē in eo, vel vtantur eo quod non est acutū. Cumq; parum feceris eos ambulare, administrare eis tinam, & balneum: deinde ad vltimum oportet vt eos infundas cū embrocis æqualis resolutionis, & cibes eos carnibus leuibus. Medicamen optimum ebrietati. Recipe seminis endiuiæ, seminis caulis, berberis mūdati ex semine suo, & sumac, & lentium excorticatarum, rosarum, spodij, omnium æqualiter, commisceantur omnia: & bibatur ex eis pondus trium drach. cum chirat. i. camphoræ, & vnc. i. aquę granati: aut aquę ribes: aut acetositatis citri, & rob eius.

C Haly.2.9.theo. ca.3. B *De cura sodæ euenientis [c] ex coitu.* Cap. 25

D 16.

E Ras.1.cōti.t.21, c.2.26.4.&.29.4.

HAec soda accidit quidem, aut propter siccitatem, quā ipse fecit ipsum possidere. Et eius cura est quam diximus [d] in capitulo curationis sodæ siccæ, postquā declinaueris ad humectātia, aut accidit propter repletionem in corpore, cui superuenit motus coitus cōpositus ex corporeo, & animali, & eleuat vapores fraudulentos. Quare oportet, vt cui illud accidit successione coitus: & qui repletionem habet, [e] incipiat primum à minutione: deinde cum solutione, si vnaquæq; fuerit necessaria, aut vna earum: deinde confortet cerebrum cum oleis confortatiuis: sicut oleo ros. aut oleo myrtino, & aquis confortantibus in quibus decocta sunt [e] sicut rosę & myrtus, & nutriatur eis quæ sunt velocis digestionis, & boni chymi: & remoueat coitum: quod si non inuenit eius excusationem, non coeat dum est ieiunus vel vacuus.

De cura sodæ factæ ex percussione, aut casu, & regimine eius cui accidit cōmotio cerebri, & vulnus. Cap. 26.

OPortet vt sit tua solicitudo, & finis tuæ intentionis in curatione eius, qui habet sodam euenientem à casu, aut percussione, ad hoc vt dolorem sedes quantum potes: & elonges materiam quantum potes à loco læso, aut cum euacuatione, aut attractione ad contrarium, vt non apostemetur. Et medica plagam si acciderit, vt carne repleatur. Sed non est possibile vt carne repleatur, malitia complexionis manente: quare oportet vt in ipsius incarnatione complexionem partis eius tēperes. Et scias quia si illo in qui habet hoc impedimentū apparet febris, & conturbatur intellectus, tunc iam incipit apostemari. Primū ergo quod te oportet facere in eius cura, est [f] phlebotomia cephalicæ, aut nigræ, vt apostematio prohibeatur. Si autem illic est repletio, oportet vt vtaris [g] clysteribus acutis, saltem cum pulpa coloquintidæ: verumtamen si habuerit febrem, tunc clysteria æquabis: quod si clystere non euacuat, oportet vt euacuetur cum aliquo, quod sit sicut [h] pilulæ cochiæ, si febrem non habuerit: quod si habuerit calorē qui febre sit minor, non prætermittas ipsarum potionem: necessaria est enim euacuatio, [i] vt securetur apostema. Deinde oportet vt consideres. Nam si illic fuerit vulnus, medicetur prius. Et necessarium est temperare locum in cōplexione sua, donec recipiat curam. Quòd si non fuerit, emplastretur locus ex eo quod locum cōfortet: sicut sunt emplastra, quorum aquæ sunt sicut [k] aqua myrti, & alkalef, & quorū olea sunt oleū myrtinum, & liliaceum, & ros. Et eorum permistiones sunt in quibus est stypticitas, subtilitas, & resolutio pauca: sicut rosa, & [k] melilotū, & calamus aromaticus, & chamæmila, & bolus armenus, & alumen iameni cū vino odorifero. Et fortasse contentus eris oleis ex eis: Et iam sunt quidā qui vtuntur eis tepidis. Et fortasse dolor, & timor apostematis facit necessariū, vt parūper infrigidentur. Et oportet vt caueantur balneum, & [l] vinū, & [l] ira, [l] & cibi vaporosi, & calefacientes. Quòd si locus incipit apostemari, tunc necesse est administrare styptica fortis stypticitatis, & infrigidationis: sicut cortices granati, & balaustias, & lentes, & rosas, embrocando caput ex aquis eorum: & faciendo emplastrum ex fæce ipsorum: deinde post illud fiat permutatio ad illud in quo cum hoc sit subtiliatio aliqua: sicut cupressus, & tamariscus, & cydonia, et olibanum. Et cum percussio fuerit cōmouens caput, oportet tunc vt incipias dare ad potandum stichados cum aqua, aut syrupo mellino: ipsi enim cum eo liberantur. [m] Et scias quoniam cum læsio peruenit ad velamen cerebri, est in ipsa timor. Et cum egreditur propter percussionem sanguis ex cerebro, oportet, vt patientem potes [n] cerebellis gallinarum quantum possibile est: deinde potet super illud aquam granati acetosi: & cum resoluitur, apostema multiplica exhibitionem cerebellorum vsque ad tres dies, & post phlebotomiam.

F Gal.2. de ppōne phar. fm loc.c.1. 133.h
G Ras.1.cōti.t.21. c.2.27.2.
H Ras.1.2ti.t.21. c.2.27.2.
I Ras.ibi.27.2.
C, D (section letters)
K Ser.t.1.c.11.
L Gal.ibi.a. & de remedi. patu facil. c.1.h.a
M Gal.ibi.h
N L.2.t.2.c.128. & 196. & li.4. F.4. t.1.c.11.& Diosco. lib.2.c.41.

De cura sodæ factæ à debilitate capitis. Cap. 27.

EIus cura est permutatio malitiæ complexionis quam habet, & ipsius confortatiō cum cibis odoriferis in quibus est subtilitas, & stypticitas cum aggregatione causarum oppositarū causis motiuis. Et multoties quidem causa agens compar causæ passiuæ debili est aggregatio humorum malorum calidorū, aut non calidorum in stomacho. Oportet ergo vt euacuētur per id quod est eis conueniens: & vt afferatur cibus aggregans ad laudabilitatē eius quod ab eo prouenit virtutem

tutem resolutiuam & recipientem digestionem. Et si non reperiuntur vtræque proprietates postre- E
mæ, eligatur melior earum. Et melior quidem hora in qua cibandus est, est post introitum balnei. Et oportet vt alleuies cœnas ipsorum, & vt sigilles cibos eorũ cum eis, quæ sunt sicut [a] †{alcasb.} & oliuæ cum caseo, vt confortetur os stomachi eorum. [b] Hipp. autem concessit eis in potu vinum absolute: & [c] G. elegit vt sit mistum, aut subtile: odoriferũ aggregentur vtraque, & sumatur cũ pane.

A † dactyli... ne maturus. B Rasis. ... c. 1. 28. 3. C Rasis. ...

De cura sodæ factæ à fortitudine sensus cerebri. Cap. 28.

EIus cura est, vt sensus parumper fiat piger cum cibis, qui nutrimẽtum cerebri ingrossent: sicut [d] †{alherais factum} cum frumento, & hordeo & carnes bouinæ, si digestio est fortis, aut cibis factis cum lactuca, & portulaca, & caro piscium: & quandoque administras aliquid ex narcoticis: sicut syrupum de papauere, & sicut semen lactucæ: & quandoque fit inde epithema.

D † puls... nis frumenta... dei.

De cura sodæ quæ facta est accidens in febribus, & ægritudinibus acutis. Cap. 29.

HVius alia est quæ accidit cum fortitudine ægritudinis, & eius paroxysmo, deinde remouetur. Et aliqua est quæ remanet post remotionem ægritudinis, aut eradicationem eius paroxysmi. Et illa quidem quę ex eà accidit in febribus quandoque inquietat ægrum adeo donec in causa eius, quæ est febris, augmentum faciat. Et ipsam quandoque significat albificatio vrinæ subito: & [e] eius alteratio in similitudinem vrinæ asinorum. Sed assimilatio vrinæ asinorum quandoque significat essentiam suam in dispositione: & quãdoque significat resolutionem. oportet ergo vt redeatur F
ad reliquas significationes. Cura autem eius cõueniens est, vt iegarach alras. i. vt vehementer vngatur caput [f] cum oleo omphacino ex quo sit factum oleum rosatum, aut cum oleo rosato vsuali conquassato cum aceto in hyeme, & in lenitate febris tepido: in æstate vero, & in vehementia febris, infrigidato, & ad ipsam iuuat embroca ex decoctione hordei, & papaueris, & rosarum, & violarum, si vapores nocẽt sua acuitate. Quòd si sua nocent multitudine: tunc nihil horum facias immo euacua, & administra quod cum facilitate resoluat: sicut oleum in quo coctæ sunt alnemam. i. sisymbrium, & virga pastoris, & maiorana cum virga pastoris si vis resoluere: ita quod quibusdam antiquorum visum est, vt chamæmilla epithemetur. Quod si narcotica et somnifera tibi necessaria sunt propter doloris vehementiam, vtere eis cum cautela & timore. Et quandoque prohibetur eleuatio materiei in ipsa cum [g] †{sauic,} & psyllio in principio: & dantur in potu etiam: & quandoque prohibent [h] coriandrum oleum rosa. Et quãdoque ventosatur in ipsa. [f] In ligatione autem extremitatum, & ipsarum [f] fricatione, & administratione rubificantium est rectitudo conueniens valde. Cumque extremitatum ligatione vteris, oportet vt ponas eas, cũ soluuntur in aqua calida. Et si non sedatur propter omnia illa, radatur caput, & emplastretur cum chamæmilla, & althea, & viola, & alhascec contusa, vel cõmista: & illud quidem post rasionem capitis: & quandoque indigemus ventosis, & sanguisugis. Et quandoque remanet soda post febrem, & post ægritudines acutas. Et ipsius G
quidem cura est infrigidatio ciborum, & eorum humectatio, & cõfortatio capitis ex oleo ros. cum chamæmilino: [i] vt effundatur super vtrasque manus, & vtrosque pedes aqua calida bis in die mane & sero: & iungatur cũ oleo viol. deinde iuuetur cum extinguẽtibus qñ apparet declinatio manifesta.

E Ca... apho. 7... F Aeti... c. 115. G † psyllium H Ca... lib. ... I Rasis... c. 2. 27. ...

De cura sodæ creticæ. Cap. 30.

IN soda quidem cretica consideretur, [k] an infirmus inueniat nauseam, & subuersionem animæ, & tremorem in labio, et vertigines: & vniuersaliter signa declinationis naturæ cum materia ad superiora & [l] tunc iuuetur cum vomitu facto ex sechaniabin calefacto, & cum vomitiuis frigidis. Et an inueniat rugitus, & inflationem in vtrisque lateribus, & vniuersaliter signa declinationis naturæ cum materia ad inferiora, [m] & tunc iuuetur lenitione naturæ cum lubrificatiuis lenibus, sicut syrupo de prunis, & prunis infusis in iuleb post ipsorum perforationem, seu punctionem cũ stillo: vt intumescant, & cum syrupo violato, & syrupo de tamarindis, & alsiracost non pondus magnũ: vel non multum, sed quantitas eius sit drach. v. & quæ cursu illorũ currunt. [n] Aut vtrum inueniat grauitatem in partibus renum, & sub costis dorsi ad posteriora tendentẽ: & vniuersaliter signa declinationis materię ad vias vrinę, & medicetur cum diureticis: sicut cũ oxymelle cui superinitiatur pondus duarum drach. sem. melonis, & sem. citroli mediando: & cibetur cydonijs qm̃ prohibent vapores, & prouocant vrinam. [o] Aut vtrum inueniat radios, & rubedinem in oculis, & imagina- H
tiones citrinas, & prolõgetur hoc: & non fluat sanguis ex naribus, tunc cum aceto fiat sternutatio, & cum eius vapore: & in naribus insuffletur, & cõmoueatur nasus eius cum aliquibus asperis: aut opponat oculos suos radio solis, si possibile est subito, & intueatur ipsum: deinde dimitte ipsum. [p] Et si inuenerit pulsum vndosum, & inuenerit lenitatem in cute, administrentur sudorem prouocantia fricando, & bibendo, & super caput: & oportet vt sint temperata. [q] Quod si inuenerit similitudinem mordicationis, & doloris lassitudinis sub aure sua, aut ascella sua, aut inguine suo, fiant super ea emplã calida attractiua sicut mẽta, & apiũ cũ butyro antiquo. Et fortasse indiget, vt vẽtosæ absque scarificatione apponant, vt materia ex cerebro expellat ad illud, ad qđ declinat, & apent.

K Lib. ... c. 5. & Ga... cur. ad Gl... c. d. e. f. L Lib. 4. ... c. 9. & Rasis... c. 3. & Alm... t. 1. ... M Lib. ... c. 5. 6. 7. ... & Alm... N Lib. 4. ... c. 8. O Lib. 4. ... c. 6. & Hipp. ... 33. 2 P Li. 4. ... Q Lib. 4. ... c. 14.

De cura sodæ quæ dicitur fieri causa vermium. Cap. 31.

OPortet vt purgatio fiat cum purgatione corporis, & cerebri, & deinde fiat caputpurgium cũ hierapicra pauca. Et fiat illud in hebdomada aliquoties: & administrentur omnes medicinę quæ dicentur in capitulo de fœtore narium. [r] Et omnia quę vermes in ventre necant sicut expressio foliorũ persici, & expressio radicis mori, & aloes: & sequatur cum sternutatorijs, & caputpurgijs purgantibus cerebrum.

R Rasis... c. 1. 23. & ...

De cura

A Ras.1.côti.t.21. c.1.24.4. B T.1.c.28. A *De cura sodæ quæ excitatur [a] successione somni, & dormitionis.* Cap. 32.

OPortet vt cum ea purgetur corpus, & caput per ea quæ [b] sciuisti: & adiuuat ad ipsam vt temporibus, & fronti fiat emplastrum ex cinere & aceto: & cũ eo melior est cinis de lignis fici.

Regimen specierum sodæ factæ per communitatem. Cap. 33

C G.1. de cõpône pharm. sm loc.c.1. fo.136.h OPortet vt [c] soliciteris in omnibus speciebus sodæ factæ propter cõitatem membrorum de illis membris: & vt ea euacues cum eis, quæ sunt eis propria: & vt ipsorum permutes complexionem: & cum hoc cõfortes caput cũ confortatiuis, vt nõ recipiat, si fuerit in principijs cum frigidis, sicut oleo rof. & aceto: post illud autem si materia fuerit calida, & qualitas calida, facias illud idẽ opus semper. Et si fuerit frigida, permuta te ad oleum chamæmelinũ cum oleo myrtino: aut oleũ in quo dissoluatur gũmi cupressi: aut quod sit factum cum folijs cupressi, & expressione eius, & tamarisci. Cumq; opus membri expleueris, considera an accidens conuersione fiat ęgritudo ipsa. Et an fiat causa sodæ profunda & fixa in capite. Et tu quidem cognosces materiam, & qualitatem, ergo fac quod scis. Et in illa quidem quę fit propter cõmunitatem [d] cruris, & habens eam sentit quasi aliquid eleuetur ex crure suo, oportet vt si illic sit repletio manifeste, phlebotometur saphena, aut vẽtosentur crura, & purgetur eius corpus cum stomatichon. Et si non fuerit ibi repletio manifesta, stringãtur duo crura vsq; ad inguina: & fiat fricatio in pedibus eius cum sale, & oleo de keiri.

D G.3. loc. af.c.7. fo.19.c.h B [d] Et si scitur locus ex quo incipit, cauterizetur, & administretur super ipsum medicamẽ vlceratiuũ vt vlceret & aperiat. Cura vero speciei factæ causa vaporum ascẽdentium ex membris corporis ad caput, si causa fuerint vapores ascendentes, est vt sumantur ante periodum fructus: ꝙ si nõ fuerint præsentes aqua frigida, quãuis sit ieiunus: & de fructibus cõuenientiora sunt cydonia. [e] Et coriandrum est ex eis quæ in ipsa iuuant: & est ex eis quæ prohibent eleuationem vaporum. Et similiter est dispositio eius quæ fit propter cõmunitatem hepatis. Et iuuant ad illud proprie diuretica, & emplastratio hepatis ex emplastris quæ materiam retinent. Cura autẽ speciei factæ propter cõmunitatẽ, cuius causa est debilitas stomachi, & proprie debilitas oris eius: ita vt suscipiat materias, & corrumpantur in ipso chymi: & illud ſm plurimum non excitatur nisi ſm vacuitatem, est vt deglutiat buccellas [f] infusas in aqua acrestæ, & aqua vtriusq; granati, & quæ illis sunt similia: aut in rob fructuum stypticorum boni odoris: et vt sorbeat sorbitiones panis, aut farinæ tritici torrefactę cum aliquo quod sit sicut granum granati, & similia. Cum enim hæc multiplicantur, confortatur os stomachi, & perseueretur in operatione illa, seu in operando illud. Cumq; nauseã inuenit æger, euomat choleram effusam, & quiescet. Et si stomachus cum hoc fuerit frigidus administrẽtur istæ res super aquas aspersa sint alefiniati boni odoris calida, & fiant ei iuleb cum alefeniati, & intingat buccellas in eo quod ex illo factum est ei. Et si acetositas & mordicatio non conueniunt ei, & excitant ipsius nocumentum, sit contentus buccellis in iuleb, aut puro: aut cum alefeniati ſm ꝙ eius est necessitas. Et hic homo multum iuuatur, si acceleret ante sodam deglutire buccellas, et sorbeat sorbitiones. Et cum sentit descensionem sui cibi, & digestionem eius, sumat aliquid de illis in quibus est stypticitas, sicut sunt buccellę panis in rob fructuũ, aut ipsos fructus, aut panẽ cũ † {casb,} aut oliuis. In ea autem quæ fit causa humorum in ipso, primum quod oportet, est vt incipiat cum purgatione, & post illud præcipe vt nutriatur cibis subtilibus facilis digestionis laudabilibus boni chymi, deinde declinet cum qualitate sua ad illud, quod est necessarium, & sint cum hoc in eis resolutio, & digestio, & solutio. Et si non inueniuntur laus, & generatio sanguinis boni compares generi alteri, eligat laudem & generationem boni sanguinis præ illis. Et melius illo est, vt sit post introitum balnei. Et istis quidem necessariũ est vt desiccentur ipsorum vapores. Et si humores sunt cholerici, cura cum eo, quod te docui in [h] canone cum curis, confortando cerebrum cum oleo rof. aut cum oleo myrtino. Si autem humores sunt phlegmatici frigidi, in quibus excitantur ventositates fortes, tunc administra vomitus qui sunt fortiores, & subtiliantia, & si non remouetur, hieras magnas cum decoctione epithymi. [i] Et ad illud quidem iuuat incisio duarum arteriarum temporis: aut duo cauteria leuia super tempora: ita vt non aduratur caput, sed sit cõstrictio super duas arterias. Et arterię quidem multoties extrahuntur, aut inciduntur, & cauterizantur. Et conueniens

E Ca.19.24.29. & lib.2.t.2.c.143.

F Ras.1.côti.t.21. c.1.25.1.

G † dactylis non bene maturis.

H T.1.c.29.

I Ca.36.

D cauterizatio est, vt arteria discooperiatur, & cauterizetur ipsa arteria, ita vt vestigium eius non cadat super cutem. Et cauteria quidem sunt, sicut acus ignitæ. veruntamen quantũ possibile est vitetur: & maxime in ęstate vitetur. Et oportet vt eius cibus sit sorbitiones, & nõ masticet aliquid vsq; ad decem dies. Et sit hora comestionis eius in æstate, frigida. Et oportet etiam vt non multiplicet sermones. Et similiter vt styptica super arterias adhæreant, cum quibus misceantur sarcocolla, & crocus. Et nos narrabimus illud in antidotario. Et quandoq; ponitur super [k] eas plumbũ, & stringitur cum vitta, vt non pulsent, & faciant dolorem: & [k] similiter lignum. Cauterizatio autem fortis quæ in istis dicta est, vt tria ponantur super medium capitis, & duo super duo tẽpora, & vnum super nucham apud posteriorem partem capitis. Et oportet vt alienetur vinum ſm omnẽ dispositionem. Si autem causa est vapores ascendentes ex stomacho: tunc est cura ſm omnia quæ pręcipimus in cura sodæ factæ ex vaporibus ascendẽtibus ad cerebrũ ex mẽbris alijs, & huius quidem generis est cura sodæ q̃ excitatur potu aquæ, hoc enim etiã fit, ꝑpter debilitatẽ stomachi. Et melior cura eius est, vt habens eã potet parũ vini odoriferi, & cõmisceat cũ eo aquã suã quam bibit: & vt non impediat stomachum. In regimine vero eius quę fit cõitate renũ, & mirac, & matricis, & reliquorum, sufficit quæ præmisimus in principio vniuersalium, & de soda febrium iam diximus.

K Ca.38

De cura

De cura grauitatis capitis. *Cap.* 34. E

AD ipsam iuuant euacuătia,& vsus,seu administratio[a]†{alsabiar.}Et si sanguinea fuerit,eius cura erit cum phlebotomia:de nde minuatur [b] vena frontis,& proprie si fuerit grauitas posterius:& etiam minuătur venæ [c]†{alhasesa,}& duæ arteriæ quæ sunt post aures,& proprie si fuerit grauitas in anterioribus.

De soda quæ nominatur ouum,&{*alcudæ.i.galea.*}*.i.Cephalæa.* *Cap.* 35.

HAec species soda nominať [d]ouum & [e]†{alcude}propter suam comprehnesionē super totū caput,& est soda cōprehendens mansiua fixa chronica.Cuius prauitas [f] excitatur omni hora,etiam à parua causa motus,& potationis vini,& receptionis vaporosi, & excitat ipsam vox fortis:& quandoꝗ excitat ipsam vox media,ita vt eam habens odio habeat vocem, & lumen, & permistionem cum hominibus:& diligat solitudinem,& tenebras,& quietem,& resupinationem.Et ipsi quidem diuersificantur in eo quod eos lædit ex causis prædictis.Quidam enim eorum lęduntur ab aliqua ipsarum,& quidam ab alia re læduntur: & sentit omni hora quasi caput eius [f] malleo percutiatur:aut attrahatur tractione aliqua,aut scindať scissione aliqua, & peruenit dolor eius vsꝗ ad radices oculorum.[g] Et G.quidem ponit allatorem huius ægritudinis, debilitatem cerebri, aut [h]fortitudinem sensus eius:& causa eius generatiua est humor malus,aut apostema calidum: aut frigidum quăuis ſm plurimum fit ab apostemate melăcholico,aut duro.[f]Et plurimum quidem fit in medio velaminis,aut extrinseci à craneo,aut intrinseci.& tu iam sciuisti,ꝙ quando causæ sunt apostema,aut aliud,& non est nisi in velamine intrinseco in craneo,sentitur dolor extēsus vsꝗ ad oculum,& qm̃ panniculus ille comprehendit neruum concauum, seu qm̃ panniculus ille terminatur ad neruum concauum,& extenditur pars eius vsꝗ ad pupillam.[f] Et cum est in velamine extrinseco sentitur dolor tactu manus:& patiens odit casum tactus laboriosi super eum.Et multoties contingit ab ægritudinibus antecedentibus,quæ debilitauerunt substantiă cereb i,& velamina ipsius intrinseca,& extrinseca, ita vt lædatur motibus paruis, qui sunt ex motibus corporis cibalibus,& vaporalibus,& motibus extrinsecis, & recipiat superfluitates lædentes. Medicorum [i] vero quidă non obseruant in ouo has conditiones:immo dicunt ouum,omnem dolorem comprehendentem super totum caput extra craneum,& intra. Et fit eius causa ex vaporibus stomachi, aut vaporibus capitis,aut materiæ,aut phlegmno in ipso cerebro,aut in velaminibus eius : & fit cum grauedine, & pulsatione:aut erysipila,et fit cum inflammatione, & mordicatione absꝗ multa grauedine:aut ab humoribus alijs,si non fuerit erysipila: & fuerit grauitas: & sint illic signahumorum frigidorū, & medicantur totum secundum modum suum . veruntamen nomen oui in veritate consuetum apud prudentes medicos,est secundum ꝙ est per conditiones prædictas.

De cura. *Cap.* 36. G

SI sciuerimus ꝙ illic est sanguis plurimus,et ꝙ est causa prima,aut causa motiua eius est sanguis phlebotoma.Q̃ꝫ si signa existunt,ꝙ humores sunt frigidi,& tempus ſm ægritudinem est elongatum:& tu iam administrasti in principio etiă quod repellit, tunc vtere embrocis ex aquis in quibus resoluentia modice sint calefacientia cū repercussione modica, & stypticitate: sicut flos [k]squinanthi,& [k]chamæmilla,& [k]menta, & reliqua quæ sciuisti in [l] canone : & gradatim procede ad fortiora.Et euacua cum eis quæ conueniunt, & administratio [m]pil.de aloe cū mastiche est de eis quæ multū conferunt in ea:& fiat illud in omni [n] tertia nocte,& vtatur [o] cochijs in euacuationibus suis si necessitas est,vt dentur eis fortiores:deinde sumant in potu decoctionem casiæ fistulæ cum quatuor auř. olei de [p] †{kerua.} Et scias ꝙ cum purgasti,superest tibi vt confortes cerebrum, & velamina eius cum aliquibus,quæ ipsum confortant,ex eis quæ [q]sciuisti.Et ex ipsis quidem sunt [n]odoramenta muschi,& ambræ,& camphoræ etiam illis cōmistę,& quandoꝗ permiscent cum eis aloē vt coniungant cum confortatione resolutionem. Et adhibe ei emplastra calida, & stuporem inferentia quæ[q] sciuisti.Cum ergo declinat,administra balneum,& emplastra confortantia.Dum autē in[l]principio perseuerat,& scis ꝙ materia est calida,tunc rege cum eo quod declaratum est,& sciuisti in canone regiminis cerebri et præcipue ipsum [r] potare medullam casię fistulæ cum oleo amygdalino diebus frequentibus, & quădoꝗ iuuat eos caputpurgiū cum [r] mumia in oleo viol.Et scias H ꝙ ouum cum prolongatur qn̄ꝗ conuertitur ad complexionem frigidam, quăuis sit à causa calida. Et scias ꝙ ouum antiquum temporale non eradicat, nisi quod est fortis resolutionis & calefactionis.Et quandoꝗ iuuat eos si fiat eis caputpurgium [r] ex troc. stellæ, & [s] †{scellita,} & diamuscho, & quæ procedunt cursu eorum, dissoluto quodcunꝗ eorum fuerit [t] in lacte lactantis puellam : & proprie cum dolor fit fortis,& vincunt vigiliæ.Phlebotomia vero [u] ex fronte,& cauterizatio arteriarum,& earum incisio in ouo seu in chude.i.galea fiat secundum ꝙ fiunt, in [x] soda antiqua. [n] Cibus autem sit quod non vaporat de eis quæ sciuisti,ita vt perueniatur ad [r] lentes cum [r] oleo amygdalino dulci, & similiter ius olerum. Et non est malum vt cibentur qui ex eis sunt infrigidati cum huiusmodi propter paruitatem vaporis eorum. Epithemata autem oportet vt declinent quădoꝗ ad illud,quod parumper stupefacit:sed sit maior intentio resolutio.Et ex istis quidem epithematibus est [n]opium,& [n] sanguis draconis & [n] crocus &[n]gūmi & fiat linimentum à tempore vsꝗ ad tēpus apud necessitatem indigentem stupefactione.Et ex eis est crocus,& gallæ,& troc.stellę.Nam cum ex illo linietur tota frons,erit iuuans.Et tu quidē reddi ad [y] antidotarium,& ad tabulas [z] medicinarum singularium.

De

A *De hemicranea.* Cap. 37.

A C.1.& Gal.2.de diffijs feb. c.11. e B Lib.3.loc.affe. c. 9.f.& li.2.de medi. cõpone.c.3.g.h C Gal.ibi. g D Gal.ibi. h

HEmicranea [a] est dolor in vna medietate capitis excitatus. [b] Et G.diffiniuit eam dicẽs ꝙ ipsa est ambulator medius:cuius quidem causa est intra craneum, & quandoꝗ est in panniculo cooperiente craneum:& plurimum quidẽ fit [c] in lacertis temporis. Quod autem est exterius, quãdoꝗ peruenit ad hoc vt [c] non toleret tactum. Et materię sunt peruenientes ad locum eius, [d] aut ex venis & [d] arterijs extrinsecis:aut ex [d] cerebro ipso, & [d] velaminibus eius:& eleuatur plurimũ illius ex via cõmissurarum. [d] Et qñꝗ fit ex vaporibus expulsis à toto corpore:aut membro illius partis. Et hemicranea quidem ẜm plurimum est habens [c] periodus. Et ipsa quidem non fit nisi ẜm dominationem humorum. Et non fit hemicranea quantitatem habens ex malitia complexionis singularis. Et illa quidem quæ fit ex humoribus, fit quandoꝗ ex humoribus calidis, & quandoꝗ ex humoribus malis frigidis:& quandoꝗ ex ventositatibus, & quandoꝗ ex vaporibus : & tu iam sciuisti [e] signa. Verũtamen inuenis cum frigida quietem cum calefactione, & extẽsionem propinquã, & cum calida, calefactionem tactus, & pulsationem in temporibus, & quietem cũ infrigidãtibus: & etiã quia cũ frigida sentitur frigus : & cũ calida sentitur calor, & illud apud vehementiã doloris.

E C.7.

De cura. Cap. 38.

F C.36.& Ga.2.de cõpo.phar.ẜm loc. c.3.h G T.1.c.19. H T.1.c.19.& lib. 4.Fẽ.1.t.2.c.7. I Ras.1.cõu.t.11. c.2.27.3. K Paul.lib.3.c.5. L Gal 2.decõpõ. phar.ẜm loc.c.3.b & Ras.1.cõti.t. 21. c.2.25.4. M Ras.1.cõti.t.21. c.2.17.2. N Li.3.c.4.90.10.

EIus cura est phlebotomia secundum ꝙ [f] sciuisti in ouo & reliquis, & proprie venæ frontis, & B temporis, & solutio, & clysteria, & attractio:& totũ cũ eo, quod cõuenit ipsi, ẜm ꝙ tibi pręceptum est in [g] canone. Et ex eis quidẽ quæ cõferunt calidæ, est [h] infusio aloes in aqua endiuię dicta in antidotario, cuius potio fit inter vnc.i.&.vi. Et in ipsa confert [i] phlebotomia frontis, & [k] venæ nasi valde. Cũ periodus adest, oportet vt purgeẽ corpus ante ipsum, & ꝑmuteẽ cõplexio post purgationẽ. Qꝫ si materia fuerit calida pones narcotica sup tẽpora, sicut opiũ, & cortices mãdragoræ, & anethũ & iusqamũ, & cãphorã, & infrigidabis locũ ẜm ꝙ sciuisti, de quibus dictũ est in canone. Et qñꝗ iuuant [l] ex incaustro scriptorũ linito sup partẽ, in qua est hemicranea. Et expithematibus frontiũ habentiũ hemicraneam est crocus, & iuuantur [m] ex emplastro facto ex ruta, & menta cum pane & vino, & oleo rosa. & similiter epithemate ex troc. [n] Pauli dictis in antidotario. Et similiter administratiõe emplastrorum de quibus est hoc, baccarum lauri, foliorum rutæ, amborum partes æquales, sinapis partem mediam:coniungantur cum aqua, & administrentur. Et quod magis confert ei, est certatum [n] factum ex cantharidibus, & positum, & dimissum, donec locũ vesicet:aut ex gũmi rutæ agrestis, qm̃ ipsum est vlceratiuum, & similatur seu appropinquatur iuuamentum cauterio. Qꝫ si materia frigida fuerit vehemẽtis frigiditatis valde, facies emplastrationem ex euphorbio, & sinapi, & pyrethro, & similibus. Aegritudo autem cuius tempus prolõgatum est, frigida est ẜm omnem dispositionem, & indiget resolutione, & quod calefaciat cum fortitudine. Et epithe-C mata quidem, & embrocæ, cõmunia, & propria hemicraneę, dicta sunt in antidotario:illa ergo administrentur. Cumꝗ epithemata administras, cum tu iam euacuaueris ex corpore, & purgaueris, [o] tunc procede inungendo lacertos temporis in parte doloris digitis tuis, & cũ mãdili aspero apud horam periodi, deinde lini. Et cum necessarium est stupefacere cũ dolor pulsatiuus fit fortior, tũc confert linire super arterijs in tempore, quod est coram loco, opium cum sarcocolla, & stypticis, & [p] stringatur plumbum, [p] aut lignum super ipsum decenter positum, vt prohibeat pulsationem fortem facientem dolorem pulsatiuum, quemadmodum ostendimus in his quæ [p] præcesserunt in canone de cauterizatione. [q] Quidam præterea medici narrauerunt medicamen hemicraneæ temporalis expertum iuuatiuũ, acceptum à muliere. Et illud quidem est, vt decoquãtur radices cucumeris asinini, & absynthium, in oleo & aqua donec dissoluãtur, & embrocetur pars dolorosa ex aqua & oleo calidis:& fiat emplastrum ex fæce : & mulier quidẽ illa quoties administrabat hoc, sanabat hemicraneam:siue esset cum febre, siue sine febre. [r] Et ex emplastris quidem, non est sicut emplastrum sinapis. Cumꝗ ægritudo prolongata est, fac emplastrum ex gummi rutæ agrestis. & corticibus radicis capparis, & squilla, & euphorbio tritis, & cõmistis cum vino odorifero : est enim medicamen magnum cõferens ei. [s] Et ex eis, quibus iuuantur, est vt incipiant, & ingrediantur balneũ, & multiplicent inclinationes super aquam calidam : deinde fiat eis caputpurgium [s] ex oleo fistici-D no:illud enim sopit dolorem illico. Amplius colligantur descriptiones scriptæ in [t] antidotario, & singularia declarata in [u] tabulis medicinarum singularium.

O G. 2.decõpõne phar.ẜm loc.c.3.h P C.33. Q Paul. lib.3.c.4. 89.25. R Ras.1.cõti.t.21. c.2.15.3. S Ras.1.cõti.t.24. c.2.18.4 T Lib.5. V Lib.2.

TRACTATVS III. *de apostematibus capitis, & solutione continuitatis eius.*

Sermo vniuersalis de [x] †{*karabito*}*qui est sirsem calidum.* Cap. 1.

X †De phrenitide Y Ga.4. de cã pul. c.14.b.& 2.de sym pto.cã.c.7.c. Z Fẽ.7.c.1.& li.1. F.2.d.1.sum. 1.c.5. & do.1.sum.2.c.18. & G.5.de phar. ppo. ẜm loc.c.8.e.f A Ras.1.cõti. t.18. c.2.21.2. & ser.t.1. c.20. B G.5.de pha. ppo. ẜm loc.c.8.e.f C 1.Fẽ.7. D † phrenitis.



DIcitur karabitus apostema calidum in velamine cerebri [y] subtili, aut grosso, absque corpore eius quãuis corpori ipsius quãdoꝗ accidat apostema. [z] Non enim est, quẽadmodum [a] quidam existimauit medicorum, ꝙ cerebrum ipsum non apostematur : sic ratiocinantes. Nam quod est lene sicut cerebrum, & durum sicut ossa, non extenditur, & quod non extenditur, non apostematur. Hic autem sermo est erroneus, & illud ideo, qm̃ lene viscosum extenditur, & [b] ossa etiam apostemantur. [b] Et G. illud cõfessus est. Et nos monstrabimus sermonem de eo in [c] capitulo dentium. Immo dicimus, ꝙ omne quod nutritur extenditur & augmentatur cum nutrimento. Et similiter est possibile ꝙ extendatur, & augmentatur cum superfluitate, & illud est apostema:sed quãuis cerebrum qñꝗ apostematur, tamen karabitus & [d] †{sirsem}est [d] nomen proprium apostematis velaminis cerebri, cum est calidum:licet in quibusdam locis quandoꝗ concedatur etiam dici de apostemate substantię cerebri, & iste est vsus

proprius

proprius huius nominis, verũtamen transumptum est ex nomine accidentis quod ipsum aposte- E ma comitatur: & est alienatio, & intellectus permistio cum caliditate adurente, & nomen vulgare, vel nomen cõmunitatis cadit super hoc accidens, & artificiale super hoc apostema. Et ista deriuatio, seu nominis transumptio est similis deriuationi, seu transumptioni nominis accidẽtis, quod est obliuio ad ægritudinem necessitatem ipsam, & causantem ipsam, quæ est sirsem frigidum: & cũ vsitatur sirsem vsu cõmunitatis vel vsu vulgari, tunc in eo ingreditur sirsem cerebri. Sirsem igitur cerebrale est hoc.[a] Quidam autem homines ignorantes linguas seu idiomata existimant, ꝙ birsen sit nomen huius apatis: & ꝙ sirsen sit leuius ipso: sed non est ita. Nam birsen est dictio persica: bir enim est pectus, & sen est apostema. Et sirsen etiam est persicum: sir enim est caput, & sen est apostema, & ægritudo. & sirsen quidem qñꝙ etiam cadit super permistionẽ rationis, & super alienationem factam [b] in febribus, & factam propter [b] humores in ore stomachi adustos, & super illam quæ qñꝙ fit propter apa in partibus capitis extrinsecis: aut in velaminibus extrinsecis. Et sirsem etiam qñꝙ cadit, seu dicitur de alienatione facta [b] cũ birsem, & est illa quæ fit cum cõmunitate velaminis [c] seu diaphragmatis, & apatum eius, & reliquorum lacertorum pectoris, et de alienatione facta cum apate [d] vesicę, & matricis, & stomachi. Et conuenientię quidem seu similitudini, aut cõmunicationi cadenti in hoc nomine inest diuersificatio descriptionum quas describentes ei attribuunt, sicut diuersificantur descriptiones describẽtium lethargiam, quæ est sirsen frigidum quod F nominatur obliuio. Sirsen autem verũ ſm vsum artificialem est illud quod diximus, & quandoꝙ apostematur [e] cum ipso substãtia cerebri etiam cõmunicatione & permutatione: & illud est vehementer malum perimẽs in quarto: ꝙ si ipsum pertransit, euadet. Et [α] plurimi quidem qui moriuntur ex sirsem moriuntur propter nocumentum in anhelitu. Et apostema hoc [f] habet loca diuersa secũdum partes cerebri diuersas: & qñꝙ cõmunicant in ipso duæ partes: & cõmunicant loca omnia, & plurimũ cum fit, non stat eius aduẽtus nisi in eo quod sequitur vacuitatem anteriorem, & in eo quod mediatur. Et eius quidem [g] principium est sanguis, aut [h] citrina cholera pura, aut rubea pura, aut [i] adusta trahens ad nigredinem, & est vehementer malum: & quasi non fit secũdum plurimum, [k] nisi à sanguine cholerico. non à sanguine puro, aut à cholera. Et quasi nõ finitur nisi sudore, aut [l] fluxu sanguinis ex naribus, & multoties apostematur velamen, & venæ quæ egrediuntur ex capite, ita vt existimetur ꝙ aperiantur cõmissuræ. Et illud quidem ex quo fit permistio rationis composita [m] ex fletu & risu, hora post aliam, est malũ: & cum est [n] permutatio ex peripneumonia, quoniam significat fortem calorem humoris. Et similiter si permutetur ad non verum, & [o] cum accidit vt perseueret grauitas in partibus capitis, & colli, deinde superuenit spasmus & vomitus vt ærugo æris viridis, moritur infirmus in hora sua: & prolixior mora eius est vnus dies, aut duo dies, si virtus fuerit fortis. Ex speciebus vero [p] karabitus, in qua maior est fiducia, est illa in qua G ęger [q] recordatur eius cum quo alienauit post alleuiationem suę febris. Et quando accidit ei [r] risus semper est significatio laudabilis. Et cum habens birsem patitur sachas, vel sachus, & euomit choleram rubeam, & est debilis, moritur ea die: aut fortis, & prolongatur duobus diebus. [s] Et nullus quidem visus est habens apostema in partibus cerebri, cuius vrina fuerit aquosa, qui euaserit. [t] Et karabitus quidem multoties resoluitur per hæmorrhoidas, cum fluunt. Et quandoꝙ infrigidatur, & [u] mutatur in lethargiam. Et quandoꝙ liberatur ab eo, & [x] cadit in hecticam, aut fit dæmoniacus. Et multoties permutatur non verum in verum. [x] Et senes quidẽ raro euadunt ab ægritudine karabitus. [y] Quidam vero medicorũ existimant ꝙ quandoꝙ accidit ægritudo similis karabitui absꝙ febre significans vacuitatem apostematis: dicunt enim, quoniam fit fortis inquietudo, et oscitatio, & habens eam non tolerat quietem, & fortasse saliendo ascẽdit parietes: & eius rixa & angustia fit fortis, & stringitur ipsius anhelitus, sitis eius. [y] Et cum bibit aquã, strãgulatur ea, & expellit ipsam. Et dicunt, ꝙ est pernecans ea die secundum plurimum: & quandoꝙ extenditur vsꝙ ad quatuor dies: & ab ea nullus euadit post illud: sed accidit vt ipsorum facies nigrescãt, & linguæ: & sint ipsorum oculi congelati: & dispositiones sint sicut dispositiones habentium angustiã vel fastidiũ: deinde ipsorum leniuntur motus, & cadunt eorum pulsus, & moriuntur. [y] Et plures [α] mortes ipsorum sunt cum strangulatione, & vides eos currentes, deinde vides post illud eos statim cadere, & H mori. Et dico ego non est longe quin causa in hoc sit propter communitatem cerebri cum aliquo membro nobili, sicut membro anhelitus, cum accidit ei spasmus magnus: aut corruptio alia, sicut strangulatio, & perueniat ad cerebrum, & permutet, & corrumpat ipsum, & permisceat intellectum, & faciat sitim propter desiccationem partium capitis, & gutturis.

De signis eius communibus. *Cap. 2.*

SIgna autem cõmunia speciebus ipsius veris sunt febris cõtinua fixa, quę augmentatur in meridie ſm plurimũ & alienatio superfluit qñꝙ, & abscindit alia vice. [z] Et abominatio loquelæ, et pigritia ab ea. Et [x] permistio intellectus. Et plurimũ horũ circa [a] quartũ diem. Et inquisitio extremitatũ. Et [α] extremorũ frigus, & agitatio. Et spiritus [x] agitatus non ordinatus: sed est [b] magnus. Et extẽsio [c] † {alserasif} ad superiora multa: & tremor mẽbrorũ cũ ipso, & ante ipsum nuntiat ipsum: & qñꝙ est cum eo somnus inquietus, & excitantur ab ipso & [d] clamãt, & qñꝙ dormiunt, & [e] qñꝙ vigilant: & est eorum [e] somnus ſm plurimũ agitatus: cõmotus cũ phantasijs, & [e] somnijs corruptis terribilibus. & eius excitatio est permista cum vocibus. [f] Et sunt illic inuerecundia, & [f] audacia, & [d] ira vltra consuetudinẽ. Et abhorrent radios, & auertunt se ab ipsis. Et agitanť seu inquietanť linguæ

A Raf. li. diuis. c. 6.
B G. 5. loc. af. c. 4.
C G. 4. de cã pul. c. 14. b
D Raf. 1. cõti. t. 18. c. 1. 21. 3.
E Hip. 7. apho. 50. & Raf. 1. cõti. t. 18. c. 1. 21. 1.
Infra α
F G. cõmẽ. 2. in 1. Hip. de mor. vulg. 19. g. & Aeti. lib. 2. ser. 2. c. 2.
G Paul. lib. 3. c. 6.
H G. cõm. 1. in 1. porrhet. hip. 1. d & 3. c.
I Paul. lib. 3. c. 6. & G. 3. loc. af. c. 7. b
K G. cõ. 2. in 1 de mor. vulga. 73. g. & cõm. 2. in. 6. 37. f. & de vtili. resp. c. 5. c
L Li. 4. Fẽ. 2. t. 1. c. 3. & G. cõm. 1. in 1. porrhe. 13. c & 3. de crisi. c. 3. e.
M Raf. 1. cõti. t. 18. c. 1. 20. 4.
N Hip. 7. apho. 12.
O Hip. 1. de mor. vul. 52. 53. 54. & G. ĩ cõ. 2. & 3. ď crisi. c
P G. de dĩijs sympto. c. 3. h
Q G. li. 4. loc. af. c. 2. f. & Raf. 1. cõti. t. 18. c. 1. 21. 3. G. opp. 2. de motu muscu. c. 6. b
R T. 4. c. 1. & hip. 6. apho. 53.
S G. 4. apho. 72. e
T G. 6. apho. 21.
V Raf. 1. cõti. t. 18. c. 1. 21. 1. & Aeti. li. 2. ser. 2. c. 3.
X Raf. ibi. 21. 1.
Y Raf. ibi. 2. 2.
Supra α
Z Oppo. li. 4. F. 2. t. 1. ca. 52. & Raf. 1. cõti. t. 18. c. 1. 21. 1.
A Aeti. li. 2. ser. 2. c. 2.
Infra α
B G. 5. loc. aff. c. 4. c. 4. g
C † Extremitatũ costarũ mendosa.
D G. cõ. 1. in 1. porrhet. Hipp. 6. h
E Raf. 20. 2.
F Raf. 1. cõti. t. 18. c. 1. 20. 3. d

A guæ eorum vehementer, et exasperantur, et dentibus mordentur ipsæ, et qñq; apostemantur. Et multoties abscindit eorum vox. Et desiderant aquã, et [a] bibunt ex ea parum, non multũ ex ea bibẽtes, et neq; ipsam etiam desiderant plurimum. [b] Et [a] plurimũ infrigidantur eorũ extremitates, absq; frigore extrinseco faciente hoc. Ipsorum aũt vrinæ sunt declinantes ad tenuitatẽ, et subtilitatẽ. Et ipsorũ pulsus sunt [c] duri ꝓpter essentiam apatis in membro neruoso, et est paruus propter duritię venæ et debilitatem virtutis coarctatæ, vel oppressæ à materia, & in pulsibus eorum sentit̃ virtus aliqua vsquequo appropinquent timori: qm̃ siccitas aggregat, & stringit: & sunt finis constrictionis, & principiũ dilatationis, velociores, & cũ sua serrinitate non euacuatur ab [d] vndositate quadam, qm̃ cerebrum est substantia humida. Et qñq; accidit pulsibus eorum, vt dilatẽtur aliquoties, & magnificentur propter necessitatem, & vt frequentes fiant, & diuersificentur in partibus situs vel positionis, & [d] tremant: & illud quidem est ex eis, [d] quæ nuntiant syncopim, nisi sit genus diuersitatis & tremoris quem faciant durities venarum, & fortitudo virtutis, qm̃ tunc non nuntiant illud. Et qñq; accidit pulsui ipsorum vt sit [d] spasmosus, & nuntiat spasmum. Cumq; vides signa ægritudinum acutarum, & febres prauas, & stringitur natura, tunc illud nuntiat sirsen, & est quasi ex nuntijs fortibus. Et præcedunt karabitus obliuio rei propinquę, & [e] tristitia sine causa, et somnia mala, & soda multa, & grauitas, & repletio. Et antecedunt ipsum ꝯm plurimum citrinitas

B faciei, & [e] vigiliæ prolixæ, & somnus inquietus. Et accidentia hęc fiũt fortiora dum materię perseuerant in itinere pueniendi ad caput: & reuoluunt̃ in venis suis, & subtiliantur. Et cum appropinquant ei, & biberit cerebrũ materiã, inueniunt principiũ [f] doloris in posteriore parte capitis apud locum, in quo est cõiunctio colli & capitis: & proprie in cholerico. Et cũ incidunt in ipsum, & apostematur cerebrum, desiccantur [g] primum oculi eorum vehementer: deinde accidunt [g] lachrymæ, & proprie ex vno oculorũ: & multoties accidit [g] vt venæ ipsorũ forti afficiantur rubedine: & qñq; succedunt [g] eis distillationes sanguinis ex naribus: & plerunq; fricant oculos suos. Et declinant ad quietem, & requiẽ in maiori parte corporis, nisi in manibus: qm̃ cum eis fortasse inquirũt, & [g] colligunt villos: & fit illud plurimum cum [h] clausione oculorum. Et qñq; fit cum [e] intuitu pupillæ in vno loco sicut iratus, & [i] furiosus. Et qñq; pigri fiunt in loquendo ordinate non addentes sup motum linguæ. Et qñq; accidit eis distillatio vrinę cum cognitione ipsorũ, aut absq; cognitione, et est in febribus de significationibus fortibus, ꝙ sirsem est præsens. Et obliuiscunt̃ doloris, si est in mẽbris ipsorũ: immo si aliquid de mẽbris ipsorum dolorosis impetuose tangit̃, non percipiũt ipsum. [k] Nos vero addimus, & dicimus, ꝙ qñ apostema fit in parte anteriore corrũpit imaginationẽ: cum ergo est illud, incipiũt colligere villos ex vestibus & paleas, & quæ sunt similia illis ex parietibus: & imaginantur aliquas phantasias, quę non inueniuntur. Q; si sit in medio corrũpit cogitationẽ,

C & turbat̃ in eo quod agit. Et loquitur cũ alienatione plurima. Et cũ cadit in eo, quod est coram posteriore, obliuiscitur eius, quod videtur, & agit in dispositione ita, vt qñq; petat aliquid, & præsentetur ei, & non recordetur se quæsiuisse illud: & [l] plurimum petat peluim vt mingat in ipsa, & ponatur coram ipso, & obliuiscat̃ eius. Si aũt apostema comprehendat super partes oẽs apparẽt hæc oĩa signa: & si cum eo apostemet̃ cerebrum, rubea fit ipsius facies, & oculi: & exeũt oculi exterius vehementer, & fiunt rubei, si materia faciẽs apostema sit sanguis: aut citrini fiunt, si materia faciẽs apostema sit cholera pura. Factũ vero ex humoribus propter cõitatem, significat euentus eius subito: & consequentia malitiæ dispositionis membri alterius, & [m] paroxysmatio cum paroxysmis vehementiæ eius diminuitur cum diminutione dispositionis alterius, & augmẽtatur ipsius augmentatione. Et factũ à sirsen cerebri, accidit [m] paulatim paulatim: & perseuerat seu est cõtinuum. [m] Et signa sirsen veri antecedunt: deinde accidit ægritudo. Non verum autẽ præcedunt ægritudines aliorum membrorum, deinde apparent signa eius. Factum autẽ ex partibus velaminis distinguentis, & [n] lacertorum pectoris, antecedunt signa birsen, & pleuresis, quæ sunt dolor pũgitiuus in latere apud anhelitum: & strictura anhelitus, & pulsus serrinus, & tussis primo sicca, deinde humectatur ꝯm plurimum, & expuit: & fit cum febre continua. cuius plurimum caloris tẽdit ad partes pectoris: & in vero tendit ad partes capitis, & [m] multiplicat̃ sensatio tensionis in [o] †{serasif}ad

D superiora, & appropriat̃ ei sensus doloris supra summitatẽ capitis non cõprehendens totum. [m] Et nõ fiunt signa prædicta eius in eo, quod præterijt, fortia, & multa: & [m] eius spiritus fit diuersus: debilitatur. n. qñq;, & fit frequẽs, et magnificatur alia vice, et fit ei similis: et fit paruus, et debilis plus. Et fit qñq; sicut anhelitus habentis irã fortẽ. Sed in karabito vero fit anhelitus maior, ĩmo fit [m] maximus. Et duo quidẽ sirsen cõicant in fortitudine pmistionis ĩtellectus. Verũtamen sirsen sequẽs differt à sirsen vero in hoc, quod sequit̃ in [p] fortitudine sua fortitudinẽ febris, et alleuiat̃ cũ alleuiatione feb. [q] Cum eo aũt quod fit ꝓpter humorẽ in ore stomachi, sentit mordicationẽ in ore stomachi, et nauseam, et sitim, et amaritudinẽ oris. Et factum propter apostemata membrorum aliorum scitur ꝓpter illud, quod apparet de dispositionibus eius. Qm̃ dum non sunt apparentes, plurimæ earũ, vel manifestæ non ducunt ad pmistionẽ intellectus, et sirsen manifestũ. Et nunc quidem rememoremur signorum specierum veri sirsen. Dicemus ergo, ꝙ primũ signorum facti à sanguine est, ꝙ plurimum accidentium eius prædictorum cõmunium, [r] accidit cum risu: et accidunt ei distillationes [r] sanguinis ex naribus: et magnificatur [r] eius spiritus: et lachrymant̃ oculi eius, et lippitudinem patiunt̃: et non sunt vigiliæ, quę accidũt ei cum hoc supflue: et [r] asperitas linguę in ipso tendens ad rubedinem decliuem ad nigredinem: deinde nigrescit, et fit lingua in ipso grauis: et qñq;

A Ras. i. cõti. t. 18. c. 1. 21. 2.
B Ras. 21. 3. Supra &
C G. ď pulſ. ad tyr. c. 11. fo. 45. g, & 4. de cã. pul. c. 14. a. b
D G. ď pul. ad tyr. c. 11. fo. 45. g
E Ras. 21. 1.
F Alex. lib. 1. c. 13. de notis futuræ phrenitidis.
G G. 5. lo. af. c. 4. g
H G. ď coma. c. 2. a
I G. pmẽ. in primũ porrhe. 17. a
K G. de dif. symp. c. 3. b, & Aet. li. 2. ser. 1. c. 2. & G. 4. loc. aff. c. 2. d. e
L Ga. & Ras. 20. 2.
M G. 5. lo. af. c. 4. h
N Fẽ. 10. t. 4. c. 2.
O † extremitate costarum spuriarũ
P G. bif. & Ra. 1. 1. 18. c. 1. 20. 4.
Q Ras. 21. 1.
R Paul. li. 3. c. 6.

pigrescit à locutione propter grauitatem linguæ:& sunt phantasiæ eius quas videt rubeę:& venę E frontis,& oculorum eius sunt plenę.[a] Et accidit eis frequentia sedendi,& standi absq; necessitate, quam inde habet. Quod autem fit ex cholera rubea pura, vigilare plurimum facit: & exiccantur cum eo oculi valde:&[b] exasperatur lingua fortiter,& citrinatur prius, deinde nigrescit: & febris fit fortis:& multiplicatur operatio ociosa in tergendo oculos. Et imaginantur quædam tendentia ad citrinitatem:& ingreditur in mores eorum rapacitas,& malignitas,& audacia in disceptando, & est quasi in forma eius, qui vult pugnare,&[a] attenuantur nares eorum, & proprie ipsarum extremitates:& accidit eis in[a] frõtibus suis attractio fortis ad superiora. Eius autem quod fit ex cholera adusta, et est illud, quod est malum pernecans, signa sunt, q; plurimum accidentiũ accidit cum dæmonio,& rixa:& anhelitus magnificatur:& magnificatur inquisitio extremitatũ: & sunt oculi eorum conturbati,& similis est sibare,& est quasi ipsa. Signa vero permutationis eius sunt ista. Nam si permutatur in lethargiam,& illud est, quod in eis magis speratur, tunc vides oculos profundari,& clausionem continuari & saliua currit,& pulsus tardatur, et lenis fit. Signa vero permutationis eius in[c] †{scaculos,}& ad apostema cerebri, sunt quòd apparent scaculos signa:& occultatur nigredo oculorum,& apparet albedo quandoq;,& non diligit dormire vel iacere nisi resupinus,& inflatur venter eius. Et extenduntur[d] †{serasif} eius, et multiplicatur iectigatio membrorum eius.[e] Et signa permutationis eius in hecticam sunt profunditas oculorum, et sedatio febris, F & extenuatio corporis,& paruitas pulsus & durities eius. Signa vero permutationis eius in spasmum nos afferemus in[f] capitulo spasmi.

A Ras.1.cõti.t.18. c.1.20.4.

B Ras.20.3.

C† apostemai cõcauitatibus arteriarum cerebri,

D† costarum spiriarũ extremitates

E Ras.ibi.21.1.

F Fé.2.c.6. i fine.

De cura specierum eius. Cap. 3.

COmmunis quidem cura specierum eius verarum est phlebotomia[g] ex cephalica, & extractio sanguinis conueniens, immo multa valde. Et sit festinatio ad illam immediate cum incipit alach talach, idest permistio rationis si non prohibeat ab hoc prohibens forte. Et oportet vt fiat eius phlebotomia cum cautela in cognoscendo dispositionem ipsius ex syncopi, si cecidit in ipsam, aut sit ei vicinus,&[h] retineatur sanguis cum syncopis adest propinquitas & ingenietur in cognitione illius. Nam in eis non apparet dispositio euasionis à dispositione syncopis multum manifeste: sed pulsus quandoque significat ipsam: nam cum tremit,& descendit,& diuersificatur absque ordine, ita vt inuenias vnam magnam,& aliam paruam, significat propinquitatem syncopis. Et oportet vt sit cautela in ligatione vittę super ipsam, ita vt sit firmata, quam motus ipsius,& agitatio irrationabiles non soluant: quandoq; enim soluit eam,& eijcit per seipsum propter imaginationem corruptam ducentem eũ ad illud. Deinde post hoc phlebotoma venas frontis si virtus fuerit fortis,& fecerit oportere illud dispositio,& fortitudo ægritudinis.[i] Quòd si virtus & dispositiones non consentiunt, vt fiat phlebotomia eius vniuersalis,& ex manibus eius, aut non est G tibi possibile habere manus eius,& quòd additur ei ex hoc ducit ipsum ad inquietudinem & rixam fortem, tunc phlebotoma eum in fronte.[k] Et pone super caput eius in principio oleum ros. cum aceto infrigidatum niue,& reliqua, quæ numeraui tibi ex expressionibus infrigidantibus. Et cholericus quidem iuuatur, si fiat capiti eius[l] emplastrum ex folijs[m] †{alhauleich} valde.[l] Et fac eum quiescere in domo temperata in aere puro, in quo non sunt picturæ, neque formæ. Nam ipse diligit intueri imaginationes earum,& illud est ex eis, quæ lædunt cerebrum eius, & velamina ipsius cerebri.[n] Et oportet vt in domo eius,& iuxta ipsum, sit multitudo redolentium frigidorum, sicut nenufar, viola & rosa,& cãphora, quæ numerauimus tibi in canone.[o] Et associa ei amicos suos prudentes sibi charos,& misericordes eius:& ex quo verecundetur,& cesset propter ipsum à sua permistione,& agitatione, quæ ei nocent.[p] Et stude vt ipsum facias dormire, & vt fiat hoc, aliquid[q] opij duobus cornibus frontis eius appropinqua, et naso ipsius, si virtus est fortis: & si non, caue quoniam illud est perimens: immo sine opio sis contentus. Sed administra, quod sit sicut[r] syrupus de[q] papauere: & fac emplastrum capiti eius ex lactuca:& da ei in potu semen papaueris cũ aqua hordei. Verũtamen rectius est vt expellas vel prętermittas phlebotomiã, si tolerat id hora:& non fuerit in tardatione eius timor, fac illud in principio duobus diebus, aut tribus. Amplius cum phlebotomatur[h] non fiat phlebotomia vltima, seu superflua quantũ est possibile, H vt remanet in corpore sanguis quo confortetur natura in pugna cretica, et in priuatione cibi si fecerit hora illud oportere. Et postq̃ phlebotomaueris eum: tunc oportet vt ipsum[s] clysterizes clysteri valde leni, sicut oleum ros. cum aqua hordei,& aqua,& oleũ: q; si eges eo, quod sit fortius hoc, postq̃ sit in gradu lenitatis fac: et trahe materiam ad inferiora omnino. s.[t] fricatione pedum, & eorum compressione, et fundẽdo super[v] eos aquam calidam: immo ligando, et stringendo, et ponendo[v] ventosas super eos, et proprie in dispositione[v] declinationis febris, et ante vehementiam eius si adest ei illud. Et quandoq; oportet in principio ægritudinis apponere ventosas super chael. i. inter spatulas. Et primo incipe nutrire ipsum cum vltima subtiliatione cibi, ita vt sis cõtentus secaniabin zuccarino: deinde post hoc die vno, aut duobus p̄muta ipsum ad aquã hordei subtilem cũ secaniabin, deinde ad grossam, et considera in hoc virtutem et ægritudinem: et quoties videris accidentia ægritudinis fortiora, incipe in principio à subtiliatione cibi multa, nisi virtutis casus timeat. Tunc. n. nutriatur:[i] et aliena eos ab aqua vehemẽtis frigoris, proprie si fuerit in velamine distinguẽte ap̃a, aut in visceribus. Et sicut videbis ægritudinẽ declinare, gradatim ĩ nutrimento p̄cede, aut ex ipso adde, et pone vt ipsum sit ex[x] cucurbita, et herbis frigidis, et[x] almes, et granis frigidis:

G Gal.13.met.h.c.21.e,& Haly.5.pra. c.13.

H Aet.lib.2.ser.2. c.2.

I Paul.li.3.c.6.

K Gale.13.meth. c.21.e,&.2.loc.aff. c.8.fo.13.h,&.3.de simp.med.fa.c.9.c

L Ras.1.cõti.t.18. c.2.22.4.

M† rubi

N Ras.23.1.

O Ras.1.cõt.t.18. c.2.22.3. i tribus locis,&.4.&.2.

P G.13.met.c.21.e

Q G.de the.ad pi. c 10.b

R Ras.ibi.22.1.

S Ras.ibidẽ.22.2. &.3.

T Pau.& Ra.22.2.

V Ras.22.2.

X Ser.t.1.c.23.

A† cibus ex carne & pisce, B Ras.I.côti. t. 18. c.2.13.1.

A frigidis:aut [a] †{asfidbagie,} aut acetosum cum fructibus frigidis:& in hac hora iuuantur [b] pane similæ infuso in aqua frigida, [b] & iuleb infrigidato cum niue vehementer. Et oportet quidem vt in principio administres repercussiua pura, nisi sit de genere magni apostematis ex quo apostemantur venæ, quæ egrediuntur ex capite cum communitate velaminis: illic enim oportet te incipere ab eo in quo sit parum mollificationis,& sedationis doloris, deinde styptica. Et festina ad clysteria festinatione vehementi: deinde administra secundum plurimũ embrocas infrigidantes, non cum stypticitate. Et misce in eis parum papaueris, vt dormire facias,& parum chamæmillę etiam vt resistat papaueri,& resoluat resolutione modica. Cumq; ægritudo fuerit finita his medicaminibus, & remanserit alienatio, tunc [c] mulge super caput lac ex vbere,& mamilla, si virtus quidem fuerit, lac mulierum. Et omni mulsioni moranti super ipsum vna hora fac succedere ablutionem, cum embrocis æqualibus, in quibus ponantur violæ & radices lilij, & chamæmilla cum reliquis infrigidatiuis, sicut videbis in antidotario: quòd si ęgritudo prolongatur,& non remouetur medicinalibus istis: aut fuerit grauis similis [d] †{subet,}& pertrãsierit terminum principij: et quies in ea fuerit maior motu, tunc aliena ei ea, quæ vehemẽter infrigidant,& proprie papauer:& adde ei in embrocis, tunc post septimam, sisymbrium,& [e] †{saudenegi,}& [f] rutam,& expresſionem [f] mentæ, & melilotum:& pone super caput mucilagines seminis [f] lini cum oleo & aqua,& vnge vehementer corpus cum oleo calefacto asſidue. Cumq; volueris, quòd [f] virtus conseruetur post longitudinem ægritudinis,& postquam pertransierit septimanam,& quod est supra ipsum, tibi inest vt potes ipsum parum vini permisti. [h] Et multoties accidit eis vomitus, & iuuantur eo. [h] Et quandoq; potantur quidam ipsorum aqua permista cum oleo frigido humido,& fit ipsorum vomitus facilis,& humectat eos. [f] Et cum non mingunt propter defectum intellectus, & debilitatem sensus, inunge eorum vesicas cum oleo tepido:& melius est oleum de oliuis. Aut embroca ipsos cũ aqua calida,& [c] aqua in qua cocta sit chamæmilla: [f] deinde super eas comprime, donec vrina prouocetur. Et sis solicitus cum hoc ex eis omni hora:& [f] comprime vesicas eorum in omni hora sperãs in ipso vrinam prouocari. Si autem illud non respondet, administra embrocas, secũdum quod dictum est. Et oportet vt stringas eos, [f] ligando, si inueneris eos multiplicare permutationem,& agitationem:& læduntur ab eis vehementer,& proprie cum phlebotomas eos, & scissura nondũ est consolidata. [g] Amplius cum procedunt in declinatione, et exitu à fortitudine ęgritudinis plurimo exitu reges eos regimine conualescentium,& adhibe eis [h] †{alargiuhat} leues. Et aliena ipsos ab aeribus,& ventis malis,& calidis,& ab aere, seu vento vehementer calido, & [f] sole vt non incurrant recidiuam. Cum vis autem eos balneare balnea ipsos in aquis dulcibus [g] balneationibus leuibus vt [α] facias eos dormire: nam in [i] dormitione eorum consistit iuuamentum plurimum. Et ciba eos carnibus leuibus. Et hic quidem est sermo vniuersalis in cura ipsorum. Eius vero, quod diuersificatur, aliud est cholericum, aliud sanguineum. Cholericum enim indiget in sui cura eductione choleræ cum solutione plurima,& phlebotomia minore. Et sit quod soluẽdo educit choleram ex eo potus ex lubricantibus subtilibus prædictis expurgantibus sanguinem: & tibi inest vt ponas in eis fumum terræ, si sciueris, quòd natura obediens sit secundum omnem dispositionem. Et quandoq; ponunt in eis scamoneam. cum confidunt de obedientia naturæ secundum consuetudinem ægri. Et cholericus cum phlebotomatur, non consequatur propinquitatem syncopis. Sed phlebotometur phlebotomia conuenienti cum cautela inde habita, deinde solutione euacuetur. Et etiam conueniens est vt ponas cibos eius frigidos & humidos. Cibi autem sanguinei sint frigidi:& pertransit vt sint styptici, quando facta est euacuatio ex solutione,& clysteribus. Et cibi sint sicut qui fiunt cum acresta,& [k] †{ribes,}& granatis,& cydonijs,& pomis. Cholerico autem non conueniunt isti: sed qui sunt, sicut qui fiũt ex cucurbita,& alcheschie. i. ferculo facto ex hordeo excorticato,& qui fiunt ex spinachijs,& atriplicibus,& almegie,& est qui fit ex [l] †{almes,}& similibus illis:& eorũ acetositas fit ex aceto,& zuccaro: aut ex prunis,& quæ sunt illis similia. Et scias, quòd cholericus indiget extinctione plus,& sanguineus resolutione plus, & in cholerico non timetur ex infrigidatione totali illo timore, quo timetur in sanguineo,& [m] non alienetur aqua frigida totali illa alienatione. Et [α] oportet vt plurimum sis solicitus ĩ somno ipsorum: & illud erit sicut embrocæ humectantes,& cum administratione oleorum, sicut olei lactucæ, et cucurbitæ, et quæ ipsis similantur, faciendo caputpurgium. Et in cholera, quæ est [n] adusta multiplicetur studium cum humectantibus, et cum administratione enematum infrigidãtium, et humectantium in eis, quantum posſibile est.

C Ser.t.1.c.20. D† sopori, E† serpillum, F Paul.lib.3.c.6. G Ras.ibi.22.3. H† motus qb' vtũtur pueri. i. viscolo. Infra α. I Halya.5. pract. c.13. K† acedula, L† ferculo facto ex granis similibus faseolis, M Ras.li.diui. c.6. Supra α. N Ras.1.con.t.18. c.2.22.4.

De {phlegmone accidente ipsi substantiæ cerebri} .i. Inflammatione cerebri. *Cap.* 4.

O Paul.li.3.c.7. P Aet.lib.2. ser.2. c.4.

PLurimum quidem accidit ex sanguine putrido apostemante cerebrum. [o] Et qñq; separat cõmissuras et rarificat rete mirabile, et existimatur caput cum ea disrũpi, et scindi, et [o] dolor cum ipsa fit fortis, et [o] oculi fiũt rubei exeuntes valde: et pomi maxillarum valde rubescunt: et qñq; accidit cum ea spasmus: et qñq; accidunt [p] vomitus, et nausea propter cõitatem stomachi: et declinat̃ ad resupinationem valde, ſm contrarium consuetæ resupinationis, et ſm diuersitatem ordinis: et est ſm plurimum pernecans in tertio: si autem ipsum pertransierit, fiducia habetur. Et scias, ꝙ ęgritudo non est vehementer praua: alioquin membrum non toleraret ipsam cum hac essentia, et cũ hac sublimitate. Et ipsius quidem cura, est cura sirsen, et fortior. et confert ei phlebotomia venæ, [p] quę est sub lingua vehementer: et illud post phlebotomiam venæ cõis, et venarum aliarum.

De {erysipila et impetigine accidētibus in cerebro et ysacro}.i. Erysipelate,& igne sacro cerebri. *Cap.5.* E

QVandoq; etiam accidunt in ipso cerebro erysipila & [a] †{ysacro.} Et fit [b] dolor fortis,& [b] inflammatio vehemens.[b] In facie vero quādoq; accidit frigus propter occultationem caliditatis,& citrinitas propter illud,& proprie in oculis:deide calefit subito,& rubificatur: Veruntamen s̄m plurimum fit tendens ad citrinitatem,& frigus: & est siccitas vehemens in ore. Et cum eis non est tantum ex subet,quātum accidit in phlegmone: verūtamen accidentia in eis sunt terribiliora:et febris est fortior. Et earum cura est cura sibare. Et plurimum eius pernecat in tertio, Si autem non interficit in tertio,euadit. Et pueris quidem qn̄q; accidit erysipila in cerebro,& profundātur cum ipsa sinciput & oculi,& minoratur oculus,& desiccatur totum corpus. Medicētur ergo [c] ex vitello oui cum oleo ros. infrigidato,& permutato oī hora:et cū expressionibus et herbis humidis,& frigidis sup caput,ꝑprie cū cucurbita,& corticibus melonis,et cucumeris [d] †{ }

A† ignis sacer.
B Paul.li.3.c.8.
C Ras.1.con.t.11. c.2.22.4.
D† anguinalis.

De sibare. *Cap. 6.*

DIcitur sibare dæmonium superfluum,accidēs cum sirsen calido cholerico, ita vt homo cum hoc,quod habet sirsen,alienet habens dæmonium inquietum iracundum. & cum karabito quidem puro fit alienatio,& rationis permistio,et non est cum ipso demonium,si autem est demonium,est sibare:& est etiam quasi mania composita cum karabito:sicut karabitus est quasi melancholia composita cum apostemate calido & febre. Et multoties quidem antecedit in ipsa dæmonium:deinde succedit ei apostema,& febris. & nō fit sibare nisi cum karabitus est à cholera rubea pura & adusta. Nam cum ipsa ad cerebrum est expulsa,& fecerit accidere demonium in principio sui aduentus,vel suę applicationis,& cum ipsa,aut post ipsam acciderit apostema,tunc fit causa sibare. In karabito autem est dæmonium accidens ab apostemate. Et in sibare apostema & dæmonium proueniunt simul à materia,neq; vnum eorum est causa alterius: & si quandoq; fiat vnumquodq; ipsorum causa additionis alterius. Cumq; sibare incipit apparere, vigiliæ sunt prolixæ, & somnus inquietus,& timor est in somno, & saltus, & spiritus magnus frequens, & obliuio, & responsio non similis interrogationi. & oculi rubescunt,& ipsorum agitatio adest, & grauitas est in eis,& sunt ambo oculi quasi chiditan. & quandoq; est in eis, secundum q; diximus citrinitas: & fit illic sensibilitas extensionis apud [e] †{alchafa,} & dolor propter eleuationem vaporis: & fit etiam in eis cursus lachrymarum inuoluntarie ex vno oculo. Deinde cum sistitur ægritudo,induratur febris,& exasperatur lingua,& siccatur: deinde in postremo ipsius quiescunt motus palpebrarum propter debilitatem:& grauitas motus peruenit vsq; ad motum palpebrarum: & remanet ex dæmonio alienatio intercisa,cum defectu sermonis,& paucitate ipsius:& secundum plurimum permutatur vel declinat ad collectionem villorum & palearum. Et in pulsu fit augmentum debilitatis,& minorationis,& durities propter siccitatem. Et quandoq; fit sibare, quæ non est simpliciter pura:quare ipsorum dispositiones diuersificantur in sermone,& memoria,et motibus:plerunque enim fiunt ordinati,& plerunque inordinati. Et ipsius quidem cura est, cura sirsen cholerici cum additione in humectando multa:& oportet vt extremorum ligatio assiduetur.

F (margin, beside "dæmonium:deinde")
E† locum eleuatū super nocram,
G (margin, beside "pura:quare")

De lethargia,quæ est sirsen frigidum,cuius interpretatio est obliuio. *Cap. 7.*

LEthargia dicitur apostema phlegmaticum factum intra craneum, & est sirsen phlegmaticū, [f] Et plurimum quidem eius fit in meatibus substantiæ cerebri,absq; velaminibus, & ventriculis,& substantia cerebri:quoniam phlegma raro congregatur,et penetrat in panniculos cerebri propter ipsorum duritiem,neq; in substantiam cerebri propter ipsius viscositatem: Sicut etiā pleuresis s̄m plurimum est [g] cholerica,& raro fit phlegmatica propter paruitatē penetrationis phlegmatis in substantiam sifachiam.i.sifac neruosum durū. Licet sit possibile vt fiat illud in paucis ambarum:possibile est enim vt cadat hoc apostema in substantia cerebri: et in eius velaminibus. Et hæc quidem ægritudo nominatur nomine accidentis. Qm̄ interpretatio lethargiæ est obliuio. Et hanc ægritudinem committatur obliuio:et propter nomē eius errant in ipsa [h] plures medicorum ignorantes,q; intentio in ipsa est ægritudo facta ex apostemate frigido: existimant, q; hæc ægritudo in seipsa sit obliuio. Et quāuis quidam medici sunt,qui nominant lethargiam omne apostema frigidum in cerebro,siue sit melancholicum,siue phlegmaticum: verūtamen plures antiquorum phlegmaticum hoc nomine appropriauerunt:et tuum est vt in ipso nomines vtrūq;. Et huiusmodi quidem ægritudinis materia propinqua est materia [i] †{sedar,} sed est vehementius cōfirmata. Et hæc ægritudo generatur ab omni,quo generatur humor phlegmaticus,et in quo sunt vaporatio,et putrefactio. Quapropter plurimum generatur à comestione ceparum. Et generatur ex repletione nimia stomachi,et multitudine potus:et multitudine comestionis fructuum.

F G.4.de cau.pul. c.13.h,&.13. meth. c.20.f,& Paul.li.3. c.9.
G Fē.10.t.4.c.1.
H Ser.t.1.c.17.
H (margin, beside "frigidum in cerebro")
I† somnolentiæ,

De signis eius. *Cap. 8.*

SVnt [k] soda leuis,et febris lenta:necessaria enim est febris in omne apostemate facto [l] ab humore putrefacto. Et propter hoc separatur à subet:veruntamen ipsa est lenta, quoniam materia est phlegmatica. Et hæc quidem febris quandoque non sentitur cum ea:et fit cum ea [m] subet grauis. Sicut enim habens eam,aperit oculum,sic claudit: et fit cum ea obliuio; et anhelitus est [m] rarus,et tardus,valde debilis. quasi ipse anhelitus sit cum strictura pauca, et cum sputo, et multa [l] oscitatione,et [l] apertione oris,et ipsius clausione:et quandoque remanet eius [m] os post oscitationem apertum propter obliuionem,quòd oporteat eum ipsum claudere, et propter pigritiam ab ea:et si velit ipsum claudere:et adest ei singultus propter communitatem stomachi: Et albedo in

K T.2.c.1. & G.9. de simpl.medi.fac. 80.c.d
L Haly.9.the.c.5.
M Paul.li.3.c.9.

A Paul.li.3.c.9. B Haly.9.the.c.5.

A lingua:& [a] pigritia in responsione,& in motu palpebrarum:& commistio intellectus.[b] Et egestio secundum plurimum est humida,& si siccatur,siccatur leuiter,& temperate.& vrina [a] est sicut vrina asinorum.Et quandoq; accidit [a] ei tremor,& [a] sudor extremitatum.Et sunt cum diuersitate habentium karabitum.Ipsi enim in lectis suis descendunt: karabitum vero habentes ascendunt,& pulsus ipsorũ sunt [a] magni multum [a] rari [a] tardi vermiculares [c] vndosi,similes pulsibus peripneumonicorum.Verũtamen sunt minoris latitudinis,& longitudinis,& [c] tardiores & fortius rari,& minoris diuersitatis:qm̃ nocumẽtum cordis ab ea factum,est minus.[c] Et cadit in pulsu eius cadẽs in medio plus:qm̃ virtus vitalis in ipsa est sanior,& febris cum ea est minor propter lõgitudinem ipsius à corde.Sed eius obliuio est maior,qm̃ materia hic est in ipso cerebro,& in peripneumonia eleuatur ex apostemate pulmonis,q; si [d] melancholicum dicatur lethargia tunc eius signa sunt,q; dolor fit fortior,& fiunt cum ea rixa,& alienatio,& [e] oculi suñt aperti intuentes in vno loco.Et cũ lethargia est in substantia cerebri,subet est fortior:& difficultas motuum est maior:& albedo linguæ est in ipsa valde vehemens:& oculi ad exitum tendunt:& difficultas motus,& dolor ad lassitatem tẽdunt.Si autem est in velaminibus,dolor est fortior,& motus sunt leuiores.[f] Et accidit in eis multoties retentio vrinę propter obliuionem,& propter debilitatem lacerti vrinalis.Ex signis autem incessus hominis ad lethargiam,est multitudo tremoris capitis cum pigritia,& grauitate.

C G.4.de cau.pul. c.13.a.& Pau. C Gal.ibidem. D Catalepsis Gal. 2.apho.3. E G.4.loc.aff.23.a F Aet.li.2.ser.2. c.4.

B Cumq; fortiora fiunt accidentia lethargiæ,& multiplicatur sudor valde,est tũc perimens: propterea,q; sudor deijcit virtutem.Et cum anhelitus dilatatur,& fit bonus,et declinant accidentia,tunc tendit ad salutem:et proprie si apparent apostemata post aurem:plurimum.n.crisis eius,fit p eam.

De cura. *Cap. 9.*

SI non fuerit,quod prohibeat [g] phlebotometur prius,deinde administra eis clysteria acuta,& attrahatur materia ad inferiora.Et fac eum vomere cum penna sinapi,& melle illinita.Et fac eum quiescere in [h] domo luminosa.Et prohibe ipsum ne in subet profundetur assidue excitando ipsum.[i] Et in principio ei repelle materiam cum oleo ros.& aceto.Deinde post duos dies à principio sui,misceatur eis [k] castoreum:& ponatur acetum,quod sit [l] acetum squilliticum,& non potes aqua frigida ipsum nisi parumper,& in principio proprie:& apud statũ eius,& proprie in fine sui,& prohibe illud:deinde [m] inunge corpus eius oleo,& nitro,& semine [l] vrticæ,& semine laureolę,& [n] pipere,& [m] pyrethro,& similibus:& administra embrocas fortis resolutionis,& [l] odoramẽta,& sternutamẽta,& [n] gargarismata subtiliatiua in quibus sunt [l] hasce,& hyssopus,& [l] calamenthũ,& origanum.Et gargarismata cum melle,& squilla,& reliquis,[o] quę sciuisti in canone.Et cũ squillam super caput eius administras,proprie humidam,valde ea iuuatur:& administra etiam reliqua rubificantia super caput:& [n] linimentum fac ex sinapi.[h] Et frica extremitates eius,& comprime

G Gal.13.metho. c.21.e,& Paul.lib. 3.c.9. H Aet.lib.2.ser.1. c.5. I G.13.met.c.21.e K Gal.& Paul. L Ser.t.1.c.17. M Paul.& Ser. N Paul.li.3.c.9. O T.1.c.19.

C eas donec rubescant,& doleant:quoniam est magni iuuamẽti,& fiat illud assidue.Cum autem in subet profundi fiunt,extende capillos ipsorum,& euelle [n] quosdam eorum:& pone etiam apud nocram [n] ventosas multas cum igne absq; incisione:& forte incisio tibi necessaria est cũ est necessitas euacuationis sanguinis.Et cum nutris,nutri eos cũ aliquibus,quæ sint sicut aqua lupinorũ,& aqua [p] ciceris cum [q] †{chisch hordei.} Cumq; [n] eos cibaueris,comprime extrema ipsorum aliquibus horis,vt vapor ad superiora nõ trahatur.Q; si tibi necessarium fuerit propter ægritudinis longitudinem vt potes ipsum solutiuo,& proprie quando cum ipso apparet [l] tremor,pota ipsum duabus tertijs [n] aur.ex castoreo cum pauca scãmonea,quæ sit minus pondere vnius danic.Et si timetur superfluitas febris,aliena scãmoneam,& sis cõtentus castoreo,& permutatione cõplexionis absq; euacuatione.Et melior euacuationum,illa est,quæ fit cum clysteri.Si aũt alia fuerint tibi necessaria da ei ad potandum hieræ picræ pondus.ʒ.vnius cũ quarta.ʒ.vnius de pulpa coloquinthidę,& tertia parte.ʒ.i.myrobalanorũ,& danic vno masticis:si febris non est vehementis caloris,& confidis,q; soluat:q; si non confidis,propter illud fac ei suppositoria,aut collyria,vt duæ causæ ad illud faciendum se iuuent:deinde excita ipsum,& præcipe ei vt permutetur ad egerendum.Et cum ei accidit obliuio vrinæ,& stercoris,embroca vtraq; emunctoria,& ventrem cum aquis,in quibus cocta sint chamæmilla,& melilotum,& viola,& radices lilij,& comprime vesicam,vt vri-

P Halya.5.pract. c.14. Q† prysana.

D nam emittat.[n] Deinde cum finitur ægritudo,[r] †{administra restauratiua:& fac eum tolerare terminum exercitij parui,et adhibe ei regimen conualescentium.}

R† gestationibus statim ægruis vtendum,& ad balneũ reducendi sunt.Victus qui vires recolligat,recreetq;,decenter adhibendus.

De {aqua intra craneum}.i.Hydrocephala. *Cap. 10.*

QVoniam quandoq; aggregantur humiditates [s] aquosæ intra craneum,et extra ipsum,tunc si fuerint extra craneum,significabit eas,quod propinquæ dicemus.Et si sunt intra craneũ et locus earum supra panniculum durum,sentit æger grauitatem interius,et [t] fit cum ea difficilis clausio oculi:immo non est posibilis:et humectantur oculi valde,et lachrymantur assidue,et stant aperti intuentes in vnum locum:et [t] in cura huiusmodi non est ingenium.

S G.Introd.c.18.f,& Aet.li.2.ser.2.c.1.& Halya.lib.8.theo.c.18. T Paul.li.6.c.3.

De apostematibus,quæ sunt extra craneum,& {aqua extra craneum}.i.Hydrocephalon, *& de hathas infantium seu puerorum.* *Cap. 11.*

QVandoq; [u] accidunt in velaminibus,quæ sunt extra caput apostemata calida et frigida.Et quandoq; accidit,et proprie infantibus,ægritudo,quæ est congregatio aquæ in capite:et quandoq; etiam accidit maioribus.Et hæc quidem ægritudo est humiditates retentæ inter craneum et cutem,aut inter duos panniculos extrinsecos:et accidit alchafad.i.depresio in loco illo capitis,et fletus,et vigiliæ.[x] Infantibus quidem accidit illud secundum plurimum,cũ obstetrix

V Gal.introduc.c.18.f X Li.1.F.3.doc.1.c.3.& Paul.li.6.c.3.& Aet.li.2.serm.2.c.1.& Halya.lib.9.pract.c.16.

errat,& comprimit caput,& separat ipsum,& aperiũtur orificia venarum:& currit ad illud, quod E
est sub cute,sanguis aquosus. Et quandoq; sunt humores alij ab humiditatibus aquosis. Quod si color cutis est cum dispositione sua,& cutis est eleuata depressa expulsa,tũc est aqua in capite:& si color est mutatus,& tactus diuersus,& est tibi fortitudo, & prohibens super expulsionem vel in expulsione,& sentitur mordicatio,& dolor:tũc ibi est apostema extra craneum.In infantibus aũt & alijs,cum est aqua in capitibus eorum,& hoc plurimum non fit nisi in infantibus: tunc oportet vt cognoscas an sit multa,& an sit expulsa ab exterioribus ad interiora violenter:nam si taliter fuerit,non medicatur.[a]Si autem fuerit pauca,& retenta inter cutem & craneum,tũc fac aut scissuram vnam in latitudine,aut si fuerit multa tunc fac scissuras duas sese secantes,aut tres scissuras secantes se,si fuerit plurima,& euacuetur,quod est in ipso:deĩde stringe,& liga,& superpone ei vinum,& oleum vsq; ad tres dies:postea solue ligaturam,& medica cum vnguentis,& licinijs, si eis indigueris,aut cum sutura facta cum filo,& puluerizatione,si illud sufficit, & non indiges vnguentis. [b]Et si carnis generatio tardatur,præcipitur vt os leuiter radatur vt caro nascatur. Si autem aqua fuerit valde pauca,sufficit tibi vt resoluatur humor aquosus prohibens cũ emplastris.Quæ autem ex apostematibus extrinsecis sunt calida,& quæ frigida,cognosces tactu,& colore,& conuenientia eius,quod ad ipsam peruenit.Et in omnibus quidem sentit æger dolorem comprimentem craneum,& cum tangis inuenis dolorem.Et cura ipsum medicamine leuiore ex cura [c] †{sirsen:} ita F
tamen,q; tu sis securus in administratione fortioris in ipso. Et ventosæ quidem in ipso conferunt plus minutione.In [d]†{hathas}autem infantium oportet vt lactans aquã potet hordei,aut aquam sauic eius,si infans solutionem habuerit:& infanti detur ad potandum tunc aliquantulum spodij torrefacti,& semi.portulacæ torrefacti.Solutio enim in hac ægritudine est mala.Et lactanti interdicatur [e]†{althocme,}& ponatur super sinciput eius oleum violatum infrigidatum.

A Paul.li.6.c.3.& Haly.li.9.pra.c.16.& Aet.li.2.ser.2.c.i

B Paul.ibi.& Aeti.& Halya.

C† phreniti:

D† apostemate cerebri

E† nauseatiua satietas,

[f] † *De subet alshari quam quidam medicorum nominant sachos,sed non est ipsa, immo sachos est species congelationis.* *Cap.* 12.

F† Decomate vigilanti, vel econtra G.3.loc.af.c.5.g h,& de puls. ad tyro.45.g.h,& Paul.li.3.c.10.

HAc ægritudo est ægritudo sirsemiati composita ex sirsen calido & frigido:quoniam apostema est factum ex duobus humoribus simul,scilicet phlegmate & cholera. Et eius quidem causa est repletio,quã generat gulositas,& multitudo comestionis,et potus,et ebrietatis.Et vtriq; quidem humores quandoq; æquantur,& quandoq; vnus ipsorum vincit,& vincunt tunc eius signa.Si ergo phlegmaticus vincit,nominat̃ subet shari.Et si vincit cholericus,noĩatur [g] †{shera} subetia:& quandoq; contingit in ægritudine vna cum numero, vt vnusquisq; eorum impugnet alterum,& quandoq; vincet phlegma,& quandoq; cholera.Et facit quidem phlegma in ipsa [h] subet & [h] grauitatem & pigritiam & clausionem oculorum.[h] Et difficile fit eis respondere ad illud, quod quæritur ab eo.Et [h] est ipsius responsio,responsio tardantis,& cogitantis. Et cholera qui- G
dem in ipsa efficit vigilias,& alienationem,& [i] intuitum in vno loco continuum. Et neque permittit ipsum profundari in subet:immo eius subet,est subet à quo excitatur,cum ab aliquibus excitatur.Et cum phlegma vincit,grauatur subet,et clauditur palpebra,cum aperitur.Et quãdo vincit cholera,excitatur,ab eo cum facilitate cum fit excitatio vel cum ab aliquo excitatur & alienat,& intendit ad motum,& aperit oculos absque palpitatione,& non clauditur:ĩmo ipsius superior extremitas attrahitur,sicut accidit patienti sirsen:& desiderat [k] resupinari, & eius resupinatio est non naturalis,& [k] facies eius fit [l] †{thebegi,}& declinat ad [k] viriditatem,& [k] rubedinem, secundum q; in dominatione dispositionum eius trahitur [k] palpebra eius ad superiora,& fit oregmon. Et cum aperit oculum suum,est ipsius apertio,sicut apertio habentis [m] †{sachos,}& congelationem absq; palpitatione:cũ autem loquitur,eius sermo non est ordinatus: & strangulatur ab aqua ita,vt plurimum [k] redeat aqua ex naribus eius.Et similiter strangulatur à sorbitionibus. Et hæc quidem signa sunt mala. Et multoties accidit in ipsa [k] retentio vrinæ & [k] egestionis & paucitas vtriusq;.[k] Et accidit eis strictura spiritus.[k] Et quandoq; similatur in pluribus dispositionibus præfocationi matricis. Veruntamẽ facies in præfocatione matricis est cum dispositione sua,& adsunt reliqua signa præfocationis dicta in [n] capitulo suo: [k] hic autẽ possibile est,vt in ea aliquid loquendo æger annunciet:& si præcipitur vt intelligat. In ea autem cuius matrix præfocata est, non est H
possibile illud,dum in præfocatione perseuerat.Et hæc quidem ægritudo similis est lethargię:sed tamen differt ab ea: [o] quoniam facies non est cum dispositione sua, sicut est in patiente lethargiã,& iterum eis adsunt vigiliæ,& apertio oculorum absq; palpitatione: & febris est in ipsa fortior,& similatur karabito:sed tamẽ differt ab eo: quoniã subet in ista est maior,& alienatio minor.Et pulsus quidem eius est velox & [p] frequens,[q] †{ }propter apostema & permistionem congelatiuã.quare diuersificatur à pulsu lethargiæ:& est latus, & breuis propter phlegma & apostema eius diuersum à karabito:& ipsius quidem breuitas est propter latitudinem sui. Amplius est fortior pulsu lethargiæ,& debilior pulsu karabiti.Et fit pulsus non [r] extẽsus,rarus valde, spasmosus,sicut fit in præfocatione matricis.Sed virtus in ipsa non remanet, neque egreditur ab ordine omni illo egressu,sicut fit in præfocatione matricis:immo virtus cadit, & pulsus fit frequens.

G† vigilia,corrupta

H G.de causis pul.c.15.d

I G.4.de cãis puls.c.15.d

K Paul.lib.3.c.10.

L† sitis cachexiæ,

M† catalepsim,

N 17.t.4.fen.1.

O Paul. oppositũ.

P G.de puls.ad tyro.45.h

Q† minus tamen

R Gal.ibi.46.c

De cura. *Cap.* 13.

CVra autem cõis [s] est phlebotomia,sicut scis: [s] deinde clysteria in quorum attractione & lenitate addas s̃m quantitatem in qua inuenis materiam s̃m signa prædicta, ita vt cognoscas an vincat cholera,vel phlegma.Et cibus etiã prohibeatur,secundũ q; fit in karabito, & proprie si eius

S Paul.li.3.c.9.de cura.lethargi.

A Paul.li.3.c.9. de cura.lethargi.

A eius causa fuerit multitudo cibi. Et similiter cum causa fuerit multitudo cibi,[a] fac ægrum vomere, & mundifica ab eo stomachum ipsius. Si autem causa eius fuerit ebrietas, non curabitur omnino, donec abscindatur ebrietas: deinde sis contentus humectatibus caput ipsius: deinde ad vltimum curetur eo, quo curatur finis ebrietatis. Et ipsius quidem spes cõicant in embrocis, & emplastris, & sternutatorijs prædictis & euacuationibus subtilibus cum eo, quod bibitur, & clysterizatur sicuti scis.[b] Et istæ quidem medicinæ in ipsa non sint in termino frigiditatis, quæ præcipitur in karabito, neq; in termino calefactionis, quæ præcipitur in lethargia, sed sint composita ex eis, & vincat in eis illud, quod oportet, s͠m q apparet, q aliquis duorum humorum sit magis abũdans. Et tibi quidem iam premissum est in [c] canone totum, quod oportet facere in huiusmodi. Et oportet vt ponas in embrocis eius, si fuerit cholera superabundans, folia salicis & violas, & radices lilij, et hordeum cum chamemilla, & corona regia, & anetho. Et quandoq; das in potu syrupum de papauere, si non timetur, q superueniat ei dominium phlegmatis: & intentio quidẽ, quare ei in potu tribuitur, est vt dormiat. Quod si vtræq; materiæ sint æquales, adde in his sceha & margiangius. Et si phlegma est superabundans, adde in eis folia lauri & rutam & mentastrum & hyssopum & castoreum & origanum. Et similiter est dispositio in emplastris & enematibus secundum hunc canonem: & tibi quidem est possibile colligere ea ex antidotario. In fine autẽ ægritudinis, & postq̃

B H.aly.5.pra.c.17.

C T.1.c.29.

B declinauerit infirmitas, tunc aliena ab eo embrocas frigidas: & sis contẽtus subtiliatiuis, quæ scis: [a] deinde balnea ipsum, & rege eum regimine conualescentium.

De plaga & incisione cutis capitis, & quæ taliter currunt. *Cap. 14.*

D G.de cau.mor. c.11.f,& Paul.li.6. c.90.& Hal.9.the. c.84.

E Ga.1.lo.aff.c.1.f

F Hip.de cap.vulne.fo.530.I.

G Hip.6.apho.50.

H Ga.de subfigu. empi.c.6.e

I Gal.7.de Hip. & Plat.decr.c.3.c.alr.

SEparatio [d] eueniens in capite, aut in cute, & carne: aut in osse etiam: & est aut mudaha, aut est hesme, aut menachele, aut est semach: & ex semach quædam est alfatare.i.fungalis: & est vt exuberet vel ingrediatur velamen extra craneũ, & apostemetur, & impinguetur & fiat sicut [e] fungus: & ex ea est, quę fit in dura matre, vel pia matre, & in eis est timor. Et in vulneribus quidẽ peruenientibus ad panniculum cerebri accidit laxitas in latere vulnerum, [f] & spasmus in opposito eius. Et cum incisio non peruenit ad ventres, sed ad terminum velaminis subtilis, est magis incolumis.[g] Cum vero peruenit ad cerebrum, apparet febris, & vomitus choleræ.[h] Et nõ est ex eis, quæ sanatur nisi raro. Et propinquior ad incolumitatem quidem separatio cõtinui dicta fungalis est illa, quæ cadit in anterioribus duobus cerebri vẽtribus: cum.n.cito succurris ei, continuat.[i] Illę vero, quæ in duobus ventribus posterioribus fiunt, sunt prauiores: & ea quæ fit in medio, prauior est ea, quæ fit in posteriore, & remotior vt redeat ad dispõnem naturalẽ, nisi sit valde parua. Et sit festinatio ad cõtinuitatẽ, vel aggregationẽ eius, & erit eius rectificatio velociter. In cura vero eius sit festinatio ad prohibendum apostema cum eo, quod tolerat dispositio. Distinctionẽ vero medi-

K Fen.4.t.1.c.3.& t.3.c.2.

L 1.t.3.fen.5.li.4.

M Gal.6.metho. c.6.g.h

C caminis vulneris plagatiui, quod est in cute, & carne, dicemus vbi vlcerum rememorabimur [k] in libro.iiij.& dicemus curã fracturæ, quæ est ex eis in [l] cap. fracturæ & restaurationis.[m] Et medici in fractura cranei, in qua extrahenda sunt ossa, habent duas intentiones: intentio.n.quorundam est, vt declinent ad medicinas sedatiuas, quæ dolorem vehementer quiescere faciunt: & intentio est aliorum, quibus videtur, q administrandæ sunt medicinæ vehementis desiccationis, & administrant post incisionem fracti, & eradicationem secti, & extractionẽ fracturæ eius, medicinas attractiuas in vnguentis, & alijs, supra locũ, supra ipsum exterius existẽte epithemate ex aceto & melle. Et hoc modo per manus horum posteriorum peruenit maior incolumitas, q̃ per manus priorum: & illud quidem non est mirum:[n] Gal. enim dixit, q complexio ossis & panniculi est sicca.

N Li.6.met.c.6.h

TRACTATVS IIII. *de ægritudinibus capitis, et plurimo nocumento ipsius in operationibus sensus & motus.*

O† caros

P G.3.mẽ.2.in primũ porreth. Hipp. 29.e.f

Q Gal.2.aphor.3.

De [o] †{ *subet* }& *somno.* *Cap. 1.*



DIcitur [p] subet, somnus superfluus & grauis: [q] non tamen omnis superfluus, & grauis: sed ille cuius grauitas est in tempore, & qualitate simul: ita vt ipsius spatium sit prolixius, & eius forma, seu eius qualitas sit fortior, quare difficilis sit excitatio ipsius ab eo quãuis excitetur. Somnus enim quidam est naturalis in quãtitate & qualitate

D sua. Et eius quidem alius est grauis, & alius est subet profundus. Somnus autẽ vniuersaliter est reditus spiritus animalis ab instrumentis sensuum, & motuum ad principium, cũ quo priuantur ipsorũ instrumenta à spiritibus in actu, nisi quæ necessaria sunt ad hoc, vt vita permaneat: & illa sunt, sicut instrumenta anhelitus.[r] Et somnus quidem naturalis absolute est, cuius reditus est cum profundatione spiritus vitalis ad interiora, vt digeratur cibus, quem in ipso sequitur spiritus animalis,[s] sicut fit in motibus corporum subtilium, permistorũ, propter necessitatem vacui: & qui est etiam propter quietem & propter aggregationem spiritus ad seipsum, donec nutriatur, & augmentetur, & addatur substantia ipsius, & recipiat restaurationem eius, quod ex ipso in vigilijs resoluitur. Et huic quidem propinquus est, qui accidit ei, qui sanitati vicinus est ab ægritudine sua. Accidit enim ei somnus profundus, & significat sedationem ægritudinis eius: ipse tamen in sanis non significat bonitatem. Et quandoque etiam accidit somnus huiusmodi generis, ei qui euacuatus est medicina plurimum: & somnus ille confert ei reddens ipsum virtuti suæ. Et quandoque accidit somnus non absolute naturalis: & ille quidem est cum reditus fit ad principium propter superfluitatem resolutionis spiritus, & non tolerat eius substantia dilatationem propter defectum additionis super illud, quod sufficit ad radices causa resolu-

R Li.1.fen.2.do.3. c.3.& Ga.3.de cau. pulf.c.10.b.c

S De vin. cord. c.6.t.L

tionis factæ ex motu: profundatur ergo sicut fit[a] in dispositione laboris & exercitij fortis. Et E
illud fit propter euacuationem superfluam accidentem spiritui animali. Natura enim solicita est
& prompta ad retinendum, quod est in substantia eius, quousque consequatur ipsa ex cibo restaura
tionem. Differentia vero inter istum, & illum, qui est ante ipsum, est sicut differentia inter petitio-
nem cibi à corpore sano, vt sit loco resolutionis naturalis ex eo, & petitionem cibi à corpore debi-
litato à solutione, & fluxu sanguinis. Primus enim duorum somnorum petit restaurationem reso-
lutionum vigiliarum, & est res naturalis, & secundus petit restaurationem resolutionis laboris, &
non est naturalis. Et quandoque accidit somnus nõ naturalis absolute, & est vt sit reditus spiritus anima-
lis ab instrumentis propter[b] causam infrigidantem, substantię spiritus cõtrariam, aut extrinsecus,
aut ex medicinis infrigidantibus, & instrumenta adipiscuntur frigus contrarians penetrationi spi
ritus vitalis in eis secundum modum suum, & stupefaciens partem spirituum, qui in eis adueniunt, & cor
rumpens complexionem, qua recipit virtutem animalem à principio: quare residuum redit pro-
fundans se ex contrario, & fit pigrum ad dilatationem propter frigus complexionis, & hoc est stu-
por. Et quandoque etiam accidit propter causam humectantem instrumenta, & perturbantem sensus &
substantiam spiritus, & oppilantem viam eius, & laxantem substantiam neruorum, & lacertorũ,
laxatione vel mollificatione quam sequitur oppilatio, & clausio, quæ prohibet spiritũ penetrare,
quoniam spiritus ipsius substantia iam est ingrossata & perturbata: et quoniam instrumenta eius iam sunt cor F
rupta propter humiditatem, & laxitatem eorũ simul, & iste est somnus ebrietatis. Et propinquus
huic est ille, qui fit propter[c] †{altochme,}& prolixitatem moræ cibi in stomacho: horum autem
subet remouetur vomitu. Et hæ duæ causæ cum firmãtur, sunt causa qua plurimum accidit subet.
[d] Quandoque etiam adunatur frigus, & humiditas simul in causis somni: verũtamen causa principalis ex
eis, tunc est frigiditas, & iuuat ipsum humiditas: sicut aggregãtur in vigilijs caliditas, & siccitas: &
est causa vera ipsa caliditas, quam iuuat siccitas. Subet præterea sunt causæ aliæ, ex quibus est[e] ve-
hementia paroxysmorum febris, & euentus naturæ cũ totalitate sua super ægritudinem, & ipsius
oppressio sub materia: & sequitur ipsam spiritus animalis, sicut dictum est: & proprie si materia fe
bris est frigida phlegmatica: & ipsa quidem non calefit, nisi cum putredine. Et quandoque fit propter ma
litiam humorum, et vaporum ascendentium ad anterius cerebrum à[f] stomacho,[g] aut pulmone in
ægritudinibus suis, & reliquis membris. Et quandoque fit ex multitudine vermiũ & ascaridum. Et quandoque
fit ex cõpressione cerebri ipsius[h] sub osse cranei: aut lamina eius, aut cortice ipsius,[i] cũ cerebro ad-
uenit percussio, & ventres magis vehementes ad faciẽdum subet apud incisionem, sunt ventres,
qui sunt magis vehementes ad faciendum subet apud compressionem. Et[k] quandoque fit propter vehe
mentem dolorem percussionis euenientis lacertis temporis. Aut secundum cõitatem læsionis[l] in ore sto
machi, aut in matrice, quare cõtrahitur ex eo cerebrum, & oppilat vias spiritus sensibilis taliter, quod G
cum ea fit difficilis motus spiritus ad procedendum.[m] Et quandoque fit propter vehementẽ debilitatem
spiritus, & resolutionem ipsius, quare fit difficilis eius dilatatio. Et quoniam primi sensuum, qui priuant
in somno, &[n] †{subet,}sunt visus, & auditus, oportet tunc vt sit nocumentum in subet[o] in ante-
riore cerebro, & propter cõitatem fit corruptio imaginationis. Nam si pars anterior cerebri esset
incolumis, vel sana, & non accideret corruptio, nisi posteriori parti, non oporteret vt visui & au-
ditui proueniret priuatio: neque esset somnus. immo esset destructio motus, & tactus solummodo,
& essent sensus reliqui cum dispositionibus suis, sicut contingit in ægritudinibus cõgelationis, &
[p] †{sochos,}& non esset nocumentum, quod subet affert sensui vltra nocumentum, quod infert
motui.[q] Nam ipse destruit sensum omnino, & nõ penitus destruit motum: remanet. n. incolumis
in anhelitu. Et oportet quidem ne oppilatio proueniens in subet sit completa, neque cũ multa spis-
situdine: & si non, fiet nocumentum in anhelitu. Omnis autem subet ex complexione pẽdens est
propter frigus primo & propter humiditatem secundo.[r] Amplius quandoque fit permutatio ad subet,
sicut ex peripneumonia, & pleuresi, & similibus. Et quidam hominum sunt, qui dum sedent vel
non dormiunt, humores ipsorum sunt fracti vel sparsi non nocentes, quare aduenit eis dormita-
tio: seu somnolentia. cumque ipsi se prosternunt ad dormiendum profundatur vel retrocedit calor
innatus, & feruent, & excitãtur vapores ad cerebrum: quare non aduenit ei somnus: & pręcipue H
in eo, qui est siccæ complexionis.[s] Et quando multiplicatur aduentus somni, indicat ægritudines. Et
dicitur, quod aqua granatorũ, per hoc quod ipsa tardatur ĩ stomacho, & retinet vapores liberat à vigilijs.
Et nos quidem iam[t] diximus qualiter oportet esse formam iacentium super cibum: nunc autem
dicemus, quod vsus resupinationis multoties lædit dorsum, & laxat ipsum: cuius quidem cura est
vsus surgendi plurimus. Ex somno præterea in sole timetur capiti. Et qui fit ĩ luna facit possidere
screatum sanguinis, qui fit cum rascatione: propterea, quod luna mouet humores. Et causa quidẽ
sonitus gutturis, est coopertura oris cannæ, quare spiritus non egreditur, nisi in voce humiditatis.

De signis specierum subet. Cap. 2.

SI autem subet fit ex frigore puro extrinsecus, eius signa sunt, vt fiat propter successionem fri-
goris vehementis aduenientis capiti exterius: aut propter frigus intra corpus, & cerebrum: &
non inuenitur in facie inflatio, neque in palpebris, & color tẽdit ad viriditatem. Et pulsus est exten-
sus tendens ad duritiem cum raritate vehementi. Et si subet fit ex frigore potus alicuius medici-
narum narcoticarum, quæ sunt opium, & iusquiamus, & radix mandragoræ, & semen mandrago
ræ, & nux metel, & fungus, & lac in stomacho caseatum, & coriandrum humidum, & semẽ psyllij
multum

A G.1.de cau.sympto.c.8.b
B G.3.lo.af.c.5.f.g & li.2.c.8.fo.14.a
C† nauseatiuã sacietatem.
D G.3.lo.af.c.5.f.g
E G.cõmẽ.3.in tertium de mor.vulg.34.f.g,&.62.f,&.2.lo.aff.c.8.fo.14.c
F G.1.de cau.sympto.c.7.f,&.5.loc.af.c.6.e
G G.1.de sympto.cau.c.8.b,&.4.de cau.puls.c.8.h
H G.4.loc.af.c.2.fo.23.a
I G.2.loc.af.c.8.g
K Gal.11.de v.par.c.3.b
L G.5.loc.affe.c.6.e.g,et.1.de causis symp.c.7.f
M G.cõmẽ.1.ĩ tertiũ de morb.vulg.7.h,& Hip.de aere & aqua.c.11.h
N† caros.
O G.4.loc.af.c.2.fo.22.h
P† catalepsis:
Q G.4.loc.af.c.2.fo.22.h
R G.3.de cau.pul.c.8.h
S G.de ar.me.82.c
T Li.1.fen.3.do.2.c.9.

A Lib.4.Fen.6. A multum significatur signis quæ dicemus de vnaquaq; earum in [a] capitulo de venenis: & vt subet fiat cum alijs accidentibus præfocationis,& viriditatis extremitatum,& frigiditate earum,& apostemate linguæ,& permutatione odoris,& fit pulsus cum casu formicans,debilis:non cũ raritate, immo frequens,habens frequentiam vermiculosi & formicularis. Et si fuerit rarus,non erit ei ordo,neq; firmitudo: Immo redit ex raritate ad spissitudinem, & ex spissitudine ad raritatem. Scias ergo si aliquod horum in potu datum est:aut ipse per se bibit, & medicetur totum illud cum eo, B Lib.4.Fen.6. quod dicemus in [b] capitulo de venenis. Sunt autem quidam qui dicunt, ꝙ subet frigoris puri,est leuior subet materiei humidæ:sed sermo ille non est vehementer sanus, immo qñq; est fortis valde. Et omnes quidem species subet factæ ex frigore cerebri in substantia sua, aut propter medicinam ebibitam,sequitur corruptio in cogitatione,et memoria. Quod si subet fit ex humiditate pura,sunt eius [c] signa,vt non videantur signa sanguinis,neq; grauitas phlegmatis. Si autem fiat [d] ex phlegmate,scitur illud ex præcedenti repletione, & nimia stomachi satietate ,& multitudine potus,& lenitate pulsus, & ipsius fluctuatione cum latitudine, & scitur ex profundatione subet, & grauitate ipsius,et albedine coloris in facie,& oculis,et in lingua,& grauitate capitis,et inflatione in palpebris,& frigiditate tactus,& regimine præcedente,& ætate,& regione,& reliquis. Ex sanguine vero factus scitur ex inflatione venarum, quæ dicuntur guidez, & rubedine oculorum & B maxillarum,& rubedine linguæ, & sensu caliditatis in capite, & similibus illis quæ [e] sciuisti. Et si cum hoc sanguis & phlegma coniungantur aggregatione apatum, videbis signa karabiti, aut lethargię,aut subet alsahari. Quod si causa in ipso fuerint vapores eleuati ex corpore in febribus,& proprie apud dolorem pulmonis,& apa in ipso nominatum peripneumonia,aut vapores stomachi scies totum suis signis. Nam si est ex stomacho,pręcedunt ipsum vertigo,& scotomia,& tinnitus,& phantasię:& est leuis apud famem,& augmentatur apud repletionem. Si vero est ex parte pulmonis,& pectoris,pręcedunt ipsum dolor grauis,et dolor in partibus pectoris,et strictura spiritus,& tussis,& accidentia pleuresis,& peripneumonię. Et similiter si fuerit ex hepate,pręcedũt ipsum significationes ægritudinis in hepate. Et si est ex matrice,pcedunt ipsum ægritudines matricis,& eius repletio. Qui autem fit ex percussione facta super [f] † {alheame,} aut super tempus, scitur suis significationibus. [g] Et differentia quidem inter subet, & apoplexiam,est ꝙ habenti subet possibile est intelligere,& excitari,& sunt motus eius leuiores sensibus suis. Apoplecticus autem priuatur sensu,& motu. Et omnino differentia inter habentem subet, & illum qui est almagasy.i.syncopizatus propter debilitatem cordis, est ꝙ pulsus habẽtis subet est fortior, & similior pulsibus sanorum ; & pulsus habentis syncopim est debilior & durior. Et syncopis prouenit paulatim cum mutatione coloris redeuntis ad citrinitatem,& ad similitudinem coloris mortuorum, C & infrigidantur extrema:in subet autem non alteratur color faciei,nisi ad illud quod est bonum: & non exiccatur superficies, seu habitudo faciei,& nasi: neq; mutatur à forma dormientium nisi paruo tumore, & inflatione. Et differentia quidem inter habentem subet, & illam cuius matrix est præfocata:est ꝙ possibile est ꝙ habens subet intelligat & loquaĩ,si cogatur. Illa vero cuius matrix est præfocata,intelligit cum difficultate,& non loquitur penitus:& est motus, & proprie motus colli,& capitis,& pedum facilior in eo qui habet subet:& sensus,& apertio palpebrarum facilior in habentibus matricem præfocatã:& est præfocatio matricis eueniens subito: & finitur eius potestas aut ad salutem,aut ad mortem: subet vero quandoq; extenditur,seu prolongatur: & fit introitus in ipso in profundatione gradatim. Et incipit à somno graui,nisi causa eius sit frigus subito eueniens,aut medicina ebibita. Scias ergo illud.

C Fen.1.c.21.
D T.1.c.25.
E T.1.c.24.
F † partem anteriorem capitis.
G G.aliter.4.loc. af.c.2.fol.22.h

De cura [h] † {subet,} & somni grauis facti in febribus. *Cap. 3.*

H † caro

SVbet autem qui accidit ab ægritudine existente in aliquibus membris,semita curæ est peruenire ad membrum illud cum regimine,vt purgetur,& remoueatur quod in ipso est: & cõfortatio cerebri,ita vt materiam non recipiat. Et illud quidem,verbi gratia fit cum oleo ros. & aceto plurimo,ne oleum dormire faciat, & præcipue cum ipsum est solum, & cum expressionibus fructuum confortantium:& post illud adhibeantur embrocæ infrigidatiuæ. Deinde fiat permutatio D ad resolutiua,si fuerit in cerebro retentum aliquid: & tu quidẽ iam sciuisti omnia illa in [i] canone. In eo autem qui fit in febribus,& in principio periodorum,oportet vt incipiatur à [k] ligatione extremitatum,& à motu sternutationum assidue,& odoramento aceti,& vaporis eius, & vnctione capitis cum oleo ros.& aceto plurimo,aut aqua acrestæ,aut aqua granati,& stypticorum. Ille autẽ qui fit propter potum narcoticorum curetur ſm illud narcoticum, & detur ægro ad potandũ theriaca ipsius quod dicturi sumus in [l] libro.iiij. Subet autem facti ex frigore extrinsecus adueniẽte, cura est potus theriacæ,& mithridati,& diamuschi:& embrocetur caput cum aquis in quibus cocta sunt ruta, & castoreum, & pyrethrum,& vngatur caput cum oleo de ben, & oleo nardino cũ castoreo,& oleo de muscho,& oleo costino cum castoreo. Et similiter adhibeãtur emplastra facta ex castoreo,& squilla,& muscho:& sint castorei partes.ij.& squillæ pars.i.& muschi quãtitas parua,& odoret muschum assidue:& vtatur eis quæ dicta sunt in calefactione complexionis cerebri. Sed fiat cum labore absq; facilitate. In illo autẽ qui factus est propter dominium sanguinis, oportet vt incipiatur à phlebotomia cephalicæ,& ventosatione crurium,aut phlebotomia saphene,& vtatur clysteri temperato,& subtiliatione cibi, & vtatur aqua cicerum. Illum autem qui factus est propter dominium humiditatis puræ,quæ non est cum materia, oportet vt cures cum emplastris

I T.1.c.29.
K Lib.4.Fẽ.1.t.2. c.18.
L Fen.6.

factis ex castoreo,& flore squinãthi,& costo,& nuce cupressi,& sauina, & euphorbio, & pyretro, E & alleuietur cibus, & alienentur olea, & embrocæ nisi cum cautela. Humectatio enim quæ est in oleis qñq; vincit virtutem medicinarũ,nisi sit valde fortis. Et oprotet vt administratio fiat vnctionis capitis,& rubificationis eius,& odorationes muschi. Et si fuerit humiditas cum materia phlegmatis,oportet vt euacues cum clysteri forti prius,et ingenietur vt euomat:et plurimum eius quod ex phlegmate est in stomacho,oportet vt euomat cũ eo quod phlegma incidit ex eis quæ dicemus [a] in loco suo,& administra embrocas digestiuas fortes,& caputpurgia,& sternutatoria,& gargarismata,& ea quę sciuisti in canone:sicut tibi pręterijt.Et ex cura est,vt ęger audiat, & videat res quę [b]†{in egã ipsum qm̃ algã} in huiusmodi ęgritudinibus in quibus debilitatur cogitatio,& obtũdit, est ex eis,quæ cõmouent animam, & reducunt eam ad rectitudinem. Et ex medicinis quidem vigilare facientibus est linire nares cum calcantho,& absterſio faciei cum aceto: & constrictio extremitatum inferiorum:& administratio sternutatoriorum.

A F.13.t.1.c.33.& lib.1.F.4.c.11.

B † contristantes timore absque spe.

De vigilijs &c [c] †{ *sahara.*} *Cap.* 4.

C † vigilijs superfluis.

VIgilia quidem est dispositio animalis cum effunditur spiritus animalis ad instrumẽta sensus, & motus,vt eis vtatur. Sahara vero est supfluitas in vigilia, & egressus à re naturali. Et eius quidem causa complexionalis [d] est caliditas & siccitas propter igneitatem spiritus, quare ipse mouetur semper ad exteriora:& caliditas vehementius est faciens sahara: & magis principale efficiẽs. F Et sahara quidem qñq; fit ex nitrositate humiditatis profundatæ in cerebro:aut propter dolorem, [e] & cogitationes cõmunes.Et est sahara cuius causa est lumen,et loci illuminatio,cum peruenit in huiusmodi aliquis præparatus saharæ.Et est sahara,quæ est propter malitiam digestionis, & multitudinem repletionis.Et est sahara quæ fit causa eius,quod inflat, & perturbat humores & somnia, & facit timere in somno,sicut fabæ, & similia. Et est sahara quæ fit in febribus propter eleuationẽ vaporum siccorum mordicatiuorum ad cerebrum,& propter dolorem,& illa quidem [f] †{sahara} quæ accidit decrepitis est propter bauracitatem humorum eorum,& salsedinem ipsorum, & [g]siccitatem substantiæ cerebri eorum. Et est sahara,quæ fit causa apãtis melancholici, aut cancerosi in partibus cerebri.Et dicitur ꝙ ille in quo sahara fit fortis:deinde accidit ei tussis,moritur.Et nos quidem iam diximus in capitulo somni,quod oportuit nos dicere.

D G.cõmẽ.3.in.3. hipp.de mor. vulg. 16.a &.3.loc. aff.c. 5.g

E G.3.apho.31.h

F † vigilia superflua

G G.3.apho.31.h &.3.loc.af.c.5.g

De signis. *Cap.* 5.

SIgna igitur eius quæ fit à siccitate pura sine materia,& nõ sociata caliditati,sunt leuitas capitis, & sensuum,& siccitas oculorum,& linguæ,& narium:& ꝙ non sentitur in capite calor,neque frigus.Eius vero quæ fit ex caliditate & siccitate signa sunt,inuentio signorum siccitatis cum inflãmatione,& adustione.Et quãdoq; est cum siti, & adustione in origine oculorum. Et eius quidem quæ fit ex nitrositate humorum,signa sunt,humectationis inuentio in naribus, & lippitudo ocu- G lorum,& sensibilitas grauitatis paruæ,& velocitas excitationis apud somnum cum oscitatione, & illud quidem significatur ex regimine præterito,& ætate.Et eius quidem quę fit ex illuminatione loci, aut ex cibo, signa sunt causæ eius. Eius vero quæ est ex apostemate melancholico signa sunt, signa [h] prædicta multoties. Sed eius quæ est ex dolore,aut cogitationibus communibus, & febribus acutis,signa sunt eius causæ.

H T.3.c.6.&.t.1. c.28.

De cura. *Cap.* 6.

OPortet quidem vt habens illam cuius causa est siccitas vtatur cibo humido, & balneis temperatis proprie,ꝙ si ipsum balneum non facit dormire, tunc non est temperati corporis, & non bonæ complexionis,& huiusmodi corpora sunt in potestate siccitatis : aut potestate humorũ malorum,quos balneum cõmouet.Et oportet vt euitent cogitationem, & coitum,& laborem, & vtantur quiete,& tranquillitate,& assiduitate inunctionis capitis cũ oleis humectatiuis prædictis, & emulsione lactis super caput, & embrocis humectantibus prædictis: & attractione in naribus oleorum,& caputpurgijs ipsorum,& distillatione eorũ in aure,& proprie olei nenufarini, & præcipue faciendo caputpurgium:& fricatione inferiorum pedum.Eius vero quæ cum hoc est ex caliditate,regimen est cum additione facta in frigiditate harum medicinarum, & administratio,verbi gratia rasuræ cucurbitæ,& portulacæ,& mucilaginis psyllij,& virgæ pastoris,& semperuiuę,& H similium. Et ex almeneumat.i.inducentibus somnũ est cantilena delectabilis,subtilis, in qua non est [i] †{azhagi,}& fit eius casus grauis:aut si sit cum [k] †{hezagi,} sit æqualis:& propter illud sonitus arborum,& aquæ,faciunt dormire. Eius vero quæ facta est ex dolore, regimen est sedatio doloris:& ipsius cura est cum eo quod proprium est vnicuiq; dolori in capitulo suo. Facta vero in febribus multoties habenti datur in potu & diacodion purum,& facit dormire.Et oportet vt habẽs eam vtatur ablutione faciei,& embrocis,& vnctione temporis, & frontis cum oleo de papauere, & lactuca:& vt ponatur in sorbitionibus ipsius semen papaueris albi. Et qñq; fit vaporatio cũ narcoticis quorũ descriptiones sunt in antidotario : & troc.de croco prædicti in.c.de soda calida,cum dissoluuntur in expressione papaueris,aut aqua ros. in qua coctum est papauer,aut aqua lactucæ, & linitur eo frons,conferunt. Et ex eis quidem quæ ad illud experta sunt, est vt sumantur casia lignea & oppium & crocus,& dissoluantur in oleo ros.& abstergantur ex eis nares.Et similiter epithema factum ex corticibus papaueris, & radicibus mandragoræ super vtraq; tempora, & etiam odoramenta ex eis.Et qui sumit ex istis quantitatem vnius grani orobi,dormit somnum temperatum. Quod si humor ad ipsum ascẽdens fuerit grossus, fiat emplastrũ fronti eius ex meliloto cum chamæmilla,

I † vox fortis.
K † cantilena.

A † sapa cũ alijs. A chamæmilla, & [a]†{mibachtegi.} Et [b]ex eis quidem quæ dormire faciunt febrientes & alios, est vt
B Fen.13.t.2.c.9. & li.4.F.1.t.2.c.4. extremitates habentium saharam ligetur cum ligamine faciente dolorem, & coram ipsis ponatur lampas, & præcipiatur præsentibus, vt multiplicent confabulationes, et sermones: deinde soluantur repente, & remoueatur lampas, & præcipiatur ibi existentibus, vt taceant repente: et tunc dormient. In ea autem quę facta est ex humiditate nitrosa salsa propter nitrositatẽ et salsedinem, oportet vt acceptio omnis acuti & salsi alienetur, & cibetur eam habens piscibus petrosis, & carnibus
C † amicis sõno. subtilibus surbeget cum pauco sale, & euacuetur cum pilulis [c]†{alsabiar,} & assidue fiat inunctio capitis cum oleis suauibus tepidis. Cumq; hæc species sahare accidit in ętate senij, eius cura est praua. Veruntamen oportet vt eam habens vtatur embroca ex aqua, in qua cocta sunt hordeum, &
D † Parthenium. chamæmilla, & [d]†{alhacuen,} & non aliud omni nocte: facit enim bene dormire. Et similiter odorent naribus facta ex oleo alhacuen, aut oleo irino, aut oleo de croco. Et quandoq; oportet vt in potu tribuamus habenti saharam superfluam, virtutis cuius timetur resolutio, cerataria, & similia ex opio, vt faciat ipsum dormire. Ei vero qui non habet saharam cum huiusmodi superfluitate, suf-
E † somnum ficit vt laboret & exercitetur & balneetur, deinde ante cibũ bibat aliquid quod inducit [e]†{sedar,} & comedat cibum quoniam dormiet, in hora.

De læsione aldhen.i.mentis vel rationis. Cap. 7.

F G.3.de diff.sym. c.3.h.g. & Raf.1.cõ 11.t.10.c.1.9.1. B SPecies nocumenti contingentis in operationibus cerebri sunt propter duas causas, & cognoscuntur tribus modis. [f] Cum enim sensus hominis est incolumis, & imaginatio formarum rerum in somno & vigilijs est sana, deinde formæ, seu species, & dispositiones quas videt in vigilijs suis, aut in somno suo, & quæ sunt ex eis, de quibus possibile est ipsum sermonem facere vel narrare iam sunt remotæ ab eo, & cum audit eas, & videt, non remanent apud eum, tunc læsio illa est in
G G.de ocul.part. 2.c.2.h memoria, & [g] in posteriore cerebro. Q; si in hoc non est impedimentum, sed loquitur ea quæ non sunt dicenda, & timet ab eis, à quibus timere non oportet, & putat esse bonũ quod non debet putari bonum, & sperat quod non est sperandum, & inquirit quod inquirẽdum nõ est, & facit quod faciendum non est, & non est potens narrare quod narrandum est de rebus: tunc læsio est in cogitatiua, & [g] in parte media cerebri. Si vero ipsius memoria, & ipsius loquela sunt sicut esse debent, & non contingit in his quæ agit, & loquitur aliquid contrarium rectitudini, et imaginatur res sensibiles, & colligit villos, & videt singularia mendosa, & ignes, & aquas, aut reliqua mẽdosa: aut debiliter imaginatur formas rerum in somno, & vigilijs, tunc læsio est in imaginatione, & in ventre [g] anteriore cerebri. Et si aggregantur duo ex illis, aut tria, tunc læsio est in duobus ventribus, aut tribus. Et si cogitatio infirmetur, & accidat in eo abbreuiatio propter cõitatem læsionis in memoria præcedentis primum, facilius est q̃ si infirmetur cogitatio, & sequatur eam ægritudo memorię.
H T.1.c.5. & li.1. Fẽ.1.d.6. sũ.1.ca.3. & F.2.d.3.c.3. & G. 2.lo.af.c.8. fo.14.b & 3.c.5.e.f. & 2.de cã sym.c.7.b.c C [h]Et quodcunq; horum est declinans ad diminutionem, tunc ægritudo est ex frigore: & quodcũq; est decliue ad permutationem, & agitationem, est ex caliditate. [i] Et quidam existimauerunt, q̃ declinatio ad diminutionem est propter diminutionem substantiæ cerebri: et hoc quidẽ non est longinquum apud me. Causa vero omnium illorum aut est incipiens in [k] ipso cerebro, aut est ex mem-
I Raf.1.pti.t.10.c.1.9.3. & Ga.5.apho. 16.h bro alio: & qñq; est ab extrinsecis, sicut percussione, aut casu. In curis autem oportet te esse solicitũ secundum principia quæ dixi in [l] canone. Et collige ex tabulis ęgritudinum membrorum capitis
K G.17.de v.p.c.2 f. & cõ.1.in.2.porret.Hip.34.d in libro secundo medicinas ad omnia illa iuuatiuas, quibus in eis vteris: et considerabis quę ex eis, & qui ex cibis lædunt eos, quare alienabis eos in eis.
L T.1.c.29.

De permistione [m]†{alhachel} & alienatione. Cap. 8.

M † mentis
N G.2.de cã sym. c.7.c.&.5.loc.af.c. 4.f.g PErmistio vero rationis, & alienatio est, vel cõnumeratur inter illa. Facta autem [n] propter cerebrum ipsum, est aut ex cholera nigra: aut ex sanguine calido inflãmato: aut ex cholera citrina: aut ex cholera rubea: aut ex calore puro: aut ex vapore calido, & illud est ex eis quorum nocumentum alleuiatur in huiusmodi. Aut ex siccitate propter præcessionẽ vigiliarum, aut cogitationis, aut reliquorũ quæ desiccant, quare cerebrũ materia spiritus naturalis priuatur ex cuius simili
O Gal.17.de v.p. c.2.f possibile est rationi viam suam seruare. [o] Et facta propter membrum aliud, aut totũ corpus, est si-
P † epigastrium. cut quæ fit propter stomachum, aut os eius, aut [p] †{mirac,} aut propter matricem, propter totum
Q G.3.loc.af.c.7. fol.19.e D vero corpus est sicut in [o] febribus. Et totum illud est propter qualitatem puram venientem adipsum sicut [q] eleuatur à digitis pedum, & manuum, quando apostemantur: & à membris corruptæ
R T.3.c.1. & Hip. 6.apho.53. complexionis apostemosis, aut propter vaporem calidum choleræ, & phlegmatis iam putridi, & acuti. [r] Et permistio rationis magis incolumis est quæ est cum risu, & quæ est secundum quietem: & deterior est, quæ est cum agitatione, & rixa, & audacia.

De signis. Cap. 9.

S Hip.2.apho.6. SCias q̃ in illo in quo est dolor vehemens, de quo patiens non conqueritur, & [s] ipsum non sentit, est permistio rationis. & vrina vnctuosa quandoq; significat in febribus permistionem ra-
T 18. tionis. Quæ vero fit ex humore melancholico, est cum tristitia, & opinione mala & cũ signis quæ
V T.3.c.1. dicemus in [t] capitulo suo. Et si fuerit humor melancholicus cholericus est cum moribus alsebaie. Si vero fuerit ex humore melancholico sanguineo est illic [u]lætitia, & risus cum exuberatione venarum. Facta autem à cholera citrina, est cum inflãmatione & caliditate, & rixa, & malitia morum & agitatione vehementi, & imaginatione ignis, & scintillarum, & adustione angulorum oculorũ interiorum, & citrinitate coloris, & inflãmatione capitis, & extensione cutis frontis, & profundatione oculorum, & saltu ad pugnam. Et in illa quidem quæ fit ex rubea, sunt accidentia ista vehementiora,

mentiora,& magis peruersa. Et huiusmodi quidem generis est permistio rationis quæ fit in febribus:& plurimum fit in pestilẽtialibus. Cum ea autem quæ facta est ex caliditate,& siccitate puris, non sunt grauitas,neq; signa materierum prædictarum in canone,& in [a] capitulis præcedentibus. Factam autem ex phlegmate iam putrefacto, & acuto habentibus accidit vt eis adsit cum permistione [b] †{razane,}& vt eleuent supercilia sua manibus suis omni hora, & vt ipsorum capita grauentur;& patiantur subet propter substantiam frigoris, sicut permiscentur eorũ rationes propter accidentia caliditatis.Et isti quidem non separantur ab eo quod tenent plurimum quidem accidit eis,vt existiment seipsos bestias, & aues. Et vniuersaliter quidem permistio rationis cum accidit à caliditate sicca tunc ipsam significãt vigiliæ:aut à caliditate humida sanguinis:aut à phlegmate putrefacto,tunc significat ipsam subet. Illa vero cuius causa est vapor ascendens ex membro,cognoscitur ex dispositione illius membri dolorosi,si fuerit membrum,aut totius corporis, si fuerit comprehendens,sicut in febribus comprehẽdentibus seu toti cõmunibus, & cognoscitur an est pura: aut est cum materia aut vapore.Et signa quidem omnium illorum prædicta sunt in caplõ de soda.

A T.1.c.14.&c.15. & t.2.c.7.
B † stabilitas corporis.

De cura. Cap. 10.

CVram autem,quæ melancholiæ adhibetur dicemus in [c] capitulo melãcholiæ. In cura autem permistionis factæ ex sanguine oportet incipere à phlebotomia,& ab omnibus quæ temperant sanguinem,& ipsum infrigidant,& eius essentiam rectificant.Eius vero quæ facta est ex citrina,aut rubea,cura est vt incipiatur & euacuetur,et permutetur complexio,aut corporis totius,aut capitis proprie, & administrentur infrigidationes, & humectationes prædictæ in [d] canone,& administrentur emplastra post rasionem capillorum: & si vehemẽtior fiat,& fortificetur, regatur regimine maniæ, & ex eis quidem quę conueniunt permistioni rationis calidę est ceratum infrigidatiuum ex oleo ros.& aceto sincipiti superpositum aut oleum viol. & lac si nõ fuerit febris: aut oleũ ros.& papauer,cum cautela clausionis vaporũ. Cumq; vigiliæ ad sunt tunc omnia epithemata nõ sunt iuuantia:& quandoq; faciunt eum possidere coarctationem vaporum, & nõ facias caputpurgium:quia inde fiet augmentum in attractione,immo consequenter adhibe clystere lenitiuum.In ea autem quæ fit propter membri cõmunitatem,vtere capitis cõfortatione,& eius infrigidatione, & attractione ad contrarium:& hoc totum quidẽ iam scitur ex canonibus preteritis vniuersalibus & particularibus. Cumq; cum rationis permistione,non sunt debilitas, & signa apatum, oportet [e] vt patiens alapis cædatur vehementer, & quãdoq; necessaria est percussio, vt ad ipsum ipsius redeat ratio, & quãdoq; oportet vt caput eius secundum crucem cauterizetur,si nihil aliud confe t. [f] Et ex rebus ipsi conferentibus est vt fundatur super capita ipsorum decoctio pedum,& capitum & multoties sanat eos [g] †{alfesara}cum ex ea bibunt, & comedunt ipsum diebus aliquibus, sicut est,aut in aliquo alio fructuum ex dulcibus inter ea,quæ cooperiunt,& faciunt non apparere.

C 19.
D T.1.c.19.
E Ras.1.cõti.t.18. c.2.22.2.
F Ras.22.3.
G † vitis albæ.

De {alrahune,& albamchar vel alchamchar}.i.Delirio,Fatuitate,amentia. Cap. 11.

DIfferentia [h] inter permistionem rationis, & inter stoliditatem & amentiam, quãuis sint duo impedimenta rationis,& sit causa faciens contingere vtrasq; simul cadens in ventre medio cerebri, est q; permistio rationis est læsio in operationibus cogitationis secundum mutationem: [i] †{Stoliditas}vero & [k] amentia sunt læsio secundum diminutionem,aut destructionem,et dispositio similis [k] †{alcharfie, & alsebubie.} Et tu quidem iam sciuisti q; species nocumentorum sunt tres.Huiusmodi autem ægritudinis [l] causæ,aut sunt frigiditas pura,aut cum siccitate, comprehendens super ventrem medium cerebri in longitudine dierũ & spatij:aut frigiditas cũ materia phlegmatica in vacuitatibus vasorum cerebri. Et causa huius est ex frigiditate, & non ex caliditate, qm̃ hoc nocumentum est destructio & diminutio. Quoniã caliditas est faciens cogitationem quæ est vnus ex motibus spiritus quo mouetur ab anteriore parte cerebri vsq; ad eius postremam & econtrario. [l] Et caliditas quidem excitat motum, & iuuat ipsum. Et congelatio prohibet ipsum. Quapropter posita est complexio huiusmodi partis cerebri decliuis ad caliditatem: & posita est in medio vt sit ei reditus ab imaginatione ad memoriam.Et tu quidem iam sciuisti imaginationẽ,et memoriam in [m] loco suo. Hæc autem ægritudo curatur calefactione cerebri, & humectatione ipsius, si fuerit cum siccitate. Aut resolutione eius,quod est in ipso: & eũonibus cum medicinis magnis: & vomitu facto cum oxymelle squilitico & semine raphani,si fuerit à materia. Et oportet vt ex illo perueniatur ad excitãdum cor cum medicinis sibi proprijs sicut diamuschum & mithridatum, & [n] †{elinufera,} & his similia. Et non oportet vt prolongemus sermonem in hoc capitulo: iam enim sciuisti modum similem huius regiminis in canonibus [o] in eo quod præterijt.Et oportet quidem vt hospitium eius domus luminosum sit:& vniuersaliter quidem vigilię,& sahara,et subtiliatio cibi,& paucitas ipsius, & [p] declinatio ad complexionem sicciorẽ, & subtiliationem sanguinis, & ad eius æquationẽ vel tẽperamentũ & paucitatẽ ipsius et calefactionẽ eius.ita q; nõ sit vehemẽtis ebullitionis & euaporationis,imo caliditatis subtilis non feruentis.est ex eis quę rectificant,vel acuunt rationẽ,seu intellectum, & clarificant ipsum. [p] Et nihil est magis inimicũ rationi q̃ repletio ex cibis & humiditatibus.Et siccitas nocet rationi,n õ vnde est siccitas: sed vnde est superfluitas in velocitate motus:aut vnde est paucitas spiritus vehementer: aut eius resolutio cũ aliquãto motu.

H G. de sym. diff. c.3.g
I † delirium.
K † amentiæ senũ & puerorum
L T.1.c.5.
M Lib.1.Fen.1.d. 6.c.5.
N † letificans
O T.2.c.11.&c.13. c.9.&t.4.c.5.
P Ras.1.cõti.t.10. c.1.9.2.

De corruptione memoriæ. Cap. 12.

IPsa est compar stoliditati,nisi quia est in [q] posteriori cerebro:qm̃ est diminutio in aliqua operationũ posterioris cerebri,aut destructio in omnibus. Et eius quidẽ causa prima apud [r] Gal.est frigiditas,

Q G.de ocul.par. 2.c.2.h
R 3.loc.aff.c.5.g

A frigiditas,aut pura,aut cum siccitate: & non imprimitur in illa simile,aut cum humiditate, & non seruat quod impressum est in ea.Sed si est cũ siccitate significant ipsam vigiliæ,& ꝙ seruat res præteritas,& non est potens recordare vel seruare res momẽtaneas,& illius horæ.[a] Et si est cũ humiditate,significat eam subet,& ꝙ præterita penitus non seruat.Et forsitan seruat ea quæ sunt illius horæ,& momentanea,spatio maiore,q̃ præterita. Et si fuerit illic frigiditas pura, erit stupor & scotomia. Et fortasse erit ex siccitate cum caliditate,& erit cũ ea permistio rationis.Et illud quidem est, aut in illa parte cerebri ipsius:aut in ventre ipsius: aut in vase eius. Et quandoque fit propter humores,et [b] malitiam complexionis temporum peruenientem ad cerebrum.[b] Et quidam antiquorum iam dixerunt hoc,& est ex eis quæ testificata sunt & experta.Et obliuio quidem,et corruptio memoriæ,secundum plurimum non accidunt nisi ex frigiditate,& humiditate. Quandoq; tamen fit ab apostematibus cerebri,& proprie frigidis.[c] Et scias ꝙ obliuio quãdo accidit cũ sanitate,nuntiat ægritudines cerebri fortes sicut apoplexiam,epilepsiam,& lethargiam.

A Aeti.li.2. ser.2. c.23.

B Paul.lib.3.c.11.

C Ras.1.cõti.t.10. c.1.9.3.& Aeti.lib. 2.ser.2.c.24.

De signis specierum eius & causarum ipsius. Cap. 13.

OPortet vt cognoscas illud ex canonibus prædictis,& non iteremus ea omni hora.

De cura. Cap. 14.

B ILla autem quæ associatur caliditati & siccitati,est facilioris curæ.Et huiusmodi quidem cura est cum eo quod [d] dictum est multoties.[e] In ea vero quæ facta est à siccitate & frigiditate oportet ægrum nutriri ex cibis humectantibus temperatis. Et vt administres exercitium partium capitis cum fricatione,& compressione facta cum pannis asperis,et motionem manuũ & pedum.Et vniuersaliter exercitium quod non sit forte: sed sit ẽm quantitatem qua fiat fames, & exquiratur, vel necessarium sit augmentum in cibo,& tranquillitas vel quies & somnum & balneũ, & calefaciat cum emplastris calefacientibus notis,quorum rememorationem non iteramus.[f] Et cum vẽtosis super caput absq; scarificatione.Et cum medicinis rubificantibus: & fortasse necesse erit vt ponantur duo cauteria posterius alchafa.Et administrẽtur aquæ in quibus cocta sint chamẽmilla,& melilotum & pedes caprarum:& ex oleis oleum de lilio,& narciso,& keiri.Quod si fuerit materia habente frigiditatem,& humiditatem,euacua ipsum post digestionem cum eo quod scis.[g] Et [α] habitet in domo multi luminis.Et incipiatur primum ab euacuantibus, quæ sunt faciliora [h] sicut hiera & pulpa culoquintidæ & castoreum.Deinde gradatim procedat ad hieras magnas:postea administretur si confidis, ꝙ non est malitia complexionis calidæ,confectio[h] anacardina, q̃m est fortior in confortatione rationis sufficienter faciente acquirere seruationem iuuatissimã seruationis: & administrentur reliqua calefacientia ex rubificantibus,& gargarismis,et odoramentis etiam quę sis. [h]Et non festines in desiccatione eius:sed gradatim procede.[h] Et caue ne desiccatio tua consequa-

D T.1.c.29.

E G.3.loc.af.c.5.a

F G.3.loc.af.c. 4.f ẽm archigenem

G Ser.t.1.c.17. *Infra* α

H Ras.1.cõti.t.10. c.1.9.4

C tur consumptionem humiditatum principalium: & sequatur eam frigiditas complexionis. Illud enim est ex eis quæ in obliuione augmentum præbent. Et oportet vt alienent à se ebrietatem, & sufflationem ventorum, & repletionem. Et alienẽtur ab ablutione cum aqua penitus,calida quidem,propter illud quod est in ea de mollificatione: & à frigida quidem,propterea ꝙ stupefacit, & nocet spiritui sensus.Q; si eis accidit repletio,subtilient regimen post ipsam. Et oportet vt alienet cibos inducentes subet & grauatiuos, & stupefactiuos, & vaporosos.[i] Repletio vero ex vino facta nocet valde:[k]sed parum dilatat animam,& confortat spiritum,& facit ipsum bonum, & excusat à multiplicatione aquæ.[k] Eius enim multiplicatio est res magis nocens eis. Et dormitio multa in meridie.[k] Et vniuersaliter somnus multus nocet multum, & proprie super repletionem plurimam.Superfluitas quoq; vigiliarum resoluit spiritum,& debilitat eum,& cum hoc replet cerebrũ vaporibus.Et ex eis quidem quæ experta sunt est [h] acorus nutritus,& piper longum nutritum, & inuenta sunt manifeste addentia in seruatione.Et medicamen hoc expertum:& eius quidem confectio.Recipe olibani ciperi, piperis albi,croci, myrrhæ partes æquales commisceantur. Sumatur omni die pondus drach.vnius:& hoc etiam iam expertum est:piperis partes.ij.cymini tantũdem, zuccari albi partes.iij.[h]Et expertũ etiam omni die in ieiunio potare in ipsa olibani.iij.quartas aur. & piperis quartam:& iterum cymini partes.v.piperis.i.acori.ij.cyperi.ij.myroba.ni.ij.mellis ana

I T.5.c.11.

K Ras.10.1.

D cardi.i. mellis duplum omnium. Et oportet vt redeas ad medicinas singulares scriptas in libro secundo: & earum locus est in tabulis ægritudinũ capitis. [g] Et [α] oportet vt sit hospitium huius domus in qua sit lumen plurimum. Facta vero ab apostematibus cerebri, curatur cum eo quod dictum est in [l] †{karabito,}& in lethargia,& subet asahari.

Supra α

L † phrenitide

{De corruptione imaginationis}.i.Delirio. Cap. 14.

IPsa quidem est ex causis prædictis,& signa eius sunt signa narrata in alijs capitulis. verũtamen est [m] in anteriore parte cerebri.Et eius corruptio,aut est vt imaginetur quod non est: & videat res,quibus non est inuentio:& illud est propter dominium choleræ in anteriore parte cerebri: aut propter dominium malitiæ complexionis calidæ absq; materia: Aut vt minuatur imaginatio, & debilitetur ab imaginando res imaginabiles,& neq; videt visiones, & somnia nisi parum, & obliuiscatur eorũ,& obliuiscatur formarum sensatarum qualiter sunt,& neq; imaginentur eas: & eius quidem causa est eadem causa, quæ est diminutionis memoriæ: verũtamen plurimum corruptionis memorię non fit nisi à frigiditate & humiditate:& minus fit à siccitate:& res hic est econuerso. Nam hoc instrumẽtum lene creatum est,vt velociter fiat impressio eius quod imaginatur: & illud durum, vt dimissio vel remotio ipsius difficilis fiat ab eo, quod in ipso est impressum & res cadant

M Gal. de oculis par.2.c.2.h

in ipso

in ipso econtrario.& corruptio quidem memoriæ cadit in intentionibus sensatorum,& in propor E
tione compositionis earum. Et corruptio imaginationis cadit in similitudine sensatorũ & speciebus seu formis ipsorum.Et hoc quidem scitur [a] ex arte alia. Quod autem magis significatiuum est ꝙ ægritudo est ex humiditate,aut siccitate,est dispositio somni,& vigiliarum, & dispositio siccitatis oculorum,& narium, & humiditatis eorum. Et dispositio coloris linguæ, & humiditatis eius, aut siccitatis ipsius.Et quando est ægritudo corruptionis imaginationis,non ipsius diminutio, tu es sufficens ad cognoscendum eam etiam,quãdo est à melancholia, aut cholera, aut complexione calida singulari,propter illud quod dictum est, & scitur. Curæ autem illius sunt, secundum curas quæ sunt in ægritudinibus præteritis.veruntamen oportet vt cura sit in partibus principiorũ sensus:& si necessaria est fricatio,aut ventosarum appositio,fiat in anteriore parte cerebri.

A Lib.6.naturaliũ.s.de aĩa ab Auicẽ.

De [b] mania & dispositione canina. Cap. 15.

EXpositio maniæ est dæmouium lupinum. Canina vero est species eius existens cum ira permista tripudio,seu ioco cum motione manuum corrupta permista blandimento, seu inclinationi ad complacendum homini, vel ad appropinquandum ei queadmodum est ex naturis canũ. Et scias ꝙ materia faciens dæmonium lupinum est in substantia materię facientis melancholiam: qm̃ vtraꝗ sunt melancholicæ:veruntamen [c] causa faciens demonium est melancholia adusta [d] facta,aut à [e] cholera,aut à melancholia,quæ est deterior:& faciens melancholiam est melãcholia na- F
turalis multa,aut melãcholia adusta:sed facta à phlegmate, aut sanguine dulci:& raro fit ex phlegmate adusto gienun,quãuis fiat ex eo melancholia. Et plurimũ quidem melãcholia non fit nisi cũ præsentia materiæ melancholicæ in vasis.Et plurimum mania non est nisi cum præsentia materię in anteriore parte cerebri,et substantia eius:qm̃ ipsius aduentus ad cerebrũ est sicut aduentus materiei karabiti.Et melancholia quidem est cum malitia existimationis,& cogitatione corrupta, & timore,& quiete,& non est in ipsa agitatio vehemens.Mania vero tota est [d] agitatio, & [f] saltus,& inquisitio,cum manibus,seu motio manuum ad aliquid inquirendum, & actus seu mores similes animalibus alsebhai,& aspectus cui nõ assimilatur [d] aspectus hominis: immo res cui magis similis est aspectus luporũ.Et differt ab vna specie karabiti,cui eam habens in demonio assimilatur:[g] qm̃ cum hac ægritudine non est febris ſm plurimum:sed karabitus non euacuatur ab ipsa.Canina autem est species maniæ,in qua est associatio vehemens,& amicitia cum obedientia, & cõuenientia simul.Et in ipsa quidem non est intentio firma ad malum,vel ad pugnam iracundã quę est in mania:& est quasi ad sanguineam propinquior. Hæc autem ægritudo plurimum accidit [h] in autũno propter malitiam humorum. Et quandoꝗ multiplicatur in vere, & in æstate. Et est ei excitatio apud flatum septẽtrionis, propter desiccationem septentrionis.Et hanc quidem ægritudinẽ plurimum resoluunt [i] hæmorrhoides & varices.[k] Et cum accidit successione eius hydropisis, soluit G
eam cum humiditate sua,proprie cũ eius causa est caliditas hepatis, & ipsius siccitas: & multoties accidit hæc ægritudo propter communitatem stomachi,quam vomitus sanat.

B Raſ.1.cõti.t.19.c.1.23.1.
C C.18.
D Ser.t.1.c.21.
E G.3.loc.af.c.7.b
F C.18.
G G.2.de cã sym.c.7.c.&.3.loc.af.c.5.a
H G.3.aphor.20.a & 22.e
I Fẽ.17.c.3.& lib.1. Fen.2.d.1.c.8.& Hip.6.aphor.21.
K Hip.7.apho.5.

De signis maniæ vniuersalibus,& specierum eius. Cap. 16.

SIgna itaꝗ vniuersalia eius sunt,ꝙ mutatio operationum moralium, & mobilium est mutatio prædicta.Signa vero indicantia ipsam sunt,sicut incubus cum caliditate cerebri, & sicut si repleantur pedes sanguine,& fiant rubei.[l] Aut coaguletur sanguis in mamilla mulieris. Et significat motus corruptionis sanguinis.Et primum quandoꝗ significat super hoc & ꝙ ipsum fiat causa corruptionis sanguinis in membro in quo calor innatus nõ est fortis regens sanguinem bene: immo corrumpitur in ipso sanguis aliqua corruptionis specie nocẽtis cerebro. Et cum accidit signũ primum in fine maniæ,forsitan significat ipsius resolutionem significatione varicum. Et multoties accidit mania in ægritudinibus acutis significans crisim:ꝙ si reliqua signa eius testificationem bonitatis attenstentur,significat ꝙ crisis erit bona.[m] Et quandoꝗ est vehementia manię significãs crisim in ipsius maniæ.Et signũ quidem factæ ex melancholia adusta à melancholia est ꝙ eius demonium,& lupinositas eius,fiunt cum cogitatione,& quiete tempore aliquo:deinde cum mouetur,& aliquis eum alloquitur incipit tacere cogitans:postea cum iteratur super eum,non est possibile euadere ab eo,neꝗ facere silere ipsum.Et est extenuatio corporis in ipso vehementior, & co- H
lor ad nigredinẽ decliuior,& somnia deteriora: & quandoꝗ vomit aliquid acetosum,ex quo ebullit terra.In ea vero quæ est ex melancholia cholerica, fiunt permutationes ad cõtentionem vel ad pugnam velocius:& quies ab ea velocius,& non recordatur contentionis vel pugnæ et odij,sicut recordat̃ eius primus,aut minorat̃ eius quies,& multiplicat̃ motus ipsius, & rixa, & agitatio eius.

L Hip. 5.aph. 40.
M G.1.de dieb.decret.c.4.f

De cura. Cap. 17.

SI repletionem vides humorum, [n] phlebotoma. Et si vides dominium choleræ in corpore per vrinam,& reliqua signa,euacua cũ decoctione epithymi,aut [o] decoctione myrobal. si est cholera melancholica.Et si est melãcholia pura,fortasse necesse erit tibi vt euacues cum epithymi puri pondere trium drach.cum oxymelle, & pilulis de azulo. Deinde veni ad caput,& euacua si est ibi repletio sanguinea,aut melancholia sanguinea, ex venis quæ sunt sub lingua. Et assidua ipsius euacuationem cum his pilulis.Quarum cõfectio recipe hieræpic.epithymi,sticados omnium triũ ana.partem.i.scamoneæ myrobal.amborum ana partẽ mediam.fiant ex ea pilulę magnæ.Et post vniuersalem euacuationem [p] in noctibus separatis sumatur ex eis quaꝗ nocte pondus drach.ij. Et ex eis quæ conferunt ad illud sunt pilulæ istiusmodi:epithymi,polypodij amborũ ana drach.v.

N Halya.5.theo.c.24.& Aeti.lib.2.ser.2.c.8.
O Ser.t.1.c.21.
P F.10.t.5.c.2.ꝙ in nocte euacuet.

lapidis

A lapidis armeni, myrobal. kebu. ana drach. i. sticados drach. x. salis indi, pulpæ coloquinthidæ amborum ana drach. iiij. bellyri. embli. hasce. hellebo. ni. omnium ana drach. iij. turbith. drach. xx. cōficiantur cum oxymelle mellino, & administrentur. Et fiant gargarismata cum oxymelle scamoneato. Et non superflue vtaris de pilulis [a] †{alsabiar} sed vtere eis tanto tempore, quo cum eis inuenitur leuitas. Cum autem malitiam complexionis calidæ sentis, abscinde eas: & post purgationem perueni ad infrigidationem, et humectationem cum embrocis et alijs. Et fortasse necessariū erit, vt in die quinquies embrocentur, & liniantur capita ipsorum ex decoctione pedum & capitum: & mulgeatur super ipsa lac: & ponatur super ea butyrum crudum. Sitq; intentio tua in humectando maior intentione tua in infrigidando. Verūtamen si non inuenis medicinas vehemētis humectationis, nisi frigidas, pone cum eis chamæmillā. Et fortasse necessarium erit tibi, vt eos dormire facias tribuere eis in potu [b] diacodion. Dabis ergo ei illud ad bibendum cum aqua granatorum dulcium, vt humectet: aut cum [c] syrupo de prunis, vt leniat: aut cū aqua hordei. Et embroca eos etiam cum aqua in qua coctum sit papauer, vt dormiant: verum rectius est vt ponas in eo parum chamæmillæ, & emulge super caput lac, & olea iuuantia ad illud sunt bona. Et cum administraueris embrocas, & caputpurgia, & olea humectantia, ingenia vt dormiant: postea fm dispositionem, qua fit somnus ex embrocis & oleis facientibus subet, & proprie oleo ex lactucis: &
B in potu tribue eis quod humectat, sicut aqua hordei. Et non des eis ad potandum aliquid, quod currat [c] cursu oxymellis: & in quo sit subtiliatio, & desiccatio, & incisio. [b] Et quoties videris naturam duram, clysteriza infirmum, vt nō eleuētur ad caput vapores impedientes ex fæce. Et oportet vt in aquis ipsorum des eis [b] in potu radices fœni. syluestris, & semen eius, & [b] radicem vitis albæ quæ est [d] †{alsesera, } qm̄ sunt iuuatiua. Sitq; ipsorū ex eis potio quaq; [b] die aur. i. Si autem ea non biberint, absconde illa in cibis eorum. [c] Et coram infirmo sedeat de quo verecūdetur: & quē timeat, & [c] stringantur coxæ, & crura eius semper, vt assidue vapor ad inferiora trahatur. Quod si timetur, q̄ seipsos lædant, ligentur fortiter, & intromittantur in cabijs, & suspendantur in suspensorio eleuato quod est sicut [e] †{argiuhaie, vel sicut alargiuha.} Et oportet vt sint cibi eorū humidi fm omnem dispositionem. verūtamen oportet ne cum sua humiditate sint ex eis, quæ oppilationes venire faciunt, sicut amylum, & quæ similia sunt ei. Illud enim valde nocet eis. Et non detur ipsis quod plurimum prouocat vrinam: illud enim ipsis nocet. Et reliquæ curæ ipsorum, in quibus oportet vt sibi timeant. & sibi caueant, sunt cura melancholiæ: & nos rememorabimur eius in suo capitulo. [c] Cumq; declinant, non est malum si ad potandum detur eis vinum plurimū commistum. Nam illud humectat eos, & dormire facit.

A † amicis somno

B Aeti. lib. 2. ser. 2. c. 8.

C Ser. t. 1. c. 21.

D † vitis alba.

E † funis suspen. sus. i. il viscolo.

De melancholia. Cap. 18.

C Dicitur melancholia mutatio existimationum, & cogitationū à cursu naturali ad corruptionem & ad [f] timorem, & ad malitiam propter complexionem melancholicā, facientem pauidum seu tristantem spiritum cerebri interius, & facientem ipsum timidum propter [g] tenebras ipsius, sicut tenebræ extrinsecæ solicitant, & timere faciunt fm q̄ complexio frigiditatis & siccitatis contraria est spiritui debilitans ipsum, sicut complexio caliditatis & humiditatis vt complexio vini est conueniens spiritibus & confortans. [h] Cumq; melāncholia componitur cum rixa & saltu, contentione, seu pugna permutatur, & nominatur mania. Et non dicitur mania, nisi illa quæ fit à melancholia adusta: & neq; [i] dicitur melancholia, nisi cuius euentus est à [h] cholera nigra nō adusta. Et melancholię quidem causa, aut est in ipso cerebro: aut extra cerebrū. [k] Et illa quæ est in ipso cerebro: aut est ex malitia complexionis frigidæ & siccę sine materia permutante substantiam cerebri, & complexionem spiritus luminosi ad tenebras aut est cum materia. Et illa quæ est cū materia, aut est materia, quæ est in venis veniens ad eas ex loco alio, & cōuertitur in eis ad choleram ni. propter adustionem quæ in eis est, aut fit fæx: & hoc est plurimum, aut est materia imbibita in corpore cerebri, aut est lædens cerebrum [l] qualitate & substantia sua, & effunditur in ventres. Et [m] multoties fit permutatione ex epilepsia. Illi vero cuius causa est extra cerebrum cōmunicat res aliqua, ex qua ad cerebrū humor eleuatur: aut vapor tenebrosus. [n] Est ergo res illa: aut in toto cor
D pore, cum ei dominatur complexio melancholica: [o] aut [α] splen cum in ipso retinetur melācholia, & non potest ipsam purgare: aut est defectus, & non potest trahere choleram nigram ex sanguine: aut quia in ipso prouenit apostema: aut non prouenit: sed nocumentū aliud [p] aut [β] propter vehementiam caliditatis hepatis: [q] aut est res illa ipsum mirac, cum in ipso adunantur superfluitates nutrimenti, & vapores intestinorum, & aduruntur humores ipsius, & cōuertuntur in genus melancholiæ, & faciunt euenire apostema: aut si non faciunt euenire, eleuatur ex eis vapor tenebrosus ad caput: & nominatur hæc inflatio mirachia, & melācholia inflatiua, & melācholia mirachia. Et ipsa quidem multoties eleuatur ab apostemate portenariorū hepatis, & aduritur sanguis mirac: & est illud quod [r] Gal. posuit causam in melācholia mirachia. Et [s] †{Theophilo} quidem videtur q̄ eius causa est vehementia caliditatis hepatis, & intestinorum. [t] Et quidā alij ponunt causam in ea oppilationes cadentes in mesaraicis cum apostemate: & quidam alij ponunt causam oppilationes quæ fiunt in mesaraicis, & si non sit apa. Significat ergo qui ponit causam in illo oppilationem in mesaraicis: q̄ nutrimentum ipsorum non penetrat ad venas, et accidit ei corruptio: & significat qui dicit illud esse propter apostema, longitudinem retentionis cibi in eis crudi cum dispositione sua. Et hoc apostema fm [u] plurimū nō fit calidum, qm̄ nō est illic fe. & sitis, & vomitus cholerae.

F G. 2. de cā sym. c. 7. c. d. & 3. loc. af. c. 7 fol. 19. b.

G G. ibidem. d

H Ca. 15.

I G. 3. loc. af. c. 7. b

K G. ibidem. d. e

L G. ibidem. c. d

M T. 5. c. 8. & Ga. 4. de vic. rōne. 27. c

N G. ibidem. d. h

O Ras. 1. cōti. t. 9. c. 1. 7. 1. & G. 6. loc. af. c. 1. b

Infra α

P Li. 1. F. 3. d. 2. c. 7

Infra β

Q G. ibidē. h & d

R 3. lo. af. fo. 19. a. b

S † Diocli.

T G. ibidē. fo. 18. h

V Ser. t. 1. c. 21.

choleræ. Et qñq; est causa generationis eius extra cerebrum. Et principium quidem generationis E est in cerebro: sicut cum in stomacho est apostema calidum, & adurit vapor eius humiditates cerebri. Aut est in matrice: aut in reliquis membris capiti cõmunicantibus. Eius vero quæ fit à frigiditate & siccitate sine materia causa est malitia cõplexionis melancholicæ in corde cum materia, aut sine materia cui cõmunicat in ipsa cerebrum: qm̃ spiritus animalis continuus est spiritui vitali, & ex substãtia ipsius. Quare complexio eius corrupta melancholica corrumpit complexionem cerebri, & conuertit ad melancholiam. Et quãdoq; fit propter causas alias infrigidantes & exiccantes, non ex corde solum: cum tamen non sit possibile vt fiat absq; cõmunitate cordis, imo fortasse magnitudo causæ in ipso erit ex corde.[a] Et propter hoc necessarium est vt associetur vel continuetur cura cordis cum cura cerebri in hac ægritudine. Et scias q; sanguis cordis quãdo est tersus, subtilis, clarus, lætificans, resistit corruptioni cerebri, & rectificat ipsum: immo non est mirum si sit fm plurimum principium illius ex corde: licet non confirmetur hæc ęgritudo nisi in cerebro. nõ enim est nouum & longinquum mirum, si cordis complexio primum corrumpatur, & sequatur eam cerebrum, aut corrumpatur cerebri complexio, & sequatur eam cor, & corrumpatur complexio spiritus in corde & fiat tristis, seu pauidus, & corrumpat quod ex eo penetrat ad cerebrũ, & iuuet cerebrum ad se corrumpendũ.[b] Et qñq; accidit in fine ęgritudinum materialium, et proprie acutarũ [c] melancholia: & est signum mortis, & tunc accidit homini illi, vt recordetur mortis, & mortuorũ F plurimum. Et vniuersaliter quidem cholera nigra multiplicatur, & generatur qñq; causa membri operantis nutrimentum,[d] quod [β] est hepar: cum aduritur sanguis, aut debilitatur ab expulsione superfluitatis melancholicæ, & est minus. & qñq; causa membri, quod est euacuatorium choleræ nigrę, & [e] est [α] splen, cum debilitatur in duabus rebus: quarum vna est attractio fæcis sanguinis, & cinereitatis eius ab hepate: & altera est expulsio superfluitatis quę ex eo ad ipsum trahitur ad expulsorium quod est ei præparatum. Et qñq; generatur cholera nigra in membro alio: aut propter vehementiam adustionis nutrimenti eius: aut causa defectus ipsius ab expulsione superfluitatis nutrimenti sui, quare resoluitur eius subtile, & fit fæx spissum ipsius melancholicũ: aut propter vehementiam infrigidationis, & desiccationis eius quod ad ipsum peruenit.[f] Et qñq; etiam fiunt causa in generatione eius, cibi generatiui choleræ nigræ. [g] Et quibusdam medicorum visum est q; melãcholia contingat à dæmonio: sed nos non curamus cum physicam docemus, si illud cõtingat à dęmonio, aut non cõtingat, postq̃ dicimus, q; si contingat à dæmonio tunc contingit ita vt conuertat complexionem ad choleram nigram, & sit causa eius propinqua cholera nigra: deinde fit causa illius dæmonium, aut non dæmonium.[h] Ex causis vero fortibus in generatione melãcholiæ, est superfluitas tristitiæ, & timoris. Et oportet vt scias, q; cholera nigra faciens melancholiam, qñq; est cholera nigra naturalis, aut phlegma, cum cõuertitur in choleram nigram propter spissitudinem: G aut propter aliquam adustionem, quãuis hoc sit parum & rarum: aut sanguis, cum propter decoctionem, aut spissitudinem conuertitur absq; adustione vehemẽti. Humor autem cholericus cum in ipso cadit adustio vltima, facit maniam: & non est contentus super melancholiam. Et vnaquęq; specierum choleræ nigræ, cum in cerebro est modo prædicto, facit melãcholiam, verũtamen quædam earum cum melancholia efficit maniam.[i] Illa vero quæ est magis incolumis est illa, quæ fit ex fæce sanguinis, & cum qua fit gaudium. [k] Et melancholia quidem plurimum resoluitur per hæmorrhoidas & [l] varices. Et quandoq; minoratur generatio huius [m] ægritudinis in albis, & pinguibus: & multiplicatur in brunis, & pilosis extenuatis, & duram carnem habentibus. [n] Et multiplicatur generatio ipsius in eo, cuius cor est vehementer calidum, & cerebrum ipsius est humidum: quare fit caliditas cordis eius generatiua choleræ nigrę in ipso, & humiditas cerebri ipsius susceptiua impressionis eius, quod generatur in corde ipsius. Ex eis vero qui ad ipsum sunt pręparati, sunt [o] Trauli, & syllabam multoties repetentes antequã dictionem proferant. naturam habentes acutam faciliter irascibilem, [p] linguas habentes leues, & oculos multum palpitantes, quorum facies sunt vehementis [p] rubedinis, & bruni, & pilosi: & proprie in quorum pectoribus sunt [m] pili nigri, & grossi, [m] quorum venæ sunt amplæ, & [q] labia grossa, quoniam quædam ipsorum sunt significationes caliditatis cordis, & quædam significationes humiditatis cerebri. Et plurimum sunt, in ap- H parentia phlegmatici. [r] Et hæc quidem ægritudo plus accidit in viris: [r] sed in mulieribus est deterior.[s] Et multiplicatur in cõsistentibus, & [s] senibus. Et minoratur [t] in hyeme, & multiplicatur [u] in æstate, & autumno. Et quandoq; excitatur vt [x] in vere plurimum, quoniam ver eleuat humores, & permiscet eos sanguini. Et quandoq; est eius excitatio [y] cum periodis, in quibus excitetur cholera nigra, & feruet etiam. Et ad illum etiam, qui præparatus est melancholiæ, cito peruenit ipsa, cum adsunt ei [z] timor, aut tristitia, aut vigiliæ, [a] aut retinetur in ipso consuetudo cursus sanguinis eius, aut [b] vomitus melancholicus, aut reliqua.

De signis specierum eius. — *Cap.* 19.

Signa principij melancholiæ sunt [c] existimatio mala, & [c] timor sine causa, & velocitas iræ, & [d] dilectio solitudinis, & tremor, & [e] vertigo, & [e] sonitus, & tinnitus, & proprie in mirac. Cum autem confirmata est, sunt timor, & malitia existimationis, & tristitia, & pauor siue syluestritas, & angustia, & alienatio sermonis, [α] & [f] appetitus ad coitum propter multitudinem ventositatis, & species timoris ex eis quæ non sunt, aut sunt, & plurimum timoris eius est ex eis, quæ non timẽtur fm consuetudinẽ. Et species quidẽ istæ sunt [g] indefinitę. Quidã.n. eorũ timent [h] casum cœli sup se.

Et quidam

A Ser.1.1.c.22.
B Ga.3.loc.af.c.7. fol.18.g
C Lib.4. Fẽ.2.t.1. c.55.
Supra β
D Raf.1.cõti.t.9. c.1.7.1.
E G.6.loc.af.c.1.b
Supra α
F Ga.3.loc.af.c.7. fol.18.f.
G Alzara, li.prac. t.1. sect.2.ca.34. de epilepsia.
H Hip.6.apho.23. & G.3.loc.af.c.7. fol.18.e
I Hip.6.apho.53.
K Hip.6.apho.21.
L Fen.22.t.1.c.5.
& Hip.6.apho.21.
M G.3.lo.af.c.7.e
N Halya. 9. theo. c.7. & Raf.1. cõti.t. 9.c.1.7.1.
O Raf.1. cõti.t.9. c.1.7.2.
P Raf.7.1.
Q Raf.7.2.
R Raf. 1.cõti.t.9. c.1.7.1.
S G.3.apho.30. e
T G.3.pgnost.28. & Raf.
V G.3.apho.22.e
X G.3.apho 20.
Y Aeti. li.2. ser.2. c.8.
Z Hip.6. apho.23. & G.7.apho.40.
A G.3.loc.af.c.7.e
B Raf.1. cõti. t.9. c.1. 6.2.
C G.3.loc.aff.c.7. 19.b
D Raf. 1. cõti.t.9. c.1.7.1.
E Aeti.li.2.ser.2.c. 9.& G.de m̃lia c
F Ga. cõ 3.in.6.de mor.vulg.12.a
Infra α
G G.3.loc.aff.c.7. fol.19.c & Aeti.lib. 2. ser.2.c.8.
H Ga.cõ.3.in.1.de mor.vulg.1.h & 3. loc.af.c.7.fol.19.c.

A Raf.1.cont.t.9. c.1.6.4.
B Alzara.li. pract. secti.2.c.27.
C Aet.lib.2. ser.2. c.9.& G.d̄ mel̄ia. c
D Aet.lib.2. ser.2. c.9.
E Gal.3.loc. affec. c.7. 19.d
F Ser.t.1. c. 22.
G Raf.ibi.7. 2.
H Raf.6.3.
I G.de mel̄ia.f
K Paul.lib.3.c.14.
L G.de mel̄ia.f, & Paul.ibi.
M Raf.lib. diuisi. c.9.
N G.cōmē.3.in.6. de morb.vulg. 12.a
Supra α
O Gal.3.lo.af.c.7. 19.a
P Fē.13.t.4. c.2.
Q Fē.13.t.2. c.1.& Fen.16. t. 3. c. 6. & G.3.lo.af.c.7. 18.h,
R Ga.3.loc.af. c.7. 18.h
S Fē.16.t.3.c. 4.
T Gal. & Ser.

A Et quidam eorum timent, ꝙ terra absorbeat eos,& dæmonium.& quidam [a] timēt regem.Et quidam timent latrones.& alij timent ne leo ad eos ingrediatur.Et qn̄q; res præteritæ habent in hoc impresſionem. Et cum hoc quandoq; imaginantur res coram oculis suis, quæ non sunt veræ. Et quandoq; imaginantur seipsos factos reges,aut [b] leones,aut [c] dęmones,aut aues,aut instrumenta artificialia.Amplius quidam eorum sunt,qui rident:& proprie quorū melancholia est sanguinea, quoniam imaginantur quod placet,& delectat eos.Et quidam sunt,[d]qui plorant,& proprie quorum melancholia est melancholia pura.Et [e] quidam eorum sunt, qui diligūt mortem. Et quidam qui eam abhorrent.Signa vero eius,quæ in cerebro est,sunt proprie [f] superfluitas cogitationis, & asſiduatio solicitudinis melancholicę,& [f] asſiduus aspectus ad rem vnam,& ad terram.Et significant ipsam color capitis,& faciei,& oculorum.& nigredo [f] pilorum capitis, & grosſitudo eorum, & antecesſio [d] vigiliarum,& cogitationum,& [g] mora in sole,& quæ similia sunt istis.& [h] ęgritudines cerebri antecedentes,& ꝙ non adsint signa,quæ dicemus membris alijs cerebro cōicantibus præsentia.Et vt non appareat iuuamentum,cum membrum illud medicatur,& mundificatur. & vt sint accidentia valde magna.Eius autem,quæ facta est communitate totius corporis est [i] nigredo corporis,& [k] eius arefactio.Et retentio eius,quod euacuatur ex splene, & stomacho: & quod euacuatur cum periodis [l] ex ano,& menstruis.Et multitudo pilorū corporis,& vehemens nigre- B do ipsorum.Et [l] antecesſio ciborum malorum,& melancholicorum,et quos te docuimus in libro secundo.Et ægritudines quidem quibus succedit melancholia, sunt sicut febres temporales, & permistæ. Verū [m] signa eius,quæ facta est ex splene sunt multitudo appetitus propter effusionem choleræ nigrę ad stomachum,& cum paucitate digestionis propter frigiditatem complexionis,& multitudo rugitus lateris sinistri,& inflatio splenis.Et illud quidem est,quod nō ab eis separatur: [n] & [α] appetitus ad coitum vehemens propter inflationem.Et quandoq; est cum ea febris quartana:& quandoq; natura est lenis,& quandoq; mordicatio choleræ nigræ causat dolorem vel læsionem.Signa autem eius,quæ est ex stomacho,sunt inuentio signorū [o] aposlematis stomachi rememoratorum in [p] capitulo de ægritudinibus stomachi:& augmentatio ęgritudinis cū satietate nauseatiua,& repletione,in hora digestionis.Et multoties excitantur [q] cū ea apud comestionē,vsquequo digeratur,dolores:deinde quiescunt apud digestionem.Si autem est calidū significant ipsum inflammatio in mirac & vomitus choleræ,& sitis.Et plurimum melancholiam habens est splene- ticus.Signa vero mirachiæ,sunt [k] grauitas in mirac,& [k] attractio ad superiora,& nausea inseparabilis,& malitia animæ,& [f] corruptio digestionis,& eructuatio acetosa,& [r] sputum humidū,& [s] rugitus,& exitus ventositatis,& [h] inflatio,& vt inueniat [t] dolorem in stomacho, aut [r] dolorem inter vtrasq; spatulas,& proprie post cibum [r] vsquequo digeratur perfecte. Et qn̄q; euomit [r] phlegma C cholericum,& qn̄q; euomit phlegma [r] acetosum,congelans dentes.Et accidunt ei hæc accidentia cum acceptione cibi:immo post ipsum per horas aliquas. Et erit egestio eius phlegmatica cholerica.Et alleuiatur propter digestionis bonitatem,& augmentatur diminutione ipsius. Et præcedit quandoq; ipsam apostema in mirac:aut est cum ea.Et iuenitur iectigatio plurima in mirac in quibusdā horis.Hæc aūt ægritudo augmentatur cum satietate nauseatiua,malitia digestionis.Et * dicimus,ꝙ cholera nigra faciens melancholiam,cum est cum sanguine,est cum gaudio,& risu:& nō concomitatur ipsam tristitia vehemens.Si autem est cum phlegmate est cum pigritia,& paucitate motus,& quiete.Et [d] si est cum cholera,vel ex cholera est cum agitatione,& aliquali dæmonio, & est similis maniæ.Et si fuerit cholera nigra pura,tunc cogitatio in ipsa erit plurima, & agitatio seu furiositas erit minus:nisi moueatur,& rixetur,& habet odium cuius non obliuiscitur.

Supra *

De cura. *Cap. 20.*

V G.de mel̄ia.h,& Raf.1.cont.t.9.c.2. 8.3.& Aet. li. 2. ser. 2.c.10.
X Paul.lib.3.c.14. & Raf.ibidē.8.2.& Haly.5.pract.c. 23.
Y Hal.5. pra.c.23.
Z paul.lib.3.c. 14.
A Raf.1.conti.t.9. c.2.8.2.
B Raf.ibi. & Aet.
C Li.1.F.3.d.2. c.4
D Raf.8. 4.
E Opposit. Fē.20. t.1.c.10.
F Ga.3.loc.af. c.7. 18.f.g
G Raf.1.9.c.13.
H 11.

OPortet vt cura eius [v] fieri incipiat anteq̄ confirmetur,quoniam facilis est in principio,& difficilis cum est confirmata.Et necessarium quidem est vt ſm oēm disponem [x] anima ipsius lætificetur & iucundetur.Et sedeat in locis temperatis,& humectetur aer hospitij eius, & odorificetur,sternēdo odorifera in ipso:& vniuersaliter oportet vt semper [v] olfaciat odores bonos, & flores boni odoris.Et sumat cibos laudabilis chymi [z] humectatiuos valde.Et [a] regatur,vt pinguescat D corpus eius cum cibis conuenientibus & [b] balneo ante cibum. Et effundatur super caput ipsius aqua tepida non vehementis caliditatis.Cumq; ex balneo egreditur,si parum sitis habet, non est malum,si parum aquæ potet.Et administretur fricatio impinguans prædicta in [c] capitulo de conseruatione sanitatis.Sitq; [d] studium tuum in humectatione ipsius supra studium tuum in eius calefactione,quantum posſibile est.Et alienet à [e] se coitum:& sudorem vehemētem. Et [f] alienet fabas & carnes salitas,& lentes,& caules,& vinum grossum et nouum,et omne sal,et omne salsum, & acre,& acutum,& omne quod est vehementis acetositatis. Immo oportet vt sumat pingue, & dulce.Et cum voluntas adest vt dormiant,non embrocentur eorum capita, nisi cum aqua papaueris,& chamæmillæ,& alhacoe: [g] somnus enim est ex conuenientioribus curis eorum. Veruntamen succurratur cum eo,quod tantum afferat eis de rectificatione quantum nocumentum pauer attriuit. Si autem melancholia fuerit ex malitia cōplexionis singularis frigidæ et siccę oportet vt administres calefactionem cordis cum lætificantibus,et medicinis de muscho,et theriaca,et mithridato et similibus:et cura caput cum eis,quæ dicta sunt in [h] capitulo de stoliditate.Et quę ex ea fortis est,accidens succesſione alterius ægritudinis calidæ,facilis curæ est, ita vt embrocationibus remoueatur.Si autem est materia melancholica confirmata in cerebro, tunc thesaurus curæ

ipsius est tres res. Prima earum est euacuatione materiei: & fortasse erit per clystere & [a] vomitum E nisi in illo cuius stomachus est debilis: illum enim nunquam in hac ægritudine vomere facias, neque etiam in mirachia. Et secunda est, vt administres cum euacuatione [b] humectationem assidue cum embrocis, & oleis calidis: & ponas in eis ex medicinis sicut chamæmillam, & anethum, & melilotum, & radicem liquiritiæ, vt non ingrossetur humor cum resolutione pura, & non cures cum eo, quod humectat in quo nō est resolutio. Quod si cholera nigra est elongata à caliditate, interest vt addas sceha, & folia lauri, & calamenthum cum humectatione, & non cures. Et administra cibos generatiuos sanguinis laudabilis sicut pisces petrosos, & carnes laudabiles prædictas. Et in quibusdam horis vinum album permistum, præter antiquū & forte. Et tertia est vt administres [c] confortationem cordis si sentit complexionem frigidam cum lætificantibus calidis. Et si sentit complexionem declinantem ad caliditatem cum lætificantibus temperatis. Et si caliditas est valde fortis, tunc administra lætificantia frigida non superfluę frigiditatis. Et illud quidem scies ex pulsu. Incipiamus aūt distinguere regimina ista: & dicamus, euacuatio, quidem ita faciēda est. Nam si vides venas plenas qualitercunque sit, & quod cholera nigra sit sanguinea, tunc phlebotoma ex [d] nigra. Immo oportet sm omnem dispositionem, vt à phlebotomia incipias: nisi timor vehementis debilitatis affuerit, aut sciueris, quod materiæ sunt paucæ, & [e] sunt in cerebro tantum, & quod siccitas dominatur super complexionem. Amplius si phlebotomas, & [f] inuenis sanguinem subtilem, non retineas sanguinem propter hoc, quoniam multoties in ipsa pręcedit subtilis: & propter illud oportet vt amplifices phlebotomiam, vt non effluat, quod subtile est, & retineatur grossum, & augeatur malitia. Et considera, quod duorum laterum capitis sit grauius, & phlebotoma basilicam, quæ sequitur ipsum, et quandoque necessarium erit tibi vt phlebotomes ex duabus basilicis cum inuenta fuerint signa communia: et dicitur, quòd phlebotomia venæ frontis mouet plus. Deinde si inuenis humorem melācholicū in veritate & decliuem ad frigus, euacua pilulis factis ex epithymo & aloe & elleboro nigro: & incipe à digōne. Amplius euacua in principio rei cū medicinis leuibus, in quibus recipiuntur epithymum, & pulpa coloquinthidæ, & scamoneæ parum: deinde cum decoctione [c] in qua sint epithymum, & agaricum. postea si non cōferunt, administra hieras magnas: deinde si post illud idiges euacuatione, administra elleborum cum timore & cautela: & [c] lapidem lazuli, & [c] lapidem armenum, & pilulas factas ex eis sine timore & cautela. Et multoties quidem iuuat eos administratio harum medicinarum prædictarū in aqua casei sm assiduationem, & [α] minoretur ex illis medicinis, quæ euacuant phlegma. Si ergo non conferunt, reitera iterū, & in omni hebdomada euacua vice vna cum pilulis subtilibus medijs. Et inter spatium illud administra trypheram epithymi. Expertum namque est potare eos trypheram epithymi secūdum hunc modum. [c] Sumantur [β] trypheræ. ℥. iij. epithymi. ℥. i. hieræ. ℥. s. Et in omni mense euacua cum aliqua forti ex G hieris magnis, & pilulis magnis, donec inuenias ęgritudinem iam remotam. Et administra vomitum proprie si vides in stomacho aliquid, quod in ægritudine faciat augmentum: & non sit stomachus vehementis debilitatis: & oportet etiam vt fiat [g] vomitus cum aqua in qua cocta sint [h] {† calamenthum, & chencharzet, } & raphani semē. Et recipiat expressionem raphani in quo [c] infixus est elleborus, & dimissus aliquot diebus, donec currat in ipso virtus eius cū oxymelle. Aut sumat hunc eundem raphanū infusum in oxymelle. Sitque quātitas oxymellis trium astar: & quātitas expressionis eius sextarij vnius, & augeatur illud, & minuatur sm quantitatem virtutis. Si aūt virtutis times debilitatem, aliena elleborum. [c] Cumque purgaueris intende ad cor cū eis, quæ multoties diximus: & hæc [c] quidē [β] tryphera epithymi experta est in hoc capitulo. Cum [γ] ergo antiquatur ęgritudo, administra vomitū cum elleboro: & administra masticationes & gargarismata nota: & administra odoramenta bona, & muschū, & ambrā, & [i] † {alfeniati, } et xyloaloen. Et si materia fuerit decliuis ad choleram citrinam, euacua cū decoctione epithymi, & pilulis stomachicis temperatis: & cum eis, quæ euacuant choleram adustam, & quæ dicuntur in capitulo suo. Et tu quidem adde in humectando, & minora ex calefactione, quāuis non sit tibi excusatio ex chamæmilla, & quæ sunt in eius virtute. Cū administras embrocas, et nō est via ad administrandū infrigidantia pura super caput. [k] Quidam autē antiquorum medicorum laudauerunt in huiusmodi loco, vt sumat ex aloe H oī die in ieiunio aliquantulum. Aut [k] sorbeat in die aquam in qua cocta sunt absynthij. ℥. iij. aut. x. kerat expressionis absynthij dissoluti in aqua. Et [l] laudarunt vt absorbeat omni nocte acetum forte, et præcipue acetum squilliticum, nos autem timemus malitiam aceti in hac ęgritudine, nisi adsit fiducia, quod materia sit generata ex cholera adusta, quoniam est calida. Nam tunc acetum est magis iuuatiuum ei alijs rebus, et præcipue squilliticum, et oxymel factum cū aceto squillitico: et [m] similiter acetum in quo ponitur polium montanum, aut aristol. Et quandoque etiam iuuat acetum cum ægritudo fit cum communitate splenis, et materia est in ipso, et oportet vt fiat bonus odor eius cum compositis æqualibus, in quibus recipiūtur camphora, et muschus cum oleo violato multo vincente cum humiditate sua siccitatem camphoræ et muschi: et odoramenta frigida reliqua bene redolentia humida, et proprie nenufar. Quod si causa in melancholia fuerit apostema in stomacho, aut visceribus, aut complexio calida in eis adusta, succurres illi cum eis, quæ infrigidant caput, et humectant ipsum, et confortant, vt non recipiat, quod peruenit ad ipsum ab alijs. Et si fuerit causa in mirac, inueniuntur ventositates, et rugitus. Quod si fuerit apostema in mirac calidum, cura ipsum, & resolue cum eis, quæ sunt necessaria, de quibus dictum est in capitulo de apostematibus.

A Rasf. t. 9. c. 19.
B Rasf. 1. conti. t. 9. c. 2. 7. 3.
C Ser. t. 1. c. 22.
D G. 3. loc. affect. c. 7. 18. g
E Gal. ibi. 18. e
F Oppositum. li. 1. F. 4. c. 20. & Gal. 3. loc. aff. c. 7. 18. g. & Rasis. 1. cont. t. 9. c. 2. 7. 3.
Infra α
Infra β
G Gal. de melia. fo. 110. e
H† origanum, aut thymum,
Supra β
Infra γ
I† aromata,
K Paul. li. 3. c. 14. & Gal. de melia. b
K Paul. ibidem.
L Ga. de melia. fo. 110, d, e, & Aet. li. ser. 2 c. 10. & Paul.
M G. ibi. & Aet. & Paul.

A tibus.Et conforta caput,& inunge ipsum cum oleis confortatiuis,& humectatiuis.Et administra
ventosas cum scarificatione euacuando sanguinem. Et non calefacias in huiusmodi dispositione
hepar:immo tibi attinet,vt ipsum infrigides,cum inuenis ipsum calidum adurentem sanguinem
sua caliditate.Et conforta splenem.Et pone super mirac ventosas, & medicamen de synapi,& si-
milia,vt non mittat splen ad cerebrum materiam.Et si fuerit mirac frigidę complexionis inflantis
ipsum,& non fuerit ibi apostema,neq; inflammatio,dabis ei ad potādum aquam decoctionis ab-
Supra * sinthij,& succum eius,* s̄m q̄ dictum est.Et embroca stomachum ipsius cū embrocis calidis prę-
dictis,& fac ei emplastrum cum illis emplastris,& administra in eis semen agni casti, & semen ru-
A† rosmarinum, tæ,& radicem lilij.& etiam [a] †{segiar marien,}& retine emplastrum super ipsum tempore lōgo:
B Textus iste acceptus est à Paul. sed deprauate. deinde cum ipsum [b] remoueris,ponas super locum cottum infusum in aqua calida,& oleis:aut la-
nam carminatam,aut spongiam.& confert vsus emplastri ex sinapi super ipsum,& super illud,
C† Pau.acria smegmata, & dropacia quod est inter duas spatulas:& emplastra [c] †{derusafes}dicta in antidotario.[d] Et cōfert vt ponan
tur supra ipsum ventosæ absq; scalpellatione,nisi illic sit apostema,aut dolor prohibens illud. Et
D Paul.lib.3.c.14. & Aeti.lib.2. ser.2. c.10. multoties quidem necessarium est vt [d] †{ad potandum}dentur in melancholia inflatiua [d] semen
apij,& ciminum,& anisum,& syrupi in quibus semina ista decoquantur,& ruta,& anethum.Im-
D† emplastra. mo qn̄q; necessarium tibi erit,vt administres semen rutæ,& agni casti.[y]Et [d] multoties indiget mi-
Supra y B rachia antiqua vomitu cum elleboro al.Et oportet plurimum in melancholia mirachia,[e] vt recti-
E Raf.1.conti.t.9. c.2.8.3. ficetur hepar,ne ex eo generetur cholera nigra.[f] Et multoties iuuat habentes melancholiam mi-
F Raf.7.3. rachiā etiam,vt administres res infrigidantes,inquantum sunt humectantes & oppositæ siccitati
melancholiæ,aut quia ipsæ sunt prohibitionem facientes in generatione ventositatis, & vaporis,
quæ vtraq; nocent cum sua ascensione ad caput.Si tamen est iuuamentum cum frigido,nō est in-
de iuuamentum verum abscindens ægritudinem.Sed ex frigido cum est humidum, non genera-
tur cholera nigra,et abscinditur materia eius:neq; etiam vaporat materia comprehensa,et fiducia
est,q̄ natura dominabitur ei,& rectificabit eam.[f] Et scias,q̄ regimē grossum generatiuum phleg-
matis fortasse resistit choleræ nigræ:& regimen subtiliatiuum propter illud, quod efficit ex adu-
Supra α stione facile nocet,& fortasse iuuat ipsam.Non ergo seducat te iuuatiuum [α] quorundam propter
phlegma,quod ipsi euacuant vomendo,aut egerendo:nam illud non est propter euacuationem
phlegmatis iuuantem ipsos:immo qm̄ multitudo,& oppressio,seu cōculcatio humorum adinui-
cem remouetur ab eis:verum iuuatiuum essentialiter est euacuatio cholerę nigrę.Et [f] canon qui-
dem curationis melancholiæ est,vt peruenias vsq; ad vltimū in humectatione:et cum hoc non sis
G Raf.7.4. diminutus in euacuatione choleræ nigræ.Et [g] quotiescunq; corrūpitur cibus in ventribus haben
tium melancholiam,duc eos ad hoc,vt ipsum euomant,& proprie quādo sentiunt acetositatē in
C ore,oportet enim vt tunc proculdubio eos vomere facias.Et prohibe eis ne comedant post cibū
illum alium.Et administra electuaria confortantia os stomachi.& caueantur ab intromissione ci-
H Raf.t.9.c.13.& 1.cont.t.9.c.2.7.4. bi super cibum iam corruptum.[h] Et oportet vt melancholiam habentes in aliquo sint occupati,
quocunq; modo sit:& vt eis sint præsentes de quibus verecundentur,& cum quibus gratulētur,
I Serap.t.1.c.22.& Raf.8.2. &[i] vinum album æquale permistum parumper: & occupentur etiam cum [k] cantilenis, & lætifi-
K Raf.8.2. cantibus:nihil enim est eis nocibilius,q̄ timor,& solitudo. Et multoties quidem iuuant eos acci-
dentia euenientia ipsis,vt timeant aliquid & occupentur eo cogitatione:& facere vt ipsi à cogita-
L G. de melia. h tione remittantur,est cura eius optima.Quod si causa fuerit prouocatio [l] retenta menstruorum,
aut eius quod per anum egreditur,aut reliqua,prouocabis illud. Si autem accidit casus desiderij,
tunc ægritudo est mala,& siccitas est dominans. Et cum accidunt in corporibus eorum vlcera,si-
gnificant q̄ mors est propinqua.Et in cuiuscunq; corpore fuerit cholera nigra mobilis,erit magis
susceptibilis curæ,q̄ ille cuius cholera nigra non est mobilis:& cuius cholera nigra est mobilis,ap-
paret cholera nigra in egestione,& vomitu,& vrina,& in colore cutis,& lentiginibus, & panno,
& vlceribus,& scabie,& varicibus,& elephantia,& cursu eius,quod ex ano profluit & similibus,
qm̄ totum illud significat,q̄ ipsa recipit discretionem à sanguine.Cumq; aliquid eorum in eis ap-
M Raf.1.con.t.9. c.2.8.4. paret est signum bonitatis.Et [m] cum aliquibus ipsorum accidit spasmus post solutionem, & eua-
D cuationem,quia ipsi sunt magis dispositi in hoc,q̄ alij propter siccitatem, tunc oportet vt in aqua
tepida sedeant,& cibentur pane infuso in iuleb,& pauco vino: & detur eis in potu aqua mista.
Deinde dormiant,& post ipsum balneentur:deinde cibentur,cum egrediuntur.

De {alchatrab,seu de chatrab}.i.Insania lupina,aut canina,vel de lycanthropia. *Cap.* 21.

N Aet.lib.2.ser.2.c.11. SPecies est melancholiæ plurimum eueniens [n] in februario, quæ facit homo diligat fugere ab
O Aeti.& Paul.li.3.c.16. hominibus viuis:& cupiat appropinquare mortuis,& [o] sepulchris cum malitia intētionis,vel
cum malitia opinionis versus eum,cui repente obuiat.Et est eius egressio extra domum, vel ex-
O Paul. ibidem. tra [o] cameram nocturna,& ipsius occultatio diurna. Et totum illud facit diligendo solitudinem,
& elongationem ab hominibus: & cum hoc non quiescit in loco vno plus vna hora. Immo non
cessat discurrere, & ambulare incessione diuersa, ignorans quo vadat, cauendo sibi ab homi-
nibus. Immo quandoque non cauet sibi ab eis, negligens penitus illud: & parum discernens
illud,quod videt,& ei sit præsens.& cum hoc ipse est in vltimo quietis,& mœstitiæ, & quærimo-
P Aet.& Raf.1.cōti.t.20.c.1.& paul.li.3.c.16. niæ, & tristitiæ, & [n] color,est citrinus faciei,[p] lingua sicca,sitiens.Et [o] super crura ipsius sunt vl-
cera,quæ non consolidantur:& eius quidē causa est corruptio materiæ melācholicę,& multitudo
motus pedum eius:quare materiæ ad ipsos descendunt:& præcipue,quia est omni hora offendēs,

& occurrit pedibus illius aliquid: aut ipsum[a] mordet canis: & fit illud causa vt effundatur multitudo materierum ad crura eius: quare fiunt in eis vlcera. Et quoniam remanent fm dispositionem suam, & dispositionem causarum suarum, non consolidantur.[a] Et fit siccus visus eius, neque[a] lachrymantur oculi ipsius. Et eius oculi sunt debiles & submersi: & totum illud est propter siccitatem complexionis oculorum ipsius. Et hoc neq; nominatur chatrab vel cutubut nisi propterea, q eam habens fugit absq; ordine: & quoniam eius incessio est diuersa: ignorat ergo qua parte inceedat: & sicut fugit ab indiuiduo, apparet ei alter. Nam ipse propter paucitatem suæ seruationis, & defectum rectificationis consilij sui, incipit in parte sua moueri obuians alij indiuiduo: quare iterum fugit ad partem aliam: & chatrab quidem est bestiola existens in superficie aquæ, quæ super eam mouetur diuersis motibus sine ordine: & qualibet, hora profundat se & fugit, deinde apparet. & dicitur, q est bestiola alia non quiescens: & dicitur esse masculus[b] †{alshali, & dicitur, q est aldib alamhat:} veruntamen magis similia nostro loco sunt duo prius dicta. Et causa quidem huius ægritudinis est cholera adusta, & melancholia. E

A Aeti.li.2. ser.2. c.11.

B† lupus Aeti. & Paul.li.3.c.16.

De cura. *Cap. 22.*

CVra huius ægritudinis est cura ipsius melancholiæ cum est ex cholera, aut melancholia adusta. Et oportet vt in eius[c] phlebotomia ad hoc perueniatur, vt sanguis plurimus ex eo egrediatur, &[d] syncopi propinquus fiat, &[d] regatur cibis laudabilibus, &[d] balneis bonis, &[d] detur ei ad potandũ aqua casei tribus diebus, & post illud euacuetur humor[d] cum hiera Archigenis: deinde ingenietur vt[d] dormiat: deinde cor eius confortetur post euacuationem[d] cum theriaca, & quæ cursu eius procedunt. Et cum hoc valde humectetur, et embrocetur cum somniferis, vt nõ aggregetur calefactio illarum medicinarum à quibus non est excusatio cum motibus exercitatiuis: immo necesse est vt calefiat cor eius cum eo, quod ipsum confortat: & humectetur corpus ipsius, & fiat vt dormiat, & temperetur eius complexio. Complementum vero curę eius est dormitatio plurima: & vt detur ei in[e] potu epithymum quandoq;, vt quiescat eius natura. Et abscindat̃ eius cogitatio. Et cũ in ipsa non conferunt medicamen & cura, flagelletur & fiat vt dolorẽ sentiat, & percutiatur caput eius, & facies ipsius, & cauterizetur eius sinciput, qm̃ sanatur. Q; si redeat, redeatur. F

C Paul.li.3.c.16.& Aet.li.2.ser.2.c.11.

D Aet.& Pau.ibi.

E Raf.1.con.t.10. c.2.8.4.

De alhasch.i.[f] Amantibus. *Cap. 23.*

HAec ægritudo est solicitudo melancholica similis melancholiæ, in qua homo sibi iam induxit incitationem seu applicationem cogitationis suæ[g] cõtinuam super pulchritudine ipsius quarundam formarum, & gestuum, seu morum, quæ insunt ei. Deinde adiuuat ipsum ad illud desiderium eius aut non adiuuat. Et signa quidem eius sunt[f] profunditas oculorum, &[f] siccitas ipsorum, & priuatio[f] lachrymarum, nisi cum fletus adest: et[f] motus continuus palpebrarum[f] risibilis, quasi aspiciat aliquid pulchrum delectabile: aut audiat nouum aliquod iocundans, aut lætificetur. Et est anhelitus eius plurimæ intersectionis, & reuersionis, & fit multæ eleuationis: & alteratur dispositio ipsius ad risum, & lætitiam aut ad tristitiam & fletum, cum amoris cantilenas audit: & præcipue cum fit rememoratio repudij, & elongationis: &[h] sunt omnia membra eius arefacta præter oculos: quoniã ipsi cum[i] profunditate coniunctiuæ seu eius, quod de toto oculo nobis apparet sunt magnas habentes palpebras pingues propter vigilias ipsius, & suspiria facientia euaporare ad caput, & in gestibus eius, seu moribus ipsius non est ordo. Et pulsus ipsius est pulsus diuersus absq; ordine omnino: sicut est pulsus habentium mœstitiam seu fastidium vel timorem: et eius quidem[k] pulsus, & dispositio ipsius alterantur, cũ fit rememoratio eius, quod diligitur: & proprie cum obuiat ei subito. & possibile est ex hoc significare quis sit ille, qui diligitur cum non cõfitetur ipsum.[l] Cognitio enim eius, quod diligitur est vna viarum curæ ipsius, & ingenium in hoc est, vt nomia plura nominentur, iterando multoties, & sit manus super pulsum ipsius. Cumq; propter illud diuersificatur diuersitate magna, & fit similis intersectio, deinde iterat̃ & experitur illud multoties, scitur q illud est nomen eius, quod diligitur: deinde similiter rememorentur figura, et mansio, & illud in quo valet, & artes, & genus, & regiones, & cõparetur ad nomẽ eius, quod diligitur vnũquodq; eorũ, et seruetur pulsus, ita vt cũ alteratur apud rememorationẽ vnius rei multoties: aggregent̃ inde proprietates eius, quod diligitur ex noïe & habitu & statura: & ex eo in quo præualet: & ex his, quę inducunt in cognitionẽ illius. Nos.n. iam experti fuimus illud, & inuenimus iuuamentũ in faciẽdo morã in illo. Amplius cũ non inuenitur cura nisi regimen cõiunctionis inter eos fm modũ pmissionis fidei & legis, fiat: & nos quidẽ iam vidimus cui redita est salus, & virtus, et redijt ad carnẽ suam cũ iam peruenisset ad arefactionem, et ptransisset ipsam, et tolerasset egritudines prauas antiquas, et fe. lõgas propter debilitatem virtutis factam propter nimietatẽ ilisci: Nam cum sensit applicationem eius, quod diligebat, euanuit illud, quod habebat in breui tẽpore: et existimauimus mirabile esse, et[m] significauimus obedientiam naturæ meditationibus. G H

F Paul.lib.3.c.17.

G Halya.9.theo. c.7.

H Haly.9.theo.c. 7.& Alzara. li. pra. sect.2.c.17.& oppositũ Paul.li.3.c.17.

I Alzar.lib. pract. secti.2.c.17.

K G.li. ad Posthumum.c. 6.f

L G.ad Posthumũ c. 6. & Paul. lib. 3. c.17.

M Li.1.F.1.doc.4. c.2.& Fé.2. doct.3. c.8.& doct.2.sũ. 2. c.14.& lib.3. F.3. 3.c.5. & Fen.15.t.1. c.6.& F.21.t.1.c.2. &.14.& G. de moti.mani. c.67.d.e.& & lib. de theria. ad piso.c.11.e

N Halya.5. pract. c.25.

De cura. *Cap. 24.*

COnsidera an eius dispositio puenerit ad adustionem humoris per signa, quæ nosti, & eua-cua. Deinde administra eis somnum, & humectationem, & nutrimentum ipsorum cum laudabilibus, &[n] fac ipsos balneari secundum cõditionem humectationis notam. Et sit casus eorum in disceptationibus ipsorũ, & occupationibus, & controuersiis, & vlr in rebus negociosis. Illud.n. facit eos fortasse obliuisci illius, quod est cã macrefactionis eorũ, aut ingeniet̃ vt ipsi diligant aliud ab eo, quod diligunt, ex eis, quæ lex permittit. Deinde cogitatio ipsorum à secundo abscindatur, antequam

A antequam confirmetur,& postquam obliti fuerint primi. Si autem ille, qui diligit fuerit ex rationabilibus,tunc adhortatio & correctio erroris & vituperatio illius, & informare ipsum vel indicare ipsi,ꝙ illud,quod habet non est nisi solicitudo melancholica, & species quædam dæmonis, erunt ex eis,quæ multum iuuabunt: verba enim in hoc capitulo conferunt, & etiam vetulæ ad eum incitentur,vt vituperent illud,quod diligunt ipsi, & rememorentur eius dispositiones turpes,& narrent ei res aliquas de ipso ex quibus abominationem incurrat,& narrent ei de ipso vituperationes multas.Hæc enim sunt ex eis,quę sedant plurimum:quãuis sit ex eis,quæ alios confirment.Et ex eis,quæ ad illos iuuant est, vt narrent vetulæ istæ formas eius, quod diligitur cum similitudinibus fœtidis,& assimilentur membra faciei eius cum narrationibus horribilibus, & assiduent illud,& perseuerent in ipso.Hæc enim sunt ipsarum opera, & sunt prudentiores in hoc viris,nisi mollibus.Ipsis nanq; inest ars non breuior arte vetularum:& propterea possibile est eis vt inueniant qualiter permutent amorem diligentis ad illud,quod non diligitur gradatim. Deinde abscindant opus suum, antequam confirmetur amor secundus. Et ex occupationibus prædictis est emptio puellarum,& [a] plurimus concubitus ipsarum,& renouatio ipsarum,& delectatio cum

A Halya.5.pract. c.25.

ipsis.Et [b] quidam homines sunt,quos sanat lætitia,& auditus cantilenæ, & quidam sunt, quos illud augmentat in ilisci,& possibile est vt sit illud venatio autẽ & species ludi,& dignitates assum-

B Paul.li.3.c.17.& Haly.li.5.pra.c.25.

B pte ex regibus,& similiter species tristitiæ magnæ,omnia sunt sanantia. Et fortasse necessariũ erit, vt isti regantur regimine habentium melancholiam, & maniam, & alcutubut: & vt euacuentur humores eorum prædicti cum hieris magnis,& humectentur cum eo, quod dictum est ex humectantibus:& illud est cum permutatur cum moribus suis seu cum gestis suis, & figura corporum suorum ad similitudinem ipsorum.

TRACTATVS V. *de ægritudinibus cerebri in operationibus motus.*

De vertigine & alsedar, vel sedar. i. Scotomia. Cap. 1.



C G.3.lo.af.c.8.c, &.4.apho.17.

D G.3.loc.af.c.8.c

Vertigo [c] est vt habenti ipsam imaginetur,ꝙ res super ipsum voluantur, & ꝙ eius cerebrum & corpus ipsius reuoluantur,quare non est ei possibile vt firmetur: immo [d] cadit. Et multoties quidem abhorret voces,& [d] accidit ei ex seipso sicut illud,quod accidit ei,qui reuoluitur super seipsum multoties cum velocitate. Quare non est ei possibile vt firmetur stans,aut sedens,aut ꝙ aperiat oculos suos,& illud est: propterea,ꝙ accidit spiritui in ventribus cerebri eius,& in venis,& arterijs eius ex seipso [d] illud quod accidit ei cum reuoluitur reuolutione continua. Et differentia quidem inter vertiginem & epilepsiam est,ꝗ vertigo quandoq; manet tempore aliquo:epilepsia vero fit repente, & cadit eam habens silens,& euadit seu liberatur.[e] †{Alsedar} autem[e] est vt cũ homo stat vel surgit, obtenebren-

E † Et scotomia

E Ga.4.de vic.ratiõe.42.

F Ras.1.conti.t.8. c.1.5.4.

C tur eius oculi:& præparatur ad hoc vt cadat:& quæ ex ea fortis est, similis est epilepsiæ: veruntamen [f] non fit cum spasmo,sicut fit epilepsia.Et hæc quidem vertigo quãdoq; accidit homini: propterea,ꝙ reuoluit seipsum,& reuoluuntur [e] vapores & spiritus in seipso,sicut cum reuoluitur vas continens aquam tempore aliquo & quiescit,vnde remanet quod est reuolutum in gyrum tẽpore aliquo:& quando reuoluitur spiritus imaginatur homo,ꝙ res voluantur: nam æquale est, siue diuersificetur proportio partium spũs ad partes mũdi continentis ipsum ex parte spũs:siue diuersificet̃ illud ex parte mũdi,cum sensatio ꝑ eas,quę reuoluunt̃ fit ſm oppositionẽ. Nã cum sentiens mouetur permutant̃ opposita,sicut cum mouet̃ sensatum permutant̃ opposita. [g] Et hæc quidem

G G.3.lo.af.c.8.c, &.4.apho.17.a

vertigo qñq; fit propter considerationem etiam ad res,quæ voluuntur, ita vt infigatur forma illa sensata in anima.Et propter hoc dicitur,ꝙ omnes operationes sensibiles pendent ex instrumẽtis corporeis patiẽtibus:quorum primum & dignius est spiritus sensibilis.Et remanet in ipso ab omni sensato forma ipsius,post eius separationem cum sensatum est forte.Omne enim sensatum non efficit in instrumento sensibili nisi formam,quæ est sibi similis:deinde firmatur forma illa, & destruitur secundum quantitatem receptionis instrumenti,& fortitudine sensati. eius vero exposi-

H Li. de aĩa & de sensu & sensibili.

tio in [h] scientia continetur naturali. Et quotiescunque fuerit corpus debilius, erunt passiones in eo istæ fortiores, sicut in ægris. quoniam quandoque ægri perueniunt ad vltimum in hoc,

D vehementer ita,vt semper appareat eis,ꝙ reuoluantur cum paruo motu ipsorum, vel ita vt semper accidat eis vertigo cum paruo motu ipsorum, quoniam ipsi indigent in motu eorum conatu vehementi,vt sit eis possibilis motus propter debilitatem ipsorum,quare spiritui eorum accidunt nocumentum, & passio, & commotio. Et quandoque quidem fit vertigo ex causis corporeis aut præsentibus in substantia cerebri contentis in ipso ex vaporibus commotis in venis,quæ sunt in ipso, & in neruis: aut ex humoribus contentis in ipso omnis generis, qui euaporantur cum paruo motu, aut caliditate. Cum ergo mouentur vapores illi, mouent motu suo spiritum animalem, qui non digeritur, & non recipit substantiam, nisi in venis illis: deinde requiescit in substantia cerebri: postea dispergitur in neruis ad corpus. Aut propter multitudinem vaporum iam retentorum in ipso, ascendentium ad ipsum ex locis alijs: deinde quiescentium in ipso: remanentium in ipso ab ægritudine acuta antecedente:aut ægritudine frigida:quare fiunt ventositates crudæ,seu grossæ quas mouet virtus digestiua,& resolutiua. Et quandoque

I Gal.c.8.d

fit non propter motum vaporum in cerebro: [i] sed propter malitiam complexionis diuersæ in ipso ex qua consequitur excitatio motus agitabilis in spiritu non cum motore corporeo permiscente ipsum ex vapore: aut alio sicut accidit illud ex motu diuerso perueniente ex aqua,

& igne, cum aggregantur.[a] Et quandoq; fit ex motore spiritus exterius sicut percussione capitis, E & fractione cranei, ita vt comprimant cerebrum, & spiritum quietum: & sequantur ipsum motus diuersi circulares vndosi, sicut accidit in aqua ex casu grauis super eam, aut casu verberationis fortis super dorsum ipsius. Quare reuoluuntur vndæ eius, & casus similis illi in aere, & in corpore aereo est dignior: sed non sentitur.[b] Et quandoque fit ex vaporibus ascendentibus ad cerebrum in dispositione suarum ascensionum, & sit non sint generati in substantia cerebri, neque retenti in ipso antiquitus. Nam cum ad ipsum ascendunt, mouent ipsum. Et quandoque fit ascensus eorum ad ipsum, aut in transitibus neruorum: & [b] est ex stomacho, & cysti fellis mediante stomacho, & ex vesica, & matrice, & velamine, cum eis adueniunt ægritudines: aut mouentur humores, qui sunt in eis. Illud enim plurimum fit ex stomacho: & post ipsum ex matrice recipiente superfluitates: vt in venis & arterijs: aut occultis, aut manifestis. Vaporis autem materia quandoque est [c] cholera: & quandoque est phlegma. Et [d] vertigo quidem phlegmatica similis est epilepsiæ: Et multoties fit communicatio faciens alsedar, & faciens vertiginem fit, non propter materiam aduenientem: immo propter nocumentum sua qualitate perueniens ad cerebrum, & facit possidere sedar, & vertiginem, sicut accidit cum est vacuitas, & fames quibusdam hominibus: & proprie eis, qui famem non tolerant: propterea, quod os stomachi eorum læditur, cui cerebrum communicat.[e] Et quandoque fit vertigo & scotomia secundum semitam crisis. Et [f] vertigo quidem frequens, & proprie in decrepitis, nunciat apoplexiam: & similiter vertigo eueniens successione stuporis communicantis membrum, & quandoque soluit vertiginē soda accidens: & quandoq; soluit sodam vertigo accidens. F

A Paul. li. 3. c. 12.
B G. 3. lo. af. c. 8. d. & 4. apho. 17. a
B Gal. ibi. d. & 4. apho. 17. a
C Aet. lib. 2. ser. 2. c. 7.
D G. 3. apho. 17. d
E Hip. 4. d vic. ra. 42.
F Cap. 13. & lib. 1. F. 3. d. 5. c. 1. & Ras. t. 4. c. 8. & c. 13.

De signis eius. *Cap. 2.*

Facta autem ex reuolutione hominis super seipsum: aut consideratione ipsius ad res reuolutas, & luminosas, cum non sedet nota est per seipsam: & similiter, quæ fit à percussione, aut casu.[g] In ea autem, quæ fit à retentione materierum vaporosarum in antiquo tempore existētium in cerebro, aut generatarum in ipso cerebro, est ægritudo assidua: & non sequens ægritudinem in aliquibus membris: & non est excitata cum repletione, & sedata cum vacuitate. Et quandoq; antecedunt ipsam dolores capitis, & sonitus, & tinnitus, & grauitas est in capite, & inuenit tenebrositatem in visu suo fixam: & inuenit in sensibus abbreuiationem: ita vt sit in gustu, & odoratu, & sentit in arterijs anterioribus pulsationem vehementem: & inuenit [g] grauitatem in odoratu. Et si fuerit humor, qui est in cerebro, aut in alijs membris, humor ex quo excitantur vapores phlegmatici, erit [h] grauitas, & timor, et [h] difficultas motus, & [h] multitudo somni, & signa phlegmatis pdicta in [i] canone. Et si fuerit cholera, erunt vigiliæ, & inflammatio sine multitudine grauitatis, & imaginationes citrinæ, aureæ. Et si fuerit sanguis, erunt venæ [h] inflatæ, & facies, & caput, & oculi rubei, G & calidi: & erunt [h] grauitas, & [h] somnus, & lassitudo, & pulsatio. Et si fuerit melancholia, erit [h] grauitas cum quantitate, & erunt [h] vigiliæ, & imaginationes laminarum, [h] nigrarum, & pilorum nigrorum, & fumositatum, vel fumorum: & cogitatio corrupta, & reliqua signa prædicta. Quod si eius causa fuerit à stomacho, erit cum destructione desiderij: aut impedimento in ipso: aut corruptione in digestione, & [k] †{tremore}- [l] cordis, & permutatione seu subuersione in stomacho, & erit declinatio nocumenti ad [m] anteriorem partem cerebri, & mediā ipsius: et non elongatur quin perueniat ad ipsius posteriorē: & diuersitas dispositionis doloris: quandoq; enim sedatur, & quandoq; augmentatur secundum repletionem & vacuitatem. & fit successione satietatis nauseatiuę à cibo præteritæ: & inuenit etiam dolorem in stomacho, & inflationem in quibusdam horis, & [n] fit via cōmunitatis neruorum, & inuenit ante ipsam, & apud eius vehementiam, & in fine ipsius dolorem post sinciput aput originem paris neruorū sexti in partibus alchafa. Et si est ex matrice, pręcedunt ipsam præfocatio matricis: & retentio spermatis, & mēstruorum: & apostemata in ipsa. Et similiter si est ex vesica. Et si fuerit principium ex membris omnibus: aut ex origine nutrimenti, quæ est hepar: aut ex origine spiritus, quę est cor, tūc erit penetratio eius in uenis & arterijs veniētibus ex eis ambobus, aut in illis, quæ sunt post aures: aut in illis, quę sunt in collo. & illius quidem signum est, vt sit cum pulsatione vehementi, & tensione, vt chordæ, venarum, quæ sunt in collo: H & vt non inueniat dolorem de quo sit curādum in collo, & membris eius, neq; in reliquis neruis. Et cum vides arterias extrinsecas extensas apud collum, et alleuiatur, cum manu tua pulsationem [o] prohibes: aut ligamentis [p] †{alagiemi,}- aut plumbo, aut linis super ipsum styptica prędicta, tunc scis, q; cursus est in eo: & si non, tunc est in alijs. Et similiter experire in alijs: q; si non inuenis, tunc est in vijs profundis. Illa vero, quæ fit à malitia complexionis diuersę, scitur per leuitatem cerebri, & priuationem causarum prædictarum, & casum frigoris, aut caloris repente exterius: aut ex comestis vel potatis infrigidantibus, aut calefacientibus subito: et sequitur eam vertigo. Scotomiam vero habens non tantum iuuatur à vino, quantū à potu aquæ, & scias, q; scotomia, & vertigo [q] cū prolongantur, tunc ægritudo est frigida. & signa quidem creticæ manifesta sunt.

G G. 3. loc. af. c. 8. d
H Alzar. li. pract. sect. 2. c. 6.
I T. 1. c. 15.
K † morsione
L G. 3. lo. aff. c. 8. d. & Paul. li. 3. c. 12.
M Ras. 1. cōti. c. 8. c. 1. 6. 1.
N Gal. 4. apho. 17.
O Ser. c. 1. c. 19.
P † emplastro et stypticis,
Q T. 1. c. 38.

De cura. *Cap. 3.*

Facta quidem à reuolutione hoīs super seipsum, & consideratione eius ad reuolutiones, aut consideratione ex loco alto curatur cum quiete, et tranquillitate et somno, et si non cito sedatur, tunc sumat styptica acetosa, et frangat buccellas in eis, et sumat ipsas. Quæ vero facta est à sanguine, aut humore cōtento ī corpore, curatʳ [r] phlebotomia ex cephalica: deinde ex vena geta, [s] quę est post

R Sera. t. 1. c. 19. & Ras. 1. p. t. 7. c. 2.
S G. 3. lo. af. c. 10. d. & de missio. sang. c. 22. d

A Raſ.1.conti.t.8. c.2.6.1. A eſt poſt aurem. Eſt enim optima in curatione omnium ſpecierum vertiginis materialiũ.[a] Et quandoq; cauterizatur, & proprie in ea cuius cauſa eſt aſcenſio vaporum ex corpore, in quacunq; via eleuantur.[b] Ventoſæ quoq; conferunt nocrati ſuperpoſitę, et etiam ſuper caput. Si autem fuerint cum ſanguine humores diuerſi, aut cauſa eius fuerint humores pręter ſanguinem, tunc incipiatur ad euacuandum cum pilulis de hiera,[c] aut infuſione aloes: ſi fuerint humores calidi, aut decoctione [c] myrabol. citrinorum, aut decoctiõe epithymi, & pilulis ſtomachicis ſi fuerint diuerſi.[a] Et poſt euacuationes adminiſtretur clyſtere cum aqua centaureæ, & coloquinthidę.[d] Deinde ventoſetur ſuper nocram, & caput.[a] Poſt perueni ad gargariſmata, & caputpurgia, & attractiones odorum naribus, in quibus ſunt [c] muſchus, & [c] caſtoreum, & [c] nigella, & [c] amaracus.[d] Cumq; paroxyſmus excitatur, tunc adiuua cum fricatione inferiorum extremorum. Et ſi fuerit cauſa in hoc, ex ſtomacho, & humoribus in ipſo,[e] adminiſtra vomitum cum aqua, in qua ſunt anhetum & raphanus, & ponantur in ipſa mel & ſal, & reliqua vomitiua temperata. Deinde euacua cum [f] cochijs ſi virtus fuerit fortis: aut cum pilulis de picra. & infuſione aloes, ſi virtus fuerit minus fortis. & ſi ſcieueris, quod humores ſint cholerici puri, tunc cum decoctione myrabolanorum cum fumoterræ. & illud quidẽ ſcies per ſignificationes prædictas in hoc capitulo, & in [g] capitulo de ſtomacho. Et ſi cauſa fuerit in alijs membris, curabis totum cũ eo, quod oportet, & confortabis caput in principio ſui [f] cum B oleo roſa. cum aceto, & oleo chamæmellino. Et poſt confirmationem cum oleo chamæmellino ſingulari. Cum ergo ſcitur, quod materia eſt in capite tantum, ponantur ventoſæ ſuper caput, & nocram. Et phlebotometur vena, quæ eſt poſt aurem. Et adminiſtrentur pilulæ alſebiarat, ſiue aſſaiaret, & gargariſmata, & embrocæ, & attractiones odorum naribus, & caputpurgia prædicta, & quæ ſimilia ſunt illis ſecundum materias, ſecundum quod ſciuiſti in [h] canone. & ſi cauſa eſt malitia complexionis diuerſæ, oportet vt ſcias cauſam eius, & ſigna, per ea quæ ſcis: & cura per contrarium, vt temperetur complexio naturalis. Et ſi cauſa eſt percusſio, aut caſus, curetur prius cum eis, quæ dicentur in [i] capitulis ſuis. Si ergo ſanatur, & remanet vertigo, curetur vertigo cum eis, quę ſunt oſtenſa. Et oportet quidem vt habens vertiginem alienet à ſe conſiderationem ad omnem rem cito reuolubilem: & alienetur ab aſpectu profunditatum fouearum, & verticũ montium, & colliũ, & ſuperficierum ſupremarum. Scotomiã vero & vertiginem factas propter vacuitatem ſtomachi ſedat acceptio buccellarum infuſarum in rob fructuum ſtypticorum, & aquis ipſorum, & proprie acreſtæ.

B Paul.lib.3. c.12. — C Ser.t.1.c.13. — D Raſ.6.2. — E Hal.5. pra.c.20. & Raſ.t.9.c.2. — F Raſ.t.9.c.2. — G 22.t.1.F.13. — H Cap.19.t.1. — I T.3.c.14.

De {alui & eſt albegiendach} .i. contorſione. Cap. 4.

K Raſ.1.conti.t.8. c.2.6.1. CORpori quidem accidit ex parte multiplicationis repletionis, & ſimilium in lacertis, & venis, diſpoſitio, quæ eſt ſicut laſsitudo, propter quam [k] extenduntur venæ, & multiplicatur [k] oſcitatio, & [k] alarum extenſio propter multitudinem ventoſitatis, & vaporis: & cum ea rubifi- C cantur facies, & [k] oculi: & prouocat contorſionem & extenſionem, & cum illud in homine multiplicatur, ſignificat repletionem. Oportet ergo vt euacuetur humor ſanguineus, & cholericus, & adminiſtretur [k] aqua frigida. Illud enim quandoq; ſedat eam in diſpoſitione: propterea, quod temperat ebullitionem.[k] Acoro quoq; ineſt proprietas remouendi ipſam, cum maſticatur, aut puluerizatus ſumitur, & bibitur. & forſitan cum eo, quod reſoluit ventoſitates dominantes. Et ſimiliter [k] coriandrum cum zuccaro, & balneatores ſanant habentem eam, [k] conſtringendo manum ſuper venas ſubeticas donec homini eueniat quaſi ſyncopis: & fortaſſe cum eo, quod motu laborioſo agitatur de ſpiritu aſcendente ad cerebrum dominante ſuper materias cum reſolutione. Et in ipſo eſt periculum, & oportet ne manus ſuper venas teneãtur ea quantitate, quam homo non tolerat, vt in ipſo eius ſpiritus retineatur.

De {alchabus, & nominatur ſtrangulator, & quandoq; nominatur arabice algiathum, & alneidalan ſeu albeidalan} .i. Incubo, ſiue ephialte. Cap. 5.

L Paul.lib.3.c.15. M Paul.& Halya. li.9.theo.c.6. N Aeti.li.2. ſer.2. c.11. INcubus autem eſt ægritudo, in qua [l] homo ſentit, cum in ſomnum ingreditur [m] phantaſma graue ſuper ſe cadens, & comprimens ipſum, & anguſtiatur eius ſpiritus, & interſecatur [l] vox ipſius, & [l] motus eius, & exiſtimat præfocari [n] propter oppilationes pororum: & cum ab ipſo ſeparatur, excitat eum ſubito.[n] Et eſt anteceſſor vnius trium ægritudinum, aut apoplexię, aut epilepſię, D aut maniæ: & illud quidem cum fuerit ex materiebus comprimentibus, & non fuerit ex cauſis O Raſ.1.cõt.t. 12. c.1.11.4. alijs non materialibus. Eius vero cauſa ſecundum plurimum [o] eſt vapor materierum groſſarum ſanguinearum, aut phlegmaticarum, aut melancholicarum, eleuatus ad cerebrum ſubito in diſpoſitione quietis motus vigiliarum reſoluentis vapores, & vnuſquiſque humor cauſat phantaſma cum colore ſuo.

De ſignis. Cap. 6.

SIgna autem omnis humoris manifeſta ſunt per canones antecedentes. Et quandoq; fit ex frigore vehementi inueniẽti caput ſubito apud ſomnum, quare exprimit ipſum & inſpiſſat eũ, & conſtringit ipſum, & cauſantur ex eo illa phantaſmata eadem. Et illud quidem non fit niſi propter debilitatem cerebri ſua caliditate: aut malitia complexionis, quam habet.

De cura. Cap. 7.

P Paul.li.3.c.15. Q Paul.& Aet. hic addit colocynthys CVra eius eſt [p] phlebotomia, & ſolutio ventris cum eo, quod totum humorem educit: & ſi humores ſint multi, & groſſi confert hoc ſolutiuũ. Cuius confectio.[q] Recipe ellebori quantitatem drach. i. cum tertia parte drach. de ſcammonea, & quarta drach. de pulpa coloquinthidæ, & duobus danich aniſi, ſi virtus fuerit fortis: & ſi nõ, cum pilulis de azulo: aut pilulis ſtomachicis,

& epithymo,& hieris magnis.s.hiera cucumeris asinini,& hiera Rufi proprie. Deinde cõforta caput cum eo,quod sciuisti ex canone:& ex eis,quæ iuuant ad hoc est,vt [a] grana pæoniæ in potu fm continuitatem sumantur.Si aũt causa in ipso est frigus inueniens caput,& facit in ipso hanc phantasiã,oportet vt olea calida administres calefacientia styptica,& emplastra rubificantia,& reliqua. Et non oportet vt prolongemus sermonem in ipso,quoniam iam præcessit,quod excusat. E

De epilepsia. *Cap. 8.*

EPilepsia est ægritudo prohibens membra animata ab operationibus [b] sensus & motus,& erectionis prohibitione non completa,vel non integra,& illud est propter oppilationem cõtingentem.Plurimum vero eius est spasmus vniuersalis accidens ex nocumento [c] adueniẽte ventriculo anteriori cerebri,quare facit prouenire oppilationem [d] non completã:& prohibet transitum virtutum sensus,& motus in eo,& in mẽbris penetratione ĩtegra absq; abscisione totali ipsius,& prohibet à possibilitate erigendi,seu standi,& neq; possibile est homini,vt cum eo remaneat erectio corporis.Et qm̃ omnis spasmus quemadmodum [e] ostendi, fit aut à repletione, aut à siccitate, aut à cõtractione propter causam nocentem,& similiter epilepsia. Verũtamen ipsa non [b] fit à siccitate,qm̃ epilepsia fit subito:sed spasmus siccus non fit subito.Et qm̃ cerebrũ ex siccitate sua non consequitur vt spasmetur multum,quin moriatur corpus prius:tunc restat vt eius quidem causa sit,aut contractio cerebri ad expellendam rem nocentem,quæ est aut vapor, aut qualitas mordicatiua,aut humiditas malæ substantiæ:aut humor faciens euenire oppilationem,non completam in ventriculis cerebri,& principijs originis neruorum.Et quandoq; fit illud ex humore propter motum vndosum contingentem in humore:aut propter ebullitionem caliditatis superfluæ in eo quod accidit ex oppilatione:quare virtus sensus,& motus non petransit suo naturali transitu: & per hoc ꝙ non completur,penetrat ex ea aliquid cũ quantitate aliqua, quare non priuantur membra sensu & virtute motus integre:aut propter ventum grossum retentum in transitibus spiritus, fm ꝙ visum est philosopho magno [f] Arist.& vidit ipsam esse vnam causarum epilepsiæ. Et cum ibi fuerit humor oppilans tunc cerebrum cum hoc etiam contrahetur, vt expellat illud, quod nocet,sicut [g] accidit stomacho ex singultu,& subuersione,& sicut accidit ex iectigatione cum est contractio,& compressio principium in expulsione membrorum eius,quod ipsa expellunt. Et cum cerebrum contrahitur,motus eius diuersificantur,& sequitur ipsum contractio neruorum in facie & alijs,& diuersificantur motus ipsorum.Et euasio quidem à paroxysmo ipsius epilepsiæ,aut contingit propter expulsionem humoris,aut propter resolutionem ventositatis: aut propter expulsionem nocentis.Spasmi autem descendẽtis ad membra,quibus associatur epilepsia,causa est, quoniam materia,quæ peruenit ad cerebrum,aut nocumentum quod ipsum committatur, committatur neruos etiam:quare est ipsorum dispositio,dispositio eius.& illud est propter tres causas,scilicet quia nerui sequuntur substantiam cerebri,& læduntur ab eo,quo ipsum læditur:& eorum repletio ex humore expulso ad ipsos in principio ipsorum quare augmentatur eorum latitudo,& abbreuietur eorum longitudo.et epilepsia quidem procedit cursu spasmi,non cursu lassitatis vel mollificationis,& efficit contractionem cerebri, & abbreuiationem ipsius seu corrugationem:& non facit mollificationem,& dilatationem, nisi quia cerebrum conatur in hoc expellere aliquid à seipso:expulsio vero non cõpletur,& perficitur,nisi contractione,& expressione. [h] Omni autem spasmo materiali confert febris:sed epilepsia est spasmus materialis:quare ipsi confert febris. [d] Et apostemata quando apparent in ipsa fortasse resoluunt eam,& minuunt materiam eius. [i] Et multoties quidem permutatur [a] melãcholia ad epilepsiam:et multoties quidem mutatur epilepsia ad melancholiam. [k] Quidam autem homines existimant,ꝙ quãdoq; est epilepsia, quæ non est à materia.Si ergo significant per hoc,ꝙ causa in eo est vapor,aut qualitas nocens cerebro,et facit in ipso contradictionem prædictam,tunc sermo ipsorum intentionem habet: si autem significant,ꝙ causa illius est ipsa complexio pura cum est in cerebro, & efficit epilepsiam, tunc illud est, quod modum non habet:quoniam cum qualitate illa affectum fuerit cerebrum, oportebit vt sit epilepsia inseparabilis ei,& non sit ex eis,quę separantur statim. Verum causa epilepsię est ex eis, quæ subito fiunt,& separantur statim,aut vincit & interficit.Et huiusmodi non est qualitas præsens vel contenta in ipso cerebro:immo est materia,aut qualitas adueniens ei:& rescinditur: & fit illud ex membro alio proculdubio. [l] Spuma vero accidens in epilepsia, est propter agitationem motus anhelitus propter præfocationem eius.& illa agitatio est propter agitationem spasmi,& in apoplexia quidem accidit præfocatio propter violentiam seu difficultatem anhelitus. [m] Epilepsia quidem est quasi spasmus proprius primum cerebro:& spasmus epilepsia propria primum membro alicui.Et motus sternutationis est quasi motus epilepsiæ leuis.& epilepsia est quasi sternutatio multa & fortis. Veruntamen plurimum expulsionis sternutationis est ad partem anteriorem propter fortitudinem virtutis,& debilitatem materiei.Et expulsio epilepsiæ ad quãcunq; partem fuerit est facilior & possibilior. Et oportet quidem vt comprehendatur ex eo, quod dictum est: quòd cum epilepsia est in ipso cerebro,tunc causa in ipso est materia proculdubio faciens ventositatem retentam in meatibus sensus & motus:& replet vtrosq; vẽtriculos anteriores cerebri impletione aliqua.Et hæc quidem materia:aut est [n] sanguis dominans & plurimus, aut [o] phlegma, aut melancholia,aut cholera,& est parum valde:& post ipsam in paucitate est sanguis purus. Sanguis [p] autem cuius cõplexio ad complexionem choleræ nigræ aut phlegmatis inclinat multoties

sit causa:

A Aet.lib.2.ser.2.c.12.
B G.3.loc.af.c.7.g
C G.de sym.diff.c.3.f, &.1.de causis c.8.c
D Ras.1.con.t.13.c.1.12.4.
E Fen.2.c.5.& G.5.apho.1.d
F Li.de somno & vigilia.
G G.3.loc.aff.c.7.fo.20.a
H Gal.4.apho.57.&.2.apho.26.
I G.3.lo.af.c.7.c
Infra a
K Gal.ibidem.fo.19.e.f.g.h
L Li.4.F.1.t.1.c.39.& quasi idẽ li.3.Fẽ.9.c.9.& Gal.apho.43.d
M Ga.de sympt.differentijs.c.3.f
N Ga.3.apho.sc.4
O G.3.lo.af.c.7.a & Alzar.lib.præfecti.2.c.34.
P G.3.loc.af.c.7.

F

G

H

A ſit cauſa: veruntamen cauſa ſm plurimum eſt humiditas denudata aut declinans ad choleram nigram.Plurimum enim cum accidit epilepſia,accidit à phlegmate.& [a] Hipp. quidem dixit ꝙ plurimæ oues patiuntur epilepſiam: cumq́3 in cerebris ſuis anatomizantur,inuenitur in eis humiditas mala fœtida. & omnis cauſa epilepſiæ cerebralis fundatur ſuper [b] debilitatē digeſtionis in ipſo cerebro. Non ergo euacuatur quin aut ſit in ſubſtantia cerebri, & velaminibus eius,& eſt deterior: aut ſit in panniculis ipſius, & eſt leuior.[c] Et epilepſia melãcholica fortis eſt deterior,quãuis phlegmatica [d] plus accidat, quoniã melancholica fortis,magis oppilat trãſitus ſpiritus, Et illa quæ apud quoſdam proprio nomine dicitur mater puerorum,interficit multum. [e] Et quando continuantur paroxyſmi epilepſiæ,interficit.[f] Epilepſia autem cuius cauſa eſt in mēbro alio, fit aut quia eleuantur ab ipſo ad cerebrum vapores,& [g] ventoſitates lædentes quãtitate ſua, ita vt ex eis aggregetur ſm ſemitam aſcenſionis aliquid:deinde poſt illud inſpiſſetur, & fiat materia habens eſſentiam, faciens eſſentia ſua,aut eo quod ex ipſa generatur de vētoſitate. Aut quia ad ipſum eleuatur vapor, aut ventoſitas impediens non quantitate,immo qualitate, aut cōgelatione,aut aduſtione, aut venenoſitate,aut malitia ſubſtantiæ.Aut quia eleuatur ad ipſum qualitas pura tantum.Aut quia eleuatur ad ipſum quod impedit duobus modis.Membrum autem ex quo eleuantur vapores ad cerebrum facientes epilepſiam cum multitudine ſua,aut eſt totum corpus,aut ſplen,aut ſtomachus,

A De morb.ſacro fol.156.1.& Raſ.1. cōti.t.13.c.1.12.4.
B G.6.apho.28.a
C Raſ.1.cōti. t.13. c.1.12.4.
D Raſ.12.4.
E Raſ.& Paul.lib. 3.c.13.
F G.3.loc. aff.c.7. e.f
G Alzar. lib.prac. ſect.2.c.34.

B aut mirach,et contingit illud etiam in reliquis membris.Illud autem quod nocet cum vapore malæ ſubſtantiæ,& qualitatis,eſt in toto corpore etiam,ita vt ſit in digitis pedis & manus. Et fit cauſa illius retentio ſanguinis,aut humoris in tranſitu cui iam accidit oppilatio, & abſciditur ab eo calor innatus,& moritur in ipſo, & putrefit, & conuertitur ad malam qualitatem: & procedit ex eo ſm reuolutionem,vel periodicationem,aut non ſm periodicationem materia vaporoſa,aut qualitas venenoſa:aut fit caſus ſuper ipſum quorundam venenorum: & imprimit in neruis, [h] ſicut imprimit punctura ſcorpionis ſuper neruos. Et expellitur eius venenum mediantibus neruis ad cerebrum,& lædit ipſum:quare contrahitur ex eo,& ſpaſmatur.[i] Et agitantur motus eius,ſicut accidit ſtomacho ex ſingulto,cum recipit,quod habet mordicationem dum eſt ieiunus,vel vacuus, & cum eſſentia oris ſtomachi eſt fortis ſenſus.Et ſingultus quidem eſt ſpecies ſpaſmi.Cum ergo accidit cerebro ab huiuſmodi cauſa ſpaſmus,& contractio,& abbreuiatio, tunc ipſum ſequitur cōtractio omnium neruorum, & ſpaſmus ipſorũ. [k] Et Gal. quidē de ſeipſo narrauit ꝙ accidit ei ſingultus,cum recepit diapepereon, & poſt ipſum bibit vinum, propter impedimentum oris ſtomachi cum acuitate: & nos etiam teſtificamur in alio quod illi eſt proximum. Et [l] Gal.& alij retulerunt, & nos poſt ipſum teſtificamur illud, quod multoties ſentit epilepticus eleuari aliquid ex pollice pedis ſui,quod eſt ſicut vētoſitas frigida, & tendit verſus cerebrum ipſius. Cum ergo peruenit ad

H G.ibi.fol.19.f
I G.fol.20.a.b
K 3.loc.af.c.7.fol. 20.a
L 3.loc.aff.c.7.19. c.f

C cor,& cerebrum ipſius incurrit epileſiam.& [m] Gal.quidem dicit,ꝙ cum ligatur crus eius ligatione forti ante paroxyſmum ipſius, prohibetur illud,aut alleuiatur: & nos teſtificamur nos vidiſſe res mirabiles huius capituli. [m] Et quidam eorum quandoq; cauterizantur ſuper pollicem ſuũ. & quidam ſuper digitum alium ſi vapor eſt ex parte ipſius,& ſanantur.Ex hoc autem capitulo [n] eſt epilepſia quæ accidit propter vermes aut aſcarides.Et quidã modus epilepſię eſt compoſitus cũ ſyncopi,quare forſitan extrahunt medici de capitulo epilepſię.[o] Verum in ipſo eſt,& eſt ſpecies eius. & ipſum nominant præfocationem matricis.& eſt ꝙ quando mulieri accidit, vt eius menſtrua retineantur in non ſua hora,& conſtipantur aut retinetur ſperma eius propter dimiſſionem coitus, et cōuertitur illud in matrice ſua ad qualitatē venenoſam:& adſunt ei motus,& vaporationes:aut cum periodo aut ſine periodo: quare accidit vt eleuetur vapor eius ad cor,& ad cerebrũ, & incurrit epilepſiam mulier. Et ſimiliter quandoq; contingit homini, vt in vaſis ſuis ſeminalibus aggregetur ſperma plurimum, & corrumpatur, & infrigidetur, & conuertatur ad qualitatem venenoſam,& accidit ei ſimile ipſius. [p] Et ſimiliter aduenit mulieri prægnãti epilepſia in impregnatione. Cumq́3 deponit & euacuat materiam illam menſtrualem,remouetur illud. Et nobis quidem narrata fuit epilepſia incipiens à ſpondylibus,& epilepſia incipiens a ſpatula,& reliquis. Illa autē quę fit ex mirach, & ex ſtomacho, & propter nauſeatiuam ſatietatem, facit poſſidere oppilationes in

M ibidem.g
N Raſ.1. cōti.t.13. c.1.bis.12.4
O Oppo. Fē.21.t. 4.c.17.
P Paul. lib.3.c.13.

D venis,quare ipſæ nutrimentum laudabile non ſuſcipiunt, & corrumpitur in eis humor,aut remanet in ipſis nutrimentum laudabile coarctatum propter oppilationes,quare corrumpitur:& multoties redit ad ſtomachum corruptum,& corrumpit cibum bonum laudabilem,et multoties accidit propter illud vomitus cibi indigeſti. Verum ſm quãcunq; diſpoſitionem ſit epilepſia,cum cōmunitate aut abſq; cōmunitate,[q] principium epilepſię propinquum,ex cerebro eſt, aut ex ventriculo eius anteriore,aut ex ventriculis alijs cum eo: qm̃ primum nocumentum quod accidit,cōtingit in ſenſu viſus & auditus, & in motibus lacertorum faciei,& palpebrarum: quãuis reliqui ſenſus & membra mobilia in nocumento cōmunicant.Nam ſi non cōmunicarent in nocumento reliqui ventriculi,non deſtrueretur intellectus, neq; læderetur in eleuatione anhelitus. Epilepſiam vero ſm plurimum antecedit ſpaſmus:deinde poſt ipſum fit epilepſia: & illud eſt qm̃ ſi confirmatur ſpaſmus,eſt epilepſia.& cũ expellitur cauſa impediens,aut reſoluitur ventoſitas, redeunt operationes ſenſibiles & motiuæ. Et qñq; quidem apparet humor expulſus viſibiliter in vtriſq; naribus,& in gutture. Et multoties fit epilepſia ſine ſpaſmo ſenſato: & illud ideo, qm̃ materia faciens ipſam,eſt ſubtilis,& operatur cum repletione,non cum malitia vehementi.[r] Epilepſia vero plurimum accidit infantibus,propter humiditates ipſorum: & plerũq; apparet in eis primum cum naſcuntur.

Q 3.loc.af.c.7.g & fol.19.e
R G.cō.t. in.6.de mor.vulg.5.g.a

cuntur.& quandoq; fit post pubertatem.Si ergo in regimine ipsorum sit rectitudo,remouetur:et E si non,remanet. & oportet quidem vt studium impedatur ad hoc, vt illud remoueatur ab eis ante pubertatẽ.[a] Pueri vero ab hoc sunt remotiores,quibus in partibus capitis accidunt vlcera, & apostemata,& adest fluxus narium.Et æquũ quidem est vt ille,in cuius cerebro est humiditas in principio creationis,purgetur:& [b] plerunq; purgatur in matrice: & quãdoq; purgatur post natiuitatẽ. Si enim non purgatur non erit excusatio quin incurrat epilepsiam.Plurimæ autem epilepsię,quæ pueris contingunt,cura qñq; alleuiatur, [c] & remouetur cum pubertate,cũ ipsam non adiuuat malitia regiminis,& dimissio curæ. Epilepsia autem qñq; accidit adolescentibus. [d] Si ergo fuerit post xxv.annos propter ægritudinem in cerebro , & proprie in substantia ipsius,erit continua , & neq; separabitur,& erit finis actionis curæ in eis,alleuatio à prauitate ipsius,& tarditas paroxysmi eius. [d] Et Hipp.quidem dixit,ꝙ epilepsia remanet cum eis vsq;quo moriantur.[e] Senibus autem parum aduenit epilepsia oppilatiua.Et causas mouentes epilepsiam plerunq; adiuuant causæ extrinsecę, sicut immoderantia cibi et [f] potus,et satietas nauseatiua:Et sicut mora plurima in [g] sole,propter illud quod capiti attrahitur ex materijs. & illud quidem est propterea ꝙ prohibet dilatari materias in partibus corporis, [h] quare mouet eas ad superiora. [i] Et coitus plurimus est ex causis eius , & ex causis ipsius sunt delicię,& [k] quies,& paucitas exercitij:et ex causis eius est exercitium super repletionem,propterea quod humores propter ipsum mouentur , qui resoluuntur non integre , & implent vacuitates. F Ex causis ipsius est illud quod debilitat cor ex [k] timore,aut [k] euentu tumultus,& [k] vocis subito. [l] Et ex causis eius sunt ieiunium habentis stomachũ debilem. Et potatio [l] vini puri etiam,propterea ꝙ impedit stomachum.& causę quidem istæ remotæ faciunt causas propinquas. Nos vero ponemus his causis [m] caplin singulare , & [n] dicitur,ꝙ cum epilepticus induit corium caprinum,sicut excorticatum est recẽter:& infundatur in aqua,incurrit epilepsiam.& similiter cum suffumigatur cum cornu caprino, & myrrha, & alhasce [o] Epilepsia autẽ multoties resoluitur propter febres,quas tolerat habẽs eam, & proprie quæ sunt longæ: [p] & quartana proprie propter vehementiam longitudinis suæ, & propterea ꝙ digerit materiam melancholicam donec resoluatur. & tremor fortis qui fit in febribus:tremor enim excutit vehementer, quod in cerebro comprehensum est de superfluitatibus.Sudor autem iuuat tremorem sua expulsione.[q] Et queadmodum apoplexia cõuertitur ad paralysim,similiter plurimum [β] epilepsiæ cõuertitur ad paralysim.[r] Quidam autem existimant,ꝙ phlegmaticæ associantur tremor, & agitatio, qm̃ phlegma non cõsequitur in spissitudine sua vt oppilet meatus integre : Melancholia vero integre oppilat,quare in ipsa accidit parua agitatio. Et alij existimant, ꝙ eius cum qua multiplicatur agitatio , forsitan causa est humor paruæ quãtitatis,aut pauce penetrationis in meatibus,& ponitur res ecõuerso. Nullus vero vtrorunq; sermo in eo est determinatus. [s] Inquit Rufus cum apparet albaras in partibus capitis epilep G tici,significat resolutionem materierum epilepsiæ, & sanitatem. [k] Et [β] multoties quidem resoluitur epilepsia ad paralysim,& [t] ad [α] melancholiam.[a] Epilepsiæ præparatis accidit epilepsia,proprie humidis,propter ætates suas, sicut infantibus & pueris, & humectatis,propte regimen suum : sicut qui nauseatiuam satietatem consuescunt: & illis qui inhabitant terram venti meridionalis, quoniam implet caput humiditate. [k] Epilepsia autem mulierum , & infantium, & omnium quorum sanguis est paucus,& venarum constrictio est magis pernecans.

De signis specierum eius. *Cap.* 9

Dicimus ꝙ ex signis cõmunibus pluribus specierum epilepticorũ sunt,citrinitas linguę ipsorum, [u] & viriditas venarum quæ sunt sub ea : & plurimum quidem antecedit eam mutatio corporis à complexione sua, [x] & grauitas in capite, & proprie cum irascitur : aut accidit inflatio in ventre:& [x] antecedunt eam [y]†{debilitas}in motu linguæ: & [x] somnia eorum mala : & [z] obliuio : aut pauor,& [a] timor, & formido : & malitia animæ , & constrictio pectoris , & ira , & acuitas eius.. Non omnis vero eius species recipit curam : & quæ ex ea magis est lædens,est illa quam antecedit concussio vehemens, & agitatio multa fortis : deinde sequuntur eam quies fortis addita vehementi additione : & nocumentum in anhelitu: quare significat multitudinem materiei, & debilitatem virtutis. Cum autem volueris scire si ægritudo est in cerebro,aut in membris alijs, in- H tende an semper inuenias grauitatem in capite,& vertiginem,& tenebrositatem in oculis , & grauitatem in lingua,& sensibus,& agitationem in motibus, & citrinitatem in facie. Cumq; illud inueneris cum permistione in intellectu , & obliuione assidua , & hebetudine , seu amentia, & stoliditate,& non minoratur,neq; minuitur super vacuitatem, & cũ eo quod contingit ex lenitate naturæ & euacuationibus tunc iudica ꝙ illud est ex cerebro tantũmodo. Amplius si non inuenis in membris neruosis,& in splene & hepate , neq; in aliqua extremitatum , & in iuncturis nocumentum,neq; æger sentit aliquid eleuari ad caput ex loco,certificatur apud te, quod impedimẽtum est ex cerebro.Signa autem epilepsiæ leuioris sunt vt sint accidentia magis sana : & vt habenti ipsam cito redeat ratio , [b] & verecundetur cum sanatur : & vt velociter adueniat ei incolumitas sua:& ꝓprie [b] cum sternutatorijs,& attractionibus odorum per nares & cum eis quæ mouent vomitum; cum eis quæ ingrediuntur in guttur:siue vomere faciant,aut non faciant vomere.Signa vero eius quæ prauior est,sunt difficultas anhelitus,& prolixitas agitationis : deinde longitudo quietis post ipsam,& paucitas euasionis à paroxysmo cum odoramentis , & sternutatorijs. Et minor istarum vel & quę est infra istas est,aut in qua prolongatur agitatio,& non prolongatur quies,aut prolongatur

A Raf.1.cõti.t.13.c.1.12.4.
B Raf.12.4.
C Hipp.5.apho.7.& G.cõ.1.in.6.de morb.vulg.5.g
D Hipp.ibi.
E Paul.lib.3.c.13.
F G.1.de tẽpamẽ.c.2.g & de cã morbo.c.3.d
G Raf.1.cõti.t.13.c.1.12.1.
H Ga.2.de sym.cã c.5.d
I Gal.cõ.5.in.6 de morb vulg.26.a.& 5.loc.af.c.6.f.g
K Raf.1.cõti.t.13.c.1.12.2.
L G.5.lo.af.c.6.f.g
M 10.
N Ab Alexandro lib.1.fol.64.& Halya.9 theo.c.6.
O G.li.6.de mor.vulg.cõ.6.7.e.d
P Lib.4. Fẽ.1.t.2.c.61.& lib.1.F.2.d.1.c.8.& G.5.aph.7.
Q G.4.de vic.rõe in acu.27.c
Infra β
R Oppo.G.4.loc.affe.c.2.fol.22.b.& Raf.14.3
S Raf.1.cõti.t.13.c.2.14.1.Oppo.
Supra β
Supra α
T T.4.c.18.
V Raf.1.cõti.t.13.c.2.13.4.
X Paul.lib.3.c.13.& Ser.t.1.c.23.
X Paul.ibidem.
Y † inordinatio.
Z Paul.lib.3.c.13
A Raf.ibi.c.1.12.4
B Raf.1.cõti.t.13.c.1.12.2.

A gatur in ea quies, & minoratur agitatio. Et signum eius cuius causa est ex vẽtositate grossa in ipsa generata, est vt non inueniãtur cum ea, neq; prope eam, grauitas: immo inueniatur sonitus, & extẽsio, neq; sit spasmus eius fortis. Et signa eius cuius causa est phlegma, sunt vt sit [a] saliua eius fluẽs spumosa, grossa, multa, et sit in vrina eius aliquid simile vitro liquefacto. Et multiplicentur in ipso pauor, & timor, & pigritia, & grauitas, & [b] obliuio. Et quandoq; cognoscitur ex re vomitus, & colore spumæ, & ex colore etiam sanguinis. Et quandoq; cognoscitur ex ætate, & regione, & ex causis præteritis [b] de cibis, & regimine: & ex eis quidem quæ eam significant, sunt quies, & tranquillitas, [b] & color faciei, & oculorum, & reliqua quæ sciuisti in canone: q; si phlegma cum hoc erit crudum frigidum, erit obliuio, & stoliditas, & grauitas capitis, & corporis, & profunditas somni plus: & erit epilepsia magis laxans, & debilitans: & hæc species est mala valde. In ea vero quæ facta est à phlegmate salso, est somni profunditas minor: & frigus cerebri leuius, & motus saniores. Signa autem eius cuius causa est cholera nigra est vomitus choleræ nigræ, aut rei similis sanguini nigro, aut acutæ adustæ, aut acetosæ [c] ex qua ebullit terra. Et sunt naturæ habentium eã decliues [d] ad permistionem in suo sensu, & ad dispositionem quæ est sicut melancholia, neq; intellectus eorũ mundantur, cum separatur: & significatur etiam melancholia ex colore faciei, & oculorum, & ex siccitate narium, & linguæ, & regimine generatiuo melancholiæ. Si ergo fuerit melancholia fæx san-

A Ras.lib.diuis. c.7.
B Alzara.lib.prac. sect.2.c.34.
C Ras.1.cõti.t.13. c.1.12.2.
D Ras.12.3.

B guis naturalis, erit epilepsia cum laxitate, & paucitate sermonis, & cum quiete: & erit habens eam habens cogitationes quietas. Et si fuerit melancholia de genere choleræ adustæ, & est acuta tunc eius permistio erit [b] dæmonium, & cum multitudine sermonum, & vocum: & eius epilepsia erit agitabilis, & leuis remotionis: & quandoq; erit cum febre: & præcipue cum fuerit melãcholia eius subtilis. Si autem fuerit ex melãcholia sanguinea erunt eius dispositiones cum risu. Et tu quidem cognoscere potes substantiam melancholiæ ex vomitu. Nam si est similis fæci sanguinis, tunc est melancholia naturalis. Et si est similis fæci vini, est melancholia adusta: aut si est aspera, spissa tunc est pontica exasperãs guttur, & significat vltimitatem frigiditatis, et siccitatis eius: aut est [c] acetosa subtilis cum spuma, & tunc ebullit super terram: aut est grossa, non habens spumam. Signa autem eius cuius causa est sanguis sunt ista. Nam dico q; si sanguis facit epilepsiam cũ ebullitione, & motu absq; quantitate, non apparet ei magna operatio in colore, & exuberatione alguidez, neque est dispositio præfocationis in horis in quibus est epilepsia, neq; apparent ex ea grauitas, & hebetudo & laxitas, & multitudo sputi, & mucositatis sicut apparent cum phlegmate, & est cum caliditate, & rubedine in oculis, & vapore super caput sanguineo. Si vero cum quantitate faciat cum signis sanguinis est [a] exuberatio in guidez: & antecedit dispositio, quæ est sicut præfocatio. Signa autem epilepsiæ, quę est propter materiam cholericam: & illud quidem est secundum minus, sunt vt sint

C nocumentum & tribulatio ab ipsa vehementiora: & spasmus in ea fit minor, & spatium eius breuius. Motus vero sunt in ea fortioris agitationis: & ipsam quidem significant vomitus, & inflãmatio, & vehemẽtia permistionis rationis: & citrinitas coloris & oculorum. Eius vero cuius causa est ex stomacho, signa [e] sunt tremor in ore stomachi, & præcipue cum [e] tardatur cibus, & concussio, et tremor, & cõmotio, cum est epilepsia: & [e] voces, & rugitus, & præcipue in principio inuasionis: & sunt cum ea [e] solutio stercoris, [f] & exuberatio vrinæ, & humiditatis saliualis dictæ meda cuius exitus præcedit exitum spermatis & [g] exuberatio spermatis, & tremor cordis, & soda fortis, & leuitas epilepsiæ, [h] aut ipsius remotio cum administratione vomitus, & dispositiones significantes corruptionem stomachi, & augmentum in epilepsia, & diminutio secundum inuiscationem stomachi, & purgationem ipsius. & quandoq; interficit hæc propter frequentiam periodorum. Ex eo itaq; est vt humor qui est in ea, agat multitudine sua, & multitudine vaporis sui: & hic humor est phlegmaticus secundum plurimum: & quandoq; admiscetur ei alius. Et signa quidem eius sunt, vt accidat epilepsia in horis repletionis, & facietatis nauseatiuæ, & alleuietur cum vacuitas adest, & cum venter soluit cibum, & fit secundum iterationem frequentem nauseatiuæ facietatis. Si ergo fuerit permistio cum illo materiæ cholericæ, inueniet sitim, & inflãmationem, & mordicationem, & adustionem. Et si fuerit cum illo melancholia, multiplicabitur eius desiderium in pluribus dispositio-

E Paul.lib.3.c.13.
F Vide alzara in hoc lib.prac.t. 1. sect.2.c.34.
G Gal.14.de vsu. parti.c.10.a
H G.5.loc.aff.c.6. e.f.g

D nibus, & sentiet gustum acetosum, & generatur ab eo cogitatio, et vt solus loquatur secum quãuis significationes phlegmaticæ sint dominantiores. Et ex eo est vt humor qui in ipsa est agat malitia sui, non multitudine sua: & signa eius sunt, vt epilepsia fiat in horis vacuitatis, & cum materia inuenit os stomachi vacuum, & abscindatur epilepsia cum cibo conueniente laudabili. Si vero humor fuerit acutus de genere choleræ, cognosces ipsum per significationes quas diximus. Quod si est ex mirach, eius signa sunt, ructus acidus, & inflatio, & rugitus faciens dolorem, tardę quietis, & inflãmatio in mirach, & quandoq; excitatur cum ea dolor inter vtrasq; spatulas parum post assumptionem cibi non quiescens, nisi apud eius digestionem: deinde redit post assumptionem cibi. Et cum accidit secundum vacuitatem, non accidit nisi cum duritie naturæ, & destruitur lenitate naturæ: & proprie si tu inuenis extensionem in mirach ad superiora, et tremorem. Et istis quidem accidit vomitus cibi indigesti, propter illud quod diximus de reuersione cibi ipsorum propter corruptionem eius & oppilationem viarum eius. Et ex illa est, cuius vapor mirach faciens epilepsiam est cholericus: & cognoscitur illud propter inflammationem contingentem & ex colore & permistione rationis declinante ad rixam, & agitationem vel ad manuum, & pedum commotionem. Et ex illa est, cuius vapor est melancholicus, & perueniunt cum eo rami melãcholiæ, & timor, & malitia

litia animæ, & pauor propter tenebrositatem materiei & accidit ex ea delectatio mortis aut odiũ ipsius & timor, & reliqua quæ in capitulo de melãcholia dicta sunt. Illam vero cuius causa & principium sunt ex hepate, aut ex toto corpore, significant color, & capilli, & siccitas cutis, & arefactio eius cum nigredine: aut ipsius lassitas, & pinguedo: aut eius macies: & roris multitudo cum vaporatione sanguinis, & significat ipsum pulsus, & vrina, & dispositio ciborum precedentium, & regiminis præteriti: & significat ipsam retentio eius quod euacuatur ex stomacho & matrice, & venis, & reliquis. Si autẽ est sanguinea tendens ad adustionẽ, vides rubedinẽ coloris, & inundationẽ venæ, & risum apud casum. Si autẽ fuerit cholerica, aut phlegmatica aut mlica, cognosces per signa eius pdicta.[a] Illa vero cuius causa est matrix proculdubio est cum retentione mẽstruorum, aut spermatis, aut humiditatum effusarum ad matricem, quã quidem precedunt dolor in pectine, et in vtrisque inguinibus, & partibus dorsi, et grauitas in matrice. Illa vero cuius causa est splẽ, cognoscitur quoniam ægritudo est melancholica: & sentitur dolor in latere splenis, & est cum eam inflatio splenis, & durities eius: aut cum rugitu in latere ipsius, & cum cõmunitate corporis ad ipsum secundum plurimum. Eius autem quę est ex materia venenosa eleuata ab aliquo membrorum mediantibus neruis: principium aut est extrinsecum, & signa illius sunt manifesta, sicut pũctura scorpionis, aut rutelæ, aut vespæ, cum aliquid horum accidit neruis: Aut intrinsecum, & sentit quod eleuatur vapor ex eo ad caput, quo obtenebratur visus, & cadit. Et membrũ illud, aut est pes, aut manus, aut dorsum, aut pecten: aut aliquid ex visceribus sicut stomachus, & matrix.[b] Signa vero eius quæ fit ex vermibus, sunt cursus saliuæ, & casus vermium, & ascaridum.

E ... F

A Opp.Fẽ.11.14. c.17.
B Raf.1.cõti.t.13. c.2.12.4.

De causis mouentibus epilepsiam. Cap. 10.

PErmutatio[c] ad aerem est iuuans ad epilepsiam, sicut ex causis remouentibus eam est permutatio ad aerem conferens ei. Et omnis calor superfluus solaris,[d] aut igneus, & omne[d] frigus, & coitus plurimus. Et epilepsiam quidem cõmouet[e] multitudo pluuiarum, & venti septẽtrionales, & meridionales simul. Septẽtrionalis quidem, quia comprimit materias, & prohibet eas resolui: & meridionalis quidem & regiones meridionales, propterea quia mouent humores, & implẽt cerebrum: & subtiliant eos, & eleuat eos ad ipsum. Et excitatur in hyeme multoties: sicut excitatur in septentione, & autũno propter corruptionem humorũ. Et minoratur in regionibus septentrionalibus: sed ipsa interficit qm̃ nisi causa fuerit fortis, non accidet.[f] Et odores boni quãdoque mouent eam, & motus, &[g] speculatio motuũ velocium, & circularium: &[i] speculatio ab alto, &[h] lõgitudo morę in balneo: &[h] balneum ante digestionem, &[n] effusio aquæ calidę super caput. Et assumptio eius quod generat sanguinem vaporosum, & fæculentum, aut tenebrosum, sicut vinum fæculentum:[i] & antiquum etiam nocet ei, & nouum quod non est clarificatum, & purificatum, & purum, nocumentum faciens in cerebro:[k] & apium proprie sua proprietate quam habet in ea, &[l] lẽtes, ppterea quia generant sanguinẽ mlicum,[m] nisi cõmisceatur cũ kischordei, &[n] fabę, &[n] allia quia implent caput vapore,[n] & cepe similiter qm̃ earum substantia conuertitur ad humiditatem malam: & lac etiam, & dulcia, & plurimum pinguedinis in cibo, & omne grossum, & inflatiuum, & stypticum, & frigidum, & omne calidum acutum: & cholirica passio est ex eis quæ mouent epilepsiam, propterea quia agitat humores, & cõmouet eos, & altochme, &[f] malitia digestionis: &[f] vigiliæ: & passiones animales fortes,[o] ex tristitia,[o] ira, & timore: & passiones sensibiles fortes ex auditu vocum magnarũ, sicut[o] tonitrui & percussiones tympani, & rugitus leonis, & vocum durarum sicut vocis[p] †{algielagiel}& stridorum etiam sicut stridoris portæ acuti: & similiter ex visu splendorum luminosorum, sicut fulguris rapientis visum, & splendoris oculi solis: & ex tactu vel obuiatione[o] motuum ventorum fortium, sicut motuum ventorum turbinum. Et qñque excitatur epilepsia exercitio super repletionem, siue volueris cũ eo resolutionem siue nõ volueris: Medicinas autem epilepsiam facientes iam diximus: & illas quæ detegunt epilepsiã,[q] in tabulis ægritudinum capitis cum signis,[r] sicut suffumigatio cum galbano, & myrrha, &[h] cornu caprino, &[f] comestio hepatis hirci: & olfactus odoris ipsius: & similiter cum ponitur[h] myrrha in nare eius.

G

C G.2.apho.45.
D G.de puero epileptico c.2.g
E Hip.3.apho.16.
F Raf.1.cõti.t.13. c.2.13.1.
G Raf.13.1.& G. de puero epileptico.c.2.g
F Raf.ibidẽ.11.4.
H Raf.c.2.13.4.
I Halya.5.pract. c.21.
K Li.2.t.2.c.65.& Raf.14.4.& Ser.t. 1.c.23.
L De lente G.ibi c.5.aliter.
M C.14.
N Gal.ibi.& Raf. 14.4.
N Raf. ibidem.
O G.c.2.g
P † instrumenti quo fit strepitus
Q Lib.2.t.2.
R Oppo.lib.2.t.2. c.319.
S Dios. lib.2.c.38.

De cura. Cap. 11.

OPortet quidem vt epilepsia quæ est in infantibus curetur ita, vt nutrimentum[t] lactentis rectificetur: & fiat conueniens ad caliditatem subtilem cum bonitate chymi, & lactãs alienet à se omne quod generat[u] lac aquosum, aut corruptum,[u] aut grossum, & prohibeat sibi[u] coitum, &[u] impregnationem.[x] Et oportet vt hic infans alienetur ab omni re, in qua est timoris subitatio, & actio tremoris sicut sunt voces magni sensus, vt vox tympani, & tonitrui, & fulguris, &[x] †{algielagiel,}& vox vociferantium. Et vt alienetur à vigilijs ex insomnietate, & ira, & timore, et frigore vehemẽti, & calore forti, & malitia digestionis.[u] Et iniungatur ei exercitium ante cibum leue. Et interdicatur ei motus post cibum. Et si tolerauerit euacuationes, quę fiunt[y] medicinis euacuantibus phlegma cum facilitate fiat illud. Et eos quidem iuuat, vt qñque euomant, cum aqua mellis: vt potent zuccarum rof. & mel rof. &[z] olfaciant[a] rutam, & reliqua subtiliantia. Nam olfacere odoramenta quæ diximus fortasse excusant laborem in eis. Amplius cõmune est omnibus epilepticis, vt[u] vtantur cibis laudabilibus, quibus inest exiccatio laudabilis non superflua, & vt caueant sibi à repletione: & vt se custodiant à malitia digestionis. Et illud est, in modo quod contententur & non consequantur complementum repletionis, & saturitatis. Et ille cuius consuetudo non currit vel nõ tolerat vt semel reficiatur, diuidat cibum suum qui sit minor saturitate sua in tres partes, & sumat

H

T Alexand. lib.1. prac.c.15.53.1.& Paul.lib.3.c.13.
V Ser.t.1.c.23.
X G.de puer.epil. c.28.
X † instrumenti quo fit sonitus
Y G.de his quos purga.oportet.fo.88.c
Z Raf.1.cõti.t.13. c.2.bis.14.3.&13.1 bis Infra a

A Oppo.G.d pue. epilep.c.4.c — A mat[a] duas tertias in prandio,& tertiam eius in cœna post exercitium subtile. Et neq; multum vta tur vino,qm̃ ipsum vehementer replet cerebrum. Deinde si excusari non possunt quin ipso vtan tur,vtantur vino pauco,antiquo, clarificato, declinante ad ponticitatem. Et ex rebus quidem eis
B Ser.t.1.c.23. — nocibilioribus est[b] vinum successione balnei,& frigus repentinum. Immo oprtet vt caput mu niatur ab omni calore superfluo:aut à frigore superfluo:& in balneo non faciat moram. Et epilep tico quidem inest,vt alienet à se carnes grossas omnes,& fortis nutrimẽti,& pisces omnes: immo
C G.de pue.epile, c.5.g — [c] carnes omnium quadrupedum magnorum:& sit cõtentus pullis,& duragi,&[b] altheiugi,& aui
D † alauda — bus domesticis,& mõtanis,&[d] †{alchanaber,}& turturibus,& hœdis,& gazelis vel capreolis,& [e] leporibus,& iam[c] dicit q caro porci syluestris valde iuuatiua est ei:& laudantur[c] carnes caprinę propter illud quod in eis est de siccitate, & paucitate humectationis,sicut vituperãtur eis dulcia,
E C.10. & Ser.t. 1.c.23. — & pinguia,& similia. Et alienent à se omnia olera,& proprie[e] apium:etenim est ei proprietas cõ mouendi epilepsiam. Si autem excusari non potest,administretur ei[b] fumus terræ,&[b] endiuia:et
F 2 G.c.4.c — eis quidem conceditur[f] lactuca.ego vero non plurimum eam laudo:& cõceditur eis[b] coriandrũ, propterea quia prohibet vaporem à cerebro : ego vero vitupero eis ipsum, & eius multiplicatio
G G.de pue.epile, c.4.c — nem nisi in sanguinea & cholerica[g] sicla autem elixata in aqua & condita cum oleo & almuri, & quæ currunt cursu eius,si eius acceptio antecedit cibum,propter lenificationem naturę concedi
Supra α — B tur:[h] &[α]ruta est ex summa herbarum,quæ conferunt suo odore olfacta.[i] Et cum anethum,& ru
H Ras.1.cõti.c.13, c.1.14.3.&.13.3. — ta in cibis ipsorum ponuntur,conferunt. Et oportet vt alienent à se fructus omnes humidos, &
I Ras.14.4. — omnes fructus grossos,nisi quosdam stypticos super cibum quantitate leui pauca valde vt robo rent os stomachi, & deponant cibum , & lenificetur natura , & prohibeant vaporem. Et oportet
K G.c.4.d — vt vitent ommes cibos graues,qui sunt,sicut[k] rapæ &[l] raphanus,& caules,&[l] baucię. Et opor
L G. ibidem.e — tet vt alienent à se omne acre vaporosum.[l] Et sinapi quidem est ex summa eorum quæ nocẽt sua vaporatione,& transmissione superfluitatum ad ipsum, & eductione earum versus illud, & quia
M G.c.2.g — percutit cerebrum sua acuitate. Et alienent à se ebrietatem & exufflationem[m] ventorum , & re
N Ras.13.4. — pletionem.[n] Et deuitet ablutionem cum aqua penitus:cum calida quidem propter illud quod in
O F.21.t.1.c.15.& Hipp.5.aphor.21, — ea est laxitate,& cum frigida, [o] propterea q stupefacit, & nocet spiritui sensibili. Q; si epileptico acciderit repletio cibi,euomat, & subtilietur regimen post ipsum. Et oportet vt aliencẽt à se cibos
P T.4.c.14.& Ser, — desiccatiuos,grauatiuos,stupefactiuos,vaporatiuos.[p] Repletio vero vini valde nocet:sed parum ex ipso sumptum dilatat animam, & confortat spiritum,& acuit ipsum , & excusat à multitudine aquæ. Multiplicatio enim eius est nocibilior res. Et multũ dormire post meridiem nocet : & vni uersaliter somnus multus nocet,& proprie super repletionem multam. Et superfluitas etiam vi giliarum debilitat spiritum,& resoluit ipsum:& cum hoc implet cerebrum vapore. Primũ autem
Q C.10. — C epilepsię regimen est alienatio causarũ mouentium epilepsiam,quas[q] diximus. Et quies,& tran quillitas sunt magis eis conuenientes : q si exercitium necessarium fuerit post euacuationem , & mundificationem corporis,quarum præcessit rememoratio,oportebit vt administretur super va cuitatem exercitium non consequens lassitudinem : deinde quiescat post exercitium , & studeat
R G.c.3.a — [r] vt[β] caput suum sit eleuatum,& caueat ne ipsum pendere faciat inquantũ possibile est,neq; mo
Infra β — ueat ipsum plurimum,quare multitudo materierũ ad ipsum trahatur:& oportet[r] vt moueat infe
R G.ibi.a.b. — riora,cum ipse mouet superiora. Ex eis vero quę materiam ad inferiora trahũt,[s] est fricatio corpo
S G.ibi.c.3.e — ris gradatim facta à superioribus ad inferiora,incipiendo à[s] †{pectore,}& quod sequitur ipsum,
S † brachijs — cum pannis asperis fricando,donec[r] rubescant. Deinde gradatim descẽdat vsq; ad crura:sitq; om
Supra β — nis secunda fortior prima: & sit[β] caput in dispositionibus eleuatũ : & post illud iniungatur ei de ambulatio: sed oportet vt eũ quiescere facias in loco exercitij sui,vt redeat ad ipsum eius spiritus, & quiescat eius agitatio. Et ipse quidem non separetur à loco suo,nisi post illud.[s] Cum ergo attra ctæ sunt materiæ omnes ad inferiora,conceditur tunc vt fricet caput, & vt pectinet ipsum vt cale
T Ras.15.2. & Ha lya.5.prac.c.21. — fiat cum ipso, & permutetur eius complexio.[t] Et ex eis quidem quæ ipsum iuuant sunt ventosæ super capite positæ:& cauterium super ipsum calefaciendo cerebrum. Post mundificationem ve ro,& solutionem ventris,& quietem aliquibus diebus,non est malum si ingrediatur balneum:&
V T.1.c.19. — D si ventosæ ponãtur super illud,quod est sub hypochondrijs,& ossibus pectoris eius,& calefiat ca
X Ras.14.1. — put eius cum eo quod[u] sciuisti. Et quãdoq; ponitur in hora paroxysmi[x] pila cadens inter dentes eius:& proprie ex pilis vt remaneat os eius apertũ : & oportet vt incipias euacuare materiam ſm q ipsa est,deinde intende in purgãdo caput cum gargarismis attractiuis. Si autem illud accidit cũ
Y Ga.de his quos purga.oportet.b. & 6.apho.47.d — periodis,& multiplicatur cum multitudine humorum,euacuetur[y] in vere vt pręseruetur, & edu catur humor,qui in ipso dominatur,ſm q dicturi sumus. Et si non fuerit quod prohibeat ipsum à
Z Lib.1.F.4.c.20. — minutione,phlebotometur:[z] ipsius enim phlebotomia in vere , & proprie[a] in pedibus, est ex eis
A G.de sang.misс. c.19.h.& Halya. & Ras.13.1. — quæ ipsi conferunt , si per ipsam non sequatur infrigidatio cerebri eius,ſm q dicturi sumus. Cũq; hora paroxysmi pertransit:& tu potes facere,vt ipse euomat,penna[b] cum oleo de lilio inuncta,in
B Ser.& Aeti. li.2, ser.2.c.13. — ore ipsius missa, & proprie si stomacho fuerit in hoc introitus vt vomat humiditatẽ , iuuabitur eo statim:licet multitudo vomitus noceat epilepsiæ cerebri. Et ex eis quæ deglutiũtur in dispositio
C Aeti.ibidem. — ne epilepsiæ,& in alijs,[c] sunt assa , & castoreum in oxymelle de melle. Ex insufflationibus autem in epilepsia,sunt pulpa coloquinthidę,cucumer asininus,& eius succus,& sal ammoniacus,& ni gella,& similia,& elleborus alb.& cõdysi,& piper, & zinziber, & myrrha,& euphorbium,& ca storeum,& stichados separatim,& coniunctim, & assa fœtida, & pix, & alkitram. Ex vaporatiuis

est

est pæonia.Et ex [α] odoramentis est ruta in hora epilepsiæ,& in hora quietis.Ex eis vero quæ[a] Hunaim eligit,est gũma rutæ agrestis permista cum farina hordei & aceto de vino, ex quo fiant formæ malorum, & assiduet odorem earum. Et ex syrupis, [b] est oxymel squilliticum proprie: quod singulis diebus in potu sumat: & similiter [c] syrupus de absynthio: & decoctio hyssopi cum origano & oxymelle quod factum est ex eis, & oxymel squilliticum sumptum in potu in hyeme cum aqua calida:& in æstate cum aqua frigida.Et ex vnctionibus quæ eis sunt bonæ, sunt cum eis quæ dicta sunt,[γ] medulla [a] crurium cameli cum oleo ros.super tempora, & cõmissuras,& pectus. [d] Suspensionis vero pæoniæ iuuamentum iam experti sunt antiqui in epilepsia. Et videtur ꝙ illud sit magis proprium illi quæ est [e] †{alrumi}humidæ.Et ex medicinis quidem quas in principio in potu sumere oportet sunt [f] agaricus & [g] siseleos [g]†{ } [a] & radix aristol.ro.Et [a] ex pæonia omni hora in potu tribuatur cum aqua.Et iam cõuenerunt,ꝙ potare omni die [a] †{ }mithridati duabus vicibus mane, & cum vadit dormitũ, est quasi ex eis,quibus iam plures sanantur. [a] Et quidam volunt vt eis in potu tribuatur ex spuma maris omni die bis. [a] Et ex polio montano cum proprietate sua in ea asphodelus etiam: & ex eis quæ ipsos iuuant est [h] medicamen de squilla huiusmodi.Sumatur squilla,&[i] ponatur in vas vitreatum de terra in quo mel fuit quod ab eo fuerit postea remotum,& caput eius stringatur ligamento forti:deinde cum corio grosso cooperiatur & dimittatur.xl.diebus,quorum primi.xx.dies sint ante ortum [k]†{alsahari:} & ponatur vas in sole expositum meridiei,& permutetur omni hora parũper,vt sit illud quod ex calore partibus eius aduenit,æqualis applicationis: deinde aperiatur os vasis, & inuenies squillam sicut decoctam,& dissolutam:ipsam igitur exprime, & sume succum eius, & permisce ipsum cum melle: & sumatur in potu ex eo omni die quãtitas cochlearis vnius. Si autem hora festinat, coquatur squilla in aqua & aceto,& fiat inde oxymel mellinũ.[k] Et ex medicinis quidem bonis est,vt sumantur siseleos aur. iij.bacarum lauri tantũdem,aristol.ro.radi. pæoniæ amborum aur.ij.castorei, trochiscorum squillicorum amborum aur.i.misceatur cum melle dispumato,& administretur omni die cum oxymelle. Et ex eis etiam quæ eos iuuant, [l] est permutatio in regionibus: permutatio enim in regionibus donec aer inueniatur conueniens desiccans subtilians,est sicut permutatio in ætatibus ex infantia in adolescentiam in iuuamento epilepticorum.[m] Cum ergo accidit epilepticis [δ] tortuositas mẽbri, aut spasmus eius,ęquatur fricatione cum oleo,& aqua tepida,& compressione forti.Et cum fuerit epilepsia causa cerebri,tunc melius est vt[m] euacuetur cũ elleboro,& cum eis quæ sunt talia,& pulpa coloquinthidę,& scãmonea,& hiera,& decoctione agarici faciendo solutionem post solutionẽ in anno. Cumq; necessarium est vt phlebotomia fiat, ex quocunq; humore sit, oportet vt non sis diminutus in ea,immo fiat phlebotomia etiam ex duabus cephalicis simul, & sequatur phlebotomia venæ quæ est sub lingua. Et quãdoq; ventosatur super collum,vt materia in hebdomada trahatur à cerebro, si illic nõ fuerit ex complexione cerebri, & debilitate ipsius,quod eam prohibeat. Et quandoq; tibi necessarium est,vt phlebotomiam multiplices. Cum ergo illud feceris oportebit vt quiescere facias per hebdomadam:deinde solue cũ potionibus,& clysteribus fortibus, quæ sint ex [n] centaurea,& pulpa coloquinthidæ,& kerua,& reliquis. Deinde fac quiescere, postpone ventosas [o] apud [p]†{alchael,}& caput, & [q] †{nucham,} & super crus. Deinde fac eum quiescere, postea solue,& non cesses procedere ẽm quietem,& iterationem vsq;quo purgetur.Et administrentur post illud gargarismata,& caputpurgia,& quæ purgant caput solũmodo,cum eis quæ sciuisti: cumq; fiet ei caputpurgium [r] fiat cum scelitha,postea cum sababech,& cum aqua maioranæ est iuuamentum.Et oportet quidem vt occurrat paroxysmus cum mundificatione stomachi: & si possibile fuerit ei vt [r] euomat post cibũ, & proprie ab eis quæ sunt vt pisces saliti & alia, erit iuuatiuũ. Et post illud totum permuta complexionem cerebri cum confortatiuis calefacientibus ex emplastris ex sinapi,& quæ taliter procedunt,ex eis quæ docui te, & nominaui tibi:&[α] fac eum odorare rutam.Et oportet ne labores in ipso cum calefacientibus,& permutantibus complexionem subito,immo gradatim in hoc incede. Si autem inde nocumẽtum acciderit in operationibus suis,tunc quiesce.Melius autem quo purgatur illa cuius causa est phlegma, [s] est hiera,& pulpa coloquinthidæ:& [t] hiera Hermetis etiam. [t] Nam si vtatur hieræ Hermetis omni die pondere.5.drach.mane,& pondere.5.drach. in sero, magnificatur cum eo iuuamentum ipsi. Q; si cum phlegmate est repletio vniuersalis,tũc phlebotomia ẽm ꝙ narrauimus,est ei iuuatiua,& similiter euacuatio cum [g] turbit,& [g] agarico,& [g] stichados,& [g] hiera Rufi proprie.Melancholia vero soluitur cum eis quę sunt sicut decoctio epithymi,& elleborus,& lapis azuli,& lapis armenus,& stichados,et polypodium, & myrobal.Ex vnctionibus [γ] medulla cruris cameli cum oleo ros.super spondyles colli,et tempora & pectus.In epilepsia vero cholerica oportet, vt sit solicitudo cum infrigidatione, & humectatione,et proprie cum clysteribus.Si autem est adusta,tunc est in iudicio melãcholię, aut inter choleram et melancholiam:et ea quæ nõ ita est mater infantium forsitan est de genere cholericę apud quosdam:et propter illud pręcipiunt in cura ipsius,vt administrentur tina et caputpurgia frigida, et humida,et effusio lactis super caput:et vtatur humectatione corporis.Et si est infans præcipiũt vt detur in potu lactãti ipsum,quod lac ipsius infrigidet,et præcipiunt vt in domo ipsa frigida subterranea inhabitent:et videtur ꝙ sit hoc apud eos epilepsia sibaria,aut mania.veruntamen huiusmodi nominis vsus non est famosus apud veridicos medicos.Et cum aliquibus membris epileptici accidit[δ] tortuositas,aut spasmus,iuuat ea fricatio cũ oleo et aqua tepida: et vt super ipsa fiant cõpressiones.

E A Raf.13.4.
Supra α
B Paul.lib.3.c.13.
C Ser.& Raf.14.1 &.4.
Infra γ
D G.de simp.medi.fac.fol.45.g.h
E † regiouis
F G.6.simp.medi.fac.fol.41.c.& raf.14.1.
G † affodilus.
G Raf.14.1.
A † theodorici in quãtitate vnius nabacha.
H G.de puer.epil.fol.181.a.b
I Raf.13.2.
F K † caniculæ
K Ser.t.1.c.13.
L Ga.3.aphor.71.&.2.apho.45.
M Paul.lib.3.c.13.10.& Aeti.& Raf.14.1.
Infra δ
M Paul.ibidem.
G
N Paul.& Aet.ibi.
O Aeti.lib.2.ser.2.c.13.fo.282.& pau.lib.3.c.13.fo.97.33.
P † præcordia, & dorsum
Q † Occipitium. Paul.& Aet.& Raf.13.3.
R Ser.t.1.c.23.
Supra α ter
S Alzar.lib.prac.sec.2.c.36.
H T Raf.13.3.
Supra γ
Supra δ

A preſſiones. Quando vero eſt epilepſia ex ſtomacho, tunc cõuenientiora quibus fit euacuatio, ſunt [a]†{pulpa coloquinthidæ, & ſtichados:} & fiat in [b] anno illud multoties. Et oportet quidem poſt mundificationem ſtomachi, vt aſſidue vtantur [c] confortatiuis: & non tribuantur eis, [c] niſi cibi velocis digeſtionis, boni chymi: & tribuantur ſm ꝙ narrauimus in [d] loco ſuo. Impendant ergo ſtudiũ in comprehẽdendo bonitatem digeſtionis: & oportet vt dimittant ſtomachum vacuum tempore longo. Illi vero quæ ex ea excitatur ſm famem, ſuccurratur cum eo quod dictũ eſt [e] in capitulo ſodæ, & reliquorum. In hac vero quæ fit cum eleuatione alicuius rei ex membro [f] oportet vt ligetur ſupra illud membrũ, cum paroxyſmus adeſt: & fortaſſe prohibetur paroxyſmus: & euacuetur humor qui eſt in membro aut per euacuantia ſcita, ſi iam peruenit ad ipſam virtus euacuationis: aut cum vlceratione, & eductione puris in hora quietis, cũ medicinis quę vlcerant, & pus faciunt currere: & cũ aduſtione materiæ, ſicut eſt epithema de gũmi rutæ ſylueſtris, & euphorbio, & reliquis. Et has quidẽ medicinas cognouiſti ex tabulis libri ſecundi. Et forſitan oportebit, vt in eis eueniat gradus adminiſtrandi [g] cantharides, & [h]†{alkibigkengi} & ſtercus accipitris, & anacardos, et reliqua. In illa autẽ quæ à toto corpore eleuatur, dicunt [i] quidam, ꝙ ſi non eſſet timor in phlebotomia duarũ arteriarum apoplicarum, nõ in eo quod non poſſibile ſit retentio ſanguinis, ſed propter frigus quod accidit cerebro, & abſciſſionem ſpiritus, & ſequitur eam apoplexia, eſſet in ea ſanitas in-
B tegra illius, qui patitur epilepſiã cum cõmunitate corporis. Et propter illud quod ad cerebrũ aſcẽdit ex eo. & nos quidẽ dicimus ꝙ ſi hæc nõ eſt poſſibilis, tũc in inciſione ſeu in phlõmia illius alterius ex arterijs, q̃ aſcẽdũt, nõ erit iſte timor, & nõ eſt lõginquũ qn magnificeť multitudo iuuamẽti.

De apoplexia. Cap. 12.

APoplexia eſt ocioſitas membrorum à ſenſu & motu propter oppilationem cõtingentem in ventriculis cerebri, & in curſibus ſpiritus ſenſitiui & motiui. Nã ſi cum hoc inſtrumẽta motus anhelitus fuerint ocioſa, aut fuerint debilia, vnde non facilis fit anhelitus, immo fuerit illic ſpiritus, & fuerit habens viciſſitudines ſicut ſtrangulatio, aut ſicut vox ſtrangulati, tunc hæc ſpecies [k] eſt praua ſignificans defectum virtutis mouentis membra anhelitus. & ea quidem prauior eſt vt non appareat anhelitus, et ſpuma, neq; vox ſtrangulati. Si autem nocumentum non magnificatur in anhelitu, & pertranſit in gutture ipſius quod immittitur, neq; egreditur per nares, tunc quãuis ipſa ſit in qua maior fiducia habetur q̃ alia, tamen non euacuatur à timore magno. Et [k] Hip. quidẽ dixit ꝙ quando apoplexia eſt fortis, habens eam non ſanatur: & ſi eſt debilis, eius ſanatio nõ eſt facilis. Hæc vero oppilatio fit aut propter clauſionem, aut propter repletionem. [l] Clauſio autem eſt, vt ad cerebrum perueniat quod ipſum dolere faciat: aut ledat et moueatur motu contractionis ab eo: aut ſit qualitas perueniens ad ipſum ſtipans vel contrahens & inſpiſſans eum ex ſui natura [m] ſi-
C cut frigus forte. Repletio vero, aut eſt repletio apoſtemans, aut eſt non apoſtemans. [k] Repletio vero apoſtemans eſt, vt illic contineatur materia, & oppilet ex parte repletionis, & oppilet ex parte exteuſionis. & iſta eſt ex ſpeciebus apoplexiæ perſæ: & ęquale eſt, ſiue ſit materia calida, aut ſit frigida. Quæ vero eſt abſq; apoſtemate (& eſt ea quæ eſt ſm plurimum) aut eſt in ipſo cerebro, aut in vicinitate ipſius: & illa quidem quæ eſt in vicinitate, aut eſt in meatibus ſpiritus ex cerebro, aut in meatibus ſpiritus ad cerebrum. Et illa quę eſt in meatibus ſpiritus ex cerebro, aut eſt [n] humor ſanguineus effuſus ad ventriculos cerebri ſubito, aut eſt [o] humor phlegmaticus & eſt ſm plurimum. Illa autem quæ eſt in meatibus ſpiritus ad cerebrum, eſt cum oppilantur arteriæ, & venæ ex vehementia repletionis, & multitudine ſanguinis: & ſpiritus non habet tranſitum, quare non moratur vſq; quo præfocet: & accidit ex illo ei quod accidit cum ſtringuntur duæ venæ apoplecticæ ex caſu ſenſus & motus. Nam cũ illi ſimile accidit ex cauſa primitiua efficit quod eſt ſimile illi actioni. Hæc ergo ſunt ſpecies apoplexiæ, & cauſæ ipſius. Sed fortaſſe qñq; dicunt [p] apoplexiam, & ſignificant per eam paralyſim cõmunem amborum laterum, & ſi ſint membra faciei ſana. & qñq; dicunt mollificationem partis apoplexiam illius partis: & illud quidem in ſermonibus [q] Hipp. iam peruenit. Aliquando autem accidit, vt homo apoplexiam incurrat, et non ſit differentia inter ipſum, et mortuum: & non appareat in ipſo aliquid anhelitus: deinde reuiuiſcit, & ſanatur. [r] & nos plurimos eo-
D rum vidimus, quorum diſpoſitio hæc erat: & in iſtis quidem anhelitus non apparet: ſed ipſorũ pulſus non integre cadit. Et videtur ꝙ calor innatus in eis non vehementer indiget euentatione, & expulſione vaporis fumoſi à ſe anhelitu magno, propter illud quod accidit ei ex frigore: & ꝓpter hoc volunt vt [s] tardetur ſepultura ambigui ex mortuis, donec perpendatur eius diſpoſitio, et neq; ſit minus ſeptuaginta duabus horis. [t] Apoplexia vero reſoluitur ſm plurimum ad paralyſim: & illud ideo qm̃ cum natura deficit ab expulſione materiei ex vtriſq; lateribus ſimul, expellit eam ad vnum duorum laterum, quod magis eſt ſuſceptibile ægritudinis, & quod eorum eſt debilius, & facit ipſam penetrare in vacuitatibus meatuum elongãdo eam à cerebro, & ventriculis ipſius: ſignificat vero ꝙ oppilatio in apoplexia comprehendit ſuper ventriculos, qm̃ ſi eſſet in ventriculo poſteriore ſolũmodo, non oporteret vt ocioſitas ſenſus eſſet in anteriore parte capitis. [v] Hip. vero inquit cui accidit dum eſt ſanus dolor repente in capite ſuo: deinde incurrit apoplexiã, tunc ipſe moritur ante ſeptimũ diem, niſi accidat ei febris, & ſit ſpes vt cum ea reſoluatur ſuperfluitas. Et ſcias ꝙ plurimum accidit apoplexia habentibus [x] ætates, & corpora, & regimina humida, & proprie cũ eſt ibi cum humiditate frigus. [q] Si autem accidit cum caliditate cõplexionis, et ſiccitate ipſius, tunc res eſt praua. ægritudo enim cõtraria complexioni nõ accidit, niſi propter magnam cauſam, & cõ-

plexio

A † medicamẽtũ amarum ex aloe
A G.5.lo. af.c.6.g & Aeti.lib.2.ſer.2. c.17. & Paul.lib.3. c.13.fol.98.15.
B G.ibidem
C Raſ.14.3.
D Fen.13.
E T.2.c.33.
F Ga.3.loc.af.c.7. fol.19.h
G Paul.lib.3.c.13.
H † Ranunculum
I Raſ.13.1.
K G.2.apho.42.
K 2.apho.42.
L G.đ drijs mor.c. 5.e, & de cã mor.c. 3.d. & Raſ.t.6.c.4.
M Fẽ.2.c.5.& lib. 1.F.3.d.5.c.4.& li. 4.F.6.t.1.ſũ.3.c.1. &.62.& G.ca.mor. c.3.d
K G.2.apho.42.
N G. de cur. rõnę per ſangui.c.5.a
O G.2.de cã ſym, c.7.e
P G.ibidẽ.c.2.h
Q Paul.lib.3.c.18.
R Fẽ.10.t.5.c.5.& lib.4.F.6.t.5.c.3.& in lib. de vir.cor.t. 2.c.4.
S C.14.& Halya. 5.prac.c.22.& Raſ. 1.cõti.t.1.c.2.2.1.
T G.4.loc. af.c.2. 22.h
V 6.apho.51.
X G.2. de tẽpera. c.2.16.d.&.3.apho. 31.

plexio quidem ab hoc elongata est, vt eam toleret. Apoplexia vero raro accidit à caliditate.[a] Cum autem dilatatur materia paralysis in vtrisque lateribus, prouenit apoplexia, sicut cum constringitur materia apoplexiæ ad latus vnum, accidit paralysis: plurimum vero causæ apoplexię existit in ambobus ventriculis posterioribus. Cumque cũ apoplexia fuerit febris, tunc illic erit apostema ſm plurimum.[b] Illi vero qui indigent phlebotomia plurima propter melãcholicum sanguinem ipsorum iuuantur cum phlebotomia multa, & in fine deficiunt, quoniam incidunt in apoplexiam, & similia ei. Præparatio vero apoplexiæ periodicæ cum acceptione medicinarum calidarum, est festinatio faciens humores tardos velociter moueri, periodorum autem apoplexiæ iudicium iam * diximus, inde ergo legatur. E

A F.1.c.1.
B Lib.1.F.4.c.12. & G. de scarificat. 19.g.h
Supra *

De signis. *Cap.* 13.

DIfferentia inter apoplexiam & subet, est quod apopleticus habet vocem strangulati, vel habet oregmonem, & ingreditur nocumentum anhelitus: sed subet patiens nocumentum nõ est ita. & habens subet gradatim procedit de somno graui ad subet: apoplectico vero accidit illud subito. Apoplexiam præterea antecedunt [c] soda, & inflatio [d] †{guidez,} & [c] vertigo, & scotomia, & [c] tenebrositas visus,[c] & tremor in toto corpore,[e] & stridor dentium in somno, & grauitas, & pigritia. & multoties quidem est eius vrina [c] similis flori æris, & [c] nigra, & in ipsa est sedimen serinum, & [c] furfureum. Illam vero quæ est à nocumento & percussione aut casu, aut cõmunitate membri, cognosces ex principiis, quæ tibi iterata sunt. Quę autem est ex apostemate non euacuatur à febre aliqua & præcessione signorũ quæ diximus in apostematibus. Et illam quidem quæ est ex sanguine, significãt signa sanguinis prædicta [f] multis vicibus.[g] Et est facies rubea & oculi rubei valde, & [f] guidez: & venæ colli sunt extensæ & plenæ: & spatium phlebotomiæ est elongatũ, et fuit antecedens receptio eius quod generat sanguinem. Illam vero quę ex phlegmate est significant color, & forma oculi, & [h] humorositas narium & reliqua quę [i] dicta sunt.[k] Cum ergo seni acciderit vertigo continua aut quæ reiteratur, tunc illud nunciat apoplexiam. F

C Paul.lib.3.c.18.
D † venarum crassa guttur
E F.7.c.20.& paulus ibidem.
F T.1.c.24.& t.1.c.7.
G Ras.lib.diuis. c.12.
H Ras. & Aliab. lib.prac.t.1. sect.2. c.18.
I T.1.c.25.
K C.1. & li.1.F.3. d.5.c.1.

De cura. *Cap.* 14.

CVra quidem eius quæ facta est ex læsione extrinseca, est regimen illius causę primitiuæ. & illius quę fit ex cõmunitate, est regimen membri cui cõmunicat cum eo, quod preteriit tibi in canone, & præteriit tibi in [l] capitulis aliis. Regimen vero illius quæ fit ex sanguine est phlebotomia in hora [m] illa, & emissio multi sanguinis. sanat enim in dispositione: & post phlebotomiã tunc [n] clysteriza cum eo quod * sciuisti de clysteribus: vt deponatur materia à capite: & subtilia regimẽ ipsius: & sis contentus in ea iuleb, & aqua hordei subtili: & aqua casei. Et fac ipsum olfacere quod confortat cerebrum, & non calefacit cum eo, quod docui te. Si cum ea vero quę facta est ex phlegmate, inueniuntur signa sanguinis, phlebotometur etiam: deinde clysterizetur cum clysteribus fortibus, & supponantur collyria fortia, in quibus ponuntur gummæ, & [o] fel bouinum, postea bibat quod soluit si in ipso pertransit ex pilulis, in quarum potu habetur fiducia sunt [p] pilulæ de euphorbio. Et fiant post illud super caput ipsius, & membra, vaporationes calefacientes & embrocæ factæ ex aquis in quibus coctę sunt herbę calefacientes, sicut [q] anethum, & sceba, & amaracum & folia citri, & calamenthum, & alhasce, & hyssopus, & melilotum, & origanum, & abrotanum. Et cum oleis in quibus sit virtus istarum herbarum, & oleo de ruta, in quo sit iam dissolutum pyrethrum, & castoreum, & opopanacum, & galbanum: [r] & inunge totum corpus ipsius ex oleo, in quo sit sulphur. Si autem vaporationes fuerint [s] ex gariophyl. & [s] †{alheal,} & mace & nuce muschata, & acoro, erit rectum.[q] Et fricentur pedes eius cum oleo calido calefacto, & aqua calida, & sale,[q] & inungãtur spondyles ex sygia & oleo [t] †{de lilio.}[o] Et pone super principium nuchę sinapi, & serapinum, & castoreum, & euphorbium. Et ex oleis quidem quæ sunt eis bona, sunt oleum cucumeris asinini, & oleum rutæ, & oleum squilliticum factũ ex oleo antiquo siue sit infusa squilla humida in eo. xl. diebus, siue sit decocta in eo: ita vt sumantur olei kist. i. & squillæ vnc. ij. in quo coquantur adeo vt dissoluatur. & similiter oleum de pyrethro ſm vtrosque modos prædictos. & rectius quidem est vt quodcunque sit oleum quod eis administras, inspisses [u] cũ cera donec stet, vt adhæreat. & oportet quidem vt incipias à debiliore vnctionum si confert: & si non adde: & permuta te ad illud quod est fortius. Et non est malum post euacuationem ipsius cum clysteribus & similibus, vt naribus ipsius aliquid approximetur, & proprie [x] condysi, & caputpurgia fortia, & olea confortatiua, & [y] ignium ferrum, & oppone ipsum capiti ipsius, & vt capiti ipsius emplastrum apponatur ex emplastris resoluentibus, quæ sciuisti. Et si est possibile fac eum [z] vomere cum penna immissa gutturi ipsius, illinita oleo de lilio, aut oleo simplici. & proprie cũ existimatur, quod in stomacho, aut in ore ipsius sit repletio, & iam præcessit eam satietas nauseatiua à cibo: cõferunt enim hęc ei vehementer. Et in vomitu quidem aliud existit iuuamentum: nam subuersio stomachi, seu voluntas vomendi, & conatus ad vomitum calefaciunt complexionem capitis eius qui habet apoplexiam frigidam & humidam. Et oportet quidem [n] vt ipsius ventositates soluas cum eo quod eas educit: quoniam cum hoc inuenit alleuiationem. Et quandoque acceleratur ad hoc vt pila in ore eius ponatur cuius antecessit [a] rememoratio, vt non destruantur dentes ipsius adinuicẽ. Et oportet vt cũ parum euomũt, in potu sumant [q] olei de kerua decocti cũ ruta omni die drach. ij. cũ aqua de radicibus, et gradatim procedat donec bibat quaque die drach. v. Et si possibile est post eũonẽ sumãt quãtitatẽ [b] †{bondacha} ex [f] theriaca et [c] mithridato, et [o] ex scelita, et anachardina et alsagianea, G H

L T.3.c.14.
M Li.1. F.4.c.20.
N Paul.lib.3.c.18.
Supra *
O Ras.1.cõti.t.1. c.2.1.4.
P Lib.5.sum.1.t.9. & Ras.1.cõti.1.1.c. 2.1.3.
Q Ras.ibi.
R Pau.& Ras.1.4
S Ser.t.1.c.24.
S † cardamomo minore
T † Sambucino
V G.7.meth.c.7.h
X Ras.t.9.c.4. & Ser.
Y Ser.& Ras.t.9. c 4.
Z Aeti.li.4.ser.2. c.27.
A C.11.
B † aurei vnius
C Halya.5.theo. c.22.

A & quæ sunt similia illis, & de simplicibus castorei aur.i. cum aqua mellis, & oxymelle, & serapinũ etiam cum bibitur [a] †{bakila}- vna. Potus autem eorum sunt aqua mellis pura, aut cum alefeniati secundum necessitatem. Et cum videris alleuiationem, fac gargarismata, & sternutationes, & pone ventosas super collum, & nucham cum incisione, aut sine incisione secundum materias, [b] †{& commoue eum super alargiuha: }- [b] deinde fac eos balneari post tres hebdomadas. Et vnge eos in die balnei cum oleis calefacientibus. Et ex gargarismatibus quidem eis conferentibus post purgationem vniuersalem, est decoctio hyssopi, & [c] †{alhasce,}- & calamenthi, & [b] origani, & his [b] similium in aceto, cui admiscetur mel, & etiam aqua, in qua elixantur [d] pyrethrum, [d] & staphisagria, & alhasce, & sumach. Et fortius illo est vt sumatur piper, & longum piper, & zinziber, & staphisagria, & baurac, & rosæ, & sumac, & terantur et cõmisceantur cum vino decocto, & fiant ex eis sief: deinde administretur masticationes ex eis: aut gargarismata in decoctione hyssopi cum mastiche. Et ex eis quidem, quę illi iuuatiua sunt, cum fiunt sicut illud, sunt piper longum, & piper nigrum, & synapis, & calamenthum. Et ex eis quæ masticantur sunt calamenthum, & staphisagria, & piper, & amaracum, & sinapis sigillatim, & coniunctim, et permiscetur eis sicut rosa, et sumac, à quibus non est excusatio, & acorus est ex eis quæ iuuant in hoc capitulo: & fit fortis eius impressio. & confert eis inunctio cum oleis calidis confortantibus spiritum, qui est in neruis, & substantia ner-

B uorum, resoluentibus superfluitates in quibus non est labor, sicut est oleum de lilio: & post ipsum oleum amaricinum, & oleum chamæmellinum, & anethinum, & oleum de squinãtho: & proprie super caput: ipsum enim est in quo fiducia habenda est in re capitis: & proprie postquã iam assumpserit virtutem hyssopi, & origani, & calamenthi, & alhasce & similium. Cibi autem habentium apoplexiam sunt subtiliores cibis habentium epilepsiam: & rectius quidem est vt scis contentus in eis in matutinis pane solo. & panis quidem cum ficubus siccis est bonus eis. Et vinum super cibum est ex rebus magis nocitiuis eis. Cum autem voluntas adest vt cœnent, non est malum si ante ipsam præmittas exercitium leue, & moueant membra laxata motu aliquo. Et cum aliquid sumunt, non dormiant super ipsum velociter: sed expectent aliquantulum donec descendat, & digeratur digestione aliqua, nec etiam plurimum vigilent. Illud enim permutat cerebrum: & resoluit ex cibis vaporem non digestum, ex hoc quòd prohibet digestionem. Quidam vero dicunt eis esse bonum ordeum [e] cum lentibus, & vuæ passæ, & amygdalæ, & ficus sunt ex fructibus conuenientibus eis. in secunda mensa. Vinum autem nouum non est cõueniens eis propter illud quod in eo est de superfluitatibus: & antiquum, propter illud quod in eo est de velocitate penetrationis ad cerebrum, & declinationis eius. Sed magis cõueniens vinum est eis illud, quod est inter vtrũq; Cum apoplecticus febricitat, fac moram in re ipsius, donec discooperiatur: fortasse enim est crisis:

C [f] sitq; mora vsque ad septuaginta duas horas. Si autem ita non est: sed febris est propter apostema, & putredinem, tunc est mortiferum. Et scias quòd apoplexia, & paralysis constringunt meatus ad ipsas peruenientes, quare est existimandum, quòd medicinæ euacuantes non euacuant materiam facientem ipsas proprie.

A † pondus. 20. granorum.
B † Paul. li. 3. c. 18. fol. 102. 40. deinde gestabuntur ægri curru, aut lectica, aut lecto pensili.
B Paul. ibidem.
C † thymi.
D Ser. t. 1. c. 24.
E C. 10. ipse ex se asserit hoc.
F C. 12. & Halya. 5. prac. c. 22.

Fen secunda de ægritudinibus neruorum, quæ est tractatus vnus.

Aegritudines neruorum. *Cap. 1.*



Eruorum quidem ipsorum originem, & diuisionem, seu ramificationem & figuram, & anatomiam, & naturam iam [g] sciuisti. De ægritudinibus vero ipsorũ scias, [h] q; sunt tres ægritudinum species, scilicet complexionalis, instrumentalis, & solutio singularitatis cõmunis. & apparet quidem læsio in operationibus suis naturalibus, & sensibilibus, & motiuis. Motus vero laboriosi in faciendo ægritudines neruorum, introitum magnum habent supra illud quod in alijs est: ipsi nãq;

D sunt instrumenta motus. laboriosi vero motus sunt sicut extensio cum fune: & eleuatio rei grauis: & omne in quo est extensio fortis, & expressio, & contractio. Significationes autem in dispositionibus eorum sumes ex operationibus sensus & motus, & ex tactu in lenitate, & duritie, & ex cõmunitate cerebri, & spondylium cum eis: & ex doloribus, & materijs quæ sunt propriæ neruis. & plurima quidem signa quibus peruenitur ad cognitionem dispositionum cerebri sunt ex nocumento operationum, & ex tactu. Cum autem dubitatur de aliqua ægritudinum neruorum, an sit humida, an sicca, consideretur qualiter ipsa accidit. [i] Nam si subito accidit, non est dubitatio quin ipsa sit humida. Et etiam ex hoc, an membrum difficiliter exuccat vnctionem. Nam si ipsam velociter exuccat, non est dubitatio quin ipsa sit sicca: cum membrum non sit calefactum calectione extranea. Exercitium vero post purgationem melius est ad permutandum cõplexionem eorum & vniuscuiusq; membri secũdum seipsum. & oportet quidem vt à faciliori incipias, & gradatim peruenias ad illud in quo sit virtus æqualis. Modus vero curæ in purgatione neruorum, & permutatione complexionis eorum est, quoniam plurimum eius quod est necessarium euacuare ab eis vniuersaliter ex materijs, non est nisi ex frigidis. Et euacuantia quidem eos sunt medicinæ fortes, sicut pulpa [k] coloquinthidæ, & elleborus, & ꝑprie al. cũ vomitus fit cũ eo, &

G Lib. 1. Fé. 1. d. 5. sum. 3.
H G. 1. de cã sym. c. 2. c
I G. 3. loc. af. c. 7. g
K Ser. de simplici. c. 2. 72.

[a] euphorbium,& [b]†{alaſſach,}& ſerapinum,& reliquæ gummæ fortes:& hieræ magnę,& fortes. Et ex ſubtilibus quæ eos euacuant,ſunt balneum ſiccum,& exercitium temperatum.Ipſorum vero complexionem permutantia ſunt ea, quæ dicta ſunt in [c] capitulo de cerebro: & proprie ea in quibus eſt vnctuoſitas aut ſunt vnctuoſa, & cum adipes adminiſtras,ſint adipes [d]†{alſebha.} Fęces quoque oleorum calidorum,ſicut fæx olei oliuarum, & fex olei de lino,ſunt cõuenientes ægritudinibus neruorum frigidis,& congruentes duritiei ipſorum,& oleum de coſto,& oleum de andacoca ſunt vehementis proprietatis cum neruis: deinde embrocæ,& ſucci ſecũdum complexiones eorum. Veruntamen oportet vt ipſa ſint in rectificatione complexionis neruorum fortiora valde:et vt ad penetrandum taliter præparentur,quatenus conſequantur reſolutionem corporis, & pororum apertionem efficacem. [e] Et ſcias quòd intẽtio in curandis pluribus neruorum ægritudinibus eſt intentio poſterioris partis capitis,niſi quæ in facie ſunt.Deinde poſt illud principij nerui qui mouet illud membrum, cuius infirmus eſt neruus. Et neruis quidem nocent res quædam, & iuuantur à rebus quibuſdam, quarum multoties rememoraturi ſumus: quarum quædam ſunt in tabulis medicinarum ſingularium. & illud quidem non attenditur, niſi in diſpoſitionibus, & ægritudinibus ſuis,quæ ſunt eis magis propriæ.Res itaque neruos confortantes ex eis,quę in potu ſumuntur,ſunt acorus nutritus,& caſtoreum,& [e] grana pini magna, & [f] cerebrum leporis aſſatum,& ſtichados proprie.cuius quidem potio ſit omni die pondus drachmę vnius in pilulis redacti:aut cum ſyrupo mellino. Et iuuant eos exercitium temperatum, & olea calida. Res vero neruis nocentes ſunt, [g] coitus plurimus ſuperfluus:& ſomnus ſuper repletionem: & potus aquæ frigidæ congelatæ:& multa ebrietas: & vinum plurimum,propter vehementiam mordicationis vini,& tranſmutationem in [e] acetoſitatem infrigidantem cum hoc: & lædit eos omne acetoſum, & inflatiuum, & infrigidatiuum cum fortitudine. Et phlebotomia plurima eis nocet. Et nos quidem in hoc tractatu rememorari volumus ægritudines neruorum complexionales, & oppilatiuas.Ipſorum vero apoſtemata & vlcera, tardabimus vſque ad librum, qui ſequitur librum hunc. Et ſcias quòd aqua frigida nocet neruis, propterea quòd facit eos deficere à digeſtione humiditatum, quæ ſunt in eis, quare in humorem indigeſtum permutantur. [h] Et ſcias quòd agaricus confortat neruos calefaciendo,& purgando.

E (line 1)
F (line 17)

A G.3.de ꝯpo.medic. per gña.c.4.b & c.2.fol.229.d
B †Ser.c.258. ammoniacum.
C 29.t.1.F.1.
D † cõe nomẽ ad oĩa quadrupedia q̃ dentibus ſuis agrediuntur homines.
E C.4.
F Ser.c.441.
G G.cõmẽ.3.in.3.de mor.vulga.87.g
H Ser.c.78.

De paralyſi & mollificatione. *Cap. 2.*

Paralyſis quandoque dicitur ſermone abſoluto: & quandoque dicitur ſermone proprio: dictio vero [i] paralyſis ſecundum intentionem abſolutam ſignificat illud, quod ſignificat mollificatio in quocunq; membro fit. [k] Paralyſis vero propria eſt illud, quod de mollificatione eſt cõmune vni duarum partium corporis in longitudine. [l] Alia enim eſt in parte incipiendo à collo, & ſunt facies, & caput ſimul ſana.[m] Alia eſt quæ in tota parte currit à capite vſq; ad pedẽ.Lingua vero arabica paralyſis ſignificat hanc intentionem:[i] paralyſis enim quandoq; inuitus in lingua ipſorum ad partem,& medietatem.Cumq; paralyſis accipitur cum intentione mollificationis abſolute,quandoque eſt ex ea quæ communicat vtriſque lateribus ſimul,exceptis membris capitis: quibus ſi cõmunicaretur, eſſet apoplexia, ſicut ex ea eſt illa quæ vni digito appropriatur. [n] Et ſcitum eſt,quòd deſtructio ſenſus & motus fit, quoniam ſpiritus ſenſibilis,aut motiuus aut retinetur à penetratione ad membra: aut penetrat,ſed membra nõ ſuſcipiunt eius impreſſionem propter complexionis corruptionem.complexio autem corrupta, aut eſt calida,aut eſt frigida, aut humida,aut ſicca.[o] Et videtur quidem,quod calidum non prohibet impreſſionem ſenſus in eis,dum non conſequitur finem:quemadmodum vides in habetibus extenuationem,& hecticis.In ipſis enim cum caliditate eorum,non deſtruitur motus ipſorum,& ſenſus ipſorum: & ſiccum etiam propinquum eſt iudicio ipſius.Complexio vero quæ prohibet à ſenſu & motu,ſecundum plurimum eſt frigida & humida:& illud quidem non eſt longinquum.Frigidum enim contrarium eſt ſpiritui,& ſtupefacit ipſum,et non eſt longinquum quin humiditas faciat membrum præparatum hebetudini ſeu pigritiei.Ex cauſis enim deſtructionis motus ſunt frigiditas,& humiditas abſque materia. veruntamen illud ex eis quibus ſuccurrere eſt facile cum calefactione. Et eſt ſicut illud quod non communicat plurimæ parti corporis: aut vni lateri ipſius abſque latere alio. Immo ſi neceſſarium fuerit,tunc accidet vni membro, & videtur quòd paralyſis & mollificatio ſecundũ plurimum fit propter retentionem ſpiritus. Cauſa vero retentionis eſt oppilatio, aut ſeparatio pororum & tranſitum perducentium ad membra cum ſectione.Oppilatio autem, aut eſt ſecundum ſemitam conſtrictionis pororum,aut ſecundum ſemitam prohibitionis ex humore oppilante aut ſecũdum ſemitam rei aggregantis ambas res,& [n] eſt apoſtema quare cauſa mollificationis,et paralyſis faciens abſciſionem ſpiritus à membris eſt conſtrictio pororum: aut repletio,aut apoſtema,aut ſolutio ſingularitatis.Pororũ autem conſtrictio ſeu contractio quandoque accidit propter [n] ligaturam ligantis exterius,quæ eſt ex eis,quæ poſſibile eſt remoueri,& eſt mollificatio illa,& deſtructio ſenſus & motus,res accidentalis, quæ remouetur cum reſoluitur ligatura. [p] Et quandoque fit ex compreſſione vehementi,ſicut accidit apud percuſſionem,aut caſum.Et ſicut accidit cum declinant ſpondyles, & rumpuntur ad vnum duorum laterum dextrum,aut ſiniſtrum, & comprimunt neruos exeuntes à ſe, in parte illa, aut ad interiora & ad poſteriora & accidit ex eis ſecundum plurimum tenſio nõ compreſſio, quoniam tortuoſitas vel declinatio ſpondylium in duobus lateribus anteriori & poſteriori non ſunt ſuper exitum neruorũ,quoniam exitus neruorum ſecundũ [q] q; ſciuiſti non

G (line 5)
H (line 23)

I G.lib.2.de cauſ. ſymp c 2.g
K G. lib.3.loc.aff. c.10.h
L G.lib.1.de cauſ. ſymp.c.5.d
M Halyab.lib.9. theo.c.8.
N G.1.de cã.ſym. c.5.c
O Raſ.1.cõti.t.2. c.1.2.4.
P G.4.loc.aff.c.2. 24.c
Q Lib.1.F.1.doc.5. ſum.1.c.7.

A non est ex partibus anteriori & posteriori. Et quãdoque comprimuntur, vel constringuntur pori propter grossitudinem substantię membri.[a] Repletio vero oppilatiua est ex materijs humidis currentibus, quibus membrum humectatur seu madefit: & currunt in vacuitates omnium neruorũ, aut stant in principijs neruorum aut ramis neruorum: & oppilant viam spiritus currentis in eis. Apostema vero quandoque accidit in originibus neruorum, & ramis ipsorum, & oppilat transitus.[b] Incisio autem quæ neruis accidit, quæ in longitudine est, non nocet sensui, & motui: & quæ est in latitudine prohibet sensum, & motum à membris, quæ imbibebantur ex meatibus, qui erãt continui inter ipsa & villum tunc incisum. Et scias quòd nucha similis est cerebro in diuisionibus[c] suis ad duas diuisiones, licet sensus eas non discernat. Quomodo enim non erit ita illud, cum procedat etiam à duabus diuisionibus cerebri: non ergo elongatur quin seruet naturam vnius duorum laterum, & expellat materiam ad latus, quod est debilius, & quod est magis susceptibile materiei primum, & cui accidit percussio & ictus, & ad quod expellitur superfluitas lateris cerebri quod ipsum sequitur. Et non est mirandum si ęgritudo sit propria vni lateri absque alio latere: natura enim præcepto sui creatoris iam discernit quod est subtilius hoc, & tu quidem recordare huius ex principijs, quæ tibi dedimus[d] in libro primo. Et scias quòd multoties expellitur materia humida ad extremitates, propter dominium caliditatis in corpore: aut motu subito ex timore, aut pa-

B uore, aut ira, aut delitijs, aut angustia. Et scias quòd cum læsio, & materia quæ faciunt paralysim, sunt in vno latere ventriculorum cerebri, communicat lateri corporis toti, & lateri faciei cum eo. & similiter si sunt in meatibus lateris vnius:[e] quemadmodum si essent in duobus lateribus ventriculorum cerebri: aut in meatibus, esset apoplexia.[f] Si autem sunt apud originem nuchæ, corpus totum esset paralyticum præter membra faciei. Et quandoque accidit cum hoc stupor in cute capitis, si prohibetur transitus sensus quoniam cuti capitis adueniunt nerui sensibiles ex collo, quemadmodum ostendimus.[f] Si autem sunt in latere originis nuchæ, communicat lateri toti excepta facie. Quòd si sunt descendentes ab origine profundantes se, aut in latere vno, tunc mollificatur, & paralyticum fit, quod ex membris sibi vicinatur. Quòd si non fuerit in nucha, immo in neruo mollificatur quod est proprium illi neruo: siue in toto neruo, siue in medietate eius, aut in parte eius; mollificatur. tunc quod mouetur propter illud quod venit ad ipsum de illo læso propter materiam, & resolutionem singularis: aut apostema.[g] Paralysis vero quædam est, quæ est crisis colicæ: & multoties remanet cum ea sensus: quoniam materia est cum[h] ea in neruis motus, & non sensus. [i]Et quidam antiquorum dixerunt, quòd colica fuit communis quibusdam annis, & interfecit plurimos. Et qui euaserunt, euaserunt cum paralysi chronica euenienti ei quasi naturam expulsit illã materiam quæ peruenit ad intestina, & reduxit eam ad exteriora, & quia fuit grossior ea quæ pe-

C netrat per sudorem: quare inuiscata fuit in neruis, & fecit paralysim. Et multoties quidem accidit vt in hac sit permanentia sensus cum dispositione sua.[k] & est paralysis quæ est crisis in ægritudinibus acutis qua permutatur materia ad neruos. Et illud quidem est, cum natura non potest propter ætatem aut debilitatem integre euacuare: quare remanet residuum materierum in partibus cerebri: & remanet post statum soda, & grauitas capitis: deinde expellit ipsam natura expulsione grauitatis, non expulsione euacuationis integræ: quare accidit paralysis, & similia. Et paralysis quidem plurimum accidit in fortitudine frigoris hyemis, & quandoque accidit in vere propter motum repletionis. Et accidit in regionibus meridionalibus, eis qui iam peruenerunt ad annos quinquanginta & vltra secundum semitam catarrhorum expulsorum ex capitibus eorum: propterea quod meridionalis ventus plurimum replet caput.[l] Paralytici autem pulsus est debilis: tardus, & rarus, nam cum ægritudo frangit virtutem, debilitatur pulsus. & fit frequens, & eueniunt vicissitudines sine ordine. Et vrina secundum plurimum fit eis alba: & cumque fit in eis valde rubea propter debilitatem renum in discernendo sanguinem ab aquositate: aut debilitatem venarum ab attractione sanguinis: aut propter dolorem, qui fortasse est cum eis, aut propter ægritudinem eis aliam propinquam. Et quandoque accidit vt sit latus sanum à paralysi [m]†{in phlegmaticum, } ac si esset in igne: & alterum paralyticum frigidum ac si esset in niue. & sunt pulsus duo-

D rum laterum diuersi. est enim pulsus lateris frigidi deiectus secundum quòd necessitat iudicium frigidorum: & quandoq; peruenit ad hoc, vt oculus illius lateris minoretur. Et quodcunq; membrorum mollificatorum, & paralyticorum secundum colorem reliqui corporis existens non minoratur, neque extenuatur, est de quo maior habenda est fiducia, quàm illud quod est diuersum ab hoc. Ad paralysim præterea fit mutatio ex epilepsia, & apoplexia,[n] & colica,[o] & ex præfocatione matricis, & febribus temporalibus secundum semitam crisis.[p] Et paralysis eueniens à remotione spondylium mortifera est secundum plurimum. Et illa quæ est ab ictu vel contusione non conterente neruos contritione vehementi, quandoque sanatur: si autem superfluat,[q] non est spes vt sanetur. In illa autem in qua est spes,[r] oportet incipere à phlebotamia. Et iam quidem[s] diximus qualiter dilatetur materia paralysis ad apoplexiam, & econuerso.

De signis. *Cap. 3.*

Illam autem quæ est à tortuositate, aut casu, aut percussione, aut sectione, causa significat: quandoque tamen occultatur causa in sectione, cum neruus est profundus.[t] Ipsam vero significat, quia subito accidit, & non confert ei regimen. Quæ autem curam recipit est ea, quæ non est à sectione: sed est cum apostemate, & similibus. Et si est cum apostemate calido, tunc extensio,

A G. 2. de cã sym. c. 2. 4

B Ras. 1. conti. t. 2. c. 1. 2. 1.

C Ras. 2. 3. & Ser. t. 1. c. 25.

D Fé. 1. d. 4. c. 1. & do. 5. c. 5. in fine, & do. 6. c. de virtutib.

E G. 4. loc. aff. c. 2. 22. g

F G. 3. lo. af. c. 10. a

G F. 16. t. 3. c. 6.

H C. 13. & li. 1. F. 1. d. 5. c. 1

I Fé. 16. t. 3. c. 6. & Paul. lib. 3. c. 43. & c. 18. 105. 20.

K Haly. 9. the. c. 8.

L G. de pul. ad ty 10. c. 11. 46. a

M † insalimatum

N Paul. lib. 3. c. 18. 105. 20.

O Ras. 2. 5.

P Lib. 4. F. 5. t. 1. c. 31. & Paul. lib. 3. c. 18. 105.

Q C. 4.

R Lib. 4. Fé. 4. t. 2. c. 3.

S F. 1. t. 5. c. 12.

T Ras. 1. cõti. t. 2. c. 1. 1. 4.

& dolor, & febris significãt eam. Et si est ab apostemate duro, significat ipsam tactus, & nodositas sensibilis in neruis, & dolor antecedens. Nam secundũ plurimum ipsa accidit post percussionem aut tortuositatẽ, aut apostema calidum. Si autem est ab apostemate molli, tunc significatio est difficilis. veruntamen secundum quasdam dispositiones nõ euacuatur à dolore pauco, & stupore, & à febre leni, & ab augmento doloris, & eius diminutione secundũ motus & cibos, & eius euentus non fit subito, immo secundũ dies, & ex omnibus istis æger sentit apud voluntatem motus, quasi sit aliquid prohibens in illo eodem loco. Paralysim autem habens factam ab humiditate expansa, sentit causam expansam in toto membro paralytico. Factam vero à grossitudine neruorum significat difficultas reuersionis membri à contractione cum conatu, vel labore infirmi aut cum operatione alterius ad dilatationem, & ad reditionem: & neque sunt membra lenia, sicut in paralysi absoluta. Et si materia est cum sanguine, significat eam guidez, & venæ, & oculus, & repletio pulsus, & significationes prædictæ multoties. Si vero est ex humiditate nuda, significant eam albedo & mollities multa. Et si fit successione colicæ, & febrium acutarum, significant eam colica, & febres acutæ. Et si est eius causa malitia complexionalis singularis frigidæ, aut humidæ, non accidit subito: neque sunt illic signa alia, & iudicatur de ipso per tactum, & per causas imprimentes in membrum.[a] Et dicitur quod cum vrina infantis est viridis, nunciat paralysim, aut spasmum.

De cura. *Cap.* 4.

OPortet vt sit intentio tua in ægritudinibus neruorum quinque scilicet stupore, & spasmo, & tremore, & paralysi, & iectigatione[b] intentio posterioris cerebri.[c] Et non properes in vsu medicinarum fortium in principio rei, immo tarda vsque ad quartum, & septimum:[d] quod si ęgritudo fuerit fortis vsque ad quartumdecimum. Et in hac quidem hora sis contentus rebus subtilibus ex his, quæ leniunt, & digerunt, & soluunt,[d] & cum clysteribus non est malum in hac hora. deinde post illud euacua cum euacuationibus fortibus. In regimine autem cibandi eos oportet vt paralytico in primis cum apparet, sis contentus[e] aqua hordei, &[f] aqua mellis duobus diebus, aut tribus: & si tolerauerit virtus vsque ad quartundecimum: & si non tolerauerit virtus, ciba eum carnibus auium leuibus: & stude vt facias eum pati famem, & ciba eum siccis cibis. Deinde fac eum longam tolerare sitim. In mensis vero secundis iuuat eum vti medulla nucleorum[g] pini magnæ propter proprietatem quæ est in eis.[f] Et scias quòd aqua melior est ei, quam vinum. vinum enim materias in neruis penetrare facit. & plurimum quidem ipsius quandoque[h] acescit in corporibus eorum, & fit acetum. Acetum vero est ex rebus quæ neruis sunt nocibiliores. Illa autem quæ est à tortuositate, & coarctatione curatur cum eo quod[i] dicemus in capitulo tortuositatis, & compressionis postea.[k] si autem est à percussione,[l] aut casu, tunc eius cura est praua: eius tamen cura secundum omnem dispositionem est, vt consideretur an illud fecerit accidere tortuositatem, aut apostema, aut attractionem materiæ, & curetur totum cum eo quod conuenit ei. Et oportet vt ponantur medicinæ in cura illius, in quocunque loco[m] acciderit, super loca percussionis: & super principium, ex quo egrediuntur nerui incedentes versus membrum paralyticum: positio autem medicinarum super membrum paralyticum est ex eis, quæ non afferunt iuuamentum de quo sit curandum: & tibi quidem inest cognoscere originem neruorum: & æquale est siue intentio in medicina, sit prohibitio apostematis, aut sit intentio in ea mollificatio, aut sit intentio in ipsa calefactio, & permutatio complexionis. Et fortasse necessarium erit ponere iuxta membrum percussum, & apostemosum ad quod incepit effusio materiæ ventosas extrahentes sanguinem ab eo ad partem: aut ad illud, quod apparet de corpore. Si autem fuerit ægritudo ipsa paralysis vera facta propter mollificationem neruorum, tunc illud quod est necessarium post regimen commune est euacuatio materiei cum eisdem quæ[n] descripsimus, & diffiniuimus in euacuatione ipsarum materierum subtilium sine additione, & diminutione, & meliora quidem quibus euacuantur[o] sunt pilulæ de euphorbio, & pilulæ albimorastam[d] & pilulæ sceitaragi,[p] & pilulæ fœtidæ,[d] & hiera Hermetis: & vomitus cum elleboro albo cum dispositione sua: aut cum expressione raphani, in quo sit virtus eius: & similiter reliqui vomitus conferunt eis. & quandoque fit gradatio in hoc.[q] Et in potu detur theriaca pondus vnius danich. Deinde addatur paulatim paulatim, neq; augeatur supra drach. i. Et quãdoq;[r] miscetur[r] †{ }cũ sisamo excorticato, & zucaro, & quãdoq; datur[s] in potu serapinum cum sua dispositione: &[t] opopanacum cum sua dispositione[t] & castoreum cum sua dispositione cum syrupo de melle: & eius quidem potio sit quãtitas[u] †{bachele} & confert eis valde. Et oportet quidem vt clysterizẽtur enematibus fortibus: & collyria fortia supponantur: & inclinentur eorum materiæ ad inferiora. Et ipsorum spondyles inungantur ex oleis fortibus: & conferunt eis vnctiones calidæ ex oleis fortibus, & emplastra rubificãtia, quorum rememoratio est iterata multis vicibus: & proprie cum destruitur sensus, & radix quidem lilij est ex medicinis bonæ rubificationis, fricando cum ipsa secundum modum inungendi. Eis præterea cõfert positio ventosarum super capita lacertorum absq; incisione, sed post euacuationem inquantum calefacit lacertos. Et quãdoq; necessaria erit incisio aliqua. Et oportet vt ventosæ stricta habeant capita, & suspendantur cum igne multo, & suctione forti, & laboriosa, & remoueantur velociter. Cum[q] ergo ventosæ adhibentur oportet vt separatim ponantur super loca plurima, si mollificatio est plurimum sparsa: & si non est plurima, ponantur coniunctim. Et vtere super ea post illud,[q] pice, & gumma pini: & administra super ea emplestra calida rubificantia,

E
F
A Li.1.F.2. sẽ.2.c. 2. & Ras. 31. cõti. t. 9.458.1.
B C.1.& Aeti.lib. 2.ser.2.c.28.
C Ras.1.cõti.t.2. c.2.3.4.
D Ras.3.4.
E Ras.1. cõti. t.2. c.2.3.3.
F Ras.4.1.
G C.1.& Ras.3.4.
H C.1.
I Lib.4.Fē.4.t.4. c.5.
K C.2.
G
L Paul. lib.3.c.18. 105.5.
M G.4.loc.af.c.4. d. &.1.lo.af.c.6.t.2. 7 b.c.d
N Supra in capl'o đ epil.de apo.&c.
O Ras.3.1.
P Ras.3.4. & Ser. t.1.c.25.
H
Q Aeti.
R Ras.4.2.
R † elleborus alb'
S Dios.li.3.c.77.
T Paul.lib.3.c.18. 104.36.
V † fabæ
Aeti.

A cantia, sicut emplastrum de farina [a]†{alseilem,} & lilio cum melle: emplastrum quoq; de sinapi est ex eis quę ipsis conferunt. Et tu quidem permuta quoties debilitatur quousq; rubificet membrũ, & vesicet: [b] & emplastrum de sceitaragi maxime confert paralysi iuuamen: & est apud plurimos eorum excusans à gumma rutæ agrestis, & sinapi. emplastrum quoque de pice est iuuans, & proprie cum nitro & sulfure: & fricatio cum oleo, & nitro, [c] & aqua sulfurea, [d] & aqua marina, & embrocæ subtiliatiuæ conferunt. Cumq; sensus est debilis fortasse emplastrum forte nocet, & non sentit illud, & educit illud ad læsionem, & vlcerationem fortem. Oportet ergo vt omni custodia ab illo caueatur, & vt consideretur dispositio impressionis emplastri. Nam si rubificat, & inflat, & cutem non pertransit, & separatur compressione digitorum subtili, & albificatur locus eius, tunc impressio non pertransiuit cutem: & si rubificatio est magis fixa, & caliditas magis apparens: tunc remoue. [e] Modus vero cognoscendi hoc, est vt auferas emplastrum omni hora, & consideres dispositionem. Si ergo necessaria est ablatio, remoue: & si necessaria est iteratio, itera. Et scias quòd insufflatio ex condysi in naribus eorum, valde confert, & similiter quæ sunt ei similia: quoniam purgant cerebrũ, & cõuertunt materias faciẽtes ægritudinẽ à parte ægritudinis. [f] Et vinũ antiquũ parum valde confert ægritudinibus neruorum omnibus: plurimum vero ex eo sumptum est res nocibilior neruis. [g] Et administratio acori nutriti est ex eis quæ eos iuuant. [h] & similiter gradatim
B ordinetur in potando hieras, & sint permistæ cum aliquo quod si sicut castoreum, donec perueniant ad hoc vt exinde in potu sumant pondus drach. vi. post drach. i. [g] Et similiter potus olei de kerua cum aqua de radicibus iuuat valde. [f] Quidam vero hominũ sunt qui paralysim curant dando in potu omni die aur̃. i. ex hiera cum aur̃. i. piperis, & sanatur. Et oportet vt cum aliquid istorum sumunt in potu non potent aquam, vt prolongetur eius mora in stomacho: & fortasse moratur tota die deinde operatur: quandoq; vero in nocte sumunt in potu piperis aur̃. i. cum aur̃. i. castorei. Et illis quidem non est aliquid ita conferens vt [i] theriaca, & [i] mithridatum, & scelite, & [k] ana cardina proprie: assa quoque fœtida vehementis iuuamenti est bibita, & linita: & proprie cum bis in die sumitur: & etiam alrathe est mirabilis. Cumq; membrum redit ad se, oportet vt ipsum exercites post illud, & constringas, & dilates ipsum, vt ad integram redeat sanitatem. [l] Et ipsi quidem quandoque iuuantur à febre, [k] & iuuantur vocibus, & locutionibus altis. Et post euacuationes, & iuuamenta cum eis administrantur balnea longa sicca, aut balnea thermarum: & in fine rei, et post euacuationes, & vbi necessarium est resoluere, oportet vt non sint resoluentia cum lenificatione pura: sed cum aliquantula stypticitate: quapropter oportet vt resolutio fiat cum aliquibus quæ sint, vt anisum, & storax, & castoreum, & squinanthum, et quæ sunt similia his, ex calidis stypticis. [m] Habẽtes vero illam quæ facta est post colicam, iuuat medicamen factum ex [m]†{hauz vel ex hau
C zirumi} scriptum in antidotario. Et iuuant eos olea, quæ non sunt violentæ virtutis, & multæ compositionis: sed sit sicut oleum de lilio, & oleum de duabus spicis. & oleum de narcisco, & oleũ [n]†{alzambach} & expertum est oleum de nuce indica, & oleum de narciso factum cum gumma albelat, & reperitur totum simul iuuatiuum cum proprietate. Quandoque vero iuuantur plures eorum cum eis quæ infrigidant, & confortant, & prohibent materiam, & cum medicantur calidis augmentatur ægritudo: & illud ideo quoniam materia subtilis dilatatur per ea plurimum: cum vero membrum infrigidatur, confortatur membrum à frigore, & minoratur quantitas materiei, & peruenit ad hoc vt euanescat. Et nõ oportet vt in eorum calefactione perueniatur ad vltimum. Sed est necessarium vt sint medicinæ confortatæ cum aliquibus, quæ sint sicut chamæmillæ, & melilotum, & amaracum, & menta, & calamenthum, & commisceantur etiam cum eis alia ex illis quæ aliquid infrigidationis habent, sicut rob vel succus liquiritiæ, & semen endiuiæ, & reliqua: hæc enim cum administrantur, iuuant valde. [g] Quæ vero à sectione facta est, curam non habet. Illa vero quæ facta est à complexione frigida, cum calefacientibus notis curatur. Et illa cuius causa complexionis est potus aquæ multæ frigidæ, vtatur balneo multo sicco. [o] Et scias quòd quando aggregantur paralysis, & febris: tunc oportet vt post ponatur paralysis: & syrupus acetosus cum geleniabin, est conueniens medicamen in illa hora.

D *De spasmo. i.* Conuulsione. *Cap. 5.*

Spasmus [p] est ægritudo neruosa qua mouentur lacerti ad principia sua, & inobedientes sunt in dilatatione eorum ita, quòd alij remanent secundum suam dispositionem, & non dilatantur: & alij eorum facile redeunt ad dilatationem suam, sicut fit in oscitatione & singultu. Causa vero in ipso, [q] aut est materia: aut causa absq; materia sicut caliditas, & siccitas. Et materia quidem spasmi secundum plurimum est phlegmatica: & quandoq; est [r] melancholica: & quãdoq; [s] sanguinea, & illud est in apostematibus lacertorum, cum resoluitur materia faciens apostema cum vlcere villi nerui, & augmentatur in latitudine sua, & minoratur à sua longitudine. Et materia quidem omnis spasmi materialis effectiua, aut est comprehẽdens super lacertum totum: & illud est cum spasmus est sine apostemate: aut est comprehensa in loco vno, quem reliquæ partes sequuntur, [t] sicut fit à spasmo facto propter apostema à materia effusa propter percussionem, aut abscisionem, aut propter causam aliam ex causis apostematis. [u] Et non est quidem longinquum quin sit spasmus eueniens à ventositate inflatiua spissa: ipse enim est ex eis quæ plurimum accidunt, & remouẽtur in hora. [x] Spasmus vero materialis multoties accidit secundum semitam permutationis materiei, [y] sicut accidit in successione synantiæ, [z] & successione pleuresis, & [a] successione sirsem. Ex spasmo

A † lolij
B G.10. de cõposi. phar. sm lo. c. 2. 208 g. de emplo lepidij sm Damocratẽ.
C Raf. 4. 1. & Pau. lib. 3. c. 18. 104. 11.
D paul. 104. 12.
E Raf. 4. 1.
F Raf. 3. 3.
G Raf. 3. 1.
H Paul. 103. 7.
I Ser. t. 1. c. 25. & Aeti. li. 2. ser. 2. c. 28
K Raf. 3. 4.
L Raf. 4. 1.
M Pau. fo. 105. 24.
M † populo nigra
N † iasminum
O Lib. 4. Fẽ. 1. t. 2. 66.
P G. 2. de cã. sym. c. 2. 2, & 6. aphor. 39. & 3. loc. af. c. 6. e
Q G. 2. loc. aff. c. 7. 11. 2. & lib. 3. c. 6. e. f & de trem. palpi. c. ab. c. & de differẽ. morb. c. 5. e, & 5. apho. 1.
R G. 6. apho. 56.
S G. 5. apho. 3.
T G. 5. aph. 1. & 2.
V G. 2. de cã sym. c. 2. 2, & Raf. 1. cõti. t. 16. c. 1. 17. 1.
X Li. 4. F. 2. t. 1. c. 2
Y F. 9. c. 8.
Z F. 10. t. 4. c. 1.
A G. 12. meth. c. 8. fol. 80 b

autem qui fit propter priuationem materiei,& humiditatis,& dominium ficcitatis, accidit vt con E trahantur longitudo & latitudo æqualiter. Colligitur ergo ad feipfum, ficut eft difpofitio [a] corij pofiti in ignem. Et tu quidem fcis difpofitiones chordarum effe, ꝙ ipfæ abbreuiantur in hyeme propter humectationem,& abbreuiantur in ęftate propter deficcationem,et fimiliter difpofitiones nerui. Et quandoq; fit fpafmus,qui ad materiam non proportionatur,eueniens caufa rei nocentis à qua nerui fugiunt,& congregantur ad expellendum ipfam: & caufa illa [b] aut eft dolor ex caufa dolorem faciente. [c] Et multoties eft ex humore calido mordicatiuo, aut qualitate venenofa perueniente ad cerebrum, & ad neruos,ficut accidit ei quem pupugit fcorpio fuper neruos. Aut propter qualitatem non venenofam, ficut [d] cum fpafmus accidit ab infrigidatione vehementi congregante neruum,& lacertum,& infpiffante ipfum ,& cõtrahitur ad caput fuum.Sicut enim mollificatio quandoque diuerfificatur in membris fecundum principia membrorum & fimiliter eft fpafmus: & ratio in ambobus eft vna,in eo quod fit fub ceruice & in anteriore parte & pofteriore,& in parte quæ eft fupra ceruicem.Spafmi autem ex repletione humidi caufa effentialis; aut eft humiditas & frigiditas adiuuat ad congelandum eam, & ingroffandum ipfam, quare non fit dilatatio:aut ficcitas,& caliditas iuuat ad confecutionem vel vehementiam refolutionis humiditatis. Materia vero faciens fpafmum non mollificat propter fui [e] groffitiem, quoniam ipfa non ingreditur fubftantiam villorum introitu plurimo, vel introitu currente, per quam fit humecta- F tio.Sed eft coarctata in foraminibus:& fpafmus eft epilepfia membri: [f] ficut epilepfia eft fpafmus corporis totius.Differentia vero inter vtrũque eft cõmunitas,& proprietas,& epilepfia fecũdum [g] plurimum refoluitur velociter,& fit cum periodis. & alijs differentijs quas fcies. [h] Et ex fpafmo humido eft ille qui accidit eis quæ lactant pueros propter vicinitatem mamillæ, & humectationem lactofitatis in chordis & congelationem lactis in eis, [i] Et ex eo eft ille qui accidit ebrijs. [h] Et ex eo eft ille qui accidit infantibus propter humiditatem ipforum, [k] & fecundum plurimum accidit eis in febribus acutis, [l] & cum ventres ipforum conftringuntur, [l] & in vigilijs ipforum,et multitudine fletus ipforum: & fpafmantur etiam in [l] febribus fuis,quãuis fint leues [m] & vniuerfaliter infantibus facilis eft cafus in fpafmũ, propter debilitatem virtutis cerebrorũ eorũ, & membrorũ ipforum,& lacertorum eorum, [n] & fit facilis eorum exitus ab ipfo propter fortitudinem virtutum hepatum ipforum,& cordium eorum:& quoniam humores eorum non funt in fua inobedientia vehementis groffitudinis: & propter hoc liberantur à fpafmo ficco velociter, propter humiditatem complexionum fuarum, & humiditatem cibi eorum. [n] Impuberibus vero non eft facilis aliqua duarum rerum: cum tamen quandoq; accidat infantibus fpafmus malus [o] fucceffione febriũ acutarum, & cum eo fint figna quæ [p] dicemus, ex quo raro euadunt. Ille vero qui feptem tranfit annos non fpafmatur,nifi propter febrem valde prauam. [q] Eft præterea fpafmus,qui accidit pro- G pter timorem, & caufa in eo eft ꝙ fpiritus dilatati fubmerguntur fubito: & faciunt fequi lacertos motos ad principia fua.Et eft fpafmus,qui contingit propter fuftentationem vel appodiationem factam fuper aliquod membrorum, quod eft conftrictum ad quod effunditur materia, & retinetur in eo fecundum figuram eius,& ſm formam feu fituationem contractionis vel conftrictionis fuæ.Et quandoq; eft propter [r] percuffionem facientem illud,aut ex hoc [r] ꝙ portauit pondus graue,aut quia [r] dormiuit fuper lectum durum:& hoc quidem eft ex eis, quæ per fe remouentur. Et quandoq; eft hoc propter ftuporem aduenientem membro propter repletionem ex materia effufa coarctante fpiritum motiuum, & prohibente penetrationem eius: quare non eft poffibile, vt moueatur ad dilationem:& cum redit virtus,& fpargit materiam fit dilatatio: & quandoq; fit extenfione illius fimile: & hoc quidem plurimum fit poft fomnũ apud excitationem,cum remanẽt membra contracta nec extenduntur etiam: qm̃ fpiritus in fomno fit grauior,& pigrior, quare nõ fe applicat cum conatu in faciendo dilatationem propter declinationem fuã ad interiorem partẽ. Spafmus autem ficcus alius eft [s] qui fit fucceffione medicinæ folutiuæ, & eft malus valde,& fimiliter fucceffione cuiuflibet eũonis,et [t] alius eft qui fit fucceffione febrium adurentium,et proprie in [u] febribus firfem:& fucceffione motuum laborioforũ corporaliũ,& animalium ficut funt [x] vigiliæ,& [x] triftitia,& timor:& ille eft ex eis à quo minoratur euafio. [y] Et eft alius fpafmus qui accidit H in febribus.& cum hoc non eft vehementer malus: & eft ille qui fit propterea, quod ipfæ faciunt currere aliquãdo materias in neruis & lacertis: & proprie cum corpus eft plenũ: [z] & qñq; accidit illud in eis propter cõitatem oris ftomachi, & remouet ipfum vomitus. & talis qualis eft ifte fpafmus ex febribus,non eft illius prauitatis,& praue quidẽ malitiæ nõ eft nifi ille,qui fit in [a] febribus adurentibus & proprie in febribus firfem,quæ exiccant neruos,& lacertos,& affant cerebrũ,& ille qui fit in febribus tꝑalibus in qbus deficcanť nerui,& lacerti:imo cerebrũ, & cõfumũtur humiditates innatę,& fit fpafmus ficcus.Et qñq; eft ex hoc capl'o qui fit,et deftruiť velociter:et caufa in ipfo eft ficcitas cerebri,ꝑpter debilitatẽ quã fequiť neruorũ ficcitas. Nã cũ q̃cũq; caufa deficcatiua cerebro aduenit reducit ad fe humiditates à neruis,& à nucha vnde cõftringunť nerui.Deinde cũ natura folicitatur vt cerebro humiditatẽ acquirat fufficientẽ redeunt mẽbra,& fiunt obediẽtia dilatationi cũ fatigatione vel conatu. [b] Et qñq; accidit ex vehemẽtia frigoris,multoties enim accidit fpafmus propter frigiditatẽ cerebri,& cõicant ei lacerti: & fpafmus quidẽ nociuus eft huiufmodi factus à ficcitate:& eft fpafmus cum ficcitate factus qui eft cum fpecie congelationis humiditatis: & minoratur eius quantitas,& infpiffaffatur vehementer,quare mẽbrum fpafmatur: ficut accidit

ex ve-

A Gal,3.loc.aff.c.6.e.f
B Gal,4.de artic.20.b
C G.12.meth.c.8 fo.80.b
D G.12.meth.c.8 fo.80.b.& Pau.lib.3.c.20.
E Paul.lib.3.c.20.
F G.2.de cã fymp.c.2.h
G G.3.lo.af.c.7.g
H Ga.3.prognoft.34.b.c
I G.5.apho.5.
K G.& Hip.3.prognoft.34.b.c
L G.3.apho.25.c.
M Ga.ibi.& cõ.2.in.1.de mor.vulg.57.c.& cõ.3.in prognoft.Hipp.34.b.c
N G.ibi.34.c
O G.3.apho.25.
P C.6.
Q Hip.3.pgnoft.34.b
R Paul.lib.3.c.20.
S G.7.apho.25.& 5.apho.4.
T Gal.4.apho.57.&.66.
V G.cõ.2.in.1.de morb.vul.53.&.3.loc.af.c.6.f
X G.3.loc.af.c.6.f
Y Raf.1.cõti.c.16.c.1.16.4.
Z G.5.lo.af.c.6.g &.12.meth.c.8.a
A Ga.de tre.palp.cõuul.c.8.c
B G.5.apho.22.d,& de drijs mor.c.5.e;& cõ.3.pgnoft.34.c

A ex vehementia frigoris: & ſicut accidit ei, qui bibit medicinas narcoticas vt opium. Spaſmus vero factus propter rem nociuam, eſt ſicut ſpaſmus eius [a] qui bibit elleborũ, quoniam in eo fit ſpaſmus poſt ſolutionem propter ſiccitatem, & fit etiam ſpaſmus ante ipſam propter contrarietatem et venenoſitatem eius: quare nerui vehementem incurrunt læſionem cum qua contrahuntur. [b] Et huius quidem generis ſunt ſpaſmus eius qui euomit humorem, qui vt eſt ærugo æris nocentem ori ſtomachi. [c] Et ſpaſmus factus propter fortitudinem ſenſus oris ſtomachi, cum ad ipſum expellitur cholera. Et ſpaſmus factus propter communitatem cerebri, & [d] matricis in ægritudinibus ſuis, & veſicę, & reliquorum, & ſpaſmus factus à punctura ſcorpionis, & rutelę, & ſerpentis ſuper neruũ: aut ſectione eueniente neruis: aut corroſione. Et factus ab ægritudine in ore ſtomachi, & matricibus, & membris neruoſis, & vicinus iſtis eſt ſpaſmus accidens propter vermes. [e] Præterea eſt ſpaſmus qui eſt in labio proprius, & palpebra, & lingua. & ſcitur ꝙ eius cauſa eſt ex ipſo cerebro. [f] Et cum corpus in ſpaſmo declinat ad anteriora, tunc ſpaſmus eſt in lacertis anterioribus: & cum ad poſteriora tunc ſpaſmus eſt in lacertis poſterioribus: & cum ad vtraꝗ ſimul, tunc ægritudo eſt in vtriſꝗ ſimul: ſicut in paralyſi. Et quãdoꝗ fit ſpaſmus adeo fortis, vt collum torqueatur, & dentes ſtrideãt. [g] Cum autem aliquis moritur ex ſpaſmo corpore ipſius adhuc calido, tunc illud eſt ex eis quæ præfocando interficiunt: & neꝗ ſuffocando interficit, niſi quia lacertus anhelitus ſpaſmatur, B & deſtruitur motus eius. [h] & omnis quidem ſpaſmus ſequens vulnus eſt mortalis, & eſt ex ſignis mortiferis ſecundum plurimum.

A Hipp. & Gal. 5. aphor. 1. c. d. & 4. apho. 16.
B G. 5. apho. 1. c. d
C G. 5. loc. af. c. 6. f
D C. 6. & G. cõ. 1. 16. de mor. vull 2. c
E G. 3. loc. af. c. 6. d
F G. de tre. palp. c. 8. d. & 4. apho. 57
G G. 1. de pſag. ex puls. c. 4. b. & Raſ. 2. ꝯti. t. 16. c. 1. 16. 4.
H Ga. & Hipp. 5. apho. 2.

De ſignis. *Cap. 6.*

PVlſus ſpaſmatorum [i] eſt extenſus, & diuerſus in ſitu, aſcendens & deſcendens ſicut [i] ſagittæ euadentes ex arcu ſagittarij: & diuerſificatur motus percuſſionum eius in velocitate & tarditate. & vena quidem eſt calida, & magis calefacta reliquis membris: & eſt corpus venæ collectum, non ſicut eſt collectio venarum in rigore: & neque ſicut illud quod coarctatum eſt, & ſicut fit apud duritiem venæ, propter longitudinem ægritudinis: aut quod factum eſt cum dolore viſcerum: ſed ſicut eſt aggregatio [i] partium inteſtini extenſi ab extremitatibus ſuis. & ego dicam ſigna doloris in ſpaſmo parum poſt. [k] Spaſmi vero facti à repletione ſigna ſunt, quod prouenit ſubito: & non bibit velociter quod ſuper ipſum ponitur ex oleo, niſi iam aduenerit ei caliditas propinqui temporis. [l] A ſiccitate vero facti ſigna ſunt quod fit paulatim paulatim, & ſucceſſione ægritudinum euacuantium quodcunque genus fuerit, & euacuationis medicinarum, aut [m] choliricæ paſſionis, aut euacuationis per ſe. Factum vero à nocumento cognoſces per cauſas extrinſecas: & ea quæ bibuntur ſicut opium, & elleborus, & reliqua. Et ſicut cum nocumentum eſt ex ſtomacho, & communicat ei cerebrum, deinde neruus, ſentit ante illud nauſeam, & anguſtiam, C & compreſſionem ſtomachi: & quandoque reperitur illud tempore ſpaſmi. Et quandoque eſt ille ſpaſmus ſucceſſione vomitus qui eſt ſicut ſuccus porri, aut ærugo æris. Et ſimiliter ille qui fit propter fortitudinem ſenſus oris ſtomachi: quoties enim effunditur ad ipſum materia ſpaſmatur habens ipſum: verum præcedit ipſum nocumentum in ore ſtomachi, & mordicatio. [n] Et quandoque accidit ſimile illi in ægritudinibus matricis, & veſicæ, & reliquorum, cum fortes fiunt: & fit cum dolore vehementi, & nocumento manifeſto in illo membro antecedente ſpaſmum in reliquis vero ſpaſmis, aut fit dolor cum eis, aut fit dolor contingens à ſpaſmo, non ſpaſmus contingens à dolore. Factus autem ab apoſtemate cognoſcitur per ea quæ [n] diximus. Et ex ſignificationibus quidem ſignificantibus aduentum ſpaſmi, eſt [o] paruitas pulſus, & [o] ipſius raritas primum: deinde eius permutatio ad illud, quod dictum eſt. Et multoties [o] rubificatur facies, & apparet in [o] oculis cõtorſio, & inclinatio: & in anhelitu [o] interſectio, & dyſpnœa: & quandoque [o] accidit riſus [p] †{ }non ſm radicem, & [o] conſtringitur natura, & deſiccatur: & [o] vrina etiam multoties retinetur: & multoties non retinetur, & egreditur, [o] ſicut aquoſitas ſanguinis. [o] & habet ampullas: & accidit [o] ei ſingultus, [o] & vigiliæ, & ſoda, & tremor, [o] & dolor ſub iuncturis, colli inter ſpatulas, & apud [o] iuncturam alchatin, & alhoſos & infra illam. Spaſmum vero contingentem cauſa febris, ſignificant & nunciant ipſum in febribus [q] contorſio in oculo, & ru- D bificatio in oculo & ſtraboſitas, [q] & ſtridor dentium [r] & nigredo linguæ: & tenſio cutis capitis: [s] & rubedo vrinæ primum: deinde eius albedo propter eleuationem materiei ad caput: & pulſatio temporum, & venarum capitis: & quandoque deſiccatur in eo venter, aut ſpaſmatur. [t] Hippo. quidem dixit quòd ſi accidat febris poſt ſpaſmum, melius eſt, quàm ſi accidat ſpaſmus poſt febrem: cuius intentio eſt, quòd cum febris ſuperuenit ſpaſmo humido ſoluit eum. Spaſmus vero qui prouenit ex febre eſt ſiccus, qui raro recipit curam: [u] & accidit ei ante ipſum timor in ſomno, & conuerſio coloris ad rubedinem, & viriditatem, & plumboſitatem: & conſtrictio naturæ. Et vrina quidem ſanioſa in ferbre, & rigor, cum eis aſſociantur ſudor in capite, & tenebroſitas in oculis, ſignificant ſpaſmum, cuius cauſa eſt dubellati in viſceribus. Si autem ſpaſmus eſt cum febre, & non eſt de fortitudine illius febris, & longitudine temporis eius, vt adurat humiditates, & finiat eas: tunc ille eſt de genere eius, cum quo non eſt illa malitia tota. Ex ſignis vero malis in ſpaſmo humido eſt vt multiplicetur ventoſitas in membris: & proprie quando [x] cum eo inflatur venter, & præcipue quando eſt in principio ſui. Et vrina acuta in ſpaſmo, & tetano, eſt mala, ſignificans ꝙ cauſa eſt caliditas pura. Et quãdo cũ ſpaſmo ſunt pulſatio in viſceribus, aut iectigatio ſeu ſaltus tũc illud eſt ſignũ malũ. Pulſatio nãꝗ vnam duarũ rerũ ſignificat, aut apoſtema

I G. de puls. ad tyro. c. 11. 45. h. a
K Paul. lib. 3. c. 19.
L Halya. 9. the. c. 10. & Gal. 3. loc. aff. c. 6. f
M G. 5. apho. 1. d
N C. 5.
O Paul. lib. 3. c. 20.
P † Sardonius
Q G. 3. prognoſt. 34. c
R Raſ. 1. cõti. t. 16. c. 1. 17. 1.
S Raſ. 17. 3.
T C. 7. & 2. apho. 26. & 4. 57.
V Hip. 3. ꝓgnoſt. 34. b
X Raſ. 1. cõti. t. 16. c. 1. 17. 3.

in visceribus magnificans pulsationem: aut extenuationē in eis: quare apparet pulsus magnus qui E
est propter percussionē magnā.[a] Cū autem synantiæ materię declinant ad neruos, vt ad ipsos permutatæ faciant euenire spasmum, significat illud apparitio spasmi in pulsu.[b] Et cum pleuresis declinat cum materia sua ad illud, significat illud fortitudo constrictionis anhelitus: & neq; febris est valde fortis. Et cum permutatur materia sirsen ad illud, incipit cum multitudine palpitationis, & stridore dentium: deinde torquetur oculus: & contorquetur collum, deinde apparet spasmus.

A G. de puls. ad tyro. c. 11. 46. b
B F. 10. t. 4. c. 7.

De cura. *Cap. 7.*

IN eo quidem qui factus est à percussione, oportet vt administrentur embrocæ, quæ laxant factæ ex kisch seu chist hordei, & chamæmilla, & althæa, & farina fœnugræci, & quæ illis sunt similia. & nos quidem iam ostendimus in [c] canone modum administrationis earum. Factus vero à nocumento, si fuerit propter potum alicuius rei, tunc curetur cum eo quod cognoscetur [d] in capitulo de venenis. Et si fuerit propter febrem curetur cum humectatione vehementi cerebri, & neruorum, & lacertorum cum vnguentis vehementis humectationis quæ [e] docui te: & habitet in domo frigida. Et si fuerit propter dolorem, seda dolorem, postquam sciueris quis sit, & abscinde causam ipsius. Et si est propter puncturam, vel morsum animalis venenosi curetur cū eo quod dicetur in [f] capitulo de puncturis & mordicationibus. Et si est ab apostemate, curetur cū eo quod dicēmus in cura apostematum neruorum. Si autem est à siccitate, eius [g] cura est praua. Verum cōuenientior eius cura [h] est tina, & inunctio ex oleo humido post ipsam, & eius iteratio post ipsam multoties: & illud cum non est febris in modo quòd non tepescit omnino: & assidue fac illud in omnibus iuncturis. Si autem possibile est vt [h] tina fiat ex lacte, fiat: & si non, ex aquis in quibus decocta sint folia alchalef, & hordeum fractum, & viola, & nenufar, & cucurbita, & citroli, aut fiat tina tota ex succo cucurbitæ, aut succo cucumeris: aut sit totum illud ex aqua rosa. in qua decoctum est aliquid horum, aut aqua melonis indi, aut aqua alchalef, & quæ sunt similia illis. Et cum feceris eis clysteria ex istis expressionibus, & oleis, & decoctionibus humectantibus pinguibus erit vehementis iuuaminis. Et administrentur super iuncturas, & super originem lacertorum olea faciēdo vnctionem post vnctionem cum studio cerebri valde, & compositionem quam te docuimus in humectatione cerebri. Et infirmo dentur in potu lac recenter multum secundum mensuram conuenientem, si non fuerit febris, & aqua hordei, & aqua cucurbitæ, & aqua melonis indi, & alkalef siue fuerit febris, siue non fuerit.[i] Si [α] ergo misceatur cum aliquo horum parum vini albi, vt penetrare faciat, erit conueniens. Et similiter sint aquæ ipsius mistæ cum aliqua parte vini. Et oportet vt assidue fiat ei cura hæc præter quòd moueatur, aut exercitio adhæreat. Et si est possibile vt totum corpus eius submergatur in lacte tepido, fiat. Et fiat ei caputpurgium cum humectantibus quæ sunt ex oleis, & succis. Et humectetur caput eius cum eis quæ sci- G
uisti: & oportet vt dormiat super semen psyllij, & oleum rosatum. Et ex eis quidem quæ ipsos iuuant, est vt in potu sumant [k] tereniabin, & proprie infantes. Quod si non est possibile detur lactantibus. Et si habens spasmum humidum debilis fuerit virtutis, non abscindantur ab eo carnes. Verum oportet vt sint carnes eorum siccæ sicut carnes minutarum auium, & cubugi, & [l] †{alcanabir,} & [m] †{altheiugi,} & si non fuerit eius virtus debilis, sint cibi eius panis cum melle,[h] & aqua ciceris cum anetho, & sinapis, & etiam almuri cum oleo: & ponatur in eo quod ipse recipit piper. Cibus autem habentium spasmum siccum, sit totum quod humectat, & lenit: & omnes [n] sorbitiones pingues, lenes,[n] factæ ex aqua hordei, & oleo amygdalino, & zuccaro bono: & aqua carnis assumpta ex carnibus agnorum, & hœdorum: & quandoque ponantur ex oleribus humectatiuis, quod frangit nocumentum carnis, si fuerit illic caliditas: [α] quod si cum illo parum vini misceatur, vt ipsum penetrare faciat, non erit longinquum à rectitudine: & proprie cum non fuerit caliditas superflua: & similiter si misceatur vinum cum aqua, quam bibit. Cura vero si est humidus, oportet vt curetur cum euacuantibus, & purgantibus fortibus prædictis, cum diximus euacuationem humoris grossi ex neruis, cum solutiuis, & clysteribus acutis.[h] Et si tu videris signa sanguinis dominantia, manifesta valde, phlebotoma primo: & proprie si causa repletionis est potatio vini plurimi.[o] Et non extrahas totum, quod necessarium est ex sanguine, cu- H
ius extractio est propter spasmum, aut ægritudinem aliam cogentem eius extractionem: immo retine ex eo aliquid, vt resistat spasmo, & resoluatur resolutione motuum spasmi.[p] Et ex eius cura sunt submersio in aquis thermarum, & sessio in oleo vulpis,[h] & aldabha quod dicetur in [q] capitulo dolorum iuncturarum, quoniam iuuant: & similiter inunctio cum adipibus [r] †{aldabha,} oleo de lilio si non fuerit febris: & similiter decoctio catulorum canum, & sessio in aquis, in quibus decoctæ sunt medicinæ subtiliantes sicut alchisum, & folia cyperi, & calamus aromaticus, & folia lauri, & linimentum factum ex radice spinæ iudaicæ,[s] & semine spinæ albæ, & semine spinæ ægyptiacæ, & succo centaureæ minoris, sigillatim, & compositæ.[t] Et scias quod longitudo spatij more in tina, siue sit aqua, siue aliud, est ex eis quæ nocent propter mollificationem virtutis. Tu autem pone multitudinem numeri loco longitudinis spatij, & fac ipsum sedere bis in die. Ex his autem quæ iuuant habentem spasmum communem, qui nominatur tethanus & tensio factos à materia, est vt subito in aqua demergatur frigida, secundum quòd dixit [v] Hippo. nam corporis exteriora inspissantur, & innatus calor in interioribus clauditur, quare confortatur, & resoluitur materia: nō est tamen omne corpus tolerans hoc à timore tutum:

C C. 4.
D Lib. 4. F. 6.
E Lib. 2. & li. 3. F. 1. t. 4. c. 6.
F Lib. 4. F. 6. t. 3. c. 3.
F * Lib. 4. Fē. 4. t. 4. c. 4.
G Gal. 12. meth. c. 8. b
H Ras. 1. 2ti. t. 16. c. 2. 17. 3.
I Paul. lib. 3. c. 19.
Infra α
K Ras. 18. 4.
L † alaudę
M † perdicis vel phasiani
N Ras. 19. 2.
Supra α
O Ras. 19. 1. & Pau.
P Ras. 18. 2.
Q F. 22. t. 2. c. 11.
R † animalis inter lupum & canē comedētis cadauera
S D. lib. 3. c. 12.
T Paul. lib. 3. c. 20
V 5. apho. 21.

A tum:sed corpus forte iuuenile carnosum, quod vlcera nõ habet, & in æstate. Plures.n. per hoc iam euaserunt. Et [a] ille quidem, qui vtitur ventosis super locum, ad quem partes chordæ extẽduntur, oportet vt vtatur sine scarificatione, si res est leuis: & si nõ est ita, oportet vt fiat scarificatio, ꝙ si tu non faceres scarificationem, tunc fortasse nocent attrahendo materiam. [b] Ventosarum autem loca sunt in collo, & spondylibus dorsi ab vtroq; latere: & partes lacertosæ pectoris: ante vesicam vero & super renes non facimus illud, nisi cum timemus miserendo, ꝙ sanguis egrediatur. Et oportet vt ventosas multoties non administres, neq; subito simul: & loca ventosarum custodiãtur, & conseruentur, ne corpus infrigidetur. Et ex curis eius est vt applanetur, quod spasmatum est leniter. Et ex cura eius contingente ſm naturam, est euentus febris acutę: & propterea dixi. [c] Hippo. vt, si accidit feb. post spasmum, melius est, ꝗ vt accidat spasmus post feb. [d] Quartana quoq; cõfert ad illud propter concussionem tremoris eius: & propter multitudinem sudoris eius. Et [e] cui accidit quartana, raro accidit ei spasmus: nam securus est ab eo. Et ex curis quidem mirabilibus expertis spasmo est, vt ponatur [f] supra membrũ spasmosum [g] †{ren contritus cum pinguedine sua.} Deinde dimittatur super ipsum donec fœtida fiat, deinde permutetur alia. In spasmo præterea toti corpori communi cõfert [h] etiam intentio cerebri, & cum purgatione [i] facta sternutatorijs magnifice. Et in eis etiam expertum est vt [b] inuoluantur inuolutione ex lana vehementis lenitatis vel mol-

B litiei, & super ea omni hora oleum calidum aspergatur. [b] Balneum quoq; siccum magnifice iuuat eos: & [k] vt inclinetur super lapides ignitos, super quos aspergatur vinum: & vt sudent cum eo coopertmentis. & ex emplastris quidẽ bonis, [i] est emplastrum factum ex storace liquida, & euphorbio, & castoreo, & cera citrina, & oleo de lilio, & emplastra dicta in antidotario, & adipes, & reliqua, & [l] inunctio ex fæce olei sisamini, & olei seminis lini, et mucilagine fœnugræci. Et [k] ex vaporibus bonis est sal calefactus positus super exitum neruorum. Et ex eis quidem, quę in potu sumpta afferunt febrem sunt [b] castoreum, & assa fœtida permista cum melle, accepta ſm quantitatem nucis: afferunt.n. febrem, & resoluitur spasmus illico. & similiter oleum de kerua, & aqua mellis cum assa fœtida: & decoctio carpobalsami. & ex eis, quæ valde conferunt ipsis, est in potu sumere [m] theriacam, & confectiones magnas. Et qñq; confert sumere diuretica. Et qñq; hec medicina experta est. [n] In potu sumãt ex radicibus cotti. ʒ. xx. decoctas in duabus lib. aquæ, donec tertia remaneat, ex qua potent fortiter. ʒ. iiij. tepidas cum. ʒ. ij. olei amygdalini: illud.n. confert, & proprie in spasmo, qui est in posterioribus: & qñq; decoquuntur loco radicis cotti [o] †{carpo} balsami. ʒ. x. & est eius potio. ʒ. iij. & similiter calamenthum agrestæ. [p] †{Et ex eis, quæ vehemẽtis sunt iuuamenti est, sumere in potu opopanacum & qui fortis est: bibat aur. i. & qui est medius. ʒ. i. & custodi tũc stomachum, quoniam ipse per istud tunc debilitatur vehementer. & assa etiam fœtida sumpta ſm

C quantitatem seminis orobi in quantitate. ʒ. iiij. 5. aquæ mellis vel detur aur. i. myrrhæ cum aqua mellita. & similiter armoniacum, & quandoq; datur in potu illud totum cum decoctione hyssopi, & decoctione aniuden. Verum castoreum est plurimi iuuamenti, & minimi nocumenti. Sitq; potio ex eo quantitas duorum cochlearium vsq; ad tria, detur ad potandum pluribus vicibus, & sit quantitas in eo, quod bibitur quantitas prædicta. Et minus quidem nocumentum fit in ipso si sit post cibum, quocunq; modo sit: non est.n. in ipso timor.} Et ex cura quidem eius, est vt inũgatur ex oleis fortis resolutionis prædictis, sicut oleo cucumeris asinini, & oleo de kerua, & oleo rutino, & oleo de costo cum castoreo, & pyrethro: est enim valde iuuatiuum: & [q] †{ren dissolutus, } & oleum narciscinum, & oleũ, quod est huiusmodi. [r] Recipe olei nardini kist. i. ceræ. ʒ. ij. [r] †{ olei de litio kist. i. } folij, amomi, storacis, mastichis, omnium ana. ʒ. i. piperis euphorbij [s] †{ } [t] †{amborum ana aur. iiij.} spicæ. ʒ. i. olei balsami. ʒ. i. cõmisceantur. & ex illis, quæ conferunt eis, est vt administretur emplastrum de euphorbio: & est iuuatiuum valde. In eo autem quod lactantibus ex spasmo accidit, sint contentæ vt ipsarum iuncturis apponatur emplastrum ex melle, cum quo cõfecta sint crocus & radix lilij, & anisum, ita vt sit plurimum eorum radix lilij, post anisum, & fit ex croco res parua. Et assiduent ponere membra sua in aquis, in quibus decocta sint chamæmilla, fœnugræcum, & melilotum: & quandoq; confert oleum chamęmellinum solum. [v] Vinum

D autem paucum confert habẽtibus spasmum humidũ: resoluit enim ipsum sicut febris: plurimum vero, est res magis nocens in eo. & oportet vt æger ex veteri bibat, et super cibum parumper. [x] Et scias, ꝙ cum spasmus est communis corpori exceptis membri faciei, tunc medici intendunt cum emplastris, & vnctionibus spondylium colli. [x] Et quando est in membris faciei: tunc medici intendunt cerebro cum hoc. Et [y] si spasmus est ex communitate stomachi, & vides signa prędicta, tunc incipe, & fac hominem illum vomere: fortasse enim vomet choleram acutam, aut humorem putridum, & liberabitur in hora.

De {*chuzez*}. i. Tensione, & dicitur Rigor latine. *Cap.* 8.

TEnsio est ægritudo officialis prohibens virtutem motiuam à contractione membrorum, de quorum aptitudine est, vt contrahantur, propter nocumentum in lacertis & neruis. Dictione vero alcuzez vtuntur in significationibus diuersis: aliquando enim dicunt cuzez, et significãt per ipsum illũ, qui incipit à lacertis furculæ, & extẽdit eos ad anteriora, & posteriora, aut in vtrasq; partes simul. Et quandoq; dicunt cuzez oẽm tetanum. Et qñq; dicunt cuzez, spasmum ipsum, & qñq; spasmum colli proprie. Et qñq; significant per ipsum tetanum, qui est duo spasmi, seu qui fit ex duobus spasmis, aut ex duabus tẽsionibus posterius & anterius. Et qñq; appropriant nomine

alcuzez

A Lib. 1. F. 4. c. 21. & Paul. li. 3. c. 20.
B Raſ. 1. con. t. 16. c. 2. 17. 4.
C Ga. 6. & 2. apho. 26. & 4. apho. 57.
D Ga. & Hippo. 5. apho. 70.
E Li. 4. Fen. 1. t. 2. c. 60.
F Raſ. 1. ꝯt. t. 16. c. 2. 17. 3. & Serap. t. 1. c. 28. & Haly. 5. pra. c. 31.
G† pinguedo caudæ arietinæ.
H G. 3. lo af. c. 6. d
I Raſ. 17. 3.
K Raſ. 18. 1.
L Raſ. 19. 2.
M Raſ. 18. 4.
N Raſ. 19. 1.
O† Raſ. xylo
P† Paul. li. 3. c. 20. & Raſ. ibidẽ. 17. 4. Qui robusti sunt panacis liquoris drachmã bibẽt, sin minus tres obolos, vel minimum obolũ, at si quis ipsum, ceu stomacho inimicũ habeat suspectũ ammoniacum quoq; exhibeat, vel liquoris cyrenaici mitar er ui discocto melli circũlitũ deuoret, & laserpicij radicis duo cochlearia, trib' mulsæ cyathis insperfa, vel ipsius decoctũ exhibeñt, vel myrrhæ drachma ex mulsa, hyssopiq; decocto, sed oium securissimum expeditissimũq; ẽ duo, tria ue castorei cochlearia, partita ipsius q̃titate, & p uices data, non enim offendet etiamsi ſm cibũ ex eo qd exhibeas.
Q† pinguedo caudæ arietinæ,
R Paul. lib. 3. c. 20.
R†———
S† castorei adarcę vnc. j.
T†———
V Gal. 5. aphor. 5.
X G. 3. lo. af. c. 6. d, & Raſ. 1. cont. t. 17. c. 2. 18. 2.
Y G. 5. apho. 1. c, & 5. lo. af. c. 6. g

alcuzez illud, quod est ex tensione causa frigoris congelantis. Tetanus autem ŝm veritatem est E contrarius spasmo: & ingreditur in genus spasmi introitu contrariorum in genere vno: & eorum comparatio ad causam vnam, est eueniens casu contrariorum: verũtamen spasmus fit ad partem vnam. Cum ergo duo spasmi in duabus partibus contrarijs aggregantur, fit tetanus: quemadmodũ accidit ei, qui habet spasmũ ante & retro simul. Accidit enim ex duobus motibus contrarijs in membris corporis eius, vt extendantur.[a] Cumq; tetanus iste fit duo spasmi dupli, oportet vt acutior sit spasmo simplici, & erit eius crisis velocior. Et qñq; hic quidem duplus non est ex duobus spasmis, immo ex duabus tensionibus: & neq; euacuatur spasmus ŝm plurimũ à dolore vehementi. Causæ autem cuzez similes sunt causis spasmi ŝm modum vnum: & diuersæ sunt ab eis ŝm modum alium. Earum autem similitudo cum eis est, qm̃ cuzez qñq; fit ex repletione, & qñq; fit ex siccitate: & qñq; fit propter nocumentum consequens membra[b] neruosa: & interdum fit ex apostematibus. Diuersitas vero eius ab eo est, qm̃ spasmus raro fit à ventositate: alcuzez autem plurimum fit à vẽtositate extensiua: immo alcuzez, qui est compositus ex duobus spasmis, qñq; fit plurimum ex vẽtositate cum dominatur in corpore. Et est cum illa ægritudo peruersa difficilis. Cum autem spasmus singularis accidit in membro vno ex ventositate, non est prauus: & illud ideo, qm̃ istud fit propter dominium ventositatis in toto corpore. Et qñ cum spasmo singulari, dominatur ventositas, est illic timor, & signum mortis: qualiter ergo erit duplus. Et diuersificatur alio modo: F & est, qm̃ causa in spasmo materiali est, vt cadat in loco nerui ŝm formam prohibitionis dilatationis, qm̃ extendit villum in latitudine, aut constringit eum ad radicẽ suam, & spasmatur. Causa vero in cuzez materiali est, qm̃ casus eius est econtrario: aut. n. humiditas faciens cuzez currit[c] in vacuitates villorum: deinde congelatur, & remanet ŝm duritiem, & fit difficilis eius reditus ad contractionem. Aut cadit subito, & implet villum præter q̃ diuersificetur eius causa ex causa villi. immo cadit ŝm extensionẽ villi, & dilatatur, præter q̃ in longitudine minuatur diminutione, de qua sit curandum. Sed ipsa seruat longitudinem implens foramina. Materia autem faciens spasmum est diuersa in situ in vacuitate neruorum, non penetrans in eis penetratione simili, neq; penetratione plurima: & videtur, q̃ fit transitus materiei alcuzez, qui est ŝm hunc modum, similis transitui materiæ mollificationis: verũtamen illa materia subtilis est laxum faciens: & hæc quidem congelata est dura, non permittens membrum reflecti, & contrahi. Aut erit materia in cuzez, non cadens in medio lacerti aut chordæ, aut nerui: verũtamen in principio sui trahit vel extendit neruũ, aut chordam in longitudine, quare non potest contrahi. Aut erit illic apostema. Aut materia cadit in rimis vel vacuitatibus villi ita, q̃ cum membrum cõtrahetur necessarium erit, vt propter ipsam comprimatur villus: & lædatur & dolere faciat. Causa autem dolorem faciens, lędens, est materia, aut non materia cadens in principijs lacertorum, aut chordarum, & fugiunt ab ea in longitudine, G sicut accidit species cuzez successione vomitus laboriosi, & euacuationis plurimæ propter læsionem existentem in chordis, & in neruis læsis à stomacho: hoc quidem, si causa in cuzez sit siccitas, fit quoniam lacerti propter illud, quod diminutum est in latitudine propter resolutionem humiditatum augmentantur in longitudine, & contrahuntur ex ea meatus vel transitus, quare difficultatur penetratio virtutis motiuæ in eis, & debilitatur à permutatione membrorum ad contractionem: & proprie cum adiuuat durities contingens à siccitate ad inobediendum. Spasmus vero siccus similis illi qñq; contrahit in longitudine & latitudine simul ŝm semitam assationis. Quapropter siccus spasmus deterior est alcuzez sicco: & sicut mollificatio accidit propter sectionem, similiter tetanus. qñq; accidit propter plagam cum accidit & lęditur vel prohibetur lacertus à contractione. Et ex alcuzez qñq; accidit aliquid magnum forte propter causam fortem, & materiam fortem plurimam. Et qñq; contingit ŝm modum euentus spasmi propter stuporẽ repletionalem oppilantem vias spiritus: & remanent membra extensa, & non contrahuntur, sicut remanent membra contracta, & non extenduntur quousq; inueniant spiritus viam & transitum: & hoc quidem plurimum fit post somnum: qm̃ spiritus in ipso vadit ad iteriora, sicut diximus in spasmo. Et qñq; accidit propter formam non naturalem, inconuenientem, contrariam accidentem lacertis, & minoratur virtus eius, aut efficitur dolens non tolerans motum: quare remanet ŝm illam figuram, sicut qui cum fune extenditur,[d] aut eleuat aliquid graue: aut[d] affert super dorsum suũ pondus graue:[d] aut dormit super terram, & terra lædit lacertos eius, & contundit vel conquassat eos: aut accidit ei[d] casus, aut pcussio conterens lacertos, aut[d] sectio, aut adustio ignis faciens eos dolere: quare H deficiunt à contractione. Et qñq; est cum hoc materia effusa ad eos: aut ventositas grossa generata in eis: aut incedens ad eos extendens ipsos. Et quemadmodum spasmus proprius membris faciei est malus: similiter tetanus, qñ consequitur palpebram, aut linguam, aut labium solummodo. Et qñq; contingit species alcuzez mali sicci, quem præcedunt febres inseparabiles cum inquietudine, & fletu, & alienatione, & color fit citrinus propter eas, & desiccatur os, & labiũ, & denigrat lingua, & constringitur natura: & exasperatur cutis, & extenditur & est malum. Omnis autem cuzez à percussione, cui associantur singultus, & punctio, & pmistio, & destructio rationis, est mortalis: aduenit. n. lacertis desiccatio, & ebullitio humiditatis eorum, donec extendit eos in longitudine: deinde seruatur illud in eis cum desiccatione vltima seruãte figuras. Alcuzez præterea multoties accidit infantibus, & fit facilis in eis, quanto plus sunt minores, ŝm q̃ dictum est in spasmo. Et qñq; antecedit alcuzez, plurima iectigatio corporis, & grauitas ipsius, & grauitas sermonis, & durities

A Hip. 5. apho. 6.

B G. 1. d differẽtijs feb. c. 7. 34. d

C Gal. li. 2. de cau. pulſ. c. 11. g

D Paul. lib. 3. c. 20.

A durities in lacertis,& in partibus spondylium vsq; ad alhosos & difficultas deglutiendi, & pruritus,& cum scalpitur,non delectatur inde. Cumq; vrina est sicut sanies & pus,et est horripilatio,et tenebrositas in visu,& sudor in capite,& ceruice,significat tensionem in vtrisq; in lateribus futuram,qm̃ huiusmodi sanies multiplicatur in eis,nisi purgetur inferius integre:immo ascendit ex ea aliquid in illo tempore intermedio ad cerebrum,& lædit ipsum,& frãgit corpus. Cumq; alcuzez cõis incipit,clauditur os,& rubificatur facies:& fit dolor fortior: & non deglutit, q̃ ipse sorbet, & multiplicatur palpitatio:& lachrymantur oculi. Et differentia quidem inter tetanum,& spasmum in principio sui,est q̃ spasmus incipit in lacertis cum motu : tetani vero principium in lacertis est cum quiete.& q̃nq; contingit permutationem fieri ad tetanũ ex synantia,& pleuresi,& sirsen,ẽm q̃ fit in spasmo. Et q̃nq; multiplicatur in regionibus meridionalibus,propter repletionem,& motum humorum:& proprie in phlegmaticis. Et q̃nq; accidit in regionibus septentrionalibus, propter retentionem superfluitatum,& proprie mulieribus,qm̃ ipsæ sunt debilium neruorum.

De signis. *Cap.* 9.

SIgnum quidem tetani absolute est vt non sint lacerti obedientes ad contractionem : alcuzez vero signum,si est in anterioribus,est qm̃ homo est sicut præfocatus,suffocatam habens faciẽ,

A Paul.lib.3.c.20.

& oculos. Et q̃nq; imaginatur,q̃ ipse [a] rideat propter extensionem lacertorum faciei eius: & est ca

B put eius tractum ad anteriora procedens vel eminens cum extensione colli:quare nõ potest conuertere faciem ad dextrum,aut sinistrum. Et q̃nq; non potest mingere propter extensionem lacertorum ventris, & debilitatem expulsiuæ.& q̃nq; mingit absq; voluntate, qm̃ lacertus vesicæ eius est extensus,non contractus.& q̃nq; mingit sanguinem,propter rupturam venarum propter vehementiam coarctationis. Et q̃nq; accidit ei [a] singultus. Et si alcuzez ad posteriora est inuenies caput & spatulas,& lacertos attractos ad posteriora. Et q̃nq; accidit propter illud tensio lacertorum ventris ad posteriora cum cõitate & extensione lacertorũ ficteris,vnde non potest retinere, quod est in intestino recto:& neq; potest deponere,quod est ĩtestinis gracilibus. Et ambo quidem communicant in [a] præfocatione,& [a] vigilijs,& dolore,& [a] aquositate vrinæ, & multitudine [a] vesicarũ, seu ampullarum in ea propter ventositatem,& [a] casu à lecticis,seu à loco alto. Signa autem humidi,& sicci,& apostemosi,& facti à læsione,sunt secundũ regulam,quæ dicta est in spasmo. Et multoties quidem accidit eis colica propter frigus,si ægritudo fuerit frigida.

De cura. *Cap.* 10.

EAdem est cura,quæ est spasmi. veruntamen ventosarum vsus super membra hic plus fiat,q̃ in spasmo:& illud ideo vt reducatur calor. [b] Sintq; cum scarificatione,proprie super neruos col-

B Paul.li.3.c.20.

li,& spondylium,& scerasif. Ex eis vero, quæ obseruanda sunt in patiente cuzez, [b] est vt q̃n eius

C corpus sudat propter doloris vehementiam: aut ex medicina non dimittatur vt infrigidatio ei superueniat:qm̃ ipsum lædit:sed oportet vt desiccetur cum lana infusa. Et [b] q̃nq; fit vt sedeat in oleo calefacto,qm̃ est fortis resolutionis. Ex opopanaco quoq; in potu detur vsq; ad.ʒ.i. ẽm virtutem, & ex assa fœtida etiam. Alcuzez præterea dignior est,vt in curãdo ipsum incipiat,q̃ spasmus: qm̃

C Ras.1.con.t.16. c.2.18.2.

alcuzez est lædens,præfocans,interficiens. Ex [c] eis vero,quæ dicuntur valde esse iuuatiua in cura alcuzez,& spasmi,est vt ferueat succus anethi,& mittatur in ipso catulus dabha, seu aldabha, aut catulus canis,aut catulus vulpis,& coquatur donec dissoluatur: [c] deinde infundatur in ipso æger bis.& similiter confert eis inunctio ex pinguedine asini syluestris,& adipe leonis, & adipe vrsi,& cerui,aldabha singulariter,aut cum medicinis. Et confert eis enema ex oleo rutino cum castoreo, & centaurea,& omnia suppositoria acuta in quibus sunt baurac,& pulpa coloquinthidæ, & quæ sunt similia illis. Quod si superflue adurunt,fiat clystere postea cũ lacte asinæ,aut butyro,aut pinguedine alalie dissolutæ singulariter aut cum aliqua prędictarum pinguedinum. Et [c] ex rebus magis conferentibus tetano frigido humido est castoreum:quare oportet vt assiduetur. [b] Cumq; habentes cuzez cibantur,non oportet vt transglutiant ex cibis,nisi buccellam valde paruam : & vt sorbeãt pultes subtiles valde:qm̃ transglutire est eis difficile vel laboriosum vnde retrocedit cibus in nares ipsorum,& ex hoc fit agitatio:quare illud augmentat eorum ægritudinem. Nos autem di

D cemus medicinas quas in potu sument:& ex quibus eorum mẽbra anus seu ficteri eorum in antidotario.& similiter vnctiones conferentes eis,sicut oleum de alcanna,& reliqua quæ dicta sunt.

D † Ras.ibi.18.3. mumia cum narcisino vel cheirino

E Hippo.& Gal.2. apho.26.

Et sile caputpurgia,& sternutatoria,& sternutatorium eis melius est [d] †{miha almumiai} cũ quibusdam oleis. [e] Febris vero,quæ naturaliter accidit,est melior cura ei,qui ex eo est humidus.

De tremore & signis specierum eius. *Cap.* 11.

F G.2.de sympto. caus.c.2.c.d, & de palp.cõuul.c.3. e.f, &.c.4.g.h, & ꝯmẽ. 1.in tertiũ de mor. vulg.4.fo.129.e.f

G G.cõmẽ.1.ĩ tertiũ de mor.vulg.4. fo.129.e.f

H G.2.de ca.symp.o.c.2.d

TRemor est morbus instrumentalis eueniens propter defectum virtutis motiuæ à motu lacertorum ẽm continuitatem [f] resistentis grauitati impedienti et ingredienti vel aggredienti cum sua motione motionem voluntariam : quare commiscentur motus voluntarij cum motibus non voluntarijs aut firmatio vel firmitudo voluntaria cum motibus non voluntarijs.& est nocumentum in virtute motiua sicut stupor est læsio in sensibili. Huius autem causa aut est in virtute, aut in instrumẽto,aut in vtrisq; simul. In virtute vero,cum debilitatur:propterea, q̃ accidit timor, vel propter præsentiam rei timorosæ vel [g] terribilis horribilis sicut [h] aspectus ex loco alto: aut ambulatio super parietem: [h] aut peroratio coram eo,ex quo aliquis verecundatur,& qui timetur:aut reliqua,ex quibus contrahuntur virtutes animales:aut angustia:aut tribulatio:aut gaudium perturbans ordines motuum virtutis facit accidere tremorem:& ira q̃nq; facit illud ; qm̃ facit contin-

gere

gere diuersitatem in motu spiritus. Et ex causis quidem eius ſm semitam defectionis virtutis, est E
[a] multitudo coitus post refectionem, et repletionem. Qui autē factus est ab instrumento, est qn̄q;,
vt mollificationem aliquam incurrant nerui propter quam non cōsequetur paralysis: quare non
retinentur apud motionem, sicut est [a] apud potum multum, & ebrietatem frequentem, & [b] mul-
titudinem potus aquæ frigidæ: aut potu eius non in sua hora. Aut vt in neruis cōtingat oppilatio
propter repletionem plurimam prouenientem à causis notis, sicut est [b] satietas nauseatiua, & [b] di-
missio exercitij: quare propter eas virtutes perfecte non penetrant. Et materia quidem oppilans
aut est patiens à meatibus in qbus ipsa mouetur, qn̄q; cum via penetrationis: & qn̄q; cum via pro-
hibitionis: aut nō est patiens omnino. & aliqn̄ quidem fit, vt instrumentum ipsum aliquam incur-
rat desiccationem, vnde non obediat reflexioni obedientia facili. Cōitas vero est, vt in instrumēto
accidat perueniens ad nocumentum cum fortitudine, queadmodum aduenit ei frigus vehemens
extrinsecus, aut ex punctura animalis, aut ex humore, aut ex calore vehemēti, sicut apud adustio-
nem, & alia: & aduenit cum eis virtuti impedimentum. aut aduenit virtuti ſm suam singularitatē
impedimentum suum, quod est sibi proprium. Et membro ſm suam singularitatem aduenit im-
pedimentum sibi proprium, & continuantur duo nocumenta simul. Tremor autem qn̄q; est in
omnibus membris: & qn̄q; in manibus: & qn̄q; est in capite solum ſm præsentiam nocumenti ad
lacertum vnum sine lacerto alio. Et qn̄q; fit tremor in vtrisq; manibus, & non in pedibus: aut qm̄ F
causa non est in origine nuchæ: sed in ramis penetrantibus ad manus neruorum. Aut qm̄ causa est
in origine nuchæ, sed expellit eā ad propinquiora loca, & propinquius latus: & natura seruat nu-
cham ne penetret causa illa in ipsa, & ne consequatur, vel ne perueniat ad extremitatem eius. Aut
qm̄ spiritus motiuus in inferioribus corporis est fortior, & magis vigens ſm necessitatem illorum
membrorum, quam habent de suo simili, quare non patiuntur vehementer à causis, quæ nō sunt
valde virtuosæ, ꝙ si patitur instrumentum, fortificatur eius superatio, vel eius victoria: manus aūt
non est ita. Et causa quidem dominans in euentu tremoris sicci est frigus debilitans neruos & spi-
ritum simul: aut humiditas madefactiua mollificans infra mollificationem humiditatis facientis
paralysim. Et [c] Hip. quidem iam dixit. Cui accidit in feb. causonide tremor, tunc sensus permistio
resoluit eam ab ipso. & [c] Gal. quidem non concedit hunc aphorismum: verūtamen non est ex eis,
quæ modū non hn̄t. Et scias, ꝙ tremor magis [d] peruersus, est qui à sinistro incipit. Et tremor qdem
in senibus medicamine non remouetur. Signa vero sunt causæ prædictæ, & sunt etiā manifestæ.

De cura. *Cap. 12.*

FAc quod ī alijs fecisti [e] capitulis, ex apertione oppilationum, & destructione mollificationis,
& euacuatione, & confortatione neruorum, & humectatione, si necessitas eius est & simili-
ter in tremore si est propter debilitatem ab ægritudine, & calefactione, si est cum frigiditate repen G
tina, aut bibitis & compressione, & fricatione, & expulsione si est necessaria: & ſm ꝙ ostendimus
in [f] canone. Et [g] balneū in aquis maris: & balnea sicut quæ sunt ex aqua nitri, & arsenici, & aspalti,
& [h] sulphuris, & aqua maris sunt iuuatiua etiam. Et si est causa eius aqua frigida fiāt vaporationes
ex nitro, & sinapi: & [i] inūctio cum oleo costino. Et si est causa eius potus multi vini, euacua: & ad-
ministra oleum cucumeris asinini, & quæ taliter procedunt: & assidua inunctionem cum oleo
[k] †{alchot, seu alchat.} Oleum præterea de handachocha proprietatē habet in hoc mirabilem. Et
similiter si emplastrum fiat ex alrathbe solummodo. Si autē est ex humoribus imbibitis, aut gros-
sis, aut confirmatur ægritudo, administretur positio ventosarum super spondylem primam, & se-
deat in tina olei calefacti: & in iuribus animalium prædictis in capitulo de paralysi, & spasmo, &
alcuzez: & in fine rei detur in potu [l] castoreum in syrupo mellino, aut cum hieris magnis: & dētur
in potu pilulæ factæ ex ruta, & scolopendria. Et [m] iuuātur quidem ex cerebro leporis valde, quare
ex ipso comedant assato. Et [n] ex eis quidem, quæ tremulo conferunt, est vt bibant syrupum mel-
linum cum aqua in qua decocta sint seminis malue, & foliorum [n] †{dunuchium. ʒ. v.} et similiter
sumant in potu [n] succum eupatorij cum aqua, & vtātur curatione ipsiusmet mollificationis. Et [h] si
tremor est in capite, proprie iam expertum est eis stichados pondus. ʒ. i. aut duarū solum: aut cum
hiera picra: vel ex qua factæ sunt pilulę, aut in syrupo mellino. Et ex eis quidem iam est expertum H
in potu sumere pilulas cochias à. ʒ. i. vsq; ad. ʒ. i. s. omnibus decem diebus semel. Et oportet vt ci-
bus sit velocis digestionis: & vinum quidem eiş nocet, & similiter aqua frigida: & quæ ex aquis
est ei melior, & minoris nocumenti est aqua pluuialis: & similiter omni ægritudini neruosæ. Et
læduntur multitudine phlebotomiæ.

De stupore. *Cap. 13.*

VSus huius dictionis stupor in libris est diuersus: plurimum enim ponitur dictio stuporis sy-
nonyma dictioni alrhase. i. tremoris. Nos vero & plurimi hoīum vtūtur ea ſm hunc modū.
& quidem stupor est morbus officialis [o] faciens euenire in sensu tactuali nocumentum. s. aut de-
structionem, aut diminutionem cum tremore, si est debilis: aut mollificationem, si est cōfirmatus,
qm̄ virtus sensibilis non prohibetur à penetratione: nisi etiā motiua virtus prohibeatur, sicut ex-
posui multoties: quāuis in quibusdam horis īueniat stupor, absq; difficultate motus, [p] ꝓpter diuer-
sitatem neruorū motus & sensus. Causa. n. stuporis, aut ex parte virtutis, qm̄ debilitatur, [q] sicut in
febribus fortibus, & acutis ducētibus ad stuporē. Et sicut in illo, qui passurus est syncopim statim.
Et apud propinquitatē mortis. Aut ex parte instri, qm̄ corrumpitur eius cōplexio [o] propter frigus
vehemens

A G. ꝯmē. 1. in tertium de morb. vulga. 2. d
B G. 2. de sympto. causis. c. 2. e

C 6. apho. 26. & li. 4. F. 1. t. 2. c. 40.
D Raſ. 1. con. t. 11. c 1. 10. 2. hoc dicit de tortura faciei.
E 4. & 7. & 10.

F Cap. 1.
G Raſ. 1. cont. t. 4. c. 2. 5. 1.
H Raſ. 5. 2.
I Halya. 5. pract. c. 32.
K† ſpēi trifolij.
L Dio. li. 2. c. 22. & Ser. t. 1. c. 31.
M Dioſ. li. 2. c. 17.
N Paul. li. 3. c. 21.
N† damasſonij foliorum drach. iiij.

O G. 2. lo. aff. c. 2. e
P Cap. 2. & li. 1. Fē 1. do. 5. c. 1.
Q Hip. 2. aphor. 6.

A G.1.loc.af.c.1.e B† Gal. ibidem. f torpedo,

A vehemens ex [a] potu medicinę:aut ex punctura animalis sicut scorpionis aquatici:aut tactu piscis, qui nominatur [b] †{berille,}aut potu medicinæ, sicut opium & facit contingere illud grossitudinem in spiritu,qui est instrumentum virtutis:aut debilitat et corrumpit eius complexionem propter calorem vehementem,sicut quem momordit serpens,aut remansit in balneo vehementis caliditatis:aut in febribus incensiuis.Aut propter grossitiem substantiæ neruorum, quare spiritus in ipsa non penetrant bene.Et propter hoc cõtingit in tactu pedis cum comparatione ad tactum manus sicut stupor.[c] Aut fit ꝓpter oppilationẽ ex humoribus grossis.s.aut à sanguine,aut phlegmate,aut melancholia.et qñq; possibile est vt sit ex cholera:aut propter oppilationem ex coarctatione apostematis,& exituræ:aut [d] coarctatione vehementi & ligatura, & coarctatione situs torquente vel inuoluente neruos,aut propter contusionem eorum vehementem,aut propter dolorem cum quo effunditur ad membrum sanguis,aut humor alius plurimus quare oppilat trãsitus: & huius plurimum est à sanguine.Et propter hoc cum permutatur situs eius,& remouetur, & recedit ab eo,quod ad ipsum est effusum,redit sensus.Et qñq; accidit illud ex siccitate, & exiccatione:& oppilatur meatus propter collectionem villi,& eius coopertura:& hoc est malum. Et qñq; accidit oppilatio propter mollificationem factam ab humiditate complexionali absq; materia: & sequitur illam mollificationem clausio meatuum. Causæ vero stuporis qñq; sunt in ipso cerebro:

C Fen.1.t.2.c.5.& F.14.t.2.c.4.& lib. 1.F.2.d.2.sũ.2.c.6. & F.4.c.24.& li.4. F.1.t.1.c.33.& Gal. 9.meth.c.1.h, & li. 11.c.8.f D G.ibi.li.11. metho.c.8.f

B & tunc si est vniuersalis,cõis corpori toti,est mortalis in die vno.Et qñq; sunt in nucha:et qñq; est eius principium ex vno spondyli:& qñq; est in ramis neruorum.Cum ergo perseuerat stupor, frigidus & prolongatur,perducit ad mollificationem.Stupor præterea dominans nuntiat apoplexiam,& epilepsiam,& spasmum,aut alcuzez,aut paralysim cõem. Et omnis quidem stupor oĩs membri,cum perseuerat,& fit fortis,nuntiat paralysim,aut spasmum aduenientem ei. Et stupor faciei nuntiat torturam.Et plurimum quidem succedit peripneumonię,& pleuresi,& sirsen frigido,stupor.Et scias,ꝙ cũ stupor perseuerat,& nõ remouet ipsum euacuatio,deinde succedit vertigo,nuntiat apoplexiam.Et scias,ꝙ semen croci hortensis positum in enemate calefacit neruos.

De signis & cura. *Cap. 14.*

IPsa eadem sunt causæ,sicut dictum est in tremore.Significatur ergo illud ex eis, & augmẽtum stuporis est cum additione earum:& eius diminutio,cum diminutione ipsarũ.Et cura quidem est ẽm ꝙ dictum est in tremore,eadem. Verũtamen si fuerit à sanguine dominãte,& extant significationes repletionis venarum,& inflatio guidez,& grauitas corporis,& somnus,& [e] rubedo faciei,& oculorum,& reliqua,tunc phlebotometur phlebotomia vltima.Nam multoties remouet stuporem sola:& cum rectificatione regiminis,& alleuiatione cibi. Cum ergo apparet stupor in aliquo membrorum propter causam antecedentem,aut primitiuam, sicut frigus: aut aliud eue-

E Ras.lib. diuisio. c.15.

C niens in principio neruorum,oportet vt non sis contentus curatione loci: sed sit conatus tuus in curatione principij nerui incedentis ad ipsum.Et ex curis quidem conferentibus stupori est exercitium illius membri,& assiduatio motus eius.

*De tortura faciei.i.*Conuulsione canina. *Cap. 15.*

IPsa est morbus officialis in facie,propter quam trahitur pars faciei ad partem nõ naturalem: & alteratur forma eius naturalis,& remouetur bonitas obuiationis vtrorũq; labiorum, & ambarum palpebrarum ex parte.Et eius quidem causa est aut mollificatio,aut spasmus lacertorum palpebrarum,& faciei. Tu autem iam [f] sciuisti eos:& sciuisti ipsorum originem.A mollificatione vero facta est,qm̃ cum declinat ad partem,[g] trahitur cum ea pars secunda,et mollificat eam & mutat eam à forma sua,si fuit fortis:& si debilis,mollificatur sola.Et apud [h] quosdam si est in latere mollificatio est attractio torti:sed non est concedendum.& ex eis quidem est [i] Paulus: hæc autem facta à mollificatione est propter causas mollificationis [k] numeratas.Facta autem à spasmo:& est ea quæ contingit ẽm plurimum,est qm̃ cum pars spasmatur attrahit partem secundam ad ipsam, & causa quidem in ipsa est causa,quæ est in spasmo.Et quæ dicta est in [l] capitulo spasmi sicci,sicut facti in febribus acutis,& euacuationibus ex fluxu ventris,& vomitu, & ex fluxu sanguinis ex naribus,& alijs est pernitiosa.[m] Quidam vero dixerunt,quòd latus ægrum est in tortura faciei,latus

F Li.1.F.1.d.5.sũ. 2.c.2.3.4. G G.4.lo.aff.c.2. 23.d H Paul.lib.3.c.18. 104.21. I Lib.3.c.18.fo. 104.25. K Cap.2. L Cap.5. M G.& Ra.1.cõt. t.11.c.1.10.1.

D quod sanum videtur, & ꝙ causa in ipso est, ꝙ latus sanum intendit vel conatur attrahere eum vt æquet ipsum.Hoc autem non est verum ẽm plurimum. Anatomia.n.& quod sciuisti de dispõne lacertorum faciei,facit te cognoscere corruptionẽ casus istius cõiter, seu falsitatem sermonis, qui asserit,ꝙ casus huiusmodi torturæ fit cõis in oĩbus torturis,& est qm̃ sensus destruitur à latere torturæ.[n] Et pluribus quidem hominum accidit apostema in lacertis colli: & est ex summa suffocationum,& aduenit eis inde tortura,& aduenit eis paralysis etiam extendens vsq; ad manus: qm̃ nerui ex quo hauriunt lacerti colli virtutem motiuam,origo etiam est ex spondylibus colli. Oĩs autem torturæ [o] extēsæ vsq; ad.vi.menses,fortasse non sperat̃ rectificatio. Et scias, ꝙ tortura colli plurimũ nuntiat paralysim.[n] Immo multoties protendit apoplexiã.[n]Considera ergo an associent̃ ei.antecedẽtia ad epilepsiã & apoplexiã:quare incipe ab euacuatione forti.[n] Quidam autẽ existimauerunt,ꝙ in patientibus torturam,timet̃ mors subitanea vsq; ad quatuor dies eorum:si autem pertranseunt eos,euadunt:& videtur,ꝙ sit illud causa epilepsiæ fortis,quam tortura nuntiat.

N Ras.ibi.10.2.

O Ras. 10.2. ad duos mẽses & ad 6.

De signis. *Cap. 16.*

P Ras.t.9.c.9.

SVnt [p] vt accidant sufflatio,& sputi emissio ex latere:& non retinetur ventositas neque saliua etiam ex latere,& multoties consequitur cum ipsa soda: & proprie in ea, quæ est spasmosa.

Cognitio

Cognitio autem quæ duarum partium fit læsa, est ꝙ cum ipsa extenditur, & rectificatur manu, reditus alterius ſm naturam ad figuram suam est facilis. Signa autẽ in tortura mollificatiua sunt, qm̃ [a] motus est debilis: & sensus sunt turbati, & sentit in cute lenitatem, & in lacertis: & [a] neque sentit extensionem: & est [a] palpebra inferior descendens, & [b] videtur medietas panniculi, qui est super palatum, quod est ex parte illius oculi, mollificata & humida laxa: et apparet illud cum comprimitur lingua ad inferiora, & inspiciatur. Et causa in hoc etiam est cõtinuitas huius panniculi cũ panniculo extrinseco viæ linguę secante palatum in longitudine: & est cõicans ei: & est cutis declinãs à partibus colli: & elõgatur in eis: & difficilis fit reditus ipsius ad eas. Signa autem spasmosæ sunt: qm̃ sensus nõ sunt [a] turbati ſm plurimũ: et cutis [a] extẽsionem habet, cum qua destruuntur rugę, et lacerti faciei sunt duri: & [a] minoratur saliua, & [a] sputum ſm plurimũ: & est declinatio cutis ad partes colli plus: & reditio eius ab eis fit difficilior. Signa autẽ eius, quæ est ex spasmo humido, & sicco, sunt ea per quæ cognoscitur. Et [b] ex signis quidem euentus torturæ est, ꝙ homo inuenit dolorem in ossibus faciei suæ, & stuporem in cute sua, & multitudinem iectigationis eius. E

A Raſ. lib. diuiſio. c. 14.
B Raſ. 1. cont. t. 11. c. 1. 10. 2.

De cura. *Cap. 17.*

SOlicitudo est, & intentio, vt [c] non moueatur tortus vsq; ad. iiij. et. vij. Et cibetur etiam cum eo quod subtiliat, sicut aqua ciceris cum oleo. Et non desiccetur cum desiccatione mellis, & pullis columbarum. Quod si natura fuerit sicca, moueatur in die secũdo cum clysteri vehementis lenitatis, qm̃ est conueniens. [d] Festinare autem ad gargarismata in principio, est nocens: & qñq; attrahit, quod est extraneum, & non resoluit crudum: propinquum & spasmus in primis fit fortis: et neq; facias euacuationem cum debilibus, non sufficientibus, donec digestio aliqua vice fiat. Festinatio autem ad medicinam acutam exiccat materiam: & ingrossat eam: & desiccat neruos: quare debilitatur vel fit difficilis impressio medicinæ, immo expectatio est conueniens, & oportet vt cures cum curatione paralysis & spasmi, sicut scis: ſm quod pertinet. Iam autem expertum est, ꝙ si tortus omni die pondus. ʒ. i. ex [e] hiera Hermetis bibat per mensem continuum, fortem efficiet impressionem. Quod [f] autem expertum est vt bibat omni die, est vt ex zinzibere, & acoro cõfectis cum melle sumat mane & vespere quantitatem nucis. Et oportet ne abscindatur ab eo aqua mellis. Quidam autem medici Indi dixerunt, ꝙ ex perfectioribus, quibus tortura medicatur, est vt applicetur membro læso, & capiti [c] caro animalis syluestris elyxata: & videtur, ꝙ melior syluestris ad hoc sit lepus, & aldabha, & vulpis, & hirci syluestres, & cerui, & asini syluestres, absq; gazellis, & quæ sic procedunt: & ex his quæ carne sua non calefaciunt. Et oportet si sit ægritudo humida, vt ligetur pars in qua est morbi principium ſm formam naturalem. Si autem est spasmus, incipe primum ab eius lenificatione. Deinde ab ipsius resolutione. Q; si inuenis signa sanguinis, [g] phlebotoma venam, quę est sub lingua, & superpone [g] ventosas spondylibus primis absq; scalpellatione. Et non est dubium quin materia torturam faciens sit confirmata in principijs neruorum & lacertorum faciei: & propter hoc diligitur vt [c] medicinæ rubificantes superponãtur spondylibus colli, & super mandibulam etiã, cum plurimi villi sint venientes ex eis ad lacertos, qui sunt in facie. Lacerti vero faciei non sunt ex illa summa: & eorum regimen est purgatio anterioris partis cerebri. Et similiter vaporatio sicca super spondyles, & mãdibulam inferiorem, & fricatio eius, & fricatio capitis etiam proprie super famem vehementem. Et ex eis etiam, quæ iuuant tortum, est assiduatio [c] ablutionis faciei cum aceto, & delinire loca prædicta cum aceto, & proprie cũ in ipso coquuntur subtiliatiua: aut fuerit [c] acetum in quo tritum est sinapi est mirabile. Et vt inclinetur super decoctionem sceha, & abrotani, & alharmel, & lauri, & similia, aut comburantur sub eo, quæ sint sicut tamariscus, & alathel. [c] Cum ergo medicinæ non conferunt, fiat cauterium super venam, quæ est post aurem eius. Et oportet vt iniungatur ei vti gargarismo plusq; alijs: & administrentur masticabilia, & proprie acorus, & nux muschata, & pyrethrum: & ex eis quibus in masticatione vtiũ, sunt [h] myrobalani nigri: & oportet vt retineatur masticabile in parte læsa. Et [c] sit ĩ domo tenebrosa. Et fiat ei caputpurgium ex [i] fellibus gruum: & accipitrum, & leporum, aut [k] †{sabut,} aut succo canapis, & maioranæ, aut siclæ, aut aqua [l] †{alkebikengi} cũ oleo de lilio, aut euphorbio quantitatis lentis cum lacte mulieris. Et curetur caput cum eis, quæ ipsum purgant de quibus diximus in canone ægritudinum capitis ex omni via seu ex omni parte. Et ex caputpurgijs expertis ei est auellana indica: & proprie cortex eius superior: & auricula muris: & expressio cucumeris asinini, & cyclaminis. Et qñq; miscentur illa cum eis, quæ cum sternutatione calefaciunt, sicut castoreum, & nigella: & reliqua. Dignius vero quo fit caputpurgium, est [c] auricula muris: & cum caputpurgium fit pondere. ʒ. ij. ex aqua eius cum danich serapini, & media drach. olei confert: immo sanat in quinque diebus. Et quandoq; præcipiũtur [m] intueri specula, vt sit semper eorum intentio in rectificatione faciei: & specula conuenientiora eis, quæ sunt propria in videnda facie, & sunt [m] † {alsinie.} Infantibus autem cum aduenit tortura in fine veris, detur in potu tryphera minor aliquibus diebus vsq; ad. vij. dies & cibus sit aqua ciceris.

C Raſ. 1. con. t. 11. c. 2. 10. 4.
F
D Halya. 5. pract. c. 27.
E Raſ. 10. 3.
F Raſ. 11. 2.
G Aet. lib. 2. ser. 2. c. 30.
G
H Raſ. 11. 1.
I Ser. t. 1. c. 29.
K† piſcis cuiuſdã,
L† ranunculi
H
M Lib. 1. F. 4. c. 1.
M† ſpecula in quibus os tortuoſum videtur.

De acthalegi. i. iectigatione & signis eius. i. Palpitatione. *Cap. 18.*

SAltus est motus lacertorum: & [n] qñq; mouetur cum eis cutis, quæ eis adheret. & ipse quidem est ex ventositate grossa inflatiua. Significationes autem, ꝙ ipse sit ex ventositate, sunt velocitas resolutionis: & ꝙ non est nisi in corporibus frigidis, & causis frigidis, & potibus rerum frigidarum, & sedant eum calefacientia. sed significatio, ꝙ ipsa sit grossa est, ꝙ ipsa nõ resoluitur, nisi cum

N G. 2. de ſympt. cau. c. 2. t, &. c. 4. ſo. 22. g

commotione

A G.2.de ſympto. cau.c.2.f
B Raſ.1.conti. t.5. c.1.
C Li.2.F.3.d.5.c.1. & Raſ.t.4.c.8.

A commotione membri. Sed ſignificationes, ꝙ ipſe ſit lacertoſus, carnoſus, neruoſus ſunt quidem: q̃m in parte, quæ eſt lenis ſicut cerebrum non retinetur ventoſitas, & ſimiliter in ea, quæ eſt dura [a] ſicut os: ſed accidit ſm plurimum ei, quod eſt medium in duritie & lenitate. Et cauſæ quidem ſaltus ſunt virtus infrigidatiua, & materia humida. Et q̃nq; accidit ſaltus [b] ex accidẽtibus animalibus plurimum, & proprie ex gaudio: & multoties accidit ex triſtitia & ira, & reliquis: q̃m motus ſpiritus q̃nq; reſoluit materias in ventoſitates. Et ſcias, ꝙ ſaltus cum cõmunis eſt corpori, nuntiat apoplexiam aut cuzez. Et quãdo perſeuerat in mirac, nuntiat melancholiam & epilepſiam. Et [c] cum perſeuerat in facie nuntiat torturam. Et ſaltus, qui eſt ſub ſceraſif quandoq; ſignificat apoſtema in velaminibus, quoniam eſt de comitantibus ipſum.

De cura. *Cap. 19.*

D Ga.de tremo.& palpi.c.5.g
E † iaſmino

VAporetur cum vaporationibus [d] calefacientibus. Illud enim remouet ipſum. Et ſi non vtere oleis reſolutiuis, incipiendo à debilioribus: & perueni ad illud, quod eſt fortius, nã remouetur. Et ſi non, ſolutiuum in potu da. & aſſidua poſt illud vnctionem membri cum medicinis calefaciẽtibus. [d] Caſtoreo quoq; cum [e] †{zanbach} ineſt proprietas in hoc capitulo. Et neq; dentur aqua congelata, & vinum multum: & quod inflationem habet, & infrigidationem. & ipſius quidem cura eſt propinqua curæ ipſius ſimilium. Compleamus ergo ſermonẽ de ægritudinibus nerB uorum hic, & ſimus contenti his, q̃ ſunt ſenſuales, & motiuę, & ſituales. De apãtibus vero & ſolõnibus continuitatis, & reliquis, tardabimus ſermonem vſq; ad quartum librum, ſi Deus voluerit.

Fen tertia de diſpoſitionibus oculorum, Tractatus primus.

De anatomia oculi. *Cap. 1.*

F Li.13.aial.c.8.
G Li.1.F.1.doc.5. ſũ.3.c.2.
H G.de ocul.c.2.g
I G.lib.10.de v.p. c.1.f, &.2.b, & de ocul.c.2.g
K G.10.de v.par. c.6.a, & de ocul. c.2.g
L Gal.c.2.b, & de ocul.c.2.g
M G.li.10.de v.p. c.1.f.g, & de ocul. c.2.h
Infra α
N G.li.10.de v.p. c.4.c, & de ocul. c.2.h
Supra α
O Ga.10.de v.par. c.2.b
P G.de ocul.c.2.h
Q G.10.de v.par. c.2.h
R G.c.4.b, & 6.b
S Gal.c.3.a, & de ocul.c.4.c
T G.de ocul.c.4.c
V G.c.4.b.c, & de ocul.c.4.c.



VIrtus [f] viſuum & materia ſpiritus viſibilis, & penetrat ad oculum per viam duorum neruorum concauorum, quos [g] nouiſti per anatomiã. Cumq; nerui & panniculi, qui eis aſſociantur ad orbitam deſcendunt, dilatatur extremitas cuiuſque eorum, et repletur, et ampliatur ita, ꝙ comprehendit humores, qui ſunt in pupilla: quorum [h] medius eſt glacialis: & ipſe quidem eſt humor clarus, ſicut grando: glacialis vero eſt [i] rotundus, cuius [k] minuit rotunditatem compreſſio ipſius ab anteriore parte eius: & ipſe quidem comprimitur, vt in eo informatio exuberantioris ſit quantitatis: & habeant parua, quæ videntur partem conuenientem ſeu bonam in qua informentur. Et propter hoc eius poſtremum parumper ſubtiliatum eſt vt bonus ſit eius introitus in corpore deglutiente ſeu apprehendente ipſum dilatatum & ampliatum à ſubtili eius apC prehenſio ſeu eius applicatio ad ipſum comprehendendum. & [l] hic quidem humor poſitus eſt in medio, q̃m eſt dignior locis, quæ ſunt cum cuſtodia. Sed & poſt ipſum poſitus eſt humor alius adueniẽs ei ex cerebro, vt nutriat ipſum: inter ipſum. n. & inter ſanguinem purum eſt gradatio. [m] Hic autem humor ſimilis eſt vitro liquefacto: & color vitri liquefacti eſt clarus, & declinat ad paruam rubedinem: clarus vero eſt, q̃m nutrit clarum: paruę autem eſt rubedinis, q̃m eſt ex ſubſtantia ſanguinis: et ipſe non cõuertitur ad ſimilitudinem eius, quod nutritur integre. Et hic quidem humor non eſt poſtpoſitus ab eo, niſi quia eſt trãſmiſſus ex cerebro mediante retina: quare oportet vt ſequatur partem eius vel vicinetur parti eius: & hic [α] humor ſuper equitat vel circuit medietatẽ poſterioris partis glacialis vſq; ad maiorem circulum, qui eſt in ea. [n] In anteriori parte eſt alius humor ſimilis albugini oui, & nominatur albugineus: & eſt ſicut ſuperfluitas à ſubſtantia glaciali proueniens: ſed ſuperfluitas clari clara eſt: ſed poſitus eſt anterius propter cauſam anteceděntem: & propter cauſam, quæ eſt ſicut completiua. Cauſa autem antecedens eſt, q̃m pars ſuperfluitatis oppoſita eſt parti nutrimenti: & cauſa completiua eſt, vt gradetur delatio luminis ſuper glaciale, & ſit ei ſicut clypeus. Amplius extremitas nerui comprehendit vitreum, & glacialem vſq; ad terminũ, qui eſt inter glacialem & albugineum: & [α] terminus apud quem peruenit vitreus, eſt apud coronam comprehenſione retis ſuper venationẽ: [o] quapropter nominatur retina: & naſcitur ex ipſius D extremitate tela aranea, ex qua generatur tunica ſubtilis, cum qua penetrãt fila partis ſecundinæ, quam nominabimus: & [p] illa quidem tunica diſtinguit inter glacialem et inter albugineum, vt inter ſubtile & ſpiſſum ſit ſeparatorium aliquod: & vt adueniat ei nutrimentum ab anteriore parte ipſius, penetrans ad ipſum à retina, & ſecundina & facta ſubtilis non fuit, ſicut tela araneæ, niſi quia ſi eſſet ſpiſſa erecta in facie glacialis, non elongaretur quin accideret ex ea propter ſuam ſpiſſitudinem, vel alterationem eius ſeu interpoſitionem vt vetaret, ſeu prohiberet lumen à glaciali ex via albuginei. [q] Extremitas autem panniculi ſubtilis impletur, & texitur ex venis ſicut ſecundina: q̃m ipſa facit penetrare nutrimentum ſm veritatem. Verum non eſt neceſſarium vt ſint oẽs partes eius pręparatæ ad iuuamentum nutribilis: ſed pars poſtrema, & nominatur [q] ſecundina. Illud autem, quod pertranſit illum terminum ad anteriora, inſpiſſatur: et [r] fit tunica vſq; ad groſſitudinem aliquam, habens colorem [s] cœleſtem inter albedinem & nigredinem, vt congreget viſum, & vt æquet lumen operatione ſua, qua cooperitur viſus, apud laſſitudinem indigentem tenebris, & compoſitione luminis & tenebrarum: & [t] vt diſtinguat inter humores, & inter corneam vehementis duritiei, & ſtet ſicut mediatrix contemperans: & [t] vt nutriat corneam cum eo, quod aduenit ipſi à ſecundina: et [v] ipſius quidem cõprehenſio non completur ab anteriori parte eius, vt non

prohibeat

prohibeat aduentum formarum:sed dimittit in anteriori parte sui fenestram & foramen sicut re- E linquitur in vua quando remouetur suspẽsorium ipsius ab ea:& in illo quidem foramine cadunt aduenientia. Cum ergo constringitur prohibetur visus, & in anteriore parte huius tunicæ vualis est rugositas mollis vbi obuiat glaciali, vt sit magis similis raro leni: et vt minoretur nocumentum tactus eius. Durior vero partium eius est anterior pars eius, vbi obuiat tunicæ corneę duræ:& vbi perforatur vt sit illud, quod comprehendit vel circuit cum foramine durius:& [a] foramen quidem est plenum humiditate propter iuuamentũ prædictum, & spiritu: quod significat extenuatio, quę est coram foramine apud propinquitatẽ mortis.[b] Secundus vero panniculus est [c] †{grossus} seu densus valde, vt sit bona retentio eius, & nominatur postremum ipsius tunica dura: & densa seu [d] †{grossa}& eius anterior pars comprehendit totam pupillam:& fit peruia vt non prohibeatur visus. Et est propter illud ĩ colore [e] cornu subtiliati limatione, & abrasione: & nominatur propter illud cornea.[f] †{Clarior} autem partium eius est illa, quæ est anterior, & est ſm veritatẽ sicut com posita [g] ex tunicis subtilibus quatuor, quæ sunt sicut cortices suppositi, vt si excorticetur vnus eorum, non fiat cõmune nocumentum:& præcipue quæ de ea opponitur foramini, qm̃ ille locus est est magis indigens fortitudine & tutela.[h] Tertius vero comprehẽdit lacertum motus pupillæ, & impletur tota carne alba & pingui, vt leniat oculũ, & palpebram: & prohibeat eos exiccari, & vocatur totum eius coniunctiua. Lacertum autem mouentem oculum iam [i] diximus in anatomia. F [k] Pili vero palpebrarum creati fuerunt vt expellant, quod ad oculum volat, & descendit ad ipsum de capite:& vt æquent lumen sua nigredine: & posita est radix eorum panniculus, qui similatur cartilagini vt eorum statio super ipsum sit bona, & non cadant propter debilitatem eius, in quo fixi sunt:& vt lacertus aperiens oculum habeat sustentaculum, sicut os vt bona fiat eius motio. [l] Partes autem palpebræ sunt cunctis: deinde vna duarum tunicarum est panniculus: deinde eius adeps: postea lacertus eius: deinde tunica postrema:& hoc quod dictum est, est de palpebra suprema.[m] Inferiori vero ex partibus deest lacertus:& locus quidem in cuius scissione est timor, est ex eo, quod sequitur superiorem partem eius apud initium lacerti.

A Gal.c.5.d
B Gal.c.3.e.f,& de ocul.c.4.c
C† tenuis durus
D† dura tenuis
E G.10.de v.part. c.3.f
F† densior seu durior
G T,2.c.1.
H Gal.c.2.c, & de ocul.c.4.c.d.e
I Li.1.F.1. doct.5. sũ.2.c.4.
K G.li.10. de v.p. c.7.d,&.6.a
L G.c.7.c
M G.c.10.e

De cognitione dispositionum oculi, & complexionum eius, & sermone uniuersali de ægritudinibus eius. *Cap. 2.*

COgnitio illius est ex tactu eius, & ex motu eius, & ex venis eius, & ex figura ipsius, & ex colore eius, & ex quãtitate ipsius, & ex operationibus suis proprijs, & ex dispositionibus eius quod currit ab eo, & dispositionibus passionum eius.[n] Cognitio autem illius ex tactu eius est, qm̃ inuenit eum tactus calidum, aut frigidum, aut durum siccum, aut lenem humidum.[n] Sed cognitio illius ex motu eius est, vt consideres an motus ipsius sit leuis, & significabit caliditatem, aut siccitatem, quod tactus discernet ipsius: an sit grauis, & significabit frigiditatem, aut humiditatem.[n] Il- G lius vero cognitio ex venis eius est, vt cognoscas, an sint grossæ & amplæ, & significat illud caliditatem eius:& an sint subtiles & strictæ, & significant frigiditatem eius, & vt cognoscas, an sint vacuæ siccæ, & significant siccitatem eius: aut plenæ, & significat multitudinem materiei in ipso. Cognitio vero illius ex colore ipsius est, qm̃ color significat humorẽ dominãtem proportionalem. s. rubeus, & citrinus, & plumbeus, & fuscus. Sed cognitio illius ex figura ipsius est, qm̃ bonitas suæ figuræ significat fortitudinem eius in creatione:& malitia suæ figuræ significat contrarium illius. Dispositio autem magnitudinis eius, et paruitatis ipsius est ſm ꝙ dictum est in [o] capite. Illius vero cognitio ex operationibus eius proprijs est, qm̃ si ipse videt rem occultam seu minimam à [p] lõge, & ex propinquo simul:& non læditur ab eo, quod ad ipsum redit à visibilibus fortibus, est fortis complexionis, & æqualis:& si est debilis visus, & ſm contrarium illius, tunc in complexione eius, & in creatione est corruptio. & [p] si ipse nõ est impotens in comprehendendo propinquũ, quãuis sit paruum, & est impotens in comprehendendo longinquum, tunc spiritus eius est clarus, sanus, paruus:& dicunt medici, qm̃ non est sufficiens dilatationi egredienti propter subtilitatem sui: & significant per illud radium, quem credunt esse de summa spiritus, & quod egreditur, & obuiat visibili. Et [p] si non est impotens in comprehendendo longinquum, & si appropinquat ei illud, quod est paruum, non videt ipsum, & si recedit ab eo ſm quantitatem longitudinis, videt ipsum, H tunc spiritus eius est multus, conturbatus, non clarus, neq; subtilis, immo humidus, & eius cõplexio est humida. Et dicunt medici, qm̃ non subtiliatur, neq; clarificatur, nisi motu longo. & quãdo procedit radius in motu, subtiliatur & attenuatur. Et si debilitatur in vtrisq; dispositionibus, tunc eius spiritus est paruus & turbidus. Cognitio autem illius etiam ex dispositione eius, quod ab eo currit, est qm̃ si ipse est siccus, & non facit lippitudinem omnino, tunc ipse est siccus: & si facit lippitudinem superflue, tunc ipse est humidus valde.[n] Ex dispositione autem passionum eius, qm̃ si ipse læditur à calore, & sanatur à frigore, tunc ipse habet malitiam complexionis calidæ: & si læditur à contrario, tunc ipse contrarium habet, & scias, ꝙ medius in oĩ dispositione harum spẽrum, est æqualis, nisi superfluus in bonitate visus: ipse. n. est æqualis. Oculo præterea accidunt [q] omnes species ægritudinum. s. materiales, & puræ, & compositæ, & instrumentales, & cõmunes. Et oculo quidem in dispositionibus suis, quæ ei accidunt in forma palpitationis, & clausionis, & apertionis, & colore, & lachrymis adsunt iudicia pendentia ex ægritudinibus acutis: & oportet vt inquiratur in eis. Amplius ægritudines oculi quandoque sunt propriæ: quandoq; sunt cum communitate. Propinquius vero, quod ei communicat, est cerebrum, & caput, & velamina exteriora, & interiora:

N G.ex art.medi. c.23.c
O Fen.1.t.1.c.10.
P G.1.de sympto. cau.c.1.15.c
Q G.de ocu.c.2.b

A & interiora:deinde stomachus. Et omnis ægritudo oculi, quæ fit per communitatem velaminum exteriorum, est magis salua.

De signis dispositionum oculi. *Cap. 3.*

SIgna generationis ægritudinis oculi cum cõitate cerebri, sunt vt sint in cerebro quædam significationes nocumentorum suorum prædictæ: nam si mediator fuerint velamina intrinseca: videbit læsionem, et dolorẽ incipere à profundo oculi. Et si fuerit materia calida, inuenies sternutationem, et pruritum in naso. Et si fuerit frigida, senties cursum frigidum. Et raro quidem erit hæc cõitas cum malitia complexionis singularis. Quod si fuerit cõitas cum velaminibus extrinsecis, et si fuerit materia eueniens ab eis, sentiet extensionem incipientem in fronte, & venis extrinsecis, et apparebit nocumentum in eo, quod sequitur palpebram plus. Et si fuerit cum cõitate stomachi, erunt signa prædicta [a] in capitulo de cõitate cerebri cum stomacho. Et si fuerint illic phãtasiæ causa stomachi, minorabuntur vacuitate, & multiplicabuntur in saturitate. Signa vero ægritudinis materialis inquantum est in ipso oculo sunt, qm̃ sanguineam significant grauitas, et rubedo, & lachryma, & inflatio, & exuberatio venarum, & pulsatio temporum, et glutinatio, et lippitudo, & caliditas tactus: & proprie qñ cum eis associantur signa sanguinea capitis. Phlegmaticam vero significant grauitas vehemens, & rubedo occulta cum plumbositate quadam, et conglutinatio, et B lippitudo, & tumor, & paucitas lachrymarum. Cholericam autem significant punctura, & inflammatio cum rubedine ad citrinitatem tendente, quæ non est sicut rubedo sanguinea, & subtilitas lachrymarum acutarum, & paruitas conglutinationis, & caliditas tactus. Sed melancholicã significant grauitas, & in offuscatio, & paruitas conglutinationis. Complexiones vero puras significat priuatio grauitatis cum exiccatione, & inuẽtione significationum quas prædiximus [b] in capitulo cognitionis. Vnicuiq; aũt ægritudinum instrumentalium, & communium adueniet capitulum.

A Fen.1.t.1.c.15.

B 2.

De canonibus vniuersalibus curationum oculi. *Cap. 4.*

CVræ oculi sunt opposite ęgritudinibus oculi. Et quoniam ægritudines sunt, aut materiales, aut puræ, aut compositæ, aut solutio continuitatis: tunc cura oculi, aut est euacuatio, & ingreditur in ipsam regimen apostematũ: aut permutatio cõplexionis, aut rectificatio formę, sicut est in egressione, aut consolidatio & incarnatio. Ab oculo vero euacuantur materię, aut ẽm semitã conuersionis: aut ẽm semitam resolutionis ab eo. Conuersio aũt ex eo est dignior ex corpore si est repletũ. Deinde ex cerebro cum eo, quod [c] sciuisti de mundificatiuis cerebri. Deinde permutatio ab eo per viã nasi: & per venas propinquas oculo, sicut sunt duę venę lachrymaliũ. Resolutio autem ex eo fit per medicinas educentes lachrymas. Complexionis autẽ permutatio iuuatur medicinis proprijs etiã. Sed solutio continuitatis in ipso adueniens, curatur per medicinas, quę habent exic- C cationem non plurimam: & cum sunt remotę à mordicatione: & tu scies has medicinas ex sermone nostro de ophthalmia, & reliquis ægritudinibus materialibus in oculo. Et [d] oportet vt scias, ꝙ in ægritudinibus materialibus in oculo, est necessarium vt administretur minoratio nutrimẽti: & acceptio eius, quod generat humorem laudabilem: & fit alienatio omnis vaporosi, et omnis cuius mala est digestio. Et cum materia procedit ex membro, intende in phlebotomãdo illud mẽbrum. Et cum materia aduenerit ex velamine extrinseco, administrabis ventosas: & administrabis apocrustica super frontem: ex quorum summa est cortex batheke ad calidam, & calcadis ad frigidam. Venæ aũt quæ phlebotomantur propter oculum sunt sicut cephalica. Deinde venæ, quæ sunt in partibus capitis. Quæ ergo sunt in anterioribus, sunt magis iuuatiuæ in permutatione faciẽda ex loco: & quę sunt posterius, sunt magis iuuatiuę in attractione. Et scias, ꝙ illud, quod accidit in oculo ex materijs, & indiget permutatione eius ab eo ad membrum aliud, tunc illud ad quod rectius permutatur, [e] est naris: & illud cum non fuerit in via effusionis ad oculum, & hæc quidem permutatio non fit, nisi propter caputpurgia, & odoramenta prædicta in locis alijs, vbi diximus doloris capitis regimen. Medicinarum autem oculi aliæ sunt permutantes complexionem: & sunt aut infrigidantes, sicut succi solatri, & virgæ pastoris, & aqua endiuiæ, & aqua lactucæ, & aqua rosꝫ & succus earum & mucilago psyllij. Et aliæ sunt calefacientes, sicut muschus, & piper, & acorus, & D memiran, & similia. Et aliæ sunt exiccatiuæ, sicut tutia, & antimonium, & climia. Et de summa earum sunt constrictiuæ, sicut sief memithæ, & aloe, & [f] †{alfeluzaharagi,}& crocus, & rosa. Et aliæ sunt lenientes sicut lac, & fricatio vel fricatura lazuli & albumen oui, & mucilago. Et alię sunt maturatiuæ sicut venæ, & aqua fœnugræci, & croci, & rob, & proprie illud in quo infunditur panis. & aliæ sunt resolutiuæ, sicut sarcocolla, & aqua fœniculi. Et aliæ sunt stupefactiuæ, sicut succus pomorum mandragoræ, & papaueris, & opium. Et scias, ꝙ quando cum ægritudine oculi fuerit soda, tunc oportet vt incipias in cura sodæ, & non cures anteq; ipsam remoueas. Et cum euacuatio, & mundificatio, & regimen conueniens non iuuãt, scias ꝙ tunc in oculo est complexio mala: aut materia mala inuiscata in tunicis corrumpens nutrimentum penetrans ad ipsum: aut illic est debilitas in cerebro: aut in loco ex quo expelluntur fluxus ad oculum.

C Fen.1.t.1.c.29.

D Cap.9.

E Ras.1.conti.t.1. c.2.5.1.

F lycium.

De rememoratione conseruationis sanitatis oculi, & eorum quæ nocent ipsi. *Cap. 5.*

OPortet in primis vt ille, qui laborat in conseruando sanitatem oculi, tueatur eum à puluere, & fumo, & aeribus egredientibus ab æqualitate in caliditate, & frigiditate, & à ventis turbinosis puluerulentis frigidis & excessiue calidis, & non assiduet intueri rem vnã, à qua non auertatur. Et ex eis à quibus oportet vt vere custodiatẽ, est [a] multitudo fletus. Et oportet vt minoretur

Infra a

[β] aspectus [a] in literis vel lineis subtilibus, nisi interdum secundũ semitam exercitij: & non prolongetur somnus eius super [b] †{alchafa.}Et scias, quod [γ] multiplicatio coitus est nocibilior res oculo. Et similiter multiplicatio ebrietatis, & repletionis cibi & etiam [δ] somnus super repletionẽ: & omnes cibi, & potus grossi: & omnia vaporem emittentia ad caput, & de summa eorum est omne, quod habet acuitatem, sicut porrum: & handachocha. Et omnia, quæ exiccant superflue, de quorũ summa est sal multus, & omnia ex quibus generatur vapor multus, sicut caulis, & lens. & omnia, quæ diximus in areolis medicinarum singularium, quæ sunt proportionata ad hoc, sunt nocitiua oculo. Et scias, quod multitudo vniuscuiusque duorum. s. somni & vigiliarum est vehemẽter nocitiua oculo, & magis conueniens ei, est temperamẽtum vniuscuiusque eorum. Res autem quarum vsus confert oculo, & conseruat virtutem eius, sunt ea, quæ fiunt ex antimonio & tutia, sicut species tutiæ nutritę cum aqua sansuci, & aqua fœniculi, & facere collyrium omni hora ex aqua fœniculi est mirabile, & magni iuuamenti: & collyrium granatorum dulcium est mirabile etiam & collyrium factum ex granatis vtrisque cum pulpis suis decoctis in [c] †{tanur}cum melle: & sicut scies ĩ loco suo. Ex eis autem, quæ abstergunt oculum, & acuunt ipsum, est submergi in aqua clara, & aperire oculum in ipsa. [d] Rerum autem visui nocibilium aliæ sunt operationes & motus: & aliæ sunt cibi: & aliæ sunt dispositiones regiminis in cibis. Operationes autem & motus sunt sicut omnia, quę exiccant, sicut [γ] coitus plurimus, & longitudo aspectus ad luminosa, & [β] legere subtilia superflue: medium enim in eo confert: similiter operatio seu occupatio in rebus paruis: & [δ] somnus super repletionem, & cœnam. Immo oportet illum, qui in visu habet debilitatem, expectare donec digestio fiat, deinde dormire. Et omnis repletio nocet ei: & omne, quod exiccat naturam, nocet. Et omne quod sanguinem turbidat, siue sit de rebus salsis, siue acutis, siue alijs, nocet ei. Et ebrietas nocet ei: vomitus aũt confert ei, inquãtum mundificat stomachũ: et nocet ei, inquãtum mouet materias cerebri, & expellit eas ad ipsum: & si nõ fuerit excusatio, quin fiat, tũc oportet vt fiat post cibum, & cum facilitate. Et balneatio nocet ei. Et [δ] [e] somnus superflue nocet ei. Et [α] fletus plurimus. Et multitudo phlebotomię & proprie ventosationes frequentes, vel continuę nocẽt. Cibi vero salsi, & acres, & vaporosi, qui lædunt os stomachi, sunt cepæ, & porri, & allia, & bedarungi comesta, & oliuę maturę, & anethum, & caulis, & lens. Regimen autem in cibis est, vt ita comedantur, ne eorum digestio corrumpatur, & multiplicetur ipsorum vaporatio, secundum quòd in loco suo demonstrabitur: & ego iam perueniant illuc, & tu scies illud in tractatibus huius tertij libri.

E Infra β
A Li.1.F.3.doct.1.c.2.
B† Fẽ.20.t.1.c.11. dorsum.
Infra γ
Infra δ
C† furno
D T.4.c.4. de verbo ad verbum.
F Supra γ
Supra β
Supra δ
Supra δ
E De vẽbo ad vẽbũ t.4.c.4.
Supra α

De ophthalmia & conturbatione. i. [f] Lippitudine, taraxi. *Cap.* 6.

OPhthalmia est vera: & alia est ei similis, quæ nominatur conturbatio, & turbulentia, & ipsa est calefactio & [f] humectatio cum accidit oculo ex causis extrinsecis agitantibus ipsum, & rubificantibus eum, sicut sole, & soda adustiua, & ephimera adusta, & puluere, & fumo, & frigore in quibusdam horis propter constrictionem ipsius, & percussionem propter commotionem ab ipsa, & vento procelloso. Illius vero totius impressio leuis, est associata causæ, quæ non ita remanet post ipsam, vt de ea sit curandum: & si non medicatur, remouetur cum remotione causæ multoties: & nominatur græce [g] †{tharachsis,}quòd si eam causa corporea aut extrinseca iuuerit materialem primam, possibile erit tunc vt velociter permutetur in apostema manifestum & verum: sicut mutantur febres ephimeræ in alias febres. Cum autem permutatur, & est in principio permutationis nominatur græce aphrihẽ. Et de speciebus quidem ophthalmiæ, est quæ sequitur scabiem in oculo, cuius causa est punctio seu mordicatio vel fricatio oculi, quæ in principio rei procedit cursu conturbationis: & neque aduenit eius cura, nisi post scabiei fricationem. [h] Ophthalmia vero omnino est apostema in coniunctiua, & alia quidem est, quæ est apostema simplex non pertransiens terminum apparitionis seu exuberationis venarum, & cursus, & doloris. Et alia est, quę est magna pertransiens terminum in magnitudine, in qua superabundat albugo super pupillam, & tegit eam, & prohibet clausionem, & nominatur [i] chymosis: & apud nos dicitur aluardinegi, quæ plurimum accidit infantibus propter multitudinem materierum eorum, & debilitatem oculorum ipsorum. Et ipsa quidem non fit à materia calida tantum, immo & à phlegmatica, & à melancholica. Et quoniam ophthalmia vero est apostema non in pupilla immo in coniunctiua. Et [k] omne apostema, aut est à sanguine, aut cholera, aut phlegmate, aut melancholia, aut ventositate, tunc [l] similiter ophthalmiæ non euacuatur causa ab vna istarum causarum. Et quandoque humor apostemans generatur in ipso. Et [m] quandoque est aduueniens ei à cerebro secundum semitam catarrhi per viam velaminis extrinseci cooperientis caput: aut per viam velaminis intrinseci: et omnino à cerebro & partibus ipsius. Nam [m] cum in cerebro aggregantur materiæ plurimæ, & repletio, tunc vix euadit oculus quin ophthalmiam incurrat: nisi fortis fuerit valde. Et [α] quandoque sunt arteriæ, quæ effundũt ad ipsum superfluitates suas, cum sunt superfluitates in ipsis multiplicatæ: siue arteriæ sint intrinsecæ, siue extrinsecæ. Et quandoque materia non est eueniens ei à parte cerebri, & capitis: sed aduenit ei à parte aliorum membrorum: & proprie cum oculum iam cõsecuta est malitia complexionis, & debilitauit eum, & fecit ipsum susceptibilem nocumentorum: et est ad quem effundunt illę superfluitates. [n] Amplius de speciebus ophthalmię est, quæ habet periodũ, & paroxysmũ secundum periodũ effusionis materiæ, & periodũ horæ generationis eius. Et [o] vehemẽtia quidem doloris in ophthalmia: aut est propter humorẽ mordicatiuũ corrodentẽ tunicas, aut propter humorẽ plurimũ extensiuũ: aut propter vaporẽ grossum et secundum variationẽ in illo, tũc est variatio ĩ dolore, et inde est raritas in dolore. Et materiæ quidem

F G. de ocul. p. tic. 3. c. 8. f, & Paul. li. 3. c. 22. 108. 40.
F Paul. ibidem.
G
G† Serap. t. 2. c. 1. ophthalmia nõ vera.
H G. 2. art. cur. ad glau. c. 1. fo. 101. d. & 4. d põne phar. secundum lo. c. 2. f
I G. de remed. parau. fac. c. 10. d
H
K Li. 1. Fẽ. 2. do. 1. c. 5. & Ga. 13. meth. c. 4. g
L Ras. lib. diuisio. c. 19.
M G. 3. apho. 12. g
Infra α
N Gal. 2. de differ. feb. c. 11. fo. 40. e
O Cap. 7. & G. 13. meth. c. 22. b

Supra α A riæ quidem illius ſicut [α] ſciuiſti: aut ſunt ex corpore, aut ex capite ipſo, aut ex venis, quæ oculo afferunt materiam malam calidam, aut frigidam. Et q̃nq; ſunt in oculo ipſo, & illud ſi accidat tunicis oculi corruptio complexionis propter humorem retentum in eis: aut ophthalmiam prolongatam
A Raſ.2.cont.t.2. c.1.32.2. ſuper eas & conuertat totum, quod aduenit ei de nutrimento ad corruptionẽ. Et [a] ille cuiuſcunq; ſunt oculi exterius prominentes, eſt ſuſceptibilior magnitudinis ophthalmię, et eminẽtię propter
B Ariſt.ſect.31.problemat.24.& G.de tot.morb.tempo. c.3.g, & Raſ.2.cõti. t.2.c.1.32.2. humiditatem ipſorũ oculorum: & apertionem pororum ipſorum. Et [b] q̃nq; quidem multiplicant̃ lachrymæ frigidæ in ſpeciebus ophthalmiæ, propter priuationem digeſtionis: & [c] multoties reſoluit̃ ophthalmia cum ſolutione naturæ. Et ſcias, ꝙ malitia ophthalmiæ eſt ſm qualitatem materiæ: & magnitudo eius, ſm quãtitatẽ ipſius. Et [a] ſcias, ꝙ in regionibus meridianis multiplicat̃ ophthal-
C Hip.6.apho.17. & G.4.apho.2.h mia, & remouetur velociter. Sed aduentus eius in ipſis plurimũ eſt propter curſum materierum eorum, & multitudinem vaporum earum. Sanitas vero eius in ipſis velox eſt propter raritatem pororum membrorũ eorum, et ſolutionem naturarũ ipſorum. Q̃ ſi ſubito ſuperueniat eis frigus, fit difficilis ipſorũ ophthalmia: propterea, ꝙ aduenit ei res ab extra occurrens, & prohibẽs motum curſus humoris tepidi, ſeu calidi.[a] In regionibus autem frigidis, & temporibus frigidis minoratur ophthalmia: ſed eſt praua. Et paucitas quidem eius in eis eſt propter quietem humorũ in ipſis, & congelationẽ eorũ. Eius vero prauitas eſt, q̃m quando cõprehendunt̃ in mẽbro, non reſoluuntur
B velociter ꝓpter coarctationẽ meatuũ: quare extendunt̃ magnifice, donec accidat vt ex eis findat̃
D Hip.3.apho.11. ſiphac.[d] Cumq; [β] præcedit hyems ſeptentrionalis, & ſequitur ipſam ver meridionale pluuioſum:
Infra β & æſtas habens aerem turbidũ calidum, multiplicat̃ ophthalmia. & [e] ſimiliter q̃n hyems eſt calida
E Hip.ibidẽ.12. & meridiana; replet corpus humiditatibus: & deinde ſequitur eam ver ſeptentrionale, tunc conſtringit eos: & [f] æſtas quidem borealis multiplicat ophthalmiã, & proprie poſt hyemem meridia-
F Hip.3.aphor.13.
Supra β nã. & [β] q̃nq; multiplicatur etiam in æſtate cuius ver fuit meridianum: & ſicca hyems & ſeptẽtrionalis. Et [a] tu quidem compara corpora dura ad regiones ſeptentrionales: & corpora lenia & rara
G Raſ.ibi.34.2. ad meridionales regiones. Et ſicut regiones calidæ faciunt ophthalmiam, [g] ſimiliter balneum val-
H Cap.9. de calidum, quando homo ipſum ingreditur proculdubio facit ophthalmiam. Et [h] ſcias, ꝙ quãdo adeſt ophthalmia, & oculi alteratio perſeuerat cum cura recta, & purgatione vltima: tunc cauſa eius eſt materia retenta in oculo corrumpens nutrimentum: & catarrhus ex cerebro, & capite, ſecundum quod declarauimus in illis, quæ ſunt præmiſſa.

Signa. *Cap. 7.*

I Cap.6. SCias,[i] ꝙ dolorum, qui in oculo contingunt, alij ſunt mordicatiui, corroſiui, & alij extenſiui: et mordicatiui quidem ſignificant corruptionem qualitatis materiæ: & acuitatem ipſius: & extenſiui ſignificant multitudinem eius: aut vẽtoſitatem. Et ophthalmia velocioris ſtatus eſt, in qua
C lachrymæ magis currunt, & quæ acutiorem habet mordicationem: & tardioris eſt, quæ eſt magis ſicca. Et lippitudo quidẽ eſt ſignificatio vera maturationis, aut groſſitiei materiei. Lippitudo nãq; quæ eſt velox cum leuitate accidẽtium, excepta grauitate oculi, eſt ſignificatiua groſſitudinis materiei. & illa cui aſſociatur maturatio, & cum qua eſt oculi leuitas in initio parumper, & reſoluitur
K Raſ.2.cõti.t.2, c.1.32.3. velociter, eſt laudabilis. & [k] illa cuius granum eſt paruum minus eſt ſignificatiua oculi bonitatis.
L Ga.de tpib.toti, morb.c.3.g.h Paruitas autẽ grani, maturationis ſignificat tarditatem.[l] Cumq; palpebræ conglutinari incipiunt, tunc iam maturationis adeſt propinquitas: ſicut dum perſeuerat curſus aquoſus, eſt initiũ adhuc. Poſt hoc autem dicamus, ꝙ conturbatio cognoſcitur leuitate ſui, & cauſa ſui, et priuatione apoſte-
M Raſ.32.2. matis eminentis ſeu apparentis. Et ophthalmiam quidem quæ eſt cum cõitate capitis, ſignificat ſoda & grauitas capitis. Nam ſi via fluxus à cerebro ad oculũ non [m] eſt niſi per velamen extrinſecum cooperiens caput, frons eſt extenſa, & venæ exteriores ſunt plenę, & ſimiliter inflatio incipit venire ad palpebram: & in fronte ſunt rubedo, & pulſatio: & [m] ſi eſt per velamẽ intrinſecum, non apparet illud, & apparet ſternutatio, & pruritus in naſo & palato. Et ſi eſt cum cõitate ſtomachi, aſſociatur ei nauſea, & conturbatio: & ſignum illius eſt humor in ſtomacho.[k] Sanguineam vero ophthalmiã ſignificant color oculi, & exuberatio venarũ, & pulſatio temporum, & reliqua ſigna ſanguinis in partibus cerebri: & ꝙ non lachrymatur plurimũ: ſed lippitudinẽ patitur, & congluti-
D natur apud ſomnũ.[k] Cholericam aũt ſignificat punctura vehemens, & dolor aduſtiuus, & inflammatiuus vehementer, & rubedo parua, & lachrymæ ſubtiles acutæ: & q̃nq; exulcerat: & quãdoq; euacuatur à lachrymis euacuatione ophthalmię ſanguineę, & non cõglutinant̃ apud ſomnum. & huius q̃dem gñis eſt quędã, q̃ eſt rubedo adueniens oculo. & eſt de ſumma vlcerũ pernicioſorũ: et q̃nq; cauterizat oculũ, & exulcerat ipſum, faciens exulcerationẽ motiuã & ambulatiuã. Ophthalmiæ præterea cholericę eſt genus pruritiuũ, & exiccatiuum cum paruitate rubedinis, & paruitate lippitudinis: & non apparet apati ipſius quãtitas de qua ſit curandũ, neq; curſus: & eſt ex materia parua acuta.[k] Sed phlegmaticam ſignificant grauitas vehemens, & caliditas parua, & rubedo debilis: imo in ea vincens eſt albedo: & ſunt lippitudo, & conglutinatio apud ſomnũ, & eſt cum inflatione: & cõicant ei facies, & color. Quod ſi eius principiũ eſt ſtomachus, aſſociatur ei nauſea. & phlegmatica quidem q̃nq; conſequitur hoc, vt in ipſa excreſcat cõiunctiua ſuper nigrum propter magnitudinẽ apoſtematis: veruntamen non eſt manifeſtæ rubedinis, neq; vehementis: neq; ſunt cum ea lachrymæ, ſed lippitudo.[k] Melancholicam vero ſignificant grauitas cum offuſcatione, & exiccatio, et perſeuerantia, et paruitas conglutinationis. Cum ventoſa autem eſt extenſio tantum ſine grauitate: et neq; eſt curſus: et quandoq; rubedinem facit euenire extenſio.

Cura conturbationis.i. Taraxis. *Cap.* 8. E

IN cura conturbationis & illius, quod curritur cursu ophthalmiæ leuis, [a] quandoq; causæ sufficit abscisio.s.si fuerit causa iuuatiua à repletione sanguinis, aut alterius, cum euacuatione. & quandoq; sufficit sedatio motus eius & [b] distillatio lactis, aut albuginis oui, aut alterius rei in ipso. Et si conturbatio fuerit ex percussione, distilletur in oculum [c] sanguis columbæ calidus, aut alterius, aut ex sanguine sui ipsius. & quandoq; sufficit euaporare ipsum cum spongia, aut lana infusa in oleo rosa. & decoctione lactis, aut decoctione lentis, aut distilletur in ipsum lac mulieris ex mamilla calidum: q si illud non confert, tunc [d] decoctio fœnugræci & sief al. Illi vero, quæ ex frigore accidit, confert balneum si non fuerit factum apostema ophthalmicũ, & [e] non fuerint caput & corpus repleta: & confert ei vaporatio cum decoctione chamæmillæ: & [e] vinum subtile post tres horas à cibo: & somnus longus post vinum est ex curis iuuãtibus: siue sit ex sole, aut frigore, aut aliis. Et ophthalmia quidem cuius causa est scabies, & est leuis, fricetur scabies in primis: deide curetur ophthalmia: & quandoq; remouetur post fricationem scabiei per seipsam. Quod si magna fuerit non tolerans approximationem regiminis fricationis administrentur subtiliatio, & lenificatio, & mundificatio: ita vt fiat ophthalmia obediens, & toleret approximationem inter se, & inter regimen fricationis.

A Aet.lib.2.ser.3. c.3.
B Ga.li.10.simplic. medi.facul.73.h,& 4. de cõpõne phar. secũdũ loc.c.2.g,& c.4.c
C G.de med. facile para. c. 11. g, & Diosc.lib.2.c.71.
D Gal.4.de cõpõne phar.sm loc.c.2.g, &.c.4.c
E Gal.6. apho.31.f

De cura communi specierum ophthalmiæ, & effusione fluxuum ad oculum. *Cap.* 9.

CAnon cõmunis in regimine ophthalmiæ materialis, & reliquarum ægritudinum oculi materialium, est minoratio cibi, & ipsius subtiliatio, & [f] electio eius, quod generat humorẽ laudabilem: & alienatio omnis vaporosi: & alienatio omnis rei, quæ est male digestionis, & alienatio coitus & motus, & inunctionis capitis & vini, & alienatio comestionis acetosi, & salsi, & acuti: & assiduatio lenitatis naturę, Et [g] phlebotomia ex cephalica est cõueniens omnibus speciebus eius. Et [h] oportet quidem vt visus patientis ophthalmiam non cadat super albedinem, & super radios immo sit, quod substernitur ei, & quo ipse circundatur, nigrum & viride: & super faciem eius suspendatur [i] pannus penitus niger apparens oculo eius. Et niger quidem sit in dispositione ægritudinis: & [k] cœlestis in dispositione sanitatis: et [l] oportet vt sit domus in qua habitat ad tenebrositatem declinãs. Et [l] oportet vt ad ipsum attrahatur somnus: est enim medicamen bonum. Et [m] expedit ne pili permittantur prolongari, quoniam valde sunt nociui ophthalmiæ, nisi fuerint capilli [n] †{merselan}† in radice. Illud enim confert inquantum exiccant humiditates attrahendo ad nutrimentum eorũ. Et [o] cum corpus est mũdum, et humor faciens ophthalmiã est effusus in venis: & ex genere sanguinis grossi, & proprie in fine ophthalmiæ, tũc balneationis impressio in subtiliando materiam, & potus vini puri ad commotionem ipsius, & ad expellendum seu ad euacuandum sunt iuuantes. Et [o] balneum quidem post euacuationem est melius medicamen ad ophthalmiã: et proprie si fuerit vaporatio sedans dolorem. Et ex eis quibus oportet regimen esse in ophthalmia, & reliquis ægritudinibus oculi materialibus, [p] est eleuatio puluinaris, & cautela defensionis eius. Et oportet vt ex toto elongetur oleum à capite patientis ophthalmiam, quoniam ipsum est vehementis nocumenti, & distillatio olei, & si sit oleum rosa. in aurem est valde magni nocumenti. Et quandoq; magnificat ophthalmiam adeo, vt stringat tunicas. [q] Quòd si fuerit materia procedens ex membro, tunc oportebit vt euacuetur membrum illud, & trahatur ad contrarium partis cum qualibet re.s.per clystere, aut phlebotomiã, & alia. Et fortasse non sufficit phlebotomia ex cephalica: & est necessaria [r] phlebotomia arteriæ temporis, & auris, ad abscindendum viam per quã aduenit materia: & illud qñ materia aduenit oculo per arterias extrinsecas. Cumq; voluntas adest incidendi istas arterias capitis, oportet vt radatur caput, & [s] consideretur, quæ illarum paruarũ arteriarũ sit magis pulsans, & maior, & calidior, & incidatur, & eius eradicatio, seu extractio fiat perfecta si est ex eis, quæ inciduntur seu extrahuntur: & sunt paruæ, non magnæ. Et qñ inciditur illa, quę est super tempus, oportet vt ligetur in primis, deinde abscindatur postquam eligit illud cuius præterijt rememoratio.s.vt sit post euacuationem, & abscindatur maior minorum, & calidior earum: & oportet ante incisionem, vt ligetur, quod est in ea inferius cum filo [t] sericino ligatura longa: & dimittatur ligatura in ipsa: deinde incidatur, quod est post ipsam. Et cum putrefit conueniẽs est vt auferatur ligatura: & ipsa quidem est necessaria in ea, quæ est maior. In [v] parua vero sufficit vt profunde scarificetur, quatenus currat, quod in eis est de sanguine. Et [x] qñq; est illi proxima in iuuamento ventosatio nocræ & positio sanguisugarum super frontem. Et quãdo non iuuat illud, quod fit, fiat phlebotomia [y] ex lachrymali angulo: & ex vena frontis, cum tamen ventosæ nocræ sunt vltimi iuuamenti. Cumq; prolongatur ægritudo administrentur sief, in quibus ponuntur æs [z] vstum, & atramentum vstum: & qñq; sufficit facere [x] alcohol ex aloe solo: & [a] cum prolongatur ophthalmia, & non iuuatur ab aliquo: tunc scias, q in tunicis oculi est materia mala corrumpens nutrimentum superueniens ei: quare recurre ad aliquid, quod sit sicut [b] abluta tutia, permista leniuis, sicut cerussa, & clymia aurea abluta, & amylo, & pauco gummi. Et [x] quandoq; cauterium super verticem est necessarium, vt retineatur catarrhus. Quandoq;.n. eius perseuerantia est propter perseuerantiam catarrhi. Cum autem initium est ex velaminibus intrinsecis, tũc cura est difficilis, nisi sit radix seu fundamentum curationis eius super euacuantia fortia, cũ administratione emplastrorũ confortantiũ caput cognitorum ad hanc rẽ: sicut est emplastrũ factũ de spica, & rosa, & acacia cũ aqua coriandri humidi. & ipso coriãdro humido, & sicco, cum pauco croco, dimissum super locum

F Cap.4.
G G.2.de art. cur. ad glau.fo.102.g
H G.10.de v. par. c.3.h,&.1. de symp. cau.c.6.b
I Ras.2. conti.t.2. c.2.35.2.&.33.2.
K Ga.1. de symp. cau.c.6.b
L Ras.33.2.
M Ras.33.4.& Ga. 11.de v.p.c.13.f
N† plani
O Gal.6.apl.o.31.f
G
P Ras.t.9.c.15. & 2.cõti.t.2.c.2.35.2.
Q Gal.13. meth. c.22,d
R Lib.1.F.4.c.20. & G.de anat. viuo. 55.b,&. 4. de compõne phar. sm loc. c.1.fo.150.b
S Gal.13. metho. c.22.e. f
T Gal.ibi.f
H
V Gal. 13. meth. c.22. e
X Paul.lib.3.c.22. fo.109.
Y Gal.de anat. viuo.55.a
Z Gal.4. de cõpõne phar.sm lo.c.1.g
A Cap.6.
B Ras.2.conti.t.2. c.2.35.2.

A locum vna hora, aut duabus: deinde remoueatur, & quandoq; adminiſtratur in ea glutinatiua, & contemperantia materias acutas. Et genera lactis ſunt ex ſumma eorum. Et non eſt conueniens vt dimittatur diſtillatio eius in oculo tempore longo: immo oportet vt remoueatur, & renouetur omni hora. Et de eis eſt albugo oui: & non eſt neceſſarium in ipſa vt renouetur, immo ſi dimittatur horis aliquibus, non nocet: & eſt laudabilior in hoc lacte: & ſi ſit lac magis abſterſiuum: & albumen quidem oui aggregat cum lenificatione, & applanatione ſua, ſi non adhæſerit, & nõ ſtrinxerit poros. Et decoctio fœnugræci aggregat cum lenificatione ſua, & maturatione ſua, vt faciat planum, & ſedet dolorem, & oleum roſa. eſt huius generis. Et [a] penitus oportet, vt non ſit in medicina adminiſtrata in oculo, & proprie in ophthalmia, aſperitas neque qualitas ſaporis ſicut amari, aut acetoſi, aut acuti. & [b] oportet quidem vt cõteratur valde, quatenus ipſius remoueatur aſperitas. & quanto plus tibi eſt poſſibile vt intendas cum calefacientibus ſapore priuatis. Nam illud eſt bonum. Interdum vero adminiſtrantur caputpurgia lenientia, & quæ eorum curſu procedũt exiſtentia ex eis, quæ per nares materiei partem extrahunt: & de quibus tunc non timetur, quòd ad oculum aliam trahant materiam. Gargariſmata quoque quandoq; adminiſtrantur in ea. Et de medicamentis quidem iuuatiuis, eſt vaporatio ex aquis tepidis [c] cum ſpongia, & lana. Et quandoque adminiſtratio ſemel facta aut bis, ſatis ſufficit: & quandoque eſt neceſſarium vt plurimum

B iteretur ſecundum fortitudinem ophthalmiæ, & eius debilitatem. [c] Cumq; in aqua qua fit vaporatio meliloti, & fœnugræci fuerit decoctio, erit vltima in conferendo. Interdum præterea ſuper frontem liniuntur apocruſtica: & proprie cum via effuſionis materiei, eſt velamen extrinſecum. Et hæc quidem apocruſtica ſunt ſicut cortices bathekæ proprie, & ſicut ſief memithe, & ſicut [d] †{feluzaharagi,}† & aloes, & ſemen roſ. & crocus, & ſarcocolla: & quæ ſunt ſicut aqua ſolatri, & aqua virgæ paſtoris: [e] & ſimiliter [f] †{alhauſegi, vel hauſegi,}† & ſauic hordei, & ſolatrum, & cydonium. Quod ſi ſuperfluitas fuerit vehementis caliditatis, & tenuitatis, adminiſtrentur epithemata vehementis ſtypticitatis, ſicut de gallis, & balauſtijs, & tribul. et emplaſtrũ ex eis ſuper vias fluxuum vel catarrhorum adhibitum habet maximam efficaciam: et hoc quidem cum materia fuerit calida. Sed ſi fuerit frigida, tunc fiant ex eis, quæ exiccant, & conſtringũt, & confortant mẽbrum cum calefactione, ſicut epithemata ex ſambaco, & [e] ſulfure, & baurac. Et oportet quidem vt oculus aſſidue mundificetur à lippitudine ex lacte diſtillato in ipſum: & laua ipſum aut cum albumine oui. Quod ſi tactus fuerit neceſſarius, oportebit vt ſit cũ facilitate. Et oportet ſi fuerit ophthalmia vehemens, vt [g] fiat phlebotomia vſquequo timeatur lipothymia. ſanguinis nanq; emiſſio plurimi ſanat in hora. Et [h] oportet inquantum poſſibile eſt, vt retardetur in ophthalmia collyriorum adminiſtratio vſq; ad tres dies: & ſufficiat regimen prædictum ex euacuationibus, & attractione

C materierum ad extrema: & aſſiduet, quod diximus ex locis & diſpoſitionibus. Deinde ſi poſt illud adminiſtretur collyrium, non erit malum: plerunq; enim ſanatur ophthalmia his rebus abſq; cura alia. Naturę vero lenitas eſt res, quæ eſt neceſſaria: immo etiam neceſſarium vt ſolutione educatur humor dominans ſanguini poſt phlebotomiam. Et [i] in vaporatione quidem non exiſtit bonitas ante mundificationem, neq; in balneo. Et quandoq; fit illud cauſa attrahendi materiam plurimam diſrumpentem tunicas oculi. Et [k] oportet vt in principio non adminiſtrentur inſpiſſatiua fortia, & quæ ſunt vehementer ſtyptica: quoniam inſpiſſant tunicas, & prohibent reſolutionem, & magnificant dolorem: & proprie cum dolor fuerit fortis. Et ea etiã quæ debiliter conſtringunt in principio non ſufficiunt ad prohibendam materiam: & nocent propter inſpiſſationem tunicarum, & conſtringunt materiam in eis, ꝙ ſi aliquid horum contingeret, ſuccurre cum vaporatione ex aqua calida ſemper: & ſolum collyrium albũ diſſolutum in aqua meliloti eſt cõueniens: fortius nanq; illo cum repletione capitis q̃nq; eſt ei nociuum. [l] Reſolutiua vero in principio ophthalmiæ vehementer deuita. Et quandoq; eſt neceſſaria poſt iſta ſtyptica, & proprie quando eis narcotica ſunt admiſta, diſtillatio aquæ zuccari, & aquæ mellis in oculo. Quod ſi prouenit ex iſtis commotio ægritudinis, infrigidabis eam cum eo in quo non ſit inſpiſſatio ad ſuccurrendum ei, & oportet vt intendas ſicut diximus ante hoc ad mundificationem lippitudinis cum facilitate: & nõ noceas

D oculo: in lippitudinis nanq; mundificatione eſt doloris alleuiatio, & abſterſio oculi: & medicinis adeſt poſſibilitas operandi. Et quandoq; doloris vehementia facit neceſſariam ſtupefacientium adhibitionem, [m] ſicut ſucci pomorum mandragoræ, et lactucę, et papaueris, et aliquid ex ſumach, et prętermittantur illa quantũ eſt tibi poſſibile, ꝙ ſi aliquid eorum adminiſtras propter neceſſitatem, adminiſtra ipſum ſm cautelam. et ſi poſſibile eſt tibi vt ſis contentus cum albumine oui conquaſſati cum aqua in qua papauer ſit decoctum fac: et fortaſſe oportebit vt ponas cũ eo fœnugrecum: vt iuuet ad ſedandũ dolorem ex parte reſolutionis, et reſoluat etiam, et remoueat nocumentum ſtupefactionis: quod ſi materia eſt ſubtilis et corroſiua, non eſt [n] malum apud me vti [o] opio, et ſtupefactiuis: ipſum nanq; eſt ſanans eam, et non ſuccedit dolor: quamuis oporteat credere, ꝙ inquantum viſui nocet, eſt malum. verum vti opio, et ſtupefactiuis in doloribus à materia corroſiua prouenientibus propter cauſam permanentem ſanat celeriter. Et cura quidem mordicationis eſt ex conglutinatiuis, & infrigidatiuis, & ſubtiliatiuis. Et cura extenſionis eſt cum mollificatione oculi, & reſolutione per ea, quorum vnumquodque diximus in loco ſuo, & permutatione materiei. Cum autẽ ęgritudo fit chronica tunc [m] eſt phlebotomia facienda ex lachrymalibus: & [p] phlebotomandæ ſunt ambæ arteriæ, quæ ſunt poſt aures. Et oportet vt patiens ophthalmiam, & patientes

A Gal. 4. de ꝯpõne pharm. ſm loc. c. 1. 150. b. c. &. c. 4. b
B Gal. 13. meth. c. 22. b
C Gal. 4. de ꝯpõne phar. ſm lo. c. 2. b
D† Gal. lycium,
E Raſ. 2. cont. t. 2. c. 2. 33. 1.
F† ſpina ſancta,
G Aet. lib. 2. ſer. 3. c. 8. & Raſ. 33. 4.
H Raſ. 34. 2.
I Gal. 13. meth. c. 22. c
K Gal. 4. de ꝯpõne phar. ſm loc. c. 1. g, &. 6. apho. 31. e
L Gal. 13. meth. c. 22. c. d
M Gal. 4. de ꝯpõne phar. ſm loc. c. 3. h
N Vi oppoſitum h. 1. F. 4. c. 30.
O Paul. lib. 3. c. 22.
P Gal. 4. de ꝯpõne phar. ſm. loc. 150. b

tientes rheumatiſmos ad oculos, deuitent quemadmodum multoties diximus inunctionem capitis, & diſtillationem alicuius olei in aurē. Et [a] penitus curæ ophthalmiæ, eſt ſicut cura reliquorum apoſtematum ex repercuſſione primo, & reſolutione ſecundo: verūtamen exigitur propter membrum ipſum ſuperflua facilitas: & eſt vt illud, quod repellit, & repercutit, & ſubtiliat, & quod reſoluit, & abſtergit, non ſit laborioſi tactus, lædens ſenſum, faciens euenire aſperitatem. Et illud quidem non completur, niſi ſit ſtypticitas eius, quod repercutit, temperata: & mordicatio eius, quod reſoluit, læuis parua: immo eſt melius vt ſit in illo exiccatio ſine mordicatione: & vt violentia laboris eius frangatur per illud, quod eis admiſcetur de eis, quæ ſunt ſicut albumen oui, & [b] lac mulieris mulctum ſuper cōfricationem collyrij quo fit alcofol. Cum autem materia iam eſt euacuata, & dolor non eſt in ſummo laboris, adminiſtra [b] collyrium nominatum vnius diei, commiſtum cum eo, quod ſit ſicut vitellus oui: & neq; eſt longinquum quin ſanetur infirmus in die ſuo: & [b] ingrediatur balneum in ſero. Sitq; illud, quod ſufficit ad reſoluendum reſiduum materiei ſicut eſt collyrium de ſpica. [c] †{Et quandoq; hora facit neceſſariū vt in ipſo adminiſtres ſief ex ſief aliſpſtitath in die primo rem modicam: & addas in die ſecundo de eo,} & erit cum eo ſalus: cumq; materia [d] inobediens fuerit in ophthalmia antiqua ad diſſoluendum tunc forſitan eſt neceſſarium aliquid quod ſit ſimile ſucco cucumeris aſinini.

De cura ophthalmiæ calidæ cholericæ ſanguineæ & eryſipilæ. Cap. 10. F

REgimen cōmune ophthalmiæ cuius cauſa eſt materia cholerica, aut ſanguinea, eſt phlebotomia & euacuatio. Nam ſi cauſa fuerit ſanguis calidus cholericus, aut cholera ſola: confert cū phlebotomia euacuatio ex decoctione [e] myrabol. & qnq; ponitur ī ipſa [f] turbit. Quod ſi cū ea fuerit aliquantulū groſſitiei, & ſciueris, q materia ſit imbibita in velaminibus cerebri, cōfortabis eam cū [f] hierapig. & fortaſſe ſufficit in huiuſmodi īfuſio [f] aloes: & ſi illic fuerit caliditas, erit aqua in qua ipſe infundetur aqua endiuiæ aut aqua pluuialis, & in omnibus illis oportet quidem, vt in initio fiat emplaſtrum oculo ex infrigidatiuis, quæ ſunt expreſſiones, ſicut expreſſio linguæ arietis, & expreſſio foliorum alkalef, & mucilagines, & diſtillatio earum in ipſo: deinde albumen oui cum lacte aſinæ, aut ſolum. Deinde collyrium album, & reliqua collyria, quæ rememorabimur in apocruſticis. Et [g] neq; in eis finem conſequaris, propter quem tunicæ inſpiſſantur, & materiæ cōſtringantur, & dolor fortior fiat. Cumq; repuleris materiam p euacuationem, & attractionē, & apocruſtica, tunc gradatim tendas ad maturatiua: et ſint in primis miſta cum apocruſticis. Eſt ergo in primis conueniens eorum cōmiſtio cum aliquo, quod ſit ſicut aqua roſ. Et in gnibus qdem [h] lactis eſt virtus maturationis. Et in mucilagine pſyllij eſt cum repercuſſione maturatio quædam. Et mucilago ſeminis cydonij eſt vehementioris maturationis, q ipſa. Et aqua fœnugręci bona maturationi, eſt ſedatiua doloris: & eſt maturatiuorum dignior vt ab ea incipiatur: & nō eſt in ipſa attractio. G Et ſi eſt neceſſarium ingroſſare aliquid ex illo fiat cum mucilaginibus: aut īfrigidare, fiat cum ſuccis: & iam expertus eſt ſuccus arboris, quæ græce noīatur athatha, et perſice aſech, vel [i] †{zerſech} in principio ophthalmiæ calidæ, & in ſtatu eius: & fuit conueniens cum proprietate forti. Et ſucci quidem iſti quandoq; coagulantur, & reſeruantur. Poſtea tranſi ab huiuſmodi ad decoctionē meliloti, in qua ſit diſſoluta [f] ſarcocolla alba proprie nutrita cum lacte mulieris, & aſinæ. Cumq; declinare incipit, adde in adminiſtratione reſoluentium, quod ſit fortius ſicut ſarcocolla in aqua fœnugræci, & fœniculi: & vaporatio ex aqua in qua decocta ſint [k] crocus, & myrrha. Et adminiſtra balneum ſi ſciueris, q cerebrum ſit mundum. Et da in potu poſt cibum per aliquas horas aliquid vini antiqui puri in parua quantitate: nam balneum poſt ipſum in aqua calida, & vaporatio ſi fiat, erit illud iuuamen. Et adminiſtratio etiam collyriorum narratorum in [l] antidotario ad declinationem ophthalmiæ, & finem eius. Quod ſi materia fuerit ſanguinea, adhibebis ventoſas poſt phlebotomiam: & aſſiduabis fricationem extremitatum, & cōſtrictionem earum plusq in alijs: & adminiſtrabis in principio rei ſuccos prædictos, deinde admiſcebis ei medullam panis: poſtea infunde panem illum in rob, & permiſcebis in ipſo: & fortaſſe oportebit vt permiſceas cum illo parum per opij, ſi fortis fiat dolor. Quod ſi materia fuerit cholerica, euacuabis poſt phlebotomiam cum eo, quod educit choleram. Et adminiſtrabis balneum ex aqua dulci. Et quandoq; conueniēs erit H effundere aquam frigidam ei ſuper caput & oculum. Et [f] quandoq; lauatur facies ex aqua frigida cui admiſcetur parum aceti, & confert. Et oportet vt in cholerica ſit maior audacia in adminiſtratione ſtypticorum in principio cum ſuperfluitate: & in adminiſtratione collyriorum ſtypticorum diſſolutorum in ſuccis. In eryſipila autem, quę eſt ex ſumma illius, oportet vt adminiſtrentur poſt euacuationem cum ſolutiuis, & clyſteri emplaſtra facta ex corticibus granatorum decoctis ſuper prunas, & tritis cum rob, aut melle: & aſſidue fiat ei euaporatio cum ſpongia calida: & facere emplaſtrum ex farina orobi, & frumenti decocta cum ſyrupo mellis, aut cum radice liquiritiæ trita confert ei. Et oportet vt aſſidue abluatur oculus cum lacte, & aſſidue infrigidetur, & humectet. Sed ſufficientia in infrigidantibus, eſt ex eis, quæ tardant, & hebetant: & quando reſoluitur ægritudo, & remanet rubedo fac emplaſtrum ex vitello oui aſſati, et contriti cum croco, et melle, et reliquis, quæ ſcripta ſunt ad eryſipilam in [l] antidotario.

De cura ophthalmiæ frigidæ. Cap. 11.

IN ophthamia frigida facta à materijs frigidis oportet vt euacuetur humor frigidus. Et quandoq; eſt neceſſariū iterare, ſiue ſit poſitio, ſiue clyſterizatio, ſiue gargarizatio. Et vt ſit initium

curæ

A Ga. 4. de cōpōne phar. ſm lo. c. 2. g

B Gal. ibidem. g

C† Gal. ibi. & Ra. 2. cōti. t. 2. c. 2. 34. 3. Admiſcere autē ei circa primam inunctionē, minimum quiddam acriū, & ſiſtentium medicamētorum oportet: & circa ſecūdā paulo amplius quiddā priore: ſufficiūt. n. hæ duæ pharmaci exhibitiōes, & deambulatiuncula aliqua non multa ante balneum,

D Raſ. 2. cōti. t. 2. c. 2. 33. 3.

E Raſ. lib. diuiſ. c. 19.

F Ser. t. 2. c. 1.

G Gal. 4. de cōpōne ſm loc. c. 1. g

H Li. 2. t. 2. c. 44.

I† acuta ſpina

K Gal. c. 4. c. d

L Li. 5. ſū. 2. t. 2.

A curæ à repercusfiuis, quæ non sunt infrigidãtia valde. Sed sint illa in quibus est subtiliatio aliqua, A Aet.lib.2. ser.3. c.11. sicut myrrha, & sarcocolla. Et si administraueris [a] collyrium de spica cum aquis cõmensuratis, erit conueniens. Et si in tunicis pupillę non fuerit nocumentum, facies alcohol ex aqua in qua bullita sint crocus, & calcadis, & mel. Et oportet vt liniatur in prĩcipio frons ex calcadis: & proprie cum via materiei est per velamen extrinsecum: & similiter non est malum si abluat faciem ex aqua in qua dissoluitur calcadis, & proprie quando via materiæ est ex velamine extrinseco. Et si liniantur palpebræ in principio ex theriaca, & sulfure, & arsenico, est bonum. Et potus theriacæ etiam confert. Etiam quidem experta sunt in hoc folia alkerua contrita, & commista cum anetho, & folia B Lib.5.sũ.1.t.1. maluæ decocta in vino. Nos vero dicemus in [b] antidotario troc. conuenientes ad liniendas palpebras. Et aqua quidem fœnugræci, & mucilago seminis lini est ex eis, quorum distillatio in oculum patientis ophthalmiam frigidam, confert. Et post illud collyrium rubeum lenitiuum, & collyC† stellæ, rium rubeum maius, & [c] †{sief alame zidachiana,} & sarcocolla dissoluta in succo foliorum capparis. Et emplastrum ex folijs capparis solum. Et confert omnibus istis regimen subtile, & administratio balnei, & vini puri albi.

De cura aluardengi, i. Chymosis. *Cap.* 12

B OPhthalmiæ vero, quæ facta est vardenegi: cura est euacuatio, & phlebotomia, & ventosatio, & quandoq; est tibi necessarium incidere arteriam. Quod si fuerit ex ophthalmia calida, & euacuaueris ex toto corpore, & ex venis capitis, & vẽtosaueris, oportebit vt administres sicut colD Rasi.2.cont.t.2. c.1.33.1. lyrium album de repercusfiuis, & sicut succi lenitiui frigidi. [d] Emplastra vero exteriora sunt, sicut crocus, & folia coriandri, & melilotum cum vitello oui, & pane infuso in rob vuæ. Et quãdoq; est necessarium vt eis admisceatur de narcoticis aliquid. Et [d] linimenta etiam sint ex huiusmodi, & ex E Rasi.ibi.33.4. memithe, & litio, & aloe. Et [e] ex eis quidem, quæ experta sunt ad eam est vitellus oui cum adipe vrsi, de quibus fiat sicut emplastrum, & superponãtur super oculum: & cum dolor fit fortis infundatur in coagulato vuæ. Deinde conteratur cum vitello oui, & superponatur oculo. [e] Cum autem F Rasi.34.2. dolor fit fortior, infundatur crocus cõtritus cum lacte, & succo coriandri, & distilletur in oculum. [f] Quidam vero diligunt in vardenegi vt administrentur curæ extrinsecæ, & sufficiat distillatio lactis tribus diebus in oculum, si dispositio illud tolerauerit. Et illi quidem, qui alcohol administrãt, iam experti sunt vardenegi, & ad omnem dolorem vlceratũ, & fiat alcohol ex sarcocolla, & croco, & sief memithe, & opio. Quod si fuerit vardenegi post ophthalmiam frigidam grossam, purgabis cum hieris necessario, & administrabis mucilagines lenificantes factas cum succo caulis, aut aqua decoctionis eius. Et quandoq; erit tibi necessarium permiscere eas cum aqua solatri. & quandoq; erit tibi necessarium vt permisceas eas cum myrrha, & croco.

C *De cura ophthalmiæ ventosæ.* *Cap.* 13.

G Gal.3.meth. c.2.d OPhthalmia autem ventosa curatur cum embrocis, & vaporationibus, et balneis. Et vaporatio quidem ex milijs est iuuantior vaporationũ, quæ fiunt ei. [g] Quidam vero præsumptuosi qnq; audent administrare narcotica apud doloris vehementiam, & id vt sedetur in hora. Sed ipse excitatur post horam vehementius, q̃ prius fuit: propterea, q; prohibet resolui ventositatem.

Sermo vniuersalis de medicinis ophthalmiæ vsitatis. *Cap.* 14.

H Lib.5.sũ.1.t.2. COllyrium quidem album. Nam ipsum est conglutinatiuum, infrigidatiuum, sedatiuum doI† Diosc.lib.5.c.4. plumbũ crematũ, loris, rectificatiuum humoris mordicatiui. Quandoq; admiscetur ei opium, & fit vehemenK Dio.li.3.c.20. tius sedatiuũ doloris: sed fortasse nocet visui, & prolongat ægritudinem propter stupefactionem, L Dio.lib.1.c.114. & cruditatem quam facit. Et ex eis, quæ procedunt suo cursu sunt troc. rosarum: sunt. n. maximi M Diosc.li.1.c.111. iuuamenti, & sunt maiores & minores. Et tu quidem [h] inuenies in antidotario trochiscos, & colN Dio.lib.5.c.49. lyria huius generis. Et inuenies in tabulis oculi medicinarũ singulariũ repercusfiua, sicut [i] †{merO Dio.lib.1.c.115. dasengi,} & [k] dragaganthum, & [l] litium, & [m] rosa, & [n] antimoniũ alasfheani, & [o] acacia, & [p] †{meP† Diosc.li.3.c.82. glaucium, mithe,} & sandalum, & gallæ, & lutum sigillatum, & reliqui succi, & gummi, & reliqua. Et de sinQ Dio.lib.1.c.67. gularibus quidem quæ sunt p ropria materijs grossis sunt, sicut [q] myrrha, & [r] crocus, & [s] olibanũ, R Diosc.lib.1.c.15. & spica, & castoreum, & parũ [t] æris rubei adusti, & [v] aloe proprie, & [x] amomum, & [y] cornu cerui S Diosc.lib.1.c.71. T Dio.lib.5.c.42. D adustum. Mensurare autem humorem cũ eo, quod est frigidius, & cũ eo quod est calidius, est illud V Diosc.lib.3.c.22. quod pertinet ad industriam artificialem in particularibus. Reliqua vero permista experta dicam X Diosc.lib.1.c.14. in antidotario. Et ex repercusfiuis expertis ad vehementiam doloris, & materiã grossam, est enY Diosc.lib.2.c.50. caustrum seu tinctura nigra [z] †{alsachafe} cũ melle puro: & aqua fœnugræci ponat in angulis laZ† Dio.li.5.c.65. chalcitis chrymalibus cũ stilo. Sed de compositis sunt sicut collyrium [a] †{astafithican,} & rubeũ lenitiuũ, A† G.4.de medi. cpõ.sm.loc.c.2.g viuus diei, & collyrium de scedenegi maius, & troch. de seminibus ex summa eorum sunt boni vltime.

B Aet.lib.2. ser.3. c.19. TRACTATVS II. *de residuis ægritudinibus eius, quod de oculo apparet, & plurimum eius est de ægritudinibus compositionis, & continuitatis.*

C T.1.c.1. & Haly.2.9.theo.c.13. & Ga.de ocul.c.10.b, & Aeti. *De vesicis*, i. [b] Phlyctænis, & Pustulis. *Cap.* 1.



D Haly.9.theo. c.13. Ontingunt in oculo vesicæ aquosæ in quibusdam corticibus [c] corneę, quę sunt quatuor tunicæ. Et hæc quidem aquositas coarctatur inter duos cortices horum. iiij. Et eius quidem [d] locus proculdubio diuersificatur: & qui est profundior eorum, est [e] deE G.de ocu.c.10.b terior, & diuersificatur fm augmentum & diminutionem in quantitate: & diuersifiF Haly.& Gal.de oculis.c.10.b catꝰ propter suũ colorẽ, et essentiã suã. Et qnq; diuersificatꝰ pp [f] dulcedinem suã, seu pp saporẽ eius insipidũ, et acuitatem suã, et corrosionẽ suã: et quęcũq; earũ est ad corticẽ primum, est

[a] nigra, qm̃ illa non [b] prohibet visum à comprehensione vueæ: & profunda prohibet à cõprehensione ipsius, qm̃ radius est remotior ad hoc vt ipsam faciat peruiam, quare videtur alba. Et plurima aquositas acuta est mala: quoniam lædit cum extensione, & corrosione simul: & quanto plus est profundior, est plus extensiua, & plus dilatans, & corrodens. Quæ autem ex ea opponitur foramini, nocet visui & proprie cum est corrosiua, & vlceratiua. E

A Aet. lib. 2. ser. 3. c. 29.
B Halya. 9. theo. c. 13.

De cura. Cap. 2.

CVra ipsius dum perseuerat paruitas eius, est cum medicinis exiccatiuis: & cum eis, quæ sunt sicut medicamen de luto samus: & est vt sumantur luti samij torrefacti. ℥. iij. & tuciæ. ℥. i. & clymiæ lauatæ & antimonij abluti amborum ana. ℥. ij. & scoriç æris ablutæ. ℥. iiij. opij. ℥. iij. gummi ℥. iiij. terantur cum aqua pluuiali, & fiant ex eis collyria: & administrẽtur cum aqua fœnugræci: & quando magnificata fuerit curetur cum ferro.

De vlceribus oculi & corneæ. Cap. 3.

VLcera oculi generantur s̃m plurimum ab humoribus acutis, adustis: & sunt septem species: quatuor à superficie corneæ, quas [c] Gal. nominauit vlcera: & accidit propter eas asperitas. prima earum est vlcus similis fumo existens super nigrũ oculi expansa, occupans locum magnũ: & nominatur [d] †{alchasi,}& fortasse nominat̃ chateman. Deinde est species altera, & est profundior, & est vehementius alba, & minoris quantitatis, & nominatur [e] †{nubes:} & fortasse nominatur etiam chateman. Et deinde est species [f] tertia [g] †{coronalis,}& est super coronam nigredinis, quæ qñq; [h] occupat de albo coniunctiuæ aliquid: & videtur, q; est super pupillam album, & quod est super coniunctiuam, rubeum. Et quarta noı̃atur adustiua, & nominatur etiam lanosa, & existit in eo, quod apparet de pupilla, ac si lana pauca etiam super ipsum. Et tres sunt profundæ, quarum vna nominatur [i] †{aulunun,}submersam habẽs profunditatem: & est vlcus strictũ, profundum, mundum. Et secũda nominatur [k] †{luluma,}& est minoris profunditatis, & latioris occupationis. Et tertia est vlcus, quod nominatur [l] †{alficume}. s. & adustiuũ, & est etiam vlcus sordidum, habens crustas, in cuius mundificatione est timor: humiditas enim currit propter corrosionem panniculorum, & corrumpitur cum ea oculus. Vlcera vero in oculo fiunt aut successione ophthalmiæ, aut successione bothor, aut propter percussionem: & multoties quidem est principium vlceris interius, & disrumpitur ad exteriora, & econuerso. F

C Li. finitionũ medi. 48. d, & Aet. li. 2. ser. 3. c. 25. & Ras. 2. cõti. t. 8. c. 2. 53. 2. & Ser. t. 2. c. 11.
D† Aeti. caligo,
E† Aet. nubecula:
F Ae. c. 26. & Paul. li. 3. 113. 30.
G† aigemon.
H Cap. 8.
I† Pau. li. 3. 113. 30. bothryon. i. fossula
K† Paul. cœloma
L† Paul. epicauma

De signis. Cap. 4.

SIgna vlceris in eo, quod de oculo apparet sunt, q; est punctum album, si est super pupillã, & rubeũ, si est in coniunctiua, & est cũ eo dolor vehemens, & pulsatio: & qñ est sanies, quę inuenit̃ in panno, qui superponitur alba, significat dolorem debilem, & pulsationem fortem. Si vero fuerit citrina, & fusca, aut subtilis erit in illo leuior: & si fuerit rubea, tunc dolor erit leuior valde. G

De cura vlceris. Cap. 5.

CVm fuerit vlcus in oculo dextro, dormiat super sinistrum. & qñ fuerit ĩ sinistro, dormiat sup̃ dextrum, & oportet vt subtiliet regimen in primis. Cum ergo disrumpitur vlcus, declinet regimen ad extremitates, & ad pullos vt non debilitetur virtus, & non consolidetur vlcus: & multiplicentur superfluitates corporis eius: & oportet vt non repleatur: & non clamet nec sternutet, quantum possibile est, neq; ingrediatur balneũ, nisi post maturationem ægritudinis: si autẽ ingrediatur necessarium est ei vt non prolonget moram: & sit fundamentum seu radix curæ in mundificando caput, cum euacuatiuis trahentibus ad inferiora: & similiter confert in eis ventosatio super crus plurimum, & phlebotomia saphenę, et assiduatio solutionis ventris, omnibus. iiij. diebus cum eo, quod educit superfluitatem acutam, subtilem ex decoctionibus, & infusionibus: & si fuerit hæc ophthalmia, curet̃ prius cũ euacuatione prædicta in caplõ suo, & cũ medicinis aggregantibus sedationẽ doloris, & consolidationem vlcerũ cum eis, quæ sunt sicut sief [m] †{alnesaftegi,}& [n] †{alchenduri,}& sief de cerussa, & distillatio lactis mulieris in oculo. Et si fuerit hic cursus, p̃miscea t̃ ei illud, quod habet virtutẽ prohibitiuã. Et ad summũ canon electionis medicinarũ in ipso est, [o] qm̃ oportet vt eligatur oẽ, quod exiccat absq; mordicatione. Et si calor fortis fiat, tunc administra collyriũ alsedenegi lenitiuum. Et collyrium olibaninũ est valde iuuatiuum. Et de collyrijs quidem iuuatiuis, est collyrium setalicũ, & conis. Et si fuerit cursus, collyriũ [p] †{darmius & emelluydion:}& si fuerit cursus cũ acuitate, tunc damus collyriũ farianum, & si fuerit sine acuitate, tũc administramus collyrium in quo ponitur myrrha, & spica nardi. [q] Quod si in vlceribus fuerit sordes, tunc cũ syrupo de melle: aut cum aqua fœnugræci cum aliquorum collyriorũ prædictorum aut cum mucilagine seminis lini: aut cum lacte mulieris. Et si fuerit corrosio vehemens necessariũ erit administrare darcametilon. Et qñ mundificatur vlcus, tende ad desiccatiua absq; mordicatione, sicut collyrium de olybano, & sicut olibanum ipsum [r] †{alnesastegi,} & cerussa, & plumbum adustum ablutũ, & collyrium album, & collyrium alabar proprie, & similiter cinis ostraci ablutus cum albumine oui: aut cinis ostraci magni ablutus cum æquali mẽsura sui de sedenigi. Descriptio collyrij luberis, & est forte. [s] Recipe climiæ. x. &. vij. aur̃. cerussæ ablute. ℥. i. amyli, & opij, & draganthi omnium ana aur̃. ij. terantur & fricentur cum aqua pluuiali, & conficiantur cum albumine oui. Aliud eiusdem nominis, & est forte. [t] Recipe clymiæ adustæ, & cerussæ ablutæ. ℥. viij. myrrhæ aur̃. vij. antimonij adusti abluti aur̃. i. amyli aur̃. vi. plumbi adusti abluti, & talk amborum ana ʒ. iiij. dragaganthi. ʒ. viij. terantur cum aqua, & conficiantur cum albumine oui. H

M † de amylo,
N † de thure,
O Gal. 4. de cõpo. phar. s̃m loc. c. 3.
Vide Paul. quia cõ oia ab ipso accepit lib. 3. 113. & 114
P† Pau. 113. & 114. dyahydras, & chiacun:
Q Paul. 114. 5.
R† amylum,
S Gal. 4. de cõpo. phar. s̃m loc. c. 4.
T Gal. & i paucis differt, & 35. a

De rupturis

A *De rupturis corneæ.i.Proptosis,de oculi procidentia.* *Cap. 6.*

QVandoq; fit ab vlcere præcedente:& quandoq; fit à causa extrinseca,sicut percussione, aut casu disrumpente: & tunc apparet vuea. Quod si illud quod de ea apparet est res modica, nominatur [a] formicalis,& almusaragi, & aldebabi,seu aldebani.i.muscalis, & illud est s̃m magnitudinem,& paruitatem. Si autẽ est augmentatio[b] illa ita vt appareat in ea granũ vuæ,nominatur vuea:& quæ est maior,nominatur vesicalis.Si autem egregdiatur vuea valde,ita vt separetur inter palpebras & coperturam,[b] nominatur clavalis:& quando albificatur vuea,non est ei sanitas.Et scias q̃ cum cornea rumpitur in longitudine,non videtur albedo: sed videtur scissura, & est quasi speculator seu oculus sit elongatus seu eminens ad extra.Et possibile quidẽ est vt hoc declaretur modo manifestiore:& dicatur,q̃ ruptura q̃nq; fit in omnibus partibus corneæ, & corticum eius: &[c] est eminentia de substantia corneæ, & q̃nq; fit in quibusdam partibus corneæ, & q̃nq; est eminentia ex ea ipsa,& est apud corrosionem quorundã corticum eius:& assimilatur vesicis: sed differt à vesicis mollibus,& duris: q̃m propter vesicas molles,& duras fiunt in albedine oculi rubedo,& lachrymæ,& pulsatio: & deprimitur sub radio vel sub stylo. Sed non est ita hic. Eminentia vero quæ fit propter fracturam corneæ in omnibus suis corticibus, aut est cum apparitione seu exitu totius vueę:aut cum quadam parte eius.Eius autem species sunt quatuor parua

B muscalis,& formicalis quæ quando minoratur similatur vesicæ molli,& vesicæ durę:& separatur ab ea: q̃m est s̃m colorem vuæ in nigredine, & alzarcha.i.colore cœlesti seu griseo vel glauco, & alshele.i.colore vario.i.colore medio inter colorem nigrũ,& cœlestem,seu griseum.Quod si differat color eius à colore tunicæ vuæ,etiam vesica est. Et q̃nq; verificatur per considerationem in re eius.Si videtur circũdans in radice eius res alba sicut filum: & illud quidem non est nisi extremitas rupturæ corneæ,& albificatur s̃m consolidationem. Et secunda est illa quã prædiximus,& nominauimus vueã. Et tertia est maior illa, & prohibet coperturã:& dicit̃ vesicalis, & clavalis. Et quarta est quasi ipsa sit ex genere vesicalis,veruntñ est chronica coniuncta cũ eo,quod egredit̃ ex cornea,procedens ab ipso:& dicitur orbicularis:& est similis armilæ fusi coniunctæ cum fuso.

De cura. *Cap. 7.*

CVm perseuerat in via generationis eius,cura est cura vlcerũ & [d] †{bothor,} s̃m q̃ diximus: q̃ indigent mundificatione corporis,qualiscũq; sit ægritudo, euacuando per phlebotomiã, & solutionem.Et post euacuationem,administretur balneũ ex aqua dulci: & proprie quando est in complexione acuitas præter quod moretur in aere balnei nisi parum. Et neq; etiam multiplicet submersionem capitis sui in aqua fontis: siue sit calida,siue sit frigida. Et neq; administrentur olea super caput. Quædam enim illorum mittunt materiam ad oculum,propter resolutionẽ ma-

C teriei inuentæ in cerebro:& attrahunt quod non est in ipso: & quædam eorum inspissant porositates resolutionis.Cum ergo non inuenit vacuum,currit ad extremitates cerebri.Et oportet quidem vt cibi sint boni chymi,temperati,frigidi,humidi:& reliquum regimen similiter. Et dum est bothor maturetur,et curetur cura vlcerum.Cum autem vlceratur,tunc administrentur in primis super ipsam emplastra styptica cum abstersiuis,sicut cydonia,& lẽtes decocta cum melle: & sicut flos granati,& oliuæ,& vitellus oui,& crocus, & granatum muzum decoctum cum pauco aceto, & aqua agrestæ,vehementer decoctum,deinde fiat emplastrum: aut si tolerat distilletur in oculũ cum amylo, & similibus. Cum autem sit rupta,curetur cum cura rupturæ. Formicalis vero curetut cum prohibitiuis stypticis,& cum vaporationibus cum aceto,& aqua, & vino pontico,aut cũ aqua in qua bulliuit rosa,& fiat alcohol,ex collyrijs stypticis.Et ex medicinis quidem iuuatiuis in ipsa sunt succus foliorũ oliuę & succus virgæ pastoris. Et ex medicinis singularibus stypticis sunt spica,& rosa, & plumbum adustum, & chimolea & terra sigillata & cerussa. Et ex alcohol, gallarum partes duæ: deinde antimonij partes.x. Et ex collyrijs collyrium hamir, & handimur,& beditum de isoles,& collyrium arabicum.Et ex eis quę sunt fortia,est collyrium berdene triseles.Et cum ex eo distillatur aliquid,ligetur frons,& dormiat resupinus.Collyrium forte ad illud,cinis fusorij in quo purgatur æs,& crocus, & amylum, & dragaganthum cõficiantur cum albumine oui

D gallinæ nati ea die:& quandoq; ponitur in ea lapis iameni,collyrium bonum,& est collyrium berdemen conferens speciebus bothor.Recipe antimonij adusti abluti.iiij.aur̃.cerussæ,plumbi adustæ ablutæ.vi.aur̃. licij indi.xvi.aur̃. spicæ.viij.aur̃.polij.ij.aur̃.climiæ adustæ ablutæ aur̃.viij. acaciæ citrinæ.xx.aur̃.castorei aur̃. vij. tantundem aloes, gummi arabici.xx.aur̃.terantur cum aqua pluuiali, & fiant collyria. & scias quod necessarium est tibi quando incipit vlcus in eminentia vt facias adhærere oculo ligaturam,quæ sustentetur, & resupinatioem. Illi vero quæ est clavalis nõ est cura.[e] Et quidam propter pulchritudinem delinquunt, & abscindunt eminentiam almuseregiat,id est eorum quæ egrediuntur:sed rectius est vt non moueatur: & fortasse ei effundetur materia:& permutabitur ad oculum alterum.

De bothor in oculo. *Cap. 8.*

QVod est autem super [f] corneam tendit ad albedinem, & quod est super coniunctiuam est tendens ad rubedinem.

De cura. *Cap. 9.*

PHlebotomia & distillatio sanguinis in oculum secundum q̃ dicemus[g] in capitulo altarfati:et vaporatio oculi cum lana infusa in albumine oui cõquassati cum vino, & oleo ros.& distillatio lactis

A Halya.9.theo. c.13.
B Paul.li.3.fo.114.
C Aeti.lib.2.ser.3. c.34.
D † pustularum
E Aeti.lib.2.ser.3. c.34.
F C.3.&Paul.lib. 3.113.30.
G c.3.

tio lactis in quo ponitur semen almaru:& sief alabar,& sief chananum. E

De saniæ sub siphac corneæ. Cap. 10.

HAec sanies cōtinetur sub cornea [a] aut in profundo: aut in propinquo: & similatur locus corneæ,vngulæ,& quando corroditur cum ea [a] pars nominatur [b]†{calcataren.}

A Paul.li.3.114.30. B † vnguis oculi

De cura. Cap. 11.

DIxit [c] Paulus curatur cum eis quæ sunt sicut syrupus de melle,& succus fœnugræci: & collyrium de olibano : aut aperiatur cum meliloto,& mucilagine seminis lini, & raphano humido decocto, si non prohibeat ophthalmia. Et mundificetur cum eis quæ sunt sicut collyrium de myrrha,& fumus terræ.Et si nō fuerit vlcus administra hoc collyrium. [c] Calcadis,croci amborum ana vnc.i.myrrhæ drach.i.&.5.& mellis lib.i.Et etiam medicamen magnetis [d] factum ad vngulā. Et etiam medicamen de luto samio,prædicto in [e] capitulo de vesicis.

C Lib.3.114.30. D C.23. E 2.

De cancro in oculo. Cap. 12.

PLurimum accidit in tunica cornea.Signa eius sunt [f] dolor vehemens, & extēsio in venis oculi,[f] & punctura fortis,qua læditur tempus, & prodire cum mouetur habens ipsum, & rubedo in tunicis oculi,& soda,& [f] casus appetitus cibi:& [f] læditur ab omni in quo est caliditas. [f] Et est ex eis in quorū salute non est spes,quāuis sit spes in sedatione eius: & non facit dolorem cancer in aliquo membrorū : qui sit sicut dolor eius, cum accidit in oculo. Et administratio quidem medicinarum calidarum est ex eis quæ lædunt patientem ipsum,& augent dolorem intolerabilem. F

F Paul.li.3.115.38.

De cura. Cap. 13.

SI non fuerit excusatio curæ eius,tunc sit intentio [g] sedatio doloris : & mundificetur corpus, & pars capitis ab humore fæculento,& nutriatur cibis boni chymi triticeis, in quibus nō est calefactio:[g] & potus lactis confert ei.Et oportet quidem vt administretur in ipso albumen oui cū meliloto,& aliquid de croco:& collyrium album:& omne collyrium factū ex eis,quę sunt sicut amylum,& cerussa,& gūmi & opium.Et omnia in quibus ponuntur reliqua lenientia,& stupefacientia:& collyrium samurdum, & collyrium meburium. Et cerotū factum ex vitello oui,& oleo ros.

G Aeti.lib.2.ser.3.c.31.

De [h]†{garab,}& apostematibus lachrymalium. Cap. 14.

QVandoq; [i] egreditur in lachrymalibus angulis oculi,exitura. Et quandoq; est dura,quæ tactu mouetur,& non rumpitur,& est de genere glandularum.Et plurimum signorum eius est,quod videtur eminētia in lachrymalibus:& [k] inuenitur cum expressione,& dolet eius expressio:& multiplicatur cum ea ophthalmia. Et qn̄q; est exitura bothoralis faciens collectionē, & disrumpitur,[l] & quando rumpitur,facit fistulam ſm plurimum.Et ambæ cōmunicant in hoc,ꝙ vnaquæq; earum mouetur [m] sub tactu: & submergitur cum compressione,& eminet vel subleuatur cum dimittitur:& qn̄q; est substantia eius bothor:& eminētia in profundo,quare eius eminentia exterius non apparet:verum ipsam significat pruritus : & qn̄q; manus inuenit eam apud compressionem vltimam. Et garab quidem est fistula adueniens in angulis oculi domesticis. Et plurimum quidem eius succedit exituræ, & bothor apparentibus in loco. Deinde rūpitur,& fit fistula: & exitura illa antequā rumpatur [l] nominatur [n] †{akilus.}Et qm̄ illud membrum est subtilis substantię,videtur ab interiori eius vsq; ad ipsius exterius,sicut concauitas quam inuenis à latere ossis nasi,& à latere eius quod apparet de oculo.Cum ergo rumpitur,descendit penetrando, & fit difficilis consolidationis:qm̄ membrum est humidum,& cum humiditate sua mouetur semper: & propter hoc fit fistula. Et eius quidem ruptura qn̄q; est ad exteriora, & qn̄q; ad interiora dextri aut sinistri,& qn̄q; est ruptura eius ad ambo latera simul.Et multoties fit eius ruptura ad nasum,& currit ad ipsum.Et qn̄q; consequitur malitia saniei eius ad os, & corrumpit ipsum deinde corrodit ipsum & corrumpit cartilagines palpebræ, & implet oculū sanię quę egreditur cum compressione. G

H † Aegilops I G.5.de de cōpo. phar. ſm loc.c.2.&. K Raf. 2. cōti.t.3. c.1.38.1. L Paul. lib.3.c.22. 111.33. M Raf.2.cōti.t.3. c.1.37.4. N † Anchilops

De cura. Cap. 15.

ALgarab est ægritudo chronica:& quæ est ex ea leuior,est illa quæ est recens. Nam quæ recēs est curatur cum medicinis facilibus, quas dicemus. Chronicæ vero cura est in ea cauterium quod narrabimus:aut quod stat loco eius sicut [o] diebardich. Incipiatur ergo,& fricetur fistula panno:deinde fiat licinium cum diebardich,& impleatur. Quidam autem existimauerunt, ꝙ quando mundificatur ab ea caro mortua,deinde submergat̄ [p] cottū in aqua siliquarū nabati,& intromittat̄ in ipsa,cōfert vehementer. Et siquis vult administrare medicinam absq; cauterio , tunc melius est vt exprimatur donec egrediatur quod est in ipsa : deinde abluatur cum vino styptico distillato in ipsa:& si fuerit parum,& non egreditur,dimittatur vsq; ad duos dies,aut tres ligata, donec aggregetur aliquid quantitatem habens:deinde exprimatur,post lauetur : deinde distilletur in eam collyrium algarab quod Mahomet filius Zachariæ sibi comparat : & proprie quod ex eo dissolutum est in aqua gallarum. Et melior quidem distillatio est distillatio quæ fit post distillationem interueniente hora inter omnes duas distillationes. Et de meliore quidem regimine eius,est vt mensuretur eius profunditas cum tenta : deinde inuoluatur radius cotto submerso in medicinis , & ponatur in ipsa,siue sit medicina currens,siue puluis.Et oportet quando administratur medicamen, vt stringatur cum panno,& adhibeatur quies.[q]Et de collyrijs quidem expertis est vt sumantur arsenici rubei & atremēti,& cantharidarum, & calcis,& salis ammoniaci, & aluminis partes æquales, & aggregentur,& terantur cum vrina pueri,& siccentur,& administrentur sicca.Qn̄q; vero confert,in principio sui, [r] & ante eruptionem,vt superponatur ei attramentū,& ponatur super ipsam ammoniacum, H

O Raf. 2. cōti.t.3. c.2.43.4. P Raf.43.1. Q Halya.5.pract. c.60. R G.10.de cōpo. phar.ſm loc.c.2.

A † Staphis agria
B D.lib.1. c.141. & Raf.43.3.
C Pau. li.3.111.39.

A ammoniacum, & [a] †{meiubegi,} & [b] similiter nux rancida, & omne quod est fortis resolutionis. Et qñq; teruntur [c] folia rutæ domesticæ cum aqua cineris, & ponuntur super akilus antequã consequatur os:& post consecutionem eius consolidat ipsum, & rectificat carnem. Sed mordicant in principio cum ponuntur:deinde non mordicant. Et quando fit garab,scias,ꝙ canon est in ipso vt mundificetur in primis, deinde curetur. Et ex eis quæ mundificant ipsam, est vt sumatur lanugo arundinis inuenta in interiore parte eius, & proprie propinqua radici eius, quæ quandam habet grossitudinem,& submergatur in melle,& adhibeatur algarab: & mũdificabit ipsum. Deinde lauetur locus cum spongia infusa in aqua mellis: & qñq; post illud apponitur lanugo arundinis sicca sola sine medicina alia,& sufficit. Et ex expertis quidẽ est sief memithe,& crocus cum aqua altaraxacon,& sine cessatione permutetur. [d] Et ex eis est vt terantur limaciæ cũ ostracis suis,& permisceantur eis myrrha,& aloe,& administrentur. Et ex eis quæ cõferunt in principio ægritudinis cum est adhuc pauca,& non est aggregata,& quandoque confert in ea cum est vlcus. Et ex eis est [e] †{vdha} adustum, & crocus & taraxacon siccũ cum aqua infusionis sumach quæ stetit sub sole. Et ex mirabilibus in ipsa, sunt folia rutæ cum aqua granatorum superposita ei. Et de proprietate eius est ꝙ prohibet remanere vestigium fœdum. Et oportet vt non cures de mordicatione eius.

D Raf.43.2.
E † genus cõchyliorum

F Raf.43.3.
G Raf.44.1.
H Raf.43.1.
I Raf.43.2. parum difert.

Et ex eis quidem,quæ rumpunt exituram,est emplastrum ex pane cum semine maru, & olibano B cum lacte muliebri:aut crocus cum aqua erucæ: [f] aut myrrha cum tertia sui de gũmi arabico confecta cum felle vaccino, & annectatur super ipsam, & non moueatur donec sanet eam. Et ex medicinis algarab est vt fiat licinium ex flore æris cõgelato cum olibano,& ammoniaco. [g] Et existimauerunt Indi, ꝙ mes masticatum sanat eam. [f] Et existimauerunt quidã eorum ꝙ myrrha sola sanat eam quando super ipsam ponitur, & ex pulueribus expertis in ipsa, est vt sumatur venarum pars vna,& ameos duæ tertiæ partis vnius,& teratur puluerizando,& puluerizetur in ipsa. [h] Et etiam medicamen compositum ex limatura æris & alumine & sale ammoniaco:et confert ei sanans. [i] Et ex medicinis vltimis,est vt sumantur atrimenti, & aloes, & sarcocollæ,& corticis thuris adusti, & memithe partes æquales,& terantur,& cribellentur,& ponantur in lachrymali. Et aloes solũmodo cum corticibus thuris etiam. Et considera reliquas medicinas dictas in antidotario, & proprie medicamen acutum viride, & considera medicinas tabularum medicinarum singularium. Cum autem consequitur os,& non iuuatur medicinis:tunc necesse est ipsam scindere, & detegere à suo interiore,& assumere carnem mortuam,si fuerit,donec perueniatur ad os.& eius quidem regimẽ post illud,est secũdum tres modos:si os est sanum fricetur nigredo,si apparet in ipsa : & impleatur medicinis consolidatiuis, & superponatur, & ligetur, & dimittatur diu. Et si res fuerit maior ista, tunc [k] necessarium est cauterium.Et quando necessarium est,vt in osse corrupto fiat foramen. pe- C netrans, & intendatur cum hoc,vt fiat cauterium quã profundius potest in infimo cõcauitatis,nõ declinando ad nasum, [h] neq; ad oculum: ne remoueatur, vel ne extrahatur coniunctiua immo declinando ad partem nasi in profundo : ita vt cum perforatur locus vno foramine,aut foraminibus paruis tribus,& penetret & currat sanguis ad partem oris & nasi, fiat tunc cauterium vltimum cũ cautela ꝙ non perueniat ad partẽ oculi.Immo oportet,vt teneatur oculus vltime:deinde cauterizetur:& puluerizentur in ipso medicinæ:& ligetur cum panno. Et quandoq; excusat cauterium à foramine: & fit sufficientia in ipso quantum possibile est. Et medicamen quidem alrasium est ex medicinis bonis in illo capitulo. [l] Et oportet quando fit cauterium, vt puluerizetur in ipso medicamen:& ponatur super ipsum oculum spongia infusa aqua infrigidata:aut massa subtili infrigidata niue:& quotiescunq; putatur vel existimatur quòd calefiat permutetur illa.

K Gal.5. de cõpo. phar.sm loc.c.2.b
L Raf.43.4.

De additione carnis lachrymalium & diminutione eius..i.Encanthis,Rhyas, *Cap.* 16.

M Halyz. 9.theo. c.13.
N Pau.li.3.113.20.
O † Paul. Itẽ collyria diacrocu iſcri pta,nec nõ alterũ prodest in vino coctum impositũq;, & aluminis ex vino pauxillum.

QVandoq; magnificatur caro hæc adeo, vt prohibeat visum. Et qñq; minuitur valde ita vt occultetur adeo vt non prohibeat lachrymas: & plurimum [m] eius contingit ab errore medici in incidendo vngulam. Additio vero curatur medicinis incisionis, & non fiat radicitus, & perueniant lachrymæ. [n] Diminutio autem perueniens ex incisione,curam non habet. Quod si fuerit ex parte alia, qñq; possibile erit vt curetur medicinis generatiuis carnis, in quibus sunt stypticitas,& exiccatio sicut medicinæ [n] factæ ex aloe,& memithe,& croco [o] †{cum vino.Et medicinæ factæ ex aloe,& vesigi cum vino:}& aloes solũ,qñ puluerizatur super lachrymalia,confert: & vinum ipsum confert:& proprie qñ decoquitur in ipso illud quod habet virtutem constrictiuam.

P Haly.9. the.c.13

De albugine oculi.i.cicatricibus & albuginibus. *Cap.* 17.

SCias quòd albugo in oculo alia est subtilis proueniens in supercie apparente, [p] & nominatur nebula,& alia est grossa,& nominatur albugo absolute.

De cura. *Cap.* 18.

Q † trachomatica.i.quæ detergũt

EIus quidẽ quæ subtilis est ex ea in corporibus eueniens teneris oportet vt assiduetᷣ vaporatio cũ aquis calidis, & balneis in aqua calida. Deinde administretᷣ lãbitio cũ lingua sup eã semp. Et qñq; confert ei succus florum papaueris rufi,& succus centaureę minoris.Et iterũ venarũ pars vna,& ameos duę tertię partis vnius,fiat ex eis puluis.Et fortius eo est,vt sumãtur sarcocolla,zuccarum tabarzet,spuma maris,aristol. & baurac, & fiant cum eis alcohol. Et ex eis quæ conferunt sunt alcohol astarmachum,& alcohol alabar forte, & astafethichan, & [q] †{tharchamathicun.} In chronica vero grossa, & frigida in corporibus grossis, oportet vt administretur lenificatio albuginis cum vaporationibus,& lenificationibus,& balneationibus prædictis:& sint collyria prædicta

quibus

quibus fit alcohol dissoluta in aqua acori: aut in aqua salis gēmæ fricati,& fiant cum eis alcohol in E balneo. Et si non profecerint balnea, administretur alcohol cum alkitram cum ære vsto, ex quibus fiat collyrium.[a] Et etiam collyriū de cornibus cerui.[b] Et etiam alcohol ex stercore lacerti solo: aut cum masacumia: aut ęre adusto: aut cum sale gēma torrefacto. Et fortius isto est stercus hirūdinum cum [c]†{shed,} aut melle,& stercus [d]†{samabras} fiat alcohol ex eis mane & sero. Et ex eis quidē quæ sunt experta est sceha adustum cum cancro marino,& climia auri. Et cum albugo est profunda administra.[e] †{memithe,& alsegi,& myrrham & stercus lacerti æqualiter:}& medicamen magnetis dictū in [f]capl'o de vngula. Et qn̄q; administrātur tincturę tingentes albuginē, de quibus est vt sumatur [g]†{caducorum rosę granatorum paruorū,}& acatię,& [h]{calcadis,}& gūmi omnium ana [i]†{vnc.i.}antimonij, gallarum amborum ana drach.ij. dissoluantur cum aqua:& si non inuenitur rosa granati, sumatur cortex eius, aut caput eius, aut panniculus pulposus subalbidus, qui est inter grana eius.[k] Et [α] iterum gallarum,& acatiæ amborum drach.ij. calcadis drach.i. fiat ex eis tinctura. Et ex tincturis est alcohol huiusmodi plumbi adusti abluti, croci, gūmi omnium ana auī.ij. cineris furni fusionis æris abluti cum aqua pluuiali auī.ij. scoriæ æris ablutæ auī.5. fiat ex eis alcohol.[l] Aliud bonum in vltimo, colcotar, gallarum viridium amborum ana auī.iiij. resoluatur cum aqua,& administretur multis vicibus.[α] Aliud gallarum, acatiæ amborum ana partē.i. calcanti partem.5. terantur cum aqua [m]†{sachaichalnhaman.} F

De sebel. Cap. 19.

SEbel [n] est panniculus accidens oculo, ex inflatione venarum eius apparentium in superficie coniunctiuæ,& corneæ,& texitur quiddam in eo, quod est inter eas, sicut fumus. Et eius quidem causa est repletio illarum venarum: aut à materijs currentibus ad eum per viam pāniculi exterioris: vel per viam pāniculi intrinseci, propter repletionem capitis,& debilitatem oculi.[o] Qn̄q; vero accidunt ex sebel pruritus,& lachrymæ,& panniculus,& nocumētum ex lumine solis,& lumine cādelæ,& debilitatur visus ex ea: qm̄ impedit & infert ei æstuationē. Et nocet ei omne quod ei superponitur. Et qn̄q; accidit oculo patienti sebel, vt fiat minor,& minoret corpus pupillę eius. Et sebel quidem est ex ægritudinibus quæ hæreditantur,& permutantur de vno ad alium.

De signis Cap. 20.

SIgna sebel, cuius principium est velamen exterius, sunt ea quæ multoties diximus de exuberatione venarum exteriorum,& rubedine faciei,& pulsatione vehementi in temporibus,& in venis corneæ.& signa alterius sunt quæ sunt contraria istis in eo quod declarabit tibi in [p] canone.

De cura. Cap. 21.

OPortet vt abhorreat cum ea omnia, quæ abhorret habens fluxū ad oculum, quæ sunt ea quæ diximus in primis:& non iterabimus ea nunc:& vt vtatur de euacuatiuis,& mundificatiuis G cis quæ diximus:& vt vitet olea:& emplastra super caput. Et caputpurgia abominantur in ea etiā: sed ego non video malum in vsu eorum, cum caput est mundum. Et [q] Gal. quidem concessit vt in potu vinum daretur,& fieret vt post ipsum dormiret, cum esset mundus:& non esset materia in corpore,& capite eius:& videtur ꝙ hoc sit conueniens in sebel leui. In ea vero quæ fortis est non est excusatio ab incisione,& [r] melior quidem incisio est vt penetrent fila multa sub venis:& cum collecta vel adunata sunt, trahantur ad superiora vt eleuetur sebel, deinde incidat cum macharad, id est cum forfice acuti capitis ad incidendum ne remaneat aliquid: deinde administretur regimen prohibens adhærentiam dictam in [s] capitulo de vngula. Et quando dolet oculus propter incisionem non abscindatur ab eo [t] vitellus oui: illud enim sanat ipsum. Et post illud administrentur collyrium [u] rubeum & viride, vt resoluatur residuum sebel,& mundificetur oculus. Et melior quidē horarum ad incisionem eius sunt ver & autūnus: verum sit post mūdificationem & euacuationē: qm̄ cum sit ante euacuationem dolor declinare facit superfluitates ad oculum. Medicinæ vero cōferentes ad sebel, non conferunt nisi recenti fm plurimum. Ex eis vero quæ experta sunt, est vt sumatur cortex oui recentis sicut cadit à gallina,& ferueat in aceto decem diebus: deinde coletur,& exiccetur in vmbra,& teratur,& fiat cum eo alcohol. Et ex eis quidē quæ sunt experta est alcohol oculi cum cinere cui adiuncta est marchasita. Et ex eis quæ experta sunt, est alcohol oculi cum vrina, in qua dimittitur limatura æris cypri die vna. Et ex compositis sief est asthifatichan,& rubeum lene,& rubeum acutum,& viride,& tharchamatichum,& sief rusachtegi,& medicamen magnetis prædictum: omnia illa sunt in antidotario:& collyrium de alumine,& balaustijs.& quando semel associatur cum scabie expertum est collyrium sumac solum. Et quandoq; ponitur in ipso parum gūmi arabici,& sarcocollæ,& fit ex eo alcohol, abscindit enim sebel & remouet scabiem. H

De vngula.i. Vnguis vel pterygium. Cap. 22.

ESt [x] additio coniunctiuæ, aut velaminis cōtinentis oculum, incipiens fm plurimum à lachrymali,& currens semper super coniunctiuam. Et quandoq; tegit corneam,& inuadit eam ita quòd cooperit foramen. Et eius quidem quædam est, quæ est durior,& quędam est quę est lenior. Et quandoque est [y] citrini coloris:& quandoq; est rubei coloris:& quandoque est fusci coloris:& est vngula cuius vicinitas cū coniunctiua est vicinitas adhærentiæ, quæ velociter denudatur qualibet suspensione:& est alia, cuius vicinitas est vicinitas vnitionis,& indiget excoriatione.

De cura. Cap. 23.

MElior cura eius est denudatio [z] cum ferro,& proprie eius quę est lænis: duræ vero denudatio

A Paul.:15.7.
B Paul.ibi.& G.4. de cōposi.phar.fm loc.158.c
C † fauo
D † G.4. de cōpo. phar. fm loc.158.c lacertæ
E † Pau.lib.3.[illegible] 10. Mamirā, Gu[illegible] tā āmoniaci, m[illegible] rhæ troglodyti[illegible] crocodilorū fim[illegible] ana,
F 23.
G † Paul.li.3.[illegible] 18. & Aeti.li.2.ser. 3.c.4.d. Floris ma li punici, cytinorū, atramenti sutorij
H†———
I † drach.iiij.
K Aeti.lib.2.ser.3. c.40.
Infra α
L Ga.4.de cōposi. phar.fm loc.153.b vnum deficit.
Supra α
M † papaueris ru bei
N Ras. 2.cōti.t.3. c.1.37.3.
O Ras.37.3.
P T.1.c.3.
Q Li.6.apho.32.f
R Ras.ibi.4.41.4.
S 13.
T Ras.41.4.
V Ras.42.1.
X Aeti.li.2.ser.3. c.58.& Paul.lib.3. 115.25.
Y Ras. 2.cōti.t.5. c.1.
Z Ras.2.conti.t.5. c.2.45.4.

A Aeti.lib.2.ser.3. c.60.

B Ras. 2. cõti. t.5. c.2.45.4.

C Ras.46.1.

D Pau. lib.3.fol. 115.34.

A tio quando non est facilis, perducit ad nocumentum. [a] Et oportet vt eleuetur cum vncinis. suspensio enim eius incisionem facilem efficit. Quòd si prohibeatur, excorietur cum capillo: aut serico penetrante sub ea cum acu: aut radice pennæ subtilis: & illud quidem nõ est necessarium nisi in vno loco, aut duobus. Quòd si nõ sufficit, necessaria est excoriatio subtilis cũ ferro non acuto. Et oportet vt eradicetur quãtum possibile est, præter quod accidat carni lachrymalis: & accidat lachrymis cursus: & color quidem distinguit inter ambas. [b] Et cum abscinderis vngulam, distillabis in oculũ cyminum masticatum cum sale: deinde subuenies [b] mordicationi eius cum vitello oui & oleo ros. & vio. Et quando non administras distillationem cymini masticati cum sale, adhæret coniunctiua palpebræ. Et propter hoc oportet, vt moueat æger oculum etiam omni hora. Deinde post tres dies administrentur collyria acuta vt residuum extirpetur. Administratio vero medicinarum laboriosarum in ipsa, est res quæ non multum valet in vngula quæ est grossa: & cum hoc ipsæ non euacuantur à nocumento pupillæ acuitate sua: necessarium enim est vt ipsæ sint vehementis abstersionis cõmistæ cum putrefactiuis. Et ex collyrijs quidem expertis est collyrium amuticon, & coltami, & collyrium [c] cæsaris, & [c] basilicon acutum, [c] ruseminum, & diuaricon, & omnia ista scripta sunt in antidotario. Et ad eam quidem expertum est, [b] vt sumantur æris vsti, & calcadis, & fel hirci partes æquales, & fiat ex eis collyrium. [c] Et vt sumatur calcadis, & salis gẽmæ amborum ana
B pars. i. gũmi medietas partis, fiat collyrium cum vino: aut ęs vstũ, & calchãt, & cortices radicis capparis, & sal ammoniacus, & fel hirci: aut vaccæ cum melle, aut mel solum cum felle caprino. [d] Aut magnetis, & floris æris, & magræ, & ammoniaci omnium ana partes. ij. & croci pars. i. & vnicuiq; vnc. illius admisceatur cotyla. i. mellis. Et etiam ex calcantho & sale ammoniaco fiat alcohol: est enim mirabile. Et ex eis quæ ad vngulam sunt experta, & est propinquũ impressioni denudationis, est vt sumatur testa catinorum de sceni, & fricetur ab ea linimentum, & conteratur multum, & post illud cõmisceatur cum oleo de seminibus cucurbitæ, & cõterantur simul: deinde mittatur radius in cute, & accipiatur cum eo medicamẽ, & fricetur cum ipso vngula assidue omni die multoties, subtiliat enim eam, & recedit cum ea. [c] Et oportet quidẽ vt inclinetur ante medicinarum administrationem super vaporem aquæ calidæ tãdiu, donec calefiat oculus: & rubificetur facies: aut ingrediatur balneũ. [c] Quandoq; vero cõfert in vngula leui, vt teratur thus, & infundatur in aqua calida tãdiu donec super ipsum vna hora pertranseat, & coletur, & fiat cum ipso alcohol.

De altarfati. i. Hyposphagma. *Cap. 24.*

E Paul.lib.3.fol. 110.37.

EST punctum sanguinis recentis rubei, aut antiqui mortui, liuidi, aut nigri currentis à quibusdã venis ruptis in oculo, [e] propter percussionem verbigratia: aut causa alia propter quã rumpuntur venæ ex repletione, & apatibus: ita vt rumpantur in ipsa, & ex summa earum sunt clamor, &
C motus laboriosus: & quãdoq; est ex feruore sanguinis in venis: & quãdoq; prouenit à tarfati proueniente ex percussione eruptio subtilis in pupilla, & eruptio quæ est in cõiunctiua est salubrior.

De cura. *Cap. 25.*

F G.10.simpli.me. fac.72.h
G Aeti. lib.2. ser. 3.c.21.
H † columbi syluestris
I Ser.t.2.c.2.
K Pau.li.3.110.37.
L Ras. 2.cõti. t. 3. c.2.44.1.
M † Paul.Lapide speculari
N† ——————

DIstilletur super ipsum sanguis [f] columbæ: aut [g] turturis, aut [h] †{alsuachet & alurasen,}& proprie de sub penna. Quod si fuerit in principio, permisceatur ei aliquid de repercussiuis, sicut est [i] lutum dictum chimolea, & lutum dictum armenum. In fine vero eius cõmisceatur cum resolutiuis vsq; ad arsenicum [i] cum luto sigillato. [k] Et qñq; curatur cum lacte muliebri cum thure, & aqua salis: & proprie in qua dissoluta sunt sal gẽma: & sal ammoniacus: & proprie quãdo ponitur in ipsa illud cũ thure, & distillatur ex eo in oculum: & collyrium diuaricon confert ei valde: & medicamen factum [l] ex lapide piperis, & sarcocolla partibus æqualibus, & arsenici quantum omnia: & qñq; admiscetur ei sal gemma, & fit ex eis collyrium. Et quãdoq; fit ei emplastrum de foris cum [m]†{kali}vsto [n]{cum vino: aut cum aceto.} [k] Et similiter ex stercore columbino cum aceto, au vino. Aut fit emplastrum [k] ex passis enucleatis solum cum aceto: & reliqua quę dicta sunt adhibeantur, & proprie cum fuerit apostema. [k] Et similiter caseus recens, & parumper salitus, & [k] cortices raphani: & melilotum cum sanguine draconis, & radice lilij, & croco, & lentibus cum oleo ros. & vitello oui. Et reclinatio fiat super aquam in qua decocta [k] sunt hyssopum, & origanum, & vapo-
D retur ex ea sola: aut cum aceto in quo decoquuntur cinis aut menta: aut infusione olibani cũ aloe: aut cum aqua croci syluestris: aut infusione croci: aut decoctione chamęmillæ & meliloti: aut succo eorum: aut decoctione foliorũ caulis: & fiat emplastrũ ex folijs caulis decoctis & contritis. [l] Forti vero & antiquo: fiat emplastrũ ex sinapi contrito cõmisto cum duplo sui de carne ficus: aut arsenico fricato cum lacte: aut fiat ei emplastrum ex cinere decocto in vino, aut ameos, & hyssopo cũ lacte vaccino. Quod si cum tarfati acciderit ruptura in coniunctiua, masticetur cyminum & sal: & distilletur saliua in ipso. Et folia alkalef conferunt ei valde quando ex eis fit emplastrum.

De lachrymis. *Cap. 26.*

O G.7. de simpli. medic.fac.51.f
P G.4.apho. 52.
Q Ras.2.cõti.t. 3. c.1.37.3.

HAec ægritudo est vt sint oculi semper humidi [o] humiditate aquosa. Et quandoq; currunt lachrymæ. Et earum quidem aliæ sunt natiuæ, aliæ accidentales. Et de accidẽtalibus sunt quæ sunt inseparabiles in sanitate, & sunt aliæ sequentes ægritudinem, quæ remouẽtur, si remoueatur ægritudo, sicut fit in febribus. Causa autem in accidentalibus: est [p] debilitas retentiuæ, aut digestiuæ decoquentis: [q] aut diminutio lachrymalis in natura [q] aut propter administrationem medicinæ acutæ: [q] aut successione incisionis vngulæ. Et principium quidem illius humiditatis est cerebrum & cursus eius ad oculum in vna duarum viarum prædictarũ multoties. Quæ autem natiuæ sunt,

aut propter eradicationem incisionis lachrymalis, non sanatur.[a] Et cursus quidem lachrymarum, qui fit in febribus, & in ægritudinibus acutis, & est sine causa, est propter nocumentum cerebri, et apostema cerebri. Et quandoq; accidunt in febribus vigilatiuis, quæ sunt ex febribus ephimeris aut febribus putridis sanguineis. & quandoq; multiplicatur cursus lachrymarum in [b] frigore. Et istæ omnes quæ sunt de genere earum quæ accidunt velociter remouentur sequentes ægritudinem quæ si remouetur, remouentur cum ea etiam lachrymæ. E

A Lib. 4. Fen. 1. c. 33. & Hippo. 4. apho. 52.

B G. 4. de simpl. medi. fac. c. 20.

De cura. Cap. 27.

CAnon in cura earum est [c] administratio medicinarum æqualis stypticitatis. Earum vero quæ factæ sunt successione incisionis vngulæ, aut corrosione eius per medicinam, cura est puluis citrinus, & troc. de croco, & collyrium de aloe, & collyrium de croco cum bengi: & vt fiat alcohol super lachrymale ipsum cum thure: aut fumo eius proprie, & cũ aloe & memithe, & croco. Quod si iam finita fuerit, & ad finem peruenerit, non nascetur vnquam. Illa autem quæ facta est non ab incisione vngulæ, cum tutia, & cum alcohol de tutijs. Et proprie sicut cum alcohol de tutia prędicto [d] in capitulo de albugine, & omnibus collyrijs viscosis, sicut est collyrium album de sarcocolla, & collyrium de astafthican, & reliqua quæ dicta sunt in [e] antidotario. Et ex eis quę experta sunt in eis, est medicamen factum ex aqua granatorum acetosorũ cum medicinis. Et illius quidem cõfectio est vt decoquatur lib. i. ex eo vsq; ad medietatem: deinde ponantur in ipso aloes scotrensis, & licij, & [f] †{felizheragi,} & croci, & memithe, omnium ana auř. ij. & musci. ij. danich, & maneat sub sole. xl. diebus in vase vitro clauso.[g] Et ex eis quæ experta sunt in ipsis est ingredi balneum in ieiuno, & morari in ipso, & distillare acetum, & aquam in oculum multoties. Illæ vero quæ sunt natiuæ recipiunt curam difficiliter. F

C Halya. 5. prac. 58.

D 18.

E Lib. 5. sũ. 1. 1.

F † lyciũ Indicũ

G Ras. t. 9. c. 13.

De strabositate. i. strabismus. Cap. 28.

QVandoq; fit strabositas propter mollificationem quorũdam lacertorum mouentium illud quod apparet de oculo, [h] & declinat ab aspectu illius partis ad partẽ ei oppositam. Et qñq; fit à spasmo alicuius eorum, & declinat oculus ad partem eius. Et qualitercunq; sit, qñq; fit ab humiditate, & qñq; fit à siccitate, sicut ei accidit in febribus acutis. Et illa quidẽ in qua spasmus lacerti est causa, non fit nisi à spasmo lacerti motiui: spasmus enim eius est, qui facit euenire in oculo strabositatem & nocumentum: spasmus autem lacerti retinentis in radice nõ facit apparere nocumentum: immo confert valde. Et multoties quidem accidit strabositas post quasdam ægritudines cerebri sicut epilepsiam, & karabitũ, & scotomiam, & similia propter adustionem, & siccitatẽ, aut repletionem.[i] Et scias q remotio oculi ad superiora, aut ad inferiora, est illud quod facit videre rem vnam duas res: sed ad duo latera, non infert visui nocumentum de quo sit curandum.

H G. de cāis mor. c. 7. b

I Gal. 10. de v. p. c. 12. 183. b

De cura. Cap. 29. G

STrabositas vero illa quæ est à generatione non sanatur nisi in dispositione infantiæ valde humidæ. qñq; enim speratur vt sanetur, & proprie cum est recens. In hoc enim oportet vt æquetur cuna, & ponatur [k] candela in parte opposita strabositati, vt laboret semper aspectus ad eam. [k] Et similiter oportet, vt ligetur filum rubeum cũ re quæ opponatur parti strabositatis: aut suspẽdatur aliquid rubeum apud tempus oppositum, aut aurem, & totum illud fiat ita, vt eius aspectus ipsum consequatur: & videat illud cum paruo labore. Cum enim confert ille labor in æquãdo oculum. Et mittere seu applicare aspectum seu intuitionem est ex eis quæ faciunt aspectum rectum. Illi autem quibus accidit illud postquã magni sunt, & senes, & est causa eius mollificatio, aut spasmus humidus, oportet vt vtantur mundificatione cerebri cum euacuantibus, quæ diximus cum hieris magnis, & similibus eis, & subtiliatione regiminis, et administratione balnei, et resolutione. Et de medicinis quidem iuuãtibus in strabositate, est vt fiat eis caputpurgium cum succo foliorũ oliuæ. Quod si fuerit eius euẽtus à spasmo ex siccitate, tunc oportebit vti embrocis humectatiuis. Et quando non affuerit febris, sumat in potu lac asininum cum oleis valde humectatiuis: & penitus oportet vt humectetur eorum regimen. Et oportet vt distilletur in oculũ sanguis turturis. Et vt fiat emplm̃ ex albumine oui & oleo ro. & pauco vino, & ligetur, & fiat illud diebus pluribus.

K Lib. 1. Fẽ. 4. c. 1. & Ras. 2. conti. c. 4. c. 1. 49. 3. & Paul. li. 3. 118. 10.

K Paul. ibidem.

De exitu oculi. i. expressio oculorum epiesmos. Cap. 30. H

INterdum accidit egressio, aut propter vehementiam inflationis oculi propter grauitatem, & repletionem suam: aut propter vehementiam coarctationis eius ad exteriora: aut [l] propter vehementem mollificationem suspensionis suæ, & lacertorum seruantium suspensionem eius prædictam. Et illa quidem quę accidit propter vehementiam inflationis oculi, & repletionem eius, & grauitatem ipsius, aut est à materia plurima in ipso oculo ventosa, aut humorosa humida: & qñq; est repletio propria in ipso. Et qñq; est cũ cõmunitate cerebri, & corporis, sicut quod accidit apud retentionem menstruorum. Et illa quidem quæ est propter vehementem coarctationem eius ad exteriora, est sicut cum fit apud præfocationẽ: & sicut fit cũ soda est vehemens, & sicut fit post vomitum & clamorem:[m] & mulieribus apud partum vehemẽtem, & tenasmon. & qñq; est cum hoc ex materia declinante ad oculum etiam, cum non est enixa mundificata: & qñq; est ex corruptione complexionis fœtus, aut morte eius, aut putrefactione eius. Facta autem propter mollificationem lacerti: qm̃ lacertus continens neruum cõcauum cum mollificatur, non sustinet oculum, sed declinat ad exteriora. & egressio quandoq; est ex mollificatione lacerti tantum, & non destruitur visus: & quandoq; est cum remotione vel incisione eius, & destruitur visus. & quandoq; egrediũtur

L G. 4. lo. af. c. 2.

M Paul. li. 3. 118. 17.

A tur ambo oculi in eis, quæ sunt sicut præfocationes, & apostemata velaminum cerebri, & in peripneumonia, & est causa in illo coarctatio, & quādoq; est causa in illo repletio etiam: & multoties fit illud cum sanguineitate apparente, & faciente apostema in cornea.

De signis. Cap. 31.

CVm est ex materia plurima aggregata in pupilla, tunc illic est cum egressione magnitudo: & cum est ex coarctatione, quandoq; est illic magnitudo si adiuuat eam materia, & quandoq; non est magnitudo: & in ambabus dispositionibus sentitur extēsio, expulsa retro à posterioribus: & cognoscitur eius causa. Cum illa autem, quæ est propter mollificationem lacerti, non magnificatur pupilla, neq; sentitur tensio vehemens ab interioribus, & est pupilla cum hoc æstuans.

De cura. Cap. 32.

EGressioni vero leui sufficit vitta repellēs ad interiora, & somnus ſm resupinationem, & exiccare cibum, & paruitas motus, & assiduatio clausionis. Quod si medicinarum indigeat adiutorio, adhibeatur collyriū de sumac. Quæ vero fortis est ex ea, tunc si illic est materia, indiget mundificatione eius à corpore, & capite cum eo quod scis ex solutiuis, & phlebotomia, & ventosis super duas eminentias posterioris capitis & clysteribus acutis. Et penitus quidē solutio ventris est ex rebus magis iuuantibus speciebus eius: & similiter positio ventosarum super alchafa, & oportet vt assiduetur vaporatio seu emplastratio cum lana infusa in aceto, & embrocetur facies cum [a] †{frigida aqua: &} [b] aqua salsa frigida, & proprie in qua decocta sunt styptica sicut cortices granatorum, & sentices, & [b] sicut papauer, & [b] endiuia, [h] & virga pastoris. Quod si non fuerit à repletione, confert hoc regimen in omni hora. Et si fuerit illic repletio, oportebit vt resoluatur in principio materia cum rebus cognitis. Et si fuerit à mollificatione, tunc oportebit vt administres hieras magnas, & gargarismata, & odoramenta, & suffumigationes cognitas: & post illa administra styptica constringentia, vel oppilantia. Illa vero quæ est apud partum, si est à paucitatę cursus sanguinis parientium, aut corruptione fœtus, [c] prouoca menstrua, & extrahe fœtum. Et si est à coarctatione tantum, tunc adhibe styptica. Et ex medicinis quidem conferentibus in egressione, & eminētia, [d] est vt fiat emplastrum ex farina fabarum cum rosis, & thure, & albumine oui: & etiam [d] nuclei dactylorum adusti cum spica sunt boni eminentiæ & egressioni.

B

A† ————
B Paul. lib.3.c.22. fol.118.25.
C Pau.li.3.118.20.
D Ras.2. cōti.t.3. c.1.42.4.

De profunditate oculi & eius paruitate. Cap. 33.

ILlud in febribus, & proprie in vigilatiuis, & successione euacuationum, & insomnietatis, & mœstitiæ & tristitiæ. Et in illa quidem, quæ est vigilatiua, est oculus somniferus, grauis, difficilis motus in palpebris, et nō in pupilla, et in angustia est quieta pupilla. Quidam autem dixerunt, q; accidit quibusdam hominibus diuersitas duorum laterum faciei in frigore vehementi, & calo-
C re vehementi. Accidit ergo oculo qui est in parte frigida profundatio, & paruitas.

De glaucedine oculi. Cap. 34.

GLaucedo autem accidit, [e] aut propter causam, quæ est in tunicis, aut propter causam quæ est in humoribus. [f] Et causa quidem in humiditatibus est: qm̄ si fuerit glacialis in ipso plurimæ quantitatis, & albugineus clarus, & situs eius propinquus ad exteriora, & ęqualis quantitatis, aut paucus, erit oculus glaucus causa eorū, & proprie si nō fuerit ex tunica prohibitio. [g] Et si in humiditatibus fuerit cōturbatio, et glacialis fuerit paruus, & albugineus plurimus, obtenebratio fiet sicut est obtenebratio aquæ profundæ. [h] Et si fuerit glacialis ꝓfundus, erit oculus niger. Causa autē in tunicis, est vuea. Nā si ipsa vuea fuerit nigra, erit oculus eius causa niger. Et si fuerit glauca fiet oculus glaucus. [h] Et vuea quidem fit glauca, aut priuatione digestionis, sicut plāta. (Nam in principio cum nascitur, nō est apparentis tincturæ: immo declinat ad albedinem: deinde ipsa cum digestione fit viridis: [h] & propter hanc causam, sunt oculi infantium glauci & varij. Et huius quidē glaucedo fit ſm humiditatem vltimam:) [h] aut propter resolutionem humiditatis, quā sequitur tinctura, cum est digesta valde, sicut planta cum resoluitur huius humiditas, incipit albificari. Et hæc quidem glaucedo est à siccitate dominante. [g] Et infirmorum quidem oculi, & senum, varij fiunt propter hanc causam: qm̄ in senibus multiplicatur humiditas extranea, & resoluitur innata. Aut
D erit illic color eueniens in creatione, non propterea q; ipse adueniat vuę, cum non prius fuerit. Et fit quandoq; propter claritatem humiditatis ex qua creata est. Et qnq; fit propter vnum duorum quando accidit in principio creaturæ: & scitur illud bonitate visus, & malitia eius. [h] Et glaucedo quidem alia est naturalis, & alia est accidentalis. Varietas autem prouenit ex aggregatione causarum nigredinis, & causarum glaucedinis: & componitur ex eis res inter nigredinem, & glaucedinem quæ est varietas. Et si esset varietas ignea ſm q; existimauit ₃ Empedocles, esset oculus glaucus læsus propter suum defectum ab igneitate quę est instrumentum visus. Quidam autem nigri minorantur à glaucis in visu quando glaucedo non est, propter nocumentum in ipsis. [h] Et causa in hoc est: qm̄ nigredo quæ est propter multam albugineitatem prohibet penetrationem formarum colorum cum manifestatione propterea quia contraria est peruietati, & sicut illa quę est propter conturbationem humiditatis: & similiter si fuerit causa propter multitudinem humiditatis. Nam si est multitudo, etiam non obedit ad motum vehementis intuitionis, & ad egressionem ad anteriora egressione de qua sit curandum. [h] Et si oculus fuerit glaucus propter paruitatem humoris albuginei, erit magis videns in nocte, & in tenebris, q̄ in die propter illud quod accidit de motu luminis materiæ paruæ: & impedita à declaratione: huius enim motus deficit à declaratione rerum,

E Auic. lib.19. de natura aialiū c.1. habet totius pñtis capitis sententiam ad literam, quā accepit ab Aristotele 5. de gñe animaliū cap.1.
F Lib.19. de natura animalium c.1.
G Auic. ibidem & Aristoteles.
H Auic. ibidem.

rum, sicut deficit in declaratione eius quod est in tenebris post lumen.[a] Niger vero causa humiditatis visus in nocte est minor, propterea quod illud indiget palpitatione, & motione materiei ad exteriora.[b] Et materia plurima est magis rebellis, seu magis inobediens quàm pauca.[b] Niger autem propter tunicam aggregat visum vehementer. E

A Auicé.&c. B Auic.ibi.

De cura. *Cap.* 35.

IAm expertum est alcohol, ex bengi siccum, decoquatur in aqua donec fiat sicut mel, & fiat inde alcohol. Aut sumatur antimonij asfahani pond.iij.drach.margaritarum, muschi, camphoræ, omnium ana pōdus danich, fumi lampadis olei de oliuis, aut olei sambacini drach.i.croci drach.i. aggregentur omnia terendo, & administrentur. Et crocus ipse,[c] & oleum eius est ex eis quæ denigrant pupillam: similiter succus solatri: aut sumatur succi tribulorū pondus drach.ij. & gallarum adustarum pondus drach.i.olei de nucleis oliuarum denigratarū super arborem, & olei sisami nō adusti excorticati amborum ana pondus drach.i.decoquantur lento igne donec nigrescant, & fiat inde alcohol. Et ex eis quæ sunt experta, est vt aduratur[d] auellana, & permisceatur cū oleo, & vngatur vertex infantis habētis oculos glaucos.[c] Et etiam vt immitatur radius in coloquinthida humida, & fiat inde alcohol: ita ꝙ dicitur ꝙ illud denigrat pupillā catti. Et similiter cortices auellanæ contriti. Aut sumatur acatiæ pars.i.gallarum sexta partis aggregetur illud cū aqua florū papaueris rufi, & succo ipsius, & fiat ex eo distillatio. Et similiter succus bengi:[d] & succus corticis granatorū. F

C Raf.2.cōt.c.2.49.3. D Raf.49.3. D Raf.49.4.

TRACTATVS III. *de dispositionibuus palpebrarum & quæ comitantur eas.*

De pediculis in palpebris. *Cap.* 1.



Ateria[e] pediculorum est humiditas putrida quā expulit natura ad partem cutis. Et virtus præparans generationis eorum, est caliditas non naturalis.[f] Et ille cui plurimum accidit illud, est ille qui est plurimæ varietatis in cibis suis,[g] & parui exercitij, & immundus,[g] & neque vtitur balneo.

E Ser t.1.c.8. F Aeti.lib.3.c.65. G Raf.2.cōt.c.1.

De cura. *Cap.* 2.

INcipe à mūdificatione corporis, & capitis, & partis oculi cum eo quod sciuisti: & proprie cum gargarismate facto ex aceto & sinapi: & administrentur ablutio oculi, & embrocatio ipsius ex aqua maris, & aquis salsis, & sulphureis, & liniantur pili palpebræ ex medicamine facto[h] ex alumine, & medietate ipsius de[i] †{miubegi.} Et quandoꝗ additur ei aloes, & baurac, amborum ana pars.5. Et melius quidem est vt sit illud quo[k] conficitur acetum squilliticū.[h] Sed[l] †{almiubegi} cum baurac est medicamen bonum.

H Paul.li.3.c.25 & Ser.t.1.c.8. I † staphysagria K Ser.t.1.c.8. L † herba pedicularis. M † prelosis N Paul.lib.3.c.22.4.

De silac & est græce[m] †{*abusimi, vel asusimi, seu abirsema.*} *Cap.* 3.

SIlac[n] quidem est grossities in palpebris, proueniens à materia grossa mala corrosiua salsa baurachia propter quam rubeæ fiunt palpebræ,[n] & cadunt pili palpebrarum, & adducit vlcerationem partium in quibus fixi sunt pili palpebrarum, & sequitur eam corruptio oculi: & plurimū accidit successione ophthalmiæ. Et de ipsa quidem alia est recens, & alia est antiqua mala. G

De cura. *Cap.* 4.

IN recenti quidem confert facere emplastrum ex lentibus decoctis cum aqua ros. & facere emplastrum[o] de portulaca, & endiuia cum oleo rosa. & albumine oui: & administretur totum illud nocte: & ingrediatur balneum post ipsam. Aut sumantur[p] lentes excorticatæ, & sumac, & pulpa granatorum, & rosæ: & conficiatur illud totum cum alrob in nocte, & balneetur mane. Et assiduatio balnei est ex rebus magis conferentibus ei. In antiqua vero & chronica,[o] oportet vt crura ventosentur, & phlebotomentur venæ frontis, &[o] administretur assiduatio balnei. Ex medicamentis autem quæ ponenda sunt in ea, est vt sumatur æris vsti medietas drach.i.dragāti drach.iij. piperis, croci ana drach.i.terantur cum vino pontico donec fiant sicut mel subtile, & administrentur in exterioribus palpebræ. In ea autem quæ fit successione ophthalmiæ, est expertū collyrium secūdum hunc modum vitrioli quo fit enchaustrum scriptorum adusti & croci, & spicæ omnium ana pars.i.sedenigi decem partes fiant collyria, & fricentur ex eis palpebræ.

O Raf. lib. diuis.c.24. P Halya.5.prac.c.55.& Raf.

De gessa palpebrarum.i.sclerophthalmia. *Cap.* 5.

ESt[q] vt accidat palpebris difficultas motus ad claudendum, cum sunt apertæ: & ad aperiendū, cum sunt clausæ, cum dolore, & rubedine, sine humiditate ſm plurimum: & consequitur eas plurimum[r] vt non obediant ad aperiēdum cum excitatione apud somnum. Et plurimū quidem ipsius non est. Euacuatur à separatione lippitudinis duræ siccæ: & neꝗ est cum ea cursus, nisi per accidens: qm̄ est ex siccitate, aut humore viscoso declinante ad siccitatem valde: sed quandoꝗ est dolor & rubedo. cum autem est pruritus sine materia fluente ad ipsam nominatur siccitas oculi: et multoties est illic complexio calida, & materia plurima grossa indigens euacuatione. H

Q Paul.li.3.c.22. R Raf.2.cōt.c.1.37.2.

De cura. *Cap.* 6.

OPortet vt assiduet vaporationem oculi cum[s] spōgia infusa in aqua tepida: & assidue vtatur balneo cum aqua dulci æquali: et ponat super oculum apud[s] somnū albumen oui conquassatum cum oleo ros. & assidue faciat inungere seu embrocare caput cum humectatiuis, & oleis, & embrocis, & caputpurgijs humectantibus cū oleo viol. & nenufarino, & reliquis. Et si significaueris dispositiones, ꝙ cum siccitate fit materia cholerica, solues cum volubili, qm̄ in ipsa est proprietas. Et si existimatur ꝙ illic sit materia grossa, exiccata, indiges resolutione, resoluatur[t] cum mucilagine fœnugræci,[t] & mucilagine seminis lini acceptis cum lacte. Istæ enim ambæ quādo ponuntur

S Paul.li.3.c.22. T Raf.2.cōt.c.2.41.4.

tur

A † duriciem
B Raf.2. cõti. 3.c. 2.41.4.
C †Pau.li.3.III.10. crasistrati

A tur super oculum, auferunt [a] †{algessa,}& euacuãt humorem. Et ex eis, quę ad eam experta sunt, sunt [b] adeps gallinæ, & mucilago seminis lini, & cera, & oleum ros. ponatur illud desuper semper. Et in quibusdam horis administretur quod attrahit lachrymas, sicut collyrium [c] †{Arsastratis.} Plurimum enim confert in materiali chronica administratio alcohol prouocantium lachrymas. Ipsa enim resoluunt materiam grossam, & faciunt eam currere: & attrahunt ex humoribus subtilibus illud, quod lenit eam, & resoluunt ipsum sua resolutione.

De grossitudine palpebrarum. *Cap.* 7.

AEgritudo est sequens scabiem: & quãq; faciunt ipsam possidere linimẽta frigida super palpebram, & eius cura est alcohol factũ ex lapide lazuli, & lapide armeno: & ex nucleis dactylorum adustis, & spicis duabus, & administratio balnei assidua, & alienatio vini: quãq; vero fricatur plurimum cum radio, & collyrio rubeo leni: sed fricatio cum zucca, quandoq; excitat & attrahit.

*De tebegi palpebræ.i.*Emphysemate. *Cap.* 8.

ACcidit propter materias subtiles, & vapores, & propter debilitatem digestionis, & malitiam eius, sicut fit in febribus vigilatiuis, & in vigilijs. & quãq; fit in principio hydropisis, et cachexiæ: & propter apata humida sicut peripneumonia, & lethargia: & quando accidit conualescentibus indicat multoties recidiuationem, & proprie quando in eis est reliquorũ membrorũ inflatio-
B nis priuatio: & remanent ipsæ excitatæ, & inflatæ: & cura est abscisio causæ, & vaporatio.

De grauitate in palpebris. *Cap.* 9.

QVandoq; fit propter inflationem, & causas eius: & quandoq; fit propter debilitatẽ virtutis, & casum eius sicut in hectica: & quandoq; fit propter grossitudinem, & alsarnac & similia. Et quandoq; accidit grauitas, & mollificatio in principio paroxysmorum, febrium.

*De inuiscatione palpebrarum apud lachrymalem & alia.i.*Ancyloblepharon. *Cap.* 10.

D Raf.2.conti.t.5. c.1.45.3.&.53.3.

QVandoq; accidit palpebræ [d] vt conglutinetur seu adhereat cum oculo, aut cum coniunctiua, aut cum cornea, aut cum vtrisq;: & quandoq; fit in vno duorum laterum lachrymalium: & quandoq; fit perueniendo ad medium, & quãdoq; fit cõmunis. Et causa quidem in ea, aut est vlcera accidentia, aut ruptura faciens alcohol, quando incidit ex oculo sebel: & detegit vngulam: & fricat ex palpebra scabiem. deinde nõ cauterizat ipsum cum cymino: & sale, et similibus vltime, sicut diximus: & non considerat omni hora illud quod oportet considerare in ipso, donec accidit vt conglutinetur.

De regimine & cura. *Cap.* 11.

SI fuerit apud lachrymalem, tunc rectius erit vt incidatur: deinde cura algarab adhibeatur, aut curetur cum alcohol basilicon, & medicamine viol. & medicamentis vngulæ: & proprie cum
C collyrio de arsenico. Et si fuerit cum albedine & nigredine, tunc cura eius erit cura vngulæ.

*De inuersatione palpebræ & est alsathere.i.*Lagophthalmos. *Cap.* 12.

E Raf.2.conti.t.9. 53.3.
F Aeti.lib.2.ser.3. c.73.

EIus [e] species sunt tres: vna earum est, vt contrahatur palpebra, & non cooperiat album. Et illud aut est à creatione: aut est propter incisionem euenientem palpebris, & nominatur oculus [f] huiusmodi oculus leporinus. Et secunda species est media, & est vt nõ cooperiat partẽ albi, & nominatur abbreuiatio palpebræ. Et causa eius est causa primæ, verum est minor illa. Et tertia est, vt non cooperiat palpebra superior inferiorem, & illud fit aut ex glandula: aut ex nascentia carnis additæ, quæ iam est, aut incipit, aut spasmo accidente palpebrę ex vlcere consolidato super ipsum, non permittẽte vt palpebra superior cooperiat inferiorem. Et quãdoq; fit illud totum ex spasmo lacertorum circundantium palpebram.

De cura inuersationis palpebræ. *Cap.* 13.

ILlius autem quæ est ab abbreuiatione palpebræ curatio est, vt scindatur cutis eius, & non suatur vt prolongetur palpebra, & consolidetur post ortum carnis cutaneæ. Et est species prima & secunda secundum plus & minus. Illius vero quæ est à glandositate & carne addita, tunc curatio est vt remoueas eam cum ferro. & similiter eius quę est à vestigio vlceris cõsolidati abbreuiantis palpebram, curatio est, vt scindatur, & consolidetur, & illius quæ est à spasmo curatio, est cura-
D tio spasmi cum speciebus suis.

G Aeti.lib.2.ser.3. c.81.& Paul.lib.3. 112.17.& Raf.2.cõti.t.9.53.3.

De grandine.i. [g] Chalazion. *Cap.* 14.

ESt humiditas ingrossata, & in lapidem conuersa in interiore parte palpebræ: & quandoq; est declinans ad albedinem similem grandini.

De cura. *Cap.* 15.

H Paul.& Ga.4.de cõpo.phar.sm loc. 153.d

ADministretur super eam linimentum ex sordibus alueorum apum, & reliquis, & quandoq; adduntur eis oleum ros. & gummi albotin, & sarcocolla. [h] Aut linitur cum ammoniaco contrito cum aceto, & galbano, & assa foetida: & linimentum aureiesus, dictum in capitulo ordeoli.

De ordeolo. *Cap.* 16.

I Gal.4.de cõpo. phar.sm loc.158.d & Raf.2.conti.t.9. 53.3. & Aeti.lib.2. ser.3.c.82.

ORdeolum [i] est apostema longum apparens super extremitatem palpebræ, simile ordeo in figura sua. & eius materia secundum plurimum est sanguis dominans.

De cura. *Cap.* 17.

K Gal.4.de cõpo. phar.sm loc.153.c

CVretur cum minutione, & euacuatione cum hiera secũdum quod sciuisti: deinde sumatur aliquid de serapino, & dissoluatur in aqua & liniatur ex eo locus: quoniam est bonum valde. Et conferunt ei euaporationes ex adipe dissoluto: [l] aut farina ordei cum galbano, aut fermen-

tum,[a] aut panis calefactus iteratus super ipsum. Et vaporationes cum corporibus[b] muscarum habentium capita abscisa: aut cum aqua in qua hordeum bulliuit, aut sanguis columbæ, aut sanguis alurasen, & turturis.[c] Aut sumantur parum baurac, & galbani multum, & commisceantur ambo, & ponantur super ordeolum, & epithema aureiesus.[d] Recipe olibani myrrhæ amborum ana partem. i. laudani quartam partem ceræ aluminis baurac armeni omnium ana medietatem partis aggregentur cum fæce olei de lilio, & liniatur super ipsum. E

A Ras. 2. côti. t. c. 2. 44. 3.
B Aeti. & Gal. lib. 158. d
C Aeti. & G. 4. de cõpo. phar. fm loc. 153. c
D Ras. 2. côti. t. 3. c. 2. 41. 1.

De alsarnac. i. Hydatis vesica. *Cap.* 18.

ALsarnac[e] est additio materiæ pinguis contingens in palpebra superiore, & grauat palpebrã ab aptione: & facit ipsam quasi mollificatã: & est cõiuncta, nõ mota sicut nodus: & plurimũ quidem accidit[e] infantibus, & humectatis, & in quibus multiplicantur lachrymæ & ophthalmię.

E Paul. lib. 6. c. 14.

De signis. *Cap.* 19.

ET ex signis eius est,[f] quoniam tu deprimis inflationem digitis duobus: deinde separas eos, eminentia in medio eius existit.

F Paul. lib. 6. c. 14.

De cura. *Cap.* 20.

CVra manus est cura eius: & ipsius modus[g] est vt sedeat eger, & teneatur caput eius tractum ad posteriora: & tendatur in ipso cutis frontis ad oculũ, & eleuetur palpebra, & accipiat eam medicus inter[g] digitum suum indicem, & digitum eius medium, & comprimat parum, & aggregabitur materia cõpressa ad illud, quod est inter duos digitos: & ille qui caput tenet, trahat cutem ex medio supercilij: cumq; apparuerit eminentia, incidat cutem ab ea sufficienti sectione: & subtili non profunda. Cautela nanq; in hoc est necessaria: & vt incisionem faciat post incisionem tutius est, quam vt profundet vice vna. Cumq; apparet per incisionem primam bonum est: & si nõ, in incisione additio fiat, donec appareat: tunc si inuenerit eam separatam, super manum suam inuoluat pannum lineum, & accipiat alsarnac separando ipsam à dextra & à sinistra. Et si remanserit residuum non obediens ei, puluerizetur[g] aliquantulum salis super ipsum, vt corrodat ipsum. Et si fuerit in tunica, & vehementis adhærentię, accipiat illud quod de ea separatũ est, & dimittat aliud, & non inuadat ipsum: sed commitat rem suam resolutioni salis, qui puluerizatur super ipsum. Deinde imponat super ipsum pannum infusum aceto. Cumq; matutinum affuerit secundæ diei, & securitas fuerit ophthalmiæ, curet ipsum cum medicinis conglutinatiuis, & sint in eis[g] litium, &[g] †{sief memithe,} &[g] crocus. Quandoq; autem inuadit seu curat partem eius quæ non separatur detegendo, & excoriando cum capillis penetrantibus cũ vncinis sub ipsa: et mouet à dextra, & à sinistra: donec separatur: aut facit illud cum infimo pennæ. Et oportet vt cautela adhibeatur in perforando vel incidendo ab eo ita vt non tendat in profundum, quoniam foramen seu incisio si tendit palpebram cum vehementia, & fit processus in foramine vel incisione tandiu donec incidatur cutis, & panniculus qui est sub ea nocet: & incipit apparere adeps loci incisi, quando cõprimitur digitis qui ipsam circundant in circuitu cutis extensæ: & prouenit dolor vehemens: aut apa calidũ: & remanent reliquiæ duræ impedientes seu renitẽtes quæ sunt deteriores ꝙ sarnac. & fortasse inciditur de lacerto eleuante oculũ aliquid cõueniens, & debilitatur palpebra ab apertione. Recentem vero quæ debilis est, plurimum sanant medicinæ resolutiuæ absq; operatione manus. F G

G Pau. lib. 6. c. 14.

G † glaucium

De althute. i.[h] *de moro.* i. celso. *Cap.* 21.

H Ras. 2. côti. t. 5. 53. 4.

ESt caro mollis eueniens in interiore parte palpebræ à qua non cessat fluere sanguis rubeus, et niger, & viridis. Cuius quidem cura est mundificatio cum exiccatiuis corrosiuis, & collyrijs acutis. Cumq; alchute, id est morum corrosum fuerit, administrabis tunc pulueres, & collyria quæ carnis sunt generatiua: sintq; ex eis quæ in vlceribus palpebrarum dicuntur. Et ad vltimum, cura pruritus, & scabiei fortium curetur.

De lapidositate. i.[i] Tylosis. *Cap.* 22.

I Paul. lib. 3. 112. & Ras. 2. côti. c. 9.

LApidositas est apostema paruum emittens sanguinem, & vertitur in lapidositatẽ à quo quãdoq; liberat manus operatio. deinde adhibeantur medicinæ vlcerum palpebrarum.

De vlceribus palpebrarum, & rupturis earum & cura. *Cap.* 23.

CVra. administretur super ea emplastrum ex lentibus, & fisticis, et corticibus granatorum decoctis cum aceto. Cumq; ceciderint cortices: & corrosio destructa fuerit, administrabis super ea vitellum oui cum croco: quoniam ipse consolidat. & si volueris administrabis desuper collyriũ de olibano, & collyrium alaber, cum collyrio astaticon, & rubeo leni. Rupturæ autem palpebræ recipiunt consolidationem: & curantur cura rupturarum cutis dicta in capitulo suo. H

De scabie & pruritu. i.[k] Trachoma. *Cap.* 24.

K Paul. li. 3. 112.

EIus causa est materia salsa nitrosa ex sanguine acuto, aut humore alio acuto, faciens prouenire pruritum prius: deinde scabiem. Cuius quidem plurimum succedit vlceribus oculi: & incipit ægritudo prius cum pruritu paruo: deinde fit asperitas, & rubeficatur palpebra: deinde fit[k] vt granum fici vlcerosum, postea adueniunt grana dura, cum vehementia scissionis adest in pruritu, & apostematione.

De cura eius. *Cap.* 25.

CVra scabiei associatur ophthalmia, cura prius ophthalmiam: deinde procede ad scabiem, postquam non dimiseris rem scabiei, & similiter sunt dispositio & iudicium si est ægritudo alia. Nam oportet vt tu vehementiorem earum diligenter attendas. Cumq; videris vlcerationem

rationem

A rationem & apostema, caue ne administres medicinas acutas, & similia eis, nisi post peruentionẽ velgradationẽ cum facilitate quantũ est possibile: nam tu trahes cum medicinis dolorem vel nocumentum vehemens. In secunda vero, & tertia specierum prædictarũ necessaria est fricatio, aut cum ferro, aut cũ medicinis fiat fricatio ex eis quæ sunt sicut spuma maris, & proprie generis eius, quod nominatur casuri, aut cum folijs fici, aut fac fricationem ex sedenegi, & croco, & marchasita fiat ex eis collyrium, & fricetur cum eo. Illius autẽ quæ curam recipit cum medicinis, & est illa quę non consequitur gradũ secundũ & tertiũ specierũ prædictarũ, initium curæ, est assiduatio euacuationis & phlebotomiæ: & si non plus, saltem bis in mense: & phlebotomię lachrymaliũ post phlebotomiã vniuersalẽ: & assiduatio balnei, & alienatio pulueris, & fumi, & vociferationis, & cautela vehementiæ stricturæ colli, & stricturæ indumentorum collum coarctantium, & furoris, & iræ, & multitudinis loquelæ, & applanationis puluinaris, & prolongationis iacendi super faciem, & omnium quæ ascendere faciunt materias ad superiora, & trahunt eas ad faciem. [a] Et confert in principio sui quidem collyrium rubeũ lene, & post ipsum collyrium viride lene. Quod si fuerit fortior illa, tunc acutius vnoquoque eorum est etiam tarthamaticon, & collyrium Arsistratis, & collyrium de croco. Et quandoq; curatur cum [b] felle hirci, & felle porci, & cum sale ammoniaco, & tucia, & ære adusto, & calcadis coniuncti, & separatim. [c] & basilicon, [d] †{siefalramadi} sunt bona: & medicamen Arsistratis est valde bonum. & ex medicinis cõferentibus est medicamen huiusmodi. Recipe [e] †{karabe} partem .i. corticis æris partes .ij. conficiantur cum melle. Aut aloes partem .i. salis ammoniaci partem .5. conficiantur cum melle & administrentur. [b] Et iterum sumantur æris vsti. xvi. auñ. piperis. viij. auñ. [f] †{clymiæ}. iiij. auñ. myrrhæ, croci amborum ana. auñ. ij. floris æris. v. aure gummi. xx. auñ. terantur & misceantur sicut scis cum aqua pluuiali.

A Ras.2.côti.t.3. c.2.41.3.
B Ras.2.côti.t.3. c.2.42.3.
C Halyab.5.prac. c.56.
D † succus cinericius
E † populi albæ
F † cadmiæ

B (margin)

De tumore palpebræ. *Cap. 26.*

ALantifac, id est tumor palpebræ est apostema frigidum cum pruritu: & quandoq; est illud [g] quod in ipso dominatur, ventositas: & quandoque est superfluitas subtilis phlegmatica, & quandoque est superfluitas aquosa, & quandoque est superfluitas melancholica.

G Alzar.lib.prac. sec.2.c.7.fol.44.

De signis. *Cap. 27.*

QVod [h] ventosum est quandoq; accidit subito, & declinat ad partem lachrymalem: & est sicut quem pungit musca in illo loco, & accidit in æstate, & senibus, & nõ est grauitas: phlegmaticum enim frigidus est, & grauius, & seruat vestigium [h] compressionis vna hora. Sed in aquoso non remanet vestigium impressionis per horam, neq; dolor est cum eo. [h] Et melancholicum secundum plurimum cõmunicat palpebræ, & oculo, & est cum duritie, & extensione consequentibus supercilia, & maxillarum summitatẽ: & non est cum eo dolor de quo sit curandum,
C & est color eius fuscus. Et plurimum eius accidit post ophthalmiam, & post variolam.

H Alzar.lib.prac. sec.2.c.7.fol.44.

De cura. *Cap. 28.*

OPortet [i] vt incipias primũ, & euacues corpus, & mũdifices caput: & ei quod fuerit ad phlegma decliuius administra emplm̃ ex folijs altheæ, & fortiora eis sunt folia alkerua contrita, & permista cum anetho, & vaporationem ex spongia infusa aceto, & aqua calida: & etiam fiat linimentum ex aloe, & [k] †{feluzaharagi,} & sief memithe, & [l] †{saufel,} & croco cum aqua solatri.

I Alzar.lib.prac. sec.2.c.7.fol.44.
K † herba ex cuius succo fit litiũ indũ,
L † auellana inda
M † pustula

De multitudine palpitationis. *Cap. 29.*

MVltitudo palpitationis fit ex re cadente in oculo leui: & quandoque fit ex [m] †{bothor.} Et quandoque multiplicatur in habentibus tetanum, & in præparatis ad ipsum. Et indicat in ægritudinibus acutis tetanum & spasmum.

De casu pilorum. *Cap. 30.*

CAdunt pili oculi ex causa materiei: aut causa loci. Et causa quidẽ materiei: aut quoniam minoratur sicut fit in fine ægritudinum [n] acutarum prauarum: aut quoniam [o] corrumpitur propter illud quod admiscetur eis, cum nascuntur, sicut accidit in alopecia: & est vt sit in interiore parte palpebrę [p] humiditas acuta: aut materia nitrosa salsa, non apparente in palpebra nocumẽto sensibili: sed ipsa nocet pilis. Qui autem est causa loci, est quoniam illic est nocumentum manifestum
D scilicet [p] aut durities, & grossitudo, & non inuenit vapor à quo generatur pilus, transitum: aut apostema, & corrosio, & significat ipsum [p] rubedo, & mordicatio vehemens & dolor.

N Ga.11.de v.1.c.14.b
O G.1.de cõposi. phar.sm loc.c.2.e &.14.meth.c.18.e
P Ser.t.2.c.6.

De cura. *Cap. 31.*

IN illo qui est causa loci, cura nocumentũ quod est in loco sm̃ q; dicit̃ in cura cuiusq; capl̃i eius in loco suo. Et in illo cuius causa, est priuatio materiei, curetur prius corpus cum viuificãtibus, & cibatione: et administra medicinas trahẽtes materiã pilorũ ad palpebras per ea quę dicturi sumus: & quę sunt dicta in antidotario: & in areolis medicinarũ singulariũ. Et in eo qui est causa materiei corruptæ administra purgationẽ capitis, & mũdificationẽ mẽbri, deinde cura medicamẽto pilorũ. Alcohol autẽ iuuatiua ad illud sunt [q] lapis armenus [r] & lazuli. Et ex cõpositis alcohol de nuchleis dactylorũ cũ lapide [s] †{lazuli} dictũ in antidotario. [t] Aut sumat̃ de ossibus dactylorũ ĩmaturorũ adustis põdus. iij. drach. spicę nardi drach. ij. fiat ex eis alcohol. Et ex eis quę expta sunt, est vt terat̃ [u] spica nigra, sicut alcohol, & administrent̃ cũ radio. Et etiã fiat alcohol ex [x] stercore muris adusto, et non adusto cũ melle: & ꝓprie alseluchi. i. qđ administrat̃ in cura [y] †{silac} aut sumat̃ terra in qua nascit̃ vitis cũ croco romano, & est [z] †{alchalithi} ꝑtes ęquales, & administret̃ ex eis alcohol. et ex eis q̃ expta sunt ad illud ex eis, cũ quo sunt pruritus, et rubedo, et corrosio, est vt decoquat̃ [a] grana-

Q Ser.t.2.c.6.
R Ras.2.cõti.t.4. c.2.45.1.
S † armenio
T Ras.44.4. & Paul.li.3.fo.112.35.
V Ras.45.1.
X Ras.44.3.& Paul.113.1.
Y † grossitiei in palpebris.
Z † Regio
a Ras.44.3. parũ differt

tum cum sua totalitate, & partibus suis in aceto vsq; quo dissoluatur, & annectatur super locum. E
Et omnia quidem viscosa cõferunt. [a] Et ad illud etiam clymiæ, colcotar, atrimenti partes æquales sumantur, & terantur. & administrentur ex eis quæ experta sunt, est vt sumatur stercoris leporini adusti pondus. viij. drach. & stercoris hircini pondus. iij. drach. cõterantur, & administretur ex eis alcohol. Aut fiat alcohol ex muscis habentibus capita abscisa exiccatis. [b] Aut aduratur auellana, & teratur, & conficiatur cum adipe caprino: aut adipe vrsi, & liniatur ex ea locus: nasci enim facit pilos, & cũ hoc denigrat eos. Et etiam sumatur antimonij adusti pars. i. piperis pars. i. & plũbi adusti abluti partes. iiij. croci partes. iiij. & duarum spicarum. iij. partes, & nucleorum dactylorum adustorum partes. ij. conterantur & fiat ex eis alcohol.

A Paul. fol. ... vnũ tantum desc...

B Paul. lib. 3. ...

De pilis inuersis, & additis. Cap. 32.

CVra quidem horum pilorũ est vnus modorũ. v. adhęrentia, & cauterium, & ordo cũ acu, & abbreuiatio palpebrę cũ sectione, & euulsio prohibitiua. Inuiscatio autẽ est, vt eleuentur, & æquentur cũ [c] mastice, & [c] gũma pini, & [c] gũmi, & visco, & ammoniaco [c] & glutino quod egredit de ventribus [c] ostracorũ, & aloe, & sarcocolla, & dragagantho, & ture dissoluto cum albugine oui. Et ex inuiscatiuis bonis est vt inuiscetur cũ oleo alscini, & melior ea est cũ colla casei quã nos diximus in antidotario. [d] Cura vero quę fit acu, est vt acus penetret ab interiore parte palpebrę ad exteriorẽ vbi est pilus. Deinde ponatur pilus in foramine eius, & egrediatur ad latus aliud, & stringatur pilus: & si sit difficilis introitus pili in foramine acus, ponatur in foramine acus extremitas capilli mulieris, & trahatur acus ex illo latere. deinde ponatur capillus in foramine eius, & egrediatur ex alio latere. & stringatur capillus, donec remaneat similis ansæ à latere intrinseco, & ponatur in ipsa pilus, & extrahatur. & si necessaria fuerit iteratio acus, quæratur locus alius. Secundatio nãq; perforationis acus dilatat foramen, & non retinet pilum. Sectio autem est vt abscindatur origo eius ex palpebra. Quidam vero præcipiunt vt scindatur locus cognominatus egena, & est apud extremitatem oculi, deinde consolidetur & nascetur super ipsum caro addita, & æquat pilum, & non permittit ipsum inuersari. [d] Cauterium autem quod melius est, est vt fiat cum acu habente caput curuatum, cuius caput igniatur, & extendatur palpebra, & cauterizetur cum eo locus pili, & non redibit. & qñq; necessariæ sunt iterationes bis, aut ter, et nõ redibit post illud penitus. Euulsio autem prohibitiua est, vt euellatur, deinde ponantur super locum medicinæ prohibitiuæ natiuitatis pilorum: & proprie super palpebram, quæ sunt de eis quæ dictæ sunt in areolis medicinarum singularium, & dicemus eas in capitulo pilorum additorum.

C Paul. li. 3. ...

D Paul. lib. 6. c. 13.

F

De pilis additis. Cap. 33.

NAscuntur [e] ex multitudine humiditatis putridæ aggregatæ in palpebris oculi.

E Ser. t. 1. c. 7.

De cura. Cap. 34. G

CVra eius [f] est mundificatio capitis, & corporis, & oculi cũ eis quę scis: [f] deinde administra alcofol acuta mundificantia palpebrã, sicut [f] albasalicon, [f] & ruscenũ, & collyriũ [f] rubeũ acutũ, & [f] viride acutũ, & collyriũ de myrobalanis, et proprie si fuerint illic lachrymę: aut aliquid accidẽtium humorũ acciderit: quod si nõ sufficerint, curã adhibe euulsionis, & euellant, & liniantur sup originẽ eorum [g] sanguis ericij, & [h] fel ipsius, & fel chamæleuntæ, & fel vulturis, & fel caprinũ. [h] Et qñq; permiscentur fella ista, & sanguines cũ castoreo, & fiunt ex eis collyria, [h] sicut squamę, piscis, & administrantur cũ necessitas incubit dissoluta cum saliua hominis. [h] Qui vero eo vtitur, media hora expectet sup ipsum. Et ex curis quidẽ bonis, est vt sumantur fel ericij, & fel chamæleuntæ, & castoreũ ſm æqualitatẽ, & aggregẽtur cũ sanguine colũbæ, & fiant inde troc. & ex eis quæ narrantur sunt sanguis [i] †{alcharad, & proprie alcharad} canis, & sangnis ranarũ, [k] veruntñ experimentum non verificauit illud. & rectius quidem ſm q; existimant, est vt misceatur cum [l] †{alkitram.} Et ex eis etiã quæ narrantur, est vt administretur fel vulturis cũ cinere, & sale ammoniaco, & succo porri: & proprie quando ponitur in sartagine super ignẽ, donec cõmisceantur, & æquentur, & si fuerit cinis ostracorum erit melior. Et rubigo ferri ęruginosi cum saliua hominis est vltima, quã uis dolorem faciat. [m] Et ex eis quidem quæ sunt experta, est [n] †{alarde} cum sale ammoniaco: & proprie cum vngula asini adusta cum aceto forti. Et similiter spuma maris cum aqua psyllij. Cum H enim stupefit & infrigidatur locus eo, non nascuntur ibi pili.

F Ser. t. 1. c. 7.

G G. 4. de cõpos. phar. ſm loc. 158. b
H Aeti. lib. 2. ser. 3. c. 67.

I † Paul. lib. 3. 13.
10. cimices
K Gal. 10. simpl. 73. d
L † pice

M Halya. 5. prac. c. 52.
N † tinea corrodens ligna
O † extremitas palpebrarum

De inuiscatione [o] †{*alasfar.*} Cap. 35.

FIt illud ſm plurimũ post ophthalmiam: oportet ergo vt administrentur sarcocollæ, & zuccari [p] †{tabarzet} partes æquales, spumæ maris quarta partis, teranẽ & puluerizent super locum.

P † albi

TRACTATVS IIII. *de dispositionibus virtutis visibilis, & operationibus eius.*

De debilitate visus & nocumento eius. Cap. 1.



DEbilitatem visus & eius nocumentum efficit: aut complexio cõmunis in corpore ex siccitate dñante, aut humiditate dñante, humorali, aut complexionali sine materia. Aut vapor eleuatus ex corpore: aut stomacho proprie. Aut frigus habens materiã: aut non habens materiam, aut propter dñium caliditatis materialis aut nõ materialis. Aut est sequens causam [q] cerebri ipsius ex ægritudinibus cerebralibus notis: quę est in substantia cerebri, aut in ventre toto anteriore, sicut compressio, aut percussio accidens ei: quare non videt oculus: aut in parte anteriore eius. Et plurimum quidẽ eius est humiditas dñans: aut siccitas accidẽs successione ægritudinũ, & motuũ superfluorũ corporeorũ, & aĩaliũ, & euacuationum

Q G. 1. de caus. c. 2. c

tionum

A G.1.de cã sym. c.2.c. A tionum superfluarũ, propter quas cadit virtus, & exiccatur materia. [a] Aut est propter rem appropriatã ipsi spiritui visibili, & mẽbris quę ipsum sequunt̃, sicut neruo concauo, & sicut humoribus, & tunicis. Et spiritui quidẽ visibili qñq; accidit vt inspissetur, & vt subtilief̃, & accidit ei vt ingrossetur & accidit ei vt multiplicetur. Et accidit ei vt minoretur. Multiplicatio autẽ est melior res, & magis iuuatiua. Et subtilitas quidem plurimũ accidit ex siccitate: & qñq; fit ex vehementia separationis accidentis [b] cum sol aspicitur: & simile ei ex resplendentibus. Et qñq; perducit aggregatio valde superflua ad coarctationem resoluentem, & inspissatur cum ea primum: deinde subtiliatur valde secundo: & istud [b] est sicut accidit apud longã moram in tenebris. Et grossitudo fit propter humiditatem, & fit propter aggregationem vehementem non ita vt perducat ad vtendũ complexione subtiliante. Et qñq; est causa in eis ambobus cadens in initio creationis: & paucitas quidem qñq; est à principio creationis, & qñq; est propter vehemẽtiam siccitatis, & multitudinẽ euonum: aut debilitatẽ anterioris cerebri validã, aut prauitatẽ ægritudinũ, & propinquitatẽ mortis, qñ resoluitur spiritus. [c] Debilitas autẽ & nocumentũ quæ sunt propter tunicas, & plurimũ eorũ est propter tunicas extrinsecas sine profundis, aut sunt causa substantiæ tunicæ: aut sunt causa transitus qui est in ea: & quæ sunt propter tunicã ipsam, sunt propter cõplexionẽ malã: & plurimũ eius est retentio vaporis in ea: aut [d] superfluitas humiditatis permistæ ei: aut exiccatio & siccitas: & nigrificatio: & corrugatio accidẽtis ei: & ꝓprie vueę & corneæ: aut corruptio superficiei eius, ꝑpter impssionẽ [d] vlcerũ apparentiũ, aut occultorũ: aut tolerantia ophthalmię plurimę auferentis peruietatẽ eius: aut [d] color extraneus intrans eã, sicut accidit corneæ in icteritia ex citrinitate: aut in tarfati ex rubedine: aut denudatio coloris naturalis, sicut illud quod accidit corneæ: & addit peruietatem & firmitudinem ad hoc vt lumen vincat ipsum, & separet spũm visibilẽ. Et qñq; accidit propter cohærentiam seu applicationem firmam aeris & luminis exiccatio & calefactio humiditatũ, aut separatio earum propter corrosionẽ accidentẽ: quare non gradatur lumen in penetrando in eis, immo subito penetrat in glacialem integre. Aut propter ortum panniculũ super eas sicut in vngula, aut inflatione, & grossitie venarũ earũ sicut in sebel. Accidens autẽ foramini, & transitui: aut est quia stringitur supra naturalẽ propter causas quas dicturi sumus in [e] caplõ suo: aut dilatatur, aut oppilatur integre, aut non integre: sicut cũ est descensus aquæ: & nos quidem dicemus ista [f] caplã omnia sigillatim. Facta autẽ propter humores est: qm̃ glacialis quidẽ qui est vnus eorũ, mutatur ab essentia sua æquali, & ingrossatur: aut eius subtilitas est fortis, & fit impeditus à delatione luminis, & coloris luminosi super se. [g] Et ex albugineo quidem, qm̃ multiplicatur valde: aut ingrossatur: & fit illud causa ad minorandã peruietatẽ suã, aut propter humiditatẽ, & vapores qui permiscentur ei: & mutant peruietatem. Vapores enim & fumi extranei extrinseci nocent ei, qualiter ergo intrinseci? Et omnia grana vaporosa inflatiua sunt grauatiua visus. [h] Nocumẽtum enim quod visui aduenit ex vitreo, non est primitiuũ, immo non nocet visui, nisi in quantũ nocet glaciali, & cõuertit eius essentiam ab æqualitate propter cibum non æqualẽ, quem ei defert. [i] Nocumentũ autẽ quod fit propter neruum, est quoniam accidit ei oppilatio: aut accidit ei apostema, aut ruptura.

B G.c.6.b — C G.fol.15.c — D G.1.de cã sym. c.2.fol.15.c — B — E 15. — F C.9.&.18. — G G.c.2.fol.15.b — H G.c.2.fol.14.c — C — I G.4.de loc.aff. c.2.f

De signis. *Cap. 2*

K Lib.1.Fẽ.2.d.3. c.2. IN eo quidem quod est cõitate corporis signũ est illud, quod [k] dedimus, quod significat cõplexionẽ totius corporis. Et illud quod fit cõitate cerebri est, qm̃ illic est aliquod signorum significantium nocumentũ in cerebro, [l] cum hoc vt sint reliqui sensus læsi cum illo: illud enim fiduciam facit cõitatis cerebri. Et qñq; appropriatur visui plurimũ proprietatum eius, & cum odoratu, sine auditu. Sicut percussio coarctatiua qñ cadit in parte anteriore cerebri. Et qñq; est auditus cum sua dispositione, & remanet oculus apertus, & non potest claudi palpebra super ipsum: verum non videt. Et signum quod ipsi spiritui appropriatur, est, [m] qm̃ si spiritus est subtilis, & est paucus, videt rem ex proximo cum perscrutatione, & non videt quod elongatum est cum perscrutatione. Et si fuerit subtilis plurimus, videt cum perscrutatione rem propinquã & elongatã. Verum eius subtilitas cum est superflua, non figitur in re splendida, seu lucida valde: immo fugat eum lumen forte, & separat eum. [m] Et si est grossus, & plurimus, non deficit ei perscrutatio intuendo longinquũ, & non perscrutatur visionem propinqui. & causa in hoc apud loquentes de radio est, ꝙ visus nõ fit, nisi egressione radij, & cum obuiat ei quod videtur: & ꝙ motus vadens ad locum longinquũ subtiliat grossitiem eius, & æquat essentiam ipsius, queadmodũ huiusmodi motus resoluit spiritũ subtilem, quare forsitan non operatur aliquid. Et apud illos qui dicunt peruium vehere formas visibilium causa est alia ab illa, est ꝙ glacialis motus fit fortis, cũ videt illud quod elõgatur: & illud est ex eis quę subtiliant spũm grossum habitantẽ in ipso: & resoluit spũm subtilẽ: & proprie pacucũ. Verificatio autem certioris in his duobus sermonibus, pertinet ad sapientes, non medicis. Cognitio vero illius ex dispositionibus tunicarũ, & humorum profundorũ, est ex eis quæ sunt difficilia cum non est res alia, nisi ipsa. Quandoq; autem recurritur ad dispositionem coloris tunicarum, & humorum profundorũ: & ad dispositionem inflationis earum, & extensionis, & corrugationis, & extenuationis ipsarum, & dispõnem paruitatis oculi propter paruitatem ipsius, & dispositionem eius quod spargitur super ipsum de humiditate, & imaginatur de similitudine iris: aut videtur in ipso de siccitate, & conturbatione, quę manifesta est exterius: & forsitan non apparet cũ eo homo oculi, & est forma aspicientis in ipsum. Et qñq; significat ẽm dispõnem corneæ. Et qñq; significat ẽm dispositionẽ albuginei: & ille cuius est videt semper inter oculos suos sicut nebulas. Si autem

L Ras.2.cõti.t.6. c.1.46.2. — M G.1.de cã sym. c.2.fol.15.c — D

videt conturbationem coram foramine tantum,& non sunt reliquæ partes corneæ turbatę,significat ꝙ conturbatio fit in albugineo,& quòd non est clarus:& si conturbatio est cōmunis partibus corneæ,non est dubium quin ipsa sit in cornea: sed remanet dubitatio,an ipsa sit similiter in albugineo an non.Et accidit quandoq; albugineo siccitas:& accidit quandoq; ex illa siccitate,vt aggregentur ea quædam partes eius,& non fiunt peruiæ: quare videtur coram eis fenestra aut fenestræ. Et quandoq; est illud propter vestigia vlcerum existentia in cornea occulta facientium imaginari imaginationes,quare erratur in eis: & existimatur quòd sint imaginationes aquæ,& non sunt.De constrictione autem & dilatatione, & aqua, & dispositione nerui,posterius loquemur. Et scias ꝙ omnis corruptio existens à siccitate fit fortis apud famē, & apud exercitium resolutiuum,& apud euacuationes in hora meridiei: & ex humiditate,econtrario. E

De cura. *Cap. 3.*

SI fuerit causa debilitatis siccitas,iuuatur humectantibus, & aqua casei, & emulsione lactis super caput [a] & potu eius: & ponantur olea humectatiua super caput: & proprie cum fuerit illud in conualescentibus.& conferunt ei somnus,& requies,& caputpurgia humectantia: & proprie [b] oleum de nenufare: & eius quæ in tunica existit,cura est praua. Quod si fuerit ab humiditate,administrabis tūc illud quod resoluit post euacuationes. Vomitus autem qui fit cum facilitate, est ex eis quæ conferunt,& proprie senibus:sed laboriosus nocet valde.Et gargarismata,& facientia egredi mucositates ex naribus,& sternutamenta conferunt. Et ex euacuationibus iuuatiuis in hoc est [b]potus olei de kerua cum infusione aloes. Et administratio eius,quod prohibet vaporem à capite,sicut trypheræ:& proprie apud somnum: cōfert etiam,& iuuatur exercitijs extremitatum, & proprie extremitatum inferiorum.Et similiter oportet vt administretur fricatio earum. Si autē causa fuerit in ea grossities eius,curetur cū medicinis abstersiuis prædictis in areolis oculi.Et oportet quando administras medicinas acutas, vt vtaris cum eis medicinis stypticis. Et ex rebus quidē iuuatiuis in hoc,est tutia abluta nutrita cum aqua sampsuci:aut aqua fœniculi:aut aqua albedarungi,& succo prassii.Et assiduatio alcohol cum lycio confert oculo valde,& conseruat virtutem eius vsque ad tempus longum.Et facere alcohol ex fricatione myrobalanorum cum aqua ros. confert valde,quando est humiditas subtilis cū caliditate & pruritu. Et ex alcohol conferentibus in huius capitulo,est ex fellibus,cum sunt singularia,[c] sicut fel [d] †{alcubugi,}& fel [e] †{albazi,}& [f] †{alsabut,}& [g] †{alrachame,}& tauri,& vrsi,& leporis, & hirci, & gruis, & hirundinis, & passeris, & vulpis,& [h] aldib,& catti,[b] & canis [h]†{alseluchi,}& arietis montani,& felli [i] †{alhabari} inest proprietas valde mirabilis,singulariter aut compositum,& ex oleis quidem iuuatiuis sunt,sicut[b] oleū de kerua,& [b] oleū de narciso,[b]& de granis lauri,& oleū raphaninum,& [b] oleum de fœnugręco,& oleū [b] de lilio,& [b] oleū sansucinū, [b] & oleum chamæmillinum, & oleum alacoen. & facere alcohol cum aqua albedarungi confert.& ex medicamentis bonis mensuratis est,vt adurantur duę nuces &.xxx.ex nuchleis myrobalanorum citrinorum, & terantur, & proijciatur super eos piperis non adusti aur.i.& fiat ex eo collyrium.Et ex medicinis iuuatiuis est vt sumatur[k] succus granati muzi, & decoquatur vsque ad medietatem,& remoueatur ab igne, & misceatur cum eo medietas ipsius de melle, & ponatur sub sole & administretur.Et similiter si sumatur aqua [k] duorum grantorum, & ponatur sub Sole duobus mensibus in æstate & colletur, & ponatur in ea aloes, & longi piperis, & salis ammoniaci (& qnq; fit sine sale ammoniaco) partes æquales:terantur omnia valde, & proijciātur super lib.eius drach.iij.ex eis, & reseruetur: & quātoplus antiquatur tanto est melius. Et ex iuuatiuis cum hoc est acorus cum [l] †{mamiran}quando teritur sicut alcohol. Et facere alcohol cum aqua cepe cum melle iuuatiuū est. Et collyrium quidem fellium est forte. Et fella quidē fortia sunt,sicut fel albazi.i.falconis,& fel aquilę.Aut sumatur tabula,& pistillum,quorum ambo sint ex ære rubeo, & distillentur super eam stilla aceti, & stilla lactis,& stilla mellis: deinde teratur donec nigrescat illud,& fiat ex eo alcohol.Et scias ꝙ assumere alsegiem assidue siue sit assa, siue elixa,est ex eis quæ conferunt,& confortant visum valde:ita ꝙ remouet debilitatem antiquam.Et si quis potest sumere carnem viperarum decoctam secundum modum quo decoquitur in theriaca, & secundum modum quo distinguitur in capitulo de lepra, conseruat sanitatem oculi vltime. Et ex medicinis quę senibus bonę sunt,& ei cuius visus debilitatur ex coitu, & alijs,est tuciæ nō ablutæ.vi.partes, & vini quantū sufficit, & olei de balsamo plus tuciæ ſm quantitatem qua conuenit, teratur tucia,& proijciatur super ipsam oleum balsami,deinde vinum, & teratur sicut oportet, & reponatur. Medicamen de quo dicitur, ꝙ tanti existit iuuaminis ꝙ oculum talem efficit, ne ei noceat in corpus solis aspicere. Recipe lapidis murichinis est qui similis iaspidi & lapidis magnetis, & lapidis anachatis,& est alumen album,& sedenegi,& chamæmillæ, & calamenthi,& succi condysi omnium ana.partem.i.fellis aquilæ,& fellis viperæ amborum ana. partem mediam fiat ex eo alcohol.Et administratio pectinationis super caput,iuuatiua est:& proprie confert senibus:quare oportet vt administretur omni die multoties: quoniā attrahit vapores ad superiora, & mouet eos à parte oculi. Et ingredi aquam claram viridem, & submergi in ea, & aperire ambos oculos in ea secundum quantitatem qua possibile est, est ex eis quæ seruant sanitatem oculi, & confortant ipsum:& proprie in iuuentute. Et oportet proprie eum qui conqueritur de vaporibus stomachi, & cui nocet humiditas, vt vtatur ante cibum decoctione absynthij, & oxymelle squillitico: & omni quod lenit,& incidit superfluitates,quæ sunt in stomacho.

Margin notes: F (beside "tia egredi mucositates"); G (beside "oleū de lilio"); H (beside "& secundum modum quo distinguitur").

A Raf.2.cōti.t.c.2.st.3.
B Raf.st.2.
C G.10.de simpli medi.fac.fol.74.i
D † perdicis
E † falconis
F † piscis in p...
G † auis vt m...
H † venatorum
I † auis vt a...
K Raf.st.2.
L † herba mamira

Rememoratio

A Tra.1.c.5.de verbo ad verbum

A *Rememoratio rerum visui nocentium.* Cap. 4.

RErum[a] autem visui nocentium, aliæ sunt operationes & motus: & aliæ sunt cibi: et aliæ sunt dispositio regiminis in cibis. Operationes autem & motus sunt omnia, quæ exiccant, sicut coitus multus, & prolixitas aspiciendi enitentia, & legere minuta superflue, & medium in eis est iuuamen, & similiter actiones minutæ, et somnus post repletionem & cœnā. Immo oportet illum qui suo in visu debilitatē habet, expectare donec digeratur cibus eius. Et omnis repletio nocet ei. Et omne quod exiccat naturā. Et oē quod turbat sanguinē ex rebus salsis, & acutis, & alijs nocet ei. Et ebrietas nocet ei.[b] Vomitus vero cōfert ei inquantū purgat stomachū: & nocet ei inquantū mouet materias cerebri expellendo eas ad ipsum. Et si fuerit necessarius, oportet tunc vt fiat post cibum, & cum facilitate. Et balneum nocet. Et somnus superfluus nocet. Et fletus vehemens. Et multitudo phlebotomiæ: & proprie ventosatio cōtinuata, seu frequens. Cibi vero qui nocēt, sunt salsi, & acuti, & vaporosi, & omnis qui nocet ori stomachi. & vinum grossum turbatum. & porrū, & cepa, & bedarungi comestum, & oliuæ maturæ, & anethum, & caules, & lentes.

B de verbo ad verbum.t.1 c.5.

*De nyctilopa.i.*Nyctalope. Cap. 5.

C G.2.meth.2.g & Aeti.lib.2.ser.3. c.46.

ESt[c] vt euanescat visus in nocte, & videat in die, & debilitetur in fine eius. Et causa quidē eius est humores oculi,[c] & grossities eorum. Aut humiditas[c] spiritus, & grossities eius: & plurimū B quidem accidit habentibus oculos nigros, non glaucos, & paruitati pupillæ, & cui multiplicantur colores, & anfractuosa in oculis suis. Hoc enim significat paucitatem spiritus visibilis in creatione sua. Et quandoq; est hæc ægritudo propter ægritudinem in ipso oculo: & quandoque fit propter communitatem stomachi, & cerebri, & cognoscitur illud per signa quæ [d] sciuisti.

D T.1.c.3.

De cura. Cap. 6.

E Aeti.lib.2.ser.3. c.46. *Infra α* F Aeti.& Pau.lib. 3.117.3. G Aeti.& G.11.de simpli.medi.fac. 79.h H Ras.t.9.c.18.

SI illic fuerit multitudo, phlebotoma[e] cephalicam, [e] & [α] angulos lachrymales, & administrentur reliqua euacuantia nota, & iterentur, & qnq; euacuatur cū [f] scāmonea, & castoreo, & confert,[e] & sumatur in potu ante cibū syrupus de hyssopo, aut hyssopus, & ruta sicca sumpta in modū suffuf, seu pulueris. Et sumant in potu post digestionē integrā modicū de vino veteri. Et ex medicinis expertis est illud quod currit vel fluit [g] ex hepate caprino perforato cū cultello & posito sup prunas: nā cum currit accipitur de eo, quod currit, & puluerizatur sup ipsum sal indus, & longū piper, & fit ex eo alcohol. Et qnq; puluerizant̄ super ipsum medicinę, cū superponit̄ prunis: & fit de clinatio super vaporē eius: & comedit̄ de carne eius assata: & illud est iuuatiuū: [h] & qnq; incidit̄ in frusta lata, & fit ex eis ordo seu stratus, & ex pipere longo stratus seu ordo, & fit stratus superior, & stratus inferior ex hepate, & assetur in tanur seu furno, et non vltimet̄ eius assatio: deinde sumitur, & colatur ex eo aquositas, & fit cū ea alcohol. Et similiter hepar leporis. Et similiter collyriū factū C ex longo pipere: & illud quod est s̄m hanc descriptionem [i] piperis longi, & piperis, & spicæ partes æquales fiat ex eis alcohol. Et fella etiā iuuatiua sunt: & ꝓprie fella hircorū, & arietū montanorū. Et silr̄ alcohol cū oleo balsami cōquassato cū pauco opio. Et alcohol ex piperibus tribus contritis, sicut puluis iuuatiuus est valde. Et silr̄ alumen ægyptiacū. Et alcohol cum melle, & aqua fœniculi claudendo oculum super ipsum spacio lōgo est valde iuuatiuum. Et fortius eo est [i] mel cum in eo est virtus aluminis, & salis ammoniaci. Et alcohol factum ex sanguinibus animalium calidarum complexionum confert. Et confert alcohol ex [k] succo cucumeris asinini conquassato cum semine portulacæ. Et collyrium [l] †{alcali.} Et collyrium floris æris confert ei. Et stercus [m] †{alurel,} & stinchi. Et sumantur fellis [n] †{alhada} pars.i.piperis partes.ij.ammoniaci partes.iij.conficiantur cum melle, & administrentur ei. Et [α] confert ei phlebotomia venæ lachrymalium.

I Ras.2.cōti.t.4. c.2.49.3. K Ras.49.2. L † cineris herbæ M † animalis similis lacerto N † milui *Supra α*

De algiehar, & est vt non videat in die. Cap. 7.

CAusa algiehar est subtilitas spiritus & paucitas eius multa. quare resoluitur cum lumine Solis: & adunatur in tenebris: & quandoq; est causa algihar parua seu debilis: quare videt in tenebris, & vmbra die & nocte, & debilitatur in lumine.

De cura. Cap. 8.

ESt additio in humectatione, & in ingrossatione sanguinis.

D *De imaginationibus.* Cap. 9.

O G.1.de symp.cā c.2.fo.15.c. q̄si oīa; contenta in hoc capitulo habet.

SVnt[o] colores qui sentiuntur coram visu, ac ipsi sint misti in aere: & causa in eis est statio rei nō paruiæ inter glacialem, & inter ea quæ videntur: & illa res aut est ex eis, quorum simile non comprehenditur in cōsuetudinibus omnino: & neq; comprehendit ipsum nisi, qui est fortis visus egredientis à consuetudine in comprehendendo: aut est ex eis quæ comprehendit visus, quando medius fit, & non est in fine acuitatis: sed est s̄m semitam cōsuetudinis.[p] Et intentio primi est: qm̄ cum visus est fortis, comprehendit debile, & occultum ex rebus quæ volant in aere propè visum, quæ sunt ex atomis, & alijs à quibus aer non euacuatur: quare apparent ei vel cōfusè videntur ab eo: & propter suam propinquitatem quam habent cum aere, & ipsorum paruitatem nō verificat eas: & similiter cum sunt in interiore parte vestigia vaporum paruorum à quibus non euacuatur ex eis complexio & natura omnino. Veruntn̄ hæc duo occultantur à visibus, quæ nō sunt in vltimo acuitatis, & non imaginantur, nisi ei qui est vehementis acuitatis in visu: & ista sunt ex eis quę non comparantur ad nocumentum. Diuisio autem altera aut existit in tunicis: aut existit in humoribus: & illa quæ existit in tunicis est, [q] vt sit super tunicam corneam vestigium occultum valde quod remansit à variolis: aut ophthalmia, & bothor, aut alijs, & non apparet oculo exterius: & ap-

P G.1. de sym.cā c.2.fol.15.b.&.1. loc.aff.c.7.b

Q G.1.de sym.cā. c.2.fol.15.c

paret oculo interius, propterea quod non sit peruius locus in quo est. quare propter ipsum vel ſm ipsum ex re visibili & ex aere peruio seu claro occultantur partes quę videntur sicut foramina, vel sicut fenestræ cum quantitate aliqua, quæ si ſm veritatē exterius repertæ forent: esset pars illa parua magna pars formarū eius quæ sunt in foramine vueæ. Illa autem quæ existit ex humoribus est ſm duas diuisiones: qm̄ aut iam ad ipsum conuersa est substantia ipsius humiditatis, aut iam aduenit substantiæ humiditatis illud quod est extrinsecum ab ea, & illa quæ est propter ea ꝙ ad ipsum iam conuersa est substantia ipsius humiditatis est, quia accidit parti eius malitia complexionis alterans colorem eius, & remouens peruietatem eius: quare non peruia fit illa quantitas eius propter frigus: aut humiditatem: aut caliditatem, facientem ebullire illam quātitatem vnde cōmouetur in ea seu agitatur in ea aeritas. Et ex proprietate aeritatis est vt cum permiscetur humiditati subtili peruię faciat ipsam lactei coloris, spumosi nō peruij, aut propter siccitatem inspissantem & aggregantem valde: Illa vero quæ fit ex hoc ꝙ ipsi humiditati aduenit aliquid extrinsecū ab ea non euacuatur quin aut illud sit accidentale non fixum, & est ex genere vaporum qui eleuantur ex corpore toto: aut ex stomacho: aut ex cerebro: & cum sunt subtiles perueniunt, & resoluūtur, &[a] sicut fit in crisibus, & post vomitum & post iram: aut fit fixum in ea, & portendit aquā. Et istæ quidē imaginationes qn̄q; diuersificantur in quantitatibus suis, & sunt paruæ & magnæ. Et qn̄q; diuersificantur in essentijs suis, & sunt grossæ, & subtiles occultæ. Et qn̄q; diuersificātur in sitibus suis, & sunt raræ: & qn̄q; spissæ, nebulosæ. Et quandoq; diuersificantur in figuris suis, & sunt granosæ, & sunt cimicales, & sunt muscosæ, & sunt filosæ, & capillares cum longitudine.

A Gal. 1. de symp. cā. c. 2. fol. 15. a. b

De signis. Cap. 10.

SIgna earum quæ sunt ex acuitate sensus, sunt vt sint leues non ſm modum vnum, & figuram vnam: & associantur homini tempore sanitatis sui visus absq; diminutione subsequēte ipsam. Et illam quæ fit propter corneam, significat causa eius prędicta: & vt figatur aliquo tempore non addens, & non perducens nocumentum in oculo præter se. Et illa quæ fit ex causa in albugineo, est vt sit tempore longo: & non perducat ad nocumentum magnū, & fit aut successione ophthalmiæ acutæ: aut successione causæ infrigidātis, aut calefacientis: & est ex eis quæ existimatione sciūtur: & proprie quando inuenitur cornea tersa, clara, in qua nō est asperitas aliquo modo. Amplius est res fixa, & non additur, neq; perducit ad nocumentum magnum. Illa autem quæ fit propter vapores stomachicos, & corporeos cognoscitur propterea, quod ipsa cōmouetur cum vaporosis: & apud repletionem, & digestionem, & apud motus, & vertiginem, & scotomiam, & non moratur ſm dispositionem vnam: immo augmentatur, & minuitur, & non appropriatur [b] oculo vni: immo fit in ambobus oculis. Cumq; cum ea est nausea, verificatur eius significatio: & quādoq; est vomitus. Et [c] euacuatio cum picra, & subtiliatio nutrimenti, & studium in digestione, remouent & minorant eam. & tu quidem iam sciuisti in capitulo debilitatis visus, signa eius cuius est causa siccitas albuginei: aut aliud. Et [c] quando continuatur sanitas oculi, & incolumitas eius qui habet imaginationes sex mensibus, est secundum plurimum in securitate. Et [c] imaginationes quæ sunt antecedentes aquam, non cessant gradatim in conturbatione visus, vsquequo descendit cum eis aqua subito: & raro pertransit sex menses. Cum autem vides imaginationes remoueri, & redire, & addi, & diminui, scias quod non sunt aquosæ. Cumq; videris fixarum tempus prolongari, & non procedit vel non continuatur in debilitate visus scias quod ipse non sunt aquosæ.

B G. 4. loaf. c. 1. b

C G. ibidē c

Sermo de cura imaginationum, & initium aquæ. Cap. 11.

PRimum imaginationis est, vt tu venias ad curam earum quæ aquā portendunt: reliquis autē earum quę sunt ex siccitate conferunt qn̄q; humectātia nota: sed si sint ab humiditate: & aliæ quę non sunt à siccitate, conferunt eis omnia alcofol quę abstergunt. In portendētibus vero aquā, oportet vt incipias, & mundifices corpus, & proprie stomachū. Deinde venias ad mundificādum caput cum gargarismis, & caputpurgijs, & masticationibus. Ex sternutationibus vero inquantū purgat, speratur iuuamentū: & ex parte laboriosi motus earum, timetur ex eis motus aquæ, & proprie si est cadens in neruo, seu in concauo nerui, & prope ipsum. Et scias ꝙ hiera picra. est mirabilis iuuamenti in eis. Et similiter pilulæ aur. Et medicamēta in quibus ponuntur centaurea, & galbana amara. Et tu quidem iam sciuisti in capitulis curę capitis, & mundificationis eius illud, quod te oportet attendere. Et oportet vt [c] sit mundificatio per hieram picram: aut pilulas aureas ſm semitam pilularū alsabiat. i. pilularū assaiaret frequēter valde. Et neq; vtaris medicinis subtiliātibus, & abstersiuis faciendo alcohol, nisi post mundificationē. Et confert in principio aquæ phlebotomia arteriarū post aures. Et oportet quidem vt incipias primo à medicinis leuibus sicut [d] fœniculum cum melle, & oleo. Et sicut dicitur, ꝙ odoramētum sampsuci confert ei, qui timet descensum aquæ in oculis suis, & similiter attractio olei ipsius per nares. Et dicitur ꝙ appositio sanguisugarū super tēpora cōfert in initio aq̄, & qn̄q; confert alcohol cum semine alchetē: & dicitur ꝙ ipsum remouet aquam, & resoluit eam: & ꝙ ipsum est vltimum. Deinde perueniatur gradatim ad medicinas compositas ex serapino, & similibus sibi. [e] Et ex illis est medicamen quod recipit serapini tres partes assæ fœtidę, & ellebori albi amborum ana. x. mellis. viij. cotylas. Et ex eis quæ valde experta sunt est vt ex capite hirundinis adusto cum melle fiat alcohol. Et collyrium astiticam. Et omnia fella prædicta in capitulo debilitatis visus. Et fortius istis est collyrium de fellibus [f] †{almorastani:} & etiam alcohol [g] †{aumalus,} & alcohol dictum in antidotario cum felle testudinis.

C Paul. li. 3. c. 17. ...

D Paul. 117. 15.

E Ras. 1. cōti. c. 2. fo. 1. & Paul.

F † quibus vtitur in hospitali

G † hydromel

Et

A [a] †{Et medicamen Oribasii cum aqua fœniculi et collyrium sampsuci,& alsedarus,& almerugimus,& oleum de balsamo confert eis,}& ex eis, quæ conferunt in initio aquæ, est vt sumatur fel tauri iuuenis sani corporis,& ponatur in vase æreo,& dimittatur prope.x.dies,vsq; ad duas septimanas.deinde sumantur myrrhæ & croci tritorũ,& fellis testudinis syluestris, & olei balsami omnium ana pondus.ʒ.ij.permisceantur omnia permistione vltima,& fiat cum eis alcohol. Et etiam accipiatur ellebori pars.i.& assæ fœtidæ pars.i.& serapini quinta & decima partis, & est tres decimæ partis,fiat ex eis collyrium,& fiat alcohol cum eo.& iterum ellebori al.& piperis pars.i.et ammoniaci tertia partis fiat ex eis collyrium cum succo raphani,& administretur.Et oportet vt vitet pisces & cibos grossos,vel ingrossantes,& vaporatiuos,& potum plurimæ aquæ etiam, & vini,& frequentiam phlebotomiæ,& [b] ventosarum:immo postponat illud quantum possibile est:nisi fortis necessitas cogat ad illud:& sit credulitas,q; sanguis sit calidus plurimum.

De alintisar.i.Mydriasis. *Cap. 12.*

ALintisar est vt fiat foramen vueæ latius,q̃ est in natura:& qñq; fit illud successione sodę,aut propter causam primitiuam ex [c] percussione,aut casu.Et qñq; fit propter causas existentes in ipsa pupilla,& illud est in albugineo,aut in vuea.Albugineus nanq; cum humectatur,& multiplicatur,comprimit vueam,& mouet eam ad dilatationem.Albuginei vero siccitas non facit dilaB tationem per se:sed per accidens.s.inquantum sequitur eam siccitas vueæ. Et vuea ipsa si desiccatur,aut [d] extenditur ad extremitates suas,sicut extenduntur coria perforata cum exiccantur: accidit ei vt dilatetur sicut dilatantur foramina illorum coriorum:& proprie qñ comprimitur ab humiditatibus.Et [d] qñq; accidit ei illud ex humiditate intrante substantiam eius,et addente in spissitudinem ipsius:& extendente eam ad grossitiem:quare accidit foramen vt dilatetur. Et quãdoq; accidit illud propter apostema extensiuum proueniens in ea.Et [d] qñq; est amplitudo oculi naturalis,& nocet visui.[e] Videt enim res minores,quàm oportet vt videantur. Et [d] quandoq; est accidentalis:& fit similiter:& quandoq; cõsequitur ad hoc vt non videat aliquid. Multoties enim dilatatur oculus adeo,vt dilatatio consequatur coronam,& non remaneat visui aliquid de quo sit curandum.Et illa quæ est ex percussione,aut casu,non habet curam.

De signis. *Cap. 13.*

IAm diximus ea in [f] capitulo debilitatis oculi.

De cura. *Cap. 14.*

ILla quæ naturalis est curam non habet.Et illi,quæ est ex siccitate cõfert humectatio oculi cum humectatiuis prædictis.Et illi,quæ est ex humiditate,cõfert phlebotomia,si in corpore est multitudo.Et etiam phlebotomia lachrymalium venarum euacuat ex loco, & confert ei: & similiter C phlebotomia venarum temporum,& incisio earũ:& euacuationes quas [g] sciuisti:& effusio [h] aquæ salsæ & salitæ super caput proprie mistæ cum aceto. Et non oportet vt multiplicentur euacuationes cum solutiuis,& debilitetur virtus,& non euacuet̃,quod quæritur. Immo qñq; sufficit ei euacuatio omnibus.x.diebus cum.ʒ.i.aut cum.ʒ.i.ß. de [i] pilulis cochijs. Et cibus sit aqua ciceris cum oleo sisamino.Et fiat alcohol oculo alteri cum tucia: vt non dilatetur sicut primus. Et oportet vt administres alcofol prædicta in [k] capitulo imaginationum,& aqua.Et conferunt ei [h] ventosæ sup collum propter illud,quod in eis est de attractione ad posteriora. Illud autem cui innitendum est in cura eius,quæ facta est successione percussionis est,vt fiat phlebotomia: deinde ventosetur caput,postea administra infrigidantia.Et fiat emplastrum ex [l] farina fabarum sine corticibus suis, & farina hordei cum aqua foliorum alkalef,aut aqua endiuiæ. Aut lana ĩfusa in vitello oui cum oleo rosaut pauco vino.Et distilletur in oculum sanguis turturum,& pullorum columbinorum, & in die tertio distilletur in ipsum lac,& alcofol,quæ sunt fortiora. Et penitus plurimum curæ eius est ex genere curæ apostematum calidorum.Et post administretur collyrium frigidum ex thuris & croci,& myrrhæ omnium ana parte.i.& arsenici parte.ß.Medicamen iuuatiuum murisis, idest dilatationi oculi.Recipe fellis milui,& fellis gruis amborum ana aur̃.iij. croci.ʒ.i.piperis centum,& septuaginta grana,succi liquiritiæ.v.aur̃.& tertia,ammoniaci duo aur̃.mellis secundum quantitaD tem necessitatis:& fiat ex eis alcohol,& teratur cum aqua fœniculi, & conficiatur cum melle. Et ad illam,quæ facta est ex percussione medius aur̃.teratur cum succo raphani, vsquequo siccetur & administretur cum eo sicco alcohol.Et etiã fellis hirci aur̃.i.stercus aldab, aut alurel aur̃.i. &.ß. nitri.ß.aur̃.piperis fellis gruis amborum ana aur̃.ij.croci aur̃.i.ammoniaci aur̃.ß.ellebori albi aur̃.i. terantur etiam cum aqua fœniculi,& misceantur cum melle.

De constrictione pupillæ. *Cap. 15.*

COnstrictio est vt sit foramen vueæ strictius,q̃ consuetum fuit.Et [m] si est naturalis est laudabilis:& si est accidentalis,est deterior q̃ dilatatio:& qñq; perducit ad oppilationẽ. & eius causa est,aut siccitas vueæ corrugatiua aggregans eam,& contrahitur foramen,& accidit constrictio aut oppilatio.Aut humiditas extendens vueam à lateribus ad medium,et constringitur foramen,& accidit sicut illud,quod accidit [n] cribris quando madefiunt,& mollificantur:& extenduntur in partes.Aut siccitas [o] vehemẽs albuginei,quare minoratur,& sequit̃ ipsum tunica ad detumescendum,& aggregationem diuersam dispositioni exitus.Et plurimum accidit hoc accidẽs à siccitate.

De signis. *Cap. 16.*

IAm diximus ea in [p] capitulo debilitatis oculi.

De cura.

A† Pau.li.3.117.28. Nos aũt tradit Oribasius, subscripto vtemur, caucalidis succi,chamedryos, sanguinariæ singulorũ æquis portionibus contritis,beneficiunt item collyria,et quod succo fœniculi constat,& Protheus, & Thalasserus, & Diaopobalsamu,& quæ ex his pparant̃ psidio esse solent.Insuper fęniculi decoctum p initia superfusuz adiuuat, itẽ ex succis ɔfectũ opobalsamo, melle oleo veteri & similibus.
B Li.1. F.4.c.21.
C Ras.li.diui.c.33.
D G.1.de ca.sympto.c.2.g
E Aet.lib.2.ser.3. c.52.
F 1.&.2.
G T.1.c.9.
H Aet.lib.2.ser.3. c.52.
I Ras.t.9.c. 29.
K 11.
L Ras.in diuisio. c.33.
M Ga.1.de sympt. cau.c.2.d.e. f
N Gal.ibidem.g
O Gal.ibi. h
P 1.

De cura. Cap. 17. E

EIus quidem quę ſicca eſt, cura ſunt humectantia, quę ſunt ex diſtillationibus, & caputpurgijs, & embrocis factis ex ſuccis humidis, & reliquis ſicut ſcis: & cibi lenes ſeu leniẽtes & pingues & in aliquibus horis neceſsitas eſt adminiſtrare aliquid in quo ſit caliditas aliqua, vt attrahat materiam humidam ad oculum. Et [a] oportet vt adminiſtretur fricatio capitis, & faciei, & oculi fricatione ſucceſsiua. ſ. vna poſt aliam breui tempore: & totum id vt attrahat. Nam adminiſtratio humectantium pure, qñq; nocet etiam, & qñ adminiſtras alcofol attractiua, itera tunc humectatiua. Ei vero, quæ humida eſt, conferunt alcofol prædicta cognita in [b] capitulo debilitatis viſus, & [c] aquæ, & imaginationum. Et ex eis eſt collyrium huius deſcriptionis. Floris æris, ammoniaci amborum ana pars. i. croci pars & tertia, aloes. v. partes, muſchi medietas partis, fiat ex eis collyrium. Et iterũ ammoniaci aur. duo, floris æris aure. iiij. ſtercoris lacerti aure. iij. croci aure. ij. gummi aure. i. conficiantur cum melle, & adminiſtrentur. Et etiam piperis, et ammoniaci amborum ana partes. ij. olei balſami nona partis vnius, croci pars. i. reſoluatur ammoniacum in aqua fœniculi, & proijciatur ſuper ipſum oleum balſami, & conficiantur cum melle: hoc nanq; eſt valde bonum.

A Aet. lib. 2. ſer. 3. c. 53.
B 3.
C Cap. 11.

De aqua. i. Suffuſio, & Hypochyma. Cap. 18.

DEſcenſus aquæ eſt ægritudo oppilatiua, & [d] eſt humiditas extranea ſtans in foramine vueę, inter humorem albugineum, & ſiphac corneæ, ſeu ſiphac corneum, quare prohibet penetrare formas ad viſum. F Et ipſa quidem qñq; diuerſificatur in quantitate, & diuerſificatur in qualitate. Eius autem diuerſitas in quãtitate eſt, qm̃ [e] qñq; eſt plurima ſm comparationem ad foramen: quare oppilat totum foramen, & non videt oculus aliquid. Et qñq; eſt pauca ſm comparationem ad ipſum: quare oppilat partem eius: & dimittit partem ipſius detectam. [e] Illud ergo, quod ex viſibilibus coram parte oppilata exiſtit, nõ comprehendit viſus. ſed comprehendit illud, quod eſt coram parte diſcooperta. Et qñq; comprehendit viſus, alicuius rei medietatem: aut partem eius, & non comprehendit reliquum, niſi permutatione pupillæ: & fortaſſe comprehendit ipſam integre vice vna, & non comprehendit ipſam integre vice alia: & illud ſm ſitum eius. Nam cum peruenit cum integritate ſua coram oppilato, non comprehendit ex ea aliquid: et qñ peruenit cum integritate ſua coram diſcooperto, comprehendit ipſam totam. & hæc quidem oppilatio diminuta [e] qñq; cadit ſuperius aut inferius, & qñq; accidit vt ſit illud in ipſo medio foraminis, & illud, quod ipſum circundat ſit diſcoopertum: & tunc quidem non videt de omni re niſi latera, & nõ videt medium eius: immo videt in medio eius, ſicut [e] feneſtram aut aperturam: & intentio illius eſt, q non videt: ſed imaginatur tenebras. Diuerſitas vero illius in qualitate, qñq; eſt in eſſentia: qm̃ alia eſt ſubtilis clara peruia, quæ non prohibet lumen & ſolem: & alia eius eſt groſſa valde. Et [f] qñq; eſt in colore, qm̃ alia eius eſt aerei coloris: & alia eius alba eſt gypſei coloris: & alia eius [g] alba eſt margaritalis: & G alia eius alba declinat ad blauedinem ſeu glaucedinem paruam, & ad colorem lapidis turchois, & aureitatem: & quædam eſt citrina: & quædam eſt nigra: & quædam eſt cineritia. Et [f] illa quidem, quæ eſt magis receptibilis curæ ex parte coloris, eſt aerea, & alba margaritalis, & quæ declinat ad glaucedinem parum, & ad colorem lapidis turchois. [h] †{Genus autem gypſeum, & viride, & turbidũ: ſeu & nigrum plumbeum vehemẽter vehementis nigredinis, & citrinum non recipiunt curam, quæ fit cum acu.} Et ex ſpeciebus quidem eius, quæ eſt groſſa, eſt quædam ſpecies, quę qñq; fit [i] dura valde, ita vt egrediatur ad hoc vt ſit aqua: & neq; eſt ei cura. Et illa quidem, quę magis ſuſceptibilis eſt curæ ex parte eſſentiæ, eſt ſubtilis, quam cum conſideraueris, ſeu aſpexeris in vmbra luminoſa ſeu ſplendida, & [k] ſuper ipſam digitis tuis compreſsionem feceris, ſeparabitur velociter: [l] deinde redibit, & aggregabitur: huius nanq; ablatio cum inſtrumento auferẽdi aquam, ſperatur. Veruntamen huius [i] experientiæ aſsiduatio, eſt ex eis, quæ cõturbant aquam, & facit curam cum inſtrumẽto difficilem. Et qñq; experitur illud alio modo: & eſt vt ponatur ſuper oculũ cottum, & ſufflетur in ipſum vehementer, deinde auferaẽ, & conſideretur velociter, an videatur in aqua motus: nã ſi videtur tunc iam apta eſt vt cum inſtrumento curetur: & [k] ſilr̃ ſi clauſio oculi facit dilatationem alterius. Et illa, quæ poſt caſum: aut ægritudinem cerebri accidit, fit difficilis ſanitas eius.

D G. ꝯmẽ. 1. in p̃gnoſt. 23. e. f, & Ra. 2. con. t. 6. c. 1. 47. 3. & Ga. 10. de v. par. c. 1. f, ſed Gal. 7. de Hip. & Pla. decret. c 6. g, aliter.
E G. 1. de ſympto cau. c. 2. a
F G. de ocu. c. 12. d
G Raſ. 2. cont. t. 6 c. 1. 47. 3.
H† Paul. li. 6. c. 21. 22. & Raſ. 2. conti. t. 6. c. 2. 47. 4. Nã ſi ferri aut marinæ aquæ, aut plũbi colorẽ ſuffuſio habeat, moderate coaluit, & ad eductioné idonea redditur: ſi vero gypſo & grandini ſimilis color ſuffuſiõis eſt, ſupra quam par eſt concreuit.
I Raſ. 49. 4.
K G. 1. de ſympto. cau. c. 2. d

De ſignis. Cap. 19. H

SIgna portendentia aquam, ſunt imaginationes prædictæ, quæ non ſunt à cauſis alijs. Et nos quidem iam expoſuimus eſſe earum in capitulo imaginationum, & quod accidit cum eis conturbatio ſenſibilis, & proprie qñ eſt in vno oculorũ: & q imaginantur ei res luminoſæ: ſicut candelæ duplices. Inter aquã vero, & oppilationem ĩtrinſecam, diſtat: qm̃ qñ vnus duorum oculorũ cõprimitur, dilatatur alter in aqua: ſed nõ dilatatur alter in oppilatione. Et [m] illud qm̃ cauſa in illa dilatatione, eſt expulſio ſpiritus, qui eſt in oculo cõpreſſo ad alterũ cum fortitudine: ſed cum inuenit oppilationem ante ipſum, ſeu ipſi oppoſitã non penetrat: & hoc ſm plurimũ: & ſm minus dilataẽ alter, niſi aqua ſit vehemẽtis groſsitudinis: et nõ fuerit oppilatio: ſed ĩ alintiſar nõ eſt aliqd de hoc.

L Pau. li. 6. c. 21. 25. & Raſ. 2. conti. t. 6. c. 2. 49. 4.
M G. 1. de ſympt. cau. c. 2. d, e

De cura eius. Cap. 20.

EGo quidem iam vidi hominem de his, qui ad comprehenſionem redeunt, & intelligentiam, cui aqua iam acciderat, qui curauit ſeipſum cum euacuationibus, & abſtinentia cibi, & minoratione cibi, & alienatione iurium, & humectantium, & fuit contentus aſſatis, & frixis, & adminiſtratione alcofol reſoluentium ſubtiliantium: & redijt ad ipſum viſus eius bene: & ſm veritatem qñ [n] ſuccurritur aquæ in principio ſui confert in ea hoc regimen: illi autem, quæ confirmata eſt, non eſt

N Raſ. 2. cont. t. 6. c. 2. 49. 4.

A non est conueniens nisi cura cum instrumento. Oportet ergo vt abhorreat vel fugiat habēs eam repletionem,& vinum,& coitum,& sit contentus comedere semel in meridie,& fugiat pisces, & fructus,& carnes grossas proprie.[a] Vomitus autem quāuis conferat ex parte mundificationis stomachi,tamen est nocitiuus in proprietate aquæ.Et nos quidem iam docuimus canones curationis eius cum medicinis,in [b] capitulo imaginationum.Et nunc dicamus res expertas: & ex eis est, vt sumātur granorum lauri excorticatorum.x.partes,& gummi pars.i. terantur cum vrina pueri non polluti:ad aquam,& ad debilitatem visus cum aqua pura: & administrentur. Dixit alathius alhamedi.Conficiatur cum felle viperæ: & melle, & fiat cum eo alcohol: est enim bonum valde. Dico autem, quòd experti sunt homines veraces fel viperæ, & non egit operationem veneni omnino.Et hoc experimentum ex eis est à quibus cauēdi minuitur necessitas. Aliud experimentum bonum:succi granatorum relatorum ab insula Moadis, & chamædreos coralli omnium ana aure.i.conficiantur cum aqua fœniculi.In regimine autem curæ,quæ fit cum instrumento, oportet vt ante ipsam præcedat mūdificatio corporis,& capitis proprie,& fiat phlebotomia si necessaria fuerit:deinde obseruetur ne ille,qui cum instrumēto est curandus,habeat [c] sodam:& timeatur vt accidat vel attrahatur in tunicis apostema:aut sit assuetus pati tussim:aut sit vehemētis rixæ,ve locis iræ:nam rixa,& ira omnis,sunt ex eis,quæ mouent ad reditum: Et oportet vt fugiat vinū & B coitum.Et cum hoc non oportet vt administretur cura cum instrumento nisi postq̄ aqua steterit & descenderit,quod descendere vult ex ea,& ingrossata fuerit essentia eius. Et tēpus eius ęquale est tempus,anni & phlebotomia nocet:et cibus eius sit aqua ciceris.Et cōstituatur locus ad quem moueat curans cum instrumento sub oculo:& similiter multoties inuenitur ex principio. Et q̄n voluntas adest vt fiat cura cum instrumento,præmittatur habenti [d] aquam, vt nutriatur piscibus recentibus & cibis humectatiuis ingrossantibus aquam,& administrentur res ex eis,quæ confortant nocumentum seu quæ addunt ad nocumentum aquæ.Deinde fiat cura cum instrumēto. Et [d] ad vltimum si aqua fuerit subtilis valde,aut grossa valde,non obedit curæ cum instrumento. Et q̄n voluntas est curare cum instrumento præcipiatur infirmo aspicere ad lachrymalem domesticum,& ad nasum,& conseruetur s̄m illam figuram: & non sit iuxta fenestram, neq; in loco vehementis luminis valde. Deinde procedat artifex, & incipiat, & perforet cum [e] †{mucadahati,}& vadat inter duas tunicas,vsquequo sit coram foramine,& [f] inuenitur illic sicut spatium & sinuositas. Amplius ex artificibus est, qui extrahit [g] †{almachda,}& intromittit in eum caudam seu extremitatem [h] †{almhet,}& nominatur alaclid in opposito foraminis, vt præparet extremitati almhet transitum vel ingressum:& vt assuefaciat ægrum patientia:deinde intromittit almhet vsq; ad terminum diffinitum seu debitum:& deprimit cum eo aquam:& [i] non cessat deponere eā donec clarificetur oculus:et deprimatur aqua post corneam desubtus:deinde adhereat almhet in loco suo aliquanto tempore,seu tempore conuenienti vt adhæreat vel stet aqua in loco illo: deinde C remoueatur ab eo almhet,& consideret an redeat: [i] tunc si redit,iteret regimen donec sit securus. Et si aqua non obedit,vt currat ad partem ad quam fecit eam descendere, declinā eam ad partem alteram,& expelle eam ad partem ad quam declinat,& separa ipsam in ea.Quod si videris eam redire in diebus in quibus curas tunc reitera almhet in illo eodem foramine: Ipsum enim remanet, & non consolidatur:& cum ad foramen currit sanguis,oportet vt descendere faciat eum etiam & non dimittatur remanere illic,& congelari:tunc enim non est ei curatio. Cumq; curā cum instrumento operatus fueris,pone super oculum cui adhibita est cura cum instrumento,[k] vitellum oui conquassatum cum [l] †{oleo viol.et cum cotto.}Et [d] oportet vt oppiletur sanus etiam,vt non moueatur,& sequatur eum infirmus. Et [d] fac eum dormire super collum tribus diebus in tenebris. Et [d] q̄nq; necessariæ sunt iterationes plurimæ huius emplastrationis & cōseruationes huius situationis,& resupinationis per vnam hebdomadam.Et illud quidem q̄n illic fuerit apostema,aut soda,aut aliud. Verum apostema facit esse necessarium solutionem ligationis fortis,& mollificationem eius.Et penitus melius est vt conseruet æger situationē suam vsquequo remoueatur dolor, & non soluatur ligatura,nisi omnibus tribus diebus & renouetur medicamē.Et oportet quidem D vt fiat vaporatio in tempore solutionis cum aqua ro.& aqua salicis, aut cum aqua cucurbitæ: aut aqua virgæ pastoris,& sibi similibus.Et homines quidem habent vias diuersas in exercendo curā aquæ,quæ fit cū instrumento:ita [m] vt quidā sint,qui dirūpunt inferiorem partē corneæ, & extrahunt aquam per eā:& hoc est in quo est timor:q̄m cum aqua,q̄n est grossa, egreditur albugineus.

A Ras.2. cont.t.6. c.2.50.3.
B 11.
C Ras.50. 1.
D Ras.49.4.
E† instrumēto quo inciditur coniunctiua oculi,
F Ga. 10.de v.par. c.4.c
G† instrumento quo inciditur coiunctiua oculi,
H† instrumēti quo rumor in ægritudine quadam oculi,
I Paul.lib.6. c.21.
K Ras.49.4.& alt Paul.
L† oleo ros.& lana.
M Ras.50.4.

De destructione visus. *Cap. 21.*

DEstructio visus q̄nq; accidit ex causis debilitatis visus,cum superfluunt:quare consideretur [n] illic.Nos vero iterum dicamus,& dimittamus,quod est cum cōitate cerebri, & aliorum: quoniam illud [n] illic itellectum est.[o] Destructio visus,aut fit partibus oculi manifestis in suis substantijs incolumibus:aut fit illud,cum iam acciderit eis nocumentum sensibile, aut non sensibile: & quæ itinere eorum procedunt.Noster vero sermo est de primo.Nam [p] si partes oculi apparentes fuerint incolumes in substantijs suis:sed iam acciderit eis nocumentum ex parte alia non manifesta hominibus,& vulgo,tunc aut erit foramen secundum dispositionem sanitatis suę,aut non erit,q̄ si fuerit foramen s̄m dispositionem sanitatis suæ,aut erit illic oppilatio aquosa: aut erit oppilatio non illic:immo in [p] neruo concauo:aut propter rem cadentem in foramine eius:aut propter cooperimentum accidens ex siccitate,aut mollificatione:aut apostematibus in lacertis suis compressis

N Cap.7.
O Paul.lib.3.c.22. 117.40.
P G.4.lo.aff.c.2.g

presſis in ſeipſis: Aut ſequetur compresſionem accidentem anteriori cerebro, ſm ꝙ expoſuimus E in [a] his, quæ præterierunt: Aut accidit ei attritio: Aut [b] glaciali accidet remotio ab oppoſitione foraminis: Aut erit corruptio complexionis eius, & non erit conueniens vt ſit inſtrumentum viſus. Et plurimum quidem accidit propter humiditatem dominantem ſuper eam valde: aut propter ſiccitatem vincentem ſuper ipſum: quare colligitur in ſeipſum, & corrugatur, & [c] nominatur hæc ægritudo glauconia, & non eſt ei medicamen & fit oculus propter eam exiccatus vel corrugatus glaucus ſeu varius: aut non erit foramen incolume. Sed aut erit iam conſecuta ex eo dilatatio in vltimo fine: aut erit conſecuta ipſum conſtrictio coopertura.

A Cap. 1.
B G. 1. de ſympto. cau. c. 2. c
C Paul. lib. 3. 17. 14. 15. & Aet. lib. ſer. 3. c. 50.

De ſignis. *Cap. 22.*

Signum autem aquæ, & dilatationis, & conſtrictionis, & reliquorum, eſt illud, quod diximus in capitulo ſuo. Cauſa vero in ea, quæ fit in neruo concauo, eſt illud, cuius comprehenſio fit facilis in ſumma per ſigna prædicta in capitulo aquæ. Sed diſtinctio rei in ipſo eſt difficilis: & fortaſſe non comprehenditur ſapientia. & qñ illic fuerit pulſatio, & rubedo, tũc exiſtima, ꝙ ſit in neruo apoſtema calidum. Quod ſi affuerint illic grauitas, & paruitas caliditatis, tunc exiſtima, ꝙ illic ſit apoſtema frigidum: Et ſi fuerit grauitas vehemens, & oculus humidus valde, tunc materia erit humida valde. Et ſi fuerit oculus ſiccus, tunc materia erit melancholica. Et quando accidit ſuper caput percusſio, aut caſus faciens exire oculum prius, deinde ſequitur illud profundatio eius, & F deſtructio viſus: tunc exiſtima, ꝙ neruus oculi iam attritus eſt.

De oculis abominantibus radios. *Cap. 23.*

Illud eſt ex eis, quæ ſignificant calefactionem ſpiritus & eius inflammationem, & eius ſubtilitatẽ & indicat vt plurimũ karabitum niſi ſit pp ſcabiem palpebrarũ: & eius cura eſt quod noſti.

De alchamar & albedine vincente. *Cap. 24.*

Quandoqꝫ accidit [d] ex lumine vincente, aut [e] albedine, quando aſpectus aſsiduatur in niue, vt non videat niſi parum, & videat illud ex proximo, & nõ videat illud ex longinquo, propter debilitatem ſpiritus. Cumqꝫ aſpicit colores imaginatur, ꝙ ſuper eos ſit albedo.

D G. 1. de ſympto. cau. c. 6. h
E Gal. ibidem.

De cura. *Cap. 25.*

Præcipiatur vt aſsidue inſpiciat colores virides & cœleſtes, & ſuſpendat nigros coram viſu. Quod ſi iam aggregatum fuerit cum nocumẽto viſus propter ſuam albedinem nocumentũ eius propter frigus ipſius: diſtilletur in oculo aqua in qua decocta eſt palea tritici tepida vt nõ noceat. Et quandoqꝫ fit alcohol cum melle, & ſucco allij: Et etiam quandoque aperitur oculus ſuper vaporem vini diſtillati ſuper lapidem molarem: Aut vaporatur oculus cum vino duro: Aut inclinatur ſuper vaporem aquæ in qua decoctæ ſunt herbę reſoluentes ſubtiliantes cognitæ ſicut hyſſopus, & melilotum, & chamæmilla, & ſimilia. G

Fen quarta de diſpoſitionibus auris & eſt Tractatus vnus.

[f] *De anatomia auris.* *Cap. 1.*



Auris eſt membrum creatum auditui: & factum eſt ei [g] oſtracum anfractuoſum, vt ſentiat omnes voces, & faciat tinnitum earum neceſſarium: Et foramen incipiens in oſſe petroſo eſt inuolutum anfractuoſum, vt ſi anfractuoſitas eius elongans ſpatium aeris ad interiora cum abbreuiatione corporis ſui ſeu magnitudinis ſuæ in quo ſi factum eſſet foramẽ penetrans directe, abbreuiaretur ſpatium, ſed non fuit regimen in prolongando, vt non ſubito perueniat ad interiora eius calor & frigus ſuperflua: immo eueniant ſuper ipſum gradata ad ipſum. Et foramen quidem auris peruenit ad concauitatem, in qua eſt aer ſtans: & ſuperficies eius domeſtica eſt ſtrata villis nerui auditus, peruenientis à pari quinto, quod eſt ex paribus neruorum cerebri. Et ſuperflua duritie factus eſt durus, vt non ſit debilis pasſibilis à percusſione aeris, & qualitate eius. Cum ergo peruenit vnda vocalis ad illud, quod eſt illic, comprehendit eã auditus: Et [h] hic quidem neruus in diſpoſitionibus auditus, eſt ſicut glacialis in diſpoſitionibus viſus: & reliqua membra H auris ſunt, ſicut reliqua, quæ circundant glacialem ex tunicis, & humoribus, quæ ſunt creatæ propter glacialem, vt ſeruiant ei, & cuſtodiant ipſum, & adiuuent eum. Et [h] alſamac eſt ſicut foramen vueæ, & creata eſt auris cartilaginoſa: quoniam ſi foret creata carnea, aut pannicularis, non ſeruaret figuram fornicis, & anfractuoſitatis, quæ eſt in ea. Et [i] ſi crearetur oſſea læderet, & lęderetur in omni contuſione. Sed creata eſt cartilaginoſa habens cum conſeruatione figuræ lenitatem, & plicabilitatem. Et creatæ aures ſunt in lateribus, quoniam pars anterior fuit cõuenientior viſui propter illud, quod [k] ſciuiſti. quare ipſa eſt ab oculo occupata pro loco ſibi conuenientiori. Et creatæ ſunt ſub tonſura capillorum, vel ſub loco in quo eſt terminus originis capillorum in homine, vt non ſit ſub tegmento capillorum, & tegmento alebas. i. rei cooperientis caput. Et huic quidem membro accidunt ſpecies ægritudinum: & [l] quandoqꝫ ſunt dolores eius pernicioſi: Et multoties accidunt ex ægritudinibus eius febres difficiles valde.

F Li. 13. aĩal. c. 9.
G Ariſto. 1. de nat. aĩal. c. 11. & G. 11. de v. p. c. 12. h
H G. 1. de cau. ſym pto. c. 3. f
I Gal. li. 11. de v. p. c. 12. h
K F. 1. c. 1.
L G. lib. 3. prgno. textu. 13.

De conſeruatione ſanitatis auris. *Cap. 2.*

Oportet vt in aure intendatur, & caueaẽ, vt nõ lædant eam calor, & frigus. & ventoſitates, & res extraneæ: neqꝫ eam ingrediatur aliquid aquarum, & animalium: & mundificent̃ ſordes eius.

A eius.Deinde oportet vt assiduetur distillatio olei de amygdalis amaris in ea omni hebdomada semel:est enim mirabile.Et oportet vt custodiantur ne generentur in ea apostemata, & bothor, & vlcera,quoniam sunt corrumpentia aurem.Et si timetur, ꝙ ei accidat bothor, administretur in ea distillatio sief memithe in aceto, & in distillatione sief memithe in omni hebdomada semel est securitas à fluxu,quod descendit ad ipsum.Et ex eis quidem,quæ nocent auri, & reliquis sensibus, sunt [a] †{altochme,}& repletio.& proprie somnus super repletionem.

[a] † nauseatiua sanctas;

De nocumentis auditus. Cap. 3.

NOcumenta auditus sunt sicut reliquarum operationum:& illud est,q̄m nocumentum omnis operationis est,vt [b] destruatur operatio:& sit loco eius hic [c] †{destructio auditus:}Aut minuatur,& sit vice eius hic,vt minuatur auditus:quare [d] †{non perfecte audit neq; audit}ex longinquo: [e] †{Aut alteretur,& sit vice eius,vt audiat,quod non auditur:}sicut est illud, quod accidit in aure ex sonitu,& tinnitu,& sibilo.Et scias,ꝙ nocumentum auditus aut est ab origine, & est surditas,aut tharas aut vchar natiua:aut est accidentale.& intentio quidem surditatis est preter intentionem tharas.Surditas nanq; est,vt pars intrinseca samac creata sit obturata vel solida, in qua non existit concauitas intrinseca:quam [f] prædiximus, quæ est sicut vuea comprehendens aerem quietum,qui audit voces sua vndositate.[g] †{Altharas}vero & aluchar sunt vt in eis nocumētum B non consequatur priuationem sensus.Et non elongatur quin aluchar sit sicut destructio cōis surditati & non sit illic concauitas,sed neruus non affert virtutem sensus:& altharas quidem sit sicut diminutio absq; destructione:aut conueniant ƒm cōuersionem in significatione. Et altharas quidem multoties accidit successione vomitus,& est facilis remotionis. Et destructio quidē auditus [h] alia est natiua naturalis cui non est curatio:& similiter reliquæ species alguacre & altarax. Etiam aliæ sunt natiuæ naturales,quæ curationem non habent:& alia est accidētalis,sed eius spatium est elongatum,& est chronica:& illa etiam est propinqua desperationi,& difficilis curæ.Recens autē propinqui temporis,quę est ex tarax,est recipiens curam.Verum causæ illius quandoq; sunt cum cōitate membri,sicut quæ sunt ex [i] cōitate cerebri:aut quorundam membrorum ei vicinorum, sicut accidit cum primum nascūtur dentes:& sicut accidit apud dolores dentium: & q̄nq; sunt propter nocumentum proprium in auditu: [i] aut in neruo:aut in foramine. Et nocumēta quidem auditus,aut [k] sunt complexionalia,aut instrumentalia,aut resolutiua singularitatis. Nocumentum vero in neruo auditus quandoq; accidit propter omnes causas ægritudinum cōsimilium partium in ipso,& instrumentalium,& solutionis cōtinuitatis.Et [l] ægritudines quidem similium partium in ipso,sunt vnaquæq; specierum malitiæ complexionis singularis & compositæ:& plurimū eius est ex frigore:Et q̄nq; fit vnaquæq; earum absq; materia.Et q̄nq; fit cum materia melācholica, aut C cholerica,aut phlegmatica ex phlegmate crudo,aut ventosa.Et [l] multoties quidem retinetur fluxus ventris cholericus,& succedit ei surditas:& non elongatur,quin similiter in alijs fluxibus ventris contingat ƒm naturam cum retinentur & prohibentur non in hora sua. Instrumentales vero in neruo sunt,sicut [m] oppilatio quam fecit humor,aut sanies:aut apostema,quod est dubellati: aut [i] apostema calidum:aut [i] durum,aut cooperimentum ex [i] sorditie:aut [n] †{alterhel:}aut inflatio.& solutio singularitatis in ipso q̄nq; fit ex vlcere,aut ex corrosione.Plurimum vero eius,quæ fit propter transitum,est ab oppilatione propter causam intrinsecam:aut propter causam extrinsecam. Et intrinseca quidem est sicut verruca:aut caro addita: aut vermis: aut [i] multa sordities: aut humor grossus aut tenax, aut congelatio saniei ex apostemate rupto. Extrinseca vero est sicut arena,aut lapis,aut nucleus ingrediens eam:aut congelatio sanguinis, cuius quædam pars fluxit ab aure,& pars eius remansit.Et illud quidem quandoq; accidit subito:& quādoq; accidit paulatim. Nocumentum preterea auditus,q̄nq; accidit ƒm semitam [o] crisium,& ƒm semitam permutationis materiæ in fine ægritudinum acutarum:& etiam cum remanet post recessionem fc.grauitas capitis.Et q̄nq; fit nocumentum,quod est huius capituli:aut ƒm semitam accidentis separabilis, sicut recedit apud motus crisis:aut ƒm semitam accidentis fixi,vt ipsum sit ipsamet expulsio crisis.f. vt crisis iam expulerit materiam ad partem auris:& firmauerit eam in ipsa,non ex hoc, ꝙ fecerit eam D procedere vel pertransire in ipsa ƒm semitam vicinitatis.& multoties quidem portendit hoc accidens vomitum,aut fluxum sanguinis narium:& multoties destruit ipsum fluxus ventris.

Fē.1.t.1.c.6.
c † G.1.de symp. cau c.5.b, surditas:
d † G.ibi. auditus grauis
e † G. Obauditus:
f Cap. 1.
g † Nocumētum in auditu
H Alzar. li. pract. 1.3.c.2.fo.38.
I G.1. de sympto. cau.c.3 f
K Halya. 9. theo. c.14.
L Cap.5.& Hip.li. 4.aphor.28.
M Ga.ibi.& ꝯmē. 2.in secundum por rhet.32.
N † mala corporis dispō humidi ab ocio causata:
O Lib.4.Fē.2.t.1. c.14.

De signis eorum. Cap. 4.

FActum quidem cōmunitate [p] cerebri significat dispositio in reliquis existens sensibus.& cōmunitas auditus cum eis in ea:& cōitas virtutis motiuæ etiam:& significatur magis significatiuus eius,est cōitas linguæ:& proprie cum est successione sirsen,& successione cōmistionis intellectus:& post nocumentum cerebri complexionale,& reliqua eorum,quæ dicta sunt in [q] capitulo ægritudinum cerebri.[p] Sed factum proprie in neruo,significat super ipsum sanitas cerebri & foraminis,& sanitas transitus auditus,& tempus propinquum perseuerantię sanitatis auditus ante. Et si causa est dubellati,aut apostema calidum in ipso neruo,significant ipsum febres,cum quibus sunt horripilatio,& tremor,& comitantur ipsum febres,& permistio intellectus, & alienatio. Et in ipso est timor nisi aperiatur.Quod si non fuerit propter apostema in ipso neruo,non oportebit vt sit febris,nisi sit ƒm iudicium febris diei:& erit extensio & dolor,& grauitas, & pulsatio. In dolore vero,& grauitate communicant omnia,quæ sunt ex apostemate, & materia vbicunque sint. Quod si causa fuerit ventositas,significabunt ipsam sonitus,& tinnitus,qui non associantur grauitati.

P G.4.loc. aff.c.2. fo.23.c
Q Fen prima.

titati. Et si est vlcus & bothor, significat ipsum pruritus cum dolore. Oppilatio vero multoties fit E
sine grauitate: & quandoque fit cum grauitate. Et quando non est grauitas, & est nocumentum, et non est illic malitia complexionis vincentis, tunc est ex oppilatione. Et regimen antecedens quandoque significat ipsam. Et si oppilatio est ex carbunculo, & similibus, significat ipsam pulsatio: & si est ex sanguine, significat eam cursus sanguinis antecedens. Et illam, quae est ex malitia complexionis singularis, significat dolor in profundo sine grauitate, & non est extensio: Et si est frigida laeditur à frigidis, et fit fortior in frigidioribus partibus diei. Et si est calida, est econtrario, & sentit inflammationem, et mordicationē. Et si illic est materia, sentit cum hoc grauitas: & proprie cū prosternitur ī orationē. Et eius, quod est à siccitate signū est, vt sit post vigilias, & ieiuniū, & cū detumescētia faciei, & oculi. Et illud cuius causa est vermis, signat assiduatio cōmotionis cū exitu vermis in quibusdam horis.

De cura. *Cap. 5.*

DIcamus primum, quod [a] oportet vt sint omnia, quae distillantur in aurē tepida, non frigida, neque calida: & hoc dictum est vniuersale: deinde distinguamus rem in ipso. In eo quidem, quod cholericum est, oportet vt euacuetur cholera cum solutiuo ventris. Plurimum enim iuuat in ipso solutio naturae, & remouetur cum ea surditas: [b] sicut multoties accidit fluxus cholericus, & retinetur, & accidit inde surditas. Quod si illic est caliditas tm, tunc cum infrigidantibus curetur ex oleis & alijs: aut cum succo granati, cuius succus reducatur in cortice suo cum aliquanto aceto, & F
thure, & oleo ros. & decoquatur donec inspissetur & distilletur in eam aqua lactucae, aut aqua solatri. illi autem, quod factum est à frigore, & materia frigida, conferunt omnia olea calida & ea in quibus dissolutum est castoreum: & proprie oleum balsami, & costi, & oleum amygdalarum amararum, & succus absinthij, & oleum chamęmillinum cum adipe vaccino, & felle taurino: aut oleū sisaminum in quo decocta sit pulpa coloquinthidae, aut radices eius. & quandoque confert in ipso vrina taurorum quando in ea dissoluitur myrrha: & fiat distillatio, & succus cucumeris asinini, & totū illud fiat post euacuationem materiei frigidae, si fuerit coarctata, cum euacuatiuis, quae sciuisti cōibus corpori: & appropriatis capiti vel partibus capitis: & post administrationem embrocarū quas sciuisti ei: & proprie illa in qua ponuntur folia lauri, & grana eius. Et exercitium est vehementis iuuaminis in illo: Et [c] similiter vociferatio vehemens in aure: & clangores buccinarum, & similia. Et quandoque ponitur in aure caput [d] †{embube,} vt ad ipsam peruenire faciat vaporem decoctionum resoluentium. Et confert omnibus illis [e] succus rutae cum melle, & castoreo, & oleo anethino, & vrina caprina, & felle eius, & proprie cum galbano. Et [f] ex eis, quae experta sunt in hoc, est vt sumatur castorei pondus. ʒ. iij. & nitri & ellebori pondus. ʒ. i. & . 5. fiant ex eis sicut troch. & administrentur distillando: & in alia descriptione ellebori tres quartę. ʒ. i. & nitri tertia pars. ʒ. i. Et [g] etiam sumantur condysi & croci & castorei omniū partes aequales ellebori & baurac ana partes. iiij. dissoluantur cum vino, & administrentur: aut [h] aloe & castoreū, & pulpa coloquinthidae, & euphorbium, & fel vaccinum. Et iam experta sunt oleum raphaninum, & oleum de staphisagria, & fuerunt vehementis iuuaminis: Aut succus absinthij, aut decoctio ipsius, aut succus raphani cum sale: & proprie cum est madefactio & oppilatio. Et [c] iam expertum est in hoc, vt fiat licinium ex sinapi contrito cum ficubus: & quandoque additur in ipso nitrum. Et [i] distillare aquam marinam calidam in ea, est iuuatiuum. Et elleborus niger, & fella sunt iuuatiua, & proprie fel caprinum cum oleo ro. [k] Quidam autem existimauerunt, quod quando bullitur abhel in oleo sisamino in cochleario ferreo tādiu donec denigretur abhel, est distillatio conferens surditati. Et ex eis quidem, quae ad illud conferunt est oleum anethinum, & laurinum, & de lilio, & nardinum cum castoreo, aut spuma absinthij, aut succo rutae. Et facti causa siccitatis cura, est adhaerere balneo, & cibo, & vino humectatiuo, & effusio olei aequalis, & aquae tepidę super caput, & caputpurgium cum eis, quę sunt sicut oleum nenufarinum, & de kalef, & de semine cucurbitae, & alijs. Et factum causa oppilationis curetur cum eis, quę dicuntur in capitulo de oppilatione: & confert ei succus granorum canabis, & succus coloquinthidę humidę est iuuamentum valde bonum. Sed factum causa apostematis curetur calidum ex eis & frigidum secundum quod sciuisti. Et quando accidit tarax subito confert in ipsa aqua in qua decoquitur absinthium, aut succus absinthij. & misceatur cum eo [l] fel tauri, aut H
fel [m] †{sabot,} aut fel testudinis, aut fel tauri cum oleo ro. aut [m] elleborus cum aceto, aut [m] spolium serpentis cum aceto. Et in facto successione soda, conferunt aqua raphani, & oleum ros. & castoreum cum granis lauri cum oleo ros. Et in eo, quod factum est successione sirsen, oportet vt incipiatur ab euacuatione cum hiera picra: deinde distilletur in aurem castoreum cum oleo costino solo: aut raphaninum, aut oleum amygdalinum dulce, & oleum ros. & laurinum, aut castoreum cum oleo ro. Et ex pilulis expertis ei, quod fit ex oppilatione, & humore, & ventositate, est vt sumantur turbith. ʒ. xx. & coloquinthidae. ʒ. x. sarcocollae. ʒ. ij. & . 5. & dragaganthi. ʒ. vij. myrobalanorum. ʒ. x. fiant ex eis pilulae & deglutiantur. sitque dosis earum pondus. ʒ. i. Et dicamus sicut à capite iterantes verbū. Quod ex medicinis cōibus omnibus illis, quae facta sunt ex grauitate auditus, & dolore eius, & vētositate ipsius, & sonitu, & tinnitu eius, causa materiae frigidae, & frigoris, post purgationem capitis, sunt vt distilletur in aure baurac cum aceto, & melle, & fel ouium cum oleo de oliuis, & vino: aut cum oleo amygdalino amaro, & aqua porri, aut aqua cepę cum melle: aut lac muliebre, & medicinae cōmunes dictae in capitulo dolorum: & duae guttę distillatę ex [n] †{kitran} mane & vespere: aut elleborus albus, & niger cum quibusdam oleis: & proprie cum oleo de lilio, aut

A Gap. 8. & Paul. li. 3. c. 23. & Ga. 3. de cōpōne medi. sm lo. c. 1. g
B Cap. 3. & Hip. 4. aphor. 28.
C G. 3. de med. cōpó. sm loc. 145. f
D† cannulae,
E Paul. 121. 35.
F G. 3. de med. cōpóne sm loc. 143. d, & Paul. li. 3. 121. 35.
G G. ibi. & Ras. 3. cōti. t. 1. c. 3. 58. 4.
H Ras. 3. cōti. t. 1. c. 3. 58. 3.
I Ras. 59. 1.
K Ras. 58. 4.
L Gal. ibi. 145. c
M† Ga. ibi. 145. c, callionymi piscis,
N† pic: cedri

A aut aqua anisi, aut aqua absinthij, & aqua corticis raphani: & similiter oleum decoctionis spolij serpentis: aut granorum lauri: aut euphorbium & castoreum cum oleo: aut oleũ balsami, aut naphta: aut sumãtur glutinis [a] †{alimbat}. ℥.i. & olei alkeiri. ℥.ij. & olei amygdalarum amararũ medietas ℥.i. bulliant omnia simul, & administrẽtur ex eis tres stillę mane & sero: & silr mel storacis cũ oleo alkeiri: & similiter [b] aqua foliorum coloquinthidæ recentium: & succus draconteæ, & [c] †{hezargiesan} sunt valde vehementis virtutis: & medicinæ cões dictæ in capitulo dolorum. Quod si in infantibus hæc accidant, curantur cum oleo de dedi in quo decocta sunt ruta, & maiorana, aut saliua, quæ fit masticatione origani cum sale gemma solum. Et ex vaporationibus iuuatiuis est aqua calida cum decoctione chamęmillę, & anethi, & foliorum lauri, et sansuci, & [d] †{alhabach} siccum & pyrethrum vaporentur ea collum, & inferiora auris: & similiter embrocæ prædictæ in capitulo capitis, & ponantur in belbele. i. in vase stricti orificij & opponatur auri vt ingrediatur vapor eius ꝑ ipsam. Et in euacuatione quidẽ habentiũ tarax conuenientius est, vt multiplicetur numerus eius, & minoretur quãtitas eius omni vice, quatenus conseruetur virtus, et proueniat maturatio. Factũ autem propter apostema, cura cum eo, quod est ex calido, & quod ex frigido, cum eo quod scis.

A † terebenthinæ
B Ras. 3. conti. t. 2. c. 3. 58. 2.
C † vitis albæ
D † speciei origani

De dolore auris. Cap. 6.

B DOlor auris aut fit à malitia complexionis: aut fit causa apostematis: aut bothor: aut fit causa solutionis continuitatis. Et malitia cõplexionis: aut est calida sine materia, sicut illa, quæ est causa aeris calidi, aut vẽti calidi, & proprie qñ fit permutatio ad ipsum à frigore subito: aut fit ablutio cum aqua calida, & ingreditur ex ea in aurem: aut cum aliqua aquarum in quibus dominatur virtus calida: Aut est calida cum materia [e] sanguinea, aut [e] cholerica aut frigida sine materia, immo propter aliquam causarum contrariarum causis prædictis aeris [f] aut venti frigidorum. & proprie qñ ad ambos eorum permutatio fit à calore subito: aut aquæ frigidæ: aut aqua in qua dominatur aliquid frigidum, aut frigida cum materia: aut ventosa frigida: aut humorosa tenaci vel adherente. [e] Factus autem causa apostematis & bothor aut est propter apostema calidum aut frigidũ. Factus vero causa solutionis continuitatis est sicut, qui fit à [e] ventositate extensiua, aut vlceribus, aut vulneribus. Et ex summa quidem causarũ dolorum auris, qui fiunt à solutione continuitatis, est ventositas generata in ipsa: aut aqua quæ ingreditur eam: aut animal vadens ad famac ipsius: aut vermis generatus in ea. Et [e] quandoq; fit successione casus, aut percussionis. Et [g] peruersior dolorum auris est ille, qui est ex apostemate calido profundo: & illud est cum febre inseparabili: & proprie cum perducit ad cõmistionem intellectus. [h] Cum autem est dolor in cartilaginibus extrinsecis, nõ est illic vehemens dolor, neq; vehemens timor. Sed ille, qui in primis dictus est quandoq; subito interficit, sicut interficit apoplexia. Et [i] ipse est magis interficiẽs adolescentes, ꝙ senes: & velocius C interficit eos: & quandoq; interficit in. vij. In senibus vero multoties peruenit ad pus hoc apostema: sed pueros plurimum interficit ante suppurationem. Si autem suppuratur, & assunt signa laudabilia, speratur euasio. Dolor præterea auris quandoq; est cum pruritu: & quandoq; est sine pruritu. & nos quidem iam diximus de pruritu in aure [k] capitulum in suo loco.

E Ras. li. diui. c. 37.
F G. 3. de med. cõpõne fm lo. c. 1. e
G Hip. 3. ꝓgnost. textu. 13.
H Ga. 3. prognost. textu 13.
I Cap. 24. & F. 10. t. 4. c. 17. & li. 4. Fẽ 2. t. 1. c. 36. & Gal. 3. prognost. tex. 14. & 2. ꝓgnost. 69. h
K 19.

De signis. Cap. 7.

SIgna quidem sunt sicut signa prædicta in capitulo taraxen.

De cura. Cap. 8.

OPortet vt conserues canonem [l] in distillando id, quod distillatur in aurem: & est vt si non vehementis caliditatis: aut frigiditatis. [m] Quod si causa fuerit repletio in corpore capitis, oportet vt euacues partem capitis ex genere illius repletionis. Calida nanq; si est, cum phlebotomia, & euacuatione, quæ fit cum mundificantibus caput à materia calida, fm ꝙ [n] sciuisti. Et si humor est grossus viscosus tenax, cum pilulis alsabiar prædictis, & gargarismate. Et si est tenax fixus in parte auris, oportet vt administres post solutionem etiam vaporationes lenificantes & distillationes lenitiuas: deinde intende vice alia cum eo, quod euacuat ipsum ex membro. Si autem causa est caliditas superflua, oportet vt infrigides cerebrum cum extinguentibus cognitis prædictis in capitulo cerebri: & vt distilles in aurem oleum ros. tepidum, aut [o] albumen oui. Quod si dolor est vehe D mens permisce cum eo camphoram. Et quãdoq; est oleum viol. cum camphora magis sedatiuum doloris, ꝙ oleum ros. propter mollificationem, quæ est in ipso. Et [p] etiam distillentur in aurem collyria sedatiua dolorum oculi cum albumine oui & similibus: [o] Albumini nanq; oui soli inest proprietas mirabilis. Et lac cum [q] aqua solatri, & aqua coriandri. Et melius quidem lac est illud, quod mulgetur ex vbere, & est iuuatiuum valde. Aut [r] bulli vermes terrestres in oleo ro. & distilla in aurem: [r] Aut coquantur limaciæ in oleo amygdalino & distilletur in eam: [m] Aut decoquatur oleum ros. in aceto vini, quod sit triplum ipsius: donec acetum consumatur & remaneat oleum, & administretur illud distillando: est enim iuuatiuum valde pulsationi. & similiter oleum seminis cucurbitæ, & [m] oleum nenufarinum, & oleum de kalef & similia. & similiter succus, qui assimilatur succo cucurbitæ, qui fit ex corpore eius, & folijs ipsius. & similiter emplastra infrigidantia exterius. [s] Quidam autem dixerunt, ꝙ aqua volubilis valde bona est in huiusmodi dispositione: & [t] succus seminis canabis humidi. Et quãdo fortiores fiunt pulsationes & dolor, & timetur ex eis spasmus, non est excusatio à mollificatiuis. Et nõ est aliquid sicut butyrum vaccinum antiquum calefactũ: & qñq; in ipso excusat laborem intromissio [v] †{embube} in aurem, ingeniose fabricatæ super cucumam, in qua est aqua calida vt perueniat vapor ad aurem: qñq; enim sedat & excusat ab alijs: &

L Cap. 5. & Paul. lib. 3. c. 23. & G. 3. de medica. ꝓpõne fm loc. c. 1. g
M Ser. t. 2. c. 11.
N Fẽ. 1. t. 1. c. 29.
O G. 3. de med. cõpõne fm loc. c. 1. g
P Paul. lib. 3. c. 23. fo. 119. 6.
Q Paul. fo. 119. 8.
R Paul. 119. 10.
S Dio. li. 1. c. 172.
T Dio. li. 3. c. 141.
V † cannulæ

excusat

excusat à narcoticis,& proprie q̄n est aqua in qua decocta sunt ea, quæ mollificant cum facilitate: E & etiam permista cum aliquo horum,quæ stupefaciunt.Cumq́; necessarium est aliquod narcoticum,magis incolume est [a] sief memithe,quod cum aliquanto opio teratur,& misceatur cum lacte mulieris,& distilletur in aurem. Et si fuerit causa,introitus aquæ in ipsam,curetur cum eo, quod dicetur in [b] capitulo suo.Et si fuerit causa frigiditas fixa in profundo,vel exterius,oportebit vt fiãt distillationes ex oleis calidis,sicut [c] oleum rutaceum,& [a] oleum anethinum,& oleum [d] de spica romana,& oleum [d] laurinum,& oleum alhacuen,& oleum [d] balsami,& oleũ de alkerua,& quę sunt illis similia:Aut [e] sicut oleum in quo decoquitur allium & collatur:Aut [e] oleum ĩ quo decoquitur piper,& euphorbium,& castoreum:Aut [f] galiæ quantitas danic.i.in auro olei de ben: aut oleum aliud ex oleis calidis aromaticis.Et [g] quandoq; potat habens dolorem,vinum purum forte,& dormit,& cum excitatur non habet læsionem aliquam.Et si est causa in ipso ex vento frigido,confert ei illud, quod dicemus in [h] capitulo sonitus,& tinnitus, & quod dicemus in [i] capitulo eius, cuius causa est humor tenax:& cuius causa est frigus:Et ex eis,quæ conueniunt ad illud,est vt impleant̃ ventosæ aqua calida,& applicentur in circuitu auris & vt distillentur in eã ruta, & amomum cum melle,aut abrotanum,& sansucus in oleo de lilio:aut castoreum cum eis,postq̃ decoquũtur in eo, & colatur:Aut nitrum,& acetum,& oleum rof.Aut succus luf,idest serpẽtariæ. Et si necessarium fuerit illud,quod est fortius, tunc quod sit sicut euphorbium, & castoreum cum oleo costino: aut F costum marinum,& aristolochia.Et q̄nq; confert in [k] eo vaporatio cum milijs, & filtro calefacto. Et si causa fuerit in eo bothor,tunc cum eo,quod dicemus in [l] capitulo de [m] †{bothor}auris. Et si causa fuerit in ipso vermis in ipsa gñatus, tunc cũ eo,quod dicemus in capitulo vermis generati in aure.Et si fuerit causa in ipso introitus aquæ,& lapidis,tunc cum eo, quod dicemus illic: & [n] si causa fuerit apostema calidum profundum, quod est timorosum propter propinquitatem sui ad cerebrum,vsquequo ad collectionem perueniat,& suppurationem, tunc post phlebotomiam & euacuationem,oportet vt administres lenitiua in primis,& infrigidantia,& [o] proprie lac mulieris vice post vicem,vsq; ad diem tertium.& similiter oleum rof. decoctum cum aceto prædictum in primis:deinde [o] mucilaginem fœnugræci,& mucilaginem seminis lini, & mucilaginem seminis almaru in lacte.Et aqua volubilis est ex eis,quæ conferunt in huiusmodi hora. Et in ipso quidem iam expertum est sisamum contritum.[p] Deinde administrentur semper vaporationes cum oleo declinante ad caliditatem aliquantulam:Et [p] oportet vt sit oleum dulce,et sit cum hoc tepidum in quo infundãtur cottum inuolutum in extremitate radij subtilis,& ponatur in aurem vice post vicem:& fiat emplastrum exterius cum lenitiuis maturatiuis. Si autem virtus non fuerit vehemens cum transiuerit principium,oportebit vt distilletur in aurem [q] adeps vulpis,vel lacerti, aut [q] basilicum cum oleo rof.vel [q] oleo de alcanna:aut adeps anatis:aut adeps [r] †{rachame:} aut emplastrũ G ex [s] adipibus gallinæ,& anatis.Et q̄n non est apostema vehementis caliditatis, administra in ipso medicamen factum ex adipe caprino liquefacto, & permisto cum partibus æqualibus mellis, & alrob,& hyssopi,quorum vnumquodq; sit æquale illi adipi,& pone in aurem. Et ex eis,quæ sunt fortiora illo,& maturant cum virtute,est istud.Recipe lithargij,cerussæ amborum ana.℥.i. thuris & pulueris molendini,& gummæ pini omnium ana. ℥. iij. olei lib.i.adipis porcini aut caprini recentis lib.ij.succi seminis lini,quantum sufficit,fiat ex eis emplastrum. Et fortasse indigebis narcoticis:administrabis ergo s̄m modum quem dicemus.Et q̄n conuertitur ad saniem, administra mucilaginem seminis lini quantitate sufficienti cum oleo ro.aut oleo chamæmillino, & reliqua, quæ dicemus in capitulo suo.Si autem apostema est extra aurem, est pauci timoris, & medicatur cum farina hordei.Et [a] emplastrum factum ex farina fabarum est bonum valde. & est farina fabarum, & chamæmilla,& violę,& farina hordei,altea,& melilotum,terãtur,& cribellentur,& madefiant aqua tepida,& oleo viol.Et [a] q̄nq; sufficiunt solatrum & farina tritici,& oleum sisaminũ.In [t] †{bothor}autem quę fiunt in aure q̄nq; excusat laborem decoctio ficuum cum tritico,q̄n distillatur in aurem:aut ponitur licinium in ipsa ex ea.Et q̄nq; sedat dolorem administratio embube s̄m modũ quẽ * prædiximus.Et q̄nq; sufficit in stupefactione,& sedatione doloris illud,quod diximus post dictum embube in hoc capitulo.Et ex medicinis quidem cõibus ad dolores auris,& proprie, quę H declinant ad frigus,est oleum omphacinum in quo bullitur [v] scarabeus: aut [x] lumbrici terrestres, aut vermis,qui est sub vrceo aquæ,aut fel piscis cum oleo omphacino,aut adeps lacerti, aut [y] vulpis,aut rachame,aut gruis,aut [a] oleum scorpionum:nam est iuuatiuum valde,aut aqua sansuci recentis, aut [z] decoctio foliorum [a] †{algarab,}& corticis eius,aut decoctio lumbricorum terrestriũ in decoctione myrrhæ collatę in qua dissoluatur adeps anatis: Et [b] si fuerit frigus vehemens, decoquatur in ipsa fel tauri in oleo alkeiri vsquequo existimetur,q; fel iam resolutum fuerit, & finitum,deinde reponatur illud,& administretur distillando:est.n.mirabile. Et q̄nq; necessarium est in curationibus dolorum vehemẽtium in aure,administrare narcotica.Et sit illud,aliquid ex philonio cum lacte:& similiter troc.croci:& troc.Stellæ,& opium & castoreum & crocus cum lacte mulieris.Et oportet vt postponatur illud vsquequo timeatur syncopis:& proprie cum fuerint humores frigidi.Illud.n.nocet eis valde.[c] Quod si accidat nocumentum ex vsu narcoticorum, administra castoreum post illud solum.Et [c] q̄nq; fiunt troc.ex castoreo contrito vltime, deinde proijcit super ipsum opium contritum,deinde fiũt ex eo troc.cum vino puro. Et si fuerit illic vlcus valde dolorosum,tunc administra [d] lycium & opium cum lacte,aut sumãtur.xx.amygdalæ excorticatę, & opij,

A Ser.t.2.c.12.
B 20.
C Paul.lib.3.c.23, 119.10.& Sera.t.2. c.12.
D Paul.lib.3.c.23, 119.10.
D Paul.& Ser.ibi.
E G.3.de medi.cõpõne.c.1.f
F Raf.3.conti.t.2. c.1.54.4.
G Raf.55.3.
H 11.
I 17.
K G.12.meth.c.8.g
L præsenti
M † pustula
N Paul.lib.3.c.23, fo.119.22.
O Raf. li. diuisi. c.37.
P Paul.119.23.
Q Raf.3.pti.t.2.c. 1.54.2.& Paul.fo. 119.27.
Q Paul.ibidem.
R † auis sicut miluus:
S Raf.ibi.54.2.
T † pustulis
Supra *
V Gal.de theri.ad pis.c.9.f
X Gal.11.de simp. med.fac.82.h
Y Diosc.lib.2.c.35.
Z Raf.55.1.
A † salicis,
B Raf.3 pti.t.2.c. 1.55.4.
C Gal.12.metho. c.8.g
D G.3.de med.cõpõne s̄m lo.142.b

A & opij, et baurac, et thuris omnium ana. ʒ.i.ſ.croci, galbani, myrrhæ omnium ana. ʒ.i. ſ. terantur et puluerizentur cum aceto, et exiccentur: et cum neceſſe fuerint infundantur oleo roſ. et diſtillentur: et ſi fuerit illic ſanies, loco aceti ſit vinum aut mel, aut oxymel.

De ſonitu, & tinnitu, & ſibilo. Cap. 9.

HAec diſpoſitio eſt vox quam homo inceſſanter audit abſq; cauſa exteriori. Et eius comparatio ad auditum eſt comparatio imaginationum, et tenebrarum quas videt homo abſque cauſa exterius ad oculum: et quoniam vocis cauſa eſt inundatio accidens in aere, quæ peruenit ad ſenſum: tunc oportet vt ſit in hoc accidente, in quo fit ſermo de ſonitu et tinnitu, motus aeris et cũ non ſit ille aer exterius, tunc eſt aer interior. Et aer quidem interior, eſt vapor effuſus in concauitatibus: et hæc inundatio aut eſt occulta à qua non exiſtimatur, q̃ denudetur vel denegetur vapor effuſus in ventribus: aut eſt maior illa. Quod ſi fuerit occulta ex genere illius, cuius euacuatio fit difficilis, et accidat in quibuſdam horis vt audiatur à tali qualis ipſa eſt ſonitus, et tinnitus, et non accidat in quibuſdam alijs, tunc illud aut eſt propter acuitatem ſenſus in quibuſdam eorum, et [a] non in alijs: et ſecundum comparationem quam diximus in imaginãdo imaginationes: aut propter debilitatem eius: quare patitur à qualibet inundatione, ſicut accidit debili frigus à quolibet frigore, aut calor à quolibet calore. Et ſpecies quidem debilitatis ſunt, quas ſciuiſti ex ſpeciebus B malæ complexionis: et ſi eſt ſupra occultam, et ſupra illam in qua diuerſificantur fortis et debilis, tunc cauſa eius eſt inuentio eius, qui mouet vaporem inundantem ei ſupra motionem et inundationem conſuetam, et inundans vaporem. Aut [b] eſt ventoſitas generata in parte capitis mota in ipſo: Aut eſt ſonitus ſaniei, qui fortaſſe generatur in ipſa, et feruor puris in partibus eius: Aut motus vermium accidens multoties in meatibus eius et cauſa antecedens iſtis cauſis, aut eſt commotio ebullientis humoris totius corporis, ſicut fit in febribus et in principijs paroxyſmorum febriũ. Aut [b] repletio ſuperflua in corpore, et proprie in capite, ſicut fit poſt ebrietatem plurimam: Aut agitatio tendens verſus cerebrum proprie, ſicut [b] fit poſt vomitum laborioſum: Aut [c] caſus, aut percuſſio: Et quandoq; fit illud non propter agitationem motus, immo propter materiam viſcoſam reſolutam in ventoſitatem paucam, & aſſiduatur illud: Et quãdoq; fit propter vehementiam [d] famis vel vacuitatis & illud eſt propter agitationem cadentem in humoribus ſparſis in corpore quieſcentibus in ipſo. & cum non inuenit natura cibum aliquem, conuertitur ad eos, & reſoluit ipſos, & mouet eos. Et [b] quandoq; accidit ſonitus poſt medicinas, quarum proprietas eſt, vt retineant, humores, & ventoſitates in partibus cerebri. Et cauſa huius ſonitus quandoq; eſt ex aure ipſa: Et q̃nq; eſt cum cõitate ſtomachi, & mẽbrorum aliorum mittentiũ has vẽtoſitates ad ipſam.

A G.3. de med. cõpõne ſm loc. 144. d

B Gal. ibidem. e

C Gal. ibi. d. e

D Alzar. lib. prac. t.3. c.4.

De ſignis. Cap. 10.

C IN illo quidem, qui eſt continuus, & aſſiduus, cauſa eſt aliquid ſtans in ipſo cerebro: Si [e] autem quieſcit, deinde excitatur ſuper repletionem, aut vacuitatem, aut motum, aut cum calor fit fortis, aut frigus, tunc eſt per communitatem. Amplius forma vocis ſignificat ipſam: eſt enim quandoq; quaſi ſit vox rei aſcendentis ad ſuperiora: & plurimum eius eſt cum communitate corporis, aut ſtomachi: aut quaſi vox, quæ reuoluitur vel reflectitur ſuper ſeipſam: Aut ſicut fragor arborũ & ſignificat illud abſconſionem ventoſitatis: Et ſi illic eſt febris, aut dolor perducens ad horripilationem, tunc ſignificat collectionem purulentam. Et quando eius generatio eſt ſecundum ſemitam generationis poſt generationem occultam continuam, tunc eſt propter humorem viſcoſum. Illum autem, qui eſt propter acuitatem ſenſus ſignificat defectus cauſarum vẽtoſitatum, & repletionis, & mundificatio auditus, & [d] eius excitatio apud ieiunium & vacuitatem. Factus aũt à ſiccitate, eſt poſt euacuationes & febres. Et factum à debilitate ſcies ex ſuperfluis preteritis, & q̃nq; eſt cum complexione calida & fit ſubito cum inflammatione: & frigida eſt econtrario.

E Alzar. lib. pract. t.3. c.4.

De cura. Cap. 11.

OPortet vt omnes iſti vitent ſolem, & balneum & motum laborioſum, & vomitum, & clamorem, & coitum, & repletionem, & vt leniant naturas ſuas. In eo vero, qui fit propter cõmunitatem, oportet vt ſit intentio membri facientis ipſum, et proprie ſtomachi: quare mundificetur, & intendatur cerebrum et auris, quare confortetur cerebrum quidem cum aliquo, quod ſit ſicut oleum myrtinum, & auris cum eo, quod ſit vt oleum amygdalinum & ſimilia. Et cõſideretur in hoc ad complexionem primam: & intendatur illud, quod adiuuat illum ſm canones cognitos: & ſimiliter factum à repletione: oportet vt mũdificetur corpus, & caput cum eo, quod ſcis, & ſubtilietur regimen. [f] Creticus autem non oportet vt remoueatur: q̃m remouetur cum remotione febris. In eo autem, qui factus eſt propter vehementiam ſenſus ſunt [g] quidam hoĩes, qui præcipiunt vtendum eſſe ſtupefacientibus, ſicut oleo ro. decocto cum aceto, cuius eſſe prædictũ eſt cum pauco opio: aut miſto cũ oleo de bengi, ideſt hyuſquiami aut [h] † {ſucharam} contrito cum caſtoreo & oleo. Et conuenientius, quod præceperunt, eſt vt ſumantur grana pini, & caſtoreum cum oleo, & conteratur in aceto, & diſtillentur. Factus autẽ à pure curetur curatione apoſtematis & puris. Factus autẽ in conualeſcentibus, & in quibus complexio eſt ſicca, ſi cauſa eius fuerit ſiccitas, curetur cum nutricatione & humectatione cum oleis temperatis declinantibus ad frigus, aut calorem, ſm neceſſitatem. Si aũt cauſa fuerit debilitas, tunc adminiſtra illud, quod temperet cõplexionem accidentalẽ ex diſtillationibus prędictis. In eo vero, qui factus eſt ꝓpter materiã expulſam ad ipſam in diſpõne ſirſen, aut humorẽ groſſum viſcoſum, adminiſtra oĩa prædicta in [i] cap. doloris & [k] tarax.

F Serap. t. 2. c. 12. fo. 14.

G Serap. t. 2. c. 12. fo. 14. & G. lib. 3. de med. compõne. fo. 44. f

H† cicutę

I 2.

K Cap. 3.

Et [a] ex eis,quæ propria sunt illi,qui succedit sirsen,& febre proprie, est succus absinthij cum oleo rosſ.aut cum aceto & oleo de lilio:quoniam est medicamẽ bonum.Ei autem,qui fit ab humore viscoso frigido appropriatur trociscus expertus,& est,vt sumatur [b] ellebori albi partes.iij.& croci.v. & nitri.x.fiat troc.& administrentur.Et ex medicinis communibus aggregatis ad illum expertis, qui est ad debilitatem:& ad illum,qui est ab oppilatione,aut humore,est [c] vt sumantur gariophyllorum & seminis porri amborum ana.ʒ.5.muschi.danic vnum:& distillentur cum aqua sansuci & rutæ:aut cum vino,& similiter cum decoctione foliorũ pini,& decoctione foliorũ [d] †{alsemsar,} & decoctione foliorum lauri:Et oportet vt alienetur in omnibus eis cœna. Quidam autem antiquorum sapientium dixerunt,non est aliquid magis conferens sibilo,quam medicamen alfaudenegi dictum ad memoriam:Nam ipsum est magis iuuatiuum,quod creauit Deus ad illud.Et confert ei distillatio facta ex hyssopo [e] cum folijs pini, & granis lauri: Et attende, quod dictum est in [f] capitulo tarax,& [g] doloris,ex curis communibus,& proprie frigidis. E

A Gal.3.de morb. ᵹpõne fm lo. 14.

B Raſ.3.conti.t.2. c.3.58. 4.

C Raſ.parum d.

D† busſi,

E Halyab.5. prac. c.66.

F 3.

G Cap.8.

De cura saniei & puris vlcerum in aure. *cap. 12.*

QVod in primis oportet præmittere,est subtiliatio cibi,& administratio carnium, & olerum ex quibus generatur humor bonus,dulcis laudabilis:& inclinatio regiminis ad illud,quod oportet ex temperata qualitate. Quod si complexio facit necessarium, vt sumatur aqua hordei,& sibi similia,fiat,& alleuia exercitium.Et [h] inclina materiam ad nasum & os cum sternutationibus & gargarismis. Amplius non possunt esse vlcera quin sint apparentia sensui: aut sint profunda,ad quæ non peruenitur sensu. Quæ igitur ex eis manifesta sunt, cum [i] aceto abluuntur & aqua,aut oxymelle & aqua aut melle & aqua aut vino:aut decoctione mellis cum rosis & myrto:& post illud sufflεtur in aures illud,quod exiccat sicut draganthũ adustum & similia. Et quandoque quidem confert saniosæ & purulentæ,oleum de [k] semine canabis:& melius est vt non repercutiatur,neque prohibeatur dum non superfluit:immo oportet vt abluatur,& abstergatur aliquo,quod sit sicut aqua myrrhæ,& oleo rosſ. Et etiam ex succo foliorum oliuarum cum melle administrentur distillationes.Profunda vero alia sunt propinqui temporis:& alia sunt chronica.Sed ea,quæ sunt propinqui temporis,curentur cum eis,quæ sunt,sicut sief [l] memithe cum aceto: aut sief rosſ.& myrrha,& aloe in melle aut vino ponantur in aurem.Et quandoque confert distillatio aquæ [m] vuæ acerbæ in ipsa:& proprie quando ponitur mel cum ea. & [l] similiter succus foliorum kalef aut decoctio eorum:aut aluminis iameni adusti & myrrhæ amborum drach.i. terantur cum melle & ponantur in lana:aut [n] sanguinis draconis & spumæ maris,& sarcocollæ,& baurac armeni,& myrrhæ,& thuris,& sief memithe partes æquales puluerizentur super tentam vel licinium infusum melle,& ponatur in aurem.Quod si dolorem habuerit,curetur cum scoria ferri contrita in ea multoties,& misceatur cum eo,quod exiccat,& sedat dolorem. Et illud est sicut administratio olei amygdalini amari cum myrrha,& aloe,& croco. Et quandoque necessarium est vt permisceatur cum eo parum opij:Et administratio medicaminis capitalis est iuuatiua etiam. quoniam cum eo,quod est in eo de exiccatione associatur ei virtus sedatiua doloris. & conferunt etiam in hoc composita,quæ diximus in antidotario.& conferunt ei [o] troc.andaron.& confert vt sumatur [l] ex nucleis myrobalſ.& gallis adustis coniunctis vel aggregatis cum oleo alkeiri,& fæce olei de lino.Et [p] confert ei emplastrum de cerussa,& emplastrum basilicon,& commista, & distillata. Ea vero,quæ chronica sunt profunda antiqua,submersa,sunt valde mala: & quandoque perducunt ad detegendum os,& significant ipsa dilatatio meatuum,& multitudo saniei fœtidæ: quare indigent eis,quæ sunt sicut [q] alkitran permistum cum melle, & sicut fel corui, & testudinis, & eorum administratio cum lacte mulieris:aut [q] cordumeni, & nitrum mista cum ficubus mundatis à granis,& fiat ex eis licinium,& administretur post mundificationem sordis. & similiter in reliquis medicinis.Et ex medicinis fortibus in hoc capitulo est [r] scoria æris cum arsenico, & melle, & aceto:aut rubigo scoriæ ferri,aut [s] scoria ferri ipsius frixa contrita sicut puluis post frequentem frixionem multoties factam dissoluta cũ aceto vini donec fiat sicut mel,& distilletur in aurem. Et quandoq; est necessarium emplastrum de flore æris: & illud est quando antiquatur, & sordidatur. Et ex eis,quæ sunt media in hoc capitulo,est alumen adustum cum æqualitate sui de melle: & quandoque additur in ipso dactylus:& fortior illo est compositio huiusmodi: floris æris, corticum æris amborum ana.ʒ.iiij.succi porri.℥.i.mellis albi boni.℥.i.administretur. Cum autem multiplicatur pus valde:tunc necessaria est administratio licinij in [t] felle taurino submersi: aut distillationes ex vrina infantium.& fortius eo est scoria ferri abluta & frixa in sartagine multoties, quando decoquitur in aceto,& administratur.Et quando cum pure antiquo fuerit dolor,funde in aurem vinũ durum conquassatum cum oleo rosſ.aut cum aqua porri:aut cum aqua piscis saliti. & quandoque dolor facit necessarium esse aloem,& opium,& crocum,commisceantur cum melle, & ponantur in eam.Et cum videris humiditatẽ retineri propter medicinas prohibitiuas,exiccatiuas:tunc funde in aurem oleum ro.vt cadat crusta:deinde pone in eam,quod generat carnem:& oportet penitus ne virus retineatur:immo prohibeatur natiuitas eius,& exiccetur vlcus ipsius.& [v] plures quidem ex medicis ingeniosis implent aurem purulentam panno, prohibendo cursum saniei ab ea: & prohibent infirmum dormire in illo latere,vt non inueniat sanies meatum: quare egreditur ad hoc vt declinet versus carnem mollem,quæ est in radice auris:& facit euenire apostema,& perforant ipsum post maturationem,& curant ipsum,& sanatur cursu saniei ab aure.

F H Raſ.3.conti.t.2. c.3.56.1.

I Paul.li.3.ca.45.

K Raſ.57.1.

L Raſ.57.4.

M Diosſ.lib.5.c.4.

N Raſ.57.1.

G

O Paul.ca.14.

P Raſ.58.1.

Q Pau.li.3.ca.2.

R Ser.t.1.c.11.

S G.9.de sim.medic.facul.71.2,& 5.meth.c.10.b

H

T Dio.lib.2.c.7.

V Raſ.56.3.

De eru-

A *De eruptione sanguinis in aure.* *Cap.* 13.

QVandoq; est species eius aliqua, quæ procedit cursu fluxus sanguinis narium in hoc, quod est creticus. & quandoq; est à repletione perducente ad scissionem venę: aut abscissionem eius: aut apertionem ipsius: & quandoq; est à casu aut percussione.

De cura. *Cap.* 14.

A Ser.t.2.c.12. CReticus [a] quidem non est conueniens vt restringatur, si non perducat ad debilitatem, & syncopim. Alius vero restringatur, aut cum stypticis, aut cum cauterizantibus: aut cum infrigidantibus. Styptica vero sunt sicut decoctio [a] gallarum cum aqua aut aceto: & decoctio senticis. & qñq; miscetur cum ea ex vino antiquo aut aceto: & silr sief memithe & licium & decoctio [b] foliorũ arboris mastichis: aut granatum decoctũ cum aceto & expressum. Infrigidantia vero sunt sicut succus virgæ pastoris, & arnoglossæ cum vino: aut sief memithe & opium. Cauterizãtia vero sunt sicut succus albedarungi: Et ex eis, quæ sunt mirabilia valde est [c] coagulum leporinum cum aceto: aut [d] succus porri cum aceto. Et ex eis, quæ sunt experta ad illud est vt [e] sumãtur duo renes tauri, & aliquid adipis saliti, deinde assentur media assatione, & exprimatur aqua eorum in aurem.

B Paul.li.3.120.30. C Haly.5.pract. c.64. D Aet.lib.2.ser.2. c.86. E Ras.lib.diuisio. c.37.

De cura sordis & oppilationis factæ ab ipsa in aure. *Cap.* 15.

CVra quidem eius leuis est vt distilletur in eam oleum amygdalinum de amaris montanis, B proprie in nocte: & patiens ingrediatur balneum, & ponat aurem super terram calidam vt liquefiat sordes. Et qñq; confert ei insufflatio atrimẽti in ea: & [f] etiam cordumeni aure. i. baurac armeni medietas aur. i. ficuum albarum quantum sufficit ad conficiendum ea: fiat inde licinium: aut fundatur in ea media vnc. fellis caprini cum oleo aut prassium contritum, aut aqua prassii: aut soluatur baurac cũ aceto, et dimittatur donec quiescat ebullitio eius. & misceatur cum oleo ros. & distilletur: aut [g] misceatur baurac cũ ficubus ex quibus eiecta sunt grana, & fiant grana parua, & ponantur in aurẽ, & in die tertio extrahantur: associabitur. n. ei sordes plurima, & succedit ei leuitas manifesta. Et qñq; ponũtur in eam cordumeni, & vrtica. Et ex eis, quæ sunt fortiora illis est succus foliorum coloquinthidæ tritorũ distillatus. Et sumãtur baurac & arsenicũ æqualiter, & conficiant cũ melle, & liquefiant cũ aceto, & distillent in aurem, & expectetur post vna hora, deĩde abluatur auris cũ aqua mellis aut cũ aqua calida, & licinijs qdem fortibus non vtaris nisi post euacuationẽ. Et ex eis est licinium infusum in pice, & oleo chamæmillino, & oleo nardino. [h] Quidam aũt existimauerunt, q camphora vehementer confert altharas: et videtur, q sit tharas cholericę. Et ex eis quidem, quæ experta sunt, est oleũ de scorpionibus: ipsum. n. sanat surditatem. Et ex eis, quæ conferunt ad oppilationem sordis, est licinium factum ex [i] nasturcio, & baurac: et adhereat auri tribus diebus: deinde extrahatur & egredietur sordes plurima: & similiter sunt licinia cum melle.

F Paul.lib.3.c.23. 120.18.& Ras.3.9ti. t.2.c.2.58.1. G Ras.58.1.quasi H Ras.3.cont.t.2. c.3.58.4. I Cap.17.& Ras. 58.1.quasi

C *De oppilatione accidente in aure.* *cap.* 16.

QVandoq; fit hęc oppilatio, in creatione sicut, quæ est propter pãniculũ creatum super foramen: & qñq; fit propter sordẽ: & qñq; fit propter sanguinẽ congelatum: & qñq; fit propter carnem additam, & verrucam: & qñq; fit propter lapidem, aut nucleũ cadentem in eam: aut aĩal intrans eã, & moritur. & qñq; est ex humore grosso viscoso oppilãte foramẽ: aut meatum nerui, & sentit homo ac si auris eius sit semp oppilata: & qñq; accidit illud post ventũ vehementẽ.

De cura. *cap.* 17.

K Paul.lib.6.c.23. ILlã [k] quidem, quæ est ex panniculo aut carne oppilante meatum in initio creationis, est difficilis curæ, cum est profunda: & manifesta est facilis. Ad intrinsecam vero ingenium inuenit cum instrumento minuto secãte ipsam: deinde prohibet consolidatio, sm q in proximo dicturi sumus. Et si est manifesta, oportet vt scindat [k] cum cultello spinoso, quo inciduntur hæmorrhoides nasi: [k] deinde tenta vt licinium ponatur super quam puluerizatũ sit colcotar: aut quæ procedunt cursu eius, quæ sunt ex eis, quæ prohibẽt natiuitatẽ carnis. Quod si oppilatio fuerit ex re fixa in ea, oportet vt distilletur in aurem, quod sit sicut oleum ros. & de lilio, aut de alkeiri. Et si quod fixum est: est sicut animal mortuum in ea, tunc effundatur in eam ex oleis aliquod, quod eam aperiat, deinde extrahatur cum mundatorio auris facile. In facta autem ab oppilatione propter carnem additam, aut verrucam, [l] oportet vt abluatur cum aqua calida & nitro, & distillentur in eam æs vstum, & arsenicum, & rubeum trita cum aceto valde, ita vt adurant carnem: deinde cura vlcus. Et iam dictum est, quòd assiduatio effusionis fellis porci valde confert ei. Et ad illud quidem, quòd imaginatur homo, quòd auris eius sit oppillata confert distillatio olei de lilio, aut fellis tauri in succo siclæ, & succo seminis canabis, & succo coloquinthidæ inest proprietas iuuandi ad oppilationem auris. Si autem oppilatio est sorditíes, curetur cum eo, quod diximus in capitulo oppilationis ex sorditie. Et ex eis, quæ conferunt oppilationi ex sorditie. Et alijs ab eis est licinium factum ex [m] nasturcio, & baurac, quæ tribus diebus auri adhæreat: deinde extrahatur. Et ex eis, quæ sunt fortiora illo, & mundificat neruum etiam, sunt trochis. de elleboro, quorum descriptio. Recipe ellebori albi aure. ij. nitri aure. xvi. croci aure. iij. confringantur, & terantur cum aceto & fiant inde trochis. deinde quando est necessarium, soluantur in aceto, & distillentur in aurem: sunt enim mirabiles valde. In oppilatione vero, quæ fit in creatione, & est vt creetur auris nõ perforata: aut in creatione interius est oppilata, iam experitur operationem manus: ita vt perueniatur ad discooperiendum, & perforandum vsque ad samac interiorem: & quandoque conferunt & quandoque non conferunt.

D L Paul.li.3.120.34. M Cap.15.& Ras. 58.1.

De attritione accidente auri & percussione. Cap. 18. E

HIppocrati [a] quidem visum est, vt non curetur cum aliquo. Sed illis, qui fuerunt post ipsum visum est vt illud curetur, & ex eis quibus ipsi curauerunt, est vt [b] sumantur acacia & myrrha & thus & fiat ex eis linimentum cum aceto & albumine oui, [c] aut medulla panis cum melle.

De pruritu auris. Cap. 19.

SVmatur aqua absinthij, & fundatur in eam cum aliquibus oleis: aut bulliatur absinthiũ cum oleo, & distilletur in eam.

De introitu aquæ in aure. Cap. 20.

INgreditur [d] aqua in aurem quandoque, cum non custodit eam ille, qui balneatur, aut abluitur, & lædit: & quandoque apostematur radix aurium & vehementem incurrit dolorem.

De cura. Cap. 21.

EX eis quæ conferunt ad illud, est vt cum embuba ita sugatur, & extrahatur subito: deinde effundatur in eam oleum amygdalinum dulce. & quandoque extrahit eam tussis & sternutatio: aut [e] lignum de anetho: aut pars ex papyro vel ex iunco secundum quantitatem palmi vnius. [f] Inuoluatur itaque super vnam extremitatum eius quantum est tertia sui de cotto & submergatur in oleo, & ingeniose extremitas altera in aurem mittatur & iaceat in latere habens eam: & altera extremitas in qua est cottum inflammetur igne, & dimittatur inflammari vsquequo perueniat caliditas ad interiora auris: & tunc extrahatur, & egrediatur subito: quare egredietur cum ea, quod in aure est ex aqua. Et [e] ex eis, quæ iuuant ad illud, & proprie in principio, est vt sumatur quantum palma manus capere potest de aqua. & impleatur cum eo auris, deinde conuertatur super eam ille cuius est, & sit saliens [g] super pedem vnum donec egrediatur totum: Et quandoque etiam extrahitur cum sclizatorio: intromittitur enim caput eius, & extrahitur ipsius perpendicularis: quare extrahitur cum ea aqua. Et quandoque excusat in ea, quę pauca est effusio oleorum, & effusio lactis tepidi multis vicibus successiuis, & proprie quando remanet dolor, & remouetur causa. Et si dolet illud vehementer, vaporetur auris cum corticibus papaueris, & meliloto, & chamæmilla, & viol. & malua, & semine lini, & farina hordei cum lacte mulieris.

De introitu animalium in aure, & generatione vermium in ea. Cap. 22.

QVandoque cognoscitur introitus paruorum animalium in aurem propter vehementiam doloris cum anxietate & motu vel cum punctione & [h] pruritu sm̃ quãtitatem animalis: cum verme vero sentitur agitatio.

De cura. Cap. 23.

ET ex eis qua omnibus illis cõicant, est distillatio [i] alkitran in aurem: ipsum. n. statim sedat motum aĩalis in ea, & interficit ipsum in proximo: & proprie paruum. et silr distillatio succi cucumeris asinini folius, aut cum [k] scãmonea: & silr sulfur & [k] aristolochia longa, & [k] calcadis: & storax & ex bonis est, vt distilletur in eam, quod fluit à carne vaccina assata. & qñq; confert illi, vt accipiat etiam oleum, & sumatur in aurem, & sedeat in sole patiẽs. Et succorum melior, & proprie ad vermem, est succus radicis [k] capparis: & succus radicis [l] †{alfarsad,} et succus foliorum alhauch & succus foliorum prunorum, & succus foliorũ persici: & succus [m] absinthij, aut [m] centaureæ, aut [m] prassii: & succus foliorum albotin viridium, aut semsar, & foliorum [n] aloes, & proprie qñ decoquitur cum [m] aceto succus cucumeris asinini: & succus [k] ellebori albi, & decoctio eius, & epithymi: aut succus [k] mentastri cũ scammonea: aut succus alseha: aut [l] succus almarmacor: aut aqua mellis cum aliquo istorum: & similiter [k] succus raphani, & [o] succus cepæ, & proprie althalchaiar, & semẽ eius: aut cepæ cum aqua mellis: aut aliquod fellium: & proprie cum calefit in concauitate granati cum pulpa sua. et similiter decoctio granorum capparis recentium: aut succus eius, et succus lupinorũ: aut aloe cum aqua tepida: aut costum tritũ multũ: aut pyrethrum: & omnia hæc in verme sunt magis iuuatiua, & fortiora. Et ex eis, quæ experta sunt ad vermem, est vt sumantur vini. ℥. ij. & mellis ℥. iij. & olei ros. ℥. i. misceantur cum albumine duorum ouorum & fiant tepida, & ponantur in aurẽ in lana infusa, ex qua impleatur auris: & cubitet se super eam querelosus, & non dormiat, deinde subito rapiatur: quare egrediuntur vermes plurimi. Et quandoque confert nocumento vermis, H effusio succi alhausegi. i. rubi, & alchas. i. lactucæ, aut absinthij, aut decoctio eorum: aut tritura corticis radicis capparis: aut almarmacor cum aqua sampsuci: aut vrina antiqua.

De {apostematibus, quæ accidunt in radice auris}. i. Parotidibus. Cap. 24.

HAec [p] apostemata sunt ex genere apostematũ accidentium in carnibus mollibus: et proprie in carnibus glandulosis, & nominantur beditus, & nominaẽ nascentia auris. & fortasse consequetur qñq; ex vehementia doloris eius, vt interficiat. & huiusmodi quidem multoties pręcedit cõmistio intellectus: & ipsum apostema factum in samac [q] plus interficit adolescentes q̃ senes, qm̃ est in senibus leuius: Sed adolescentes sunt calidioris complexionis: & materia apostematum eorũ dolorosorum est acutæ qualitatis, & vehementius dolorosa, & minus tolerans vsquequo collectionem faciat. Et apostematum, quę fiunt sub origine auris magis incolume est illud, quod est secundum semitam crisis bonorum signorum: sed cum fit à crisi cum qua non est signum maturationis: aut præcedit horam crisis est malum. & hæc apostemata communiter quandoque fiũt à materia sanguinea, aut cholerica: & qñq; fiunt à melancholica, aut à phlegmate. Et signant illud, quod sanguineum est, rubedo, & grauitas, & expulsio eius ad cõpressionem, & cõstrictio in meatibus.

Et signi-

A Li. 2. de artic. 48. f. g, & Paul. li. c. 23. 121. 40.
B Paul. c. 23. 121.
C G. 3. de med. cõpõne sm̃ lo. 146. & Paul. ibi.
D Li. 1. F. 3. doc. c. 1.
E Ras. lib. diuis. c. 37.
F Ras. ibi. & Halya. 5. prac. c. 65.
G G. 3. de med. cõpõne. c. 1. 145. f
H Ras. t. 9. c. 37.
I Dio. li. 1. c. 89.
K G. 3. de med. cõpositione sm̃ lo. 10. 145. g. h
L † Serap. t. 1. c. 11. mori,
M Aet. lib. 2. ser. 2. c. 85.
N Ras. lib. diuisionum. c. 37.
O Gal. ibi. h
P G. 3. de med. cõpõne sm̃ loc. c. 1. 146. d
Q Cap. 6. & F. 10 t. 4. c. 17. & li. 4. F. 2. c. 1. c. 36. & Gal. prognost. 14. & li. prognost. 69. b

A Et significāt cholericū,& factū à sanguine subtili,dolor mordicatiuus fistulosus sine grauitate.& non constringit meatus:sed est cū inflāmatione vehementi.Et phlegmaticum est cū[a]†{alterhel,}& lenitate,& paucitate rubedinis.Et melancholicum est cum duritie,& paucitate doloris.

A † inflatione faciei,

De cura. *Cap. 25.*

HAec apostemata sunt ex eis in quibus fm plurimum oportet vt intendatur cum additione,& attractione eius,nō in repulsione ipsius,cum sit materia effusa ad ipsum superfluitas mēbri principalis:& proprie in crisibus ægritudinum eius,sicut illud,quod accidit crisi lethargię multoties,& nos quidem iam innuimus ad cognoscēdum hoc in [b] libro vniuersalium.[c] Oportet ergo ne intendas ad curam eius inquantum exigit curam apostemosam,adhibendo styptica,& apocrustica in principio:deinde compositionē regiminis,deinde resolutionem puram. Immo oportet vt incipias,& proprie cum accidit in febribus cum dolore capitis:& adiuues ad extrahendum materiā ad apostemata cum omni ingenio,etiam [d] cū ventosis,si nō fuerit velocis attractionis. Et oportet vt minores materiā cum minutione,si ipsa fuerit necessaria.[e] Si aūt vehementis fuerit aduētus,& attractionis,dimitte eam fm naturam suam,vt non faciat euenire dolorem vehementē, quo febris duplicetur:Immo oportet vt sis contentus,si fuerit illic dolor vehemens, eo quod mollificat,& sedat dolorē,quod fit ex eis,quæ sunt calida & humida.Et si fuerit initium eius cum dolore vehementi,sis contentus vaporatione cum aqua frigida pura.Et si fuerit leuis,sis contentus vaporatione salis:aut medicamine [f] †{alachauen,}aut diachylon & emplastro [g] †{mesaus:}& si non fuerit vehementis leuitatis,& apparuerit ei caput,tūc administra illud, quod est inter glutinationem & carminationem:& quod est magis conferens,& magis maturans. Et huiusmodi est sicut [g] farina tritici & [g] lini cum syrupo [g] mellis,aut [g] aqua fœnugræci & maluæ,& [g] chamæmillæ: ꝙ si existimatur,ꝙ non resoluatur,immo suppurationem faciat, tunc necessarium est in ipso vt extrahatur pus:aut cum resolutione subtili,si est possibile,aut laboriosa:& etiam cum incisione, & suctione.& ex eis,quæ extrahūt pus ab ipso post sectionem,aut apertionem,est medicamen [h] †{asmilun.} Et ex eis,quæ sunt conuenientia in hac ægritudine cum sua attractione,& resolutione sua,& proprietate sua,est stercus ouinum cum adipe anseris & gallinæ: & ex eis est [i] †{nura & chiach,}& adeps vaccinus non salitus. In ægritudine autem antiqua necessaria sunt cinis ostracorum,& [k] †{aludha}cum melle & adipe antiquo. Aut sumanṫ [l] ficus & coquātur cū aqua marina:Aut administretur ammoniacum solum:aut cū alio:& similiter pix liquida,& bdelium cum sordibus aluearìorum:& storax liquida,& medulla cerui. Si autem fiant scrofulæ & figantur,tunc accipe emplastrum cuius elementa sunt huiusmodi gluten albotin,& [m] pix,& grana lauri,& staphisagria,& gummi,& cyminum,& [n] piper,& radices serpentariæ,& galbanum,& [o] coriādrum, & cordumeni,& [p] cinis corticis radicis capparis,& pyrethri,& stercus ouium,& [q] stercus caprinum, & adeps,& proprie adeps porcinus,& caprarum:& hircorum mōtanorum, & proprie melancholicorum.& similiter cerebella gallinarū & alcubugi,& vaccarum cerebella,& proprie syluestrium. & olea ad illud quidem,quod est calidioris materiei cum oleo ros.& viol.& ad illud, quod est frigidioris materiei cum oleo de lilio,& anethino,& chamæmillino,& de kerua:& cōfert his apostematibus quando difficilia sunt,emplastrum de resina.

(margin: B marks the line "hementi,sis contentus…"; C marks the line "ni,& cinis corticis…")

B 1.F.4.c.25.
C Lib.1.F.4.c.25.& li.4.F.3.t.1.c.19.& Gal.3. de ꝯpōne phar.fm lo.c.2.d.e
D G.3.de med.cōpōne fm loc.c.2.d
E Gal.ibi.e
F† matricariæ,
G† Paul.li.3.c.23.fo.122.30. mnasei:
H† Paul.li.3.122.24. smidion.
I† calx vel psilotrum,
K† Ga.ibidē.g,& Paul.lib.3.122.27. bucinorū aut purpurarum
L Gal.ibi.h
M Diosc.li.1.c.78.
N Diosc.li.2.c.151.
O Dio.lib.3.c.60.
P Dio.lib.2.c.166.
Q Gal.ibi.g

De abominatione vel nocumento auris ex vocibus magnis. *Cap. 26.*

CAusa in ipso existit debilitas virtutis animalis,quę est in cerebro,aut aduenientis ad auditū: quare est necessaria cura cerebri cum eo,quod confortat ipsum,secundum ꝙ sciuisti.

Fen quinta de dispositionibus nasi.

TRACTATVS I. *De olfactu, & nocumentis ipsius,& fluxibus.*

[r] *De anatomia nasi.* *Cap. 1.*



D ANatomia nasi cōprehenditur ex anatomia [s] ossium eius, & [t] cartilaginum eius,& lacerti mouentis extremitatem eius. Et illa sunt ex eis à quibus iam expediti sumus.Et eius quidem [v] meatus duo penetrant vsque ad colatorium positum sub duobus corporibus cerebri [x] similibus duobus capitibus mamillæ,& velamen cerebri illic perforatum est coram foramine colatorij,vt in ipsum penetret odor:& vnicuique meatui est via,quæ penetrat ad guttur. Et ex anatomia instrumenti quo fit odoratus. Et illud quidem sunt duo [y] additamenta mamillaria,quæ sunt in anteriore cerebro,& extenduntur à duobus ventribus anterioribus cerebri:& similiter [z] colantur superfluitates in illo foramine:& ex duabus vijs eius recipiunt cerebrum,& duo additamenta nata ex eo odorem cum attractione aeris.& cerebro quidem ipsi inest aeris attractio,seu respiratio,vt conseruet calorem innatum in ipso, & [a] augmentatur & minuitur seu & dilatatur et constringitur sicut pulsus. Quādoꝗ vero augmentatur apud clamorem, et apud præfocationem aeris,et spiritus ad superiora.et [b] in duabus quidem extremitatibus superioribus nasi sunt duo transitus ad duos lachrymales: et propter hoc gustatur sapor alcohol in lingua. Qualitas vero odoratus iam dicta est in [c] capitulo virtutum. Sed quòd odoratus sit in aere cum passione ipsius,aut delatione ipsius:aut propter vaporē,qui resoluiṫ: illud est, quod pertinet philosophis:

R Li.13.aīal.c 9.
S Li.1.F.1.doct.5.sū.1.c.4.
T Li.1.F.1.doct.5.sū.2.c.8.
V G.lib.8 de v.p.c.7.d.e,& lib.9.c.1.d,& de istrō odorat.c.2.c,& Halya.3.theo.c.14.& Aet.lib.2.serm.2.c.96.
X Halya.
Y G.li.8.de v.p.c.6.a.&.7.d.e,& li.1.de symptoma.cau.c.4.g.h.a,& Aet.li.2.sermo.2.c.96.& Halya.
Z G.lib.8.de v.p.c.6.a.b,& Aeti.
A Fen.1.c.2.
B G.li.10.de v.p.c.11.d.e
C 5.do.6.sūmæ 1.Fē.1.libri primi.

& recipiet medicus, quod odor est in radice per alterationem aliquam in aere secundum viam delationis, deinde adiuuat ipsum fortis vaporatio ex eo, quod habet odorem. E

De ægritudinibus nasi. Cap. 2.

IAm [a] diximus anatomiam nasi, & iuuamentum ipsius, & [b] lacertum mouentem ambas nares eius, in eis, quæ præterierunt. Et nunc quidem nobis necessarium est, vt dicamus ægritudines eius, & causas earum, & signa & curationes ipsarum.

A Li.1.F.1.d.5.sũ.1.c.4.
B Cap.8.

De qualitate viarum administrationis medicinarum nasi. Cap. 3.

SCias quod curationes nasi aliæ sunt, quibus non est proprium, vt fiant per viam nasi, sicut gargarismata, & linimenta super caput. Et aliæ sunt, quæ approprianẽ ei, sicut sunt vapores, & odoramenta: & sicut caputpurgia, & sunt corpora humida, quæ distillantur in nasum. Et aliæ sunt suctiones & sunt corpora humida, quæ attrahuntur ad nasum cum attractione aeris: Et aliæ sunt insufflationes, & sunt res siccæ puluerizatæ subtilissime, vt insufflentur in nasum, & oportet vt insufflentur in embubam. Et [c] omnis cui aliquod caputpurgium fit, rectius quidem est, vt [d] os aqua impleat: & præcipiatur ei, vt resupinetur et conuertat caput suum ad posteriora, deinde distilletur in nasum eius caputpurgiũ. Et oportet vt naribus sugat omne, quod ponitur ĩ nasum ad superiora oĩ modo, ita vt faciat operationẽ suam. Et [c] multoties quidem succedit medicinis acutis distillatis in naso & sufflatis in ipso mordicatio vehemens in capite. Et quandoque sedatur per se ipsam: & quandoque F ĩdiget medicamine, quo sedetur. Et rectius est vt sit super caput, cum fit caputpurgium ex aliqua acuta mordicatiua, pannus infusus in aqua calida. Et quandoque embrocatur ante ipsum cum lacte nouiter mulcto super ipsum: aut oleo, quod super ipsum effunditur, sicut oleo de granis cucurbitæ, & oleo ros. & oleo de kalef. Cumque caputpurgium suam perfecerit operationem, tunc consequeẽ ipsum distillando in nasum, lac cum aliquo oleorum frigidorum.

C G.de istro odor.c.4.b
D Aet.lib.2.ser.2.c.96.& G.ibi.

De nocumento odoratus. Cap. 4.

NOcumentum ingreditur super odoratum sicut ingreditur reliquas operationes: impossibile nanque est, quin [e] odoratus aut destruatur, aut debilitetur, aut mutetur, & corrumpatur. Et destructio quidem eius, & ipsius debilitas sunt secundum duos modos: aut enim destruitur, & debilitatur sensus aromatici & fœtidi simul, aut destituitur & debilitatur sensus vnius ipsorum. Et corruptio, & mutatio eius etiam sunt secundum duos modos: vnus eorum est vt odoret odorem fraudulentum, quãuis non sit inuentus: & secundus est vt sentiat odores, qui boni non sunt, bonos: sicut ille, qui sentit odorem stercoris bonum, et abhorret aromaticum. Et causa quidem horum nocumentorum [f] aut est malitia complexionis singularis: aut est humor malus existens in anteriore [g] parte capitis, & in duobus vẽtribus, qui sunt in ipsa: aut [g] in ipsis duabus rebus similibus duobus capitibus mamillæ: aut [f] opilatio in osse perforato ab humore: aut à ventositate: aut [c] ab G apostemate: aut à cancro: aut à natiuitate carnis additæ: aut oppilatio in velamine, quod est supra ipsum. Et multoties quidem est facta ex malitia complexionis singularis proueniẽs ex medicinis administratis, & distillationibus distillatis: quare calefit complexio, aut stupefit et infrigidatur: aut faciunt accidere illud aeres superfluæ qualitatis. Et [c] quandoque fit ex percussione, aut casu faciente ingredi super os nocumentum.

E G.1.de sympt.cau.c.4.h
F Ga.3.loc.affect.c.10.d
G Ras.4.cont.t.1.c.1.59.2.

De signis. Cap. 5.

QVando [h] accidit homini vt non comprehẽdat odores: & accidit illic cursus superfluitatum secundum consuetudinem, tunc non est oppilatio in colatorio. [h] Si autem inuenitur prohibitio penetrationis respirationis in naso, et nasitas in loquela, tunc illic est oppilatio in ipso alchaisum. Et quando retinetur cursus, & non fit propter malitiam complexionis cerebri: aut paucitatem superfluitatis eius, & est illud, quod est super colatorio apertum: tunc illic est oppilatio profunda. Et [h] si cursus est adueniens secundum consuetudinem, & non est oppilatio sub alchaisum & eis, quæ sequuntur ea, tunc nocumentum est in cerebro. Cognosce ergo complexiones eius, et operationes ipsius, & dispositiones eius per ea, quæ te [i] docuimus. Et similiter si est debilitas in odoratu, & diminutio, si autem inuenitur odor putridus, & naribus fugitur fœtor: tunc causa in ipso est humor horum locorum putridus: et significatur cum simili eius, [i] quod sciuisti. Et quando H odorat infirmus in ægritudinibus acutis odores non consuetos, neque vsitatos, neque ab aliquo habente odorem præsentem: & cum hoc sentit odorem, qui est sicut odor piscium, aut luti infusi, aut butyri, aut alterius, & sunt illic signa mala: tunc mors prouenit.

H Ser.t.2.c.13.
I Fen prima.

De cura. Cap. 6.

SI [k] causa eius est malitia complexionis, tunc oportet vt curetur cum contrario, & intendatur anterior pars cerebri cum embrocis, & odoramentis, & suctionibus, quæ fiunt naribus, & epithematibus, & emplastris prædictis in capitulo curationum capitis: Et plurimum quod accidit ex malitia complexionis est vt sit ex complexione frigida: aut in ambobus ventribus anterioribus totis: aut in ipsis mamillaribus additamentis. Et medicinæ magis iuuatiuæ ad illud, sunt caputpurgia facta ex oleis calidis in quibus dissoluta sunt euphorbium, & castoreum, & muschus. Si autem causa in ipso est humor existens in ventribus cerebri, significatur illud per illud, quod dictum est in capitulo ægritudinum cerebri, & euacua corpus totum, si est humor dominans in toto corpore: aut cerebro cum eo, quod educit illum humorem ab eo ex [l] †{sabiarat,} & gargarismis, & caputpurgijs, & suctionibus, quæ fiunt naribus, & odoramentis subtiliatiuis, & similibus illis, quæ

K Sera.t.2.c.13.& Paul.li.3.c.14.
L † pillulis,

A quæ iam sciuisti: & si phlebotomia necessaria est, fiat, & redi in omnibus illis ad principia data in cura cerebri. Et [a] si causa est oppilatio in osse perforato, quod nominatur colatorium, administra embrocas aperitiuas prędictas in capitulo curationum capitis: embrocetur ergo ex eis, & inclinetur super vaporē earum, & naribus sugat ex eis in quibus dissoluta sunt, condysi, & piper, & opopanacum. Et oportet vt ventosæ capiti adhibeantur post illud, & fiat gargarisma ex rebus aperitiuis acutis. Et [b] ex eis quidem, quæ experta sunt est nigella infusa in aceto aliquibus diebus: deinde conteratur cum eo bene, & misceatur cum oleo: deinde distilletur in nasum, et naribus sugatur quanto plus possibile est, ad superiora: Et [c] quandoq; teritur sicut puluis: deinde miscetur cū oleo antiquo, post teritur vice alia, donec fiat puluis subtilissimus. Et [a] ex eis, quę experta sunt, est vt sumatur arsenicum rubeum, & mentastrum, & terantur simul valde, & submergantur in vrina cameli arabici, & in sole ponatur totum illud, & commoueatur omni die bis. Cumq; medicamen exiccauerit vrinam, iteretur super ipsam vrina noua: deinde vaporetur nasus cum pondere .3.i. ex eo: deinde fricetur ex oleo rof. Et quandoq; laudatur ad oppilationem ventosam caputpurgium ex [d] oleo amygdalino amaro montano: aut suffletur alharmal. & piper album contritum. Quidam autem dixerunt, ꝗ cortex alrate quando exiccatur, & teritur, & insufflatur puluis eius in nasum est iuuatiuus. Si autem causa in ipso est hæmorrhoides, curetur cura hæmorrhoidarum. Ille B autem, qui sentit odorifera, & non sentit fœtida, non cesset sibi facere caputpurgium cum castoreo multoties, vsquequo rectificetur eius dispositio, sed ille, qui sentit fœtida, & non sentit aromatica, non cesset facere caputpurgium cum muscho, quousq; melioretur dispō eius, & rectificetur.

De fluxu sanguinis ex naribus. *Cap. 7.*

FLuxus sanguinis ex naribus, quandoq; fit distillando, et quandoq; fit fluendo cum velocitate vehementi: aut causa dominij sanguinis feruentis cum virtute. Et [e] quandoq; fit propter eruptionem retis venarum cerebri, & arteriarum eius, & est fm plurimum non recipiens curam. [e] Et plurimum ipsius fit successione euentus soda, & inflāmationis, & ægritudinis acutæ, aut successione casus, aut percussione. Et sequuntur ipsum accidentia corruptionis operationū cerebri proculdubio. Et qñq; est propter vapores calidos eleuatos. Et ille quidem, qui fit ex arterijs, discernit̄ ab eo, qui fit à venis subtilitate sua, & rubedine, & caliditate sua. Et qñq; fit rediens cum periodo: & qñq; fit cadēs subito. Et [g] cursus quidem sanguinis ex naribus, est ex dispositionibus, quæ conferunt & nocent. Nam qui inuenit successione eius [f] leuitatem capitis post repletionem, & ęqualitatem coloris post rubedinem vehementem, & ęqualitatem formę post inflationem, iuuatur eo præcipue in ægritudinibus acutis, & in apostematibus intrinsecis, & proprie sanguineis, et cholericis in cerebro: [h] deinde in hepate: postea in velamine, postea in pulmone. [i] Iuuamentum enim C fluxus sanguinis ex naribus in pleuresi plus est, ꝗ̄ sit in peripneumonia. Et [k] fluxus quidem sanguinis narium crisis magna est in ægritudinibus acutis plurimis, & proprie in eis, quæ sunt sicut variolę, & morbilus. Cum autem multus fit, succedit citrinitas non consueta, aut plumbositas, aut obfuscatio ex citrinitate, & nigredine, & extenuatio pertransiens terminum. & infrigidantur extrema. quāuis. n. retineatur: eius tamen finis est nociuus. Et in illo cuius color conuertitur in citrinitatem, dominatur cholera citrina, & læditur cū extractione sanguinis minus. Et in illo cuius color conuerti͂t ad plūbositatem, dn̄atur iam phlegma. Et in illo cuius color conuerti͂t ad obfuscationem, dn̄atur iam cholera nigra. Et isti duo vehemēter læduni͂ per id, quod minuitur ex sanguine. Et vlr̄ quidem ille in quo superfluit fluxus sanguinis ex naribus, est fm timorem debilitatis hepatis, & hydropisis, & reliquorum. Et corpora vehementius parata fluxui sanguinis nariū, sunt cholerica, & citrina, sanguinis subtilis, & iuuantur ex eo qui temperatus est. Et [l] fluxus sanguinis narium significatores habet, sicut splendor apparens in vtrisq; oculis, & lineæ albæ, & rubedo, & citrinitas, & proprie post soda, & [m] reliqua, quę distinximus vbi locuti fuimus de ægritudinibus acutis, & crisibus earum. Et [n] quandoq; significantur ex fluxu sanguinis narium. & dispositione eius super ægritudines acutas, & earum crises. & iam diximus illud in [m] loco proprio sibi.

De curationibus. *Cap. 8.*

D CRetici quidem & similis ei, qui accidit ex seipso, via est, vt [o] non curetur donec sentiatur casus virtutis. & quandoq; [p] consequuntur. iiij. lib. ex eo, & oportet vt non retineatur donec vehementer superfluat. Reliqui vero curentur cū medicinis retinentibus fluxū sanguinis nariū. In eo qui factus est propter præparationem corporis, & cholericitatē eius, oportet vt assiduetur euacuatio choleræ ex eo, & commensuratio sanguinis eius cū cibis, & potibus. Et [q] phlebotomia quidem est melior res qua retinetur fluxus sanguinis nariū, cum sit phlebotomia subtilis ex latere ęquidistante cōi: & proprie qñ contingit syncopis. [r] Medicinæ vero cōstringentes fluxū sanguinis nariū, aut sunt vehementis stypticitatis: aut sunt vehemētis infrigidationis: aut sunt vehementis glutinationis, & ingrossationis, & coagulationis: aut sunt acute cauterizatiuæ: aut sunt medicinæ habentes proprietatē eius: aut sunt medicinæ aggregantes duas intētiones, aut tres. Medicinę vero stypticæ sunt, sicut succus [s] barbæ hirci, & sicut acacia, & sicut balaustiæ, & rosæ, & lentes, & gallæ, & sicut succus foliorum senticis, & foliorum pirorum, & foliorum cydoniorum, & virgę pastoris. Infrigidantes vero sunt sicut opi um, & camphora, & semen iusquiami albi, & semen lactucæ, & succus lactucę, & [t] †{kalef.}& aqua dactylorū immaturorū, & alchachali, & arnoglosse, oīa nō decocta. Glutinatiuæ vero sunt, sicut puluis molēdini, et farina thuris. Cauterizantes aūt sunt

A Ser.t.2.c.13.
B Ras.4.conti.t.1.c.2.61.1.&.59.4.
C Gal.de instrū odor.c.4.b
D Ras.4.cont.t.1.c.2.60.1.
E Ras.lib.diuisio.c.40.& Gal.10.de simp.fo.73.b.c
F Gal.6.aphor.10.
G Gal.1.de crisi.c.7.b
H Li.4.Fen.2.t.1.c.73.& Ga.3.de crisi.c.3.e
I G.3.de crisi.c.3.e
K Li.4.Fen.2.t.1.c.73.& Ga.ibi.&.3.de phar.ꝯpōne fm lo.c.3.f,& commē.2.i primū de mor.vulg.63.a
L Hip.3.pgn.33.a
M Li.4.Fen.2.t.1.c.5.
N G.3.de phar.cōpōne fm loc.c.3.f
O Ser.t.2.c.13.
P Ga.de pcogniti.ad posthu.c.13.g
Q G.5.meth.c.3.e,& de cura.p sangu.c.11.g
R Lib.1.F.4.c.23.
S Diosc.li.1.c.109.
T† arboris similis silici,

sicut atrimentum,& colcotar. Et cũ istæ cauterizatiuæ administrantur, oportet vt administrentur E cum cautela. Ipsæ nanque quandoque faciunt euenire crustam,[a] quæ cum cadit, attrahit deterius, quam prius. Illæ autem quibus inest proprietas, sunt sicut stercus asini, & aqua albedarungi, & aqua mentæ.

A Lib.1.F.4.c.15.

De cura leui fluxus sanguinis. Cap. 9.

CAputpurgia quidem sic fiant: sumatur aquę vel succus dactylorum immaturorum,& acacię amborum ana.ℨ.5.camphoræ gra.i.& incessanter distillentur in nasum. Et ex eis etiam est aqua vel succus dactylorum immaturorum cum barba hirci,& camphora, & etiam aqua vel succus dactylorum immaturorum cum succo porri:& ẽt aqua salsa amara distilletur ĩ nasum, & aqua coriandri:& etiam succus[b] †{alkalkali}cum sua dispositione, non decoctæ: et[c] etiam aqua cucumeris & camphoræ:&[d] etiam succus albedarungi cum camphora,& succus arnoglossę cum terra sigillata,& camphora: aut succus virgæ pastoris cum eis. Et ex eis, quæ sunt vltima in hoc capitulo[e] est succus[α] stercoris asini recentis. Si autem sanguinis multitudinẽ senseris, tunc flos æris in aceto ĩfusus distilletur paulatim:& etiam administra caputpurgium ex tritura vel puluere[f] balaustiæ contritæ optime cum aqua plantaginis:& etiam aqua in qua dissolutum est opium, & non oportet vt sit superfluitas in effundendo aquam vehementis infrigidationis: fortasse.n.coagulabit sanguinem,& congelabit ipsum in panniculis cerebri:& hic sunt caputpurgia scripta in antidotario iuuatiua valde. Tẽtæ autem ita sunt, fiat tenta & submergatur in encaustro,& puluerizetur super ipsum[g] †{dragaganthum,}donec omnia commisceantur, deinde mittatur in nasum. Et etiam sumantur[h] succus foliorum vrticæ,&[h] colcotar,& pili leporis,&[h] stercus asini siccum, aut humidũ, & succus porri,& olibanum,& fac ex eis tentam. Et eis, quæ sunt experta est tenta facta ex licio indo adusto,& aqua bedarungi.& etiam tenta ex puluere molendini,& farina thuris,& aloe cum aceto,& albumine oui:& etiam tenta facta ex[i] †{dragãtho,}& carthas combusto, & cortice thuris cum aqua albedarungi:& etiam tenta infusa aqua ros.& submersa in colcotar,& aloe: aut tenta infusa aqua porri super quam est puluerizata menta contrita. Aut tenta[h] ex spõgia,& pice liquata submersa in aceto,& fac tentam ex[k] †{seragi alchatrab,}aut[l] tela araneæ cum colcotar, & dragantho,& flore æris. Aut[m] sit tenta facta ex pilis leporis carminatis submersis in thure,& aloe confectis cum albumine oui. Et etiam tenta ex dragantho adusto duabus partibus, opij parte.i.aggregentur omnia & terantur cum aceto. Et tenta ex corticibus oui adustis, qui misceãtur cum encaustro & gallis. Ex insufflationibus vero est licium indum adustum.&[n] etiam ranæ adustæ insufflatæ in nasum.& etiã puluis molendini, aut terra testæ albæ aut[n] †{nura,}& etiam cortices thuris,& chartas,&[o] †{dragãthi}partes æquales sufflentur in nasum:& etiã[p] cortices fructus[q] †{aldulb} exiccati,& contriti, oportet vt accipiatur illud confricatum super pannum factum ex lana grossa. & accipiatur flos seu lanugo ipsius,& ponatur in vrceis nouis cum terra sua, & si est cum eis terra G figuli est melius,& stringatur caput eius donec siccetur in vmbra,& teratur cum necessitas fuerit, sicut atomi, qui apparent in radio solis,& sufflетur in nasum,& constringetur sanguis statim: aut cortices oui contriti,& etiam calami aromatici,& florum[r] †{alnesserin,}& seminis rosæ,& garyophyllorum omnium ana.ʒ.i.myrrhæ,& gallarum amborum ana.ℨ.5.parum.i.sech.i.galliæ,& camphoræ,& sufflentur in nasum diebus continuis. Et cum insufflatur insufflatio in ipsum tunc constringatur nasus vna hora,& expuatur illud, quod descendit ad os: & oportet vt sit insufflatio in[s] †{embuba,}vt prohibeat exuberationem fluxus sanguinis narium. Ex linimentis vero,& effusionibus, est linimentum super frontem huius.[t] Recipe succi foliorum kalef, & foliorum vitis,& foliorum myrti,& aquæ ros.infrigidentur omnia,& apponantur fronti cum panno lini. Et similiter fiunt ex omnibus medicinis frigidis stypticis,& stupefactiuis notis, dissolutis cum succis infrigidatiuis, stypticis: sicut est succus extremitatum kalef,& senticis, & ramorum vitis, & foliorum pyri,& cydonij,& virgæ pastoris linimenta,& emplastra. Odoramenta vero sunt[v] sicut[α] stercus asini recẽs. Sed impletiones ita sunt. Implentur.n.cum capitibus cannæ,& cum capitibus vel extremitatibus florum cannarum, ex quibus fiũt scopæ,& cum cotto papyri, aut cum cotto reliquorum, quæ egrediũtur ex plantis. In eo autem, qui prauior est illo,& factus est propter feruorem & caliditatem vehemẽtem: aut eruptionem arteriarum, necessaria est phlebotomia cephalicę,[x] quę H sequitur illam narem stricta valde:& necessariæ sunt[y] ventosæ super posteriorem partem capitis cum scarificatione leui,& super mamillam, quę sequitur eam, fiat suspẽsio eius sine scarificatione. & quandoque oportet vt extrahatur sanguis per phlebotomiam vsque ad syncopim ex cephalica. aut[c] ex vena spatulæ, quæ est posterius: quoniam est magis vltima: quare prohibet sanguinem eleuari ad caput. Ipsa nanque cum ad syncopim perducit, sedat statim,& illud in fluxu sanguinis narium vehemẽtis velocitatis. Immo oportet vt succurratur in hora cum sentitur vehementia fluxus sanguinis narium,& velocitas eius, antequã cadat virtus. Sed si non fuerit velox vehementer, sed fuerit guttatim,& fuerit cum paroxysmo, oportebit tunc vt fiat phlebotomia paulatim vicibus continuis. Et cum phlebotomia peruenit ad finem sufficientem: oportet vt fiat permutatio ad inspissandũ sanguinem cum eo, quod infrigidat ipsum, et cum eo, quod ipsum facit spissum quamuis non infrigidetur cũ eo, quod sit sicut iuiubæ. Ventosa vero sanguini dominanti resistere non valet: immo oportet in primis vt phlebotomia per extractionẽ paulatim minuatur, deinde ponatur ventosa, et[z] positio ventosarum super hepar si fluxus sanguinis narium est à dextra: et super splenem si est à sinistra, et super ambo simul si est ab ambobus lateribus est ex nobilioribus curationibus. Et etiam oportet

B† soldanellæ
C Ras.4.cont.c.5. c.2.62.4.
D Ras.62.2.
E Dio.lib.2.c.7.
Infra α
F Ras.62.2.
G† calcantum,
H Aet.lib.2.ser.2. c.94.
I† calcanto,
K† herba similis hyssopo
L Ser.2.2.c.13.
M G.5.meth.c.13.
N Ras.62.3.& G. 11.de simp.&c.d
N† calx,
O† calcanti
P Ras.62.4.
Q† platani
R† iasmini,
S† cannula,
T Haly.li.5.prac. c.71.
V Dio.lib.2.c.72.
Supra α
X Ga.de cura per sangui.c.11.g.&c. meth.c.6.2
Y Paul.lib.3.c.24. fo.124.19.
Z Lib.4.Fe.1.t.1. c.14.& G.de cura per sang.c.15.b

A Raſ. 4. cõti.t.3. t.2.62.4.
B Gal.3.de medic. cõpo.ſm loc.149.a
C Lib.2.t.2.c.291. & Gal.9.de ſimpli. 59.h.a
D Raſ.61.4.
E Dioſc.li.2.c.41. & Raſ.62.3.

A oportet vt ſtringantur extrema ita vt etiam [a] teſticuli virorum,& mamillæ mulierum. Et [b] conſtrictio ambarum aurium eſt valde vltima. Et oportet vt adminiſtrĕtur embrocæ plurimæ cum aqua frigida.Et qñq; neceſſarium eſt vt ſedeat homo in aqua frigida infrigidata cum niue,donec viridia fiant eius mĕbra.Et qñq; neceſſarium eſt vt caput eis gypſetur [c] cum gypſo infuſo aqua:aut gypſo infuſo in aceto. [a] Et vt effundantur ſuper caput ipſius aquæ infrigidatę cum niue donec ſtupefiat. Et qñq; non inuenitur in ipſo excuſatio à tentis fortibus factis ex flore æris, & aqua albedarungi cum camphora:& à mumia pura ex qua pondere drach.vnius fiat caputpurgium: & nõ eſt minus ꝙ ꝙ teneat aquam infrigidatam cum niue in ore ſuo. Et ſcias ꝙ qñq; viuit homo in fluxu ſanguinis narium vſquequo egrediantur ex eo vltra.xx.lib.& vſq; ad.xxv.lib.deinde moritur.[d] Et qñq; ſyncopis ex qua cadit eſt cauſa ad abſcindendum ipſum. Cibi vero ſint illi qui fiunt ex lentibus cũ ſumac,aut aceto,aut acreſta,aut ſimilibus illis. Et caſeus recens humidus eſt ex cibis conuenientibus patiĕtibus fluxum ſanguinis narium.Et ſimiliter lac decoctum donec ingroſſetur : & oua elixata ei qui præparatur ad fluxum ſanguinis narium propter choleram ſanguinis ſui, cum tamen acetoſa qñq; nocent patientibus fluxum ſanguinis narium propter inciſionem, & ſubtiliationem quæ eſt in eis.Et congregatio quidem experientium exiſtimat, ꝙ [e] cerebella gallinarũ ſunt ex melioribus cibis,immo ex melioribus medicinis ei qui habet fluxũ ſanguinis narium ex caſu, aut per
B cuſſione:verum oportet vt ex eis plurimum ſumat,aut fiat ei cibus continuus. Vinum autem confert inquantum confortat,& nocet inquantum excitat ſanguinem: cum ergo indiges ipſo inquantum confortat,cõmiſce ipſum parumper: & cũ non eſt neceſſarium,neq; fluxus ſanguinis narium facit caſum virtutis proximum,tunc non des ipſum in potu.Et oportet vt obſeruetur ne dimittatur aliquid eius deſcendere ad ventrem,& inflet ſtomachum:& debilitet pulſum, & excitet ſyncopim. Et ſi aliquid deſcendit,oportet,vt dum in ſtomacho permanet,euomatur,& feſtinetur illud, cum ſentitur eius deſcenſus ad ſtomachum.Nam ſi ipſum pertranſierit,oportebit [d] vt fiat clyſtere, vt velociter egrediatur,& non remaneat in ſtomacho.

De regimine eorum quæ faciunt fluxum ſanguinis narium. *Cap.* 10.

NEceſſitas quandoq; facit eſſe rectum vt fiat fluxus ſanguinis narium : & proprie in ægritudinibus acutis cerebri.Et propter hoc antiqui fecerunt inſtrumentum faciens fluxum ſanguinis narium,percutiendo naſum , & curauerunt plurimas ægritudines indigĕtes in ſui ſanatione curſu ſanguinis narium. Et ex regimine quidem in faciendo fluxum ſanguinis narium, eſt cõmotio facta cum extremitatibus plantæ lenis tactus:& proprie eius quę naſcitur ſuper lignũ ſquinanthi,ſicut flos:& eſt ſicut araneę tela:& collyrio facto ex eo quod eſt in ſuprema parte ſquinanthi,& mentaſtro campeſtri : & facto ex medicinis acutis, ſicut condyſi,& ſtaphiſagria, & euphor-
C bio confectis cum felle vaccino.

F Ga.3.de ſym.cã. c.4.e
G G.ibi.f,& cõm. 2.prognoſt.49.
G G.ibi. f
H Actu.li.2.ſer.4. c.53
I Halyab.9. theo. c.15.
K Raſ.t.9.c.14.
L Hip.2.apho.40.
M Ga.de opta.cõſtitu.corp.fo.38.f &.1.d ſan.tu.c.10.f
N G.3.apho.12.f

De coryza & catarrho. *Cap.* 11.

HE [f] duæ ægritudines cõmunicantes ſunt in hoc, ꝙ vnaquæq; earũ eſt curſus materiei ex cerebro. [g] Verum quidam hominũ ſunt qui approprіant nomine catarrhi illud quod deſcendit ad guttur : & nomine coryzæ quod deſcendit ex via naſi. Et quidam homines ſunt,qui nominant totum illud catarrhum. Et nominant coryzam quod deſcendit ex via naſi, ſubtile, & ſalſum frequens,& prohibens odoratum,effuſum ad oculũ,& cutem faciei: & penitus ad anteriora membra faciei. Et [g] catarrhus ſpargitur ad guttur, & ad pulmonem : & ad meri,& ad [h] ſtomachum : & qñq; [h] vlcerat ea:& multoties cõmouetur [h] eo appetitus caninus. Et qñq; deſcendit in neruis vſq; ad longinquiora membra. Et qñq; generantur ex eo ſynance, & peripneumonia, & pleureſis, & phthiſis proprie: & præcipue cum catarrhus eſt acutus, & calidus : & dolores ſtomachi : & fluxus ventris:& raſura inteſtinorũ,cum eſt ſalſus,aut acetoſus, & generatur ex eo etiam [h] colica, & proprie ex mucoſo quod crudum eſt.Et [f] cauſa omnium illorum:aut eſt caliditas complexionalis proprie:aut extrinſeca ex [i] ſole:aut aere vehementer calido:aut olfatu medinarum calefacientiũ, ſicut muſchi, & croci & cæpę.[f] Aut frigiditas complexionalis proprie:aut eueniens extrinſecus [i] ex aere frigido: aut ſeptentrione : & proprie cum diſcooperitur caput ad vtroſq;,præcipue hora qua ra-
D rificatur cerebrum [k] ex balneo , aut [k] exercitio,aut ira,aut cogitatione, aut alijs. Et qñq; accidit ex phlebotomia rarificatio , quæ præparat corpus ad recipiendum calorem,aut frigus : quare accidit catarrhus: & præcipue poſt phlebotomiam plurimam. [i] Et ſimiliter ex malitia complexionis calidæ inflammantis. Et cum frigiditas complexionalis fit fortis,& figitur in ea ſicut fit in ſenibus,dicitur quod ipſe non digeritur, niſi ipſi perueniant ad vltimum finem in ſanitate complexionis, & caliditatis eius.Et quoniam cerebro frigido cum aduenit nocumentum [l] in ſenibus,& in habentibus debile cerebrum , & non digeritur in ipſo quod ad ipſum penetrat propter debilitatem ſuam, fit ſuperfluitas,quare deſcendit. Et factus quidem à frigore plurimus eſt , ꝗ̃ factus à calore. Et habentes complexionem calidam vehemĕtius ſunt præparati ad recipiendum cauſas extrinſecas facientes coryzam,ꝗ̃ habentes complexiones frigidas & humidas : & [m] habentes complexiones calidas in ſeipſis plus ſunt ſecuri ne accidat eis ex cauſis corporeis ꝗ̃ habĕtes complexiones frigidas. [n] Cerebrum enim frigidum non digerit illud quod peruenit ad ipſum ex nutrimento,& nõ reſoluit quod ad ipſum aſcendit ex vaporibus:conuertuntur ergo ſuperfluitates nutrimenti,& aggregantur vapores,ſicut cõuertitur in alembico illud quod aſcendit ad ipſum ex cucurbita : quare aſſidui ſunt in ipſo fluxus.Et catarrhus quidem qñq; eſt groſſus:& qñq; eſt ſubtilis aquoſus:& qñq;

eſt

est calidus acutus, & salsus, aut mali saporis: & quãq; calidus mordicatiuus, & quãq; est frigidus. Et catarrhus quidẽ frigidus maturat febre: calidus vero non iuuatur febre.[a] Et catarrhi quidẽ & ægritudines catarrhi multiplicantur cum flat ventus septẽtrionalis: & proprie post austrinum: & multiplicantur etiam in hyeme:[b] & proprie cum fuerit æstas ante ipsam septentrionalis paucę pluuię, & autũnus austrinus pluuiosus. Et quãq; multiplicantur etiam in regionibus meridionalibus propter repletionem capitũ.[c] Inquit Hipp. pluribus eorũ quibus accidunt catarrhi, non accidit splen. Inquit [d] Gal. quoniam plurimum qui ægritudinem habet in membro vno: tunc alia membra habet incolumia. Dico autem fortasse, quoniam præparatus catarrhis, subtiliores habet humores: & ille cuius humores ingrossantur non præparatur catarrhis multum. Et quando soda coniungitur, vel accidit cum catarrho addit in eo cum attractione.

E

A Hip.3.apho.14.
B Hip.3.apho.13.
C Cõmen.2. in.6. de mor.vulg. 41. c & Auic.F.15.t.2.c. 4.& Raf.20.cont. 1.c.1.200.3.
D Cõmen.2.in.6. de mor.vulga.41.c

De signis. *Cap. 12.*

Signum catarrhi acuti calidi, si est coryzalis, [e] est rubedo faciei, & oculorum: & mordicatio eius quod currit, & subtilitas eius: & caliditas tactus eius: & [e]quãq; accidit cum eo febris, & nõ iuuatur ea. Et si est in gutture acuitas eius quod descendit ad guttur, & vehementia adustionis eius, & subtilitas eius cũ inflãmatione sentitur, quãdo ipsum rascatur: & significat ipsum sputũ ad citrinitatem declinans, & rubedinẽ. Et est hic etiã oppillatio, et nasitas, & cõmotio acuta.[e] Frigidi autem catarrhi signũ, est frigus eius quod currit, si est in naso, & cõmotio in naso cum tensione frontis: & vehemẽtia oppilationis: & nasitas. & quãq; significat ipsum grossitudo materiei: & si est ad guttur, est frigus eius quod rascatur, & albedo ipsius: & iuuamentum à febre: si accidat.

E Halya. 9.the.c. 19.& Ser.t.2.c.19.
E Halya

F

De cura. *Cap. 13.*

Cura catarrhi est comprehensa in intentione diminutionis materiei: & oppositione causę facientis, & sectione cursus: aut ęqualitate eius: aut motu ipsius ad partem aliam: & antecessione prohibitionis eius quod timetur generari ex eo, sicut chasem in naso, et vlcera super narem, aut sicut asperitas gutturis, & tussis, & vlcera pulmonis, & quæ sequuntur ea, & apostema. Et ea omnia indigent alienatione satietatis nauseatiuæ: & dimissione repletionis ex cibo & vino.[f] Et sternutatio est nocitiua in principio aduentus catarrhi, & coryze prohibens maturationem humorũ contentorum in cerebro, qui non maturantur, nisi cum quiete, & cum hoc ipsa trahit ad ipsum superfluitates alias, & est post maturationem vltimi iuuamenti valde propter illud quod euacuat de superfluitatibus maturis. Et oportet quidẽ ne patiens catarrhũ & coryzam dormiat repleto ventre cibis, quare repleatur caput eius. Et vt assiduet calefactionem capitis, & elongationem eius à frigore, & caueat ipsum à septentrione: & proprie post austrum.[g] Auster enim replet & rarificat, & septentrio constringit & exprimit. Et minoret [α] potũ aquæ congelatæ. Neq; dormiat in die. Et sitiat, & famem patiatur. Et vigilet quãtum potest, quoniam est radix curæ. Et fiat solutio ventris, & incipiat ab extractione sanguinis: deinde à solutione vẽtris post ipsam cum est necessitas super ambo simul, & raro quidẽ acceleratur ad phlebotomiã & ꝓprie in principio nisi propter multitudinẽ quæ non toleratur: & catarrhus in quo conuenientius est non phlebotomare est ille, qui euacuatur à tussi. Si autem tussis est parui sputi, necessaria est parua phlebotomia, leuis, renouans numerum: propterea forsitan ꝙ facit necessarias esse iterationes. Et administretur syrupus de papauere simplex si adsunt vigiliæ. Et zuccarum, si non sunt vigiliæ. Et clystere attrahit superfluitates, & lenit viam factum cum eo quod sit, sicut aqua hordei, propter suam penetrationem. Et cum inuenitur cum catarrho punctio in mãmillis significat ꝙ materia declinat ad latus. Festina ergo, & phlebotoma & suffumigationes quãq; faciunt euenire febrem. Et pilulæ quidem ad tussim, conuenientes sunt ad asperitatem pectoris, non ad materias capitis. Et oportet etiam vt toleret sitim, & frangat eam cum cõmistione syrupi de papauere, & aqua. Et si voluerimus confortationem eius tunc aqua hordei, & sauic. Et quando cum catarrho fuerit febris non balneetur. Et illi in quo perseuerant catarrhi æstate, & hyeme, pilulæ cochię sunt ex curis magis iuuatiuis. Et motus mẽbrorũ inferiorum, est valde iuuatiuus ad catarrhos, propter attractionem materierum ad inferiora: deinde administra quod narratur ex vaporationibus: & suffumigationibus cum obseruatione ne administretur super repletionem. Et ille qui consuetus est pati catarrhum quãq; prohibet aduentum catarrhi suo subito introitu ad sudandũ in balneo ante aduentum catarrhi. Et oportet ſm omnem dispositionem, vt assiduet declinationem seu demissionem capitis versus anterius, & teneat decliue puluinar, vel capizale, &[h] nõ resupinatio fiat in somno. Materiei autem diminutio est cum administratione mundificationis corporis. In calida quidem cum phlebotomia, & solutione ventris educent humores calidos, & clysteribus trahentibus materiam ad inferiora: & in frigida quidem cum medicinis soluentibus phlegma quæ sunt ex eis, quæ bibuntur, & quibus fiunt clysteria. Et ad summum oportet vt minorent comestionem, & [α] potum aquæ: & repellat eum omnino die & nocte, & remouebitur. Oppositio autem causæ efficientis, calidæ quidem est vt sit solicitus in infrigidando caput cum eo quod est infrigidans, frigidũ potentia, [i] sicut introitus balnei dulcis omni mane cum est ieiunus.[k] Et effusio aquæ super extremitates, & inunctio capitis, & extremitatũ, & suminis, & ani, & testiculorum, & quæ sunt in circuitu eorum cum oleo viol.[l] Et embrocæ administratio factæ ex hordeo, & papauere, & violis, & chamæmilla, & effusio fortiter infrigidantiũ actu super caput, & declinatio cum cibis ad illud quod alleuait, & infrigidat, & humectat: & administratio,

F G.2.de sympto. cã.c.4.f
G G.3.apho.12.g
Infra α
G
H
H Raf.t.9.c.14.
Supra α
I Aeti.lib.2. ser.4. c.53.
K Raf.lib.diuisio. c.18.
L Ser.t.2.c.19.

A nistratio gelengibin.i.zuccari rosati omni die. Sed frigidæ est solicitudo, cum incipit cōmotio, & sternutatio, in calefaciendo caput, & vaporando ipsum cum panno calefacto vsquequo sentiat calorem iam peruenisse ad cerebrum, & cōseruando caput secundum illam dispositionem. Et quandoque necessarium est vt fiat vaporatio cum sale [a] & milijs. Et quandoq; fit vaporatio cum aquis calidis in fine, quo possibile est eas tolerare ex calefactione. Et administrent in ea embrocæ maturatiuæ, & resolutiuæ, & inunctio extremitatum cum oleis calidis, sicut est oleum anethinum, & oleum chamæmillinum, & sansucinum. Et fortius illis est oleum rutaceum, & oleum de ben, & oleum de lilio, & oleum laurinum. Inungantur eis testiculi, & quæ sequuntur eos, & anus, & sumen, & extremitates: & lauetur caput cum sapone [b] Constantini. Oleum vero inquantum potes, fac ne tangat caput, nisi si non inueneris excusationem, ita vt indigeas infrigidatione fixa: aut calefactione fixa, & sit post euacuationem. Et vt administretur super caput et frontem linimenta ex sinapi, & costo, & similibus & ablue ipsum cum aqua saponis, & similibus. Et vt declinet cum cibis ad illud quod alleuiat, & subtiliat, & calefacit, & exiccat cum hoc, vt ex eo liniatur pectus. Et quandoque necessaria est administratio medicinarum rubificātium, ita vt in eis recipiantur [c] stercus columbinum cum sinapi, & ficus, & mentastrum, & gumma rutæ agrestis: immo administratio cauterij. Et ad vltimum calefactio capitis, & ipsius exiccatio conferunt ei, quod accidit, & pro-

B hibent illud quod accidit. Et oportet in hoc catarrho [d] vt [β] non ingrediatur balneum ante maturationem: immo administrentur vaporationes siccæ. Et ex eis quæ conferunt in eo, est odoramentum muschi: & similiter impletio auris ex lana infusa in oleo amygdalino calefacto vsque ad terminū. Abscisio autē cursus fit cū gargarismis laudabilibus frigidis cōgelatiuis, sicut gargarismate ex aqua frigida & aqua ros. & aqua lentis, & aqua coriādri: & aqua in qua decocti sunt cortices papaueris: & aqua granatorū etiā. Frigida quidē ad calidū, & calida ad frigidū. Et sicut linimētū gutturis cū vino, in quo est contrita myrrha: & proprie in frigido. Et similiter retentio auellanarū in ore factarū ex opio, & storace, & thure, & croco, præterq̄ deglutiat aqueitatem earum. Et sint syrupi qui habent proprietatem in hoc, sicut syrupus de papauere purus ad calidum, & syrupus de papauere factus cum decoctione in qua posita sunt sicut myrrha, & crocus, & alia ex eis quæ dicturi sumus in antidotario, ad frigidum. Et non oportet vt in potu detur syrupus de papauere, nisi in principio vt prohibeat à pectore: cumq; retinetur, & necessarium est sputum, non est conueniens iste syrupus. Et sicut vapores retinētes administrati, ita quòd intrent in chaisim & in guttur retinentes vaporem. Et isti quidem vapores sunt sicut vernix ad calidum & frigidum simul: & sicut nigella ad frigidum vaporata, aut odorata. Et costus etiam & [e] nigella frixa quando odorantur ligata in panno lineo, sunt iuuatiua valde. Et similiter suffumigatio alchamor nominata

C chusi. Et similiter vaporatio vini aut mellis super lapidem molarem ignitum. Et ex eis quæ iuuant ad illud, est suffumigatio [f] cum thure, & xylo aloe crudo, & vernice, & costo, & storace. Tamariscus autem & [f] rosa ad calidum: & similiter [f] tabarzet & [f] fabæ, & hordeum infusum in lacte acetoso vaccino, de quo butyrum est extractum proprie. Et zuccarum, & camphora, & sulfur infusum in aceto: eis fiat suffumigatio ad calidum: & similiter [f] vaporatio aceti à lapide molari ignito, abluto mundificato. Aequatio autem essentiæ est, sicut administratio electuariorum, & receptio dragaganthi: aut granorum cydonij in ore, vt permisceatur cum grossitudine eorum subtile, quod descendit, vnde ingrossetur cum ea & fiat viscosum, & nō descendat ad profundum: & fiat cum ea facile sputum. Et administratio eius quod subtiliat illud, ita vt non noceat sua grossitudine, & viscositate sua. [g] Et [β] quando catarrhus est frigidus non est conueniens introitus balnei ante maturationem. Et si est calidus, propter illud non erit multum malum: immo iuuabitur eo. Attractio vero eius ad partem aliam, est sicut cum eo cum quo opponitur catarrho descendenti ad guttur cum facientibus sternutationem, & omnibus quæ mordicant nares. Et sicut cū eo cum quo opponitur catarrho calido curenti ad inferiora, ex administratione ventosæ super nucham: & similiter inclinatione capitis super embrocas factas ex odoriferis attrahentibus materiam ad partem nasi. Antecessio autem est, sicut quo custodiuntur guttur, & pulmo à nocumento suo, &

D plurimum eius est cum cibis. In calido quidem est cum inunctione pectoris ex oleo viol. Et acceptio aquæ hordei cum violis nutritis vel conditis, & [f] aqua granatorum dulcium. Et administratio sorbitionis [f] factæ ex amylo, & farina hordei, & fabarum, & cum lacte multo si non est febris: nocet enim lac, si adest febris: & administratio loch lenium frigidorum, & syruporum de hyssopo frigidorum. In frigido vero sicut inunctio pectoris cum oleo chamæmillino & de ben. Et administratio sorbitionum calidarum lenientium sicut [f] tri cum melle: & sicut [f] aqua furfuris tritici cū oleo amygdalino, & melle, & sicut panis cum rob. Et administratio [h] †{loch lenium}‡ calidorum, & syruporum: & proprie qui facti sunt ex hyssopo, calidorum: & etiam hyssopi ipsius cum storace: & potus aquæ calidæ est iuuatiuus in catarrhis, maturans eos, & expellit ab eo quod vicinatur membris anhelitus, maturando illud quod descendit & leniendo. [i] Et vinum quidem non est cōueniens eis. Et quandoq; conuenit vt conferat eis hoc in principio post maturationem autem illud quod temperatum est, est conueniens. Et oportet vt sit [k] dulce. Et pinguia quidem prohibēt maturationem in subtili in principio.

A Ras. Lib. diuis. c.18.
B Paul. li.3.131.24.
C G.5.meth.c.13.c
D Lib.4. Fē.1.t.1. c.9.
Infra β
E Ga.6. de simpl. medi.fac.fol.45.h, & 55.c.d, & Dio.li. 3.c.75.
F Ser.1.2.c.19.
G Lib.4.Fē.1.t.1. c.9.
Supra β
H † eclegmatum
I Ras.t.9.c.14.
K Pau.lib.3.131.9.

TRACTATVS II. *de reliquis dispositionibus nasi.* E

De fœtore nasi. i. ozænis. *Cap. 1.*



Causa fœtoris in naso: aut sunt vapores putridi ascendentes ad ipsum ex partibus pectoris, & pulmonis & stomachi: aut humor [a] putrefactus in circuitu ossiũ alchaisim, qui si esset acutus, faceret euenire vlcera: sed ipse est putridus fœtidi odoris. Et quandoq; peruenit odor eius ad superiora, & sentitur odoramento sui. Aut humores putrefacti in ventre: aut in cerebro toto: aut in anteriore parte eius: aut in ea parte sui, quam sequitur nasus. Aut putrefactio & corruptio accidentes illis ossibus omnibus, quarum curatio est difficilis: aut propter hæmorrhoidas in naso putrefactas.

De cura. *Cap. 2.*

Oportet vt præcedat mundificatio eius, quod est aggregatum ab humore malo, si est in alio loco, q̃ in chaisim, & profundo eius: immo est in stomacho & cerebro. Deinde administrentur medicinæ locales quæ fiunt ex tentis, & caputpurgijs, & insufflationibus, & reliquis: & tentæ expertæ in hoc. Et rectius quidem est vt abluatur nasus ante eas cum vino: deinde ex illis tentis administretur tenta [b] ex myrrha, & amomo, & acatia facta cum melle: aut [b] myrrha & amomo: aut myrrha & rosis cum oleo de nereiden, & tentæ plurimæ diuersitatis factę ex istis medicinis s̃m diuersitatem põderis,[c] & sunt cyperi, & spica & rosa [d] †{alneserint,} & calamus aromaticus, & amomum, & gariophyl. & myrtus, & aloe, & rosa, & aliquid ex sale, coniunctæ, aut separatæ. & tenta infusa in triplicato subtili super quam puluerizetur subtilis puluis factus ex gariophyl. & cyperi, & ramic, & laudani partibus æqualibus: & etiam myrthi, calami aromatici rosarum alneserin gar. omnium. ana drach. i. myrrhæ, gallarum, amborum ana drach. 5. muschi, camphoræ amborum ana gra. iiij. clymię, & salis gẽmę amborum ana kirat. iiij. administretur ex eis tenta: & ex caputpurgijs caputpurgium cum succo mentastri. Et meliora caputpurgia, & magis iuuatiua [e] ex eis sunt vrinę [f] †{asinorum:} illæ enim nunquã fallunt. Et ex experimentis bonis est, vt resoluantur troc. [g] adaracon recepti in theriaca in vino, & distillentur in nasum, quoniam sanatur. [h] Et decoctio [i] †{aldar sisaham} cum vino odorifero est bona valde. Administretur ergo aliquibus diebus, & naribus attrahatur. Et ex linimentis est vt liniatur illud, quod est interius eius cum colcotar, & etiam folia yesmin terantur cum aqua, & liniantur ex eis nasus. Et medicamen [k] †{alchariten,} & [l] est myrrhæ. iiij. drach. & duæ tertiæ, casiæ ligneę drach. i. & . vi. & amomi tantundẽ conficiantur cum melle. Et ex insufflationibus est, vt insuffletur in eo mentastrum ipsum, aut elleborus albus, & ostracũ adustum. Et ex medicamine prædicto in fine tentarum. & q̃ [l] suffletur xylobalsamus in naso. Et ex attractionibus cũ naribus ex eis quæ sunt ex parte, est decoctio [m] †{aldarsisahã} cum aqua, aut vino, & administret̃ diebus aliquibus. Et ex eis quę experta sunt in cura eius: et proprie cum est in cerebro, aut anteriore parte eius putredo, sunt duo cauteria à dextra parte iafuch. i. sincipitis, & sinistra eius, corã auribus, quę sequunt̃ ad ambo tempora, aut cauterium vnũ super mediũ capitis.

De vlceribus in naso. *Cap. 3.*

Quandoq; generatur in naso [n] vlcera, aut ex vaporibus acutis, aut malis, aut ex catarrhis acutis: & sunt aut fœtidi putridi, aut crustæ, aut vlcera ex bothor, aut vlcera pura, & sunt aut apparentia, aut intrinseca.

De cura. *Cap. 4.*

Nasus [o] est membrum humidius aur. & siccius oculo. Quare oportet vt sit cura vlceris eius inter curam vlcerum auris & oculi. Oportet ergo vt sint medicinæ exiccantes vlcera nasi, minoris exiccationis quàm medicinæ exiccantes vlcera auris, & vehemẽtioris exiccationis quàm medicinæ exiccantes vlcera oculi. [o] Vlcera enim auris indigent aliquo quod sit in vltimo siccitatis. & vlcera oculi indigent re quæ sit in initio euentus exiccationis. Amplius si causa fuerit materiæ currentes, aut vapores ascendentes, tuc cura cum euacuatione eorum, & attractione ipsorum ad partem aliam, s̃m q̃ scis: & ad summum necessarium est. primo vt exiccetur caput, & confortetur cum eo quod sciuisti: deinde intende in nares. Et scias q̃ omnes medicinæ iuuantes in hæmorrhoidibus, & [p] †{alarbian} ex eis quas dicturi sumus, sunt iuuatiuæ etiam in vlceribus cum sunt fortia: & cum feruent cum mucilaginibus: & ex eis quæ similantur illis, donec leniuntur, conueniunt omnibus vlceribus, leuibus etiam: Sicca vero vlcera curentur cum inunctione facta ex cera, cui admistum est quãtum est medietas eius de medulla cruris vaccini dissoluta cũ aliquo quod sit sicut oleum nenufarinum aut sisaminum. Et conuenientius apud me est oleum ros. & proprie factum ex oleo omphacino: & etiam curetur cum vnctione facta ex oleo viol. cum dragagantho: aut pauca spuma psylij, & maluæ: & etiam cum tenta infusa [q] in hyssopo & adipe anatis, & cera citrina, & adipe cerui, & adipe gellinę, & melle. & etiam cera & [r] oleum & mirabolani citrini & gallæ. Et quandoq; confert phlebotomia venæ in extremitate nasi post cephalicam & ventosa nocrati & solutio ventris. Vlcerum autem ad quę currit materia acuta aut mala fœtida, cura fit difficilis: & necessaria est euacuatio, & phlebotomia. Et quandoq; indiget solutione ventris ex hieris quæ sunt magnæ. Et oportet vt assiduetur ablutio eorum cum nitro, & sapone: & proprie qui comparatus est Asclidi, & sapone comparato ad Constantinum. Deinde administrentur medicinę vehementis exiccationis. ex quibus est hæc. [s]†Recipe {corticis æris, & calcadis, & arsenici rubei, & ellebori omnium ana partem. i. conterantur & infundãtur in felle tauri aliquibus diebus, donec fermententur

A Raf. lib. 4. cõti. t. 2. c. 1.
B Paul. li. 3. fo. 113. 25.
C Raf. lib. diuis. c. 44.
D † iasmini
E Halya. 5. pract. c. 70.
F † camelorum
G Paul. fo. 113. & Raf. 61. 2.
H Raf. 61. 2.
I † aspalathi
K † cuiusdam medici
L Raf. 4. cõti. t. 2. c. 2. 61. 3.
M † aspalathi
N Gal. 3. de cõpo. phar. s̃m loc. c. 3.
O Gal. 5. meth. c. 10. b
P † carnibus mollibus
Q Raf. 4. cõti. t. 2. c. 2. 59. 4
R Raf. 60. 3.
S † Paul. li. 4. c. 24. 123. 9. Squamæ æris drach. viij. atramẽti sutorũ drach. ij. sandarachę drac. iiij. veratri nigri drach. ij. naribus inspirantur. Aliud. Malicorij drac. xij. atramenti sutorij drach. x. chalcitidis drac. viij. fellis taurini amomi, myrrhæ, calaminthæ, marrubij singulorũ drachm. iiij. croci drach. ij. veratri albi drach. iiij. siccæ vtitor.

A mententur in eo, & administrentur. Et quandoq; addetur in eis amomum, & myrrha, & menta-strum, & prasium, & crocus, & alumen omnium pars.i.} Et medicamen [a] Rufi expertum, & est vt sumãtur cyperum, & alumen, & gallæ, & myrrha, & crocus, & arsenicum & administrentur. [b] Vlcera autem vehementis doloris curantur cum plumbo vsto abluto, & cerusa, & merdasengi fiat ex eis emplastrum cum oleo rof. & cera. Vlcerum autem bothorosorum cura fit cum oleo rof. & cum oleo myrtino, et merdasengi, & aqua rof. & pauco aceto emplastro facto ex eis. Vlcera vero manifesta cum hoc emplastro cura. Cerussæ lib.i. merdasengi, scoriæ plumbi vsti amborum ana vnc.iij. misceantur cum vino. & oleo myrtino. [c] Et ex medicinis quidem cõmunibus est, vt sumatur succus granatorum [d] †{acetosorum}} & decoquatur in vase æreo, donec perueniat ad medietatem, & liniatur ex eo tenta, deinde administretur. [e] Et ex eis quibus curãtur sunt troc. andaron quandoq; infusi in vino, & quãdoq; infusi in aceto & aqua, secundũ q; videtur. [f] Et ex emplastris quidem bonis est vt sumantur scoria plumbi, & vinum vetus, & oleũ myrtinum, & aggregentur omnia terendo super ignem [g] †{lenem ex carbonibus factum,}} & moueantur donec ingrossentur, & seruẽtur in vase æreo. Et plumbum vstum est in iudicio scoriæ plumbi. Et oportet vt administretur [h] succus siclæ solus: aut cum medicinis, quoniam est valde iuuatiuus.

A Ras. 4. cõti. t. 2. c. 1. 61. 2.
B Ras. 4. cõti. t. 1. c. 2. 59. 4.
C G. li. 3. de phar. cõposi. c. 3. g
D† ———
E Aeti. lib. 2. ser. 2. c. 93. & Ras. 4. cõti. t. 2. c. 1. 61. 1.
F G. ibi. c
G† ———
H Ras. 60. 2.

De cura vlcerum, quæ nominantur vlcera dulcia. *Cap.* 5.

B IN principio quidem sufficit oleum rof. solum: aut cum cera & adipe gallinæ. Et fortius illo est emplastrum de cerussa, & præcipue emplastrum mistum cum mucilagine granorum cydonij. Et si exiccationis additio quæritur, ponatur in ipso scoria argẽti sola, & q̃nq; confert cũ oleo myrtino. Cum autẽ ægritudo parũper fit fortior, administra hoc empl̃m. [i] Recipe cerussæ lib.i. merdasengi vnc.iij. scoriæ plumbi vsti, abluti, contriti cum vino vnc.iiij. fiat ex eis vnguentum cum oleo myrtino & aceto. Cum autẽ ægritudo fit chronica, & fortis valde, fiat vnguentũ huiusmodi. [k] Recipe merdasengi, drach.iiij. rutæ humidę drach.iiij. aluminis drach.ij. fiat ex eis vnguentũ cũ oleo myrtino & aceto. Et fortius eo est istud. Recipe draganthi, & calcanthi, & myrrhę omniũ ana partes.vij. calcadis.vi. partes, aluminis iameni, gallarũ, scoriæ æris omniũ ana partes.iiij. turis partẽ.i. &.5. aceti lib.i. &.viij. vnc. coquat̃ in vase æneo, donec fiãt in substãtia mellis, & fiat inde linimẽtũ.

I Paul. fol. 113. 30.
K Paul. lib. 3. c. 24. 113. 35.

De oppilatione in chaisum. *Cap.* 6.

OPpilatio in chaisum est res retenta in anteriore parte eius, ita vt prohibeat transitum ex gutture ad nasum, & ex naso ad guttur: & quandoq; est [l] humor viscosus, & tenax: & quãdoq; est caro nata: & quandoque est crusta.

L Ser. t. 1. c. 13.

De signis. *Cap.* 7.

C HAec oppilatio facit nasitatem ita q; prohibet superfluitatem insufflationis à transitu, vel à penetratione in chaisum [m] quare facit tinnitum factum ex ea.

M Ras. 4. cõti. t. 1. c. 1. 59. 2.

De cura. *Cap.* 8.

SVmantur [n] lentis amaræ drach.i. castorei drach.5. opij, croci amborum ana kirat.i. muschi chirat, myrrhæ drach.5. fiant ex eis pilulæ: & fiat ex eis caputpurgium cum aqua sansuci humidi. Et multoties quidem indiget dispositio operatione manus, & rasione nasi cum radio proprio nasi quo possibilis est rasio: rasio igitur non cesset donec mundificetur: & quandoque egredietur cum rasione res plurima, de cuius summa mirabitur homo: fortasse enim consequetur medietatẽ libræ. Si autem non adiuuat illud, fiat quod dicemus in [o] capitulo hæmorrhoidarum.

N Ras. 4. cõti. t. 1. c. 2. 60. 3.

De cura. [p] †{*chanan.*}} *Cap.* 9.

EX curis eius est, vt fiat caputpurgium, & gargarismus cum medicamine huiusmodi: decoquatur [q] gallæ contritę cum aqua granati dulcis submergente ita vt bibant ipsum, deinde exiccẽtur, & cum eo misceatur lib.5. turis, aut sarcocollę, & conficiatur vice alia cum aqua granati, in qua coctæ sunt gallę, & administretur faciendo caputpurgiũ & gargarismũ diebus aliquibus. Et ex eis qbus curatur, est vt ponat̃ in naso tincar cũ cera & oleo, & fiat hoc sine intermissione, donec sanet̃.

O 11.
P † sonitus accẽsi in naso vel exitus vaporis fœtidi ex naribus vt accidit equis.
Q Ras. 4. cõti. t. 1. c. 1. 60. 3.

De contusione nasi. *Cap.* 10.

D MElius & laudabilius est vt impleatur interius: deinde æquetur exterius, & extrahatur ex eo quo plenus est paulatim, donec æquetur. linimenta vero iuuatiua in hoc, quæ oportet ponere super fracturã sunt, parũ aloes, & croci, & mes, & myrrhæ, & ramich, & gallia, & lutum armenum, & lutum romanum, & althæa, & laudanum, & embrocetur cum aqua alatel, & aqua tamarisci. Verum nos fortasse reiterabimus relationem huius capl̃i [r] in libro fracturæ, & restaurationis.

R 4. F. 5. t. 3. c. 3.
S † Polypo

De hemorrhoidibus, & [s] †{*alarbian*}} *in naso.* *Cap.* 11.

HAemorrhoides quidem sunt [t] carnes additæ nascentes, & quandoq; sunt [t] carnes molles al. & non est in eis dolor, & istæ sunt facilis curæ. Et q̃nq; sunt rubeę, aut fuscę vehementis doloris: & istę sunt difficilis curæ pręcipue cum ex eis currit virulentia fœtida. Et q̃nq; est ex eis illud, quod est cancer corrumpens fiuguram nasi, & dolorem faciens, cum extensione sua vehementi. Et ille est, qui est fusci coloris, malæ generationis valde, in profunditate plurima, cuius via est blandimentum sine incisione, & rasione. [u] Verum inter cancrum, & hæmorrhoides malas distat: q̃m caro nata, si est post ægritudines in capite, & catarrhos, est hęmorrhoides: & si non est s̃m illud: immo accidit post claritatẽm nasi, & priuationem cursus, est cancer: & proprie si fuerint ante aduentum eius in cerebro accidentia melancholica, & fuerit principium [u] eius sicut cicer, aut auellana, & inceperit augmentari, & acciderit in palato duritie. Et cancer quidẽ vt in pluribus est non habens saniem,

T Ras. 1. 9. c. 39.
V Ras. 4. conti. t. 1. c. 1. 59. 3.

saniem,& cursum ad guttur: immo est [a] siccus, durus: & hæmorrhoides quandoque elongantur, E & fiunt hæmorrhoides pendentes: & quandoque elongantur adeo, quod ex naso egrediuntur, & palato. Et omnes medicinæ quæ conferunt [b] †{alarbian,}conferunt hæmorrhoidibus: & quandoque necessarium est, vt frangatur earum virtus.

De cura. *Cap. 12.*

QVæcunq; illarum sunt ex diuisione prima, inciduntur cum cultello subtili, deinde excoriantur cum excoriatorio bono. Et quæ sunt ex diuisione secunda, melius est vt cauterizetur, aut cum medicinis quas dicturi sumus: aut cum igne, aut cum cauterio paruo subtili, aut incidatur cum rasorio extrahendo, quod in naso est ex additionibus, & superfluitatibus. [c] Et melius quidem rasorium est illud, quod est vt [d] †{embuba:} deinde effundantur in nares post illud [c] acetum & aqua. [c] Quod si melioretur post ipsum anhelitus, & remoueatur oppilatio bonum est: & si nõ, tunc iã remanent ex eis in profundo reliquiæ: tunc ergo necessarium est vt administretur serra filosa: & eius etiam modus est, vt [c] sumantur illa ex capillis, aut seta, & ligentur ita vt ligatura illa fiat, sicut serra habẽs dentes, & immitatur in acum de plumbo incuruatam, intromittendo per nasum donec egrediatur ad palatum: deinde serretur cum ea residuum carnis extrahendo eam ex duobus lateribus, sicut fit cum serra: [e] deinde accipe embubam ex plumbo, aut ex penna, & volue super eam pannum, & pulueriza super eum medicinas hemorrhoidarum: sicut medicamen de chartis, & medicamen andaron & reliqua quæ dicemus post, & intromittimus ipsam in F nasum, vt remaneat locus anhelitus apertus: & quando fit rasorium sicut lima, sed est vt embuba, possibile est vt cõsequatur eo voluntas ex mundificatione. Et quando administrantur in hæmorrhoidibus instrumentum incisionis, & abrasionis, & medicinæ corrosiuæ, [f] oportet vt sternutetur post illud, donec excutiatur omnis putredo, & serratura. Medicinæ vero quibus curantur illę, quę ex eis leues sunt: sunt sicut tenta facta ex cortice granati contrito cum aqua, donec conficiatur, & administretur illud sine cessatione. Est enim expertum, sed est tardi iuuamenti. Aut tenta est ex vsnẽ viridi pura. Aut ex pulpa coloquinthidæ. [g] Aut ex [α] nuce cupresi cum aliquanto ficuum administretur aliquibus diebus. Aut tenta submersa in succo [h] †{habach}solũ: aut submersa in aqua eius: deinde pulurizetur super seipsam siccum ex eo aut in vino & puluerizetur super eam tritura habach: aut ex congelato [β] aquæ vtriusq; granatorum contritorum cum cortice & pulpa. Aut tenta cum melle & rosis iterata in die, aliquibus vicibus. [g] Aut insufflatio ex arsenico, & chalcantho contritis cum aceto, & exiccatis. Medicinæ vero quibus illæ curantur, quæ chronicæ fiunt, sunt tentæ, & pulueres, & vnguenta facta ex eis, quæ sunt sicut alumen, & myrrha, & æs vstum, & cortices æris, & radix lilij albi, & chalcanthum, & colcothar, & atrimentum, & nitrum: fiant ex eis cum vino: aut aqua habach, aut [β] aqua amborum granatorum cum pulpis & corticibus tentæ: G aut insufflationes administrentur. Si autem non conferunt fiat tenta ex huiusmodi aquis, super quam pulurizetur res plurima ex calcadis, & colcotar, & alcali, & flore æris: & attrimento, & alumine secundum æqualitatem. Et rectius quidem est vt administrentur post scarificationem. Si vero illud non adiuuat, tunc administretur [i] †{alchalidicon.}Et iam dictum est, [k] quod semen serpentariæ sanat hæmorrhoidas, & si fuerint cancerosæ, & cum exprimitur racemus vel vua quę est super extremitatem luf, id est serpentariæ, & imbibatur inde lana, & intromissa in ambas nares, destruet carnem additam, & cancrum. Alarbian vero est rectius vt curetur cura manus. Et illud quidem post diminutionem repletionis à corpore, & capite. Si autem fuerit leuis, administrabis ex medicinis vlcerum medicinas fortes, sicut insufflationem factam ex aluminis & myrrhæ amborum ana parte .i. colcotar, gallarum amborum ana parte .5. sufflentur in ipso, aut fiat ex eis tenta. Et medicamen quod [l] Gal. eligit est, vt sumatur aqua duorum granatorum expressorum cum corticibus, & pulpis suis: & decoctorum decoctione pauca: deinde ponantur in vase plumbi: deinde sumantur fæces vel residentiæ, & terantur tandiu, donec fiant sicut massa, & imbibatur ex tanta quãtitate succi amborum granatorum, quantum fiant lenes: deinde fiant ex eis collyria longa, & intromittantur in nasum infirmum, & dimittantur in ipso, post quiescat in quibusdam horis, & extrahantur à naso. & liniatur nasus tunc, & palatum cum succo amborum, & perseueret se- H cundum hoc regimen: est enim iuuatiuum vlcerum, & hæmorrhidarum, & ex eius quidem iuuamentis est, quòd ipsum non effficit dolorem de quo sit curandum: & [m] quandoq; aggregatur illud ex tribus granatis pontico, & acetoso, & dulci. Si ergo hæmorrhois fuerit [m] fortis dura addatur ex acetoso. [m] & si fuerit plurimæ humiditatis, addatur ex pontico. [n] Quidam vero eorum qui post Gal. fuerunt addiderunt quandoque in ipso parum colcotar, & salis ammoniaci, & floris æris. Et ex eis quæ eradicant eas, est medicamen citrinum, & medicinæ acutæ corrosiuæ ipsorum sufflatæ in ipso: & quando apostematur, dimittatur donec quiescat: postea administrentur cera, & oleum, & mel: deinde reiteretur insufflatio, post reiteretur dimissio, sine cessatione fiat illud, donec cadant. Et [o]†{xylocaratæ, nabatiæ humidæ iam expertæ sunt: nam cum ipsæ implentur lana, & intromittuntur in nasum}corrodunt alarbian sicut corrodunt verrucas. Et [α] nux cupresi est iuuatiua etiam. [p] Et ex eis, quæ experti sumus, est vt teratur atrimentum viride sicut alcohol, & sufflettur in naso mane & sero: sanat enim. Et quando abscinditur alarbian, tunc ex medicinis retinentibus sanguinem eius, est lutum infusum cum aqua frigida ita vt fiat lutum grossum, & infrigidetur valde, & liniatur eo nasus.

A Raf. 4. cõti. t. c. 1. 59. 3.
B † polypo
C Paul. lib. 6. c.
D † cannula
E Raf. 4. cõti. t. c. 2. 60. 2.
F G. 3. de phar. cõpo. sẽm loc. c. 3. b
G Aeti. li. 2. ser. c. 92. & Diosc. lib. c. 86.
Infra α
H † origani
Infra β
Supra β
I † vnguentum corrosiuum
K Diosc. li. 2. c. 1. & Ga. 6. de simplic. 46. d
L 3. de phar. cõpo. c. 3. e
M G. ibi.
N Raf. 4. cõti. t. c. 2. 61. 1
O † Raf. 4. cõti. t. 1. c. 2. 60. 1. Corna imperialia immatura terantur & lana infusa in eorũ succo iponatur &c.
Supra α
P Raf. 60. 1.

De sternutatione

A *De sternutatione.* *Cap. 13.*

STernutatio est motus proprius cerebri[a] ad expellendum humorem, aut nocumentum aliud cum auxilio aeris naribus attracti subito, per viã nasi, & oris.[b] Et sternutatio quidem cerebro est, sicut tussis pulmoni, & eis quæ sequuntur ipsum.[c] Quidam autẽ existimauerunt, ꝙ cerebrum non declinat ad sternutationem, nisi quando conuertitur humor nociuus in aerẽ, & extrahit eum cum aere naribus attracto: & illud non est necessarium: imo non indiget aere in hoc, nisi vt sit corpus plenum aere cuius attractio ad partem humoris sit continua. Cum ergo cõmouetur aer totus motu lacertorum pectoris, & velaminis laborioso, et expellitur ab interioribus ad exteriora, cogit cum festinatione partes suas longiores ex pectore ad exitum, & est adiutus ad expulsionem, & ad victoriam, qm̃ ipsum cõmittatur cõmotio aeris qui sequitur ipsum, & adiuuat virtutem expulsiuã ad incidendam materiam, & expellẽdum eam.[d] Et sternutatio[α] quidem est nociua valde in principio catarrhi, & coryzæ propter necessitatem quietis, quã habet humor in quo quæritur maturatio.[e] Et qñq; multiplicatur in febribus, & eis similibus tantũ, ꝙ deijcit virtutem, et replet caput superfluitatibus.[f] Et qñq; excitat in febribus fluxũ sanguinis narium vehementẽ: quare oportet vt sit festinatio in retentione eius, sed ipsa[g] resoluit singultũ materialem cum cõmotione sua. Et sternutatio quidem est quæ accidit in principio paroxysmorũ febrium.[h] Indi vero existimauerunt, & B non numerantur inter veridicos ꝙ cõuenientior situum capitis sternutantis est ꝙ sit anterius eius coram pectore, non intuens ad diuersas partes, neq; declinans valde ad anterius, aut posterius, & tunc non aduenit eis malitia vel nocumentũ. Et sternutatio quidẽ est ex rebus magis iuuatiuis ad exiccandum caput, cum est materia, aut est pauca quę expelli potest, quãuis non sit matura: aut est ventosa quãuis sit plurima: aut est vaporosa: nam sternutatio est ex rebus magis valentibus ad repletionem vaporosam in capite: aut est grossa, sed est digesta: si autem est plus hoc, tunc significat fortitudinẽ cerebri.[i] Et propter hoc ille cuius mors est proxima, non potest sternutare. Et ille cui ex esi adhibentur ea quæ sternutare faciunt, & non sternutat, non speratur vt sanetur vnq̃. Et ipsa est ex eis quę adiuuant ad expellãdas superfluitates retentas, &[k] faciunt partũ facilẽ, & egressionẽ secundinæ:[l] & sedant grauitatẽ capitis. Verũ[α] ipsa nocet ei in cuius capite est materia: quę indiget quiete ad hoc vt maturet: & vt nõ calefiat illud quod sequit̃ eã, & vt non moueat̃ timendo ꝙ attrahat̃ ad ipsam aliud ab ipsa, et[m] ipsa est nociua etiã ei in cuius pectore est materia plurima, aut cruda.

De medicinis prohibentibus sternutationem. *Cap. 14.*

EX eis quæ prohibent sternutationẽ, sunt[n] oleum rof. & oleũ de kalef quæ vehementer sedãt eam. Et qñq; prohibetur si sorbitio calida sorbeatur, aut[n] balneetur caput aqua calida, & effundatur oleum calidũ in ambabus auribus,[o] & resupinatio super puluinar calidũ positũ sub collo: &[o] odoramentũ pomorũ, & alsauich, & similiter odoramentũ[o] spongiæ marinæ est ex eis quæ C abscindunt eã, & cogitatio, & remotio phantasię ab ea qñq; abscindit ipsam. Infantes vero iuuantur eo quo fluit ex renibus sanis positis super ignem, & assatis, & sumantur antequã coquantur, & accipiatur illud quod currit ex eis, & naribus sugatur, aut fiat ex eo caputpurgium.[o] Et ex eis quę ipsam prohibent est vehementia tolerãtiæ in ipsa qm̃ retinet ipsam, & est medicamen sufficiens ei quæ est debilis. Et ex eis quæ prohibent ipsam, est[p] fricatio oculi & auris, et extremitatum, & palati, & fortitudo[o] apertionis oris, & vehementia eius, & eructuatio, & intuitus vel aspectus in vno loco ad superiora, &[o] inuolutio, & permutatio, & inunctio lacertorum cum oleis humectãtibus, & proprie lacertorum mandibularum, & præcipue profundatio somni: & cautela ab excitatione subita, & cautela[o] à puluere &[o] fumo.

De facientibus sternutationem. *Cap. 15.*

SVnt[q] elleborus albus, &[r] castoreũ, & condysi, & piper, & sinapis, aggrega ea: aut singulariter accipe, & cum penna appone ea in naso: aut accipiantur pyrethrum, & gallia in suffumigio, & ruta syluestris, & aloe, & ex eis fiat linimentum: leuia vero sternutationem facientia sunt opium, cum odoratur, &[s] stipites albedarungi, & aristolochia, & rosa cum suis pilis. Et ipsa est ex eis quæ faciunt sternutare calefactos, & linimentum interioris partis nasi ex medicamine sternutationis, D rectius est, quam insufflatio eius in ipsum.

Res quæ cadunt in naso. *Cap. 16.*

STernutet habens id cum aliquibus medicinis, & intromittantur in os eius, & narem sanam: cumq; sternutauerit, egredietur ex ea res: & ista sunt ex eis quarũ relatio[t] præterijt.

De desiccatione nasi. *Cap. 17.*

QVandoq; fit propter caliditatẽ. Et qñq; fit propter siccitatẽ vehementẽ. Et qñq; fit propter humorẽ viscosum qui exiccat̃ in eo. Et curatio vniuscuiusq; eorũ est manifesta. Et res magis iuuatiuę inps[illegible] sunt olea, & succi frigidi, & humidi: & extractio humoris si fuerit post lenificationem eius cum aliquo oleo, aut succo ita vt egrediatur quod est inobediens egressioni.

De pruritu nasi. *Cap. 18.*

QVandoq; fit propter vaporem calidum. Aut propter catarrhum acutum si est. Aut propter catarrhum fortis cursus, quãuis sit frigidus. Et quãdoq; fit propter bothor. Et[v] qñq; fit propter motũ fluxus sanguinis narium, & est ex signis crisis, et ex signis variolarũ, & morbili, sm̃ ꝙ scies in[x] loco suo. Et cura vniuscuiusq; eorum est cum eo quod scitur ex principijs facilis.

Fen

A Ga.2. de simpli. medi. facul. c. 17. e
B Fẽ. 10. t. 3. c. 1. & Ga. 2. de symp. cau. c. 3. d
C Ga. 7. apho. 51. d
D Gal. 2. de symp. cã. c. 4. f. g. & cõm. 2. prognost. 49. h, & Raf. 31. cõti. t. 4. c. 1. 442. 4.
Infra α
E Lib. 4. Fẽ. 1. t. 2. c. 13.
F G. de facil. para. ad Solonem. 163. f
G Ga. 5. apho. 35. g & 6. apho. 13.
H Raf. 31. cõti. t. 4. c. 2. 443. 1.
I Raf. 31. cõti. t. 4. c. 1. 443. 1.
K Hip. 5. apho. 35.
L Raf. 1. cõti. t. 14. c. 1. 442. 1.
Supra α
M Hip. 2. pgn. 49
N Aetii. li. 2. ser. 2. c. 98.
O Raf. 31. cõti. t. 4. c. 2. 443. 2.
P Arist. 33. proble. 2. & Raf. 31. cõti. t. 4. c. 1. 443. 1.
Q Diosc. li. 4. c. 133.
R Dio. lib. 2. c. 22.
S Dio. li. b2. c. 135.
T C. 6. 7. &.
V Lib. 4. Fẽ. 2. t. 1. c. 5.
X Lib. 4. Fẽ. 1. t. 4. c. 7.

Fen ſexta de diſpoſitionibus linguæ,& oris. E

De anatomia oris & lingua. Cap. 1.



OS eſt membrum neceſſarium ad hoc vt [a] perueniat cibus ad concauitatem inferiorem, [b] & cõmunicat in hoc vt perueniat aer ad concauitatem ſuperiorem. Et cõfert in expulſione ſuperfluitatum aggregatarum in ore ſtomachi, cum eſt impoſsibilis,aut fit difficilis earũ expulſio ad inferiora: [c] & eſt vas vniuerſale membrorum locutionis in homine,& vociferationis in reliquis animalibus vociferãtibus exufflatione.Et lingua,quæ eſt membrũ eius, [d] eſt ex inſtrumentis conuerſionis cibi maſticati,[e] & inciſio vocis,& extractio literarum:& ad ipſam pertinet [f] diſcretio guſtus. [g] Et [α] cutis ſuperficiei eius eſt continua cum cute meri,& interiore parte ſtomachi.Et [h] cutis [i] †{alnatha}-eſt diuiſa in duo media coram cõmiſſura [k] †{alfechi:}-& inter illa duo eſt cõmunitas in ligamentis.Et tu iam [l] ſciuiſti lacertos eius motiuos & ſenſibiles. Et melior linguarum ſecundum potentiam bene loquendi eſt illa, quæ commenſurata eſt in longitudine, & latitudine ſua, [m] quæ eſt ſubtilis apud extremitatem ſuam exteriorem. Et quando lingua eſt magna & lata valde, aut parua ſicut ſpaſmata: habens eam non eſt potens loqui. [n] Et ſubſtantia quidem linguæ eſt caro mol- F lis,alba,quam contexerunt venæ paruæ intrantes,ſanguineæ,& rubificatur color eius cum eis: & ex eis ſunt venę & aliæ ſunt arteriæ: & in ipſa ſunt nerui plures,ꝑcedẽtes ex neruis.iiij.veniẽtibus ad ipſam,quos iam [o] diximus in anatomia neruorum.Et in ipſa [n] eſt ex neruis & venis vltra quàm credatur eſſe in ſuo ſimili.[p] Et ſub ea ſunt duo orificia,quæ ambo ingreditur ſtilus, [n] & ſunt fontes ſaliuæ,quæ ad carnem proueniunt glandoſam, quæ eſt in radice eius, & nominantur generatiuæ ſaliuæ. Et iſti duo fontes nominantur duo effuſoria ſaliuæ: conſeruantes rorem linguæ. Et [α] panniculus quidem qui eſt in circuitu eius, eſt coniunctus cum panniculo totius oris, & vſq; ad meri, & ſtomachum. Et ſub lingua ſunt duæ venæ magnæ virides, ex quibus procedunt venæ plures, & nominantur duæ raninæ.

De ægritudinibus linguæ. Cap. 2.

QVandoq; accidunt linguę ægritudines facientes nocumentum [q] in motu eius,aut ita vt deſtruatur,aut debilitetur,aut mutetur. Et quãdoq; accidunt ei accidentia facientia nocumentum ei in ſenſu [q] tactus, & guſtus:ita vt deſtruatur, aut debilitetur, aut mutetur. Et quandoq; deſtruitur vnus duorũ ſenſuum eius ſine altero,[q] ſicut guſtus ſine tactu, propterea quia ægritudo potentiam habet ponendi nocumentum in debiliore duarũ virtutum. Et ægritudo quidem quandoq; eſt malitia complexionis, & quandoq; eſt officialis: [r] aut ex magnitudine,aut paruitate, G aut corruptione figuræ,aut corruptione ſitus: quare non dilatatur,neq; conſtringitur,aut ex reſolutione ſingularis.[s] Et quandoq; eſt ægritudo compoſita,ſicut vnum apoſtematum.Et quandoq; eſt nocumentum proprium:& quandoq; eſt cum cõmunitate cerebri,et tunc non euacuatur à cõmunitate pomorum maxillarum. & labiorum ſecundum plurimum, & quandoq; cõmunicantur reliqui ſenſus cum non eſt nocumentum in ipſo ramo nerui qui eſt ei proprius. Et quandoq; lęditur etiam cum cõmunitate ſtomachi:& quandoq; per cõmunitatem pulmonis & pectoris.Et linguæ quidem complexio quandoq; ſignificatur ex parte coloris albi, & citrini & rubei & nigri: & ex parte tactus eius: & ex parte ſaporis vincentis in ea ex eo, quod ſentitur ſimile acetoſitati, aut dulcedini,aut inſipiditati,aut amaritudini, aut abominationi generatæ à putredine, aut ponticitati,aut ſtypticitati.Quamuis ſignificatio ex eius colore, & ex eo quod inuenitur in ſapore quãdoq; pertranſit vſq; ad ægritudines plures aliorum membrorum. Rubedo nanq; eius, & proprie cum aſperitate,ſignificat apoſtemata ſanguinea in partibus capitis, & ſtomachi, & hepatis: & albedo ipſius quandoq; ſignificat frigus ſtomachi,& hepatis,& dominium phlegmatis in capite.Et quandoq; ſignificat icteritiam quãuis color corporis ſit diuerſus. Et ſapor eius ſignificat humorem dominantem in corpore toto,aut ſtomacho & capite.Et quandoq; ſignificatio eius habetur ex parte humiditatis,& ſiccitatis ſuæ.Et ſiccitas quidem ſentitur ſecundum duos modos:quorum vnus eſt H cum claritate ſuperficiei linguæ,& hæc eſt ſiccitas vera.Et ſecunda eſt cum curſu humoris glutinoſi viſcoſi qui eſt in ipſa,quam calor iam exiccauit:& hoc non ſignificat ſiccitatem in ſubſtantia,immo humiditatem viſcoſam aggregatam in ea:aut ex catharrho:aut ex vaporibus groſsis ſpiſsis.Et hoc eſt ex eis quæ faciunt errare medicos, qui cum cognoſcunt ex infirmo diſpoſitionem exiccationis oris,non diſcernunt inter modum qui eſt ante ipſam, & inter eam. Et aſperitas quidem ſequitur ſiccitatem: & planities ſequitur humiditatem. Et quandoq; ſignificatur linguæ diſpoſitio ex diſpoſitione motus eius apud loquelã,& ex diſpoſitione diminutionis eius, & læuitatis ipſius, & diſpoſitione groſsitiæ ipſius,ita vt impediatur in loquela omni hora,& grauetur motus eius:& ſignificat repletionem ſanguinis,ant humiditatis: & quandoq; ſignificatur eius diſpoſitio ex apatibus,& bothor,quæ accidunt in ea.Et tibi quidẽ poſsibile erit exponere modos ſignificationũ ex hac acceptione,poſtq̃ cõprehẽderis [t] principia vniuerſalia iam ꝑterita,& particularia quæ [u] oſtẽdi.

De curationibus linguæ. Cap. 3

QVandoq; eſt curatio eius cum communitate, quam habet cum capite,aut ſtomacho, per id quod rectificat ambo:& eſt ex eis,quorum vnumquodq; ſciuiſti in [x] ſuo capitulo.Et quandoq;

A G.lib.de ſenie. c.6.e,& lib.4.de v. pu.c.1.g
B G.Li. 11.de v.p. c.11.e.f
C G Li.8. de v.p. c.5.a
D Lib.1.F.1.de... c.2.& G.li.3.natu. c.7.a.b
E G.cóm.1.in pr. rhet. Hip.libri... & li.4.loc. af.c...
F G.li.11.de v.p. c.10.h,& li.8.c.5.a & li.1.de cau.ſym. c.4.g
G G.li.4.de v.pu. c.8.b, & cóm.4. in librũ Hipp.de victu rõne in acut.6.b,& lib.6.apho.32.
Infra α
H G.li.11.de v.p. c.10.g.h
I † extremitas linguæ verſus dentes anteriores
K † incipiens à ſuperiori parte frõtis ad naſum vſq; ad mentum
L Lib.1. F.1.doc. ſum.2.c.14.& ſũ. c.2.
M Lib.11 de v.pu. c.10.h
N Raſ.t.1.c.11.
O Lib.1.F.1.do.ſ. ſum.3.c.2.
P G.li.11.de v.pu. c.10 h.a
Supra α
Q G.4.loc.af.c.2. fol.22.g
R G.de dífijs mor c.9.b
S Raſ.lib. diuiſ. c.50.
T Lib.1.F.2.d.1. c.5.
V Lib.4.F.3.c.1.
X F.1.t.1.c.13.& F.13.t.1.c.14.

A docꝗ est curatio ipsius, cura propria cum potionibus euacuantibus fluxum ventris, quæ sunt magis iuuatiuæ vomitiuis, & permutantibus complexionem: aut stypticis: aut resolutiuis, incisiuis, subtiliatiuis, quarum cum bibuntur virtutes ad ipsam perueniunt. Et oportunius quidem bibuntur huiusmodi post cibum. Et quandoque curatur collutionibus oris, & fricationibus, & gargarismis, & oleis, & pilulis retentis in ore factis ex speciebus quæ habent virtutes prędictas secundum necessitatem. Et melius quidem est vt sumantur compresse: Et oportet vt caueatur in administratione medicinarum oris & linguæ, cum fuerit ex genere earum, quæ nocent gutturi & pulmoni, vt non attrahatur aliquid ex cursu earum ad ipsa.

De corruptione gustus. *Cap. 4.*

NOcumentum ingreditur in gustu ex tribus modis: & totum illud est quandoꝗ cum cōmunitate: & quandoꝗ propter ægritudinem propriam ex malitia complexionis, aut ęgritudine officiali, aut communi, & signatur per illud quod innuimus.

De cura, *Cap. 5.*

CVra eius, si est cum communitate, est vt cognoscas dispositionem cerebri, & rectifices eam cum eis quæ te docuimus in capitulo ægritudinū cerebri: aut dispositione stomachi: & tunc si causa fuerit repletio & humor malus, oportebit vt euacuetur. Nā si fuerit acutus euacuetur cum B eo quod fit vt hiera picra: aut pilulis cochijs: & pilulis factis ex scammonea & pulpa coloquinthidæ & sale naptico. Et si fuerit grossus, tunc oportebit vt euacuetur cum hieris, & administrentur gargarismata dicta in capitulo mollificationis linguæ, & cibetur patiens cibis acutis, sicut cepis, & allijs, & sinapi, & aceto.

De mollificatione linguæ, & grauitate eiusdem, & alchael ingrediente in sermonem. *Cap. 6.*

LInguæ mollificatio est ex summa specierum mollificationum prædictarum in eis quæ preterierunt. Et causa est nota, & quandoꝗ est ex humiditate sanguinea aut aquosa. Et quandoꝗ est propter causam primam in cerebro. Et quandoꝗ est propter causam in neruo mouente eam: aut ramo veniente ab ipso ad eam: Et tu scies quæ fit cum communitate cerebri, & quæ fit absque cōmunitate, ex eis in quibus inuenitur dispositio in reliquis membris acquirentibus ex cerebro sensum & motum. Et quandoꝗ significat quòd materia sit sanguinea, rubedo linguæ, & caliditas eius. Et quandoꝗ significat quòd materia sit subtilis aquosa, multitudo cursus saliuæ subtilis, & paucitas iuuamenti ex resolutiuis, & iuuamentum ab eo in quo est stypticitas. Et quandoꝗ peruenit mollificatio linguæ ad hoc vt priuet loquelam: aut fiat difficilis vt alteretur: [a] & ex ea quidē est afese & altetem. [a] Et ex pueris sunt quibus prolongatur spatium defectus locutione. Et ex eis quidē qui vtuntur tata in locutione sua. Et est aliquis, cui cū accidit ægritudo calida, soluitur lin- C gua eius propter liquefactionem humiditatis facientis in lingua thatha retentæ in radice nerui eius: & propter hoc fit puer loquens altha [b] & cum fit adolescens, & temperatur humiditas eius, fit loquens expedite.

A G.6.apho.32.

B Ras.7.cōti.t.1. c.1.71 3.

De cura. *Cap. 7.*

OPortet vt mundificetur corpus cum hiera minore: deinde cum [c] hieris maioribus: deinde intendatur pars capitis cum medicinis sibi proprijs. Et si existimatur, quòd cum humiditate dominetur sanguis, phlebotomētur venæ linguæ, & ventosetur mentum: deinde curetur cum gargarismis, & fricatione linguæ, & assiduatione motus eius post euacuationem. Et tu quidem iam sciuisti duo [d] prima capitula in regimine ægritudinum capitis. Medicinæ vero propriæ loco quæ sunt in pluribus dispositionis sunt fricatio cum resolutiuis incisiuis & subtiliatiuis, & gargazatio cum aquis earum, & collutio oris facta cum eis, & sunt sicut origanum, & alhasce, & sinapis, & pyrethrum, & cortices radicis capparis: immo sicut sinapis, & condysi: & totum illud cum eo quod fit sicut almuri & acetum squilliticum. Et quandoꝗ iuuatur ex fricatione linguæ facta cum sale ammoniaco, & cum zinzib. & cepe, ita vt ex ea currat saliua plurima: Et oxymel squilliticum quando administratur ad gargarizādum, aut ad colluendum os, cōfert valde. [e] Et acorus est bonus mollificationi linguæ, & grauitati eius. Et quando mollificatio fit vehemens, & prohibet D locutionem, tunc sumatur aliquid [f] euphorbij, & condysi, & assiduetur fricatio linguæ, & radicis eius cum ipsis. Et oportet vt ponantur istæ medicinæ, & earum similes super collum etiam. Et quandoꝗ fiunt ex istis medicinis & similibus eius pilulæ confectæ cum eis, quæ prohibeant eas à velocitate resolutionis, sicut est laudanum, & ambracham, & gumma pini, et gummæ viscosæ. Descriptio pilularum quæ tenentur in ore sub lingua cōferentes mollificationi, et egressioni eius. [g] glutinis alimbat drach. ij. assæ fœtidæ drach. i. fiant ex eis pilulæ sicut cicer, et teneantur sub lingua. Et ex eis quæ experta sunt in hoc capitulo, [g] est gargarismus ex sale ammoniaco, et pipere, et sinapi, et pyrethro, et baurac, et zinzib. et staphisagria, et origano, et nigella, et sansucco, sicca, et sale naptico, terantur et cribellentur, et fiat cum eis gargarismus in aqua calida diebus continuis. [h] Et ex electuarijs quæ Indi dixerunt ad hanc rem vtilia, est electuarium cuius descriptio est hæc Cymini nigri, cymini karmeni, cinami grosi, salis indi omnium ana aur. medius, piperis, lōgi grana. c. piperis. grana. cc. zuccari sextaria. viij. et sextarius est. drach. vi. et. 5. sumatur ex eo omni hora. Et cū resolutiua non valuerint, et existimaueris ꝙ humiditas sit subtilis, et currens, adiuua te cum resolutiuis stypticis, sicut aldarsisaham permistum cum rosis, et sicut est flos squinanth. cum spodio. Et multoties quidem cōfert ei fricatio linguæ cum acetosis stypticis. Ipsa enim stringunt cum-

C Ser.t.2.c.14.

D F.1.c.29. & 30.

E Ras.71.2.

F Ras.7.conti.t.1. c.71.2.

G Ras.7.cōti. t.1. c.71.4.

H Ras.71.1.

prohibitione saliuæ & cursus eius causa acetositatis: sicut lac acetosum, & sicut succus fructuum, E
qui non sunt maturati. Et quando puer tardatur ad loquendum, oportet vt assiduetur motus linguę eius, & fricatio ipsius, & currat saliua ex ea. Et confert in hoc proprie, quando administrantur in fricatione eius [a] mel, & sal gemma, & omnia quę dicta sunt in capitulo curę humiditatis linguę. Et ex eis quæ mouent linguas eorum, & soluunt eas, est violenter facere eos loqui.

A Raf.71.4.

De spasmo linguæ. *Cap. 8.*

SPasmus linguæ quandoque fit ex humiditate viscosa, tendente lacertos eius in latitudine. Et quandoque fit ex melancholia cnnstringente: Et quandoque in ægritudinibus acutis accidit spasmus in lacerto linguæ secundum viam exiccationis, & assationis. Et spasmus etiam quandoq; facit apparere nocumentum in sermone.

Do cura. *Cap. 9.*

NOn elōgatur cura spasmi linguæ in canone à cura spasmi vniuersalis prædicta in fen [b]†{prima}huius libri. Sed secūdum viam propriam cura eius est secundum q; dicemus. Ex summa illius sunt [c] vaporationes radicis colli cum eis quæ sunt sicut chamæmilla, & corona regia, & [d]†{fasfasa,}& sansucus, & anethum sigillatim, & coniunctim: [e] Et similiter gargarismi cum oleis earum. Et impletio oris ex aquis earum, & sint tepidæ: deinde retentio earum in eo spatio aliquo: Et administratio [f] †{chabissæ}facti ex oleis calidis, & dulcibus resolutiuis, & seminibus, sicut fœnugræcum & quę sunt eis similia. Et quando fuerit in febribus, sint olea administrata sicut oleum viol. & oleum de cucurbita & kalef tepidis. Et oportet vt embrocentur loca prædicta cum aqua tepida, & succis humidis tepidis. F

B † Secunda
C Raf. 7.côti. c.2.71.4.
D † trifolium
E Raf.lib.diuis. c.50.
F † cibarij ex farina amyli, & zuccaro, & oleo amygdalino.

De magnitudine linguæ. *Cap. 10.*

QVandoq; fit magnitudo linguæ à sanguine dominante. Et quando fit ab humiditate plurima phlegmatica, mollificatiua, tumefactiua. [g] Et quandoque mgnificatur plurimum ita vt egrediatur ex ore, & non capit eam os. Et huius quidem magnitudinis relationem singularem fecimus in capiulo apostematis cum eo quod ei proprium est ex differentia.

G G.de dijinsis c.9.b, &.14.mea. c.8.c

De cura. *Cap. 11.*

SAnguinea quidem, & facta ex materia calida curatur si assiduatur eius fricatio cum incisiuis acetosis, et stypticis, sicut [h] ribes, et [h] acetositas citri: Et facta ex humiditatibus, si assiduetur eius fricatio cum sale ammoniaco, & massali.i. aqua lactis, & aceto post euacuationes: Aut accipiantur zinziber & piper & longum piper & sal gemma, terantur bene, & fricetur cum eis lingua, quare reuertetur ad mensuram suam, & ingredietur quod de ea exiuit. Et mollificatio quidem linguæ cum accidit pueris, sufficit in ea solicitudo custodiæ & cibatio cum auibus paruis & colūbinis volare incipientibus. Quidam homo iam ventosatus fuit, & percussus est cum scapello villus nerui G
in suastantia panniculi coniuncti cum lingua: quare mollificata est lingua.

H Raf.t.9.c.51.

De abbreuiatione linguæ. *Cap. 12.*

QVandoq; accidit continuationi ligamenti, quod est sub capite linguæ, & extremitati eius abbreuiatio, & non permittit linguam dilatari: & quandoq; accidit s̄m semitam spasmi.

De cura. *Cap. 13.*

DE ea quidem quæ facta est causa spasmi, iam dictum est. Eius [i] vero quæ facta est causa abbreuiationis ligamenti, cura est incisio illius ligamēti ex latere extremitatis eius parumper, & succurrere loco cum [k]†{dragantho}adusto, vt abscindat sanguinem: [l] & summa quę necessaria est ex incisione eius in solutione linguæ, [l] est vt flectat̄ ad superiora palati, & vt egrediatur ex ore. Et si non audet incidere ipsum cum ferro pauendo, & timendo effusionē sanguinis plurimi, transeat ad [m] hoc, vt intromittat sub ligamento acum cū filo, & disrumpat absq; incisione: & ponat super membrum, quæ prohibeant conglutinationem. Et sunt medicinæ cauterizantes acutæ. Et si subtiliatur vel ingeniatur in incisione eius cum cautela venarum, quę sunt sub lingua ne adueniat eis incisio, non aduenit cursus sanguinis plurimi.

I Raf.lib.diuis. c.50.
K † calcantho
L Aeti.li.2.ser.4. c.36.
M Raf.7.côti.t.1. c.2.72.1.

De apostematibus linguæ. *Cap. 14.*

QVandoq; accidunt linguæ apostemata calida, & apostemata phlegmatica, & apostemata H
ventosa, & apostemata dura, & cancer. Et signa omnium illorum manifesta erunt, cum redierint ad illud quod dictum est in signis apostematum. Et quandoq; apostematur lingua propter potum venenorum, sicut fungorum, & opij.

De cura. *Cap. 15.*

APostemata quidem calida curantur in primis cum phlebotomia, & solutione ventris: & illud melius est in apostematibus [n] linguæ, q̄ vomitus. Et quandoq; non excusantur [o] à phlebotomia venarum, quæ sunt sub lingua. Deinde teneant sub lingua sua cum est principium eorū, [p] succum endiuiæ, & succum lactucę proprie, & [o] succum solatri proprie, & [q] lac acetosum, & aquā ros. & aquam in qua decoctæ sunt rosæ, & succus [o] virgæ pastoris, & cortices granatorū & fricetur cum persicis humidis, quoniam sunt vehementis iuuamenti ad illud. Si autem non resoluantur, & non aperiantur, indigent ad vltimum maturatiuis, resolutiuis, quibus fiat gargarismus, sicut cum melle, & lacte, & sicut decoctio radicis lilij, & sicut decoctio ficuum, & fœnugræci: & decoctio passularum, & fœniculi. & potus hieræ picræ, vt soluatur materia grossa ab ore stomachi. Et sint cibi ex genere eorum, quæ maturant, & resoluunt, sicut illi qui fiunt ex caulibus, & à tri-

N Gal.13.meth. 11.a
O Ser.t.2.c.14
P Raf. 7.côti.t. c.2.71.4.
Q Raf.71.4.

A plicibus cum oleo sisamino: & si aperiantur administretur styptica in ore, sicut decoctio sumac, & myrti, & lentium, & foliorũ oliuæ, & vinum ponticum. Et quãq; valet ad illud vnguẽtum factum ex succo solatri, & oleo ros. & lẽtibus excorticatis, & rob. Si autẽ apostema est molle phlegmaticũ, tunc confert ei, & apostemati calido, in quo est vltimus status eius, vt cõburatur radix fœniculi, & annectatur. Et quãq; in huiusmodi fiunt caputpurgia & in quibusdã apãtibus calidis, in quibus est grossitudo cũ hoc medicamine. Recipe croci & hieræ picræ amborũ ana partẽ. i. cãphorę, & muschi amborũ ana tertiam partem drach. vnius, & zuccari tabarzet partẽ vnam & mediam, resoluitur ex eo toto pondus danic duorum in lacte puellæ, & fiat ex eo caputpurgium. Inquit[a] Gal. apostemata fuit lingua cuiusdã hominis apostemate magno, qui erat sexagenarius, & nõ fuerat cõsuetus phlebotomari: quare nõ phlebotomaui eũ, sed feci eũ potare pilulas cochias: & vt lingua eius inuolueretur emplastris frigidis volui: sed ipse erat stultus, inobediẽs medico suo: vidit itaq; in visione illa nocte vt teneret in ore suo succũ lactucæ, quod & fecit, & sanatus est integre: & fuit conueniens illud, & mirabile. Quod si apostema fuerit durũ, tunc oportebit vt subtilietur regimen, & cibus fiat bonus, & euacuetur humor grossus cũ hieris magnis prædictis, in capl'is prædictis. & administrẽtur gargarismata subtiliatiua, & teneãtur in ore infusio[b] fœnugræci, & decoctio eius cum ficubus, & granorũ lauri cum passis mundificatis: & teneatur in ore lac muliebre, & asininum, & B caprinum: & etiam[b] decoctio dactylorũ, & ficuum cum vino dulci, aut cũ rob de vuis, & cum melle casiæ fistulæ. & assiduet lenificationem naturæ cum eis quæ sunt vt hieræ paruæ, & casia fistula.

A Lib.14. meth. c.8.c

B Ras.7. cõti.ti.1. c.1.71.4.

De alchalel in locutione. *Cap.* 16.

IAm diximus quædam, quæ oportuit dici de ea in capitulo mollificationis linguæ. Nunc autem dicamus q; caras & reliqua nocumenta locutionis, quãq; fiunt ex nocumento in cerebro, & in partibus nerui venientis ad linguam, & mouentis eam. Et quãq; fiunt in ipso ramo: Et quãq; fiunt in lacerto ipso. Et illud ideo quoniam alchalel, aut est spasmus, aut tetanus, aut durities, aut mollificatio, & abbreuiatio ligamenti: aut nodatio à plaga consolidata: aut apostema durum. Et quãq; fit illud sicut scis ex humiditate fm plurimum. Et quandoq; fit ex siccitate. Et quãdoq; fit nocumentum in locutione ex parte apostematum: & vlcerum accidentium in lingua, & partibus eius. Et quandoq; accidit post sirsen propter expulsionem superfluitatis ex cerebro ad neruos: & in febribus acutis propter exiccationem earum. Et quandoq; est lingua in hoc detumefacta spasmata, & est rarissimum. Et hoc est ex nocumentis accidentibus non ab origine. Et quandoq; fit nocumentum in sermone propter causas lacertorum epiglottis, cum sunt extensi, & mollificati.[c] Et homini quidem quãq; est difficilis vociferatio in principio rei, qm̃ laborat in mouendo lacertos pectoris sui, & epiglottis suæ, ita q; non tolerãt laborem ipsum illi lacerti, quare fiunt inobedientes. cum ergo C respirat in initio dictionis suæ, & sermonis, soluitur lingua eius, & bene loquitur post illud. Et oportet quidem vt huiusmodi homo non præparet ad loquendum cum respiratione magna,[c] & motu pectoris magno, imo festinet in ipsa velociter. Nã cũ ipse assuescit illud, facilis fit ei locutio, & cõsuescit facilitatẽ in ipsa. Reliquorũ vero modorũ curationes iam dictę sunt in capl'is suis.[d] Et facto quidem post sirsem confert quãq; phlebotomia duarum venarum quę sunt sub lingua valde.

C Ras.7. cõti.t.1. c.1.71.4.

D Ras.71.1.3.

De ranula. i. ramunculo. *Cap.* 17.

EST[e] similis glandulæ duræ existens sub lingua, cuius color est similis colori composito ex colore superficiei linguæ, & venarum quæ sunt in ea: & est similis ranæ, & causa eius est humiditas viscosa.

E Aeti.li.2. ser.4. c.37.

De cura. *Cap.* 18.

EXperiantur in ipsa medicinæ corrosiuæ, incisiuæ, resolutiuæ, in quibus est superflua exiccatio, sicut sal ammoniacus, & acetum, & sal, & fricatio[f] cum flore æris, &[g] †{dragãtho.} Quod si non conferant. administrentur medicinæ acutę, sicut[h] medicamen[i] †{andaron:} &[f] medicamẽ[k] †{ascarion:}[l] †{ & medicamen oui humidi} dictum in antidotario: & administratio[f] phlebotomiæ sub lingua: & medicinæ fortes alcolæ administrentur.[m] Si autem non valuerint, non erit excusatio ab operatione manus. Et ex medicinis laudatis in ea, est vt sumantur[n] origannm persicum, D & cortices grantorum, & sal, & fricetur cum eis lingua infantis patiens ranulam, quoniam sanatur eis. Et[o] ex eis quæ experta sunt in ea, sunt[p] †{draganthum} adustum, & hermodactyli commistum cum albumine oui & posita sub lingua.

F Pau.li.3.127.36. & Ras.7.conti.t.1. c.1.71.1.
F Paul.
G † calcanto, vel misy
H Pau.& Aeti.lib. 2.ser.4.c.37.
I † Antheron
K † sphetion
L † Paul.& Aeti. vel ex ouis parygrum

De adustione linguæ. *Cap.* 19.

QVandoq; accidit illud causa caliditatis in ore stomachi, aut cerebro, quæ non peruenit ad hoc vt fit febris: Aut causa receptionis rerum acutarum: aut salsarũ: aut amararum: aut dulcium: Aut propter res causantes sitim vehementem. Et quandoq; fit propter causas maiores illis,[q] sicut febres acutas, & apostemata interiora. Et cura illius in summa est, quoniam oportet vt prohibeatur qui de hoc conqueritur, & proprie qui est ex ægris,[r] ne dormiat super collum. Et ne assidue vtatur apertione oris vehementi, & cõsuescat vti administratione pilularum factarum ex seminibus bateke, & cucumeris longi, & cucumeris, & cucurbitæ, & tereniabin, & amylo, & similibus illis. Et teneat in ore nucleos[f] prunorum, & tamarindos, & zuccarum alhaizẽ, et mucilagines notas, & succos infrigidantes. & humectantes. Et cõuenit vt super ipsam fiat abstersio si est illic humor viscosus: deinde inungatur, & colluatur os cũ oleis, & mucilaginibus, & succis, &[s] adipe volatilium.[t] Et quidam homines sunt qui curant illud fricando cum menta.

M Ras.71.1.
N Ras.7.cõti.t.1. c.1.71.4.
O Ras.71.2.
P † nitrolum
Q Aeti.li.2.ser.1. c.118.
R Paul.lib.2.c.54.
S Paul.& Aeti.
S Aeti.
T Ras.7.cõti.t.1. c.1.71.1.

De cura fissurarum in lingua. Cap. 20 E

MVcilago [a] psyllij teneatur in ore,& transglutiat eam,& sumat [a] pedes & oua mollia cocta in aqua.& ex eis quæ experta sunt in eis,est butyrum vel spumositas procedens ex fricatione frusti cucumeris & sebesten.

A Ras.lib. diui. c.50.

De extra missione linguæ. Cap. 21.

QVandoq; fit propter apostemata eius magna:Et quandoq; fit à præfocationibus: extramittit enim natura,aut voluntas linguam,vt aperiatur meatus anhelitus.

De bothor in ore. Cap. 22.

PLurimum quidem patitur os bothor propter stationem caliditatis in partibus stomachi,& capitis,& vaporum.Et quandoq; fit in febribus:Et iam [b] dictum est q quando apparet in febribus acutis bothor niger in lingua,moritur infirmus in die secundo.Singularia vero iuuatiua in bothor in principio rei,cum est necessitas infrigidationis, & exiccationis, sunt sicut myrobolanorũ, & [c] gallæ,[d] & semina rosæ,& [d] amylum,& [e] fructus tamarisci, & [d] sief memithe, & [d] dragaganthũ, & [d] balaustiæ,& [d] duo sandali,& [d] rosæ,& [d] spodium,& [d] sumac,& [d] lentes, & lutum armenum, & capita granatorũ,& cortices glandium interiores,& chimolea,& fausel.& succus frigidi,sicut succus lactucæ,& solatri, & succus [d] virgæ pastoris, & portulacæ, & extremitates vitis. Et plurimorũ quidem infantium sanantur bothor oris eorum cum zuccaro tabarzet, & [d] camphora. Calida vero quæ sunt necessaria in fine rei,sunt sicut memiran, & [f] darsisahã proprie, & cortices nucis muschatæ,& cyperum,&[d] crocus,& [d] nux cupressi,& [d] buglossa,& [d] pyrethrum,& gariophyl.& mentastrum,& galia.Et ex medicinis sordidis,est [d] stercus canis: & quãdoq; necessarium est in eis quæ sunt vlceratæ,arsenicum.Et ad eas quidem quæ sunt grossæ,iam experta sunt decoctionis darsisaham vnc.i.& venarum vnc.5.memiran quarta pars vnc.aloes pondus drach.ij.croci aur.i. Et similiter aqua in qua decoquuntur gariophyl.& nucis muschatæ,& darsisahã partes æquales,aut propinquæ. Et si incipiunt bothor suppurari,tunc fortasse est necessarium vt appropinquẽtur eis mucilagines factæ ex eis,quæ sunt sicut semen lini & semen maru,& [g] †{alsahesafram,} & semen altheæ: & ista semina eadem, & farina hordei, & lac asininum solum, aut cum aliquo istorum. Et quandoq; indigent decoctione seminis lini cum ficubus & sisamo,& farina frumenti,& menta,& fœnugræco. [h] Quidam vero sublimium medicorum dixerunt,non est aliquid magis vltimum, q̃ oleum de squinantho in curando bothor oris,tepidum in ore.

B Lib.4. Fen.... c.38.
C Diosc.lib.1.c...
D Ras.7.conti... c.2.76.2.
E Dios.lib.1.c...
F
F Diosc.lib.1.c...
G † ozimi gariophylati
H Ras.7.conti... c.2.75.4.

De alcola & vlceribus malignis.i. Aphthis. Cap. 23.

ALcola [i] est vlcus existens in cute oris,& linguæ,cum expãsione, & dilatatione. [k] Et qñq; accidit infantibus plurimũ.immo cũ plurimũ accidit nõ accidit nisi eis ꝓpter malitiã lactis, & malitiã digestionis eius in stomachis eorũ:Et qñq; accidit ex omni humore. Et cognoscitur ex colore suo:[l] Album enim est phlegmaticum & generatur ex phlegmate salso in pluribus. Et citrinũ est cholericũ, & est vehementioris inflãmationis q̃ alia. Et nigrũ est melancholicũ. Et rubeũ clarum est sanguineũ.Et malignius omnibus est melancholicũ,& qñq; est ex speciebus alcholæ illud quod est vehemẽtis corrosionis,& ex eis est quod est magis quietum,& qñq; fit cum apostemate: & qñq; fit singulare.Et oẽ vlcus eueniens in superficie oris,est velox ad dilatandũ,ꝓpterea q non deficit ei caliditas inseparabilis,& cutis humida lenis.Et de cõsuetudine quidẽ [m] Gal. est vt nominet eã [n] †{alcola}dũ in superficie perseuerant.cumq; putrefiunt, & submergũtur,nõ nominat ea [o] †{alcola,}imo vlcera maligna:& sunt illa,quæ indigent medicinis cauterizatiuis.Et qñq; multiplicatur alcola,quando multiplicantur pluuiæ.[p] Et multiplicantur in febribus pestilentialibus.

I G.6.de pharm. compo.sm loc.c.4.b
K Lib.1.Fen.3.d... c.3.& G.ibi.
G
L G.176.c
M C.ibi.4.b
N † aphtham
O † notnas
P Lib.4. Fen.1.t.4 c.2. & G.cõm... 3. de morb.vulg. 12.g.h

De cura. Cap. 24.

OPortet vt intendatur primo humor dominans faciens alcola, & euacuetur ex corpore toto, si est dominans:[q] deinde ex venis,quæ sunt sub mento:& ex eis quę sunt in [r] †{gihearech.} Plebotomia nãq; ipsarum confert omnibus ægritudinibus oris ex materia calida: deinde administrentur medicinæ bothorales prædictæ,ita vt curentur fortia,& plurimæ humiditatis,& acuta,& saniosa cum fortibus:& mediocria cum mediocribus, & debilia cum debilibus. Et quando vlcera perueniunt vsq; ad os,tunc necessaria sunt valde fortia: sicut [s] alfasidicum cum acacia plurima. Et oportet vt alienet [t] olea omnia vsq; ad oleum de oliuis. Medicinæ vero colligantur ex medicinis bothor frigidis & calidis,quas diximus in capitulo primo, [t] & illis quæ sunt rubeæ sanguineæ magis cõuenientiores sunt illæ in quibus sunt stypticitas pauca,& infrigidatio,deinde illæ,quæ resoluunt. Et [t] in illis quæ declinant ad rufedinem,& citrinitatẽ, oportet vt addantur in infrigidatione medicinæ. Reliqua vero indigent in primis eis,quę exiccãt, & abstergunt cũ qualitate sua æquali in initio rei:deinde eis,quæ exiccãt & resoluũt cũ fortitudine: & obseruetur ætas in omnibus illis. [u] In pueris enim oportet,vt sint medicinæ eorũ debiliores,& vt lac eorũ rectificetur:In magnis vero oportet,vt sint medicinæ eorũ fortiores:& pueris quãdoq; conferunt cibi solum. Si autem non [v] sunt comedentes oportet, vt quæ eos lactant cibentur eis. Medicinæ vero conuenientes alcola; quæ sunt acuta sunt sicut masticationes foliorũ rubi, & sicut [v] lẽtes cũ aceto, & oẽs medullæ, cum permiscentur cum [u] cydonijs sunt iuuatiuę,& proprie [v] medulla cerui,& vituli,&[x] poma styptica: & pira [u] styptica, & [u] zarur, & [v] cydonia, & iubebæ, & extremitates vitis, & citroli hortulani siccati, & farina lentium, & farina rizi, & fortiora illis puluis factus ex gallis, & spodio, & rof. & acacie, et similibus illis. Et memiran cum stypticis inest virtus mirabilis in cola. Et[x] camphora est

Q Ras.lib.diui. c.48.
R † venis quatuor labiorum
H
S Ras.7.conti... c.2.75.1.
T G.6. de pharm. compo.sm lo.fo.176.g
V G.6.de pharm. compo.sm loc.176.f
X Ras.75.4.

A G.6.de phar.cō po.fm loc.176.f
B G.ibi.fol.175.e
C Raf.7.cōti.t.1. c.176.1.
D † calcantum
E Raf. 7.cōti. t.1. c.1.75.1.
F Raf.75.2.
G Raf.75.3
H † herba cuius folia similia sunt fo lijs citruli
I G.175.d,& e

A est vehementis iuuamenti in cola. [a] In frigidis vero adiuua te cum abstersiuis exiccatiuis, & proprie in phlegmaticis: [a] & cum resolutiuis fortis resolutionis, & exiccationis: & proprie in melancholicis, sicut est [b] farina herbi. Et [b] mel cum gallis, & fel [c] alrach, id est testudinis est vehementis iuuamenti in hoc, proprie in pueris, quando miscetur cum aceto: & malignis [d] †{draganthū} cum aceto. Et quando sunt corrosiua mala, tunc necessaria est administratio floris æris cum colcotar, & gallis in rob, Aut gallarum, & aluminis, & balaustiæ partes æquales: & administratio [e] trochiscorū busus: aut alcohol [e] tarcamaticon cum succo styptico sicut succus agrestę. Et sicut medicinę cōmunes: aut ex alumine, & gallis contritis [f] sicut puluis & fricetur cum eis os fricatione bona. Et [b] gallæ quidem conferunt omni cola maligno, & proprie quando coquuntur cum aceto, & sale. Et fit cum eis collutio oris in cola puerorum. [g] Et cinis almezerion habet proprietatem mirabilē in cola magno: & est ex medicinis cōmunibus speciebus alcola. Et similiter [h] †{albustan abruzi,} seu albustē abrur, & [c] aqua ærea. & fæx vini adusta. [i] Alcola vero melancholico nigro cōfert, vt liniatur cum melle cui admistæ sunt passæ enucleatæ, & anisum: Si autem illic fuerit apostema etiam, tunc administretur hoc vnguentum. Aquæ albedarungi sacraiatum vnum, olei rof. sacraiati medietas, lentium sacraiati medietas, croci pondus duorum aureorum, fiat ex eis vnguentum.

De multitudine sputi, & saliuæ, & cursus eius in somno. Cap. 25.

B MVltoties accidit ex multitudine caliditatis, & humiditatis, & proprie in stomacho, aut propter grauitatem cibi, aut corruptionem eius, & quandoq; est propter dominium caliditatis solius sicut accidit in ieiunio sputum continuum vel assiduum vsquequo comedat & quiescat illud ab eo. Et quandoque accidit ex frigiditate & phlegmate.

De cura. Cap. 26.

SI fuerit ex caliditate, tunc oportebit vt phlebotometur basilica prius, & administrentur alrobub acetosa. Et styptici fructus, & vinum, non vetus cum commistione plurima. Et sit cibus ex piscibus, & carnibus leuibus, sicut carnibus hœdi, & volatilium. Et assiudet collutionem oris cū decoctionibus stypticis factis ex lentibus, & sumac, & similibus. Et si fuerit ex frigore, & phlegmate, administra vomitum cum eo quod sciuisti in omni hebdomada duabus vicibus, aut tribus. Et detur ei ad potandum in omni hebdomada semel hoc medicamen. Recipe hieræ pi. pondus drach.ij. salis indi pondus duorum danic, anisi, et ameos amborum ana.i. danic, detur in potu cum syrupo acetoso de melle: aut de seminibus. Et administrentur post illud theriaca, & electuaria calida. Cibi autem eius sunt pulli columbarum cocti in cazola cum speciebus, quę sunt vt piper, & sinapis, & allia. [k] Et sumat in cœnis tortellas cum almurinabati: deinde trāsglutiat aquam calidam, & fricet gingiuas cum vadit dormitum. Et ex medicinis, & curis communibus, & bonis est, vt sumat omni die pondus [k] drach.i. salis triti non subtiliter cum endiuia humida: deinde administretur tryphera, & assiduet ministrationem [l] †{alsuach:} Et iam expertus [m] est mus assatus, & inuentum est iuuamentum eius, & proprie in pueris.

K Raf.t.5.c.46.
C
L † Raf. lignū in suo cortice habentū amaritudinem
M Raf. 5.cōti.t.1. c.66.2.
N Raf.t.5.c.45.

De abscisione odorum horribilium ex comestis. Cap. 27.

COnfert ad illud [n] masticatio rutæ, & masticatio foliorum rubi, & collutio oris post eas cum aceto squillitico, & administratio cyperi, & [n] zedoariæ in ore.

De sputo sanguinis ex ore. Cap. 28.

O 21.
P G. de medi.fac. par.c.15.fol.164.b
Q Pau.li 3.129.11.
R 8.&.9.F.5.
S F.10.& F.13.
T Halyab. 9. the. c.17.

SI est exitus eius ex substantia oris, & cute ipsius, tunc cura ipsum cum stypticis prędictis [o] in capitulo albothor & alijs. Et in decoctione [p] ramorum vitis, & [q] præputiorum eius est iuuamentum maximū. Si autem in alijs fuerit locis, nos iam ei singulare fecimus [r] caplm: immo [s] capitula.

De fœtore oris. Cap. 29.

AVt eius principium [t] est gingiua propter putredinem quæ est in ea: Aut propter mollificationem: quæ accidit ei: [r] Aut putrefactionem in radice dentium: Aut in ipso dente: Aut est principium eius cutis oris propter complexionem malam in ea, quæ alterat humiditatem. Et plurimum huius complexionis est calidum: [r] Aut fit vt sit eius principium os stomachi propter humorem putridum in ore stomachi, aut cholericum, aut phlegmaticū. Et quandoq; fit ex partibus pul-
D monis, sicut accidit in habentibus phthisim.

De cura. Cap. 30.

V Diosc.lib.3.c.43.
X Diosc.lib. 1.c.11.
Y Diosc.lib.1.c.21.
Z Diosc.lib.1.c.75.
A Diosc.lib.1.c.131.
B Diosc.lib.1.c.67.
C Diosc.lib.5.c.15.
D Diosc.lib.3.c.54.
E † calcanthi
F † spēi vitrioli

IN illo qui est ex gingiua, & carne, quæ est inter dentes rubea, oportet vt intendatur in mundificatione dentium semper, & ablutione eorum cum aceto & aqua. Si ergo valuerit illud, bene erit: si autem non valuerit, immo fuerit illic superfluitas putrefactionis, tunc oportebit vt masticet post illud fructum tamarisci, & pyrethrum, & [u] rutam, & [x] folium, & [y] xyloaloen, & [z] masticen, & [a] cortices citri, & gariophyllum: & vt ponat super gingiuam aloē, [b] & myrrham, & amborum similia: & vt colluat os cum [c] aceto squillitico, & vt fricetur cum [d] aniso & vino dulci: Quod si fuerit fortior illo administretur masticatio staphisagriæ, & expulsio saliuæ. Si autem non confert, & apparet putrefactio manifesta, sumantur [e] †{draganthi} adusti pars.i. & radicis lilij, & croci amborum ana pars.5. conficiantur cum melle & fiant trochisci, & administrentur: & colluatur os post ipsos cum aceto puro aut misto cum aqua rosa. Aut sumatur medicamen fortius isto: & est chartas adustorum.i. iuncorum adustorū drach.iij. arsenici drach.ij. &.5. galliæ, sumac, zinziberis, piperis adusti, trochiscorū [f] †{calchadicon} omnium ana.drach.ij. fiat ex eis fricatio, & linimētum: & ponatur super ipsum pānus lineus, & alcali solū quando ponitur super putrefactionē, era-

dicat eam, & deijcit ipsam & facit nasci carnem bonã.[a] Et ex eis quæ experta sunt ad istud, est acacia, arsenicum citrinum, arsenicum rubeum, calx, alumen, fiant ex eis troc. cum aceto: deinde teratur cũ aqua mellis: aut decoctione seminis iuniperi.[b] Sed si fuerit putrefactio in ipso dẽte, tũc medicamen ipsius erit fricatio eius: si fuerit in extremitate, aut limatura eius cum lima, aut eradicatio dentis, si fuerit putrefactio sequens radicem dentis. Si autem fuerit illic in gingiua mollificatio, & fuerit causa in euentu putrefactionis, tunc cura ipsum constringendo ipsam cum eis quæ sunt in [c] capitulo mollificationis gingiuæ. Si autem est humor cholericus putrefactus in stomacho, aut in cute oris tunc non est aliquid magis conferens ei, quã chrysomela humida in ieiunio: & similiter [d] albateka: [d]aut citroli: aut persica. Si autem chrysomela præsentia non fuerint, & persica humida, administretur infusio eorum ex ipsis quæ [d] exiccata sunt in ieiunio, & proprie exiccata [d] chrysomela. Et ex eis quæ iuuant ad illud, est administratio sauic[d] cum zuccaro, & aqua niuis. Et administratio pilularum aloeticarum, quas dicemus in antidotario: Et sit cibus eius omne lauãs infrigidans, non conuertibile in cholerã. Si autem est humor phlegmaticus[d] administretur vomitus primo, & administrentur [d] hieræ mundificantes os stomachi dictæ in capitulo oris stomachi. Et administrẽtur [d]tryphera minor, & [d]zinzib. nutritum: & [e] †{sahane}‑proprie: Et sit cibus eius rex frixę: Et minoret potum aquæ, plurimæ. Et abhorreat fructus, & olera humida, & assumat fricationes suas ex arboribus amaris incisis, sicut [f] †{alarach,}‑ & oliuæ. Et ex medicinis quę iuuant eos est, vt fumant omni mane [g] ex folijs myrti cum æquali mẽsura sua de passis enucleatis ad magnitudinem nucis: aut simile ipsius ex nuce cupresi, & iuniperi cum passis. Et conferunt eis grana pini, & pilulæ de gariophyllis, & est descriptio earum.[b] Recipe gariophyl. galangæ amborum ana. drach. 5. muschi, camphoræ amborum ana. danic. i. pyrethri. drach. i. aloes drach. iij. sinapis drach. i. fiant pilulę cum vino. Et medicinæ quidem simplices expertæ sunt sicut tus, & xyloaloe indum, & cinnamũ grossum, & cortices citri, & rosa, & camphora, & sandali, & gariophyl. & cubebe, & mastix, & macis, & nux muschata, & radix [h] †{adadkir,}‑ & alarmel, & alusnem, & blacte byzantiæ, & cardamomum, [i]†{& alfelengie mesch,}‑ & folia citri, & spica, & [k]†{alneremisek,}‑ & zinziber, & reliqua quę inueniuntur in areolis singulariũ. Et ea quibus medicinæ cõficiuntur sunt miua, & [l]†{millusan,}‑ & succus citri.

A Ras. 5. conti. c.2.64.3.
B Halya. 5. pract.
C F.8.c.9.
D Ras. lib. diui. c.47.
E † spes salsamen.
F † lignum quo fricantur dentes
G Ras. 1.5.c.43.
H † squinanti
I † basilicon
K † capita granatorum indorum
L † syrupus de lilijs cũ aromatibus

Quando os remanet apertum. *Cap. 31.*

OS remanet apertum aut propter vehemẽtem necessitatem anhelitus magni propter inflammationem inflammantem: aut propter constrictionem, & prefocationem. Aut propter debilitatem lacertorum oris: quare non efficiunt operationem suam in somno, & illud est in ægritudinibus acutis malum. Meliora autem loca ad distinguẽdum colores linguæ sunt loca alia: & cum dicentur ægritudines acutæ. G

Fen septima de dispositionibus dentium: & est tractatus vnus.

Sermo de dentibus. *Cap. 1.*



IAm [m] sciuisti q̃ locuti fuimus de dentibus & anatomia eorũ, & iuuamento ipsorum. Oportet ergo vt attẽdas, quod dicitur illic, & vt scias q̃ [n] dẽtes sunt ex summa ossium quibus inest sensus propter illud quod venit ad eos ex neruis à cerebro procedentibus lenibus. Et quando dolent sentiunt illud quod accidit in eis ex percussione, & iectigatione, & qñq; sentiunt pruritum, & titillationem. Et qñq; accidunt in eis ægritudines mollificationis, & cõmotionis, & eradicationis, & eminentiæ. Et alteratio coloris in substantia sua, & in superfluitatibus viscosis sicut linimẽtum adhærentibus vel equitatibus super eos. Et accidunt eis corrosio, & putrefactio & fractura. Et accidunt ei dolores vehemẽtes, & pruritus. Et accidit [o] eis stupor, & est species dolorum eius. Et accidit eis defectus à masticatione dulcis, & acetosi, & noceri à calore, & frigore, & paruitas tolerantiæ ad obuiandum. vni amborum aut vtrisq;, & qñq; accidit eis mutatio in quantitate ipsorum naturali, & ita q̃ prolongantur, & magnificantur, & conteruntur, & paruificantur. Et quandoq; accidunt eis species apostematum:[p] & illud quidem non est mirum. Omne enim quod recipit extensionem cum augmento nutrimenti, non elongatur quin recipiat extensionem cum superfluitate. Nam si non reciperent materias penetrantes in eis, augmentantes eos, non fierent virides, & denigrarẽtur. Illud enim est propter penetrationem superfluitatum in eis.[q] Et dentes quidem creati sunt recipientes augmentum, & additiones semper, vt sit eis illud loco eius quod conteritur: ita q̃ dens oppositus loco eius qui cecidit et eradicatus est, augmentatur in lõgitudine, cum fit additio: & non opponatur ei contritio. Et scias q̃ dentium complexiones quandoq; significantur ex gingiua, & colore eius, si est citrina, & cholerica: & alba, est phlegmatica: & rubea, est sanguinea: & si est ad fuscitatem, & nigredinem, est melancholica.

M Lib. 1. Fẽ. 1. d. 5. sum. 1. c. 5.
N Lib. 1. F. 1. d. 5. sũ. 1. c. 5. & G. lib. 5. de cõpo. medic. sm loc. c. 8. & li. 9. d. 5. p. c. 15. c. & li. 6. c. 3. d & Aeti. li. 1. ser. 4. c. 19.
O G. lib. 2. loc. aff. c. 6. h
H
P F. 1. t. 3. c. 1. & li. 1. F. 2. d. 1. c. 5. & li. 2. sum. 2. c. 18. & G. lib. 5. de cõpo. medic. sm loc. c. 8. & c.
Q Gal. ibi. f

De conseruatione dentium. *Cap. 2.*

QVi vult vt incolumes sint sui dentes, oportet vt obseruet octo res. Ex quibus est, vt sibi caueat [r] à frequenti corruptione cibi & potus in stomacho, propter rem in substantia cibi. & est vt sit recipiens corruptionem velociter, sicut lac, [r] & pisces saliti, & alsahaua, aut propter

R Ras. 5. conti. c. 1. 63. 1.

A Raſ.t.4.c.21. A pter malitiam regiminis ſuæ acceptionis ex eis, quæ iam ſcita ſunt in locis ſuis.ª Et ex eis eſt, vt nõ nitatur multis vicibus vomere, et proprie cum eſt illud quod euomit, acetoſum. Et ex eis eſt, vt vitet maſticationẽ omnis glutinoſi: & proprie cum eſt dulce ſicut ᵇ †{alnathaſ} & ficus glutinoſæ. Et ex eis ª eſt, deuitatio frangendi durum.ª Et ex eis eſt deuitatio congelantium. ᶜ Et ex eis eſt deuitatio omnis rei quę eſt vehementis frigoris, & proprie poſt calidum: & omnis vehementis caloris & proprie poſt frigus. ª Et ex eis eſt vt aſſiduet mundificationem eius quod ingreditur dentes abſq; vehementi ipſius mundificatione, & abſq; proceſſu in ea perducẽte ad hoc, vt noceat ᵈ †{alhamur,} & carni quæ eſt inter dentes, & moueat eam, aut moueat dentes. Et ex eis eſt deuitatio rerum nocentium dentibus proprietate ſui, ᵉ ſicut porri: ipſi enim vehementer nocent dentibus, & gingiuæ, & reliqua quæ dicta ſunt in ſingularibus. Fricationes autem eorum oportet vt adminiſtrentur cum æqualitate: & non fiat in eis aſſiduatio tanta, vt deſtruatur ſplendor eorũ & aquoſitas, & præparet eos ad recipiendum fluxus, & vapores aſcendentes à ſtomacho, & fiat cauſa ad timorem: & quando adminiſtratur fricatio cum æqualitate, abſtergit dentes, & confortat eos, & cõfortat carnem rubeam, & prohibet oſtracoſitatem, & facit bonum oris odorem. Et melius quidem lignnm ad fricationem faciendam eſt illud, in quo ſunt ſtypticitas, & amaritudo. Et oportet vt conſueſcat fricationem dentium cum vadit dormitum cũ oleo. Sitq; illud oleum, aut ſicut oleũ

B † cõfectio dura glutinoſa

C Raſ.5.conti.63.1.&.2.

D † carni rubeæ cõtinenti radicem dentis

E Raſ.5.conti.t.1.c.2.64.4.

F † ſpica celtica

B roſa. ſi eſt neceſſaria infrigidatio: aut ſicut oleum de ben, & ᶠ †{nereidem,} ſi neceſſaria eſt calefactio: & quandoq; neceſſaria eſt compoſitio ex ambobus. Et melius quidem eſt vt fricentur prius cum melle, ſi eſt illic frigus: aut cum zuccaro, ſi eſt declinatio ad frigus: aut parum caloris: vnumquodq; autem amborum congregat proprietates laudabiles abſterſionis, & cibationis, & impinguationis, & mundificationis: ſed zuccarum in hoc toto eſt inferius melle: & ſi teratur altabarzet, & cum melle miſceatur abſtergit, & mundificat, & ſtringit gingiuam: deinde oportet vt ſequatur ipſum oleum. ᵍ Et ex eis quæ conſeruant ſanitatem dentium eſt, vt colluatur os in menſe bis cum vino, in quo decocta eſt radix tithymalli. eſt enim vltimum: & nõ aduenit facienti illud dolor dentium. Et ſimiliter caput leporis aduſtum, quando fit cum eo fricatio. Et ſimiliter ſal cõfectus cum aduritur, aut non aduritur: ſed aduſtus eſt melior: & oportet vt ex eo fiat auellana, & ponatur in panno, & fricentur cum ea dentes. Et ſimiliter fricatio cum lupinis. Et ſimiliter alumen iameni cum aliquantula myrrha: & proprie alumen aduſtum cum aceto. Et quando adminiſtraueris dentibus has medicinas, oportet vt adminiſtretur poſt eas mel: & fricatio cum eo fiat, aut cum zuccaro: deinde adminiſtretur fricatio cum oleis, ſecundum quòd narrauimus. Et cum dens præparatus eſt fluxibus, oportet vt teneatur in ore decoctio rerum ſtypticarum diu. Et aſſiduetur puluis de alumine & ſale aduſtis ſuper ipſum.

G G.lib.5.de ꝯpo. phar.ſm loc.164.h

C *Sermo vniuerſalis de cura dentium.* *Cap. 3.*

MEdicinæ dentium, aliæ ſunt cõſeruatiuæ, & aliæ ſunt curatiuæ. Et quia ſubſtantia dentium eſt ſicca, ʰ tunc medicinæ conuenientes quæ cõſeruant ſanitatem, & reducunt eos ad illud quod oportet, ſecundum plurimum ſunt medicinæ exiccatiuę. Calidis autem & frigidis indigent, cum accidit vnam duarum qualitatum à naturali complexione iam plurimum receſſiſſe. ⁱ Vehementiores igitur medicinarum conuenientium ad ſanitatem dentium ſunt exiccatiuæ, cõmenſuratæ in duabus qualitatibus alijs. Et omnis medicina dentis eſt exiccatiua, niſi illa quę non eſt dentis inquãtum eſt dens. Immo propter accidens quod ei accidit. Et ex exiccatiuis quædam ſunt calidæ, & quædam ſunt frigidæ. Et medicinarum dentium melior eſt illa quę aggregat ad arefactionem & exiccationem, abſterſionem, & reſolutionem ſuperfluitatis, ſi ad dentem eſt expulſa, cum reſolutione temperata, & prohibitionem materiæ quæ ad ipſum attrahitur, cum exiccatiuis frigidis. Et illa quæ ad aliquantulum frigoris declinant, quę non obſtupefacere faciunt dentes ſua acetoſitate: ſicut eſt obſtupefactio agreſtæ & acetoſitatis citri: ſunt camphora, & ſandali, & roſa, & ſemen eius, & balauſtia, & ſanguis draconis, & fructus tamariſci, & gallæ, & karabe, & margaritæ, & fauſel, & farina hordei, ᵏ & cortex arboris mori. ˡ & folia tamariſci, & radix acetoſæ. Et calidæ quæ declinant ad caliditatem aliquam. Aliæ ſunt quarum calor eſt in ſubſtantia ſua: &

H Ga.6.de ſimpli. fol.44.a

I Raſ.5.conti.t.1.c.2.63.4.

K Dio.li.1.c.143.

L Dioſ.lib.1.c.99.

D aliæ ſunt quarum calor eſt acquiſitus. Et illæ quarum calor eſt in ſubſtantia ſua ſunt, ſicut ſal aduſtus, & ſceha aduſtum, & cyperus crudus, & cynnamomum, & hyſſopus, & flos ſquinanthi, & ᵐ fructus capparis, & fortius eo eſt cortex radicis eius, & xyloaloe, & muſchus, & capillus veneris crudus, & aduſtus, & folia cupreſſi, & abel, & folium, & ⁿ cornua cerui aduſta, & non aduſta, & mentaſtrum, & cinis eius, & maſtix, & vitrum aduſtum, & cinis baurac, & ariſtolochia rotũ. & cinis corticis capparis, & ᵒ cinis capitis leporis, & dactyli aduſti. Et calidæ cum virtute acquiſita, ſunt ſicut cinis gallarum. nam cum extinguitur cum aceto, eſt ad æqualitatem propinquus: & cinis ramorum vitis, & cinis cannæ, & quæ ſunt eis ſimilia. ⁱ Aequales vero ſunt ſicut cornua cerui aduſta, cum lauantur, & ſicut nux ᵠ †{aldulb,} & ſicut cortices arboris pini. Et ex eis ſunt medicinæ venientes ex via compoſitionis, & ſunt ſicut farina hordei cum permiſcentur cum ſale, & miſuſan: deinde aduritur, & dactyli confecti cum alkitrã, & aduruntur donec fiant carbones, & deinde effunditur ſuper eos miſuſen. Et ex fricationibus expertis, eſt dentifricium expertum quod recipit, ʳ cornu cerui aduſti, & foliorum cupreſſi amborum ana drach. x. nucis dulb cum diſpoſitione ſua drachmæ. v. radicis pentaphyllon drach. x. capilli veneris aduſti drach. v. roſarum mundatarum à capitibus ſuis drach. viij. ſpicæ

M Dio.li.2.c.166.

N Dio.lib.1.c.50.

O Dio.lib.2.c.17.

P † Platani

drach.iij.conterantur bene,& fiat ex eis dentifricium. Dentifricium bonum. Recipe cornu cervi adusti [a] †{chezimazech vel kermazech}cyperi rosarum spicæ aromaticæ,omnium ana drach. vnam,salis gemmæ drach.quartam partem, fiat ex eis dentifricium. Et dicemus etiam dentifricia in capitulis,quæ sequuntur,& dentifricia alia in antidotario.Incipiamus itaque & dicamus, quòd curatio cum exiccatiuis est curatio, sicut scis, conueniens : & cum calefactiuis & infrigidatiuis est curatio,quæ est necessaria cum fit vehemens recessio ab æqualitate propria.Et medicinę quidem dentales,aliæ sunt dentifricia : & aliæ sunt masticationes : & aliæ sunt linimenta : & aliæ sunt quæ vt pastilli ponuntur super dentes, aut super mandibulam. [b] Et aliæ sunt collutiones oris : & aliæ sunt fricationes:[b] & aliæ sunt res implentes: & [b] aliæ sunt vaporationes:& [b] aliæ sunt cauterizantes:& aliæ sunt eradicatiuæ:[b] & aliæ sunt suffumigationes:& [b] aliæ sunt caputpurgia:et [b] aliæ sunt distillationes in aure:& aliæ sunt euacuantes materiam cum phlebotomia,aut ventosis ex propinquioribus locis.Et ex medicinis dentium quædam sunt quę sunt resolutiuę:& quędam quæ sunt infrigidatiuæ: & quædam quæ sunt narcoticæ. Et narcoticæ quidem cum administrantur in dentibus,sunt res longinquiores à timore. verum earum multiplicatio quandoq; corrumpit substantiam dentium.Et similiter medicinę vehementis resolutionis,& calefactionis oportet vt non administrentur,nisi cum est necessarium:& sunt sicut pulpa coloquinthidæ,& elleborus albus,et cucumer asininus,& reliqua : & oportet vt caueatur euentus alicuius earum,& narcoticorũ ad ventrem. Et similiter multoties est necessarium perforare dentem cum perforatorio minuto, vt per ipsum carminetur seu resoluatur materia nocitiua:& vt inueniant medicinę transitum ad profundum eius. [c] Et acetũ quidem quãuis sua essentia noceat dentibus, tamen quãdoq; ponitur in medicinis dentium infrigidantibus, & calefacientibus simul:infrigidantibus quidem,quoniam infrigidat sua substantia,& quoniam penetrat:in calefacientibus vero quoniam penetrat,& quoniam adiuuat cum incisione ad resoluendum: eius vero nocumentum est tunc fractum cum medicinis dentium,quæ eis admiscentur.

E

A † fructus ari... ris quæ est spec... tamarisci

B G.5.de phar.c... po.fm loc.fo...

F

C Ras.64.1.

De dolore dentium. Cap. 4.

SCias quòd dentes quandoq; dolent propter causam dolorosam existentem in substantia ipsorum,secundum quòd proposuimus [d] in eis,quæ prætererunt. [e] Et quandoq; est propter causam dolorosam existentem in neruo,qui est in radice eorum.Et quandoq; est propter causam dolorosam existentem in gingiua, [f] & apostema,& additionem carnis natæ in ea,recipientem materiam.Aut propter mollificationem eius,& mollitiem eius:quare recipit materias malas, & putrefiunt in ipsa,& nocent dentibus:& etiam faciunt dentes commotos. Et quandoq; fit difficile pluribus hominibus considerantibus in dentibus suis dolorosis,discernere inter eos.Et species curæ ipsorum sunt diuersæ. [g] Dolorum vero dentium causæ : aut sunt malitia complexionis puræ ex frigore : aut calore : & exiccatio propter priuationem nutrimenti sicut in senibus præterquam sit humiditas secundum quòd scies in [h] loco suo:aut est cum materia,aut ventositas. Et materia quidem aut facit dolorem cum multitudine, aut grossitie, aut acuitate. Et quandoque est materia apostemans dentem ipsum : & quandoque est corrodens : & quandoque facit nasci vermem. Et materiei principium aut est ex stomacho,aut [g] est ex capite,aut ex vtrisque locis simul. Et si fuerit totum corpus plenum illa materia, tunc cursus ex corpore ad dentes erit ex his duabus vijs. [i] Et quandoq; dolent dentes in febribus acutis secundum semitam communitatis in malitia complexionis.Et quando accidunt sub aliquo dentium corroso, dolor, & pulsatio,tunc in radice eius est superfluitas non matura:curentur ergo apostemata, & dolor,& eradicetur.

D F.1.t.3.c.1.&... 7.c.1. & lib.1.Fe... do.5.sum.1.c.5.

E G.5.de phar.cõpo.fm loc.c.8.e

F Ras. Lib. diui... c.45.

G

G Ras.5.cõti.c... c.1.66.3

H Cap.10.

I Ga.1.prognost... 21.c

De signis. Cap. 5.

OPortet vt attendas, & consideres an cum dolore dentis sit apostema in gingiua, aut in partibus eius.[k] Si ergo inuenies apostema in gingiua, existimabis & iudicabis q; fortasse causa non erit in ipso dente. Et similiter si fuerit compressio super ipsam gingiuam nociua. Si autem non inueneris apostema in gingiua, tunc causa est in ipso dente : aut est in neruo qui est in radice eius.Nam si senseris apostema in dente,aut corrosionem,tunc causa erit in substãtia eius.Et similiter cum senties læsionem, quæ extenditur secundum longitudinem in dente.[l] Si autem nõ sentitur lęsio nisi in profundo,tunc causa est in neruo,qui est in radice eius,& proprie cum inuenitur dolor expansus in carnibus rubeis aut in mandibula, & sentitur sicut stupefactio in dente. Et tu quidem significabis complexiones calidas & frigidas per ea quę sciuisti:& siccitatem per detumitionem dentis, & cõmotionem eius. Et significabis ventositatem cum permutatione doloris extensi:Et humorem grossum cum submersione, & mora doloris absq; caliditate & frigiditate apparentibus valde. Et humorem acutum sanguineum, aut cholericum, cum velocitate nocumenti, quod incurrerit ab eo quod facit dolorẽ, & cum profundatione existente in dolore & alteratione coloris ad similitudinem humoris, & caliditate acuta,cum tangitur. Et scias quòd initium humoris est ex cerebro,aut stomacho ex repletione, quam inuenies ex vno eorum,aut ambobus. Cum autem causa doloris est in gingiua,non sufficit eradicatio:& ipsa nõ est necessaria penitus. Et si est in dente,remouetur cum eradicatione : & quando est in neruo ipsius: quandoq; remouetur cum eradicatione:& quandoque nõ remouetur. [m] Et nõ remouetur quidem,nisi propterea quòd materia quam natura & medicina resoluere quærunt, inuenit locum amplum in quo expellitur,cum prius fuerit præfocata retenta cum dente.

K G.5.de phar.cõpo.c.8.d

H

L Ras.5.cõti.c... c.2.67.5.

M G.5.de phar.cõpo.fm loc.c.8.e

De cura

A *De cura.* *Cap. 6.*

SI dolor quidem fuerit cõitate membri, tunc incipe à mundificatione membri cõicantis cum phlebotomia, & ventris solutione, cum eo, quod sit sicut hiera, & pulpa coloquinthidæ: aut scammonea: aut sicut infusiones: aut cum gargarismis mundificantibus caput, cum causa est in capite. Cum autem illic fuerit apostema sensibile in gingiua, & carnibus rubeis: tunc oportebit vt [a] incipias cum phlebotomia, & solutione ventris sm virtutem, & cõditiones. Et [a] vt teneat in ore in principio in oĩbus eis, infrigidantia, quæ sunt ex succis & decoctionibus & similibus in ore factis fortibus vel fortificatis cum camphora absq; superfluitate ĩ stypticitate. Et multoties quidem sufficit, vt sis cõtentus ex [a] oleo rosa. et mastiche, et oleo omphacino, aut ex oleo, quod sit sicut oleũ myrtinum: Et confert ad illud vt sumãtur vinum passularum vetus, & oleum ros. crudum in quo decoctum sit vinum passularum decoctione bona, & teneatur in ore. Deinde post illud gradatim ordinetur ad resoluentia, & maturantia: & caueatur vt non currat ex aliquo forti eorum aliquid ad ventrem. Et ordinetur etiam gradatim ad euacuationem ex ipso membro, ita vt mittantur ad radices dentium sanguisucæ: aut phlebotometur vena, quæ est sub lingua: aut vẽtosetur sub mento cum incisione. Quod si dolor vehementior fuerit, tunc oportet vt [b] adhæreat super radicẽ dentis pyrethrum cum camphora: & reiterentur ambo quoties resoluuntur. Et si additur vehemẽtia B doloris, necessarium est [c] multoties administrare opium cum oleõ ros. Sed quotiescũq; inuenitur excusatio ab illo, dimittere ipsum est melius. Immo oportet vt intendatur maturationi. Cũ autem causa est in ipso dente, aut in neruo, & non est materia, immo malitia complexionis, curetur cum medicinis dentium, quæ ei opponuntur, notis. Si autem causa malitiæ complexionis eius, et debilitatis eius, est morsus seu masticatio rei calidæ colluat os ex oleo frigidæ cõplexionis tepido, deinde fiat frigidum actu. Et si causa malitię complexionis eius est morsus vel masticatio super rẽ frigidam administretur loco eius ex oleis calidis, sicut est oleum nardinum, et oleum de ben: et mordicet vel masticet vitellum oui assatum calidum: & panem calidum: & qñq; conferũt ambo regimina in vnaquaq; specierum malitiæ complexionis prædicta. [d] Si autem causa est pura siccitas, tunc confert ei vt fricetur cum eis, quæ sunt sicut butyrum, & adeps anatis. Si vero est cũ materia, quecũq; sit materia, acuta, aut grossa, aut multa, oportet vt euacuetur sm q ipsa est. Et oportet vt prius incipiatur in principio cum eis, quę infrigidant & repellunt in oĩbus illis, quãuis sit illud in materia calida plus necessarium, & in grossa minus. Et ex rebus quidem fortibus ad repellendum, & proprie in materijs frigidis, est alumen adustum & extinctum cum aceto, cum ęquali mensura sui salis, quæ ambo sint trita valde: deinde administretur: deinde colluatur os postea cum vino. Et ex eis, quæ cõueniunt ad repellendum, sunt [e] gallæ cum aceto. Quod si materia fuerit calida, curetur C cum succis infrigidatiuis, & fiat præparatio in æquatione eius. Si autem illud non valet, præparatio sit aut in resolutione eius: aut in ipsius stupefactione. Et si materia fuerit grossa, aut plurima, præparatio sit, post illud, quod diximus ex curatione initij, cum resolutiuis etiam: & melius est vt sit collutio oris cum aceto, & oleo ros. Ipsa enim quandoq; attrahit humiditates radicales post superfluitates. Et quandoq; est necessarium vt aggregentur ad resolutiuas, medicinæ stypticę, quoniam membrum est siccum. Quod si causa est ventositas, tunc curatio fiat cum resolutiuis, quę dicemus: & proprie serapino, & galbano, & granis alharmel.

A Ras.lib.diuisio. c.45.
B Ras.t.9.c.42.
C Lib.1.F.4.c.30.
D Ras.5.cont.t.2. c.2.67.1.
E Dio.lib.1.c.113.

De medicinis resolutiuis. *cap. 7.*

MEdicinæ administratæ in doloribus dentium indigentibus resolutione, aliæ sunt collutiones oris: in quibus oĩbus oportet vt teneãtur in ore spatio longo, [f] sicut acetum in quo coctum est spolium serpentis, aut [g] acetum in quo decocta est coloquinthida: et est fortis iuuamenti valde. Et cum frigus est manifestum, tũc sit cum vino aut aristolochia, [h] aut [α] pyrethrum, aut [i] assa fœtida, cum sinapi: aut cortices capparis, aut cortices pini, aut mentastrum, aut folia [k] †{dulb, } & [l] polium, & cortices eius cum aceto aut aqua. Et similiter folia lauri, & [m] †{alseilem:} & similiter fustes [n] allij cum pyrethro: Aut acetum in quo ponitur condysi teneatur in ore: [o] Aut [α] pyrethrũ, & fructus [p] tamarisci in aceto. Et ad dolorem sampsucus siccus: [q] Aut radix cucumeris asinini, & D eius succus in aceto: aut cum harmel, quę sint decoctæ in aceto, aut [r] †{chibichengi} decoctum in aceto. Et ad dolorem pulsatiuum, decoctio [s] gallarum crudarum cum aceto, & [t] solatrum cum aceto, & decoctio [v] †{bengi} cum aceto, & [x] cornua cerui adusta decocta in aceto squillitico, trita & confecta in oxymelle. Et aliæ sunt gargarismata cum similibus eorum, quæ prædiximus de collutionibus oris. Et ex eis est, vt decoquãtur zibib algiebeli, & allia in aqua, & fiat ex eis gargarisma, & dimittatur os apertum, vt currat saliua plurima. Et aliæ sunt masticationes acceptæ ex medicinis prædictis, & similibus eis. Ex illis est vt sumantur mentastrum montanũ, & pyrethrum, & piper album, & myrrha, & cunficiantur cum carne passularum, & fiãt ex eis auellanæ, & masticetur ex eis omni die auellana vna. Et aliæ sunt linimenta, & epithemata, & vaporationes, & emplastra facta ex medicinis resolutiuis notis, & aggregentur cum eo, quod habet spissitudinem mellis aut kitran, aut rei dissolutæ, aut conficiantur cum aqua sola, aut accipiantur caules contriti, et liniatur: aut sumatur ad pulsatiuum dolorem sinapis tritum, & ponatur super radicẽ dentis. Et ex eis, quæ sunt experta, est vt sumatur [y] medulla ossium persici, & quantum est medietas eius de pipere, & conficiantur cum kitram & fricetur cum eis dens & applicetur super ipsum, aut liniatur theriaca sola, aut assa fœtida sola, aut sazanea, aut confectio aschan, aut cũ nigella contrita & confecta cum oleo

F Hal.5.pra. c.78.
G G.5. de phar.cõ põne sm lo.c.9. fo. 163.c
H Diosc.lib.3.c.69.
Infra α
I Diosc.lib.3.c.76.
K† Diosc.li.1.c.91. platani,
L Gal.ibi.fo.163. a
M† lolij:
N Diosc.li.2.c.145.
O Diosc.lib.3.c.69.
Supra α
P Diosc.lib.1.c. 99.
Q Dio.li.4.c. 136.
R† Dio.li.2.c.168. ranunculum.
S Dio.lib.1.c. 123.
T Dio.lib.4.c.62.
V† Dio.li.4.c.59. hyosciami
X Dio.lib.2.c. 50.
Y G.5.de phar. cõ põne sm loc. c. 9. 163.e

oleo liniatur. Et ex eis, quæ sunt experta, est [a] vt sumat piperis, & pyrethri, & staphisagriæ, & zin- E
ziberis omnium ana pars .i. baurac armeni pars .i. & .5. terantur bene, & fricentur cum eis dentes,
& gingiua: qm̃ sunt vehementis iuuamenti. Et qñq; barbæ fit emplastrum cum eis, quę sunt: sicut
malua, & [b] chamæmilla, & [b] anethum, & [b] semẽ lini, & decoctio anethi, & oleum eius, & admini-
strantur. Et [c] Gal. quidem existimauit, q hepar [d] †{samabras}‑ qñ ponitur super dentẽ dolorosum,
corrosum, sedatur dolor eius. Et aliæ sunt vaporationes exterius adhibitæ: & oportet vt admini-
strẽtur aut ante cibum duabus horis, aut post ipsum .iiij. horis: & horum est necessitas propter ve-
hementiam doloris, sicut si fiat vaporatio cum sale & millio: aut cum oleo calefacto: aut cum cera
liquida. Et [e] qñq; vaporatur barba faciendo vaporationem post vaporationem, vt ad ipsam traha-
hatur materia. cum .n. apostematur barba, sedatur dolor: & proprie cum cauterizatur dens cum
oleo feruente in illa hora. Et aliæ sunt cauterizantes. & regimen quidem cauterij est, sicut vt deco
quantur oleum cum aliquibus medicinis resolutiuis prædictis, aut solum. [f] Aut sumitur acus, vel
stilus, & ignitur, & submergitur in illo oleo, & fit vt penetret in vacuitate embubæ ingeniose sup
dentem dolorosum donec perueniat ad dentem, & cauterizet ipsum. Et [g] qñq; ponitur ante illud
in circuitu eius cera, aut massa, aut aliquid aliud distinguens inter dentem: & inter dẽtes, qui sunt
in circuitu eius, & carnes rubeas. Et iuuamentum quidem huius ad illũ in quo materia est in ipso
dente, est plurimum. Et qñq; distillatur in embuba etiam oleum feruẽs, post ingenium prædictũ. F
Et oleum quidem oliuæ est conuenientius oleis reliquis. Et qñq; necessarium est in cauterizanti-
bus, vt perforetur dens perforatorio minuto, vt penetret in ipso virtus cauterizatiua. Et qñ non
valent curationes, [h] cauterizet dens cum acu ignita toties, donec perueniat ad vltimum in cauteri
zatione eius: & fortasse sedabitur dolor, & frangetur dens. Et aliæ sunt fricationes acceptæ ex eis,
quorum præterijt narratio. Et zinziber quidem cum melle est fricatio iuuãs. & etiam acetum, &
sal, & [i] etiam acetum, & pulpa coloquinthidæ, & pyrethrum. Et aliæ sunt fumus & suffumigatio-
nes. & in eis melius est vt fiant in traiectorio. Et qñq; suffumigatur ex resolutiuis, sicut venis colo
quinthidæ, aut granis eius: aut grani sinapis: aut [k] †{vngula}‑ asini, aut semine cepę: & proprie ad
vermem: aut folijs myrthi: aut polio: aut folijs rutæ: aut pyrethro. Et aliæ sunt caputpurgia resolu-
tiua, sicut aqua cucumeris asinini, & succus radicis siclæ, & [l] †{fasfasa,}‑ & aqua sansuchi. Et aliæ
sunt distillationes in aurem & succus capparis humidi. Et alię sunt impletiones corrosionis, si fue
rit causa doloris ex corrosione: & oportet vt subtilietur, & non impleatur cũ labore, & vehemen-
tia addente in dolore, sicut galia cum ciperis, aut cum mastiche. & fortior illo est assa fœtida cum
serapino: aut nigella trita cum oleo, aut piper: aut fæx adusta: aut euphorbium: aut pyrethrum. aut
impleatur ex medicamine medullæ persicorum prædicto: immo impleatur calidus cum frigidis,
& frigidis cum calidis. & aliæ sunt eradicatiuæ. sed ei faciemus capitulum: & non est conueniens G
administratio earum, nisi sit dolor in ipso dente non in alijs.

De medicinis stupefactiuis. Cap. 8.

QVandoq; administrãtur ꝑm modos prædictos in resolutione. Verum melius est vt sint de-
linitæ, aut annexæ, aut implentes: cum tamen qñq; administrentur, vt sint collutiones oris
& suffumigationes. Ex eis itaq; est vt sumatur hyusquiami albi, & opij, & storacis, & gal-
bani omnium ana pondus .ʒ. ij. piperis & assæ fœtidæ de scemi amborum .ʒ. i. fiat ex eis collyrium
cum coagulato vuæ, & ponatur super dentem dolorosum. [m] Aut sumantur opij & castorei partes
æquales. [m] Et distilletur ex eis granum .i. aut grana .ij. in oleo ros. in aurem, quæ est in parte dentis
dolentis aut sumatur, quod adhæreat ex radice mandragoræ: qñq; .n. sedat ipsum: aut sumatur, ꝑm
q ostensum est, ex modo suffumigationis cum semine hyusquiami albi. [n] Aut decoquatur radix
mandragoræ solum: aut cum hyusquiamo albo cum vino, & teneatur in ore. Et qñq; dantur in po
tu etiam narcotica, sicut [o] philonion: qm̃ sanat eum, qui de dente suo cõqueritur: & accipit ex ipso
in ore suo, & dormit: & maturatur ægritudo eius, & quiescit dolor eius. Et ex eorum summa, quæ
stupefaciunt absq; nocumento, [p] est aqua infrigidata cũ niue in vltimo, et ponitur in ore acceptio,
post acceptionẽ, donec stupefiat dens: quare quiescit dolor oĩno, quãuis qñq; sit addẽs in pricipio.

De dente commoto. Cap. 9. H

QVandoq; cõmouetur dens propter causam primitiuam ex casu, [q] aut percussione. & qñq;
cõmouetur [q] ex humiditate mollificante neruum cõstringentem dentem, & est dens cum
hoc pinguis, deinde extenuatur. Et qñq; commouetur propter corrosionem accidẽtem
origini dentium, & amplificat eam: aut subtiliat dentem per illud, quod minuitur ex eo, aut pro-
pter diminutionem vel corrosionem [r] †{alderugi.}‑ Et quandoq; [s] commouetur propter detumi
tionem accidentem dentibus, propter siccitatem dominantem, sicut accidit dentibus cõualescen-
tium, & senum, & eis, qui famem tolerant vehementem cõtinue, & abbreuiatur ab eis nutrimen-
tum. Et quandoq; commouetur propter abbreuiationem carnis algamur.

De cura. Cap. 10.

OPortet vt deuitet masticationem cum illo dente, & minoret locutionẽ, & non tangat ipsum
manu, neq; lingua, & penitus dimittat masticationem, & intendat ad sorbitionẽ quantum
potest. Quod si causa fuerit corrosio, curetur corrosio & administrentur styptica cõstringentia ex
medicinis facientibus ad dentem vel appropriatis dentibus, colluendo os, & fricando, & reliqua.
Et si causa fuerit detumitio, succurratur cum cibarijs: cum tñ hoc sit ex eis quorum rectificatio vel
curatio

A Sera.t.2.c.15.& Raf.5.cont.t.2.c.2. 67.3.
B Raf.68.1.
C Li.11.sim. 80.2 & Dio.li.2.c.56.
D† lacertæ
E Raf.ibi.66.4.
F Raf.lib.diuiſ. c.45. & Halyab. pract. c.78.
G G.5.de phar. cõpõne ſm loc. 16.
H Halya.5.pract. c.78.
I Raf.68.3.
K† G.lib.de simpli.medic.fo.84.c, fimus
L† spẽs trifolij,
M Gal.12.meth. c.8.g
N Raf.5.conti.2. c.2.66.4.
O Raf.67.3.
P Raf.68.1.
Q Raf.5.cont.t.1. c.1.63.1.
R† extremitatis gingiue supioris.
S G.5.de phar. cõpõne. c.8.f, & fo. 164.d

A curatio est difficilis. Deinde cum humectantibus curetur, faciendo vt adhæreāt, & fricando, & distillando in aurem, sicut est oleum rosa. & de salicibus, et succus foliorum solatri: immo cum stypticis. Nam si est propter detumitionem dentis: non valēt cibaria, quoniam ipsa forsitan non impinguant ipsum velociter: Immo oportet vt curetur cum stypticis frigidis: & similiter si accidat à percussione. Si autem prouenit ab humiditate mollificante, oportet vt curetur cum stypticis calefacientibus, & administrentur styptica oppilatiua ex medicinis dentium, colluendo os, & fricādo, calefactis: sicut collutio oris ex aqua in qua decocta sunt [a] †{alsadar}-parum, & folia cupressi: aut passo in quo decoctum est alumē cum medietate sui de sale: aut cum aqua in qua decoctum est serapinum. Et ex adhærentibus est, vt [b] fumantur aluminis. ℥. ij. salis. ℥. i. annectantur super radicem dentis: Aut cortices æris cum oleo, & radicis lilij, & corticis cupressi omnium ana. ℥. iiij. & aluminis pars. i. & sumantur cineris tamarisci & salis æqualiter, aut cornu ceruini adusti, & salis adusti confectorū cum melle adustorum omnium ana. ℥. x. Aut myrrhæ, & croci, & spicæ, & masticis oīum ana partes. ij. rutæ siccæ, & sumac, & balaustiæ. oīum partes. iiij. fiat ex eis dētifritium, & quod adhæreat. Et etiā styptica permista cum aloe & colcothar & clymia. Dentifricium conueniens ad hoc capitulum, & ad alia. Ciperi, & rosarum, & spicæ aromaticæ, & salis gemmæ, & [c] †{carmezit,}- & cornu ceruini adusti partes æquales. Et ad illud, quod est causa diminutionis carnis gingiuarum, sumantur alu-
B men iamenum, & xyloaloe adustum, & cyperi, & sumac, & balaustiæ.

A† lotus arbor

B G. 5. de phar. cō pōne. 164. f

C† fructus tamarisci,

De perforatione & corrosione dentium. *Cap. 11.*

Accidit illud ex humiditate putrefacta in eis. [d] Intentio in cura corrosionis, est prohibere additionem eius, quod corroditur: & illud fit cum mundificatione substantiæ corruptæ, & resolutione materiei causantis illud: & prohibitione dētis ne recipiat illas materias: & conuersione illarum materierum ab eo cum euacuātibus, si eis indigetur. Et medicinæ prohibitiuæ corrosionis, sunt exiccatiuæ. Si autem est fortis, indiget fortibus vehementis exiccationis & calefactionis. Et si est debilis, sufficiūt in eo exiccatio, & stypticitas, sicut litium, & myrtus, & spica celtica: & ipsarum administratio fit ex modis [e] quos prædiximus: & plurimum eius ex capitulo impletionis. Ex illis enim est, vt impleatur cum galia, & ciperis: aut galia sola: prohibet. n. corrosionem et sedat dolorē: Aut impleatur mastice, & ciperis, & myrrha: aut storace, aut gallis viridibus, & lytio: Aut storace & opio aut galbano: Aut sulfure citrino, & lytio: aut guma albotin, & pipere: aut cū galia, aut cum guma albotin, & mentastro: [f] Aut cum nigella contrita & confecta cum aceto & melle: Aut cum sulfure, replendo, aut liniendo: Aut [g] cum zinzib. decocto cum melle & aceto: quoniam ipsum est vltimum ad hoc. [h] Aut assa fœtida, aut cum alkitram: Aut cum assa fœtida et sceha: aut [i] assa fœtida sola, & bulliant cum cera, vt non resoluatur. Est. n. vehemens ad sedandum dolorem: aut galbanum
C solum: aut cum medicinis: aut cum lytio & dragantho. Et [k] iam experta est camphora in implēdo, & est iuuatiua in ipsa vltime cum prohibitione additionis corrosionis, & sedat dolorem. Et oportet vt adiuues te cum eis, quæ præterierunt in capitulo doloris dentium. Et quandoque administrātur in hoc epithemata ex castorei, & pyrethri, & opij, & galbani partibus æqualibus, & pipere, & cardamomo cum melle: aut pyrethro, & myrrha cum melle: Et granum viride cū melle aut vino bono: cui superfunditur acetum feruens: [l] Aut hepate lacertæ aut sulfure viuo cum æquali mensura lytij: aut pipere & lacte tithymalli: aut baurac, & pyrethro. Aut galbano, & seīe hyusquiami albi: aut storace & opio. Medicamē bonum. [m] Recipe baurac, & albengi amborum ana partes. ij. pyrethri piperis amborum ana partem. i. opij partes. iij. ponantur super locum. Et iterum. Recipe storacis & capitum granatorum, & piperis, & abel omnium ana partem. 5. Et quandoque administratur implendo ex eo, & epithemando. Et quandoque ponitur super locum felendi fiun forte aut suristan: Aut calcis partes. ij. & salis ammoniaci, & aluminis, & myrrhæ, & gallarū, & acatiæ, & ireos oīum ana pars. i. & hordeum adustum, & spuma maris, & quandoque additur in eo galbanum. Et quandoque iuuatur ex collutionibus oris retentis in ore iuuamento magno si decoquatur radix capparis cū aceto, donec consumatur medietas aceti, & teneatur in ore. Et administrentur distillationes in ipsa corrosiuæ, sicut [n] arsenicum dissolutum in oleo ferueat, & distilletur in corrosum. Et ex eis, quæ iuuant, est vt di-
D stilletur in latere dentis corrosi oleum amygdalarum.

D G. 5. de phar. cō pōne. c. 8. g

E Cap. 7.

F Gal. 165. e

G Gal. 164. b

H Gal. 165. c

I Ras. 5. conti. t. 1. c. 2. 65. 1.

K Ras. 63. 3.

L Dio li. 2. c. 56. & G. 11. de simpl. 80. a.

M G. 5. de phar. cō pōne. 165. a, deficit galbanum & myrrha.

N Ras. 63. 4.

De comminutione dentium & eorum fractura. *Cap. 12.*

Et causa in hoc secundum plurimum est conuersio complexionis eius ad humiditatem. Et quandoque est causa in ipso vt exiccetur siccitate vehementi. Sed differentia, est manifesta detumitio, & contrarium eius. Et si est illic significatio alterationis coloris, aut corrosionis, significat cōplexionem humidam habentem materiam.

De cura. *Cap. 13.*

Et curatio prima est prohibitio materiei, & confortatio dentis cum stypticis fortibus prædictis. [o] Et alumen quidem est fortis impressionis in hoc: & si sunt calefacientes cum hoc non est iuuatiuum [p] sicut est elleborus niger mistus cum melle. Si vero est à siccitate, cura eius est cura siccitatis prædicta.

O Dio. lib. 5. c. 72.

P G. 5. de phar. cōpōne. 163. h

De alteratione coloris dentium. *Cap. 14.*

Quandoque fit illud propter alterationem coloris illius superfluitatis viscosæ, quæ sicut linimentum dentibus adhæret & facit accidere [q] †{chalegi}-super dentes. Et quandoque fit lapis in dentium radicibus cuius eradicatio est difficilis. Et quandoque fit propter materiam malam

Q† coopertorium

malam penetrantem in ſubſtantiã dentis:& alteratur in ea,& corrumpit colorem eius,conuertendo ad colorem melongiæ,& ſimilium,præter ꝙ ſit ſuper ipſum pannus. E

De cura. *Cap. 15.*

PRimo quidem curetur cum eo,quod abſtergit,& mundificat,ſicut [a] ſpuma maris,& ſal,et teſta contrita,& cinis [b] oſtracorum,& cinis radicis cannæ,& [c] ariſtol.ro.& origanum aduſtum,& ſal gemma,quæ oĩa ſint ſm̃ æquales partes:& ſi vis adde in eo oſtracum limaciarum aduſtum: [d] Aut ſumatur [e] †{abrotani aduſti,}& piperis amborum ana pars.i.amomi partes.iij.& folij.ij.& gypſi aduſti.x.partes,terantur & adminiſtretur.Et ſi fuerit ſuperflua,tunc flos ęris cum melle.Et ex eis,quæ albificant in diſpoſitione,eſt [f] tritura catini de ſceni:aut tritura vitri:aut maſacumiæ,& [g] alſumbedigi,& lapidis adamantis.Secundo vero curetur cum eo,quod reſoluit materiam,et extrahit eam,aut abſtergit eam,ſicut piper,& mentaſtrum,& coſtus,& ariſtol.ro.& aſſa fœtida permiſcetur cum abſterſiuis p̃dictis,& ſicut eſt dentifriciũ,quod diximus ante:aut hoc dentifriciũ bonũ.[h]Recipe radicis ariſtol.partẽ.i.cornu ceruini aduſti partes.ij.maſticis p̃tes.iij.olei roſ.partes.v.terantur & adminiſtretur. Aliud. [h] Recipe [i] †{abrotani,}& ſalis torrefacti & lilij oĩum ana partes.iiij.[k] †{cyperi}partes.v.ſpicæ partem.i.piperis partes.vi. Aliud. Recipe ſalis,qui tãdiu aduſtus fuerit,donec fuerit vt carbo,partes.iij.folij partes.ij.& ſpicæ partem.i.& iterum cineris oſtracorum partes.iiij.roſarum ſiccarum partes.v.cyperi partes.iij.ſummitatum ſquinanthi partem.i. F

De facilitate originis dentium. *Cap. 16.*

QVandoꝙ accidit infantibus vt dentium eorum natiuitas ſit difficilis. Et [l] q̃nꝙ cõicat ei ſolutio ventris:quare neceſſarium eſt vt cõmenſuretur cum epithematibus ſuper vẽtrem,& ſuccis ebibitis,& retentione eorum.Et eſt neceſſarium vt liniantur cum collyrijs prædictis in [m] libro vniuerſali.Et ex eis quibus ortus dentium fit facilis,eſt fricatio cum adipibus,& cerebellis,& proprie [n] cerebro leporis extracto ex capite eius poſt decoctionem:aut cum alcanna,& [o] butyro,& oleo de lilio.Et iam dictum eſt,ꝙ [p] lac caninum confert in hoc vehementer cũ proprietate ſua.Et [q] ſi dolor vehementior fiat,liniatur cum ſucco ſolatri, cum oleo roſ. calefacto.Et [r] oportet vt prohibeatur maſticatio ſuper rem,quæ habet eſſentiam tenacẽ. Immo oportet vt nutrix intromittat digitum ſuum in ore eius,tunc cum incipit dolere propter ortum dentium,& fricet gingiuam eius vehementer,vt currat ab ea humiditas ex via gingiuę.deinde fricetur cum medicinis prędictis.[s] Cumq́; dentes parumper apparent,[t] oportet vt fiat emplaſtrum capiti,& collo,& mandibulis cum lana ſubmerſa in oleo,& [s] diſtilletur etiam in aure eius oleum:& nos iam præmiſimus tale,quale eſt capitulum hoc in libro [v] primo.

De regimine eradicationis dentium. *Cap. 17.*

QVoniam quandoque aduenit ex dente doloroſo, vt non recipiat curam omnino, & fit vt quotieſcunque ſedatur nocumentum quo læditur,in proximo redeat:Amplius fit vicinitas eius reliquis dentibus nocumentum propter illud,quod ex ipſo pertranſit ad eos,& non inuenitur ad eius rectificationem ſemita,tunc cura eius eſt eradicatio.Et ipſæ quidem quandoque eradicatur cum tenalijs,poſt detectionem ab eo,quod tenetur cum radice eius. Et oportet vt attendas ante eradicationem,& conſidera an ægritudo ſit in ipſo dente.Nam ſi non fuerit,non oportebit vt eradicetur:Et non eradicetur cum cauſa fuerit in gingiua:aut fuerit in neruo, qui eſt ſub dente.Illud enim quãuis dolorem parumper alleuiet,non tamen ipſum deſtruit: immo redit. Et non quidem alleuiat ipſum, niſi propter illud, quod reſoluit ex materia tunc, & cum eo, quod peruenit ad ipſum ex medicinis.Et [x] in eradicatione illorum dentium, qui non commouẽtur, eſt timor ex nocumentis plurimis:quandoque enim detegitur à mandibula,& putrefit pars ſubſtantiæ eius,& excitat dolorem vehementem.Et quandoque excitat dolorem oculi,& febrem. Cum ergo ſciueris,quòd eradicatio eſt difficilis,aut non tolerat eam infirmus, tunc non erit rectum vt moueatur cum vehementia.Illud nanque eſt ex eis,quæ in dolore augmentum faciunt,quamuis quandoꝙ accidat,quòd ſit ægritudo non in dente,& cum commouetur, reſoluitur materia, quæ eſt ſub ipſo,& ſedatur dolor.Quandoque vero eradicatur cum medicinis: & rectius quidem eſt, vt incidatur in circuitu dentis cum phlebotomo,& adminiſtretur ſuper ipſum medicamen.Et ex H illis eſt vt ſumantur [y] cortices radicis mororum,& pyrethrum & terantur in ſole cum aceto forti donec fiat totum ſicut mel:deinde liniatur cum eo radix dentis in die tribus vicibus.[z] Aut teratur pyrethrum,et in aceto ſub ſole dimittatur quadraginta diebus:deĩde diſtilletur ſuper illud, quod inciſum eſt,& dimittatur hora vna,aut horis duabus. Et quandoque inueſtitur ſanus cera bene, deinde extrahitur:quare eradicatur: [a] aut ponitur loco pyrethri radix cucumeris aſinini:aut lenitur cum arſenico nutrito cum aceto:quoniam mollificat eam: aut [y] ſumantur ſeminis vrticæ,& galbani partes æquales:aut vrtica,& de thure duplum eius,& ponatur ſuper radicem dentis molaris,& quandoque bulitur cum folijs fici:quoniam mollificat ipſum, & eradicat ipſum cum facilitate:Et [b] fæx aceti ipſius eſt mirabilis.Et quandoque ſumantur [c] cortices mori,& cortices capparis,& arſenicum citrinum,& pyrethrum,& venæ,& radices coloquinthidæ,& [d] †{ſcebram,}& conficiantur cum aqua aluminis,aut cum aceto forti, & dimittatur tribus diebus: deinde liniantur: [e] Aut ſumantur venarum citrinarum, & corticis mori amborum ana pars.i. & arſenici citrini partes.ij.& conficiantur cum melle:et ponantur in circuitu dentis totius,quoniam eradicat eum: Aut ſumantur radices abrotani,& lactis tithymalli pars.i.radicis tithymalli partes.ij.conficiantur cum

A Dioſ.lib.5.c.83. de alcyonio.
B G.11. d ſim.ſ.
C Dioſc.lib.3.c.4.
D Raſ.5.conti.t.1. c.2.64.3.& Ser.
c.16.
E† corticum ſicca vſtorum,
F Haly.li.5.prac. c.79.
G Dioſ.lib.5.c.93. de ſmyride.
H Paul.li.3.127.
I† pumicis,
K† iunci
L Raſ.5.conti.t.1. c.2.63.4.
M 1.F.3.do.1.c.3.
N Dio.lib.2.c.
O G.10.de ſimpl. 74.d
P G.5.de phar.cõpõne ſm loc. 164.
Q Raſ.5.conti. c.2.63.3.&.4.
R Raſ.63.3.
S Raſ.63.4.
T Li.1.F.3.d.1.c.3.
V Fẽ.3.doc.1.c.3.
X Raſ.5.conti.t.1. c.2.65.1.
Y Raſ.63.4.
Z Raſ.5.conti.t.1. c.2.63.2.&.3.&
Aet.li.2.ſer.4.c.34.
A Aet.lib.2.ſer.4. c.34.& G.5.d phar. cõpõne ſm lo.164.d
B Raſ.64.4.
C Aet.lib.2.ſer.4. c.34.
D† eſula
E Raſ 63.3.

A cum melle,& ponantur super ipsum:& si dens est debilis,liquefiat cera cum melle in sole,et distilletur super ipsam oleum,& præcipiatur vt masticet eam.

De comminutione vel fractione dentis corrosi:& est sicut eradicatio sine dolore. *Cap.* 18.

A Ras.5.conti.t.1. c.2.63.4. B Ras.66.2. CONficiatur[a] farina cum lacte tithymalli,& ponatur super ipsum aliquibus horis: quoniam frangetur.Et oportet vt ponantur in ipso folia volubilis maioris acute: Et[b] adeps ranæ arboreæ est eradicatiuus & comminuens vel fractiuus:Et est rana viridis syluestris, quæ hospitatur in plantis,& arboribus,& ascendit ex arbore ad arborem.

De vermibus dentium. *Cap.* 19.

SVmuntur seminis hyusquiami albi,seminis porri amborum ana partes.iiij.seminis cepæ partes.ij.&.5.conficiantur cum adipe caprino contrito,& fiant inde pilulæ,quarum vnaquæque sit.3.i.& fiat suffumigatio ex vna pilularum cum coopertura capitis,& cum traiectorio.

De causa stridoris dentium. *Cap.* 20.

C G.cōmē.1.prognost.21.b D Fē.16.t.5.c.2. STridor[c] dentium in somno fit propter debilitatem lacertorum mandibularum: & est ex eis sicut spasmus: & accidit infantibus multoties,& remouetur quando fiunt puberes. Et quando multiplicatur stridor dentium, & sonitus eorum in somno, indicat epilepsiam, aut apoplexiam, aut spasmum :aut[d] significat vermes in ventre.Et ille,qui est ex vermibus,est habens vicis-

B situdines.

De cura. *Cap.* 21.

ET oportet vt curetur patiens illud cum mundificatione capitis,& inunctione colli ex oleis calidis odoriferis,in quibus est virtus styptica.

De dente qui elongatur. *Cap.* 22.

E G.5.de phar.cōpōne.fm lo.164.e OPortet vt sumatur digitis:aut instrumento constrictiuo: deinde[e] limetur cum lima. Postea sumantur grana lauri,& alumen,& aristolochia longa,& fricetur cum eis.

De congelatione dentium. *Cap.* 23.

F G.6.sim.43.a,& 1.de loc.af.c.6.h COngelatio est stupor quidam accidens denti.Et illud est propter causam exasperantem & est aut[f] styptica,aut pontica,aut aeris.Et quādoq; est propter illud, quod occurrit denti adueniens extrinsecus,aut faciens vomitum.Et quandoq; fit propter illud,quod eleuatur ad eos ex stomacho,cum fuerit illic humor acetosus. Et quandoq; sequitur imaginatio existimatiua, cum præsens est ille,qui masticat acetosum masticando masticatione post masticationem.

De cura. *Cap.* 24.

G Diosc.li.2.c.117. H Ser.t.2.c.16. I Ras.t.9.c.43. K[+] nux indica L Paul.li.3.117.16. M Ras.5.conti.t.3.c.2. N Ras.t.9.c.43.& 5.?.t.3.c.2. COnfert ei masticatio[g] portulacæ aut[h] seminis portulacæ contriti, & infusi cum aqua:[h] aut glutinis alimbat,aut[i] amygdalæ,aut nucis regalis:&[k] †{alnergil}propriè:aut auellana, &

C [l]oleum omphacinum fricando: aut[l] fæx olei ingrossati in vase æreo sicut mel in sole, aut super ignem:&[m] collutio oris cum lacte asinino,& oleo tepido. Aut[h] pice vasorum in quibus vinum reconditur,aut[h] grana lauri,aut[h] aristol.longa:aut assa fœtida: aut[h] lac tithymalli & squilla: Et[n] sal propterea,quia oppositus est acetositati,confert valde stupefactioni.

De ebet dentium,& cura eius. *Cap.* 25.

O Ras.5.conti.t.2.c.2.6.3. ESt vt dens non toleret aliquid frigidum,neque calidum,neque durum.Et plurimum eius est ex frigore:& est præcedens dolorem dentium.Et cum causa in hoc est frigus,administra grana lauri,& alumen,& aristolochiam longam:& vaporationem assiduam[o] cum vitello oui. Quod si cum illa non sedetur,fricetur[o] cum hierapicra.Si autem nō valet,tunc[o] cum theriaca.Et oleum sinapinum est iuuatiuum valde.Alkitran calefactum,cum eo multoties inungitur fricādo, est iuuatiuum valde.Si autem causa fuerit cōplexio calida,& est raro,significabit ipsam color gingiuæ, & tactus eius,& tactus dentium:quare oportebit vt assiduetur fricatio dentium cum oleo rosa.in quo comminuta sint camphora,et sandali.Et administrentur mucilago psyllij,cum aqua rosarum & masticatio portulacæ:aut seminis eius propriè.

De cura debilitatis dentium. *Cap.* 26.

D P Ras.5.conti.t.1.c.2.65.4. COnferunt ei styptica prædicta,& gallæ adustæ extinctæ in aceto:& grana myrti albæ: & sal gemma torrefactum,& extinctum in aceto,& alramic,& vinum stypticum, & dentifricia styptica.Dentifricium bonum.[p] Recipe cyperi drach.iij.myrobalanorum citrinorum enucleatorum drach.v.cinnami grossi drach.xv.cinnamomi drach.iij.aluminis drach.ij.pyrethri drach.vij. salis ammoniaci,piperis longi,galiæ,croci omnium ana drach.i. salis drach.v. sumac præparatorum corij drach.ij.fructus tamarisci drach.iij.cardamomi drach.iiij. zurumbet drach. xvi. balaustiæ drach.iiij.terantur omnia & aggregentur.Dentifricium bonum. Recipe sandali rubei,cubube,saufel omnium ana drach.v.cinnamomi grossi drach.v. cinnamomi drach. ij. bacham drach. iiij.conficiantur cum amylo tritici.Dentifricium ad hanc rem bonum.[q] Sumatur kiscordei, teratur,& inuoluatur melle,aut kitran paucos scemio & fiant troc.inde, & inuoluantur cum carta,& ponatur super lacertulum positum in radice furni: cumq; eius color denigratur,extrahatur,& accipiatur ex eo pars vna,& ex ruptura xyloaloes,& balaustijs,& cyperis,& cortice granati, & sale, ex omnibus ana pars.i.terantur & fiat ex eis dentifricium.Et quandoque sumuntur hordei adusti contusi partes.xx.& cyperi,& saufel,& alkarmezit omnium ana partes. iiij.& zinzib. pars. i. fiat ex eis dentifricium.

Q Ras.64.4.& 65.1.

Fen

Fen octaua de diſpoſitionibus gingiuarum,& eſt tractatus vnus. E

De ægritudinibus gingiuarum. *Cap. 1.*



Gingiuæ accidunt apoſtemata cauſa materiei deſcẽdentis ad ipſam[a] ſm plurimũ ex capite. Et qñq; eſt propter cõitatem ſtomachi. Et qñq; accidunt ei apoſtemata in initio hydropiſis,& accidẽtium malitiæ formæ propter illud, quod ad eam eleuatur ex vaporibus corruptis. Et ſignificatur genus materiei per colorem,& tactum. Et quandoq; ſunt ex eis manifeſta,recentia,velocia ad ſuſcipiendam curam:& profunda ad ſuſcipiendam curam,tarda:& quandoq; ſunt cum febre.

A G.6.de tuẽ.ſan. c.12.a

De cura. *Cap. 2.*

SI materia eſt ſuperfluitas calida, tunc adminiſtra euacuationem, & phlebotomiam alieheric. Et cura in principio cum collutionibus oris infrigidantibus:& ſit in eis ſtypticitas, ſicut eſt aqua roſ.& lac acetoſum,& aqua myrti,& aquę foliorum ſtypticorum frigidorum,& decoctio balauſtiarum,& aqua arnogloſſę,& infuſio glandium,& ſuccus portulacę:deinde poſt illud fiat oris collutio cum oleo omphacino,& oleo arboris maſticis,& oleo myrtino, in vnaquaq; vncia ponat̃ drach.iij.maſticis aut[b] oleum roſ.in quo bullita ſint ſpica,& roſæ ſiccę,& maſtix. Et[c] oleũ quidem F arboris maſticis habet virtutem vehementem in ſedando dolores apoſtematum gingiuæ:& propríe recens. Reſiſtit enim & non exaſperat:et magis proprium iuuamentũ eius eſt in diſpoſitione doloris. Deinde poſt illud adminiſtrentur,quæ ſint ſicut ſuccus ireos humidæ:facit.n. currere ſanguinem,& facit quieſcere:aut ſuccus foliorum oliuæ:aut fæx vini,aut ſuccus rutæ: aut oleum granorum viridium bullitum cum aqua ĩ qua ſint folia eius,aut cum decoctione ariſtolochiæ.[d] Si aũt apoſtema eſt calidum:& profundum,& nominatur[e] †{berules,} non reſoluitur cum medicinis: ĩmo fit purulentum:& qñq; indiget cura ferri. Et qñq; ſubſtantia eius peruenit ad creandum carnem nouam.[f] †{Cum ergo purulentum fit,adminiſtra ſuper ipſum florem æris,& gallas: aut corticem æris contritum cum aceto diebus aliquibus.&[g] †{ ſuri } aduſtum, aut gallas cum aceto.} Cum autem gingiua non ceſſat ſuppurari,& apoſtematur,& nõ ſanatur,indiget cauterio. Et[h] melius eſt vt ſumatur oleum feruens cum lana inuoluta ſuper extremitatem tentæ, & toties fiat, donec detumeſcat gingiua,& albeſcat. Si autem apoſtema fuerit ex humiditate ſuperflua,oportebit in principio vt colluatur os cum oleis calidis,& cum melle,& oleo,& rob, deinde adminiſtrentur reſolutiua fortia prædicta multoties.

B Raſ.5.conti.t.1. c.2.64.4.
C G.5.de phar.cõpõne ſm loc.c.9.b
D Paul.lib.3.c.26. 126.38.
E† parulis,
F† Paul. Qm̃ igit reprimi debet,nũdum eſt,ęrugine rſa priuatum, vel cũ pari galla, vel ſori cõbuſto,vel alumine quolibet priuato,vel galla per ſe, vel ſquama æris cũ dieb⁹ ſat multis leuigata deſiccataq;.

De gingiua ſanguinea,& cura eius. *Cap. 3.*

COnfert ei alumen aduſtum extinctum cum aceto,cum duplo ipſius ex ſale, & cum ſuri tanto quantum ipſum eſt,& medietas eius,ſparſum ſuper eã:& etiam adurantur[i] †{altharich} ſalita vſquequo fiant ſicut carbo,& ſumatur ex cinere eorum pars.i. & ex roſis ſiccis partes.ij.& iterum ſumantur myrti & lentium aduſtarum amborum ana pars.i.ſumac, & ſuri amborum ana partes.ij.florum ſquinanthi partes.iij.& commiſceantur,& adminiſtrentur. G

G† ſory
H G.5.de phar.cõpõne ſm loc. 164.g
I† ſpecies piſcis parui

De fiſſuris gingiuarum. *Cap. 4.*

CVrritur in cura eorum curſu fiſſurarum labij.

De vlceribus gingiuæ,& corroſiones eius,& fiſtulis eius. *Cap. 5.*

VLcera gingiuæ alia ſunt pura,et alia ſunt incipiẽtia putrefieri:et alia ſunt incipiẽtia corrodi.

De cura. *Cap. 6.*

PVrorum quidem cura:cura eſt alcola. Ea vero,quæ putrefieri incipiunt oportet vt curentur, cum eis,quæ ſunt,ſicut[k] †{alabel,ſeu abel}& tribuli. Si ergo iuuant,erit bonum: & ſi non,[l] ſumatur gallarum pars.i.& myrrhæ pars.5.[m] †{ }aggregentur[n] †{cũ oleo roſ.} & adminiſtrentur. Et ex ſpeciebus quidem collutionum oris iuuatiuis,eſt collutio[l] oris cum aceto ſquilliico. Et[l] collutio oris cum lacte aſinino. Et collutio oris cum decoctione foliorum oliuę, & decoctione roſarum,& lentium,& gallarum,& capitum roſarum, & granatorum. Corroſiua autem ſi ſunt profunda,in ipſa oportet vt curentur cum calcadicon proprio eis[o] dicto in antidotario,& ſimiliter fiſtulæ:deinde ſpargantur ſuper ea medicinæ ſtypticæ. Et ex eis,quæ ſunt experta,eſt hoc. Recipe tribulorum,fructus tamariſci,pyrethri oĩum ana.ʒ.iij.memiran.ʒ.i.myrobal.citrinorum,roſarum ſiccarum amborum ana.ʒ.ij.fabarum,& ſalis ammoniaci,& cubebe, & ſpumæ maris,omnium ana.ʒ.5.balauſtiarum,& croci amborum ana.ʒ.i.camphoræ quartam.ʒ.i.fiat ex eis dentifricium:& etiam dentifricia in quibus recipiuntur ariſtolochia,& colcotar, & ſcoriæ, & arſenica. In medijs autem ſumantur pyrethi,& radicis lilij amborum ana pars.i.ſumac, & gallarũ non perforatarum,& balauſtiarum,& aluminis omnium ana.ʒ.ij.terantur,& fiat ex eis dentifricium, & adminiſtretur ſuper mediocriter corroſum,& fiſtuloſum. Et ſimiliter ex balauſtijs, & ſquama ferri puluerizetur gingiua,& retineantur in ea. Deinde colluatur os cum aceto ſquillitico,aut aceto in quo decocta ſunt folia oliuæ,& etiam adminiſtrentur philonium in loco corroſo: qm̃ eſt bonum. Aut diacalamenthum,& confectiones prohibentes putrefactionem,reſoluẽtes illud, quod prouenit ex ea. Et ex eis eſt confectio de harmel. Si autem nõ valent, tunc neceſſarium eſt alcadicon. Et ex eis,quæ approximant ei etiam,eſt vt[p] ſumantur aluminis,& calcis,et gallarum,& duorum arſenicorum partes æquales,accipiatur ex eo danic.i.poſt contritionem vehementem,& fiat cum

K† ſabina
L Pau.li.3.127.24.
M† roſarum flores drach.viij.
N† ———
H O Lib.5.ſũ.1.t.11 c.7.
P Raſ.lib. diuiſ. c. 46.

A cum eo fricatio fricando bene:deinde expectetur super eā vna hora:postea colluatur os cum oleo rof.& qñq; ponitur in ipso acatia:& est conueniens vt fiant ex eo trochisci,& desiccentur et reseruent ad necessitatem.Et qñq; sufficiunt duo arsenica,& calx,& acatia,& fiunt inde troc.Et quandoq; confert cauterium prædictum.Et est ex eis,quæ deijciunt corrosionem, & faciunt nasci carnem sanam.Deinde administretur dentifricium ex gallis cum tertia parte myrrhę:creat enim carnem,& constringit gingiuam.Et phlebotomia [a] †{alieheric} confert in eis.

A † venæ labiorũ interioris

B 30.Fen.6.

De fœtore gingiuæ & cura eius. Cap. 7.

CVra eius prædicta est in [b] capitulo de fœtore oris.

De diminutione carnis gingiuæ & cura. Cap. 8.

C Ras.5. cont.t.1. c.2.643.

SVmantur [c] thuris masculi,& aristolochiæ ro.& sanguinis draconis,& farinæ herbi, & radicis lilij partes æquales,& conficiantur post contritionem cum melle,& aceto squillitico, & administrentur fricando.Et [c] qñq; sumuntur farinæ herbi.ʒ.x.cõficiantur cum melle, & fiant inde trochisci,& ponantur super lacertulum aut testam positum in inferiori parte furni, donec perueniat ad hoc,vt conteratur,& existimetur,q; aduratur,& cum aduritur conteratur,et proijciantur super ipsum sanguinis draconis.ʒ.iiij.& thuris masculi quantum ipsum, & aristolochia ro.& ireos amborum ana.ʒ.ij.& fiat secundum modum prædictum.

B *De cura mollificationis gingiuæ.* Cap. 9.

SI quidem fuerit parua,tunc sufficient in ea collutio oris cum aqua, in qua decocta sunt styptica,calida vel frigida fm complexionem.Et ex eis,quæ sunt vehementis iuuamenti in hoc, est alumen decoctum cum aceto.Si autem fuerit plurima,tunc rectius erit in ea, vt scarificetur, & dimittatur sanguis currere,& exprimatur,quod egreditur ex eo:deīde colluatur os post ipsum cum decoctione stypticorum,fm modum prædictum in eis,quæ preterita sunt.Et ex eis,quæ sunt conuenientia ad illud ex decoctionibus,est vt sumantur fructus tamarisci.ʒ.iij.& foliorum alcannæ ʒ.ij.aristolochiæ.ʒ.ij.tepefiant,& administrentur.Aut sumantur balaustiarum,& corticis granatorum ana.vi.partes,& tereniabin,& aluminis iameni ana.iij. partes, & rosarum , & sumac albagadedi ana.viij.partes,& spicæ aromaticæ,& florum squinanti ana partes.x. fiat ex eis linimentum, & quod adhæreat.Et phlebotomia [d] †{alieheric}confert ei. Confectio linimenti cõuenientis ad illud,quod administratur post collutionem oris.Recipe rosarum cum capitibus suis, piperis ana partes.vij.corticis glandium,balaustiarum,granorum myrti viridium ana. iiij. partes siliquarum nabati,sumac mundati [e] †{armach vel armal}.v.partes:aut loco armach vel armal myrti.viij.partes.Et quandoq; confert tangere palatum cum hiera minori,& colluere os ex ea cum aceto squillitico,& administratio alsuffuf fortium.

D † venæ labiorũ interioris

E † ligni odoriferi similis cinamomo

C *De cura carnis additæ gingiuæ.* Cap. 10.

POnatur in ea calcanthum & myrrha,quoniam purgant eam.

De labijs,& ægritudinibus eorum. Cap. 11.

DVo labia creata sunt ad cooperiendum os,& dentes,& ad decorem, & ad retinendum saliuam,& ad adiuuandum in hominibus,ad loquendum. Et creata sunt ex carne, & neruis, quæ sunt partes lacertorum,qui continent ea.

De fissuris labiorum. Cap. 12.

MEdicinæ quidem quibus indigent in curatione fissurarum,sunt illæ,quæ ad exiccationem, & stypticitatem aggregant lenificationem.

De cura. Cap. 13.

MEdicinæ conferẽtes ad illud:& ex illis est dragaganthum,qñ tenetur in ore,& cõmouetur lingua.Et ex regimine iuuante in ipsa,est [f] inunctio suminis:& ani:& vt liniatur super eas spuma proueniẽs ex fricatione frusti cucumeris longi dicti cheta super aliud frustum, aut liniatur super eas aqua seuestē:aut aqua hordei:aut mucilago psyllij.Et ex pinguedinibus sunt butyrum, & medulla,& adipes vitulorũ,& [g] anserum cum melle, aut oleum [h] †{alhab alchadara} aut oleũ rosa.& in quo sunt albumen oui,& farina,& proprie farina herbi & ceratum : cum oleo rosato & D qñq; ponitur in ipso merdasengi.Et ex medicinis expertis est illud: quod Recipe gallas contritas cum cerussa plumbi,amylum,& dragaganthum cum adipe gallinæ.[i] †{Et etiam gallæ contritæ cum aceto,& etiam mastix,& gummi albotin,& hyssopus,& mel fiat ex eis vnguentum.} Et iterum merdasengi,& [k] †{dehenegi,}& [l] †{sadenegi,}& venarum curcumæ omnium ana partẽ.5. vngulæ caprinæ adustæ,croci amborũ ana partes.iij.camphoræ.vi.partis aggrega cũ.vi. partibus ceræ &.xv.partibus olei rof.& etiā ambra soluta cũ oleo balsamino : aut olei de ben, aut olei de citro.iiij.pars sumať,& administreť in ipsis ceratũ:& sint cibi eius pedes:& extrema,et oua sorbilia.

F Ras.36. cõti.t.2. c.12.509.1.

G Diosc.lib.2.c.68.

H † grani viridis

I † Aeti.lib. 2. sermo.4.c.18. Aut gallam omphacitẽ tritā, terebinthina,aut cesipo liquido,aut melle excipe & impone.

K † lapis viridis,

L † hæmatites,

De apostemate labiorum,& vlcere eorum. Cap. 14.

OPortet vt incipiatur in eis cum euacuatione humoris dominantis : deinde administrentur medicinæ locales.Apostemata vero sunt proximæ positionis ex iudicio apostematum gingiuæ:& cura fortior parumper est magis necessaria.Medicinæ vero locales ad vlcera assumuntur ex stypticis,sicut myrobal.& lycio,& semine rosæ, & nuce cupressi, & radicibus curcumæ. Et quādoq; ponuntur in eis [m]†{dehenegi,}& vngulæ caprinæ adustæ,& ordei adusti,& fumus aggregatus,& vsneę. Olea autem, quæ administrantur in eis sunt, sicut oleum de chrysomelis : & oleum de nuce indica.

M † lapis viridis,

De hæmor-

De hæmorrhoidibus labiorum. *Cap.* 15. E

SI autem in eis sunt hæmorrhoides:tunc ex eis,quæ conferunt eis,sunt squamę ferri,& merdasengi,& cerussa,& crocus,& alumen secundũ partes æquales sumpta,ex quibus fiat vnguentum cum cera,& oleo nucis indicæ aut oleo amygdalarum.

De tremore labiorum. *Cap.* 16.

PLurimum [a] accidit cum communitate oris stomachi,& proprie quando in ea est nausea, aut mouetur quasi ad expellendum aliquid cum vomitu:& proprie in ægritudinibus acutis:& horis crisis:& quandoque est cum communitate neruorum aduenientium ad ea à cerebro,& nucha cum communitate quam cerebrum habet cum eis.

Fen nona de dispositionibus gutturis. & est tractatus vnus.

De anatomia gutturis.i.Faucium. *Cap.* 1.



Er [b]†{guttur}intelligimus spatiũ,in quo sunt meatus anhelitus et cibi.Et de eo sunt additio,quæ sunt vua,& amygdalæ,& galsamac.Et tu quidem iam [c] sciuisti anatomiã meri,& anatomiam [d] epiglottis. Vua vero est substantia carnosa pendens super supremam partem epiglottis,sicut velamen. Et [e] eius quidem iuuamẽtum,est gradatio aeris,ne percutiat suo frigore pulmonem subito:& vt prohibeat puluerem,& fumum:& [f] vt sit percutiens vocem,qua confortetur,& magnificetur,quasi ipsa sit porta custodiens super exitum vocis quantitate sua,& [g] propter hoc nocet eius incisio voci,& præparat pulmonem ad recipiendum frigus,et nocumentum eius,& tussim ab eo.Duæ vero amygdalæ sunt duæ carnes natæ in radice linguæ tendentes ad superiora,ac si ipsæ sint.ij.auriculæ paruæ:& sunt carnosæ,neruosæ,sicut duæ glandulæ,vt sint fortiores:& ambæ sunt ex modo suo,sicut duæ radices duarum aurium,& iter seu via ad meri est inter eas ambas quarum ambarum iuuamentum est,vt adunent seu congregent aerem apud caput cãnæ,sicut arca:seu sicut repositorium & vt non expellatur aer totus apud aspiratione cordis. [h]†{Algalsamac}vero est caro panniculosa annexa palato,sub vua pendẽs,cooperiens caput cannæ.Et supra galsamac est alfaic,& [i] est os habens quatuor latera, duo superius, & duo inferius. Cannæ vero meri anatomiam dicemus [k] posterius. F

De ægritudinibus membrorum gutturis. *Cap.* 2.

QVandoq; accidunt in vnoquoq; istorum ægritudines complexionis, & apostemata, & resolutio singularis.

De cibo quo fit strangulatio,& similiter quæ currunt cursu eius. *Cap.* 3. G

QVando aliquid figitur magnitudinem habens,oportet vt incipiatur & [l] percutiatur collũ, & quod est inter vtrasq; spatulas,adhibendo percussionem post percussionem. Si autem non sufficit, adiuuetur vomitu:& quandoque est in hoc timor.

De spinis & quæ cursu eius procedunt. *Cap.* 4.

IN spinis quidem,& frustis ligni,& ossis,& quæ sunt illis similia,[m] oportet vt consideret̃ tunc,si sensus cõprehenderit ea, cũ pẽna,aut cũ vncino ex [n]†{caizaran:}aut [o] chorda arcus dupla vel plicata recipiẽte ipsam tũc remoueat̃ cũ ea,aut extrahatur:& si est instrm̃ extrahens spinã recipiẽs eam,tunc rectior est eius attractio,ſm̃ q; narrabo.Si aũt sensus deficit,tunc oportet vt post ipsa sorbeantur sorbitiones lubricatiuę.Si aũt non valent,excitentur singultus,& [p] vomitus cũ digitis,& cum penna & medicamine.Et ex eis,quæ experta sunt,est vt bibat oĩ die.3.i.nasturtij cõtriti cum aqua calida,et euomat:ipsum.n.expellit,quod retinetur.Et melius quidem est vt euomat post cibum suũ cum aqua.Et qñq; ligatur [q] filus fortiter cum [r]†{carne} aliqualiter incisa & deglutitur: deinde extrahitur,& egreditur,quod retentũ est.Et similiter ficus siccæ ligatæ cum filo,[s] qñ paulatim masticantur,& deinde degluti untur.Et qñ fit [s] gargarismus cum rob vuæ, in quo decoctæ sunt ficus siccę:tunc quod infixum est,mouetur à loco suo.Et qñq; exterius apponitur emplastrũ gutturi,in quo sunt maturatio,& apertio subtilis,vt aperiatur locus,& egrediat̃ spina,& quæ cursu eius procedunt per se.Et [p] sil'e huic est emplastrũ factũ ex farina hordei cũ oleo,& aqua tepida. H

De sanguisugis in gutture. *Cap.* 5.

QVandoq; cõtingit [t] vt sint quædam aquæ habentes sanguisugas paruas,occultas: quarum occultatio difficile facit cauere ab eis,quare degluti ũtur.Et qñq; pendet in manifesto gutturis:& qñq; suspẽditur in interiore parte meri:& qñq; peruenit ad stomachum. Et qñq; est parua,& aspiciens nõ videt suspensionem eius:cum autem pertransit super illud hora, de qua curatur,& sugit ex sanguine quantitatem magnam,crescit corpus eius,& apparet quantitas.

De signis. *Cap.* 6.

ACcidit ei in quo suspenditur sanguisuga,tristitia,& angustia,& sputum sanguinis. Cum ergo vides sanum [v] spuentem sanguinem,subtilem aliquibus vicibus, tunc considera dispositionem gutturis eius,fortasse enim in ipso est sanguisuga.

De cura. *Cap.* 7.

QVandoq; curatur illa,quæ visu comprehẽditur curatione acceptionis, & ablationis, ſm̃ q; narrabimus.Et qñq; curatur cũ medicinis gargarismatũ,si fuerit prope guttur, & vaporũ.

Et ex

A Ga.ↄmẽ.1.in porrhe. Hip.3. & ↄmẽ.3.pgn.

B G.li.4.lo.af.c.3 fol.24.e,&.3.prognost.16.a, fauces

C Fẽ.13.t.1.c.1.& li.1.F.1.doc.5.sũ.1.c.1.

D Fẽ.10.t.1.c.1.& Lib.1.Fẽ.1.doct.5.sũ.2.c.11.

E G.lib.11.de v.p. c.11.d.e

F Fẽ.10.t.1.c.1

G Gal.lib. de c. morb.c.8.b

H† G.li.7.de v.p. c.16.h.a, Lingua

I Ga.lib.7.de v.p. c.19.d.e

K Fen.13.t.1.c.1.

L Haly.li.6.pract. c.3.

M Aeti.li.2.ser.2. c.50.& Paul.lib.6. c.32.

N† ligno polito:

O Raf.7.con.t. c.2.76.3.

P Paul.lib.6.c.32.

Q Paul.&Ga.lib. secret.97.h,&Aet.

R† vel spongia

S Halya.& Rasi. ↄti.t.2.c.2.76.4.

T Aet.lib.4.ser.1. c.56.

V G.4.lo.aff.c.5.a

A Raſ.t.9. c. 48.
B Paul.li.5.c.37.& Raſ.t.9.c.48.
C Ga.11.ſim.82.c, & Haly.6.pra.c.3.
D Dioſ.lib.2.c.32.
E † lectulariorum
F Lib 2. c. 277. & Dioſ.ibidem.
G Raſ.7.cont.t.2. c.2.76.3.
H Raſ.76.3.4.
I Raſ.76.4.
K † cha cite
L Raſ.7.conti.t.2. c.2.76. 3. in paucis differt.
M † myrrhæ, cormecitri,filicis,ypoquitidos

A Et ex eis ſunt quædam cum caputpurgijs ſi fuerit decliuis ad naſum, & cum eis, quæ vomitu, & ventris & ſolutione, & quæ [a] educunt vermes, & quę eis ſunt ſimilia ſi fuerit ſtans in profundo, et in ſtomacho. Et quandoq; ingeniatur aliud ingenium ei, vt [b] ſubmergat ſe homo in aqua calida: aut moretur in balneo calido: & proprie poſt allia, quæ aſſumpſit. Deinde non ſit deſinens indeſinēter aquam frigidam infrigidatam in ore ſuo aſſumere hora poſt horam donec dimittat ſanguiſuga locum in quo ſuſpenſa eſt, fugiens à calore, & declinans ad partem frigoris. Si autem neceſſarium fuerit vt ipſe expectet ſm illum calorem, vſquequo timeat ſyncopin, expectet ſuper illud: eſt enim regimen valde bonum in extrahendo ipſam. Et multoties quidē confert in ea, vt ſit [c] contentus comeſtione alliorum, & mora in ſole, tenendo os apertum, coram aqua frigida infrigidata. Et [d] quidam homines ſunt, qui in potu tribuunt habenti ſanguiſugam, alfeſafes, et exiſtimo, quòd ſint ſpecies cimicum [e] † {rubeorum ſanguineorum} ſimilium charad debiles habentium cutes, quos forſitan deſtruit tactus. Et ſi fuerint faciles, [f] dentur in potu cum aceto, & vino. Aut ſuffumigetur ex eis guttur cum traiectorio. & fortaſſe ipſi ſunt, qui nominantur in terra noſtra alanagiel. Et [g] acetum ſolum cum ſorbetur quandoq; extrahit eam ex gutture, & proprie cum ſale. Ex gargariſmis vero eſt gargariſma, quod fit cum aceto & aſſa fœtida ſolum, & [g] gargariſma de ſinapi cū duplo ſui de baurac: aut ſinapi cum æqualitate ſui de ſale ammoniaco: aut gargariſma cum ſceha B cum medietate ipſius de ſulfure, [g] aut abſinthij cum ęqualitate ſui de nigella: aut cum aceto vini in quo decocta ſunt allia & ſceha, & lupini, & coloquinthida, & ſirachs, aut aceto vini ſm quantitatē duarum vnciarum in quo ponuntur baurac. ʒ.ij. & ſalis ammoniaci. ʒ.i. & alliorum duo dentes. Et [h] gargariſmati quidem cum ſucco foliorum ſalicis ineſt proprietas in extrahendo ipſam. & ſimiliter [i] gargariſmati ex aceto cū aſſa fœtida. aut [k] † {alchalchotar} & aqua. Cum autem iam peruenerit in ſtomacho, oportebit vt in potu ſumat de hoc medicamine. [l] Recipe ſceha, abrotani, abſinthij, nigellæ, lupinorum, coſti, [m] † {brengi kebuli ſirachs} omnium ana pondus. ʒ.ij. cum aceto commiſto: & etiam cibetur habens eam allijs, & cepis, & porris, et calamētho fluuiali humido, aut ſinapi cōdito, & omni calido acuto: deinde euomat poſtea, ſi facilis fuerit ei vomitus. ſi autem fuerit non facilis, tunc res ſalitę acutę. Et [g] cum eius ſuſpenſio fuerit in naſo, & diligitur eius caſus, fiat caputpurgium cum aceto, & nigella, & ſucco cucumeris aſinini, & elleboro. Cumq; acciderit vt abſcindatur, tunc ſibi caueat ille in quo fuit, à clamore & loquela. Si autem currat ſanguis, aut euomat ipſum, vel ſolutione educat eum, curetur totum cum eo, quod ſcies in capitulo ſuo. Et hermodactyli quidem habent proprietatem expellendi illud. [g] Modus autem quo accipitur cum inſtrumento chirugico eſt, vt ſtet ille, qui deglutiuit ſanguiſugam in ſole, & aperiat os ſuum, & prematur lingua eius ad inferiora cum extremitate inſtrumenti chirurgici, quod eſt ſicut cochlearium: C cumq; videtur ſanguiſuga, ponatur inſtrumentum chirurgicum in radice colli eius, vt non incidatur: & hoc quidem inſtrumentum eſt inſtrumentum, quo remouentur hęmorrhoides. ſ. ex naſo.

De ſuffocationibus & aldebha. i. Angina. Cap. 8.

N Lib.4. F.6.t.2. c.22.
O Ga.4.loc.affec. c.3.:
P Gal.ibidem. h
Q Ga.4.loc.affec. c.3.fo.24. c. f

PRæfocatio eſt prohibitio penetrationis anhelitus ad pulmonem & cor, & eſt res accidens ex cauſis plurimis, ſicut potu medicinarum præfocatiuarum, & medicinarum venenoſarum, & [m] ſicut congelatione ſanguinis in quibuſdam viſceribus. Illa autem de qua nunc loquemur eſt illa, quæ eſt propter cauſam accidentem in ipſo inſtrumento anhelitus ex propinquo epiglotti ex apoſtemate, aut coopertura, aut defectu virtutis à motione inſtrumenti attractionis aeris. Et tu quidem ſcis, ꝙ apoſtema oppilat meatus vicini ſui. Et ꝙ coarctatio membri vicini oppilat meatus vicini ſui. Et ſcis, quòd lacertus mouens membra motu attrahendi aerem ad ea, & eſt lacertus epiglottis, quemadmodum dicturi ſumus in capitulo anhelitus, cum deficit à motione ſua, & operatione ſua propter ſiccitatem dominantem ſuper hunc lacertum, qui eſt in anteriore parte epiglottis, & quæ ſequuntur ipſam, aut propter mollificationem, aut propter ſpaſmum, aut propter nocumentum aliud, non eſt poſſibile animali vt anhelet, quāuis meatus non ſit oppilatus. Coopertura autem propter coarctationem vicini, quandoq; accidit propter remotionem ſpondylium, quæ ſunt in initio colli ad interiora, cauſa percuſſionis, aut caſus: & nō habet curationem: aut pro D pter apoſtema in lacerto ſpondylium, & ligamentis earum, aut in lacerto meri, & ligamentis eius cum cōmunitate: & propter aliquam cauſarum, quæ trahit eas ad interiora: aut propter ſpaſmum, qui accidit in eis etiam trahendo eas ad interiora. Et deterior eis eſt ſicca: aut propter aliud nocumentum neruorum præparās ad illud. Et [o] illud quidem plurimum accidit infantibus propter lenitatem ligamentorum eorum. [p] Quæ autem eſt maioris timoris, eſt illa, quæ eſt in ſpondyli ſecunda, & quæ ſunt ſupra ipſam: & quæ eſt ſub illa, eſt magis ſalua. Et fortior ea, eſt illa, quę eſt in ſpondyli prima. Ipſa enim eſt fortior, & acutior, & ex capitulo vicinitatis eſt illa, quæ eſt cauſa vermiū, & iam dicemus in capitulo difficultatis transglutiendi. [q] Diuiſio autem apoſtematis ſecundum membra apoſtemoſa, eſt quadripartita. Aut. n. erit apoſtema ī lacertis extrinſecis ab epiglotti, decliuibus ad anteriora, & inferiora, ita vt ſit apoſtema apparēs, & appareat eius rubedo in anteriore parte colli, aut pectoris, aut thoracis, aut in lacertis extrinſecis ab ea. Sed in illis, quæ ſunt ad poſteriora, & lacertis meri, ita vt ſint apoſtema, & rubedo eius, & color ipſius apparētia intus in ore, & quandoq; peruenit ad ſpondyles, & nucham cum cōitate: aut erit in lacertis intrinſecis meri, & quæ ſequuntur ipſum, & ſtringit anhelitum propter vicinitatem, & non apparet ſenſui: aut erit in lacertis intrinſecis in epiglotti, & in panniculo veſtiente eam: & eſt deterius quatuor: & ipſum

non apparet sensui etiam:& aliqñ aggregatur ex istis apostematibus numerus duorũ aut trium. E
Causa vero horum apostematum qñq; est causa aliorum apostematum. Et qñq; est propter quosdam cibos, qui sunt proprij in faciendo cõtingere ista apostemata, sicut [a] est andacocha: & dicitur, A Lib.2.t.1.c.34. & Ras.7.conti.t.2. c.1.73.3.
ꝙ eius theriaca est lactuca & endiuia. Et [b] quãdoq; nõ est causa repletionis in toto corpore: immo B Ras.7.conti.t.2. c.1.73.3.
est corpus mundum, & neq; superabũdat superfluitas nisi in membris vicinis membris gutturis,
& facit euenire apostema. Et iam diuiditur hoc apostema, & dicitur, ꝙ aliud est apparẽs sensui exterius, & aliud est apparens sensui: qñ aspicitur interior pars gutturis interius. Et aliud est, quod non est apparens sensui: & aliud est in meri: & aliud est intus in epiglotti, & non conspicitur illud nisi cum casu linguæ, post apertionem oris cum fortitudine, cum compressione linguæ ad inferiora. Et hæc quidem apostemata qñq; accidunt ex sanguine: & quãdoq; [c] est cholera rubea: et quandoq; accidunt ex [c] phlegmate: & plurimum præfocationis eius est cum coopertura lacerti mollificati. Et phlegmatica quidem est incolumis: & eius sanatio est velox & facilis: & [d] quandoq; prolongatur .xl. diebus. Et [e] phlegmatica quidem alia est, cuius generatio est ex phlegmate viscoso, grosso, frigido. Et alia est, cuius gñatio est ex phlegmate subtili calido, & cum huiusmodi phlegma descendit à capite: & ipsum quidem nõ descendit nisi ex capite ẜm plurimũ rei, tunc possibile est vt descẽdat ad lacertos inferiores gutturis. & illa, quæ est ex phlegmate grosso, est in lacertis superioribus epiglotti propter grauitatem suam: & paucitatem penetrationis suę: Et raro quidem accidit ex melancholia. Et [f] dicunt quidam, ꝙ non accidit oĩno, qm̃ melancholię minoratur effusio ab aliquo membro ad aliud mẽbrorum subito. Verũ non elongatur cum raritate illius, quin accidat subito, aut paulatim: deinde præfocet. Et [g] qñq; permutatur ex apostemate calido, & ẜm oẽm dispositionẽ est mala. Et oẽ apostema pręfocatiuũ aut ĩterficit, aut permutatur materia eius, aut collectionem facit & suppuratur. Et qñq; apostemantur interius cannæ: sed non peruenit ad hoc vt præfocet. Et præfocatiuum malum faciens necessarium, vt sit assiduatio apertionis oris, & proiectionis linguæ, [h] nominatur caninum: qñq;.n. dicitur illud de facto in lacerto ĩtrinseco in epiglotti: & qñq; de eo, quod accidit in duabus speciebus lacerti simul: & quandoq; de illo, quod accidit ex remotione spondylium. Et [i] qñq; permutatur synantia ad peripneumoniam, qñ expellitur materia ad pulmonem. Et [k] qñq; permutatur ad spasmum cum expellitur materia ad neruos. Et quãdoq; permutatur ad partem cordis, & interficit. Et qñq; ad stomachũ effunditur. Et omnis synanticus, qui moritur spasmatur in primis. Et præfocatio quidem canina quandoq; interficit inter primum diem & quartum. Et quandoq; multiplicantur synances, & earum [l] similia in vere hyemali. Cum ergo pręfocatio fortior fit [m] anhelitus cum naribus & auxiliatur in eo cum motu alrauthę, & fit necessarium multoties mouere pectus cum collo velociter & frequenter, si adiuuerit virtus, & non fuerit in anhelitu eorum exsufflatio. Et quandoq; accidit præfocatio in febribus conclusis. Et quandoq; prtendit in eis variolas. Et similiter dolor gutturis in eis quãuis non sit præfocatiuus. Et accidentia pręfocationis in acutis febribus sunt mala valde: quoniam in eis est necessitas anhelitus vehemens. Et [n] quando accidit in die crisis, est timorosum & perniciosum. Nam crisis cum apostematibus præfocatiuis, est perniciosa proculdubio.

C Ga.3.aphor.22.
D Cap.9.& Ras. 74.2.
E G.4.de vict.ra. nc.30.h
F
F Ras.73.3.&.74. 4.&.3.
G Cap.9.& Ras. 73.2.
H Haly.9.then. c.18.
I Ga.5.apho.10.& de pulf. ad tyr. fol. 46.b
K Gal. de pulf. ad tyr. fo.46.b
L G.3.apho.20.
M Gal.pmẽ.2. de morb.vul. fo.136.a
G
N Ras.73.4.

De signis. *Cap. 9.*

Accidentia communia omnibus speciebus præfocationum, est constrictio anhelitus: & ꝙ os remanet apertum: & difficultas deglutiendi ita, vt qñq; perueniat patiens ad hoc, vt bibat aquã, & egrediatur ex naribus eius: & exitus amborũ oculorum, & egressio linguæ in ea, quæ vehemẽs est, cum debilitate motus eius. Et qñq; peruenit illud plurimum ad hoc vt sit loquela eius speciei, quæ dicitur, ꝙ ille loquitur cum naribus, & est vere econtrario eius. Ille enim, qui ad hoc comparatur in consuetudine hominum vere est habens nares oppilatas. et ipse ẜm veritatem non loquitur ex naribus. Dolor aũt non fit fortis in phlegmatica, & dura, & fit fortis in calida. Cũ ergo vehementior fit dolor: tunc qñq; inflatur collum totum, & facies, & egreditur lingua. & magis incolumis decollatio est illa, cum qua anhelitus non fit difficilis. Et pulsus quidem habentium præfocationem in principio sui, est frequens, diuersus, deinde fit paruus, rarus. Et cõicat omne apostemosum in hoc. quod sentitur aut cũ visu, aut cum tactu. ita vt sentiantur mẽbra meri, & epiglottis H
dura & extensiua: & sit habens eam, quasi desideret vomere. Et in illa, quæ fit ex remotione spondyliũ est attractio colli ad interiora: & depressio seu concauitas in loco vbi remouẽtur spondyles: & qñ tangitur dolet: et si iacet super collum suum, non descendit aliquid, quod ipse deglutiat omnino. Et differentia quidem inter constrictionẽ anhelitus factam causa decollationis & factã causa peripneumoniæ est, qm̃ illa, quæ est in peripneumonia, nõ præfocat subito: sed hæc subito qñq; præfocat. Et [o] differentia inter apostema in epiglotti, & apostema meri, est qm̃ cũ deglutire est possibile, et anhelitus est ꝓhibitus, tũc apostema est in epiglotti: aut si est ecõuerso, tũc apostema est in meri. Et qñq; magnificatur epiglottale adeo donec prohibeat deglutionẽ. Et qñq; magnificatur meriale adeo, ꝙ prohibeat anhelitum. Et non cõstringit anhelitũ aliquod apostematum meri, nisi quod est in supremo eius: quod vero est sub hoc, nõ prohibet anhelitũ, quãuis difficilis fiat, & constringatur: qm̃ non peruenit ad hoc, vt comprimat cannam, & extremitatem eius: & vt non ingrediatur in eam aer oĩno. [p] Cumq; apostema est in meri & in lacertis intrinsecis, non manifestatur sensui, quãuis deprimatur lingua à palato depressione vehementi. Et differentia inter apostema malũ, quod non sanaẽ, & apostema, quod nõ est cum illa malitia, imo est in postremo lacerti meri: quãuis

O Ras.74.1.&.3.
P Ras.74.1.

A quãuis non videatur est,qm̃ videtur,ꝙ cum eo non constringatur anhelitus,nisi cum est deglutitio.Et[a] illud est malum,quod est intus in epiglotti, & non apparet sensui exterius ex eo aliquid, neqꝫ interius cum inspicitur eius guttur:sed est profundum.Deinde illud,quod non videtur interius,& videtur exterius.Præfocatio aũt mala festinat ad prohibendum anhelitum. Et[a] qñ resupinatur patiens eam,prohibet̃ anhelitus oĩo.Et qñ non resupinatur,anhelitus fit difficilis.Et[a] ipse etiã assidue extendit collum ingeniãdo ad anhelandum:& inquietudinẽ patitur, & diligit erecte stare extendẽdo collum & partes pectoris pro præparatione sui anhelitus,& nõ potest iacere.[b] Et qñ peruenit constrictio anhelitus,& necessitas extrahendi vaporem fumosum ad hoc, vt educat virtus,quæ efficit anhelitum,humiditates ad exteriora in [c] anhelitu,& apparet spuma, tunc nõ est spes in ipso,& non oportet vt curetur.Cum tamen qñqꝫ accidat vt præfocatus spumet aliqñ: dein de sanetur:& illud est cum illic fuerit fortitudo & appetitus nutrimenti.Cum autem facies eius fit viridis,& denigrantur sinus oculorum ipsius, tunc ipse moritur. & similiter quando minoratur pulsus,& infrigidantur extrema,& ingrossatur lingua & fit nigra est ex signis malis. Et [d] quando est cum præfocationibus malis febris vehemens,tunc mors festinat:quoniam feb. facit ægrum indigere anhelitu magno:Et [e] iam dictum est in signis mortis velocis,ꝙ si quis præfocationem patitur,& alteratur color partis posterioris colli à rubedine sua consueta ad albedinem, aut ad viridi-B tatem,& sudant ascellæ,& inguina eius sudore frigido,tunc ipse moritur in vno duorum dierum. Signa vero spei sunt,si permutatur [f] rubedo ad exteriora: multoties enim aperiunt tunc oculos suos,& sanantur.Et [g] similiter quando alterantur eorum anhelitus,& incipiunt anhelare anhelitu breui.Et illud ideo,quoniam ipsi in dispositione vehementiæ festinant ad anhelitum longum, vt ipsum paulatim intrare faciant.Cum autem abbreuiatur,tunc iam remouetur causa pręparans ad longitudinem,& redeunt membra ad dispositionem naturalem. Et [g] similiter quando accidit apostema in latere opposito,speratur cum eo resolutio aliqua.Signa autem permutationis synantiæ sunt,vt videantur in apostemate detumitio,et resolutio absqꝫ apertione ad exteriora,cum mollificatione sua. Deinde oportet vt consideretur [h] pulsus: nam si sit vndosus magnus, & accidat cum eo tussis,tunc ipsa permutatur ad peripneumoniam.[h] Si vero pulsus est spasmosus,tunc ipsa permutatur ad spasmum. Et si debilitatur pulsus valde, & minoratur, & fit rarus, & commouet tremorem cordis,& resoluitur innatus calor,& accidit syncopis,tunc materia est effusa ad partem cordis.Si autem accidit dolor in stomacho,& nausea,tunc iam effunditur ad stomachũ.Collectionis autem signum est,qm̃ inuenitur lenitas pauca cum pertransitione quarti diei.Et [i] qñqꝫ accidit synantiæ,quæ facit apparere rubedinem in collo,& parte pectoris,vt occultetur erysipila.Et illud est secundum duos modos:aut propter reditionem materię ad interiora corporis:aut propter eua-C cuationem materiei.Si autem est propter euacuationem,tunc est in qua est spes,& alleuiatur cum ea anhelitus:& aliud est malum.Et signa quidem eius,quæ sanguinea est,sunt signa sanguinis nota,& rubedo linguæ,& faciei,& oculorum,& inuentio saporis sanguinis.s.aut dulcedinis,aut similis [k] sapori vini.& dolor vehemens extensiuus,& constrictio anhelitus vehemens.Et signa cholericæ sunt inflammatio,& caliditas,& tristitia vehemens,& sitis vehemens,& dolor vehemẽs mordicatiuus,& amaritudo,& siccitas,& vigiliæ,& non consequitur in constringendo anhelitũ consecutionem euenientem ex sanguine.Et quandoqꝫ significant ipsam color linguæ,& adustio loci, & acuitas ipsius,& est quasi sit in loco aliquid [k] acutum,mordicatiuum:& dolor cholericæ minor est dolore sanguineæ.Et signa quidem phlegmaticæ [k] sunt salsedo,aut sapor baurac cum caliditate,& viscositate:quoniam hoc phlegma est corruptum,& putrefactum. Et quandoqꝫ significant ipsam albedo coloris linguæ,& faciei,& [l] paucitas sitis,& inflammationis.Et quandoqꝫ egreditur lingua cum mollificatione,& raro accidit cum ea apostema in glandulis: Et est dolor cum ea paruus,aut priuatus:& non sunt cum ea febres,& prolongatur spatium eius [m] vsqꝫ ad.xl. dies. Et qñ nititur habens eam,possibilis est ei deglutitio:quoniam penetrat deglutitum in mollitiem. Et signa melãcholicæ,sunt durities,& sapor acetositatis,& ponticitatis,& ꝙ accidit paulatim,& [n] qñqꝫ est permutata ex apostemate calido.Et signa factæ à siccitate membrorum spiritualium,quæcũqꝫ D fuerint,sunt paucitas humiditatis in ore,& iuuari ex aqua calida statim cum eo,quòd humectat,et mollificat.Et scias,ꝙ quandoqꝫ accidit homini dolor perseuerans anno vno,aut duobus in gutture eius,& significat petrosam superfluitatem in partibus gutturis.

Sermo vniuersalis de curis apostematum accidentium in partibus gutturis,& epiglottis,& glandulis circundantibus ea,& vuæ,& galsamati,& duarum amygdalarum. Cap. 10.

OPortet [o] vt euacuetur in principio vniuscuiusqꝫ illorum materia faciens illud cum phlebotomia,& solutione ventris:& vt trahat̃ materia ad partẽ diuersam, saltẽ cum ventosis positis super loca longinqua,opposita ei,& ligatione extremitatum dolorosa.Et[p] vt incipiatur in ea cum medicinis stypticis,cõmistis cum eis,quæ habẽt parum abstersionis,sicut mel: & meliores eo sunt cortices nucis,deinde rob mori.Et scias ꝙ inceptio gargarizandi cũ aceto,cum incipit passio vuę, aut synantia,est ex eis,quę repellunt & prohibẽt attractionem humiditatis plurimæ,& est cum eo prohibitio eius,quod eueniet.Et de istis quidem medicinis sunt,sicut [q] alumẽ,& [q] gallæ,& balaustiæ,& ambo granata decocta vsqꝫ ad solutionẽ,& fiat ex eis [r] †{loch.}Et ex eis,quæ iuuant ad illud,est vt radatur sinciput,& liniatur cum succo acacię,& hoc in principio:deinde gradatio fiat ad maturatiua:deinde fiat gradatio ad apertiua fortia vsque ad gradum salis ammoniaci, & pyrethri,

A G.3.progno.16.
B Lib.4.Fẽ.2.t.1.c.39.
C Paul.lib.3.c.27.
D Ras.7.cont.t.2.c.1.74.1.
E Ras.73.2.
F Hip.3.pgn.20.
G Ras.73.3.
H Gal. de pulsi. ad tyro.46.h.
I Hip.3.pgno.18.
K Ras.7.cont.t.2.c.1.74.3.
L Ras.73.1.
M Cap.8 & Ras.7.cont.74.2.
N Cap.8.& Ras.73.2.
O G.6.de phar.cõ pòe sm loc.c.1.h
P Gal.ibidem.2,& Ser.2.c.17.
Q Ser.2.c.17.
R† eclegma.

& ea quæ dicturi sumus. Et ex eis, quæ conferunt ad hoc est sternutare cum eis, quę sunt sicut condysi, & costus, & folia oleandri, & sansucus. Et ex rebus expertis, quę faciũt sua proprietate in apostematibus præfocationum, & vuæ, & ambarum amygdalarum, & omnino omniũ membrorum gutturis, iuuamentum maximum,[a] est vt sumantur fila tincta cum murice marino, & præfocetur cum eis vipera: deinde circundetur eis collum eius, qui habet aliquid horum apostematum. Illud enim confert ei iuuamentum mirabile bonum, pertransiens quantitatem consuetam. Et[b] lac quidem ex medicinis est sublimibus in principio, & statu: propterea, q; repellit, & lenit, & sedat dolorem. Et oportet vt conspiciatur in administrando ea, quę stypticant, & resoluunt, aut maturant: & consideretur ad dispositionem corporis in lenitate, & duritie sua, et confortetur illud, quod est forte in duritie, & leniatur in lenitate: & similiter obseruetur ætas, & complexio, & tempus, & consuetudo. Et qñq; appropriantur apostemati vuæ & ambarum amygdalarum & oiũ membrorũ gutturis & mollificationi earũ incisio. Et ego quidem ambabus singulare faciã[c] caplm. Et ex modis curationis est cõpressio sup locũ. Et eius loca sunt tria: vnus eorũ est cum remouent spõdyles; & secũdus est ex apostematibus vuæ, & ambarũ amygdalarũ indigentium subleuatione sua: apud casum ipsarũ ad superiora: & tertius est in apostematibus phlegmaticis, cum constringunt ambo meatus, & iuuant cum compressione fm mundificationem ipsorum, & subtiliationem ipsorum.

E

A Lib.2.t.2.c.61. & G.lib.6.simpl.a pæonia.45.h
B Gal.10.de simp. fac.73.h
C 14.& 15.

De cura decollationum & præfocationum & omnis suffocationis ex omni causa. Cap. 11. F

IN calida quidem oportet vt incipiat cum phlebotomia, &[d] non extrahatur sanguis plurimus subito: & proprie cum iam inceperit virtus debilitari: Immo sumant in omni[e] hora.x.&.x.vsq; ad diem tertium cum separationibus continuis. Si autem debilitari non incipit,[f] tunc oportet vt sine cessatione extrahatur sanguis, vsquequo appareat syncopis in forti. Et oportet vt declinetur cum separatione versus conseruationem virtutis, & prætermissionem syncopis. Syncopis enim cum accidit, cadit virtus eius: quare aggregantur ei difficultas anhelitus, & casus virtutis. Et proprie indicitur eis, vt minorent cibum necessario, aut volũtarie: & præcipue si fuerit febris. Et qñq; oportet vt attendatur in re phlebotomię res alia et est, quoniam qñq; est causa dominij apostematis in præfocatione, retentio sanguinis consueti sicut sanguis menstrui, & sanguis hæmorrhoidarum. Et in huiusmodi quidem oportet, vt sit phlebotomia in latere trahente materiã ad partem, à qua cadit retentio, sicut necessaria est hic phlebotomia saphenę, & ventosæ crurium. Cum.n. egreditur sanguis plurimus, tunc quandoq; sedantur accidentia statim: & qñq; necessaria est iteratio in mane. Et fm veritatem cum dispositio tolerat prætermissionem phlebotomiæ vsq; ad maturationem, tunc illud est melius ad hoc vt remaneat virtus in corpore, & cadat euacuatio ipsius materiei egritudinis, & sufficiat emissio frequens in diebus cum.x. ponderibus sanguinis: aut quinque ponderibus, & fit facilis anhelitus. & similiter etiam gargarismata postponantur, si est illic repletio, & fuerint gargarismata dolorosa, timendo attractionem: Immo administrentur gargarismata post mundificationem. Et decollationis quidem est species quædam existens supra galsamach. Cum ergo fit phlebotomia ante declinationem ægritudinis descendit ad locum præfocatum, & plurimum quo scitur hora præfocationis principij et hora augmenti et status et declinationis est ex dispositione deglutionis, et augumento difficultatis eius et statu et declinatione ipsius. et dum perseuerat in augmento, et non est necessarium, non fiat phlebotomia vltima, immo sufficiat ea, quam diximus. et cum synantia non est cum communitate repletionis in corpore toto: immo est superfluitas in parte gutturis tantum, et nõ sentitur extensio, pertransit vt non fiat phlebotomia: Immo elongentur à corpore eius causæ resolutionis facientes esse necessariam cambitionem plurimam: et prohibeatur nutrimentum, vt sit corpus eius vtens sanguine eius in nutrimento, et conuertens ipsum à parte apostematis: quasi rapiat sanguinem ab eo, deinde conuertatur fm resolutionem, et maturationem. Nam si phlebotomia fiat tunc, fortasse non tollerabit illud: et non erit excusatio cibationis: et in cibatione est labor: et proprie cum non deglutit: et[g] non postponatur phlebotomia venæ, quę est sub lingua.[h] Immo oportet vt sit festinatio ad illam in[i] eadem die: immo inter separationes prædictas, et proprie cum fuerint venæ, quæ sunt sub lingua extensæ. Et qñq; necessaria est phlebotomia alguidegi: et quandoq; necessaria est scalpellatio linguæ ipsius. H Et[k] necessariæ sunt ventosæ cruris, qm sunt conferentes valde. Et[l] illum quidem, qui consuetus est incurrere synances, oportet vt phlebotometur anteq; accidant, cum videtur repletio, et cum est ver. Et[i] ex eis quidem, quę sunt vehementis iuuaminis, est festinatio administrationis clysteriorum fortium valde nisi febris prohibeat. tunc.n. oportet, vt sit contentus clysteribus lenibus. Clysteria nanq; fortia, et collyria sunt in hoc maximi iuuamenti. Et oportet vt embrocẽtur extrema: Et circundetur collum[m] lana, et proprie lana hyssopi, quæ sit infusa siue in oleo oliuæ: aut in oleo chamæmellino: ipsa enim est lenificatiua, & sedatiua doloris: deinde in postremo ipsius administreantur ei attractiua, cum non conferunt ista: & sunt sicut baurac, & sinapis, & costus, & castoreum, & sulfur, & vnguentum forte rubificans, & etiam melanacardi, & omne quod vesicat. Et[m] oportet vt sint contenti in cibis suis vsq; ad diem tertium, oxymelle, aut syrupo de melle: deinde gradatio fiat ad aquam hordei cum quibusdam potionibus delectabilibus: deinde ad vitellum oui. Postea cum facilis fit deglutitio, administrentur sorbitiones, ex candarusio, & in fine eius fiant sorbitiones ex maturatis, deinde resolutiuis.[m] Et[a] cum deglutio fit difficilis, ponantur ventosę super collum apud spondylem secundam, cum suctione, aut igne, vt dilatetur meatus paulatim, & deglutiat

G

D Aet.lib.2.ser.4. c.47.
E Ras.7.cont.t.2. c.2.77.2.
F Lib.1.F.4.c.22.
G Li.1.Fē.4.c.10.
H Gal.13.meth.c. 11.b, & de cur.rōne per sang.c.19.g, & Paul.li.3 c.27.
I Ser.t.2.c.18.
K Ras.77.2.
L Lib.1.F.4.c.10. & Gal. de cur.rōne p sang.c.7.e.f
M Paul.li.3.c.27.
Infra a

A deglutiat illud, quod sorbet ex cibis. Cumq; illud compleuerit, remoueantur ventosę, sed ventosę cum igne cadunt per se ipsas. Et non est malum si scapelletur etiam, et egrediatur sanguis illinc ex [a] †{alachdaim:} deinde ventosetur ventosa vna super caput: & [b] ponantur etiam super mentum ventosæ sub gutture, & illud fiat postq; absciinditur materia. Oĩa.n. hæc trahunt materiã ad diuersam partem, & minorat eam: & illud primo ponatur sub mamillis, & super [b] †{alchiahel.} Et non est malum intromittere aliquid, quod mundificet ex [c] †{alkeizarã} & ei similibus sup quod cottũ sit inuolutum. Mundificatio nanq; dilatat. Et qñq; intromittitur in gutture cãnula facta de auro, aut argento, aut similibus ambobus, adiuuando ad inspirandũ. & [d] silr̃ [a] qñ fortior fit constrictio, non est excusatio quin ventosæ ponantur super collum. Et [e] qñq; confert in dilatatione deglutitionis, & anhelitus cõpressio spatularum cum fortitudine. Medicinæ aũt in pricipio sint stypticę, & proprie in sanguinea, & meliora quidem styptica sunt, quæ habent cum stypticitate sua substantiã subtilem, qua submerguntur. Et ex rebus quidẽ quas extrahit experimentũ, est q; styptica permista composita, magis sunt iuuatiua, q̃ singularis simplicia. Et qñq; dolor fit fortior in principio rei, quare necessarium est, vt stypticis admisceatur aliquid, quod sedet dolorem, & leniat, [f] sicut est syrupus viol. & penidij, & lac calidum, & mucilago seminis lini, & alrob. Et qñq; multiplicatur effusio, quare nõ est excusatio, quin resolutiua eis admisceantur. Et qñq; non est materia plurima
B in effusione, & apostema non est forte. Incipiatur ergo, & administrentur gallæ, & sal ammoniacus: qm̃ prohibent cum fortitudine, & resoluunt cum fortitudine. In cholerica vero oportet, vt sit plurimum intentionis conuersum ad infrigidandum cum eo, quod facit stypticum. & qñq; administrantur linimenta. Et qñq; administrantur in ea, & in omni dispositione gargarismata, & insufflantur insufflationes cum sufflatorio, & puluerizationes. Et ex eis est gargarismus factus cũ oxymelle, & aqua, & aceto. Ipse.n. est maximi iuuamenti in initio calidæ, & frigidę: & cum rob mororum, proprie syluestrium: deinde cum eo in quo non est zuccarum, vel mel. Et administretur in principio purum: & confortetur cum stypticis, quæ sunt de genere succi sumac, & acreste, siccarũ, & sicut sunt balaustiæ. Et in huiusmodi quidem non ponitur mel, nisi vt mundificet, non vt confortet: & silr̃ decoctio alcasb cum melle: aut decoctio cum sumac cum coagulato vuæ. Et [g] fortius illo est succus nucis recentis quoniam ipse est ex melioribus medicinis horũ apostematum, & succus rosæ recentis, & rob papaueris, quando permiscetur cum stypticis est vehementis iuuamenti in initio: & fortius illo est decoctio myrti, & glandium, & aqua coriandri, & sumac, & aqua corticum nucis, & aqua myrti, & aqua lentium decoctarum valde: & cydonia valde styptica, & zarur proprie: & alumen iameni habet proprietatem in hoc. Et etiam insuffletur in gutture insufflatio [h] ex semine rosæ, & sumac, & balaustijs sm̃ partes æquales, & camphoræ res modica. Et cholericæ
C adhibeatur succus olerum frigidorum permistus cum eo, quod habet stypticitatem aliquam, & succus virgæ pastoris, & succus solatri, & succus ramorum vitis. Et ex communibus inter eas in principio [n] sunt semen rosę. et semen portulacæ, et mucilago psyllij, et amylum, et spodium, et sumac, et dragaganthum, et camphora ex quibus fiant pillulæ compressæ, et teneantur sub lingua. [i] Cum ergo absciditur attractio, oportet vt misceatur cum rob mororum myrrha et crocus. Myrrha.n. profundatur cum virtute suæ stypticitatis, et suæ resolutionis, et facit crocum peruenire ad profundum, et aggregantur ad maturationem faciendam. Si aũt videris ipsam declinare ad duritiem, permisce cum moris aliquid ex baurac. Cum autẽ appropinquat status, aut peruenit in ipsa, oportet vt administrentur ea in quibus est sedatio, et lenificatio, [k] sicut lac mulctum, in quo dissoluuntur squãmæ casiæ fistulæ, et pix in rob mororum: aut decoctio ficuum, et fœnugræci: aut rob myrti cum rob: aut succus caulium cum melle: aut rob: aut bdellium arabicũ dissolutum cum rob vuæ, qm̃ est iuuatiuum valde: et aqua radicis in qua decocta sunt passæ, et fœnugræcũ, et dactyli, et ficus, et myrrha, et crocus, et cinnamomum gargarizata cum oxymelle, aut aqua mellis. Et administrenẽ emplastra etiã ad maturandum, sicut emplastrum alseir, et distillatio olei rosę. in aure est iuuatiua in hac hora. Et qñ vides, q; non maturatur, et vides duritiẽ, oportet vt administres in medicinis eius sulfur. Cum autem maturatio iam adest, tunc stude in apertione apostematis cum gar
D garismate, quod coniungit inter apertionem, et lenificationem: sicut quædam medicinæ acutæ in lacte, quibus fit gargarismus. Et si est apparens, et elongatur tempus, et nõ disrũpitur, non est mala administratio ferri. Et ex medicinis temperatis cum inceptione ad disruptionem est decoctio ficuum cum fœnugræco, et dactylis, et decoctio lentium cum rosę. et rob liquiritiæ, et semine almaru: et post illud fiat gradatio ad illud, quod est fortius: quare misceantur cum rob mororũ baurac, et myrrha, et dragaganthum, et etiam semen almaru dissolutum in lacte caprino, et olea calefacientia, et proprie cum melle, et galia, et fiat ex eis gargarismus, ex eis, quæ sunt sicut aqua mellis, in qua decocta sunt ficus, et calamenthum, et sampsucus, et anethum, et menta, et sysimbrium, et radix liquiritiæ coniunctim, et separatim, et costo, et proprie marino inest iuuamentum maximum in huiusmodi hora et in viridico statu intende ad abstersionem completam & apertionem cum eis, quæ sunt sicut baurac, & nitrum, & assa fœtida, & myrrha, [l] & piper, & castoreum, & stercus hirundinum, & stercus [m] †{adib,} & fiat ex eis gargarismus cum rob mororum, immo cum sale ammoniaco, & pyrethro, & semine alharmel, & sinapi: aut semine raphani cum aqua & oxymelle. Et administrentur ex istis insufflationes: [n] Et insufflatio salis ammoniaci est faciens quiescere. Cum ergo declinat ægritudo, administra vinum, & balneum, & embrocas.

A† duab⁹ eminentijs posteriorib⁹ capitis:
B Paul.lib.3.c.27.
B† locum inter duas spatulas.
C† instrõ, qđ administratur circa partes gutturis.
D Ras.li.diui.c.51.
Supra α
E Ras.7.conti.t.1. c.2.79.3.
F Ras. 80.3.
G G.6.de phar.cõpõne sm loc.167. f.g.h
H Ras.79.4.
I G.6.de phar.cõpõne sm lo.c.1.fo.167.c.d
K Ras.li.diui.c.51.
L Dio.lib.2.c.151.
M† lupi,
N Ras.80.2.

Confectio pilularum iuuantium in statu. Recipe radicis lilij.iiij.partes, assæ fœtidę medietatē partis: colligantur cum succo caulis, aut coagulato vuæ. Ex curatione vero phlegmaticæ est, vt intus in gutture intromittatur virga mollificata torta, super quam inuolutus sit pannus, quo liniat̃ apostema, & quo mundificetur humiditas. Et ei quidem, quæ est antiqua, assa fœtida, & cinnamomũ, & [a] soluatur venter cum cochijs, & hiera, & similibus: & clysterizetur cum clysteribus valde fortibus. In cura aũt melancholicæ ex medicinis magis cõferentibus ei, est medicamen alharmel gargarizatum, & linitũ exterius & interius. Ex medicinis vero, quæ habent proprietatē, & cõuenientes sunt in oĩ hora, est stercus canis albũ, & stercus adib albũ: & hoc modo colligitur. [b] Custodiatur canis ne aliquid comedat nisi ossa tm̃, donec stercus eijciat albũ, quod parui existat fœtoris. Et [c] similiter stercus hoĩs, & proprie infantis. Et oportet vt solicitudo sit ita, vt illud quo cibatur, sit cum quantitate qua digeratur. & quod ei est melius est panis & lupini ſm quantitatē paruam, & in potu tribuatur post ipsum vinum vetus: deinde sumatur stercus eius, & exiccetur: est.n. pauci fœtoris: & si cum pane desiderat aliquid aliud, tunc dentur ei cibi bonæ digestionis, boni chymi, calidæ complexionis cum æqualitate: sicut carnes gallinæ, & perdicis, & extremitates caprarum. hæc.n. cum bonitate digestionis, educunt fæcē parui fœtoris. Et ex medicinis quidem sua proprietate facientibus sunt [d] hirundines adustæ. Decollantur.n. prius, & currit sanguis super alas ipsarũ, [e] deinde puluerizatur super eas sal, & ponuntur in vrceolo lutato, et ligatur caput eius, et ponunt̃ in furno: & vt ponantur in vitreato vase linito luto sapientiæ, est rectius apud me. Et similiter [f] stercus hirundinum adustum cum fortitudine. Et qñq; linitur palatum ex [g] felle taurino cum melle, [g] & felle testudinis, & flore ęris, & [h] capitibus pisciculorum salitorum, & proprie vua. Et linitur etiam palatum habentis synanciam sale cum melle, & aceto, & oleo: Et similiter apostema vuæ. Et similiter administrentur gargarismata cum oxymelle, in quo decoctum [i] est semen raphani. Et colcotar quidem & calcadis ambo sunt bona apostemati gauonis. Et ex cõpositis sunt medicamē mori cum myrrha, & croco: & medicamen hirundinum, & medicamen alharmel, & medicamen corticis nucis recentis, & trochisci andaron, & medicamē huiusmodi. [e] Recipe stercoris canis albi adusti in testa, aut non adusti. ℥.i. piperis. ʒ.ij. galarum adustarum, corticis granatorum, & pilorum barbæ porci & simij, & aldabha omnium ana. ʒ.i. myrrhæ, costi amborum ana. ℥.ß. insufflетur, aut liniatur cum melle. & etiam in fine eius, & in hora vehementiæ administrentur [k] stercus pueri, qui comedit panem & lupinos, & stercus canis, & hirundinum adustum, & sal ammoniacus. iteretur hoc in die multoties. Qñq; vero apostematur lingua præfocati etiam, & indiget fortasse curatione ipsius. Sed [l] nos iam locuti fuimus de apostematibus linguæ: & illud quidem, quod huic loco est propriũ, est necessarium ex eo redire ad illud, quod illic dictum est. s. vt ingenietur post phlebotomiam, in attrahendo materias ad inferiora: & qñq; fit illud in loco hoc cum hiera picra. Habet.n. proprietatē in deponendo humores, qui sunt corã suppremo oris stomachi, & meri, & gutturis: Deinde administrentur super ipsum infrigidantia, & repercussiua sicut succus lactucæ: & est medicina habens proprietatem quã significat visio iuuamenti eius: deinde si necessaria est resolutio subtilis, fiat. Ex eis aũt, quę conferunt in regimine eius, quæ est propter spondyles, est vt ingeniet̃ in cõpressione loci cũ facilitate ad posteriora: fortasse.n. reuertet̃ spondylis: & illa qdem cõpressio qñq; fit cum instrumẽto, & cũ digitis: & inuenit̃ qñq; per illud requies. [m] Instrumentũ vero est res similis fræno, quod in gutture intromittit̃, & expellit, quod est intus in gutture ad exteriora. Compressio aũt valde est nociua in apostematibus. [n] Cumq; synãces vehemẽtiores fiunt, & non valẽt medicinæ, & creditur, ꝙ perditio futura sit, illud per quod speratur euasio, est scissio cãnæ: & illud est cũ scissione ligamentorũ, quæ sunt inter duos annulos cãnæ, præter ꝙ recipiat aliquid de cartilagine ita vt ꝑ illud anhelet: deinde suatur cũ expletum fuerit regimē apostematis: & medicet̃, & sanabitur. Et modus quidē curationis eius est, vt tendatur caput ad posteriora, & teneatur, & sumatur cutis, & scindatur, & quod de ipso rectius est, est vt sumatur cutis cum vncino, & elõgetur, deinde discooperiatur à canna, & findatur, quod est inter duos annulos cãnæ coram fissura cutis: deinde suatur, & ponatur super ipsam puluis citrinus: et oportet quidem vt duplicētur duo labia fissuræ cutis solum, præter ꝙ contangantur cartilago et panniculi in aliquo: et hoc est iudicium huius fissuræ, quãuis non cadat ad hanc intentionem. Nã si existimatur, ꝙ in illis eisdem ligamentis sit apostema, & nocumentum, non oportet vt administretur scissio. [o] Cum aũt syncopis superuenerit ægro, & timetur, ꝙ cõpleatur præfocatio, incipiatur à clysteribus fortibus, & phlebotometur vena, quæ est sub lingua, & phlebotomet̃ vena frontis, & appendantur ventosæ sup collum, & sub mento cũ incisione, aut absq; incisione. Et si fuerit causa præfocationis eius, & syncopis eius, submersio, tũc conuertatur vt currat aqua: deinde suffumigentur cũ eo quod habet fortitudinem, & odorem bonum, donec reuiuiscat. Oportet autem vt ille, qui euaserit à suffocatione ex strictura phlebotometur, & clysterizetur, & sorbeat aliquibus diebus sorbitiones ex farina ciceris, & lac, aut aquam carnis in q̃ua dissoluti sunt panis, & vitellus oui. Et scias, ꝙ omnis, qui habet dolorem gutturis melius est fugere sermonem ex quocunque dolore.

E F G H

A Raf. lib. diuis. c. 51.
B Dio. li. 2. c. 72. & Gal. 10. simp. 76. a
C Dio. & Ga. ibid.
D Dio. lib. 2. c. 47. & G. 11. simp. 82. b
E Aet. lib. 2. ser. 4. c. 47.
F G. 6. de phar. cõpositione ſm lo. fo. 170. f
G Diosc. lib. 2. c. 70.
H Raf. 78. 1.
I Dio. lib. 2. c. 107.
K G. 10. simp. 76. b
L Fē. 6. c. 14. 15.
M Raf. li. diuisio. c. 51.
N Ra. 77. 3. & Pau. li. 6. c. 33.
O Raf. 80. 1.

De Vua & ambabus amygdalis. *Cap. 12.*

Istis qñq; accidit catarrhus apostemans eas, ita vt prohibeat anhelitũ: & qñq; mollificatur vua ꝑter apostema, & indiget eo, quod constringit eã, & exiccet ipsam ex frigidis & calidis: & qñq; indiget incisione, & appropinquat curationi pręfocationũ. Et curetur in principio cũ linimentis, & cum

A & cum facilitate tangatur,& administrentur cum penna: digiti nanq; in non sua hora et absq; facilitate laborem afferunt. Et in illa, quae magna est, & paruae inflãmationis, administrentur pontica. Inflãmatae vero conueniens est illud, quod est vehementis infrigidationis, sicut aqua solatri, & sicut semen rof. & folia eius: vtrisq;.n. inest opatio fortis. Et ex eis, quę sunt fortiora in hoc capitulo, sunt [a] gummi arabicum, & dragagantũ, & sarcocolla, & [b] †{nesestenigi} linitũ, & etiam balaustiae partes duae, aluminis pars.i. conterantur & cribellentur cũ cribello de seta, & administrentur cum spatula habẽte caput incisum in latitudine. Et qñq; adduntur in eis crocus, & camphora, & administrantur liniendo: & etiã gallae tritę cum aceto, & liniuntur cum penna. Et iterum aqua granati acetosi cum stypticis, [c] †{& etiam lapis sadenegi: & etiã lapis corrosus adustus: & ille, qui noĩatur achates, & lapis alafurugie, & spodiũ, & lutum sigillatum, & armenum, & rob acrestae, & fructus spinae aegyptiacae, & alumen iameni, & semen rof.} Fiat ex eis sicut est illud. Et suffumigatio cum ramis anethi est ex eis, quae cõstringunt vuam valde. [d] Et etiam [α] succus granati dulcis contriti cũ cortice suo, cum sexta sui de melle, factus viscosus inspissatus, est linimentum bonum. Et oportet vt cum gargarisma fit cum stypticis, assiduetur gargarisma cum aqua calida. Illud enim praeparat ipsam, vt in eo styptica operẽtur, & lenit ipsam, & prohibet styptica indurare ipsam. [e] Quod si styptica eam acquirere faciant duritiem, & coarctationem dolorosam, administra in ea mucilagines,

A Paul. lib. 3. fo. 128.39.
B † amylum
C † Paul. ibidẽ. 35. iam haematites lapis vuam reprimit, & phrygius cõbustus, & ageratus, itẽ ex lapide phrygio medicamen ad pudenda inscriptum, his addunt terra samia, erethricas, sinopis, lẽnia & omphacium p se & cũ horũ aliquo itẽ spinę ęgyptię succus, & alumen scissile, rosę vero & semen.
D Paul. lib. 3. fo. 128.30.
Infra α
E Ser. t. 2. c. 17.
Supra α
F Paul. 128.25.
G Paul. 128.44.
H G. 6. de phar. cõpõne fm lo. c. 3. f
I † muscum quercinum
K Ga. c. 3. 174. a

B & gummi arabicũ, & dragaganthum, & amylũ, & sarcocollã, & semen maluae, & aquam furfuris, & hordei, aut inspissetur succus extremitatum rubi cum quinta sui de melle, aut rob, aut decoctio rosarum, & sumac cuius sexta pars sit mellis, decoquatur, & inspissetur, & liniatur exterius cum eo, quod habet exiccationem, & stypticitatẽ fortem, sicut quod fit cũ gallis, & alumine iameni, & sal; & est illud, quod est praemittendum ante omnia illa. Melancholicae vero gallarum immaturarum pars.i. atrimenti ru. sumac omnium ana partes.iij. & tertia, salis torrefacti. xx. partes sumantur, & administrentur. Medicamen bonum in dispositionibus & horis. Recipe aluminis iameni partes iij. rof. partes.ij. costi partem.i. administretur emplastrum cum pẽna & eleuat vuam. Medicamen bonum ad horam suam. [d] Recipe [α] succum granati cum cortice suo, & inspissetur cum quinta sui de melle, & liniatur cum eo. & [f] etiam aluminis partem.i. salis ammoniaci partem.i.5. gallarũ immaturarum tertiam partis, dragagãthi.iij. partes, & quando peruenit status, aut appropinquat administra [g] myrrham, & crocum, & cyperum, & quae sunt eis similia, & [h] darsisahan proprie, & florem squinanthi, & ramos balsami, & [i] †{alusnee} administrentur liniendo, & aqua eorum gargarizetur, & proprie qñ administratur ex eis gargarisma cum decoctione radicis lilij & seminis rof. cum melle. Et [k] distilletur oleum amygdalinum in aures in omni hora: qm̃ est iuuatiuũ. Si autem collectio fiat in vtrisq; amygdalis, & in eis, quae sequuntur eas, administra decoctiones praedictas

L G. 6. de phar. cõpõne fm lo. 174. a
M Ras. 7. cont. t. 1. c. 2. 79. 1. & 80. 4.
N Hip. 3. pg. 21. e

C in capitulo synanciae. Quod si dolor perseuerat, & non sedatur, reuertendum est ad solutionẽ ventris. Si vero per hoc non completur, administra ea, quae sunt fortis resolutionis, sicut est succus cucumeris asinini, & [l] centaurea, & nitrum rubeum cũ melle, aut solum. Et [m] si indurescit apostema, & prolongatur, non est aliquid ei ita conueniens sicut assa foetida. [n] Cum ergo incipit subtiliari in loco vno, & ingrossatur in loco alio, tunc incidatur. Et quantum possibile est pretermitte illud, & facias vt extenuetur cum sale ammoniaco, & eleues ipsam cum cochleari, quod est sicut fraenum: et est melius. Et non oportet vt incidatur nisi cum radici eius aduenit extenuatio: quoniam in ea est timor magnus. Gargarisma exiccans vlcera apostematum gauonum, et purgans ea. Recipe lentium, balaustiarum amborum ana partes.v. sief memithe, croci, costi omnium ana partem.i. coquantur in aqua, et sumatur ex decoctione eorum pars.i. et misceatur cum medietate sui de rob mori, et quarta sui de melle, et fiat cum ea gargarisma.

De casu vuae. *Cap.* 13.

QVandoq; cadit vua in febre & quandoq; cadit sine febre: Et eius casus est vt tendatur ad inferiora, ita vt non redeat ad locum suum: Et quandoq; necessarium fit deglutienti comprimerę digitis suis donec transglutiat.

De cura. *Cap.* 14.

O Ras. lib. diuisio. c. 49.

D SI sunt illic caliditas, & rubedo, phlebotoma: deinde administra gargarismata praedicta in capitulis praedictis, sicut gargarismata [o] cũ aceto, & aqua rof. Deinde eleuetur [o] cũ rof. & sandalis, & balaustijs, & camphora, & rob de moris proprie, in instrõ simili freno. Et oportet vt fiat cũ facilitate, quanto magis est possibile. Et si non sunt caliditas illic & rubedo, administra gargarisma cũ [o] oxymelle, & sinapi, & almuri anabati, & eleuetur cum instrõ praedicto. Et medicamen quo eleuatur, est illud, quod fit ex gallis, et [o] sale ammoniaco contritis. Et fortior curatio est, vt subleuetur cum instrõ ad superiora, extendendo ad exteriora, cũ medicinis stypticis, & permistis cum resolutiuis. fm q oportet. Et qñq; premitur cũ digitis linitis ex eis, quę sunt sicut rob mororũ, et nucum, & aliorum. Et ex medicinis bonis ad eleuandum sunt balaustiae, & alumẽ, & camphora. Et ex bonis in eleuatione vuae est galia cum sale ammoniaco, & [p] gallae cum sale ammoniaco. Sed gallia est subtilior postq; non fuerit illic nocumentum ex apostemate, & repletione. Cum ergo stat, fac gargarisma cum aqua infrigidata cum niue vtendo gargarismate post gargarisma. Et ex eis, quae experta sunt ad illud, est vt sumatur seminis rof. medietas librae, succi barbae hircinae. iij. ℥. decoquantur in melle, aut vino, quoniam est fortius. Et [q] infantium quidem vuas quandoque eleuant gallae contritae cum aceto: & proprie quando liniuntur ex eis eorum sincipita.

P Ras. 7. conti. t. 1 c. 2. 81. 1.
Q Ras. 77. 4.

Sermo particularis de incisione vuæ & vtriusque amygdalæ. Cap. 15. A

OPortet vt in vua cõsideretur eius subtiliatio, & detumitio, & proprie in inferiore parte eius, & si ingrossatur extremitas eius, & resudat ex ea sicut pus, tunc est melior hora, & tunc incidatur cũ ferro, & [a] cum medicinis cauterizantibus, & fiat præuisio cum solutione vêtris subtili, præcedēte ipsam, & excussione corporis à repletione, si fuerit in ipso ex sanguine, aut alijs. Incisio nanq; cum repletione est timorosa.[b] Illius aũt incisio, quæ subtilis est, & longa, sicut cauda muris, equitans super linguam, sine repletione, aut rubedine, aut nigredine, est parui timoris. Et modus quidem incisionis eius est, vt pręmatur lingua ad īferiora, & sit possibile accipere vuã cum instrumento, & pręmatur ad inferiora, & non radicitus incidatur, ĩmo dimittat̄ ex ea aliquid. Nam situ approximabis incisionem eius palato, sanguis forsitan nõ abscindetur oĩno, cum tñ non oportet vt incidatur res parua, & sit nocumentũ remanens cum dispõne sua: ĩmo oportet vt incidat̄ quantitas, quam addit super naturam.[c] Cum aũt rubea est apostemosa, tũc eius incisio est timorosa. Et qñq; manat sanguis, & non abscinditur propter aliquam medicinam. Ex medicinis aũt incidentibus eam, sunt assa fœtida, & alumen iameni, quæ sine intermissione ponatur super radicem eius, qm̃ incidunt eã, & faciunt ipsam cadere. Et ex medicinis facientibus ipsam cadere cum cauterio, est sal ammoniacus cũ assa fœtida, & atrimentis: Et oportet vt medicinæ istæ super vuam annexæ teneantur cũ instrumento narrato, & teneatur hora vna, ita φ non deglutiat, donec agant in eam: B deinde iterētur vsquequo nigrescat. Nam si denigratur, cadet post tres dies ſm plurimũ. Et oportet vt sit ille, qui curatur decliuis ad inferiora, habens os apertũ, ita vt currat saliua eius, & non retineatur in ore ipsius.[d] Duæ vero amygdalæ suspendantur cum vncino. & trahantur ad exteriora, quanto plus possibile est, pręter φ cum eis attrahãtur tunicæ: & abscindãtur cũ rotunditate desup radicem, apud quartam longitudinis cũ instrumento incisionis post conuersionē instrumenti, & incidatur vna post alteram, post obseruationem conditionũ prædictarum in colore, & quantitate earum. Cumq; ceciderit ex eis, quod abscinditur, dimittatur sanguis currere ſm quantitatem mediocrem. Et [e] sit patiens decliuis super faciem suam, ne sanguis ingrediatur guttur eius: Deinde colluat [d] os ex aceto, & aqua infrigidatis, & euomat & tussiat, & mundificetur interius eius: deinde ponatur super eam, quod abscindit sanguinem, sicut colcotar, & alumen, et [f] †{draganthum:} Et [d] gargarizet cum decoctione senticis, & foliorum myrti, & sit tepida.

A Gal.14.meth.c.13.h.a,& Paul.li.6 c.31.
B Paul.lib.6.c.31.
C Ras.7. cõti.t.1.c.2.79.2.
D Paul.lib.6.c.30.
E Paul.li.6.c.31.& Ras.7.cont.t.1.c.2.77.3.
F † chalchantum:

De rememoratiooe nocumentorum incisionis. Cap. 16.

EX [g] eis est nocumentum vocis: & ex illis est detectio pulmonis frigori & calori. Et facit accidere [h] tussim ab omni frigore, & calore: & non tolerat sitim. Et ex illis est detegere stomachũ malitiæ complexionis à causa primitiua ex vētositate & puluere, et eis similibus. Et plurimos eorum infrigidat aer tēperatus, & [i] in pectoribus plurimorũ eorum figitur frigus in pulmone ipso- C rum, donec moriuntur. et quandoq; accidit ex ea fluxus sanguinis superfluus, et non retinetur.

G Gal.11.de v.p.c.11.d.e.f
H Ras.7.cont.t.1.c.2.81.2.
I Ras.79.2.& Gal. ibidem.d

De cura fluxus sanguinis superflui ex incisione vuæ, & vtriusq; amygdalæ. Cap. 17.

OPortet vt ponantur [k] ventosæ super collum, et mamillas, et fiat phlebotomia, et vt fiat regimen cũ phlebotomia venarũ inferiorum cõicantium, sicut venarum brachij infra basilicã, et eis similiũ intendendo ad attrahendũ. Singularia aũt sanguinem retinentia, et linimenta administrata ad illud, sunt sicut atrimentũ, quo fiat linimentũ, aut puluerizetur atrimētum sup ipsum, et infrigidantia actu sicut nix, et succi frigidi styptici noti, sicut succus acrestæ, et pampini vitis, et ribes, et solatrum, et aqua cydoniorũ acetosorum, est ex rebus expertis, quæ habent proprietatem in hoc capitulo. Et oportet vt administretur in dispositione medicamē, quod testatus est sapiens noiatus Diogenes, et est alcuhesarech, et etiam succus arnoglossæ, cũ administratur proprie cum troc. de karabe, et luto sigillato. Et oportet vt non administretur ex eis calidum aliquid, immo frigidum actu. Calidum enim cum eo, quod attrahit, destruit operationem medicinæ.

K Ras.7.conti.t.1.c.2.80.2.

Fen decima de dispositionibus pulmonis & pectoris, & sunt tractatus quinque.

D

TRACTATVS I. *De principijs & anhelitu.*

De anatomia epiglottis, & cannæ, & pulmonis. Cap. 1.



CAnna [l] quidem pulmonis, est membrum compositum ex cartilaginibus pluribus, quæ sunt circuli, et partes circulorum: quarum aliæ alijs continuantur. Quæ ergo ex eis obuiant meatui cibi, qui est posterius, et est meri, factæ sunt diminutæ, et propinquæ semicirculo, et posita est abscissio earum ad meri: et contangit meri ad ea corpus panniculosum, non cartilaginosum. Immo substantia eius cartilaginosa ad anteriora posita est, et componuntur hæ cartilagines ex ligamētis, quæ panniculus tegit, et comprehendit omnia illa intrinsecus panniculus lenis, ad siccitatem et duritiem declinans aliquantulam, et similiter exterius etiã, et caput eius superius, quod sequitur os, et epiglottim, et extremitas eius inferior diuiditur in duas sectiones, deinde diuiditur in sectiones currentes in pulmone, vicinantes ramis venarum pulsatilium, et quietarum, et peruenit earum partitio ad orificia valde strictiora, q̃ orificia eorũ, quę similantur eis, et currunt cum

L Lib.12.de aialib.c.12.& Ga.lib.7.de v.p.c.3.c.d

A Gal.c.4.e.f — A cum ipsis.[a] Eius igitur creatio facta est ex cartilagine, vt inueniatur in ea apertio prædicta, & ne lenitas cogat ipsam ad clausionem, & vt sit durities eius tutamẽ ipsi, cum sit eius situs ad anteriora:& vt sit durities eius causa ad hoc,vt perueniat vox,aut adiuuet eam.Et facta est eius compositio ex cartilaginibus pluribus ligatis cũ panniculis,vt sit ei possibilis extensio,& aggregatio apud attractionem aeris,& respirationem,& non lędatur ex percussionibus,quæ accidunt ei desubtus, & supra.Et ex attractionibus,quæ accidunt ei ad extremitatem eius, & vt cum nocumentum accidit,non dilatetur neq; coangustetur.

B Gal.c.7.e — [b] & facta est rotunda vt sit securior,& magis incolumis, & non minuitur ad ea, quod de ipso tangit meri,nisi vt nõ comprimat buccellã transeuntem ipsum: immo pertranseat à facie eius,cum extenditur meri, & amplitudinem, & fit concauitas eius tunc, quasi adiuuans meri,cum incipit meri extendi ad ipsam,& penetrat in ipsam, & proprie in deglutitione, quæ non coniungitur anhelitui:

Infra α; C Gal.c.16.h.a — [c] qm̃[α] deglutitio necessarium facit, vt cooperiatur canna pulmonis superius,vt non ingrediatur eam cibus,transiens super eam, & fit coopertura eius cum superpositione cartilaginis stantis super meatum, & similiter super id, quod nominatur non habens nomen:& cum fit deglutitio,& vomitus indigentes coopertura in hoc meatu,non est possibile vt sint,cum fit anhelitus.

D Gal.c.13.g.h, & lib.1.loc.aff. c.1.d, & lib.4.c.b — [d] Et creata est propter vociferationem res,quæ nominatur lingua fistulæ, constricta apud extremitatum cannæ,

E G.lib.7.de v.p. c.13.g.h — [e] deinde dilatatur apud epiglottum: quare incipit ex B amplitudines perueniens ad constrictionem, deinde ad spatium amplum,sicut est in fistula:

F Gal.li.7.de v.p. c.13.h — [f] qm̃ necessarium est voci constrictio,vt retineatur,& huiusmodi quidem corporis[β] similis linguæ fistulæ proprietas,est vt coniungatur,& dilatetur,vt fiat per illud percussio vocis.

Infra β; G G.lib.7.de v.p. c.7.e.f — [g] Durities vero panniculi,qui tegit eam interius,fuit vt resistat acuitati catarrhorum, & sputis malis, & vapori fumoso redeunti ex corde:et vt non mollificetur percussione vocis.

H G.lib.7.de v.p. c.3.d — [h] eius autẽ diuisio in primis iu duas partes fuit,qm̃ pulmo habet duas partes,sed eius ramificatio cũ venis quietis fuit, & pulsantibus, vt ex eis accipiat nutrimentum. Cõstrictio autem orificiorum eorum fuit: vt sit cum mensura penetratio aeris aspirati in eis ad arterias venientes ad cor,et nõ penetret in eis ad ipsam sanguis. vel fm aliam literam.& nõ penetret ad ipsa sanguis.Nam si penetraret faceret peruenire sputum sanguinis:hæc est ergo forma cannæ pulmonis.

I Fe.9.t.1.c.1.; Supra β — [i] Epiglottis autem est instrumentum ad complẽdam vocem,& vt teneatur anhelitus:& in interiore parte ipsius est corpus simile linguæ fistulæ: & iam [i] diximus ipsum, & [β] cum eo quod opponitur ipsi ex palato, & est simile additioni,qua clauditur caput fistulæ,completur vox. Et epiglottis quidem est coarctata cum canna constricta cum meri.

K Gal.li.7.de v.p. c.16.h.a; Supra α — [k] Cum[α] ergo meri appetit deglutire, & declinat ad inferiora propter attractionem buccellæ, cooperitur epiglottis,& eleuatur sursum, & coarctatur coopertura quarundam suarum cartilaginũ cum alijs:quare extenduntur panniculi & lacerti.Cumq; cibus est coram meatu meri tunc est ori- C ficium epiglottis & cannæ adhærens palato superius: quare nõ est possibile,vt ingrediatur ipsum ex eo quod comprehensum est apud meri aliquid, quare pertranseunt ipsum cibus & potus,ita q non cadit ad cannam aliquid nisi in quibusdam horis, in quibus festinat deglutitio,antequã compleatur motus iste: aut accidat cibo motus ad meri conturbans: quare non cessat natura laborare in expulsione eius cum tussi.Et nos quidem iam diximus anatomiam cartilaginum epiglottis, &

L Fe.1.do.5.sum. 2.c.11.; M G.li.7.de anat. administ.c.5.b, & lib.7.de v.p.c.1.b — lacertorum eius in [l] primo libo. [m] Pulmo autem est compositus ex partibus, quarum vna est rami cannæ:& secunda est rami arteriæ venatæ: & tertia est rami venæ arterialis quos proculdubio cõiungit caro mollis, rara, aerea creata ex tenuiore sanguine, & subtiliore: & illud est etiam nutrimentum eius, & est plurium meatuum, & color eius est ad albedinem declinans, proprie in pulmonibus animalium, quorum integra est creatio. Et creatus est rarus, vt in ipso accipiatur aer,& digeratur in eo,& expellatur superfluitas eius ab eo, sicut creatum est hepar cum cõparatione ad cibum.Et est habens duas diuisiones,quarum vna tendit ad dextram, & altera ad sinistram.Et sectio quidem sinistra,duos habet ramos:& sectio dextra habet tres.

N G.lib.7.de v.p. c.9.g; O G.lib.6.de v.p. c.1.c — [n] Et iuuamentũ pulmonis omnino est attractio aeris.[n] Et iuuamentũ attractionis aeris,est præparatio aeris cordi pluris, q̃ ipsum quo indiget in pulsu vno. [o] Et iuuamentum huiusmodi præparationis est, vt sit animali cum submergitur in aqua, & quando emittit vocem longam,continuam, impedientẽ ipsum D ab acceptione aeris, aut cum abhorret eius attractionem propter dispositiones, & causas ducẽtes ipsum ad illud,ex fœtore,aut alio,aer præparatus,quem assumat cor. Et iuuamentum huiusmodi aeris præparati est,vt temperet sua euentatione caliditatem cordis,& vt restauret spiritum cũ substantia,quę est magis vincens in complexione eius,pręter q aer solus,sicut existimant quidã,conuertatur,& fiat spiritus,sicut non sola aqua nutrit membrum:verum vnumquodq; eorum, aut est pars nutrimenti:aut est faciens penetrare, & faciens ipsum ad diuersa loca distribui. Sed aqua est ad nutrimentum corporis, & aer est ad nutrimentum spiritus: & vnumquodq; duorum.s.nutrimentum corporis,& spiritus,est corpus compositum non simplex.Sed iuuamentum constrictionis pulmonis est extractio superfluitatis adustæ spiritus, & est eius fumositas. Iuuamentum vero dilatationis pulmonis est ad introitum aeris frigidi. Iste nanq; attractus iam proculdubio conuersus est ad calefactionem, quare non confert in temperando spiritum. Ramificatio autem venarũ, & cannæ in pulmone fuit, qm̃ canna & arteria venalis cõmunicant in complemento operationis anhelitus, & arteria venalis & vena arterialis cõmunicant in nutriendo pulmonem ex sanguine digesto claro veniente ex corde.Carnis autem iuuamentum est vt oppilet vacuitatem,& coniungat ramos.Sed eius raritas est vt rectificet attractionem aeris.Non enim aer penetrat in canna tantum,

E tum, immo vadit ad corpus pulmonis ex ea, & in hoc est apparitio in multiplicatione, vel magnificatione, & vt adiuuet etiam in constrictione ad expulsionem. Est ergo præparatus duobus motibus: & propter hoc inflatur pulmo cum sufflatione. Eius autem albedo est propter dñium aeris super illud, quo nutritur: & propter aduētum eius plurimum in eo. [a] Eius vero partitio in duas partes est, vt non cesset anhelitus propter nocumētum adueniens vni duarum partium: & omnis ramus eius ramificatur propter illud in duos ramos. [a] Diuisio eius quinta quę est in latere dextro, est lectus substratus venæ, quæ nominatur concaua, & non est eius iuuamētum in anhelitu plurimū: [b] Et qm̄ cor magis fuit decliue parumper ad sinistram, inuenitur in parte sinistra occupans spatiū pectoris & non in dextra: & fuit bonum q̄ sit pulmoni in latere dextro additio existens substrata venæ cum iam adsit necessitas eius. Et pulmonem quidem cooperit panniculus neruosus, vt sit sm̄ q̄ [c] sciuisti sensus aliquis aliquo modo: & si non est intrans, tamen est cooperiens, quāuis ipse pulmo sit substratus cordi, leniens ipsum, & eius tutamentum. [d] Pectus quoq; diuisum est in duas concauitates, inter quas distinguit panniculus ortus ex oppositione mediationis thoracis: Et non est transitus ab vna duarum cōcauitatum ad alteram, & iste panniculus est in veritate duo panniculi, & est coniunctus in posteriore parte sui cum spōdylibus, & superius, est obuians furculis ambabus. Et intentio in creando eos fuit, vt sit pectus habens duos ventriculos, quatenus si eueniat vni eorum nocumentum, sufficiat alter ad faciendum anhelitum, & eius intentionem. Et ex iuuamento eius, est ligatio meri, & pulmonis, & membrorum pectoris adinuicem. F Velaminis autem iam diximus formam, & iuuamentum eius in anatomia [e] lacertorum. Ipsum enim in veritate est [f] vnus lacertorum: & est ex tribus tunicis, quarum media est chorda, qua completur eius operatio: & tunica quæ est supra, est sicut fundamentum, & basis panniculorū pectoris qui interius cooperiunt ipsum: & tunica inferior est sicut illa ad pāniculum siphac: [g] & in velamine quidem duo sunt foramina quorum maius est transitus meri, & arteriæ magnæ: & per minus est transitus venę, quę nominatur alhabari, & est vehementis suspensionis cum ea, & incarnationis.

A G.lib.7. de v.p. c.2.b
B F.11.t.1.c.1.
C G.lib.1.F.1.d. c.1.
D G.lib.6. de v.p. c.3.c
E G.li.1.F.1.do.5. sum.2.c.16.
F Ga.lib.7.de v.p. c.21.h, & li.13.c.5.a
G G.lib.6. de v.p. c.5.c, & 5. de anat. administ.c.8.e

De complexionibus pulmonis & signis dispositionum eius. *Cap. 2.*

DIcamus itaq; q̄ complexionem calidam significat [h] amplitudo pectoris, & [h] magnitudo anhelitus, & quandoq; duplatur, & exufflatio, [h] & vox, & grauitas eius: [h] Et q̄ parum nocetur ab aere frigido: [h] & quod plurimū à calido: Et [i] q̄ accidentia sitis sedat aer frigidus absq; potu multoties. Et accidit ei plurimum inflāmatio, & tussis. Frigidam vero complexionem significant, paruitas pectoris, & paruitas anhelitus, & [k] vox, & acuitas amborum. [l] Et q̄ nocetur ab omni frigido. [l] Et multitudo generationis phlegmatis in ipso. Et multoties quidem duplatur eo anhelitus, & adueniunt ei asthma & tussis. Complexionem autem humidam significāt multitudo superfluitatū, [m] & raucedo vocis, & stertitio, & proprie cum fuerit cum materia, et fuerit decliuis ad superiora, & G defectus ab eleuatione vocis, non propter debilitatem corporis. Siccam vero cōplexionem significant [m] paucitas superfluitatū, & asperitas vocis, & similitudo eius cum voce gruum: & quādoq; est illic dyspnœa propter vehementiam spissitudinis. Vnaquæq; autem harum complexionum qñq; est pulmoni naturalis, & qñq; est ei accidentalis, & cōmunicant in aliquo, ex signis, & differunt in aliquo. Illa autem in quibus cōmunicāt sunt signa prædicta, nisi illa quæ excipiemus post. Sed ea in quibus differunt, sunt duo: vnum eorum est, qm̄ cum complexio est naturalis, signū eius est stans sm̄ naturam: & si est accidentalis, est ei signum accidentale, & iam aduenit ei, nisi sit signū de genere eorum, quę non accidunt nisi natura tantum: qm̄ tunc signum est naturale, cuius simile est magnitudo pectoris, aut paruitas eius. & scias q̄ magis proprie significationes eius, sm̄ dispositiones pectoris, & pulmonis, est anhelitus in frigiditate sua & caliditate sua, & magnitudine eius, & paruitate ipsius, & facilitate ipsius, & eius difficultate, & fœtore, & bonitate odoris eius, & reliquis dispositionibus eius. & similiter vox etiā in huiusmodi re, sicut illud quod significat illa, quæ strangulata est, q̄ nocumentum sit in lacertis dilatantibus, & rauca q̄ nocumentum sit in lacertis constrictiuis, cum nocumentum est in lacertis: & tussis, & sputum, & pulsus. Et iam declarata est tibi [n] qualitas significationum anhelitus, & [o] qualitas significationum vocis, & [p] qualitas significationum tussis, & [q] qualitas significationum sputi. Pulsus autem, & quod ipse significat sm̄ cōplexiones, & ægritudines, [r] iam sciuisti. H Et pulmo quidem vicinatur cordi, & significationes dispositionum eius, sunt super ipsum fortiores, & pulsus est magis significatiuus eius, quod sequitur ramos cannæ pulmonis. Et tussis est magis significatiua illius quod sequitur cānam, & carnem pulmonis. Et sensibilitas grauitatis, est significatio propria, quod materia est in pulmone, & sensibilitas mordicationis, & punctionis, est significatio propria q̄ materia est in panniculis, & lacertis: & cum non spuitur nisi cum tussi leui, tunc materia est propinqua suppremo cannę, & ei quod sequitur ipsum: Et si non spuit nisi cum tussi plurima, tunc materia est profunda, & est longinqua. Et quandoq; associantur nocumētis membrorū pectoris, signa membrorum longinquorū, sicut vertigo in apostematibus velaminis, [s] & sicut rubedo faciei in apostematibus pulmonis.

H Raf.t.2.c.12.
I Gal.arte medic. c.64.
K Halya.li.1. the. c.16.
L Gal.c.65.
M Gal.c.66.
N C.7.
O T.2.c.1.
P T.3.c.1.&.2.
Q T.3.c.5.&.6.
R Lib.1. Fē.2.d.3. sum.1.c.1.&c.
S G..loc.aff.c.5.c

De ægritudinibus accidentibus pulmoni. *Cap. 3.*

PVlmoni accidunt ægritudines appropriatæ membris partium similium, & ægritudines officiales, & proprie oppilatio in venis suis, & partibus cannæ ipsius, & proprie in venis grossioribus, & in raritate corporis eius. Et quandoq; fiunt propter causas oppilationis omnes, ita vt perueniatur ad clausuram, & ægritudines cōmunes. [t] Et quandoq; multiplicantur ægritudines pulmonis

T Hip.3.apho.

monis

A monis in hyeme, & autumno, propter multitudinem catarrhi: & proprie in autumno pluuioso, post æstatē siccā septētrionalē. Et aer frigidus nociuus est pulmoni, nisi sit à calore læsus vehementi.[a] Et multoties quidē perducunt ęgritudines pulmonis ad ægritudines hepatis, sicut perducunt vehementia frigiditatis eius, & vehementia caliditatis eius, ad hydropisim, & similiter velaminis.

A F.14.t.4.c.4. & G.5.loc.af.c.7.h

De cura pulmonis. Cap. 4.

ATtende quod dicitur in [b] capitulo asthmatis, & anhelitus: & permutetur ad aliud quod cōmunicat ei in causis ægritudinum. Et quandoque exercitatur pulmo cum eo, quod est sicut eleuatio vocis, & sicut anhelitus exsufflationis, vt subtilientur per illud superfluitates eius: Et administrationi quidem medicinarum pectoris, inest propria forma. [c] Oportet enim vt administrentur factæ pilulæ & electuaria in pluribus, retinendo ea in ore, & deglutiendo quod resoluitur ex eis paulatim, vt prolongetur spatium in ore earum in pertranseundo cannam, & reiteretur, & perueniat ad cannam, & pulmonem: & proprie cum dormit resupinus, & mollificet lacertos omnes, qui sequuntur pulmonē, & cannā eius. Et propinquior modus declinationis superfluitatū pulmonis, est latus quod meri sequit, quapropter iuuatur vomitu plurimū cū nō est ibi quod prohibeat.

B C.40.&.42.

C G.7.de phar.cōpo.fm lo. c.1.178.a

De materijs inclusis vel imbibitis in pulmone. & iudicijs earum, & curatione earum. Cap. 5.

B MAteriæ quæ continentur in pulmone quandoq; sunt ex genere humiditatis, & quandoq; ex genere saniei, & quandoq; sunt ex genere sanguinis & materiæ calidæ subtilis. [d] Et materias quidem inclusas in pulmone quandoq; est difficile spuere, aut propter grossitiem earum, & viscositate earum quare non egreditur cum sputo, aut propter subtilitatem earum: quare non adhæret ei ventositas expellens eas cum tussi: Immo rumpitur humiditas à ventositate, quare separat ipsam ventositas non eradicans: aut propter multitudinem eius. & cū sunt humores pectoris grossi, non peruenias ad vltimum in exiccando: Immo sis occupatus cum lenificatione, & incisione cum resolutione materiei moderata. Et sit intentio maior duarum rerum tibi, incisio: cum sit studium cum incisione plus, quàm sit cum resolutione. Et administra in omnibus illis medicinis aquam mellis: est enim faciens eas penetrare, & lenificat, & abstergit.

D G.4.lo.af.c.8.g

De medicinis pectoris singularibus, & compositis, & de forma administrationis earum. Cap. 6.

MEdicinæ pectoris sunt medicinæ, quæ mundificant pectus, & sunt secundum ordines. Ordo primus est sicut [e] farina fabarum, [f] & aqua mellis, [f] & semenlini assum, & amygdalæ, & vinum dulce. [f] Nam ipsum vehementer aperit oppilationem pulmonis, sicut ipsum vehementer generat oppilationem hepatis, quemadmodum scies in capitulo hepatis. Et ex frigidis semen cucumeris, & bateke, & cucurbitæ. [g] Butyri vero, cum solū administratur, maturatio est plus, quàm eius mūdificatio. Si autem deglutiatur cum melle, & amygdalis amaris, est eius maturatio minor,
C & mundificatio eius maior. Et fortius illo [e] est glutinum albotim, & [e] amygdalæ amarę, & oxymel squilliticum, & fœnugræcum, & [e] olibanum, & dactyli hieron habent fortitudinem in hac intentione. Et fortiora illis sunt, cyminum, & piper, & [c] herbus, & radix lilij, & radix, [e] opopanacis, & castoreum cum melle, & [h] squilla assata, contrita, & confecta cū melle, & [i] centaurea maior, [i] aristol. ro. & [i] nigella, & [k] vermis qui est sub vrceis cum desiccatur super testam super prunas, aut in furno donec albescat, & cōmisceatur cū melle. & [l] similiter enula quando ponitur in medicinis, & aqua eius est vehementis iuuamenti, & [m] alrauend est ex summa eorum, quæ faciunt facile sputum, & [n] sisceleos est valde iuuatiuum, & bulbus est iuuatiuum mundificatiuum valde, & proprie crudus. & post ipsum illud quod non est elixatum, nisi elixatura vna. & crocus confortat instrumenta anhelitus, & facilem efficit anhelitum valde. Et medicinæ quidem istæ sunt conuenientes ebibitę, & sunt conuenientes vt emplastrū superpositæ. Et ex medicinis autem compositis sunt pilulæ Platonis, & sunt pilulæ de storace, & syrupus de hyssopo cum descriptionibus diuersis, & medicamen Andromachi, & medicamen Asclepiadis, & medicamen Gal. & syrupi de papauere cū descriptionibus, & medicamen māmius & medicamē anacardi cum myrobal. Et ex eis quæ faciunt spuere humores grossos, & saniem, est medicamen quod Recip. serapini, & myrrhæ amborum ana aur. i. cordumeni aur. ij. opij & castorei amborum ana aur. i. conficiantur cum vino dulci: cuius potio est
D medietas aur. Et ex eis quæ experta sunt, est medicamen, quod [o] Recipit olibani. iiij. myrrhæ. ij. cū tribus vnc. rob coquantur sicut mel, & deglutiantur: [p] Aut succus caulis cum æquali pondere mellis: aut decoctio eius, decoquantur ambo donec coagulentur, & sit ignis carbonū. [q] Et etiam myrrha, & piper, & semen verticæ, & serapinum, & sinapis sumantur, & fiant ex eis pilulæ: & detur in potu ex eis mane & vespere apud somnum: [r] & etiam sinapis drach. i. baurac. ix. kirat, succi cucumeris asinini, kirat. i. & .5. & sunt potio vna educens superfluitates plurimas, & mundificat sine læsione. Et ex medicinis fortibus est, vt sumantur almarut, & sinapis, & semen vrticæ, & succus cucumeris asinini, & anisum, coniungantur totum illud cum melle, & conficiatur cum eo. Et humoribus declinantibus ad caliditatem, est vt sumantur fœnugræci. vnc. ij. seminis lini vnc. i. & .5. horobi. vnc. 5. eius quod est inter grana cotti, vnc. 5. succi liquiritiæ vnc. ij. inuoluantur omnia oleo amygdalino, & coniungātur cum melle. [s] Et iterum sebesten, & ficus albæ, & passæ enucleatæ, & radix liquiritię, & capillus veneris decoquantur in aqua vehementer, & detur ex ea ad potādum. [s] Et si in hac aqua decoquātur polypodium, & turbit, erit iuuatium valde. Et scias ꝙ multoties retinetur aliquid in pectore, & est dispositum, vt expuatur, nisi virtus eius ab eo debilitetur, & tunc quidem oportet vt adiuuetur cum sternuatione.

E G.7.de phar.cōposi.fm loc.c.1.f
F F.14.t.1.c.19. & G.3.de vic.rōne in acut.2.h.a
G Gal.7.de phar. cōposi. c.1.h
H Gal.c.6.e
I Ras.8.conti.c.2. 86.4.
K C.42.& G.7.de phar. cōpo.fm loc. c.6.e, & Ras. 86.4.
L Ras. 85.3.4.
M Dios. lib.3.c.2.
N Dios.lib.3.c.51.
O Gal.180.a
P Gal.181.b.c
Q Ras.8.cōti.c.2. 84.3.
R Ras.84.3.&.86. 3.& Pau.lib.3.c.29.
S Ras.8.conti.c. 2.84.4.

Sermo

Sermo vniuersalis de anhelitu. Cap. 7. E

ANhelitus [a] completur duobus motibus inter quos sunt duæ moræ, fm q res se habet in pulsu: nisi quia motus [b] anhelitus, est voluntarius, qui potest alterari cum voluntate à cursu naturali, & pulsus est naturalis purus. Et intentio [c] quidem in anhelitu est, vt impleat pulmonẽ aere frigido, donec præparetur pulsibus chordis, & non cesset cor sumere ex eo aerem frigidum, & reddat ipsi vaporem fumosum, quousq accidant illi attractationi duæ res: quarum vna est conuersio ipsius à frigiditate, cum calefactione eius quod ei vicinatur, & eius quod ei commiscetur: & altera est conuersio ipsius à claritate sua, propterea q admiscetur ei vapor fumosus: tunc enim remouetur ab eo intentio, qua sit conueniens ad hoc vt extendatur pulsus ab eo: quare necessaria fit eius eductio & permutatio ipsius. Et inter duas res sunt duæ moræ: & eius quidem introitus, & est attractio aeris, fit cum dilatatione pulmonis sequens motum corporum, quibus circundatur. Et anhelitus quidem apud cõmunitatem est illud, quod educitur: & apud medicos, & in positione quæ est inter eos, quandoq est illud quod educitur, sicut est apud cõmunitatem: & quãdoq est hoc totum, sicut pulsus apud cõmunitatẽ, est motus dilatatiuus: & apud medicos in ipso, est positio propria fm speciem notam. [d] Et motus anhelitus, æqualis, naturalis, vacui à nocumento, cõpletur motu velaminis: [e] Si autem indiget additione fortitudinis, propter illud quod nõ ingreditur nisi cum labore, aut vt confortetur anhelitus ad extrahendam insufflationem, cõmunicat velamini in hoc F adiutorium lacertorum pectoris omnium: ita q superiorum eius, aut saltem quorũdam inferiorũ eius tantum. Si autem est necessaria vox, non est excusatio quin administratio sit lacertorum epiglottis. Quod si necessariũ fuerit vt secet literas, & generetur ex eo locutio, non est excusatio quin sit administratio, lacertorum gutturis vel epiglottis, & linguę, & qñq est necessarium in eis administrare lacertos labiorum. Et quemadmodum in pulsu est magnus & paruus: & lõgus & breuis: & velox & tardus: & calidus, & frigidus: & frequens, & rarus: & fortis, & debilis: & intercisus, & continuus: & spasmosus & tremulus: & paruæ repletionis venarum, & multę earum, & est res vel dispositio diuersitatis: & dispositio laudabilis, & dispositio illaudabilis, & omnibus illis sunt causæ: & omnibus illis sunt significationes super rem aliquam, & est eis diuersitas fm complexiones, ætates, & genera, & accidentia corporea, & animalia, similiter anhelitui sunt istæ res numeratæ, & quę sunt eis similia. & vnaquęq res earum habet causam: & omnis res ex eis habet significationẽ. [f] Anhelitus igit alius est magnus, & alius est paruus: & alius est longus, & alius est breuis: & alius est velox, & alius est tardus: & alius est rarus, & alius est frequens: & alius strictus, et alius est latus: & alius est facilis, & alius est difficilis: et alius est fortis, et alius est debilis: et alius est calidus, et alius est frigidus: & alius est æqualis, & alius est diuersus. Et ex speciebus quidem anhelitus sunt quæ habẽt nomina propria, sicut anhelitus intercisus: & anhelitus pręparatus: & anhelitus duplus: & G anhelitus suffocatus: & anhelitus laboriosus vel violentus: & habens [g] †{seterat} sicut est in apoplexia, & similibus. Et nocumenta quæ accidunt in membris anhelitus, & ex eis ingreditur nocumentum in anhelitu, aut sunt in membris anhelitus, aut in principijs eorum, aut in eis quæ cõmunicant cum vicinitate. Et membra quidem anhelitus sunt [h] epiglottis, [i] & pulmo, & canna, & venæ non pulsatiles, & arteriæ, & velamen, & [k] lacerti pectoris, & pectus ipsum. Nam nocumẽtum quandoq fit in ipso pectore, cum est strictum paruum, & aduenit ei propter illud in anhelitu nocumentum. Eorum autem principia sunt [l] cerebrum ipsum, & nucha etiam: qm ipsa est origo velaminis. Nascitur enim plurimum eius ex pari quarto neruorum nuchæ, & continuantur ei rami ex quinto & sexto nerui ad ipsum venientes. Membra autem cõmunicantia cum vicinitate, sunt sicut [m] stomachus, & hepar, & matrix, & intestina, & reliqua viscera. & illa nocumẽta, aut sunt malitia complexionis debilitans calida, aut frigida, aut humida, aut sicca quęcunq earum sit pura, aut cum materia humoris retenti, vel effusi ad ipsum plurimi, aut viscosi, aut grossi. Et sanies, & pus sunt ex summa eius, aut vẽtositate, aut vapore: Aut ægritudo officialis ex paralysi, & spasmo: Aut resolutio singularis ex scissione, aut putrefactione, aut vlceratione, aut corrosione: Aut ex apostemate frigido, aut calido, aut duro: Aut ex dolore. Et tu quidem sciuisti per illud quod narraui tibi, q anhelitus est fortis significationis: [n] & currit cursu pulsus, postquã tu obseruas in eo consuetudi- H nem, sicut necesse est tibi, vt obserues rem naturalem consuetam in pulsu etiam.

De anhelitu magno & paruo: & causis ac significationibus eius. Cap. 8.

ANhelitus [o] magnus, est anhelitus qui recipit aerem valde plurimum, supra æqualem: & est ille cum quo dilatantur membra anhelitus in partibus omnibus dilatatione exuberãti propter magnitudinem eius quod attrahitur. Parui autẽ & stricti dispositio est in hoc econtrario, propter paruitatem eius quod attrahitur: & similiter in parte extractionis. Causæ vero anhelitus magni, sunt causæ pulsus magni. s. tres [p] prædictæ. Et existimatur à quibusdam, q paruus est ille, qui completur motu velaminis tantũ, & illud non est verum absolute. Nam quãuis quandoq sit ille, qui completur motu solius velaminis, paruus: quandoq tamen est ille æqualis. [q] Aequalis enim non eget motu, nisi velaminis, cum velamen est fortis virtutis. Et quandoq est anhelitus paruus quãuis membra pectoris omnia moueantur, cum sunt omnia debilia. Non enim sufficit velamen solum ad anhelitum, qui est necessarius: neq si est necessitas ad temperatum. Immo est necessariũ vt omnia ei adiuuent. Amplius non est ex sufficientia in attractione aeris, & eius eductione, accidens omnibus. q sit simile ei quod est à velamine solo, si est incolume & sanum & forte: qm non

est

A G.1. de diffic. respi. c.2.h
B G.lib.2. de mo. musco. c.5. h.a
C G. de vul. resp. c.3.h, & c.4.b
D C.8. & G.lib.4. loc.aff.c.4.h, & cõ. 2. in.3. de mor. vul. 4.b
E G.ibi. de morb. vulga.b
F Ras.8. conti. t.1. c.1.83.2.
G † tepores & remissiones
H G.8. d v.p.c.1.b
I Ga.4. de præsag. ex puls. c.2.f, & .13. de v.p.c.10.e
K Gal.2. de mot. musc. c.5.h, & de cau. respir. h,a
L G.4. lo. af. c.7.e
M G.6. apho.16. & 1. de difficul. respi. c.11.c.d, & c.12.g.h
N Ga. de vsu. puls. c.1.e.f, & c.3.d
O G.1. de difficul. respir. c.13.d
P Lib.1. Fẽ.2. d.3. sum.2.c.6. & Ga.1. de cau. puls. c.5.d, & lib.1. de difficul. respi. c.6.a
Q C.7. & G.4. lo. af. c.4.h

A est neque vnum ex illis membris sufficiens ad dilatationem integram, neque cum quãtitate qua cum aggregatur adiutorium alterius proueniat ex ipsa dilatatio pulmoni æqualis sufficiens.[a] Et illud est propter debilitatem virtutum: aut constrictionem meatuum, sicut accidit in peripneumonia: verum oportet vt sit magnitudo anhelitus considerata cum quantitate eius, quod de aere in ipso exercetur recepto, & eo qui reddit: & non completur illud nisi motu omnium lacertorum pectoris, & eorum quæ sequuntur eos: deinde non conuertitur, ita vt quotiescunque mouentur in ipso lacerti omnes, tunc fit anhelitus magnus: immo est cum mouentur omnes motu, qui est vltimus in dilatatione & constrictione, operando in aere plurimo. Et paruus est secundum oppositionem eius.[a] Et quandoque consequitur ex vehementia motus membrorum anhelitus ad attrahendum aerem, vt fiat motus dilatando in anterioribus vsque ad furculas, & posterius vsque ad os duarum spatularum; & in lateribus vsque ad maximam partem carnis spatulæ, & quandoque iuuantur naribus, immo iuuantur eis vtrisque in pluribus dispositionibus.[b] Quandoque vero diuersificatur dispositio in constrictione & dilatatione, ex parte magnitudinis, & paruitatis: quandoque enim est dilatatio maior: & quandoque constrictio, maior, & illud secundum materiam quæ indiget vt expellatur cum costrictione, & secundum qualitatem quę indiget, vt contemperetur cum introitu, & dilatatione, & quęcunque erit necessitas, ad ipsum plus erit motus qui est secundum ipsum magis additus. Nam si est necessitas expulsionis B vaporis fumosi plurima propter multitudinem quãtitatis eius, aut acuitatem qualitatis ipsius, est constrictio magna exufflatiua. Et si est necessitas extinguendi ignem inflãmatum, est dilatatio magna. Et quando contingit in homine vt non sit magnæ attractionis aeris, immo paruæ, deinde sit magnæ extractionis spiritus, vel anhelitus: est illud significatio quod caliditas innata est diminuta, & extranea intrans est addita. Et causæ in hoc quod hæc omnia membra laborioso motu affligũtur, sunt quatuor. Ipsa enim aut sunt ita, propter causam magnæ necessitatis, quæ est propter inflãmationẽ caliditatis in partibus cordis, & pulmonis: Aut propter causam debilitatis in ipsis lacertis motiuis: Aut propter cõmunitatem principiorũ, sicut est in fine hecticæ & pthisis, & in collectione saniei: quoniam ipsa debilitat virtutem: Aut propter ęgritudinem instrumenti ei propriam: Aut propter communitatem eius prædictam in eo, quod præterijt ex spasmo accidente ei: aut paralysi, aut malitia complexionis, aut apostemate, aut dolore, aut alia re: Aut propter prohibitionem in lacerto accidente à dilatatione, sicut est repletio in stomacho à cibis: aut ventositas cum pertransit terminum, quoniam mediat inter velamen & dilatationem: quare non dilatatur ipsum solum: Aut propter constrictionem meatuum, qui sunt epiglottis, & rami cannæ, & arteriæ, & qui continuantur eis ex meatibus anhelitus, sicut raritas quæ est in pulmone: quoniam cum ipse impletur humoribus, aut multiplicantur in ipso oppilationes, aut accidit in ipso apostema. Et isti quidẽ sunt, sicut patientes asthma, C & habentes saniem, & peripneumonici: Aut propter negligentiam cum necessitate, aut paucitate necessitatis, ita vt prolongetur spatium inter duos anhelitus, & sit necessitas anhelitus magni restaurantis illud quod accidit ex negligẽtia, sicut est pulsus habentis permistionem rationũ, cum non habet vehementem cordis frigiditatem: quoniam impeditur ab eo: deinde vltimatur in ipso. Et ex summa huiusmodi necessitatis, est magnitudo anhelitus, dormientis, quoniam multiplicantur in ipso vapores fumosi proculdubio, & negligit anhelitum à voluntate extractionis anhelitus, vsque quo multiplicatur cum ipso necessitas: quare egreditur proculdubio magnus. Et similiter est pulsus, complexio cordis cuius nõ est cum illo calore qui necessitat anhelitum, quare postponitur ad horã necessitatis, & restauratur cũ magnitudine quod deficit cũ pretermissione vel postpositione.

A Gal. 4. loc. aff. c. 7. g. h

B G. 1. de difficul. respir. c. 16. g

De signis anhelitus. Cap. 9.

Signa quibus discernitur inter causas motus pectoris totius, sunt quoniam si illud[c] fuerit causa necessitatis plurimæ, & virtus fuerit fortis: erit anhelitus plurimus in introitu ipsius: & in exufflatione eius, & erit tactus anhelitus, calidus, inflãmatus, & pulsus etiam magnus erit significans supra caliditatem, & erunt signa inflãmationis reperta in pectore, & facie, & oculis, & lingua in colore suo & asperitate sua, & in reliquis.[d] Si autem non fuerit ita, & virtus fuerit non deiecta, & quasi non fuerit possibilis ei dilatatio integra, tunc causa est constrictio in aliquo eorum quę numerauiD mus.[e] Si autem membra omnia desiderauerint vel conata fuerint, postea non fuerint mota motu, de quo sit curandum, neque dilatãtur dilatatione integra, sicut cum aliquis vult quod non est, seu conatur facere quod non potest, & innititur omni nixu super ambas nares, & non fuerit illic apud reditum exufflatio, tunc virtus motiua quæ est in lacertis, erit læsa. Et quando cõstrictio est ex humiditate in canna, & quæ sequuntur ipsum, est cum signis in anhelitu, sonus eius qui stertit, & est necessitas excreationis, & est additio signi super signum cõstrictionis totale: quod si illud non fuerit, erit causa magis profunda hac. Cum ergo aduenit constrictio stertilis, tunc iam cucurrit ad pulmonem subito materia catarrhalis, aut fluit seu currit ad pulmonem prius: deinde ad cãnam secundo, sanies & pus ex aliquo membrorum subito.

C Gal. 4. loc. aff. c. 4. g

D Gal. ibi. g. h

E Gal. ibi. h. a

De anhelitu vehementi. Cap. 10.

Est ille ex cuius magnitudine virtus laborat illic superfluo conatu vel superfluo motu laborioso ad introitum, & ad exufflandum cum exitu, quare est cum magnitudine fortitudo.

De anhelitu alto, & sublimi. Cap. 11.

Est species anhelitus magni, in quo necessarius est motus superiorum lacertorum pectoris, & non peruenit necessitas in ipso ad mouendum velamen, & inferiores lacertos pectoris.

Et iste

[a] Et iste quidem anhelitus sæpius accidit in febribus pestilentialibus. E A Lib.4.Fē.1.t.4. c.2.

De anhelitu paruo. *Cap. 12.*

COgnitio causarum eius est propter cognitionem causarũ magni ſm semitam oppositionis: & quandoq; minoratur anhelitus causa doloris, quãdo dispositio doloris mediat inter membra anhelitus, & inter motus eorum. Et quandoq; minoratur anhelitus propter constrictionem. B Raf.81.4. [b] Et quando associatur ei raritas, significat mortificationem naturæ, [c] & quando associatur ei frequentia, significat dolorem in membris anhelitus, & quæ sequuntur ea, ex stomacho, & ei similibus, sicut vlcera eorum, & apata ipsorũ. C Raf.8.cõti.t.1. c.1.81.2. Signa causarũ anhelitus parui oppositarũ causis anhelitus magni, nota sunt ſm oppositionem. Ipsum autem cuius paruitas est propter dolorem, nõ propter constrictionẽ, significat inuentio doloris, & ꝙ habens dolorem, si tolerat dolorẽ, & expectat super ipsum, possibile est ei vt magnificet anhelitum suum, & cum hoc quandoq; accidit inter separationes anhelitus eius, anhelitus magnus, ad quem necessitas adducit ad tolerandũ dolorẽ: aut adducit necessitas in ipso negligentiã doloris. Et factus à constrictione est, econtrario illius totius.

De anhelitu longo. *Cap. 13.*

EST ille in quo prolongatur spatium motus aeris in attractione spiritus, & eius redditu, vt possit virtus operari in aere plurimo. Et qñq; prohibet magnũ & velocem, dolor, aut strictio, & ponit̃ longus in cõplemento eius, vt cõsequat̃ quod attractũ est ſm quantitatẽ magni & velocis. F

De anhelitu breui. *Cap. 14.*

ANhelitus breuis, diuersus est à longo: [d] Et quando associatur ei frequentia, est causa eius dolor in instrumento anhelitus, & quæ sequntur ipsum: & quando associatur ei raritas, significat mortificationem innati caloris. D Raf.81.1.

De anhelitu veloci. *Cap. 15.*

ANhelitus [e] velox, est ille in quo est motus in spatio breui, cum consecutione necessitatis, nõ sicut breuis & paruus. Et causa in ipso est vehementia necessitatis, cum non consequitur in ipso sufficientia magnitudinis: Aut quoniam necessitas est supra illud, quod magnitudo ad ipsam comprehendit: Aut quoniam magnitudini est prohibens sicut dictum est in pulsu, & illud prohibens, aut est in instrumento, aut in virtute. Et quandoq; est velocitas in vno duorũ motuum plus quàm in alio propter similitudinem causæ prædictæ in anhelitu magno. E G.1.de diffic. respir.c.5.b

De anhelitu tardo. *Cap. 16.*

EST contrarius veloci: & causæ eius sunt contrariæ causis ipsius. Et quandoq; tardatur propter dolorem, cum necesse est vt membrum anhelitus moueatur cum facilitate, & spatiositate.

De anhelitu frequenti. *Cap. 17.*

EST [f] anhelitus inter quẽ, & inter illũ, qui est ante ipsum, abbreuiatur tempus. Et ex causis eius G F G.1.de diffic. respi.c.1.b.c. & 4. de diuis puls.c.5.b est vehementia necessitatis, cum non sufficit magnitudo, & velocitas: qm̃ ipsa est maior, q̃ sit illud quod comprehensum est ad ipsam cum eis: qm̃ minor ea est prohibitio ex dolore: aut apostemate: aut cõstrictione propter materias plurimas: aut coarctationem: aut effusionem puris in spatio pectoris: aut aliquã causarum cõstrictionis. Et tu quidem discernes inter illum, qui accidit causa necessitatis, & illum qui accidit causa doloris, & aliorum ex eis quæ præterita sunt tibi in capitulo magnitudinis. Et anhelitus frequens ſm ꝙ testatur de eo. [g] Hipp. sequitur nocumẽtum propter exiccationem pulmonis, & fatigationem membrorum anhelitus & quæ sequuntur ea. G 1.pgnost.24.b

De anhelitu frigido. *Cap. 18.*

SIgnificat [h] mortificationem virtutis, et extinctionem caliditatis innatę, & conuersionem [i] cõplexionis cordis ad frigiditatem. Et est deterius signum in ægritudinibus acutis. & proprie quãdo cum eo est roritas. Nam tunc completur significatio eius super resolutionẽ innati caloris. H Lib.4.Fē.1.t.1. c.31. & G.3.de diffi cul.respi.c.8.a I Raf.8.conti.t.1. c.1.81.3.

De anhelitu fœtido. *Cap. 19.*

EST intrans in fœtore oris: sed separatur à reliquis speciebus fœtoris oris: qm̃ in illis speciebus quandoq; euentatur fœtor in dispositione, quæ nõ est anhelitus, & iste non manifestatur nisi apud egressionem anhelitus, [k] & significat humores putrefactos in membris anhelitus. s. aut canna, aut pulmone, cum in eis putrefit humor, aut sanies. K Raf.8.cõti.t.1. H c.1.81.2.

De permutationibus quæ currunt inter anhelitum magnum, & anhelitum velocem, & anhlitum frequentem, & contrarios eorum. *Cap. 20.*

IAm sciuisti quòd quando necessitas additur, & non est prohibens magnificatur anhelitus. Sed si additur plus, fit velocior: quòd si additur plus, fit frequens. Si autem retrocedit necessitas, minuitur prius frequentia, deinde velocitas, postea magnitudo: & similiter quando minuuntur desiderium, & prohibitio: & quando deficit reditio in intentionibus tribus, inuenitur raritas plus, deinde tarditas: postea magnitudo, quare est egressio à naturali ad paruum minus, quàm ad tardum, & ad ambo minus quàm ad rarum. Et si tu experieris ista in dilatatione & constrictione simul secundum diuersitatem duarum necessitatum prædictarum, declarabitur tibi diuersitas in additione & diminutione. Cum enim causa est magis ducens in dilatatione ad additionem, est tempus quod est ante dilatationem, breuius. Et quando est similis illi causæ in constrictione, est tempus quietis, quæ est ante constrictionem, breuius & anhelitus frequens velox sequitur apostema calidum, aut constrictionem ab oppilatione.

De anhelitu

A Ras.8.cõti.t.1. c.1.81.4. B G.4.lo.af.c.7. h

A *De anhelitu[a] narium commouente extremitates narium.* *Cap.* 21.

ISte[b] anhelitus significat debilitatem, virtutis, aut constrictionem vehementem præfocatiuam in decollatione: aut collectionem saniei: aut effusionem eius, aut humoris.

Sermo vniuersalis de malitia anhelitus. *Cap.* 22.

MAlitia anhelitus cõmunicat dispositionibus egredientibus à natura, in anhelitu, quam non consequuntur accidentia sana: immo accidẽtia ægra, impedientia: & illa sunt, sicut difficultas anhelitus, & cõstrictio anhelitus, duplatio anhelitus, & intersectio anhelitus, & anhelitus præparatus. Et quandoq; accidit propter species malitię complexionis, & repletionis: aut propter oppilationem, & vicinitatem coarctationis apostematum, & dolores à motu prohibẽtes, & propter vlcera in velamine, & partibus pectoris: & propter casum virtutis ex ægritudinibus terẽtibus virtutem, & febribus acutis, & pestilentialibus & venenis ebibitis. Et omnis quidem malitia anhelitus, aut ipsius constrictio, aut difficultas eius propter materiam, additur apud resupinationem: & est media apud dormitionem super latus: & alleuiatur cum quis stat erectus: & in præfocatiuo intrinseco prohibetur apud resupinationem omnino.

De constrictione anhelitus. *Cap.* 23.

C Ras.8.cõti.t.1. c.1.83 2.

B COnstrictio anhelitus est vt non inueniat aer, in quo exercitatio fit cum anhelitu, meatum in parte sui motus, nisi strictum, in quo nõ penetret nisi paulatim.[c] Et eius causæ, aut sunt apostemata in illis meatibus quæ sunt epiglottis, & cãnæ, & rami eius, & arteriæ, & in ipsa raritate pulmonis & corpore ipsius. et de apostematibus eius quod vehementius oppilat anhelitum est illud, quod est durum: aut humores plurimi in ipso, aut grossi, aut viscosi, aut aquosi aggregati in pulmone, aut clausura accidens ei ex coarctatione vicina ex apostemate calido in[c] hepate, au stomacho, aut[c] splene: aut humores effusi in spatio propter[c] hydropisim: aut alia, sicut fit ex apertionibus apostematũ in ventre inferiore, non permittentibus fieri dilatationem. Aut spissitudo ex siccitate: aut stypticitate: aut frigore: adueniente pulmoni & velamini: Aut à siccitate in neruis, & velamine, & est melius vt nominetur difficultas anhelitus: Aut à vaporibus fumosis constringentibus intrinsecus anhelitum in locis strictis. Et qñq; est causa eius constrictio pectoris: vt non inueniant membra dilatantia, anhelitum, vbi expandentur. Et quãdoq; fit causa crisis, & signum eius est quando declinant materiæ ad superiora. Et quandoq; fit difficultas anhelitus, & cõstrictio eius propter cursum materierum ab apostematibus intrinsecis, permutatis ad partes capitis, & indicat apostemata post aures, si res fuerit magis incolumis, aut in cerebro, si fuerit prauior.

De signis. *Cap.* 24.

C APostematũ prefocatiuorũ rememoratio iam præterijt tibi: Signũ vero apãtis quod fit in pulmone ipso, est dolor debilis, & in lacertis, & in velaminibus pectoris est dolor pungitiuus intrinsecus, & est fortior, & vehementior: & exterius est debilior, & in cartilaginibus pulmonis est dolor in quo est mordicatio. Et qñq; perducit ad tussim. & si fuerit calidum tũc est febris. Et signa præfocatiui nota sunt, q; fit vehementius apud resupinationem. Signa autem humorum si sunt in canna, sunt sputum, & desiderium tussiendi, & iuuari ea cum expuitione rei facta cum quacun q; tussi & cum stertore. Et si sunt in pulmone, est illa dispositio similiter: nisi quia tussis incipit à loco magis profundo: & non est stertitio nisi ẜm quantitatem eius quod cum difficultate expuitur, & si sunt in spatio, tunc iam permutatur ex latere ad latus, cum alteratione iacendi: deinde egreditur cum sputo: & non est in ipso cum constrictione anhelitus, tussis de qua sit curandum.

De diuersitate anhelitus. *Cap.* 25.

ANhelitus diuersus fit cum causis, quæ sunt sicut causæ diuersitatis pulsus: & est eius diuersitas ordinata, & inordinata.

De anhelitu duplo. *Cap.* 26.

D Gal.4.apho.54.

ESt ex speciebus diuersi, & est anhelitus in quo cõpletur dilatatio, aut constrictio duobus motibus, inter quos ambos est mora,[d] sicut est anhelitus pueri cum plorat. Nam fit in eo cõpressio, quando dilatatur: & mutatio, quando stringitur: Et eius causa aut est caliditas multa, quæ non

D iuuatur eo quod attrahitur: Immo causat necessitatem successiuę attractionis aeris cum additione: Aut est debilitas in instrumento anhelitus noto, faciens necessitatem quietis in anhelitu: aut

E Gal.4.apho.54.

est malitia complexionis deijciens virtutem, aut exiccans: aut[e] indurans instrumentum, & est plurimum: Aut est dolor in ipso aut in vicinis eius aut apostema. Et vicini sunt, sicut velamen, & hepar, & splen. Sed hepar est vehementioris cõmunicationis quàm splen: aut est ægritudo officialis

F Gal.4.apho.68.

ex eis, quæ iam numeratæ sunt multis vicibus:[f] Aut est multitudo spasmi præteriti, aut futuri.[e] Et iste anhelitus est signum malum in ægritudinibus & febribus acutis.[e] Cum autem accidit ex frigore tunc ipse est ex eis quæ sanat febris.

De anhelitu dimidio. *Cap.* 27.

EStvt sit nocumentum in medietate pulmonis, & sit medietas altera incolumis: quare est anhelitus medietas, anhelitus incolumis.

De anhelitu difficili *Cap.* 28.

ESt vt sit exercitatio in aere laboriosa, siue sit strictura, siue non sit strictura. Et causa in ipso est nocumentum membrorum anhelitus, ẜm q; dictum est in alijs. Et qñq; est propter inflãmationem igneam dominantem cordi, & fit propter frigus mortificans virtutem motiuam, aut impediens

diens

diens eam, ſicut accidit cum eſt frigus velaminis, propter cauſam frigoris ex linimento aut aliud, E & quandoq; eſt propter oppilationem: & qñq; eſt humor, & qñq; eſt propter malitiam cõplexionis accidentis velamini, ſicut frigus aeris: aut frigus ex emplaſtro poſito ſuper ipſum, propter cauſam in ipſomet: aut, ꝑpter cauſam in ſtomacho, & hepate, et cadit ipſum in vicinitate illius emplaſtri, & infrigidatur: quare non fit bona eius dilatatio. Et quandoq; fit propter oppilationem, apud quã retinetur ventoſitas attracta, & indiget labore donec infletur, et iſte eſt diuerſus propter conſtrictionem. Et quandoq; eſt oppilatio apoſtemoſa. Et quãdoq; fit propter medicinam ſolutiuam mouentem, & non ſoluentem: aut propter clyſtere acutum non ſoluens. Et ſimiliter quãdo phlebotomia in pleureſi non conſequitur neceſsitatem. Et oportet quidem vt legatur illud quod ſcripſimus in fine ſermonis noſtri in conſtrictione anhelitus hic etiam.

De præparatione anhelitus. Cap. 29.

PRæparatio [a] anhelitus eſt, anhelitus, qui non aduenit habenti ipſum, niſi preparetur, & eque tur, & extendat collum ſuum exteſione tendente ad ſuperiora: quare aperitur propter illud meatus, & non poteſt declinare collum ſuum: quoniam conſtringitur ſuper ipſum anhelitus, ſicut conſtringitur ſuper trahentem collum ſuum ad poſteriora. Et ſimiliter non poteſt declinare pectus, & dorſum ad poſteriora. [a] Et quando remouetur hæc præparatio, & proprie quando reſupinatur, accidit ei vt cooperiantur ex ipſa partes pulmonis. ſ. quædam earum cum quibuſdam, quare oppilant meatum: quoniam ipſe in radice in huiuſmodi eſt oppilatus in pluribus: & in ipſis nõ eſt apertio niſi parua quam deſtruit declinatio partim quarundam ſuper alias, quare oppilantur meatus. Et quandoq; fit illa oppilatio accidens in febribus, & ſimilibus, propter vapores declinãtes, & humiditates reſolutas. Et quandoq; fit in veritate propter humores implentes, & oppilantes, & apoſtemata: aut quoniam lacerti ſunt mollificati. Cum ergo non deſcendunt ad partem pedum, immo deſcendunt ad partem dorſi, & pectoris, coarctatur. A G.4.lo.af.c. F

Sermo vniuerſalis de anhelitu naturarum, & diſpoſitionum.

De anhelitu ætatum. Cap. 30.

PVeri [b] quidem indigent eductione ſuperfluitatum fumoſarum neceſsitate vehementi: quoniam digeſtio in eis eſt plurima, & magis aſsidua, & non eſt neceſsitas ipſorum ad extinctionem pauca, & virtus ipſorum non eſt vehemens valde: quoniam ipſi nõ ſunt completi in ſuis corporibus, & ſuis virtutibus: quare neceſſarium eſt vt cadant in anhelitibus ipſorũ frequentia, & velocitas vehemens cum magnitudine aliqua, nõ exiſtente cũ illa vehementia. Iuuenũ autem anhelitus ſunt maiores: ſed minoris velocitatis, & frequentiæ, & cum neceſsitas conſequitur in eis cum magnitudine. [b] Senum verũ anhelitus ſunt minores in diſpoſitionibus additionis quã anhelitus iuuenum, & non ſunt in paruitate anhelitus decrepitorum. [b] Sed decrepitorum anhelitus ſunt G minores, & tardiores, & vehementius rari propter id quod tibi non occultatur.

De anhelitu repleti [c] ex cibis, aut ex [d] prægnatione, aut [d] hydropiſi & ſimilibus. Cap. 31.

EOrum anhelitus declinant ad paruitatem: quoniam velamen eſt coarctatum à motu dilatatiuo, & propterea quòd minoratur eorum anhelitus, non eſt excuſatio à velocitate, & frequentia, ſi eſt ſufficiens virtus: aut frequentia ſola, ſi eſt virtus debilitata.

De anhelitu balnei. Cap. 32.

ANhelitus [e] quidem balneati aqua calida, magnificatur propter neceſsitatẽ, & propter lenitatem inſtrumenti, & fit velox, & frequẽs propter neceſsitatem. [e] Balneati vero frigida, res eſt econuerſo.

De anhelitu dormientis. Cap. 33.

CVm [f] virtus in ipſo eſt fortis, tunc eius anhelitus magnificatur, & fit rarus propter cauſam prædictam in [g] capitulo pulſus: & eſt eius conſtrictio maior, & velocior, quàm ipſius dilatatio: quoniam digeſtio in ipſo eſt plurima.

De anhelitu dolentis in membris pectoris. Cap. 34.

ESt ſicut ſciuiſti ex eis quæ [h] præterierunt tibi ex me declaratio eius: ipſe enim declinat ad paruitatem & breuitatem: & quandoq; duplicatur: & quandoq; eſt difficilis: & quandoq; tardatur, quando non eſt inflammatio: & fit frequens, ſicut ſciuiſti: Et ſunt paruitas eius, & breuitas ipſius, plus quã eius tarditas: quoniam ducens ipſum ad retentionem & paruitatem dilatationis, eſt plus quã ducens ipſum ad facilitatem: & vt noceatur cum magnitudine dilatationis vehemẽtius, quàm vt noceatur cum velocitate. Nam inflammatio cordis, & calefactio non excuſant ex velocitate, quamuis lædatur cum ea. H

De anhelitu eius, cuius anhelitus conſtringitur propter quãcunque cauſam: & de anhelitu habentis aſthma. Cap. 35.

OPortet vt ſuccurratur ei, qui fit cum conſtrictione, auxilio ex parte velocitatis & frequentię, in plurimo rei: quare fit anhelitus eius paruus, ſtrictus, frequens, & anhelitus habentis aſthma eſt ex eis quæ ſunt declarata in capitulo ſuo.

De anhelitu habentium ſaniem. Cap. 36.

{ QVandoq; [i] laborant in dilatatione pectoris totius cum caliditate, & exufflatione: & nõ eſt illic magnitudo, neq; quod neceſſitet virtutẽ: qm̃ habens hanc ægritudinem iam debilitatus eſt in vltimitate. } [k] Sed virtus in habẽtibus peripneumoniã & aſthma, eſt remanens.

B G.1. de difficul. reſpi.c.7, d, & Raſ. 8. cõti.t.1.c.1. ...

C G.6.loc.af.c.5 fo.40.e, & 1. de difficul. reſpi.c.11.c.d & Raſ.82.1.
D Gal. & Raſ.
E G.1. de difficul. reſpi.c.7.d
F G.1. de difficul. reſpi.c.7.d.e
G Lib.1.F.2.doc. ſum.1.c.12.
H C.12. &.15. & G.1. de difficul. reſpir.c.11.f
I G.4.loc. af.c.7. h.a. Sic etiã iis, quibus inter thoracem pulmonéq; magna puris quantitas collecta eſt, quos ſuppuratos vocant, totus thorax attollitur: ſed neq; calidus eſt ipſorũ ſpũs, neq; exufflãdo emittitur, niſi adurens ſtatim febris acceſſerit. Verũ ij celerrime ſuffocant, tùm ob multitudinẽ ipſam, tùm qd virtus oĩb[9] ſuppuratis ex neceſſitate, imbecilliores redduntur.
Alia litera.
Raſ.82.1. Patientes ſaniẽ i pectore, totũ pectus tendunt abſq; aere calido, & flatiõe, & ipſi quidem ſuffocant velociter ex defectu virtutis ipſorum.
K Raſ.82.1.

A *De anhelitu habentium decollationem, & ſuffocationem, & quæ eis ſunt ſimlia.* *Cap.* 37.

EST cum dilatatione magna, cum velocitate, & frequentia propter neceſſitatem, & ſubmerſionem materiei, & non eſt eis exufflatio.

De aſthmate. *Cap.* 38.

ASthma eſt ægritudo pulmonis, cum qua quieſcens nõ inuenit excuſationem ab anhelitu frequenti, ſicut eſt anhelitus [a] quo laborat præfocatus, & feſtinatus. Et hæc ęgritudo, cum accidit [b] decrepitis, non forſitan ſanatur neque maturatur: [c] cum ipſa in iuuenibus etiam difficilis fit & ſecũdum plurimum augmentatur apud reſupinationem. Et hæc quidem ægritudo eſt ex ægritudinibus [d] longis, habens cum hoc paroxyſmos acutos, [d] ſecundum ſimilitudinem paroxyſmorum epilepſiæ & ſpaſmi. Et quandoq; fit propter nocumentum [e] in ipſo pulmone, & in eis quę ipſi cõtinuantur, propter inuiſcationem humorum groſſorum in arterijs, & ramis earum paruis & ſugẽtibus earum vel capillaribus ipſarum. Et quandoq; eſt in canna pulmonis. Et quandoq; eſt in raritate pulmonis, & locis vacuis. Et iſtę humiditates quandoq; ſunt ad ipſum effuſæ ex capite, & proprie in regionibus meridianis. & cum multiplicatione exſufflationis ventorum meridionalium. Et quandoq; ſunt expulſæ ad ipſum ex alijs locis. Et quandoq; eſt cauſa generationis earũ in ipſo, frigiditas eius, & incipit paulatim. Et quandoq; fit propter humorem non exiſtẽtem in pulmone, B & arterijs eius, imo in ſtomacho, effuſum ex capite, aut ex hepate, aut generatum in ſtomacho. Et ſpecies aſthmatis dicta albhear vel bhear accidẽs apud aſcenſionẽ hominis ex deorſum in ſurſum eſt propterea q ſtomachus comprimit velamen, & velamen cõprimit pulmonem: Et hepar quando infrigidatur, aut ingroſſatur, quandoq; adiuuat ad faciendum aſthma. Et iſti quidem humores quandoq; nocent ſua qualitate: & quandoq; nocent ſua quantitate, & multitudine. Et quandoq; fit, ſed raro ex exiccatione pulmonis, & ſiccitate eius & aggregatione eius ad ſeipſum. Et quãdoq; fit ex frigiditate eius. Et quandoq; fit propter nocumẽtum principiorum membrorum anhelitus ex neruis, & nucha, & cerebro: aut catarrho expulſo ad ipſum ex eis. [f] Et qñq; fit propter cõitatem membrorũ vicinorũ comprimentium mẽbra anhelitus: quare nõ dilatantur: [g] ſicut eſt ſtomachus plenus, qñ comprimit velamã. Et qñq; accidit propter multitudinẽ vaporis fumoſi, qñ coarctatur in pulmone, & peruenit ad eũ. [h] Et qñq; fit propter ventoſitatem coarctatã in mẽbris anhelitus, cõprimentẽ anhelitũ. [i] Et qñq; fit ꝑpter paruitatẽ pectoris, quare nõ ſequitur ipſum neceſſitas ex anhelitu: & fit illud nocumentũ naturale in anhelitu, ſicut accidit in cibo ex paruitate ſtomachi, & qñq; aſthma fit vehemẽs, & fit anhelitus ꝑparationis. Et multoties permutat̃ ad peripneumoniã.

A Gal. 7. de cõpo. phar. ſm loc. c. 6. c & 3. aphor. 26. e. & cõ. 2. in. 3. de morb. vugl. 4. b
B Ga. 3. apho. 31. & 5. de ſan. tu. c. 8. b & 2. apho. 40.
C Raſ. 8. cõti. t. 1. c. 2 84. 3.
D G. 4. de cã. pulſ. c. 11. a
E Gal. 7. de cõpo. phar. ſm loc. c. 6. c, & cõmẽ. 4. in. 6. de morb. vulga. 4. a
F Gal. 6. aphor. 16.
G Gal. 6. lo. af. c. 5. fol. 40. e
H Raſ. 8. cõti. t. 1. c. 2. 84. 4.
I Raſ. 85. 1.

De ſignis. *Cap.* 39.

SI fuerit cauſa aſthmatis humores, aut humiditates in canna ipſa, erit illic conſtrictio in principio anhelitus cum excreatione: & [k] ſtertore vel raſcatione & ſenſatione materiæ ſtantis & grauitatis cum ſputo rei ex loco propinquo. [k] Et ſi fuerint humores ex catarrho, erit ſubito: & ſi non, erit paulatim. [l] Et ſi fuerint in arterijs pulmonis perſeuerabit diuerſitas pulſus tremuloſa, vel ſimilis tremori cordis. Et qñq; adducit ad tremorem cordis confirmatũ, & interficit: & plurimũ pulſus habentium aſthma, eſt tremuloſus. Si autẽ fuerit extra ſpatiũ, quocũq; modo ſit, non erit tuſſis. Et ſi fuerit cum cõitate principiorũ, ſignificabit ipſum illud quod præterijt. Et ſi fuerit cum cõitate vicinorũ, ſignificat ipſum additio ipſius propter excitationẽ quæ eſt in eis, aut repletionẽ accidentẽ in eis. Et ſi fuerit à catarrho, ſignificabit ipſum diſpoſitio eius. Et ſi fuerit ab eruptione ſaniei ſubito ad membra anhelitus, ſignificabit ipſum illud quod præceſſit de apate, & collectione: deinde quod ꝑuenit ex eruptione. Et ſi fuerit à ſiccitate, ſignificabit ipſum ſitis, & priuatio ſputi omnino: & q minoratur cum recipit quod humectat, & adminiſtratur quod humectat. Et ſi fuerit propter ventoſitatem, ſignificabit ipſum leuitas partium pectoris cum cõſtrictione, quæ diuerſificatur ſm acceptionem eius quod inflatiuũ eſt: & eius quod nõ eſt inflatiuum. Et ſi fuerit propter frigus cõplexionis pulmonis, ſicut fit in decrepitis, tunc ipſum paulatim incipiet, & confirmabitur.

K G. 4. lo. af. c. 8. f C
L F. 11. t. 2. c. 2.

De cura aſthmatis & conſtrictionis anhelitus, & præparationis eius. *Cap.* 40.

IN facto quidem ab humiditatibus, cura, & eius modus eſt, vt perueniatur ad finiendum humi- D ditates, quæ ſunt in pulmonibus eorum cum facilitate & æqualitate. Et ſi ſcíueris quòd nocumentum accidens in eis, eſt propter multitudinem, tunc euacuabis corpus proculdubio cum ſolutiuo. Sintq; medicinæ ſubtiliatiuæ, maturatiuæ, [m] abſque calefactione vehementi perducentes ad exiccationem materiei, & ingroſſationem eius. [n] Et propter hoc antiqui non appoſuerunt in confectionibus curæ aſthmatis opium, neq; hyuſquiamum, [o] neq; mandragorã, niſi intentio ſit per illud prohibitio catarrhi, quando multiplicatur: immo neq; pſyllium, niſi quod Deus vult glorioſus & excelſus. Et propter hoc [p] oportet, vt aſſidue fiat humectatio materiei, & maturatio eius, cum eſt groſſa, & viſcoſa. Et non ſis contentus ſubtiliatione, aut inciſione pura. Et quandoq; adducunt labor eius, & inobedientia materiei, ad vlcus in pulmone. [q] Et ſimiliter quoniam omnia quæ prouocant, nocent huic ægritudini inquantum prouocãt: propterea, quia extrahunt ſubtile ab humiditate. [r] Et cum ſentis cum aſthmate groſſitiem in hepate, oportet vt permiſceas cũ medicinis pectoris, medicinas ex genere eupatorij & [r] abſinthij: Et illud quod coniungit inter duas res ſimul vehementer, eſt ſicut [r] rubea tinctorum, & [r] ariſtol. etiam. Et [s] cum ille qui curatur eſt puer, oportet vt permiſceatur tunc cum medicinis, lac matris eius: Et ſufficiunt eis medicinæ æquales, ſicut fœniculum humidum cum lacte. Et ex eis quæ iuuant ad maturationẽ & ſpuitionem eſt [α] ius galli

M Gal. 7. de cõpo. phar. ſm loc. c 6. g
N Raſ. 84. 2. & G. 7. d phar. ꝯpo. c. 6. g
O Gal. ibidem.
P G. lib. 7. de ꝯpo. phar. ſm loc. c. 6. d
Q Raſ. 8. cõti. t. 1. c. 2. 85. 1. & 3.
R Raſ. 84. 4.
S Raſ. 85. 1.
Infra α bis

decrepiti. Et ex regimine iuuatiuo eius, est vt administretur [a] fricatio pectoris, & quæ sequuntur E A Ser t.2.c.24.
ipsum cum manibus, & mandili aspero proprie si fuerit illic anhelitus præparationis: sitq; fricatio
æqualis sicca absq; vnguento, nisi accidat lassitudo: tunc enim administratur vnguentũ. [a] Et opor
tet vt in fricatione administres in quibusdam horis abrotanum, & nitrum, & fiat cum eis fricatio
vehemẽs. Et si materia est plurima, tunc necessaria est purgatio eius cum solutiuo facto ex eis quæ
sunt sicut semen vrticæ, & polypodium, & cucumer asininus, & pulpa coloquinthidæ. Et ex regi-
mine in hoc post purgationem, & vomitum, [b] est administratio vocis cum eleuatione gradatim ad B Ras.85.3.
fortitudinem, & longitudinem. [a] Et ex regimine in illa mundificatione, est administratio vomitus
continui: & proprie post comestionem raphani: aut post potationem .iiij. drach. baurac cum pon-
dere .v. vnc. syrupi de melle. Et illud quidem quando fortis fit ægritudo, & difficilis fit res. Et elle-
borus albus valde iuuatiuus est, & est in ægritudinibus pectoris securus, & absque timore. [a] Et
rectius quidem est vt sumantur frusta ellebori, & figantur in raphano, & dimittantur sic die &
nocte, deinde extrahãtur ab ipso, & comedatur ille raphanus: [c] Et etiam sumantur sinapis, & salis C Gal. 7. de phar. cõpo. sm loc. c.6.
amborum ana drach. i. baurac armeni drach. 5. nitri danic. i. & dentur in potu in .v. sextarijs aquæ
& mellis: & quantitas mellis in ipsa sit vncia. i. [d] Et ex regimine bono in hoc, est assiduatio lenifi- D Ser. & Ras. 87.
cationis naturæ, & adiuuat eos ad illud receptio capparis saliti ante cibum, & [b] altharich antiqui, 1.&.85.2.
[a] & [a] iuris galli decrepiti cum medulla cartami, & volubilis, & siclæ. [a] Quod si per illa non sit leni- F *Supra a & Infra a*
ficatio, detur in potu aqua hordei, in qua vehementer decoctum est parum euphorbij. [a] Et epithy
mum quidem est vehementis iuuaminis in hac ægritudine. Nam si sumatur ex aqua, in qua deco-
quatur epithymũ cũ melle, est vehementis iuuamenti. [a] Et similiter si sumatur ex eo aure. i. cum
rob. Et similiter decoctio ficuum, & calamenthi, & rutæ in aqua, sumantur ex ea cum melle, [a] &
etiam decoctio fœnugræci cum ficubus pinguibus cum melle plurimo administretur ante cibum
tempore longo, & reiteretur post ipsum. [e] Et similiter decoctio passularum, & fœnugræci cum E G. ibi. c, & 12
aqua pluuiali. [a] Et ex regimine in hoc est exercitium in quo gradatio fiat ex tarditate ad velocita- 8. conti. t. 1. c. 2.
tem, vt non faciat accidere eis festinatio præfocationem, propterea quia ipsa mouet materiam la- 3.&.85.1.
boriose. In cibis vero eorum oportet vt gradatio similis ei quàm prædiximus in exercitio. [a] Et sit
eorum panis, panis coctus, habens semina, vt [a] cyminum, [a] anisum, & similia, ex massa fermentata:
Et sint eorum cibi vltimæ mensæ illi in quibus ponuntur semen [f] † {alrased,} & folia hyssopi, & F † nasturcij
origanum, & calamenthum, & pinguedines ciborum eorum sint de adipibus leporum, & ceruí,
& gazel, & proprie vulpis, & præcipue eorum pulmones. [g] Pulmo enim vulpis est medicamen G G. 11. simpl. me dic. 79. b
huiusmodi ęgritudinis, cum exiccatur, & datur ex eo in potu pondus. ij. drach. Et similiter pulmo
ericij campestris. Eorum vero carnes sunt, sicut [a] pisces petrosi fluuiales, non lacunales: & sicut
paruæ aues, [a] & franculini, & perdices, & [a] ius gallorum confert eis. Et quandoq; ponitur lingua G *Supra a bis*
arietis in cibis habentium asthma. Sed eorum vina sunt odorifera, antiqua [h] subtilia, paruæ quan- H Gal. 7. de com phar. sm loc. c.
titatis. Et quando voluntas est, vt multiplicetur maturatio, & iuuamentum ad spuendum accipia-
tur ex eo subtile valde. Et syrupus de melle confert eis etiam, & in vinis dulcibus adiutis cum ali-
quo subtiliatiuo adiuncto eis, est iuuamentum ipsis, propter illud quod in eis est ex abstersione,
& lenificatione, & calefactione æquali. [a] Et oportet vt elongẽtur inter cibum & potum, & non sa-
tientur ex aqua subito: immo pluribus vicibus. [a] Ex rebus autem quas oportet eos vitare, est bal-
neum quantum possunt, & proprie post cibum. [a] Et somnus plurimus: & proprie [a] somnus diei,
& somnus post [a] cibum est res nocibilior eis, nisi adueniat eis spatium vehemens, & lassitudo, &
caliditas: tunc nanq; dormiat parum. [a] Et oportet vt vitent omne granum in quo est inflatio: & vt
vitent potare post cibum siue sit aqua, siue vinum. Medicinæ vero solutiuæ fortes quæ eis conue-
niunt sunt, sicut si in potu sumant [i] ex opopanacis & pulpæ coloquinthidæ amborum ana drach. I Gal. ibi a
5. cum aqua mel. [i] Aut castoreum cum ammoniaco: [a] & pil. de agarico necessarium est vti in men-
se bis, quando causa fit fortis. Quarum descriptio. [k] Recip. agarici tres partes, radicis lilij, prasii K Ser. & Ras. 85
amborum ana partem. i. turbit partes .v. hieræ picræ. iiij. pulpæ coloquinthidæ, sarcocollæ ambo-
rum ana drach. i. myrrhæ drach. i. terantur & conficiantur cum rob: & sit potio earum. ij. drach.
[l] Et etiã pulpæ coloquinthidæ medietas aure. anisi pars sexta aurei, conficiantur cum aqua, & fiãt H L Ras. 84.3.
ex eis pilulæ, & administrentur post administrationem clysteris puri ante ipsas per diem. Et fit ex
eis quæ sunt sicut aqua siclæ, & oleum sisaminũ, & baurac, & quę cursu eorũ procedunt. [l] Et iterũ
pulpæ coloquinthidæ danic. ij. seminis vrticæ drach. i. epithymi drach. 5. conficiantur cũ aqua mel
lis: & sunt potio. i. Et expectentur super eã tres horæ: deinde potentur. ij. vnc. aut. iij. ex aqua mel.
[l] Aut etiam pulpæ coloquinthidæ, & sceha æqualiter, baurac medietas partis, radicis lilij, opopana
cis amborum ana pars. i. fiant ex eis pilulæ. Sitq; potio earum ex drach. i. & .5. vsque ad. ij. drach. &
expectetur hora. i. & detur in potu post eas [m] † {media cotyla} aquæ mellis. [n] Et etiam sinapis aur. M † vnc. viiij.
i. salis communis qui in pane ponitur. 5. aure, succi cucumeris asinini. 5. aure fiant ex eis. viij. trochi N Gal. h, & Ras.
sci, & bibatur trochiscus. i. ex eis vna die: & die altera non: & potio sit cum aqua mellis. Ista enim 84.3.
leniunt naturam, & faciunt spuere cum facilitate. In reliquis vero medicinis [o] oportet vt permu- O Lib. 1. Fen. 1. c. 1.
tatio fiat, & non continuetur vna medicina ex eis assidue, quare fiat consueta vel amicabilis natu- & li. 3. F. 22. t. 2. c.
ræ. Et iterum inter medicinas & corpora sunt proportiones, quæ non comprehenduntur nisi & G. li. 5. de san. tu.
cum experimento. Cum ergo experieris applica quod magis est iuuatiuum. Et oportet vt obser- c. 9. f, & Ser. & Ras. 87. 1. 2. & .16. cõn.
uetur pars effusionis materiæ. Nam si fuerit ex capite, rege caput curatione catarrhi cum regimi- 1. c. 2. 287. 4.

ne

A Raſ.84.4. A ne mundificationis humoris.[a] Et quandoque ponuntur in eo narcotica.[b] Et lutum armenum eſt
B Raſ.86.1.& Aet.lib.2.ſer.4.c.57. mirabile in prohibendo catarrhum. Diſtinctio vero medicinarum eſt ſicut medicamen Dioſcoridis.,& [c] ariſtolochia rotun. Sumatur inde in potu omni die.5.drach.cum aqua. Et ſicut ſerapinum
C Aeti. li.2.ſer.4.c.57.& Ser. cum vino,& ſemen iuniperi,& nux cupreſſi, & [d] †{alfaſera,}& [e] etiam alfeſeraſtẽ.iiij. danic &.5.
D † Ser.t.2.c.24. vitis alba cum aqua radicum:& [d] etiam acetum in quo infuſum eſt de ſemine vrticæ multoties[d] aut pondus
E Ser. ibidem drach.ij.ſeminis naſturtij ſuper quod diſtillatum eſt oleum amygdalinum dulce, & [d] radix rubeæ
F G.lib.7. de cpo. phar. ſm loc.c.6.c, & Ser. medietas,& quarta drach.vnius,cum oxymelle ſquillitico. Oxymel enim ſquilliticum iuuatiuum eſt valde. Et [f] ſquilla [a] aſſata ipſamet,& proprie cum melle, & ariſtolochia ro. & duo calamentha,
Infra a & ſceha,& lilium etiam,et chamæpiteos,& caſtoreum,& etiam decoctio centaureę. Et centaureę duæ ſpecies iuuatiuæ ſunt eis in duabus diſpoſitionibus, groſſa apud motum, & in principio, & [d] minuta apud quietem,& in poſtremo fiat electuarium cum melle, & etiam [d] glutem alimbat ſolum,aut cum pauco pyrethro, & galbano. Et opopanacum fortiter iuuat etiam hanc ægritudinẽ. [d] Veruntamen eſt ex eis quorum maxima malitia timenda eſt in neruis. Et medicamen caulium
G Ser. deficiunt ponidij. eſt eis vehemens iuuamen.[g] Et etiam ſumantur naſturtij,& ſiſami amborũ ana drach.xxx.& hyſſopi ſicci drach.vij.& ſit potio eius ſm quantitatẽ teſtificatam.[d] Et etiam pulmonis ſicci vulpis.v. calamenthi montani.iiij.ſeminis apij, folij indi, amborum ana.viij.ammomi,piperis amborũ ana
H Gal.ibidem. e *Supra* a B iiij.ſeminis hyuſquiami.ij.[h] Aut [a] ſumme ſuccum ſquillæ cum mellis æquali menſura, cuius ſpuma proijciatur,& coaguletur ſuper prunas,& detur ex eo in potu [i] †{meſtharum}ante cibum,&
I † pondus tantundem poſt ipſum.[f] Et etiam calamenthum,& aſſa,& ireos,& aniſum, & piper,conficiantur cum melle & adminiſtrentur ex eis quãtitas vnius auellanæ mane & ſero. Et etiam polij,& ſceha armeni,& chamæpiteos,& caſtorei,& olibani,& hyſſopi omnium ana aur̃.i.ſumatur et cum mel-
K † laſerpitij le miſceatur,et eſt potiones duæ. Aut baurac.iiij.piperis albi.ij.[k] †{aniudẽ.}iij.ammoniaci.ij.cõficiantur cum melle aut cum rob. & ſit potio eius quantitas fabæ vnius cum aqua mellis. Aut caſtorei, & ariſtolochiæ ro.ammoniaci omnium ana aur̃.i.piperis gran.x. miſceantur cum rob vuæ: & potio ex eis ſit quantitas fabæ.i.cum oxymelle. Et etiam praſsij, & coſti,& ſtoracis, & granorũ pini omnium ana aure.i.polij,& caſtorei amborum ana aure.i. piperis albi, ſucci cucumeris aſinini omnium ana aure.5.conficiantur cum melle,& ſit potio faba vna cum aqua mellis calefacta. Et etiam ſinapis, & baurac amborum ana partes.ij.calamenthi fluuialis, ſucci cucumeris aſinini amborum ana pars.i.conficiantur cum aceto ſquillitico: & ſit potio eius quantitas herbi in aqua mellis crudi in ieiunio. Aut ſceha,& abſinthium,& ruta conficiantur cum melle:aut inſpiſſetur deco-
L Raſ.85.3.4. ctio cum melle. Et melius eſt ſumere in potu cum oxymelle: cum decoctione calamenthi cum lacte: & proprie cum fuerit illic caliditas. Et [l] ſcias ꝙ enula, & aqua eius vehementer iuuant ad
M Raſ.86.1. C hanc ægritudinem. Et ex medicinis fortibus, eſt arſenicum cum gumma pini ex quo fiant pilulæ
N Raſ.85.4. ad aſthma. Aut detur in potu arſenicum cum aqua mellis, [m] & ſulfur cum ouis mollibus coctis in
O Raſ.86.3. aqua. Et ex medicinis bonis propinquis æqualitati,eſt [n] cyminum cum aceto commiſto: & eſt iu-
P Paul.lib.3.c.29. uatiuum valde ad anhelitum præparationis. Et [o] etiam mucilago ſinapis albi cum æquali menſura mellis decoquatur vt electuarium,& adminiſtretur. Et [p] apud vehementiam præfocationis,&
Q † Aphronitri drach iij.cum trib. hydromelitis cyathis aſſumentur,ac cũ cardamomo nõ nunquã,ſubito auxiliatur. conſtrictionem anhelitus, ſumantur [q] †{baurac drach.iiij.cum drach.ij.naſturtij in.v.vnc. aquæ mellis.}Cõferunt enim ei qui hãc patitur ægritudinem ſtatim, & ſunt [p] iuuatiua ſciaticæ. Et olea quæ diſtillãtur in potibus eorum,& proprie ſunt oleum amygdalinũ dulce, & [m] amarum, & oleũ de pineis. Et inunctiones ſunt ſicut [d] oleum de lilio,& [d] oleum laurinum,et ex eis confricando inungatur pectus. Et ſimiliter oleum anethinum.[d] Suffumigatio autem ſit ſicut arſenicum, & ſulfur ex quibus fiat ſuffumigatio cum adipe renum: & [d] etiam myrrha & coſtus, & caſia, & crocus
R † terãtur & cõficiãtur cum vino ſicut auellanæ [r]†{ }& ariſtolochia,& etiam ſtorax liquida, & galbanum,et aloe ſcotrenſis: et [d] etiam arſenicũ,et ariſtolochia lon.terantur,et cõficiantur cũ adipe vaccino,et fiant
S C.41.& Raſ.84.4. ex eis auellanę,et ſuffumigetur ex eis cũ drach.i.decẽ diebus fiat,et omni die ter.[s] In aſthmate au-
T Raſ.84.4. tem et cõſtrictione anhelitus factis propter vapores fumoſos,dñantes in corde, et ab humoribus exiſtentibus in arterijs cordis, cõfert phlebotomia.[t] Et melior eſt illa,quę fit in latere ſiniſtro.[t] In
D cura autem factorum propter ventoſitatem,intentio eſt duę res,quarum vna eſt reſolutio ventoſitatis,cum facilitate,quod fit cum ſubtiliatiuis notis.[t] Et ſecunda eſt apertio oppilationis,vt inueniat quod inobediens eſt ex ea ad diſſoluendum meatum. Et ex eis quę cõferunt ad hoc,eſt inun-
V † ſpica ctio etiam cum oleo de [v] †{nereidem,} et oleo laurino,et oleo rutaceo. Et ex emplaſtris iuuatiuis
X Raſ.87.1 eſt [t] anethum,et [t] chamęmilla,et [t] ſanſucus,decoquantur,et vaporentur ex eis pectus,et ambo latera. Et ex eis,quæ in potione ſumuntur,ſunt ex [x] ſagzenea, et homoruſia, et cochium, et [x] erapinum,et [x] opopanacum:Et ſit potio cuiuslibet eorum aur̃. In aſthmate autem et cõſtrictione anhelitus factis propter catarrhũ,oportet vt laboretur cum cura prohibẽte catarrhum,et faciente ſpuere quod aggregatum eſt. Sed illius quod exiſtimatũ eſt ex cõſtrictione anhelitus eſſe propter neruos:et eſt ſm veritatẽ ſpecies difficultatis anhelitus,et ex malitia anhelitus,et non ex capitulo difficultatis anhelitus.iam diximus curam in capitulo difficultatis anhelitus. Factis vero à ſiccitate et exiccatione, et confert [t] potus lactis aſinini, et caprini, et ſucci et olea frigida et humida, et oleum amygdalinum in ſorbitionibus, et vinum ſubtile permiſtum cum humectantibus. Et fugere calefacientia cum potentia,et reſoluentia, et exiccantia quæ ſunt ex eis quæ ſciuiſti, et conueniunt eis epithemata humectantia, et emplaſtra, et vnguenta tenera. In conſtrictione vero anhelitus facta

propter caliditatem, cum qua inuenitur inflammatio, oportet vt administrentur emplastra infrigidantia, & cerataria infrigidantia: & est in veritate species malitiæ anhelitus, non constrictio anhelitus: [a] & potio violati conditi, & aqua hordei conferunt valde in ea. In facta vero à frigore calefacientia bibita, & illinita, & [a] decoctio fœnugræci cum passis, conferunt eis. E

A Ras.86.4.

De cura reliquarum specierum anhelitus. Cap. 41.

SI fuerit causa in malitia anhelitus, caliditas cordis, administra medicinas infrigidatiuas bibitas, & linitas. [b] Et si fuerit causa multitudo vaporum, qui sunt in ipso corde: aut in pulmone, venientium ad ipsum ex locis alijs, phlebotoma basilicam, & administra euacuationem cum aqua casei accepta cum syrupo acetoso cum hiera picra. Et administra fricationem manuum, & pedum: & si fuerit causa humiditas subtilis, administra quod temperet substantiam eius cum ingrossatione. Et si fuerit causa humiditas æqualis, verum ipsa erit oppilatiua, administra quod abstergit, sicut sunt grana pini, & nuces, & passæ, & cōferunt malitiæ anhelitus humidi sacraiti [c] ex aqua albedarungi humidi, aut aqua rutæ. Si autem fuerit humiditas grossa, administra mundificantia prædicta, fortis abstersionis, sicut est squilla, & hyssopus, & similia eis: & redi ad illud, quod dictum est in capitulo asthmatis, & quæ numerantur in pectoralibus. Et si fuerint vapores, & humiditates venientes ex locis alijs, cura cerebrales ex eis curatione catarrhi, & mundificatione capitis, nisi sit catarrhus ex debilitate substantiæ cerebri: quoniam curationem non habet. Et cura quod aduenit ei ex locis alijs, cum attractione materiei ad partem alteram, post phlebotomiam, & euacuationē. Et incipe confortare pectus cum eis, quæ sunt sicut aristolochia, & scordium, & stichados, & aldeiacur purum, & confortatum confert valde in confortatione capitis. Et si fuerit causa nerui, administrabis ea quæ ipsos confortent, & confortent spiritum in eis, & viuificent ipsum, sicut sunt olea bene redolentia. & si fuerit propter apostema in meri, aut malitiam complexionis, cura cum ipso quod dictum est in suo capitulo. Et si fuerit cum communitate stomachi, mundifica stomachum, & conforta ipsum cum eo quod dicitur in capitulo suo. Et si fuerit ex frigore, administra ea quæ sunt sicut sagzenea, & homorusia, & anacardina. Et [d] si fuerit ex siccitate administra quæ sunt sicut penide cum lacte mulcto, & quæ dicuntur in capitulis alijs. Et si fuerit ex ventositatibus, administra vaporationes prędictas in asthmate, & emplastra, et alia. [e] Et scias quòd crocus est ex summa medicinarum conferentium valde malitiæ anhelitus, & difficultati ipsius: propterea quia confortat instrumentum anhelitus, & facile ipsum efficit. F

B C.40.& Ras.84.4.
C Ras.86.4.
D Ras.8.côti.c.2.86.3.
E Ras.87.1.

De cura difficultatis anhelitus ex hac summa. Cap. 42.

SI est illud ex humiditate, Gal. præcipit dari medicamen confectum cum melle in omni mense bis: & sit potio eius. xxxvi. kirat. Et in die in quo ęger ipsum sumit, non loquatur: neq; moueatur ante illum diem, duobus diebus. Et in hora septima, recipiat panem cum vino cōmisto. Et in sero vitellum oui cum medulla panis. Et in mane habeat pullum paruum de quo sumat ius, & balneetur in sero illius diei. Si autem cum hoc non remouetur, administretur confectio [f] †{albesd, { & medicamen Andromachi proprie, quando prolongatur ægritudo. Et si ægritudo fuerit ex capite, administretur ablutio capitis omni hebdomada bis cum sapone, & baurac: & vtatur sternutatorijs, & gargarizet rob de moris cum aloe, & myrrha. Et vtatur exercitio inunctionis cum fricatione super dorsum, & vtatur ligatione crurium incipiendo à superioribus, & perueniendo ad inferiora. Et administrentur mundificatiua prædicta. & pilulæ huiusmodi, sceha, ramorū rutæ, & herbæ absinthij sumantur partes æquales, & omni die formentur ex eis. ij. pilulæ ad modum ciceris, & sumantur, & post eas oxymel & proprie squilliticum. Et iterū aliæ. [g] Recipe castorei, [h] †{sceha} amborum ana partem vnam, absinthij, & cymini ana partem. 5. fiant pilulæ sicut cicer. Et electuarium de caulibus est bonum eis: [i] & etiam calx sanguisugarum, quæ sunt sub vrceis, cum adurūtur in testa, donec fiat cinis, & commisceantur cum melle, & administretur ex eis omni die cochlearium vnum. Et omnes isti modi conferunt cum causa est neruosa. Si vero est ex caliditate, tunc isti trochisci iuuant valde, qui Recip. rosarum drach. vi. radicis liquiritiæ drach. xiiij. [k] †{almirberis} drach. ij. laccæ, [l] {†rauēd} masticis, succi eupatorij, succi absinthij, spicæ, anisi, semini fœniculi, omnium ana drach. iij. croci drach. 5. seminis citroli, & cucumeris, & cucurbitæ, & melonis omnium ana drach. i. gummi dragaganthi, succi liquiritiæ, seminis maluæ omnium ana drach. i. & oportet vt administretur euacuatio cum eo, quod educit humores calidos. [d] Si autem fuerit propter debilitatem aduenientem neruis: aut nocumentum, oportebit vt curetur cum eo quod confortet spiritum, qui est in neruis ex oleis calidis odoriferis, sicut est oleum narcisinum, & oleum susen, et oleū alzarachi, & olea facta cum aromaticis, & cerataria facta ex illis oleis, & oleū de croco. Et crocus ipse est vltimus in iuuamento ipsius. Et si fuerit causa percussio adueniens origini illorum neruorum, curetur cum eo quod oportet ex prohibentibus apostemata. G H

F † decoralio
G Gal.7.de phar.cōpo.sm loc.c.1.
H † G.amonum
I Ca.6.& Ga.7.de cōpo.phar.sm lo.c.6.c
K † berberis
L † reubarbari
D Ras.6.86.3.
M Ga.de vocali strumē.dissect.c.d, &.7.de v.d.c.5. &.2.de Hip.& Pla. decret.c.4.f
N G.4.de loc.af. c.6.b.& Ras.6.92. t.1.c.1.69.3.& G.1. loc.af.c.6 e.f
O Ras. ibi
P G.1.loc.aff.c.2 e.&.6. de v.p.c.4

TRACTATVS SECVNDVS.

De voce. Cap 1.



VOcis [m] factor est lacertus qui est apud epiglottim cum mēsuratione apertionis, & ex pulsione aeris egredientis, & percussione eius, & eius instrumentum [n] est epiglottis, [o] & corpus simile linguæ fistulæ: & est instrumentum primum in veritate: & reliqua instrumenta sunt emittentia, et adiuuantia. Et emittens materiam eius, est velamen, [p] et lacerti pectoris & deferens materiā eius est pulmo, & materia eius est aer qui inundat

A Gal.4.loc.aff.c.6.b,& Raſ.6.cõti.t.1.c.1.69.3.
A undat apud epiglottim. Cumq; ita ſit, tunc nocumentum accidit ei: aut ex cauſis efficientibus, aut propter cauſam mittentẽ materiam.[a] Et eius quidẽ nocumentũ, aut eſt deſtructio, aut diminutio, aut alteratio propter raucedinẽ, aut acuitatẽ, aut grauitatẽ, aut aſperitatem, aut tremorẽ, aut aliud. Et vnaquæq; harum cauſarũ nõ facit ægritudinẽ niſi cum malitia cõplexionis ſingularis, aut cum materia, & proprie [b] ex[α] catarrho humectante accidente epiglotti. Aut propter illud, quod accidit ei ex ſolutione ſingularis, & inciſione, aut apãte, aut dolore, aut percuſſione, aut caſu. Et qñq; eſt nocumentum in ipſo per ſe, & qñq; eſt cum cõitate principij propinqui neruis qui dilatãtur ad illos lacertos et principia eorum, aut longinqui, ſicut eſt cerebrum. Et qñq; eſt cum cõitate membri vicini, quod eſt ex membris nutrimenti: aut ex mẽbris anhelitus: aut continentis ambo quæ ſunt ventris & pectoris: & quod continuatur cum eis ex annulis ſpõdylium, immo ex palato. Nam ſi alteratur ad humiditatem, aut ad ſiccitatem, et aſperitatẽ, tunc iam alteratur vox. Et ex hoc genere eſt inciſio vuæ, & duarũ amygdalarum. Nam habens eam, cum vocem emittit ſentit quaſi cõmotionem fortem facientem eſſe neceſſariam raſcationem. Et qñq; oppilantur guttura eorum apud omnem vociferationem. Ex parte autẽ lædentis fit, qm̃ vox alteratur propter vehemẽtiam caliditatis pulmonis, aut frigiditatis eius, aut humiditatis ipſius, & propter [b] curſum ſaniei ad ipſum ex apatibus:[c] aut [α] propter curſum catarrhi ad ipſum, aut ſiccitatẽ ipſius. Caliditas autem magnificat

B G.7.de phar.cõpo.ſm loc.c.1.c
Infra α
C G.4.lo.af.c.6.c
Supra α

B vocem, & frigiditas acuit eam, & minorat eam. [d] Et ſiccitas exaſperat eam, & facit eã ſimilem [e] vocibus gruum. Et humiditas facit eam raucam. Et planitudo æquat eam, & facit ipſam planam. Et quando repletur pulmo humiditate, & canna non eſt munda, non eſt poſſibile homini emittere vocẽ altã, neq; clarã: qm̃ illud eſt cũ quantitate claritatis pulmonis, & epiglottis, & econtrario claritatis amborũ. [f] Et qñq; diuerſificatur vox in grauitate & acuitate ſua ſm dilatationẽ cannæ pulmonis, & epiglottis, & conſtrictionem earũ. Et quando fortia fiunt nocumenta prædicta in membris mittentibus, & adducentibus, deſtruitur vox: & non oportet, vt deſtruatur locutio. Locutio nanq; qñq; completur cum anhelitu æquali, ſicut faciebat homo, [g] neruo reuerſiuo cuius accidit frigus, cum eſſet neceſſarium vt diſcooperiretur cum ferro, quare deſtructa eſt vox eius. [h] Et fuit alius qui cum curaretur à ſcrofulis, inciſus eſt ei vnus duorũ neruorum reuerſiuorũ, quare abſciſa eſt medietas vocis. Et cum nocumentum eſt in lacerto dilatatio, fit vox rauca: & quando eſt in lacerto motio dilatatio, eſt vox pręfocatiua: immo qñq; accidit ex eo præfocatio: & quando eſt in lacerto mouente conſtringente, eſt vox ſufflatiua: & cum deſtruitur eius operatio, deſtruitur vox. & quando accidit in ipſo mollificatio non integra, et diſpoſitio eius eſt ſimilis tremori, tremit vox. & quando non peruenit humiditas ad hoc vt mollificet, rauceſcit vox. [i] Raucedo igitur cum accidit ab humiditate, accidit ab humiditate pauca. & cum multiplicatur parumper, tremit: & ſi mul-

D G.cõ.2.in.1.de mor.vul.78.f.g, et ex arte medi.c.68.f
E G.1.7. de v.part.c.7.f
F G. ex arte med.69.f
G G.1.lo.af.c.6.h, &.4.c.6.c
H Lib.4.Fẽ.3.t.2.c.12.& G.1.loc.aff.c.6.1
I G.7.de phar.cõpo.ſm loc.c.1.d

C tiplicatur plurimum, deſtruitur. Et quandoq; rauceſcit vox propter [k] dilatationem inſtrumẽti vociferationis: quare accidit propter eam laſſitudo: aut ſicut apoſtema tenſio: & deterior eſt ea quæ eſt poſt cibum. Et qñq; rauceſcit propter [l] frigus exaſperãs, & calorem ſuperfluum, cum eo quod deterioratur ex complexione, & ſimiliter vigiliæ, & cibi aſperi. [l] Et rauceſcit propter multitudinẽ clamoris, & attractionem humoroſitatis cauſa eius ad tunicam coöperientẽ guttur, & epiglottim. [m] Et raucedo quæ accidit decrepitis, non ſanatur. [n] Et cum fuerit æſtas ſeptentrionalis ſicca, & eius autumnus meridionalis pluuialis, tunc raucedo multiplicabitur in ipſo. Et varices cum apparent ſunt multoties ex cauſis rectificantibus vocem. Et ſcias q; conualeſcentes, & religioſi, & debiles, & [o] ſimiles eis cum debilitate ſua, propter paucitatem virtutum eorum, ſunt quaſi deficientes ab operatione in aere plurimo: quare anguſtatur eorum epiglottis ita vt acuatur eorum vox. Et quãdo nititur debilis, vt dilatet epiglottim ſuam, & grauetur vox eius non auditur omnino.

K Ga.de voce.fol.60.f
L G.4.lo.aff.c.6.c &.7.de phar.cõpo.ſm loc.c.1.c
M Hip.2.aph.40.
N Hip.3.apho.13.
O G.cõ.2.in.1.por rhet.10.e

De cura. *Cap. 2.*

CVra abſciſionis vocis eſt, vt ſi fuerit propter malitiam complexionis in quibuſdam lacertis, aut nocumentum, curetur cum eo quod oportet in capitulo ſuo, quod ſit ex eis quæ ſciuiſti. Et ille quidem qui ſentit initium abſciſionis vocis, oportet vt incipiat ad curandum, antequã fortis fiat. [p] Accipiat ergo vitellũ oui elixati, & ſiſami excorticati, & lactis boni omnium ana, cochlea-

D rium.i. & ſumat in potu cum aqua omni die tribus diebus. [q] Et oportet vt ſorbeat quod decoquatur in interiore parte granati [r] †{melaſiæ}dulcis decocti, ſepulti in cinere calido, & aſſumpti ab eo cum lenitur, & eradicetur quod in eo ſuperius eſt, & agitetur vel moueatur quod in ipſo eſt cum ſpatula, & effundatur in ipſum parum aqua zuccari, & bibatur. Et ſi fuerit ex humiditate in lacerto propinquo epiglotti: aut epiglotti, perueniente ad finem in mollificatione, & non ſit illic dolor, & ſint illic conturbatio, & grauitas: oportebit tunc [s] vt ſumantur[α] ficus ſiccę, & calamenthũ etiam, & decoquantur. Deinde miſceantur cum gummi arabico contrito cum decoctione ſua donec fiat ſicut mel, & deglutiantur: Aut ſumantur myrrha & crocus cum coagulato vuæ. [t] Aut ſumantur croci drach.iij.ſ. myrrhæ, ſucci liquiritiæ, thuris omnium ana drachma vna, aggregentur cum rob vuæ, aut cum melle, & coagulentur. [t] Aut ſumantur croci.i. & aſſæ fœtidæ medietas, & mellis.iij. decoquantur donec coagulentur, & fiant ex eis pilulæ, & teneantur ſub lingua. Et electuarium de caulibus confert eis etiam [u] & maſticatio ramorum caulium humidorum, & ſorbitio aquæ eius paulatim paulatim eſt iuuatiua. Et quando non confert electuarium de caulibus, ponatur ſuper ipſum parum aſſæ fœtidæ, & farina herbi, & fœnugræci, & porrorum de ſcemi, & anabati, & cepe, & ſuccus eius, & allia, & fiſtici, & vua dulcis hyemalis: [x] & etiam ſumatur zinziber conditum

P Raſ.6.conti.t.1.c.1.70.1.
Q Raſ.71.1.
R † habẽtis grana magna
S Raſ.6.cõti.t.1.c.1.70.1.
Infra α
T G.7.de phar.cõpo.ſm loc.181.d
T Gal.ibi.c
V G.ibi.181.b.c
X Raſ.6.cõti.t.1.c.1.70.2.

tenerum ſeu molle optime conditum, & teratur donec fiat ſimile medullæ, & proijciatur ſuper E
ipſum medietas ipſius de longo pipere contrito ſicut alcohol, & quarta eius de croco ſimiliter, &
quantum eſt totum de amylo, & conterantur cum tabarzet diſſoluto habente ſpiſſitudinem, aut
cum melle, & eſt mundificatiuum valde. Et ex cibis illis qui conglutinant vel lenificant aſperita-
tem ſunt [a] ſicut pedes, & proprie pedes vaccarum ex quibus [a] comedantur nerui ſolum, & proprie   A Raſ.71.2.
cum melle, aut decocti cum melle. Quod ſi fuerit ex ſiccitate, & proprie cum communitate meri,
& eius ſignum eſt, vt non ſit cum raucedine magna: immo parua, & acuitate, & claritate quadam,
quæ eſt cum aſperitate, & dolore, oportet, vt ſumat in hora dormiendi ex oleo viol. recenti dulci
cochlearium vnum cum zuccaro taberzet. [b] Et confert ei mucilago ſeminis pſyllij cum aqua zuc   B Raſ.70.2.
cari plurimi, & cibi humectatiui, & lenificatiui, [b] & ius gallinæ factum in iſfideget: & ius olerum
notorum. Et ficus ſunt iuuatiuæ ad abſciſionem vocis: ſiue ſit ex humiditate, ſiue ſit ex ſiccitate.
[c] Et [a] medicamen ficuum factum cum calamentho confert debilitati vocis, & raucedini eius.   C Raſ.70.1. *Supra a*

Cura raucedinis vocis & aſperitatis eius. Cap. 3.

IAm ſciuiſti cauſas raucedinis. Et ſcias quod ille cuius vox raucefcit, [d] oportet vt alienet à ſe omne   D Raſ.70.3.
acetoſum, & ſalſum aſperum & calidum acutum, niſi velit per hoc curam & inciſionem: tunc
enim vtatur eis permiſtis cum medicinis lenificatiuis. Si autē raucedo accidat ex multitudine vo-
ciferationis, aſſumat ficuum, & mentæ, & aloes partes æquales, & conficiat ea cum rob, & ſorbeat F
ex medulla tritici, & kiſt hordei, & oleo amygdalino, & croco, & vtatur cum vino vuæ cocto. Et
confert illud quod dicitur in inciſione vocis. & proprie medicamen de aſſa fœtida cum croco. Et
ſi eſt illic caliditas, tunc detur ius de atriplicibus & maluis, & aqua hordei, & grana cucumeris, &
amylum, & amygdalæ. Et ſi fuerit cauſa frigus, iuuantur etiam cum medicinis de aſſa fœtida, &
croco prædictis. Et vt ſumantur ſinapis aſſati drach. iij. piperis drach. i. & myrrhæ drach. vi. ſtorac.
liquidæ, & galbani amborum ana drach. iiij. fiant ex eis pilulę, & teneantur ſub lingua: Aut ſumā-
tur myrrhæ pondus drach. ij. olibani drach. x. coniungantur cum vino cocto. Et ſi fuerit ex vociſe
ratione, & laſſitudine, confert ei balneum, ſicut confert reliquis ſpeciebus laſſitudinis: Et confe-
runt ei cibi mollificatiui, & conglutinatiui, ſicut lac, & vitelli ouorū ſorbiliū ſine ſale, & †{tri,} &   † cibariū ex paſta
ſorbitiones notæ, & ius de atriplicibus, & maluis, & quæ ſunt illis ſimilia, & pilulæ factæ ex amy-
lo, & dragagantho, & ſucco liquiritiæ, & gummi: & pilulæ lenitiuę digeſtiuę. Si autem fuerit ſicut
apoſtema reſoluatur cum eis, & ſimiliter gargariſmata, et confectiones molles quę lambi poſſunt,
lenificatiuæ, quæ ſunt ex ſumma eorū quibus curatur ſynantia calida: & ſimiliter ſorbitiones quæ
aggregant ad conglutinationem, abſterſionem abſque mordicatione, ſicut factæ ex farina fabarum,
& ſeminelini. Et fortius hoc, eſt gummi albotim, & cōuenit habenti hanc raucedinem, [e] vt abhor-   E G.7.de phar.cō
reat vinum penitus, & proprie in principio. Et quando [e] declinat ægritudo concedi poteſt vinum G   po.ſm loc.c.1.h
dulce, & raphanum decoctum & almuri confert eis. Et quādo eſt ex humiditate, tunc non eſt ex-
cuſatio ab abſterſiuis prædictis in inciſione vocis. Et omnes medicinæ illæ conferunt ei, & ſorbi-
tiones factæ ex farina fabarum, & ex eis eſt decoctio herbi, quæ eſt iuuatiua in hoc capitulo: & res
quæ ſunt in primo gradu abſterſionis, & ſimiliter tri, & lac: deinde butyrum, & coagulatum vuæ
.i. rob vuæ, & radix liquiritiæ, & ſuccus ſeu rob eius: deinde fabæ cum melle, & decoctio ficuum.
deinde myrrha & ſquilla, & quæ procedunt curſu earum. [f] Et ſi fuerit hæc raucedo humida ex ca-   F Raſ.70.1.
tarrho, dentur habenti eam papauer, & rob eius. [g] Et ex eis quæ clarificant vocem aſperam et tur-   G Raſ. 6.cōti. t.1 c.2.71.2.
bidam, eſt maſticatio cubebe. Et ex medicinis remouētibus raucedinem, eſt aqua granati quę bul-
liat poſtea diſtilletur in ea oleum viol. & inſpiſſetur.

De medicinis conſeruantibus lenitatem vocis, & quæ bona ſunt ei. Cap. 4.

SVnt fabæ, [h] grana pini, & [h] paſſæ, & ficus, & gummi, & [h] fœnugræcum, & [h] ſemenlini, & da-   H Raſ.70.3.
ctyli, & radix liquiritiæ, & [i] amygdalæ, & proprie amare. & cannæ zuccari, & [h] ſebeſten, & ſy-   I G.7.de phar.cō po.ſm lo.c.1.f.g.h
rupus de melle, [h] & rob prædictum poſt. Et ex medicinis calidis, ſunt myrrha, & aſſa fœtida, & pi-
per, & galbanum, & olibanum & glutem albotin, & calamenthum, & gumma pini, & ſtorax li-
quida, & acetum ſquilliticum quando non eſt ex caliditate & ſiccitate, & radices opopanacis. Et H
ex medicinis frigidis ſunt ſemina [h] cucurbitæ, [k] cucumeris, & [k] amylum, & [k] dragaganthum, &   K Raſ.& G.h
[k] gummi, & mucilago pſyllij, & iuleb, & ſuccus liquiritiæ. [k] Et vitelli ouorum ſunt ex conuenien-
tioribus medicinis, ad hoc vt cum eis componantur reliquæ medicinæ: & ſimiliter lac nouiter
mulctum.

De voce aſpera, & eius cura. Cap. 5.

ACcidit aſperitas [l] vocis ex frigiditate, & extenſione lacerti vocis, & ex diſpoſitione eius quæ   L Raſ.6.conti.t.1. c.69.3.
eſt ſicut ſpaſmus accidens in eo, & ex exiccatione humiditatis in eo, & ex multiplicatione al
ternum. & ex inciſione vuæ, & ex coitu & ex vigilijs. Et cura eius, eſt abſtinentia à rebus quas di-
ximus iam: & dimiſſio ſomni poſt cibū. Et dimiſſio [m] †{alternū,} & vt recipiat lenificantia prædi-   M † cātilenę ēt cū frequēti mora ne gutturis
cta in capitulo raucedinis, & ficus humidas, & ſiccas: & paſſæ, & proprie infuſæ in oleo amygdali-
no, ſunt maximi iuuameenti. [n] Et illis quibus accidit ex inciſione vuæ raucedo, rectius eſt vt deco   N Raſ. 6.cōti.t.1. c.2.71.1.
quant coagulatum vuæ cum æquali quantitate mellis decoctione qua remoueri poſſit ex eo ſpu-
ma: deinde commiſceatur cum aqua calida, & fiat cum eo gargariſma. & in potu patiens ex eo ſu-
mat: & antiquum eius eſt magis iuuatiuum, quàm recens.

De voce

A *De voce breui, & eius cura.* Cap. 6.

A Raſ.6. côti.t.1. c.2.71.1.

CAuſa [a] breuitatis vocis eſt breuitas anhelitus,& [a] oportet vt gradetur in prolõgatione anhelitus,ita vt conſueſcat comprehẽſionem anhelitus,& gradetur in exercitio,& aſcenſione, & deſcenſione in collibus,& gradibus,& cõprehenſionem vel retentionem facientem neceſſitatem anhelitus,vt gradetur ad prolongandum anhelitum,& [a] prolonget moram in balneo calido,& in omni quod adducit anhelitũ, & feſtinat ipſum, & [a] contineat anhelitũ ſuum,& faciat illud totum, & exerceatur,& balneetur.Et [a] poſt exitum de balneo oportet,vt bibat vinum, nã vinũ eſt magis nutritiuum ſpũs : & ſimiliter poſt cibũ,& ſtet plurimum [a] cum anhelitu vno,& ſomnus cõfert eis.

De voce groſſa, & eius cura. Cap. 7.

B Raſ.6.conti.t.1. c.2.71.2.

QVandoq; accidit ex cauſis raucedinis mollificantibus dilatantibus meatus. [b] Et accidit ex multitudine vociferationis. Et eius cura eſt magis praua. [b] Et quandoq; accidit ei, qui ſtudet in exufflatione plurima in fiſtulis, & in buccis proprie, propter illud quod accidit ex inciſione anhelitus eorum,& retentione eius in pulmone,quare dilatatur meatus anhelitus.

De voce ſubtili, & eius cura. Cap. 8.

C Raſ.6. côti. t.1. c.2.71.1.

HAec [c] eſt contraria conturbatæ:& cauſæ eius ſunt contrariæ illis ex vigilijs,& laſſitudine, & alternum proprie [c] poſt cibum,& exercitio laborioſo,& euacuationibus. Et cura eius eſt vt B [c] dimittat vocem,& adhæreat exercitio æquali impinguante vel non reſoluente, & [c] cibis temperatis,& introitu [c] balnei omni mane,& [c] fugiat ſtyptica,& exiccatiua,& [c] coitum.

De voce tenebroſa, & cura eius. Cap. 9.

D Raſ.6.côti. t.1. c.2.71.1.

EST [d] illa quæ ſimilatur voci plumbi,quando fricatur vnum cum alio : & eius cauſa eſt humiditas groſſa valde.Et conferunt ei exercitium,& [d] luctamen,& [d] continere anhelitum, & [d] fricatio ſicca cum panno lineo,& [d] ingreſſio balnei,& adminiſtratio ciborum ſubtiliantium,& incidẽtium ſicut piſces [d] ſaliti,& [d] vinum antiquum.

De voce tremula, & eius cura. Cap. 10.

E Raſ.6.conti.t.1. c.2.70.1.

PRæcipiatur patienti eam,[e] vt non clamet neque eleuet vocem ſuam ſpatio menſis,& [e] minoret locutionem quantum poteſt, & [e] riſum ſuum, & motum, & ſaltum, [e] & aſcenſionem, & [e] deſcenſionem, & [e] iram,& dimittat quantum [e] poteſt extenſionem manuum, & faciat eas quieſcere : deinde reſupinetur, & laboret vt loquatur,cum iam grauauerit pectus ſuum cum eo,quod ſit ſicut [e] plumbum in fruſto quodam ſuper pectus ſuum ſecundum quantitatem qua toleret ipſum,& patiatur.& cibi meliores ei ſunt illi,qui confortant vocem eius,& ſunt [e] pedes,& extremitates lacerti,& ea in quibus ſunt conglutinatio: & ſtypticitas.

TRACTATVS III. *de tuſſi, & ſputo ſanguinis.* Cap. 1.

F Raſ.lib.diuiſ. c.52.
G G.5.meth.c.8.a
H Fẽ.5.t.1.c.13.& Ga.2.de ſymp.cau. c.3.d

C TVſsis eſt ex motibus, quibus expellit natura [f] nocumentum à membro aliquo, & hoc membrum in tuſſi [g] eſt pulmo,& membra quæ ei continuantur & cõmunicantia.[h] Et tuſsis quidem pectori,eſt ſicut ſternutatio cerebro: & completur cum dilatatione pectoris, & conſtrictione eius, & motu velaminis. Et eſt aut propter cauſam propriam pulmoni,aut ſecundum ſemitam cõmunicationis.Et cauſa adducens tuſſim, aut eſt primitiua, aut coniuncta, aut eſt antecedens. Et cauſæ tuſsis primitiuæ ſunt ex cauſis primitiuis ponentibus membra pectoris læſa in complexione ſua : aut formis eorum,ſicut [i] frigus aduenięns pulmoni, & lacertis,qui ſunt in pectore, aut reliquis : ex aere attracto,aut aqua frigida bibita,aut alijs ab iſtis quare mouetur natura ad expellendum nocumẽtum: aut ex aliqua iſtarum cauſarum primitiuarũ aduenientium,& calefacientium ea:aut aliqua re exiccãte,aut [k] exaperante, ſicut eſt fumus:aut [l] puluis,aut ſapor cibi [k] acetoſi,aut [k] pontici,aut acuti:aut [m] re extranea cadente in meatu qui non recipit aliud ab anhelitu ſicut accidit ex tuſsi propter caſum alicuius rei ex cibo, aut potu in illo meatu propter negligentiam & occupationẽ cum ſermone.Cauſę autẽ tuſsis coniunctę ſunt ſicut ea quę accidunt ex cauſis corporeis calefacientibus cõplexionẽ: [n] aut infrigidantibus,aut humectãtibus:aut exiccãtibus abſq; materia:aut cũ materia ſanguinea:aut cholerica: aut phlegmatica ſubtili:aut groſſa:aut melica,& illud eſt raro. Si autẽ materia fuerit effuſa ex ſuperio-

I Ga.5.apho.24.& cô.2.in.6. de mor. vulg.24.h
K Halya.9.theo. c.20.
L G.cô. 2.in.6.de mor.vulg.24. h
M Gal. 4.meth.c. 7.a.& Aeti.li.2.ſer. 4.c.54.
N G.4.lo.af.c.8.h & 2.de ſympt.cau. c.4.h
O G.4.meth.c.7.a

D ribus, tunc dum ipſa [o] permanet diſcurrẽs ſuper cannã,ſicut diſcurrit aliquid ſuper parietẽ, nõ excitat pluriniũ tuſsis.Cũ autẽ vltra infunditur in ſpatio cannę,cõmouet tuſsim. Et ſimiliter quãdo mordicat : & ſimiliter qñ manſiua fit in pulmone, & vult natura expellere ipſam. Aut expulſa ex ſtomacho,aut hepate, aut ex aliquibus mẽbris pectoris ad quædã ipſius aut fuerit in eis generata. Et qñq; fit,ꝑpter reſolutionẽ ſingularis,&,ꝑpter apata,& oppilationes in velamine,aut in pulmone,aut in gutture,& oĩbus locis recipientibus has materias, & nocumenta pulmonis & velaminis diſtinguentis & velaminis,quod eſt inter cor & pulmonẽ.Cauſę autẽ antecedentes ſunt repletio, et anteceſsio cauſarũ corporearũ ad cauſas coniunctas prædictas.Et tuſſis quidẽ facta cum cõitate eſt ſicut illa quæ fit [p] cõitate apatis hepatis,& nocumenti in eo,& meri,& ore ſtomachi,aut mãmillis,aut illa quæ fit cum cõitate corporis totius in febribus, & proprie cum febre aduſtiua:aut febre vnius diei laborioſa,& ſimilibus, [q] aut peſtilẽtiali:aut propter cõitatem corporis abſq; feb. Et tuſſis quidem alia eſt ſicca,& alia eſt humida.Sicca eſt illa,cum qua non emittitur ſputũ:& fit,aut propter malitiam complexionis calidæ, aut frigidæ,aut humidæ, aut ſiccæ ſingulariter.[k] Et qñq; fit in principio aduentus apoſtematum calidorum in partibus pectoris vſquequo maturentur.Et qñq; fit cum apoſtemate duro tuſsis ſicca valde. [r] Et fit propter apata hepatis, & partes ſuſpenſionis.

P G.6.apho.16.
Q Lib.4.F.1.t.4. c.2.
R G.2.lo.af.c.8. e

Et in quibusdam horis fit propter apata splenis. Et qnq; fit propter [a] saniem replentē spatium pectoris, quæ non expellitur cum tussi. [b] Et scias q̃ qnq; egreditur cum tussi res petrosa similis ciceri, aut grandini: & causa eius est humor grossus, quem in ipso caliditas in lapidem conuertit. Et Alexã. quidem testificatur hoc, & testificatur ipsum [d] Paulus, & dixerant q̃ exiuit ex hac specie in sputo. Et nos etiam testificamur illud. [e] Et tussis violenta plerunq; perducit ad sputum sanguinis. Et quandoq; multiplicatur tussis in hyeme, & vere hyemali: & quandoque multiplicatur in vere æquali: [f] & multiplicatur cnm flat septentrionalis ventus: [g] Et cum æstas est septentionalis parum pluuiosa, & est autumnus meridionalis pluuiosus, multiplicatur tussis in hyeme. E

A Halya.9 theo. c.20.
B G.4.lo.af.c.1.
D Lib.3.c.28
E Ras.9.conti. c.1.88.1.
F Hip.3.apho.
G Hip.3.apho.

De signis. *Cap. 2.*

SIgna quidem in tussi frigida, sunt additio eius ex frigore, & diminutio ipsius cum diminutione frigoris, & cum calore & [h] plumbeitas faciei, & [h] paruitas sitis. Et quandoq; est cum frigore catarrhus, & quod sentitur quoddam descenderere ad pectus, & extensio eius in gutture, & minoratur cum attractione materiei ad nasum, & proiectione eius quod descendit ad guttur cum rascatione. & videntur signa catarrhi in commotione, in vijs catarrhi, & extensio in eis quæ sequuntur frontem. & oppilationes in naribus, & reliquis, & quod nō expuit in principio rei: deinde expuit quoddam phlegmaticum, aut declinans ad citrinitatem, aut ad viriditatem: Et quandoq; est cum hoc febris. Et signa calidæ, sunt [h] inflãmatio, & [h] sitis, & [h] sedatio ab aere frigido maior est, quàm sedatio eius ab aqua, & [h] rubedo faciei, & magnitudo pulsus. Et signa humidæ, sunt humiditas substantiæ pulmonis, & q̃ ipsa [i] accidit decrepitis, & humectatis, & multitudo stertitionis, & proprie in somno, & post ipsum. Et signa siccæ sunt augmētum eius cum motu, [i] & fame, & leuitas ipsius cum sunt [i] quies, & repletio, & [i] apud balneum, & potum humectatiuum. Et signa purę in omnibus illis, sunt vt non sit sputum omnino. Et signum eius quæ est cum materia, est sputū. Et genus quidē materiei, significat genus eius quod spuitur. Et signū eius quæ fit ab apatibus, & similibus, est inuentio signorum pleuresis, & peripneumonię calidarum, & frigidarum, & aliorum quę dicemus in capitulo suo. Et signa eius quæ fit ex sanie, sunt signa saniei quæ dicemus, & dolor, & siccitas, & multoties fit humida. Et signa eius quæ fit ex vlceribus, sunt signa quæ dicentur in [k] caplo vlcerum pulmonis, ex sputo crustarum, aut puris, aut frustorum corporis pulmonis, aut annulorū cannæ, & eius esse est post catarrhum corrosiuū, & post sputum sanguinis, & apostemata. Et plurimum siccæ fit, cum est illic materia propter debilitatem expulsionis: aut mūdificationis sicut scies in capitulo suo. Et signum eius, quę fit cum cōmunitate. s. cōmunitate quidē stomachi, est cum eo quod cognoscitur de significationibus ægritudinum stomachi, & additione tussis cum additione dispōnis facientis eã necessariam in stomacho, siue sit repletio, siue sit vacuitas, & f̃m cibos: Et plurimū eius excitatur apud repletionem, & apud digestionē. Et facta cum cōitate hepatis, [l] scitur per signa apãtis hepatis. Et cum apã est calidum, non est excusatio ex febre: & si non est calidū, non est excusatio à grauitate. Deinde attende reliquas considerationes, quas sciuisti. [m] Et scias q̃ res calidę subtiliant materiam, & non expuitur: & res frigidæ, sicut syrupus de papauere, & stupefactiua aggregant materiam ad expellendum cum sputo veruntamen cum ipsæ superfluunt, congelant. Et syrupus hyssopi non est conueniens, nisi cum quæritur abstersio humoris grossi facientis tussim. Ipse nanq; est abstersor bonus. In humore vero subtili non est conueniens. Cum autem illic non fuerit sputum, neque subtile, neque grossum, tunc ægritudo est asperitas pectoris. Et cura sunt electuaria mollia, quæ lambuntur. Et quandoque accidit febrientibus tussis, & nisi sedetur tussis, redibit febris ad initium. [m] Et styptica valde constringunt meatus sputi. Aqua vero hordei, est bona aggregans ad sputum. Cum ergo retinetur sputum, & febrit homo, tunc iam putrefit materia, & facit cadere in febrem putridam, aut hecticam.

H Halya.9.theo. c.20.
F
I Ras.lib.diuis. c.52.
K T.4.c.11.
G L F.14.t.3.c.1.
M Gal.7.de phar. cōpo.f̃m loc.c.6.g

De cura. *Cap. 3.*

CVra quidem complexionis frigidæ est, quoniam si est leuis quantitatis: & est ex causa primitiua extrinseca rectificat eam [n] retentio anhelitus. Ipse enim calefacit pulmonem cum facilitate in momento. Et si est necessaria cura fortior ad hoc, aut ad aliud ex complexione frigida, tunc ex cura eius est, vt teneat sub lingua auellanam ex myrrha, aut storace factam cum melle, aut sumat ex fæce [o] alkitram cochlearium vnum: aut ex glutino albotin cum melle, aut bibat ex oleo balsami cum serapino vsque ad aur̃. i. Et similiter sulfur cum ouis sorbilibus, & electuaria quæ lambuntur facta ex mucilaginibus calidis, & orobus cum melle: & cum aqua granati dulcis inspissata super quam proijciatur mel, aut penithi, & administrentur inunctiones super pectus, sicut oleū de lilio, & oleum narcisinum cum cera rubea, & dragagantho. Et confert mel rosa. cum aqua ficuum, & passularum, & radicis liquiritiæ, & capilli veneris, & oleum amygdalinum cum aureo vno [p] † {chusi} dissoluti in ipso. Et confert in ipso decoctio hyssopi & asari cum ficubus, & alijs. Et cibi eius sint sorbitiones frumentales cum fœnugræco & butyro, & ficus, & dactyli, & radix porri de sceni, & olea sint sicut oleum fisticinum, & grana pini, & tri cum penithi conferunt eis. Carnes autem sint carnes pullorum & gallorum, & alesfidabegi eorum, & caro agnorum castratorum iuuenum. Et in secundis mensis vtatur fisticis, & granis pini, & passis cum fœnugræco, & cannis zuccari, & ficubus, & [q] † {alkesmes,} & musa, & comestio ficuum siccarum cum amygdalis, & nucibus abscindit illam quæ antiqua est, & vinum odoriferum subtile antiquum, & aqua mellis. Cura autem tussis calidæ est cum extinguentibus notis, quæ sunt ex succis, & oleis

N Gal.1.de simp. cau.c.4.h
H
O Ras.10.conti. c.2.104.
P † electuarij
Q † passulis sine arillis.

& lini-

A & linimentis,& vnctionibus.Et iuleb etiam conferunt eis: & sumere in potu aldiacurde purum mane & sero fm descriptionem quã dicemus.Et sit electuariũ de papauere.[a] Descriptio electuarij de papauere bona.Recipe capita.xv.papaueris nõ valde recentia, quæ infundantur in kist aqua fontium,aut aquæ pluuialis,quod est melius,die & nocte.Deinde dissoluantur cum decoctione, & collentur,& projciantur super oẽm partem colaturæ media pars mellis,aut zuccari: & inspissetur coquendo vt electuariũ.Et potio eius sit cochleariũ vnum in mane,& cochleariũ in sero. Et ex eis, quę conferunt istis est [b] aqua hordei cum sebeste,& syrupus viol.& violatum nutritũ,& decoctio hyssopi frigida,& proprie qñ maturatur,aut in fine eius,& aqua granatorũ inspissata,super quam projciunt zuccarum tabarzet,& cãnæ zuccari etiã.Et electuaria eorũ,quæ lambendo sumuntur sint ex mucilagine psyllij,& granorũ cydoniorum,& amylo,et gũmi arabico,& grana & pilulę et medullæ:quę dicemus in caplo pilularum tussis:& qñq; ponuntur in eis narcotica.Et cibi eorum sint ex oleribus frigidis,& medullis sicut cucumeris,& cucurbitę,& citroli cum oleo amygdalino & fabæ confractæ dissolutæ in decoctione cũ oleo amygdalino,& oleo cucurbitino, & aqua hordei,& sorbitiones factæ ex hordeo,& fabis,& herbis & amylo,& aqua furfuris.Et si natura fuerit decliuis ad resolutionem,tunc adhibeatur sauic hordei cum zuccaro,& tri.Et si vehemens sit res, tunc aqua hordei cũ cancris ablatis extremitatibus ablutis cũ aqua cineris salsa. Descriptio medi-
B caminis deiacur frigidi.Contundatur papauer humidũ cum cortice suo,et dissoluatur decoquendo in aqua,& coletur,& projciatur sup ipsam zuccarũ, & decoquatur inspissando ad inspissationẽ iuleb: & si non fuerit humidũ,infundatur semen sicci contriti in aqua die & nocte: deinde decoquatur in ea.Si aũt necessarium fuerit,quod est fortius,tunc aggregetur cum eo cortex,& proprie nigri. Et si res fortior fiat ponatur cum eo modicum de semine hyusquiami:aut dissoluatur i eo parum opij. Cura aũt complexionis humidæ,& humiditatis in ipso pulmone,cũ exiccatiuis exiccantibus cõmistis cũ abstersiuis ex quibus est cõpositum fm hunc modum.Recipe boli armeni,dragaganthi, gũmi arabici oĩum ana partem.i.calamẽthi,hyssopi,hasce,cinnamomi,ireos,capilli veneris oĩum ana partem.5.conficiatur & administretur.Cura autẽ complexionis siccæ hæc est.Impossibile.n.est quin aut sit febris,aut non sit febris.Si aũt non fuerit febris,tunc cõuenientior rerũ eis, est lac asininum,& caprinũ,& aliorum cũ reliquo regimine.Et si fuerit febris,administretur res humectatiuæ ebibitæ:& administrentur cerataria infrigidatiua nota,& administrentur aqua hordei,& humectatio pedũ semper cum oleis,& sorbeant sorbitiones amygdalinas humectatiuas.Et si est cõplexio cõposita,tunc cõponatur regimen.Et si est illic materia subtilis,matura eã cum diacude simplici,& electuarijs de papauere,& mucilaginibus,de qbus aliquid dicemus in antidotario. Si aũt fuerit grossa,resolue eã,& absterge ipsam fm cõditiones prædictas in eis, quæ præterierunt, ita vt
C non calefacias nisi cũ æqualitate.Immo stude in hoc,vt lenias,& incidas,& lubricum facias,& administra mundificatiua prædicta.Et ex eis,quæ sunt magis propria huic loco, est glutinũ alimbat cũ melle:aut semen croci hortensis cũ melle:aut cyperi cum ęquali mensura sui de melle: aut succi liquiritiæ & dragaganthi.℥.i.& amygdalarum dulciũ æqualiter. & aloes qñq; tenetur in ore cum melle:& confert valde:Aut sumantur tria oua sana,& duplũ eorum mellis, & medietas ipsorum de butyro,& sumantur piperis.xl.grana,cõterantur,& misceantur oĩa illa,& coagulentur absq; decoctione,& lambatur ex eis mane & sero.& etiã sumantur capita.vij.porri de sceni, & decoquantur in tribus lib.aquæ,donec remaneat tertia,& coletur,& permisceatur cum residuo succi corticis eius, & melle,& decoquatur & etiam sumantur rosæ humidæ.iiij.partes granorum pini pars.i.gummi albotin vna,passularum.iiij.mellis quantum sufficit,fiat ex eis electuarium. Medicamen bonum. Recipe calamenthi fluuialis.v.℥.granorum pini & seminis vrticę oĩum ana.℥.i.seminis lini,piperis oĩum ana.℥.iij.conficiantur cum melle & administrentur.Aut sumantur dactylorum carnosorum.v.partes liquiritiæ.viij.partes,croci & piperis amborum ana partes.ij.herbi.xx. partes conficiantur cũ melle dispumato:Aut sumantur croci,spicæ aromaticę & piperis oĩum ana pars.i.prassij & hyssopi amborũ ana.iij.partes,myrrhæ,& liquiritiæ amborum ana pars.i. conficiantur cum melle colato.& ad antiquam detur in potu alkitrã cum melle factũ in modum loch aut costi indi
D cũ aqua anethi decocti quantitas sacraiati cum cochleario olei sisamini.& etiam semẽ lini frixum cum melle solum:aut cũ piperis mensura vna pro oĩbus.x.aut calamenthi:& etiam lambendo sumãt mel storacis calamitæ, cum melle apum,& opopanacũ etiam,& sinapi,& amygdalas amaras, & etiã mithridatum.Et pueris quidem sufficiũt sorbitiones decoctæ cũ lacte nutricis donec sint in essentia mellis:aut cũ aqua fœniculi humidi.Et si causa fuerit in ea catarrhus: curetur catarrhus. Et si fuerit necessaria in prohibitione illius,administratio [c] emplastri de ficubus.administretur super caput,& teneatur sub lingua oĩ hora,& in nocte proprie de pillula de amylo & fiat gargarisma cũ stypticis,quæ non hñt saporem acetosum,neq; saporem ponticũ,& cum deiacur simplici,si fuerit caliditas:aut cũ myrrha,& croco,& alijs,si fuerit frigiditas.In cura aũt factæ ab apostematibus,& vlceribus in pulmone:& pectore,fiat reuersio ad illud,quod dicemus in caplo pleuresis, & peripneumoniæ,& apostematis hepatis,& pthisis.Et ad tussim quidem [d] fiunt pilulæ,quæ tenẽtur in ore.& ex eis nanq; sunt pilulæ ad tussim calidam,quæ in ore tenentur,de quibus sunt pilulæ [e] bichichiæ notæ,& ex illis sunt pilulæ cõpositæ ex succo liquiritiæ,& gũmi,& dragagantho, & amylo,& mucilagine psillij,& granis cydoniorum,& medulla granorum cucumeris longi arcuati, & cucurbitæ,& cucumeris rotundi & cucumeris cõis & ex spodio,& granis papaueris & similibns.

Et

A G.7. de phar. cõ põne fm loc. fol. 110.g.h

B Alzara.li.pract. t.13.c.2.

C Raf.lib.diuisio. c.52.

D Lib.5.sũ.2.t.5.
E Li.5.sũ.2.t.5. & Raf.l.9.c.55.

Et quandoq; fiunt fm hunc modum. Amylum, & dragaganthum, & succus liquiritiæ, formantur in pilulas cum succo lactucæ. & de illis sunt pilulæ ad tussim frigidam factæ ex succo liquiritiæ, & [a] †{tamarheyrum} mundatis, & medulla tritici, & croco, & dragagantho, & granis pini, & granis cotti, & granis myrti, & semine papaueris, & cortice ipsius, & aniso, & anetho, et myrrha, et croco, & penidijs. Et de illis sunt pilulæ, quibus quæritur stupefactio, & dormitio: & est intentio in eis narcotica, & admiscentur eis medicinæ bezahar calidæ: Nam ex pilulis expertis ad illud, & sunt sedantes tussim antiquam nociuam, sunt [b] pilulæ de storace notæ. Et iterum sumantur storacis, et castorei, et assari, et opij partes æquales, et fiant ex eis pilulæ, et teneantur in ore. et etiam seminis hyusquiami. vi. granorum pini. iij. croci. i. conficiantur cum rob, et informentur pilulæ. et [c] etiam storacis, et myrrhæ, et opij omnium ana. ʒ. 5. olei de balsamo, croci oīum ana darkimet. ij. fiant pilulæ ad modum herbi. Et quādoq; administrantur in tussi antiqua, humida, suffumigationes prędictæ in [d] capitulo asthmatis. Et cum humiditas est perueniens ad quantitatem, administra suffumigationem ex arsenico ru. et stercore leporis, et farina hordei, et corticibus fisticorum confectis cum vitellis ouorum, et troc. formatis ex eis, quorum quisq; sit. ʒ. i. et exiccentur in sole, et suffumigatio fiat cum eo tribus vicibus, [e] et etiam aristol. et myrrhæ, et storacis, et galbani æquales sumantur partes arsenici secundum quantitatem omnium conficiantur cum melle, et butyro vaccino, & fiant inde similitudines auellanæ, & fiat suffumigatio cum vua ex eis. Sed tussis factæ in F febribus, iam singulare ordinauimus regimen apud febrium [f] accidentia.

De sputo sanguinis. Cap. 4.

SAnguis [g] quandoq; egreditur spuendo, & est ex partibus oris: Et quandoq; egreditur rascando, & est ex partibus gutturis: & qñq; egreditur cum vehementiore rascatione, & est ex cāna. Et qñq; egreditur vomendo, & est ex meri, & ex ore stomachi, & ex stomacho, & hepate. Et qñq; egreditur tussiendo, & est ex partibus pectoris, & pulmonis. Et [h] in illo quidem, qui est ex pectore, non est tantum timoris quantum est in eo, qui est ex pulmone. [i] Illud. n. quod est ex pectore sanatur velociter: & si non sanatur, non habet malitiam vlcerum pulmonis: & multoties fit vlcus fistulosum rediens omni hora cum sputo sanguinis. Et causę propinquę omnibus illis, sunt vulnus propter causam primitiuam ex [k] percussione, [k] aut casu super pectus, aut super hepar, & velamen: aut rem incisiuam: aut tussim violentam: aut [l] vociferationem, aut acuitatem [m] vocis sine gradatione, aut rixam: & propter hoc multiplicatur in dæmoniacis, & in illis, qui rixantur ab omni re. Et qñq; procedit ex vomitu laborioso, proprie in præparatis. Et qñq; procedit ex assumptione solutiuorum acutorum, aut [l] ciborum calidorum, sicut alliorum, & ceparum: aut timore, & angustia acuente sanguinem: [n] aut dormitione non super stratū: aut [o] sanguisuga adhærente gutturi, & interiori ipsius. Aut causa cōiuncta, & est aut in venis, aut alijs. Et illa, quæ est in venis, aut est icisio, G aut scissio aut apertio & dilatatio ab acuitate: aut mollificatio: aut [p] corrosio propter acuitatem humoris: aut [p] propter raritatē resudatiuam. Et multoties [q] dilatant̃ meatus, qui sunt inter partes cannæ, & arterias supra illā, quę est in natura: quare resudat sanguis ad cānam. Et illud, quod nō est in venis, aut est vulnus, aut vlcus à vulnere, aut à corrosione, aut putrefactione, cū eradicatur ex mēbro aliquid. [r] Et qñq; est ab apostemate sanguineo in pulmone, ex quo resudat sanguis: & huiusmodi qdem apostema est incolume, qm̄ est sanguineum: & qm̄ resudat materia nō coarctata neq; ingrossata. Et qñq; inueniuntur omnes istæ causæ nisi sanguisuccæ. Et harū causarum coniunctarum sunt causæ magis antecedentes. & sunt aut [s] multitudo materiei, & hoc aut propter multitudinem cibi & dimissionē exercitij: aut quia ipsæ sunt superfluitates à pręparatione naturę, sicut accidit illi, de quo locuti fuimus in [t] libro vniuersalium, apud dimissionē exercitij: aut [v] retētione mēstruorum: aut sanguinis [x] hæmorrhoidarū: aut abscissionem membri: aut propter acuitatē suā: aut propter vehementiā motus sui: aut propter [l] ventositatem in venis scindentem eas: & proprie in alatis, qm̄ illud multiplicatur in eis, aut propter præparationē instrorum continentium materiam [x] propter frigus constringens eam, & faciens dilatationē eius difficilem: quare non obedit virtuti laborāti in illo cum dilatatione: immo cum scissione aut propter caliditatem extrinsecam, aut intrinsecam: aut [y] siccitatem, quæ iam præparauit eam ad illud, quod est cum inspissatione, & exicca H tione. s. ad scissionē à qualibet causa: [y] Aut propter humiditatē mollificantem eam: quare dilatant̃ porri eius: aut obuiationē scindētis: aut corrosiui, aut incisiui, aut putrefactiui. [z] Cum ergo accidit repletio sanguinea, incipit natura expellere materiam ad quancunq; partem possibile est ei, cum sit vehementius præparata: aut ad propinquiorē ex locis superfluitatū: quare expellit eā cum sputo: aut solutione ex hæmorrhoidibus: aut in menstruis: aut in fluxu sanguinis narium: Quod si venæ fuerint fortes cum non euacuantur sanguine, [a] accidit mors subito propter effusionem sanguinis ad concauitatem venarum, & ille cui accidit sputum sanguinis, est præparatus vt adueniat ei vlcus pulmonis. Nam sputum sanguinis fm plurimum fit à vulnere: & vulnus declinat ad hoc, vt vlcus fiat. Et [b] quando succedit sputo sanguinis retenti sputum sanguinis, timetur ei, q; sit hoc fm accidens ab vlcere, ad quod conuersum est vulnus primum. & [c] multoties est sanguis, qui expuitur ex naribus, currens ex capite ad pulmonem. Cumq; sputum sanguinis est ex partibus pulmonis, committātur ipsum duo timores. s. timor superfluitatis eius, & timor vulneris ne fiat vlcus. & non est omne sputum sanguinis timorosum, immo illud, quod non retinetur, aut [d] quod est cum febre. & [e] multoties quidem est sputū sanguinis causa sanitatis apostematis in hepate, aut splene.

De signis.

A † dactylis magnis maturis
B Li. 5. sū. 2. t. 5.
C Gal. 7. de phar. ɔpōne fm loc. c. 3.
D T. 1. c. 40.
E Ras. li. diui. c. 52. & t. 9. c. 55.
F Lib. 4. Fē. 1. t. 2. c. 25.
G G. 4. lo. aff. c. 5. f
H Gal. ibidem. h
I G & Ras. 9. con. t. 1. c. 1. 89. 1.
K G. 3. de sympto. cau. fo. 26. h, & Aet. lib. 2. ser. 4. c. 59. & Ras. 9. cont. t. 1. c. 1. 88. 2.
L Aet. lib. 2. ser. 4. c. 59.
M Ras. 88. 4.
N Ra. 89. 2. & 88. 3.
O Gal. 4. loc. affe. c. 5. h. a
P G. 3. de sympto. cau. fo. 27. a
Q Ras. 87. 4.
R Ras. 90. 2. & Ga. ɔmē. 2. pgnos. 50. a
S Aeti. & G. 4. loc. affect. c. 5. e
T 1. Fē. 3. do. 2. c. 1.
V Fen. 13. t. 1. c. 16. & t. 5. c. 8. & c. 10. & Fē. 16. t. 1. c. 1. & G. 3. de symp. cau. c. 4. 27. h, & Paul. lib. 3. c. 31.
X Paul. lib. 3. c. 31.
Y G. 3. de. sympt. cau. fo. 27. a
Z Ras. 9. conti. t. 1. c. 1. 88. 2.
A Ras. 87. 4. & 88. 2.
B Ras. 88. 3.
C G. 4. loc. af. c. 5.
D Hip. 7. apho. 37.
E Ras. 87. 4.

A *De signis.* *Cap. 5.*

A Ras.9.cont. t.1. c.1.88.1. B Ras.88.1. P[a]Ropinquus sputo est cum tussi parua:& longinquus est cum tussi plurima. Et quanto plus longinquus est, expuitur cum tussi vehementiore. Et [b]qñ dormit super latus in quo est ægritudo, additur excreatio eius, quod expuitur. Et oportet vt considereť in primis ne sit illud, quod expuitur, sanguis ex naribus. Et [c] cognitio illius est cũ consuetudine fluxus sanguinis narium, & eius euentu, & cũ [d] alleuiatione accidente capiti post grauitatẽ. Et [c] signa fluxus sanguinis nariũ, sunt sicut rubedo faciei, & oculi, & splendor corã oculis:& vt nõ sit spumosus, & sit subito. Signa sanguinis excreati ex substãtia carnis pulmonis ex vulnere, aut vlcere, sunt [e] vt sit spumosus, & sit abscissus, cũ [e] quo non sit dolor, & est minoris quantitatis, q̃ venalis, & maioris malitiæ, & deterioris finis. Et [f] qñq; expellunt spumosum pleuretici, et peripneumonici cum in pulmonibus eorum est caliditas ignea feruens. Et qñq; est spumosus ex cãna pulmonis. Sed est veniens cũ rascatione, & tussi pauca:& est illud, quod egrediť parum etiam. & est ibi sensus quidam cũ dolore. Et [g] ille, qui expuitur ex venis eius, non est spumosus, & [h] est calidior & vehemẽtioris spissitudinis, q̃ ille, qui est in pulmone, & similior sanguini, quãuis non sit in grossitudine eius, qui est ex pectore. Et signa excreati ex pectore, sunt [e] nigredo coloris eius, & grossitudo ipsius, & coagulatio eius propter longitudinem spatij cũ spumositate quadam, & spuma cum [e] dolore in pectore significat locum ægritudinis:& additio eius in somno est certũ signum eius:Et [e] causa illius doloris est neruositas mẽbrorum pectoris:& est eius sputũ paulatim, [e] non exuberans:& est sputum eius cum tussi vehemẽti donec expuať. Et [i] signũ facti ex incisione venarum, est exuberãtia sanguinis. Et signũ corrosionis est antecessio causarum corrosionis, ex [k] acceptione rerum acutarũ, & descensu catarrhi acuti, & vt sit febris, & sputũ saniei, aut corticis, aut partis pulmonis:& est sputum simile aquæ carnis, & incipit sputum sanguinis paulatim, [l] deinde qñq; fluit subito, & expuiť res plurima, & color eius est malus. Et [d] signũ eius, quod est ex apertione orificiorũ venarũ ex repletione, est vt non sit oĩno dolor, & inueniť requies, & suauitas, et egrediť in primis minus, q̃ illud, quod egrediť propter incisionẽ, & scissionẽ in principio rei:et est plus eo, qđ egrediť à corrosione in pluribus horis. Et signa resudatiõis ab apate, sunt paruitas eius, & p̃sentia signorũ peripneumoniç, et reliquorũ.

(margin notes: G Ras.87.4. H Ser.t.2.c.15. & Ras.88.3. — C Aeti.li.2. ser.4. c.59. D Paul.lib.3. c.31. E G.4.lo.aff.c.5.g F Ras.87.3. — B — I Ra. 88.2.&.89.2. K Paul.& Aet.ibi. L Gal.ibidem.f)

De cura. *Cap. 6.*

M Li.1. F.4.c.20. & G.de curã. rõne per sangui.c.7. e,& c.10.c N Ras.9. cõti.t.1. c.1.89.3. O Ras.opposi.ibi. IN exposito sputo sanguinis omni [m] hora, oportet vt attendatur dispositio repletionis eius. Et quotiescunq; sentitur in eo repletio, succurrať cum phlebotomia:& proprie cũ pectus eius in creatione fuerit strictũ, & fuerit tussis in ipso violenta seu fortis. Et rectius est vt inclineť sanguis eorum ad partem inferiorẽ [n] cum phlebotomia saphenæ:& [o] post ipsam cum phlebotomia basilicæ:& cũ prouocantur menstrua mulierum in hora sua, & ẽm q; sufficit, remouetur cũ hoc sputum

C sanguinis earum sicut accidit in eis ex retentione eorum. Et oportet ut custodianť ab oĩbus causis mouentibus sanguinẽ, sicut sunt [p] cibi calefaciẽtes, & sicut sunt saltus, & [p] clamor, & [p] rixa, & [p] coitus, & anhelitus altus, & locutio plurima, & [q] intueri res rubeas, et [p] potus vini plurimi, & multitudo [p] balneationis. Et vitent aperitiua, quæ sunt ex medicinis, sicut [p] apiũ, & [p] aloe, & sisamum & vinũ & [p] caseus antiquus: qm̃ est nociuus eis. [a] recens vero confert eis. Et cibi cõuenientes eis sunt, omne glutinatiuum, & oppilatiuum, & oẽ consolidatiuum, et oẽ infrigidatiuum sanguinis prohibens feruorẽ eius:& ex eis est [r] lac decoctum propter illud, quod ĩ ipso est de glutinatione, & [r] lac vaccinum de quo butyrum est extractũ, propter illud, quod ĩ ipso est de stypticitate, & butyrum, & [p] caseus [a] recens præter salitum, & fructus styptici, & quædam spẽs prunorum paruorũ, in quibus est stypticitas, & oleum omphacinũ recentis expressionis qñq; cadit in impinguatione ciborum eorum, et aquç aluminosæ vehemẽter conferunt eis. In eo vero, quod factum est ab ipso corpore pulmonis, oportet vt patienti in potu deť medicinç incarnatiuç, & siccç sicut lutũ, & hçmatites cum aqua arnoglossæ, & acetum mistum cum aqua. Cura vero eius prçter regimen cibi eius est, vt succurratur ad phlebotomandũ [s] basilicam partis, [t] in qua existimatur esse solutio singularis subtilem faciendo phlebotomiam, et accipiať sanguis in interpolationibus inter quas sint tres horæ, quasi ipse sit cum conseruatione virtutis. Phlebotomia.n. attrahit sanguinem ad cõtrarium, &

(margin notes: P Ras.90.1. Q Ras.89.2. — *Infra bis* a — R Ra.90.1.&.89.3 R Ras.89.3. — *Supra* a — S Aet.lib.2.ser.4. c.61. T Ras.91.4)

D prohibet etiã aduentum apostematis in vulnere. Et [t] friceť eorum extremitates, & ligentur, incipiendo à superioribus ad inferiora, & interdicantur eis res prçdictæ, & [v] tẽperentur eorum aeres. Et sint eorũ situs iacendo super latus [x] & ẽm formã præparationis vt non cadant aliquæ partes pectoris super alias:Et qñq; est eis conueniens vt [s] in potu sumant acetũ mistum cũ aqua. Ipsum.n. prohibet sanguinis cursum, & mundificat partes pectoris, & pulmonis ex sanguine si retinẽtur in ipso:quare non congelatur, & sumant in potu medicinas frigidas glutinatiuas. Nã glutinatio hæc est melius quo occupari oportet. Et qñ reperitur cũ glutinatione mundificatio, est vltimum eius, quod queritur. Et psyllium est iuuatiuum cũ infrigidatione sua:& vbi est sitis, est vehemẽtis iuuamenti. Et [y] qñq; est necessarium vt cum eo misceatur narcotica propter duas res, quarum vna est sedatio sanguinis, & ingrossatio eius:& secunda est dormitio, & remotio motus, & ego dicam medicinas cões speciebus sputi sanguinis in fine huius capituli. [v] Cũ ergo accidit sputum sanguinis ex catarrho, & nõ est catarrhus acutus, valde cholericus, phlebotometur homo statim, & assidueť ligatio extremitatum eius, descendendo à superioribus ad inferiora, & fricentur cũ oleo de oliuis calido:aut cũ vnguento calido, sicut est oleũ cucumeris asinini, & similia ei:Et [v] non inungatur caput oĩno:Et [v] sint cibi eorum triticum cũ aliquo ponticorũ ẽm semitam sorbitionis:sintq; pontica

(margin notes: V Pauli.3.c.31. X Ras.90.2. — Y Gal.7.de phar. sec.loc. 4.f)

ista ex

ista ex fructibus,& quę eis similantur,& apud debilitatē cibentur pane infuso in aceto misto cum E aqua frigida.& administretur in eis clystere acutū ad attrahendū materiam à partibus capitis proprie cum nō fuerit phlebotomia possibilis propter prohibitionē. Et oportet vt studium impēdatur in regendo caput quantū possibile est: & non impendatur plurimū studium in humectando ipsum. Et [a] ex eis, quę conferunt ei, est tribuere ipsi in potu trochiscos de karabe.[a] Cumq; non valent ea, quæ diximus, nō est excusatio curæ catarrhi, & retentionis eius cū eis, quæ sunt sicut abrasio capitis, & administratio emplastri facti ex stercore columbino, quod more emplastri superponatur, & remoueatur fm necessitatem. Et [b] Gal. quidem dixit, q̧ mulieri sputū sanguinis aduenit ex catarrho, quā clysterizauit clysteri acuto: & proprie, quia non erat possibile phlebotomare eā, quia iam remanserat .iiij. diebus, & fuerat debilitata, & cibauit eā [c] †{harire}& fructibus in qbus etiam erat stypticitas: qm̄ spatium eius cum cibo longinquū erat: & curauit caput eius cum medicamine columbini stercoris, & pręcepit eā ingredi balneū propter medicamen, & non inunxit caput eius, vt nō humectaretur, & dedit ei in potu theriacam recentem, vt faceret eā dormire. Nam hæc theriaca fortis opij est vt dormire faciat, & prohibet cōmotionem tussis, & sedat cursum materiei cum ingrossatione. In die vero secūdo huius medicaminis, non peruenit ad mouendū eam. Immo dimisit eam quietā, tranquillam, cum tñ necessaria foret ei mundificatio pulmonis. Et plurimum quo eam rexit, fuit q̧ fricauit extremitates eius, & dedit ei in potu quantitatē fabæ de the- F riaca recente, minus quam prima vice, & fuit intentio eius, vt gradatim duceret eā ad mel, vt mundificaretur cū eo pulmo: deinde dimisit eā quietā, deinde fricuit extremitates eius, & dedit ei, post illud aquam hordei cū pauco pane, vt viuificaret virtus: & in die .iiij. dedit ei theriacam antiquam, cū melle plurimo, vt mundificaret pulmonem eius vehementer. Et cibauit eā in reliquis diebus, fm q̧ oportuit, & rexit eā regimine conualescentiū: & cum hoc iam posuerat super caput eius hora post horam ex ceratario gūmæ [d] †{rutæ syluestris,}& inhibuit ei balneum. Et hoc regimen est bonum. Et oportet vt sit theriaca inter duos menses, vsq; ad .iiij. Ipsa nāq; dormire facit, et retinet catarrhum. Et non approximent capiti istorum olea. Et necessaria est abrasio capitis ad administrandū ista rubificantia: etiam mulieribus. Et necessaria est ventris solutio cum eis, quæ sunt sicut pilulæ cochiæ, si est illic multitudo: & illud post phlebotomiam: deinde adhibeantur medicinæ rubificantes. Et in eo, quod est ex scissura venæ, aut incisione eius, & est causa eius repletio, oportet vt non cibetur æger quantū possibile est: immo ieiunet tribus diebus, in quo sufficiat oī die cibus paucus ex aliquo viscoso. Et qñ non apparet casus virtutis, tunc expellatur à cibatione, quantum plus [a] possibile est vsq; ad quartā. Et si timetur casus virtutis timore necessario, cibetur eo à quo generatur humor ęqualis: aut decliuis ad frigus, & in quo sit glutinatio, aut inuiscatio, & tenacitas, et stypticitas, & proprie ingrossatio sanguinis, sicut [e] †{alherisa}cum extremitatibus, & sicut capita, G & sicut oua sorbilia, & sicut tri, & proprie, quod decoquitur cum melle, & sicut lentes, & iuiubæ, & quantū possibile est faciat vt non cibetur cum forti, & sit contentus aqua hordei & proprie decocta cū lentibus aut iuiubis, aut cydonijs, & pane infuso in aqua frigida & in aliquo acetoso, siue sit ferculum, siue non sit ferculum, & totū sit infrigidatum actu. Et [f] lac vaccinum de quo butyrū est extractum, qñ prolongatur ægritudo, est iuuatiuū propter stypticitatem, & frigiditatem suā. et lac bullitum propter glutinationē suam, & suam inuiscationē. Si aūt non bullitur addit in sanguine & nocetur per illud. Et pisces alradradi sunt vehementis iuuamenti eis. Et oportet vt sint cibi istorum & eorum, qui sunt post istos, frigidi actu. Et [g] caseus [α] recens non salitus valde iuuat eos. Et qñ cibantur isti, & similis eis carne, eligantur ex carnibus illæ, quæ sunt pauci sanguinis, siccæ, leues, sicut sunt carnes columbarū agrestium, & [h] turturum, & [h] perdicum decoctæ in stypticis, & ponticis. Et ex rebus expertis in abscindendo iterationem sputi sanguinis, [i] est [β] masticatio portulacę, & deglutitio aquæ eius: qñq; .n. statim retinetur. Et ex fructibus cydonia, & poma, quę ambo sunt styptica & pōtica & iuiubæ humidæ, & grana myrti, & xylocaracte de scemi, & quæ hoc cursu procedunt. Et qñq; sit eis, quo vtitur in secunda mēsa aliquid ex luto sigillato, armeno cū gummi arabico, & pauca camphora. Cumq; retinet̄ sanguis, & peruenitur ad quartum diē, oportet, vt nutriatur, & confortet̄, & incipiatur ab eis, quæ sunt sicut panis infusus in aqua & alherays & pe- H des & cerebella. Et [k] si fuerit fissura & incisio, causa acuitatis sanguinis, fiat illud, quod oportet de declinatione sanguinis ad inferiora, & ad diuersitatē partis. Et euacuetur cholera: [k] deinde fiat infrigidatio cum fortitudine, & fiat humectatio, & administrentur styptica etiam, & glutinatiua, & [k] aqua hordei, & cancri, & cucurbita, & [l] medicamen Andromachi, & [m] medicamē Gal.[n] In facto aūt ex apertione venarum medicinæ quas oportet administrare, sint stypticæ, ponticæ cōglutinatiuæ sicut sunt medicinæ, quæ necessariæ sunt in eis, quæ præterierunt, & sunt glutinatiuæ, incarnatiuæ cū stypticitate: & istæ sunt sicut [o] balaustiæ, & capita granatorū, & sumac, & succus teratit, & [p] succus ramorum vitis, & glandes & folia rubi, & [q] karabe, & acatia, & [r] lyciū, & [s] succus rosarum, & succus [t] virgæ pastoris, et [u] suchaha, et [x] succus agrestæ, et eiusistides: Et qñq; confortantur ista. et quæ ex eis sunt, cum alumine et gallis, et aloe, et absinthio, et fiunt ex eis medicinæ cōpositæ, et troc. præparati ad hoc ca. iam cōpositi ex medicinis prædictis: et qñq; decoquuntur istæ medicinæ in aquis puris: aut in quibusdam succis, et bibitur decoctio eorum. Et qñq; fiunt ex eis emplastra: et qñq; admiscentur eis, et aggregātur, medicinæ sputi prædictæ et medicinæ pectoris prędictæ, sicut apium, et ameos, et anisum, et spica, ramech. Et qñq; miscentur cum eis narcotica, quæ sunt

A Paul. lib. 3. c. 31.
B 5. metho. c. 13. c. d. a
C† sorbitione
D† thapsiæ,
E† ferculū ex granis frumenti
F Ras. 9. cont. t. 1. c. 2. 89. 3.
G Ras. 90. 1.
Supra bis α
H Ras. 91. 1.
I Dio. li. 2. c. 117. & Ras. 89. 3.
Infra β
K Ser. t. 2. c. 25.
L Ga. li. 7. de phar. ɔpōne fm loc. fo. 183. f
M ibidē. fo. 179. d
N Fē. 16. t. 1. c. 4. & G. li. 7. de phar. cōpositione fm lo. fo. 183. e, & . 5. meth. c. 6. a
O Dio. lib. 1. c. 127.
P Dios. li. 5. c. 1.
Q Ras. 90. 4.
R Dios. li. 1. c. 114.
S Dios. lib. 1. c. 112.
T Dios. lib. 4. c. 4.
V Dios. lib. 3. c. 15.
X Dios. lib. 5. c. 4.

A sunt sicut cortices radicis mandragoræ,& hyusquiami,& papaueris. Et qñq; permiscentur eis glutinatiua, sicut gũmi,& cortices thuris,& [a] †{stella seminis,}& spodium,& semen arnoglossæ,& mucilago psyllij,& semen eius,& succus portulacę, et mucilago granorũ cydoniorum.[b] Sed cum est resudatio ex apostemate, tunc cura eius est phlebotomia,& euacuatio: deinde maturatio,& nõ curetur cũ stypticis: Illud.n. attrahit nocumentũ magnum: imo oportet vt curetur cura peripneumoniæ. Factum aũt ex corrosione, est prauæ curæ & difficilis:& est quasi sicut illud de quo desperatur. Non.n. sanat: aut non consolidatur nisi cũ remotione malitię complexionis: & istud non fit nisi in tẽpore, in cuius simili, aut induratur vlcus, aut putrefit. Verum qñq; confert, vt nõ permittatur corrosio confirmari,[c] expellendo humorẽ acutum:& qñq; solutione educuntur cholera:& grossum simul, cũ eo quod est sicut pilulæ de agarico. Et si indigueris intentione confortationis, cõforta. Et ingenia vt sedes cõmotionem tussis cũ medicamine de seminibus. Speratur.n. ex eo, ꝙ aliquod cõferat iuuamentum. Et ad summũ cura eorũ est mundificatio cũ euacuatione cũ phlebotomia & alijs:& cibi boni chymi. Et ex eis quidem, quæ sanãt corrosionẽ, sunt thus,& myrrha,& sanguis draconis,& plantago,& semen portulacæ,& radix altheæ,& troc. stellæ in quibus additur opij medietas partis. Et medicinæ cõpositæ, quas dixit [d] Paulus,& nos dicemus in [e] antidotario. Et eorũ medicinæ ad hoc iuuatiuæ sunt illud in quibus ponunt hæmatites,& [f] sanguis dra-
SIgna illius sunt febris debilis,& pulsatio in medio dorsi,& dolor. Cāna enim non est sicut pulmo in hoc,q ipse non sentit:verum est dolor leuis,& accidunt cum hac pruritus in corpore,et raucedo vocis:& si vlceratur,erit oris eius odor fœtidus,& sputum paucum.

De pure & sanie,quæ est empyima. Cap. 17.

A Ga.7.apho.44. B Gal.1.prognost. 4.c.h C G.4. loc.affect. c.8 f.g D Paul.lib.3.c.32. E Hip.7.apho.38.

PVs [a] in locutione medicorum venit super duas intentiones,[b] quarum vna est vsitata in omni loco,& est collectio saniei apostematis.Et [c] secunda est qua vtuntur proprie in ægritudinibus pectoris,& volunt per illud,repletionem spatij,quod est inter pectus & pulmonem,ex pure erumpente ad ipsum:aut in ambobus lateribus simul:aut in latere vno.Et causę huiusmodi repletionis:aut sunt [d] catarrhus effundens materiam subito:aut vlcera in pulmone,ex quibus currit sanies & virus:& [e] fit empyima post.xx.dies fm plurimū:deinde expuitur: aut eruptio apostematis in partibus pectoris,& est plurimum.Et est illud aut sanies matura,aut res,quę est sicut fęx.Et dispositiones illius sunt quatuor:aut enim præfocat multitudine,& īterficit,& apparitio illius est, vt incipiat anhelitus eius constringi,& non expuat. Aut putrefit pulmo, & facit cadere in phthisim:Aut mundificatur cum sputo successiuo facili:[f] Aut mundificatur cum expulsione ex via venę magnæ,& arteriæ magnæ ad vesicam cum vrina grossa.Et est cursus eius prius ex vena ad hepar:deinde ad renes:& qnq; ad intestina cum egestione : & sunt ambæ laudabiles:& iam [g] præterijt à nobis in rememoratione saniei eruptionis:& cognitio illius est fm fortitudinem signorum, & ætatis,& temporis,& complexionis.Et [h] decrepiti quidem moriuntur ex empyimate plusquā iuuenes,propter debilitatem partium cordiū ipsorum.Et iuuenes moriuntur in doloribus plusq̄ decrepiti,propter vehementiam sensuum eorum.Et nos iam [i] diximus signa empyimatis in capitulo signorum permutationum pleuresis,& similiter signorum eruptionis. [d] Signa autem repletionis spatij pectoris ex pure sunt grauitas & tussis sicca cum [k] †{bhear,}& dolor. Et [d] quandoq; est in pluribus eorum tussis humida,faciens imaginari alleuiationem cum sputo,& est eorū anhelitus consequens.Et propter hoc [d] est sermo eorū velox:Et frequentes fiunt nares ipsorū ad coarctandum apud anhelitum,& committatur febris minuta,ducens ad hydropisim.[l] Signa autē loci in quo est sanies cognoscuntur,vt dormiat æger qnq; super latus vnum,& qnq; super latus aliud, & [m] tunc latus super quod pendet grauitas coarctans,est latus oppositum loco saniei,& [n] scitur ex voce vel sonitu saniei & commotione eius.Et [o] hoīum sunt quidam,qui ponunt super pectus, & latera eius pannum lineū [p] infusum in luto rubeo dissoluto in aqua,& considerant locum,q prius exiccatur:qm ipse est locus puris.[q] Signa autem eruptionis incolumis,sunt vt succedant rupturæ sedatio febris,& augmentum appetitus,& facilitas sputi,& anhelitus, aut eueniat cum ea exituræ in latere,& [r] partibus eius,quæ fiant fistulę:& similiter illa,quę cauterizatur aut aperit.Nam egreditur ex eis sanies alba munda.Signa vero mala sunt vt appareant signa præfocationis,aut syncopis,aut sputi mali,aut phthisis.Et [s] cum cauterizatur aut aperitur egreditur sanies cœnosa,fœtida. [t] Signa [α] autem differentiæ inter saniem,& inter phlegma in sputo,sunt descensus saniei sputi in aqua,& fœtor ipsius super ignem.Et [t] phlegma natat in aqua,non fœtens super ignem, quamuis sanies quandoq; expuatur in ægritudine,quæ non est phthisis,fm q ostendimus in loco pręcedente.Et qnq; habēs empyima exspuit rem plurimam valde.Et ego iam vidi, qui expuit in hora vna, circiter duas heminas paruas:aut heminam magnam vnam,& plus medietate heminæ. Et [u] Gal. testificatur,q quidam empyicus expuebat omni die circiter.50.vnc.& sunt fere.ix.cotylæ. Et iam feci te scire differentiam inter saniem,& inter humiditates alias. [t] Nam [α] sanies discernitur fœtore apud sputum:& cum proijcitur super ignem:& submergitur,& non natat. Signa vero permutationis empyimatis ad phthisim,sunt plumbeitas coloris, & tensio amborum laterum, & colli, & [x] calefactio digitorum omnium tanta,quæ non separatur, etiam in illo cuius extrema infrigidari cōsueuerunt in febribus.Et [x] febris,quæ additur in nocte propter cibum. Et [x] curuitas vnguium propter dissolutionem carnium sub eis.Et impinguatio oculorum cum declinatione ad albedinē, & citrinitatem & signa alia,quæ dicta sunt in [y] capitulo phthisis.

F Cap.7.& Gal.6. lo.af.c.4.c.d G Cap.7. H Fen.4.c.6.& c. 24.& lib.4.F.2.t.1. c.36.& G. 2.pgno. 69.h,& 3.14. I Cap.7. K† difficultate anhelitus, L Hip.2. prognol. 59.b.c M Fē.11.t.4.c. 11. N T.5.c.5.& Rasi. 103.3.& 106. 4. O T.5.c. 4. P Rasi.103.3. Q Hip.2.pgn. 63. R Hip.ibi. 64. S Hip.7.apho.44. T Hipp. de coacis pnotionib.515.2.& 5.apho. 11. Infra α V 5.lo.af.c.3.30.h Supra α X Ga.2.pgno.67. Y ια.

B, C (marginal section letters)

D *De vlceribus pectoris,& pulmonis,& ex eis est phthisis.* Cap. 18.

Z G.4.lo.af.c.5.h A G.5.meth.c.8.b B Gal.ibidem.g C Gal.ibidem. c.f

HAec vlcera aut sunt in pectore:aut in velamine:aut sunt in pulmone , & ista diuisio postrema est phthisis:aut sunt in canna,& iam diximus ea.Et [z] magis sana horum vlcerum , sunt vlcera pectoris.Et illud ideo,qm̄ [a] venæ pectoris sunt minores, & partes pectoris sunt duriores, quare non magnificatur in ipso malitia:& [a] quoniam virus nō remanet in eis:immo currit ad spatium pectoris:& non est ita dispositio pulmonis,& quoniam motus eius non est fortiter sensibilis,sicut motus pulmonis:immo fortasse est quietus:& quoniam ipsum [a] carnosum est : & carnosum est magis susceptibile consolidationis.Et multoties accidit propter vlcera pectoris facta à vulneribus putrefactiuis,vt [b] corrumpantur ossa,ita vt indigeant sectione eius,quod putrefactum est in eis,vt saluetur illud,quod vicinatur eis.Et [b] quandoque peruenit putrefactio ad illud,quod sequitur ipsum in panniculo.Illa autem vlcera velaminis , quæ penetrant , non consolidantur . Et non penetrantia,aut cadunt in partibus neruosis,& non consolidantur:aut cadūt in partibus carnosis,& consolidantur,si succurratur eis in principio,& non dimittantur apostemari . Nam cum apostemantur,& chronica fiunt,non sanantur.[c] In vlceribus autem pulmonis diuersificati sunt medici in hoc,q ipsa sanantur aut non sanantur.Dicunt.n.quidam,q non sananť oīno : quoniam

consolidatio indiget quiete,& illic non est quies. Sed [a] Gal. diuersificatur ab eis, & existimauit, quod solus motus non prohibet consolidationem, nisi adiungantur sibi reliqua prohibentia. Et significatio illius est, quod velamen etiam mouetur: & quandoque sanantur vlcera eius. Sed [b] Gal. ipsius sermo in vlceribus pulmonis est, quod si accidant à solutione singularis, nō ab apostemate, neque corrosione humoris corrosiui, immo propter ægritudinem aliam, tunc dum permanent vulnera, & non fiunt adhuc saniosa, neque apostemantur, recipiunt sanitatem. Et similiter illa, quæ sunt ex vlceribus, in quibus aduenit sputum, & non sunt saniosa.[c] Sed quæ sunt ab apostemate, aut corrosione, non recipiunt sanitatem: quoniam [d] vlcus saniosum tunc non est possibile vt sanetur nisi cum mundificatione saniei: & illud fit cum tussi, & tussis augmentum efficit in dilatatione vlceris, & disruptione eius: & commotio facta in ea addit in dolore, & dolor addit in attractione materiei ad partem. Et medicinæ exiccatiuę sunt prohibentes sputum, & mundificatiuę sunt lenificantes humectantes vlcus. Et [e] facta ab humore corrosiuo non sanatur absque rectificatione eius: & illud non peruenit nisi in spatio, in cuius simili [e] oportet: aut [e] vt vlcus [f] †{vlceretur,}& fiat fistula, quæ non consolidatur omnino: aut dilatetur adeo, donec corrodat totum corpus pulmonis. Et in factis post apostema, quandoque aggregantur istæ intentiones. Et [d] ex adiuuantibus ad prauitatem consolidationis, est motus, & etiam essentia venarum, quæ sunt in pulmone [g] magnarum amplarum durarum. Illud namque est ex eis, quæ difficilem faciunt consolidationem rupturæ. Et [h] iterum longitudo spatij inter introitum medicinæ bibitæ, & inter pulmonem: & necessitas debilitatis virtutis eius ad hoc vt perueniant istæ medicinæ ad vlcus, sunt ex adiuuantibus ad hoc. Et medicinæ frigidæ sunt tardæ, non penetrantes. Et quæ sunt calidæ, addunt in febre, quæ cōmittatur vlcera pulmonis. Et exiccatiuæ sunt nociuæ hecticæ, quæ committatur ea. Et humectatiuæ prohibent consolidationē vlcerum.[i] Nam cura vlcerū oīum est exiccatio, & proprie huiusmodi vlcerum [g] ad quæ veniūt humiditates desuper, & desubtus. Et quandoque recipit ista corrosio curam cum est in principio: & est super panniculum tegentem cannā intrinsecus, & in substantia pulmonis carnosa non est facile suscipiens: in cartilaginibus vero ipsis non recipit. Et homines magis susceptibiles curæ phthisis, sunt infantes. Et vlcera pulmonis magis salua, sunt illa, quæ sunt ex genere escharæ, cum non est illic causa in complexione, & ipso humore, quæ faciat vlcus siccum impetiginosum. Et quandoque accidit phthisico, vt protendatur cum eo phthisis producens eum spatio temporis: & similiter extenditur à iuuētute vsque ad senectutem. Et ego iam vidi mulierem vixisse in phthisi circiter .xxiij. annos, aut plus parum. Et habentes vlcera pulmonis læduntur valde ab autumno. Et [k] quando esse phthisis est occultum, detegit ipsam in patiente eam introitus autumni super ipsum. Et [l] nomen quidem phthisis quandoque conceditur aliæ ægritudini, cum qua non est febris: sed pulmo est suscipiens humores grossos, viscosos ex catarrho, qui effunditur ad ipsum semper, & constringit meatus eius: quare patientes cadūt in constrictionem anhelitus, & tussim frequentem, quæ perducit ad debilitatem virtutis eorum, & corporum: & sunt vere procedentes cursu asthmaticorum: tunc si fuerit caliditas pauca oportebit vt admisceatur curis eorum [m] aliquid curæ asthmaticorum.

A 5. meth. c.8.a | B 5. meth. c.14.f, & c.8.a | C Gal. 5. meth. c.14.f.g | D Gal. 5. meth. c.11.e | E Gal. 5. meth. c.14.f | F† callum fieri. | G Ser. t.2. c.26. | H G. ibi. & Ser. t.2. c.26. | I Gal. 5. metho. c.1.f | K G. 3. apho. 11. | L G. 3. cōmē. 1. in primū de morb. vulg. 17.e.f, & Hippo. de glādu. et. 2. & Ras. 10. cōti. t.1. c.1. 93.4. | M Ras. 93.4.

De causis vlcerum pulmonis. Cap. 19.

Causæ [n] vlcerum pulmonis sunt catarrhus mordicatiuus, corrosiuus, aut putrefactiuus propter suam vicinitatē cum qua pulmo non sanatur, vsquequo digeratur. Aut materia huiusmodi generis currens [o] ad pulmonem ex membro alio, aut antecessio peripneumoniæ, quæ iam cōputruit, & iam vlcerata est: Aut saniositas pleuresis ruptæ: Aut aliqua causarum sputi sanguinis prędictarū, aperiens venā: aut incidens eā: aut scindens ipsam, siue sit causa intrinseca, sicut ebullitio sanguinis, aut aliud de his, quæ dicta sunt, siue extrinseca sicut casus: aut percussio. Et quandoque sunt ex causis eorū putrefactio, & corrosio cadēs in substantia ipsius pulmonis, sicut accidit membris. Et [p] quandoque multiplicatur phthisis quando æstati borreali siccæ succedit autumnus pluuiosus.

N Gal. 2. de plaga. expul. c.1. g | O Gal. 1. de morb. vul. 17. f, & 2. de plaga. expul. c.1. g | P Hip. 3. apho. 11.

De præparatis ad phthisim in figura, & forma, & ætate, & regione, & complexione. Cap. 20.

Isti [q] sunt alati, habentes pectus strictum, habētes spatulas nudas carne, & proprie posterius habentes spatulas decliues ad anteriora eminentes, & quasi vnicuique eorum sunt duæ alæ, & quasi spatulæ eius sunt abscisæ ab adiutorio, & ante, & retro: & [r] habentes colla longa, & inclinantes ea ad anteriora. Et quandoque præcedunt guttura [r] ipsorum, & eminent. Et in pectoribus quidem istorum, quæ sequuntur ea, multiplicantur ventositates, & inflatio est in eis propter paruitatem pectorum eorum. Si autem cum hoc est debilitas cerebrorum recipientium superfluitates, & cum hoc non digeruntur cibi, tunc iam complentur conditiones: & proprie si fuerint humores eorum acuti cholerici. Et formæ quidem susceptibiles phthisis velociter cum alatione prædicta, [s] sunt lenes, absque pilis albæ declinantes ad ruffedinem: & etiam corpora dura spissa propter illud, quod accidit eis de ruptione venarum. Et [s] complexio susceptibilis illius, est eius cuius complexio est frigidior. Et [t] ętas in qua multiplicatur phthisis, est illa, quę est inter octauum & decimum annum vsque ad aduentum.[u] †{xxx.}annorum. Et ipsa in regione frigida, est plus propter illud, quod accidit in ea de ruptura venarum & sputo sanguinis plurimo. Et [x] tempus in quo multiplicatur illud, est autumnus.

Q G. 3. cōmē. 1. in primū de morb. vulg. 18.f, & 3. aphori. 13.b.c | R Ser. t.2. c.26. | S Ras. 10. cōti. t.1. c.1. 92.4 | T Hipp. 5. apho. & de coacis prænotionib. 515.2. | V† xxxv. | X G. 3. apho. 11.f

De rebus à quibus oportet vt isti custodiantur. Cap. 21.

Oportet [y] vt isti custodiātur ab omnibus cibis, & medicinis acutis, mordicatiuis, & omnibus, quæ extendunt membra pectoris ex clamore, aut rixa, aut saltu.

Y Ras. 10. cōti. t.1. c.1. 93.1.

De signis

A *De signis phthisis.* *Cap. 22.*

SVnt vt consideretur sputum saniei cum signis saniei, sm quod [a] exposuimus, in forma sua, & colore, & suffumigatione, & in alijs. Et febris minuta inseparabilis propter vicinitatem cordis cum loco ægritudinis, quæ fit vehemens cum cibo & in nocte, secundum modum quo fit vehemens cum eo febris hectica propter humectationem corporis ex cibo, secundum quod [b] dicemus in loco suo: quamuis qñq; componantur cum hectica febres aliæ. s. tertiana, & quartana, & [c] quintana, & deterior earum est quintana: deinde media est tertiana: deinde quotidiana. Et cum accidit phthisis, apparent etiam significationes quas numerauimus in fine capituli empyimatis, & [d] superfluit sudor ex eis omni hora, quoniam virtutes eorum debilitantur à retentione nutrimenti, & regimine eius, & caliditas resoluit, & liquefacit. Si autem in sputo sunt crustę, non remanet dubietas, & præcipue cum causæ perducentes ad phthisim prædictæ iam præterierunt. Nam cum corpus incipit aresieri, & extremitates incuruari, & capilli cadere propter priuationem nutrimenti, & corruptionem superfluitatum, tunc iam vera est. Et quandoque plumbinus fit color in principio phthisis, verum ipse rubescit cum ascendunt vapores: Et extendunt collum: & duo poma maxillarum, & proprie quando confirmatur: & inflantur extremitates eorum, & proprie pedes eorum in fine dierum. Et tumescunt sicut in cachexia propter corruptionem humorũ, & mor
B tificationem innati caloris extremitatum propter malitiam complexionis. Et illi quidem phthisici quorum causa est humor corrosiuus, expuunt saliuam, quæ habet saporem aquę marinę, salsam valde. Et [e] pulsus eorum est fixus, æqualis cum velocitate paruus. Et qñq; accidit ei inclinatio ad ambo latera. Deinde accidit post illud in ventre rugitus: et trahuntur hypochondria ad superiora, & vehemẽs fit sitis. Et destruitur appetitus cibi propter debilitatẽ virtutum naturalium. Et [f] qñq; fluit venter eius propter casum virtutis: & [g] qñq; expuunt annulos, & corpora venarum, & illud cum appropinquat mors. Et illud, quod expuitur de venis, si est magnũ, est ex pulmone: & si est paruum, est ex canna. Et [h] multoties expuunt lapillos: & quandoq; expuunt sanguinem congelatum ex canna, & non est ex hoc etiam nisi ex vlcere magno. Et in fine eius ingrossantur sputum, & saliua: deinde intersecatur propter debilitatem virtutis. Et qñq; præfocati moriuntur: Et qñq; non postponitur huiusmodi sputum, immo cadit in principio, cum phthisis est ex genere malo, facta ex materijs grossis, quæ non digeruntur: & quando intersecatur sputum in fine phthisis, tunc quandoq; non addit super quartum diem. Et [i] quandoq; est intersectio sputi propter debilitatem virtutis, & tunc fortasse constringitur anhelitus eorũ, vsquequo fiat quasi non sensibilis. Et [k] multoties quidem tussis in eis fit vehemens, & perducit ad sputum sanguinis continuum. Et si curet tussis eorum cum prohibitiuis sputi, moriuntur cum leuitate adueniente eis. Si autem dimittatur
C tussire, moriuntur spuendo sanguinem. Et [l] in libro velocis mortis est, φ siquis habet phthisim, & apparet super spatulas eius granum, sicut faba, moritur post quinquaginta duos dies.

A Cap.17.
B Li.4.F.1.t.3.c.1.
C Lib.4. Fẽ.1.t.2. c.66.& Hip.ↄmen. 3.i primũ de morb. vulg.9.a, & Ras.10 ↄti.t.1.c.1.94. 1.
D Hippo.de coac. pnotionib. 514. 1.
E G.4.de cãis pul. c.11. &. 1. de diijs febri.c.9.fo.34. g
F Gal.5.apho.12.e
G G.4.lo.af.c.8.b, & Ras.10.cont.t.1. c.1.92. 2.
H G.4.lo.af.c. 8.d
I Ras.93. 1.
K T.5.c.6.
L Ras.92.3.

TRACTATVS V. *De principijs operatiuis.*

De cura communi apostematum partium pectoris & pulmonis. *Cap. 1.*



EX rebus cõmunibus est phlebotomia. Sed in principio ex latere diuerso. Et magis festina [m] de saphena opposita in longitudine. Et post ipsam de basilica opposita in latitudine. Et post ipsam de nigra opposita in latitudine. [n] Si autem non appareat, tunc non oportet vt dimittatur phlebotomia cephalicæ, quãuis sit eius iuuamẽtum minus & tardius. Deĩde post aliquot dies, ex latere cõueniẽte in latitudine. Et [o] qñq; ponuntur ventosæ super pectus cũ scarificatione, etiã ita, vt attrahatur materia ad exteriora, & minoretur: & proprie cũ præmissa fuerit phlebotomia. Inquit [p] Gal. si febris fuerit vehemens valde, tunc time solutiuum, & sis contentus phlebotomia. In ipsa nanq; non est timor: aut timor eius est minor. In solutiuo vero est timor magnus. Ipsum. n. qñq; mouet, & qñq; non [q] soluit: & qñq; superfluit. Et oportet quidem ne narcotica eis approximes inquantum potes. Ipsa. n. prohibent maturationem, & sputum. Cibi autem sint aquæ hordei, & aqua tritici, & aqua decoctionis maluarũ, & blitorum, aut molochiæ, & cucurbitę, & aqua fabarum, & [r] †{alkesmes}cũ non fuerit caliditas
D superflua, & zibib posterius proprie. Et ex eis, quæ cursu medicinarũ procedunt, sunt omnia, quę mundificant, & remouent asperitatem, & leniunt in gradu primo, sicut aqua iuiubarũ, & violę, & papaueris, & radix liquiritiæ, & medulla cucumeris & chetha. i. cucumeris longi, & alia, & semen endiuiæ, & sebesten: & qñq; ponuntur in eis mucilago seminis cydoniorum, & gummi, & dragaganthi, & semen papaueris: hæc omnia ante eruptionẽ. Et melius abstergentium mũdificantium est aqua mellis, si non est apostema in reliquis visceribus. Si autem fuerit apostema & administret oportet vt fiat sicut aqua cum multa cõmistione. Sed iuleb & aqua zuccari sunt conuenientiores ei: & postea aqua hordei. Et post ipsam [s] vinum dulce: & est melius vinum habentibus hãc ægritudinem: & proprie illud, quod est albũ: nam illud est magis adiuuans ad expuendum. Verum non oportet vt bibatur in pleuresi, & in peripneumonia, nisi post maturationẽ quãuis sm φ dicitur sit calefaciẽs, & faciens sitim, qbus vtrisq; iã succurrit. Et [t] non oportet vt in potu sumat illud ille, cuius hepar aut splen est infirmũ. Et [v] post vinũ dulce, est vinũ aquosum: & ipsum est confortans virtutem plusq̃ aqua: & in potu ipso sunt incisio, et subtiliatio. [x] Potus autem oxymellis facti ex melle aut ex zuccaro & pauco aceto, qñ miscetur cum aqua, est aggregans duas intentiones, scilicet extinctionis, & mundificationis. Nam si valde acetosum est, tunc ipsum aut facit multum spuere:

M Ras.10.cõt.t.1. c.2.107.3. φ à pede
N Ras.104.2. 3. & G.2.de vic.ratione in acut.10.f. g
O Ras. 105. 1. & Aet.li.2.ser.4.c.68. fo.473.
P 2.de vict. rõne i acut.11.b. c
Q G.2.de vi. rõne in acut.11.c
R† passulæ sine aciis
S G.3.de vic. rõne in mor.acut.2. d
T Gal.ibidem.2.a
V Gal.ibidem. 4.f
X Gal.ibidẽ. 24.e

aut infrigidat:& inuiſcat valde:& fit adeo malignum donec illud,quod incidit, quãꝙ indigeat vir- E
tute forti ad hoc,vt expuatur:ꝙ ſi acetoſitas neceſſaria fuerit,tunc oportebit vt potetur tepidum,
aut miſtum cum aqua calida paulatim.Ex illo vero,quod tẽperatam habet acetoſitatẽ, ſecuratur
hæc malitia,& eſt prohibens nocumentum dulcedinis,& ſitis,& ebullitionem choleræ rubeæ,&
eius generationem.Et aqua mellis eſt magis vltima in humectãdo:& [a] aqua hordei in confortan- A G.1.de vic.rõne in acut.27.c
do:& quãꝙ eſt neceſſarium in æquatione naturæ,tribuere acetoſa cum oleo amygdalino.Aqua ve-
ro,quæ eis in potu tribuitur,in hyeme quidem ſit aqua calida,& aqua zuccari,& aqua mellis ſub-
tilis:& in æſtate aqua temperata:& interdicatur eis aqua frigida. Quod ſi ſitis vehemẽs fiat, detur
eis in potu parum ex ea commiſta cum iuleb,& oxymelle infrigidatis.Nam oxymel facit eam pe-
netrare velociter,& expellit nocumentum eius. Et apud declinationem detur eis in potu aqua
cum rob.Eis autem,quæ neceſſaria ſunt apud collectionem,& maturationem,& eruptionem,&
poſt eas,oportet vt ſingulare capitulum faciamus.

De cura pleureſis. *Cap. 2.*

OPortet vt prohibeas materiam venientem ad apoſtema cum euacuatione,& attractione ad
cõtrarium:& lege illud,quod narrauimus in [b] cap.quod eſt ante hoc: & fortaſſe dicemus il- B 1.
lud iterum.Dicamus ergo,ꝙ cura eius eſt phlebotomia,ſi ſanguis fuerit vincens ſm modum præ-
dictum in [b] cap.quod eſt ante ipſum,& extrahatur ſanguis [c] donec altereť color eius.Significat.n. F C Li.1.Fé.4.c.20. & G.2.de vic.rõne in acut.10.g.h
ꝙ nocibilior ſanguis iam euacuatus eſt:Et ſcias,ꝙ ſanguis corporis vehementioris nigredinis, eſt
ille,qui eſt propinquus huiuſmodi apoſtemati: [d] quamuis obſeruatio virtutis in hoc neceſſaria ſit. D G.2.de vic.rõne in acut.10.g.h
Et [d] quãꝙ non concedit virtus extractionem ſanguinis fieri vſq; ad hunc terminũ.Et ſi eſt humor
alius,euacua non cum eis,quæ ſunt ſicut myrobalanorum,neq; in quo eſt ſtypticitas, immo cũ eis
in quibus eſt cum ſolutione lenificatio,ſicut res factæ cum viol.& ſiracoſt,& tereniabin,et zucca-
rum alhaizez.Et [e] ſoluantur in nocte.[f] Quidam vero ſapientum dixerunt,quod rectius eſt,quan- E Raf.10.cõti.11. c.2.105.4.
tum poſſibile eſt,vt euacuetur cum phlebotomia,timendo inquietudinẽ, in quam quãꝙ cadere fa- F G.2. de vic.rõne in acut.11.b.c
cit ſolutiuum.Et nos iam diximus iſtud,& proprie qñ ſputum eſt cholericũ valde.& proprie ſm
ꝙ dixit [g] Gal.qñ febris eſt vehemens valde.Et [h] Gal.quidem præcepit eos cuſtodiri à ſcãmonea, G 2.de vic.rõne in acut.ibidem.
& non præcepit eos cuſtodiri ab hiera,& elleboro ſimul: & [i] laudauit operationem aquæ hordei H ibidem.11.c
poſt adminiſtrationem ſolutiui,& complementum operationis eius. Cum ipſa vero abſcinditur I Hip.& Gal.ibid. 12.d
operatio eius:quãuis oportet vt ſeruetur pars declinationis doloris,& læſionis.[k] Nam ſi declina-
tio fuerit aſcendens ad furculam,& thoracem,& quod eſt ſuper eam,tũc phlebotomia eſt melior. K Hip.& G.2.de vic.ratione in acut. 10.& 11.
Et [k] ſi dolor declinat ad partem hypochondriorum, tunc neceſſaria eſt ſolutio ſola: aut cum phle-
botomia,ſm quod neceſſarium facit illud, quod teſtificatur. Et illud ideo, qm̃ phlebotomia ſola K Hip.ibi.11.
ex baſilica non trahit de hoc loco aliquid de quo ſit curandum. Et [l] ex eis, quæ ſignificant tibi ve- G L G.2.de vic.rõne in acut.1.c
hementiam neceſſitatis euacuationis,eſt quod inuenis vaporationem & emplaſtrationem nõ ſe-
dare dolorem:aut inuenis eas ex eis,quæ augmẽtant ipſum.Et ſignificat illud repletionem in cor
pore toto,quare neceſſaria eſt euacuatio, & proprie cum phlebotomia. Cumq; phlebotomas,&
euacuas,& non ſedantur accidentia,tũc ſcias,ꝙ prohibitio collectionis, quam quæris eſt difficilis.
Non ergo iteres phlebotomiam,vt non congeletur materia,quę habitura eſt collectionem:& illa
eſt ex eis,quæ non digeruntur cum diminutione virtutis,& priuatione digeſtionis ſanguineæ ſu-
per materiam.Cum ergo maturatur,oportet vt prohibeas eam fieri ſaniem,& ſtudeas, vt mundi-
fices ante illud cum ſputo.Et ad vltimum,cum non fit phlebotomia,& maturatur,& emittiť ſpu-
tum digeſtum,et ſputum ſufficienter:deinde vides debilitatem in virtute,tunc non phlebotomes
omnino.Et [m] ſi exiſtit debilitas virtutis abſq; phlebotomia, & ſolutione ventris: neceſſarium eſt M Paul.lib.3.c.33.
tunc vti clyſteribus medijs,& acutis,ſm ꝙ neceſſarium fuit illud,quod teſtificatur hoc: & proprie
cum dolor eſt decliuis ad hypocondria.Et [n] Hip.quidem innuit in cura pleureſis in qua non ſen- N 2.de vic.rõne in acut.11.
titur dolor,verum eſt vehementis declinationis ad hypochondria,vt euacuetur cum elleboro ni-
gro:aut cum [o] †{albachuliun.}& in alio libro cum herba ſylueſtri,quæ eſt ſimilis portulacę,& ha- O† peplio.
bet lac,& eſt de genere lacticiniorũ.Cum ergo euacuaueris,& inueneris dolorẽ leuiorem, ſis cõ-
tentus aqua zuccari,& aqua hordei decocti,cuius hordeum ſit excorticatum in aqua plurima,de- H
coctione vehementi,& aqua alcandaruſii ſi indiges confortatione, & melonibus indis, & [p] aqua P Raf.105.3.
iuiubæ,& [p] aqua ſebeſtẽ,& violis conditis,& ſemine papaueris.Et oleum quidem,quod admini-
ſtratur cum aliquo horum,eſt [p] oleum amygdalarum dulcium.[q] Quidam aũt prohibuerũt grana- Q Raf.105.2.
ta propter infrigidationem eorum:Sed apud me in eis,quę dulcia ſunt,non eſt malum.Et quãꝙ fit
ex iſtis medicinis decoctio,quæ adminiſtratur ad expuendum.Et eſt hæc Recip.hordeum excor-
ticatum,& iuiubas,& ſebeſten,& violas,& ſemen papaueris,& ſyrupum viol.& ſyrupum nenu-
faris:qm̃ ambo ſunt meliores iuleb.Et Gal.quidem præcepit in principio vtẽdum eſſe ſpeciebus
deiacur:qm̃ prohibent materiam,& maturant,& faciunt dormire.Et dico,ꝙ neceſſarię ſunt, cum
non eſt excuſatio propter vehementiã vigiliarum:& ſi non fuerit illud, tunc fortaſſe congelat pa-
pauer materiam,& prohibet ſputum: niſi zuccarum, quod cum eo ponitur prohibeat nocumen-
tum eius.Et videtur,ꝙ ſemen eſt conuenientius,ꝗ̃ cortex tunc,& oportet vt euacueť illud,quod
retinetur cum ſputo.Et menſura nutrimentum,et non multiplices:immo ſubtilies,ſm ꝙ neceſſa-
rium facit multitudo acuitatis ęgritudinis,& paruitatis eius:& accidentium illius.Nam ſi ipſa fue
rit quieta,leuis,facilis,cibabis ipſum aqua hordei excorticati decocti valde. Ipſa nanque expuere
facit

A facit incisiua,& cõfortatiua. Et si volueris dulcorare ipsam, dulcorabis eam cum zuccaro, aut mel-
le:& si fuerit inquieta, sis cõtentus aqua hordei vsquequo declaretur tibi dispositio, & proprie śm
sputum·Nam cum multiplicatur, securus es de multitudine materiei,& scis necessitatem virtutis.
Nutrias ergo cum aqua hordei excorticati,& conforta: & si retinetur, subtilia regimen,& sis con-
tentus aqua hordei,& syrupo quantum potes. Et quãdo accidit in pleuresi solutio veutris, & fue-
rit pleuresis succedẽs decolationi resolutę ad pleuresim: prohibet istud oẽm curã phlebotomiæ, &
lenificationis naturæ: & sit regimen eius ꝙ sit cõtentus sauic hordei. Si autẽ indiges phlebotomia
necessario in speciebus pleuresis, & non est maturatio, tunc rectius est, vt sis contentus quãtitate
A Lib.1.F.4.c.31. & Ras.105.1. xxx. ponderum:& præpara ad secundationem cum sale, & oleo super vulnus. [a] Et multoties qui-
dem excusat solutio ventris omni die semel, aut bis, à phlebotomia. Et si phlebotomię alicuius suc
cedit syncopis, aut vehemẽtia difficultatis, & cõstrictio in anhelitu, tunc illud est signatio ꝙ phle-
botomia non euacuat materiam ægritudinis. Et melius est vt non lenias naturam in cura doloris
pectoris. Non cures in principio nisi cum eo quod lene est ex clysteribus & suppositorijs. Et ma-
ximi quidem erroris est in potu tribuere infrigidantia vehementia, nisi in factis ex cholera,& dare
B G.1.de vic.rõne in acut.27.c in potu infrigidantia styptica:[b] aut dare eis in cibo lentes cũ aceto & similia. Et scias ꝙ dare in potu
C Ras.10. ꝯti.t.1. c.2.104.1. [c] aquam frigidam, est inconueniens huic ęgritudini,& omnibus apatibus intrinsecis, minora ergo
B ipsam quãtum potes. Quod si sitis fiat inobediens, permisce eam cum oxymelle vt frangatur ma-
litia aquæ:& vt minoret moram eius,& fixionem ipsius, immo vt faciat currere,& penetret in cor
pore,& adiuuet cum incisione oxymellis, et subtiliatione ipsius. Et scias ꝙ quãdo in pleuresi mul-
tiplicatur inflãmatio, & requirit infrigidationem, tunc non infrigidetur nisi cum eo in quo sunt
D Ras.106.1. abstersio,& humectatio, sicut [d] aqua citroli, & [d] aqua melonis indi. [d] Aqua vero cucurbitæ quãuis
ab vna parte conferat, quãdoꝗ tamen nocet & debilitat cum prouocatione. Ea vero à quibus est
E Ras.106.1. abstinendum sunt sicut [e] portulaca,& aqua endiuiæ, & omnia in quibus est infrigidatio, & inspis-
F Ras.106.3. satio. Et oportet vt sit tua magnifica intentio ad hoc, vt sputũ facile sit. [f] Et ex eis quidem quæ mul
tiplicant sputum, est dormire super latus infirmum: & [f] quandoꝗ est necessaria cõmotio parua:&
vt in potu detur aqua, quæ ad caliditatem decliuis est, sorbendo, sorbitionẽ post sorbitionem, qm̃
G Ras.107.1. confert ei valde. [g] Et qñꝗ necessarium facit esse retentio sputi constringentis anhelitum, vt lãben
do sumat cochlearium de flore ęris,& melle. Et qñꝗ facit esse necessarium vehementia doloris, vt
in potu [g] tribuatur faba vna de assa fœtida cum melle & aceto,& aqua,& illud cum est vehemẽtia
doloris vociferare facientis. [g] Cumq́ ad vltimum peruenit inobedientia anhelitus coarctati, &
oregmon, assumat de nitro assato cum summa trium digitorum, & de flore æris quãtitatem vnius
H † Ras.ibi. Floris capparis drac.ij. nitri partẽ aliquam piperis aceti mellis & aquę ante calefiant omnia, & tepida dentur. fabæ,& parum olei,& aquam tepidam,& mellis parum. Si autem non valent, addatur eis [h] †{flos
C vitis cũ pipere, & aceto, & sint omnia tepida:} [g] Aut hyssopus, & sinapis & nasturtium, cũ aqua
& melle tepida: et hoc est fortius illo, [g] et sorbeat cum spuit, vitellũ oui vt remoueatur malitia eius,
Et si indiges in pleureticis cibos fortiori, da pisces alradradra, & illud cum fracta est febris. Et si-
militer panem cum zuccaro, & butyrum: qm̃ adiuuat ad maturationem,& ad sputum: Et pisces
elixatos cum porris,& anetho,& sale, & stude vt alleuies partes ventris, vt non comprimant par-
tes pectoris:& illud fit cum lenificatione naturæ, & attractione fæcis, si retinetur, cum clysteribus
lenibus, sicut aqua kist hordei, cũ pauca aqua siclæ. Et oportet vt prohibeas inflationem. Et scias
ꝙ vapor fæcis,& inflatio, nociui sunt valde in hac ægritudine. Et ex eis quæ solicitæ sunt attenden
da, est vt succurras cum maturatione ægritudinis antequã fiat sanies. Si autem fiat sanies, oportet
vt succurras cum mundificatione eius, anteꝗ corrodat. Et scias ꝙ necessaria est humectatio in re-
I Ras.105.3. gimine ipsius vt facile fiat sputũ,& velox. [i] Cumq́ sputũ incipit in ascensione, & pertransit quar-
tum, conforta hanc decoctionem cum radice liquiritię & capillo veneris. Et cum materia est gros-
sa, & virtus est fortis, & non est in neruis nocumentum, non est malum tribuere in potu oxymel
permistum, vt incidat. Et si lenieris naturam cum eis quæ sunt sicut [g] casia fistula cum zuccaro, &
[g] tereniabin,& siracost, erit rectum. Et qñꝗ iuuatur etiam cum emplastris,& vnguentis. Et primũ
K Ras.107.3. quod oportet administrari, est ceratum [k] factum ex oleo viol. & cera colata. Dinde gradatim per-
D ueniatur ad adipes,& mucilagines,& puluerem molẽdini. Deinde gradatim ad illud quod est for-
tius, sicut [k] emplastrum de chamæmilla,& radicibus altheæ,& radicibus lilij,& violis,& decoctio
ne etiam maluæ hortulanæ. Et si est necessarium quod est fortius, administra emplastrum factum
ex caulibus elixatis,& fœniculo elixato. Et iterum emplastrum factum ex absinthio & radice lilij
cum aliquantulo mellis, oleo nardino. Et scias ꝙ si materia est multa, tunc emplastra,& epithema-
ta frigida, nociua sunt,& si est pauca, nõ nocent Et similiter si apostema iam resoluitur,& remanet
materia cum quantitate. Et quando accidit, vt euacuatio ex phlebotomia sit iuuatiua, conceditur
etiam vt fiat delinitio. Descriptio emplastri alterius boni, Recip. foliorum violarum & maluauisci
amborum ana partem vnam, radicis liquiritiæ partes.ij. farinæ hordei, farinæ fabarum, ambarum
ana partem.i.s. chamæmillæ dragaganthi ana partes.ij. Et si materia est grossa, & indiget additio-
ne resolutionis, addatur in eo semenlini, & fiat ex eis massa vel emplastrum cum rob, cum cera, &
oleo viol. Et si est caliditas minor, ponatur loco olei violacei oleum de lilio: aut oleum narcisinum:
Et si caliditas est fortis, ponatur loco additorum calidorum quæ descriptioni addidimus, folia ne-
M Ras.105.2. nufaris,& rosæ & cucurbitæ. Descriptio vnguenti boni. [l] Recip. ceram, adipem anatis,& gallinæ,
& butyrum ouinum, hyssopum humidam, fiat ex eis vnguentum, qm̃ est bonum valde. Et ex em-
plastris

plastris quæ ad maturationem aggregant sedationem doloris, [a] est emplastrũ factum ex farina hor- E A Ras.106.4.
dei,& meliloto,& cortice papaueris. Et qñq; adiuuatur etiam in eis cum fomentationibus humi-
dis,& siccis.Et humida quidem sunt cõuenientiora ei qui trahit ad cholericitatem. Et sicca ei, qui
trahit ad phlegmatis proprietatem.[b] Verum humida cum non iuuant,non nocent. Et sicca si no- B Ga.1.de victu in acut.1.f
cent,nocẽt magnifice.Et melius est vt antecedat[c] spongia infusa aqua calida.Et fortior ea,est aqua C Gal.3.g
maris,& aqua salsa.Deinde pertransi illud si necessarium tibi est,& fac euaporationem cũ vapore,
aut cum oleo,& aqua calidis. Et fortius illo est illud,quod fit cum aceto,& [d] herbo, & caulibus su- D Gal.1.f
per lanam imbibitam oleo.Et ex siccis subtiliatiuis,est [e] furfur:deinde grana [e] milij:deinde [e] sal.Et E Gal.6.
vaporatio quidem resoluit omnem dolorem altum, aut infimum,cum non est prohibitio ex reple
tione, quã attrahat vaporatio. Phlebotomia vero plus confert doloribus altis vel resoluit dolores
altos.[f] Cumq; emplastrum facis, aut vaporas,tunc stude vt retineas eius vaporem à facie ægri, ne F Gal.4.
eo excitentur angustia,& constrictio anhelitus.Et [f] qñq; est ægritudo vehementis siccitatis,& cõ-
fert vapor emplastri, & vaporationes humidorũ temperatorũ,quando percutit faciem , & perue-
nit in attractione aeris.Et qñq; adiuuantur cum electuarijs,quibus vtuntur,& conuenientius eo-
rum,calefactis est cera alba colata,abluta cum oleo violaceo: & proprie quãdo est dolor vehemẽs.
[g] Et qñq; reditur ad ventosas post mũdificationem corporis cum phlebotomia,& alijs : & fiducia, G Ras.105.2.
q; ipsum iam sit mundificatum. [g] Ex ventosis enim cum ponuntur super locum dolorosum,appa F
ret iuuamentum maximũ : & qñq; sedatur dolor omnino. Et qñq; trahitur ad partes extrinsecas :
& [h] emplastrum de sinapi,si administretur in hoc loco, efficit operationem ventosarũ in attrahen- H Ras.106.2.
do.Cum ergo pertransit septimum,præceperunt antiqui [i] dari electuarium factum ex amygdalis, I Paul.lib.3 c.33.
& granis [k] †{alchurais} & melle, & butyro , & electuarium ex butyro , & [l] †{visco albotim.} Et K † vrticæ L † melle cocto
qñq; administrabant confectiones magnas , sicut [i] est athanasia : & est via bona qua incedere pos-
sunt,qui artem verificauerũt confidentes in seipsis cum meditatione inuestigatrice,vt succurrant,
si hoc regimen dederint,vt possit æger tolerare illud:quare cum ea consequuntur finem mundifi-
cationis sufficienter.Noui autem timorosi,nõ confidentes in seipsis,in hoc timent mel,& ponunt
loco eius zuccarum. Et antiqui etiam innuebant vtendum esse medicinis fortis mundificationis,
præparatis cum melle.s.pilulis quæ tenentur in ore sub lingua. Et innuebant in hac hora vtendũ
esse medicinis,& emplastris,quæ nominantur habentes odorem factis cum sansuco,& emplastro
[m] †{alsedabi.} Et ad summum ille qui procedit hac via, quæ est antiqorum, oportet vt incedat ea M et rutæ
cum cautela & obseruatione & timore,vt rumpatur apostema , & excitetur calor plurimum. De-
inde attinet ei,vt confidat post illud de iuuamento festino. Si autẽ ægritudo remanet vsq; ad quar
tumdecimum diem,non est excusatio à ventosis, & subtiliatione regiminis tunc. Et [i] cum vigiliæ
fiunt in eis vehementes,tunc necessarius est syrupus de papaue. Et quando fit anhelitus in eis fre G
quens,tunc non succurritur illi nocumento,nisi cum humectatione cum eis,quæ sunt sicut muci-
lago psyllij,sorbendo ex ea aliquid post aliquid,& sicut iuleb.Qñq; autem confert embrocatio la-
teris cum aqua tepida,vt alleuietur dolor,& minoretur frequentia anhelitus: qm̃ est nociua ſm q
iam [n] sciuisti.Et post declinationem manifestam administra balneum : & aliena infrigidationẽ ve- N T.4.c.r.
hementem nisi in eis quæ sunt de genere choleræ rubeę.Et similiter aliena regimen ingrossatiuũ,
& administra subtiliatiuum, & decoquantur in aquis , & potionibus prædictis porri & calamen-
thum in fine eius,& lambant semen [o]†{alchurais}cum melle. Quod si apostema fiat inobediens, O † vrticæ
& vadat versus collectionem , regantur cum regimine quod dicitur in capitulo illius proprie. Et
oportet vt caueantur in conualescentibus pleureticorum,salsa,& acuta,& saturitas,& repletio sa-
turitatis facientis nauseam, & sol, & ventus, & fumus, & vox alta,& insufflatio,& coitus. Nam si
recidiuant moriuntur.hoc dicimus,si pleuresis est calida pura. Si autem non est ita, immo non est
pura,& non est vehementis caliditatis:tunc in te est vt frices,& emplastrũ facias cum eis,quæ sunt
sicut fœnugræcum,& pix, & vt ventosas apponas. Et emplastrũ valens ad illud. [h] Recip.cineres
radicis caulium qui cõficiantur cum adipe, & fiat cum eo emplastrũ. Et in cura quidem phlegma-
tici,incipiatur à clysteribus acutis,& solutione ventris. Et non fiat phlebotomia,& administrẽtur
resolutiua quæ sint ex emplastris,& vaporationibus prædictis in quibus est virtus. Et cibentur si- H
cla,& aqua caulium,& aqua ciceris,& oleo de oliuis:aut oleo de amygdalis dulcibus & amaris: &
administrentur emplastra, & vaporationes calidæ prædictæ. Et detur in potu decoctio Ioseph vi-
gilatoris quã in potu damus cum oleo de kerua. In melãcholico vero cibetur sorbitionibus factis
ex tritico fracto,cum melle, & oleo amygdalino dulci : & electuarijs lenificantibus calidis,& sor-
beantur olea lenificantia,sicut oleum amygdalinum dulce.& sorbitiones factæ ex fabis, & pauco
fœnugræco,& lac mulctũ,& proprie asininum:qm̃ ipsum est iuuatiuum eis. Et ex eis quæ confe-
runt in eo est, vt sumatur costi pondus drach.i. & detur in potu in cochleario decoctionis anethi:
aut olei balsamini,aut syrupi de melle:& hoc etiam confert tussi malæ. Aquæ vero congregatæ in P Hip. de morb.
pulmone,cura est leuior eis,quę dicemus in cura empyicorũ,& quandoq; [p] indiget perforatione. 188.2.

De cura peripneumoniæ. *Cap. 3.*

IN cura peripneumoniæ curritur cursu pleuresis , nisi quia oportet vt emplastra ipsius sint for-
tiora, & vt ponantur in eis quæ sunt profundantia. Et oportet vt sit solicitudo ad mundifican-
dum cum sputo magis vehemens , & sit in ea loco iacẽdi super partẽ spuendi, resupinatio decliuis
versus illam partem. Cumq; natura in ipsa fuerit restricta, oportet vt in potu sumant omni die se-

mel

A mel de hoc syrupo. Recip. casiæ fistulæ & passularũ enucleatarũ amborũ ana sextaria.iij. & proijciantur super ea.iiij. sacraiati aquæ quæ decoquatur vsq; ad medietatem, quæ sumatur & super ipsam pijciatur sacraiati aquæ solatri. Et hoc est illud qđ in potu forti datur, & debili medietas eius. Et si natura fuerit lenis lenitate debilitãte, detur in potu rob myrti, & cydonia dulcia assata, et granata dulcia. Et [a] illius quæ est ex genere [b] †{almasere,}-& cholerę rubeę cura est sicut narrauimus difficilis. Nam si aliquid confert est extinctio vltima cum succis vehementis frigiditatis, sicut olerum, & herbarũ, & fructuũ. Et dentur infrigidantia lenificantia, sicut succus endiuię, & similia illi. Quod si euacuetur cholera cum eis, quę sunt sicut siracost, & tamarindi, et tereniabin, & similia illis, est bonum. & similiter qñq; est necessarium in ipsa facere phlebotomiam, si fuerit illic repletio.

A T.4.c.10. B † apatis calidi, cholerici, medij inter erysipilam, & eliere

De empyimate. Cap. 4.

QVando apparet in apostematibus pleuresis & peripneumoniæ, signa collectionis prædicta, & ascendunt, tunc necessarium est vt iuuamentum fiat ad maturandum, post mundificationem corporis, quod fit cum emplastris, & vaporationibus: sicut illud quod fit ex [c] farina hordei, & glutine alimbat, & vino albo & dulci, & dactylis, & ficubus siccis. Et fortius illo, est illud cum quo ponuntur stercus columbinũ, & nitrum: & est conueniens in fine, et apud eruptionem. Et oportet vt iaceat ante horam eruptionis super latus infirmũ: adiuuat enim ad spuẽdum, B & ad rumpẽdum. Si autem caliditas fuerit plurima, detur in potu [c] aqua mellis in aqua hordei: aut aqua mellis subtilis sola. Et si caliditas est nõ fortis, & virtus est fortis: oportet vt in potu tribuatur [c] decoctio hyssopi in qua cum hyssopo decocta sunt hashe, & prasium, & ficus, & mel. Et in potu sumat aquã hordei decocti cum radicibus liquiritiæ. Et [c] quandoq; indiges eis, quæ sunt sicut mithridatum, & theriaca ad maturandum. Et conuenientiores horę ad potandum ipsa, sunt post maturationem integram, vt erumpatur ẽm conseruationem innati. Et dactyli quidem sunt vltimi in hac hora, & post ipsam. Et syrupus de prasio, est vltimus. Trochiscus maturatiuus. Recip. semen altheæ, & citroli, & maluæ, melonis, & cucurbitæ, & succcum liquiritiæ, & florem meliloti, & violas & dragagãthi, fiant ex eis troc. cum mucilagine seminislini, & dentur in potu cum aqua ficuũ. Eorum autem cibi in ascensione, sint [c] panis infusus aqua, aut cum aqua mellis [c] & oua sorbilia, & quæ sunt illis similia. Et ea quibus vtuntur in secunda mensa, sint grana [c] pini maioris, & minoris, & amygdalæ dulces, & sorbitiones subtiles factæ ex farina hordei, & ciceris, & fabarum cum oleo amygdalino, & zuccaro cum melle. Cumq; pertransit hora eruptionis, & completur maturatio, oportet vt iuuamentum fiat ad erumpendum. Nam dimissio ipsius, efficit ægrum prauum & malæ proprietatis. Et [a] suffumigentur guttura ipsorum cum storace liquida, et detur in potu syrupus hyssopi fortis, quem diximus, & apponãtur fortiora emplastra, quæ diximus. & [c] dare in potu mi-C thridatum & theriacam in hac hora, est iuuamentum, si nõ fuerit febris, neq; macies neq; extenuatio. & in cibo dentur [c] pisces saliti. & sumat in ore suo cum vadit dormitum pilulas factas ex hiera, & pulpa coloquinthidæ. & pilulæ etiam cochiæ in potu sumantur in hora dormiendi. & [a] suffumigentur guttura eorum cum storace liquida, & [d] qñq; confert ei mouere sedem super quam sedet, homine tenente eum per spatulas. & confert ei sumere in potu sinapim cum aqua mellis, & portare [d] assam fœtidam in lacte, & confert ei iacere super latus sanum quando vult eruptionẽ, & [c] præcipitur vt vomitus fiat post cœnam in huiusmodi horis. [c] Verum illud est timorosum: qñq; enim facit possidere eruptionem magnam vice vna: & qñq; præfocat. [c] Cum autem non erumpitur, necessarium est vt cauterizetur: deinde consideretur. [f] Nam si exiuerit sanies alba, munda, spes habenda est: & si non, non est spes habenda. [c] Cumq; erumpit sanies, & currit, & existimas ꝙ pauca sit & æqualis, ita ꝙ possibile sit vt mundificetur cum sputo vsq; ad.xl.dies; tunc oportet vt administrentur post eam abstersiua, lauatiua, mundificatiua, dãdo ea in potu, cũ incipit expui illud, quod erumpit. & illa sunt sicut decoctio hyssopi cum radice liquiritiæ, & lilij cœlestis cũ syrupo de melle: & caules, & sorbitiones prædictæ, factæ ex farina ciceris & similibus farinis: & ponantur in eis etiam farina herbi: & confert etiam [c] electuarium de squilla, & electuarium de herbo. Medicinæ vero singulares quę sunt matres huiusmodi rei, sunt sicut farina horobi et tritura lilij, & radix eius D & aristol. vtraq;, & [g] pipera tria, & sinapis, & nasturtium, & vsq; ad opopanacũ etiam, & [h] costus, & casia lignea, & spica. Et qñq; est necesse, vt admisceatur eis aliquid ex narcoticis cum mensura. Et ex istis medicinis est [i] scordeon ipsum nanq; est vehementis iuuamenti in hoc capitulo. Et istæ medicinæ sunt matres medicinarũ in hac hora iuuantium, ex quibus fiunt potiones, & emplastra & embrocæ cum spongijs, & oleis. Et qñq; fit oleum ad quod virtutes earum permutantur, sicut oleum de lilio, & narciscinum, & chamæmillinum, & de alcanna, & nardinum: & sicut oleum laurinum, & proprie cum adest declinatio. Et qñq; ponitur quod est sicut oleum viol. ẽm dispositionem, & horam Et qñq; ponuntur in huiusmodi oleis, ea quæ sunt sicut gũma pini, & adeps, & galbanum, & flos squinanthi, & hyssopus humida, & fœnugræcum, & folia lauri, & bdelium, & similia illis. Et cum febris est fortis, ne ſis superfluas in calefaciendo: qm̃ debilitatur virtus propter malitiam cõplexionis, & deficit à spuendo. Et oportet vt succurratur ad regimen extractionis saniei, post eruptionem ad pectus, in diebus, in quibus imaginatur æger alleuiationem. [c] Cum autẽ existimaueris in pleuresi materiam plurimam, & non mundificatur in.xl.diebus, neque in paucioribus, immo facit cadere in phthisim, tũc necessarium est cauterium fieri cum cauterio minuto, quo perforetur pectus vt exiccetur materia, & trahatur paulatim, & abluatur cum aqua mellis, & adiu

C Ser.t.2.c.27.

Infra a

Supra a

D Ras. 10. cõt.t.1. c.2.106.4.

E Hipp. 7. aphor. 44. & Ser.

F Hip. & Ser.

G Diosc.li.2.c.151.

H Diosc.lib.1.c.15.

I Diosc.li.3.c.106.

uetur ad extractionem eius ad exteriora. Cumq; mundificata fuerit peruenit ad consolidandum. E
Et oportet vt cognoscas partem in qua est pus, ex modis [a] prædictis de voce [b] saniei, & cõmotione A T.4.c.17.
vel sonitu eius, & [c] ex hominibus sunt qui ponunt super pectus pãnũ infusum, vel intinctum cũ B Raf.106.4.
luto rubeo, & aqua, & cõsideretur quis locus exiccetur velocius: qm̃ ipse est locus saniei. Signum C T.4.c.17. & Raf.103.3.
ergo super ipsum fiat, & cauterizetur, aut perforetur illic. Nam qñq; non cauterizatur, immo per-
foratur latus cum phlebotomo, & ponitur præparatio taliter, q͂ cum ea egreditur sanies, de [d] qua D G.6.aphor.27.
accipiatur omni die parum, absque extractione plurima subito. Et in huiusmodi quidem hora ne-
cessaria est conseruatio virtutis cum carne, & cibo temperato, & non cõsideres febrem: quoniam
ipsa non sanatur dum sanies perseuerat remanens. Cum autem expuitur, eradicatur. Et cum con-
fortatur æger ad expuendum saniem, aut ad illud quo curatur ex cauterio, remouetur febris pro-
culdubio. Et multoties accidit vt apostema erumpatur ante maturationem: Et est illud, quod erũ-
pit ab eo sanguis: quare necessaria est tunc phlebotomia, & administratio emplastrorum, & expel
lentium, & cõmunicantium. Emplastrum eis conueniens, caules, & aqua mellis super descriptio-
nem Aaron ponatur. Et emplastrum huiusmodi. Recip. piper, capillum veneris, hyssopum siccã,
vrticam, aristolochiam rotundam: fiat ex eis emplastrum cum melle.

De cura vlcerum pectoris, & cura phthisis. Cap. 5.

CVm vlcus quidẽ est in canna pulmonis, tunc medicamen ad ipsum velociter vadit: [e] & opor F E G.5.meth.c.12.
tet vt faciat dormire ægrum super collum suum, & teneat medicamen in ore suo, & deglu-
tiat saliuam eius paulatim, ita q͂ non mittat plurimum subito, & excitet tussim, & oportet vt ipse
mollificet lacertum gutturis sui ita, vt descendat ad guttur ipsius absq; excitatione tussis. Et medi
cinæ sunt glutinatiua, & exiccatiua, quas dicemus etiam in phthisi. Vlcera vero quę sunt in pecto
re, & pulmone, quæ diximus, indigent vt inijciantur in eis medicinæ lauatiuæ, abstersiuæ. & [f] prę- F Raf.102.1.
cipitur ægro vt iaceat super latus infirmum, & tussiat, & cõmoueatur leui vel facili motu. Et qñq;
egreditur pus ex eis, post missionẽ aquæ mellis in vlcere, cum instrumẽto attrahente pus. Cumq;
mundificatur sanies, & speramus q͂ non remansit ex ea aliquid, tunc administrẽtur medicinę con
solidatiuæ, & [g] non est in mundificatiuis abstersiuis, in huiusmodi, aliquid sicut mel. Ipsum enim G Gal.4.meth. c.7.a
est mundificatiuum, & [f] cibus dilectus à natura, & non nocet vlceribus. Vlceris autem pulmonis
regimen est duæ res: quarum vna est cura vera, & altera est blandiens. Cura quidem vera non est
possibilis, nisi quando ægritudo est susceptibilis curę: & nos iam [h] narrauimus eã: Et illud est cum H T.4.c.18.
mũdificatione vlceris, & exiccatione ipsius, & expulsione materierum ab eo, & prohibitione ca-
tarrhi, & adiutorio ipsius ad consolidandum. Et iam [i] pręterijt illud in regimine prohibitionis ca- I F.5.t.1.c.13.
tarrhi: & est radix tibi in hac cura. Et summa eius est mundificatio corporis, & attractio materiei
à capite ad inferiora, & confortatio capitis vt non multiplicentur superfluitates in ipso: & prohibi G
tio eius quod effunditur ex capite ad pulmonem: & attractio illius ad aliam partem. [k] Et oportet K Gal.5.meth.c.
vt sit mundificatio cum phlebotomia, & medicinis extrahentibus superfluitates diuersas, sicut pi 14.g
lulis cochijs: & proprie cum bdellio, & gũmi additis in eis. [k] Et fortasse necessaria sunt ea quæ edu
cunt humores melancholicos, sicut epithymũ & similia. Et qñq; indiges iterationibus in euacua-
tione, vt minorentur superfluitates in ipso. Euacua ergo cum phlebotomia, & medicina. Deinde
quiesce, deinde reitera, & proprie in corporibus fortibus. Et ex rebus iuuantibus in expellendo
nocumẽtum catarrhi est [l] †{diacude} & proprie illud quod est [m] ex papauere ex eis quæ dicemus L † diacodium
in antidotario, & reliqua. Et ex eis quæ iuuant ad hoc vt natura suscipiat regimen, [n] est vt fiat per- M Lib.5.sũ.1.t.6.
mutatio ad regiones, in quibus est aer exiccans, & curetur, & detur in potu lac in eis. Et oportet N Ga.c.12.g.h.& Raf.103.3.
vt sit statio eius ƒm plurimum statio recta habens collum tensum ad superiora & ad anteriora, vt
æquetur casus partium pulmonis adinuicem, & non remoueantur partes vlceris à coopertura, &
positione naturali. Et oportet vt nõ frequentetur in ipso sedatio tussis, cũ prohibitione sputi: Nã
in ipso est timor magnus quãuis meditari faciat leuitatem. [o] Blandientia vero sunt regimen in in- O Raf.10.cõti.1. c.2.101.3.
durando ea, & exiccando ea ita, vt non fiat concauitas in eis, neq; dilatentur: licet in eo non sperẽ-
tur incarnatio, & consolidatio: & [p] in hoc est spes in [r] prolongatione patientis ea, q̃uis vita eius sit P Gal.5.meth.c. 14.f
non dilecta, & lædatur quolibet errore. Et [f] ista quidem exiccatiua constringunt pulmonem, & H
exiccant eum, & claudunt vlcus, quãuis non consolident ipsum. Et si hac via processerit, nõ opor
tebit, vt administretur lac omnino. [g] Et mel est vehiculum medicinis phthisis, & ipsum non nocet
vlceribus. Vlceris autem mundificatio fit cum medicinis prædictis mundificantibus: & cum de-
coctione hyssopi prædicta ad phthisim in antidotario. Et fortius illo est electuarium de herbo cũ
granis cotti dictum in antidotario. Et fortius illo est electuarium de squilla cum lacte asinino. Et
qñq; est necessarium vt aggregentur in eis viscositatem facientia, glutinatiua. Et qñq; adiuuatur
cum narcoticis, vt prohibeatur tussis, & adiuuãt medicinam in operatione sua, & tunc necessariũ
est regimen viuificabile: Et iam diximus tibi hæc mundificãtia in [q] capitulorum principio. Et dixi Q 1.
mus etiam ea [r] in capitulo empyimatis. Et vsitata ex eis sunt sorbitiones factę ex herbo. Et [s] sorbi R 5. S Paul.lib.3.c.
tiones in quibus ponitur porrum de scemi, factæ ex farina [t] †{ciceris,} & [u] †{alcandarus.} Et hoc T † Paul. hordei
ipsum, porrũ elixatum, & aqua mellis, in quibus coquuntur mundificatiua, incarnatiua: & omnia V † far
illa iam præterierunt tibi. Et confectiones exiccatiuæ, sicut diacyminũ, & athanasia, & electuariũ
de seminelini. [r] Verum mithridatum, & theriaca cum administrantur in quibusdam horis, & pro-
prie in principio, & vbi non est extenuatio vehemens, sunt iuuatiua: & vbi non est febris iam per-
ueniens

A ueniens ad vltimum in arefactione. Et lutum quidem sigillatū est res magis iuuatiua in omni hora,& [a] lutum armenum. Et similiter omnia quæ diximus ex emplastris,& vaporationibus, & vnguētis mundificatiuis. Cumq; putrefiunt vlcera in pectore,& in pulmone, [b] cōfert facere vt æger lambat cochlearium paruum de kitran in mane solo, aut cum melle: [c] aut cum aliquantulo galbani liquefacto cū melle. Si autem illic fuerit caliditas,& timentur mundificantia calida, & non conferunt frigida, [d] tunc sumantur pulmo vulpis,& semen fœniculi,et succus liquiritię mundificatus, & succus capilli veneris, aggregentur cum aqua zuccari ingrossata, q̄m est vltimum. Et q̄nq; administrantur in hac ægritudine genera suffumigationum,& exiccātium, & mundificantium,quibus fit suffumigatio cum traiectorio. Et ex eis sunt illa quæ Recip. arsenicum,& piper: fiant ex eis similitudines auellanæ cum albumine oui. Et ex eis est illa quæ Recip. foliorū oliuę dulcis,& stercoris vaccarum montanarū, & adipis renum hirci,& arsenici, & stercoris leporis partes æquales. Et ex eis est illa quæ Recip. cortices nabac,et arsenicum,& adipem renum hirci. Et ex illis est quę Recip. arsenicum,& butyrum de ouibus. Et ex illis est illa quæ [c] Recip. arsenici,& aristol. & corticis radicis capparis partes æquales aggregētur cum melle & butyro. Et etiam pineæ in quibus sit fæx alkitran,& etiam arsenicum.s.citrinum cum sisamino oleo. Et quoties calefit complexio eius superflue, curetur cum trochiscis de camphora aliquibus diebus: & redeatur post eos ad exiccandum.

B Cibi autem sint ex alduragi decoctis cum seminibus,et speciebus. Et non prohibeatur vinū album purum in principio sui,& olfaciat semper odorifera,& adhæreat tranquillitati,& quieti. & dimittat iram,& rixam, & non perueniat ad ipsum illud quod contristat. Et [e] ex eis quæ ego multoties sum expertus in corporibus diuersis, & regionibus diuersis, est vt vtatur patiens zuccaro ros. recenti sui anni omni die, quantum potest, quāuis multum sit, ita etiam vt cum pane. Deinde attendatur esse eius, tunc si constringatur anhelitus eius propter exiccationem rosarum, detur in potu syrupus de hyssopo s̄m quantitatem necessitatis: Et si inflāmatur febris,dentur in potu trochisci de camphora,& non intermittatur hæc cura in ipso q̄m sanat. Et si non timerē dici mendax, narrarem in hac intentione mirabilia,& referrem summam,qua vsa est mulier phthisica. Peruenit res eius ad hoc,vt ægritudo cum ea prolongaretur adeo,donec perueniret ad mortem: & vocaretur ad ipsam qui præpararet ea quæ morti sunt necessaria: Tunc quidem frater eius surrexit ad eā, curauit eam hac cura tempore longo,& reuixit & sanata est,& impinguata est: & nō est mihi possibile vt dicam summā eius quod comedit de zuccaro rosaceo. Et q̄nq; egent siccitas & arefactio administratione lactis & [f] †{aldug}& in hoc est cibatio, & æquatio, & humectatio humoris corrupti, & conglutinatio vlceris cum caseitate, & mundificatio cum abstersione aquæ lactis, virus & sanei. [g] Immo multoties sanat hoc regimen vlcera pulmonis, cum non intenditur in regimine

C eorum vt indurentur. Et de [g] lactibus magis cōueniens est lac mulieris suctū ex mamilla. Deinde lac asinarum,& lac caprinum proprie propter stypticitatem, quæ est in lacte caprino. Et lac equinum etiam est ex eis,quæ mundificant,& faciunt sputum facile: Verum non est ei conglutinatio, s̄m q̄ existimo. [h] In lacte autē ouino & vaccino,est grossitudo: & [i] si posset sugi ex vbere,esset magis conueniens. Et oportet vt animalia ex quibus mulgetur,pascant plantas quarum operatio est necessaria,ad incarnationē quidē,sicut virga pastoris,& [k] †{hausigi,}&† [l] {habel admesachin,}& quę sunt illis similia. Sed mundificātia facientia spuere,sicut alhasce,& alandacocha,& nidus apis. Immo sicut species lacticinij vel tithymali. Et ille qui vtitur potu lactis, oportet vt obseruet reliquum regimen, nam si errauerit in aliquo, fortasse reducet super eum malitiam. Quidam autem medicorum qui medicinam comprehenderunt, iam narrauerunt sufficientiam dandi lac in potu. Et dixerunt illud cuius intentio est cum proposito nostro.s.q̄m oportet vt ex asinabus eligantur illæ,quæ à partu elongatæ sunt.iiij.mensibus, aut quinque mensibus, & vadant ad vas in quo lac mulgetur,& abluatur cum aqua. Et si lac fuerit mulctū in eo ante,lauetur cum aqua calida,& fundatur in ea aqua calida,et dimittatur donec dissoluatur aliquid,si fuerit in eo in aqua,deinde abluatur cum aqua calida,& frigida: deinde ponatur vas in quo mulgetur lac in aqua calida, & mulgeatur in eo medietas sacraiati. & est quantitas eius quod in potu datur in die primo, si ægritudo fue-

D rit salua: & si non,tunc plus illo dabis s̄m q̄ putaueris,& existimaueris: Et sumat in potu in secundo die duplum illius,mulctum in illa mulsione. Et si natura iam fuerit restricta in die prima,ponatur in eo quod bibitur in die secūdo,aliquid zuccari: & fac in tertio sicut fecisti in die primo: quod si natura non lenificatur in secundo, & proprie cum non lenificatur vsq; ad tertium,tunc in potu da duo sacraiati lactis cum duobus danic salis indi, & de amylo pondus drach.5.vsq; ad drach.1.5. & non cesses dare in potu omni die pondus medietatis sacraiati. Quod si peruenerit sextus,& nō respōdet natura,accipe ex lacte tres sacraiati,& cum eis cōmisce zuccarum, & salē, & oleū amygdalinum,& amylum vsq; ad drach.1.5.& non cesses dare in potu qualibet die. Si autem respondet vltra tres scellas,tūc nō admisceas post illud ex lacte aliquid,aut minue ex lacte. Et omnino oportet: vt nō addat natura in die & nocte super tres: neq; minuat ex duabus: tunc si iuuatur cum hoc, da ei in potu tribus hebdomadis. Et iam dixerunt quidam comprehendentes,q̄ melius lac in potu sumēdum est lac asinæ,& aliorum [m] vt sit in vase ex ligno. Et melius istis lactibus illud est,quod est animalis pascētis loca in quibus sunt herbæ subtiliatiuę,mūdificatiuæ cum stypticitate & exiccatione sicut absinthium,& alia,& sceha,& abrotanum,& polium, & rubus. In lacte autem caprino rectius est,vt misceatur,cū recenter mulctū est,aliquid aquæ,& igniantur lapides & proijcian-

tur

A Paul.lib.3.c.32.
B Ras.102.1.
C Ras.102.2.
D Ras.103.2.
E F.1.t.5.c.12. lib. 4.Fē.6.t.5.c.3.& in lib. de vir. cor. t.2. c.4. Auicēnā fuisse medicū practicū
F †.lactis acetosi Ras.103.3.& 101.4.
G Ga. de suc.bon. & vi.c.4.a
H G.3.de alimen. fac.c.15.f
I G.5.meth.c.12.a
K † arbor spinosa
L † funis pauperis
M Ras.103.3.

tur super ipsum multoties, donec coquatur & auferatur eius aquositas: Et hoc est melioris digestionis quam decoctum super ignem. E Et attende etiam lenificationem naturæ, nisi sit diarrhœa: tunc enim oportet vt ponas in eo [a] †{tarathit,} aut tussis plurima: quare tunc oportet vt ponas in eo dragaganthi pondus drach. i. Et si fuerit stomachus debilis, ponantur in eo cyminũ & carui. Et lac quidem coctũ cum digerit ipsum phthisicus, est ei cibus sufficiens: & quando post ipsum febrit phthisicus, tunc oportet vt abscindatur. Aldoch autem est necessarium cum vehementia est feb. & cum est solutio vẽtris, & est eis iuuatiuũ valde. Et melius est si dimittatur lac acetosum nocte vna, post acceptionem butyri totius in loco temperato: deinde moueatur in mane vehementer, donec adinuicem vehementer misceatur: deinde sumantur trochisci de farina tritici, quę sit simila boni panis, adeo pforati donec sint illi qui noiantur in bezaradæ vel berazadæ persicę, & piciantur sup pondus drach. x. ex eis pondus. xxx. drach. de aldoch, & accipiatur: Et in die secundo adde de aldoch decimã sui, & minue de pane pondus drach. i. fac illud assidue donec remaneat solũ lac acetosum: deinde conuerte, cum non indiget aldoch, & apparet sanitas, & declinat ægritudo. Non ergo cesses minuere ex aldoch, & addere in trochiscis donec abscindatur lac. Quod [b] si aliqui eorũ habeant diarrhœam, proijcere ferrũ ignitum in aldoch multoties, non est malũ: & reddi hoc ad illud quod dicitur in antidotario. Cibi autẽ ipsorum sint ea, quę glutinationem faciunt, [b] sicut panis de simila. & tri, & quæ fiunt de milijs: Et [b] rizi etiam mundificat: & facit nasci carnem: Et kisch hordei bene F decocta est glutinatiua, mundificatiua, & est conueniens apud vehemẽtiam febris: [c] & proprie cũ cancris quorũ extrema sunt ablata, quorum ablutio est iterata cum aqua, & cinere. et proprie cum oleribus frigidis: & lentes etiam. Et [c] ea quæ accipiuntur cum amylo, & cucumere, & melonibus quandoque efficiunt sputum facile. [c] Si autem febris est leuis, tunc nõ est aliquid sicut caules, & asparagi: & ea quæ mundificant. [c] Pisces autem saliti, cum comeduntur semel, aut bis, conferunt in mundificando, & [c] cum vlcus est malignum, tunc aliena illud, & omne salsum. Quod si eos carne cibaueris, tunc sint cum eis quę sunt sicut caro athaiugi, & [c] gallinę, & perdicis, & alcanabir, & minutarũ auium: & omnes sint non impinguatę, & [c] melius est vt comedant eas assatas, vt sint vehementioris exiccationis & incarnationis. & pedes etiam sunt boni propter viscositatem eorũ & pisces super pruna assati. Et quando desiderant iura, tunc permisce ea cũ melle. Et quandoque conceditur, vt ipsi ingrediantur balneum ante cibum: & post ipsum, cum non est in hepatibus ipsorum oppilatio. Ipsum enim impinguat eos, & confortat ipsos. [d] Aquæ vero ipsorum, quas ipsi potant, sint aquæ pluuiæ. Et phthisicis quidem multoties accidit sputum sanguinis secundum quod [e] præterijt eius rememoratio. Et ex troc. bonis ad illud sunt trochisci, qui [f] Recip. luti sigillati drach. iij. amyli, luti armeni, rosarũ rubearũ omniũ ana drach. iiij. karabæ, granatorũ myrthi amborũ ana drach. vi. cancrorũ adustorum, seminis portulacæ amborum ana drach. xv. coralli: dragaganthi, spodij [g] †{sadenigi} omnium ana drach. v. gummi, [h] †{fœniculi} succi liquiritiæ omnium ana drach. vij. conficiantur cum G succo portulacæ, & aqua rof. recentium, & fiant ex eis trochisci, & bibantur cum aqua cucumeris: aut cum aqua pluuiali. Et multoties quidem accidit phthisico casus vuæ, & cadit in laborem, & præfocationem propter ipsum. Et quandoque indiget abscissione eius.

A † planta stypica quæ nascitur sicut fungus.
B Raf. 10. cõti. c. 2. 102. 3.
C Raf. 103. 2.
D Paul. lib. 3. c. 3.
E T. 4. c. 21.
F Ser. t. 2. c. 26. fo 24. 1.
G † hæmatites
H † ———

Fen. xi. de dispositionibus cordis.

TRACTATVS I. *de principijs & radicibus ad illud.*

[h] *De anatomia cordis.* *Cap. 1.*



Or [i] quidem creatum est ex carne forti, vt sit longinquum à nocumentis, in quo contextæ sunt species villorum fortium, vehementis diuersitatis. s. longitudinalium attractiuorum, latitudinalium expulsiuorũ, & tranuersalium retentiuorũ, vt sint ei species motuum. Et quantitas creationis eius est quantitas sufficiens vt nõ sint superfluitas, & grauitas, & magnitudo: quoniam [k] ex ipso est origo arteriarum, & suspensio ligamentorum. Et dilatatum est, vt sit in origine sufficientia cum eo H quod oritur. Et posita est hæc pars eius altior duarũ partium ipsius, vt sit longinqua ab appodiatione super ossa pectoris, & non lædat eam tactus eorum. Et subtiliata est eius altera extremitas, sicut illud, quod aggregatum est ad punctum vnũ, vt sit illud quod vicinatur tactui ossium, minor partium eius. Et facta est dura illa pars eius superflue, vt sit illud quod paratum est lædi illa obuiatione, magis forte. Et gradata est figura ad pineam, vt ingeniosa fabricatio inferior, & superior sit bona, & non sit in ea superfluitas. [l] Et positũ est in panniculo solido valde qui quãuis sit ex genere panniculorum, tamen non inuenitur panniculus compar ei in spissitudine, vt sit ei clypeus & tutamen. Et separatum est corpus eius ab illo panniculo cum quãtitate quadam, nisi apud radicẽ eius, & vbi oriuntur arteriæ: vt sit ei, vbi dilatetur in ipso absque præfocatione: Et apud radicem eius est membrum, sicut fundamentum, simile cartilagini parum, vt sit basis fixa, firma in creatione. Et in ipso sunt tres ventres. s. duo ventres magni, & venter medius, quẽ [m] Gal nominauit [n] †{dhelizi} aut meatum, non ventrem vt sit ei receptaculũ nutrimenti, quo nutritur, spissum forte, simile substantiæ ipsius, & minera spiritus in qua ipsi generantur ex sanguine subtili: Et inter ambos est meatus, & ille quidem meatus dilatatur cum dilatatur cor, & cõstringitur quando ipsum

prolongatur

H Lib. 13. de v. p. c. 14.
I Gal. lib. 6. de v. p. c. 8. c
K Ga. b. c. 7. c
L Ga. ib. c. 16. f. g
M Lib. 6. de v. p. c. 17. c, & lib. 3. nat. fac. c. 15 g
N † septum

A prolongatur,& basis quidem ventris sinistri altior est basi ventris dextri, & basis vētris dextri descendit multum. Et venæ pulsatiles sunt arteriæ, & creatæ sunt, nisi vna earum habentes duas tunicas. Et durior earum est intrinseca cum ipsa sit obuians percussioni,& motui substantiæ spiritus forti, cuius intenditur conseruatio, & custodia, & fortitudo. Et [a] origo arteriarū est ex ventre sinistro, qui est vnus duorum ventrium cordis: q̄m dexter est propinquior hepati: quare oportet vt sit occupatus in attractione nutrimenti,& administratione eius.[b] Et quia venter dexter cordis comprehendit grossum graue, & sinister comprehēdit subtile leue, temperata vel proportionata sunt ambo latera cum subtiliatione ventris, qui cōprehendit grossum: & proprie quando est securitas à resolutione,& resudatione:& exuccatione propter grossitudinē rei contentæ, & cum ingrossatione ventris qui cōprehendit subtile. Immo positū est vas subtilioris, strictius. Et tēperatior sanguis eius est in medio. [c] Et sunt ei duo additamēta super duo orificia introitus duarū materierū.s. sanguinis,& aeris attracti ad cor, sicut duæ aures, neruosa: quæ sunt rugosa, mollificatiua, dum cor permanet constrictū. Et cum dilatatur, tensa, & adiuuantia ad constringendum illud, quod comprehēditur ad interiora. Sunt ergo sicut duæ arcæ recipientes à vasibus: deinde mittentes illud ad cor cum mensura:& subtiliata sunt, vt sint magis comprehendentia,& melius obedientia constrictioni: Et facta sunt dura, vt sint lōginquiora à passione. [d] Et cor quidem nutritur cum virtutibus
B suis naturalibus, cum dilatatione: quare attrahitur sanguis ad interiora eius, sicut attrahitur aer. Et [e] cor quidem positum est in medio pectoris, quoniam est temperatior locus:[f] Et declinat magis parum ad sinistrum, vt elongetur ab hepate, et habeat locum amplum. Splen vero descendens est ab eo cum elongatione:& in descensione eius est iuuamentum, quod ego [g] dicam. Et vt cor amplificet locum hepati [h] melius est, q̄ amplificet ipsum spleni: quoniam hepar est nobilius. Et ex eis quę intenduntur in declinatione cordis ab hepate, est vt non aggregetur calor totus in parte vna: & [i] vt temperetur latus sinistrum, cum splen ipse sit nō calidus valde: & vt ipsum minus comprimat venam concauam venientem ad ipsum, præparando ei quendam locum.[i] Et [β] si aliqua animalia sunt magni cordis, & sunt cum hoc pauida, & timida, sicut lepores & cerui, tunc causa in eo est: quoniam calor eorum est paruus,& spargitur in re plurima: quare nō calefacit integre. Et illa quę sunt parui cordis,& cum hoc sunt audacia, ideo sunt, quoniam caliditas in ipso est plurima, & coarctatur,& fit vehemens.[β] Verum illa quæ sunt plurimum audacia, sunt ea, quæ sunt magni cordis. [i] Et cor quidem non tolerat nocumentum dolorum,[k] neq; apostema: & propter hoc non decolatur animal in cuius corde inuenitur ex nocumentis illud, quod inuenitur in reliquis membris.[l] Et quandoq; inuenitur in quibusdam animalibus magni corporis os, & proprie in bobus: & hoc os est decliue ad cartilaginē. & illud quod est plus, & maius cum additione & duritie, est illud quod
C inuenitur in cor de elephantis.[m] Etiam repertum est cor cuiusdam [n] †{simij} habens duo capita: [o] Et ex virtute vitæ cordis est, quoniam quando aufertur ab animali, inuenitur pulsari vsq; ad horam.[p] Iam autem errauit qui existimauit, quòd cor sit lacertus, quāuis sit similium rerum in eo: Verum motus eius non est voluntarius.

A G.lib.de dissec. vena.& arter.c.9.h
B G.Lib.6.de v.p. c.16.e
C G.ibi.c.15.a
D G.lib.6. de v.p. c 8.d.e
E Gal.ibi.c.2.d,& 7.h,& lib.2.de hip. & Plat.decre.c.4.h & 7. anato.c.7.d
F Fē.10.t.1.c.1. & Arist.lib.3.de part. animal.c.4.
G F.15.t.1.c.2.
H G.lib.4.de v.p. c.7.g
I Arist.li.3.de partu. anima.c.4.
Oppo. infra β
Oppo. supra β
K G.lib.1. loc. af. c.5.c
L Arist. ibi & Ga. li.6.de vs. p.c.19. g & li.7.anato.c.10.e
M G.7.anat.c.11.h
N † galli
O Gal.li. 7.anato. c 8.b
P G.lib.6. de v.p. c.8.c,& li.1.de motu musculorum c.3. e, & lib.7.anato.c.8. g

De ægritudinibus cordis. *Cap. 2.*

QVandoq; accidunt cordi in sua [q] proprietate species ægritudinū omnes, sicut [r] species malitiæ complexionum, [s] quę quandoq; sunt materiales,& quādoq; sunt puræ. Et materiales q̄nq; sunt in venis eius: & q̄nq; sunt in eo quod est inter pāniculum eius & corpus ipsius, & proprie humiditas. Multoties enim inueniuntur in eis locis humiditates. Et scitum est q̄ quando multiplicātur, coarctant cor à dilatatione: quare interficiunt. Et q̄nq; accidunt ei [r] apostemata, & oppilatio:& q̄nq; accidit ei aliquid de ęgritudinibus situs etiam, sicut aliquid, quod accidit ei de coarctatione in ventribus eius ex humiditate compressiua, prohibente ipsum à dilatatione: quare interficit. Et solutio singularis, quæ accidit, aut in ipso, aut in panniculo eius. Cumq; confirmatur in corde malitia complexionis, non recipit curam. Et cum non est confirmata, non est facilis susceptibilis curæ.[t] Et apostema quidem calidum est interficiens statim. Et frigidū est ex eis, quæ elongantur, & raro euenit apostema durum & molle in corde. immo plurimum illius est in panniculo
D cordis: quòd si contingat vt in ipso eueniat, tunc ipsum non interficit in momento interfectionis apostematis calidi, veruntamen cum hoc est interficiens. Et quandoq; prolongatur durum, quod accidit in panniculo ex humore grosso: aut non durum accidens ex humore aquoso subtili vesicante in tempore seu per tempus sicut dispositio in apostemate, quod fuit in panniculo [v] cordis simij, quod narrauit [x] Gal. vixerat ille simius tempore seu aliquibus diebus. Sed postq̄ anatomizatus est post mortem suam, cognitum est quid passus est in vita sua. Fuerat enim ei debilitas,& extenuatio. Cumq; cor ipsum non toleret vt apostemetur, quomodo ergo tolerabit, vt collectio, & saniositas in ipso fiant? & cum illic acciderint vlcera tolerabilia bothoralia: tūc ipsa interficiunt post fluxum sanguinis nigri ex naribus, s̄m q̄ dicitur. Et quandoq; accidit in venis cordis oppilatio nocens operationibus cordis.[y] Cor autem longinquius est ab hoc vt toleret solutionem singularis, quam apostema. [z] Et quando accidit corpori ipsius, & penetrat vsq; ad ventres, interficit statim: [z] & si non est penetrans, tunc fortasse postponitur eius interfectio vsque ad diem secundum. [z] Et quandoq; accidunt cordi ægritudines propter cōmunitatem panniculi sui, & cōmunitatem cerebri,& lateris,& pulmonis,& hepatis,& intestinorum, & reliquorum viscerum, & proprie stomachi. Et quandoq; est propter communitatem aliorum membrorum, & corporis cōmuniter, sicut est in

Q Ser.t.2.c.28.
R G.5. lo.af.c.2.c
S Gal.de cur.rōne per san.c.5.g
T Ras.16.cōti.t.1. c.1.175.1.
V T.2.c.1.
X 5.loc.aff.c.2.d
Y Lib.1.Fē.2.d. 1. c.4.
Z Paul.lib.3.c.34. & G.5.loc.af.c.1.h

[a] est in febribus: ita vt verificetur per paroxysmos suos, & crises suas: Et cōmunitas aliorum membrorum quandoq; est propter illud quod abscinditur ex eis sicut cōmunitas hepatis, quando debilitatur in transmittendo nutrimentum ad ipsum: & cerebri quando debilitatur, & debilitatur lacertus faciens anhelitum ab anhelitu: Et quandoq; sunt propter ea quæ ex eis ad ipsum veniunt: ex cerebro quidem, sicut quando in ipso multiplicatur humor melancholicus, & penetrat in substantia cerebri, quare penetrat in via arteriarum vsque ad cor, excitans tremorem cordis, & casum virtutis, & tristitiam cum commotione malitiæ cogitationis, & angustiæ: & sicut illud, quod ex eo peruenit ad ipsum ex humore humido per hanc viam, & facit accidere hebetudinem & pigritiam & casum viuacitatis seu agilitatis. Sed ex hepate sicut illud, quod ipsum mandat ex sanguine malo calido, aut frigido, aut grosso. Et quandoq; sunt propter cōmunitatem in nocumento, secundū semitam vicinitatis, sicut propter nocumentum eius, quod est propter apostema calidum, aut frigidum existens in panniculo continente ipsum proprie, & reliquorū viscerū cōmuniter: & nocumentum eius, [α] quod est propter nocumentum oris stomachi, & stomachi ab humore viscoso, aut mordicatiuo [b] aut vermibus, & ascaridibus: aut vomitu mordicatiuo: quare euenit ex eis tremor cordis. [c] Et q̄n̄q; fit propter cōitatem in dolore, quādo vehemens fit, & peruenit ad ipsum, & multoties interficit. Et [β] q̄n̄q; sunt propter mutationē materiei, sicut ex squinantia, aut pleuresi, aut peripneumonia: quare declinat materia ad cor, & pręfocat, & interficit. Ergo cōitates quę cadunt inter cor & panniculū eius, non oportet vt consequātur pernitiē. Et si est āpa aliquod nō est calidū, ipsum enim est pernitiosum. Et quandoq; accidit in ipso ore stomachi iectigatio, & nocet cordi.

E A T.2.c.1.
Infra α
B Ras.16.cōti. c.1.174.3
C Halyab.lib.5. theo.c.23.
F Infra β

De modis ex quibus significantur dispositiones cordis.

MOdi autē ex quibus significātur dispositiones cordis sunt. viij. pulsus: & anhelitus: & creatura pectoris: & ea quæ nascuntur super pectus: & tactus corporis: & quod accidit in ipso: & mores: & fortitudo corporis: & debilitas eius: & meditationes eius. [d] Pulsus quidem, quoniam velocitas eius & magnitudo, & frequentia ipsius significant calidatem eius: & eorum contraria, significant frigiditatem eius, & [e] eius lenitas significat humiditatem: & [f] eius durities, significat siccitatem ipsius, & fortitudo eius, & æqualitas, et ordinatio diuersitatis eius significant sanitatē eius: & eorum contraria significant contrarium sanitatis ipsius. [g] Et anhelitus quidem magnus, & frequens, & velox, & calidus significant caliditatem eius: et contraria eorum significant frigiditatem eius. [h] Et pectus amplum latum si non est propter multitudinem cerebri, quam significat capitis magnitudo faciens multitudinem cerebri, facientem magnitudinem nuchæ, facientem magnitudinem spondylium, facientem magnitudinem costarum ortarum ex eis: Immo est illic paruitas capitis, aut eius mediatio, & fortitudo pulsus significat caliditatem ipsius: & contrarium illius, si nō facit ipsum paruitas capitis, significat ipsum frigiditatem eius. [g] Et pili plurimi orti super pectus: & proprie illi qui sunt crispi significant caliditatem ipsius: & [i] nuditas pectoris, & paucitas pilorum significant frigiditatem ipsius propter priuationem agentis fumum, aut siccitatem propter priuationem materiei fumi. Si non contradicit humiditas complexionis corporis valde, & consuetudo aeris, & regionis, & ætatis: [g] Et caliditas corporis totius significat caliditatem eius, si non resistunt splen, & hepar frigida cum frigiditate sua: & [i] frigiditas corporis significat frigiditatem eius, si non resistit hepar aliquo modo: [k] & lenitas eius significat humiditatem eius, si nō resistit hepar aliquo modo resistendi: & [l] durities eius significat siccitatem ipsius, si non resistit hepar. [m] Et febres putridę cum sanitate hepatis significant caliditatem eius, & humiditatem eius. [g] Ex via autem morum, quoniam ira naturalis, quæ non est ex cōsuetudine: & audacia, & furiositas & leuitas motuum significant caliditatem eius. [i] Et eorum contraria, si non est acquisita ex meditationibus, & consuetudinibus, significant frigiditatem ipsius. [n] Corporis autem fortitudo significat ipsius fortitudinē, & eius debilitas, si non fuerit nocumentum ex cerebro, & neruis, debilitatem ipsius. Et debilitas eius significat malitiam complexionis in ipso. Et fortitudo eius significat complexionis eius naturalis æqualitatem: Et est, essentia caloris innati, & spiritus vitalis plurima in ipso, non inflammata, fumosa: immo splendida clara. Sed accidentalem caliditatem eius significant vehementiam inflāmationis, & angustia animæ. Et quandoq; perducit nocumentum in anhelitu. Meditationes vero quæ declinant ad gaudium, sicut [d] fiducia, & bonitas spei, significant fortitudinē ipsius, & æqualitatem ipsius quæ est secundum ipsum in calidiate & humiditate ipsius. [o] Et decliues ad inquirendum perpetrādi mala significant caliditatem eius. [p] Et decliues ad timorem & tristitiam, significant frigiditatem, & siccitatem eius. Et dispositiones quæ sentiuntur in ipso corde, sicut inflammatio accidens in ipso, & sicut tremor, qui sentitur ex ipso: aliē significant per se ipsas complexionem eius, sicut inflammatio: & quædam non significant nisi per cōparem suum, sicut tremor cordis. Tremor nāq; cordis sequitur omnes species debilitatis cordis, & malitiæ complexionis ipsius: & non significat rem propriam in ipso. Et q̄n̄q; plurimum tremoris cordis est propter fortitudinē sensus cordis: quare accidit tremor cordis, ex qualibet meditatione: aut vapore: aut similibus illis ex eis, quæ perueniunt ad ipsum. Et quandoq; sunt ægritudines cordis cum cōmunitate aliorum: & proprie capitis, & [α] oris stomachi. Et non euacuantur ægritudines cerebri melancholicę, & epilepticæ à cōmunitate cordis. Et [β] q̄n̄q; permutantur ad cor materiæ expulsæ ex eis, quæ sunt sicut pleuresis, & peripneumonia: & sunt causæ timoris magni, & mortis subitę. Et quando accidit humoribus diminutio ex quātitate necessaria, primū nocumētum illius est in corde: quare alteratur

Omnia quasi repetit cap. 3.
D Gal. ex arte. 12. di. c. 29. e
E Gal. c. 31.
F Gal. c. 31.
G Gal. c. 29. e
H Gal. c. 29. c. f
G
I Gal. c. 30. g
K Gal. c. 32. g
L Gal. c. 31. g
M Gal. c. 34. h
N Gal. 5. loc. aff. c. 1. b. c
H
O Gal. c. 33. g
P Gal. c. 35. h
Supra α
Supra β

complexio

A complexio eius. Et quando peruenit calor purus, aut frigus purum ad cor, moritur ille cuius est. Etiam vidi congelatum loqui, & iam moriebatur cum sudore, & sine sudore.

De signis complexionum cordis naturalium. *Cap. 3.*

videt repetere qd in supiori ca. dixit.
A Gal.lib.art.medi.c.29.f
B Gal.ibi.c
C Gal.ibi.c
D G.lib.art.med. c.29.e
E C.3.
F Gal.ibi.c.30.f.g
G G.ibi.c.32.g
H G.ibi.c.31.g
I G.ibi.c.33.g

COmplexionem [a] quidem calidam naturalẽ, significant amplitudo pectoris in creatione sua, nisi resistat cerebrum.[b] Et magnitudo pulsus naturalis, & declinatio ipsius ad frequentiam, & velocitatem: [c] Et magnitudo anhelitus naturalis, & declinatio ipsius ad frequentiam, & velocitatem.[d] Et exuberatio pilorum super pectus, & proprie super sinistrum parumper, si non repugnet humiditas membri alterius, contrarietate vehementi valde, aut regio & aer.[d] Et vehementia iræ, & audacia vel furiositas, & bonitas existimationum vel cogitationum, & amplitudo spei. & quandoq; significat super ipsam magnitudo pectoris, cum non est propter cerebrum secũdum q̃ [e] dictum est. [f] Complexionem vero frigidam naturalem significat cõstrictio pectoris, nisi propter conditiones prędictas: & paruitas pulsus naturalis, & declinatio eius ad raritatem, aut tarditatem: nisi sit illic causa faciens velocitatem: Et paruitas anhelitus naturalis, & declinatio eius ad tarditatem, & raritatem: Et debilitas, & pigritia, & patientia non acquisita ex consuetudine, & exercitio. Et mores similes moribus mulierũ, & erubescentia cum timore: Et hæsitatio, & hebetudo, & passio à minimis rebus. Et frigus corporis.[g] Humidam vero complexionem significãt lenitas pulsus, B & velocitas patiendi à superuenientibus, iram facientibus, & lætificantibus superuenientibus, & velocitas remouendi ab eis: Et humiditas cutis, si non resistit hepar. [h] Sed complexionem siccam significant durities pulsus, & tarditas agendi, & tarditas patiendi, & tarditas quiescendi: Et lupinositas morum, & siccitas corporis, si nõ resistit hepar. [i] Calidam autem & siccam complexionem significant pulsus magnus cum mensura. Et illud ideo, quoniam magnitudo eius est propter necessitatem: & diminutio ipsius propter siccitatem instrumenti: & velox proprie ad constrictionẽ: & frequens: & anhelitus magnus, velox: et proprie in extractione aeris frequenti. Et perfidia morum, & inuerecundia. Et leuitas in motionibus, & in blanditijs: Et velocitas iræ propter caliditatem, & tarditas pacificandi propter siccitatem: Et multitudo pilorum pectoris, & spissitudo ipsorum propter siccitatem materiei ipsorum, & crispitudo ipsorũ: Et caliditas tactus, et siccitas ipsius:

K G.ibi.c.34.h
L G.ibi.c.35.h
M G.ibi.c.36.h

[k] In calida autem & humida sunt pili pauciores: Et pectus est latum, magnum: & pulsus est magnus, verum est lenior. Et velocitas & frequentia eius, sunt infra illas, quæ sunt in complexione sicca, cum æquantur in caliditate: Et est ira in ea velox, non vehemens. Et tactus corporis est calidus, & humidus, si non repugnat hepar in vehementi frigiditate, & humiditate, quamuis non, vehementi, & multiplicantur ægritudines putridæ. [l] Frigidam autem & humidam significat pulsus, cum non est magnus: immo est decliuis ad paruitatem, & est lenis, nõ velox, neq; frequens: immo C est decliuis ad contraria eorum, secundum illud ad quod in vltimo peruenit complexio: & est habens eam piger, timidus, tardus, mortuæ agilitatis vel viuacitatis. Nudus à pilis, Non retinens rancores neq; irascibilis: Et est corpus frigidum, & humidum, si non resistit ei hepar cum calefactione plurima, & exiccatione quamuis non sit plurima. [m] Frigidam vero & siccam habentis pulsus non est cũ illa tarditate tota: & habens eã est tardæ iræ, fixę, retinens rancorẽ lenis sine pilis, frigidũ habens corpus, & siccũ, si non resistat hepar cum calefactione plurima, & humiditate q̃uis parua.

De signis ægritudinum cordis. *Cap. 4.*

N G.5.lo.af.c.6.h
O Ras.174.4.
P Gal.art.medic. c.64.d
Q Ras.16.3ti.t.1. c.1.174.4.
R Ras.174.4.

DE illis sunt [n] significationes complexionum non naturalium: & quandoq; significant malitiam complexionis cordis, debilitas & resolutio virtutis, & liquefactio, non pertinentes ad causam primitiuam: aut antecedentem: aut communitatem membri: quòd si tremor cordis adiuuat in his significationibus, tunc iam cõpletur significatio: & quando perducit ad syncopim, tunc iam confirmata est res. Et quando in corde fortis fit malitia complexionis frigidæ, aut calidæ, aut siccæ sine materia, incipit corpus procedere in via phthisis, & liquefactionis. Est ergo illa, quæ est calida ex illa, hectica absoluta. Et frigida species est hecticæ comparata ad senes & decrepitos: Et sicca species phthisis. Et hectica quidem diuersificatur in toto illo à phthisi facta à pulmone. Pulmo enim in hac non est læsus in seipso: & habens eam non habet tussim: & diuersificatur ab ea he D ctica cum caliditate propter priuationem caliditatis. Signum autem malitiæ complexionis cordis calidæ, est [o] augmentum pulsus in velocitate, & frequentia non naturali: & egressio anhelitus ad magnitudinem, & velocitatem, & frequentiam non naturalem:[p] & vehementia sitis, quæ sedatur cum aere frigido, & tranquillitas in frigore, & communitas extenuationis, & liquefactionis absq; causa alia & tristitia, & angustia permistæ inflammationis. Signa autem malitiæ complexionis frigidæ, sunt declinatio [q] pulsus ad paruitatem, & tarditatem, & raritatem non naturalem: nisi cadat virtus, & sit necessaria frequentia, vt succurratur ei quod defecit necessitati cum alijs, & est cum debilitate anhelitus, & resolutione virtutis, & tranquillitate ad illud, quod calefacit ex speciebus eorum quæ tangit, & olfacit, & gustet: Et timiditas, & non audacia: & superfluitas in pietate, & misericordia. Signa autem malitiæ complexionis cordis humidæ, sunt inclinatio [r] pulsus ad lenitatem non naturalem, & velocitas patiendi ab imprimentibus in anima, cum velocitate remotionis eorum: & multitudo euentus febrium putridarum. Sed signa malitiæ complexionis siccę, sunt declinatio pulsus ad siccitatem non naturalem, & difficultas passionum cum fixione earum, siue sint fortes, siue debiles, & liquefactio corporis. De significationibus autem apostematum, sunt significationes apostematum calidorum. Ipsa enim in principio sui faciunt apparere in pulsu diuer-

ſitatem mirabilem,non conſuetam,& magnificant inflammationem in corpore, & proprie in partibus membrorum anhelitus. Et anhelans quãuis attrahit maximum aerem, & frigidiſſimum,tamen eſt quaſi priuatus anhelitu,deinde ſequitur ipſum ſyncopis ſucceſsiua:& non oportet vt expectetur in cognitione diſpoſitionis apoſtematum calidorum cordis illud,quod eſt ex duritie pulſus ſecundum ꝙ currit conſuetudo de expectatione eius in alijs, quæ ſunt ſimilia eis. Apoſtema enim non ita aduenit cordi, vt per ipſum induretur pulſus: immo interficit ante illud. Singularis autem reſolutio ſcitur ex cauſis primitiuis.[a] Et dixerunt quidam quãdo accidit in corde vlcus, & currit ex nare ſiniſtra ſanguis,moritur patiens. Et ſignũ eius eſt dolor in loco ſiniſtro mamillari. E

A Raſ.16.côti.1.c.1.174.4.

De cauſis imprimentibus in corde. Cap. 5.

CAuſarum in corde imprimentium aliæ ſunt,quæ ſunt ei propriæ: & aliæ ſunt ei communes, & alijs:ſicut cauſæ efficientes complexiones, & cauſæ efficientes apoſtemata, & efficientes ſolutionem ſingularis,& reliquæ ſimiles eis,quæ ſunt ex eis quas numeraui tibi in [b] libris vniuerſalibus. Verum cordi approprientur cauſæ accidentes propter anhelitum, [c] & cauſæ accidentes propter paſsiones animales. Propter anhelitum quidem,quoniam quando conſtringitur, aut caleſit valde, aut infrigidatur valde, ſequitur ex eo vt accipiat cor nocumentum. In paſsionibus autem animalibus,oportet vt redeatur ad ea quæ [d] diximus in vniuerſalibus,& iam oſtendimus impreſsionem earum in corde mediante ſpiritu, & quæcunq; earum ſuperfluit impreſsionem præfocationis caloris innati ad interiora: aut ſperſionis eius ad exteriora quandoque conſequitur, vt faciat peruenire ſyncopim, immo conſequitur, vt interficiat. Et ira quæ eſt ex ſumma earum, eſt minor omnibus illis in hoc.[e] Ira enim raro interficit. Vigilię vero, & exercitium, & ſimilia illis, debilitant cor cum reſolutione. F

B Li.1.F.2.d.2.c.1.
C Lbi.1.Fé.1.d.c.c.4.
D Lib.1.Fé.2.d.2.ſum.1.c.14.
E G.2.de cã.ſym.c.5.fo.23.c

De canonibus vniuerſalibus in curatione cordis. Cap. 6.

NOs quidem fecimus de medicinis cordialibus tractatũ ſingularem, cum quo iuuabitur homo quãdo ipſe coniunxerit ſcientiam ſuam in medicina cum cognitione ſua in principijs, quæ ſunt magis cõmunia quã medicina. Hinc vero innuimus ad illud, quod oportet dici in libris medicinalibus puris,propterea quòd cor eſt membrum principale,prius omni principali,& ſublimius, eo oportet vt ſit velox ſtudium in curatione eius cum medicinis, & ſit ſtudium fundamentale non erroneum cum velocitate vltima, ſiue velimus ex eo euacuare humorem, ſiue permutare ei complexionem.In euacuatione autem quæ procedit curſu phlebotomiæ,ita ſtudioſe feſtinamus,ne oporteat nos permiſcere cum alio regimine diuerſo.Immo plurimum quod in ipſa obſeruamus,eſt ne ſuperfluat,& cadat virtus, & vt viuificemus virtutem,ſi debilitatur parumper,cum rebus viuificantibus virtutem,quando debilitatur propter complexionem frigidam aut calidam. Et hæc res non approprìatur egreſſioni ſanguinis tantum:Immo omnibus euacuationibus: quãuis ſit extractio ſanguinis vehementis neceſsitatis ad hoc ſubſidium.Cauſa autem cum qua excuſamur à ſtudio ſpecierum regiminis alterius,eſt quia egreſsio ſanguinis non eſt cum medicamine perueniente ad cor: & ꝙ plurimæ repletionum cordis non ſunt niſi ex ſanguine, & vapore,à nocumento quorum duorum ſimul liberat phlebotomia. Et repletio quidem ſanguinea remouetur phlebotomia baſilicæ dextræ.Sed repletio vaporoſa phlebotomia baſilicæ ſiniſtræ.In reliquis autem euacuationibus quæ fiunt cum medicinis, oportet vt miſceatur cum regimine prędicto regimen aliud. Et illud eſt,quoniam plures medicinæ euacuatiuę ſunt contrariæ corpori:quare oportet vt eis aſſocientur medicinæ cordiales. Et ipſæ ſunt medicinæ quæ efficiunt in corde fortitudinem cum proprietate quæ eſt in eis:ita vt ſint cum medicamine adminiſtrato in euacuatione humoris cordis ſociatæ medicinæ theriacales bezaharticæ pertinentes cordi: Et plures quidem harum medicinarum conferunt:immo plures earum cõferunt ei ex alia parte. Et illud eſt, quoniam ipſæ etiam faciunt penetrare medicinas euacuatiuas ad cor, remouendo eas ab alijs locis. Permutio autem complexionis,aut eſt,quia conuertitur regimen ad permutationem frigidi: aut permutationem calidi:aut permutationẽ humidi: aut permutationẽ ſicci. Cum ergo volumus permutare complexionem frigidam, audaces ſumus ad illud cum medicinis calidis,commiſtis cum medicinis cordialibus calidis,cum cuſtodia noſtra, ne accidat ex eis motus laborioſus humoris cordis, ita vt extendatur corpus cordis tenſione ventoſa aut tenſione materiæ apoſtemantis vel apoſtemoſæ,& reliqua.Cum autem volumus permutare complexionem calidam,non ſumus auſi eſſe contenti infrigidatiuis: Nam ſubſtantia propter quã cor creatum eſt, & eſt ſpiritus effuſus in ipſo, eſt ſubſtãtia calida.ſ.caliditate innata non caliditatibus nociuis corporis. Et accidunt ei ex malitia cõplexionis cordis,quando eſt calida,vt minoretur & reſoluatur:& vt conuertatur in fumum,& cõturbetur. Cum ergo ſuperuenit corpori cordis,quod extinguat ipſam, & non eſt permiſtum cum medicinis calidis, quarum proprietas eſt vt confortent calorem innatum, non totum illud propter caliditatem earum, immo cum proprietate ipſarum aſſociata caliditati earum,poſsibile eſt vt noceat radici.i.ſpiritui,quamuis ramo conferat, & eſt corpus cordis.Quid enim iuuat contemperantia caliditatis cordis, quando cum ipſa extinguitur ſeu minoratur caliditas ſpiritus? Quapropter non inuenimus ſapientes antiquos euacuaſſe curationem malitiæ complexionis calidæ, quæ eſt in corde, & eius quod accidit ei à permiſtione medicinarum frigidarum cum cordialibus calidis,confidentes,[f] ꝙ natura ſi fuerit fortis,diſcernet inter infrigidatiuum & calefactiuum,& afferet infrigidatiuum cordi,& afferet calidũ cordiale ſpiritui,& tẽperabit illud, & multiplicabit iſtũ, & ſi

G H

F Fen.18.t.2.c.18. & Lib.2.t.1.c.4.&. lib.4. F.1.t.4.c.19. & lib.5.c.2.& G.2. aphor.16.h

A inueniunt medicamen æquale faciens confortationem spiritus cum proprietate, aut proximum æqualitati, sicut buglossam, vigorant & adiuuant se cum ea: sed si natura fuerit debilis, non cõfert regimen. Et quandoque cogit eos administrare medicinas calidas cordiales illud, quod ipsi sciunt de grauitate substantiæ plurimum medicinarum frigidarum cordialium, & paucitate penetrationis earum, & declinatione ipsarum cum natura ad fixionem, & non ad penetrationem: quare cogit eos illud ad hoc vt permisceant medicinas cordiales calidas, quibus penetrent, vt natura adiuuetur ad deferendum illas cordi: sicut permiscent crocum reliquis permistis trochiscorũ camphoræ. Reliqua enim permista discurrunt cum eo ad cor: deinde virtuti naturali inest vt remoueat ipsum à corde, & applicet ipsum spiritui, non cordi, & adiuuet cum infrigidatiuis ad temperandam complexionem. hoc nanque melius est eis, quàm vt vtantur infrigidatiuis puris quæ figuntur in principio meatuum, & nolunt penetrare. Et illi qui abstulerunt crocum ex trochiscis camphorę, & blasphemauerunt antiquos, iam fecerunt trochiscos camphoræ pauci iuuamenti, & ipsi non considerauerunt. Amplius complexio calida curatur dando in potu rob de fructibus, & proprie aquam pomorum de scemi, & cydoniorum. Est enim bonum medicamen cum eis quæ sibi sunt similia, de his quę dicturi sumus: & cum epithematibus, & emplastris, quę sunt extinctiua, permistis cum confortantibus cor. Et si causa fuerit materia, euacuetur. Cura autem malitiæ complexionis frigi-B dæ est cum cõfectionibus magnis, quas dicemus, & cum vino odorifero, & cum exercitijs temperatis: & cum emplastris, & linimentis calidis, aromaticis, cordialibus, & cibis calidis cum quantitate qua digerantur. Et si causa fuerit materia, euacuetur. In cura autem malitiæ complexionis siccę, necessarius est cibus plurimus, humectatiuus, & introitus balnei post ipsum, & administratio tinę cum quiete vel cum cõmoditate ipsius, & paucitas motus, & tranquillitas, et sumere in potu aquã frigidam. Et si fuerit illic frigus, alienentur ab aqua frigida, quæ est vehementis frigoris. Et temperentur medicinis & potionibus, & multiplicetur somnus post cibum calidũ. Et si causa fuerit materia, euacuetur. Et tu quidem scies distinctionem illius, vbi loquemur de cura hecticæ, & arefactionis. Cura autem malitiæ complexionis humidę est subtiliatio ciborum, & administratio medicinarum exiccatiuarum, & exercitia temperata cum frequentia, & multitudine: & si causa fuerit materia, euacuetur. Frigidæ vero & humidæ complexionis cura, est multitudo exercitij, & balnei ante cibum, præcipue thermarum: & submersio plurima in aqua calida, & administratio solutiuorum, & diureticorum, & vsus vini fortis parum odoriferi, & administratio ciborum laudabilis chymi, cum quantitate non plurima: quod si illic fuerit caliditas, vitent balneum, & vtantur coitu. Et si fuerit materia humida aut calida humida, euacuetur.

De medicinis cordialibus. *Cap. 7.*

C MEdicinæ quidem cordiales cum totalitate sua, oportet vt colligantur ex areolis medicinarum singularium, & ex areolis membrorũ anhelitus. Sed secundum necessitatem in hac hora nos dicemus de eis illas quæ sunt sicut capita, & radices. Dicamus ergo, illæ quidẽ quæ ex eis sunt proximæ æqualitati, sunt [a] †{iachut & albei zadach & alfaruzegi,} & aurum, & argentũ, & buglossa. Calidæ vero sunt [b] doronigi, & zedoaria, & muschus, & ambra, & zurũbet, & seta proprie. & crocus, [c] & ambo been sunt velocis iuuamenti, [d] & gariophylli sunt valde mirabiles, [e] & xyloaloe crudum, [b] & melissa & semen eius, & [f] †{albedarũgi,} & semen eius, & [g] †{alsahesefrã,} & semẽ eius, & cardamomum, & cubebe, & [h] †{falegiemesch,} & semen eius, & cortex citri, & acetositas eius, & semen eius, [b] & folia citri, & folium indũ, [i] & enula est mirabilis. Frigidæ vero sunt margaritæ, [b] & karabæ, & cãphora, [b] & corallus, [b] & sandali, & rosa, & [b] spodium, [b] & lutũ sigillatum, & poma. Et ex eis est [b] coriandrum siccum, & humidum.

A † Rubinus & Balassus turchois vel Smaragdus
B Lib. de virt. cor. t. 2.
C Raf. 176.3
D Ser. c. 309.
E Lib. 2. t. 2. c. 744
F † basilicon
G † ocimum gariophylatum
H † spẽs basilicõis
I Li. 2. t. 2. c. 240. & Raf.
K G. 5. lo. af. c. 2. d, & 4. apho. 65. d. e
L G. 5. loc. af. c. 2. c
M Gal. ibi. e
N Raf. 16. cõti. t. 1. c. 1. 174. 3.
O G. 2. apho. 20. F, & 3. de cã. sympt. c. 1. c & F. 13. t. 1. c. 16. & t. 2. c. 14.
P C. 7.
Q Raf. 16. cõti. t. 1. c. 1. 174. 3. 4.

TRACTATVS II. *de partibus distinctis.*

De tremore cordis & causis eius. i. palpitatione cordis. *Cap. 1.*



TRemor [k] cordis est motus iectigatiuus accidens cordi. Et causa eius est omne, quod lædit cor ex eis, quæ sunt in ipso, aut in panniculo eius: aut continuantur ei ex membris vicinis cõmunicantibus ei. Et quandoque fit à materia humorosa, [l] & quandoque fit à malitia D complexionis puræ. [m] & quandoque fit ab apostemate. & quandoque fit à resolutione singularis: & quandoque fit à causa extranea. & quandoque fit à morsu venenosorum animalium. [n] & quandoque fit à serpentibus qui fiunt in ventre: & quandoque fit à sensu vehementi. [n] Et materia humorosa quandoque est sanguinea, & quandoque est humiditas, & quandoque est melãcholica, & quandoque est cholerica, [n] & quandoque est ventosa: & est leuior & facilior earum. Et ille qui est à malitia complexionis purę, ideo est, [o] quia omnis complexio dominans facit debilitatem: & omnis debilitas efficit in corde, dum perseuerat in ipso residuum virtutis, agitationem quandã quasi ipsum expellat à seipso aliquod nocumentum. [p] Et tremor quidẽ cordis quando superfluit, permutatur ad syncopim: & quando magis superfluit, permutatur ad mortem. Et vnaquæque complexionum simplicium facit illud. Apostema vero calidum in principio perseuerans facit apparere tremorem cordis, deinde syncopim, postea mortem. Et frigidum est propinquum dispositioni eius: sed quandoque interponit spatium aliquantulum. Et similiter resolutio singularis. [q] Et similiter oppilatio existens in cursibus sanguinis, & spiritus in corde, & quæ sequuntur ipsum & in venis duris partium pulmonis. Factus autem à causa extranea, est sicut factus à doloribus fortibus, & permutationibus materierum apostematum vicinorum prædictorum, & à potu vene-

norum. Et factus à morsibus animalium. Et factus à serpentibus, vel vermibus[a] qui accidunt in ventre: & proprie quando ascendunt ad superiora loca cibi, & fęcis. Factus autem à subtilitate sensus cordis est: quoniam habenti illũ accidit tremor cordis ex qualibet ventositate generata in spatio, quod est inter ipsum, & inter panniculum eius: aut in corpore panniculi eius: aut in vena eius, & ex qualibet qualitate frigida, aut calida adueniente ei: Ita ꝙ succedit potui aquæ pręter ꝙ perducat illud ad debilitatem in operationibus suis. Factus autem cum cõmunitate, aut est cum cõmunitate corporis totius, [b] sicut accidit in febribus: & proprie in febribus pestilentialibus. Aut cum cõmunitate panniculi sui, ita vt accidat in ipso apostema molle: aut durum, sicut accidit [c] simio aut gallo prędictis. Aut cum cõmunitate stomachi: qnoniam in ore ipsius est humor viscosus vitreus: aut mordicatiuus cholericus: [d] aut corrumpitur in eo cibus: [e] Aut cum cõmunitate omnium membrorum, quæ dolent vehementer. Et quandoꝗ multiplicatur cum cõmunitate stomachi propter humorem, qui est in eo: aut bothor in ore eius: aut debilitatem succedentem vomitui laborioso: ita vt forsitan non discernatur inter ipsum & inter cordialem. Et quandoꝗ accidit iectigatio seu tremor in ore stomachi, & cõtinuatur ille seu & vicissitudinaliter perseuerat ille: & est similior res tremori cordiali. Et qñꝗ fit cum cõitate pulmonis, quãdo multiplicatur iñ eo oppilatio in parte illa, quæ obuiat cordi, & non penetrat anhelitus ẜm modos suos: & illud indicat constrictionẽ anhelitus non securam. Et qñꝗ fit causa crisis, & motuũ accidentium humoribus ad crisim. Et ego exponã illud in [f] loco suo. Et siquis cõqueritur de tremore cordis post ægritudines, & habet nauseã, & euomit cholerã plurimã, & non remouetur nausea, est malum, & indicat spasmũ in stomacho.

A Ras. 16. pti. 1. c. 1. 174. 3. B T. 1. c. 2. C T. 1. c. 2. & G. loc. af. c. 2. d D Ras. 174. 1. E F. 16. t. 3. c. 7. F Lib. 4. Fe. 1. t. 1. c. 1.

De signis. Cap. 2.

TRemorem cordis omnem significat pulsus,[g] diuersus transiens terminum in diuersitate, sensu percepta, in magnitudine, & paruitate, & velocitate, & tarditate, & raritate, & frequentia: & multoties [h] assimilatur pulsui habentium asthma. Et significant illũ, qui est humidus vehementia lenitatis pulsus, & sensibilitas habentis [i] eam, quasi cor eius reuoluatur in humiditate. Et significant illum qui sanguineus est,[k] signa caliditatis, & inflãmationis, & velocitas pulsus, & magnitudo eius in alia hora, q̃ tremoris cordis: & iuuantur coitu: & in frigido est econtrario. Et significant illum qui cholericus est, & est raro, ægritudines cholericæ sequentes ipsum, & durities quædam in pulsu, & vehementia inflammationis. Et significant illum qui melancholicus est [l] tristitia & solicitudo, & durities in pulsu. Et ventosum quidem purum significat velocitas resolutionis eius, & leuitas, læsionis eius: & etiam paucitas diuersitatis in pulsu eius. Et significant apostemosum in substanstantia ipsius, aut panniculi eius, signa duorum apostematum [k] prædictorum. Et illum qui est ex resolutione continuitatis causa sua. Et factum à venenis & morsibus causæ suę cum priuatione reliquarum causarum. Et similiter factum à vermibus. Et in facto à complexione singulari calida est inflãmatio vehemens absꝗ sensibilitate humiditatis, in qua natet cor, & velocitas pulsus, & frequentia eius, quãuis sit non in hora cõmotionis eius: & quod est post causas calefacientes sine materia, & in hectica & similibus. Et similiter factum à frigore puro significant causæ suæ ex euacuationibus extinguẽtibus calorem innatum: Et ægritudines infrigidatiuæ: & aeres, & alia & pulsus tardus rarus non in hora tremoris cordis. Factum autem ab oppilatione significat diuersitas pulsus in paruitate, & magnitudine, & debilitate, & fortitudine, cum priuatione signorum repletionis. Factus autem à subtilitate sensus cordis, & à qualibet ventositate generata, & ex quolibet nocumẽto adueniente ei, cognoscitur ex fortitudine pulsus, & sanitate anhelitus, & incolumitate reliquorũ membrorũ. Et fortitudo pulsus, & magnitudo ipsius sunt significationes primę significãtes ipsum: & certificat ipsum si fuerit corpus, cum frequẽtia huiusmodi tremoris cordis, incolume, & virtus conseruata, & consuetudo in operationibus sana. Et illi quibus plurimũ accidit, istæ sunt super quorũ facies apparent vestigia passionũ animaliũ, quãuis parũ sicut iræ aut gaudij, aut tristitiæ, aut aliarũ. Factus autẽ cum cõitate corporis totius in febribus manifestus est, & similiter creticus. [m] Et factum causa stomachi, significant signationes dispõnum stomachi, & appetitus, & quod ab ipso expellitur: & imaginationes, & nausea, & punctio: & quod alleuiatur in tẽpore vacuitatis: nisi sit à causa cholerica effusa ad os stomachi in tempore vacuitatis: et quod fit vehemens in hora, qua cibus incipit digeri. Et ille qui fit cum cõitate pulmonis est, quoniã habens eũ est præparatus asthmati, repertis in ipso signis significantibus humiditatem pulmonis, & oppilationem viarum in eo, quas dicemus in suo capitulo. Factũ autem propter serpentes vel vermes significant significationes supradictæ in [n] caplo suo. Et ex eis quæ significant ipsum sunt saliua currens, & dolor, sicut qui fit à constrictione vnguium, & puncturæ euenientes subito in ore stomachi.

G Gal. 4. loc. af. c. 8. 28. f. g H Fé. 10. t. 1. cap. I Ras. 16. côtin. c. 1. 174. 3. & Gal. loc. aff. c. 2. d K T. 1. c. 4. L Ras. lib. diuis. c. 58. M F. 13. t. 1. c. 17. N 1.

De curationibus vniuersalibus tremoris cordis. Cap. 3.

IN materiali omni fertur auxilium cum euacuatiuis. In sanguineo quidem cum phlebotomia, & extractione sanguinis vltima, & temperamento cibi in quantitate, & qualitate. Et si est illi paroxysmus, aut tempus in quo commoueatur plurimum, sicut [o] verbi gratia ver, tunc necessarium est vt pręcedant ante paroxysmũ phlebotomia, [p] & subtiliatio cibi, & acceptio eius quod cõfortet cor. In facto autem propter humorem phlegmaticum, oportet vt fiat euacuatio cum medicinis quarum impressio consequitur cor. Et illarum conuenientiores sunt hieræ magnę euacuantes humiditates viscosas. Facti autem propter sanguinem melancholicum cura est phlebotomia, & temperantia hepatis, ita vt non generet melancholiam cum eo quod dicitur in [p] capitulo suo.

O G. 5. lo. af. c. 2. P F. 14. t. 2. c. 1.

Si autem

A Si autem est nudus humor melãcholicus, tunc cura est in ipso euacuatio cũ eis quæ sunt sicut hiera Rufi,& Logodion:& omnia quæ euacuant humorem melãcholicum ex locis longinquis: Deinde remanet post illud æquatio complexionis: frigidæ quidem cum calefaciẽtibus,& calidæ cum infrigidantibus:& proprie cum eis,quę ex eis sunt medicinę cordiales.Ille vero qui est cum cõitate stomachi,si est ex humore grosso,curetur vomitu post cibum: & post acceptionẽ subtiliantium notorum,sicut acceptionem succi raphani in oxymelle. Et solutio ventris fiat post ipsum cum hieris magnis,sicut Logodion, & Theodoricon,& hiera picra confortata cum pulpa coloquinthidæ, aut agarico,& epithymo. Et si fuerit propter cholerã mordicatiuã,curetur confortando stomachũ cum robub fructuum odoriferorum,sicut pomorum odoriferorum proprie,& cydoniorũ:& proprie post cibum,& pirorum,& eorum quę sunt illis similia.Et cum declinatione naturæ ad lenitatem,et alienationem eius,quod conuertitur ad humorem cholericũ.Et regimine temperante stomachũ. Et similiter quando cibus in ipso corrumpitur,oportet vt regatur cum eo quod confortat digestionem eius, quod corrumpitur, cum eo quod dicetur in caplõ stomachi. Et queadmodũ tu abscindis causam cum hoc regimine,similiter oportet ꝙ cõfortetur patiens quod est cor: ita vt nõ recipiat impressionem: & non sis contentus in abscindendo causam absq; cõfortatione patientis: Immo oportet vt cum hoc intendas ad cor cum medicinis cordialibus. Et ex eis quorũ iuuamen-

B tum magnificatur in tremore cordis, est potare pondus.i.aure. de buglossa in tempore somni noctibus cõtinuis.Et ex eis quibus iuuatur habens tremorem cordis, & quæ ad ipsum experta sunt, est[a] potare circa quãtitatem ponderis nuclei de gariophyllo masculo in.xij.aur.lactis dulcis in ieiunio:aut potare aure.de sansuco sicco in aqua frigida,si fuerit illic caliditas:aut in vino,si non fuerit caliditas in diebus continuis.Et ex eis quibus iuuatur habens tremorem cordis,est vt secũ semper sit aromaticum aliquod ex genere eorum,quæ ei conueniunt, & assidue vtatur suffumigatione cum eo facta,& vtatur odoramentis eius:& vt sint in aromatico eius, qui habet tremorem cordis calidum,vincentia,rosa & camphora,& sandalum: & olea frigida cum parua permistione medicinarum aliarum subtilis caliditatis, sicut parum muschi,& croci, & gariophylli,nisi metam trãsgrediatur res: tunc enim sis cõtentus frigidis. Et si est complexio frigida:tunc admisce muschum, & ambram,& oleum de ben,& oleum de citro,& aquam camphoræ,& algaliam,& quæ sunt similia illis,& propinqua eis ex speciebus suffumigationis, & rorificationis conuenientibus secũdum complexionem. Et ego quidem non multiplico tibi sermonem in numerando medicinas cordiales calidas,& frigidas. Tu nanque inuenies eas omnes scriptas in tabulis membrorum anhelitus, in[b] medicinis singularibus. Et ad vltimum[c] omnis medicina odorifera est cordialis. Et cum hoc, nos iam[d] diximus, quæ harum medicinarum sunt antecedentes in hac intentione. Habentis au-

C tem tremorem cordis cum nausea quem tremorem cordis diximus esse malum,cura eius proprie si fuerint illic reliquiæ febris est vt in potu sumat sauic hordei ablutum cum aqua calida, & detur infrigidatum cum pondere.x.drach.zuccari. quamuis enim ipsum euomat etiam, tamen iuuatur eo. quod si ipse abhorret zuccarum propter additionem, quam efficit in nausea, accipiantur loco eius grana mali granati, & stringantur ambo crura, & olfaciat camphoram, & quæ similantur ei cum aceto:& ponatur super pectus pannus infusus aqua duorum sandalorum, & camphoræ, & aliorum. Et multoties quidem excitatur tremor cordis, deinde expellitur aliquid ad inferiora à dextra,& sinistra: & sedatur tremor cordis.

[a] Ras.175.3.
[b] Lib.2.t.2.
[c] Halya. 6.pract. c.18.
[d] T.1.c.7.

De cura tremoris calidi. Cap. 4.

SI iste tremor cordis est cum materia,& euacuas eam,& remanet vestigium eius:aut est tremor cordis calidus sine materia, tunc oportet vt cibetur habens eum cum eo quod parum est, & confert sicut est panis infusus in aqua rof.in qua est parum vini odoriferi: & panis cum syrupo de pomis: & ius pomorum, & aldug,quod est temporis propinqui commotioni: aut non acetosum valde,& cucurbita,& olus iamenum,& fructus frigidi. Si autẽ tolerat carnem,tunc vtatur [e]†{alcaris,& alhelam}pullorum,& alcubugi proprie. Habet enim proprietatem in hac re propter frigiditatem complexionis, & species acetosorum,quæ omnes factæ sunt cum succis fructuum, & acre-

D sta,& pomis acetosis, & aceto acuto super quod sparsa sit aqua rof. & aqua [f]†{alkalef.}Si autem fuerit acetositas citri, & limonis, erit res magis iuuatiua. Quod si res fiat vehemens, & inflammatio, da ei ad sorbendum aquam frigidam, & aquam niuis mistam cum aqua rof. dando sorbitionem post sorbitionem.Et da ei ad sorbendum syrupum de fructibus.Et syrupum de pomis sceni, & quæ sunt similia illis,dando aliquid post aliquid. Et si tibi necessarium fuerit,vt dissoluas in eo camphoram,fac. Et quandoque est tibi necessarium, vt sis contentus in eo ad dandum ipsi lac acetosum in potu, ab vna libra vsque ad.ij.lib. & sit ei cibus. Quod si tibi necessarium fuerit, vt confortes eum cum aliquantulo ex medulla panis, & tortellarum, fac. Si autem inueneris virtutem debilem, & timueris extinctionem, non erit excusatio quin permisceas cum hoc, & cum eis quæ via eius incedunt, ex cubebe, & cardamomo, & folijs citri, & etiam ex coriandro, & camphora cum rof. & spodio, vt temperent ea. Super buglossam vero sis audax, & non timeas malitiam eius: & vtere ea cum omni quod in potu tribuis, & in cibo das. Etenim iam cucurrit consuetudo, vt in potu tribuatur, & similiter aqua eius distillata. Et quandoque confert ei potare pondus drachm.i.de reubarbaro sceni in aqua frigida diebus continuis. Et stude vt sit aer infrigidatus, vltima infrigidatione: & vt sint rorationes, & odoramenta aromatizata campho-

[e] † cibarijs cũ aceto vel omphacino
[f] † arboris similis salici

ra,& ex ſandalorum præſentia:Et non eſt malum, vt roretur ſuper ea aliquid vini,cum tanta quã titate,qua penetrare faciat aromaticitatem eorum ad cor.[a] Et ex eis,quibus inuatur habens tremo rem cordis calidum, eſt permutatio ab aere ſuo ad aerem frigidum. Illud enim reducit ad ſanitatẽ. Et non oportet vt obliuiſcaris emplaſtra infrigidantia ſuper cor facta ex ſandalis, & aqua roſa. & aqua ferrariorum,& camphora,& roſ.& ſpodio,& lentibus,emplaſtretur cum eis os ſtomachi,& proprie in febribus.Compoſita vero iuuatiua in hoc ſunt, vt in potu dentur [a] trochiſci de campho ra cum croco,cum ſyrupo acetoſitatis citri:& quandoq; ponuntur in eo folia citri,& diamuſchum dulce,& lætificans infrigidatiuum. Deſcriptio experta ad illum,qui non eſt ex caliditate vehemẽ ti.[b] Spodij partes.iiij.xyloaloes indi,galiæ muſchatæ amborum añ.drach.i.cardamomi, gariophyl lorum amborum ana drach.i. camphoræ drach. 5. dragaganthi drach. iij. fiant trochiſci cum aqua de tereniabin.Sitq; vnuſquiſq; trochiſcus põderis medietatis vnius drach. Deſcriptio alia. Recip. doronigi partem.i.camphorę quartã partis,ſandalorum tertiam partis,margaritarum,karabæ,co ralli,xyloaloes,ſpodij,roſ.omnium ana medietatem partis, bugloſſæ partes duas,cõficiantur cum aqua malorum,& fiant inde trochiſci:Et quod ex eis in potu ſumitur ſit pondus drach.i.vſque ad aure. Medicamen fortius illo in extinguendo. [c] Recip.ſeminis lactucarum, ſeminis endiuiæ,ſpo dij,roſarum,ſandali,ſeminis portulacæ,bugloſſę,coriandri ſicci,coralli,karabe,margaritarum,ſor beat ex iſto puluere pondus drach.ij.quoniam eſt bonum valde,ꝙ ſi indiget fortiori, ſumatur ſpo dij & ſandalorum citrinorum & roſarum omnium ana pars.i. & camphoræ quartam partis, ſitq; quod ex eo in potu ſumitur pondus.ij.drach. Deſcriptio alia. [d] Recip.amyli,karabe,margaritarũ, meliſſæ,felengemisk,aluminis iameni frixi omniũ ana partes.iij.luti armeni rubei, coriandri, am borum ana partes.v.Sitq; quod ex ea in potu ſumitur,pondus aur.cum aqua meliſſæ.Quod ſi ſu perfluat res,& augmentatur inflãmatio, & timetur ꝙ ſit principium apoſtematis,tunc fortaſſe eſt tibi neceſſarium,vt in potu des ſemen mandragorę,& opium.Et melius quidem eſt vt in potu tri buas de ſemine mandragoræ pondus quartæ drach.i. & de opio vſq; ad medietatem danich per miſto cum medicamine aromatico ex muſcho, & xyloaloe crudo, & camphora, & croco ſecun dum virtutem,& horam neceſſitatis.

De cura tremoris frigidi. Cap. 5.

Evacuantia quidem, ſi fuerit illic materia, ſint ſm ſemitam quã tibi expoſui. Et ex eis quæ ex perta ſunt ad phlegmaticum humidum de illis, ſiue ſint in partibus cordis, aut in ſtomacho, eſt vt ſumatur agarici pondus medietatis drach.i.& pulpæ coloquinthidę pondus.i.danich.& tur bit pondus drach.i.& bdelij pondus danich,& muſchi,& croci amborum ana [e]†{toſugi,}& xylo aloes indi pondus danich,& ſalis naptici pondus quartæ drach.i.& doſis vna.Et ex eis quæ exper ta ſunt ad melãcholicum,eſt vt ſumatur [f] myrobalanorum nigrorum, & kebulorum amborũ ana põdus drach.i.epithymi medietas drach.& lapidis armeni pondus quartæ partis drach..i.diamuſ chi amari pondus drach.iij.ſumatur in potu cum tanta quãtitate vini odoriferi in qua diſſoluatur. Et quandoq; ſufficit aſſiduare adminiſtrationẽ hieræ picrę in pondere aur.i.cum pondere danich de epithymo,dando ipſam in potu cum oxymelle, & continuetur. [g] Medicinæ autem permutan tes complexionem frigidam,ſunt theriaca,& mithridatum & diamuſchum dulce, & amarum, & medicamen Cæſaris & ſcelithe,& confectio ambræ & confectio chanad & lætificans magnum,& confectio felicitatis, & trochiſci de muſcho. Et quando frigus fit forte, indiges eis quæ ſunt ſicut [g] anacardina, & dare ex ea in potu. [g] Et quandoq; confert ei ſumere quantitatem ciceris ex confe ctione alfachdaraz cum.xxx.aur.vini in quo infuſa fuit bugloſſa.Et cibetur aqua ciceris,& pullis columbarum,et carnibus paruarũ auium,& [h]†{alcanabir.}Et ex compoſitis alijs eſt medicamen expertum.[b] Recip.bugloſſę drach.i.zurũbet,doronigi amborum ana drach.iiij.doſis eius ſit pon dus drach.i.in principio menſis,& in medio eius,& in fine ipſius: & oportet vt ſit in vino odorife ro. Aliud. [i] Recip.karabe,caſtorei amborum ana partem.i.corticum citri exiccatorũ,[k] †{ſeminis alfalengieſmech omnium ana partem mediã,corallorũ drach.i.alenfagieſmech pomorũ non cola to,neq; bullito.}Et hic ſunt medicinæ bonæ,vltimæ prolixarũ deſcriptionũ,dictæ in antidotario.

De ſpeciebus ſyncopis & cauſis ipſius:& cauſa mortis ſubitæ. Cap. 6.

Syncopis [l]eſt deſtructio plurium virtutum,motiuę,& ſenſibilis,propter debilitatem cordis,& aggregationem ſpiritus totius ad ipſum propter cauſam mouẽtem eum ad interiora,aut pro pter cauſam præfocantem ipſum interius,quare non inuenit ſpiraculum,aut propter paruitatem: aut ſubtilitatem ſuam,quare non ſuperfluit ſuper illum,qui inuenitur in minera.Et tu ſcies ex his quæ verificaſti vſq; ad hanc horam, ꝙ cauſæ illius non euacuantur, quin aut ſit [m] repletio materiei prefocantis ſua [m]multitudine,aut [m]oppilatione:Aut [n] euacuatio reſoluens ſpũm:Aut priuatio re ſtaurationis eius,quod reſoluitur, [o] & fames vehemens. [p] Et debiliores quidem homines ad tole randum ipſam,ſunt comparari ad hoc,vt neq; ſint infirmi,neq; ſani :ſicut infantes, & qui ſunt eis proximi, [p]& [α] decrepiti,& conualeſcentes: Sed in ætate conſiſtentes tolerant ipſam. Et eius tole rantia eſt in hyeme plurima,q̃ in æſtate. Aut malitia complexionis iam confirmata:[q]Aut accidens eius magnum ſubito:[r] Aut dolor vehemens:Aut debilitas virtutũ principiorũ regalium: & [ſ] pro prie cordis,deinde cerebri : deinde hepatis: [s] Aut debilitas cõmunicantis ſicut oris ſtomachi cum corde: Aut debilitas corporis totius, & macies,& extenuatio: [t] Aut [β] dñium accidentium anima lium ſecundũ ꝙ diximus tibi in loco alio. Et plurimum eius eſt in [α]decrepitis,& debilibus,& con

ualeſcentibus

E A Raſ.175.4.
B Ser.t.2.c.11.
C Raſ.175.4. hic addit camphora.
F D Raſ.175.3.
E † pondus granorum.ij.ſ.
F Ser.ibi. hic additur lapis armenus,
G G Raſ.175.2.&
G Raſ.175.2.
176.1.
H † galeritæ
I Ser.ibi.& Raſ. 16.pti.t.1.c.2.176.3
K † Raſ. & Ser. drach.ſ. ozimi gariophylati drach.ſ. terantur omnia & detur in potu cum ſucco meliſſæ, aut cum vino
L G.12.meth.c.5.
M G.4.de vic.rõe in acu.23. f, &.12. meth.c.5.f, & Halya.9. theo.c.23.& Raſ.31.cõti.t.6.c.1. 446.4.
N Raſ.ib.
H O G. 2.de vic.rõe in acu.47.g
P Ga.1.de art.cu. ad Glauc.c.14.98.
Infra α
Q G.12 met.c.5.d
R Gal.12.meth.c. 7.b.&.2.de vic.rõe in acur. 47.g. & Raſ.31. pti.t.6. c.1. 446.4.
S Raſ.ibi. 446.4.
Infra β
T Lib.1.Fẽ.2.d.ſũ.1.c.14.& G.2.de ſympt.cau.c.5.lib. 23.e, &.12.meth.c. 5.d
Supra α

A ualescentibus. Aut applicatio virtutis contrariæ substantialiter complexioni cordis, & spiritus.s. amborum, sicut est ex olfactu fœtoris puteorũ,[a] & pestilentia aeris, & sicut accidit in febribus pestilentialibus: & ex cadaueribus, & ex penetratione virtutum[a] venenorum ad cor: & quandoque est propter cõmunitatem arteriarũ. Et ex illis est illud, quod accidit causa vermium, qui ascẽdunt ad os stomachi: & oportet vt distinguamus post hoc distinctiones plurimas. Dicamus ergo, materiæ quidem faciunt euenire syncopim: aut propter multitudinem suam, & oppilationem viarum spiritus: & quia coarctant ipsum totum in corde: ita vt existimetur quòd præfocetur. & huiusmodi quidem generis sunt effusiones humorum plurimorum, aut sanguinis plurimi ad stomachum, & pectus, & similia eis:[b] aut permutatio materiei apostematis synanciæ, & pleuresis, & peripneumoniæ ad partes cordis subito: Aut propter viscositatem earum in poris, quare oppilant meatus, & proprie in membris anhelitus, & quãdoq; est cõmunis in omnibus venis corporis, quãuis non faciunt illud sua multitudine: Aut propter vehemẽtiam sui nocumenti cum qualitate frigida valde, aut mordicatiua, valde, aut adustiua valde.[b] Et syncopis quidem quæ accidit in initio paroxysmi febris, est huiusmodi generis: & eius causa sunt humores grossi valde, aut viscosi, aut mordicatiui, aut adustiui. Et quandoq; fit illud propter propinquitatem cordis. Et quandoq; est in mẽbris alijs cõmunicantibus ei, sicut cerebro.[b] Nam cum in eo accidit oppilatio integra, & est apoplexia,

B fit syncopis proculdubio. Et quãdoq; est in stomacho propter causam antiquam, aut propter debilitatem accidentem, propter quam fit recipiens attractionem materierum ad os suum, siue sint frigidæ, siue calidæ. Et quandoq; fit causa mulitudinis oppilationis in venis corporis, vbicunq; sunt. Et istæ materiæ perniciosæ multoties accidunt[c] ex superfluitate comestionis, & potus, & frequẽtia nauseatiuæ satietatis propter malitiam digestionis: ita vt ex ea spargatur in corpore, quod repleat venas, & oppilet meatus anhelitus.[d] Et istæ quidem materiæ propter suam multitudinem qñq; adiuuant ad syncopim faciendam ex parte, qua priuant corpus nutrimento: quoniam oppilant viam nutrimenti boni, & non cõuertuntur per seipsas ad nutrimentũ: quoniam ipsæ propter suam multitudinem confortantur super naturam, quare nõ patiuntur ab ea: & cum hoc cõplexio corporis corrumpitur per eas. Et istæ quidem materię quæ faciunt syncopim sua multitudine, aut malitia sua, sunt quæ faciunt angustiam, & nauseã, quãdo in stomacho cadũt: & sunt minoris quãtitatis, aut malitiæ.[e] Facta autem causa euacuationis superfluæ nõ est nisi quia sequitur ipsam spiritus euacuatus cum ea vsque ad hoc, vt resoluatur maior pars eius. Et illud est, aut solutio ventris cum[f] diarrhœa: aut est solutio ventris continua: aut lubricitas stomachi & intestinorũ, aut rasura, aut vomitus plurimus: aut fluxus sanguinis narium: aut fluxus sanguinis ex mẽbro alio, sicut orificijs[f] venarũ ani: aut propter vulnus: aut propter descensum[f] aquæ hydropisis: aut propter[f] aper-

C tionẽ[g] †{dubellati:}propterea quia currit ex eo res plurima subito: aut propte[f] fluxus menstruorum & partus: aut propter[f] multitudinem exercitij, aut moram in balneo calido vehemẽtis sudoris, aut propter aliquam causarum[f] sudoris superflui accidentis: facientium sudorem per se sicut caliditas: aut præparatione,[h] sicut raritas corporis superflua, aut[i] subtilitas humorum in substantijs suis, et naturis suis. Et quando accidit syncopis ab euacuatione humorum, virtute vitali adhuc forti, non est adhuc timendum: & illa est sicut syncopis, quæ accidit post phlebotomiam.[k] Dolor autem facit contingere syncopim, propterea quia superflue resoluit spiritum,[l] sicut fit in iliaca, & colica, & in mordicatione superflua accidente in membris sensibilibus.s. oris stomachi, & intestinorum, & eis similium.[m] Et sicut in dolore vulnerum neruorum, & vlcerum eorum, & morsionũ eis accidentium, sicut scorpionis, & vespæ.[m] Et in vlceribus iuncturarum quæ continue cõfricantur, & adinuicem concutiuntur, & illorum quæ vicinantur eis propter effusionem materierũ nocentium.[m] Et sicut dolores vlcerum ambulatiuorum, vehementia dolorum quorum facit syncopim propter suam acuitatem, & corrosionem ipsorum.[n] Et prouenit ex eis corruptio membrorũ, donec perducit ad mortem. Ipsa nãq; faciunt syncopim in primis propter dolorem, & in fine propter vehementiam infrigidationis cordis, aut[n] allatione vaporis venenosi corrupti ad cor, sequentis ipsum exiccatione membri, & conuersione eius ad contrarium cõplexionis proportionalis ho-

D minibus. De*accidẽtibus vero animæ iam[o] locuti fuimus, & sciuisti causam nocumentorum quę cordi faciunt. Apostema autem facit euenire syncopim aut propter magnitudinẽ suam, vbicunq; sit, apparens, aut occultum, corrumpens complexionem cordis, mediante allatione arteriarum, aut propter membrum in quo est, cum est sicut panniculus cordis, aut est membrum proximum cordi, in quo etiam si non est apostema magnum valde, ipsum tamen facit illud, quod efficit maximum longinquum: aut propter dolorem quando vehemens fit cum eo. Sed stomachus qualiter fit causa syncopis, scias quòd stomachus est membrum propinquum loco cordis:[d] Et est cum hoc vehementis sensus: Et est minera collectionis humorũ diuersorum, quare ipse facit euenire syncopim: aut quia[p] infrigidat ipsum valde, sicut in bolismo: aut quia calefacit valde: aut quia dolere facit valde: aut qm̃ in ipso est materia grossa, mala, frigida, aut mordicatiua acuta: & vlcera: et bothor in ore eius. Sed reliqua mẽbra qualiter fiunt causa syncopis, scias ꝙ mẽbra alia sunt causa syncopis aut propter dolorem continuatũ ex eis cordi: Aut propter vaporem venenosum, quem ipsa mittunt cordi, sicut est illud quod accidit in præfocatione matricis: Aut propter euacuationẽ accidentem in eis, resoluentẽ spiritum cordis, sicut debilitas vehemens in ore stomachi: Aut propter oppilationem facientem constrictionem viarum spiritus in eis, quæ sunt in circuitu meatuum cordis:

A Gal. 12. meth. c. 5. c

B G. 1. de art. cur. ad Glau. c. 14. fol. 98. f

C Haly. 9. theo. c. 23.

D Gal. 12. meth. c. 5. f

E Gal. 12. meth. c. 7. b

F G. 1. de pfag. expul. c. 8. c. & Gal. 2. de vic. rõe. in acut. 47. g, & 1. ad Glau. c. 14. 98. e

F Ga. 1. art. cur. ad Glauc. fol 98. g

G † exiturę

H G. 3. d symp. cã. c. 2. fo 28. f

I Gal. 12. meth. c. 6. g

K G. 2. de vic. rõne in acut. 47. g

L G. 1. de art. cur. ad Glau. c. 14. 98. g, & c. 5. d

M G. 1. de art. cur. ad Glau. c. 14. 98. g

N Halya. 9. theo. c. 23.

O Lib. 1. F. 2. d 2. su. 1. c. 14.

Supra *

P G. 1. de art. cur. ad Glau. 98. e

Aut propter complexiones corruptas malas, fortes dominantes eis, sicut fit in [a] febribus adurentibus, & pestilẽtialibus. Et illud est ex eis quæ fiunt cum communitate omnium membrorum. Et scias φ syncopis confirmata curationem non habet, & proprie [b] quando perducit ad viriditatem faciei, & conuersionem colli: quare fortasse non alleuiatur vel nõ sanatur.[b] Et ille cuius res peruenit ad hoc, tunc cũ caput eleuat suũ, moritur. Et scias φ in corpore ipsius, qui phlebotomatur propter necessitatem, & syncopizatur super ipsam, non propter multitudinem euacuationis, & non propter consuetudinem in phlebotomato consuetam tunc in corpore ipsius est ægritudo: aut in stomacho eius est debilitas per se: aut propter effusionem rei ad ipsum: Et quando materia cruda decrepiti febrientis resoluitur ad stomachum suum, facit accidere syncopim.[c] Et causa quare aliquis syncopim patitur in prima phlebotomia sua, est quia subitũ est, quod non consueuit. Et multoties quidem accidit syncopis in crisibus propter expulsionem materiei calidæ ad stomachum. Et multoties fit phlebotomia causa syncopis propter infrigidationem.

E

A G.1.de art. cur. ad Glau.c.14.f. & 12.meth.c.5.c
B Ras. 16.cõti.t.1. c.1.174.2.
C Lib.1.F.4.c.12. fol.77.g

De signis. Cap. 7.

Signa significantia causam syncopis, & dolores eius, proportionalia sunt signis prædictis tremoris cordis. nam [d] si ipsa sunt debilia, sunt tremoris cordis, & quando sunt fortia, sunt syncopis: & quanto plus fiunt vehementiora, sunt mortis subitæ. Et pulsus quidem est significatio significantior illius. Significat enim sua compressione cum fixione virtutis, materiam compressiuam: F & sua diuersitate vehementi cum vicissitudinibus, & paruitate maxima, resolutionem virtutis. Reliquas autem significationes suas ſm reliquas dispositiones, iam [e] sciuisti. Et ad summum cum syncopis non fit subito, tunc ad ipsam minoratur pulsus in primis: [f] Deinde sanguis incipit occultari ad interiora, & conuertitur color à dispositione sua. Et fortasse palpebrę non eleuantur, & apparet in oculis debilitas motus, & alteratio coloris: Et visui apparent imaginationes extra inuentionem, & infrigidantur extrema, & apparet ei roritas in corpore frigida. Et quandoq; accidit nausea: Et quandoq; infrigidatur totum corpus. Cum igitur incipit aliquid horum signorũ post phlebotomiam, aut solutionem ventris, aut administrationem rei necessario facientis læsionem, abstineatur ab ea, & remoueatur causa, quoniã iam perducet ad syncopim, si non abscindatur. Et quando syncopis non habet causam manifestam primitiuam, & antecedentem, est cum tremore cordis frequente, & non est illud quod est in ore stomachi, causa faciens ipsam necessariam, & reiteratur tunc ea est cordialis confirmata. Illa vero cum qua est nausea, & conturbatio, est stomachalis. Et [g] quando continuatur syncopis, & vehemens fit, & non est causa manifesta faciens eam, immo est cordialis, tunc habens eam moritur subito.

D C.1.
E C.2.
F Ras.31 cõti.t.6. c.1.447.2.
G Gal.2.apho.41.

De cura. Cap. 8.

Illa quæ [h] fortis est, & facta propter malitiam complexionis confirmatæ, curationẽ non habet. G Et illa quę non est ita, immo est leuior, aut est sequens causas extrinsecas à corde, curatur. Et patiens quidem syncopim quandoq; est in syncopi: & quãdoq; est in eo quod est inter syncopim, & sanitatem: & quandoq; est in leui paroxysmo syncopis. Cũ ergo [i] est in dispositione syncopis, non est semper possibile nobis vt laboremus in abscissione causæ: Immo nobis necessarium est, vt opponamus accidenti, quod accidit cum eo, quod ipsi pertinet de cura. Et quãdoq; aggregantur nobis duæ necessitates contrarię, ſm duas partes diuersas. Indigemus enim in quibusdam mẽbris diminutione, & euacuatione eius quod in eis est ex humoribus, & in spiritibus additione cum cibo, & restauratione eius quod in eis accidit de resolutione. Et in plurimo quidem quod accidit ex syncopi, oportet vt incipiatur & laboretur cum eo, quod nutrit spiritũ ex odoribus bonis,[k] nisi in pręfocatione matricis: In syncopi nãq; facta ex ea, oportet vt approximentur naribus earum [k] odores fœtidi: & proprie conuenientes cum hoc ori stomachi. Et in odoramento quidem [l] cucumeris est proprietas in ea experta, & proprie in cura calidæ cholericæ, & similiter lactucæ. Amplius curetur dando in potu & sorbendo ex viuificantibus virtutem: Et [α] quando [m] fuerit illic vacuitas, & fames, tunc non approximetur eis vinum purum: Immo oportet, vt misceatur cum aqua carnis multa, & commisceatur cum aqua: & si non, tunc fortasse accident [β] ex eo commistio rationis, & spasmus. Et ex eis quę necessaria sunt in pluribus speciebus syncopis, est inspissatio corporis exterius, H vt comprimatur spiritus resolutus, nisi sit solutio ventris fortis valde: aut sit causa frigus vehemẽs, prohibens [n] rorationem aquæ frigidæ, & euentationem, & sorbitionem aquæ frigidæ, & aquæ rosa. proprie.[o] Et indumenta seu vestimenta quæ odore sandalorum infecta sunt, cum odoramento odorum frigidorum. Multoties enim sanantur cum istis. Et si est fortior hac, & non fit successione rei resoluentis calidæ valde, tunc oportet, vt insuffletur muschus in nares eius, & olfaciat algaliam, & suffumigetur cum [p] †{alned,}† & sorbeat diamuschum si possibile est.[q] Et si causa fuerit caliditas, tunc odorifera frigida administrentur, & roretur aqua frigida super faciem eius in primis: Et non est malum vt permisceatur parum muschi in eo quod administratur de illis, cum victoria ex illis, quæ sunt sicut camphora, & sandali, & quod est fortis infrigidationis vt sit [frigidum resistens opposita complexione calidæ nocenti, & muschus vt confortet calorem vitalem. Et vt sorbeant aquam frigidã: quod si tolerat dispositio vt sit mista cum vino infrigidato subtili, tenui, tunc est melius. Et oportet cum hoc, vt fricetur os stomachi frequenter. Et necessarium est, vt sit lectus in aere frigido: Et similiter oportet vt sint lecti omnium habẽtium syncopim, cum non est ex causa frigida, & proprie in syncopi habentium hecticam: Et oportet vt assiduetur embrocatio

H Pau. lib.3.c.34.
I G.12.meth.c.6.b
K Aeti. li.2. ser.1. c.104. & Gal.1.de art.cur.ad Glauc. 14.99.b
K Aeti.ibidem.
L Lib.2.t.2.c.179. & Dios. li.2.c.128.
Infra α
M G.2. apho.21.h & Ras.31. cõti. t.6. c.2.447.4.
Infra β
N Lib.1.Fé.2.d.2. sum.1.c.20.& Ser. t.6.c.19.
O Ras.31. cõti.t.5. c.2.448.3.
P † compositione aromati
Q G.1.art.cur.ad Glau.c.14.99.d

A brocatio extremitatum,& partium membrorum ipſorum regalium cum aqua roſ. & ſuccis frigi-
dis cognitis:& neceſſarium eſt vinum infrigidatum,quod ipſi in potu ſumāt. Et ſi fuerit illic ſicut
ſingultus,& nauſea:tunc oportebit vt viuificetur caliditas infirmi,& adiuuetur natura eius, com-
mouendo guttur cum penna excitante vomitum,& cōmouendo ſpiritum ad exteriora. Et opor-
A Raſ.10.con.t.6. tet vt aſsidues iſta,& aduentum hominum ad ipſum:et quāmaximum clamorem,et [a] ſternutatio-
c.2.448.3. nem,etſi ſit cum condyſi.Cumq; illa non valent,& non ſternutat,tunc æger moritur.Et oportet
Infra γ etiam,proprie in [γ] ſyncopi,quæ fit ex euacuatione,vt appropinques ei odores ciborum deſidera-
torum,niſi in habentibus nauſeam,& ſyncopim accidentem cauſa humoris in ore ſtomachi: Non
B G.1.de art.cura. enim oportet tunc,vt illud approximentur eis.Et [b] oportet vt vtantur vino,& ſorbeāt ipſum aut
ad glauco.c.14.fol. infrigidatum aut calefactum ſm duas diſpoſitiones notas.Sitq; [c] vinum magis penetrabilis res,&
99.a ſubtilior,& melioris ſaporis ex eo,in quo eſt reſiduū virtutis ſtypticitatis:quāuis ſit illa virtus for-
C Raſ.ibi. 447.3. tis in eo,quod recens eſt ad aggregandum ſpiritum,& cōfortandum ipſum. & oportet vt non ſit
D Gal.12. metho. in ipſo [d] amaritudo fortis,& abhorreat ipſum natura,neq; groſsitudo: quare non penetret in ipſo
c.4.& Raſ. ibidē. cū velocitate.Et oportet vt ſit color eius citrinus,niſi ſit [e] ſyncopis ab euacuatione: & proprie ſm
E G.1.de art. cur. poros propter raritatem eorum,& reliqua:tūc.n.[f] diligitur vinum nigrum,groſſum. Ipſum.n.eſt
ad glauc.99.a
F Raſ.ibi. 448.2. nutribilius,& magis faciens declinare humores ad contrarium eius,quo fit reſolutio, & reducens
B ſpiritum in eſſentia ſua.Illi autem,qui non habet ægritudinem hanc,vinum conuenientius, eſt il-
lud,quod eſt velocioris penetrationis.Et tibi quidem poſsibile eſt, vt ipſum experiaris,ita vt gu-
ſtes ex ipſo parum.Cumq; videris ipſum penetrare ad calefaciendum cum velocitate,cū bonitate
ſubſtantiæ,& odoris,tunc illud eſt conueniens.ſ.illud quod quæritur.Et qñq; ponimus in ipſo de
G Raſ.448.4. [g] muſcho circiter.ſ.duo grana:aut de diamuſcho quantitatem doſis vnius,aut medietatis eius, aut
tertię ipſius:& illud quidem in ſyncopi vehementi:& ſimiliter trochiſcos muſchatos dictos in an-
tidotario.Et cōuenientius vinū in huiuſmodi eſt illud,quod eſt calefactum. Ipſum.n.in eo cuius
ſyncopis non eſt ex caliditate,eſt magis penetratiuū: & qñ confortatur cum quantitate panis, eſt
magis longinquū ab hoc vt exiccetur vel reſoluatur.Et ex eis,quæ conferunt eis,eſt miua appro-
priata ſyncopi dicta in antidotario.Et homines quibus neceſſariū eſt magis potare vinum calefa-
ctum,ſunt illi quorum tardior eſt euaſio à ſyncopi.Non.n.oportet vt iſti ſumāt in potu frigidum:
& ſimiliter ille cuius infrigidatur totum corpus.Et iſti ſunt illi,qui indigēt ipſo, & inunctione ex-
tremitatum,& ſtomachi cū oleis calidis aromatizatis. Et ſi eſt ſyncopis cauſa materiei, tunc ſi eſt
poſsibile,vt expellatur materia cū vomitu,cuius ſperatur facilitas,aut cum clyſteri,aut phleboto-
mia,fiat illud.Et ſi eſt propter euacuationem ex partibus intrinſecis,calefiant extremitates,& fri-
centur,& inungantur cum oleis calidis aromatizatis:& qñq; eſt neceſſariū ſtringere eas. Et rege
C in retentione cuiuslibet euacuationis cum eo,quod dictum eſt in capitulo ſuo.Et rege in viuifica-
tione virtutis cum eo,quod ſciuiſti.Et cōuenientius eſt habenti illam,quæ ex hoc capitulo fit ſuc-
ceſsione cholericæ paſsionis,vt ſumat galiam muſchatam in vino, & ſucco cydoniorū, cum aqua
H Ga.12.meth. carnis fortis in vino.& confert ei maſticatio thuris,& luti alniſaburi conditi cum camphora.Et [h] ſi
c.6.a eſt propter euacuationem ex partibus extrinſecis,ſicut eſt [i] ſudor,& quæ ſimilantur illis, fiat con-
I Haly.6.pra.c.18. trarium illius & infrigida extremitates,& puluerıza ſuper cutem myrtum, & lutum chimoleam,
& Gal.1.de art.cur.
ad glauc.99.a.b & cortices granatorum,& reliqua ſtyptica,& nō extrahes materiam ad exteriora omnino,& non
Supra γ adminiſtres huiuſmodi puluerizationem in ſyncopi ab euacuatione intrinſeca:Immo oportet [γ] vt
K Gale.12.meth. confortes virtutem in omni euacuatione,præcipue approximādo odores ciborum deſideratorū,
c.7.b.c,& c.8.c,& & ſimilia eis,de his quæ dicta ſunt.Et [m] ſi fuerit cauſa doloris,ſtupefac illum dolorē,ſi non eſt poſ-
Raſ.ibi. 447.3. ſibilis abſciſsio cauſæ eius:ſicut curatur colica cum philonio, & ſimilibus ei. Et ſi venena fuerint
cauſa,da ad ſorbendum albezahar experta,& diamuſchum,& medicinas dictas in libro de vene-
nis.Quod ſi fuerit in ceſſatione,& iam ſanatur aliquantulum, tunc ſit regimen eius etiam ſimile
regimini primo,cum additione,in qua eſt ſecuritas in huiuſmodi diſpoſitione.Et exemplum eius
in quo ambæ cōicant eſt,qm̄ verbi gratia oportet,vt ad ſorbēdum dentur medicinæ iuuatiuæ ſm
diſpoſitionē,de illis,quæ ſciuntur,& dictæ ſunt in capitulo de tremore cordis,& feſtinetur in hoc:
D Et illud in quo eſt ſecuritas additionis,eſt ſicut ſi ſit illic repletio oris ſtomachi, ſtudendum eſt vt
L Ga.1.de art.cur. euomatur illud,qm̄ ſanat.Et ſimiliter ſi ſit illic repletio,oportet vt fames adhibeat̄, & minoretur
ad glauc.99. b cibus eius,& vtatur exercitio tolerabili ꝓportionato huiuſmodi:Et [l] fricatio adhibeatur omnibus
M Gal. 12. meth. membris etiam ſtomacho,& veſicæ,& neq; cogat ipſum ſumere cibum,niſi vinum prædictum in
c.2.e,& Raſ.447.4. diſpoſitione ſyncopis,quod neceſſarium eſt.Et [m] plures quidem ſtultorum medicorum ſtudēt in
cibando eum exiſtimantes,ꝙ ſit ei conueniens vt viuificent virtutem eius.Ipſi ergo ſuffocant ca-
N G.1.de art. cur. liditatem eius innatam,& interficiunt ipſum.Et iſti [l] quidem iuuantur ſyrupo acetoſo,& proprie
ad glauc.99.f illo,qui coquitur cū eo in quo ſunt ſubtiliatio,& inciſio,ſicut hyſſopus et ſimilia.Et ſi [n] fuerit cau-
ſa oppilatio in membris ſpiritualibus,& quæ ſunt coram eis, da ad ſorbendum oxymel, & [n] frica
crura eius,& adiutoria eius,& labora in huiuſmodi [n] ad prouocandam vrinam eius, & da ei in po-
tu de vino,quod ſubtile eſt,& illud ſi eſt illic caliditas. Si autem eſt ab euacuatione, & debilitate,
ad ſorbendum detur aqua carnis aromatizata:& fiat vt ſugat panem infuſum in vino odorifero,
cui aqua roſ.ſit admiſta.Et qñq; iuuatur,ſi ſumat in potu lac acetoſum,abſq; butyro, īfrigidatum:
& illud ſi fuerit illic cum euacuatione caliditas:& ſimiliter aqua acreſtæ:Et melius illo eſt rob ace-
toſitatis citri.Et qñq; ponuntur in ipſo folia eius.Et ad ſummum illi,qui cum ſyncopi habet angu
ſtiam

stiam stomachi,& inflãmationem:aut accidit à sudore vehementi,oportet vt detur illud,quod da- E
tur infrigidatum,& si sit etiam res in qua quæritur calefactio. Et ex eis,quæ eis conferunt est, vt
in potu sumat aquam carnis fortis decoctionis,cui admista sit decima sui de vino odorifero, & ali-
quid de vitello oui,& aliquid de succo malorum dulcium, aut muzorum, aut acetosorum, ſm ꝙ
exigit dispositio.Si autem tu fueris cauẽs in ipso calefactionem,neq; fueris ausus dare in potu vi-
num,da ei ad potandm [a] †{alraib}infrigidatum,in quo sit contritus panis de simila: & da ei in ci-
bis[f] species acetosorũ factorum cum succis fructuum.Quod si habens syncopim ĩuenit frigus cum
ea,aut post eam,aut cum in potu sumit infrigidantia,& proprie in visceribus,dabis ei ad potãdum
[b] diapepereon,& piper ipsum,& absinthium:et qñq; datur in potu vinum.Et qñ curatio facit ne-
cessarium vt fiat mundificatio,& accidit euasio à paroxysmo syncopis,oportet vt tu confortes sto
machum:& incipe in hoc,cum eo quod est sicut syrupus de absinthio decoctus cum melle, & ad-
ministra emplastra confortantia stomachum prædicta:& ad bibẽdum da vinum odoriferum post
illud,& ciba cibo laudabili.Factæ vero in principio febrium,& causa apostematum, curam [c] dice-
mus,vbi dicemus curam accidentium febrium.Et [d] penitus oportet vt frices extremitates eius,&
calefacias,& stringas vt non submergatur virtus & materia, & prohibeatur à comestione cibi, &
vino:& interdicatur somnus:nisi sit,quod in principio sui non accidat nisi propter debilitatem.
Et [e] quicunq; eorum, qui syncopim patiuntur, indiget cibo, oportet vt detur ante paroxysmum F
duabus horis:aut tribus cibus & sit cibus sauic de hordeo infrigidatum, & panis cum aliquo fer-
culo & naribus attrahat odorem bonum.Et si fuerit illic constrictio ventris,sumatur prius cibus,
qui lenificat,sicut sunt[f] †{alasfidbagiat,}& similia eis:& syrupus de malis cum syrupo acetoso est
iuuatiuum in huiusmodi.Quod si necessarium fuerit vti cibis subtiliatiuis sint sicut aqua carnis,
& vitellus oui,& sorbitiones cum medulla panis,& aqua carnis,& qñq; necessarium est vt miscea
tur cum aliquantulo vino.Si autem necessitas illorum fuerit ad hoc, vt cõfortetur stomachus, tũc
oportebit vt misceantur cum eis robub,& succi fructuum odoriferorum, in quibus sit stypticitas:
Sed in hora paroxysmi necessarium est vinum.[g] Syncopi autem factæ ab accidẽtibus animalibus,
succurritur etiam cum eo,quod ante dictum est ex odoribus bonis,& strictione nasi. & vomitu,
& fricatione extremitatum,& stomachi,& cibatione eius cum aqua carnis. Et sint in ea tortellæ,
& vinum infrigidatum aut calefactum,ſm ꝙ scis.Et si syncopis est ex cõtinuatione vomitus cho-
leræ citrine,oportet vt sit vinum infrigidatum permistum.Et similiter syncopi ex dolore.Et[h] nos
quidem dicemus illud,quod proprium est colicæ in capitulo suo. Et [i] plurimũ quidem syncopis,
quæ accidit in successione phlebotomiæ,accidit stomachicis,& habentibus venas subtiles, & sto-
machum debilem,aut corpora in quibus dominatur cholera citrina, & ei qui non consueuit vti
phlebotomia.Et oportet vt isti ante phlebotomiam,sumant in potu aliquid de robub confortan- G
tibus stomachum,& cor.Et quando cadunt in syncopim,fiat illud,quod diximus:& sumãt in po-
tu vinum mistum infrigidatum confortans stomachos eorum,& conseruans eos: & proprie cum
succo alio.Et oportet vt dicamus denuo,ꝙ qñq; eget curatio in syncopi stypticis, vt prohibeant
euacuationes,& confortent membra mollificata,adiuuantia ad resoluendum: & vt stringatur os
stomachi,& non recipiat illud,quod peruenit ad ipsum:& eget virtute penetrante velocis pene-
trationis ad nutriendum spiritum,sicut est vinum:& ambo sunt prohibentia operationes. Opor-
tet ergo vt discernatur inter administrationem vtrarunq; dispositionum. Administrẽtur itaq; sty-
ptica in hora sanationis,aut postq̃ administraueris aliud incipiendo ad hoc, vt viuifices virtutem,
cum ipsa iam impressionem in eo fecerit,& fuerit viuificata.Et administra ſm in hora necessitatis
velocis,ad viuificandum virtutem,& non præmittas stypticum super illud,& prohibeat penetra-
tionem eius.Et qñq; necessitas perducit ad illud,quod est fortioris nutrimenti, q̃ vinum, & pro-
prie cum syncopis [k] est à [α] fame,aut resolutione plurima.Et [l] qñ fit vt cum vinum purum superue
nit corporibus eorum nocet eis,& facit possidere commistionem [β] intellectus, & spasmum, tunc
non est in eis [k] aliquid ita conueniens,vt aqua carnis prædicta permista cum vino & succo pomo-
rum:aut acetosorum.aut dulcium,ſm duas res. Et cum non est,quod prohibeat, tunc melius est,
vt ponantur in ipsa,quæ sunt sicut gariophylli,& muschus.Nam stomachus est magis recipiens H
eam,& virtus stomachi cum ea vehementius iuuatur,& cor magis attrahit ipsam: Et qñq; tibi ne-
cessarium est vt dissoluas panem similagineum in eo,quod facis ipsum sorbere, cum spatium à ci-
bo longinquum est.Et fricatio extremitatum,& cõstrictio earum:& similiter excitatio vomitus,
conferunt oĩ syncopi.nisi cum est à sudore,& similibus eis,ꝑpter quæ mouetur spũs ad exteriora.
Isti.n.sedatione magis indigent,& nõ oportet vt moueant,aut vomant,aut ligẽtur.Et ex eis,quæ
faciunt eos vomere est aqua tepida cũ vnguento,aut cũ oleo,aut mista cũ vino. Et oportet vt cale
facias stomachum,& quæ sequuntur ipsum ante fricationem extremitatum etiam, vt facilis fiat
vomitus. Et scias, quòd fricatio extremitatum, & calefactio earum, & aromatizatio ipsarum
cum vnguentis, & aromatizatio oris stomachi, cum vnctionibus boni odoris, sicut est oleum
nardinum, & calefacientibus sicut sinapis, & pyrethrum, conuenientia sunt valde ei, cuius
syncopizatio est ab euacuatione sanguinis,aut humoris: aut repletione: immo pluribus quibus
adest syncopis,cum non est motus humorum ad exteriora.Et oportet vt ligentur crura eorum,et
adiutoria ipsorum vicibus [m] successiuis & soluantur,& rege illud cum eo,quod requirit vel neces-
sitat oppositum parti euacuationis.Et isti quidem iuuantur cõstrictione ascellarum, & roratione
aquæ

A† lac coagulatum acetosum

B Ga.1.de art.cur. ad glauc.99.c

C Lib.1. Fẽ.1. c.30.

D G.1.de art.cur. ad glau.c.14.99.c & Ras.31.cont. c.2.448.4.

E Ga.1.de art.cur. ad glauc.c.14.99.e

F† cibariũ et carne elixa ĩ aqua simplici,

G Aet lib.2. ser.1. c.114.& G.1.de ar. cur.ad glauc.c.14. 99.g

H Gal.ibi.99.g

I Ras.31.cont. c.1.447.2.

K Ras.31.cont. c.2.447.4.

Supra α

L G.2.apho.21.h, & Ras.31.cont.l.6. c.2.447.4.

Supra β

M G.1.de art.cur. ad glau.c.14.b

A aquæ frigidæ,& fricatione oris stomachi,& similiter omnis syncopis, quæ est ab euacuatione, & cum vino cōmisto nisi aliquid prohibeat[a] à vino sicut apostema,aut humor immaturus, aut solutio ventris,aut soda.Et si in aliquo magnificatur necessitas cōfortandi ipsum,da ei in potu vinum etiam,& non cures,& illud quidem in syncopi difficili.Et[a] balneum quidem cōueniens est ei cui accidit syncopis ex diarrhœa,& cholirica passione.Et[a] si accidit syncopis propter fluxum sanguinis,est nociuum valde.Et[a] similiter si accidat propter sudorem plurimum. Et balneum etiam est conueniens ei,qui inuenit ex vomitibus inflammationem in ore stomachi.Si[b] autem est propter debilitatem oris stomachi,tunc oportet vt administrentur super eum emplastra cōfortatiua, sicut illud,quod fit ex mastice,& cydonijs,& sandalis,& croco,& lilio cum vino,& similiter emplastratio cum vino facta ex muscho & lilio quāuis valde conferant[c] fricatio extremitatum,& cōstrictio earum.Et syncopim quidem factam ex fame,qn̄q; sedat pondus drach.panis.Et[d] paroxysmo syncopis siccitatis:aut cum siccitate naturæ,oportet vt succurratur cum buccellis panis in aqua granatorum,aut syrupo de malis:Et quandoq; necessarium est in ægritudinibus acutis propter syncopim dare in potu vinum:& magis conueniens est insipidum. Et patientes quidem syncopim, præcipiuntur vigilare,& dimittere locutionem.

A G.1. de art. cur. ad glauc.c.14. fol. 99.a
B G.1.de art. cur. ad glauc.c.14.99.b
C Gal. ibidem.c
D Gal.ibid.c

De casu virtutis subito. *Cap. 9.*

E G.1.de vic.rōne in acut.47.g

B HOc[e] plurimum contingit vbi non est dolor,neq; solutio ventris, neq; apostema magnum, neq; euacuatio magna.Et non est quidem nisi propter humores oppilantes, & raro qdem contingit,vt sint illi humores sanguinei.Sanguis.n.dum nō facit accidere prius accidentia alia nō perducitur dispositio eius ad hoc,ꝙ faciat accidere casum virtutis subito.Illud autem,quod sępius est,est vt sint causa humores grossi in stomacho,aut in venis, oppilantes vias anhelitus. Et scias, quod casus virtutis qn̄q; perducit ad syncopim,& qn̄q; ad id,quod est infra syncopim, vbi virtus non destruitur nisi à neruis,aut lacertis ipsius existentibus ab ea vacuis:quare homo fit nō motus, neq; remouetur à suo situ,& statione sua,nisi cum labore.Et causa illius est accidens eius, quod diximus.Nam cum vehemens fit,facit cadere virtutem integre:& si non fit vehemens, facit cadere virtutem neruorum,& lacertorum.Et multoties quidem fit propter subtilitatem humorū in substantia sua.& quia ipsi recipiunt resolutionē,& proprie in febribus. Et istorum qn̄q; operationes morales non sunt læsæ,quāuis non sint tolerabiles,quando multiplicantur & iterantur.

De cura. *Cap. 10.*

CVra istorum proxima est curę patientium syncopim.Eius nanq; cura,quæ est ex repletione sanguinea,est phlebotomia.In ea vero,quę est causa alicuius alterius humorum grossorum, oportet vt succurratur patienti ipsam in hora cessationis,euacuatione cū eis, quæ sunt sicut hieræ.
C Et qn̄q; sufficit hiera picra cum qua composita sunt turbit,& sal indus,& agaricū,& epithymum, & quæ sunt similia eis.Et qn̄q; adiuuantur ea cum scammonea. Scammonea nanq; est ex eis,quæ adiuuant medicinas alias.Et oportet quidem vt administres in ea vomitum, post solutionem, & assidues receptionem confortantium cor,& odoramentum eorum. Et fricatio quidem extremitatum,est ex eis,quæ viuificant calorem innatum,ſm ꝙ iterauimus eius rememorationem,& vtat̄ post illud exercitio temperato.Cibus vero sit ille,qui subtiliat,& incidit sicut aqua ciceris cum sinapi:& oleum de oliuis,& oleum amygdalinum. Et de vino quidem,vtatur subtili & veteri. Et vtatur balneo post euacuationem.& inungatur oleis viuificantibus calorem innatum,subtiliantibus.Deinde vtatur post balneum vino puro,& syrupo de meile,& syrupo de absinthio, & similibus illis.Cumq; incipit viuificari,oportet vt præparetur cibus confortatiuus velocis digestionis. Et tu quidem scis illud,ex eis quæ dicta sunt tibi.Et[f] scias,ꝙ virtus augmētatur cibo, & vino subtili conuenientibus,& odoribus bonis,& tranquillitate,& gaudio,& dimissione eorum,quæ contristant,& rixari faciunt,& rememoratione rerum amabilium,& habitatione cum dilectis.

F Lib.1.F.4.c.1.& Ga.2.epidē.5. in sextū de morb. vulg.9.g, & de pilæ exercitio c.1.g

De regimine eius in quo apparent signa aduentus apostematis calidi in corde. *Cap. 11.*

APostema quidem,quando fit apostema:tunc iam interficit, aut interficiet. Ante illud vero, quando apparent tremor cordis magnus,& inflammatio vehemens,& signa prædicta: tūc
D est secundum inceptionem pernitiei.quod si aliquid iuuat ipsum,[g] tunc est phlebotomia basilicę. Et speratur quandoq; in eius euasione,cum [g] phlebotomia arteriæ,in inferioribus corporis,& infrigidatione[g] pectoris eius cum niue,& camphora,& sandalis, & coriandro humido. & sorbeat aquam niuis cum camphora secundum continuationem.

G Ras.17.con.t.1. c.1.176.3.

Fen.xij.de mamilla & dispositionibus eius, & est tractatus vnus.

De anatomia mamillæ. *Cap. 1.*

H Arist.li.1.de natura aiāliū.c.12.& li.4.de prib.c.10.& Gal.lib.7.de v.p.c. 12.d, & lib.14. c. 4.a.c
I Ras.t.1.c.25.
K G.li.5.apho.39.c
L Ras.ibi. & Gal. de anat.viu. 44.d



MAmilla[h] est membrum creatum ad generādum lac:vt nutriatur cum eo nouiter natus,in introitu suæ natiuitatis,& vsq; quo confirmetur, & crescat eius virtus, & fiat conueniens ad digerendum cibum fortē solidum.Et[i] ipsa est corpus compositum ex venis,& arterijs,& neruis,inter quæ existit vacuitas, quam caro replet glandosa,cui non est sensus,albi coloris:&[k] propter suam albedinem,quando assimilatur ei sanguis,albificatur illud,quod nutrit ipsam:& albificatur illud, quod superfluit ab ea,& fit lac. Et[l] eius quidem comparatio ad lac generatum ex sanguine, est

comparatio

comparatio hepatis ad sanguinem generatum ex chylo. In hoc, ꝙ vnumquodqꝫ cōuertit humidi- E
tatem ad similitudinem suam in natura, et colore. Nam hepar rubificat chylum albū, et facit ipsum
sanguinem. Et mamilla albificat sanguinem rubeum, & facit ipsum lac. Et [a] venę quidem, & arte- A Raf.t.1.c.25.& G.16.de v.p.c.10.
riæ, & nerui positi in substantia mamillæ ramificantur in ea vsqꝫ ad partes villosas, & habent in ea
reuolutiones & circuitiones plurimas.[b] Communitas autem mamillæ cum matrice in venis in- B Ga.li.14.de v.p. c.4.g, & .8.c, & li.5. apho.37.h
ter eas contextis, est res, quam tu iam [c] sciuisti in anatomia venarum.

De exuberatione lactis. Cap. 2.

SCias ꝙ [d] lac multiplicatur multiplicatione sanguinis boni: & quando minoratur, tunc causa C Lib.1.F.1.do. sū.5.c.5.
eius est aliqua causarum diminutionis sanguinis: aut priuatio bonitatis eius. Et causa in pau- D Gal.16. de v.p. c.10.c
citate sanguinis, aut est ex parte materiei, aut ex parte complexionis. Et illa quæ est ex causa mate
riei, est quoniam est cibus paucus, aut est contrarius generationi sanguinis ab eo, propter siccitatē
suā, & frigiditatem supfluam: Aut est iam conuersus ad partē aliam. s. fluxus sanguinis, aut aposte
[α] qñq; effunditur ad ipſum ex hepate, & [b] ex felle, in quibuſdam, in quibus creatur ex felle via magna ad ſtomachũ, quare effunditur in ipſum illud, quod erat neceſſarium vt effunderetur ad inteſtina. Et [c] qñq; effunditur ad ipſum melãcholia ex ſplene etiã, ſicut faciam te [d] cognoſcere. Et plurimum, quod ad ipſum effunditur, eſt cholera ex hepate. Et qñq; adiuuãt ad illud cauſæ, quæ ſunt in ſtomacho, ſicut [e] dolor vehemens & triſtitia vehemens, & tarditas cibi, & debilitas virtutis eius in expulſione. Et [f] qñq; eſt cauſa in eo, ira, aut triſtitia, aut paſsio animalis ex eis, quæ mouent materiam, & effundunt eam ad ſtomachum, & facit accidere mordicationem, quæ non remouetur niſi vomitu. Et quandoq; effunduntur ad ipſum cum huiuſmodi motibus, & [g] proprie fame humores virulenti, præcipue cum fuerint in illis partibus vlcera, & cum hoc qñq; effunduntur ad ipſum melancholia etiam. Et cauſa in effuſionibus melancholiæ ad ipſum, eſt multitudo melancholiæ, aut debilitas ſtomachi. Et cauſę multitudinis melancholię ſunt ex eis, quæ tu [h] ſcis. Et [i] cauſa effuſionis ſanguinis ad ipſum, eſt multitudo ſanguinis, & cõmotio eius in mẽbro nobiliore eo, vicinitate eius in latere ſuo, ſicut eſt hepar: aut ſupra ipſum, ſicut eſt cerebrũ, cum ex ipſo effunditur ſanguis ad guttur, & meri, & penetrat ad ſtomachũ: Et virtutis ipſius expulſiuæ debilitas adiuuat ad recipienda oĩa, quæ effunduntur ad ipſum, & [k] ex cauſis fortibus in effuſione ſanguinis ad ipſum, & ad alia, eſt retentio [l] curſus menſtruorum, & ſanguinis [m] hæmorrhoidarũ aut ſangui- F
nolentæ egeſtionis aut dimiſsio exercitij euacuatiui, vel inciſio mẽbri, quare ſuperabundat illud, quod natura ꝓparauit ei ex materia, & indiget expulſiõe. Et qñq; expellit̃ ex via ſtomachi, & euomitur ſanguis. Et ſcias, ꝙ debilitas ſtomachi, eſt cauſa fortis in effuſione eius, quod effundit̃ ad ipſum. Et [n] plurimũ quidẽ, quod inuenit̃ in ſtomacho, aut generat̃ [o] in ipſo ex humoribus, eſt phlegma. Et cauſa in hoc eſt, ꝙ chylus eſt naturæ propinquę phlegmati. Cũ ergo nõ digeritur digeſtione integra, non fiunt ſanguis & cholera & melancholia. Et [p] iterum, quia ad ſtomachũ non effunditur in plurimis diſpõnibus cholera lauans eum, ſicut abluit inteſtina. Sed cholera nõ generatur niſi in quibuſdã [q] ſtomachis: & ſm plurimum non effunditur ad ipſum, niſi ex hepate, quãuis ipſa generetur in ſtomacho calido, qñ inuenit cibum recipientem conuerſionẽ velociter ad fumoſitatem. Et qñq; accidit in ſtomacho, aut in creatione, aut cum [α] perſeuerãtia ægritudinũ, aut dolorũ, & malitia regiminis, vt fiat corpus eius laxæ texturæ, raræ ſubſtantię, ſubtilis cutis: quare perducit illud ipſum ad debilitatem in omnibus operationibus ſuis: & eſt neceſſariũ vt curetur cũ labore. Et cauſæ ægritudinum ſtomachi ſunt, oẽs cauſæ ægritudinũ prædictarum, extrinſecæ, & intrinſecę. Et proprie ei ſunt vt ſint cibi tales, qui neceſſario faciunt malitiam digeſtionis, licet ſtomachus non ſit niſi ſecundum ſaniorem diſpoſitionum: & eſt dictum in ſuo [r] capitulo: Aut ſin tpauci valde, ita vt perducant ſtomachum ſanum ad exiccationem, et adunationem: Aut multiplicetur vſus G
medicinarum, & conſueſcat ſtomachus vti adiutorio medicinæ in operationibus: Aut laboret plurimum vomitu, & ſolutione ventris, & proprie vomitu: quoniam ipſe indiget motu laborioſo, non naturali, & accidat vt rarificetur textura villorum eius, & relaxetur. Et [β] ſtomachus vehementis ſenſus, paratus eſt lædi, & impediri à qualibet cauſa. Et [s] omnis complexio debilitans ſuperflue, facit accidere in omni operatione diminutionem, ita ꝙ caliditas pura. quandoq; enim fit cauſa lubricitatis ſtomachi propter illud, quod facit accidere de debilitate retentiuæ. [t] Sed & caliditas cũ materia cholerica ſæpe eſt cauſa illius. [u] Et nocumenta quidem, quæ eueniunt in operationibus ſuis, aut eueniunt in virtute appetitiua, & attractiua: & non appetit oĩno, aut minoratur appetitus eius: aut multiplicatur valde: aut corrumpitur eius appetitus: & illud aut cibi, aut aquæ. [x] Aut in virtute retentiua, ita vt vehemens fiat eius retentio, aut debilitetur, aut deſtruatur eius retentio, quare deſcendat cibus. [y] Aut in virtute digeſtiua ita, vt deſtruatur eius digeſtio, aut debilitetur, aut corrumpatur: & conuertat rem ad acetoſitatem, & fumoſitatem. [z] Aut in virtute expulſiua ita, vt vehemens fiat eius operatio in ipſo, aut ad viam naturalem, aut ad ſuperiora, aut debilitetur eius expulſio, aut deſtruatur. Ex omni nanq; re cuius prolongatur mora in ſtomacho, & tardatur, accidit ex ea vaporatio nociua cõmouens humores, & non eſt aliquid ita vaporoſum vt fructus. Et qñq; accidunt ei dolores extenſiui, & mordicatiui, & reliqui. Et qñq; ſequuntur debilita- H
tem harum virtutum oĩum, aut quarundam, natatio cibi: & tarditas deſcenſionis eius, aut velocitas deſcenſionis ipſius: & debilitas digeſtionis: aut deſtructio eius: & corruptio eius, & caſus appetitiuę: aut appetitus caninus: aut appetitus corruptus, & ſequunt̃ eam rugitus, et eructuatio, & inflatio, & mordicatio, & alia. Et [a] qñq; perducit illud, quod euenit ex hoc, ad communitatem membrorum aliorum, & proprie cerebri cum communitate ĩter ea per neruos plurimos, quare accidit epilepſia, aut ſpaſmus, aut melancholia, aut facit cadere in viſu nocumentum. Et qñq; imaginantur oculo quaſi cimices, aut muſcæ, aut tela araneæ, aut fumus, aut nebula. Et [b] multoties cõicat cor ſtomacho. Et accidit ſyncopis aut propter vehementiam doloris, & proprie in apoſtematibus ſuis magnis, aut propter qualitatem ſuperfluam caloris, aut frigoris, aut conuerſionis ad venenoſitatem. Quod ſi debilis eſt materia ad hoc vt faciat accidere ſyncopim, facit euenire anguſtiam & inquietudinẽ, & oſcitationẽ & horripilationẽ. Et huiuſmodi quidem ſunt de quibus dicit [c] Hippocrates, quod ſumere in potu vinum miſtum ſm mediũ ſanat eos ab hoc. Et illud propter illud, quod in ipſo eſt de mundificatione, & ablutione cum confortatione. [d] Et [β] ſtomachus quidẽ qñq; præparatur cauſa vehementiæ ſui ſenſus paſsionis à cauſa parua: & perducit illud ad epilepſiã, & ſpaſmum.

A Fé.15.t.1.c.1.
Supra α
B G.art.med.74. &.2. de temperam. c.6.c. d
C G.5.loc.af.c.6.
D Fé.15.t.1.c.
E Gal.6.aphor.
F Ga.ibi.f,&.2. decret.Hip. & Pl. c.8. c
G G.ibi.g,&. decret. Hip.c.8.
H Li.1.Fé.1.do. c.2.
I G.5.loc.af.c.6.
K T.5.c.8.& c.10. & Fé.10.t.3.c.4. & Fé.16.t.1.c.2.& G. 3. de cau. ſympto. fo.27.h
L G.5.apho.32.
M G.de vene.ſec. aduerſ. eraſ. c.6.e, &.7.meth. c.11.
N Gal.2.de pŕce phar. ſm loc.
O G. ꝯmẽ. 1.in 6. de morb.vulg.
P Li.1.F.4.c.15.& Fé.15.t.1.c.1.
Q G.ꝯmẽ.5.in 6. Hip.de mor. vulg. 14.g.h
Infra α
R 2.t.5.
Infra β
S T.2.c.14.& F.1. t.2.c.1.& F. 14.t.2. c.3.& Gal.2.aphor. 20.f,&. 3. de cau ſympto.c.1. c
T T.5.c.5.& F.15 t.1.c.2.
V G.1.de cau.ſympto.c.7.h
X G.3.de cau.ſympto.c.2.d
Y Gal.ibi.c.1.f
Z Gal.ibi.c.2.c
A G.5.loc.af.c.6.
B Gal. ibidem.
C 7.apho. 56.
D G.3.de cau.ſympto.c.5.c
Supra β

A G.5.lo.af.c.6.f.g A spasmum. Et[a] iste homo læditur qualibet ira, & ieiunio, & tristitia, & causa mouente humores. quare cum effunditur ad ipsum ex eis propter illud humor cholericus, mordicatiuus ad os stomachi, læditur eo propter vehementiam sensus sui: quare patitur[a] epilepsiam: & syncopis superuenit ei: & spasmus propter communitatem cerebri cum ore stomachi. Et huic quidem homini accidit sicut est illud, quod accidit ex debilitate oris stomachi, ex hoc, quod quando vsq; ad tochme repletur cibo: aut superfluit potu vini, aut coitu spasmatur: aut incurrit epilepsiam. Et multoties quidem accidit, vt euadat huiusmodi cum vomitu porrino, aut[a] viridi vt ærugo æris. Et quandoque plurima repletio facit eos pati subet prolixam, perdurantem, vsquequo voment, & alleuiantur. Et quandoq; est illud causa ad cadendum in melancholiam[b] †{mirachiam,}† & in cogitationes: et somnia corrupta. Et scias, quod ægritudines stomachi,[α] quando prolongantur, perducunt ad raritatē texturę villorum eius, & fit difficile succurrere & medicari. Et[c] ex nocumentis malis in creatione est,[d] vt sit caput frigidum præparatum euentui catarrhi, & sit stomachus calidus: quare nō tolerat ea, quæ mundificant illum catarrhum, sicut sunt diapepereon, & diacalamenthum, & diacyminū.

B† hypocūdriacā, Supra α
C Cap. 33.
D Gal. de bonit. & vitio. succorum. c. 10. b, & 3. de alimē. c. 16. f, & 6. de sani. tuen. c. 10. d

De modis significationum dispositionum stomachi. Cap. 17.

RES ex quibus significantur dispositiones stomachi, sunt ex dispositionibus cibi, in hoc, quod stomachus tolerat eum, & priuatur tolerantia eius. Et ex hoc, quod digerit ipsum. Et ex hoc, quod expellit eū: Et ex hoc, quod ipse[e] appetit cibum & potum: Et ex motibus eius, & cōmotionibus ipsius, sicut casachan stomachalis, &[e] singultus: Et ex dispositione oris & linguæ in sapore suo, & humectatione sua, & exiccatione sua, & asperitate eius, & lenitate ipsius, & odore eius. Et ex eis, quæ egrediuntur ex stomacho cum[e] vomitu, aut egestione, & ventositate descēdente cum sonitu, aut sine sonitu: aut ascendente, quæ est[e] eructuatio, & reteta, quæ est rugitus. Aut ex colore faciei, aut interioris partis oris: Aut ex doloribus, & læsionibus. & ex cōmunitate eius cum membris alijs, & ex parte eius, quod conuenit ei, aut lædit ipsum ex eis, quæ comeduntur & bibūtur, & medicinis. Significationes autem ex tolerantia cibi & priuatione tolerantia eius, sunt, quoniam si stomachus non tolerat nisi paucum, qui sit infra consuetum, tunc in eo est debilitas propter aliquā causarum debilitatis: & si tollerat tunc virtus ipsius est remanens.[f] Verum significationes ex egestione, & eis, quæ egrediuntur ex ventre, sunt ex egestione quidem, quoniam æqualis temperatæ tincturæ, & fœtoris, significat bonitatem digestionis: & bonitas digestionis significat fortitudinē stomachi, & æqualitatem complexionis. Sed ille, qui non digeritur ex ipso significat debilitatem stomachi, & malitiam complexionis cum ipso. Amplius tinctura significat materiam, quæ est in ipso:[g] quod si fuerit illic lenitas, & fœtor, significat quod descendit à stomacho ante horam suam: propterea, quod stomachus male comprehendit eum propter debilitatem virtutis retentiuæ: & si non est lenitas C non significat illud, immo significat debilitatem digestiuæ. Significationes autem ex sonitu sunt, quoniam iam[h] dictum est in eis, quæ tu scis, quod descēsus eius significat fortitudinem stomachi. Et magnitudo sonitus eius significat bonitatem digestionis, et fortitudinem. Et similiter paruitas fœtoris eius. Et rectius quidem in hoc est, quod descensus eius nō significat fortitudinem, immo significat debilitatem quandam: sed est debilitas, quę est infra illam, quæ facit accidere eructuationem. Verum essentia magnitudinis sonitus, si est propter substantiam eius, tunc est propter grossitudinem suam: Et si est causa eius virtus expulsiua, tunc illud significat fortitudinem aliquam. Subtilis autem tenuis, cui non est sonitus, magis significat fortitudinem, quàm spissa clamosa, & proprie illa cuius sonitus non est cum voluntate missus.[i] Sonitus autem exiens ex seipso, significat permistionem sensus. Verum paruitas fœtoris, significat proculdubio bonitatem digestionis. Et vehementia fœtoris,[k] significat corruptionem eius. Et si non est fœtor omnino, significat cruditatem eius. Significationes vero ex via[l] singultus, sunt quoniam si habens eum sentit mordicationem, tūc illic est humor acetosus: aut acutus, aut amarus: Et si sentit cum eo extensionē, tunc illic est ventositas: & si non sentit illud, neq; sitit, tūc illic est humor phlegmaticus. Et si est post euacuationes & febres, tunc illic est siccitas. Significationes autem ex siti sunt, quoniā sitis significat complexionem calidam: Et si est cum nausea significat materiam cholericam, aut salsam phlegmaticā. D Nam si sedatur potu aquæ calidæ, tunc materia in pluribus dispositionibus est phlegmatica: salsa nitrosa vel baurachia, & si augmentatur, tunc materia est cholerica. Verū significationes ex dispositionibus oris &[m] linguæ sunt, quoniam quando lingua in doloribus stomachi est vehemētis asperitatis, &[n] rubedinis, tunc significat dominiū sanguinis, aut apostema calidū in ipso sanguineū: &[o] si ad citrinitatē, tunc nocumentū est cholericum. Et[n] si ad nigredinem, tunc causa est melancholica. Quod[n] si ad albedinē & lebenie. i. lacticinitatē quandā, tunc causa est humiditas: & si est siccitas superflua, tunc causa est siccitas. Sed significationes ex via digestionis sunt, quoniam digestio bona nō fit nisi quando post cibū cōprehēsum nō accidat grauitas in ore stomachi,[p] neq; rugitus, neq; inflatio, neq; eructuatio, neq; sapor fumosus, aut acetosus, neq; singultus, neq; iectigatio, & tensio, & vt sit spatium moræ cibi in stomacho spatium æquale, & descensus eius ab eo in hora, qua oportet, nō ante ipsam, neq; post eam, &[q] sit somnus temperatus, & expergefactio velox, leuis, & in oculo non sit apostema, & in capite non sit grauitas, & obedientia naturæ sit facilis, & sint inferiora vētris ante egestionem inflata parumper. Hoc. n. significat bonitatē iuolutionis stomachi sup cibū: Et quod ipse bene cōprehendit ipsum: & illud signat fortitudinem stomachi: & conuenientiā cibi in qualitate, & quātitate. Cum[r] ergo stomachus nō[α] comprehēdit cibū bona cōprehensione, neq; fit digestio

E Gal. art. medici. c. 79.
F G. 6. lo. af. c. 6. e, & 3. de crisi. c. 3. d
G Gal. de sympto. diffs. c. 4. e
H G. 3. d cau. sym pto. c. 2. fo. 27. g
I Hip. 2. prognost. 24. a
K Gal. 1. de crisi. c. 11. e, & 3. aphor. 25. f, & de sympto. diffs. c. 4. e
L G. 5. loc. af. c. 6. h
M Li. 1. Fē. 2. do. 3. c. 3.
N G. 2. pmē. 5. in. 6. de morb. vulg. 4. h
O Gal. ibidem. f
P Ras. ti. cont. t. 1. c. 1. 108. 1.
Q Ras. ibi. tit. 1. & 108. 4. clarius.
R Gal. 3. naturali. c. 4. b. c. e
Infra α

bona,accidunt rugitus,& frequentia eructuationis,& remanet cibus in stomacho spatio longo: E
aut descendit ante horam necessariã.Et cholerę quidem proprietas non est vt prohibeat digestionem prohibitione destructoria,aut diminutiua,aut faciẽte cruditatẽ, immo qñq; corrumpit eam. Sed melancholiæ proprietas est vt prohibeat digestionem,& corrumpat eam simul: & phlegma decliuius est ipsa ad prohibendum,q̃ ad corrumpẽdum.Et scias,q qñ in stomacho non est apostema,neq; vlcus,et in cibo non est corruptio,deinde digestio non fit bona,tunc causa est malitia cõplexionis.Et plurimũ eius est ex frigiditate & humiditate:& post eas calida:& post eas sicca. Verum significationes ex stomachi doloribus sunt,qm̃ verbi grã dolor extẽsiuus significat ventositatẽ,et grauatiuus significat repletionẽ,et mordicatiuus significat humorẽ acetosum,aut acutum, aut putridum,aut amarum.Significationes aũt ex appetitu sunt,qm̃ significãt est eo, aut propter additionẽ eius,aut propter diminutionẽ eius,& ipsius destructionem:aut spẽm ad quam ipse declinat sicut est,q ipse qñq; est sitiens,& appetit frigida : & qñq; appetit acetosum : & qñq; appetit exiccantia & salsa,& acuta:& qñq; aggregatur appetitus acutorum,& salsorum,& acetosorum simul:Et ex modo,q ista sunt cõia in faciẽdo lucrari incisionem humoris nocitiui:quare sunt significantia debilitatem stomachi:stomachus.n.fortis declinat ad pinguia:& qñq; est appetitus decliuis ad res malas contrarias naturæ,sicut appetit carbones,& alasnan,& alia:& causa in hoc est humor corruptus,extraneus,non pertinens humoribus laudabilibus.Cum autem bonitas adest gu- F
stus:& est sanus,non elegit appetitus saporẽ supra dulcem.Cumq; declinat appetitus versus aliũ, & abhorret illum,tunc illic est nocumentum.Nã si appetit pinguia,tunc illic est stypticitas,& spissitudo,& siccitas.Et [a] si natura abhorret cibos calefacientes, & declinat ad frigidos propter frigiditatẽ ipsorum,tunc est illic caliditas.Et si appetit calefacientes,tunc illic est frigiditas.Et [b] si appetit incisiua,& acetosa,& acuta,tunc illic est humor viscosus.Et[a] appetitus quidem in stomacho calido aquæ plus est,q̃ cibi.Et qñq; fit vehementia caliditatis propter resolutionẽ,& inquisitionem restaurationis.Et mordicatio quidem excitat famem vehementẽ:& est spẽs famis,quæ nullo modo tolerati:& associatur ei syncopis proprie,qñ tardatur cibus . Et appetitus in stomacho ad quem effunduntur melancholia,& phlegma acetosum,multiplicatur qñ est eorum quãtitas infra quantitatem vocãtem ad expulsionem:& nõ multiplicatur in eo appetitus,& fit caninus, nisi propter illud,quod dicturi sumus in [c] capitulo appetitus canini.Et scias,q appetitus nutrimenti communicat membris omnibus.Verum illa cõmunitas est naturalis,& facta ex dependentia coexigẽtiæ virtutis nutritiuæ cum attractiua.Amplius appropriatur stomacho appetitus animalis, quoniam ipse sentit.Et quandoq; accidit quibusdam hominibus, vt esuriant plurimum,& comedunt plurimũ,& neq; aduenit eis saturitas fastidiosa,& neq; egreditur in egestione eorum fæx plurima, & neq; cum hoc corpora eorum impinguantur:Et causa quidem huiusmodi dispositionis, est resolu G
tio plurimum velox cum sanitate digestiuæ,& attractiuæ,& appetitiuæ. Verũ significationes ex via saporis oris sunt,q amarus significat caliditatem,& choleram.Et acetosus significat ẽm plurimum frigus stomachi,sed minus frigore cum quo non digeritur cibus omnino : Et [d] qñq; significat calorem debilem cum humiditate facientem ebullire humiditatem parum, qui postea separatur ab ea,deficiens in digerendo:quare accidit acetositas, sicut fit in succis. Acescit enim quando infrigidatur,& [β] acescit quando feruet à caliditate debili.Et quandoque est acetositas, ex effusione materiei acetosæ ex splene ad stomachum:& facta quidem causa splenis vehementem facit appetitum,& multiplicat inflationem,& rugitum,& malitiam digestionis,& facit eructuationẽ acidam.Et ille,qui ex saporibus oris est ĩsipidus,significat humoris insipidi saporem. Et salsus significat saporem humoris salsi.Et sapores extranei horribiles significant humores extraneos putridos malos.Sed significationes ex vomitu sunt,q si est [e] nausea tantum,tunc materia est adhærens imbibita.Et si est vomitus facilis,significat,quòd ipsa est effusa in concauitate.Et si sunt vomitus, & nausea,& non separantur,significant aggregationem vtriusq; rei,aut adhærentiam vel profundationem humoris,& non est nausea quidem nisi ex materia imbibita . immo erit etiam ex materia non imbibita quando est plurima mordicans os stomachi,aut erit pauca,proxima permistioni cum cibo,& ascendit ex profundo stomachi ad os stomachi,& mordicat ipsum. Quapropter faci- H
lis fit qñq; vomitus humorum post cibum:& non fit facilis ante ipsum,nisi sint multi. Verum qñ est aduentus subuersionis & nauseę cum periodicatione,tunc materia est effusa.Si vero est perseuerans vel stabilis,tunc materia est gñata in stomacho ẽm continuationẽ.Et vomitus ẽt significat per colorem eius,quod egredit ex eo:& saporem eius supra materiam.Significat ergo cholerã,& melancholiã per colorem:Et phlegma vitreũ per colorem:Et phlegma acetosum,& salsum p colorẽ,& saporem:Et phlegma descendens ex capite per colorem mucosum,et per id,quod associatur ei ex descensu ex catarrhis ad membra alia. Et [f] ex hominibus est, qui cum recipit cibum aliquem sentit ex seipso,q si moueretur superfluo motu,euomeret cibũ suum:& illud quidẽ significat humiditatem oris stomachi,aut debilitatẽ stomachi.Sed illud, quod est ex humiditate, accidit etiam cum vacuitas adest,& illud,quod est ex debilitate,non accidit nisi ẽm repletionem tantum. Sed significationes ex via coloris corporis sunt, qm̃ color est vehemens significatio dispositionis stomachi,& [g] hepatis ẽm plurimum:plurimæ enim ęgritudines stomachi sunt frigidę,& humidę, & color stomachicorũ est plumbinus.Et si inest eis citrinitas,est citrinitas decliuis ad albedinem. [h] Significationes autem ex via rugitus sunt,[a] quoniam rugitus significat debilitatẽ stomachi:& q ipse

A G.1.de cau.sym pto.c.7.b
B T.2.c.10.& fen 16.t.3.c.7.
C 11.t.1.
D Alexãd.li.7.191. 192.
Infra β
E G.1.loc.af.c.4.
F Cap.21.&t.c.8.& G.8.de me. cõpõne ẽm loc.c.1.
G Cap.19.& lib. Fẽ.2.do.3.c.3.& 14.t.2.c.2.
H Gal.3.naturaliũ c.4.b.c
Supra α

A ipse male comprehendit cibum,& egestionem humidam. Verum significationes ex sputo sunt; quoniam multitudo eius,& spumositas ipsius significant humiditatem stomachi mittentis aquositatem mucilaginosam vel bauosam. Et exiccatio oris,& paucitas saliuæ significant siccitatē stomachi,& caliditas eius significat caliditatem,si fuerint illic significationes aliæ,quæ adiuuēt illud in significatione caliditatis. Et scias,quod siccitas oris est duobus modis. Vnus eorum est siccitas vera,& est,vt non sit saliua:& secundus est mendosa,& est vt sit saliua exuberans, viscosa. sed sit exiccata causa caliditatis vaporosæ venientis ad ipsum:quare oportet vt distinguatur inter siccitatem,& exiccationem sputi viscosi secūdum os. Nam illa significat siccitatem,& ista humiditatem

A G.1.lo.aff.c.4.d viscosam:aut procedentem à stomacho,aut descendentē à capite.[a] Sed significationes ex eructuatione sunt,quoniam eructuatio quandoq; est acetosa,& quandoq; est fœtida, aut fumosa, aut illa, quæ est similis vt ærugo æris,aut limosa similis odori luti fœtidi,aut similis odori piscis,aut similis cibo quem recipit eructuans,aut pura in qua non est qualitas alia, & est sanior eructuatio.[a] Nam si est fumosa,& causa in hac non est substantia cibi,quæ sit velocis conuersionis ad fumositatem, sicut vitelli ouorum in patella,& raphanus:aut cibus cui in artificio suo, cum fit, associatur qualitas fumosa,sicut dulce cui superuenit ignis dominium,& alia:tunc causa in ea est igneitas stomachi cum materia aut malitia complexionis puræ. Si autem est cum materia,tūc est secundū vnum

B duorum modorum prædictorum:Et plurimum quidem est illud ex materia cholerica, effusa ad stomachum ex felle,ſm modum cuius præterita est rememoratio:Aut ex catarrho calido ex capi-

B G.1.loc.af.c.4.c te,& proprie cum homo nō est cholericus in complexione sua. Et [b] significatur etiam, ꝙ causa est caliditas materialis,aut pura ex isto modo,ꝙ cibus,qui sumptus fuit longinquus est à fumositate, sicut est panis hordei. Nam cum huiusmodi eructuat fumose,tunc causa est caliditas stomachi. Et similiter attende egestionem an est cholerica. Nam si est cholerica significat, ꝙ causa est caliditatis stomachi. Et si egestio non est cholerica,non est necessarium vt causa non sit caliditas stomachi. Qn̄q;.n.est malitia complexionis singularis:Et [a] vomitus etiam est significatio magis significans per illud,quod egreditur in ipso. Et qn̄q; significat eructuatio fumosa vigilias cum quibus nō inuenit stomachus quietem sufficientem digestioni,& inflammatur,& calefit.[a] Quod si est eructuatio acetosa,non à cibo acetoso,neq; à cibo,qui cum superflue sumitur,mutat ad acetositatem:tunc illud est propter frigus stomachi:& proprie cum accidit à cibis elongatis ab hoc,vt acetosi fiant,sicut est [b] mel. Nam si inuenis eos acetosos fieri,tunc iudica,ꝙ causa in hoc est frigus stomachi sine materia,aut cum materia:Et associatur ei,quod est cum materia grauitas in ore stomachi semper. Et plurimum accidit illud habentibus choleram nigrā,& habentibus splenem:& illi ad cuius sto-

Supra B machum descendit catarrhus frigidus. Qn̄q; autem [b] acescit eructuatio à caliditate,cū inuenit ma-

C teriam dulcem,& facit eam ebullire,& facit ipsam acetosam,et significat illud,vt sit eructuatio acetosa cum signis caliditatis,& inflammationis,& amaritudine oris,& siti,& iuuamento cū eis, quæ infrigidant. Et ex eis quidem quibus significatur, ꝙ caliditas plurima superflua qn̄q; acescere fa-

C Li.4.Fen.1.t.2. c.41. cit cibum,& eructuationē,est ꝙ [c] caliditas qn̄q; facit acescere lac velocius, q̄ ipsum faciat acescere frigiditas. Et qn̄q; significatur per vomitum etiā materia. Et qn̄q; eructuatio est fœtida: tunc qn̄q; significat putrefactionem in stomacho,significatione fœtoris oris: & qn̄q; significat vlcera stomachi. Et lutosa,& cœnosa & similis odori piscis significant humiditatem putrefactam: Et illa,quæ est vt ærugo æris significat acuitatem,& caliditatem cum putrefactione,et est vehementior significatio caliditatis,q̄ fumosa. Si autem eructuatio non est fumosa,neq; acetosa,sed est afferens saporem cibi post spatium eueniens ſm acceptionem cibi,tunc significat debilitatem stomachi in conuertendo cibum. Verum significationes ex eis,quæ sunt conuenientia,aut contraria,aut nociua

D Fē.11.t.1.c.6.& 1.1.F.4.c.2.& li.1. t.1.c.2.& Ga.3.tpa. c.5.h,& 1.simplic. c.2.e,& 1.loc.affe. c.4.l.g sunt:vt [d] consideretur an res infrigidantes sunt conuenientes ei,aut res calefacientes,aut exiccantes conueniant,aut humectantes,postq̄ consideratur res vna. sæpe.n.accidit error causa dimissionis eius,cum non attenditur:& est,ꝙ res infrigidantes multoties frangunt ebullitionem humoris subtilis,aquosi humidi:aut salsedinem humoris phlegmatici,& existimatur,ꝙ cum eis iam prouenit iuuamentum,& ꝙ illic sit caliditas:Et res calefacientes multoties expellunt humorem calidū,

D & resoluūt eū,& existimatur,ꝙ cum eis iam accidit iuuamentum,& ꝙ illic sit frigiditas, imo oportet vt considerent̄ cum his duabus reliquæ significationes. Significationes aūt eorum in quibus inuenitur sensus stomachi sunt,qm̄ si non sentit mordicationem, imo grauitatē, tunc materia est phlegmatica vitrea. Et si sentit mordicationem cnm inflāmatione,tūc materia est amara, vel salsa: Aut mordicationē sine inflāmatione,tunc materia est acetosa:& si est illic mordicatio cū leuitate, tunc materia est subtilis,aut pauca:et si est cum grauitate,tunc materia est grossa,aut multa. Significationes autem cum dispositionibus cōicantibus sunt,qm̄ considerat̄ verbi gratia, an cerebrum patiatur à causis catarrhi,& mittat ad stomachū catarrhos:aut hepar an sit generationū cholerę,& mittat ipsam:aut an splen deficiat in expellendo melancholiā,& sit apostemosus plurimę melancholiæ:& hæc est cognitio causæ. Et considerat̄ an imaginent̄ corā oculis res non cōsuetæ, & non

F Fē.11.t.1.c.1. fixæ:Et an accidāt soda,aut imaginatio mala melācholica cum repletione:et minorent̄ cū euacuatione:& silr̄ vertigo proprie:& an inueniat̄ [c] tremor cordis post repletionē,an ſm vacuitatem, aut accidat syncopis,aut spasmus:& hæc est cognitio accidentis. Nā si repletio fecerit accidere imaginatiōes,& soda,aut imaginationē malā melācholicā,& somnia diuersa,aut tremorē cordis ēt, aut subet maximā,tūc stomachus erit plenus,aut debilis,aut in ipso est malitia cōplōnis. Quod si tre-

mor cordis,& soda,& syncopis,& imaginatio mala melancholica accidant in dispositione vacui- E
tatis,tunc ipse est habens receptionem cholerae,aut humoris mordicatiui venietis ad os eius, cum
est vacuitas,aut humoris melancholici:& cognoscitur distinctio in hoc cum reliquis signis,quę ti-
bi dedimus:aut humoris frigidi,aut eius,qui est ex istis causis existentibus in inferiori parte stoma
chi.Nã non magnificat̃ illic,quod ex eo gñatur ex soda,& epilepsia,& syncopi.Et spasmo:& acci
dentia significãtia dispositiones eius cum cõitate alia sunt cerebralia,sicut permistio sensus,& su-
bet,& congelatio & imaginatio mala melancholica:& alia sunt cordialia sicut syncopis,& tremor
cordis,& malitia pulsus:& alia sunt cõia sicut destructio anhelitus,& difficultas eius,& malitia.

De signis malae complexionis calidae stomachi. *Cap.* 18.

SIgnificant ipsam sitis:nisi superfluat,& deijciat virtutem.Et [a] eructuatio fumosa,& lutositas
saliuae,& iuuari ab eis,quae infrigidant,fm conditiones p̃missas in [b] significationibus:& [c] adu-
stio ciborum subtilium,quorum similes non aduruntur in dispositione naturali:& [c] ꝙ grossi dige
runtur plusquam digerantur in illa,nisi superfluat,& deijciat virtutem:& [c] multitudo sitis:& [c] parui-
tas appetitus cibi fm plurimum,& proprie qñ malitia complexionis est cum materia calida chole
rica:qm̃ ipsa facit cadere virtutẽ appetitiuam.verum digestio est fortis,nisi superfluat malitia com
plexionis vsque ad hoc,vt debilitet virtutes.Et qñque associatur huic complexioni febris hectica.Et
[d] qñque haec complexio propter suam superfluitatem,anteq̃ deijciat virtutem,cõmouet famem ve- F
hementem per id quod resoluit,& quod attrahit sua mordicatione,& quia mouet materias ad re-
solutionem,sicut fit suctione:& haec quidem fames qñque est syncopalis,qñ tardatur cum ea cibus,
& facit cadere in syncopim:& cum prolongatur spatium eius parũper,destruitur appetitus oĩno.
Et qñque multiplicatur cursus sputi super famem & quiescit supra saturitatem propter caliditatem
resoluentem eleuantem.Quod si inuenerit humiditatem erit,illud plus,& hoc quidem sedant ci-
bi grossi.Et scias,ꝙ illius cuius stomachus est igneus,sanguis est malus,paucus,acutus,foetidus,
quem abhorrent membra diuersa ei in complexione radicali:quare nõ nutriuntur eo.fit ergo ille
paucae carnis,& sunt venae eius exuberantes,quoniam sanguis eius inclusus est in eis,quo non
vtitur natura:Et phlebotomia extrahit ex ipso sanguinem malum.

A Ras.11.con.t.1.c.1.109.1.& Gal.de mé.4.in.6.de mor.vulg.25.d
B Cap.17.
C Ras.11.cõt.t.1.c.1.109.1.
D T.2.c.12.

De signis malitiae complexionis frigidae stomachi. *Cap.* 19.

SIgnificat [e] frigiditatem stomachi,tarditas mutationis cibi,ita vt non descendat sed expellatur
vomitu post spatium quoddã:& non mutetur mutatione,quae valeat:quod si superfluat non
alteratur propter ipsam cibus oĩno,& non digeritur.Et qñque significant ipsam [e] multitudo appe-
titus:& [e] paucitas sitis:& [e] eructuatio acetosa,absque causa in cibo,fm ꝙ diximus:& haec significat
malitiam complexionis eius frigidae.Et [e] ex significationibus significantibus illud est,vt non sit
alistimbre nisi eius,quod est leue ex cibis & non est alistimbre eius,quod est grossum ex cibis,qui G
iam ante digerebantur.Et qñque peruenit malitia complexionis frigidae in stomacho ad hoc,vt ac-
cidant ex cibo comesto post horas plurimas,extensio,& dolor magnus:qui non sedatur nisi cum
expulsione humiditatis acetosę omni die.& qñque perducit ad hydropisim,& fluxum diarrhoeum.
Et [f] super colorem habentis stomachum frigidum apparent citrinitas,& albedo:& non occultant̃
experto.Et est ille cui [g] ameos est ex melioribus curis eius.Et qñque cõicat cerebrum in [h] nocumen
tis istius complexionis,quare fiunt soda ventosa,& tinnitus,& similia.Et qñ conuenit malitia cõ-
plexionis frigidae cũ complexione radicali calida,multiplicant̃ rugitus,& inflatio,& exiccatio,&
sitis,& augmentat̃ corruptio,quoties indiget phlebotomia à qua nõ est excusatio,& perducit̃ ad
hecticã.Et eius quidem medicina est vt sumat parũ vini fm quantitatẽ qua infundat̃ vel madefiat
vuula ante cibum:aut sint cibi eius exiccantia,& caro rubea sine pane infuso in iure pingui.

E Ras.11.cont.t.1.c.1.109.1.
F Cap.17.
G Idẽ.c.27.
H Oppositũ vide lib.2.c.61.

De signis malae complexionis siccae stomachi. *Cap.* 20.

SIgnificant ipsam sitis [i] vehemens,exiccatio linguae superflua,secundũ conditiones praedictas
in [k] capitulo significationum:& attenuatio corporis:& arefactio ipsius supra factam in natu-
ra & iuuamentum cum cibis humidis.

I Ras.11.cont.t.1.c.1.109.1.
K 17.

De signis malitiae complexionis humidae. *Cap.* 21.

SIgnificant ipsam [l] paruitas sitis,& [l] terreri à cibis humidis,& [l] impediri ab eis,& [l] iuuamẽtum H
cum minoratione cibi,& [l] cum eis,qui sicci sunt.Et significant ipsam multitudo sputi & sali-
uae:& si sunt super famem significant caliditatem cum humiditate.Et quandoque sunt ex calidita-
te sola.Et [m] multoties quidem est super os stomachi hominis humiditas madefactiua:& quoties
habens eam comedit aliquid,meditatur ꝙ si moueretur,vomeret.Et quandoque fit illud etiam ex
debilitate stomachi:sed associantur ei significationes debilitatis praedictae,& fit hoc secundum va-
cuitatem etiam,quãuis non comedat:sed illud est apud comestionem tantum.

L Ras.11.cont.t.1.c.1.109.1.
M Cap.17.& t.5.c.8 & G.8.de cõpo.phar.s3 lo.c.3.c

De signis complexionum stomachi,quae sunt cum materia. *Cap.* 22.

COmplexionem [n] quae est cum materia significant vomitus & eructuatio,& egestio proprie
cum colore suo & cum eo quod ipsi admiscetur,& commiscetur vrinae,nisi sit propter cali-
ditatem transeuntem terminum.Et subtilem quidem calidam virulentam significant cum leuita-
te stomachi nausea,& mordicatio,& sitis,& inflammatio:& qñ recipit cibum grossum,patit̃ cum
eo nauseam.Et ad summũ si est plurima,cum ea est semper nausea;& si est pauca est nausea apud
cibũ:Et similiter si est non imbibita,sed est cõprehensa in fundo stomachi,quare non facit nauseã:
Cumque miscet̃ cum cibo,extendit̃ in stomacho,& spargit̃,& p̃uenit vsque ad os eius,& facit nauseã.

N Ras.11.con.t.1.c.1.110.4.

Et

A Et quandoq; significat illa quæ effusa est in spatio stomachi, quę non imbibitur, q; quando recipit, habens eam, aliquid absterfiuũ, sicut aquam mellis & zuccari, ducit ipsum ad sensationem. Et imbibita non cognoscitur ex parte eius quod exit cum vomitu, & egestione, immo ex reliquis significationibus prædictis: & eius radix est nausea, qm̃ significat materiam imbibitam proculdubio. Nam si est subuersio tantũ, tunc sunt illic adherentia, & imbibitio materiei significat genus materiei sitis: & sitis significat aut caliditatem eius, aut salsedinem eius, aut nitrositatem eius. Nam si sedatur cum calida, tunc est phlegma salsum: & si nõ sedatur ea, tunc est materia cholerica. Et cognoscitur etiam sapore oris, aut cum eo quod expellitur vomitu. q; si aggregentur nausea, & sitis, significant illud. Et si nõ est sitis, significat q; materia est frigida. Et ex significationibus aggregationis materiæ phlegmaticæ plurimæ viscosæ, est vt cadat appetitus, & non dilatetur pectus propter cibum plurimi nutrimenti: immo declinet ad illud, in quo sunt acuitas & mordicatio. Cum ergo accipit illum, apparet inflatio, & extensio, & nausea, & non quiescit nisi cum eructuatione. Et ex significationibus aggregationis materiæ malæ in stomacho, & quę sequuntur ipsum, est iectigatio mirac: & quandoq; perducit ad epilepsiam, & melancholiam. Et ex significationibus q; materia effusa sit melancholica, est appetitus plurimus cum debilitate digestionis, & cum multitudine inflationis, & cum guesguesce & solitudine seu syluestritate.[a] Et ex significationibus q; materia est

A Fé.16.t.1.c.3.

B catarrhalis est solutio vetris cum periodicatione cum multitudine catarrhi ex capite ad stomachũ, & ad alia præter stomachum etiam, & etiã illud quod egreditur vomitu, & egestione ex humore mucoso. Et ex significationibus q; materia est humida nocens sua ebullitione, est sitis vehemens, cum defectu amaritudinis, aut salsedinis in ore: & sensibilitas rei quasi ascendentis, & descendentis cum humiditate superflua in ore, & capite stomachi, & inflammatio.

De significationibus nocumentorum stomachi non complexionalium. *Cap. 23.*

B Ras.11. cõti.t.1. c.1.111.1.

SIgnificationes quidem magnitudinis stomachi sunt, vt sit [b] stomachus tolerans cibum plurimum, & cum repletur sentit tunc adhærere viscera, & comprimi adinuicem, & cum euacuatur minuitur, & dimittit viscera quasi suspensa, commota.[b] Paruitatis vero significationes sunt vt non toleret cibum plurimum, & repleatur ante saturitatem. Et significationes quidem oppilationum cadẽtium inter hepar, & stomachum, sunt humiditas egestionis, & multitudo ipsius, & sitis, & paruitas sanguinis, & alteratio coloris ad hydropicalem, et inceptio malitiæ: dispositionis cuius fortasse [c] notius nomen est malitia complexionis, aut cachexia. Et significationes oppilationum cadẽtium inter stomachum & splenem, sunt paucitas appetitus cum magnitudine splenis. Verũ significationes oppilationum cadentium inter stomachum & intestina, sunt accidentia ileos & colicæ: Et significationes oppilationum cadentium inter stomachum, & cerebrum, sunt paucitas ap-

C F.14.t.4.c.3.

C petitus cum rectificatione cõplexionis, & remanentia digestionis cum dispositione sua, si non fuerit aliud quod prohibeat: & paruitas sentiendi deglutita mordicatiua acuta valde: & vt non accidat singultus post potum diapepereon, & potum vini in ieiunio. Vẽtositatis vero significationes sunt extensio in stomacho, & lateribus, & sub hypochondrijs: & natatio cibi, & multitudo ventositatis descendentis, & eructuabilis. Et scias q; quando inuenit sentiens inter stomachum et hepar duritiem cum extenuatione, tunc illud est significatio indicans resolutionem naturæ.

De modis vniuersalibus curationum. *Cap. 24.*

CVratur stomachus cum eis quæ bibuntur, & cum emplastris, & embrocis cum aquis, in quibus decoquuntur medicinæ: & linimentis: & vnctionibus ex oleis: & vnguentis factis cum ceris decoctis in aquis, in quibus decoquuntur medicinæ. Sed linimẽta, et emplastra sunt meliora embrocis: embrocæ enim sunt debilis impressionis.[d] Et scias q; cura malitię cõplexionis quę accidit stomacho in vtrisq; qualitatibus actiuis, facillima est: propterea quia facile inuenimus medicinas contrarias eis vehementis virtutis. Verum cura quę accidit ex malitia complexionis in vtrisq; qualitatibus passiuis, est difficillima: & proprie complexionis siccę: Nam oppositio cuiusq; earum est cum virtute debilis impressionis.[e] Et scias q; spatium quidem calefaciendi frigidũ, est sicut spatium infrigidandi calidum: sed timor in infrigidando maior est, præcipue cum quædam membra

D G.7.meth.c.5.e

E Lib.1. Fé.4.c.2. & G.7.meth.c.5.d

D vicinantia stomacho hæbeant malitiam complexionis frigidæ, aut debilitatem.[f] Verum timor in humectando, & exiccando est similis, quãuis spatium humectãdi sit longius.[g] Et scias q; cũ ægritudines stomachi sunt ex materia, deinde[h] ambigua fit materia, tunc non est quod magis conferat ei q̃ hiera: qm̃ ipsa est magis adiuuans virtutes medicinarum ad rectificandum stomachum, & cõplendas operationes eius ipsi proprias.[i] Sed oportet vt non cures de ea, quando est malitia complexionis sine materia:[k] qm̃ ipsa nocet in calido, & sicco. Et inuenitur in frigidis quod est fortius ea. Cumq; euacuaueris stomachum ex humore effuso ad ipsum ab alio, conforta ipsum post illud, vt non recipiat illum humorem:[l] Et constrictio extremitatum, & calefactio ipsurum, adiuuat in retinendo illud quod effunditur ad ipsum ab eis. Et syrupus de papauere est vehemẽter prohibẽs effusionem materierum calidarum. Quod si humor est frigidus, tunc confortantia quæ necessaria sunt post ipsam, sunt sicut mastix & troc. de rosf. minores, & mẽta sicca, & xyloaloe, & gariophylli: & quæ sunt illis similia. Et si humor est calidus, tunc alrobub & troc. frigidis facti ex rosis, & spodio, & quæ sunt similia illis. Et ille qui inuenit duritiem & extenuationẽ quæ est inter stomachũ, & hepar, ſm q; diximus, ponat cibos suos, & medicinas suas aquam hordei, & gradiatur in bibẽdo ipsam qua die à.x. vsq; ad.xx. & vsq; ad centum ſm longitudinem diei sui, vsquequo sit potens in

F Lib.1.F.4.c.2.
G Gal.7.meth.c.11.c.d
H Ras.11. cõti. t.1. c.2.116.3. opp.c.33.
I Ras.ibi.
K C.33. Gal.8.de phar. cõpo.ſm loc. c.2.d
L T.5.c.12. & Fẽ. 16.t.2.c.13. & G.1. de art.cur.ad glau. c.14.g.h

bibendo ipsam vice vna, aut duabus: Et non approximetur medicina euacuatiua, neq; phlebotomia. Troc. dictus ad illud Recip. masticis, & troc. dia rhodon amborũ añ. drach. iij. karabe, & mentæ siccæ, & marmacori, & xyloalos crudi omnium ana drach. ij. detur in potu cum vino antiquo aut miua. [a] Et oportet vt administrentur in mundificatione stomachi, & eius quod aggregatur in vacuitate eius aut adhæret aut imbibitur, medicinæ non pertranseuntes stomachum & vias proximas stomacho absque venis longinquis ab eo. Si autem non valet vice vna, iteretur, illud est enim melius, ꝙ euacuatio, cum non sit necessaria euacuatio. Et oportet vt attendas esse egestionis, & vrinæ in ægritudinibus stomachi. Cumq; videris eas iam incipere rectificari, tunc iam incipit stomachus rectificari. Et oportet vt nõ afferas in curationibus stomachi, & etiam caliditatis eius, aliquid vehementis infrigidationis, sicut aquam vehementis frigoris: & proprie in eo qui non consuetus est ea: [b] Et non euacues medicinas resoluentes propter illud quod in ipso est ex superfluitatibus, à stypticis conseruantibus virtutem, propter illud quod scis. E

A Gal. 7. meth. c. 11. c

B Lib. 1. F. 4. c. 1. Ga. 11. meth. c. ij. & c. 16. d

De cura malitiæ complexionis frigidæ & humidæ in stomacho. *Cap. 25.*

ET cum illic est materia, tunc euacua fm ꝙ sciuisti in canone. Et si non est multitudo materiei, tunc experimẽtatores habent viam in eo notam. In curatione quidem, cum materia non est, tunc cibant illum cum eis in quibus [c] est stypticitas, & amaritudo, vt exiccent cum stypticitate sua, & calefaciant cum amaritudine sua. Et huius quidem generis est [c] vinum ponticum. Et ex medicinis quæ bibuntur medicinæ absinthiales: & syrupus absinthij ipsius, [c] & absinthium ipsum, [c] & medicinæ factæ cum cydonijs. Sed ex emplastris, & epithematibus, & vnctionibus, emplastra in quibus ponuntur medicinæ stypticę, & aromaticæ sicut medicinæ in quibus cadunt amomum, & calamus aromaticus, & spica, & folium, & laudanũ, & bdellium, & radix lilij, & balsamũ, & oleum eius, & grana ipsius, & storax. [c] Vnguenta autem sunt cerata facta ex oleo masticino. Et oleo nardino, & oleo de cydonijs. [d] Si autem non confert hæc summa, administra emplastra rubificãtia, & medicamen de gũmi rutæ syluestris. Et ex emplastris fortibus est vt sumantur croci, & spicæ syræ, & masticis & olei balsami omnium ana pars. i. & mellis partes tres, & myrrhæ asportatæ à ciuitate atrusulon partes tres, gũmi albotin pars. i. & . 5. euphorbij pars. i. fiat ex eis emplastrum: Et si bibatur ex eis parũ pertransit. Et iterum aliud. Recip. storacis partes quatuor, ceræ partis tertiam, medullæ ceruinę partes. ij. gummi albotim partem. i. olei balsami partem. i. & . 5. olei nardini partes. ij. Et iterum storacis tertiam, medullę ceruinę tres, aloes rubei. iij. masticis partes. ij. olei nardini. viij. olei balsami. iij. ceræ. v. fiat ex eis ceratum. Illi vero qui ratiocinatione vtuntur, incipiunt in primis cum exercitio temperato: & administrant cibum boni chymi, facilis digestionis, æqualis quantitatis, ad paruitatem aliquam declinantem, fm mensuram qua digeratur: deinde fiat gradatio in hoc & in administratione medicinarum prædictarũ, & quæ cursu earum procedunt, ex electuarijs aromaticis calidis, cum æqualitate quidem, aut supra æqualitatem fm ꝙ exigit oppositio ægritudinis, ita vt æquetur complexio. Et ex istis electuarijs sunt diapepereon, & diacyminum. Medicamen bonum. Recip. granorum iuniperi, & gũmi albotim, & piperis omnium ana partem. i. & myrrhæ asportate à ciuitate atrusulon. & existimo ꝙ oportet vt sint cum ea storax & spica celtica omnium ana partes. ij. fatrasilium, id est apij montani, & keisin amborum ana medietatem partis, conficiantur cum quantitate sufficiente mellis. Et quãdo frigus est vehemẽtius illo, tunc oportet vt in potu tribuãtur [e] omorusia, & [e] sagzenea: & est ex medicinis bonis ad oẽs ægritudines materiales humidas, & grossas humidas, & syrupus squilliticus, & eius cõfectio Recip. squillæ mũdatæ incisæ. tres heminas: proijciantur in vase de vitro, & orificium cooperiatur vasis, & dimittatur sex mensibus. F G

C G. 7. meth. c. 4. b

D Gal. a

E Ser. t. 3. c. 3.

De cura malitiæ complexionis calidæ. *Cap. 26.*

INflammationi stomachi confert in potu sumere [f] lac acetosum, & acetum proprie cum coriandro, & lac coagulatũ acetosum vaccinũ, & medullã cucumeris, et pisces recentes proprie sedant inflãmationẽ in stomacho, & aqua frigida, & fructus frigidi, & endiuia, & cucumeres lõgi arcuati: & persica quę non sunt vehementis aquositatis, quare conuertantur ad cholerã, et lactucæ, & lentes, & coriãdrum humidum cum aceto, & cucurbita, & quę sunt similia illis mista cum camphora, & sandalis, & rosis si illa necessaria sunt. Et dantur eis in potu etiam [f] troc. de spodio, & proprie cũ est illic solutio ventris cholerica: & oua cocta in aceto, & lentes cum condimento granatorum, & cum sumachia, & condimento de acresta: & carnes quę eis conceduntur sunt caro [g] †{theyuz,} & duragi, & pullorum: Quod si eorum caliditas non cõsequitur mortificationem virtutis, tunc ciba eos frigidis grossis, sicut [h] †{caris alsemech thari,} †{& [h] caris albatun,} & oĩbus in quibus est stypticitas etiam, & rob de papauere, & syrupus eius conferunt ad hoc valde. Et ex eis quæ cõferunt eis, est vaporatio cum infrigidatiuis. Et quandoq; emplastrãtur eorum stomachi cum vesica inflata iam impleta ex aqua frigida. [i] Cumq; emplastras stomachum ex emplastris infrigidatiuis, caue tunc ne velamen ex eis infrigidetur, aut hepar tali infrigidatione, qua eorum operationes naturales lædantur. Multoties enim accidit inde nocumentum in anhelitu, & frigus in hepate. ꝙ si perceperis aliquid horum, tunc succurre ei cum oleo calefacto effuso super locũ, & emplastra ipsum cum eo, & pone loco emplastrorum, ea quæ bibuntur. H

F Ser. t. 3. c. 1.

G † perdicis

H † cibarium ex carne piscium

H † cibarium ex vẽtribus animaliũ in aqua & aceto

I G. 7. meth. c. 8. e

De cura malitiæ complexionis frigidæ. *Cap. 27.*

SI fuerit hæc malitia cõplexionis leuis, sis cõtentus in curatione eius [k] trochiscis rosatis, in quibus sunt absinthium, & cinnamomum cum decoctione [l] cymini, [l] & ameos, decoctorum in vase

K Halya. 7. pract. c. 2.

L Ras. lib. diuis. c. 59.

A Idem c.19. B Rafi.lib.diuif c.59. C Ser.t.3.c.3. D † vinum decoctum cum aromatibus & zuccaro.

A vase vitri mundo.[a] Et ameos quidem est vehementis iuuamẽti in hoc: Et cum est fortior illa, tunc necessariũ est vti cõfectionibus calidis, fortibus, & seminibus calidis, [b] diapepereon, [c] & theriaca magna, [c] & mithridato cũ vino, [c] & sagzenea, & diacymino, [c] & omorusia, [d] †{& alchãdadichun} [b] & diamuscho amaro, & cõfectionibus diastomachicon. Et diaolibanũ iuuatiuum est ad hoc vbi natura est lenis. Et oportet vt ad bibendum dentur huiusmodi in decoctione [c] spicę, & masticis, & [c] squinanthi, & eorum, quæ sunt similia illis: [b] Et zinziber cõditum est iuuatiuũ eis. Et etiam troc. rosacei cum æquali mensura xyloaloes. Et iterum diapepereon cum vino: nam ipsum vehementer calefacit stomachũ: & significatur vltimitas suæ impressionis per singultũ. Et oportet vt vtantur assa, & pipere in cibis suis. Ipsa enim sunt plurimi iuuamẽti in hoc. Et allia etiam sunt ex rebus, quæ magis conferunt eis. Et ex oleis iuuatiuis inungendo stomachum, sunt oleum chamæmillinum, & oleum de alcãna, & oleum de lilio, & oleum masticinum, posito in ipsis adipe gallinæ: & si indiget superfluitate virtutis, ponantur in ipsis ammoniacũ, & bdellium. Et si sunt necessaria fortiora istis: tunc administrentur oleum costinum, & oleum de ben, & oleum sambacinum. Et ex eis quæ inunguntur sunt sicut syrupus de lilio dictus misusen cum xyloaloe, & muscho, & ambra. Et

E Gal.11. meth.c. 8.h F Rasi.11.cõti.t.1. c.2.115.3.

ex seminibus sunt fœnugræcum, & semen apij, & altheæ.[e] Et quandoque positio ventosarum super stomachum in doloribus frigidis maximum affert iuuamentum. [f] Et scias quòd calefactio extremitatum perducit ad calefactionem stomachi ex proximo.
B

De cura malæ complexionis humidæ. *Cap. 28.*

G Rasi.11.cõti.t.1. c.2.114.2.

CVratur cum exiccatiuis, & incisiuis, & eis in quibus sunt acuitas, & amaritudo, postq̃ eis admiscentur res ponticæ: & oportet vt vtantur vino forti parũper: [g] & sint cibi exiccatiui, sicut illi qui sunt in patella, & assati: & minoret̃ potus aquę, et trochisci rosacei cũ rosis recẽtibus cõferũt cõplexioni humidæ in stomacho. Et ex eis quidẽ q̃ remouent humiditatẽ stomachi est, vt bulliant̃ drach.i. anisi, & drach.i. seminis fœniculi in aqua, & colent̃ sup. v. drach. gelegibin dissoluti digitis.

De cura malæ complexionis siccæ, & de hectica stomachi. *Cap. 29.*

H Gal. 7. meth.c. 6.c I † linteis

HOrum curatio curationi hecticæ proxima existit. Hæc enim ægritudo est quædã hectica stomachi. Cum ergo confirmatur, curationem omnino non suscipit, & neq; est possibile vt occupatio sit ad humectandum ipsum solũmodo, immo humectatio eius non fit nisi cum cõmunitate corporis. Et ex humectatione igitur istorum, est eorum balneatio, & sessio ipsorum in tina, & eorum iteratio ad balneum ſm summam siccitatis. Et quandoq; necessarium facit superfluitas siccitatis, quæ est in eis, vt non concedatur eis [h] ambulatio ad balneum, & recessus ab eo, immo deferantur ad ipsum, & ab eo, super [i] †{mahafa,} ne resoluat eos motus, & ne resudet illud quod sumpserunt ex tina. Et qm̃ balneum est mollificatiuum virtutis, tunc oportet ne approximet ei, quod
C resoluat, & duplicetur illud. Et oportet vt sit balneatio eorum, submersio ipsorũ in tina, & non est

K Gal.f L Gal.c.6.45.b.c M Gal.c.6.f M Gal.ibi.g N Gal.fol.45.a

ei [k] necessarius aer balnei. [k] Et oportet vt sit aqua tinæ temperata. s. inter illam ex qua fit horripilatio, & inter mordicantem. Et ad vltimum oportet vt non patiatur ab ea, immo delectet, & humectet ipsum, & amplificet poros. [l] Et oportet vt sit spatium balneationis eius vsq; dum tumescat & inflatur, & augmẽtatur corpus eius, antequã incipiat detumescere. [m] Et oportet vt cum de balneo egreditur, quiescat paululũ, deinde in potu sumat ex lactibus subtilibus, aut [m] lac muliebre, aut lac [m] asininum, aut lac caprinum. [m] Et melius ex eo est, vt sit suctũ ex mamilla, aut afferatur lac hora, qua mulgetur, & bibat ipsum anteq̃ patiatur ab aere omnino. Et vt sit illud, cuius lac bibitur, iam cibatum tanta quantitate, quantum digerat, & sit vsum exercitio ante ipsum æquali, & vt non fugat aliud, [n] & si est animal præter hominẽ cognoscitur bonitas digestionis eius, aut malitia ipsius per fœtorem stercoris eius, aut priuationem ipsius à fœtore: & ęqualitatem eius aut humiditatem ipsius aut ipsius exiccationem, aut eius superfluitatem in vna earũ: Aut per eius æqualitatem, aut eius inflationem propter ventositatem in ipso. Et vt fricetur cum instrumento, & commoueatur excitando ipsum. Deinde expectetur in infirmo digestio eius, quod bibitur de lacte: aut aqua hor-

O Gal.45.b

dei.[o] & scitur illud ex eructuatione eius, & leuitate viscerum. Deinde redeatur post. iiij. aut. v. horas, & balneetur. postea inungantur membra eius cum oleo vt constipetur vel retineatur aquositas imbibita in eis. Si autem fuerit consuetus balneo, balneetur vice tertia: Et si fuerit rectius, vt sit
D

P Gal.ibi.c Q Gal.45.e R Lib. 4. F.1.t.2. c.9.

cõtentus duabus vicibus, addatur in horis interpositis inter duas balneationes eius, ſm q̃ dictum est, & fac ipsum quiescere quiete integra. [p] Quod si declinat ad lac, detur ei in potu secundo: & si non, detur ei in potu [q] aqua hordei: cuius artificium est [r] bonũ, & sapiens: & est illa, cuius aqua multiplicatur, deinde decoquitur tandiu, donec minoretur aqua eius. Et cibetur pane furni [q] facto ex fermento, & sale, bene cocto [q] & piscibus alradrada, & alis volucrum leuium carnium, mollium, &

S Gal.ibi.d T Gal.45.g V Gal.c.f X Fe.16.t.1.c.4.& t.2.c.10.& F.2.c.4. & Gal.7.meth.c.6. 45.e.f, &.5.aphor. 18 Y G.7.meth. c.6. 45.g

testiculis gallorum leuium carnium, impinguatorum cum lacte: & prohibe ei viscosa, & dura, & grossa. [s] Et si fuerint multi nutrimenti, elige ex eis quæ cum multitudine sui nutrimenti sunt velocis digestionis subtilis chymi, & humidi. [t] Et summa sit tantę quantitatis, quę non grauet, neq; extensionem faciat plurimam. Verum minoratio necessaria est in huiusmodi. [v] Et necessarium est in potu tribuere ei vinũ subtile, decliue ad stypticitatẽ, parum tolerans cõmistionem propter aquositatem suam.[x] Ipsum enim facit penetrare cibum, & viuificat virtutem, & excusat à potu aquæ frigidæ nocẽtis suo frigore: [y] Et sit eius summa tanta, ne natet super stomachum, & ne faciat rugitũ. Et sit eius cibatio secunda, cum iam primus integre digestus est, & separetur eius cibus, quantum possibile est, & sit cibus leuis, vt non consequatur cibus eius cibum præcedentem indigestum.

Sitq́ꝫ hoc regimen eius aliquibus diebus. Cumq́ꝫ melioratur parumper, addatur in exercitio, & fri E
catione & cibo. [a] Cum autem sanitati approximat, abscindatur kist hordei: & ponantur loco hordei vno die, aut duobus, sorbitiones factę ex candarusio: & addatur ei cibus ex eis, quibus vti consueuit, & incipiatur [a] à pedibus, & extremitatibus, & carnibus auium mollibus. A Gal. fol. 45.b

De cura frigidæ & siccæ complexionis. *Cap.* 30.

QVod si complexio est frigida & sicca, tunc rege frigidam sicut regis siccam. Et q̃m eius regimen non est ei nisi cum calefacientibus, [b] tunc aliena in ea, quæ addunt in siccitate, propter resolutionem suam, aut propter stypticitatẽ fortem in ipsis. Et euaporationes quidem siccæ omnes nocent: & non conferunt ipsi: & oportet vt alienetur calefactio fortis, velox: q̃m illud exiccat, & addit in siccitate: immo oportet vt calefiat paulatim, & humectetur in eo quod est inter illud, & addat in substantia caloris innati non in igneitate. [c] Et ex eis quæ faciunt illud, est vinum paruæ cõmistionis, & lac: Et aqua hordei permista cum pauco [d] melle ablata spuma eius, vt multiplicetur ipsius nutrimẽtum, & minoretur eius superfluitas, est bona eis: Et inungatur stomachus ex oleis aromaticis, quæ humectant cum eo quod calefaciant, verbi gratia sicut oleum de [d] spica et spica celtica, & oleum de [d] mastice est bonum eis. Et [d] q̃nq; miscetur cum eo oleum de balsamo: & q̃nq; contentatur super oleo de balsamo, q̃m est iuuatiuum. [e] Et melius quidem est vt misceatur cum eis parum ceræ, vt sit mora eorum super stomachum. [f] Et ex eis quæ forte afferunt iuuamentum, est vt teratur mastix, & misceatur cum oleo neridem, & ponatur super stomachũ, & eligatur ex mastice illud, quod est pinguius: Quod si frigus vehementius fiat, non est excusatio quin liniatur stomachus cum eo quod est [g] sicut pix, faciendo, vt ipsa adhæreat omni ei die: & remoueatur antequã infrigidetur. & q̃nq; administratur illud in die bis: Ipsa enim attrahit ad stomachum sanguinem nutritiuum. Et oportet vt tu cognoscas formam administrationis picis ex eis, quæ dicta [h] sunt in capitulo picis. Et ex eis quæ maximum afferunt iuuamentum est [i] amplexari infantem carnosum, sanæ complexionis: q̃m ipse facit stomachum acquirere caliditatem innatam, digerentem cibum vehementer. Si autem non fuerit infans, tunc sit catulus canis pinguis: [k] aut cattus masculus pinguis: aut quod procedit via eorum. [l] Et oportet quidem vt nõ sudet infans amplexatus, & infrigidetur sudor. & possibile est [k] vt liniatur venter eius cum eis quæ prohibent sudorem. Et oportet, vt ne eis superflue detur aqua frigida, quoniam ipsa est res magis nociua eis.

B G. 7. meth. c.
C Gal. ibi. g
D Gal. ibi. a
E Lib. 1. Fé. 4. c. & Gal. b
F
F Gal. ibi. b
G Fé. 20. t. 1. c. & lib. 1. F. 2. d. & 1. c. 14. & Fé. 4. c. 4. & li. 4. Fé. 1. c. 4. & lib. 546. & li. 1. Fé. c. 11. & G. ibi. a
H Lib. 4. F. 7. t. c. 4.
I C. 33. & t. c. & G. 7. meth. c.
K R. af. 11. c. c. 114. 1
L Gal. b

De cura complexionis siccæ cum caliditate. *Cap.* 31.

CVra huius est, vt aggregetur inter duo regimenta, quæ diximus. Quod si caliditas fuerit parua, sufficit vt adhibeatur regimen habentium siccitatem, [m] & ponatur vinum eorum recentis tẽporis. [n] Et oportet vt ipsum in potu sumant infrigidatũ in ęstate, tepidũ in hyeme: & similiter sint reliqui cibi eorũ. Et sit inũctio stomachorũ eorũ ex oleo de cydonijs: & [m] ex oleo omphacino. G
Et [o] q̃nq; sanantur integre ex potu plurimæ aquæ frigidę, & proprie q̃n non est siccitas superflua.

M Gal. 7. meth. c. 8. c
N Gal. ibi. & Ras. 11. c.
O G. 7. meth. c. 8. d

De cura complexionis calidæ & humidæ. *Cap.* 32.

COnferunt ei frigida exiccantia, & aggrega inter duo regimina malitiæ complexionis calidę, & humidæ. Et conferunt ei troc. rof. facti cum rosis recentibus. Et quando illic est solutio ventris, administra ceratum factum cum oleo de cydonijs.

De cura malitiæ complexionis stomachi cum materia & cura oppilationis & raritatis stomachi. *Cap.* 33.

OPortet vt cognoscas dispositionem materiei in stomacho, an sit [p] imbibita vel exuccata sicut exuccat spongia aquã. Aut sit imbibita, submersa, sicut imbibitur pannus tinctura imbibita submersa in ipso. Aut adhærens, Aut effusa in concauitate, quæ nominatur apud quosdam natãs, & vt cognoscas eius initium, & locum generationis eius, & partem effusionis ipsius. Quod si fuerit eius generatio, in ipso, intentio in curando, est intentio eius. & rectifica in ipso causam generantem ipsam, & [q] si fuerit veniens ad ipsum ex mẽbro alio, sicut cerebro aut felle, aut hepate, aut splene, euacua illud quod peruenit, & rectifica membrum mandans materiam ad ipsum, & conforta stomachum, vt non recipiat illud, quod effunditur ad ipsum. Et [r] quandoq; est effusio eius in hora famis, apud motum virtutis attractiuæ stomachi, & quietem expulsiuæ, [s] quare recipit ex materijs illud, quod non recipit in hora alia, & isti sunt illi qui non tolerant famem. Et quãdoq; superuenit H
ei syncopis, cum ipsa adest, quare oportet vt præueniatur effusioni materierum cum comestione cibi: & sint cibi confortantes stomachum. Et quandoq; contingit ꝙ materia non effunditur, [t] nisi cum assunt passiones animales, sicut ira vehemens, aut tristitia, aut aliæ: & non sedatur mordicatio accidens eis, nisi cum vomitu. Et illi quidem quæ descendit à cerebro, conferunt piper al. contritũ cum aqua, & absinthium, & aloes debilis iuuamenti in ipsa est. Sed hiera fortis fit ad illud, propter illud quod est in ipsa de medicinis fortis resolutionis, & abstersionis. Et [u] iã pręterijt à nobis, quod ex compositione difficilis curæ, est vt sit stomachus calidus, & caput frigidum: facit enim necessarium illud, quod descendit ex capite vt administrentur ea quæ sunt sicut diapepereon, & diacyminum: & illa quidem nocent substãtiæ stomachi. Et eius cura, quæ ab hepate effunditur, indiget eis quæ leniunt naturam, & euacuant humorem subtilem cholericũ, [x] sicut aqua casei cum myrabolanis, & scammonea. Et quandoq; declinat ipsum ab ambobus simul phlebotomia, & illud quod confortat stomachum. Et oportet vt præmittas lenificantia in cibo, & facias sequi styptica s̃m ꝙ dicturi sumus in loco sibi proprio. Illa autem quæ effunditur à splene, curatur cum eis, quæ dicemus [y] in capitulo appetitus canini. Et tu quidem iam sciuisti, ꝙ quãdoq; effundũtur ad os stomachi humores

P Gal. 7. meth. c. 11. h
Q Gal. ibi. h
R G. 5. lo. af. c. 6. l. g
S G. 3. natur. c.
T Ga. 6. apho.
V C. 16. & G. 6. san. tu. c. 10. d
X Ser. t. 3. c.
Y 14. t. 2.

mores

A Gal.5.loc.aff.c.4.f.g
A mores acuti, mordicatiui,[a] & faciunt euenire syncopim, & spasmum. Et qñq; perducit eorum effusio ad destructionem pulsus. Et qñq; sunt melancholici, & est tibi necessarium, vt confortes os stomachi, ne recipiat materias peruenientes ad ipsum cum emplastris in quibus sunt stypticitas, & aromaticitas. Et frigida quidem in dispositione curationis caliditatis in febribus sunt.alcasb, & cydonia, & galia, & succus agrestę, & rami [b]†{alhauleich,}et olea sicut oleum ros. Calida vero ex eis sunt habentia dispositionem contrariam prædictis, [c] sicut myrrha, & crocus, & aloe, & mastix, & & absinthium, & olibanum, & zinziber, & spica: sed olea sunt sicut neridem, & oleum de mastice. [d] Et multoties quidem est causa aggregationis materiei in stomacho retentio euacuationum mūdificantium ipsum, non effusio ad ipsum. Et in huiusmodi quidem oportet, vt euacues illud, quod aggregatum est, & aperias partem cursus eius, & facias ipsum declinare à stomacho ad ipsam: Et neq; educatur ex stomacho humor, nisi ad partem declinationis ipsius in euacuatione. Si autem ambiguus fit,[e] educ natantem qui sequitur os cum vomitu, & illum qui est ei contrarius cum solutione. Quod si humor est imbibitus, intrans, & non est nisi subtilis in essentia sua, tunc melius quo curatur est aloe. [f] Et ablutum rectius est ad confortandum, & non ablutum ad purgandum. Nam cum abluitur debilitatur eius euacuatio, & mundificatio ipsius. Et hiera conuenientior est ambobus propter illud, quod in ipsa est de speciebus rectificantibus, & adiuuantibus, & prohibentibus

B † rubi
C C.6.
D G.7.meth.c.11.a.b
E Gal.b
F Gal.c
G Gal.d

B à nocentibus, & proprie pura non permista cum melle.[g] Cōmista enim cum melle, quāuis sit plurimæ solutionis ex modis diuersis, qm̄ est plurimum remanens in stomacho, tamen eius confortatio est minor: qm̄ mel frangit de fortitudine aliquid in confortando, & purgando, quę ambo simul perquiruntur.[h] Et oportet vt quādo bibitur, vt intentio sit post ipsam ambulare, parumper, & nō oportet vt alteret propter ipsam, regimen suum. Et qñq; remouetur ægritudo potione vna ex hiera. Et si fuerit illic casus appetitus, aut nausea, ponantur loco croci in hiera rosæ rubeæ.[i] Et quādo inuenitur caliditas inflāmata, non administretur hiera, qm̄ ipsa quandoq; addit in malitia complexionis, & proprie quando existimatur q[k] sit illic materia, & non sit ibi materia. Et in summa hiera est [l] medicina magis conferens humoribus cholericis in stomacho, & proprie cum decoctione absinthij. Descriptio hierę ad hunc modum leuis. Recip. floris squinanthi, & xylobalsami, & assari, & cinamomi omnium ana partem.i. & aloes partes.vi. & quando non quæritur in ipsa fortitudo euacuationis, immo mundificatio ęqualis ponatur pondus omnis medicinę pars.i.&.5.[m] Et ex pilulis expertis iuuātibus in hoc, est vt sumatur aloes drach.i. & myrobalanorū citrinorum, & rosarum medietas drach. et conficiantur cum succo endiuiæ: Et diacydoniten solutiuum factum ex cydonijs, & zuccaro, & scāmonea. & quandoq; sufficit vt in potu detur danich scammoneæ in tribus vnc. lactis acetosi, colati à butyro suo, dimissi vna hora, donec bona fiat eorum commistio. Et

H G.d,&.4.apho.14.
I C.24. & Ras.30. cōti.1.1.c.2.384.1.
K Oppo.c.24.
L Ras.11. cōti.t.1. c.2.117.1.
M Ras.11. ꝯti.t.1. c.2.115.2.

C geleniabin solutiuum est maximi iuuamenti in hoc: Et similiter fumus terræ, & proprie ad cholericam. Et decoctio absinthij, & prunorum, & tamarindorū. Et syrupus rosaceus solutiuus, & proprie in ęstate. Et similiter aqua casei cum myrobalanis, & scāmonea pauca, aut aloe, si est voluntas vt euacuet materiam cholericam. Medicamen Gal. bonū. Recip. absinthij romani drach.v. & rosarum rubearum sanarū drach.xx. decoquantur in lib.ij. aquæ, donec remaneat medietas lib. dein de potetur sicut est, aut cum zuccaro pauco. Et aloe quidem est cōueniens in euacuationibus stomachi:[n] Et scāmonea est nociua stomacho, & inimica ei. Nō ergo audeas dare ipsam, nisi cum necessitas adest. Et in huiusmodi quidem materijs, confert phlebotomia, quando illic est repletio, vt moueatur humor ad venas, & extremitates, & sint in humoribus qui sunt in stomacho, meatus in quibus expellantur. Et iam quidem expertum est sumere in potu hieram cum decoctione absinthij, qm̄ est vltima. Et expertum est diacydoniten huiusmodi. Recip. cydoniorum assatorum in massa quantitatem trium vnc. & croci, & absinthij amborum ana darchamā.i.&.5. & olei arboris masticis, & olei de cydonijs. viij. darkemet cōficiantur cum vino odorifero, & administrentur. cōfortant enim stomachum qui est cum hoc modo, & prohibet ipsum recipere humores calidos. Et ex eis quę experta sunt etiam, est vt sumantur[o] absinthij drach.x. cinamomi drach.v. xylobalsami, spicę amborum ana drach.iij. foliorum ros. recentium. drach.iij. xyloaloes, masticis amborum ana

N Trac.2.c.9. & Ga.1.de alimē.fac. fol.7.b. & Ras.11. ꝯti.1.c.2.115.2.3. & Pauli.1.144.20.
O Ras.117.1.

D drach.i. coquantur in aqua multa, vsquequo redeat ad paruitatem. s. ad quātitatem libræ.i. aut minus, & coletur, & infundatur in ipso aloe cuius potio sit quantitas vnc.i. omni die, vsquequo appareat sanitas. Et si humor est effusus, non adhærens ei, neq; grossus, iuuatur vomitu facto aqua raphani, & oxymelle: & aqua mellis, & aqua hordei permista cum oxymelle calida, & quę procedūt cursu eorum ex eis, quæ faciunt vomere leuibus: & qñq; sufficit aqua calida sola, aut cum oleo calido solo: aut cum oxymelle cum aqua calida sola. Et aqua quidē calida cum melle pauco lauat materiam: & qñq; expellit eam natura cum vomitu: & quandoq; deducit eam ad inferiora. Et quandoq; curatur huiusmodi materia cum solutione ventris etiam, cum eis quæ diximus, si ex vomitu non prouenit illud quod quæritur, aut est ad profundum stomachi magis decliuis. Et quando volueris soluere ventrem cum hiera in huiusmodi materia, dabis in potu post balneum in die antecedente aquā hordei: Et qñq; est humor hic mordicatiuus paucus, et est tunc administratio sauic hordei cū aqua granatorum auferens nocumentū eius propter exuccationem sauic, & exiccationem eius, & quia confortat aqua granatorū os stomachi, quare non recipit ipsum. Si autem humor est grossus, tunc rectius est vt incidatur, & subtilietur cū potionibus incisiuis, & subtiliatiuis. Et medicinæ quidem incisiuæ sunt, sicut [p] oxymel, & [q]†{alchiuamich, vel alchuamich, &} sinapis, & capparis,

P Paul.li.3.144.20
Q † tiea quæ ex lac & muria cōponuntur, vt

paris,& oliuæ,& cum emplastris subtiliatiuis: deinde educatur solutione ventris cum eis,quę edu E
cunt huiusmodi. Quod si administretur vomitus,deinde vẽtris solutio,erit rectius. Et si est inobe-
diens ꝙ non eradicetur,tunc oportet vt facias vomere cũ eis,quæ sunt fortiora, sicut decoctio nu-
cis vomicæ, & sinapis, & piperis. Medicamen faciens vomere phlegma medulla cartami dissol-
uatur cum aqua anethi contriti,& proijciatur super ipsum oleum laurinum,& detur in potu infir-
mo,& mittatur in ore ipsius penna, & euomat cum ea. Et quando mundificatur stomachus,tunc
administrentur ea,quæ æquant complexionem,& calefaciunt ipsum cum subtilitate, vt non gene
retur vice alia. Et quando vis soluere ventrem in huiusmodi materia, dabis ei ad potandum vno
die ante ipsam post balneum aquã ciceris: & oportet vt administres eis illud multoties: & balnea-
tio in aquis thermaticis,et deambulationes,& motus iuuant eos. Et[a] multoties est de consuetudi-
ne hominis, vt congregetur in stomacho ipsius phlegma plurimũ,tunc ergo administrentur por-
ri cum bliti,& sinapi,qm̃ sanatur,propterea ꝙ illa incidunt corpus humoris, & propter solutionẽ
accidentem comedenti ipsum, & si phlegma est acetosum, detur in potu hiera cum oxymelle, &
vtaꝛ medicamine diacalamenthi. Et medicinæ quidẽ solutiuæ restificantes humores grossos,quæ
sunt huiusmodi,descriptionis sunt pilulæ alfeniati,& pilulæ aloeticæ magnę:& pilulę stomachicę:
& aloe in syrupo acetoso cum seminibus,fortia habente semina,facto cum melle:& hiera ad illum
qui grossus est. Recip. seminis apij par.vi. & extremitatum absinthij, anisi, seminis fœniculi om- F
nium ana par.iij. piperis al.& assari amborũ ana partem.i. & mediam costi, & spicæ rumi[b] †{kei-
sim} omnium ana partes.ij. masticis croci amborũ ana partem.i.aloes partes.viij.conficiantur &
fiant ex eis trochisci, & bibatur omni die troc. põdere aure.i.quoniam mũdificat stomachum cum
facilitate. Et qñq; necessarium est vti hieris magnis:Et ex eis quæ conferunt proprie,post mundifi
cationem præcedentem,sunt myrobalani kebuli conditi,& syrupus de absinthio,& zinziber con
ditum. Et cibi conuenientiores eis,sunt iura alkanabir,& paruarum auium columbinorum. Cor-
pora enim pullorum columbinorũ sunt tardæ digestionis,& longæ moræ in stomacho. Et scias ꝙ
sahane est exiccatiua stomachi, exiccatiua superfluitatum omnium humidarum, & aqua ferri mi-
neralis,[c] aut in qua extinguitur ferrum minerale, aut in qua extinguitur ferrum ignitũ multoties,
est iuuatiua stomachi humidioris. Et oxymel squilliticum est vehementis iuuamenti, & dyacido-
niten purum est bonum materijs calidis.& illud quod est cum pipere,& zinzibere,materijs gros-
sis,frigidis, & eius descriptio.[d] Recip.succi cydoniorum aquosorum,parum ponticorum partẽ.i.
mellis ad infrigidatum, & zuccari ad calefactum partem.i. & aceti boni fortis.s. aceti vini partem
mediam,præparetur super ignem lentum,& reponatur: Quod si voluntas adest,vt sit maioris for
titudinis,ad infrigidatum ponantur in ipso zinziber,& piper, Et ex eis quę cõferunt ad resoluen-
das materias grossas ex stomacho,[e] est amplexari infantem,qui non polluitur,sed est proximus ad G
hoc sine velamine. Et[f] qñq; aggregantur in stomacho duo humores cõtrarij: & est ille qui est im-
bibitus verbi gratia ex subtili cholerico,& effusus in concauitate ex grosso: oportet ergo vt inten-
tio sit in eo,qui est maioris nocumenti. Et[g] quãdo humor impediens est calidus,mordicatiuus,ex
quo accidunt syncopis, & spasmus, tunc rege ipsum cum eo quod[h] diximus in capitulo syncopis.
Et[i] primum quo oportet vt ei succurras, est facere,ipsum sorbere aquam tepidam. Nam cum ipsi
per eam euomunt humores suos,sedatur illud quod habent. Et si humor nocens effusus est melã-
cholicus,tunc conferunt ei decoctio calamenthi cum melle: & decoctio epithymi, & calamenthi
campestris.[k] Et ex eis quæ valent ad hoc,est vt conficiantur alumen,& calcadis, & æs vstum cum
melle, & ponantur super stomachum. Et[l] oportet vt ponatur super stomachos eorũ in horis pra-
uitatis egritudinis spongia infusa in aceto calido valde. Cumq; humor fuerit frigidus,& humidus,
tunc sis contentus calefacientibus,resolutiuis. Et nõ facias ingredi in eis ea,quæ exiccant cum sty-
pticitate,qm̃ error est maximus siue sit cibus,siue medicina. Et quandoq; materia impedit multi-
tudine sua,non sua corruptione. & in succurrendo nocumento, administrentur medicinæ & cibi
styptici absq; spe malitiæ. Curationi autem apostematũ stomachi,singularia posterius faciemus ca
pitula:& similiter curationi ventositatum,& inflationis.[m] In raritatis vero stomachi cura admini-
strentur medicinæ calefacientes stypticæ,quas diximus,& proprie aromatica,in quibus est conue H
nientia cordi,& spiritui: & administrentur electuaria aromatica,styptica, sicut de nuce muschata,
& electuarium de cardamomo,& similia:quæ sunt ex eis quę dicemus,& quę diximus in curatio-
ne frigoris stomachi,& humiditatis eius. Et si alleuiantur cibi,& subtilientur,& sumantur in plu-
ribus vicibus,& non grauabunt stomachum. Et non impleatur vino subito. Neq; moueatur post
cibum,& potum,neq; bibat super cibum. Et sit illud quod bibit vinum forte,vetus,ad aliquantu-
lam declinans ponticitatem,& assumant ipsum paulatim paulatim. Cura autem oppilationũ eue-
nientium in meatibus propinquis stomachi, qui sunt ad ipsum, aut in ipso, sicut meatus qui sunt
ex ipso ad splenem,aut ex ipso ad hepar,est adhibere aperitiua sicut hieram, & absinthium. Verũ
de curationibus obuiationis,& percussionis,& casus: super stomachũ,sunt[n] trochisci dicti in anti
dotario, in quibus sunt karabe, & mellilotum. Emplastrum iuuatiuum ad hoc.[o] Recipe pomorũ
de scemi coctorum dissolutorum in decoctione contritorum valde pondus drach.quinquaginta,
& misceantur cum decima sui de laudano & rof.drach.viij.& aloes.drach.vi.conficiantur omnia
cum duobus succis.s.buglossæ,& foliorum cupressi,& misceatur cum eo oleum de lilio, & tepide
tur,& ligetur super stomachum diebus aliquibus.

A Gal.1.de alim. fac.fol.8.g
B † ligustici
C Ras.11.côti.t. c.2.118.i.
D G.8.de plac. po.sm loc.c.4.t
E C.30.& t.5.c.5. & G.7.meth.c.-b
F Gal.7.meth.c. 12.f.g
G Gal.11. meth c.8.a
H F.11.t.2.c.8.
I Gal.ibi.a
K Paul.lib.3.c.37
L T.5.c.3.
M T.5.c.7.
N Lib.4. F.4.t.2. c.6.
O Repetit de verbo ad verbum.t.4 c.23.

De cura

A *De cura eius qui læditur fortitudine sensus sui stomachi.* *Cap.* 34.

CVm superfluit illud, nõ est excusatio quin administrentur narcotica cum facilitate. Et oportet vt sint cibi eius illi, qui ingrossant sanguinem, sicut illi qui fiunt de frumento cocto cum multa aqua, & carnes vaccinę vsquequo sit necessarium vti narcoticis. Et si illud, quod nocet, fuerit calidum, tunc oportebit vt partes stomachi mundificentur cũ hiera multoties, & vt non tardet cibus eius: immo oportet in huiusmodi vt cibentur in principio famis ipsorum pane cum [a] robub fructuũ, aut [a] infuso in aqua frigida & aqua ros. & qñq; infunditur in vino misto infrigidato: illud enim confortat os stomachi etiam. Et si illud quod lædit, fuerit frigidum, tunc plurimum quod eis accidet, nõ accidet nisi tremor & spasmus, quare oportebit vt eorũ stomachi cõfortentur cũ vino styptico, & cum medicinis aromaticis stypticis, subtiliatiuis, & euacuetur humor qui est in eis.

A Ras.11.cõti.t.1.c.2.117.3

De regimine eius cuius stomachus paruus est. *Cap.* 35.

OPortet [b] vt sit cibus eius ex eis quæ sunt in pauca quantitate multi nutrimenti, aut cibus exhibeatur vicibus tribus, aut quatuor vt suppleat loco eius, quod exhibet vice vna, aut duabus vicibus in stomacho temperato.

B Ras.11.cõti.t.1.c.2.118.4.

De rebus conuenientibus stomacho.

CIbi autem magis conuenientes ei, [c] sunt illi in quibus sunt stypticitas, et amaritudo sine acuitate, & mordicatione. Et sani quidem iuuantur in cõfortatione suorum stomachorum cum stypticis. In febrietibus vero non oportet vt superfluat in hoc, & cũ eis in quibus est stypticitas vehemens, qm̃ illud exiccat ora stomachorũ suorũ exiccatione nociua: quare oportet vt in eis cum facilitate administrentur quando necessaria sunt. Et ex cibis quidem conuenientibus stomacho, iuuantibus ad debilitatem ipsius, ſm q; testatur [d] Gal. sunt pelles intrinsecæ ventrium gallinarũ, & dimissio coitus confert eis in confortando stomachum valde. Et ex regimine conuenienti pluribus stomachis, [e] est vti vomitu in mense bis, ita vt non cõgregetur in stomacho humor phlegmaticus. Et facilior vomitus est ille, qui fit cum raphano, et piscibus comestis, expectando donec sit sitis valde, & bibendo post ipsam syrupum acetosum mellinum, aut zuccarinũ cum aqua calida, & euomendo. Et non oportet vt supra illud addatur, qm̃ consuescet natura eijcere superfluitates ad stomachum. Et scias q; vomitus facilis, leuis, sine labore, & non frequens, in hora necessitatis est maximi iuuamenti. Et ex regimine conueniente pluribus stomachis est, vt sint contenti cibo vna vice, præter quod repleantur in illa vice. De solutiuis vero, cõuenientiora eis sunt, aloe, & [f] absinthij herba, non succus eius: quoniam succus separatus est à stypticitate retenta in herba. Et quandoq; iuuatur stomachus ex acceptione [g] vuarũ siccarum dulcium in secunda mensa, propter illud quod in eis est de abstersione æquali. Et ipsæ quidem sunt ex eis quæ sedant mordicationẽ paruam, quæ accidit stomacho, sua abstersione. Magna vero mordicatio indiget fortiori illis: Et [h] grana myrti conferunt stomacho, & capparis præparata etiam: & ex oleribus [i] lactuca stomacho qui ad caliditatẽ est decliuis. Et similiter fumusterrę, & apium est cõis iuuamenti. Et similiter [k] mẽta, & [l] enula cõdita cũ aceto. Et ex eis quæ cõueniunt stomacho sua proprietate, & cõferunt meri etiã, est lapis, qui dicitur [m] iaspis [n] & corallus cũ suspenditur ita vt approximet stomacho, aut fiat ex eo suspensorium. Qualiter ergo cũ ingreditur in cõfectionibus, aut bibitur ex eo medietas drach. i.

C Ras.11.cõti.t.1.c.2.115.1.
D Lib.11.de simp. medi.fac.80.a vanum est, & t.2.c.3. & Diosc.lib.2.c.41.
E T.5.c.8.& lib.1. F.4.c.13.& Hip.de salu.diet.21.b
F Ras.11.cõti.t.1.c.2.116.4.
G Diosc.lib.5.c.2.
H Diosc.li.1.c.128.
I Diosc.lib.2.c.129
K Diosc.lib.3.c.33.
L Diosc.lib.1.c.26.
M G.9.de simpli. medi.fac.67.d, de Iaspide
N Ras.11.cõti.t.1.c.2.118.2.d corallo & Gal.de incãta.& adiura.182.c. de corallo.

De rebus quarum usu nocetur stomachus, & intestina. *Cap.* 36.

SCias q; plures ægritudines in stomacho sequuntur satietatem nauseatiuam. Aliena ergo eam, & aliena causam eius ex cibis in quantitate eorum, & qualitate eorum, & qui sunt inconsueti, & [o] ex aeribus, & ex aquis prohibentibus digestionem bonam. Et ex rebus magis inimicis stomacho est repletio: & propter illud non augetur corpus gulosi, qm̃ cibus non digeritur: quare nõ nutritur ex eo corpus. [o] Ille autem qui à cibo abstinet, dum in ipso remanet adhuc aliquid appetitus, augetur: qm̃ stomachus eius bene digerit cibum. Et scias q; cibus qui est inconueniens stomacho in seipso, non causa aggregationis suæ cum alio, aut est inconueniens ei propter suam quantitatẽ, aut propter qualitatem sui: & [p] vnaquæq; earum si est ad leuitatẽ decliuior natat, & requirit expulsionem cum vomitu: & si ad grauitatem, residet, & requirit expelli fluxu ventris. Et qñq; accidit D vt natet pars eius, & resideat pars eius propter suam diuersitatem in leuitate, & grauedine, & diuersitate motuum ventositatum euenientium in ipso, & requirit vomitum, et solutionem ventris simul. [q] Et scias q; prohibitio fæcis, & ventositatis, est maximi nocumẽti. Qñq; enim ascendit propter illud fæx ex reuolutione ad reuolutionem ad superiora, donec redit ad stomachum, & impedit nocumento maximo: & cõmouetur vel excitatur sicut ileos, & accidunt conturbatio, & casus appetitus: & ventositas etiam qñq; ascendit ad stomachum, et eleuatur vapor ipsius ad cerebrum, & nocet vehementer, & corrumpit illud quod in stomacho est. Et scias q; omne quod stypticitatẽ non habet, ex succis proprie, & ex alijs, cõmuniter est malum stomacho. [r] Et omnia olea mollificant stomachum, & quod ex eis est magis cõueniens & magis sanum, est [s] oleum de oliuis, & oleũ de nucibus, & oleum de fisticis. Et ex medicinis, & cibis stomacho magis nociuis ſm plurimum, sunt grana pini & selk & [t] †{albadrugi}& [u] †{alsegiem}non dissolutæ in decoctione, & acetosa, & atriplices, & [x] †{bachele ymanihe}nisi cum aceto, & almuri, & oleo. Et ex istis sunt [y] fœnugręcum, & [z] sisamum: quoniã ambo debilitant stomachum: & lac est nociuum stomacho: & similiter [a] medullæ, & [a] cerebella: & ex vinis quod est grossum nouum Et ex medicinis grana iuniperi, & grana alharar, & grana alfaghd. [b] Et scias q; omnes medicinæ solutiuæ, & omnia quæ abominationem

O Lib.1.Fen.3.d.c.2.c.7.
P G.3.natu.facul.c.13.f
Q Fẽ.16.t.3.c.6.& Ga.3.de symp.cau.c.2.g.h
R T.2.c.9.& G.1.de aliment.facul.c.3.d
S T.2.c.9.
T † G.2.de alim.fac.c.56.h, ocimũ.
V † G.ibi.62.f.rapz.
X † mercurialis
Y Ga.1.de alimẽt.fac.c.24.e
Z Gal.ibi.c.30.d
A Ras.ad verbo ad verbũ.11.conti.t.1.c.2.110.3.
B G.1.de vic.rõne in acut.11.a

nem

nem faciũt,sunt mala stomacho. [a] Et coitus est ex rebus magis nociuis stomacho: & dimissio eius E est ex rebus magis conferentibus ei,& [b] vomitus laboriosus quamuis sit iuuatiuus ex parte purgationis,nocet tamen plurimum cum debilitatione.

[A F.20.t.1.c. Ga.cõmẽ.1.in. mor.vulg. B Ga.de dynamidijs.19.h]

TRACTATVS II. *huius Fen.*

De regimine doloris stomachi & debilitate eius & dispositione appetitus eius. *Cap.* I.



DOlor stomachi accidit aut propter malitiam complexionis absq; materia, & proprie calida mordicatiua: aut propter malitiam complexionis cum materia,& proprie acuta mordicatiua:aut propter solutionem continuitatis ex causa ventosa extensiua,aut mordicatiua adustiua,aut aggregatiua ambarum rerum simul, sicut est in apostematibus calidis. Et quãdoq; fit ex vlceribus corrosiuis. [c] Et ex hominibus quidem sunt aliqui,quibus accidit dolor stomachi,cum comedunt,& sedatur post digestionem: & eorum plurimi sunt melancholici,& patientes melancholiam mirachiam. [d] Et sunt ex hominibus quibus accidit dolor in fine spatij comprehensionis cibi in stomacho, & apud horam decimam, & quæ sequitur eam: [d] De quibus sunt quidam,quorum dolor nõ sedatur donec euomant quoddam quod est sicut acetum,ex quo ebullit terra,deinde sedatur dolor eorum: Et ex eis sunt quorum dolor sedatur cum descensione cibi,non cum vomitu. Et de duabus sectis sunt qui remanent secundum tolerantiam suam longo tempore. [e] Et causa quidem primi est effusio melancholiæ ex splene ad stomachum. F Et causa secundi est effusio choleræ ad ipsum ex hepate semper quæ ambæ non lædunt in principio rei, quoniam ambæ cadunt in profundum. Cumq; cibus permiscet eas,cõmouentur cum cibo,& ascendunt ad os stomachi. [d] Et est ex hominibus,stomacho cuius prouenit dolor,aut adustio vehemens,& cum comedit,sedatur:et eius quidem causa est effusio materierum mordicatiuarum ad stomachum quando vacuus est à cibo,aut acetosarum melãcholicarũ, & sunt raro,aut acutarum cholericarũ quæ sunt sæpe. [f] Et ex hominibus est, cui accidit propter multitudinem comestionis,& iterationis eius,non secundũ veritatem famis, & propter repletionem corporis eius ex satietate nauseatiua,adustio in stomacho ipsius intolerabilis.Et quandoq; fit dolor stomachi ex ventositate,scilicet aut dolor fortis,aut dolor pungitiuus. [g] Et ex hominibus est cuius est vehemẽtia sensus stomachi,& accidit ei quod diximus de humoribus cholericis, qui effundũtur ad ipsum, & sunt causa doloris maximi accidentis stomacho eius,intolerabilis:& quãdoq; facit accidere syncopim: [h] Et quandoque prouenit ex potu aquæ frigidæ dolor in stomacho æstuosus,clamosus:Et quandoq; moritur subito propter aduentum doloris ad cor, & quandoq; descendit dolor, & facit prouenire colicam.Et timetur quidem in illo in quo prolongatur dolor stomachi,q; attrahat apostema stomachi, & portendit in prægnantibus præfocationem matricis, quamuis dolor stomachi multiplicetur in prægnantibus. [i] Et in libro quidem mortis festinæ dicitur,quòd quando apparet G cum dolore stomachi super pedem dextrum quoddam simile vesicæ, [k] †{asperę}-tũc patiens eum moritur in.xxvij.diebus,& ex signis illius est q; ipse appetit res dulces. [l] Et si habet dolorem ventris,& apparet in supercilio eius vestigium,& bothor niger,similis fabę,deinde fit vlcus,& permanet vsque ad diem [l] †{ }aut plus,tunc ipse moritur: & huic quidem homini accidunt subet,& multitudo somni in principio suæ ægritudinis.

[C Fẽ.1.t.4.c. F.16.t.3.c.6. 11.ꝯti.t.1.c.2. D Ras.11.cõt. c.2.116.2. E Lib.1. Fẽ.3.d. c.7.& Ras.116.3. & Ga.3.lib.3.de natu. facul.c.13.d F C.6.& 1.5.c.8. G Ras.117.3. H Idẽ quasi.Fẽ. t.3.c.12. I Ras.11.cõti.t.1. c.1.108.4. K † grosse L † Septimum]

De signis. *Cap.* 2.

SIgna complexionum purarum sunt signa prædicta:& signa complexionũ,quæ sunt cum materijs sunt signa [m] prædicta etiam. Et mordicatio quidem cum inflammatione, significat materiam acutam qualitatis calidæ amaræ aut salsæ.Si autem mordicatio est non stabilis,immo renouatur,significat effusionem materiei cholericæ ex hepate.Et quandoq; facit incurrere mordicatio stomachi febrem ephemeram. Et mordicatio stabilis qñq; facit incurrere feb.tertianã inseparabilem,& dolorem in latere dextro: & significat cõitatem panniculi velantis hepar. Et quando sedatur febris, & remanet mordicatio,tunc illud est propter effusionẽ materiei ex superfluitatibus hepatis,aut malitiam complexionis calidæ,aut humorem adhærentem in stomacho: Et absq; inflammatione significat materiam acetosam. Et signum eius,quod est ex summa illius, in quo est doloris euentus post horas super cibum causa melancholiæ,est vt accidat vomitus aceti acetosi,& sedatur eo dolor: H & vt splen sit læsus, & digestio mala. Et signum eius qui est ex illo causa choleræ,est vt non accidat vomitus aceti,immo si fuerit erit cholericus, & vt non sit digestio diminuta,& sint signa choleræ manifesta,& hepar calidum inflammatum. & signa eius qui est ex ventositate,sunt eructuatio,& singultus,& extensio in hypochondrijs ex ventre.

[M T.3.c.18.19. 20.21.]

De cura. *Cap.* 3.

CVra [n] quidem eius, qui est ex malitia complexionis calidæ, est in potu sumere lac acetosum vaccinum, & lac de quo extractum est butyrum acetosum, & aquam frigidam: [n] & in cibo sumere pullos,& alcubugi, & duragi cucumeres cucurbitam, & portulacam,& pisces paruos elixatos cum aceto. Et ex syrupis syrupum acetosum, & rob acrestæ: & ex medicinis, trochiscos de spodio:& administrare emplastra infrigidantia. Et si videris extenuationem,& arefactionem,administrabis tinas:& potabis ipsum vino subtili, misto, & facies ei sorbitiones impinguantes subtiles,temperatas.Et cum dolor fuerit ex humore cholerico calido euacuabis:Et administrabis syrupum acetosum cum aceto in quo fuit infusum absinthium spatio lõgo. Et dolores quidem stomachi frigidos, & ventosos, si sunt leues,sedat vaporatio cum milijs, & [o] ventosæ cum igne, & proprie

[N Ras.11.cõt. c.2.115.3. O Lib.1.F. &.30.& G.3.lo. c 4.f.g, & 11. th.c.8.h]

A prie quando ponitur ex eis ventoſa magna ſuper locum mirach ventris medium, ita vt cõprehen-
A Gal. 12. meth. c.8.h dat vmbilicum ab omni latere, & dimittitur ſic hora vna abſq; inciſione. [a] Ipſa enim dolorem illi-
co ſedat mirabiliter: & ſumere in potu vinum purũ, & inungi ex oleis calefaciẽtibus, & hoc etiam
B Raſ. 11. cõti. t. 2. c.1.115.4. ſedat dolores prauos. [b] Et ariſtolochia longa eſt maximi iuuamenti in ſedando dolores vehemen-
tes, & ventoſos. [b] Et ſimiliter caſtoreum quando bibitur cum aceto cõmiſto, aut vaporatur ex eo
venter exterius cum oleo antiquo.[b] Et ventoſitatem quidem reſoluunt potus vini puri, & feſtina
C 3.t.5. tio ad ſomnum, & exercitium ſuper vacuitatem. Et adminiſtratio eorum quæ dicemus in [c] capitu
lo inflationis, ſi vehemens fuerit neceſſitas adhibere fortiores medicinarum. Et ſi dolor eſt ex ven
toſitate præfocata in ſtomacho, aut eis quæ ſequuntur eum, conferunt ei grana lauri, & cyminum
aſſatũ. Et ſi eſt dolor ex melancholia inflatiua, tunc oportet vt vaporatio fiat cum aliquantulo alu-
mine, & dragantho contritis cum aceto acetoſo: et vt vaporetur etiam cum ramis anethi contritis.
D 3.t.4. Et ſi fuerit dolor ex apoſtemate, tunc cura eius erit cura quam dicemus in [d] capitulo apoſtematum
ſtomachi. Quod ſi dolor ex ſui vehementia non prolongetur tempore quin interficiat tunc mol-
E Raſ. 11. cõti. t. 1. c.1.116.2. lificabis cũ adipibus & embrocis factis ex anetho, & ſimilibus. Et cura doloris qui excitatur poſt
ſpatium longũ, facientis neceſſarium, vt [e] euomatur materia acetoſa, eſt confortatio ſtomachi cum
calefactione, & emplaſtris calidis [e] cũ vino: & vino puro, & confectionibus magnis, & cibari ex eis
B quæ in patellis præparantur: & quorum proprietas eſt vt [e] effumationem faciant in ſtomacho cali
do, ſicut oua aſſata, & [e] mel. Et cura eius cui accidit dolor vſquequo comedat, eſt euacuatio chole-
ræ: aut eius extinctio, ſi eſt ex cholera: aut euacuatio melancholiæ, ſi eſt ex melancholia. Aut decli-
F Raſ. 11. cõti. t. 1. c.1.116.3. nare vtrunq; humorem ad partem quæ non ſint ſtomcchi cum eo quod diximus in capitulo cano
nis: & vt confortetur os ſtomachi: Et [f] oportet poſt illud, vt diuidant cibum, & vt cibentur ambo
G Raſ. lib. diuiſ. c.59. cibo pauco in quantitate, multo in nutriendo. & [f] non bibant ſuper ipſum niſi deglutiendo parũ-
per: & prætermittant ipſum vſq; ad horam doloris, & cum completus fuerit, bibant tunc. [g] Dolor
autem qui accidit poſt cibum, & non ſedatur niſi vomitu, eſt dolor malus: & rectius quidem eſt, vt
H 8.t.5. in potu ſumant omni die aliquid mellis ante cibum: Et vt cõſideres cauſam illius ex [h] capitulo vo-
mitus, & euacua illud quod oportet euacuari ex infuſione aloes & ſimilibus: deinde adminiſtra
troc. ſtellæ, & ex eis quæ conferunt ad hoc eſt, vt ſumant olibani, & maſticis, & nigellæ, & ameos,
& corticum fiſticorum viridium, & xyloaloes crudi, partes æquales: terãtur, & cribellentur, & con
ficiantur cum melle emblicorum: & ſumatur ex eo ante cibum quantitas duarum drach. vſque ad
duos aure. Et conferunt ei adminiſtratio coriandri: & ſyrupus granatorum cum menta, & reliqua
I 11. de ſimpli. fac. 80.2. & irridet. & t.1.c.35. quæ dicũtur in capitulo vomitus. Et ex eis quę conferunt doloribus ſtomachi cum proprietate ſe-
cundum quòd teſtificatur [i] Gale. ſunt, cutes intrinſecæ ſtomachorum gallinarum. Et plurimum
C quidem mordicationem ſtomachis edant res frigidæ, ſicut lac acetoſum, & ſimilia.

De debilitate ſtomachi. *Cap.* 4.

DEbilitas ſtomachi eſt nomen diſpoſitionis ſtomachi, quando non bene digerit, & contur-
bat eum cibus vehementer abſq; cauſa quæ ſit in cibo, ex cauſis prędictis in capitulo corru-
ptionis digeſtionis. Et multoties quidem aſſociantur ei defectus in appetitu, & paruitas: Verum
K Raſ. 11. cõti. t. 1. c.1.109.1. illud non eſt ſemper: immo quandoq; eſt appetitus plurimus, & digeſtio pauca: & non ſignificat
illud fortitudinẽ ſtomachi. Et quando cauſa eius in fortitudine augetur, ſunt illic [k] rugitus, & [k] eru
ctuatio alterata & nauſea, & proprie ſuper cibum: ita ꝙ quoties ſumit cibum, non [k] poteſt moueri,
donec ipſum euomat: & ſunt mordicatio, & [k] dolor inter ambas ſpatulas. Quod ſi cauſa in fortitu-
ne valde addatur, non erit eructuatio: [k] aut non facilis erit exitus ſtercoris: aut non erit ei mora, &
lubrificabitur velociter: & [k] erit patiens deiecti pulſus, velox [k] ad ſyncopim, & quærit cibum.
[k] Cũq; approximatur ei, teretur ex eo, aut ſumit rem modicam: [k] aut accidit ei febris pro qualibet
L Raſ. 11. cõti. t. 1. c.1.108.3. cauſa: & apparent in eo [k] accidentia melancholiæ mirachiæ. Et ſcias ꝙ debilitas ſtomachi fortaſſe
eſt cauſa omnium ægritudinum corporis. [l] Et hæc quidem debilitas quandoq; eſt in ſuperioribus
ſtomachi: & quandoq; eſt in inferioribus eius: & quandoq; eſt in vtriſq; ipſius. Cumq; eſt in ſupe-
rioribus ſtomachi, eſt nocumentum eius quod comeditur in principio cum comeditur, quãdiu eſt
D in partibus ſuperioribus ſtomachi: & ſi eſt in inferioribus ſtomachi, eſt nocumentum cum requie-
ſcit cibus: & apparet eius veſtgium in egeſtione. Et cauſæ quidem debilitatis ſtomachi, ſunt ægri-
M Gal. 7. meth. c. 4.h. tudines venientes in eo prędictæ: et nauſeatiua ſatietas continua: & quandoq; facit eam plurimus
N 25.t.1. vſus vomitus.[m] Et experimẽtatores quidem in cura contenti ſunt exiccatione & deſiccatione ſe-
O Gal. ibi. 2.b. cundum quòd innuimus ad illud in [n] capitulo ſuccurrendi complexioni frigidæ & humidæ quæ
P Gal. ibi. b accidit ſtomacho. [o] Sed veritas eſt, quòd debilitas ſtomachi ſequitur omnem malitiam complexio
nis, quare oportet vt cognoſcatur complexio, deinde opponatur cum cura. [p] Et quandoq; eſt de-
bilitas propter ſiccitatem ſtomachi. ſi ergo curetur cura prædicta, qua contenti ſunt experimenta-
tores, erit cauſa mortis: & [o] quandoq; eſt ſanitas eius in potando ipſum potatione frigida, aut po-
Q Gal. ibi. c.7.b tatione lactis acetoſi vaccini infrigidati ſuper niuem, & adminiſtratione fructuum frigidorum.
R Gal. ibi. c.8.d [q] Et quandoq; vehementia debilitatis ſtomachi curatur cum calefacientibus: & dominatur ei ſitis
[r] & infirmus contrariatur medicis: quare repletur aqua frigida, & ſanatur illico. Et quandoq; ex-
pellitur humor nociuus cauſa repletionis ex aqua ſi fuerit illic humor, & egreditur cum ſolutione
ventris, & euadit æger cum eo. Et ſolutio ventris eſt ex eis quæ debilitant eum, & fit cum ea ſoda.
Et ſcias quòd fortitudo ſtomachi fixa, eſt cum fortitudine omnium virtutum. iiij. quæcunq; ergo

earum debilitetur, debilitat stomachum. Verum homines iam cōsueuerunt, vt dicant illud secundum digestiuam. Et vnaquæq; ipsarum virtutum debilitatur propter omnem malitiam cōplexionis. [a] Verum attractiua debilitatur frigore, & humiditate secundum plurimum: quapropter oportet vt cōseruetur cum medicinis calidis & siccis, nisi sit debilitas eius propter causam aliam. Et retentiua oportet vt conseruetur secundum plurimum cum siccitate cum declinatione ad frigiditatem. [a] Et expulsiua cum humiditate & frigiditate aliqua. [b] Et digestiua cū caliditate & humiditate aliqua. Et scias ꝙ deterior debilitas stomachi est illa, quæ contingit in rarificatione texturæ villorū eius: & significat illud hoc, quod non inuenitur illic signum malitię complexionis, neq; apostema, neq; cōfert bonificatio ciborū: quare illic scias, ꝙ stomachus iam atteritur. [c] Et nocumentum quidem ingreditur super virtutem retentiuam, & non inuoluatur stomachus super cibum omnino, aut mala inuolutione ipsum comprehēdat. s. tremula, aut cum tremore cordis, aut spasmosa: Ex ea igitur est illud, quod sentit æger manifesto sensu, sicut spasmus, & tremor cordis: tremorem vero quando nō manifeste percipit, verum significatur illud cum eo quod sentitur de labore stomachi, & desiderio eius deponendi cibum à se, præter ꝙ sint vocantes ad illud rugitus, & extensio, & inflatio. Quod si superfluat, tremor, fit tremor magnus: & sentitur ex eo, sicut sentitur ex tremore reliquorum membrorum. Et ingreditur super attractiuam, vt non attrahat omnino, & quidam nominant hoc mollificationem stomachi: aut attrahit cum pigritia sicut fit in initio ægritudinis, quæ nominatur mollificatio stomachi. Aut est eius attractio varia, quasi sit spasmosa aut tremula. Et debilitas quidem virtutis alteratiuæ perducit ad hydropisim carneam. Et scias ꝙ quando stomachus taliter debilitatur, ꝙ cibū mutare non potest omnino absq; causa, excepta debilitate stomachi perducitur res ad lubricitatem intestinorum: sed secūdum plurimum in debilitate stomachi est causa quam intēdunt experimentatores intendentes succurrere ei ita vt non percipiant illā, & similiter iuuant cum regimine electo apud eos secundum plurimum. Et oportet vt emplastra, & vnguēta prædicta, quando volunt ex eis confortationem stomachi, calefiant vehementer: [d] tepida nāq; ſm eos mollificant os stomachi. [e] Et Gal. quidem vsus fuit in hoc capitulo cerato secundum huncmodum. Recip. ceræ. aure. viij. olei de neriden vnc. i. & misceatur cum vtrisq;, si stomachus fuerit vehementis debilitatis ita vt non retineat cibum aloes & masticis amborum ana au̅r. i. &. 5. aut au̅r. i. & succi acrestę au̅r. i. & ponatur super stomachum. [f] Et Gal. etiam affirmauit ꝙ ęgritudines stomachi, cum quibus non est caliditas vehemens, aut siccitas vehemens, sanantur cum diacydonitē secundum hunc modum, Recip. succi cydoniorum. lib. ij. & aceti fortis lib. i. & mellis quantum sufficit, decoquatur donec fiat in essentia mellis, & puluerizetur super illud zinziber. vnc. i. & tertia aut. ij. vnc. et administrentur. Medicamen aliud proximum illi. [g] Recip. cydoniorū assatorū lib. iij. & mellis lib. iij. permisceantur ambo & proijciantur super ea piperis. iij. vnc. & seminis apij montani vnc. i. Et ex eis quæ conferunt stomacho debili, est [h] administratio vociferationū, & omnium quæ mouent siphac. Et ex medicinis bonis stomacho debili mollificato, est tryphera, et medicamē persarum, & eius modus est vt sumantur [i] myrobalanorum nigrorum assatorum cum butyro vaccino drach. x. & nasturtij assati drach. v. & ameos, & origani persici amborum ana. drach. iij. scoriæ ferri drach. x. dosis eius sit drach. ij. cum vino forti. Descriptio emplastri boni ad bilitatē stomachi cum duritiæ sua. Recip. casiæ ligneæ medietatem vnc. i. lilij carmet. viij. floris vel sumitatum squinanthi carmet. vi. abhel carmet. xviij. bdelij carmet. xxxij. cerę vnc. xvi. terebinthinæ vnc. iij. rasæ ablutę lib. i. 5. amomi. xviij. darchami ammoniaci carmet. xxxij. spicę. vnc. vi. arsun vel assum aloes vnc. i. olei balsami vnc. ij. cinnami grossi vnc. vna. Et syrupus granorum myrti est valde iuuatiuus eis, & in menta est iuuamentum manifestum, & superiora fœniculi sunt ex eis quæ conferunt in emplastris stomachi frigidi, & calidi: [k] et pix est ex emplastri stomachi frigidi debilis. Et scias ꝙ debilitas quandoq; est causa tarditatis descensionis cibi, cum expulsiua est debilis: quare oportet vt sit panis confectus istis plurimum habens fermenti. Et quandoq; est causa velocis descensionis cibi propter suam humectationem lubricitantem & debilitatem suæ virtutis retentiuę, quare oportet vt sit panis confectus istis ad azymum decliuis aliquantulum.

A Lib. 1. F. 1. de c. 3.
B Lib. 1. ibi.
C Gal. de differ. symp. c. 4. d
D Fē. 16. t. 1. c. 4. & lib. 4. F. 1. t. 1. c. 26. & Ga. 8. meth. c. 5. c
E 7. meth. c. 7. g. h. & 8. de cōpo. phar. ſm loc. c. 1. d. e
F. 6. de sanita. tuen. c. 15. b
G Ras. 11. cōti. t. 1. c. 1. 114. 4. pars dex
H Ras. 11. cōti. t. 1. c. 2. 114. 4.
I Ras. 11. cōti. t. 1. c. 1. 117. 4.
K G. 7. met. c. 7. b

De signis nauseatiuæ satietatis, & destructionis digestiuæ. *Cap. 5.*

EX [l] signis illius sunt apostema faciei: & constrictio anhelitus: & grauitas capitis: & dolor in stomacho: & singultus: & pigritia, & tarditas motuum: & citrinitas coloris: & inflatio in ventre, & in intestinis, & hypochondrijs: & eructuatio acetosa, aut acuta fumosa, fœtida: & nausea, & vomitus: & fluxus ventris superfluus, aut retentio superflua.

L Ras. de verbo ad verbū. 11. cōti. t. 1. c. 1. 108. 4.

De cura. *Cap. 6.*

OPortet vt administretur [m] vomitus, & leniatur natura cum solutione ventris: & ieiunet, & dimittat cibum quantum potest: Et vt sit contentus minoratione, quando non potest: [n] Et exercitium, & balneum, & vt sudet facienda sunt, cum nō est repletio, cuius motus timeatur cum motu. quod si timeatur, administretur quies, & somnus prolixus, deinde gradatim perueniant ad cibum, & balneum, & considera de cibo cuius digestio sit bona. & considera signa bonitatis digestionis prædicta in [o] capitulo suo. Et quandoq; est nauseatiua satietas propter multitudinem somni, & quietis. Nam somnus quamuis conferat inquantum digerit, tamen motus confert inquantum expellit superfluitates: Et somnus quidem nocet vbi egent superfluitates expulsione. Et vigiliæ nocent vbi indiget materia digestione. [p] Et quandoque perducunt nauseatiua satietas, & comestio

M F. 16. t. 2. c. 15. & lib. 4. F. 1. t. 1. c. 5.
N Ras. 11. cōti. t. 1. c. 2. 117. 4.
O T. 1. 17.
P C. 1. & t. 5. c. 8.

A & comestio non secundum veritatem famis ad hoc, vt accidant stomacho adustio, & acuitas intolerabiles. Et isti iuuantur in curatione nauseatiuæ satietatis cum aliqua quantitate cōfectionis sotiræ. Et isti quandoq; perducuntur ad vomitum eius quod comederunt.

De destructione appetitus, & debilitate eius. Cap. 7.

A G.2.aphor.20.f
B Ga.1.de cā.sym. c.7.b
C Ras.11.cōti.t.1. c.1.110.3.

QVandoq; est causa eius [a] caliditas pura, aut cum materia: & appetit humidum, & frigidum, quod est potus, absq; calido & sicco, quod est cibus. Et illa quæ est cum materia vehementior est in hoc, & magis destructiua appetitus. [b] Et frigus quidem vehementius pertinet appetitui, & propter hoc inueniuntur [c] septentrio ex ventis, [c] & hyems ex temporibus vehementiores ad excitandum appetitum: & qui iter peragit in niue, vehementioris appetitus est valde. Et [b] causa in hoc est, q; caliditas est mollificatiua, faciens currere materias, & replens locum eis: & frigiditas est econtrario: quāuis quandoq; sit causa magis nocens appetitui malitia complexionis frigidæ singularis, quando mortificat duas virtutes. s. sensibilem, & attractiuam: quare debilitatur appetitus: & hoc est raro. Immo quandoq; est causa eius omnis complexio superfluens:, quoniam

D Aeti.lib.3.ser.1. c.20.

confirmatio malitiæ complexionis debilitat omnes virtutes. Et deijcitur appetitus in [d] febribus, propter malitiam complexionis, & dñium sitis, & repletionem humorum malorum furiosorum.

E Lib.4. Fē.1.t.4. c.1.
F Lib.4. Fē.2.t.1. c.96.

sed vehementius cadit appetitus in [e] febribus pestilentialibus. [d] Et quando superfluit solutio ventris vehemens fit casus appetitus. Et appetitus aliquando [d] cadit in apostematibus stomachi & hepatis. [f] Et cum appetitus conualescentium non est bonus, & cadit, significat recidiuationem, nisi sit propter paucitatem sanguinis, & debilitatem corporis: considera ergo illud. Et quandoque est eius causa phlegma plurimum, viscosum, comprehensum in ore stomachi: quare natura refugit à cibo, nisi in quo sunt caliditas & acuitas: deinde accidunt ex acceptione illius etiam inflatio, & ex-

G Ras.11.cōti.t.1. c.1.109.2.3.

tensio, & nausea, & non quiescit nisi cum eructuatione. [g] Et quandoq; fit propter assiduationem catarrhi descendentis ex capite ad stomachū. [d] Et quandoq; fit propter repletionem corporis, & paucitatem resolutionis, & occupationē naturę in rectificando humorem malum, sicut fit in febribus, in quibns toleratur dimissio cibi tempore extenso: quoniam natura non fugit ex venis, neq;

H Lib.8. de natu. aīaliū.c.2.& Gal.6. loc.af.c.5.e.f

venæ ex stomacho, propterea quia natura laborat ad expellendum, & refugit ab attractione, & [h] sicut abstineret vrsus, & eritius, & plurima animalia à cibo in hyeme tempore extenso, quoniam occupatur natura in rectificando illud, quod est in corporibus eorum ex humoribus crudis, & digerendo ipsum, & administrando ipsum loco eius quod resoluitur. Et ad vltimum necessitas cibi, est vt suppleat locum eius quod resoluitur. Cum ergo nō est resolutio, aut est resolutio parua, non est necessarius cibus extrinsecus. Et quandoque est causa in ea, quod venis, in carne, & lacertis, &

I G.1.de cā.symp. c.7.a.b

reliquis membris quandoque accidit tantum debilitatis, vt [i] non sugant: & non peruenit suctio C secundum semitam successionis ad os stomachi, quare non requirit stomachus cibum, sicut cum accidit ei abstinentia à restauratione eius quod resoluitur: cum ergo non est illic resolutio, non est illic necessitas ad restaurationem eius quod resoluitur, quare non excitatur suctio venarum ad os

K Ras.109.4. & lib.diuis.c.59.

stomachi. [k] Et quandoq; fit propter abscissionem melancholiæ effusæ secundum assiduationem ex splene ad os stomachi, quare non mouet spiritum ad appetendum: & non expellit aliquid ab ipso mundificando: Cumq; remanet supra superficiem stomachi res extranea, tunc si est pauca, est sicut abstinens à materia, & mouens ad expellendum, non sicut appetens ipsam mouens ad attrahendum. [b] Et quandoq; est causa eius destructio virtutis sensibilis in ore stomachi: quare non sentit suctionem venarum ex ipso, quāuis sugant. Et quandoq; est illud causa proprietatis stomachi:

L G.cō.1.in.3.hip. de mor.vulg.13.c

& quandoq; est cum cōmunitate cerebri: & quandoq; cum cōmunitate nerui sexti solum: & quādoq; fit causa eius [l] debilitas hepatis: quare debilitatur virtus appetitiua: immo quandoq; fit causa eius mors virtutis appetitiuæ, & attractiuę totius corporis, sicut fit post egestionem sang. plurimi: & hoc est malum, & difficilis curæ: & perducit illud ad hoc vt offerantur cibi, & appetat ex eis aliquid, & cum ponuntur ante ipsum, refugiat ab eis: Et deterius hoc est, vt nihil appetat, & non debilitatur virtus appetitiua post euacuationem tantum, immo apud omnem malitiam complexio-

M F.16.t.5.c.2..& Ras.109.4.
N Ras.11.cōti.t.1. c.1.109.4.
O G.1.de cā.sym. c.7.c
P C.10.

nis superfluæ. [m] Et quandoq; causa eius est vermes, quando nocent intestinis, & cōmunicat ei stomachus, & non lædunt stomachum nisi ascendendo ad ipsum. [n] Et quandoq; est causa eius melan D cholia multa lædens stomachum, mouens eum ad vomendum, & ad expellendum, non ad comedendum, & attrahendum. [o] Et quandoq; accidit destructio appetitus propter prægnationem, & [p] retentionem menstruorum in principio prægnationis: Verum illud quod plurimum accidit eis, est corruptio digestionis, & quandoq; est causa eius superfluitas caloris aeris, aut frigiditatis eius, ita vt resoluat virtutem sua caliditate, aut stupefaciat eam sua frigiditate: aut prohibeat resolutionem: Et vehementia caliditatis stomachi similiter. Et similiter qui consuetus est bibere vinum, & dimittit illud. Et quandoq; alteratur dispositio appetitus, & debilitatur propter malitiam dispositionis somni, Et quandoq; fit casus appetitus propter paruitatem sangui. quam sequitur debilitas virtutum [f] sicut accidit conualescentibus cum euacutione. Hic nanq; appetitus redit cum viuificatione, & reditione sangui. paulatim. Et dimissio exercitij etiam abscindit appetitum cibi. Et potus aquæ plurimæ. Et quandoq; est causa eius tristitia: & timor, & ira, & quæ sunt similia his. Et quandoq; est appetitus prostratus, & quādo incipit homo comedere, excitatur: & causa in hoc est, aut quia cibus excitat virtutem attractiuam, aut quia qualitas inuenta in ipso actu, alterat complexionem destruentem appetitum: sicut si sit complexio illa calida, & ingrediatur cibus qui sit frigi-

dus actu cum comparatione ad illam complexionem, & sedatur. Et similiter quandoq; bibitur in E ieiunio aqua frigida, & excitat appetitum. Et febricitanti quidem redit appetitus eius cum receptione panis infusi in aqua frigida. Et quando accidit ebrietas ex vino ebibito super humorem furiosum excitat appetitum ad [a] †{surbagiet.} Et similiter si est ille destructor appetitus frigiditas, & ingreditur cibus calidus actu, aut pars seu aliquid ex eo actu. [b] Et casus quidem appetitus in ægritudinibus chronicis est significatio valde mala. Et scias quod causæ destructionis appetitus sunt ipsæ eædem causæ debilitatis appetitus, cum sunt minores & debiliores.

A † cibaria ex lardio cum rizo
B Lib. 4. F. 2. t. 1. c. 58. & Hip. & Gal. aphor. 6.

De signis. Cap. 8.

Signa eius quæ est propter complexiones, sunt ea quæ [c] sciuisti. Et signa eius quæ fit propter paruitatem resolutionis, sunt spissitudo cutis: & regimen delitiosum de his quorum præterijt rememoratio: & multitudo egestionis: & commotio ad appetitum pauca post exercitium & euacuationem. Et signa eius quæ fit ex debilitate oris stomachi, sunt ea quæ diximus in capitulo debilitatis: & ex eis sunt euacuationes plurimæ. Et signum eius cuius causa est aer, est illud quod scitur de dispositione ægri in eis quæ sunt præterita, scilicet an obuiauit aeri vehementis frigoris, aut vehemētis caloris. Et signa eius quæ est ex vlceribus, sunt dolor dictus in capitulo vlcerum: & quod egreditur aliquid ex eis in egestione: & mollificatio naturæ, & paruitas moræ cibi in stomacho: & mordicatio eius quod habet qualitatem acetosam, aut acutam, aut amaram. Et signum eius quæ F accidit prægnantibus, est prægnatio. Et signa humoris putridi, sunt nausea, & subuersio animæ, & fœtor oris in quibusdam horis, & egestio mala. [d] Et signum eius quę fit ex abscisione melancholiæ effusæ ex splene ad stomachum, est quòd quando iste homo sumit acetosa, quæ titillauerint vel commouerint os stomachi, & expulerint, tunc redit ad appetitum: ac si ipsa faciant operationem causæ abscissæ: si non esset abscissa. Et facit credere hanc significationem magnitudo splenis propter retentionem eius, quod oportet vt effundatur. [d] Et signa eius, quæ fit ex melancholia plurima effusa lædente stomachum, est vomitus melancholiæ, & sapor acetosus, & imaginatio mala, & alteratio coloris linguę ad nigredinem. Et signa eius quę fit causa vermium, sunt [e] signa vermium, & conualescentia huiusmodi appetitus, quando administratur aloe in syrupo malorum loco emplastri: nam descendunt vermes à superioribus ventris. Et signum eius quæ fit propter paruitatem sanguinis est vt accidat conualescentibus: aut qui euacuatur euacuatione plurima. Et signum eius quæ fit propter somnum, est ex malitia dispositionis somni, cum priuatione reliquorum signorum. Et signa eius in qua est causa mortificatio appetitus, sunt signa malitiæ cōplexionis confirmatæ: aut euacuationes præteritæ debilitantes totum corpus: & vt [e] æger talis fiat, quod quando appetit aliquid, & afferatur ante ipsum, refugiat ab ipso, & abhorreat: & maius ipso est, vt non appetat omnino. Et signa eius quę fit propter destructionem sensus stomachi, & debilitatem eius G sunt vt sint reliqua signa sana: & vt res acutæ non mordicationem faciant, neque nauseam, neque faciant euenire singultum, sicut diapepereon, quando sumitur in ieiunio, & bibitur post ipsum.

C T. 1.
D Ras. 11. côti. t. 1. c. 1. 109. 4.
E F. 16. t. 5. c. 5.
E Ras. 109. 1.

De cura. Cap. 9.

Ex curatione bona ei qui non appetit cibum, non propter caliditatem dominātem, est vt [f] prohibeatur cibus spatio longo: & minoretur ei, donec viuificetur virtus eius: & digeratur repletio eius nauseatiua omnino, & vt patiatur famem donec mundificetur stomachus eius, & appetat cibum: [g] sicut accidit vigilantibus, quoniam cum ipsi prohibentur à somno tempore longo, fiunt dormientes, & profundantur in somno. Et ex eis quæ conferunt illis, quorum appetitus prostratus est propter debilitatem, sicut conualescentium, aut propter materiam humidam viscosam, est vt comedant [h] oliuas aquæ, & [i] aliquid ex piscibus salitis: & vt [i] sorbeant acetum squilliticum paulatim: [k] Et oportet vt alienetur in cibarijs eorum crocus omnino. Verum salita cousueta, sunt plus prouocatiua appetitus. Et ex prouocantibus appetitum, sunt [l] cappares præparati, & menta & [m] cepæ, & oliuæ, & [n] piper, & gariophyllus, & galanga, & [o] acetum, & quę ex eis sunt cum aceto cōdita, & acetum eorum, & almuri etiam, & allia, & cepæ & parum [p] †{halthit, id est assæ:} & sahane etiam prouocat appetitum & mundificat cum hoc os stomachi. Et ex medicinis excitantibus appetitum est [q] medicamen factum ex succo citoniorum, & melle, & pipere albo, & zinziber. Et ex H medicinis excitantibus appetitum eius qui habet malitiam complexionis calidæ, aut febrem, est electuarium diacydoniten factum cum pomis dictum in [r] antidotario. Et ex eis quæ iuuant appetitum, & prohibent subuersionem stomachi eius, qui non recipit cibum, est rob mentę secundum hunc modum. [s] Terantur granata acetosa cum corticibus suis, & sumantur de succo eorum pars vna, & succi mentæ pars. 5. & mellis boni aut zuccari pars. 5. deinde inspissetur cum facilitate super ignem: & sit dosis eius in ieiunio cochlear 1. [t] Factum autem causa caliditatis quandoq; rectificat potus aquę frigidæ in quantitate, qua non mortificet innatum calorem: & confert ei vti robub acetosis. Et ex eis quæ experta sunt in ea, est sumere in potu aquam granatorum cum oleo rosa. & proprie quando est illic materia, & si dominatur sitis tunc exhibeatur emulsio seminum frigidorū cum robub infrigidantibus & emplastra infrigidantia. Et si fuerit illic materia, euacuabis eam in primis. Et de summa istorum sunt conualescentes exeuntes à febribus: & est cum eis remanentia acuitatis, & eorum cura, est hæc cura: Verum ipsi non vtantur aqua frigida plurima, vt non dijciant virtutes stomachorum eorum. Et necessarium est vt in potu sumant hoc medicamen. [u] Recipe ros. drach. x. sumac drachm. ij. cardamomi drach. i. fiant ex eis troc. & sit dosis drachm. ij.

F Gal. cō. 4. in. 6. hip. de mor. vulga. 17. a
G Fē. 1. t. 4. c. 6. & lib. 4. F. 1. t. 2. c. 20.
H Gal. 2. de facul. alimē. c. 27. h
I Ras. 11. côti. t. 1. c. 2. 117. 1.
K Ras. 117. 4.
L G. ibi. c. 34. e. f
M Dio. li. 2. c. 144.
N Dios. li. 2. c. 151.
O Dios. lib. 5. c. 11.
P † laserpitij
Q Ga. 2. de alimē. facul. c. 23. & 6. de san. tu. c. 15. b. c
R L. 1. 5. t. 6. sed di.
S G. 8. de phar. cō po. s'm loc. c. 3. c
T Paul. lib. 3. c. 37. 142. 35.
V Ras. 11. côti. t. 1. c. 2. 116. 3.

Ipsum

A Ipſum enim facit appetitũ,& incidit ſitim.[a] Et ex eis,quæ faciunt eos appetere, eſt ſauic aſperſum vel miſtũ cũ aqua,& aceto:& cõfert eis vomere immiſſis digitis,mouet enim virtutẽ. Patientibus autẽ factam propter frigus confert decoctio ſpecierũ,quæ eſt [b] vt piper, & cinnamomũ,& ſimilia. Et ſimiliter [b] vinum vetus, & [b] diapepereon & [b] theriaca proprie.[b] Et allia ſunt iuuamenti maximi in hoc,[c] & diacalamenthũ plurimũ confert eis,& omnia electuaria calida,& ſimiliter [c] citra cõdita,& [c] myrobalani cõditi,& [c] ſecacul cõditi, & [c] zinzib.cõditũ. Et cõferunt eis vaporationes cũ milio,qm̃ ipſum eſt magis iuuatiuum q̃ ſal.Factæ vero cauſa phlegmatis plurimi viſcoſi,cõfert vomitus factus cũ raphano comeſto, ſuper quẽ bibitur ſyrupus acetoſus de melle ſingulariter, ſm ꝙ expoſuimus in [d] caplõ curæ vniuerſalis. Et ex eis quæ cõferunt ipſi eſt ſyrupus acetoſus mellinus ſeu factus de melle in quo ponitur ſm omnem heminam mellis,quę in ipſo ponitur,aloes.iij.vnc. & ſumũtur in potu omni die ex eo tria cochlearia. Et etiam oliuæ de aqua cũ aniſo, & cappares in aceto cũ melle.Et qñq; cõferunt ei vti aquis thermarũ:Et deambulatio,& motus. Et curatur poſt mundificationẽ cum eis quæ diximus in regimine caſus appetitus cauſa frigoris.In ea autem,quæ fit cauſa humoris cholerici,aut humoris ſubtilis,fiat euacuatio cum eis, quæ ſcis ex [e] myrobalanis, & ſyrupus acetoſus cum aloe eſt melior ſyrupo acetoſo cum ſcãmonea.[e] Scãmonea nanq; inimica eſt ſtomacho,& curetur etiam cum vomitu,qui educit humores ſubtiles,[e] & decoctione abſinthij

B etiam,qm̃ eſt vltima.[f] In ea vero quæ facta eſt cum cõitate neruorum afferentium ſenſus,aut cum cõitate cerebri ipſius,oportet vt attendatur verſus curam cerebri, & confortationes eius. [f] Sed in facta propter ſpiſſitudinem, & paruitatem ſuctionis venarũ ex hepate,oportet vt rarificetur corpus cum [f] balneo, & [f] exercitio æquali, & [f] prouocatione ſudoris cum aperitiuis. [f] In ea vero quæ facta eſt cauſa melancholiæ,oportet vt euacuetur melãcholia, deinde adminiſtrẽtur ſalſa & alcuamich,& inciſiua,vt incidatur illud quod remãſit ex ea,deinde adminiſtrẽtur cibi boni chymi odoriferi.[f] Eius vero quæ facta eſt ab abſciſione melancholiæ,cura,eſt cura ſplenis,& eius cõfortatio: & apertio viarũ quę ſunt inter ſplenem & ſtomachum cum medicinis,quarum eſt mouere ad partem ſplenis,ſicut eſt epithymum, & radices corticum capparorũ cum ſyrupo acetoſo: & ſimiliter cappares cum aceto conditi. [g] Prægnantium autem appetitum qñq; excitabis cum cadit, cum eis quæ ſunt ſicut inceſſio temperata,& exercitium temperatum, & intentio eſt in cõmeſtis, & bibitis,& vinum vetus odoriferum confortatiuum virtutis expulſiuæ,& reſolutiuũ materiei malæ:& repręſentatio ciborũ ſaporoſorũ:et ea in quibus eſt caliditas & inciſio.[h] Et in ea quidem quę facta eſt propter caſum virtutis,appetitiuæ oportet vt incipiatur à rectificatione cõplexionis deijcietis eam,quæcunq; cõplexio ſit,& conuerſione ipſius ad contrariũ ſui.Et ſimiliter ſi fuerit poſt fluxũ, & raſuram,tunc illud erit propter mortificationẽ virtutis. Verum in facta propter debilitatem vir

C tutis eorũ,oportet vt motus fiant vomitu cum digitis,ipſi nãq; licet nõ vomant,inueniunt tamen excitationem virtutis appetitiuæ. Et quãdoq; fit eis neceſſarium potare theriacam in quibuſdam ſyrupis ſtomachicis, ſicut eſt ſyrupus de abſinthio, aut ſyrupus de granis myrti ſm ꝙ conuenit. [f] In facta vero propter debilitatem ſenſus ſtomachi,oportet vt curetur cerebrum,& auferatur cauſa,quæ intromittit nocumentũ in operatione eius.Et ſcias ꝙ vomitus mundificans cum facilitate, eſt medicamen mirabile ei cuius appetitus proſtratur in dulcibus, & vnctuoſis, & eſt cõtentus in appetendo acetoſa,& acuta:Et ex eis quidem,quæ cõferunt pluribus ſpeciebus deſtructionis appetitus ſunt [i] olibanum,& maſtix,& xyloaloe,& galia,& calamus aro.& balauſtiæ, & aqua cydoniorum cum vino odorifero,quando ex ea fit emplaſtrum, cum non eſt ex ſiccitate. Et ex eis quæ conferunt eſt ſyrupus de abſinthio: & vt aſſumat in omni die pondus drach.i. de radicibus ſquinanthi,& medietatis drach. de ſpica, bibantur cum aqua in ieiunio. Et illa confectio quæ comparata eſt filio Abel dicta [k] in antidotario,eſt iuuatiua etiam. Et dicitur quòd ex herbo contrito cum ſumitur aureus cum aqua granati muzi eſt conferens in excitando appetitum. [l] Et quando caſus appetitus perducit ad ſyncopim, tunc cura eſt approximatio odoramentorum delectabilium ex cibis ad infirmum,ſicut ſunt carnes, & hœdus lactens, & gallina aſſata, & alia: Et prohibeatur ei ſomnus,& cibetur cum conualeſcit pane infuſo in vino:Et ſumat ſorbitiones velocis nutrimenti.

D [m] Et ſcias quòd omnia olea, & proprie butyrum, & vnctuoſa proſternunt appetitum, aut debilitant ipſum, per hoc quòd mollificant, & per hoc quod oppilant orificia venarum. Et illud quod ex eis cõuenientius eſt,illud eſt in quo eſt ſtypticitas aliqua,ſicut [n] oleum omphacinum, & oleum nucinum,& oleum fiſticinum.

De corruptione appetitus. *Cap.* 10.

QVando [o] in ſtomacho aggregatur humor malus diuerſus à conſueto in qualitate ſua, natura tunc requirit aliquid ei contrarium:Et contrarium diuerſum à cõſueto diuerſum eſt non conſuetum.fugantia nãq; ſunt extrema,& econtrario: quapropter accidit quibuſdam appetitus luti,immo carbonum,& terrę,& gypſi,& rerum huius generis,propter qualitatem quę in eis eſt exuccantem,aut incidentem contrariam qualitati humorum.[p] Et quando accidit prægnantibus propter retentionem menſtruorum appetitus corruptus, pluſquã accidat eis deſtructio appetitus:& cauſa in hoc eſt illud,quod diximus:&[q] illud,eſt vſq; prope duos mẽſes aut tres.Et illud quidem eſt, quoniam earum menſtrua retinentur ad nutrimentum embryonis: & quoniam ipſa ſi fluunt timetur in eis ꝙ abortum faciant.Amplius embryon in initio conceptionis non plurimo indiget nutrimento propter paruitatem ſui corporis, quare ſuperfluit quod de mẽſtruis retinetur

A Lib.4. Fé.1.t.2. c.26. & Paul.lib.2. c.50.
B Paul.lib.3. c.37. 144.5.
C Ser.t.3.c.9.
D 24.t.1.
E T.1.c.33.& G.1. đ alimẽ.fac.fo.9. b & Pau.li.3.144.20. & Raſ.11. cõti. t.1. c.2.115.2.3.
F Raſ.li.diuiſ.c.59
G Paul.lib.1.c.1. & Raſ. 11.cõti. t.1. c.2.115.3.
H Pau.lib.2.c.50.
I Raſ.11. cõti. t.1. c.2.115.3.
K Lib.5. ſum. 2.t. 6.c.12.
L Raſ.11. cõti.t.1. c.1.117.2.
M T.1.c.36.& Fẽ. 16.t.2.c.13. & G.1. de alimen. facul.c. 30.d
N T.1.c.36.
O T.1.c.17 & F. 16.t.3.c.7.
P Ga.1.de cã.ſym. c.7.c
Q C.7.& G.ibi.

quantum ad necessitatem, corrumpuntur ergo, & multiplicantur superfluitates in matrice: & in E
stomacho. Cumq; embryon sit indigens superfluo nutrimento, & illud est [a] apud. iiij. menses, mi- A Aeti.lib.3.ser. c.23.
norantur superfluitates istę, & minoratur hic appetitus. & est ille qui nominatur periculum, & di-
scrimen. [b] Et rectius ad quod alteratur iste appetitus, est vt sit decliuis ad acetosum, & acutum. Et B Gal.ibi.c
illud quod est magis corruptum, est vt sit decliuis ad exiccatum, & siccum, sicut est lutum, & car-
bones, & testæ, [c] & quandoq; accidit hominibus simile huic propter superfluitates. C G.1.de cã.sym. c.7.d

De cura corruptionis appetitus. *Cap. 11.*

OPortet vt euacuetur humor faciens corruptionẽ cum medicinis quas diximus, quibus opor
tet vti. Et ex regimine experto ad hoc est, [a] vt sumat pisces salitos, & raphanum infusum in *Infra a*
oxymelle, & comedat vtrosq;, deinde bibat post ipsos aquam in qua faseoli rubei decoquuntur, &
anethum, & nasturtium, & semen erucæ, quę in potu sumatur, & quandoq; in ipsa ponitur luti in-
uenti in croco, quantitas drach. iij. & fiat vomitus cum ea in mense semel, vel bis: Deinde admini-
stretur confectio de myrobalanis cum nuce enden. [d] Et ex eis quæ conferunt ad hoc, sunt cyminũ D Ser.t.3.c.11.
carmenum, & ameos masticata in ieiuno, & post cibum, & comedantur in puluere, [e] aut sumatur E Ras.121.1.
drach. i. de cardamomo minore, & tantũ de cardamomo maiore, & tantundẽ de cubebis, & quan-
tum totum de zuccaro tabarzet: & sumatur in omni die. Et ex medicinis compositis cum cuppu-
lis glandium vehementis iuuamenti sunt ea, quæ sunt sicut medicamen, cuius hæc est descriptio. F
[f] Cuppularum glãdium drach. viij. aloes drach. xvi. herbæ eupatorij drach. vi. radicum squinanthi F Ras.11.cõti.t.1. c.2.121.1.
drach. iiij. myrrhæ. drach. ij. conterantur omnia & decoquantur in duabus lib. aquæ donec rema-
neat medietas, & sumatur in potu omni die tertia lib. tribus diebus continuis. [d] Et iterum cuppu-
larum glandium drach. ij. anisi drach. iij. passularum drach. vij. mirabolanorũ nigrorum myroba-
lanorum belliricorum, embilicorum omnium ana drach. v. scoriæ ferri infuse in aceto forti multo-
ties, & quæ iam sit assata omni vice super patellam drach. x. decoquantur in. viij. vnc. vini pontici,
&. viij. vnc. aquæ, donec ad medietatem perueniant, & dentur in ieiunio. vij. diebus. In cura autẽ
appetitus luti oportet vt euacuetur humor requirens illud cum vomitu noto ad suũ simile, [a] sicut *Supra a*
ille qui fit post comestionem piscium salitorum cum aqua faseolorũ, & anethi, & raphani, & quæ
sunt istis fortiora. Et si necessaria est solutio ventris etiam, fiat. [g] Et ex eis est euacuatio cum turbit, G Ras.11.cõti.t.1. c.2.121.1.
& granis [h] †{brengi chebuli,} & sale naptico, qm̃ est iuuatiua: & proprie si fuerint illic vermes: & H † tithymali
administrentur post illud medicinæ in pilulis factæ, & alię dictę in antidotario. [g] Et oportet vt fiat.
ex ameos, & mastice, & cymino glutẽ, & masticetur, [g] & vt sumatur ex duobus cardamomis ana
drach. ij. de zuccaro tabarzet quãtum est totũ in ieiunio, & sorbeatur super ea aqua tepida multo-
ties paulatim. Et ex eis quæ experta sunt eis est hæc confectio. [i] Recipe myrobalanos belliricos, & I Ras.120.4.& 121.1.
emblicos, & nucem enden, & masticem, & cardamomum maius, ameos, zinziber, cõficiantur cũ G
melle: & sumatur ex eis ante cibum, & post cibum quãtitas nucis. Et ex regimine bono in hoc est,
vt mundificet patiens eam, stomachum suũ, & rectificet cõplexionem suã. Amplius sumatur lutũ
alhur, & dissoluatur in aqua, & ponantur in ipsa medicinæ vomitiuæ, quæ non habent saporẽ ma-
ximum, deinde ponatur in ipsa ex sale, ꝙ ipsam bonã efficiat, deinde exiccetur in sole: & præcipiat
appetenti lutum, vt sumat ex eo aliquid in quo sit de medicamine, quod non addat supra dosim. i.
aut dosim. i. &. 5. qm̃ faciet ipsum euomere illud quod comedit: & proprie si fuerit res fœtidi & ma
li vomitus sicut caules, & similia, & faciet abhorrere lutũ. Et iam existimauerunt [k] quidã, ꝙ iuuan- K Ras.lib.diuis. c.59.
tius quod administratur ad expellendũ appetitum luti, est vt cibetur patiens dum est ieiunus, pul
lis columbarũ assatis, & vtatur eis in secũda mensa post cibum paulatim. Et in secunda mensa vti
ameos est valde mirabile: & similiter [l] amygdalis amaris. Et dixerũt quidã ꝙ potare sacraiati. i. olei L Aeti.lib.4.ser.4 c.10.
de sisamo abscindit ipsum. Et oportet vt loquamur in hoc ſm experimentũ, non ſm rõcinationẽ.
Et ex illis, q̃ cõferunt est loco luti administrare nucẽ endẽ et suctionem salsorũ, & si sint ex lapide.
[l] Et iã expertũ est amylũ de tritico, et ꝓprie cũ sale. Et experta sunt eis, vt sumant vini põtici. ℥. viij.
& coquant donec remaneat. 5. lib. & ad bibẽdũ det in ieiunio ꝑ hebdomadã vnã. [g] Et ex illis qbus
oportet eos vti in secũda mẽsa, sunt [g] fistici, & [g] passulæ, & [g] castaneæ, & [m] †{chrysomala.} Et in q- M † Sisama
busdã eorũ expertũ est vt sumãt [n] †{zerbegi,} & sint in ipso pisces parui, & cepę, & carui & oleũ H N † cibariũ qdã
ablutũ, & spẽs sint pip, & zinziber. Et iã dictũ est, ꝙ ruta est maximi iuuamẽti. Et nos qdẽ iã [o] dixi- O C.9.
mus regimen eius, q appetit acetosum, & acutũ absq; dulci & vnctuoso, & sanat ipsum vomitus.

De fame & vehementia eius, & appetitu canino. *Cap. 12.*

MVltoties excitatur hic appetitus caninus post [p] euacuationes, & febres prolixas resoluen- P G.2.aphor.21.b
tes corpora. [q] Et quãdoq; accidit ex debilitate virtutis retentiuæ in corpore, quare assidue Q Aeti.li.3.ser.1. c.22.& Ser.t.4.c.10
fit resolutio superflua, & assidue fit appetitus vehementis restaurationis eius. Et quãdoq; accidit R G.1.de cã.sym. c.7.b.c, & Ser.t.4. c.10.
appetitus caninus [r] propter caliditatem superfluam in ore stomachi, resoluẽtem, & requirentẽ re-
staurationẽ: quare est os stomachi semper quasi sit famelicũ: & hoc ſm plurimum facit sitim: & in S T.1.c.18.& G.1. de cã.symp.c.7.a
quibusdam dispositionibus facit famẽ, cum superfluit eius resolutio. [s] Fames autem ſm plurimũ
est à superfluitate caloris in corpore toto, & in extremitatibus eius. Caliditas enim licet cum ap-
propriatur ori stomachi, faciat appetere aquã, & curentia humida, tamen ipsa cum dominatur cor
pori, resoluit, [t] & cogit venas vti suctione post suctionem donec perueniat ad os stomachi cum T Gal.ibi.a
exquisitione aggregata. Et quandoq; est hæc caliditas veniens de foris, præcipue propter circun-
ferentiam aeris calidi super corpus, cum occurrit raritati eius, & obedientiæ ipsius ad resolutio-
nem,

A G. 1. de cã. sym. c. 7. b, & Aeti. lib. 3. ser. 1. c. 22. — A nem, & necessitati continuæ ad restaurationem. [a] Et quandoq; superfluitas raritatis corporis sola,
est in hoc causa, cum est illic caliditas intrinseca digestiua resolutiua: & præcipue si fuerit illic cali-
ditas extrinseca, aut adiutorium debilitatis retentiuę. Et quandoq; accidit etiam ex catarrho in ca-
B Alexã. lib. 7. c. 6. — pite, & illud est raro. [b] Et quãdoq; fit propter vermes, & serpentes magnos, cum subito incipiunt
venire ad comesta, & appropinquant eis, ita q nutriuntur cum eis, & dimittunt corpus & stoma-
C G. 1. de cã. sym. c. 7. b — chum famelica. Et quãdoq; est [c] propter humorem acetosum. s. [d] melancholiam, aut phlegma ace-
D Ras. 11. cõti. t. 1. c. 1. III. 4. — tosum, cõmouẽtem os stomachi: & facit in ipso illud, quod facit suctio venarum exquirentium ci-
bum: & comitatur ipsum, vt inspissetur cum eo sanguis, & contrahatur, & sentiatur in orificijs ve-
narum sicut vacuitas sugens. Et est cum acetosum sua incisione, & incoriatione vel sua præpara-
tione stomachi in modum corij remouet humores viscosos, si sunt in ore stomachi, qui sunt cõtra-
rium appetitus: quoniam motus cum est cum comprehẽsione horum humorũ, viscosorum est ad
expellendum vehementius, q̃ sit ad attrahendum. Et iterum quoniam villorum stomachi motus
vehemens fit ad inspissandũ, cum contractione vel aggregatione: cuius simile accidit, cum est mo-
tus suctionis venarum, et motus virtutis attractiuę. [d] Et illud quod accidit ex canina fame peregre
E Arist. 8. problemat. 4. — proficiscentibus [e] in frigore vehementi, possibile est vt sit propter hanc causam, & similia. Et ex
causis quidem cõmouentibus famem, & appetitum vehementẽ, sunt vigilię superfluæ, propterea
B quia resoluunt, & extrahunt humiditates ad exteriora sequentes dilatationem caliditatis ad exte-
riora. Et scias q appetitus caninus multoties perducit ad bolismum, & subet, & mortem.

De signis. *Cap. 13.*

SIgnum eius quæ fit post euacuationes, & ægritudines resolutiuas, est antecessio earum: & vt
non sit natura soluta ẽm plurimum: qm̃ corpus attrahit humectationẽ cibi ad seipsum, quare
F Alex. fol. 258. & Ras. 11. conti. t. 1. c. 1. III. 4. — exiccatur fæx. Et signa eius quæ fit ex frigore, sunt [f] paruitas sitis: & multitudo fæcis, & inflatio, &
reliqua [g] signa huiusmodi cõplexionis: & ex illis est frigiditas aeris circundantis. Et signa eius quę
G T. 1. c. 19. — fit ex caliditate, sunt [h] fortitudo sitis: & non est [h] vomitus acetosus: & est natura ẽm plurimum con
H Alexã. fol. 258. — stricta: & reliqua signa eius huiusmodi complexionis. [i] Et signa eius quæ fit ex debilitate virtutis
I alex. li. 7. fo. 259. — retentiuæ in toto corpore, & in stomacho, sunt multitudo exitus egestionis crudę: & perductio di-
spositionis ad diarrhœam, & reliqua signa proportionalia nota. Et signa eius quæ ex multitudine
resolutionis, sunt causæ resolutionis prædictæ in libro vniuersali, quarum rememoratio præterijt,
& vt nõ sit, in digestione nocumentum. Et ex summa signorum casualium sunt caliditas aeris cir-
cundantis, & vigiliæ, & similia. Et signa eius quæ fit ex humore acetoso, aut melãcholico sunt pau
citas appetitus aquæ: & acetositas eructuationis: & reliqua signa proportionata nota. Et signa ca-
K 12. t. 1. F. 5. — tarrhi ex capite sunt ea quæ diximus [k] in capitulo suo. Et signa vermium sunt ea quæ sciuntur lo-
L 3. t. 5. F. 16. — C co suo, & quæ dicemus in [l] capitulo suo.

De cura. *Cap. 14.*

M Ga. 2. aphor. 21. — ILla quidẽ quę est ex frigore, & ex superfluitate phlegmatica, oportet vt curetur cum mũdifica-
tione nota cum calefactiuis prædictis, [m] & vino plurimo, in quo non sint ponticitas neq; aceto-
sitas omnino. Ipsum enim sanat ab ea sumptum in potu calefactum, in ieiunio. Ipsum nanq; est cu
N F. 16. t. 1. c. 4. — ratio magis conferens eis, nisi ipsis adsit ventris [n] solutio: tunc enim oportet vt omne vinũ vitent,
stypticum nanq; augmentum facit in canino appetitu ipsorum: & amarum addit in solutione ven
tris ipsorum. [m] Et oportet vt sint ea quibus cibantur pinguia calidę complexionis sicut ea quę im-
pinguantur cum gibbo cameli. [m] Et oleũ est eis iuuatiuum, cum in ipso non sunt ponticitas & ace
O † cibaria ex amylo aut oriza cũ lacte, aut zuccaro — tositas. Et [o] †{algiudabet}cõferunt eis. Et ex eis quibus oportet cibari eos est vitellus oui assatus
valde post cibum, & oportet vt elongentur [m] ab acetoso, & pontico. Et administrentur eis electua
P Ser. t. 3. c. 10. — ria odorifera, [p] sicut alcanzi, et electuarium nermisch proprie cum fuerit illic solutio ventris. Et ex
vnctionibus abstergẽdo factis eis, quæ conferunt sunt muschus, & laudanum. Et eis quidem quę
experta sunt, sunt grana alcadra in ieiunio aliquibus diebus. Illis autem qui patiuntur eam ex de-
bilitate virtutis retentiuæ, nam ipsa licet ẽm plurimum debilitetur propter frigus, tamen debilita-
Q T. 1. c. 16. & Fẽ. 11 t. 2. c. 1. & Gal. 2. apho. 20. & 3. de cau. sympt. c. 1. c — tur quandoq; ipsa, [q] & omnis virtus propter omnem malitiam complexionis. et non attendas ser-
D monem ipsorum qui negant illud, & dimittunt, immo oportet vt tu cognoscas complexionem,
& opponas cum contrarietate curæ: & quod est magis vincens seu & quod est magis ẽm plurimũ
est cum humiditate, et istis confert alchuzi valde. Quod si eorum naturæ fuerint vehementis mol
lificationis, tunc retine eas: nam in retentione earum, est cura fortis huius ægritudinis. Verum il-
los quibus accidit hoc post febres fortes, & euacuationes, oportet cibari ex vnctuosis quæ mundi-
ficant os stomachi, quæ non sunt malæ substantiæ, sicut est oleum amygdalarum cum zuccaro: &
vt inspissetur, quod de corpore ipsorum est apparẽs. Et similiter est cura eius, quæ accidit propter
R Aeti. lib. 3. ser. 1. c. 22. — resolutionem plurimam. Et oportet ne patientes hanc speciem famis caninæ ad calefacientia per-
ueniant, & vina, immo nutriantur ex cibis frigidis, [r] & liniantur extrinsecus ex eis quæ oppilant
S Aeti. & Ras. 121. 1 — poros, sicut est oleum myrtinum, & proprie in cerato: & [s] sicut alumen dissolutum in aceto, & vt
abluantur [r] aqua frigida, nisi sit quod prohibeat. Et oportet vt sint cibaria eorum frigida viscosa.
T Ras. 11. cõti. t. 1. c. 2. 121. 1. — grossa, sicut sunt [t] ventres, & acida, & acetosa, & congelata, & [t] panis azymus. Et cum inuenit ali-
quis eorum iuuamentum ex hoc regimine, conuenit ei vt abhorreat ipsum paulatim, & succurrat
malitiæ ipsius, & similiter ille causa famis cuius est raritas corporis. In illa autem cuius causa sunt
V 4. t. 5. F. 16. — vermes, & serpentes, oportet vt interficiantur, & educatur cum eis quæ diximus in [u] capitulo ver-

mium. & vt cibentur ex cibis grossis, frigidis, & pane infuso in aqua frigida, & aqua rof. & eo q̄ non dissoluitur vel non est vehementer decoctum in decoctione ex carnibus gallorum, & gallinarum, & piscium, & vtantur fructibus stypticis. In ea autem cuius causa est ex phlegmate acetoso, oportet vt patientes ipsam sumant cum aliquo in quo cadunt origanum, & [a] sinapis & [a] piper: & vt comedant [a] mel, & [a] allia, & [a] cepas, & [a] nuces, & [a] amygdalas, & vnctuosa, & adipes, sicut sunt [a] adipes gallinarum & similium. Et intentio quidem in quibusdam eorum est calefactio, & illarũ quædam sunt medicinæ calidæ prædictæ. Et in quibusdam earum est æquatio acetositatis, & illa quidem sunt cibi vnctuosi prædicti. [a] Et illi quidem qui fortis est, tolerans solutionem ventris, soluatur post administrationem horum subtiliatiuorum cum picra confortata eis, deinde dentur ei vnctuosa. In pueris vero, cum recti fuerint cum eis, quæ sunt sicut cepæ, & allia, & cibi subtiliatiui, assiduetur tribuere eis in potu aquam calidam post regimen cum subtiliatiuis: illud enim lauat humores eorum. [b] Illa autem quæ est propter melancholiam effusam semper, quandoq; indiget phlebotomia basilicæ sinistræ, si est sanguis in eis plurimus, & resideat melancholia plurima propter multitudinem eius. Et si est splen apostematus, tunc laboretur in euacuādo eos cum illis, quæ scripta sunt in canone: & alienentur ab acetosis, & stypticis. [b] Et quandoq; conferunt eis ventosæ super splenem. Species vero quę fit ex caliditate, curatur cum eo, quod scis: & dentur cibaria subtilia & cucumeres, & melones, & cucurbitæ, & similia: Et vitetur aer calidus. F

E

A Ras. 110. 4.

B Ras. lib. diuis. c. 59.

De fame quæ vocatur bolismus. i. Bulimo. *Cap.* 15.

Est [c] quæ nominatur fames vaccina: & ipsam quidem antecedunt plerūq; fames canina, & destruitur appetitus post ipsam: Et quandoq; non, immo destruitur appetitus omnino incipiendo: [d] Et est fames membrorum cum satietate stomachi. Sunt ergo membra famelica valde, et indigentia nutrimento, & stomachus respuens ipsum: Et quandoq; peruenit res in ipso ad syncopim. Et venæ quidem sunt vacuę, sed stomachus respuit cibum abhorrens ipsum. [e] Et multoties quidē accidit iter agentibus in frigore, & vehementer infrigidatis quorũ stomachi ex frigore vehementi inspissantur. Et causa eius est malitia complexionis mortificans virtutem sensibilem, & virtutē attractiuam. Et fit ex humoribus tegētibus os stomachi, cooperientibus ipsum, & sparsis in villis eius, mouentibus ad expellendum, & refugientibus attractionem.

C Gal. 2. apho. 21.

D Halya. 9. the. c. 24. & Ser. t. 3. c. 11.

E Aeti. lib. 3. ser. 1. c. 6. & Ras. 111. 4.

De signis. *Cap.* 16.

ET tu quidem cognosces signa cum eis, quæ iterata, & dicta sunt tibi in [f] canone.

F T. 1. c. 17.

De cura. *Cap.* 17.

ESt cura casus appetitus omnino, & penitus oportet vt [g] odorentur cibi prouocantes appetitum, habētes species, & fructus odoriferos, & aromatica odorabilia, in quibus est stypticitas, vt congregetur virtus, quare nō resoluatur. [g] Et deglutiant panem infusum in vino odorifero: Et sumant in potu, aut sorbeant [h] ex vino odorifero, & proprie si permisceatur ei camphora in calida complexione, aut xyloaloe, & galia in aliis. Et confert ei [h] syrupus de lilio, si non fuerit causa eius caliditas. [i] Et oportet vt ligentur manus, & pedes ipsorum vehementer. Et prohibeantur à somno. [k] Et oportet vt doleant cū sunt somnolenti pungendo eos, & vnguibus cōstringendo & percutiendo eos virga subtili, ita vt dolere faciat, & non disrumpat, vel non cōtundat nisi fuerit causa eius caliditas. [l] Et ex eis quæ conferunt eis, est vt sumantur tortellæ, & digitis conterantur in mesusen aliter meisusen aut in nesuad vel nuduad odoriferis, & ex eis emplastrum fiat stomacho: & proprie in dispositione syncopis. et fiat eis emplastrum etiam cum emplastris odoriferis, sicut sunt emplastrum pineale, & emplastrũ almuredsafram. Et qnq; confert vt administrentur super stomachos eorum emplastra facta ex medicinis cordialibus boni odoris: [m] Et vt vaporentur ex fumigiis factis ex ambra. [h] Et fiat emplastrũ iuncturis ipsorũ ex emplastro facto ex aqua rof. & aqua myrti, & almesusan, & [h] cāpora, [h] & muscho, & [h] croco, & [h] xyloaloe, & [h] galia, & [h] rosis. & fiat preparatio in calefaciendo corpora eorũ, si causa est frigus: & in infrigidando ipsa, si causa est calor. Et cũ superuenit eis syncopis, fiat ipsis illud quod diximus etiā in dispōne syncopis: & spargat̄ [n] super facies ipsorũ aqua frigida, & stringātur manus, & pedes ipsorũ, & pungātur plantæ pedũ eorũ, & extendantur capilli, & aures ipsorũ. Cumq; euadunt [o] cibent̄ pane infuso in vino odorifero. Et si fuerit in stomachis eorũ humor cholericus, aut subtilis, sumant in potu quantitatē. ij. choclleariũ de syrupo acetoso cũ aur̄. i. [n] de hiera, aut minus, si fuerint debiles. Et si fuerit frigiditas supflua, sumant in [n] potu theriacā, & sagzeneā, & diamarte, & cōfectionē stomachicon, & electuariũ diaspermaton.

G Gal. 8. de cōpo. phar. c. 4. d.

G

H Ser. t. 3. c. 11.

I G. 8. d̄ ɔpo. phar. s̄m loc. c. 4. c

K Lib. 4. Fē. 1. t. 1. c. 27.

L Ras. 11. cōti. t. 1. c. 2. 120. 3.

M Halya. 7. prac. c. 6.

N Ras. 120. 3.

H

O Gal. ibi. a

De fame syncopali. *Cap.* 18.

ESt vt sint patientes famē, sustentantes seipsos, cum famelici sunt: cumq; tardatur eis cibus, superuenit eis syncopis, & casus virtutis. & causa eius est caliditas fortis, & debilitas in stomacho.

De cura. *Cap.* 19.

HVius ægritudinis cura proxima est curæ bolismi, & iam præteriit maior pars canonis regiminis ipsius in doloribus stomachi, & bolismo: Et ad summũ cura ipsorum diuiditur ad curandum patientes ipsam in dispositione syncopis, & est iam dictum [p] in capitulo syncopis: & ad curandum ipsos, quando euadunt, & est vt cibentur pane infuso in vino, & syrupo [q] de fructibus: deinde cum alio regimine infrigidante prædicto in bolismo: & eo quo curentur ante illud, & est vt prohibeantur à somno plurimo, & non tardetur eis cibus, & vt cibētur frigidis actu: & vt fiant illis ea, quæ dicuntur in doloribus stomachi calidi.

P 8. t. 2. F. 11.

Q Lib. 5. sum. 1. 6. c. 24.

De siti.

A *De siti.* Cap. 20.

MVltitudo sitis,& eius vehementia,qñq; fit propter [a] stomachum.s.aut propter caliditatem complexionis eius,&[a] proprie oris eius.Et qñq; accidit illa caliditas in inflãmatione febriũ ita,vt quidam eorum non cessent bibere,& non satientur donec moriantur inde in proximo.Et qñq; accidit illa caliditas propter potũ vini fortis,veteris valde,plurimi,aut cibum calidum valde actu vel potentia,sicut est alsa,& allia,& similia.Et [b] multoties moritur homo ex potu vini veteris inflãmatus,& conturbatus,& sitiens.Et [c] qñq; accidit illa caliditas ex potu aquarum salsarum.Et aqua maris qñq; efficit in siti additionem,cui non succurritur.Et qñq; fit propter medicinas,et propter cibos sitim facientes,quæ faciunt sitim cum ablutione,aut cursu:& ablutione quidem sicut res salitæ,quas natura abluere quærit cum lauatione:Aut incisione,& cursu sicut viscosa,quæ natura quærit subtiliare valde ita,vt penetrent,& non adhæreant.Et qñq; facit sitim res grossa:propterea,quia venit ad eam caliditas.Et pisces quidem saliti aggregant hæc omnia.Aut propter siccitatem stomachi.Et[d] qñq; fit propter phlegma salsum in ipso,aut dulce,aut choleram amaram.Et qñq; fit propter humiditates feruentes.Et qñq; fit cum cõitate membrorum aliorum,sicut fit in diabete,& est de ægritudinibus renum,& dicemus ipsum ĩ capitulo renũ.Et qñq; fit sitis huius capituli propter [e] oppilationem existẽtem inter stomachum & hepar,& est medians vel prohibẽs B inter aquam & penetrationem ipsius ad corpus:quare non sedatur sitis quãuis bibatur aqua plurima:& hoc est sicut illud,quod accidit in hydropisi,& in colica.Et qñq; fit propter cõitatem hepatis cum est inflãmatum,aut apostematur:aut vehemẽs fit frigus eius,quare non attrahit.Et p cõitatem pulmonis cum calescit,& cordis etiam,cum calescit,& intestini ieiuni etiam,& meri,& algalsem,& quæ sequuntur ipsum,quãdo exiccantur in ipso humiditates,& fit contractio,& qñ calescit vehementer:Et qñq; propter ægritudines cerebri ex sirsen calida,& mania,& alcutrub.Et vehementior quidem sitis,quæ facta est causa horum mẽbrorum,& per cõitatem ipsorum est illa,[f] quæ cõmouetur ab ore stomachi:deinde quæ cõmouetur à meri:postea quę commouetur à profundo stomachi:deinde quæ est cum cõitate pulmonis:deinde quæ est cum cõitate hepatis:deinde quæ est cum cõitate intestini ieiuni.Et qñq; fit cum cõitate corporis totius,sicut in febribus,& sitis cretica,& quæ est in fine hecticæ,& phthisi.Et [g] sicut accidit propter puncturam viperarum sitim facientium,nam cum ipse pungunt,non cessat punctus bibere,& nõ satiatur donec moriat̃.Et[h] similiter à potu vini in quo mortuę sunt viperę,aut à cibo alio.Et sicut accidit post euacuationem cum solutiuo,& diarrhœam superfluam.[i] Et bibenti quidem medicinam solutiuam s̃m plurimum accidit,cum operatur medicina,sitis,cuius defectus in pluribus horis significat,q; medicina adhuc est in operatione.Et qñq; accidit vt tardetur ab hora sua,aut antecedat,& festinet ante C operationem medicinæ.[l] Verum eius antecessio fit propter caliditatem medicinæ,aut [k] propter caliditatem stomachi,& eius siccitatem:& tardatur propter contrarium illorum:Et propter illud sitis in eo,cuius stomachus est calidus,& siccus,et bibit medicinam calidam,non significat,q; medicina fecerit operationẽ suam iãdudum:& [l] in eo,qui est ei contrarius,significat,q; ipsa efficit operationẽ suam iãdudum.Et ex eis,quę cõmouent sitim,sunt multitudo locutionis,& exercitij,& laboris.Et [l] somnus sup cibos calidos:sed [m] cũ non est sup cibos calidos,tunc somnus sedat sitim.Et qñ aggregant̃ in ęgritudinibus acutis sitis vehemẽs,et siccitas vehemẽs,tunc illud est malũ valde.

De signis. Cap. 21.

SIgna quidem factæ propter complexiones sciuntur ex eis,quæ dicta sunt in [n] capitulis aggregatis,siue sit cum materia,siue absq; materia,& siue sit materia amara,aut salsa nitrosa,aut dulcis impediens sua ebullitione.Et signum factæ causa oppilationis est,qm̃ significat ipsam qñq; lenitas naturæ.Et signum factæ causa diabetis est,vt sit sitis vehemẽs,quam non sedat potus aquæ,immo cum bibitur aqua,fit necessitas extractionis ipsius cum vrina,& redit sitis:quare sunt sitis & prouocatio vrinæ sese comitantes,& consequentes cum reuolutione vel circuitione.Signũ vero factæ propter causas faciẽtes sitim prædictas,est antecessio illarũ causarum.Et [o] signa eius,quę fit cum cõitate.s.illius quidem,quæ fit cum [p] cõitate pulmonis,& cordis,sunt quod sedat eã attra D ctio aeris frigidi,& vigiliæ cõferunt ei.& somnus addit in ea.Et qñq; fit suctio aquę paulatim magis vltima in sedando ipsam,q̃ sorbere ipsam plurimum:immo qñq; sorbitio eius subito congelat superfluitatem,deinde calefacit eam:quare additur sitis ĩ duplo,& expulsor sitis addit in siti:quare nõ iuuatur ab eis quibus iuuabatur in principio.Et [q] illa,quæ fit exiccatione meri,est parua debilis:quare confert ei somnus:propterea,q; humectat ventrem,et quies,et dimissio locutionis.Et [r] si est ex calore,tunc vigiliæ conferunt ei.Et factam cum cõitate hepatis,significat cognitio dispositionis hepatis in complexione sua calida,& sicca,& apostema suum calidum,& non calidum.

De cura. Cap. 22.

OMnis facta ex causis complexionalibus,curatur cum contrario.Et [s] sitis pulmonis curatur cum aere attracto.Et multoties quidem curatur sitis mandando aquam frigidam super linguam.& ille,qui timet sitim in ieiunio præmittat loco aquę fabarum,& ciceris,acetum cũ oleo:& abhorreat aquam fabarum,& ciceris,qm̃ ambo sunt facientia sitim.Et euacuatus expectet super sitim,quam acquisiuit ei euacuatio vsq; quo confortet̃ eius digestio.Et non bibat sitiens aliquid plurimum subito,neq; aquam frigidam valde,& mortificet caliditatem quam debilitauit sitis.Et vomitus quandoq; facit sitim,& sedat eam syrupus de pomis cum aqua rosarum.Et in stomacho quidem

A G.6.lo. af. c.3.b
B G.1.de cau.sym pto.c.7.e, &. 4. de vic.rõne ĩ acut.1.d, &.2.loc.af.c. 8. fol. 14 a
C G.1.de cau.sym pto.c.7.e
D Gal.1.de simpl. medi.fac.c.30.e, & lib. de multitu. c. 11.f.g
E Fẽ.16.t.3.c.7.
F G.3mẽ.4.de rõne vict.ĩ acutis m.e, & Raf.11.conti.t.1. c.1.112.4
G Ga.11.de simpl. med.facul.78. b
H G.1.de cau.sym pto.c.7.d. e
I Gal.4.aphor.19.
K Li.1.Fẽ.4.c.6.& Gal.4.aphor.19.
L Raf.11.cont.t.1. c.1.112. 4.
M G.5 apho.27.& Hipp.3mẽ.4. in.6. de morb.vulg.23.h
N T.1.18.19. 20.&c.
O G.ex art. medi. c.64.d
P Alexãd.li.7.c.8.
Q Lib.4.Fẽ.1.t.2. c.17.
R Lib.4.Fẽ.1.t.2. c.17.& Raf. 11. 3ti. t.1.c.1.114.4.
S Ser.1.3.c.13.

quidem calido,& ſicco addit aqua frigida ſitim. Et ſimiliter in ſtomacho ſalſi humoris,& aqua calida ſedat ſitim eius multoties. Et quando fit vehemens ſitis,et non eſt febris,tunc miſceatur cum aqua parum iuleb,vt perueniat aqua ad extrema membrorum. E

De cura percuſsionis obuiationis & caſu ſuper ſtomachum. *Cap.* 23.

EMmplaſtrum[a] conferens ad hoc. Recip. poma ſcenia decocta cum decoctione boni odoris donec diſſoluantur in decoctione,deinde terātur bene,deinde ſumatur ex eis pondus quinquaginta drach.& miſceatur cum.x.laudani,&.viij.roſ.&.vi.aloes,& aggregētur omnia cum.ij. ſuccis.ſ. arnogloſſæ, & foliorum cupreſſi,& miſceatur cum eis oleum de lilio, & fiat tepidum,& ligetur ſuper ventrem,& vbi eſt ſtomachus aliquibus diebus.

A Lib.4.Fē.4.t.c.6. Totum hoc cap. repetit de verbo ad verbū.t.1.c.33.

TRACTATVS III. *De nocumento digeſtionis.* *Cap.* 1.

NOcumenta digeſtionis ſequuntur nocumenta[b] in inferioribus ſtomachi, aut propter cauſam in cibo,aut propter cauſam in diſpoſitione quietis corporis,& motus eius. Et[c] factum cauſa rei ſtomachi,eſt malitia complexionis aut calidæ,aut frigidæ: & fortior earum eſt frigida,& debilior earum eſt calida. Frigida.n. vehementius nocet digeſtioni,q̄ calida.[d] Verum ſicca, & humida non perueniunt ad hoc ſm plurimum,[e] vt appareat ex eis ſolum cum æqualitate ambarum aliarum qualitatum,nocumentum digeſtionis,niſi iam fecerint euenire,[e] ſicca quidem arefactionem,& humida hydropiſim. Verū diſpoſitio in impreſſione quietis & ſomni,& eorum cōtraria, & quod ſequitur ea de iudicijs cibi in hoc,eſt q cibus idiget quiete,& ſomno,& vſquequo bona fiat digeſtio:& qñ ſunt loco amborum motus & vigiliæ,nō completur digeſtio. Et cibus quidem grauis remanet in ſtomacho prolixe:& digeritur,aut remanet indigeſtus,aut eſt paruæ digeſtionis:Sed leuis cibus cum non digerit̄, non prolongatur ſpatium remanentiæ eius non digeſti:immo qñ non eſt in ſtomacho, qui digerat ipſum,corrumpitur velociter. Et cibus quidem aut conuertitur ad illud, quod eſt neceſſarium cum digeſtione integra:aut conuertitur ad illud,quod eſt neceſſarium conuerſione aliqua,& digeritur digeſtione aliqua,non integra:quare non attrahit corpus ex q̄titate cibi,quam poſſibile eſt ipſum ſumere,quātitate qua indiget ex cibo:& fit ibi extenuatio,aut non digeritur oīno. Et illud eſt ſm duos modos:[g] nam ipſe tunc aut remanet cum diſpoſitione ſua,aut conuertitur ad ſubſtantiā extraneam corruptam. Et[f] qñq; fit illud in omni digeſtione,& vſq; in tertia,& quarta. Et cauſa illius accidunt hydropiſis,&[g] cancer,&[g] formica,&[g] eryſipila,&[g] morphea,& baras,& ſcabies. Et illud ideo,q̄m ſanguis non eſt digeſtus digeſtione cōuenienti naturę:quare membra non[h] attrahūt ipſum ita,vt ipſo nutriantur,& putrefit,& fœtet,aut inueniunt nutrimentum ex eo,ſed nō fit bona aſſimilatio eius cum eis:& ſi fuerint illic vincentia grauitas ſeu groſſities & caliditas, denigrat̄: & qñq; fit nigredo eius ſimilis pici: Et[i] ſtomachus etiam qñ non digerit oīno, peruenit res ad lubricitatem inteſtinorū,aut[k] ad hydropiſim tympanitem. Verūtamen non conuertitur, ad hydropiſim tympaniten niſi cum ſtomachus in ipſa habet impreſſionem tantæ quātitatis,qua faciat vaporationem cibi,& non qua digerat. Et[l] ſcias, q corruptio digeſtionis,& debilitas eius, & ad vltimum nocumentum eius,cum accidit ex qualibet materia,eſt facilius ad curandum quam ſit, cum accidit propter debilitatem virtutis,& malitiam complexionis confirmatam.

B G.5.loc.af.c.: C G.3.de cau.ſympto.c.1.g D Ser.t.3.c.14. E Cap.3.& Gal.3.de cau.ſymp.c.1.c F F G.3.de cau.ſympto.c.1.h.a G Gal.ibidem.i H G.3.de cau.ſympto.c.1.c.d G I Gal.ibidem.c K Fē.16.t.1.c.2.

De corruptione digeſtionis. *Cap.* 2.

CIbus corrumpitur in ſtomacho propter cauſas,quæ ſunt cōtrariæ cauſis rectificationis eius. Et ad ſummum cauſa in hoc,aut eſt in cibo,aut in receptore cibi, aut in rebus accidentibus ſuperuenientibus eis. Et cibus quidem corrumpitur in ſtomacho aut[l] propter quātitatem ſuam, aut propter qualitatem ſuam:Propter quantitatem quidem,q̄m eſt pluſq̄ oportet: quare patitur de digeſtione infra,q̄ oportet:Aut eſt minus, q̄ oportet,& patitur de digeſtione ſupra,q̄ oportet: quare aduritur,& in cinerem conuertitur. Et ex proximo huic corrūpitur cibus ſubtilis in ſtomacho igneo calido.[m] Sed propter qualitatem,q̄m eſt in ſeipſo velociter ſuſcipiens corruptionem,ſicut[n] lac recenter mulctum,& melones,& perſica:Aut tardæ recipiens rectificationem, ſicut ſunt tubera,& caro bubali:Aut eſt ſuperfluæ qualitatis propter[o] ſuam caliditatem, ſicut mel: Aut eſt propter frigiditatem ſuam ſicut cucurbita: Aut[p] eſt prohibens appetitum cibi cum proprietate, H quæ eſt in ipſo,aut in comedente,ſicut ille cuius refugit natura à cibo aliquo,quāuis ſit laudabilis, aut ſit appetendus ab aliquo:Aut[q] propter horam ſuę receptionis:& illud eſt qñ ſumitur,& in ſtomacho eſt repletio,aut remanentia alterius:Aut[q] ſumitur ante exercitium conſuetum poſt expulſionem cibi primi,& egreſſionem eius:Aut[r] propter errorem in ordine ſuo ita, vt ordinetur, qui eſt velocis digeſtionis ſupra illum,qui eſt tardæ digeſtionis,quare digeritur ille,qui eſt facilis digeſtionis ante illum,qui eſt tardæ digeſtionis & remanet natās ſupra ipſum:quare corrumpitur, & corrumpit illum, qui cōmiſcetur ei. Et neceſſarium quidem eſt in ordine vt præmittatur leuis ad grauem:& lenis ad[q] ſtypticum,niſi ſit aliquid vocans ægrum faciens neceſſarium,vt præmittatur ſtypticus ad retinendam naturam.[ſ] Aut[a] propter multitudinem ſpecierum eius, & miſceant̄ alij cum alijs:quare cōmiſcetur ille,qui eſt velocis digeſtionis,& ille,qui eſt tardæ digeſtionis. Facta autem cauſa receptoris aut eſt in ſubſtantia eius,aut eſt cauſa alterius, & eorum, quæ circundant ipſum,& accidunt in ipſo: Et[t] illud,quod eſt in ſubſtantia eius eſt, ſicut ſi ſit in ſtomacho malitia complexionis cum materia,aut ſine materia,& debilitetur in digerendo,aut pertranſeat digeſtionem,ſicut iam ſciuiſti in calido,& frigido:Aut[v] ſit ſubſtantia eius rara vel tenuis & zirbū ipſius ſubtile:

L G.3.de cau.ſympto.c.1.h M Raſ.11.cont.t.c.1.109.4. N Fē.16.t.1.c.2.& F.21.t.4.c.16.& 4.F.1.t.2.c.1.& 6.5.apho.64.e O G.4.ſimp.c.15.f P Raſ.ibi.109.4 Q G.ibi.de cau.ſymp.c.1.h R Fē.16.t.1.c.2.& Gal.ibi.h S Raſ.ibi.109.3 *Infra* a T G.3.de cau.ſympto.c.1.f,& 2 V Cap.3.& Raſ.11.cont.t.1.c.1.109.4 & G.2.apho.31.

A Cap.3.& Ga. de differ.sympt.c. 4.f
B Aeti.lib.3.ser.1. c.14.
C Gal.1.loc. affec. c.4.d.e
D G.3.de cau.sym pto.c.1.h
E Ras.11.cont.t.1. c.1.110. 1.
Supra a
F Ras.108.3.

A subtile: Aut sit comprehẽsio ipsius super ipsum non similis, & non bona: Aut [a] sit bona, verũ grauitas eius sit impediens stomachum: quare ipse appetit deponere, quod in ipso est, quãuis nõ eueniat rugitus, & inflatio. Et ista duo sunt ex causis debilitatis digestionis & destructionis eius. Sed illa, quæ est causa alterius est, sicut si sit in stomacho ventositas prohibẽs inter ipsum, et inter comprehẽsionem vltimam super cibum. Et qñ dicitur, ꝙ multitudo eructuationis, est ex causis corruptionis digestionis, non est inquantum est eructuatio, sed inquantum est ventositas: quare extendit stomachum, & facit natare cibum. Non ergo fit bona comprehẽsio fundi stomachi super cibũ. Et omne quidem faciens natare cibum, est prohibens digestionem. Et sicut si ad stomachũ currat [b] ex capite, aut [c] hepate, aut [c] splene, aut reliquis membris, quod corrumpat cibum propter suam cõmistionem, & non possit stomachus regere ipsum. Et multoties quidem effunditur ad ipsum post digestionẽ, & multoties effunditur ante ipsam. Et ex illis est, vt sit illud, quod circũdat ipsum ex hepate, & splene frigidum, aut malæ complexionis. Facta autem propter causas recẽter superuenientes cibo, et receptori est, sicut cũ deficit cibo [d] illud quo indiget de somno digestionis: [e] Aut cum inuenitur motus super ipsum, quo non indiget, & cõmouet ipsum, et corrumpitur: Aut quia accidit potus super ipsum plus ꝗ̃ sit necessariũ, aut minus, aut accidit coitus super eum, aut [a] multiplicantur cibaria diuersa super naturam digestiuam, aut balneum, aut obuiatio aeris vehemẽtis B frigoris, aut vehementis caliditatis, aut malę substantię. Et [f] ventositates retentæ in ventre prohibent digestionem, & corrumpunt eam, quia commouent cibos, & mouentur in eis. Et cibus quidem corrũpitur in stomacho, aut quia putrescit, aut quia aduritur, aut quia acescit, aut quia acquirit qualitatem non proportionalem ad aliquam qualitatum consuetarum. Et totum illud est, aut quia cibus conuertitur ad illud: aut quia humor ẽm illam formam permiscetur cibo, & corrumpit ipsum. Et qñꝗ est iste humor natans, & qñꝗ est parum residens ad inferiora stomachi: quare non dilatatur, neꝗ peruenit ad os stomachi. Et quoties additur cibus, accrescit, et ascendit ad os stomachi, & permiscetur cum toto cibo. Et qñꝗ est huiusmodi humor penetrans in venis, deinde reuertitur subito cum opponitur ei oppilatio cadens in facie meatuum, cum quibus non præparat penetratio. Et cum stomachus est calidus absꝗ materia, aut cum materia cholerica effusa ex hepate ad ipsum, propter multitudinem generationis eius in ipso, aut per viam fellis pręd ictam, corrumpuntur in ipso cibi leues, & digeruntur fortes grossi, sicut caro vaccina. Et splen est causa corruptionis cibi. Et [g] scias, ꝙ corruptio digestionis qñꝗ adducit ad ægritudines plurimas malignas, sicut epilepsiam, & melancholiam mirachiam & similia, immo est mater ægritudinum & origo infirmitatum. Et [h] quando corrumpitur digestio conualescentibus, & generatur acetositas, indicat recidiuationem propter illud, quod timetur de putrefactione. Et multoties quidem facit accidere C corruptio digestionis pruritum.

G G.3.de cau.sym pto.c.1. a
H Lib.4.Fẽ.2.t.1. c.96.

De causis debilitatis digestionis. *Cap. 3.*

I Cap.6.
K Cap.1.& G.3.de cau.sympt.c.1.d
L Cap.1.& Gal.2. apho.35.
M 5.t.5.
N G.3.de cau.sym pto.c.1.f,& fo.27.c
O Cap.1.& Ga.de diff.symp.c. 4.f
P G.3.de cau.sym pto.c.1.d
Q Ras.11.con.t.1. c.1.11.4.

CAusæ debilitatis digestionis sunt omnes causæ, quas diximus in corruptione digestionis, & signa earum sunt [i] illa signa. Verum effusio choleræ ex illa summa nõ debilitat digestionẽ, sed qñꝗ corrumpit eam. Effusio aũt melancholiæ qñꝗ aggregat ambas res. Et [k] similiter etiã siccum, et humidum ex hac summa non perueniunt ambo sola ad hoc, vt destruant digestionẽ oĩno, immo qñꝗ debilitant. Et dicitur, ꝙ destruunt digestionem, qm̃ [k] humidum perducit ad hydropisim: & siccitas perducit ad arefactionem. Et [l] ex causis debilitatis digestionis est raritas mirach, & paucitas carnis eius. Et qñꝗ est causa in debilitate digestionis velocitas descensionis cibi, aut propter lubricitatem stomachi ex eis, quę scis in [m] capitulo lubricitatis stomachi: & nõ est illud ex causis corruptionis digestionis, & nõ ingreditur in eis, immo ingreditur in causis debilitatis digestionis. Et hic quidem descensus ante horam qñꝗ fit ex bonitate cõpressionis stomachi super cibum, qñ festinat expulsiua motu suo, & est fortis. Et qñꝗ fit propter debilitatem retentiuæ, quare non retinet, & non comprehendit sicut oportet, donec digeratur integre. Et qñꝗ est propter apostemata calida, aut phlegmatica, aut melancholica, & vlcera, & similia: quare non fit bona cõprehensio: & [n] qñꝗ non fit bona comprehẽsio causa cibi, cum est grauis, aut mordicatiuus cholericus, aut D est calidus, aut stomachus cum ipso habet complexionem calidam, aut in potu sumit habens eam, & cum ipso est complexio calida prohibens bonitatem digestionis aliquid calidum prohibens digestionem, & ẽm plurimum corrumpit ipsam, & non prohibet ipsam tantum. Et huiusmodi quidem hominem sicut scis qñꝗ sanat & temperat digestionem eius, potus aquæ frigidæ, & similiter qñꝗ in stomacho sunt humores mali, & proprie mordicatiui, distinguentes inter ipsum & inter cibos, quare non fiunt bonæ comprehensiones, & retentiones, & est desiderium expellendi vehementius. Et [o] illa, quæ est propter bonitatem comprehensionis stomachi super cibum cum est integra, & non impediens vel non lædens, & in digestione est leuitas, quãuis ipsa sit integra. sed est grauatiua, & stomachus retinet cibum retentione eius, qui habet tremorem propter quandã grauedinem, & est appetens vt separetur ab ipso est digestio infra illam, & non sunt eructuatio, & rugitus. Et [p] si non est comprehensio, est debilitas digestionis, & rugitus, & eructuatio. Et qñꝗ perducunt debilitas digestionis & conuersio cibi ad phlegma, ad rigorem & frigus extremitatum, & commotionem paroxysmi febris: Verum pulsus non est pulsus factus in initio paroxysmi febris. Et qñꝗ fit debilitas digestionis propter nauseatiuam satietatem, & repletionem antecedentem. [q] Et ĩ libro quidem mortis velocis dicitur, ꝙ si super oculos eius, qui habet nauseatiuã satietatem,

& tar-

& tarditatem digestionis, bothor nigra apparet similis ciceri, & rubet pars eius, & viridis fit pars E alia, tunc ipse incipit cum diminutione rationis, & moritur in septima decima. Et[a] ex causis debilitatis digestionis, & destructionis eius, est tristitia, sicut ex causis bonitatis digõnis est gaudium.

A Lib.1.F.3.doc. c.7.

De signis debilitatis digestionis. *Cap. 4.*

ILlam quidem, quæ leuis est, significat grauitas, & extensio, & remanentia cibi in stomacho longior consueta. Fortem autem significat eructuatio adducẽs saporem cibi post tẽpus et rugitus, & nausea, & subuersio animæ: sed vltimam significat, ꝙ cibus non alteratur alteratione de qua sit curandũ penitus, sicut si sit frigiditas superflua valde: Et cibus qñ non digeritur nisi tarde, descendit tarde, nisi sit propter motum virtutis expulsiue ex mordicatione, aut qualitate alia contraria, aut grauitate. Et signa eius, quæ fit propter complexionem sunt ea, quæ iam[b] sciuisti, & si est comprehensio tremula non fortis est appetitus ad deponendum cibum, & est desiderium eructandi absq; euentu rugitus, & eructuationis frequentis, & singultus, & inflatio petentes illud, aut sicut si eueniat post. Et signa eius in qua est causa descensus cibi ante horam, sunt lenitas egestionis, & fœtor eius: & paucitas acceptionis hepatis, & corporis ab ea: & qñq; accidunt cum ea mordicatio, & inflatio. Et[c] significationes quidem eius, quæ est ab humoribus calidis, sunt sitis, & paruitas appetitus, & eructuatio fœtida, fumosa. Et[c] illã, quæ fit ex humoribus frigidis, significat illud, quod egredit̃ ex eis cum vomitu, & acetositas, & casus appetitus cũ significationibus frigoris, & materiei prædictorũ in tractatu primo. Et illam, quę est ab apatibus, & similibus, sigñant signa eorum. F

B T.1.
C G.1.lo.af.c.4.

De cura. *Cap. 5.*

CVm[d] fuerit debilitas digestionis accidens à causa leui, aut repletione antecedente non plurima, tunc sufficient in ea longitudo somni, & dimissio exercitij, & vociferationis, & balnei, & administratio vomitus cum aqua tepida, & subtiliatio regiminis. Et[e] qñ est plus illa & maior, & sunt post acceptionem cibi mordicatio, & nausea, & eructuatio perueniẽs ad saporẽ cibi, oportet vt sumatur in potu aqua tepida multoties, & non cesset iterare, donec euomatur totum illud, quod corruptum est: deinde effundatur super caput eius oleum aliquod, & vaporetur vẽter eius, & latera cum panno calefacto: & fricent̃ extremitates eius cum oleo de oliuis, & oleo ros. & effundatur super ipsas aqua tepida, & pręcipiatur ei prolixitas somni, & prohibeatur ei cibus in die illa: ꝙ si in mane surrexerit lætus & fortis, ingrediatur balneum: & si non redeat ad somnum, & regimen subtiliatiuum, paucum leue, & dormitationem tribus diebus continuis, vsquequo conuertatur stomachus eius ad dispositionem suam: Et qñq; ĩdiget solutione ventris. Et piper quidem est ex medicinis magis iuuatiuis ad digestionem. Et[f] somnus omnis iuuat digestionem.[g] Verũ somnus super sinistrum est plurimi iuuamenti in hoc, propter comprehẽsionem hepatis super stomachum: sed somnus super destrum est causa velocitatis descensionis cibi, qm̃ situatio stomachi facit G illud necessarium. Et scias ꝙ amplexari[h] infantem propinquum ad hoc vt polluatur ſm longitudinem noctis, est ex rebus magis iuuatiuis ad digestionem: & oportet ne superueniat ei sudor. Sudor. n. infrigidat, & prohibet iuuamentum calefactionis, cum caliditate sua innata. & oportet vt non sit cum eo animi desiderium ad luxuriam.[i] Aestuatio. n. & desiderium ad luxuriam, & motus appetitus, variant motus virtutum nutritiuarum. Et sunt quidam hoies, qui amplexantur catulum canis, aut[k] cattum masculum nigrum. In debilitate autem digestionis facta propter caliditem cum materia, ex eis quæ conferunt, sunt squinzibin safarzeli, & cibi acetosi styptici alhelamie & alcharisie, & qui sunt similes illis ex frigidis. Et confert ei pondus. ij. ʒ. suffuf facti ex decẽ rosis, spodij tribus, coriandri sicci. v. sumantur in potu cum aqua granatorum, aut squinzibin safarzeli.

D Raf.11.cont.c.2.119.1.2.& Ga. de phar. ꝯpónẽ lo.c.4.g.h
E Raf.119.1.& G. ibidem.g.h
F G.3.de cau.pul. c.9.e
G Lib.1.F.3.do. c.7.&.9.& Raf. 117.4.
H T.1.c.30. & & G.7.meth.c.
I Fé.1.t.4.c.23. Fé.15.t.1.c.6.& F. 21.t.1.c.2. &.14. li.1.Fé.1.d.4.c.2. Fé.2.d.1.c.8. & d. 2.sú.1.c.14.& Ga. de moti.manif. 67.d.e.h, & lib. ther.ad piso.c.
K Raf.114.

De signis corruptionis digestionis. *Cap. 6.*

SIgnum autem à quo non denudatur corruptio digestionis est fœtor egestionis. Verum significationes, quæ qñq; associantur, & qñq; non associantur, sunt rugitus, eructuatio, et mordicatio. Et significationes eius, quæ fit propter dispositiones ciborum prædictas, sunt cognitio dispositionum eorum, an sint multi, aut susceptibiles putrefactionis, aut sit erratum ĩ ordine eorum, aut hora ipsorum. Et motus quidem super ipsos est genus erroris propter illud, cuius rememoratio præcessit: & vt quoties fecerit illud, accidat corruptio digestionis, & quoties cauet & abstinet, rectificatur digestio. Signa autem accidentia propter complexionem stomachi, & ægritudines eius, cognoscuntur ex signis prædictis in[l] capitulo aggregãte. Et qñ materia corrupta est in stomacho, in ipso sunt nausea, & accidentia, quę sunt cum corruptione digestionis frequentia, non habentia vicissitudines: & si sunt illic vicissitudines, tunc materiæ sunt aduenientes effusæ. In facta autem propter raritatem stomachi, & attenuationem texturæ villorum eius, & accidentia dispositionis ad ipsum, sicut vetustatis, signa sunt prolongatio dolorum stomachi, & ægritudinum eius: & debilitas digestionis cum debilitate appetitus: et attenuatio corporis. Et ex istis quidem qñq; accidunt debilitas digõnis, & destructio eius, sine corruptione ipsius. Factã aũt propter vẽtositates significant significationes ventositatũ[m] prædictæ. Sed significationes effusionis ex mẽbris cõibus, sunt ex eis, quæ diximus in[n] locis suis, vt consideres dispõnem illius mẽbri in seipso, & vt cognoscas, an multiplicentur ex ipso effusiones ad membra alia in vijs alijs, sicut vt cognoscas an illæ, cuius stomachus existimatur lædi à catarrhis, habeat catarrhum descendentem ad guttur, & ad pulmonem, & alia: Et signum casus corruptionis digestionis propter causam meatus effundẽtis cholerã est vt sit cõplexio non cũ illa cholerica, deinde inueniant̃ in stomacho mordicatio, & natatio cibi. H

L T.1.
M T.1.c.13.
N T.1.c.11.

De cura

A *De cura eius.* *Cap. 7.*

PRincipium illius est vt egrediatur,quod est corruptum in stomacho ex cibo vsq; ad finē sui, cum vomitu,aut solutione ventris.Et vt rectificetur regimē eius,quod comeditur, & bibit. Et reducatur in omnibus dispositionibus ad illud,quod necessarium est.Et vt prætermittatur cibus donec verificetur eius bonitas,quare mundificetur stomachus prius cum potu aquæ rof. Si autem fuerit corruptio digestionis propter caliditatē stomachi,aut propter choleram effusam ad ipsum,ingrossa cibos eorum,& declina cum eis ad frigus adeo,donec sint sicut caro vaccina cum aceto condita,& non ponas frigida subtilia,qm̄ subtilia corrumpuntur in stomachis eorum velociter.Et oportet vt ille,qui ex eis cholericus est,euomat ante cibū.Et si fuerit illud propter frigus,
A 27.t.1. curetur illud frigus cum eis,quæ diximus in [a] capitulo suo.Et si fuerit causa raritatis stomachi,curetur cum medicinis odoriferis stypticis,prædictis: & cum cibis boni chymi velocis digestionis, qui sint facti decliues ad exiccationem,& stypticitatem cum moderantia & cum abazir.i. cū spe-
B 33.t.1. ciebus aromaticis,& reliquis,quæ diximus in [b] capitulo aggregante.Et ille in corruptione dige-
C Raf.11.cont.t.1. c.2.118.4. stionis cuius,causa est effusio choleræ ex meatu prædicto eueniens, raro,[c] oportet vt consuescat vomere ante cibum multoties:q; si melioretur post illud,& sumat cibum,abscindat hanc consuetudinem,vt non debilitetur stomachus ipsius:& cum hoc oportet vt post vomitum sumat robub
B confortantes stomachum,repellentes,quod effunditur ad ipsum:& assidue fiat emplastrum stomacho ipsius cum eis,quæ confortant ipsum ad expellendum,quod ad ipsum effunditur: deinde ponantur ei circuitus in quibus euomat ante cibum ſm ratiocinationem prædictam. In illis vero quorum stomachi cibum acescere faciunt,si fuerit acetositas parua accidentalis, fit iuuamentum cum suctione pomorum dulcium,& iuuantur coriandro cum bibunt ipsum ante cibum cū aqua: & similiter mastix cum in potu sumitur ex eo.Si autem fuerit fortis,tunc ex eis,quæ conferunt ad hoc fortiter,magnifice vltime,sunt summitates squinanthi cum carui,& similiter omnia electuaria calida,& electuarium alchabt.Et qnq; iuuantur cum geleniabin infuso in aqua calida.Et ex illis,quæ ipsis conferunt est vt sumant apud somnum hoc medicamen.[c] Recip. piperis cymini,seminis anethi ana partem.i.rof.ru.ablatis capitibus partes.ij.cribellentur post contritionem cum orali,cuius dosis sit medietas.ʒ.i.cum vino cōmisto. Si vero indigent eis, quæ sunt fortiora hoc, oportet vt vtantur vomitu post cōmestionem salsi,& acetosi,& acuti sicut foca. Expectent itaq; postea vna hora,deinde euomant cum syrupo acetoso,mellino calefacto & succo raphani,& cum
D Lib.5. sū.1.t.8. c.4. eis,quæ cursu eorum incedunt,ex aqua mellis,& similibus.Deinde medicentur cum[d] troc.ro.maioribus,& cum tryphera.Et multoties quidem non est necessarius in ea vomitus, qn̄ est causa in ipsa frigiditas sine materia propter quam acescit cibus. & qn̄ cibus acescit saifen.i.in æstate tūc est
C maior corruptio:& oportet vt habens eam dimittat cibaria cum micis,& iura: & cibetur exiccantibus,& frixis,& eis quæ in patellis coquuntur,& carne rubea. Et oportet vt corporum eorum complexio permutetur tantum,& omnis cibus qui corrumpitur in stomacho,conueniens est, vt expellatur.quod si natura sufficiens fuerit facere illud,tunc sufficiat ipsa:& si natura non est sufficiens ad illud,sumat diacyminum ſm quantitatem necessitatis:si autem non sufficit,adiuuetur cū reliquis electuarijs solutiuis de quibus sumatur quantitas pauca ſm mensuram qua educatur fęx: & diacydonitē est ex summa eorum,quæ eliguntur ex eis.Et signa quidem bonitatis comprehensionis stomachi super cibum:& bonitatis digestionis,quæ est in vltimo et contrarij eorum,sunt ea quæ diximus in capitulo significationum. Quod si res illæ prædictæ non fuerint:sed sentiuntur conturbatio,& grauitas,& desiderium minuendi grauitatem cum constrictione anhelitus acci-
E G.5.loc.af.c.6.a dente,tunc scias,q; stomachus est vehementis comprehensionis,sed est abhorrens summam cibi
F G.1.de vic.rōne in acut.18.f in quantitate sua.Et [e] scias,q; digestio est fundi stomachi,& [f] appetitus oris stomachi.

De tarditate descensus cibi ex stomacho,& velocitate descensionis eius. *Cap. 8.*

G Raf.11.con.t.1. c.2.109.2. QVandoq; remanet in stomacho aliquid de cibo vsq; circiter.[g] xv. horas in dispositionē sa-
H Raf.109.3. nitatis: [h] &.xij.horas.Et illud est ſm cibū in leuitate sua,& grauitate sua, & significat illud inuentio saporis eius in ore,& in eructuatione:retentio nanq; cibi in stomacho,nō est nisi
D propter tarditatem digestionis,vsquequo digeratur.Et expulsio eius est propter expulsionē expulsiuę,cum completur digestio,aut propter motorem mouentem expulsiuam, sicut mordicatio choleræ,aut melancholiæ,aut phlegmatis acetosi,aut alicuius eorum,quę dicemus.Et nō est sicut existimauerunt quidam,q; omnis causa in retentione eius est strictura meatus inferioris. Nam si esset illud,nō esset possibilis exitus denarij,& auri deglutitorum:& vinum, & lac non remanerēt in stomacho:& ambo non natarent in stomacho debili,& facerent rugitum,& inflationem. imo causa in descensione cibi naturalis,est digestio, & virtus stomachi ad expellendum cui non sunt causæ plurimæ aliæ ab ambobus ex parte cibi,cum non accidit stomacho nocumentum donec digeratur cibus.Stomachus.n.sanus comprehendit ipsum,& cōstringitur super ipsum meatus suus inferior vehemēter:cumq; adest hora expellendi,dilatatur,& expellit stomachus,quod in ipso est cum villis suis latitudinalibus:& quoties festinat digestio,festinat descēsus:& si tardat,tardat, nisi accidat aliqua causarum facientium descendere cibum à stomacho, cum nondum sit digestus, ex eis quas iam sciuisti.Et quantitas quidē æqualis remanentiæ cibi in stomacho & egressionis eius, est illud,quod est inter [h].xij.horas vsq; ad.xxij.horas.Et cibus quidem plurimus cū non digeritur propter suam multitudinem,& ille cuius qualitas est mala etiam, tunc nullus eorum remanet in

stomacho

stomacho sano fortis expulsionis, immo expellitur ad inferiora velociter. Et qñq; succedunt ei fluxus ventris, & cholerica passio. Et qñ fuerit stomachus debilis, quem cibus grauat, aut vlcerosus habens bothor, aut fuerit in eo humor viscosus lubricus, non morabitur in ipso cibus nisi parum: & fit hoc, siue sit debilis retentiua, siue digestiua. Et tibi quidem possibile est vt cognoscas signa, quæ oportet te cognoscere ex causis horum, ex eis quæ tibi præterierunt in capitulis prædictis. E

De cura eius à cuius stomacho tardatur descensus cibi, aut in cuius stomacho natat cibus. *Cap.* 9.

EX cura illius est somnus super dextrum. Adiuuat enim ad hoc vt velociter descendat cibus à stomacho, quãuis sit debilis adiutorij ad digerendum: & adiuuant ad hoc deambulatio subtilis, & fricatio pedum, & confractio ventositatis cum eo, quod scitur in [a] capitulo eius. A 3.t.5.

De cura eius à cuius stomacho festinat descensus cibi. *Cap.* 10.

QVidam [b] antiquorum fuerunt, qui nominauerunt istos stomachichos, sed postremo cecidit nomẽ stomachi super aliud. Et ex eis, quæ experta sunt illis, est vt administretur eis emplastrum ex farina fœnugræci, & seminis lini, & melle. Et in potu sumant ex eo etiam, & ex eis est, vt [c] sumantur vitelli oui assati, & cochlearium mellis, & duo danic masticis contriti, coniungantur omnia in cortice oui, & assentur super cinerem calidum, & sine intermissione moueantur donec præparata sint, & comedantur, & administretur hoc tribus diebus. Et oportet vt administretur ante cibum aliquid ex stypticis frigidis, si fuerit illic complexio calida, aut permistum cum calidis, si fuerit complexio decliuis ad frigiditatem. Et tu iam sciuisti omnes has medicinas. Et oportet vt dormiant super cibum, & non moueantur neque excitentur omnino. Et vt stringantur extremitates superiores. F

B Gal.8. de cõpo. phar. sm lo. c. 2. t

C Ras. 11. con. t. c. 2. 126. 3.

De grossitie stomachi & duritie eius. *Cap.* 11.

QVandoq; aduenit durities in stomacho similis apostemati, & tamen non est apostema: & est causa eius frigus inspissans aut melancholia ingrossans, intrans sine apostematione.

De signis. *Cap.* 12.

SVnt vt cognoscatur causa eius, & non inueniatur signum apostematis.

De cura. *Cap.* 13.

FIat emplastrum ei cum meliloto, & croco, & mastice, & balsamo, & thure, & bdellio, & spica, & cordumeni, & mugatht, & cera, & oleo rosarũ. Et similiter omnes curationes dictæ ad apostemata dura, & proprie ea, quæ dicta sunt in caplõ debilitatis stomachi cũ duritie eius. Descriptio alia bona ad hanc intentionẽ. [d] Recip. ceræ. ℥. viij. glutinis alimbath. ℥. iiij. zinziberis, opopanacis amborũ ana. ℥. ij. aloes, & galbani amborũ ana. ℥. iij. olei de lilio. ℥. xxiiij. fiat ex eis emplastrum. D Alex. li. 7. c. 14. 286. deest myrrha.

De eis quæ commouent eructuationem. *Cap.* 14.

CVm [e] in stomacho accidit ventositas, & non remouetur, & est retenta in ore stomachi, & impedit, oportet vt euacuetur cum eructuatione, sicut euacuantur superfluitates natãtes cum vomitu: & si non, corrumpit digestionem, & natat cibus nisi sentiat multitudinem humiditatum & phlegmatum præparatorum ad hoc, vt conuertantur in ventositatem: tunc. n. possibile est vt sit superfluitas in commotione eructuationis ex eis, quæ mouent rem prauam. Et ex eis quidem, quæ mouent eructuationem, sunt origanum, & folia rutæ, & anisum, & carui, & calamenthum, & menta, & ameos, & gariophylli, & mastix, & thus masticatum, & haustum. G E Gal. 5. apho. 7.

De cura eructuationis superfluæ. *Cap.* 15.

CAusas quidem eructuationis, et significationes eius, super dispositiones, iam diximus in [f] capitulo significationum. In acetosa quidem conferunt patiẽti eam, potare diapepereon cum vino: Et [g] quandoq; iuuantur si in potu sumant ante prandium suum & cœnam suam, coriandri sicci pondus aure. deinde bibant ipsum vinum purum. Et ex eis, quę sedant eam, secundum q̃ dixerunt quidam, est vt liniatur stomachus cum stercore gallinæ, & calce. In fumosa vero si est à materia, conferunt absinthium, & hiera. Si vero est sine materia, ea quæ infrigidant, & extingunt, & forte faciunt, sicut sunt robub fructuum frigidorum, & cibi frigidi.

F 17.t.1.

G Ras. 11. con. t. c. 2. 126. 2.

TRACTATVS IIII. *De ægritudinibus instrumentalibus & communibus accidentibus stomacho.* H

De apostematibus calidis stomachi. *Cap.* 1.



STomacho accidunt apostemata calida propter causas cognitas, quæ faciunt accidere apostemata calida. Et ex illis [h] causis sunt dolores prolongati. Et quandoque sunt apostemata eius calida sanguinea, & quandoq; sunt cholerica. H G. ex art. med. c. 95. g

De signis. *Cap.* 2.

QVando prolongantur in stomacho dolor, qui nõ remouetur, quãuis regimen bonum fiat, tunc existima, q̃ illic est apostema. Illud autem apostema, quod est calidum, significãt cum hoc [i] inflammatio vehemens, & adustio fortis, & sitis, & feb. inseparabilis, & [i] dolor pungitiuus: et eminentia seu tumor, qui quandoq; sentitur, et quãdoq; perducit ad permistionem sensus, & ad sirsem, & ad melancholiam. [k] Cumq; extenuatur corpus, & profundantur oculi, & soluitur natura, & multiplicatur fluxus ventris, & vomitus, & est inquietudo vel additio febris, & minoratur vrina: & fit stomachus propter duritiem eius in modo q̃ non comprimitur sub digitis, tunc iam fit exitura. Et quando accidit cum dolore in stomacho frigus extremitatum, tunc illud est signum malum.

I Gal. 5. loc. affec. c. 5. c. d, & c. 6. a

K Ras. 11. cont. 3. c. 1. 130. 2.

De cura.

A Raf.11.con. t.3. c.2.130.4.
B Raf.131.2.& Sera.t.3.c.4.
C Gal. 7. metho. c.13.b,& c.11.c
D Raf.131.2.
E Raf 131.1.
F Li.1.F.4.c.25.& lib.4.F.3.t.1.c.2.& lib.2.t.2.c.196. & Raf.ibi.131.2.
G Raf.130.4.
H† dactylis recentibus crudis,
I† dactylo nõ recẽte sed exiccato,
K† hypoquistidos
L Raf.131.2.
M Ga.8. de cõpõne phar.sm lo.c.1.c,& 11.meth.c.15.e
N Raf.131.2. pm. cãsen.

QVando autumatur, quod apostema calidum apparet, aut apparebit propter vehemẽtiam adustionis, & inflammationis, tunc melius est in principio vt incipiat à repercussiuis, & inungatur stomachus cum eis, quę sunt sicut oleum de cydonijs, & fiat ei emplastrum cum cydonijs & corticibus cucurbitæ, & portulaca, & farina hordei, & quæ currunt hac via: quãuis abstinẽtia, & subtiliatio cibi & regiminis, magis iuuatiua sint eis. Cumq; medicaris apostemata stomachi calida, tunc caue ne in potu tribuas solutiuum forte, aut [a] quod vomere faciat: nam administratio vomitus periculosa est.[b] Phlebotomia aũt necessaria est in pluribus horis, & [c] aliena solutionẽ laboriosam, & vomitum. Et sis contentus medicinis & cibis lenitiuis, sicut hordeo, & [d] almes, & [d] atriplicibus, & [d] cucurbita. Et administrare medicinas lenificatiuas, sicut casia fistula non est malum: & vt euacuatio fiat cum casia fistula, qm̃ confert apostemati, & alleuiat vel minorat materiã. Et qñq; admiscetur ei ex hiera, & aloe pondus duorum danich vsq; ad.5.3. Et [e] melius hoc est vt in potu tribuatur casia fistula cum aqua endiuiæ. Et qñq; ponitur in ipsa absinthij parum, qm̃ est iuuatiuum cum sua stypticitate. Et [e] qñq; vtuntur in ea quidam myrobalanis: ego vero non declino ad eos, nisi sint apostemata in via dubitationis: & ego abhorreo hoc. & qñ apparent, nõ oportet vt administrentur. Et [e] qñq; dant eis in potu scãmoneam cum syrupo acetoso, & ego abhorreo eam.
B Et qñ non est ex huiusmodi excusatio, tunc detur aloes aure.i.cum syrupo acetoso, quãuis dimittere ipsum sit melius. Et ex solutiuis iuuatiuis in principio est, vt [f] sumantur aquæ solatri, & aquæ endiuiæ.℥.ij.& medullæ casiæ fistulæ.3.iij.& olei de cucurbita & olei amygdalini amborum ana 3.ij.& detur ĩ potu, & sine cessatione lenificetur natura cum hoc, si fuerit siccitas vsq; ad diem.vij. Et oportet ne sint ausi potare aquam frigidam plurimam, neq; aquam simplicem, immo frangant eam cum iuleb, aut robub fructuum. Et abstinentia quidem à cibo est ex illis, quę eos valde iuuãt. Et si dolor vehemens valde fiat, dabis ei in potu pondus [g].3.iij.de semine cucumeris longi arcuati cum aqua frigida, aut aqua niuis, & sumant in potu aquam tabarzet etiam, qm̃ est iuuatiua valde, & aquã altaraxacon etiã. Et emplastra facta ex [h] †{belha,} & [i] †{alcasb,} et balaustijs & [k] †{aliufistides} sunt iuuatiua valde. Et absinthium cum ex eo fit emplastrum, cõfert apostemati, prohibẽs ne dilatetur in oĩbus partibus stomachi. Et quãdiu caliditas permanet, & si sit post.vij.non abscindas aquam endiuiæ, & aquam solatri, & aquam kekengi, & aquam altaraxacon: & permisce cum illis cum trãsierit septimam troc.de rof.5.3.& aliquid de succo absinthij, & de mastice, & permisce cum eis etiam aquam fœniculi, & aquam apij. Et [l] sit cibus vsq; ad.vij.ex mes excorticatis, cũ atriplicibus, & cucurbita cum oleo amygdalino, aut oleo omphacino. Et sint illa, quę in potu sumunt iuleb, & aqua prunorum, & succus endiuiæ, & taraxacon, & in fine eius permisceãtur cum masti-
C ce, & succo absinthij. Post.vij.autem misceantur cum eis, quæ abstergunt, & maturant parumper, sicut sicla, & allubleb. Et detur in potu eis tunc syrupus acetosus. Et qñq; sumunt eũ in potu ante illud aliquot diebus. Et qñq; sumunt in potu cum aqua violas conditas si non fuerit nausea vehemens, impediens: & illud quidem vsq; ad.xiiij. Cumq; sedatur inflãmatio, et lenificatur apostema, tunc est hora resolutionis.[l] Cum ergo declinat parumper, introducãtur in emplastris ea, quæ sunt sicut mastix, & absinthium. Et ponatur potus ex syrupo acetoso absq; timore. Et qñq; sufficit sumere in potu casiam fistulã in aqua fœniculi, & apij, & oleum amygdalinum dulce vsq; ad finem eius. Et [m] rectius tibi est qñ ad summum peruenit cura, hora mollificationis & resolutionis, vt non audeas super vtrasq; audacia nuda cuiuslibet earum, imo permisce medicinas mollificatiuas cum stypticis. Nam in hoc, vt sis contentus mollificatiuis, est timor magnus: & qñq; perducit patiẽtem ad mortem, siue sint medicinæ, quæ bibantur, aut positæ super ipsum extrinsecus. Et stomachus quidem dignior est hoc, quàm hepar. Et styptica conuenientia ad hanc rem sunt illa, in quibus est aromaticitas, sicut mastix, & rof. & gallæ, & galia & balaustiæ, & extremitates arborum. Et ex oleis oleum de cydonijs, & oleum de mastice, & oleum de malis, & oleũ de neriden, & oleum omphacinum, immo oportet in æstate, & in principio, vt administres in emplastris amborum, oleum rof. & oleum omphacinum, & oleum de cydonijs, & oleum de malis. Et in hyeme, & in horis resolu-
D tionis, oleum de neridem, & oleum anethinum, & oleum chamæmellinum, & oleum de lilio, & oleum de mastice temperate. Descriptio emplastrorum in principio & augmento, & statu. Descriptio emplastri iuuatiui in hac hora, & ante ipsam.[n] Recip. farinã hordei, & sausel, & nenufar oĩum ana.℥.5.rof.℥.i.&.5.croci.℥.5.vio.xij.dragaganthi.v.altheæ, chamæmillæ oĩum ana.x.sandali.xv. masticis, acatiæ, balaustiæ oĩum ana.xv.ceræ & olei rof.cum quibus cõficiantur. Et ex emplastris bonis in statu apostematum, sunt radix lilij, melilotum, cera, & oleum violaceum. Et non oportet vt emplastrum fiat cum lubricitate vehementi vẽtris, immo temperetur venter in primis, deinde administrentur emplastra. Et ex emplastris bonis in hora status vsque ad declinationem est illud, quod Recip.cymas squinanthi, & chamæmillam, & melilotum, & absinthium romanum, & spicam, & radicem althææ, & sandalum, & sausel, & crocum, & grana lauri, & quæ sunt similia illis. Addatur in stypticis in pricipijs, & in resolutiuis in postremis. Et ex emplastris bonis in maturando apostema calidum, & almeissere quorum queritur resolutio est, vt sumantur extremitatum rof. & extremitatum absinthij, & extremitatum semperuiuæ, & corticum citri exteriorũ, & masticis, & thuris oĩum ana pars.i.&.5.& cydoniorum, & dactylorum immaturorum, & croci, & aloes, & myrrhæ oĩum ana partem.i.& ceræ & olei chamæmillini & olei de neridẽ omnium ana partes.x.

Quod

Quod si causa in euectu apostematis fuerit dolor antecedens, de veritate cuius est vt curetur cum subtiliatiuis, tunc cum peruenit ad apostema, tūc oportet vt abscindas subtiliatiua ab eo, & sis contentus sedatiuis dolorum, sicut est adeps anatis & gallinæ. Et qn̄ antiquatur apostema, tunc da in potu troc. de spica, & fac emplastrum ex emplastro de bdellio cum granis de ben dicto in antidotario. Et ex eis, quæ cōferunt ad hoc, est ceratū cum oleo de balsamo, & aloe, & cera alba. Et oportet vt administretur ceratum Gal.[a] prædictum in capitulo debilitatis stomachi. Et emplastrum de meliloto est ad hoc iuuatiuum valde. Et ex illis sunt chamæmilla, & balaustiæ, & semen lini, & melilotum, & althęa ex quibus fit emplastrum: & fiat ex eis vaporatio, et embroca fiat cum decoctione ipsorum. Et ex eis, quæ sanant illud, est illud, quod [b] Recip. ros. ʒ. x. xyloaloes. ʒ. ij. masticis, seminis endiuiæ, cuscutæ oīum ana. ʒ. iij. sumantur in apostemate inflammato cum camphora in potu, aut sumantur tria sextaria casiæ fistulæ, quæ decoquantur in lib. i. aquę donec remaneat medietas, deinde coletur, & proijciatur super ipsam de aqua solatri, & aqua kekengi sacraiati, & bulliat & proijciatur super ipsam. ʒ. 5. hieræ pi. & sumat in potu ex ea ille, qui fortis est totam integre, & debilis medietatem eius.[c] Et si indiget fortiori hoc, addantur [d]†{anethum,}‡ & semen lini, & fœnugræci, ꝙ si indiget fortiori hoc, addantur ex semine caulis, & ammoniacum, & medulla cerui, & adeps gallinæ. & qn̄ꝙ indiget emplastro feligarius, & emplastro citrino. Et in hac hora qn̄ꝙ necessarium est, vt in potu dentur troc. de bdellio. Et ex emplastris iuuantibus in hoc cap. est emplastrum huiusmodi. Recip. ceræ, & olei de neridē amborum ana. ℥. i. masticis, & cyperi, & squinanthi, & aloes oīum ana aur. i. & bdellij. ʒ. iij. soluatur in vino, & aggregetur inter has medicinas ſm acceptionem emplastri. Quod si fuerit illic solutio ventris, qn̄ꝙ erit necessarium vt ponas cū istis succum acrestę, aut succum absinthij, aut aggreges inter vtrunꝙ. Et de errore maximo est, vt prolongetur tempus tolerātiæ apostematis absꝗ curatione, & incessanter fiat curatio cum infrigidantibus, & sit apostema in via, vt fiat exitura, & iam prohibetur à maturatione: oportet ergo vt considere hoc. Et [e] iam dictum est, ꝙ suspensorium factum ex lapide iaspidis cum suspenditur ita vt tangat stomachum, erit iuuamētum eius magnum in doloribus eius, & apostematibus eius. Cum autem apostema fit dubellati, et exitura, nos iam singulare [f] capitulum fecimus ei. Cum vero apostema est cholericum, oportet in principio vt infrigidetur valde cum emplastris infrigidatiuis, notis, permistis cum sandalis, & camphora, & ros. & similibus. Et detur in potu aqua hordei cū aqua granati muzi, & decocti cum cancris: deinde post illud per aliquot dies administra aquam solatri, & aquam endiuiæ. Et post illud cum appropinquat status, misceatur cum aqua solatri, et aqua endiuiæ parumper aquæ fœniculi.

E F

A 8. d̄ ꝯpōne phar. s͂ʒ lo c. 1. d. 2, & ... c. 4.
B Ras. 131. 1.
C Ras. 131. 3.
D† myrrha,
E T. 1. c. 35. & G. 9. de simplic. 67. d, & Paul. lib. 3. c. 37.
F 9.

De apostematibus frigidis phlegmaticis. *Cap. 4.*

ISta apostemata generantur ex humiditate, & malitia digestionis, & paruitate exercitij, & ex reliquis causis generantibus materias humidas coarctantibus eas in vasis, & in tunicis, quarum cognitio præterijt. G

De signis. *Cap. 5.*

QVando inueneris signum apostematis cum dolore profundo vel fixo ĩ omni dispositione, & eminentia, & non est febris neꝗ inflammatio neque imaginatio mala, sed est humiditas saliualis & plumbeus color, & paucitas sitis, & malitia digestionis & paruitas appetitus, tunc illud est apostema phlegmaticum: & tu significabis cum reliquis significationibus prędictis, de humiditate complexionis stomachi.

De cura. *Cap. 6.*

DE canone in hoc etiam est, vt non euacues resolutiua à stypticis. Resolutiua. n. qbus indiges in hoc, sunt fortis resolutionis. Incipe ergo in cura istorum, ita vt des eis in potu aquam apij, & aquam fœniculi amborum ana. ℥. ij. baurac. ʒ. iij. de oleo amygdalino dulci quantū sufficit, dein de post illud sumant in potu. ʒ. iiij. olei de kerua cum tribus drach. olei amygdalini dulcis, & decoctione meliloti. Et eius confectio est hæc. Recip. meliloti. x. radicis fœniculi. x. aquæ lib. iij. decoquantur donec remaneat lib. i. & da in potu ex ea. ℥. iiij. Et cōfert istis decoctio hyssopi, in qua decoquitur melilotum, & ponantur super potionē eius. ʒ. iij. olei de kerua. ʒ. ij. olei amygdalini dulcis. Ex vnguentis autem & emplastris est medicamen expertum, quod [g] Recip. polij, meliloti, & amomi, & chamæmillæ, & anethi oīum ana. x. & absinthij, & spicæ amborū ana. ʒ. vij. aloes. ʒ. viij. masticis. ʒ. x. thuris. ʒ. vi. radicum althęæ. ʒ. xv. ammoniaci, & oppopanaci storacis oīum ana. ʒ. x. adipis anseris, & adipis gallinæ oīum ana. ℥. ij. ceræ rubeæ. 5. lib. Et quod ex vnguentis est melius, est oleum de neridem, & oleum de spica in quo iam posita fuerint myrrha & cordumeni. Et conferunt etiam asparagi, & allubleb cum oleo amygdalino dulci, & sicla & caulis cum oleo oliuæ. Et ea quæ siccant sanguinem ex cibis, quorum digestio est facilis, & oportet vt alienent vomitum omnino: nam ipse in huiusmodi est malus. H

G Alphar. li. pra. c. 16. c. 5.

De apostematibus duris & grossis. *Cap. 7.*

QVandoꝗ fiunt incipiendo, & quandoque fiunt à permutatione ex apostematibus calidis, secundum quòd iam sciuisti in principijs: & quandoꝗ fiunt, sed raro, ab apostemate phlegmatico, cui accidit vt indurescat. Et significant ipsum cum significationibus apostematum, durities tactus, & multitudo imaginationum malarum, & extenuatio corporis.

De cura.

A *De cura.* *Cap. 8.*

CAnon in his etiam est,vt non euacues medicinas resolutiuas à stypticis.Et omnes medicine quæ sunt vehementis resolutionis in fine apostematum calidorũ sunt iuuatiuę hic: & oportet vt in potu sumant lac camelarum fœtarum assidue.Et ex illis,quæ eis conferunt est,vt sumant tres aureos ex oleo de kerua cum decoctione casiæ fistulæ,quæ sit dissoluta vel confricata in aqua radicũ.Et si indiget eis,quæ sunt fortiora,ponat in aqua radicum summitatũ squinanthi,& masticis,& capilli veneris cũ reliquis medicinis oĩum ana pars.i.& qñ ponitur cum oleo de kerua, olei de lilio quantitas.ʒ.i.& olei amygdalini dulcis quantitas.ʒ.ij.est iuuatiuum . Et similiter qñ in potu sumuntur olea ista cum aqua mellis.Et oportet vt administretur in emplastris eorum medulla ossium cerui,& medulla cruris vaccini,et pinguedo gibbi cameli . Et ex medicinis conferentibus
A Ras.11.con. t.3. c.1.131.1. ad hoc,& in dubellati est illud,quod [a] Recip.meliloti,& fœnugræci, & chamæmillæ, & bacarum lauri,& althææ,& absinthij omnium ana partem.i.ammoniaci,& bdellij tertiam partis, resoluantur gummæ istæ in decoctione ficuum.xx.cum vino terantur,cum aceto,deinde coniunge cũ eis has medicinas,& fac ex eis emplastrũ. est.n.mirabile. [a] Emplastrũ aliud.Recip.sordium vasorum apum par.vij.storacis par.ij.masticis par.i.glutinis alimbath partem.5.fæcis olei de neridẽ quan-
B Ras.131.3. titatem qua conficiantur medicinæ.Emplastrum aliud.[b] Recip.ammoniaci centum meliloti. xij.
B ceræ centum croci,myrrhæ,bdellij iudaici,omnium ana.viij. olei de balsamo libra vna . Et ex eis, quæ valde iuuatiua sunt eis,est oleum de succo vitis.Et ex eis,quæ conferunt eis valde sunt decoctio ireos cum casia fistula.Et emplastrum, quod diximus in cap. debilitatis stomachi cum duritie.Descritio emplastri boni.Recip.masticis,thuris, absinthij omnium ana partem.i. ammoniaci, croci amborũ ana partes.ij.cyperi.iij.fac cerotum cũ oleo de neridẽ in quãtitate sufficienti . Et qñ accidit illud,quod raro accidit.s.ex permutatione apostematis phlegmatici ad apostema durum,
C Ras.lib.diuis. c.59. tunc cõuenientior cura est ei emplastrũ huiusmodi descriptionis.[c] Recip. ammoniacũ, bdellium, semen caulis,amygdalas amaras,storacem liquidam,masticẽ,spicam,squinanthũ,cyperũ,gummę dissoluantur,& alia terantur,& fac ex eis emplastrũ. Sintq; cibi eorum sicut asparagi, & allubleb, & oleum amygdalinum dulce,& proprie eius,quod permutatum est ab apostemate calido.

De adubellati in stomacho. *Cap. 9.*

MVltoties errant medici in regimine apostematis in stomacho, & permutando fit exitura, & multoties incipiendo fit.

De signis. *Cap. 10.*

D 2. IAm diximus signa initij eius in [d] capitulo apostematum calidorum stomachi.

De cura. *Cap. 11.*

E Ras.11.cõti. t.3. c.1.130.4. C OPortet [e] vt incipiatur à phlebotomia:& ab infrigidatione stomachi apostemati apostemate calido extrinseco,cum quo sit possibile vt prohibeatur fieri dubellati,nam si fit dubellati,et incipit esse in via maturationis,oportet tunc vt si est res leuis:et si autumas maturationem propinquam vt in potu tribuas lac recenter mulctum vice vna,post aliam cum aqua calida:& tangas duritiem,& consideres an comprimatur,& attendas cõmotionem,& tremorem,et compressionem apostematis:nã si non iuuat illud,oportet vt in potu sumat habens ipsum taraxaconẽ siccam cum aqua fœnugræci,& tribulorũ,& oleum amygdalinũ amarum.Quod si indiget fortiori hoc, & est inceptio in via maturationis iam addens super primam,ponatur in eis oleum de kerua . Et ex eis, quę experta sunt in hoc est,vt sumat in potu habens eã taraxaconis siccę quãtitatem.ʒ.i.&.5. seminis almaru,& fœnug.ʒ.i.teratur illud,& bibatur cũ quibusdam lactibus recẽter mulctis calidis,sicut est lac asinæ,& caprarũ,& quantitas lactis sit.iij.℥.& misceatur cũ eo ex zuccaro pondus. ʒ.iij. Et ex eis,quæ experta sunt ẽt,est vt sumat taraxaconis siccę.℥.i.et fœnugręci.℥.ij.seminis maru.℥. iiij.terantur & cribellent̃ & conficiantur cũ lacte caprino,& oleo sisamino,et fiat ex eis emplastrũ super dubellati.Et oportet vt fiat balneũ cum aqua tepida,& vt ponatur emplastrũ super dubellati aliquid factũ ex ficubus,& chamæmilla,& fœnugræco decoctis,& sit in eo absinthium vt cõfortet:& quod quæritur ex oĩbus illis est maturatio apostematis,& eruptio. Cumq; existimaueris
D maturationem,postq̃ iam administraueris balneationẽ prædictam,& emplastra prædicta, & successeris cũ emplastro ficuũ prædicto,substerne ei stramenta duplicia,in vltimo æqualitatis & caliditatis, & præcipe ei vt iaceat super ea verso ventre inferius ita vt rumpatur sub hac compressione apostema eius.Et tu quidem cognosces,q iam ruptum est per detumitionẽ, & attenuationem,& per illud,quod expuitur,aut cũ solutione ventris egreditur ex sanie, aut ex sanguine . Et oportet vt in potu tribuas tunc aloem cum aqua endiuię.Cumq; erumpitur da in potu incarnatiua,quamuis ille,qui euomit saniem ex stomacho suo sit ad desperationem propinquior,quàm ad
F Gal.5.meth. c.1.de spem.[f] Cumq; existimaueris in stomacho saniem,extrahe ipsam cum solutione ventris, & nõ moueas ipsam ad vomitum.Cumq; non valent huiusmodi res,administra medicinas prædictas in capitulo apostematum durorum.Cibi autem cõuenientes ei in principio rei sunt sorbitiones factæ ex amylo,& hordeo excorticato,& vitello oui.Et in fine eius illi in quibus ponuntur anethum,et fœnugræcum secundum mensuram .

De vlceribus in stomacho. *Cap. 12.*

STomacho qñq; accidunt vlcera,& bothor propter acuitatem humorũ,qui imbibunt corpus ipsius,& qui obuiant ei ex ipsis.Et multoties fiunt,ppter illud,quod puenit ad ipsum ex alijs.

[a] Multoties enim vlcerat̃ ſtomachus ex catarrho deſcendente ad ipſum ex capite calido mordicatiuo, recipiẽte putrefactionem, quare putreſcit, & corrodit̃ ſtomachus cum prolongatur catarrhus. E

A T.1.c.16.& Fen 16.t.1.c.2. & Gal.6. apho. 2.

De ſignis & differentijs. Cap. 13.

MVltoties perducunt vlcera ſtomachi, & proprie in inferioribus eius ad minorationẽ anhelitus, & prouocationem ſudoris, & ſyncopim, & infrigidationem extremitatum. Et qñq; ſignificant vlcera in ſtomacho fœtor eructuationis: & eleuatio vaporis faciens incurrere ſiccitatẽ linguæ, & exiccationem ipſius: & eſt vomitus plurimus. Et qñ ſunt in ſtomacho bothor, multiplicatur eructuatio valde. Et iam diſtinguitur inter vlcus factum in meri, & inter factũ in ſtomacho, qm̃ in illo, quod factum eſt in meri ſentitur dolor in ipſo vſq; ad poſterius iter duas ſpatulas, & in collo vſq; ad initia pectoris: & verificat diſpoſitionem eius tranſitus deglutiti: quoniam ſignificat locum doloroſum cum tranſitu eius & cum pertranſiuit hunc locũ dolor eſt paruus. Facta autem in ſtomachi ore ſignificat, ꝙ dolor eſt in inferioribus pectoris, & ſupremis ventris: & eſt vehementior: & deglutitum ſignificat ipſum apud tranſitum pectoris: & plurimum eius declinat ad partem mirach: & minoratur ex eo anhelitus, & infrigidatur corpus, & perducit ad ſyncopim plurimum. Verum facta in fundo ſtomachi ſignificat exitus corticis vlceris eius in egeſtione abſq; excoriatione in inteſtinis: & inuentio doloris poſt quietem eius, quod comeditur vel bibitur in inferioribus ſtomachi, & fit dolor paruus. Et diſtinguitur inter vlcus in ſtomacho, & vlcus in inteſtinis, per locum doloris, cum ingreditur cibus in corpus: & eſt exitus corticis, qui egreditur in egeſtione rarus: & eſt cortex eius ſubtilis, ſcilicet ex genere eius, quod egreditur ex inteſtinis ſuperioribus. Et ſignificat, ꝙ eſt in ſtomacho, ꝙ dolor non eſt in partibus inteſtinorum, immo ſupra. Verum multoties appropinquat, & aſſimilatur dyſenteriæ ſuperiori. & eſt illa, quæ fit in inteſtinis ſuperioribus: quare oportet vt tu valde intendas. In vomitu autem cum cortex egreditur, non eſt vlcus niſi in meri aut ſtomacho. Et oportet vt cum tu volueris experiri illud, vt cibes ægrum ex aliquo in quo ſint ſinapis, & acetum. F

De cura vlcerum ſtomachi. Cap. 14.

EXitura [b] recens, quæ fit in ipſo, oportet vt curetur cum medicinis ſtypticis: Et dentur cibi velocis digeſtionis, & vitentur medicinæ vlceroſæ in quibus ponuntur flos ęris, & ceruſſa & lithargyrium, & tucia, & ſimilia: immo oportet vt curentur vlcera ſtomachi, & corroſio in ipſo in primis cum mundificatione cum eis, quæ [c] ſunt ſicut aqua mellis, & iuleb. Et nõ oportet etiam vt ſit in mundificatione fortitudo mundificationis: & lędat & vlceret pluſq; mundificet. Et oportet vt ſit eorum abſterſio, & ablutio ad inferiora. Quod ſi fuerit illic corroſio, & caro mortua, oportet vt medicetur cum medicamine mundificante carnem mortuam, & incarnante, & faciente naſci carnem. Et illud quod eſt conueniens [c] eſt hiera picra ad illud, & cũ mundificat̃, [b] oportet vt in potu dentur lac acetoſum vaccinũ à quo ablutum eſt butyrum, & ſyrupus de cydonijs, et granatis, et ſimilibus: Et dent̃ etiã in potu aqua hordei cũ granatis, & ſyrupi de fructibus ſtypticis. Et eſt qñq; neceſſariũ vt cibentur vẽtribus vitulorũ & hœdorum cõditorũ cum aceto. Et ſcias, ꝙ quãdiu nõ mundificat̃ ſordes tota, nõ eſt iuuamentũ curæ alterius, neq; adminiſtrationis conſolidatiuorũ. Et cũ adminiſtras incarnatiua, & [d] ægritudo eſt in partibus meri, & ore ſtomachi, tunc pone in eis ex glutinatiuis aliquod cõueniens ſicut eſt gũmi, & dragaganthũ. Et qñq; cõfert vlceribus ſtomachi philoniũ: Et conferũt ẽt troc. de karabe, ꝑcipue ſi fuerit illic vomitus ſanguinis, & conferũt eis oĩa robub fructuũ ſtypticorũ. Et qñq; confert rob eupatorij, & rob abſinthij: Et qñ ſunt in ſtomacho vlcera, & non eſt excuſatio ſolutionis ventris propter aliquid vocantiũ ad hoc, tunc oportet vt ſoluas ventrem cum eis, quæ ſunt ſicut caſia fiſtula. Quod ſi accidat ex vlceribus ſolutio ventris, curetur cum troc. de ſpodio, & robub ſtypticis cum aqua ſauic decocti. Et ſi fuerit illic corroſio, curetur cum eis, quæ diximus in cura ſputi ſanguinis. G

B Raſ.11.cont.t.3. c.2.130.4.

C Raſ.ibi.tr.1.

D G.4.meth.c.7.

De bothor in ſtomacho. Cap. 15.

COnfert eis mundificatio cũ ſolutione eorũ, quibus conceſſum eſt fieri ſolutionem ventris in vlceribus ſtomachi. Et cibari cũ granis granati cũ paſſis, & lacte decocto cum ferro ignito. H

De ruptura ſtomachi. Cap. 16.

QVorum ſtomachus diſrumpitur, fortaſſe non euadunt, niſi pauci à ruptura parua.

TRACTATVS V. *De diſpoſitionibus ſtomachi ex parte eius, quod ipſe comprehendit, & egreditur ab eo: & aliquibus diſpoſitionibus mirach, & quæ ſequuntur ipſum.*

De inflatione ſtomachi. Cap. 1.



QVandoq; fit propter [e] cibum, cum in ipſo eſt humiditas extranea, quę conuertitur in ventoſitatem: & non eſt poſſibile caliditati quãuis ſit æqualis & temperata vt reſoluat eam abſq; permutatione ad ventoſitatem. Et quandoq; fit propter caliditatem digeſtiuam, cum eſt [f] debilis: cibus nanq; quamuis ſit non inflatiuus in natura ſua, tñ cum debilitatur in ipſo caliditas, euaporat, & facit accidere ventoſitatem. Materia, nanq; in ſua ſubſtantia, ſi non eſt ventoſitatis plurimæ, non facit in vẽtribus euenire inflationem, niſi ſit caliditas minorata, quare moueat & non digerat: ſicut ſi priuetur caliditas omnino, non aſſociatur ei inflatio, & ſi ſit ex inflatiuis: Et [g] omne à quo non accidit inflatio, non accidit ab eo inflatio, niſi aut quia abſolutum, ſeu expoliatum ab illa aut propter duas res alias ab eo: [h] quarum vna eſt dominium caliditatis ſuper ipſum: & altera frigus, quod non mouet aliquid. Et

E Gal.3.de ſympt. cau.c.2.27.c

F Gal.14. meth. 7.a, & 2 mé.3. ... de morb. vulg. ...

G Gal.3.de ſymp. cau.c.2. 27.c.1.3 14.meth.c.7.a

H Fé.20.t.1.c.5.

A Et quandoq; est caliditas apta ad digerendum,& materia obedies ei,& accidit,q diminuatur, vel q retrahat,vel q deficiat ab ipsa ex potu aquæ plurimæ super ipsam,aut motu cocusfiuo vel commouente ipsam.Et qnq; est complexio cibi inflatiua,sicut faseolorum,& lentium, & similium, & non conferunt fortitudo virtutis,& alienatio prohibentiu digestionem nisi sit caliditas fortis, vehementis virtutis,& materia vehementis paucitatis. Et ex potibus inflatiuis est vinum grossum: &[a] dulce nisi sit dulce subtile:quare generat ab eo ventositas subtilis non grossa. Et quandoq; est causa inflationis essentia cibi calidi in natura sua:nam cum ipse in dispositione vel in hora qua calefit cum fit digestio,& egreditur ex hoc,quod ipse est calidus potentia,ad hoc vt sit calidus actu, inuenit materiam frigidam humidam vel occurrit materiæ frigidæ humidæ, tunc resoluit eam, & facit ipsam vaporare.Et qnq; sunt inflatio et rugitus propter vacuitatem ventris cum humiditate cruda vitrea in stomacho,& intestinis.Ipsa.n.cum occupatur caliditas naturalis ab ea cum cibis, est quieta.& qn caliditas expedita peruenit ad eam,resoluitur in ventositatem. Et qnq; est causa in hoc,q natura quado inuenit vacuitatem, & mouentur virtutes, mouetur aer effusus in spatijs: & mouetur cum eo residuum vaporu humiditatis,& est sicut ventositas. Et quandoq; sunt causa in ea multitudo melancholiæ,& ægritudines splenis.Et multoties fit frigus superueniens corpori exterius causa inflationis,& ventositatis,ex qua repletur corpus:propterea,quia debilitat caliditatem operantem in materia,& facit operationem eius mediam operationem: & eius operatio est digestio humiditatum:& medietas operationis est vaporatio.Et [b] qn multiplicatur inflatio in ventribus conualescentium,indicat conuersionem.Et [c] ęgritudines mirachiales plurimum fiunt propter vehementiam caliditatis stomachi,& oppilationes viarum cibi ad corpus, quare redit, & retinetur in partibus stomachi,& facit [d] acetosam eructuationem, & accidit vomitus stupefaciens dentes,præcipue si communicat splen,& est egestio humida, & ingrossatur sanguis. Et [e] quandoq; est illic apostema faciens vaporem melancholicum,& facit euenire melancholiam.

A Gal.7.men.3. de vic.rône i acut. 2.c
B Lib.4.Fē.2. t.1. c.96.
C G.3.loc.aff.c.7. fo.18.b
D Cap.5.
E Gal.ibi. fo.19.a

De signis. Cap. 2.

ILlam in qua est causa generatio ventositatis, & inflatio substantiæ cibi, significant reditus ad cognoscendum substantiam eius,quod sumitur:& q inflatio no est plurima valde, in pluribus horis,neq; in horis bonitatis cibi:& q eructuatio quando iteratur bis aut ter,sedatur eius malitia. Et similiter quando causa in ipsa est error regiminis,significant eam assumptio aquæ, & commotio concussiua,& ad summum,quod contrariatur virtuti digestiuæ.Omnia enim ista cognoscuntur per inuentionem causæ,& remotionem inflationis cum alteratione regiminis. Et differentia quidem inter inflationem melancholicam, & illam, quæ est ex humoribus humidis crudis est, q inflatio melacholiæ est cum siccitate:& alia est cum humiditatibus.& factæ ex causis alijs,signum
C est inuentio aliarum causarum.

De cura. Cap. 3.

SI est causa inflationis cibus,dimitte ipsum tendens ad alium, & meliora regimen futurum, & non contrariet digestioni.Et [f] vsquequo fit illud,oportet vt dormiat habens eam super ventrem suu,supra puluinar plenu eis,quæ calefaciunt sicut est cottu.Et si est causa eius frigiditas stomachi,& debilitas eius,curetur cum eis,quæ oportet,ex illis,quæ dicta sunt in ca.eius:& vngatur cu [g] oleo aliquo in quo decocta sunt subtiliatiua dirrupentia ventositatem,sicut ameos, & keisim & [g] yminu.Et si indiget fortioribus illis,tunc [g] sint ruta,& semen eius,grana lauri,& alaniude,& siseleos:& sit oleum eius oleum laurinum,& oleum de kerua,& quæ sunt similia illis.Et qnq; sufficit inungere membrum ex oleo aliquo cum quo permiscetur anethu,& quæ currunt cursu eius. deinde cum emplastris fortis resolutionis,sicut [h] emplastrum factum cum hyssopo, & anetho, & aqua cineris,& similibus.Et qnq; sunt necessaria clysteria cum huiusmodi oleis, & qnq; ponitur in eis pix.Et si fuerit frigus ex materia grossa non dabimus in potu istas medicinas. Qnq;.n. ipsæ addunt in commotione ventositatu:immo oportet vt purgemus materiam in primis, deinde demus eas in potu.Et si frigus fuerit purum,& fuerit materia pauca, non curabimus de hoc, immo dabimus eas in potu.Et ex eis,quæ in potu dabimus,& magnificatur [i] earum iuuamentu,est ma-
D nipulus polij decoctus in aqua vehemeter,deinde sumatur ex ea in potu:Aut misceatur decoctio [i] calamenthi fluuialis cum melle,& sumatur ex ea in potu.Et [h] decoctio galangæ iuuatiua est valde:& galanga sicut est:Et [h] galangæ confectum cum [k] †{sechbinegi}factum,pilulæ sicut cicer:& sit dosis eius aure.i.cum aqua calida:& est ex eis, quæ educunt ventositatem plurimam, & humiditatem paucam.Et ex eis,quæ sunt maximi iuuamenti in inflatione inobediente est castoreum, quando bibitur cum aceto permisto cum aqua & rob cu oleo antiquo, & proprie aceto alaniude aut squillitico.Et dicitur,q [l] calcaneus porci adustus est bonus ad hoc:Et quandoq; [m] sufficit in ea, quæ leuis est,vt in potu sumatur vinum purum super cibum paucum, & bibat illud, deinde dormiat super ipsum:& surget sanus ab ægritudine sua.[n] Vnguentum conferens ei,decoquantur nigellæ,& grana lauri,& ruta in vino vehementer,& coletur,deinde coquatur ex oleo medietas illius vini cum ipso,donec remaneat oleum,deinde fiat inuctio ex ipsa. Et similiter oleum de lilio. Dixerunt quidam,q [o] †{algiem safra}est iuuatiuum valde infantibus quorum inflantur ventres. Et inflatio inseparabilis melacholica curatur cu eis,quæ sunt,vt sagzenea,& alcadicon,& ameos. Et si indiget euacuatione forti,administra pilulas fœtidas, & [p] pone super spongiam infusam in aceto forti valde:& melius est acetum [q] †{alaniuden.}

F Ras.11. cont.t.1. c.1.110.2.
G Gal.14. meth. c.7.f
H Ras.110.1.
I Gal. 8. de cpone phar.sm loc. c. 4.d
K† Ras.110.1.sera-pio
L Dios.lib.2.c.49.
M Paul.lib.3.c.38.
N Ras.19.4.
O† Ras.110.1. ocimem
P T.1.c.33.& Ras. e.2c.1.c.129.2.
Q† laserpitij.

De rugitu. Cap. 4. E

OMnes causæ inflationis sunt ipsæ eædem causæ rugitus, cum accidũt illæ causæ inflationis, & nititur natura eas expellere, & non potest, & [a] non expellitur ad superiora, neq; ad inferiora, immo mouetur in vasis intestinorũ, tunc est rugitus: & proprie cũ est in intestinis subtilibus strictorum meatuũ. Cumq; permutatur ab eis ad ampla intestina. s. grossa, quiescit, & minoratur. Verum sonitus eius tunc est grauis, cũ hoc, ꝙ est minor. In subtilibus vero est acutus, cum hoc, ꝙ est plurimus. Cumq; permiscentur illę ventositates cum humiditatibus, non sunt puræ, & qñ inueniunt spatium, & sunt inflantes commouentes sonitum faciunt prouenire sonitum, qui dicitur bach bach. Et claritas quidem sonitus significat mundificationem intestinorum, aut exiccationem fæcis. Et cura quidem rugitus proxima est curæ inflationis: & ille, qui inuenit ventositatem in ventre cum febre pauca, bibat aquam cymini cum tereniabin loco penidiarum.

A Gal. 3. de symp. cau. c. 2. fo. 27. f

De lenitate stomachi, & lubricitate. Cap. 5.

QVandoq; est causa eius complexio calida cũ materia mordicatiua lubricatiua cibi, cũ euentu mordicationis stomachi: Et raro fit ex complexione calida simplici, quãdo peruenit ad hoc vt mortificet retentiuam. Et quandoque fit propter malitiam complexionis frigidæ cum materia lubricitãte, aut absq; materia. Et [b] qñq; fit propter vlcera in stomacho, quæ læduntur ab eis, quæ ad ipsa perueniũt: quare mouetur ad expellendum ea. Et [c] qñq; est causa eius debilitas F adueniens retentiuæ. Et qñ accidit post lubricitatem stomachi, & intestinorum, & lenitatem eorũ [d] eructuatio acetosa, est secũdum dictum [e] Hipp. signum bonum. significat enim augmentum caliditatis diminutæ. nam si non fuerit caliditas aliqua, non erit ventositas, neq; eructuatio.

B Ser. t. 3. c. 18.
C Ga. 2mé. 3. in 3. de morb. vulg. 53. b
D Cap. 1. & Fé. 16. t. 1. c. 2.
E 6. aphor. 1.

De signis. Cap. 6.

NOta sunt & non est necessarium iterare ea.

De cura. Cap. 7.

SI fuerit causa eius malitia complexionis calidæ cum materia: tunc oportet vt educatur humor cum facilitate, & administrentur post illud robub fructuum stypticorum: aut [f] aqua sauic hordei decocti cum milio. Et si prolongatur illud, est necessarium bibere ea, quæ sunt sicut [f] lac acetosum vaccinum decoctum, aut in quo extinguntur ferrum, & lapides, cum quo sint admistæ medicinæ stypticæ, sicut spodium, & rob. & karabe, & balaustię, & [g] †{alchard & altaratit,}& proijciantur super mediam lib. lactis acetosi. ʒ. v. de medicinis, & administrentur super stomachum emplastra dicta in canone. Et sit cibus ex [h] lentibus excorticatis, & [h] rizi, & [h] milio cum succis fructuum stypticorum, sicut est aqua acrestæ, & aqua granatorum acetosorum, & aqua cydoniorum acetosorum. Quod si non inuenis excusationem quin cibes eos carne, cibabis eos illis, quæ sunt ex carne pullorũ & cubugi [i] †{teiugi}assata valde, aspersa acetosis prædictis. Et scitur ex istis cura eius, G quæ est raro, & minus ex casibus hmõi ægritudinis propter complexionem calidam puram sine materia ex eis, quæ docui te in [k] cap. communi. Quod si fuerit ex frigore, cũ calefactiuis curetᷓ ebibitis. Et emplastra eius sint ex eis, quæ iam exposita sunt in loco suo: Et fiat cibus eius ex canabir, & minutis auibus assatis: & pullis etiam, quoniam sunt tardæ remanentiæ in stomacho: & puluerizentur cum speciebus odoriferis calidis stypticis, aut calidis permistis cum stypticis. Et si fuerit illic materia euacuetur cum eis, quorũ præterijt declaratio, et administretur vomitus in omni septimana, & administretur electuarium alcanzi, & electuarium de granis myrti, & electuariũ de scoria ferri, & detur in potu vinum austerum antiquum. Et si fuerit ex vlceribus, curabis vlcera sua cura, deinde regimen adhibe confortando stomachum. Factæ autem ex debilitate virtutis retentiuæ, cura est vt administrentur syrupi styptici cum speciebus in potu sumpti, & vt emplastrum superpositi. Et ex eis, quæ conferunt ad illud, est electuarium de xylocaractis cum aqua senticum humidarum: aut medicamẽ de sumach cum aqua de xylocaractis aut suffuf de granis granatorũ, cum robub de cydonijs acetosis puro: aut alcanzi cum rob de myrto. Et ex illis, quæ ei maximum afferunt iuuamentum sunt troc. aiufistides seu troc. de succo barbæ hircine, & trochisci de balaustijs, & emplastrum de absinthio cum stypticis. Cibi autem proximi sunt illi quos diximus in capitulo complexionis calidæ & humidę, & assata, & frixa, & ea quæ in patellis cum robub. Et scias, ꝙ H aqua hordei cum tamarindis iuuatiua est ad nauseas ægritudinum.

F Ser. t. 3. c. 18.
G † fructus arboris spinosi,
H Ser. & Paul. li. 3. c. 40.
I † perdicis
K 26. t. 1.

De vomitu & subuersione, & nausea, & æstuatione stomachi. Cap. 8.

VOmitus [l] & subuersio sunt motus stomachi ad expellendum ex eo aliquid, quod est in eo per viam oris. Et [m] subuersio quidem vna duorum, est motus expulsoris, cui non associatur motus expulsi. Et vomitus, qui est vnus ipsorũ est, vt associetur motui facto ab expulsore motus expulsi ad exteriora. Et [n] nausea est dispositio stomachi, quæ quasi suscipit hos motus, & est. q. declinatio eius ad hos motus, aut debiles motus, qui fiunt paulatine, aut fortes motus, qui fiũt in breui & paruo tempore ꝯm dispositionem materiei. Et [o] istæ quidem dispositiones contrariæ sunt appetitibus ex omnibus partibus. & [p] subuersio animæ dicitur nausea inseparabilis: & qñq; dicitur destructio appetitus. Et vomitus quidem alius est acutus, æstuosus, sicut in cholirica passione, & sicut accidit ei, qui bibit medicinam vomitiuam: & alius quietus, sicut accidit stomachicis. Cũ ergo accidit subuersio, tũc iam accidit aliquid cõmouens os stomachi ad expellendũ aliquid ad propinquiores vias: & illud est, aut [a] qualitas operans in eo illud, quod operatur materia ex qua læditur: Aut [q] membrum cõmunicans sicut cerebrum cũ aduenit ei percussio aut materia humorosa imbibita,

L Gal. 3. de sympt. cau. c. 2. fo. 27. f
M Ga. 8. de ꝯpõn. phar. secundũ loc. c. 2. c. d. e
N Gale. 3. de cau. sympt. c. 2. f
O G. 3. natu. fac. c. 13. b
P Gal. 8. de ꝯpõn. phar. ꝯm loc. c. 2. f
Infra a
Q G. 6. apho. ꝯ. 1. ꝯmé. 1. in prima porrhet. 10. e

A imbibita, aut effusa in ipso corrumpens cibum: Aut [a] cholerica: Aut humiditas mala putrefacta, sicut accidit prægnantibus: Aut [a] humiditas non mala, sed relaxans mollificans os stomachi absque malitia causæ: aut humiditas grossa & adhærens. Aut [b] multa grauans quamuis non sit causa alia. Nam quãuis sit verbi gratia, sanguis, aut phlegma dulce, speratur tñ ex hmôi, ꝙ nutriat corpus, & nutriat etiã stomachũ. Sang. n. nutrit stomachũ, & phlegma dulce naturale conuertitẽ etiã in sang. & nutrit stomachũ. Verũ ipsum non nutrit eũ quocunꝗ modo accidat, et qualitercunꝗ peruenit ad ipsum: sed qñꝗ nutrit eum qñ gradatur aduẽtus eius ad ipsum, ex venis alterantibus sanguinẽ ad complexionem stomachi, & assimilantibus ipsum ei & sunt venæ prædictæ in [c] anatomia, nisi accidat propter causam cũ qua [d] nõ inueniat stomachus nutrimentũ oĩo, et non afferãt ad ipsum venę, quod est ei [e] sufficiens & necessariũ, quare venæ apprehendunt ipsum, & digerẽdo conuertunt ipsum in sanguinẽ, sicut multoties effundit ad ipsum hepar, non ꝑ viam venarum spargentiũ sanguinem, imo per viam venarum ꝑ quas penetrat chylus, sanguinẽ bonum & conuenientem, non plurimũ grauantẽ, vt nutriat ipsum, ꝟm semitam, quod ipse ex eo exuccat, & conuertat eum cum sua substantia ad suã similitudinem. Et [f] illi quidem errauerunt, qui existimauerũt, ꝙ sanguis nõ nutrit stumachũ, & iudicant de eo iudiciũ enunciatiuum absolutũ. Et quidam hoĩes sunt, qui habent periodos in melancholia consuetas, & in eis sunt sani: & qñꝗ perducit ad adustionem in
B meri & gutture, immo ad vlcus. Et ex nausea est, quæ est signũ crisis: Et [g] qñꝗ est signum malum, sicut in febribus pestilentialibus. Et [h] qñ multiplicatur in conualescentibus, indicat conuersionẽ. Et de vomitu quidem cretico est, qui confert febribus acutis, & apostematibus hepatis, quæ sunt in latere concauo. Et [i] est vomitus, qui accidit in accessione febrium. Et qñ sunt in stomacho, & in visceribus interioribus apostemata, & proprie calida, sunt facientia euenire vomitum: propterea, ꝙ declinant ad expellendum, & propterea, ꝙ læduntur ex quolibet tactu accidẽte eis, aut ex quolibet cibo, aut medicina, aut humore, aut membro repleto. Et nausea quidem quandoꝗ remanet, & non permutatur ad vomitum: & causa est vehementia virtutis retentiuæ, aut debilitas qualitatis, quæ facit nauseam, aut paruitas eius ita, ꝙ quando super ipsum fit motus, alleuiatur vomitus, imo mouetur vomitus. Et illi, cuius stomachus est debilis, accidit vt nauseet ipse vel subuertatur anima eius, & nõ possit vomere propter vacuitatem stomachi sui, aut propter paruitatem humoris lædentis ipsum, siue sit imbibitus, siue nõ imbibitus. Quod si loco huiusmodi stomachi, & oris eius, esset stomachus fortior & os stomachi fortius, non nausearet vel non subuerteretur aĩa eius, neꝗ pateretur ab ipso. Verum propter debilitatem eius patitur ab eo, & propter debilitatem eius & paucitatẽ materiei non est ei possibile vt euomat ipsum. Cumq́ comedit põt ipsum euomere propter duas res: quarum vna est, quia humor qñꝗ est nocens ei parum, non mouens, neꝗ labo-
C rare faciens, qm̃ est in fundo stomachi, & qñ cibatur eleuat ipsum cibus, & multiplicatur: & secunda est, quia adiuuatur cum quantitate cibi ad expellendum ipsum, & eradicãdum ipsum. Et qñꝗ subuertitur anima, & cõmouet nauseam caliditas & siccitas accidentes ori stomachi: & [a] facit qualitate sua calida illud, quod operatur humor vicinus qualitate sua calida etiam. [k] Et in administratione quidem vomitus cum æqualitate, est iuuamentum maximum. [l] Verum assiduatio eius maxime debilitat virtutem stomachi, & facit ipsum lacunam superfluitatum. Et vomitus quidem creticus est liberatiuus. Et [m] multoties accidit febricitanti spasmus, aut epilepsia, aut simile epilepsiæ subito, & euomit humorem, vt est flos æris, aut indicum, et euadit. Et quandoque facit etiam euadere ex subet forti repletionali in febribus, & alijs. Et [n] multoties vomitus sanat ex singultu clamoso. Et ex administratione vomitus cum æqualitate conseruantur [o] renes, & [o] curatur eo nocumentum eorum: & [p] nocumentum pedum, & sanatur eruptio venarum deferentium sanguinem, & arteriarum. [q] Et amatur quidem vt administretur in mense bis, & melior horarum vomitus est illa, quæ est post balneum, & postquam comedit post ipsum, & impletur. Et nos quidem iam subtiliter perscrutati fuimus sermonem de hoc in libro [r] primo. Et stomachus quidem debilis quoties cibatur, accidere ei nausea, & subuersio animi: & si fuerit debilior parum, non poterit retinere illud, quod recipit, immo expellet illud ad superiora, & inferiora. Et debilitas quidem stomachi quandoꝗ fit ex speciebus malitiæ complexionis. Et tu scis, quòd de causis quarundam spe-
D cierum malitiæ complexionis sunt quædam, quibus adiungitur resolutio spiritus, sicut est solutio ventris plurima, & maxime sanguinis. Et tu scis, quòd ex debilitantibus, sunt dolores vehementes, & tristitiæ, & ieiunium, & fames vehemens. Et ipsa etiam sunt ex causis vomitus secundum semitam introitus debilitatis super stomachum. Et vomitus dolorosus etiam velociter euomit cibum, & expellit ipsum. Et [s] illi cui superuenit frequenter nauseatiua satietas, & qui comedit non secundum veritatem famis veridicæ, accidit in primis quando comedit adustio seu angustia vehemens valde, quam non tolerat, deinde conuertitur eius esse ad hoc vt euomat totum, quod comeditur. Et [t] deterior quidem vomitus est ille, qui est vomitus sanguinis, nisi secundum modum quem [u] dicam: tunc enim est significatio fortitudinis naturæ, & sequitur ipsum vomitus melancholiæ. Et causa in hac malitia est, quoniam ista duo non sunt generata in stomacho, immo non sunt nisi expulsa ad ipsum ex locis longinquis, & membris alijs, & significant nocumentum in illis membris, & communitatem stomachi & receptionem, ita vt debilitent ipsum. Et significat vomitus sanguinis proprie motum eius egredientem à necessitate. Et motus sanguinis, cum egreditur à necessitate portendit mortem. Et [x] vomitus quidem purus est malus: [x] cholericus quidem

A G.6.apho.50. & commẽ.1.in.1.porrhet.10.e
B G.3. de cau.sym pto.c.2.27.b.c
C Lib.1.F.1. do.5. sũ.5.c.2.
D Lib.1.Fẽ.1.do. 4.c.1.
E T.1.c.1. & G.4. de v.p.c. 19. f, &. 3. de natural.fac.c.13. 307.d, & de atrabile.c.7.g
F Ras.11. cõti. t.1. c.1.112.3.
G Lib.4.Fẽ.1.t.4. c.2.
H Lib.4.Fẽ.2.t.1. c.96.
I Li.4.F.1.t.2.c.11. & Gal. de his quos oportet purg.g
Supra a
K Lib.1.F.4.c.13.
L Li.1.F.4.c.14.& Gale. de dynamid. 13.h, & Ras.12. ꝯti. c.1.138.3.
M G.5.lo.af. c.6.g
N Gal.7.apho.3.
O Fẽ.18.t.2.c.12. & lib.1. F.4.c.13.& G.de renum. affec. c.4.d
P Fẽ.22.t.2.c.7.& Gal.ꝯmẽ.2.in.6.de morb.vulg.9.c
Q T.1.c.35. & li.1. F.4.c.13.& Hip.de salu.die.21.b, & G. 5.de v. p. c. 4. e, & Ras.12. ꝯti.t.1,c.1. 136.3.
R Fẽ.4.c.13.14.15.
S T.2.c.1. & c.6.
T Hip.4.apho.25.
V Cap.10. & t.1. c.16.
X Lib.4.Fẽ.2.t.1. c.78.& G.ꝯmẽ.3.in primũ de mor.vul. 18.c, & 2..pgn.38.f

significat superfluitatem caliditatis, & phlegmaticus significat superfluitatem frigoris simplicis E puri. Et [a] vomitus quidem diuersorum colorum malorum ex nigro, & ex illo, qui est vt flos æris, & ex illo, qui est vt succus porri est malus propter illud, quod significat de aggregatione humorũ malorum. Et [b] ex dispositione mala est vt sit os stomachi subuersum patiens nauseam, & sit natura restricta: tunc enim illud, quod sedat vomitum, addit in retentione naturæ: & illud, quod soluit naturam, addit in vomitu, nisi sit illud, quod facit nauseam humor subtilis aut cholericus. quare curetur dispositio cum aqua prunorum, & tamarindorum, & similibus: & confert vtrisque rebus simul. Et [c] sunt homines quidam, qui non cessant appetere cibum, & quoties replentur eo, euomunt ipsum, aut expellunt ipsum ad inferiora, deinde redeunt, et non cessat ille labor eorum, et ipsi tamen viuunt vita sanorum, ac si illud sit res naturalis eis. Et [d] ecce hic quędam auis est capiẽs locustas, quæ non cessat comedere locustas, & expellere eas per secessum: & non satiatur toto tempore quo iuenit eas. & est aliud animal huius proprietatis. Et [e] sunt quidam homines, qui cum comedunt existimant, ꝙ si moueantur, euoment, aut si irascantur, aut loquãtur, aut moueantur motu animali, euoment: & causa in hoc est illud, quod sciuisti. Et [f] sanior quidem vomitus est permistus, medius in grossitie & subtilitate: & est ex humoribus, qui sunt consueti ipsi, sicut phlegma & cholera. Verum ille, qui est vt succus porri, in ægritudinibus est significatio mala. Et viridis ad nigredinem decliuis sicut azul, & indicum ſm plurimum significat congelationẽ vel extinctionem F caliditatis, & ambo, quæ sunt aliud ab eo, quod est vt succus porri, & flos æris, quandoꝗ contingit vt sint ambo propter adustionem etiam. quoniam adustio, quæ non est à frigore nigrefaciente & turbidum faciente, est decliuis ad splendorem, & claritatem, & ad illum, qui est vt succus porri, & significat mortificationem virtutis, quãuis vomitus citrinus, & vt succus porri, & vt flos æris multiplicetur in ipso, in cuius hepate est complexio calida valde. Et accidit habenti apostema calidum in hepate vomitus cholericus: deinde vomitus vt succus porri: deinde vt ærugo æris, & fit cũ nausea & singultu. Niger vero est malus nisi in apostematibus splenis: & in fine febriũ quartanarum est malus. Et fœtidus est malus: & proprie quicunꝗ amborum in febribus pestilentialibus. Et qñ inuenitur subuersio in die quarto ægritudinum, & fit expulsio vomitu, est iuuatiuum.

A Hip. & Ga. 2. pgnost. 40.
B Ras. 11. con. t. 2. c. 2. 129. 4.
C T. 1. c. 17. & c. & Gal. 8. de ɔpõe pharm. ſm loc. c. 3. fol. 189. c
D G. 6. lo. af. c. 3.
E T. 1. c. 17. & c. & G. lib. 8. de ɔpõ. phar. ſm lo. c. 3. c
F Lib. 4. Fẽ. 2. c. 1. c. 78. & G. 2. pgno. 38. f

De signis portendentibus vomitum. *Cap. 9.*

SVnt [g] nausea, & subuersio antecedentes vomitum: Et [h] quando tremit labium, & accidit tensio hypocondriorum ad superiora, tunc iudica ipsum adesse. Signa autem humoris mali, putridi, facientis nauseam, & vomitum, si est calidus, sunt sitis, & sapor malus in ore, & putrefactio apparens. Et signa quis ex illo humore sit saniosus, sunt intueri ipsum ex parte vomitus: & vehementia nocumenti stomachi ab ipso cum eius leuitate, quoniam ipse non nocet nisi ex qualitate sua, non quantitate. Signa humoris boni, non mali, qui facit illud cum sua quantitate sunt, vt non G sint illic vapor putridus & sapor malus, & vomitus malus: & sedant ipsum, si fuerit subtilis, medicinæ ponticæ. Et si fuerit grossus, medicinæ subtiliatiuæ. Et significant ipsum [i] multitudo humiditatis & multitudo vomitus non mali: & multitudo egestionis, & multitudo saliuæ, & præcipue si pręcesserit nauseatiua satietas. Et signum eius, cuius causa est malitia complexionis oris stomachi, est quod non tolerat illud, quod eis superuenit, immo mouetur ad expellendum illud via malitiæ complexionum prędictarum. Et eius, qui fit propter communitatem cerebri, aut hepatis, aut matricis, signa sunt signa ægritudinum hepatis, & capitis, & aliorum.

G Ga. 3. de symp. cau. c. 2. g
H Ga. ɔmẽ. 1. in prorrhet. 30. e, & 3. de crisi. c. 11. 144. e
I G. 3. de crisi. c. 11. 144. e

De vomitu sanguinis. *Cap. 10.*

ET sanguis quidem cũ per vomitũ [k] egreditur, tunc est ex stomacho, aut meri. Et causa in illo, aut est eruptio venę, & scissura eius, & ipsius incisio. Et multoties fit ꝓpter vomitũ plurimũ, aut ventris solutionẽ factam ex cathartico calidæ cõplexionis, aut eruptio apãtis non maturi, aut propter sanguinem à capite currentẽ ad stomachũ à loco, qui ignoratur [l] aut propter effusionem sanguinis ad ipsum ex hepate, & [l] ex alijs membris: & pręcipue cum retinetur illud, quod oportet euacuari ex sanguine: aut accidit incisio mẽbri, & superfluit nutrimentum eius, ſm modum cuius declaratio prætcrijt à me in radicibus: aut accidit ex dimissione exercitij consueti, aut potus sanguisuccæ suspẽsæ in meri, aut stomacho aut accidũt hemorrhoides in stomacho. Et causa eruptio- H nis venarũ, & scissurę earũ, est illud, quod [m] sciuisti in libris vniuersalium, & illud, quod diximus in prĩcipio hmõi tractatus: & oportet vt tu cognoscas ex eis illud, quod est ex mollificatione venarũ cũ subtilitate, & sua mollitie: & quod est ex vehementia exiccationis earum, aut aliud ingrossans ipsas. Et [n] multoties quidem fit vomitus san. ex sana virtute, & expellit san. ad partem quam inuenit in dispõne expulsionis eius cõuenientiorẽ. Et propter hoc multoties est in vomitu duarũ lib. sanguinis ver. gra. tranquillitas, & iuuamentum. Et illud est qñ effunditur superfluitas splenis, & hepatis ad stomachũ, & egreditur vomitu & expellitur: Et [o] illud, quod est à splene, est nigrum, & turbidum, & qñꝗ est acetosum. Et non est cum istis duobus dolor. Et [p] multoties quidem vomitu expellit homo frustum carnis, & causa in illo est caro addita verrucosa, aut hęmorrhoidalis orta in stomacho: & abscindit propter causam aliquam, & expellit ipsam natura ad superiora. Et [q] oĩs vomitus sanguinis cum febre est malus, sed cum non est illic febris quandoꝗ non est malus.

K G. 7. apho. 37. & 4. loc. af. c. 5. f
L T. 1. c. 16. & 1. 5. c. 8. & F. 10. t. 3. c. 4. & Fen. 16. t. 1. c. 2. & G. 3. de cau. symp. c. 2. 27. h
M Li. 1. F. 2. doc. 2. c. 16. & li. 4. Fen. 4. t. 2. c. 16.
N Cap. 8.
O Cap. 11.
P Ca. 11. & Ras. 11. ɔti. t. 1. c. 1. c. 109.
Q Hip. 7. aphor.

De signis. *Cap. 11.*

ILle quidem, qui est à stomacho, distinguitur ab illo, qui est à meri, per locũ doloris, nisi sit apertione venarum: & non ex corrosione et vlceribus, quare non fit illic dolor. Et illum, qui est à

corrosione

A T.4.c.15.

A corrosione significat signum vlceris,quod [a] præcesſit:et ſanguis egreditur ab eo in primis paulatim,deinde emanat res plurima.Et illius,qui eſt à ſana virtute eſt,vt nihil de eſſe ſuo immutatum ſentiat patiens,et inueniat leuitatem poſt grauitatem,et ſit ſanguis ſanus, non acutus corroſiuus, aut putridus,aut vlceroſus.Et eius,qui eſt ex ſanguiſucca eſt, ꝙ ſanguis, qui eſt ex ea, eſt ſubtilis virulentus.Et ille iam bibit de aqua,in qua ſunt ſanguiſuccæ.Et eius,qui eſt ab hæmorrhoidibus, eſt vt ſit illud hora poſt horam,et iuuatur per illud,et colores eorum ſunt citrini. Et differẽtia quidem inter factum propter hepar et effuſionem eius ex ipſo ad ſtomachum,et factum propter ſplenem,et factum propter ſtomachum ipſum,eſt ꝙ cum illis non eſt dolor, et ille, qui eſt à ſtomacho non euacuatur à dolore:et [b] ille,qui eſt à ſplene,eſt niger,turbidus,et quandoque eſt acetoſus : Et [c] multoties euomit homo fruſtum carnis,et iam ante diximus cauſam eius.

B Cap.10.
C Cap.10. & Raſ. 11.ꝯt.t.1.c.1. 109.3.

De cura vomitus abſolute. *Cap. 12.*

Sermo quidem vniuerſalis in curatione vomitus eſt hic.In vomitu,qui generat̃ à corruptione cibi,rectificet̃ cibus,et fiat bonus,et adiuuetur ex quibuſdam quæ diximus,cõfortantibus ſtomachum,boni odoris,calidis,aut frigidis,ſm quod conuenit.Et in illo cuius cauſa eſt materia mala,aut plurima,euacuetur illa materia ſm canones prędictos,& cũ ebibitis,& clyſteribus,& minoretur cibus,& ſubtilietur.Et adhibeantur exercitium ſubtile,& ieiunium.Et clyſteria proportio-

D G. de reuulſiõe c.19.f, & ꝯmẽ.2.in 6.de mor.vulg. 9.h
E Fen.16.t.2.c.13. & li.1. Fẽ.4.c.23.& li.4.F.1.t.2.c.15.& Gal.ꝯmẽ.2.in.6.de morb.vulg.9.h
F Raſ.129.2.

B nalia ſm ęgritudinẽ,ſunt iuuatiua propter illud,quod declinat de materia ad inferiora.Et [d] multoties qdem abſcindit vomitũ clyſtere acutũ.Et [e] vomitus etiam multoties abſcindit vomitũ,cũ eſt à materia.Sanatur.n.ex vomitu,cum euomit illam materiã per egreſſionem eius cum vomitu, aut cum eo,quod eſt ſicut aqua calida ſola,aut cum ſyrupo acetoſo, aut cum anetho, aut [f] cũ aqua raphani,& melle:& quę ſunt illis ſimilia de his,quæ ſciũtur in loco ſuo.Et cũ fuerit illud, quod euacuare volumus cũ vomitu aut cũ re alia à vomitu groſſum,incipiemus,& ſubtiliabimus ipſum: & incidemus illud,deinde euacuabimus ipſum.Et ſi fuerit nauſea,imo vomitus etiã ex malitia complexionis,curabitur cum eis,quæ ipſam pmutant.Quod ſi neceſſaria fuerit ſtupefactio,fiat illud, quod narrauimus nuper.Et vltimum,quod intẽdimus in regimine nauſeæ,eſt expulſio humoris facientis nauſeam aut minoratio eius,& ipſius inciſio,ſi eſt groſſus,viſcoſus:aut rectificatio eius ſi eſt putridus,[g] ſanioſus cum bono odore eius,quod in potu ſumitur.[h] Bonus enim odor vehementer eſt conueniens ſtomacho:& proprie cum eſt in nutritiuis,& olea cum ſenſus eſt diligẽs ea.Et attractio materiei excitantis ad extremitates eſt iuuatiua valde in retentione vomitus, & proprie cum eſt ex expulſione humorum ex membris circundantibus ſtomachũ,vel vicinantibus ſtomacho ad ipſum,& illud [i] fit ſi ſtringunt̃ extrema,& proprie inferiora,ſicut crura,& pedes cõſtrictione deſcendente à ſuperioribus.Et qñq; adiuuat ad illud eorum calefactio,& [h] politio eorũ in aqua

G Cap.13. & Raſ. 11.ꝯt.t.2.c.2.128.3.
H Raſ.ibid 129.3.
I T.1.c.24. & Fen 16.t.2.c.13.& Ga.1. art. cur. ad Glauc. c.14. g. h

C calida.Et qñq; eſt neceſſariũ vt ponatur ſup adiutoriũ, & crus medicamẽ rubificatiuũ vlceratiuũ. Et mirabile quidem eſt,ꝙ calefactio extremitatũ eſt iuuatiua in ſedatione vomitus:ꝓpterea,ꝙ attrahit.Et [k] infrigidatio earum eſt iuuatiua in ſedatione vomitus velocis calidi:propterea,ꝙ infrigidat:Et ſilr̃ infrigidatio ſtomachi.Et [l] exiſtimauerunt quidam, ꝙ amygdalæ amaræ cũ teruntur,& digitis fricando diſſoluuntur in aqua,& colantur,& ſumit̃ ex ea in potu,ſunt maxima cura vomitus dominantis furioſi.Et [m] fabæ decoctæ cum corticibus ſuis in aceto pmiſto conferunt plurimũ eis.Et lentes à quibus effuſa eſt aqua in qua elixantur quando decoquuntur in aceto. Et iam expertum eſt medicamen,quod [n] Recip.galiæ & xyloaloes crudi,& gariophylli partes æquales, ſumatur in potu cum aqua malorum:Et gluten gariophyllorum melius eſt gariophyllis, & ſit eius pondus,pondus illorũ.Et qñq; ponuntur in ipſo cum non reperitur gluten gariophyllorum, gariophylli:& ponitur cum gariophyllis pulegij quãtum ſunt gariophylli:ſunt enim vltimi,& ſtant loco eius.Et tu quidem ſtude inquantũ potes,vt eos [o] dormire facias,qm̃ illud eſt radix. Et ex eis, quæ conferunt in hoc,eſt facere vt ipſi in potu ſumãt volentes,aut inuiti aquam carnis plurimam cum ſeminibus:& ſit in ea coriandrum ſiccum:& qñq; funditur in ipſa vinũ odoriferum : & ſi eſt cum hoc ponticum,eſt melius.Et qñq; infunduntur in ipſa tortellæ,aut panis de ſimila. hoc enim qñq; facit eos dormire,cumq; dormient,ſudabunt.Et cum natura fuerit ſicca,non ſtringas vomi-

K Raſ.122.2.
L Raſ.11.cõti.t.2. c.2.129.1.
M Dioſ.li.2.c.97. & Raſ.11. cõti.t.1. c.2.122.3.&.123.1.
N Raſ.129.2.
O raſ.lib. diuiſi. c.60.

D tum cum eo,quod exiccat ex ſtypticis,niſi cum menſura abſq; nocumento:et adminiſtra clyſteria, & ſoluas ventrem,deinde ſis audax in dando robub.Et multoties quidem alleuiantur nauſea, & vomitus per phlebotomiã.Et [p] ſi cum vomitu expellitur medicamen fortiter conſtringens vomitum,reitera ipſum.et ſi vehementer abhorreat ipſum,tunc altera ei aliquid odoris eius,aut coloris ipſius.& [q] ſcias qñ nauſea lædit,& non aſſociatur ei vomitus,tunc oportet vt adiuues ipſum cum vomitiuis ſubtilibus ita,vt euomat cibum ſuum vel humorem ſuum.Et ſi neceſſarium tibi fuerit, vt ſoluas ventrẽ eius cum facilitate,fac:deinde cõforta ſtomachum cum oleis prædictis & proprie cum oleo de nereiden puro,aut permiſto cum oleo roſ.& ſicut vides de calefactione ſtomachi.Et qñq; eſt nauſea non poſt cibum,immo ſm vacuitatem etiam,& non eſt poſſibile vt fiat vomitus ꝓpter paruitatẽ materiei:quare oportet vt comedat patiẽs ipſum cibum,qm̃ cum replet̃, facilis fit poſt ipſum vomitus,& expellitur cum ipſo humor.Et plurimũ quidem nauſeæ accidentis à caliditate,& ſiccitate,remouetur à poſitione emplaſtrorũ cum infrigidatiuis humectatiuis infrigidatorum in niue,& ſumendo in potu aquam infrigidatã cum niue, & qñq; ponitur in ipſa ſicut rob acreſtæ,& rob ribes. In nauſea vero materiali neceſſaria eſt purgatio cum eis, quæ conueniunt: deinde curetur qualitas remanens cum eo,quod eſt ipſi contrarium ex medicinis odoriferis,cum

P Fẽ.16.t.2.c.13.
Q Raſ.122.1.

robub calidis aut frigidis.s. vnūquodq; ſm ſe.Et oēm quē curas,ſi ipſum vis cibare, ciba paulatim E
paulatim ita,vt non moueatᷣ vomitus eius alia vice in ipſo.Et oportet vt illius ſtomacho, qui conſuetus eſt vomere poſt cibum,& cibus non ſtat in ſtomacho ipſius,apponātur emplaſtra ſtyptica prædicta in canone:& ſi non fuerit caliditas,permiſceantur cum eis illa,quæ ſunt ſicut pyrethrū, & ſpica,& thus,& myrrha.Et iuuanᷣ valde ex trochiſcis albēcharus quos laudauit [a] Gal.Et [b] dentur in potu,ſi fuerit illic caliditas,& ſitis,cum robub ſicut rob de granatis, & proprie illud in quo ponitur menta,& ſequatur illud vinum permiſtum,ſi permittit complexio. Si autem non fuerit caliditas,ſumant in potu cum aqua,& conferunt eis valde troc.Aeſchylis: & confert eis, qñ adeſt eis cum frigiditate trochiſcus huiuſmodi.[c] Recip.zurūbet,gariophy.vſneæ,cinnamomi,maſticis, thuris myrrhæ oīum ana danich.i.opij keratē.i.caſtorei keratem.i.aloes.iiij.ʒ. Et ex eis,quæ conueniunt illis,qui vomunt cibum ſuum,eſt vt multiplicetur in cibarijs ſuis [d] coriandrū: & lambant mel embilicorum:& etiā comedant cortices [e] fiſtici humidos,aut ſiccos.Et maſticent thus, & maſticem,& xyloaloes,& corties citri,& mentam:& conueniens eſt eis vt vomant,deinde comedāt. Et antiqui quidem medici confuſi ſeu errantes in medicina curant patientem vomitum cum eſt adoleſcens,fortis,habens ſtomachum repletum humiditatibus retentis ſubtilibus,& eſt multę ſaliuæ,phlebotomando ei venam cum æqualitate ne ſequatur terminos ſyncopis, ſi tolerat natura, deinde expectant aliquibus diebus,poſtea phlebotomant venam eius,quæ eſt ſub lingua,deinde F
dant in potu diuretica:poſtea faciunt eum gargarizare cū inciſiuis:deinde expectant: poſtea dant in potu hieram factā cum coloquinthide,& ingeniantur vt remaneat hiera in ſtomacho eius tempore paruo:deinde poſt.vij. dies euomant, deinde [f] adhærere faciunt ventri eius ventoſam ſine inciſione,& euaporant locum cum oleo calefacto,& in mane ponunt emplaſtrū deſuper [g] ex fœnugræco contrito confecto cum melle,& ſemen maluæ confectum cum oleo,& faciunt illud tribus diebus.Si autem illud non ſufficit,in potu tribuunt hieram cum pulpa coloquinthidæ, & [f] liniunt ſtomachum ex gumma rutæ acreſtis,& medicinis rubificantibus,donec videant ſuper locū bothor,& veſicas,& dant in potu hieram picram,deinde decoctionem abſinthij, & medicamen factum cum caſtoreo & aqua:deinde iterant rubificationem cum eis,quæ ſunt leuiora: deinde adminiſtrant gargariſmata:& poſtea ſternutatoria.Hæc eſt ergo via in medicina antiqua varia, non ſecundum viam comprehenſam. Iam quidem diximus de cura vomitus illud, quod currit curſu canonis,& nos addemus ei nūc diſtinctiones. Vomitū aūt factum à cauſa calida ſedat aſſumptio alcasb,ꝓprie & granata,& ſumach,& [g] †{gubera,}& cydonia,& ſyrupos,qui fiunt ex eis: & pilulas huiuſmodi.[h] Recip.ſeminis hyuſquiami partem.i.ſeminis roſ.ru.& ſumac,& alcasb oīum ana partes.iiij.coniungantur cum duplo eorum de rob de cydonijs,& detur ex aggregato confecto à medio aureo vſq; ad aure.ſm virtutem,facit enim dormire,& ſedat nauſeam.[i] Cumq; non eſt illic G
conſtrictio naturæ,tunc tibi ſupereſt tribuere robub pura facta ex acreſta,& ribes,& ex acetoſitate citri proprie.Et [k] camphoræ quidem ineſt proprietas prohibēdi vomitum,& nauſeam calidos, ſumptæ in potu cum rob,& olfactæ,& linitæ ſuper ſtomachū.Illius vero,qui cogitat, ꝙ ſi moueatᷣ poſt cibum,euomat,cura melior,& eius,qui euomit cibum ſuum non cum cholera citrina, immo eſt vomitus eius propter melancholiam,aut humorē frigidum,eſt quæ eſt ex curatione facta cum calefactiuis exiccantibus.Et ex eis eſt illud quod.Recip. ſeminis apij, & aniſi, & abſinthij partes æquales,fiant ex eis troc.ſitq; doſis eorum auṙ.i.cum aqua frigida:Et etiā fiat eis [l] †{ſabag}ex cymino,& pipere,& pauco rutę miſceantur illa cū aceto,& almuri.Et ad illum quidem, qui cibum ſuum euomit cum dolore ſtomachi ſumatur alcasb,& conteratur,& diſtilletur deſuper aliquid de ſyrupo granorum myrti.ſ.quantitas qua conficiatur: deinde miſceatur cum illo parum aceti vini & mellis & bibatur.& [h] etiam vitellus oui aſſati,& miſceatur cū melle,&.xv.granis maſticis contriti,& comedatur:& adminiſtretur illud tribus diebus.Et conferunt trochiſci prędicti in ca.doloris ſtomachi,in quibus ponuntur abſinthium,& myrrha, & oportet vt dentur iſtis, & qui eorum curſu incedūt,poſt cibum quidem ſtyptica,& ante ipſum quidem lubrificatiua,ſicut volubilis. Et confert eis,vt ſumat ſuper cibum hoc ſuffuſ,quod Recip.thus,& glandes, & ſumach. Et medicamen iuuatiuum valde ad nauſeam eſt illud,quod [m] Recip.coriādri ſicci,rutæ ſiccæ partes ęquales: H
quod bibatur cum vino quidem cōmiſto,ſi ſentitur cum acetoſitate,aut cum aqua frigida, ſi ſentitur cum mordicatione.Medicamen conferens vomitui accidenti propter frigiditatem,& humores frigidos.[n] Recip.zurūbet,doronigi|caſtorei partes ęquales,zuccari quantū oīa.doſis eius vſq; ad.ij.ʒ.adminiſtrentur aliquot diebus.[n] Si autem hoc regimen non ſufficit cum trochiſcis prædictis ſumant in potu oleum de kerua cum aqua de ſeminibus. Accidens autem poſt nauſeatiuam ſatietatem,curetur curatione ſatietatis nauſeatiuæ,& ſotira.Eius aūt,quæ accidit propter humorē ſanioſum cura eſt euacuatio ſtomachi cū vomitu,& mūdificatio eius ex eo,& æquatio [α] eius [o] cum qualitatibus boni odoris:& iuuant in ea ſemina,ſicut aniſum,& ſemen apij,et ſiſeleos,& cyminū, & daucum.Et [p] oportet vt regatur ſicut oſtendimus ita,vt ſumat ante cibum ex cibis, cibos lubrificatiuos,lenitiuos,& poſt ipſum,cibos ſtypticos odoriferos,ſicut cydonia,& ſimilia,vt deponant cibum ab ore ſtomachi ad fundum eius,& inclinent materiam ad inferiora,non ad ſuperiora. Et qñq; eſt neceſſarium in quibuſdā vt [q] in potu ſumāt cyminum,et ſumach.Et qñq; indigent deambulatione leui poſt cibum.Et diamuſchum eſt iuuatiuum eis valde.[q] Et troc.[β] ſtellæ ſunt vltimi eis cum vino,in quo diſſoluitur granum muſchi.[r] Vomitus aūt proueniens ex melancholia, non oportet

A 8. d̄ phar.ſ... ſm loc.c.3.
B Fē.16.t.1.c... t.4.c.1.&li.4... t.2.c.15.&... ſ.ſū.1.t.6.c.... Ser.t.3.c.31.&... 21.ꝑt.1.c.... &.11.conui... 127.1.
C Raſ.11. ... c.2.127.1.
D Fē.16.t.1.c... li.2.t.2.c.143.
E Lib.2.t.1.c... & Ser.t.3.c.5.
F Raſ.119.3.
G Raſ.118.4.
G† meſpilus.
H Raſ.116.3.
I Ser.t.3.c.15.
K Fē.16.t.1.c.15.
L† oē ſapidum in quo caro vel panis intingitur
M Raſ.119.1.& &.116.3.
N Raſ.117.1.
Infra α
O Cap.11.
P Raſ.11.côdi... c.2.128.4.
Q Raſ.119.1.
Infra β
R Ser.t.3.c.15.

A oportet vt constringatur quantum possibile est. Quod si fuerit patiens ipsum repletus sanguine, phlebotometur basilica, & ventosentur partes posteriores capitis etiam vt alleuietur repletio superior sang.& melancholiæ. Et qñq; sufficit dimissio repletionis. Quod si superfluat adeo vt non toleretur, trahatur ad inferiora cum clysteri, in quo sit acuitas aliqua, facto ex cartamo, & polypodio, & tribulis, & epithymo, & halasce, & chamæmilla cum oleo sisamino & melle. Et fiat spleni emplastrũ ex meliloto, & myrto, & laudano, & vsnee, cum vino pontico. Et in potu tribuatur etiã syrupus de menta cum granatis cum alefeniati. Et si fuerint illic reliquię repletionis, fiat phlebotomia ex venis pedum, & ventosentur crura. Cumq; sedatur vomitus, euacuetur melancholia cum medicinis factis ex myrobalanis nigris, epithymo, & agarico, & sale indo. Et si exigit res, vt in potu sumatur oleum de kerua cum hiera picra, & epithymo fiat. Et si in splene fuerit ægritudo, curetur splen. Et illi quidem cui accidit propter effusionem materiei subtilis, mordicatiuæ, cõmiscẽtis cibum, quare sit nausea, conferunt troc. stellę in horis paroxysmi: & expulsio cum picra pręter horas paroxysmi: & solutio ventris cum oxymelle misto cum aloe: & oxymelle facto cum scãmonea ad solutionem ventris, & cum aqua prunorum, & tamarindorum. Ipsa enim ambo sunt declinantia materiam ad inferiora, & sedantia vomitũ cum acetositate sua. Et oportet vt in huiusmodi trahatur materia ad inferiora cum clysteri leni ex violis, & iuiubis & hordeo excorticato, & tribulis,

B & chamæmilla, & sebesten, & turbit cum oleo viol. & zuccaro ru. & baurach, & vt administretur syrupus de papauere post expulsionem.[a] Et confert syrupus alexandri cum hac descriptione. Cydonia, & sumach, &[b] †{nabach}& grana granatorũ, et tamarindi decoquantur, deinde ponantur thus, & parum xyloaloes. Et scias ꝙ quãdo natura est sicca cum causis vomitus, cura eius est difficilis: & omnes qui habent vomitum humiditatis, iuuantur cum sauich & pane exiccato in furno, & spodio in succis. Et omne quod adhæret illi humiditati, & exiccat eam, confert eis. Et est necessarium multoties vt ponantur super ventrem eius ventosę, & super dorsum inter ambas spatulas. Et est necessarium vt dormitio eius, & ipsius cõmotio sit in cuna. Et si fuerit[c] humiditas[a] saniosa, tunc adhibeantur narcotica odorifera, resistentia corruptioni saniei, & fœtori: & styptica exuccantia, proprie si sunt aromatica: immo si sunt nutritiua. Et si est huiusmodi materia summersa, imbibita, oportet vt sint illic etiam subtiliantia, incisiua, sicut syrupus acetosus, & sicut alefeniati prędictæ. Et similiter si est viscosa & grossa, tunc ea quę sunt fortiora parũper. Et hiera cum syrupo acetoso est cõis ad plurima. Et isti quidem post illud sumant in potu medicinas sedantes vomitũ cum calefactione aliqua, sicut syrupum de menta factũ cum granatis, in quo positum sit xyloal. crudũ. aut syrupum de acetositate. s. citri vel limonis in quo iam positæ sint alefeniati calidæ, & xyloaloe, & folia citri, & etiam diamuschum amarum, & diacydonitẽ: & totum illud cum decoctione alefe-

C niati, & etiam diamuschũ cum miua. Et syrupus de absinthio confert eis in omni hora. Descriptio bona. Recip. granatorum acetosorum, & mentæ, sisymbrij omnium ana[d] †{bachat}. i. decoquatũ in duabus lib. aquæ vsquequo remaneat medietas, & ponantur in ipsa muschi danich. i. xyloaloes quarta drach. quæ omnia sint contrita, & sorbeant hora post horã. Et ex medicinis sedantibus hãc speciem vomitus, est rob de citro cum xyloal. & gariophyl. & syrupus de menta cum granatis, & proprie quando ponuntur in ipso tus, & galia, & cortices fistici, Et muschus, & xyloaloe, & miua sedat vomitum phlegmaticum valde. Et quando timetur ex frequentia vomitus, & multitudine eius, & quocunq; modo fit, prætérq̃ in febribus vehementis caliditatis, casus virtutis sorbeat infirmus[e] aquam carnis assumptam ex pullis, et extremitatibus hœdorũ, & arietum cum tortellis contritis sicut alcohol. & aquã pomorũ, & parũ vini, et olfaciat ex pullis assatis scissis ante faciem eius: & olfaciat panem calidum. Et ex illis est vt elixetur pulli in aqua, & effundatur ab eis, & decoquãtur in aqua alia, & dissoluantur in ea: deinde terantur in mortario, & exprimatur aqua ipsorum, & ponãtur in ea semina vel aromata, & dissoluatur in ipsa medulla panis de simila, & misceatur cum pauco vino, & ponatur in ipso succus malorum, & sorbeant ex ea. Et illi qui dissoluuntur in decoctione, deinde conteruntur, meliores sunt illis qui cõteruntur, deinde decoquũtur. Ab istis enim resoluitur humiditas naturalis, & euaporat, & in illis continetur. Et qñq; conferunt nauseę, & sub

D uersioni animæ, & in expulsione cum vomitu, cibi facti ex cubugi, & pullis factis acetosis cũ aqua acrestæ, & acetositate citri, & sumach, & aqua malorũ acetosorũ, frixis cum oleo omphacino cum illis. Et nõ est malũ cibare eos sauic hordei cum aqua frigida proprie cum sunt vomitus reliquiæ. Et oportet vt iteretur illud super eos, & si euomunt illud, & abhorrent, permutetur forma eius, si refugiunt ipsum. Medicinæ singulares, & compositę conferentes nauseæ, & vomitui. Scias ꝙ masticatio masticis & turis, & cupressi qñq; conferunt ad illud: similiter grana alcadra: aut ruta sicca, de qua in potu sumatur cochlear. i. qm̃ est mirabilis. Et gariophy. cum teruntur vehementer, sicut alcohol, & puluerizãtur super sorbitionem factam ex tortellis, & succis, sedant statim. Et similiter cum bibuntur in aqua frigida, aut decoquuntur cũ aqua, & in potu sumitur decoctio eorũ, & proprie ad pueros. Et melius est vt puluerizentur super eam mastix. Et ex medicinis sedantibus vomitum, & nauseam, est rob citri quod in potu sumat ille qui vomit propter cholerã, sicut est & ille qui vomit propter causas frigidas, permistũ cum xyloaloe crudo, & gariophy. Et iterum decoctio corticum fistici, aut pura, aut cum alseniate. Et fortior ea est aqua vel succus summitatum vitis simplex aut cum alefeniati cum carui, & miua. Et almisusen est ex eis quæ sunt necessaria ad ipsum. Compositum expertum, & est etiam ex eis quæ adiuuãt ad digestionẽ.[f] Recip. seminis lini, ireos, masticis,

A Ras. 11. cõti. t. 1. c. 2. 1. 122. 1.
B † lotus arbor
C C. 11. Supra a
D † manipulus
E Ras. lib. diuis. c. 6c.
F Ras. 116. 3.

mastícis,cymini,omnium ana partem.i.decoquatur ex eo cũ aqua mellis,& administrentur. Cum E ergo deficit curatio,necessaria sunt narcotica,in quorum natura non est,vt vomitum moueant, sicut est in natura hyusquiami,& nucum methel nisi associentur eis medicinæ odoriferæ conseruantes eorum stupefactionem,& rectificantes eorũ vomitum:et resistentes ventositate eorum,immo debiliora ex eis,vt semen papaueris,& semẽ lactucæ:& fortius eo est cortex eius,& proprie nigri: & sequitur ipsum cortex radicis mandragoræ campestris:& fortius eis est opium, & parum ex eo est iuuatiuum cum salute: & proprie cum est cum eo ex medicinis theriacalibus odoriferis quę resistant veneno ipsius. Et ex compositis nobis bonis in hoc est, vt sumatur corticum fisticorum, & galiæ,& ros.& seminis ros.omnium ana pars.i.& bezahar pars.5.et si non fuerit pręsens,ponatur in ipso zurũbet pars.i.& opij duæ tertiæ partis, & xyloaloes crudi pars.5.fiant ex eis troc.& dosis eius sit vsq; ad aur. Et ex medicinis bonis ad illud nobis est,vt sumantur cydoniorũ, & alcasb amborum ana partes.ij.& seminis papaueris tertia partis,& corticum radicis mandragoræ,tertiadecima partis,& quartadecima partis xyloaloes crudi, & aquæ mentæ tantũ quod totũ submergatur, & aquæ ros.tantũ,quod supereminea digito vno, & aquæ cucurbitæ triplum ambarum aquarũ: & oportet vt cum facilitate adeo decoquantur,donec dissoluantur alcasb, & cydonia: deinde colentur aquæ,postea inspissentur cum facilitate,& sumatur ex eo in potu. Et cum in potu sumũtur stupefacientia,oportet vt multiplicetur olfactus odoriferum.& dormiat,& non separetur aromaticum suaue apud eum.si autem abhorreat aromaticum,permuta ipsum ad aliud,& troc.[a] †{Amaricos} s̃m q; testatur [b] Gal.sunt iuuatiui ad illud. Ipsi enim aggregãt omnes res necessarias in cura vomitus,& proprie cum est humor virulentus. Trochiscus enim ille est eius theriaca, & est s̃m q; dictum est in [c] antidotario.Inquit [b] Gal.nam in ipso ponuntur [d] anisum, & semen apij odorifera, & nutritiua,& absinthium ad abstergendum,& deponendum humorem,& ad confortandum os stomachi,& ad corrugandum ipsum, & cinnamomum ad contrariandum sua aromaticitate virulentię,& conuertendum ipsam ad rectificationem aliquã,& resoluendũ eam:& in ipso est ex aromaticitate,quod conuenit omni mẽbro neruoso, & opium vt dormire faciat & stupefaciat, & castoreũ vt succurrat corruptioni opij,& nocumento & veneno ipsius: [e] Sed & [a] troc.stellæ sunt vehementis iuuamenti in huiusmodi dispositione. Et nausea quidem quando est propter debilitatẽ stomachi,quã non sedat expulsio facta vomitu,tunc non laboretur in illa, immo si dimittatur per seipsam fortasse iuuabitur. Et quñq; sedat eã sauich hordei [f] †{algielel.} Et ille qui inuenit subuersionem inseparabilem in vere,& fuerit consuetus vomere, proprie in huiusmodi tempore,comedat cum pane paruæ quantitatis drachm.iiij.cepæ narcisci.deinde sumat aquam calidam. Et non multum sumant de cepe narcisci,qm̃ facit accidere spasmum.

F

A † Asclepiades
B 8.de cõpo.phar. s̃m loc.c.3.190.d
C Lib.5.sũ.2.16
D Ras.11.cõtin.c.2.128.3.
E Ras.129.1.
Supra B
F † albi & mali

De cura vomitus sanguinis. Cap. 14. G

SI senseris vlcera,tunc curabis ea cum [g] eis quæ scis.Et si senseris fluxum sanguinis narium descendẽtem interius prohibebis causam eius.Et si senseris repletionem expelles eam:Et quandoq; indigebis post euacuationem duarũ lib.sanguinis phlebotomia alia minuta,seu stricta. Cũq; augmentatur,liga extrema vehementer:& proprie in eo,cuius causa est fluxus acutus. [h] Et quandoq; sumitur in potu in facto propter medicinam, vinum mistũ cum lacte superante vsq; ad quatuor cotylas,dando aliquid post aliquid: deinde detur in potu syrupus acetosus infrigidatus cum niue:Verum ex medicinis expertis in prohibitione sang. est compositum in prohibendo vomitũ sanguinis vehemẽtem. [i] Recip.acatiam,semen ro. lutum sigillatum, balausti.opium,semen hyusquiami albi,gũmi arabicũ,succũ arnoglossæ,aut succũ virgæ pastoris: & sumatur in potu cum aceto vini multæ cõmistionis,aut cum aqua arnoglossæ, si fuerit perueniens ad stomachũ plurimum. Et dosis eius sit ex medio aureo vsq; ad drach.i.Et cõfert ad illud sumere in potu arobub styptica: & ex eis est rob de nuce,et cõposita dicta in antidotario.Et ex curatione facili est,vt sumat̃ gallarũ & balaustiarũ ambarũ añ.pars.i.& sumat̃ ex eis in potu põd.ij.aur.cũ kerate opij cũ aq̃ plãtaginis.

G T.4.c.14.
H Lib.1.F.4.c.16
I Ras.9.conti.c.2.91.3.

De conturbatione & anxietate stomachi. Cap. 15.

QVandoq; [k] accidunt ex stomacho conturbatio, & anxietas,ex quibus inuenit infirmus tristitiam:& fit [l] necessarinm vt permutetur de figura ad figurã:Et quandoq; comitatur ipsam H tremor cordis,aut accidit cum ea:et non est possibile habenti eam vt cognoscat causam in eo,& quandoq; eum sequitur scotomia,& vertigo: Et quãdoq; alteratur ex ea color,& est s̃m veritatem principium nauseæ: Et quandoq; est cum ea nausea: & quandoq; permutatur ad nauseam. Et causa in illo [m] est materia nauseæ,& ꝓprie inbibita:Ipsa enim dum permanet imbibita,facit accidere conturbationem: Cumq; aggregatur in ore stomachi, facit accidere nauseam super stomachum,per expulsionem humoris post excitationem naturæ cum eo. Et quandoq; conturbant reliquiæ odoris humorum ex medicinis vomitiuis, & solutiuis:quare detur rob de cydonijs, & rob de acresta,& similia.Et omne quod feruet in stomacho ex fructibus, & ex malis dulcibus,conturbat. [n] Et aqua frigida quæ bibitur non in hora,conturbat. Et multoties fit in febribus causa additionis febris:non ergo oportet vt bibatur in febre,nisi aqua calida.

K Ga.2.art.cur.ad Glau.c.2.fol.103.c
L G.7.aphor.56.1
M G.2.art.cur.ad Glau.c.2.103.c. & 2. de aliméto. facu. c.24.e
N G.1.art.cur.ad Glau.c.14.99.c

De cura. Cap. 16.

ILlud quod paruum est ex ea,remouet vinum mistum cum aqua s̃m medium: & aqua cõmista ex eis quæ confortant & infrigidant: aut cum eo quod lauat aut cum eo quod rectificat humorem malum.Et illud quod ex ea est plurimum,indiget medicinis nauseæ: & si fuerit ex caliditate,

& humore

A Ga.1.art.cur.ad Glau.2.c.14.99.c,& Raf.11. 2ti.t.1.c.2. 113.2.
B Gal.2.de alimẽ. facul.c.24.c
C † potus

A & humore calido,& est illa quę fit ẽm plurimum,qñq; sedabunt eam infrigidantia humida:& epithemata facta ex eis,& sandalis,& camphora,& rosẽ.[a] Et ex eis quę experta sunt in hoc,est emplm ex corticibus cucurbitæ,& portulaca:& sauich hordei cum aceto,& aqua:& fiat ex eis emplm stomacho & hepati. Et quando augmẽtatur fiat emplm ex sandalis,& rosẽ.ru.& similibus.[b] Et ex eis quæ in potu tribuuntur ad conturbationem stomachicam est sauich de hordeo, cõtritum proprie cum granis granatorũ: & oportet vt non sit ablutum: Et [c] †{alfocha}cum granis granatorũ sine seminibus,& rob de cydonijs. Cũ ergo non est nausea, aliena vinum omnino: & sit cõmistio aquę ipsius tamarindi. Et syrupus de pomis antiquus, cuius supfluitas resoluta est. Et ad eos quidẽ narrata est aqua cucumerũ citrinorum excorticatorũ cum iuleb tabarzet & parum,& drach.i.spodij.

De sanguine retento in stomacho,& in intestinis. *Cap.* 17.

D Halyab.lib.7. pract.c.20.

SVmatur[d] põdus drach.ij.nasturtij albi dicti bebeli, aut pondus drach.iij.ipsius,& sumat in potu cũ aqua calida. Si autẽ congeleť [d] sumat in potu æger aquã alhasce, & silr [d] coagulũ leporis.

De congelatione sanguinis in stomacho. *Cap.* 18.

E Diosc.lib.2.c.67. & Ga.10.de simpli. medi.facul.74.d

CVra eius est sumere in potu [e] coaguli leporis drach.ij.aut aquæ mentæ quantitatem.ij.vnc. in qua iam sit positum pondus.ij.drach.salis contriti.

De singultu. *Cap.* 19.

F Ga.3.de cã.sym. c.1.fol.25,e
G Gal.ibi.e.f
H G.4.de vic.rõe in acut.69.c,&.6. aphor.13.
I G.5.loc.af c.6.h &.5.aphor.1.d
K G.7.apho. 37.h
L G.6.aphor.39.g

B SIngultus [f] est motus diuersus, compositus, sicut spasmus contractiuus cum tensione dilatatiua, cum os stomachi aut totũ corpus eius, aut meri ex eo aggregatur ad seipsum cum spasmo, fugiens ex nocente si fuerit nocens,& pręparatum ad motum fortis expulsionis sequentis ipsum, sicut accidit ei qui vult saltare qm̃ ipse retrahitur postea saltat.[g] Et assimilatur alicui modorũ motus tussis, quæ est in pulmone,& velamine ad expellendum humorẽ: Aut non sit nocens,[h] immo sit ẽm semitam superfluitatis siccitatis mouentis ad similitudinem aliquam, sicut spasmus:& natura moueat ad dilatationem,& non obediat illud,& succurrat ei.[i] Et plurimum quidem accidit ori stomachi propter illud quod lædit: sicut accidit ori stomachi tremor propter illud, quod nocet, proprie si fuerit stomachus siccus, & non toleret os eius nocumentum mordicationis.[k] Et qñq; accidit propter cõmunitatem. Et qñq; accidit singultus post vomitũ propter nocumentum in ore stomachi: aut propter dimissionem humoris pauci in ipso, qui non expellitur vomitu: sicut qñq; fit singultus propter retentionem vomitus,& expectationem super ipsum, quare quiescit motus voluntarius. Et plurimum motus partium stomachi, nõ fit nisi motu oris, propter vehementiam sensus eius,& fortitudinem læsionis eius à materia excitante vel furiosa mobili.[l] Et dixerunt quidam q; motus singultus fortior est motu vomitus, qm̃ vomitus expellit rem effusam in vẽtre,& singultus expellit rem siccam:& non est sic qm̃ non omnis vomitus & subuersio fit à causa effusa, neque

C etiam quod expellit aliquid, oportet vt sit debilius eo quod non expellit, et eo quod laborat vt expellat,& non potest: immo singultus est motus debilior motu vomitus: & est quasi motus ad vomitum debilis. Et similiter multoties incipit singultus, deinde fit vomitus, quasi motus stomachi apud tactum causæ singultus est paruus, qm̃ causa nocumenti est parua: & quando augmentatur res, vehementior fit motus,& fit vomitus. Distinguamus autem illud quod facit accidere singultũ propter nocumentum consequens os stomachi.[m] Dicamus itaq; q; qñq; fit illud, aut à re nocente frigiditate sua, sicut accidit ex singultu in rigore febrium, & in aere frigido, & in humoribus infrigidantibus:& à frigore alio confirmato in cõplexione stomachi constringente ipsum, & spasmãte eum.[n] Et [a] qñq; accidit hoc pueris,& infantibus.[o] Et frigus quidem facit accidere singultũ tribus modis: vnus eorum est ex parte inseparabilitatis materiei: Et secundus est ex parte frigoris eius & contrarietate sua cum qualitate sua transeunte æqualitatem. Et tertius est ex parte constrictionis eius,& inspissationis, quã facit in poris: quare retinetur in porrositatibus villorũ illud de cuius natura est q; ab eis resoluatur: Aut à re nocẽte suo calore, sicut accidit in febribus adurẽtibus ex spasmo in ore stomachi:[p] Aut à re nocente mordicatione sua, sicut accidit ex potu sinapis,& diapepereon,& humoribus virulentis:& potu medicinarum mordicatiuarum, vt diapepereon cum vino: & proprie ẽm sanitatem sensus stomachi: aut debilitatem substantię oris stomachi, et de hoc gene-

M Gal.8.de cõpo. phar.ẽm lo.c.3.fol. 189.h,&.190.e.f
N G.ibi. 190.e
Infra a
O Gal.6.apho.13.
P Gal.8. de cõpo. pha.ẽm loc.190.e.f
Supra a
Q Raf.11. 2ti.t.2. c.1.&6.1.
R Gal.7.apho.17.

D re est cibus corruptus, & cõuersus ad qualitatem mordicatiuam,[n] & [a] pueris quidem accidit illud plurimum: Et similiter accidit ex effusione cholerarũ in os stomachi:& sicut fit, cum est cholerarũ motus in crisibus ad caput stomachi, vt expellat eas natura cũ vomitu:[q] Aut à ventositate retenta in ore stomachi,& in tunicis eius:& in meri generata à caliditate vaporante quę nõ potest resolui: Aut à re nocẽte sua grauitate, sicut fit à repletione. Istæ ergo sunt spẽs eius, qui fit ex causa nocẽte. Ille vero qui fit à siccitate, qñq; fit à siccitate vehementi spasmante, sicut accidit in postremo febriũ incensiuarũ,& euonum exiccantiũ,& famis prolixæ,& est signatio timoris. Et qñq; fit ex siccitate non cõfirmata,& iuuatur ex quolibet humectante,& remouetur. Factus autem per cõmunitatẽ est sicut ille, qui accidit ei, cui factum est apostema magnum in hepate suo, & proprie in latere cõcauo: aut in stomacho eius, aut in velaminibus cerebri sui: aut est propter accidẽs membri nobilis in velaminibus cerebri sui, sicut accidit apud dictũ vel offensionẽ duræ matris, & percussionẽ dolorosam, per quã percutitur caput:& sicut accidit in febribus in eleuatione sua,& in signis crisis. Ille enim est propter cõitatem corporis. Et iam consideratum est in inueniendo causam propinquã euentus singultus in apate hepatis:& [r] dixerunt quidã, q; est qm̃ effunditur ex eo cholera ad duodenũ: deinde ad stomachũ, postea ad os eius,& diciẽ q; causa in eo est coarctatio apatis.[r] Et dicitur

q;

ꝙ causa in ipso est cõmunitas hepatis,& oris stomachi in [a] neruo minuto continuante inter ea. Et [b] si homo habuerit singultũ ex materia, & acciderit ei in seipso sternutatio resoluet singultus ei us: & similiter si vomuerit,& expulerit humorem. [c] Quod si euomat, & eius singultus nõ resoluitur significat aut apostema in stomacho: aut in radice nerui venientis ad ipsum ex cerebro, aut in cerebro:& sequitur illico ambo simul rubedo oculi, & distinguitur inter vtraq;,per accidentia apostematum cerebri, & accidentia apostematum stomachi. Et singultus qui ingreditur in signis crisis, quandoq; est signum bonum: & quandoq; est malum [d] secundum ꝙ exponemus in suo capitulo. [e] Et in libro quidem aphorismorũ dicitur, ꝙ quando vomitus non sedat singultum, & est cum eo rubedo in oculo,est malum signum significans apostema stomachi,aut cerebri.[c] Et in libro signorum mortis velocis dicitur, ꝙ quando accidit habenti singultum apostema in latere dextro egrediens à natura,absq; causa cognita,& est singultus vehemens egreditur anima eius ex singultu ante ortum solis: Et ex illo [f] libro habetur quod ille qui habet cum singultu punctionem, & vomitum,& cuzez,& destructionem rationis,moritur.

E

A F.14.t.1.c.1. B Hip.6.aphor. C Rás.11.cõtin. c.1.126.1. D Lib.4.Fē.1.t.1. c.30. E 7.aphor.3. & Gal. F 7.apho.10.

De signis. *Cap. 20.*

OMnis singultus,qui vomitu sedatur,causa est res nociua sua grauitate:aut qualitate sua mordicatiua secundum vnum modorum [g] prædictorum. Et [h] omnis singultus succedens euacuationibus,& febribus adurentibus,& quem non sedat ipsum vomitus, immo addit in ipso,est à siccitate. Factus autem propter complexiones cum materia, & sine materia scitur ex significationibus prædictis in [i] capitulis communibus.Factum [k] autem ab apostematibus [l] stomachichis, aut [l] cerebri,aut [m] hepatis,significant accidentia vniuscuiusq; eorum dicta in suo capitulo.

F

G C.19. H Alex.li.7.c.11. I T.1. K T.4.c.1. L F.11.t.3.c.1. M F.14.t.3.c.1.

De cura. *Cap. 21.*

VOmitus [n] est cura magis conferens singultui,cuius causa est repletio plurima,& res nocens sua qualitate.[n] Et similiter omne mouẽs laboriose, & mouens terefaciendo, & vociferãdo, & [o] ira,& timor,& gaudium subito accidens,& tristitia superflua,& aspersio aquæ frigidæ super faciem ita vt faciat rigorem subito, & motus,& exercitium, & equitationes, & expectatio super retentionem tussis cõmouentis,& [p] expectatio super sitim.[q] Et sternutationi quidem in eradicãdo materiam facientem singultum, inest impressio maxima :[r] Et ex eis quæ remouent eum etiam est longitudo retentionis anhelitus : qm̃ illud est res faciens accrescere caliditatem , & mouet eam ad exeundum versus poros,quærens attractionem aeris:quare mouet humores,adherentes, & resoluit eos.[o] Et somnus longus vehementer iuuat ipsum:[s] Et constrictio extremitatũ: [t] Et positio vẽtosarum super stomachum sine incisione,& super ventrẽ, & super illud quod est inter vtrasq; spatulas:[u] Et similiter positio medicinarum rubificantium. Et ex curis conferentibus singultui adhęrenti & replexionali est,vt patiens ipsum [x] incipiat vomere,deinde bibat hieram picram: [y] & succum absinthij,sumendo ex eo aur.& ex sale indo.ij.danich:Deinde post illud vtatur myrobalanis conditis.[z] Si autem causa sit adhærens oportet vt in eius cura tres res intendantur.s.resolutio materiei, & incisio eius,sicut cum oxymelle squillitico : Et secũda permutatio complexionis eius ita, vt æquetur,si non fuerit nocens nisi qualitate sua : Et tertia stupefactio sensus oris stomachi parũper:ita vt minoretur,nocumentum mordicationis. Et iam laudati sunt troc. huiusmodi. [z] Recip. costi,croci,rosr.recentium,masticis,spicæ omnium ana.iiij.a ur.assari aur.iij.aloes,opij amborũ ana aur.i.conficiantur cum succo psyllij , & bibatur ex eis medietas aurei.[z] Psyllium enim,&[z] opium stupefaciunt [z] spica confortat, & resoluit: [z] assarum inclinat humiditates ad partem viæ vrinæ, & educit eas per eam:[z] aloe inclinat eas ad viam fæcis, & extrahit eas ex ea : [z] costus,& crocus maturant,& [z] confortant calefacientes:propter [z] hoc ergo fiunt troc. isti conferentes valde singulti vehementi,& subuersioni animæ:Et si antiquatur,& chronicus fiat,affert ei oleum alkekengi iuuamentum maximum expertum:& quod ex eo bibitur ,sit cochlearium vnum cum aqua calida. Et [s] ex eis quæ conferunt ei,est decoctio zinzib.in aqua penidiorum. Cumq; vehementior fit,& antiquatur,necessariæ sunt confectiones magnæ valde , & electuaria,[x] sicut diacyminum cum aqua tepida : immo qñq; indiget confectionibus magnis valde,& theriaca: [a] Et philonium habet iuuamentum maximum in hoc propter illud,quod in ipso est de stupefactione cum confortatione, & resolutione,& expulsione.Et iuuatur ex pilulis,sicut illis quæ sunt de opopanaco,& ex pilulis stomachicis: & troc.stellæ valent vehementer ad singultum. Et medicinæ valentes in curatione singultus facti à materia frigida:aut proxima ei,sunt [b] ruta, & [c] nitrũ potata cũ vino : & similiter aqua apij:& acetum squilliticum,& [d] calamenthum aquæ,& [p] assarum,& [d] neriden,& maiorana,& alaniudẽ:ita ꝙ olfactus sedat singultum:& [e] aristol.& [p] anisum, & [d] daucus,& [d] zinzib.& enula exiccata,& succus eupatorij,& folium & [p] acorus,& abrotanum singulariter,& compositę:& fiant ex eis loch.Ipsa enim sunt magis permanentia super stomachum,& magis adhærentia ei,quã ea quæ bibuntur,& descendunt ad fundum stomachi subito:[f] Et castoreum habet proprietatem mirabilẽ in ipso.& qñq; datur in potu ex eo drach.5.in tertia sacraiati aceti, & duabus tertijs sacraiati aquæ. Et ex eis quæ maximum afferunt iuuamentum ei,cum ex ea in potu sumitur,est decoctio abrotani,& calamenthi mõtani,& masticis,assumptis æquis partibus,& elixatis in aqua, & bibatur cum vino decocto cũ masticis,& cinamomi,& squillæ vnc.iij.in kisto aceti. & detur in potu ex eo paulatim aliquibus diebus. Et iterum ad humidum nitrum cum aqua mellis. Et iterum confectio de galanga cum melle , & sumatur in potu mane & vespere quantitas nucis. Et iterum medicamen huius

G

H

N Aeti.li.3.c. c.5. O Rás.11.cõti. c.1.117.1 P Ser.t.3.c.7. Q Lib.1.F.4.c. & G.6.aphor. R G.4.de diffi. respir.c.10. S Rás.117.1. T Rás.117.1. & Aeti.ibi. V Rás.118.1. X Rás.118.1. Y Rás.11.cõti. c.2.118.1. Z Gal.8 de cõpo. phar.sm loc.c.3. 190.f

A Gal.9.de cõpo. phar.sm loc.2.c.2.

B Lib.2.t.2.c. & Paul.lib.3.c. C Paul.ibi. D Ser.& Paul. E Diosc.lib.3.c. F Diosc.li.1.c.

A Rasf.11.cõti.t.2. c.2.117.3. A huius compositionis,[a] costi,& aloes,squinanthi,sisymbrij sicci,calamenthi fluuialis, mentæ, rutæ, seminis apij,turis,assari,omnium ana drach.ij.opij,ro.siccarum amborum ana drach.5.& iam laudantur cappares conditi cum aceto in hoc. Et quandoq; adiuuat has medicinas administratio medicinarum sternutare facientium. Quod si fuerit ex frigore puro, tunc medicinæ prædictæ conferunt ei,sumendo ex eis in potu cum aceto, & aqua,& liniendo ex eis collum, & gulam, & locum qui est super furculam,& qui est sub ossibus pectoris:Aut liniatur collũ,& locus qui est super furculam cum oleo antiquo:aut oleo cucumeris asinini. Et similiter sunt omnia olea calida sola iuuatiua:& proprie oleum chamæmillinum : aut oleum in quo decoquuntur castoreum,& cyminum, & aniuden.[b] Et sumantur castorei & costi amborum ana drach.5.petroselini drach.i. detur in potu cum aqua sisymbrij,aut cum decoctione calamenthi,& anisi,et masticis:aut sumatur cortex exterior rubeus fistici cum radice squinãthi,& decoquatur in aqua, & bibatur ex decoctione amborum. Et dixerunt [c] quidam, ꝙ cortices [d] †{altalha} quando exiccantur, & bibitur ex eis pondus aur.i.cum aqua fœniculi & seminis rutæ,sunt iuuatiuæ valde. Et ego non existimo ꝙ cõferant frigido.Quod si fiat vehemens,& antiquatur,non est excusatio quin ponãtur ventosæ super stomachum sine incisione, & consequantur eas medicinæ rubificantes. Illi autem qui fit ex ventositate retenta super os stomachi,aut in ipso,aut in meri,confert administratio balnei, & receptio aliquã-

B Ser.t.3.c.7.

C Rasf.117.3. & Ser.t.3.c.7.

D † dactyli immaturi parui

B tuli turis contriti in aqua, deinde deglutiat aquam calidam super ipsum paulatim. Et enula exiccata est vltima in hoc. Quod si humor fuerit mordicatiuus, generatus illis, aut effusus ad ipsum, præcipiatur patienti ipsum vt euomat,si potest cum eis,quæ vomitum educũt huiusmodi: aut soluatur venter cum eis, quæ sunt sicut hiera cum syrupo de absinthio acetoso: & sicut cum syrupo. Et quandoq; sufficit potare acetum,& aquam, & sorbere butyrum : aut sorbere oleum amygdalinum,cum aqua calida: & festinare ad somnum & prolongare ipsum,quantum possibile est. Et similiter aqua hordei affert ei iuuamentum maximum,& vehemens: & proprie cum aqua granatorum dulcium,et muzorum declinantium ad dulcedinem.Et aqua duorum granatorum est ex eis quæ conferunt etiam cum mundificatione, & confortatione simul. Et causa est siccitas accidentalis,tunc cura in ipso est festinatio ad sumendum in potu lac recenter mulctum, & aquam tepidam cum aliquo,quod sit sicut oleum amygdalinum, & oleum de cucurbita,deinde aquam hordei, & aquam cucurbitæ,& aquam citrolorum,& mucilagines frigidas.Et similiter inunctio ex eis exterius, & similiter inunctio iuncturarũ. Et administratio balnei in tina,& similibus. In facto autem post vomitum,si sentit æger reliquias humoris mordicatiui,& sit cum eo parum nauseæ,sternutet sternutationibus frequentibus : postquam dantur ei ea quæ lubricum faciunt illum humorem, sicut rob de prunis,& tamarindi:&,ꝑprie cum tu fueris pręcipiens ei masticare vel comedere etiam

C tamarindos. Et si non sentit illud,immo sentit extẽsionem,fac emplastrum ori stomachi cum emplastris temperatis,& fac eum sorbere sorbitiones lenes,in quibus non est nauseatio,immo in quibus est conglutinatio sicut medulla tritici, & sedatio aliqua sicut oleum amygdalinum, & odoramentum aliquod sicut ius pulli, & cõfortatio sicut coriandrum. In facto autem ab apostematibus hepatis, & aliorum, oportet vt curetur apostema, & [a] fiat phlebotomia si necessaria est phlebotomia,& temperetur stomachus in ipso cum eis,quæ sunt sicut aqua granatorum, & aqua hordei, & aqua endiuiæ,& emplastra.

De dispositionibus accidentalibus mirach & hypochondriorum. *Cap. 22.*

QVandoq; accidit in istis partibus iectigatio propter materias existentes in eis:Et quandoq; sunt malæ & peruenit nocumentum earum ad cerebrum:& faciunt accidere in ipso melancholiam,sicut [e] diximus,& [f] epilepsiam mirachiales.Et quandoque est de hoc tremore qui fit prope os stomachi,aut in ipsomet, & similatur tremori cordis. Et quandoque accidit ei inflatio inseparabilis, & grauitas quare erit proxima significatio illi. Et quandoq; significant apostemata intrinseca : quod si sentitur attractio mirach & hypochondriorum ad superiora, tunc quandoque significat vomitum.Et in febribus acutis significat sodam, quæ commouetur: aut fluxum sangui-

E F.1.t.4.c.18.
F F.1.t.5.c.9.

D nis narium, aut vomitum secundum ꝙ distinguemus eum in suo loco: aut permutationem materiei & apostematis ad superiora. Et quando est eorum attractio ad inferiora, & partes suminis, significat permutationem ad inferiora, & solutionem ventris, quam confirmat punctio. Et tensio hypochondriorũ ad superiora, est ex eis quæ multiplicantur in [g] febribus pestilentialibus. & quãdoque est propter siccitatem sequentem calorem aut frigus:& quandoque est etiam propter apostemata intrinseca quãuis sint in inferioribus etiam.In illis autem qui sunt in superioribus,est tensio eorũ ad superiora cum exiccatione & coarctatione simul.& hæc inflatio in ægritudinibus acutis est mala,cui associatur ictéritia hepatica.[h] Et quandoque accidunt istis membris, scilicet hypochondrijs, & mirach dolores mordicatiui, & dolores extensiui, propter ægritudines hepatis, & ægritudines splenis, & apostemata lacerti, & in febribus, [i] & in crisibus. Inquit Bucatis oganesibur in capitulo dolorum hepatis si destruitur virtus appetitiua:confert hepar auium. Draco enim quando debilitatur in venando hœdos,& arietes,& similia, & non valet defferre eos ad gruptam suam,venatur aues:& proprie auem quæ dicitur taptilus:& comedit hepar earũ,& excitatur tunc appetitus eius,& redit virtus eius.

G Lib.4.Fẽ.1.t.4.c.1.
H Ga.3.de crisi.c.11.144.f
I Gal.1.art.cur.ad Glauc.c.15.d.

Fen

Fen.xiiij.de hepate,& dispositionibus eius. E

TRACTATVS I. *de vniuersalibus dispositionibus hepatis.*

[a] *De anatomia hepatis.* *Cap. I.*



Epar [b] est membrum quod complet generationem sanguinis,quãuis [c] [a] mesaraicæ conuertant quandoq; chylum ad sanguinem cõuersione aliqua,propter illud quod est in eis de virtute hepatis. Et sanguis quidem secundum veritatem est cibus conuersus ad similitudinem hepatis, quod est caro rubea [d] quasi ipsa sit sanguis verus cõgelatus.Et est vacuum à villis neruorum, in quo nascuntur [e] venæ, quæ sunt radices earum quæ procedunt ex eo dispertite in ipso sicut villi,sicut tu [f] sciuisti in anatomia venarum quietarum,& ipsum sugit à stomacho & intestinis mediantibus ramis portæ nominatis mesaraicis ex concauitate eius:& ipsum decoquit illic sanguinem:& [g] mittit illum corpori mediante vena concaua orta ex gibbositate eius:Et mandat aquositatem ad renes ex via gibbositatis. Et mittit spumam cholericam ad fel ex via concauitatis supra portam, & mittit superfluitatem vel residentiam melancholicam ad splenem ex via concauitatis etiam. [h] Et concauũ eius est illud quod est à parte stomachi, vt eius coaptatio super gibbositatem F stomachi bona sit:Et gibbosum est illud quod vicinatur diaphragmati,vt non coarctetur diaphragmati locus motus eius:immo sit quasi tangens ipsum prope punctum: [i] Et est coniunctum prope venam magnam ortam ex eo:et vti bene comprehendant super ipsum costę curuæ.[k] Et ipsum quidem tegit panniculus neruosus generatus ex neruo paruo veniente ad ipsum, vt faciat ipsum acquirere sensum aliquem,quẽadmodũ diximus in [l] capitulo pulmonis:& huiusmodi sensus manifestus est in latere concauo:& vt liget ipsum cum alijs visceribus:[m] Et venit ad ipsum vena pulsatilis parua dispartita in ipso,& affert ei spiritũ:& seruat caliditatem eius innatã: & temperat ipsum cum pulsu.Et factum est vt penetret hæc vena ad concauitatem:quoniam gibbositas ipsa euentatur motu diaphragmatis.[n] Et sanguini quidem nõ est creatum in hepate spatium amplum : immo ramosum dispartitum,vt sit cõprehensio eius totius super chylum vehementior:& passio dispartiti chyli ex eo magis cõpleta, & velocior sit. Et illud quod de venis est à parte hepatis subtiliores habet tunicas,vt velocius perueniat per eas impressio carnis ad chylum. [o] Et panniculus quidem eius qui comprehendit hepar,ligat ipsum cum pãniculo tegente intestina : & stomachum quæ diximus:& ligat ipsum etiam cum diaphragmate ligatione maxima forti:& ligat ipsum cũ costis dorsi:& ligat ipsum alia subtilia parua. Et continuat inter ipsum, & inter cor vena aduenieus inter ea ambo,quam [p] sciuisti,descendens de corde ad ipsum,aut ascendens ex ipso ad cor,secundũ ambas G intentiones. [q] Et hæc quidem vena sapienter ligat est etiam cum hepate, cum pãniculo duro,spisso:& est penetrans super ipsum:& subtilius latus eius est illud,quod est à parte intrinseca:qm̃ inuenitur magis in tutela,et qm̃ tangit membra subtilia.i.mollia.[r] Et hepar quidem hominis maius est hepate omnis animalis appropinquantis ei in quantitate:[s] dicitur ꝙ omne animal plus comedẽs, & debilioris cordis,est habens maius hepar: [t] Et continuat inter ipsum, & inter stomachum,neruus,sed est subtilis : & nõ sunt cõmunicantia nisi propter rem maximã ex apostematibus hepatis. Et primum quod oritur ex hepate,sunt duæ venæ:quarum [v] vna est in latere cõcauo: & plurimũ iuuamẽti eius est in attractione cibi ad hepar, & nominatur porta: [x] & altera est in latere gibboso, & iuuamentum eius est applicatio nutrimenti ad membra ex hepate, & nominatur concaua: Et ostendimus iam anatomiam ipsarũ in [y] libro.i. Et [z] hepar quidem habet additamenta comprehendentia stomachum,& adhærentia ei,sicut est comprehensio eius quod comprehenditur digitis:et maius additamentorum eius est additamentum appropriatum nomine additamenti:[a] & positum est super ipsum fel: & posita est suctio eius ad inferiora. [b] & omnia additamẽta eius sunt.iiij.aut.v. Et scias ꝙ non est corpus hepatis in hominibus omnibus adhærens costis dorsi : & fortiter immissum eis, quãuis sit in plurimis eorum sic : & est eius cõitas ad ipsum propter illud.s. cõitas hepatis ad costas dorsi,& diaphragmati. [c] Et caro quidem hepatis sensum non habet: sed illud quod de ea H sequitur panniculum,sentit propterea ꝙ aduenit ei parumper de parte panniculi neruosi.Et propter hoc diuersificatur hæc cõmunitas,& iudicium eius in hominibus.Et tu iam [d] sciuisti quod generatio sanguinis fit in hepate, & in ipso fit separatio cholera, & melancholiæ, & aquositatis. Et quandoq; destruitur res in vnaquaq; earum : & quandoq; destruitur in generatione sanguinis : & non destruitur in separatione: & quando destruitur in separatione,destruitur etiam generatio sanguinis boni. Et qñq; accidit destructio in separatione,non propter hepar:immo propter membra attrahentia ex eo illud,quod separatur.[e] Et in hepate quidẽ forti sunt.iiij. virtutes naturales:cuius plurimum digestiuæ est in carne eius:& plurimum aliarum virtutum est cum villis eius:&[f] nõ est [a] longinquum quin sint in mesaraicis omnes istæ virtutes, licet quidam postremorum aduersetur primis,& dicat.Errauit ille qui posuit in mesaraicis attractiuam,& retentiuam.ipse enim sunt viæ per quas attrahitur , & non est posbile vt sit in eis attractio. Et affert adhoc rationes similes rationibus debilibus,quæ sunt ei in omni re: & dicit. Si mesaraicæ haberent virtutem attractiuam, haberent & digestiuam:sed non habent virtutem digestiuam : quomodo enim habent virtutem digestiuam, cum non moretur in eis cibus tempore quo patiatur ? Et dicit, & si haberent virtutem

attractiuam

A Lib.13.de anim. c.18.
B Gal.li.4.de v.p. c.12.d, &.2.prognost. t.6.e, &.5.loc.aff. c.7.f.
C Gal.li.4.de v.p. c.12.f, aff & opp. lib.6.de decre.Hip. & Plat.c.8.g
Infra a
D Lib.1.F.1.d.1.c. 2. & G.li.de foetuum formatione c.2.f,& li.4. de v.p.c.12.e, & li. 6.de decre. Hip. & Plat.c.8.h
E Gal.li.4.de v.p. c.12.e
F Lib.1. Fe.1.d.5. sum.5.c.2.
G Gal.li.4.de v.p. c.13.e, lib.6.anatom. c.11.h.a
H G.lib.4.de v.p. c.8.c
I Ga.lib.4.de v.p. c.14.e.f
K Gal li.4.de v.p. c.12.f, & li.16.c.3.c
L 1.F.10.t.1.c.1.
M Ga.li.4.de v.p. c.12.f
N G.ibi.c.13.a.b
O Ga.ibi.c.14.e.f
P Lib.1. Fe.1.d.5. sum.5.c.3.
Q Ga.li.4.de v.p. c.14.g.h
R Gal.li.6.anatom. c.8.e
S Gal.ibi.d
T F.13.t.5.c.19.
V Ga.li.de dissect. venar.c.1.g,li.4.de v.p.c.13.h
X Gal.li.de foetuum format.c.3.e,& cõ. 2.in li. Hip.de nat. hu.t.6.e, & li.2.de rõne vict.t.10.d, & li.8.de decre. Hip. & Plat.c.1.g
Y F.1.d.5. sum.5. c.2.&.3.
Z Fe.13.t.1.c.1, & G.li.4.de v.p.c.8.c
A Gal.li.6.anat.c. 8.d, & li.4.de v.p. c.4.b
B G.li.6.anat.c.8. e,& Ras.t.1.c.17.
C G.li.4.de v.p.c. 12.f,& c.13.e.& lib. 16.c.3.c
D in principio ca.
E Ga.lib.5.loc.aff. c.7.34.d
Infra et supra c
F G. li.4.de v.p.c. 12,d,& oppo.li.6.de decre. Hip. & Plat. c.8.g

A attractiuam cum hepar etiam eam habeat, communicarent in substantia propter conuenientiam virtutum. Et iste quidem debilis cōsiderationis non sciuit, ꝙ virtus attractiua cum est in meatu ex quo attrahitur, est illud magis adiuuans, sicut cū expulsiua est in meatu ex quo expellitur, sicut est in intestinis est illud magis adiuuans, & oblitus est quod attractiua est in meri, & est meatus. Et nō sciuit, ꝙ non est multum malum vt sit in meatibus quibusdam virtus attractiua, & non sit digestio de qua sit curandum, cum non sit necessaria in eis digestio, immo attractio. Et oblitus est ꝙ chylus quandoq; conuertitur [a] in [a] mesaraicis conuersione aliqua. Quare ergo negauit, ꝙ sit causa in hoc, virtus digestiua in mesaraicis, & ꝙ sit illic virtus retentiua retinens quantitate aliqua, quamuis nō prolongetur? Et oblitus est ꝙ species villorum operationum notarum sunt diuersæ. Et elōgauit, ꝙ sit in illo in quo festinat penetratio, digestio aliqua: & illud non est elongandum. [b] Medici nāq; dicunt ꝙ in ore ipso est digestio aliqua: & non negant quin in intestino ieiuno sit virtus expulsiua & digestio: & est membrum quod velociter eūatur ab eo quod cōpræhendit. Et oblitus est, ꝙ possibile est, vt diuersificetur substātia membrorū, & conueniāt in attractione vnius rei: quāuis sit vadens in via vna ad mēbra omnia. Et oblitus est ꝙ attractio fit ad hepar: & plurimū eius fit cū villis venarū, & sunt homogenei cū substantia mesaraicarū, non longinqui ab ea. O quātum errauit iste homo in hoc iudicio. Illud autē quod [c] Ga. dixit, significat ꝙ attractio prima fortis est in ipso, vbi est B initium motus, de quo curatur. Et eius intentio fuit vt prohibeatur curator qui est contētus curatione mesaraicarū sine hepate. Et significatio ad illud, est sermo eius cum dicit, qui [d] incedit in hac ægritudine ad curandas mesaraicas, & dimittit curationem hepatis, est sicut ille qui vadit ad hoc, vt faciat emplastrum pedibus mollificatis propter nocumētum accidens nuchæ, quæ est in dorso, & dimittit curationē principij, & radicis quæ est nucha. Hic est ergo sermo [d] Gal. coniunctus huic sermoni. Et tu quidem scis ꝙ pedes non sunt vacui à virtutibus. s. naturali, & motiua, & sensibili quas nucha habet, & non est differentia inter virtutem eorum & virtutem nuchæ, nisi quia virtus sensibilis, & motiua vnius eorum, est primo: & alterius, est secundo, & similiter est dispositio mesaraicarum. Ipsę nāq; non sunt vacuæ à virtute, quāuis sit earum principium hepar. Et quomodo cū ipsæ sint instrumentum aliquod, & instrumentum naturale attrahit ex longinquo, nō secundum semitam motus localis, sicut in lacerto quoniam ſm plurimū non eūatur à virtute currente in ipso, & obuiante in ipso, & obuiante patienti, & ita ꝙ ferrum patiatur à magnete, & quandoq; attrahitur cū eo ferrū aliud: Et similiter aer inter ferrū & magnetē, [e] apud plurimos eorū, q verificauerūt.

A *bis supra* a & a Gal. lib. 4. de v. p. c. 12. d
B Lib. 3. F. 1. do. 4. c. 2. & lib. 3. F. 6. t. 1. c. 1. & G. lib. 3. virt. natu. c. 7. a
C Lib. 5. loc. aff. c. 7. 35. b. c. d
D Gal. ibi. fol. 35. c
E Ga. lib. 6. loc. af. c. 5. b. & lib. 1. virt. natur c. 14. c. d
F Haly. 1. the. c. 13

De modis ex quibus significantur dispositiones hepatis. Cap. 2.

QVandoq; significantur dispositiones hepatis per obuiationem [f] tactus, sicut significantur apostemata ipsius quādoq;. Et quādoq; etiam significantur per dolores qui sunt ei proprij. C Et significantur per operationes factas ex eo: Et significantur per cōitates membrorū proximorum ipsi, sicut stomachi, & diaphragmatis, & intestinorum, & renum, & fellis. Et significātur per commuitates membrorum quæ sunt longinquiora illis ab eo, sicut partium capitis, & sicut splenis: Et quandoq; significantur per dispositiones communes toti corpori, sicut [f] colorem, [f] & formam, & tactum. Et quandoq; significantur per ea, quæ oriuntur in partibus eius, ex [f] pilis, & quæ oriuntur ex ipso, sicut per venas. Et ex forma membrorum aliorum: Et ex eis quæ generantur in ipso, & procedūt ab eo. Et propter conuenientia, & diuersificantia, & ex ætatibus. Et consuetudinibus, & quæ continuantur cum eis.

Distinctio modorum harum significationum. Cap. 3.

G Haly. 1. the. c. 13
H G. 5. lo. af. c. 7. f & Ras. 17. cōti. t. 1. c. 1. 177. 3.
I G. ibi. d

SImilitudo quidem accepta ex [g] tactu, est caliditas tactus partium eius, quoniam ipsa significat complexionem calidam: & frigiditas eius significat complexionem frigidam: & durities significat duritiem eius, aut apostemata durum in ipso: & ipsius inflatio significat eius tumorem, aut apostema in ipso, & [h] lunatio quæ sentitur ex inflāmatione eius significat ꝙ est in ipso hepate, & ipsius [i] elongatio existens ſm aliam formam, ꝙ est in alio ab hepate, & ꝙ est in lacerto ventris. Similitudo autem accepta ex doloribus est, sicut si fuerit extensiuus cum grauitate, tunc illic erit oppilatio, aut apostema: Et si fuerit sine grauitate, tunc illic erit ventositas. Et si fuerit grauitas si D ne punctura, tunc materia erit in corpore hepatis, siue fuerit apostema, siue oppilatio. Et si fuerint cum punctura, tunc erit apud panniculum velantem ipsum. Verum significationes assumptæ ex operationibus factis ab eo, sunt propter digestionem, & attractionem, & expulsionem sanguinis ad corpus, & aquositatis ad renes: & choleræ ad fel, & melancholiæ ad splenem, & sicut dispositio sitis. Cūq; destruitur aliquid horum, & non fit propter membrum communicans hepati, tunc est ex hepate. Significationes autem acceptę ex cōmunitatibus sunt, sicut sitis: nam quāuis sit ex stomacho multoties significat super dispositiones hepatis, & sicut singultus etiam: & sicut appetitus etiam, & digestio: & sicut malitia anhelitus: quāuis. n. fit propter pulmonē & diaphragma tamen quādoq; fit propter hepar: & sicut species egestionis: & species vrinæ significant dispositiones hepatis quas [k] scies: & sicut dispositiones sodæ, & ægritudinum capitis. Et dispositiones ægritudinū splenis significant ipsas: & sicut ex dispositionibus lingue in lenitate eius & asperitate ipsius & colore eius, & colore labiorum significatur super ipsas. Et iam quidem currunt inter cor & hepar diuersitas, & contra operantia, & victoria in qualitatibus suis, quas diximus in [l] capitulo complexionum cordis. Verū significationes propter dispōnes cōes sunt, sicut significatio [g] coloris super hepar, ita vt si sit rubeus albus, tunc significat sanitatem eius, aut sit citrinus significat caliditatē eius,

K Lib. 4. Fē. 1. t. 1. c. 10. &c.
L 4. t. 1. F. 11.

aut

aut plumbinus frigiditatem eius, aut brunus significat frigiditatem & siccitatem eius, & sicut est E significatio icteritię super ipsum. Et etiā sicut significatio pinguedinis carnosæ, significās humiditatem & caliditatem ipsius, aut pinguedinis cum adipe significans humiditatem & frigiditatem eius: & sicut macies significat siccitatem eius. & sicut cōmunitas caliditatis in corpore significat, si non fuerit à vehementia caliditatis cordis, caliditatem eius. Et cognoscuntur cum ea significationes caliditatis eius prædictæ. Significationes autem ex formis membrorum aliquorum, sunt sicut significationes ex magnitudine venarum, & amplitudine earum, significātes magnitudinē hepatis, & amplitudinem viarū eius. [a] Et ex breuitate digitorum, & longitudine eorū etiam, significatur paruitas, & magnitudo eius. Sed significationes ex pilis ortus super ipsum sunt sicut significationes eorū in membris alijs, quas iam [b] diximus. Significationes vero ex eis quæ oriuntur ex ipso, sunt venæ, quoniam si ipsæ sunt grossæ, magnæ, manifestæ, tunc complexio radicalis est calida, & si sunt subtiles, occultæ, tunc complexio radicalis est frigida: Verum eius caliditas, & frigiditas, & lenitas, & durities quādoq; sunt propter cōplexionem radicalē, & qnq; sunt ,ppter complexionem accidētalem. [c] Significationes autem ex eis, quæ in ipso generātur, sunt sicut si in ipso generatur cholera, significat caliditatem eius & melancholia caliditatem eius vehementem, aut siccitatem eius, & frigiditatem, secundum q; scitur in loco suo: & generatio sanguinis boni est significatio sanitatis eius & illud à quo spargitur sanguis bonus cum assimilatione corporis bona est sa- F num. Et illud cuius sanguis est cholericus, aut melancholicus, aut mollificatiuus .i. aquosus declaratur in eo, quod spargitur ex eo ad corpus, aut aquosus non recipiens continuationem cum corpore, sicut est in hydropisi carnosa: est infirmum, secundum quod significat ipsum dispositio eius, quod spargitur ab ipso. [d] Conuenientia vero, & diuersificantia sciuntur ex hoc, quod conuenientia sunt similia complexioni naturali, contraria complexioni accidentali. Ex ætate vero & consuetedine, & quæ currunt in eis, significationes cognoscuntur in vniuersalibus.

A C.30. & lib. 2. d. 3. c. 1. & Ra... conti. t. 1. c. 2. ...
B Lib. 1. F. 2. d. ... sum. 1. c. 3.
C Halya. 1. theo. c. 13.
D Gal. art. medic. c. 63. d

De contraoperantia cordis ad hepar in qualitatibus. *Cap.* 4.

SCias q; [e] caliditas cordis vincit frigiditatem hepatis magnifice, & humiditas eius nō vincit siccitatem ipsius: & siccitas eius quandoq; vincit humiditatē hepatis parumper: Et caliditas hepatis vincit frigiditatem cordis debiliter, & humiditas eius vincit siccitatem ipsius debiliter: & eius frigiditas minus vincit caliditatem eius: & ipsius siccitas semper vincit hu. eius: [e] Et frigus cordis vincit caliditatem hepatis plus, quā vincat siccitas illius humiditatem hepatis: Et caliditas cordis vincit humid. hepatis, plusquam vincat siccitas ipsius humiditatem eius: Et vincit frigiditas eius etiam caliditatem illius aliquo modo victoriæ.

E Gal. art. medic. c. 41.

De signis complexionum hepatis naturalium, & primo calidæ. *Cap.* 5.

COmplexionis calidæ naturalis signa sunt, [f] amplitudo venarum & ipsarum manifestatio, Et G calefactio sanguinis, & [f] corporis, [f] si non resistit ei cor, caliditas enim cordis vincit frigiditatē hepatis fortiter: [f] Et multitudo generationis choleræ in ætate iuuētutis: & melācholiæ in fine eius: [f] Et multitudo pilorum in [g] †{serasif.} Et fortitudo appetitus cibi, & potus.

F Gal. art. medic. c. 37.
G † ventre, & hypochondrijs

De signis complexionis frigidæ naturalis. *Cap.* 6.

SIgna [h] eius sunt contraria illis signis, & frigiditas cordis vincit caliditatem hepatis minus, quā vincat caliditas eius illius frigiditatem. Et quoniam sanguis habentis hanc complexionem est subtilis, & aquosus, & virtus eius est debilis, tunc multioes accidunt in ipso febres.

H Gal. ibi. c. 38.

De signis complexionis siccæ naturalis. *Cap.* 7.

SIgna [i] eius sunt paucitas sanguinis, & grossitudo eius & [k] †{vacuitas} venarum, & siccitas totius corporis, & grossitudo pilorum, & crispitudo ipsorum. Et cor sua humiditate non succurrit siccitati hepatis succursu de quo sit curandum, immo nō vincit eam omnino. [l] Verum siccitas hepatis vincit humiditatem cordis valde. Et caliditas cordis vincit humiditatē hepatis in vltimo.

I Gal. ibi. c. 39.
K † durities
L Gal. c. 41.

De signis complexionis humidæ naturalis. *Cap.* 8.

SIgna eius [m] sunt contraria illis signis: Et cordis siccitas quandoq; temperat humiditatem hepatis parum valde. Verum humiditas ipsius vincit siccitatem cordis fortiter.

M Gal. c. 40.

De signis complexionis calidæ & siccæ naturalis. *Cap.* 9. H

SIgna eius sunt [n] sanguis grossus: Et multitudo pilorum nigrorum apud [o] †{serasif.} Et amplitudo venarum [n] cum repletione, & duritie, & multitudo generationis choleræ, & melancholiæ in fine iuuentutis: Et caliditas corporis, & durities eius si non diuersificauerit ipsam cor.

N Gal. c. 41.
O † hypochōdria

De signis complexionis calidæ & humidæ naturalis. *Cap.* 10.

SIgnificant ipsam exuberantia sanguinis, & bonitas essentiæ eius: [p] Et amplitudo venarum valida cum lenitate: Et quod color est rubeus sine citrinitate. Et pili plurimi in [q] †{serasif.} minus [r] tamen eis qui sunt in calida & sicca: & neque sunt in spissitudine eorum, & crispitudine. Et lenitas corporis propter caliditatem & humiditatē ipsius. [r] Et cum caliditas est dominans, remanet corpus sanū: & si humiditas est magis dñans, festināt ad ipsum ægritudines putrefactionis.

P Gal. c. 42.
Q † hypochōdrijs
R Gal. art. medic. c. 42.

De signis complexionis frigidæ & humidæ naturalis. *Cap.* 11

SIgnificant [s] ipsam sanguis aquosus, & phlegmaticus: [s] Et paucitas pilorū apud ossa pectoris: [s] Et strictura venarum, venæ non repletæ, mollities, paucitas generationis cholerę, & melancholiæ in fine iuuentutis, & [s] humiditas corporis si non contra operetur cor.

S Gal. art. medic. c. 43.

De signis

A *De signis complexionis frigidæ, & siccæ naturalis.* *Cap.* 12.

A Gal.c.44. SIgnificant ipsam [a] paucitas sanguinis, & paucitas caliditatis sanguinis, & corporis, & [a] constrictio venarum, & occultatio earum, & earum durities: [a] Et paucitas pilorum in mirach, & siccitas totius corporis.

De ægritudinibus accidentibus hepati. *Cap.* 13.

B G.5.lo.af.c.7.b & 8.de phar.cōpo. fm lo.c.7.fol.193.h HEpati [b] accidunt ægritudines complexionis in proprietate suæ substantiæ: & ægritudines compositionis, & apostemata, & vesicæ: & proprie apud panniculum: & rumpuntur apud spatium, et reliqua quarum singularum dicemus capitula. Et quandoque tolerat rupturam plurimum quàm reliqua membra: & non timetur ex ea mors festina, nisi associetur ei eruptio sanguinis ex vena magna. [c] Et quandoque accidunt hepati ægritudines per cōmunitatem, & proprie in [c] stomacho, & [c] splene, & felle, & [c] renibus, & [c] diaphragmate, [c] pulmone, & [c] mesaraicis, & [c] intestinis, & proprie [c] superioribus. Sed [c] stomacho, & spleni, & felli, & mesaraicis, & intestinis communicant in primis venæ, quæ sunt à parte concauitatis hepatis: deinde peruenit nocumentū eorum ad hepar: & quandoque confirmatur. [d] Diaphragma vero, & pulmo, & renes cōmunicant in primis venis gibbositatis: deinde peruenit ad hepar, & quandoq; confirmatur. Et plurima communicatio quę est, non est nisi propter stomachum, propter causam cum qua corrumpitur digestio, & B expellitur cibus indigestus, nisi sit causa alia. [e] Et ęgritudinum quidem gibbositatis, materierum expulsio secundum plurimum fit cum prouocatione vrinæ, & fluxu sanguinis ex naribus, & sudore: sed in [e] ægritudinibus concauitatis est illud cum solutione ventris, & vomitu cholerico, & sanguineo, sudore etiam in pluribus horis.

C G.5.loc.af.c.7.f

D Gal.ibi.g

E T.3.c.1.&.c.4. & l.4.Fé.2.t.1.c.3. & G.3 de crisi.c.3.e f.&.13.methe.c.11. h.2.& c.15.h E Gal.3.de crisi.c. 3.f

De signis malitiæ complexionis calidæ. *Cap.* 14.

F G.5.loc.af.c. 7. fol.34.c.f MAlitiæ complexionis calidæ signa sunt, [f] sitis vehemens, & non abscinditur cum aquæ potu. [f] Et paucitas appetitus cibi. Et inflammatio, & citrinitas vrinæ, & tinctura eius: Et velocitas pulsus, & frequentia eius: [g] Et febres & [g] adustio sanguinis: Et lædi à calefacientibus. Et sequitur ipsam liquefactio incipiens ab humoribus [h] deinde à carne hepatis: & sequitur eam rasura intestinorum. [i] Et quādoq; desiccatur cum ea natura absq; dolore in costis, aut grauitate. [k] Et multiplicatur cum ea vomitus citrinus, & rubeus, & viridis vt succus porri. Et est cum ea [l] egestio cholerica plurimum, & proprie si fuerit illic cum complexione materia: & si non fuerit minoratur sanguis. [l] Et exasperatur lingua: [l] Et extenuatur corpus. Et quandoq; significatur illud ex [l] ætate, & consuetudine, & arte, & regimine: & illa quæ media est, generat choleram: & superflua generat melancholiam, & ægritudines eius, sicut melancholia, & mania, & similia. Et cum incipit fluxus lotiuus cum casu appetitus, tunc plurimum est propter debilitatem hepatis, factam à complexio- C ne calida. Et in plurimo ipsius est egestio sicca, adusta, nisi ad hoc perueniat vt adurat sanguinem, & humores, & carnositatem hepatis, & solutione ventris eam educat. Et quando incipit adurere sanguinem, est egestio sicut fæx. Et quando est in hepate adustio, aut apostema, aut dubellati, deinde egreditur cum egestione aliquid nigrum grossum: [m] tunc illud est carnositas hepatis iam putrefacta. Et non est omnis res nigra egrediens mala, & quandoq; egeritur lotiuum & virulentum aquosum. deinde ingrossatur, & fit nigrum, grossum, fœtidum, [n] sicut fit in febribus pestilentialibus. Et quandoque egreditur post virulentum sanguis, deinde nigrum subtile.

G Gal.ibi.fo.34.d H Gal.8. de cōpo. phar. fm loc. c. 7. fol.194.c I Paul. lib.3.c.46. K G.5.loc.aff.c.7. 34.f.& Paul. L Alexā.lib.8.c.3. 325.

M T.4.c.1.

N Gal.8. de phar. cōpoū. fm loc.c.7. fol.194.c.

De signis malitiæ complexionis frigidæ. *Cap.* 15.

O Ras.17.9ti.t.1. c.1.178.1.&.2. P G.5.loc. aff.c.7. 34.d Q Alex. lib.8.c.3. 326. R Paul.lib.3.c.46. SIgna eius sunt albedo [o] labiorū, & [o] linguæ. Et paucitas sanguinis, [p] & difficultas cursus eius. [q] Et multitudo phlegmatis, & [q] paucitas sitis, & corruptio coloris, & claritatis eius: & quandoq; denigratur declinans ad viriditatem: & quandoque fit citrinus ad colorem fistici declinans. Et etiam albedo vrinæ & phlegmaticitas eius, & grossitudo eius propter causam congelationis, & tepiditas pulsus. [r] Et vehementia famis. Fames enim non fit vere ex stomacho tantum. Et paruitas digestionis bonæ. Et quando frigus consequitur finem, priuatur appetitus. [r] Et egestio quandoque est sicca, sine odore: & quandoque est humida, propter debilitatem attractiuæ: & est de- D cliuis ad albedinem: parui fœtoris. Et quandoque subtiliatur cum ea egestio, & humectatur: verum non perseuerat ita continue: & non multiplicatur cum eo fluxus ventris quamuis eius separatio & eius egressio prolongetur. Et in fine eius egreditur quoddam [s] simile sanguini putrefacto non sicut sanguis liquefactus. Et quandoque sequuntur complexionem frigidam post spatium quoddam, febres: propterea quia sanguis subtilis qui est in ipsa, recipit putrefactionem, que accidit ei: & sunt febres prauæ quas dicam in capitulo febrium: & quandoq; est in initio earum, virulentus subtilis: deinde ingrossatur, & denigratur. Et quando est fluxus ventris similis lauaturæ carnis recentis, & illud cum appetitu in principio, significat frigus: Et si accidat post illud casus appetitus, tunc est propter corruptionem humorum: aut propter causam aliam febris, & similium. Et plurimum significationis eius est super debilitatem à frigore: & in fine eius redit appetitus & fit superfluus secundum plurimum: & corrugatur cum eo mirach. Et quandoq; significant ipsam ætas, & consuetudo, & cibus, & causæ præteritæ: sicut potus aquæ frigidæ in ieiunio, aut post balneum, aut coitum, quoniam hepar inflammatum fugit ex aqua tunc velociter plurimum. Et si est illic materiæ, sentitur acetositas in ore, & humiditas in egestione. Et quanq; est ad nigredinem, & viriditatem tendens, & non ad citrinitatem, & rubedinem.

S G.8.de phar.cōpo.fm loc.c.7.c

De signis malæ complexionis siccæ. Cap. 16. E

SIgna eius sunt siccitas oris,& linguæ, & sitis, & durities pulsus, & subtilitas vrinæ, & quandoq; denigratur color. Et si fuerit illic melancholia, aut cholera, scies significationes earum facile per ea, quæ sciuisti in [a] primis.

A Lib.1.F.1.do.3. c.7.

De signis malitiæ complexionis humidæ. Cap. 17.

SIgnificant ipsam inflatio faciei,& oculorum:& mollities carnis hypochondriorum: & [b] paruitas sitis nisi sit caliditas faciens ebullire humiditatem:& [b] humiditas linguæ,& albedo coloris, & quandoq; est cum ea citrinitas pauca. Cum autem vehemens fit frigus, & dominatur humiditas, est decliuis ad viriditatem: Et quandoq; debilitatur corpus propter mollitiem humiditatis.

B Alexá.lib.1.c.3.

Sermo vniuersalis de curis ægritudinum hepatis. Cap. 18.

IN hepate necessaria est conseruatio sanitatis cum similibus,& [c] expulsio ægritudinis cum contrario. Et in regimine apostematum,& vlcerum,& nocumentorum quantitatis,& in oppilationum apertione,& reliquorum, ea quæ sunt necessaria in reliquis membris. Et melior quidem horarum ad sumendum in potu medicinas ægritudinum hepatis, & proprie propter oppilationem hepatis,& similia, est hora in qua existimat̃ q̃ illud quod penetrat ex stomacho ad hepar,& cõprehenditur in ipso, iam est digestũ, & separatũ quod separari oportuit: Et inter ipsum,& inter comestionem tempus interuenit conueniens. Et in consuetudine hominum est hora quæ est inter surrectionem à somno,& inter balneationem. F [d] Et oportet etiam in hepate vt tu non euacues medicinas aperitiuas, & resolutiuas que diriguntur versus ægritudines hepatis materiales,& versus oppilatiuas,& apostemosas, à stypticis confortantibus, nisi existimes siccitatem superfluam. Et non oportet vt ad summum perueniatur in infrigidatione hepatis, quantum possibile est, & perducat ad hydropisim: neq; in calefactione eius,& perducat ad arefactionem. Et propter hoc oportet vt scias quãtitatem complexionis naturalis hepatis, quod curas, ita vt cum reduxeris ipsum ad eam, stes.[e] Et scias, q̃ cum tu erras in hepate, peruenit error tuus ad venas: deinde ad corpus.[f] & ex errore quidem est vt tu prouoces vrinam, vbi necessarium est te soluere ventrem: & est, vt sit materia in concauitate: Et soluas ventrem, cum te oporteat prouocare vrinam: & est, vt sit materia in gibbositate.[g] Et oportet quidem vt medicinæ hepaticæ optime terantur: & oportet vt sint subtilis substantiæ, quatenus ad ipsum perueniant, siue sint calidæ, siue sint frigidæ, siue stypticæ. Et subtiliantium quidem proprietas est, vt acuant sanguinem, licet sint aperitiua: quare oportet vt attendas illud: & sicut [h] aqua radicum est ex summa aperitiuarum eius. Et subtiliantia eius generant quandoq; humores diuersos, in hepate non proportionales: quare oportet vt cum frequentas eius potum, duobus aut tribus diebus vt consequaris cum aliquo quod leniat naturam. Verum vrinæ prouocationem aqua ipsa de radicibus operatur. [i] Et omnes quidem endiuiæ species,& proprie amara, quæ ad caliditatem declinat, conferunt læsionibus hepatis: calefactis quidem cum syrupo acetoso: & infrigidatis cũ melle. G [k] Et hepar aldib iuuatium est cum sua proprietate, & carnes limaciarum similiter.

C G.8.de phar.cõpo. fm loc.c.7.fa. 194. d

D T.3.c.12.& li.1. Fen.4.c.1.& c.25. Gal.13.meth.c.15. f.g.& lib.11.c.15.e

E Lib.1.F.4.c.1.

F T.2.c.6.& t.3. c.12.& li.4.F.1.t.1. c.33.& G.1.aphor.

G T.4.c.13.& Raf.17.cõti.t.1.c 2.184.4.

H Lib.5.sũ.1.t.3. c.2.&.3.

I C.20.& lib.2.t. 2.c.233.& Gal.8.de phar.cõpo.fm loc. c.8.b.c.& Ser.t.4. c.1.

K C.20.& G.6.de phar.cõpo.fm loc. c.2.b.& lib.8.c.8.i

De causis nociuis hepati. Cap. 19.

SCias q̃ intromittere cibum super cibum,& error ordinis eius sunt ex rebus magis nociuis hepati: & potare aquam frigidam subito in ieiunio,& post balneum, & coitum, & exercitium, quandoq; perducit ad infrigidationem vehemẽtem hepatis. propter attractionem hepatis inflammati secundum suctionem velocem plurimã ex ea. Et quandoq; perducit ad hydropisim. Et oportet in huiusmodi dispositione vt permisceas eam cum vino: & non infrigides eam vehementer: & non traijcias eam impetuose deglutiendo, immo sugendo paulatim. Et viscosa quidem omnia nocent hepati ex parte, qua faciunt possidere oppilationem. [l] Et frumentum est ex summa eorũ in quibus est viscositas, comparatione ad hepar & nõ est in eo hoc comparatione ad illud quod est post hepar ex membris, cum digeritur in hepate. Et non est omne frumentum ita, immo glutinosum: [m] Et vinum dulce facit accidere in hepate oppilationem: & ipsum abstergit illam quæ est in pectore. Et causa in illo est, q̃ vinum dulce attrahitur ad hepar non gradatim, propterea quod hepar diligit ipsum ex hoc quod est dulce: & propter suam penetrationem ex hoc q̃ est vinum quare H non moratur in ipso quantitate qua separetur fæx ab eo, secũdum moram aliarum rerum grossarum, immo superuenit hepati cum grossitudine sua: & inuenit vias ad ipsum paratas: quoniam viæ quæ sunt inter stomachũ, & hepar sunt amplæ per comparationem ad illud quod venit ad ipsum ex venis sparsis in hepate. Amplius cum comprehenditur in hepate, non moratur quãtitate qua separetur, & digeratur: immo expellitur subtile in venas strictas, illic velocitate suæ penetrationis: & dimittit fedimen propter constrictionem viæ.[n] In pulmone vero res est econtrario: quoniam superuenit ei vinum dulce, cum iam colatum est: aut ex via meatuum meri fm semitam resudationis, ex meatibus strictis ad amplos: aut ex via concaua cum iam dimittit fæcem, & vadit adhuc cum iam sit colatum,& transit in meatibus strictis ad amplos: quare colatur vice altera. Et similiter reliquæ dispositiones non inueniuntur ei cum comparatione ad pulmonem.

L T.2.c.4.& G.1. de aliméfac.c.7.b

M T.2.c.6.& Fé. 10.t.1.c.6.& Gal.3. de vic.rõe in mor. acut.2.ha

N Ga.3.de vic.rõe in mor.acut.2.ha

De rebus conuenientibus hepati. Cap. 20.

EX medicinis quidem, conferunt ei omnia [o] in quibus est amaritudo, qua aperiatur: aut virtus alia, qua aperiatur: cum stypticitate qua confortetur: & odoramento conueniente substantiæ spiritus,& prohibente putrefactionem: sicut cinnamomum,& summitates squinãthi,& myrrha,

O G.8.de phar.cõpo.fm loc.c.8.c.d

& similia

tet vt dormiat super ipsum aut supra decoctionem eius & proprie in aqua cuscute & in aqua endiuiæ & radicis eius, & eupatorij, & amygdalarum amararum. Ipsa.n.oia proxima sunt: Et proximi istis sunt succus fœniculi humidi, & succus apij cum syrupo acetoso forti cum seminibus. Et si necessaria est maior caliditas, cum melle, & aqua eius, & syrupo acetoso mellino. Aequalitati autẽ vicinæ sunt sicut lupini. Ipsi nanq; sunt medicina melior qua petitur apertio hepatis absq; calefactione, aut infrigidatione. Et [a] camepityos est eis proxima, sed est calidior eis parumper. Et si potetur ex ea cum aqua endiuiæ, temperat. Et acetum squilliticum, & oxymel squilliticum, & asparagi, & radix lilij est huiusmodi generis, & lacca etiam: & ista quidem potantur ſm necessitatẽ, aut sicut cum aqua endiuię, aut aqua cuscute si fuerit complexio habens caliditatem: aut cum vino, & aqua seminum, & aqua lupinorum, & decoctione absinthij, & similibus, & syrupis acetosis cum similibus ſm ordines suos, & aceto de allio, & aceto de aniudẽ, & aceto de capparibus, & aceto cepę alzir. Illæ autem, quæ sunt ad caliditatem decliues, sunt diuretica fortia, sicut assarum: & casia, & [b] †{fetrasaliun,} & aristol.ro. & rubea, & ireos, & fistici, & agaricum, & epithymum, & squilla, & polium, & [a] centaurea minor, & succus eius, & gentiana, & syrupus acetosus de melle, & squilliticus, qui fit cum rubea & similibus: et ficus infusæ in oleo amygdalino. Et ex medicinis compositis fortibus sunt trochisci plures, quorum descriptiones dictæ sunt in antidotario, sicut [c] troc. de lacca, & de [c] absinthio. & troc. de scolopendria, & [d] dialacca, & [d] diacurcuma, & hõrusia, & [d] athanasia, & theriaca de.iiij. & sagenea, & araston, & confectio de gentiana, & confectio de reubarbaro cum scammonea, & sine scammonea, et confectio facarusten, & confectio de aniuden nigro, & confectio diapepereon, & diacalamenthum proprie, & philonium, & diamuschatum amarum, & cõfectio quam dicam in antidotario facta ex muscho. Et suffuf, & pillulæ quas dicam in loco suo, illic in duritie hepatis & splenis. Confectio fortis in apertione oppilationum hepatis, & splenis. Recip. ammoniaci.℥.i. masticis, thuris amborum ana carmet.v. costi, eupatorij amborum ana carmet.iiij. piperis, & longi piperis amborum ana carmet.vi. folij carmet.viij. spicę aromaticę, & stercoris leporis amborum ana carmet.vij. conficiantur cũ melle dispumato, & sit dosis eius cochlearium.i. cum vino, in quo infusæ sunt aliquæ medicinę facientes deoppilationem, aut cum aqua de radicibus. Et [e] ex eis, quæ sunt faciliora illa est, vt sumantur spicæ romanæ partes.iij. & absinthij pars.i. & terantur & conficiantur cum melle, et dentur. Et [e] iterum agaricum cum succo eupatorij iuuatiuum est valde. Et ex illis est vt in potu detur radix rubeę cum syrupo acetoso. Decoctio conferens ad oppilationes hepatis, & splenis. Recip. squillæ, & capilli veneris, amygdalarum amararum, fœnugræci, extremitatis absinthij partes æquales, decoquantur: & sumatur decoctio eorum cum melle. Confectio valens ad oppilationem hepatis propinqui tẽporis. Recip. piperis.℥.i.&.ʒ. spicæ aromaticæ carmet.iij. aut.vi. ſm diuersitatem scripturarum fœnugræci, costi, assari ana carmet.vi. mellis lib.i.&.ʒ. conficiatur cum eo, & sit dosis eius cochlearium.i. cum aliquibus syrupis conuenientibus ad hanc rem: & ex syrupis est [f] syrupus acetosus de zuccaro cũ seminibus: & fortior illo est mellinus cum seminibus, & squilliticus, & aqua mellis in qua fortiter decoctę sunt species aromaticæ in quibus est stypticitas. Et [g] decoctio lupinorum amarorũ, in qua ponitur succus eupatorij. Et decoctio in qua ponuntur [g] radices capparis, & radices [g] apij, & radices [g] fœniculi, & [g] squinanthum, & [g] lacca, & [g] rubea, & fœnugræcum. Et decoctio eupatorij, & syrupus de absinthio, & infusio eius, & infusio facta ex aloe, & [g] aniso, & [h] amygdalis amaris. Solutiua autẽ conuenientia ad hoc capitulum, vbi oportet vt solutio ventris fiat, non oportet vt administrentur ex eis fortia, nisi cum vehemẽs est necessitas: immo oportet vt sint leuia, qm̃ materia est in eo, quod proximum est medicinæ: & qm̃ membro si virtuosum est, sufficit quodlibet adiutorium ad expellendum. Et medicinæ bonæ ad hanc rem sunt [g] hiera picra, & [g] polypodium, & [g] agaricum, & [g] absinthium detur in potu hiera picra forti vsq; ad aur.i.&.ʒ. & debili vsque ad aure. Et est cum oleo de kerua conuenientior, & fortior, & melior: Et [i] suffuf de turbit cũ polio dictus in antidotario iuuatiuus est eis valde. Ipse.n. aperit, & soluit ventrem simul. Et cũ necessaria sunt solutiua fortia, non est excusatio quin denť ea, quæ sunt sicut pilulæ [k] stomachicæ: & pilulæ de [l] serapino. Et qñq; sunt necessaria ea, quæ sunt sicut mithridatum & logodion. Emplastra vero, sicut emplastrum factum ex polio, & farina lupinorum, & seminibus diureticis. Et sicut emplastrum factum ex assa fœtida, & fœnugræco, & ammoniaco, & absinthio, & chamædryos, & mastice, & croco cum oleo de nereiden, & cera. Eius autem regimen cum cibo est: qm̃ oportet vt alienet omne grossum ex carnibus, & [m] pane azymo, & pane facto ex simila viscosa, glutinosa: & [n] vinum grossum & dulce, & [m] rizi, & milium, & [m] pedes, & capita, & frixa siccata & sauich siccum, immo ea quæ sunt sicut elixata sunt conuenientiora ei, & dactyli: & [m] dulcia: & omnia proprie in quibus sunt viscositas, & grossitudo, sicut [o] †{alchabisse & [m] alfaludegi & alchathahif.} Et deuitet omnia, quę diximus esse de illis, quę generant oppilationem: Et oportet vt non succedat cibo eius balneum, & attrahat ipsum natura loco eius, quod ab ipsa resoluitur: & ipse non est digestus. Et similiter oportet, vt non vtatur super ipsum motu, neq; exercitio: & neq; bibat super ipsum plurimum. Et elonget iter comestionẽ & potũ, & ꝑprie potũ vini. Ipsum.n. itromittit cibũ non digestũ ad hepar. Et [p] oportet vt sit massa panis eius plurimi fermẽti, et [p] salẽ habeat et [p] sit panis bene coctus. Et hordeũ, et alcádros, et cicer, et triticũ leuis põderis, et [q] fabę oẽs bonę sunt ei. Et nõ ẽ malũ tribuere vinũ antiquũ [r] subtile, purũ. Et oportet vt admisceanť i cibis suis porri, et silia. Et [s] asparagi iuuatiui sũt ei, et cappares.

Dein-

E (margin letter beside first line); F, G, H (margin letters)

A Raf.17.con.t.i. c.2.182.3.
B † apium montanum,
C Ser.t.4.c.5.
D Raf.ibi.186.2.
E Gal.8.de medic. cõpõne ſm loc.c.i. & Raf.186.2.
F Lib.5.sũ.1.t.6. c.1.
G Raf.17.con.t.1. c.2.186.2.
H Raf.183.2.
I Lib.5.sũ.1.t.4. c.10.
K Lib.5.sũ.1.t.9. c.20.
L Lib.5.sũ.1.t.9. c.31.
M Raf.lib.diuis. c.63.
N T.1.c.19.
O † cibaria ex farina amyli & zuccaro & oleo amygdalino.
P G.5.de san.tuen. c.7.f
Q Li.2.t.2.c.24.
R T.1.c.11.
S Raf.183.1.

A *De inflatione, & ventositate in hepate.* *Cap. 7.*

QVandoq; aggregantur in partibus hepatis, & sub partibus pāniculorum eius vapores. Cū ergo retinentur, & inspissantur, & conuertunt in ventositates inflatiuas, & non inueniunt meatum, aut propter suam multitudinem, aut propter oppilationē in hepate, tūc illud est inflatio in hepate. Et [a] qnq; sentit cum ea extensio plurima, & nō est in ipsa grauitas plurima, sicut est in apostemate, & oppilatione, neq; febris sicut est in apostemate. Et accidit aut propter debilitatē virtutis digestiuę, aut qm̄ materię cibalis, aut humorosæ proprietas est, vt cōmoueat ventositatē. Et qnq; est hæc ventositas retenta sub hepate, sicut retinet sub splene: et [b] mouet eā cōpressio & facit accidere rugitū, & illud, quod plurimū significat supra ventositatē est tēsio incipiens: deinde addit: et in [c] ipsa est pmutatio quędā: et nō [d] sequit eā alteratio dispōnis in forma, et colore egredietis à cōsueta. Et [e] qnq; sedat cōpressio inflationē: et resoluit eā, et spargit vel sepat materiā eius.

A Cap. 5. & Gal. 5. loc. af. c. 7. fo. 33. c
B Ras. 17. cōti. t. 1. c. 1. 178. 4.
C Cap. 5.
D T. 3. c. 2.
E Ras. lib. diuis. c. 63.

De cura ventositatis, & inflationis in hepate. *Cap. 8.*

APproximat cura eius curæ oppilationum: et est cum medicinis subtiliatiuis, resolutiuis, prędictis in ipsa: et confectionibus prædictis. et [f] conferunt ei balneum in ieiunio: et vinum purum in ieiunio, et paucitas potus aquæ frigidæ, et [f] vaporationes cum panno calefacto: et cū medicinis resolutiuis: Et emplastra facta cum mastice et squinantho: et spica, et granis de ben. Et emplastra facta ex eis, B quæ sunt sicut oleum de nereiden, et mastix cum seminibus. Et si vaporatio mouerit, tunc oportebit vt consideres latus cōmunicationis: nam si extenditur dolor ad partes intestinorum, tunc solue ventrem prius, deinde resolue ventositatem. Et si extendit ad diaphragma, et ossa pectoris, et ad dorsum, administra diuretica etiam: deinde resoluentia ventositatem.

F Ras. li. diui. c. 63.

De dolore hepatis. *Cap. 9.*

HEpati qnq; accidit [g] dolor, aut ex malitia complexionis diuersæ in parte pāniculi sui, aut ex ventositate extensiua: aut ex oppilationibus: aut ex apostematibus calidis: aut duris. Et frigida phlegmatica raro faciūt accidere dolorem. Et qnq; fit propter motum humorum in crisibus. Et cognoscitur pars eius ex significationibus notis in pronosticis. Et [h] qnq; fit ex debilitate: et nō tolerat illud, quod venit ad ipsum ex cibo, & læditur eo: propterea, quia abhorret ipsum. Et qnq; contingit in motibus materierum creticis, vt accidant grauitas, & dolor in partibus hepatis. Et dolor vehemens valde, non fit nisi ex apostemate calido vehementer aut ex vētositate. quapropter cum non est febris, & dolor vehemens: tunc causa eius est ventositas. Et propter hoc cū febris superuenit ei, soluit ipsum: queadmodum dixit [i] Hip. & Hippo. quidem dixit in libro, qui dicitur ei pertinere, quem dicunt quidam inuētum fuisse in eius sepulchro: q; [k] qn̄ accidit dolor hepatis cum pruritu vehementi in [l] †{chamadua,}& posteriore parte capitis, & pollice pedis: & apparet in C [m] †{alchafa}bothor similis fabæ, moritur æger in quinto ante ortum solis. Et [k] illi cui accidit hoc, accidit difficultas vrinæ vehemens cum distillatione propter nocumentum in lacerto. Dico ergo causa eius est, qm̄ aquositas maligna cum non expellitur in vrina, penetrat aliquo modorum penetrationis in extremitates: & facit accidere amaritudo & bauracitas ipsius prurituū vehemētem.

G Gal. 7. apho. 52.
H Cap. 2.
I Li. 7. apho. 52.
K Ras. 17. cōti. t. 1. c. 1. 178. 1.
L † superiore parte colli,
M † occipitio

De signis. *Cap. 10.*

IAm sciuisti signum cuiusq; rei, ex eis, quæ dicta sunt in capitulo suo.

De cura. *Cap. 11.*

IAm etiam diximus oēm rem in caplō suo. Verum hoīes iam dixerunt ad dolores hepatis medicinas, dicentes ipsum iuuari ex eis absolute. Et plurimum iuuamenti eorum est in specie debilitatis eius. Et nos quidem referemus quasdam earū: & eas ī quibus est fiducia, sm̄ q; diximus eas. Dixerunt magis iuuatiuæ ex illis sunt troc. [n] de reubarbaro cum descriptionibus diuersis, & confectio de reubarbaro, & [o] diacurcuma, & confectio de ruta solutiua, & confectio cordumeni, & [p] confectio Cæsaris, & [q] Athanasia minor, & maior, & tamri, & chusi, & confectio [r] Asclepiadis, et troc. de decem rebus, et confectio [s] Gal. proportionata chuiachaf medico. Dixerunt et ex eis, quæ cōferunt ei sunt. ij. ʒ. succi foliorū pini recentiū cum syrupo acetoso: Aut decoctio eorū cū reubarbari pōdere. ʒ. 5. et croci tertię. ʒ. i. cū aliquātulo seminis apij, et fœniculi. Et ēt fumant rosarū. ʒ. iiij. D et spicæ, et masticis, amborū ana. ʒ. iij. succi eupatorij, et succi absinthij, et laccæ, et reubarbari, croci, florum squinanthi, rubeę tinctorum, assari, seminum trium xyloaloes crudi oīum ana. ʒ. i. xylobal. ʒ. 5. Et cū est illic dolor cum solutione venrris narrauerunt hoc medicamen. Recip. fæcum vini decocti, laccæ, spicæ, reubarbari omnium ana aur. i. scoriæ ferri pondus. ʒ. vij. bibatur super. ij. ʒ. aquæ coriandri. Et oportet vt in oībus illis deuitet cibos grossos, et carnes: et sit cōtentus leuibus, subtilibus ex auibus, et alijs sicut sciuisti: Et, pprie cū est illic caliditas. Et ex emplastris: emplastrū de cordumeni: et emplastrū de euphorbio: et emplastrum de meliloto: et emplastra, pportionalia.

N Lib. 5. sū. 1. t. 8. c. 30.
O Lib. 5. sū. 1. t. 1. c. 63.
P Lib. 5. sū. 1. t. 1. c. 29.
Q Ibidē. t. 1. c. 64.
R G. 8. de med. cō-pōne sm̄ lo. c. 8. g
S Li. 5. sū. 1. t. 1.

TRACTATVS III. *De apostematibus hepatis, & solutione continuitatis eius.*

Sermo vniuersalis de apostematibus hepatis, & quæ sequuntur ipsum. *Cap. 1.*



APostematum in partibus hepatis accidentium, quædam sunt, quæ accidunt in ipso hepate, et alia sunt, quæ accidunt in lacertis positis superipsum, et alia sunt, quæ accidunt in mesaraicis. Et eorū, quæ fiunt in ipso hepate, [t] alia sunt, quæ accidunt in partibus eius superioribus, & ad latus eius gibbosum: et alia sunt, quæ accidunt in partibus eius inferioribus: et ad latus concauum: et alia sunt, quæ accidunt in velaminibus eius, et panniculo eius, et in venis ipsius: et hæc diuisio est sm̄ minus. Et qnq; cōicat apostema

T G. 5. lo. aff. c. 7. e

speciebus

ſpeciebus partiũ eius. Amplius apoſtema ipſum nõ euacuat, quin ſit phlegmonides, dubellati, aut non dubellati, aut cholericũ aut phlegmaticũ, aut durum canceroſum, aut nõ cãceroſum, aut inflatiuũ vẽtoſum. Et cauſę illius ſunt cõplexio calida cũ febribus deſtruẽtibus, aut ſine febribus: Aut complexio frigida prohibens digeſtionem, & expulſionem: Aut debilitas in ſtomacho: Aut oppilatio congregans humores: deinde facit eos penetrare in partes hepatis penetratione nõ naturali: Et [a] paruitas. ſ. hepatis etiam & ſimilia, ſunt ex cauſis huius oppilationis. Et cum eſt oppilatio ad latus fellis, facit ſanguinẽ feruentem: & imbibit in partibus hepatis imbibitione nõ naturali, propter multitudinem cholerae: & ad ſummũ maxima cholerę multitudo eſt ex cauſis apoſtematis calidi hepatis. Et qñq; eſt ex nocumẽtis cum cõitate ſtomachi, et corrũpit digeſtionem. Et cibi quidem calefacientes, & groſſi, & illi, qui non digeruntur, valde adiuuantes ſunt ad faciendum accidere apoſtemata in hepate. Et ſimiliter cum hepar eſt vehementis attractionis, & attrahit vltra, q̃ oporteat: & ſequitur ipſam ex eo cuius eſt expelli res magna, & praeparat apoſtema. Et qñq; accidit propter percuſſionem, aut torſionem. Et [b] oẽ apoſtema in hepate creticum, ſi eſt ex latere gibboſo eſt eius criſis cum ſudore, aut prouocatione, aut fluxu ſang. Et [c] ſi eſt in latere concauo, facit criſim cum ſudore, aut vomitu, aut ſolutione ventris. Et [d] apoſtema quidem, quod eſt in gibboſitate, deterius eſt apoſtemate, quod eſt apud concauitatem. Et oẽ apoſtema accidens in hepate calidum, vel frigidum per hoc, q̃ oppilat non relinquit corpori niſi ſang. aquoſum: & cum hoc debilitatur hepar in ſeparando aquoſitatem. Et cum hoc retinetur plurimum aquoſitatis in meſaraicis, & iſtae ſunt cauſae hydropiſis carnoſae, & aſclitis. Et [e] quando permutatur apoſtema calidum ex hepate ad ſplenem, eſt bonum. Et quando permutatur ex ſplene ad hepar, eſt malum.

A Raſ.17.cont.; c.1.178.4.
B Cap.4.& t.1.c.13.& lib.4. F.1.t.1.c.3.& G.3. de cri. c.3.e.f
C G.3. de criſ. c.3.f
D Raſ.ibi.178.1.
E Fé.15.t.2.c.4.& Gal.9mẽ.2.in.6.de morb.vulg.27.c.& Raſ.178.1.
F

De ſignis vniuerſalibus apoſtematum hepatis communium. *Cap. 2.*

SIgna quidem cõia ſunt, q̃ inuenit ęger [f] grauedinem ſub hypochondrijs inſeparabilem, & inuenit illic dolorem vehementem qñq;, non ſicut in oppilationibus. Ipſę. n. euacuant à dolore forti. Et alteratur [g] cũ eo forma, non ſicut in inflatione, in qua non alterat. Et [f] eſt cum eo attractio furculae ad inferiora in pluribus horis, non ſemper. Et non fit haec quidem attractio niſi propter tenſionem venae concauae & ſuſpenſoriorũ. Et nõ accidit in apoſtematibus hepatis calidis, & alijs pulſatio, qm̃ arteriae diſpertitae ſunt in panniculo eius. Et non penetrant in ipſum niſi ſm quãtitatem nõ ſenſibilem. Et qñq; cõicant coſtae dorſi doloribus hepatis, & apoſtematibus eius ſuperioribus, aſcẽdentibus, quãuis non ſint ſemper cõicantes. Et hñtes quidem apoſtemata hepatis proprie calida, & magna, non poſſunt dormire ſup latus dextrum. Et grauat eos dormire etiã ſup latus ſiniſtrũ, propter tenſionẽ apoſtematis ad ĩferiora: imo plurima inclinatio eorũ eſt ad dormiendum reſupine. Et [h] ſi apoſtema eſt in latere gibboſo, inuenit grauitas illic, & ſentit tenſio apud ſuſpẽſoria, & cadit tactus illic ſup apoſtema manifeſtius, & proprie in macro. Et [h] accidit tuſſis ſicca, & conſtrictio anhelitus, & proprie qñ anhelat cum fortitudine propter cõitatem diaphragmatis, & pulmonis ad ipſum in nocumento. Et minorat vrina: & qñq; retinetur oĩno, cum apoſtema eſt magnum, propter illud, quod accidit de oppilatione in latere gibboſo: & de debilitate expulſiuae. Et grauitas in ipſo maior eſt ea, quae eſt in facto apud concauitatem: [α] qm̃ latus concauum ſuſtentatur ſup ſtomachũ: Et eſt grauitas in ipſo plus, & attractio furculae ad inferiora à dextro minus: & proprie in illo cuius hepar creatum eſt non vehementer adherens, & obuians coſtis. [i] Verũ attractio furculae ad inferiora, & cõitas furculae in dolore ad hepar, ſunt in continuatione hepatis cum coſtis manifeſtiores, & maiores: Et ſingultus minorat in gibboſo, & multiplicat in concauo, ꝑpter elongationem gibboſitatis ab ore ſtomachi. Cum aũt apoſtema eſt in cõcauitate, et latere ĩferiore, eſt [α] grauitas minor propter ſuã ſuſtentationẽ ſuper ſtomachum: Et non ſunt tuſſis, & conſtrictio anhelitus de quibus ſit curãdum: & non cadit ſub tactu caſus de quo ſit curandum. Verum dolor eſt vehemens propter cõpreſſionem factam illic: & proprie cum attrahitur mirach. Et cum apoſtemata hepatis ſunt magna, declinat natura à dormitione ſup latus ad reſupinationem. Quod ſi ſuperfluat, laeditur à reſupinatione etiã. Et apoſtema lateris cõcaui aſſociat apoſtemati meſaraicarũ plurimũ. Et [h] prorſus cũ apoſtema eſt ad latus cõcauum, ſtomachus eſt vehemẽtioris cõitatis: & apparent ſingultus, & nauſea, & ſitis ſi apoſtema eſt calidũ. Et [k] exiſtimauerunt quidam, q̃ cõitas inter vtraq; eſt propter neruũ ſubtilem continuantẽ inter hepar, & inter os ſtomachi: quapropter nõ accidit ſingultus, niſi cũ eſt apoſtema magnũ cõprimẽs os ſtomachi, Et videt [l] Gal. q̃ cauſa in illo eſt illud, quod effundit ad ſtomachũ in ore ſuo ex apoſtemate calido: et ex humore acuto. Et ad ſummũ ſingultus apud oẽs nõ apparet, niſi dum apoſtema eſt magnũ: qm̃ ſpatium longinquum eſt inter hepar & os ſtomachi. & ſi eſt illic neruus in quo ipſa duo cõicant, & cõtinuat inter ea, eſt ſubtilis valde. Et ad ſummũ dum nõ eſt apoſtema magnũ, non fit inter ſtomachũ, & hepar cõitas ſm plurimũ. Et [m] illud de apoſtematibus hepatis, quod factũ eſt circa panniculos, & venas, eſt vehementioris doloris, & prauioris fe. ſi eſt calidum. Si autem apoſtema eſt in vtriſq; lateribus ſimul, apparent ſigna, quae ſunt vtrorumq; laterũ ſimul. Et [n] qñq; cõicat latus lateri vſq; ad terminũ non plurimũ. Et qñq; perducunt oẽs [o] ſpẽs apoſtematum hepatis calidorum, et frigidorum ad hydropiſim. Et [p] ſcias, quod cum apoſtemati hepatis aſſociatur ventris ſolutio, eſt mortale.

F Ga.5.lo.af.c.
G Cap.9.
H G.5.lo.af.c.
G
Infra α
I Gal. ibidem. e
Supra α
H
K G.5.aph.58.b.& 7.apho.17.
L cõmẽ.7.aph.
M Raſ.17. cõt.c.1.177.4 & Ser. t.4.c.2. & Gale. apho.5.h
N G.5.loc.af.
O Cap.9.
P Gal.9mẽ.2.in porrhet.Hip.

De differentia inter apoſtemata hepatis & apoſtema lacertorum poſitorũ ſuper ipſum in mirach. *Cap. 3.*

COgnoſcitur differentia inter vtrũq; ex parte ſitus & ex parte figurae: & ex parte accidentiũ: ſed ex parte ſitus, qm̃ apoſtema lacerti apparet ſemper: & [q] apoſtema hepatis qñq; non apparet,

Q G.5.lo.af.

paret,& proprie in concauitate,& in pingui,nisi sit res magna,aut grauis.Et lacerti quidem situs, aut est in latitudine,aut est in longitudine,aut transuerse capiens vnum lacertorum. Et iam quidẽ significauimus ipsum in anatomia.In figura vero,qm̃ figura eius,quod apparet de apostemate hepatis est [a] lunaris sm̃ situm hepatis,quę sentitur cum separatione abscisionis eius cōis.Lacertosum aũt est simile stilo,cuius vna extremitatũ est grossa,& altera est subtilis,& est quasi cauda muris,& propter illud non sentitur cum separatione abscissionis eius cōis:imo vides ipsum subtiliari in longitudine sua paulatim:imo non forsitan contingit vt cōprehendatur ex eo,nisi aliquid parum in profundo longũ cum est in lacerto profundo trãsuerso. Et est similius apostematibus hepatis.Ex parte aũt accidentium propriorum,& cōium,qm̃ ex accidẽtibus proprijs & cōibus,quę accidũt apostematibus,q̃ sunt in hepate,nõ est aliqd in apostematibus lacertorũ de quo sit curandũ:Et cũ vides almirach declinare ad macilentiã,& siccitatẽ,tunc existima,ꝙ apã est hepaticum.

De apostemate calido. *Cap.* 4.

CAusæ eius sunt ex summa causarum apostematis,in quo est caliditas. Eius vero signa sunt signa prædicta apostematum communia,& eorum quæ sunt in quibusdam partibus:& [b] est illic feb.acuta,cum est apostema in carnositate:& fit vehemens sitis.Et [c] minoratur appetitus: Et accidũt singultus,& [b] nausea,& cholericus [b] vomitus in primis,deinde vt flos [d] æris post niger. Et B [c] accidit frigus extremitatum,& nigredo [c] linguæ:& [c] syncopis:& totũ illud proprie, cũ apostema est in concauitate.Et [e] est malitia anhelitus,& dolor extensus ad dorsum,& furculam,& mordicatio:& proprie cum est apostema in gibbositate.Et quando est in concauitate, tunc non imprimit i re anhelitus:nisi cum attrahitur aer plurimus valde:propterea,ꝙ apostema extẽdit diaphragma, & coarctat ipsum,& constringit attractionẽ aeris:& qñq; causatur tussis.Et accidunt linguę quocunq; modo sit citrinitas,& [d] rubedo vehemẽtes:deinde declinat ad [d] nigredinẽ:deinde alterat̃ color cutis totius,ꝓprie cũ apostema est in gibbositate.Et [d] qñ est virtus fortis,&,ꝓprie virtus stomachi,& apostema est in cōcauitate,retinet̃ natura.Et si virtus in corpore,& stomacho est debilis,soluit̃.Inquit Hip.egestio spissa seu fæcalis nigra in prĩcipio ægritudinis acutæ,significat ꝙ in hepate est apostema calidum magnum,& tunc pulsus fit vndosus magnus frequẽs,velox. Et [f] apostema quidem calidum,aut resoluitur,et destruunt̃ accidẽtia eius,aut collectionem facit, et sunt cum eo signa dubellati,& dicã ea:Aut ĩduratur,& permutat̃ etiam ad signa apãtis duri,& destruunt̃ signa apãtis calidi.Et plurimũ quidẽ causæ ꝑmutationis eius ad duritiẽ, est superfluitas in infrigidatione, & constipatione,& administratione grossorũ in apãte calido.Et [g] differentia inter ipsum,& pleuresim est,qm̃ tussim non sequitur sputum:& ꝙ dolor est in dextro grauatiuus:& color linguæ: & color corporis alterantur cum eo.Et pulsus nõ fit serrinus valde:& capitur manu, si est in gibbo- C sitate:& significat ipsum labor anhelitus magnũ:& attractio aeris plurima,si est in cōcauitate:propterea,quia apostema cōprimit diaphragma:et extendit ipsum:& qñq; cōmouetur tunc tussis.Et [h] crisis quidem apostematum hepatis calidorum in gibbositate factorũ,& apostematũ calidorum factorũ in lacertis,fit cum fluxu sanguinis nariũ,& proprie ex dextra: aut cum sudore, aut vrina laudabilibus.Et factorum in concauitate,fit cum sudore,aut fluxu ventris cholerico,aut vomitu.

*De almesere in hepate.*i. Erysipel.te. *Cap.* 5.

GRauitas in mesere in hepate est minor: & [i] inflãmatio,& mordicatio, & denigratio linguæ, & tinctura coloris vrinæ vehementiores plurimum.Et est color decliuis ad citrinitatem: & est paroxysmus vehementiæ febris tertianæ. Et eius quidem iuuamentum à frigidis humidis est vehementius.Et pulsus est durior,& similior serrino quàm vndoso puro,& minor, & vehementioris frequentiæ,& velocitatis.

De phlegmone in hepate. *Cap.* 6.

SIgnificant ipsum signa apostematis calidi: & diuersificant ipsum ea, quæ proportionauimus ad mesere in proprietatibus:& rubedo faciei:& exuberatio venarum.

De apostematibus frigidis in hepate. *Cap.* 7.

D IN istis apostematibus est grauitas plus,& non [k] est sitis,neque [k] febris, neq; [k] nigredo linguæ. Et sentitur cum eis in stomacho similitudo spasmi.Et significant ipsa ætas,& regimen, & complexio,& color secundum quòd sciuisti.

De apostematibus phlegmaticis. *Cap.* 8.

SIgnificant ipsa inflatio cutis.Et plumbeitas coloris.Et ꝙ non sentitur cum duritie. Et vehementia lenitatis pulsus cum reliquis signis apostematis frigidi.

De apostemate duro & cancro. *Cap.* 9.

SAepe [l] accidit ab apostemate antecedente ipsum:& qñq; accidit incipiendo: & qñq; accidit à percussione,& incipit tendere ad duritiem.Et significat ipsum [m] tactus in eo, qui suscipit tactum partium hepatis eius.Et si nõ [m] inciperet hydropisis peruenire ad habentem ipsum,appareret ad tactum,manifestum valde:nam almirac extenuatur cum eo,& debilitatur,& attestatur apostema [n] lunare absq; dolore. Verum qñq; læditur apud initium receptionis cibi,et alleuiatur apud famem,& [o] est via ad hydropisim.Et qñq; significant ipsum vehementia grauitatis valde sine febre.Et extenuatio corporis,Et casus appetitus,Et [o] tenebrositas coloris.Et quod minorat̃ vrina. Et qñq; succedit accidentibus apostematis calidi,cum remouent̃,& non remanent nisi grauitas: Et si additur propter illud difficultas anhelitus, significat quod apostema calidum induratur.

Et

A Lib.1.F.2.do.3.c.1.& Halya.9.the.c.30.& c.1. & Raf.17.ꝯt.t.1.c.1.177.3.
B Gal.5.loc. affec.c.7.d.e
C Raf. 17. ꝯti.t.1.c.1.178. 3.
D Gal. ibidem.d
E Gal. ibidem. e
F Raf.li.diui.c.63.
G Fé.10.t.4.c.2.& Gal.2.lo.af.c. 8. d.e
H Cap.1. & t.1. c.13.& li. 4. Fé.2.t.1.c.3.
I Raf.17. cōti.t.1.c.1.178.3.
K Raf.17. con.t.1.c.1.178.2.
L Aeti.lib.3. ser.2.c.6.
M G.5.lo.af. c.7.f
N Cap.3. & lib. 1.F.2.d.3.c.1. & Halya.9.theo.c. 1. & c.30.& Raf.17. ꝯti.t.1.c.1.177.3.
O Cap.2.

Et difficultas quidem anhelitus & grauitas sine febre cõicant in apostemate duro & oppilatione, E & differunt per reliqua, quę [a] dicta sunt. Et sequuitur ipsum hydropisis, et proprie hyposarcę propter debilitatem separationis materiei aquosæ nisi resudationis subtilis ex eo: quare currit aquositas cum sanguine in membra, et accidit carnosa hydropisis & inflatio. Et spissum aquositatis qñq; peruenit etiam ad spatium ventris, ſm quòd dicemus in caplo hydropisis, & fit asclites: quare moriũtur ſm plurimum cum solutione naturæ, propter oppilationem viarum ad hepar: quapropter dissoluuntur eorum virtutes. Et isti quidem non curantur nisi in principio: tunc.n. qñq; confert cura: sed cum prolongatur ægritudo, non confert curatio. Et si fuerit durum cãcerosum, & fuerit illic sensatio doloris vehementis accidet nocumentum in colore, & in appetitu, & reliquis plus. Et qñq; accidunt singultus, & nausea sine febre, & nõ sentitur dolor: & erit in via mortificationis membri. Et [b] scias, ꝙ hepar velociter oppilatur & conuertitur in lapideitatem & proprie cum administrantur superflue ingrossantia & constipantia in apostemate calido.

A Cap. 2.

B Cap. 12. & Gal. 13. meth. c. 16. c

De dubellati. i. Abscessu. *Cap.* 10.

PLurimum fit post apostema calidum. Cum.n. incipit fieri collectio, fit dubellati: & cũ incipit [c] collectionem facere, vehementiora fiunt febres & dolores, & accidentia in primis: deinde accidunt tremores diuersi: & læditur à resupinatione: ne dum à dormitione super latus. [d] Cum ergo facta est collectio, lenitur compressio, & sedantur accidentia. Cumq; aperitur, accidunt rigor, F & lubricatio virus, & saniei & rerum, quæ sunt sicut fæx: & inuenit per illud leuitatem, & resolutionem ex grauitate sensata. Et [e] ipsius eruptio aut fit ad partem intestinorum, & egreditur cum egestione: aut ad partem renum, et egreditur cum vrina: aut ad spatium, quod est in cõcauitate ventris, & inuenit alleuiationem, & detumitionem, et non attestatur euacuatio in egestione aut vrina. Et dubellati quidem quandoq; est profundum in carne hepatis: & quandoq; tendens ad manifestum ipsius & non profundum, & sanies diuersificatur in ea. Fit enim in eo, quod est profundum nigra, & in non profundo tendit ad albedinem.

C Hip. 2. apho. 47. & Aet. lib. 3. ser. 2. c. 4

D Ras. lib. diuisi. c. 63.

E Aet. lib. 3. ser. 2. c. 4.

De apostemate mesaraicæ. *Cap.* 11.

COmmunicant in signis suis apostemati hepatis. Verum febris in illo, quod calidum est, est debilis, non existens in vehementia febris apostematis hepatici: & est grauitas cum extensione profundior ad ventrem, & stomachum. Et qñq; est tensio maior, ꝙ̃ grauitas. Cum ergo non inuenis signa oppilationis hepatis, nec signa apostematum hepatis, & [f] inuenis egestionem chylosam subtilem non propter debilitatem digestionis in stomacho: & non sunt signa eius: et sunt illic tensio, & febris occulta, tunc scias, quod in mesaraica est apostema calidum. Sed inter apostema durum & oppilationes mesaraicæ est differentia difficilis, nisi cum existimatione longa: quòd si egreditur aliquid saniosum post dies aliquot, tunc scias, quòd est ab apostemate. Et hæc sanies G discernitur à sanie facta à suo simili in hepate in hoc, quod illa tendit ad rubedinem, & sanguineitatem & ista ad saniositatem, & citrinitatem.

F Ras. 17. con. 11. c. 1. 180. 2.

De cura apostematis calidi & sanguinei. *Cap.* 12.

PRimum [g] quod tibi necessarium est, est vt cõsideres dispositionem repletionis: & dispõnem virtutis, & ætatis, & horæ, & aliorum, quæ tu scis: & quęras ex eis licentiam in phlebotomia. [g] Ergo phlebotomia si est possibile tibi, ex basilica: & si nõ, ex nigra: & si non, ex cephalica. & si virtus est fortis, extrahe, quod necessarium est de sanguine in vice vna: & si nõ, partire, & segrega in vices plurimas. Et scias, quod qñ nõ phlebotomas, & dimittis materiã in hepate, & administras styptica & apocrustica, proculdubio induratur apostema. Et si tu administras resolutiua, non est dubium quin commoueatur dolor, & apostema. Phlebotoma ergo in primis, & nõ hæsites in hoc cum non est prohibitor fortis: & extrahe sanguinem abũdantem. Et scias, quod tu indiges in initio eius eo cuius simile est in canone de repercussione & infrigidatione. Verum tibi inest tunc, vt attẽdas latus duritiei. [h] O ꝙ̃ [α] velociter obedit duritiei: & propter hoc oportet, quod sint permista cum subtiliatiuis et aperitiuis. Et epithematum quidem frigidorum administratio superflua, qñq; perducit ad duritiem. Et qñq; sufficit eis ĩtroitus balnei. Et qñq; aperitur ad renes. [i] Et scias, quòd plures medicinarum, in quibus est stypticitas aliqua, & frigus: et similiter ciborum, qui sunt huiusmodi, sicut granata, & poma, & pira nocent ex alia parte. Et illud qm̃ ipsi constipant meatum, qui est ad fel, quare non attrahit choleram, & est illud additio in apostemate, & malitia plurima. Et ex constipatione cũ hoc, ꝙ ipsa est necessaria in principio ægritudinis, & in fine eius, & apud exigentiam resolutionis ad conseruandam virtutem timentur duæ malitiæ, lapideitas, & retentio choleræ in hepate. Quare indiges propter hoc etiam vt festines ad regimen resolutionis materiei in hac ægritudine, plusq; sit tua festinatio in reliquis apostematibus: [α] timẽdo lapideitatem, & duritiem: & expellendo illud, quod forsitan resudat ex viru malo: à cuius resudatione non euacuantur apostemata calida. [k] Verum resolutio & apertio qñq; mollificant virtutem, & approximant mortem, sicut narrauit [l] Gal. de dispositione medici curãtis apostemata hepatis cum mollificatiuis, quibus curantur reliqua apostemata, sicut est emplastrum factum ex oleo, & tritico, & aqua: & cibabat illum alcandarusi: & oportebat vt cibaretur eis, in quibus est abstersio sine viscositate, & grossitie: & vt miscerentur cum resolutiuis medicinæ, in quibus sunt stypticitas, & confortatio, & aromaticitas: sicut cyperi, & calamus aromaticus, et absinthium: et vt administraretur de istis quãtitas, quę conseruaret virtutem, & non superflueret: & essent in initio sui repercussio cum fortitudine: & in

G Gal. 13. meth. c. 11. h

H Cap. 9. & Gal. 13. meth. c. 16. c

Infra bis α

I Gal. 13. meth. c. 14. e

Supra & Infra α

K T. 1. c. 18. & Ali. F. 4. c. 1.

L 13. meth. c. 17.

A medio ipsius compositio:& in fine eius resolutio cum stypticis huius generis,& si esset necesse vt confortaretur resolutio,tunc festinatio temporis eius esset necessaria.Et ille non recepit ex[a] Gal. & indicauit ei Gal.in ægroto,qñ conuenerunt ad eum,quod iste æger morietur cum dissolutione virtutis,& sudore viscoso,pauco apparente sup ipsum:mortuus est ergo infirmus,et fuit ſm quod existimauit Gal.Ista ergo resolutio indiget vt acceleret̃ in hora opportuna repercussionis: & non oportet vt euacuetur à stypticitate & confortatione in dispositione opportuna resolutionis puræ. Et[b] consideratio oĩum istorũ est ex subtilibus rebus.Et scias,quod sicut hoc mẽbrum[a] velociter cõuertit̃ in lapideitatẽ,siſr velociter suscipit resolutionẽ.Et qñq; sunt resolutio,et apertio causæ ad eruptionẽ.Et qñ administras resolutionẽ non administres eã ex gñe eorum,q̃ mordicant,et cõmoueant apa.[c] Et aqua quidem mellis quãuis abstergat sine mordicatione,tñ est dulcis,& dulce facit incurrere oppilationes :ꝑpter[c] illud ergo in aqua hordei est sufficiẽtia abũdans,qm̃ abstergit sine mordicatione,& non facit accidere oppilationem.Amplius possibile est,vt confortent̃ eius apertio & abstersio cum eis,quæ admiscentur ei: si necessariũ est vt addatur ipsius virtus.Et[c] mordicatio quidem,& stypticitas plus nociuæ sunt concauitati,q̃ gibbositati:qm̃ ipsæ penetrant velociter cum virtute sua:& faciunt accidere oppilationes in initio viarum:& in gibbositate sunt fractæ virtutis,& obuiant extremis orificijs.[d] Amplius oportet vt cognoscas latus ægrum:& caue ne prouo-
B ces vrinam ægritudine existente in concauitate:aut soluas ventrem: ægritudine existente in gibbositate:& facias materiam in vtrisq; dispositionibus magis profundam: immo oportet vt tu euacues ex propinquioribus locis.[e] Euacua ergo ex apostemate,quod est in concauitate ex latere solutionis ventris:& illud,quod est in gibbositate,ex prouocationis latere.Et caue ne dimittas naturam remanere restrictam.In hoc.n.est nocumentũ magnum:& in ipso est periculum. Et non etiã dimittas eam solutam superflue,et cadat virtus,& debilitetur natura:immo superest tibi,vt soluas constrictam cum æqualitate:& constringas solutam cum æqualitate.Medicinæ autem cõuenientes apostematibus hepatis,& in initio rei,cũ illic est caliditas superflua,sunt[f] aqua endiuiæ,& aqua solatri cum syrupo acetoso zuccarino,& aqua hordei,& aqua virgæ pastoris, & aqua arnoglossæ, & alkekengi,& aqua coriandri humidi,& aqua cucurbitæ,& aqua cucumeris,& aqua cuscute.Et oportet vt admisceatur eis aliquid horum,quæ sunt sicut absinthium, & calamus aromaticus: & trochi.huiusmodi.Recip.carnis amiberberis.ʒ.x.rosarum,spodij amborũ ana.ʒ.v. medullæ seminis citroli,& medullæ seminis cucurbitæ,& seminis portulacæ,& seminis endiuiæ oĩum ana.ʒ.iij. seminis fœniculi pondus.ʒ.i.& fiant troc. & sumatur ex eis in pondus.ij.aure. Et si necessaria est additio extinctionis,ponatur in eis parum camphoræ. Et si necessarium est addere confortantia hepar,ponantur in eis lacca,& reubar.Et si fuerit illic tussis,ponantur in ipsis succus liquiritiæ, &
C aliqd de dragagantho,& tereniabin.Medicinæ,quæ sunt fortiores,& conuenientiores ei,qui non habet ex caliditate quantitatem peruenientem in vltimo,sunt aqua fœniculi,& buglossæ,& squinanthum,& apium montanum,& alubleb:& totum illud cum syrupo acetoso.Ista.n.& consimilia cõferunt in illo,quod est in gradu primo cum incipit in maturatione peruenire parum. Et trochi.de rosis etiam,& proprie in eo,quod sequitur concauitatem. Et multoties quidem est causa apostematis,& initium eius,saltus & percussio.Et ex eis,quæ prohibent ipsum accidere post illa duo,& post phlebotomiã est[g] vt in potu sumatur ex rubea & rauendseni omni die. ʒ.i. & fiat hoc tribus diebus.Et postq; scis,ꝙ apostema est in latere concauo,tunc primũ est vt administres aquã alubleb permistam cum eis,quæ necesse est illi admisceri ex infrigidatiuis prædictis. Et aqua siclæ & omnia,quæ maturant,& repercutiunt,& leniunt naturam. Et confert cum apparet maturatio casia fistula cum aqua fœniculi,& aqua solatri,et aqua alubleb:et vt tu ponas in cibo aliquid de semine cartami,& simile sui de vrtica,& polypodio.Et qñ declinat, administra fortia sicut aloe, & agaricum,& turbit:&[h] quidam administrant myrobala.citrinos:Ego vero abhorreo eos propter illud,quod in eis est de virtute stypticitatis:& timeo,quod educatur subtile,& vertatur in lapideitatem grossum.Et qñq; administrantur in huiusmodi hora ea,quæ sunt sicut semen cartami, & sicut vrtica,& polypodium in cibo,& epithymum sine timore.Et qñq; addemus ad ea, quæ sunt si-
D cut elleborus ſm necessitatem.Clystere autem in principio,& vbi accidit vt sit natura constricta fiat ex eis,quæ sunt sicut succus foliorũ siclæ cum[i] melle,&[i] sale,et[i] baurach,aut cum zuccaro ru. Et apud declinationem fiat fortior:& ponatur in ipso polypodium,&[i] centaurea,&[i] hyssopus,et[i] origanum:Et qñq; ponitur in ipso[i] colloquinthida. Cum autẽ est in latere gibbositatis, oportet vt incipias in ipso cum diureticis frigidis,deinde cum temperatis.Et qñ apparet maturatio, administra fortia bona,& nõ est necessaria hæc posteriatio nisi propter timorem lapideitatis.Medicinæ autem istæ sunt sicut rubea,& petroselinum,& assarum,& squinanthũ,& trochisci amirberis maiores,& trochi.de eupatorio fortes:& reliqua diuretica fortia prædicta in[k] areolis expulsionis, & in[l] capitulo prouocationis.Emplastra vero oportet vt nõ administrentur frigida,sicut super apostemata alia,immo tepida.Et illa quidem à quibus oportet ĩcipere,cum existimas, ꝙ apostema est habẽs initium,sunt sicut succi frigidi styptici,sicut succus portulacæ,& cucurbitæ: & semperuiuæ, & aqua ros.et sandali,et camphora,et emplastra facta ex præputijs vitium,et ros. siccis, et sauich. Et non oportet vt iterentur huiusmodi:immo cum verificatur, ꝙ apostema iam est, meliora tunc emplastra sunt illa,quæ sunt facta ex cydonijs cum medicinis alijs: De illis est vt terantur cydonia cum farina hordei,et aqua ro.et fiat ex eis emplastrum.[m] Aut cydonia decocta cum aceto,et aqua,

donec

A 13.meth.c.15.h
B T.1.c.18.& li.1. Fē.4.c.1.& Gal.11. meth.c.15.e,& lib. 13.c.15.f.g
Supra his ¶
C Gal.13.meth. c.14.e
D T.1.c.18.& t.2. c.6.& Ga.13.meth. c.11.h.a,& c.15.h
E Gal.13.meth. c.15.h
F Ras.17.con.t.1. c.2.186.1.
G Lib.2.c.580.& c.585.& Ras.17.2t. t.1.c.2.186.3.
H Haly.2.7.pract. c.52.& Ras.186.2.
I Gal.13.meth. c.15.a
K Lib.1
L 9.1.2.Fē.19.
M Ras.17.cōt.t.1. c.2.186.1.

donec biscocta sint:& misceantur cum sandalis:& ponatur super ea aliquātulum olei ro. & admi- E
nistrentur. Et ex illis est, vt decoquantur cydonia cum vino odorifero in quo sit stypticitas, & addatur eis virga pastoris. Et confortentur cum eis, quæ sunt sicut parum spicæ, & absinthium, & cyperi:& inspissentur cum eis, quæ sunt sicut sauich hordei, & administrentur. Et qñqꝫ ponitur cum eis oleum de cydonijs, aut oleum masticinum, aut oleum de alcanna. Et de aquis, aqua myrti, & aqua de folijs malorum, & aqua cydoniorum, & similia. Et qñqꝫ fit emplastrum ex cydonijs decoctis cum decoctione absinthij. Et cum voluntas est vt eleuetur ad gradum resolutionis, ponatur in ipso mastix, & chamæmilla, & melilotum, & farina hordei, & fœnugræcum cum rebus in qbus sit ponticitas, & semē lini, & oleum fisticinum, & oleum chamæmillinum, & fœnugræcum. Et ex emplastris laudatis est emplastrum [a] †-{Bilibus,}-& emplastrum [b] philagrius, & emplastrū de meliloto, & emplastrum [c] †-{carithum,}-& emplastra, quæ dicemus in antidotario. Descriptio emplastri sedantis inflammationem. Recip. besser & succi alhausegi amborum ana partem.i.croci, masticis amborum ana partem.5.olei ro. partes.iiij.cerę quantum necesse est. Et in fine eius administra emplastra aperitiua, resolutiua, permista cum stypticis, propter cōseruationem virtutis: sicut sunt emplastra facta ex ireos, & assaro, & alusneę, & polio, & origano, & sceha:& semine caulis, & bdellio, & similibus. Et qñqꝫ adduntur in eis confortantia. Et emplastra facta ex myrto, & rubea tinctorum, & granis lauri, & croco, & myrrha, & mastice, & cera, & oleo sambacino, & oleo de lilio. F
Descriptio emplastri resoluentis apostemata hepatis appropriatum cabus laudabile expertū. Recip. storacis, & ceræ amborum ana darkimet.x. & masticis, & croci, & amomi omnium ana darkimet.ij.olei de arbore masticis, & olei ros.amborum ana darkimet.ij.vini cotylas.ij.&.5.liquefiant cera, & oleum, & misceantur cum eis omnia. Aliud iuuatiuum valde. Recip. lilij, amomi, folij omnium ana pondus darkimet.i.storacis, ceræ amborū ana darkimet.x. thuris, croci, assari, omnium darchami.i.olei de arbore masticis quantum necesse est. Aliud bonum. Recip. aloes.ʒ.iij. masticis ʒ.i.chamæmillæ, & meliloti amborum ana.ʒ.iiij.croci, rubeæ, & calami aro.assari, omniū ana. ʒ.ij. ceræ, & ammoniaci amborum ana.ʒ.vi.olei de lilio quantum sufficit. Aliud resolutiuum, confortatiuū. [d] Recip. croci.ʒ.ij.bdellij.ʒ.vij.& sordis vasorum apium.ʒ.iiij. masticis.ʒ.iij. storacis & picis & ceræ & ammoniaci ana.ʒ.viiij.& amomi, & spicæ romanæ, & carpobalsami oīum ana.ʒ.vi. olei de lilio quantum sufficit, permisceantur, & administrentur. [e] Quod si cum apostemate fuerit solutio ventris debilitans, quam solicitudo exigit retineri, tunc oportet vt in potu sumantur trochisci almirberis, & trochi.de reubarbaro constrictiui. Cibus autem melior est [f] kisch hordei. Infrigidat.n.& abstergit, & nō facit acquirere oppilationes, & festinat eius penetratio, & aqua candarusii, & fortius eo est frumentum, sed ipsum necessario ingrossat & coarctat apostema. Et si non est excusatio à pane, sit panis, qui non est ex simila, neqꝫ ex tritico grosso: & iam sit in tanur panis G
factus vel coctus. Et oportet vt attendatur ad cibum vltime. Et ex oleribus lactuca, & atriplices, & ex fructibus granata dulcia, ei in cuius stomacho non conuertuntur dulcia in cholerā, & oportet vt deuitet dulcia, quantum potest.

A † Paul.li.3.c... fol.161.5. Apolliphanis,
B Paul.lib.3.c... 161.5.
C† quod copycum appellatur,
D Alexā.lib... in paucis differ.
E Ras.17.cont... c.2.181.4.
F Gal.13.meth. c.14.d.e

De cura erysipilæ. *Cap. 13.*

CVra erysipilæ proxima est curæ phlegmonis. Verum oportet, vt sint ventris solutio, et vrinæ prouocatio sublimiores, et cum eis, quæ sunt decliuiora ad frigiditatem. Et [g] ponantur medicinæ super ipsam infrigidatæ cum niue: et non cesses reiterare illud donec æger sentiat profundationem frigoris. Et fiant emplastra ex nenufare, et aqua alkekengi, et aqua cydoniorum, et sandalorum, et camphora, et similibus. Et non administres in ea calefacientia quantum possibile est.

G Ras.17.cont.ca. c.2.182.4.

De cura aldubellati. *Cap. 14.*

OPortet vt administrentur in principio aldubellati, et cum incipit apostema calidum, de quo existimatur, ꝙ ad collectionem perueniat, repercussiua, quæ sunt ex emplastris cum æqualitate, et epithematibus. Et in potu dentur aqua hordei, et syrupus acetosus. Et si dispositio necessariam faciat phlebotomiam, phlebotoma ex basilica, aut ventosa partem dorsi, quæ vicinatur hepati. Et qñqꝫ indiges solutione ventris. Cum ergo nō est excusatio quin collectio fiat, tunc necessarium est, vt administres maturationem, et suppurationem: et necessarium est vt adiuuetur cum H
incisione, et subtiliatione, cum necessarium sit humoribus grossis existentibus in huiusmodi apostematibus, quibus membrum iam imbibitum est. Et necessaria est lenificatio, vt faciat humorem præparatum ad resoluendum. Cum ergo apparet maturatio, et non rumpitur adiuua ad hoc cum aperitiuis fortibus, potādo et emplastrando: deinde adiuua naturam ad expellendum materiam. Et si indiges adiutorio, et consideratione lateris ad quod declinat, et oportuerit vt ventrē soluas, aut vrinam prouoces, facies: Et non prouoces cum re forti, et calida: et faciat incurrere ægrum nocumentum in vesica. Conseruatio.n.vesicæ in hac ægritudine, et cum erupit pus ad ipsam per seipsum, aut cum medicina diuretica, necessaria est. Cumqꝫ erupit pus, aut expellitur, et necessaria est ablutio residui puris, tunc fiat cum eis, quæ sunt sicut aqua mellis, et similia. Deinde si indiges incarnatione vlceris, tunc si virtus tolerat vētris solutionem, est in ipsa adiutorium plurimum ad consolidationem cum non est superflua. Et vētris quidem solutio necessaria est propter duas res, vna earum ante eruptionem, vt minoretur materia, et alleuietur super naturam: et secunda post eruptionem, aut prope eruptionem, et complemētum maturationis, cum scitur, quod materia ad partem intestinorū est decliuior, et quod dubellati est in latere cōcauo. Et ex illis quidem quibus

venter

A venter soluitur ante eruptionem, secundum semitam adiutorij naturæ, tunc quia ex istis sunt tereniabin, & xiracost, & casia fistula, & zuccarum rubeum, & huiusmodi in aquis allubleb, & endiuiæ bibita. Et fortius illis parumper est decoctio seminum, & radicum in qua decoctum est eupatorium, & in qua soluta sunt tereniabin, & xiracost, & casia fistula, & similia. Et quandoque ponuntur in ipso aloe, & absinthium. Et ex clysteribus clysteria lenia nota. Solutiua autem, quæ sunt post maturationem, & iuuant ad maturandum etiam, & ad eruptionem, sunt vt sumantur in potu in decoctione radicum & eupatorij olei de tribul. drach. quatuor, sambaci pondus drach. ij. coniungatur cum vnc. 5. zucca. & vnc. 5. cassiæ fistulæ. Si autem materia fuerit versus gibbositatem, non oportebit vt administrentur solutiua nisi secundum viam adiutorij, & alleuiationis in principio & ante maturationem. Apud maturationem vero oportet, vt administrentur diuretica [a] prędicta secundum ordinem suum, scilicet quotiescunque est maturatio in vltimo, administrentur fortia. Medicinæ vero ebibitę adiuuantes ad maturationem, sunt sicut lac asininum cum zuccaro ru. aut zuccaro alhaser: & sicut aqua de radicibus cum passis, & ficubus, & capillo veneris, & fœnugræco cum oleo amygdalino dulci, aut amaro, aut oleo de fœnugræco, aut oleo de tribul. Et si voluerit fortius illo, ponantur in ipso dactyli: Et [b] sumant in potu in ieiuno decoctionem polij, & syrupum de hyssopo confortatum. Et cibentur melle colato à spuma sua cum decoctione sua, & fi-

B cubus & melle in aqua hordei. [c] Aut sumantur de taraxacon sicca pondus drachmæ vnius, & ex semine maru drach. i. 5. & farina fœnugræci drach. i. bibatur cum lactis asinini vnc. iij. cum zuccaro. Et vtatur medicinis in quibus sunt apertio, & subtiliatio, & etiam confortatio, sicut sunt absinthium, & crocus, & spica, & radix pæoniæ, & radix alhasce, & radix rubeæ, & mastix, & vtraque spica, & grana [d] †{alfagd,} & succus eupatorij, & radices centaureæ: & ex oleis oleum de nereiden, & oleum de arbore mastic. & oleum de lilio. Emplastra vero adiuuantia sunt sicut emplastra in quibus ponuntur farina, & melilotum, & chamæmilla, & radix lilij, & calamenthum, & radix althææ & ficus & passulæ, & fermentum, & cepæ assatum, & oleum seminis. Si autem necessaria sunt fortiora illis administretur emplastrum ex [e] farina hordei, & baurac, & fimo columbino, & calamentho, & glutine albotin, & picis, & puluere thuris, et simili. Et [f] oportet quando sentit maturationem, vt dormiat super hepar suum: & assiduet balneationem cum aqua calida. Et quandoque est necessarium vt exercitetur, & ambulet, si possibile est ei illud. Quod si erumpitur, tunc oportet vt sumat super ipsam ea, quæ abluunt ipsum, & mundificant sicut aqua mellis calida, deinde consequantur ea, quæ mundificant ipsum ex parte declinationis, aut cum solutione ventris, aut cum prouocatione vrinæ, si indiget eis: aut admisceatur aliquid illorum cum aqua mellis. Et [g] non oportet, vt dentur ei in potu diuretica valde, & lædant meatus vrinæ. Quod si accidat vt vlceret,

C aut lædat pus meatus vrinæ, aut vesicæ, tunc rectius est vt nutriatur cibis in quibus est abstersio absque mordificatione: immo cum coglutinatione aliqua, sicut est aqua mellis decocta cum æqualitate, cum qua permistum est parum amyli, & ouum, & oleum rosa. & sicut sunt maluæ cum candaruslo. Et ad vltimum oportet, vt regatur regimine vlcerum membrorum interiorum: & secundum quod oportet, vt res currat in vlceribus renum. Cum ergo mundificatur vltime, oportet vt in potu sumat in matutinis aquam hordei & syrupum acetosum: [h] Cumque præterierint horæ aliquæ, sumatur thuris, & sanguinis draconis amborum ana aure. i. & seminis endiuiæ, & seminis apij, & masticis omnium ana aure. i. & sumat ea in potu in syrupo acetoso, aut iuleb, aut aqua mellis. Et post illud confortetur cum cibo, & curetur vlcus eius cum eis, quæ sunt sicut ea, quæ dicemus in cura vlcerum renum. Et [i] cum accidit vt materia effundatur ad spatium ventris, tunc necessarium est, vt incidatur cutis apud inguina, & discooperiatur lacertus adeo, donec appareat siphac interius nominatum [k] †{bariterun.} Deinde fiat in ipso foramen, & ponatur in ipso cannula. per quam currat pus: deinde curetur cum emplastris. De cibis vero oportet vt administretur in principio subtiliatio cibi: & sit contentus kisch hordei, & syrupo acetoso. Deinde post illud administrentur cibi aperitiui, quos diximus, & vitelli ouorum sorbilium, & sorbitiones lenificantes. Cum ergo erumpitur & mundificatur, necessaria sunt ea, quę confortant, sicut aqua carnis: & car-

D nes arietinæ, & hœdinæ, & auium tenerarum, & earum iura cum aceto condita cum seminibus: & vitelli ouorum sorbilium, & similia, & parum vini. Et vtatur odoramentis confortatiuis.

A Cap. 12. & c. 2. c. 6.
B Ras. 17. con. t. 1. c. 2. 181. 4.
C Ser. t. 4. c. 4.
D † viticis,
E Ras. 17. cont. t. 1. c. 2. 186. 2.
F Ras. ibi. 181. 1.
G Ras. ibi. 186. 3.
H Ras. lib. diuis. c. 63.
I Ras. ibi. 186. 3. & Actu. li. 3. ser. 2. c. 4.
K † peritonæon.

De cura apostematum frigidorum. *Cap. 15.*

Oportet vt administrentur in eis subtiliatiua, abstersiua. & appropinquat cura eorum curę oppilationum, & curæ aldubellet, quæ præparatæ sunt ad maturationem. Et tu quidem iam sciuisti medicinas maturatiuas, & diureticas, & aperitiuas, & subtiliatiuas. Et oportet vt sit in eis virtus styptica confortans aromatica. Et mittuntur in eis de oleis oleum de kerua, & oleum de iensemino, & oleum sambacinum in emplastris, quæ ad ea assumuntur. Et meliora emplastra ipsorum sunt emplastrum fuladiginun, & emplastrum philargius, & emplastrum stomachicon, & emplastrum de seminibus. Et confert diacurcuma, & dilacca, & similia. Et fistici quidem maximi iuuamenti sunt in eis. Et trochisci de spica. Et ex syrupis syrupus de seminibus cum chamædryos, & polio iam decoctis in eo. Et ex eis, quæ in ipsis iuuant, & proprie in illo, quod indurationi proximum est, & conferunt etiam doloribus renum, & splenis, est medicamen factum cum squilla secundum hunc modum. Recip. squillæ assatæ, lilij cœlestis, assari, meu & fu, seminis apij, anisi, spicæ aromaticæ, casiæ ligneæ, castorei, calamenthi montani, cymini, calamenthi fluuialis, cyperi &

radicis affodili, pyrethri, piperis longi, & pastinacæ syluestris amomi, euphorbij, seminis althææ, B
stichados, polij, siseleos, seminis rutæ, seminis fœniculi, corticum radicum capparis, aristolochiæ
ro. cinnamomi grossi, zinziberis, bacarum lauri opij seminis hyusquiami albi, costi, ameos, seminis carui albi omnium ana partem vnam, conficiantur cum melle despumato, & administrentur. Medicamen factum cum allijs campestribus, & efficit operationem prædicti eandem. Recip. alliorum, gentianæ albæ, eupatorij, costi, aristolochiæ, keisim, siseleos, piperis longi, omnium ana darkimet. iij. seminis apij, assari, meu, fu, pastinacæ montanæ, ameos, aniuden nigræ omnium ana darkimet. xv. foliorum rutæ siccæ & calamenthi montani, & calamenthi fluuialis, & origani syluestris omnium ana darchmet. x. castorei bazard, idest galbani & myrrhæ omniũ ana darkimet. xij. soluantur ista cum vino, & reliqua terantur, & misceantur ita, vt fiant res vna, deinde coniungantur cum melle despumato.

De cura apostematum durorum. *Cap.* 16.

NOn euadit aliquis ex apostemate duro, quiescente, confirmato. Et illi, qui sanantur ex eo, sunt qui curantur in initio sui. Et canon quidem curationis eorum, est post purgationẽ corporis ex humiditatibus grossis cum medicinis compositis ex speciebus, in quibus sunt lenificatio ęqualis, & resolutio, & subtiliatio, & calefactio temperata, & apertio oppilationum dominantior, q̃ lenificatio, & cõfortatio, & stypticitas, & aromaticitas cum quantitate qua indiget ea infra illud, F quod impedit duas intentiones vltimas. Et vt in pluribus harum medicinarum dominantur amaritudo, & stypticitas parua. Et istæ medicinæ administrantur in potu, & administrantur in emplastris, & administrantur in embrocis. Et oportet vt lenias naturam, si fuerit stricta cum rebus leuibus, & clysteribus proprie. Et illud quidem efficiunt grana pini maioris, & semen lini, & gluten albotim cum hoc, ꝙ ipsa conferunt apostemati. Et non oportet vt sis audax ad soluendum ventrem cum rebus vehementis caliditatis, & faciant læsionem, & addant in nocumento. Et[a] oportet, vt sit eius somnus super latus dextrum. Illud enim est ex eis, quę valde conferunt ad resolutionem eius. Medicinæ vero singulares valentes ad illud sunt grana pini, & medullæ, & adipes temperatæ, & ad caliditatem decliues. Et in farina fœnugræci est lenificatio quædam cum maturatione: & [a]costus est vehementis iuuaminis. nam cum ex eo sumitur in potu drach. 5. vsq; ad aure cum [b] †{talha} misto, aut cum vino, confert manifeste. Et quandoq; confert ei sumere in potu oleum de nereiden, aut oleum de balsamo, aut oleum costinum cũ aqua, in qua decocta sunt ruta, & anethum, & dosis olei de nereiden sit quantitas drach. iiij. administretur illud hebdomada vna, et confert maxime. Et ex eis, quæ conferunt ad illud est succus sceha recentis cum administratur aliquibus diebus. Et ex eis, quę iuuant ad illud sunt semina agni casti pondus. ʒ. i. in quibusdam syrupis. Et eupatorij pondus. ʒ. i. cum aqua apij, aut fœniculi, aut endiuiæ: Aut arnoglossæ siccæ pondus G aur. i. Et decoctio lupinorum in qua positum est de spica aromatica vsq; ad. ʒ. 5. aut de pipere minus hoc. Et amygdalæ amaræ in vino. Et radix arboris sanguinis draconis iuuatiua est etiam, & cortex arboris aldemest, & bacæ lauri. Et radix rubeæ tinctorum & radix aluf, & cicer nigrum, & polium, & chamædryos, & porri. Et ex medicinis compositis conferentibus ad illud, sunt trochisci de bdellio, quorum confectio.[c] Recip. rosarum tritarum drach. x. spicæ aromaticæ drach. ij. [d] †{croci}. ʒ. i. myrrhæ. ʒ. i. costi. ʒ. i. & . 5. masticis. ʒ. i. amygdalarum amararum. ʒ. i. & . 5. bdellij. ʒ. iij. terantur medicinæ, & dissoluatur bdellium cum vino, & conficiantur cum eo medicinæ, & fiant inde trochisci: et potio eorum sit trium drach. cum aqua mellis, aut cum apozemate de seminibus: & si fuerit caliditas, cum aqua allubleb, & endiuię. Et ex istis est medicamen [a] Asclepiadis factum cum felle vrsi: ipsum nanq; expertum est conferre per illud, quod in ipso est de speciebus medicinarum valentium ad illud secundum conditiones suas, quas diximus. Et descriptio quidem eius. [e] Recip. chamæpityos, prassii, seminis apij montani, gentianæ, seminis agnicasti, fellis vrsi, sinapis, seminis cucu. scolopendriæ, radicum opopanacis, & [f] †{chuatim albayra,} rubeæ tinctorum, seminis caulium reubarbari piperis, spicæ indæ, costi, seminis apij hortulani, seminis eruce, & herbę iudaicæ, polij, opij, eupatorij, granorum iuniperi partes æquales, conficiantur cum melle. Et dosis H eius pondus auellanę cum syrupo de melle. Et ex eis, quę cõferunt ad illud, sunt [g] diacurcuma, & [g] athanasia, & theriaca [h] diatesseron, & sazanea cõferunt ad illud. Et ex compositis leuibus in hoc, est medicamen altaraxacon, dictum in [i] capitulo aldubellati: & medicinæ quas diximus in capitulo apostematum frigidorum absolute. Et cum administraueris omni die trochiscos almirberis per hebdomadam vnam, qui bibantur in aqua, & incipiatur à drach. i. & . 5. vsque ad drach. ij. & . 5. erit vltimum. Et si aggregauerit aliquid ex aqua, administra troc. allasf & troc. alsebran gradatim ex tertia drach. i. & . 5. vsque ad drach. i. Et stude ne faciat hoc cadere ipsum in fluxum ventris, & aperi oppilationem. Et ex potibus, qui bibuntur est apozema costi, & ramorum eupatorij, & fœnugræci, & passarum quatuor vnc. cum vnc. olei amygdalini, aut olei de nucibus recentibus. Aut apozema quod. Recip. gentianam, absinthium, melilotum, passas, ficus. Aut apozema reubarbari, absinthij, rutæ, florum squinanthi, & passularum, & fœnugræci. Et apozema lupinorum, & costi, & absinthij cum oleo de keiua. Et ex emplastris bonis ad illud est, vt emplastrum fiat cum amomo humido, aut sicco, decocto cum vino pontico. Aut ex spica cum oleo de fisticis, cum prassio aut ex prassio cum anetho decocto. Aut emplastrum factum ex farina fœnugræci: & ficubus, & ruta, & meliloto, & nitro,[k] Aut sumantur ammoniaci drachmæ centum, bdellij drach.

A Ras. 17. cont. c. 2. 181. 1.
B † vino cocto
C Ras. lib. diuis. c. 63.
D † lacca.
Infra a.
E G. 8. de parti. pone sm loc. c. 3.
F † rubricæ lemniæ,
G Ser. t. 4. c. 3.
H Ras. tib. . . .
I 14.
K Ras. 17. cont. c. 2. 180. 4. & Gal. de phar. . . . loc. c. 9. d

A drach.xxv.croci drach.xij.terantur omnia & conficiantur cum cerato facto ex cera, & oleo de alcanna, secundum quòd videtur.[a] Aut emplastrum factum ex farina fœnugræci, & stercore caprino, & cordumeni, & calamentho, & sulfure, & vsnee, & ruta. Et illi quidem cuius causa est percussio, & iam incipit apostemari, & indurari, conuenientius ex emplastris est emplastrum almodasefram vel almurdasefram. Et ex regimine bono cum administraueris potiones & emplastra, est vt ponantur super membrum ventosę calefactiuę sine incisione: immo superponantur loco sanguisucæ: deinde administra medicinas, quæ sunt fortiores in subtiliatione, & resolutione: & fac adhærere loco ea, quæ sunt sicut nitrum, & sulfur citrinum quinque diebus, aut hebdomada vna: deinde administra epithemata cum sinapi in omnibus decem diebus: postea fac vomere ægrum cum raphano. Quod si inobediens fuerit apostema, administra elleborum album. Et quando fit apostema cancer, minoratur spes in eo: nam si confert aliquid, tunc [b] medicamen [α] Asclepiadis, quod est in antidotario absque felle vrsi. Cibi autem sint illi, quorum digestio est velox, sicut vitelli ouorum sorbilium, & sicut kisch hordei. Et cibus eius, qui habet oppilationes in hepate suo, & parum vini, quod est subtile, est bonum valde: & abstineat à carne.

A Rasis.17.con.t.1.c.2.181.3.

B G.8.de phar.cōpone sm lo.c.8.g.h Supra α

De cura apostematum almirach lacerti. Cap. 17.

B EST proxima curationi apostematum hepatis ex parte medicinarū: nisi quia audacia ad repercutiendam materiam in primis, & ad resoluendum eam secundo, est fortior. Et non timetur ex eis ex stypticitate et resolutione, quod timetur ex apostemate hepatis.

De cura apostematum meseraicæ. Cap. 18.

EST similis curationi apostematum concauitatis hepatis.

De percussione, & obuiatione, & casu super hepar. Cap. 19.

QVoniam quandoque accidit obuiatio, aut casus, aut percussio super hepar, tunc necesse est, vt tu succurras, vt non accidat ex eis fluxus sanguinis, aut apostema magnum. Quod si accidat apostema, curetur cum eis, quæ [c] diximus de cura apostematis, quod succedit percussioni. Et quandoque accidit ex eis, vt additamentum maius de additamentis hepatis remoueatur à loco suo, et proprie si fuerit magnum: et accidit dolor sub hypochondrio dextro post percussionem, aut saltum, aut casum, & rectificat istud commotio, & excussio cum præparatione pectoris illius, qui habet illud, & erectione illius, quare sedatur dolor subito cum reditione additamenti ad locum suum. In alijs autem oportet vt incipiatur, & fiat phlebotomia. Et si fuerit caliditas vehemens, tunc potetur, & liniatur cum infrigidatiuis apocrusticis. Si autem sanguis eius egrediatur, tunc ponantur cum eis styptica. Et si non fuerit caliditas vehemens, neque cursus sanguinis, aut iam fuerit sedatum illud, quod inde erat, tunc tua intentio non erit nisi, vt resoluas sanC guinem mortuum. Et si non fuerit possibile vt resoluas sanguinem, aut pertransiuit terminum, tunc administra resoluentia. Et non est aliquid simile epithemati cum mumia & oleo [d] †{alrazachi.} Et conferunt omnibus illis medicinæ prædictæ in capitulo apostematum euenientium ab obuiatione. Medicamen conferens ad illud in principio, cum est caliditas, & inflammatio, aut timetur cursus sanguinis. Recip. reubarbar. balaustiarum, sanguinis draconis, aluminis iameni, partes æquales: & dosis eius sit aure.i. cum aqua cydoniorum. Quod si non fuerit illic caliditas plurima, & volueris administrare medicinas, in quibus sit repercussio cum resolutione aliqua, & conglutinatione, tunc confert ad illud hoc compositum. Recip. karabe drach.x. rosa. rubea. drach.v. meliloti drach.x. acaciæ drach.iiij. spicæ indæ, croci, amborum ana drach. vi. masticis, corticis thuris amborum ana drach.iiij. luti armeni drach.vij. nucis cupressi drach.viij. cōficiantur cum aqua arnoglossę, & fiant inde trochisci, quorum vnusquisque sit vnius aure. Medicamen bonum.[e] Recip. ex machilun. ℥.x. laccæ ablutæ drach.vij. & rauendsceni drach.iiij. croci drach.iij. &.5. hasce drachmas quatuor, ciceris nigri drach.vij. myrrhæ drach.v. luti armeni drach.x. conficiantur cum oleo de lilio, in quo posita sit mumia: & fiant inde trochisci: & sumantur in potu: & dosis sit vsque ad drach.iij. Et reubarbarum, & lutum sigillatum cum miscentur cum aliquantulo de granis myrti, sunt res magis iuuatiuæ ad hoc in eis, quæ ego sum expertus. In fine autem rei, & cum non caD uetur ab inflammatione, & apostematione, oportet vt in potu sumantur de hoc trochisco. Recip. reu. seni, laccam, & zinzib. fiant ex eis trochisci: & quandoque ponitur cum eis aliquid arsenici citrini: quoniam ipsum est mirabilis virtutis in repercussione, & resolutione sanguinis, sumatur in potu ex hoc: & liniatur super ipsum huiusmodi epithema.[e] Recip. xyloaloe, & crocum, & baccas lauri, & bdellium, et calamum aromaticum, & masticem, & ceram, & oleum alrazaki et almeisusan, fiat emplastrum & ponatur.

C Cap.12.

D† de lilijs albis.

E Haly.li.7.prac.c.32.

De scissura, & incisione in hepate. Cap. 20.

EXistimauit [f] Hippoc. quòd moritur ille, cuius dirumpitur hepar, & [g] intelligit per illud solutionem continui magnam communem corpori ipsius & venis eius. In illo autem, quod est minus hoc, quandoque est spes. Et quandoque accidit illic vrina sanguinis, & solutio ventris cum eo secundum duo latera hepatis.

F 6.apho.18.

G Gal. ibidem.1

De cura. Cap. 21.

CVra illius est cum medicinis stypticis, & glutinatiuis, secundum quòd scis. Et secundum quòd dictum est in capitulo sputi sanguinis. & quandoque confert ei dare in potu pondus drach.ij. de rosis cum aqua frigida: aut dare ei in potu balaustias, aut facere emplastrum ex eis.

TRACTATVS IIII. *De humiditatibus, quibus accidit causa hepatis, vt expellantur egrediendo, & coarctentur quiescendo.* E

De speciebus expulsionum rerum ex hepate. *Cap.* 1.



QVandoq; diuersificantur expulsiones in substantia eius, quod expellit: & quandoq; diuersificatur causa eius propter quod expellitur. Substantia vero eius, quod expellitur, quandoq; est res chylosa: & qñq; est aquosa: & qñq; est ablutiua vel sicut lotura carnis: & qñq; est cholerica: & qñq; est virulenta: & qñq; est saniosa, & qñq; est nigra subtilis, & nigra sicut fæx, & nigra melancholica: & quandoq; est fœtida: et qñq; non est fœtida: & qñq; est sanguis purus: & qñq; expellitur similis ei ex via stomachi cum vomitu: & significat ipsum priuatio doloris. Et qñq; est res grossa nigra, quæ est substantia carnis hepatis. Causa autē eius propter quod expellitur, qñq;[a] est apostema, quod rumpitur. Aut oppilatio, quæ est aperta & facta est expulsio, aut ruptio, aut scisio, accidens in corpore eius aut venis eius, et causa eius est incisio aut percussio aut obuiatio: aut vlcus, aut corrosio,[a] aut debilitas retentiuæ: quare non retinet illud, quod in ipso comprehenditur. Aut [b] debilitas attractiuę quare non attrahit: Aut digestiuæ, & non digerit illud, quod comprehenditur in ipso. Et cum nō digeritur non recipit ipsum corpus, & expellit ipsum: Aut [c] fortitudo expulsiuæ:[d] aut malitia complexionis calidę liquefactiuæ: aut frigidæ debilitantis ex causis infrigidātibus: & ex eis sunt euacuationes plurimæ. Aut F est propter repletionem & superfluitatem quam necesse est naturam expellere. Et [c] qñq; est repletio ſm corpus totum: & [e] qñq; est in ipso hepate, qñ bona est generatio sanguinis: sed moratur in ipso sanguis, & non penetrat ad venas propter constrictionem earum: aut propter debilitatē attractiuæ in ipsis, aut propter oppilationes, aut apostemata, quæ diximus. Et [f] qñq; est causa repletionis qua expellitur, dimissio exercitij, aut additio in cibo, aut incisio membri, ſm q͂ diximus in lib. vniuersali. Aut retentio cursus consueti hæmorrhoidarum, aut menstruorum, aut aliorum. Et qñq; causa est mordicatio, & acuitas materiei cogēs naturam ad expellendum, licet virtutes nondum fecerint in ea operationem suam, quam facerent si non esset hoc nocumentum. Et qñq; associatur illud, quod inuenit in via, & fit ei laboriosum, & angustiosum. Et qñq; fit huiusmodi in crisibus. Et [c] qñq; causa non est in ipso hepate, immo in mesaraica. Et quāuis non sunt possibiles in mesaraica omnes modi isti causarum, est tamen possibile vt sint ex parte apostematum, & oppilationum: quāuis primum sit longinquum possibile est tamen vt hepar attrahat, & mesaraica non attrahat & accidat res de qua curatur quamuis attractio dignior sit hepati non mesaraicæ: & non est attractio mesaraicæ solius, attractio de qua curetur. Et [g] multoties quidem est solutio ventris hepatica: quoniam corpus non recipit nutrimētum, & reddit propter oppilationem, aut propter aliud. Et omnes species harum expulsionum nituntur in veritate: aut ad debilitatem, aut ad fortitudinem. G Sunt ergo ea, quæ fit ex scisura vel eruptione, & vlcerosa, et pertinens ad malitiam complexionis, et debilitatem virtutis, de genere debilitationis. Et apertio oppilationum, et eruptio aldubellati, & expulsio superfluitatum de genere fortitudinis. Virtus enim dum non confortatur, non expellit pus dubellati, neq; superfluitatem sanguinis corrupti, propter multitudinem aggregationis, & paucitatem suctionis ex eo, neq; superfluitatem sanguinis plurimi, & alia. Etquando egreditur sanguis fœtidus, non oportet vt existimetur, quod illic sit debilitas: quandoq; enim fœtet propter longitudinem moræ, deinde expellitur, & est quasi fæx nigra: cumq; superfluit expellit ipsum natura, sicut etiam fœtet in vlceribus. Verum illum, qui expellitur à virtute sequitur leuitas, & est cum eo sanitas dispositionum. Et quando non est fœtens in omni dispositione malus, tunc niger est dignior vt non sit in omni dispositione malus. Et similiter quandoq; est in expulsionibus colorum diuersorum sanitas vel leuitas: et errat, qui retinet hos colores diuersos in omni dispositione. Et vehementior error eius est, qui retinet eos cum oppilatiuis cōstipatiuis. Et [h] scias, quod non elongatur quin virtus debilitetur, & non separet superfluitates, & non expellat repletionem: deinde accidat ei vt confortetur virtus, aut perueniat præparatio materierum ad expulsionem & apertio oppilationum, aliqua cum qua facilis fiat expulsio inobediētis, & expellantur superfluitates. H Et [i] causa quidem in solutione ventris chylosa, quæ est causa hepatis, & eorum, quæ sequuntur ipsum, aut est propter debilitatem attractiuæ, quæ est in hepate, aut propter oppilationes, & apostemata, quæ sunt in concauitate eius, aut mesaraica ita, vt non attrahat, & non alteret omnino. Et ego dicam iudicium harum oppilationum in [k] capitulo intestinorum. Et est ex eis, quæ cum dimittuntur, arefaciunt, & deijciunt virtutem: & quando retinentur inflant in superioribus, & nocent eis, et constringunt anhelitum.[l] Materierū vero chylosarum multitudo est, quod ipsæ sunt magis auctæ vel additæ, q͂ virtus attractiua, quę est in hepate, quare remanet maior pars earum non attracta. Et qñq; est causa in hoc vehementia appetitus stomachi, & superfluitas eius. Et [m] causa in solutione ventris lauatiua, est debilitas virtutis alteratiuæ, & separatiuæ, quæ est in hepate: aut augmentum patientis super agentem aut debilitatio retentiuæ. Et est tūc[n] proportio fluxus lotiui ex hepate debili, proportio vomitus & cholericæ passionis ex eo, quod nō tolerat stomachus debilis, et expellitur ante complementū operationis propter debilitatem retentiuę. Cum ergo non est ꝓpter debilitatem retentiuæ, tunc est ꝓpter debilitatem alteratiuæ. Et vtræq; debilitates sequuntur oēm complexionem. Sed plurimum debilitatis retentiuæ est ꝓpter caliditatē & humiditatem. Et plurimum debilitatis alteratiuę vel immutatiuę est propter frigiditatem, & non

A Gal. 5. loc. affec. c. 7. 35. c
B Gal. ibidem. b
C Gal. 5. lo. affect. c. 7. fol. 35. d
D Gal. 1. de crisi. c. 11. e, & 8. de phar. cōpone ſm loc. c. 6. 194. c
E Gal. 3. de symp. cau. c. 2. 28. a
F Gal. 5. lo. aff. c. 7. fo. 35. d, & 3. de cau. symp. c. 2. 28. b
G Ras. 13. con. c. 1. c. 1. 150. 3.
H T. 2. c. 4. & Fē. 15. t. 2. c. 5. & Fē. 16. t. 1. c. 2. & Ga. 6. loc. affec. c. 1. b
I G. 8. de phar. ſm loc. c. 7. b
K 10 t. 2. F. 16.
L Ras. ibi. 151. 1.
M G. 5. loc. af. c. 7. 34. d
N G. cōmē. 1. por-rhet. 2. b. c, & 3. de symp. cau. c. 2. 27. b

A affirmes sentẽtiam, ꝙ lotiuus sit propter caliditatem solum, aut propter frigiditatem solum. Et in vtrisꝗ; dispõnibus quidem lotiuus cõuertitur ad illud, quod est plus sanguineũ propter vehementiam retrocessionis ex corpore, deinde ad illud, quod est turbidum. Et eius quidem, quæ facta est à caliditate, est signum aliud: & factæ à frigiditate, est signum aliud, quæ ego dicam. Et [a] causa in solutione ventris cholerica, est multitudo choleræ: & fortitudo expulsiuæ. Et causa in virulenta est adustio sanguinis, & humorum, et liquefactio eorum: et qñꝗ; perducit ad adustionem corporis ipsius hepatis, & egressionem eius post humores diuersos: & qñꝗ; fit virulentia propter resudationem apostematis, aut dubellati. Et sæpe fit resudatio ex hepate, & fit ventris solutio periodica. Et causa in facta, quę est similis fęci, aut est eruptio dubellati, aut oppilationis apertio, aut corrosio, & vlcera putrida, aut adustio sang. & alteratio eius in partibus hepatis propter paruitatem penetrationis, cum caliditate hepatis, & eorum, quæ sequuntur ipsum. Aut alteratio eius in venis cum est vehementis caliditatis, & corrumpit ipsum, & non fugit ex eo corpus: quare ingrossatur, & fit sicut fæx fœtida vehementis fœtoris: & in ipso est spumositas propter ebullitionem & liquefactionem & cholericitatem propter dominiũ caliditatis. Et quando corrumpitur hac corruptione, expellit ipsum natura fortis, et significat corruptionem complexionis in membris. Et sunt habentes ipsam proculdubio debiles & extenuati. Et differt à melancholica per colorem, & substantiam, &

A Gal.1. de criss. c.11.d

B fœtorem: nam ipsa est minor illa in nigredine & spissior ea in substantia, & fœtor ipsius vehemẽs est, cuius similis non est melancholiæ: Aut frigus inspissans sanguinem, & congelans ipsum: [a] Aut [b] debilitas hepatis, propter quam perducit ex lauatiua ad sanguineam, & ad fæculentam, & nõ est subito nisi raro. Et plurimum cum sit subito, est à complexione calida adurẽte. Frigida enim facit ipsum fluidum non digestum, & calida adurens ingrossat vel conturbat ipsum sicut fæx: sed propter egressionem substantię [c] carnis hepatis est adustus grossus. Et causa in fœtore est putrefactio accidens propter corrosionem & vlcerationem aut propter multitudinem retentionis et adustionis. Et causa in sanguine puro est virtus fortis nõ indigens vt remoueatur superfluitas seu superfluum sanguinis tempore, in quo alteretur, deinde expellat ipsam. Et qñꝗ; fit propter solutionem continuitatis. Inquit [d] Hip. ille cuius hepar repletur aqua, deinde rumpitur illud ad panniculum ventris, tunc cum repletur venter eius aqua moritur. Et [e] scias, ꝙ plurimum potus vini recentis, facit cadere in solutionem ventris hepaticam. Et qñ retentio solutionis conturbat, & eius solutio facit acquirere tranquillitatem, est mortale. Et scias, ꝙ cum longæ ægritudini senis succedit fluxus ventris & ipse est extenuatus & cum eius fluxus retinetur fit nocumentum, tunc eius fluxus est hepaticus, & eius corpus non recipit nutrimentum propter exiccationem viarum.

Infra a
B Gal.5.lo.af.c.7. 34.c
C T.1.c.14.
D 7. aphoris.55. & Auic.c.6.
E Li.1.F.3.d.2.c.8.

De signis. Cap. 2.

C Differentia quidem inter solutionem ventris hepaticam & eam, quæ fit ab intestinis, est qm̃ humores mali egredientes, & [f] sanguis ex intestinis sunt cum rasura dolorosa, & pungitiua, & paulatim sm̃ continuationẽ: & hepatica fit sine [g] dolore, & est [g] plurima, & non est semper continua in omni hora. Et [h] qñꝗ; distinguit inter vtrasꝗ;, permistio cum egestione, & separatio ab ea, & postpositio ab ea. In hepatica enim venit post egestionem parum permistionis. Differentia vero inter solutionem ventris hepaticam, & stomachicam, est qm̃ hepatica egreditur chylosa æqualis, in qua iam stomachus effecit, quod ei inerat, & remansit impressio hepatis in ipsa: & si esset stomachica flueret sicut fluit aliquid indigestum, & grauaret super stomachum, & esset cum ea nocumentum stomachi. Et quandoꝗ; egreditur aliquid indigestum non propter stomachum solũmodo, immo propter cõitatem hepatis etiam ad stomachum: verum pertinet ad stomachum, qm̃ nocumentum est in operatione eius. Et differentia inter solutionem ventris chylosam, quæ est ex hepate, & illam, quæ est ex mesaraica, est: qm̃ cum illa, quæ est ex mesaraica, non sunt signa debilitatis hepatis in colore & in vrina, & alijs. Sed differentia inter virus factum ex vlcere aut resudatione apostematis, & factum ex partibus alijs, est qm̃ ante primum est febris, & hoc aliud incipit sine febre: ꝙ si febricitat post illud, tunc est illud propter causam aliam. Et cum est virulentus quem diximus esse ex mesaraica & ex apostematibus in ipsa, est fluxus ventris chylosus purus absꝗ; signis

F Ga.6.lo.af.c.2.d
G Ras.13.con.t.1. c.1.155.1.&.2.
H Ras.153.1.

D debilitatis in ipso hepate ex apostemate aut dolore permutante colorem: & est febris, quæ ipsum comitatur, debilis. Et ad vltimum virus hepaticum est decliue ad albedinem, & rubedinem, ac si ipsum sit resudatio à pure & sanguine: & mesaraicæ decliuius ad albedinem, & citrinitatem. q. sit virus vlceris. Verum differentia inter spissam vel inter fæculentam, quæ est ab vlceribus, & corrosionem, & dubellet: & inter illam, quæ est à virtute, est: qm̃ cum illa, quæ est à virtute, reperitur leuitas, & egrediuntur cum ea colores diuersi, extranei, & non sunt cum ea signa apostematum. Et quandoꝗ; sunt ante ipsam oppilationes. Et quocunꝗ; modo sit, non antecedunt eam feb. & arefactio, neꝗ; antecedit eam solutio ventris lauatiua, aut sanguinea, subtilis: aut virulenta. Et illius, quæ est propter causam apostematum retinentivm sanguinem & corrumpentium ipsum, & non sunt ibi dubellati, signum est vt sit illic apostema, & non sit illic signum collectionis: & fit primo subtilis virulenta, resudatiua, deinde ĩgrossetur in fine rei. Et illam, quæ fit propter debilitatẽ [i] hepatis [a] incipiens ex lauatiua, & peruenit ad fæculentam, antecedit illud: & raro fit subito. Quod si fit subito, cum alteratione coloris, & casu virtutis appetitiuę, tunc ipsa etiã est à debilitate. Et cum causa est cõplexio, significãt ipsam signa eius. Et [k] fæculẽta, cuius causa est caliditas, similat sangui ni adusto, & antecedũt eã liquefactio humorũ, & mẽbrorũ, & fluxus ventris virulentus, & sitis, &

I Gal.6.lo.af.c.2.e
Supra a
K T.1.c.2.&G.8. de phar. sponte fm loc.c.6.194.c

paucitas appetitus,& vehementia rubedinis aquæ.Et qñq; ſunt cũ ea feb. & eſt eius egeſtio,ſicut E egeſtio [a] feb.peſtilentiæ in vehementia fœtoris,& groſſitudine,& tincturæ coloris: deinde egreditur in fine eius ſanguis niger.Et [b] illa cuius cauſa eſt frigiditas eſt ſimilis ſanguini putrefacto in ſeipſo,non ſicut caro liquefacta:& neq; eſt multa vehementia fœtoris:immo fœtor eius minor eſt fœtore calidæ:& eſt minoris frequentiæ quam calida & minoris coloris. Et quandoq; eſt ſanguis ſubtilis,niger.q.ſit ſanguis turbulentus aliquo modo non cõgelatus:& eſt inceſſus eius lauatiuus plus,& ſitis in principio ſui parua,& appetitus cibi eſt plurimus: deinde in fine ſui perducit propter ſui putredinem ad febres,& deijcit virtutẽ etiam, & perducit ad hydropiſim, & ad vltimum eſt longitudo cum extenſione diſpoſitionis.Et [c] ſignificatur illud,quod aſſociatur complexionali ex humiditate & ſiccitate,per diſpoſitionem eius,quod egreditur in ſubſtantia ſui,& per ſitim.Et in illa,quę fit aldubellati quandoq; eſt pus groſſum,& ſanguis fæculentus,& humores plurimi,ſicut ĩ oppilationibus. Verum ſigna aldubellati,& maturationis eius,et eruptionis ipſius ſunt ſicut iam [d] ſciuiſti,& cognouiſti ante.Et quandoq; currit aldubellati,& apoſtemoſa in principio ſui virus ſubtile,deinde cum erumpitur,egreditur ſanies,& quãdoq; currit cum ea ſanguis. Et illa quidem,quæ fit ab vlcere,aut corroſione eſt cum dolore in partibus hepatis: & cum paucitate eius, quod egreditur,& fœtore,& anteceſſione facientium neceſſario vlcera,& corroſionem.Et illa in qua eſt illud,quod egreditur ex ea ipſa caro hepatis,eſt nigra groſſa,& aſſociatur ei debilitas propinqua morti,& nocumenta prædicta.Et illam,quæ fit propter repletionem, & à retentione curſus,aut inciſione membri,aut dimiſſione exercitij,aut ſimilibus, ſignificat, q̃ eſt cauſa eius: & fit ſubito cum multitudine,& abſciſſione veloci,& paroxyſmo. Et [e] in omni, cuius res protenditur in fluxu ventris longo,ſiue ſit fæculentus,ſiue virulentus,aut alius ab hoc,vt cum fluxu egrediatur nigrum,parum habetur ſpes:& fortaſſe conferunt ei medicinæ fortes,ſtypticæ & nutritiuæ parum glutinatiuæ:verum earum vltima conſecutio non perducit ad ſanitatem.Huius vero capituli curationem poſtponemus vſq; ad [f] capitulum ſolutionis ventris.

A Li.4.Fen.1.t.4.c.2.& G.8.de phar. ꝯpõne ſm loc.c.4.194.c
B G.8.de pharm. põne ſm loc.c.4.194.c
C Gal.ibi.194.d
D T.3.c.10.
F
E Hip.2.pgn.22
F Primũ t.2.F.16

De cachexia.i.Malo corporis habitu. *Cap. 3.*

QVando corrumpitur diſpoſitio hepatis,& dominatur ſuper ipſum debilitas, accidit in primis diſpoſitio antecedens hydropiſim,& nominatur cachexia,& [g] appropriat̃ nomine corruptionis complexionis.In primis itaq; permutatur color corporis,& faciei [h] ad albedinem,& citrinitatem:& apparet [i] altebegi ĩ palpebris,& facie,& extremitate manuum,& pedum. Et qñq; expargitur in totum corpus ita,vt fiat ſicut maſſa, & [h] conſequitur ipſam corruptio digeſtionis:& qñq; appetitus fit fortis:& [h] eſt natura in ſui retentione,et eius ſolutione nõ ſm ordines. Et ſilr̃ eſt diſpoſitio ſomni & vehementis ſomnolentiæ qñq; & vigiliarũ & prolõgationis earum vice alia.Et [k] minorant̃ cum ea vrina,& ſudor,& [k] multiplicat̃ vẽtoſitas,& fortis fit inflatio in mirach:& [k] qñq; inflant̃ teſticuli.Et [k] cum accidit ei vlcus,fit difficilis eius cõſolidatio propter corruptionem cõplexionis. Et qñq; accidit in radice gingiuarũ & gingiuis caliditas, & pruritus ꝓpter vaporem corruptũ aſcendentẽ,& fit corpus pigrũ mollificatum. Et qñq; accidit diſpõ ſimilis cachexiæ ꝓpter aggregationẽ aquæ in pulmone.Et fit forma patientis eã,ſimilis formę hydropiſis.

G Fẽ.13.t.1.c.13.
H Aeti.li.3.ſer.2.c.19.
I Ser.t.4.c.6.
G K Ser.t.4.c.6.

De hydropiſi. *Cap. 4.*

HYdropiſis [l] eſt ægritudo materialis, cuius cauſa eſt materialis extranea frigida ingrediens membra,& tumeſcunt per eam aut membra manifeſta omnia,aut loca vacua partiũ, in quibus ſunt regimen nutrimenti,& humores.Et [m] diuiſiones eius ſunt tres.ſ.hypoſarcha in qua cauſa eſt materia aquoſa phlegmatica ſparſa cum ſanguine in membra.Et aſclites,in qua cauſa eſt materia aquoſa effuſa in ſpatiũ ventris inferioris,& quæ ſequuntur ipſum.Et tympanites,in qua cauſa eſt materia ventoſa ſparſa in illas partes.Et hydropiſis quidem habet cauſas, & iudicia cõmunia. & omnis hydropiſis habet cauſam & iudicium propriũ.Et [n] non quidem accidit hydropiſis abſq; ægritudine hepatis propria:aut propter cõmunitatem eius.licet qñq; ægrotet hepar: & non accidat hſidropiſis.Et cauſæ hydropiſis omnino,aut ſunt proprie hepaticæ, aut ſunt cum cõitate. Et [o] cauſarum propriarum dignior,& cõior eſt debilitas digeſtionis hepaticæ,& ipſa eſt.q.cauſa coniuncta.Cauſæ vero antecedentes ſunt omnes ęgritudines hepatis,complexionales,& inſtrumentales:ſicut paruitas,& oppilationes,& apoſtemata calida,frigida,et mollia,et dura,oppilantia orificium venæ [p] †{alhaleb}& durities ſiphac continentis ipſum.Et [q] complexionales ſunt inflammantes:& faciunt hydropiſim plus illis cum gradatione reſolutionis innati caloris, aut extinctionis eius ſubito. [r] Intelligo autem per reſolutionem huiuſmodi illud, quod ſciunt medici, q̃ calori innato accidit reſolutio paulatim,aut [s] extinctio ſiue ſit ex calido ſiue ex frigido: [t] ſicut potu aquę frigidæ in ieiunio,& poſt balneum,& exercitium,& coitum:& humectante ſuperfluo, & exiccante poſt liquefactionem.Et [v] euacuationes ſuperfluæ per ſudorem,& vrinã, & ſolutionem vẽtris, & raſuram,& [x] menſtrua,& [x] hęmorrhoides.Et nocibilior euacuationũ eſt euacuatio ſanguinis. De ægritudinibus vero officialibus [y] dictũ eſt in capitulo cuiuſq; earum, qualiter perducit ad hydropiſim. [z] Cauſæ autem hydropiſis cum cõitate ad ipſum:aut ſunt per cõitatem cum corpore toto ita vt calefiat ſanguis eius valde:aut infrigidetur valde propter aliquam cauſarum.Aut eſt propter frigus ſtomachi,& malitiam [a] complexionis eius:& proprie cum ſuccedit diarrhœa. [b] Aut eſt propter meſaraicam. [c] Aut propter communitatem ſplenis, propter magnitudinem ſuam propter apoſtemata in ipſo dura:aut lenia,aut calida: aut multitudinem euacuationis melancholiæ.

Et

L Ser.t.4.c.7.
M G.4.de vic. ratione in acut.111.h,& 5.loc.af.c.7.h
N G.5.lo.af.c.7.f
O Gal.2.naturali. c.8.g,&.6.aphori. 12.e,&.1.pgno.1.f
H
P† inguinis
Q G.6.lo.aff.c.1.b
R Raſ.19.con.t.1.c.1.192.1.
S Raſ.ibi.193.
T G.5.lo.af.c.7.a.&.6.c.1.c,& Raſ.192.1.
V G.4.de pſag.ex pulſ.c.9.e
X G.5.lo.af.c.7.i
Y T.3.c.1.&.2
Z Gal.2.pgnoſ.1.f.g
A Fẽ.16.t.1.c.2.
B Raſ.190.2.
C G.5.lo.af.c.7.b.&.6.c.1.c

A Et perducit superfluitas eius ad debilitatem hepatis per illud, quod expanditur de virtute melancholiæ motæ ad hepar & ad infrigidationem eius, & applicationem nocumẽti eius ad ipsum: sicut peruenit ad cerebrum, & fit guelgues. Et [a] magnitudo splenis perducit ad hydropisim, & ad debilitatem hepatis, propter duas causas: vna earum est multitudo eius, quod extrahit de hepate, & remouet virtutem eius: & altera est cum debilitate virtutis hepatis ſm semitam, qua ei cõtrarius est, & quod prohibet ipsum generare sanguinem bonũ. Et [b] qñq; est per cõitatem renum, & propter frigiditatem renum: aut propter caliditatem eorum proprie, aut propter oppilationẽ in eis, & duritiem: [c] quare non attrahunt aquositatem, quãuis hepar ægritudinem nõ habeat. Et qñq; fit propter intestina, & ægritudines eorũ: & [d] proprie ieiuni, propterea quia est ei propinquum. Et propter vesicam, & matricem, aut [e] pulmonem, aut diaphragma. Et non est omne, quod accidit propter cõitatem renum, propter cõplexionem eorum, immo qñq; est propter oppilationes eorum, & [f] apostemata ipsorum: quare non attrahunt. Et similiter est dispositio in eis, quæ accidunt propter cõitatem intestinorum. Non enim omnia sunt propter alterationem dispõnis intestinorum in qualitatibus tantum, immo qñq; sunt [f] propter dolores intestinorum ex punctura, & rasura, & [g] colica vehementis doloris & alijs: quare debilitatur hepar propter illa. Et similiter illud, quod fit propter cõitatem matricis non est in qualitate eius tantũ, immo propter dolores eius. & retentio-
B nem menstruorũ in ea. Et qñq; fit propter cõitatem ficteris propter retentionẽ sanguinis hæmorrhoidarum: sic in membris alijs prædictis. Et plurimum quidem cõicant membra fæcis cum concauitate: & mẽbra prouocationis, & anhelitus cum gibbositate. [h] Verũ plurimæ cõicationes perducentes ad hydropisim, sunt cõicationes cum renibus & intestino ieiuno & splene, & mesaraica, & stomacho. [i] Quidam aũt dixerũt, q qñq; accidit hydropisis propter apata accidentia in locis vacuis proprie inferioribus propter malitiam cõplexionis eorum transeuntẽ ad hepar, & nocẽtem ei: Aut sanguinẽ melancholicum, qui multoties coarctat in eis, & generat oppilationes in eis, quæ vicina sunt illis, perueniendo ad ea, & diarrhœam, & est primum perducens ad hydropisim post [k] tolerantiam doloris confirmati in partibus iliorum: seu alchatin. i. lumborum, qui forsitan nõ resoluitur per medicamen & euacuationem. [l] Et hic est sermo non bonus. Et [m] deterior quidem hydropisis est illa, quæ est cum ęgritudine acuta. Et [n] sunt hoĩes quidam quibus videt, q hyposarcha est deterior alijs: qm corruptio in ipsa cõicat hepati, & oĩbus venis corporis, & carni ita, vt destruatur plurimum digestionis tertiæ. Et [o] ex eis sunt, quibus videtur, q ipsa sit leuior alijs ita, vt sit leuior tympanite. Verũ dignius est, vt sit asclites malignior illis oĩbus: deinde ex hyposarcha sit aliqua, quæ est leuior oĩbus: & sit ex ea alia, quæ est valde mala: & illud ſm consideratione causarum facientium cadere in ipsam. Et in manifesta quidem dispositione, et in plurimo, quod quidem ex-
C perimentũ facit esse necessariũ, oportet vt sint plurimæ species hyposarchæ leuiores: & non oportet necessario, vt sit hepar debile in eis, ſm q est in illis reliquis. Et [p] homo de quo vehementius timetur, cum aduenit ei hydropisis, est ille cuius cõplexio naturalis est calida & sicca. Non. n. ægrotat per contrarium suæ complexionis, nisi propter rem magnam. [q] Hydropisis autẽ eueniens propter duritiem splenis, magis salua est, quam adueniens propter duritiem hepatis: immo est in qua speratur curatio. Et [r] qñq; dominatur materia hydropisis adeo, donec faciant accidere dyspnœam & cõstrictionem anhelitus, & tussim. & illud significat propinquitatem mortis in tribus diebus. Et qñq; alteratur anhelitus propter compressionem officialem, & hæc est magis salua. Et [s] quandoq; accidunt eis prope mortem, vlcera oris, et gingiuarum propter malitiam vaporum. Et [t] in fine eius accidunt vlcera in corpore, propter malitia complexionis sanguinis. Et dicitur, q quando descendit ex hydropico, quod est sicut aqua carnis pronuntiat mortem eius. Et [v] si alicui accidit hydropisis habenti melancholiam, resoluitur melancholia, propterea quia hydropisis humectat eam. Et scias, q fluxus ventris in hydropisi, mortalis est. Et oportet quidem vt habẽs hydropisim sciat illud, quod de ipso primum inflatur: scilicet an sit pecten aut pedes, aut dorsum, & partes renum, & alchatin, aut intestinorum. Et oportet vt sit natura in lenitate, & siccitate cognita. Natura enim sicca melior est, quam cum ipsa est lenis: & proprie in incipiente exalchatin, & renibus. Et
D [x] cum incipiente quidem ex alchatin multiplicatur lenitas naturæ, propter reuersionem humiditatum cibi ex eo ad intestina: & [y] siccitas in incipiente ex anteriori est plus. Et oportet vt cognoscas dispositionem locorum sicut partium vmbilici & pectinis an sit tabefacta, aut carnosa. [z] Carnosa enim significat fortitudinem, & tolerantiam solutionis ventris: & considera etiam an oscum cõicet in inflatione, aut non cõicet. Et quando cõicat oscum timetur resudatio. Et resudatio est laboriosa ægritudo faciens ægrum diu pati & facit cadere in vlcera maligna, difficilia ad sanandum.

De causis proprijs asclitis. i. Ascitis. *Cap. 5.*

Causa coniuncta in ipsa est, q superfluitas aquosa non egreditur ex parte sui exitus, quare reuertit necessario, & fluit ad aliũ locum, quã ad illum in quo cõprehendi & cõstringi solet necessario. Aut ſm semitam resudationis, aut separatione vaporũ quos permutat & conuertit coarctatio in aquam propter multitudinem materiei: Aut propter vehemẽtiam expulsionis, qua expellit natura necessitate vincente in vijs, quas habent supe rfluitates ad spatiũ ventris, & ad concauitatem ventris, in qua sunt intestina. Et plurimum stationis eius non est inter zirbum & inter siphac intrinsecum & [a] non pertransit zirbũ nisi ꝑpter corrosionẽ zirbi. Et tu [b] iam sciuisti, quod expulsio naturalis qñq; facit penetrare pus ĩ ossibus, nedũ ab alijs, aut ſm semitã scissurę aliquorũ meatuum,

A G. 6. lo. af. c. 1. c. & Ras 20. ꝯti. t. 1. c. 1. 200. 2.
B Gal. 5. loc. affect. c. 7. h. g
C Gal. 3. de sympt. cau. c. 2. fo. 28. c
D G. 5. lo. af. c. 7. h
E Fẽ. 10. t. 1. c. 3. & Ga. ibi. & Aeti. li. 3. ser. 2. c. 20.
F Ras. 19. cont. t. 1. c. 1. 193. 3.
G Fẽ. 13. t. 3. c. 6.
H Gal. 2. ꝑgno. 1. f
I Ser. t. 4. c. 7.
K Hip. 4. apho. 11.
L Ras. 19. con. t. 1. c. 1. 190. 4.
M Hip. 2. ꝑgno. 1.
N Ras. 191. 3.
O Ras. ibi. 191. 2. & 3. & lib. diuisi. c. 65.
P Ras. 19. cont. t. 1. c. 1. 191. 2.
Q Ras. 191. 1.
R Hipp. & Gal. 6. apho. 35. & 7. apho. 47.
S Ras. ibi. 193. 1.
T Hipp. 6. apho. 8.
V Hip. 7. aphor. 5.
X Hip. & G. 2. ꝑ-gnost. 2. g. h
Y Hip. & Ga. 2. ꝑ-gnost. 3. h
Z Hipp. & Gal. 2. apho. 35.
A Cap. 6. & Ga. 7. apho. 55.
B Gal. 7. aphor. 54.

meatuum,qui præparati sunt cibo ad hepar:quare attrahitur aquositas ad eos antequã ad hepar. E
Aut ſm semitam,quam dixerunt [a] quidam antiquorum sublimiũ,& secuti sunt eam quidam anti- A Ras.19.cōti.1. c.1.193.1.&.193.2.
quorum posteriorum.s.ꝙ illa reuersio est in orificijs venarum,quæ perueniũt ad vmbilicũ in em-
bryone,& sumitur ex eis cibus & orificijs,quæ sunt venientia ad ipsum,& egreditur ex eis vrina,
qm̃ infantes dum sunt in ventre mingunt ab vmbilico suo:& orti anteq̃ ligentur mingunt etiam
ex vmbilico suo. Cumq́ prohibetur,ex illo latere tendit ad vesicam. Cum ergo necessitatem fa-
ciunt oppilationes,& resistentia virtutum expulsiuarum ex partibus alijs, penetrat aquositas in
illis venis,donec perueniat ad orificia earum.Cumq́ non inuenit meatum ad vmbilicum dilatan
tur ad ventrem,& aperiuntur,& fiunt valde latiores ſm comparationem ad creationem suã pri-
mam:& coarctantur meatus,qui sunt apud gibbositatem.Ipsi.n.[b] sunt stricti,& augmentatur stri B Ras.19.con.1. c.1.193.2.
ctura eorum,plusq̃ illorum,qui sunt apud concauitatẽ.Et nõ elongatur quin sit euacuatio aquo-
sitatis ex ventre,adueniens ex istis partibus.Et medicina quidem inuenit viam per eas ad hepar:
deinde ad intestina.Et [c] causa quidem huius causæ coniunctæ,aut est in virtute separatiua, aut in C G.3.de sympto. c.2.a
materia separata aut in vijs.Causa itaq; quę est in virtute separatiua est,qm̃ separatio est cõis inter
virtutem expulsiuam in hepate,et virtutem attractiuam in renibus:cum ergo debilitantur ambę,
aut vna earum:aut fuerit in vijs oppilatio,& proprie cum est in renibus apostema durum,& non
separatur aquositas,& non recipit eam corpus,& non tolerant eam viæ,tunc necessario est vnus F
modorum casuum hydropisis asclitis.Et propter hoc qñq; accidit hydropisis propter debilitatem
& ægritudinem in hepate solum.Causa autem,quę est in separato est vt sit aquositas plurima val-
de,vltra quam virtus separare possit,aut sit non bene digesta.Et aquositas quidẽ fit plurima val-
de,propter potum aquæ frigidæ plurimæ,& hoc propter vehementiam sitis dominantis propter
complexionem in hepate,facientem sitim:aut propter causam aliam facientem sitim: aut propter
oppilationem cum qua non attrahitur ad hepar aliquid de quo sit curandum, quare assidua fit si-
tis super multitudinem potus:aut qm̃ aqua non confert siti,aut quia calida est,nõ frigida,aut quia
in ipsa est qualitas faciens sitim ex salsedine,aut bauracitate,aut alijs. Pars autem alia est,qm̃ cum
non ęquatur digestio cibi humidi,recipit corpus aut hepar partem cibi humidi,& redit par eius,et
implet vias:& qñq; perducit ad causam hydropisis asclitis prædictæ, si dominatur aquositas: aut
tympanitis,si dominatur ventositas:et illud in digestione secunda.Causa autem,quę est in vijs est
vt sint illic apostemata,& oppilationes prohibẽtia aquositatem ab incessione viæ suę,& penetra-
tione in parte sua:immo prohibet,& conuertit eam ad partem aliam, quam ad viam suam. Et qñ
expellit natura ex hydropico aquositatem hydropisis per seipsam,significat euasionem.Et in plu
ribus horis cum perforatur hydropicus,redit inflatio in spatio trium dierum. Et ſm plurimum fit
illud ex ventositate.Inquit [d] Hip.ab illo,qui habet phlegma plurimũ inter diaphragma & stoma- G D 7.apho.54.
chum,faciens ei dolorem:tunc cum ipsum vadit in venis vsq; ad vesicam,resoluitur ægritudo.In-
quit [d] Gal.melius est vt præcipitetur phlegma ad pectinem non ad partem vesicæ. Quomodo.n.
resudabit ad eam cum sit phlegma,& non sit aquositas subtilis? Et dico ego non elongatur quin
resoluatur,& subtilietur.Et non elõgatur quin sit expulsio eius ſm electionem naturæ ad partem
aliquam propter necessitatem suam,aut sit in partes alias propter causam mediantem seu prohi-
bentem sicut expellitur pus,quod est in pectore ad cõcauam,& ad vesicam.Hæc autem penetra-
tio non est mirabilior penetratione puris in ossibus pectoris.Et illud, quod [e] quidam dixerunt, ꝙ E Ras.ibi.191.4.
forsitan intellexit per phlegma aquositatem,etiam est longinquũ,& nõ est necessarium. Et [f] qñq; F Fē.16.1.1.c.1.& li.1.Fē.2.do.3.c.11.
accidit vt infletur venter sicut in hydropisi,in eo qui habet vlcera intestinorum:deinde perforen-
tur,& non moriatur:& illud est,quoniam egestio effunditur ad ventrem eius,et magnificatur:sed
hoc,secundum me quãuis dicatur,est sicut longinquum.Mors enim magis antecedit,quam illud,
& proprie cum est eruptio ex superioribus.

De causis proprijs hyposarcæ. *Cap. 6.*

CAusa antecedens in ea est corruptio in [g] digestione tertia,decliui ad cruditatem,& aquosita- G Ras.19.con.1. c.1.192.3.
tem, & [h] phlegmaticitatem:& sang.non adhæret corpori adhęrẽtia naturali,propter sui ma- H G.3.de cau.sym pto.c.2.b.c,& c.1.c
litiam.Et qñq; antecedens in hoc corruptio digestionis secundę aut corruptio digestionis primę, H
aut corruptio eius,quod comeditur,aut phlegmaticitas eius.Et cum debilitantur digestiua, & re-
tentiua,& separatiua in hepate ipso:& fortis fuerit attractiua in membris, & debilitatur digestiua
in eis,est huiusmodi hydropisis.Et plurimum eius est propter frigiditatem hepatis propriam aut
per cõitatem quãuis non sint apostemata aut oppilationes prohibentia penetrationem cibi:& est
plurimum propter frigiditatem venarum corporis,& ægritudines eis accidentes & oppilationes
existentes in eis ex comestione [g] viscosorum,& [i] luti,et similium.Et qñq; est propter stationem in I Ras.196.4.
frigore aeris frigidi,in quo iam fortem efficit impressionẽ.Et qñq; accidit causa caliditatis liquefa
cientis corpus,& humores:cum ergo accidit oppilatio,non potest cum eo penetrare humor viru-
lentus,liquefactus in partes renum,quare dispartitur in corpore,& plurimum huius fit subito.Et
[k] fluxus quidem ventris qñq; est valde iuuatiuus in hyposarcha.Et natura qñq; studet vt expellat K Hip. & Gal.7. apho.29.
superfluitatem aquosam in vijs naturalibus,& non naturalibus. Sed qñq; deficit ab illa expul-
sione.Aut fortasse antecedit penetratio eius non naturalis in modis prædictis dominium expul-
sionis naturalis super eam. Et fortasse non recipiunt eam meatus. Et fortasse expulsiua expellit
eam ad partem hepatis:qm̃ eius aquositas est ex genere eius,quod expellitur ad hepar.Cum ergo
non

A non recipit eam hepar, & quæ sequuntur ipsum, propter debilitatem, aut propter multitudinem materiei, aut quoniam corpus non recipit propter oppilationes, aut alia, hæsitat inter duas expulsiones. Inquit [a] Hipp. cuius hepar repletur aqua: deinde erumpit aqua illa ad panniculum ventris impletur venter eius, & moritur. Inquit [a] Gal. intellexit per illud vesicas plurimas, quæ accidunt super manifestam partem hepatis, & congregatur aqua, cum erumpuntur, & sunt multæ: colligitur aqua in spatio & [b] parum penetrat in zirbum nisi propter corrosionem zirbi ex illa parte. [b] Et dixit hæc aqua est sicut aqua hydropici. Et quãdoq; efficitur hydropicus & qui non moritur: immo egreditur aqua eius, & viuificatur cum natura aut medicatione. Et similiter non elongatur in hoc quin rarum sit, aut elongatur quòd reuiuiscat: & ego existimo quòd moritur: quoniam hæc aqua est deterior in substantia sua: quare corrumpitur in spatio, & interficit vapore suo: quoniam hepatis eius tunica continens ipsum, iam corrupta est.

A 7. aphor. 55. & Aui. c. 1.

B C. 5. & Gal. 7. apho. 55.

De causis tympanitis. Cap. 7.

C Ras. 19. cõti. t. 1. c. 1. 192. 3.

PLurimum causarum tympanitis est corruptio [c] digestionis primæ propter virtutem: aut propter materiam: Ipsa enim cum non valde digeritur, cũ iam in eam egerit caliditas debilis operationem aliquam, non fortem, & abhorret eam corpus, & expellit ipsam primum ad quod cõuertitur, est vapor, & ventositas. Et quandoq; sunt istæ materiæ contentæ in partibus stomachi, & in-B testinorum quandoq; efficientes punctionem vel dolorem continuum, quoniam caliditas naturalis nõ fortis faciens in eis resolutionem debilem permutat eas in ventositatẽ, & proprie cum stomachus est frigidus & humidus, quare non præparat ad digestionem hepatis: deinde est in hepate caliditas quæ vult digerere rem non preparatam vel non dispositam adhuc ad digestionem suã. [d] Et quandoq; est illud propter caliditatem vehementem extraneam in stomacho, & hepate, incipiendo ad cibos humidos, & humiditates corporis, antequã dominetur super eos digestio, quæ prouenit à caliditate innata, & efficit in eis operationem nõ naturalem, & resoluit eos in ventositatem ante digestionem. [e] Est ergo causa tympanitis debilitas digestionis primę, & debilitas caloris: aut propter vehementiã caliditatis dñantis, quę non dimittit tempore digestionis, aut propter cibos. [f] Et qñq; accidit in febribus pestilẽtialibus, & in pluribus finibus ægritudinũ acutarũ inflatio ventris, quasi tympanites, ex quo auditur sonitus tympani, si percutiatur manu, & est signum malum valde.

D Ras. 19. ꝯti. t. 1. c. 1. 191. 1.

E G. 3. de sym. cã. c. 1. c

F C. 16. & lib. 4. F. 1. t. 4. c. 2.

De signis communibus. Cap. 8.

G Gal. de sym. differẽt. c. 5. b. & Aeti. lib. 3. ser. 2. c. 20.

H Ras. 19. cõti. t. 1. c. 1. 192. 1. & 2. & 4.

I G. 2. pgnost. t. 2. & 3. & 2. art. cur. ad Glau. c. 3. f

K Aeti. lib. 3. ser. 2. c. 20.

L Gal. 5. loc. c. 7. a. & Aeti.

M Ras. 19. ꝯti. t. 1. c. 191. 1.

N Lib. 1. F. 2. do. 3. sũ. 2. c. 2. & Ras. 19. ꝯti. t. 1. c. 2. 197. 2

O C. 10. & F. 16. t. 1. c. 2.

P Hipp. 2. pgnost. t. 3.

Q G. 2. pgnos. t. 2.

OMnes [g] species hydropisis sequitur corruptio coloris. [h] Et est color in splenetico decliuis ad viriditatem, & nigredinem. [i] Et in omnibus accidit inflatio pedum propter debilitatem caliditatis innatæ, & propter humiditatem sanguinis, & eius vaporem, & inflatio amborũ oculorum, [k] & inflatio extremitatum aliarum. [k] Et omnes illæ non euacuantur ex siti clamosa, [k] & cõstrictio-C ne anhelitus. [k] Et plurimum earum est cum paucitate appetitus cibi, propter vehemẽtiam appetitus aquæ, [l] nisi accidat quæcunq; illarum sit, à frigiditate hepatis, & proprie à potu aquæ frigidæ in non sua hora. [m] Et in omnibus illis, & proprie in asciti: deinde hyposarca, minoratur vrina. Et [n] in pluribus dispositionibus rubet, propter paucitatem suã, quare aggregatur in ea tinctura, quæ sparsa est in plurima, & etiam propter paucitatem separationis sanguinis & choleræ rub. ab vrina. Non ergo oportet vt iudicetur propter tincturam aquæ, & rubedinem etiam, super caliditatem hydropysis. [k] Et accidunt eis plurimum fe. tepidæ. [m] Et multoties accidunt eis bothor, quæ erupte emittunt à se aquam citrinã. [o] Et multiplicatur diarrhœa in hyposarca, & tympanite. [p] Et cum est initium hydropisis ex apostemate in hepate, astringit̃ natura, & apostemantur pedes: & est tussis sine sputo: & accidunt apostemata in latere dextro & sinistro, quæ occultantur: deinde apparent, & plurimum illius fit in asciti: Et si incipiat in ambobus ilijs, & alchatin: incipit apostema ex pedibus: [q] deinde accidit diarrhœa longa quæ [q] nõ resoluitur, et neq; egreditur cum ea aqua. Et hydropisis cuius causa est calida, est cum signis caliditatis, & ex inflãmatione, & siti, & citrinitate coloris, & amaritudine oris, & vehementia siccitatis in corpore, & casu appetitus cibi: & vomitu citrino, & viridi: & fortis fit adustio vrinæ in fine eius propter vehementiam choleræ. Et si est ex genere eius in quo multiplicatur liquefactio & expulsio ad duas vias naturales, significant ipsam multitu-D do citrinitatis, & signa liquefactionis, & antecessio egestionis: & vrinæ lauatiuę, & virulẽtæ: & incipit ex partibus iliorum, & alchatin. Et similiter omnis hydropisis facta ab ægritudinibus acutis. Et hydropisis cuius causa est frigida, est cõtraria huic. Et qñq; vehemens fit cum ea appetitus cibi valde sicut in frigiditate stomachi postea cum superfluit complexio cadit. Et hydropisis cuius causa est apostema durum cognoscitur per signa eius, & diarrhœam, & paucitatem appetitus cibi. Et illa cuius causa est apostema calidum, incipit ex parte hepatis: & constringitur cum ea natura. & sunt reliqua signa quæ sunt apostematis calidi. Et spleneticam quidem significant color ad viriditatem decliuis: et ægritudo antecedens in splene: et quandoq; non cadit cum ea appetitus. Et similiter cum est ex renibus non cadit appetitus in hora, et in quantitate qua cadit in hepatica: et antecedunt eam ægritudo renum, et apostemata eorum, et vlcera ipsorum.

De signis ascitis. Ascitis. Cap. 9.

R Gal. 4. apho. 11.

S Ras. 193. 3.

T C. 11. & Ras. 193. 2.

CVm asciti est grauitas sensibilis in ventre. [r] Et cũ percutitur venter nõ est sonitus ei: sed quãdo cõmouetur, ex eo auditur sonitus aquæ cõmotæ. [s] Et similiter quando permutatur habẽs eam ex latere ad latus. [t] Tactus eius est tactus vtris pleni: nõ vtris in quo est inflatio. [t] Et nõ fiunt cum ea membra infirma vel pinguia, et non est magnitudo membrorũ eorum, sicut in hyposarca:

immo

immo arefiunt.[a] Et est semper super cutem corporis splendor cutis humidæ extensæ.[b] Et quandoq; cũ ea est apostema virgæ.[a] Et accidit inflatio testiculorum.[c] Et est pulsus habentis eã paruus, frequens, decliuis ad duritiem, cum aliquanta tensione, propter tensionem velaminum. Et quandoq; declinat in fine eius ad lenitatem, propter multitudinem humiditatis.[d] Et quando est hydropisis asclites eueniens subito, post lapidem exeuntem, absq; causis manifestis in hepate: tunc scias, q; vna duarum viarum pororum vritidum iam disrupta est. E

A Ras.19.cõti. c.1.193.3. B Ras.ibi.193.1. C G.de pulsi.ad tyro.fol.46.d D Ras.191.4.

De signis hyposarcæ. Cap. 10.

CVm [e] ipsa est, apparet cum ea inflatio in corpore toto, sicut accidit corpori [e] mortui. Et impinguantur membra in ipsa. Et proprie facies est decliuis ad pinguedinem, nõ ad arefactionem. [f] Et cum premunt digiti in omni loco corporis eius, fit compressio profunda. Et non est in ventre eius de inflatione, & commotione, aut inflatione, & exitu vmbilici & tensione in modum tympani que est in ventre asclitis & tympanitis.[g] Et secundum plurimum sequuntur eam diarrhœa & lenitas naturæ tendens ad albedinem.[h] Et quandoq; pulsus eius est vndosus, latus, lenis.[i] Etiam dictum est, q; quando est in facie hominis: aut manu eius sinistra, mollities, & accidit ei in principio huius accidentis, pruritus in naso moritur in secundo die aut in tertio.

E Aeti.li.3.ser.2.c.20. F Halya.9.theo.c.31.& Ras.191. G C.8.& F.16.c.2. H G.de pulsi.ad tyro.fol.46.d I Ras.19.cõti.c.1.192.4.

De signis tympanitis. Cap. 11.

EGreditur in ea vmbilicus plurimo exitu. Et neq; est illic de grauitate illud quod est in ascliti: F sed quandoq; est in ipsa de tensione, quod nõ est in ascliti: immo quãdoq; est, quasi sit chorda tensa.[k] Et non est in ipsa pinguedo membrorum, sicut est in hyposarca: immo incipiunt membra tendere ad arefactionem.[l] Et cum venter percutitur manu, auditur ex eo sonitus vtris, in quo est inflatio, non vtris pleni aqua. Et est appetens eructuationem semper, & melioratur ea, & exitu vẽtositatis.[m] Et eius pulsus est longior pulsu aliorum hydropicorum: & non est debilis cum non debilitatur virtus cum qualitate sua. aut grauitate repletionis asclitis. Et est secundum plurimum velox, & frequens, decliuis ad duritiem, & tensionem. Et non est inflatio pedum sicut est in alijs.

K C.9.& Ras.192.1. L Gal.4.apho. M Gal.de pulsi.ad tyro.fo.46.d

De cura cachexiæ. Cap. 12.

COnsidera an sint in corporibus eorum humores diuersi, cholerici, & educãtur solutione ventris cum hierap.[n] Ipsa enim educit superfluitates absque humiditatibus innatis. Et si sciueris q; humores eorum sunt viscosi, grossi, solues cum hiera diacoloquinthidos, Et quandoq; confert in ea[n] aloes, & [n]coloquinthida, & polypodium, et agaricus cum scãmonea. Et pondera in illis erũt secundum quantitatem quam existimaueris de subtilitate humorum, & grossitie eorum: & virtute corporis: & debilitate ipsius. Et quandoq; indigent eis, quæ sunt sicut [o] elle. niger, si non valẽt alia in mundificando, & educendo superfluitates viscosas. Et cum hoc toto oportet, vt subtile studium sit in soluendo eos & separes in eis illud, quod inpotu sumũt. Et quoties imaginaris quod G materia aggregetur, non permittas ipsam figi: sed itera eũonem. Et cum hoc oportet vt tu consideres stomachos eorum, ne lædãtur à solutiuis: & ponas eorum solutiua aromatica, sicut xyloaloe crudum, & similia. Si autem virtus fuerit fortis, non multiplices cogitationem in hoc: sed euacua quantitatem sufficientem. Et ad summum oportet, vt sit regimen prohibens generationem superfluitatis. & illud quidem cum eũonibus subtilibus, frequentibus. Et deuitent phlebotomiam quãtum possibile est.[p] Et si fuerit necessaria propter repletionem sanguinis, aude super eam cum timore & partire in diebus tribus aut quatuor: Et cum plus est necessaria phlebotomia, est quando causa est ex retentione sanguinis hæmorrhoidarũ, aut menstruorum.[n] Et melius quidem est, vt eũo fiat in primis cum eis, quæ mundificant sanguinem, sicut hiera, & similibus: deinde si nondũ sufficit, extrahe sanguinem paucum. Et in pluribus dispositionibus quas habẽt, necesse est vt euacues cum eis, quæ educunt humores solutione ventris, & aperiunt oppilationes. Deinde cum eis, quæ prouocant, & aperiunt oppilationes.[n] Et clysteria subtiliantia, & resoluentia humiditatẽ solutione educentia eas, conferunt in ea valde. Cum ergo euacuantur, [p] tunc illud quo melius curantur, est exercitium temperatum, & minoratio potus aquæ, & [q] balneatio cum aquis de baurach, & sulphureis, & aluminosis: quod si desunt, tunc fiat [r] cum aqua maris.[s] Balnea autem dulcia nocent eis, nisi vtantur eis siccis: & sudent in aere eorum calido.[t] Et vt vtantur vomitu ante cibũ: est enim H bonum regimen eis. Et oportet vt sit in principio rei cum raphano infuso in syrupo acetoso: & in fine eius cum elleboro. Et vt declinat ad exiccationem quantum possibile est, & ad apertionem. Et vtantur in emplastris ipsorum, & potibus eorum, medicinis exiccatiuis, aperitiuis, subtiliatiuis, aromaticis: sicut spica, & casia, & cinnamomo: & medicinis subtiliantibus, sicut absinthio, & keisim, & eupatorio, & semnie vrticæ, & camepityos, & aristotel'.ro. & succo cucu. asinini, & folijs mezereon, & [v]†{giausir}& alkekengi cum proprietate sua, & ponatur in emplastris ipsorum sulphur, & succus cucu. asinini, & radix mezerion, & folia eius, & nitrum, & cinis lilij, & spuma maris. Et ista & similia horum conueniunt fricationi eorum in balneo. Et conferunt eis miua, [x]†{& alcandicun,}& vinum odoriferum subtile paucum, & syrupus meisusen. Et ex eis quæ conferunt eis valde, sunt syrupus de [y] absinthio in ieiunio Et de confectionibus præcipue post mundificationem, sunt [z] theriaca & mithridatum, & diacurcuma, & kalkalãzi cum seminibus. Et qñq; sumunt in potu de lactibus lac camelarum, & vrinas earum: & proprie in corporibus solidis, fortibus: & proprie quando antiquatur cachexia, & existimatur q; fiat hydropisis. Et quandoq; sumuntur in potu vnci. ij. de vrina camelarum cum serapino cuius plurimum sit vsq; ad aure. 5. Et similiter de vrinis

N Ser.t.4.c.6. O Pau.lib.3.c.47. P Ser.t.4.c.6. & Aeti.li.3.ser.2.c.19 Q Ser. & Aeti. & Gal.1.de de simpl. medi.fac.c.7.e R Diosc.lib.5.c.3. S C.13. T Ser.t.4.c.6. V † panax X † vinum decoctum cum aromaticis & zuc. Y Aeti.li.3.ser.2.c.19. Z Gal. de theri. ad Piso.c.13.d

A vrinis caprarũ. Et qñq; rectius est, vt cõmisceantur cum eis mirobal. citrini, si materiæ fuerint subtiles cholericæ. Et cõferunt eis ex vaporationibus, vaporatio stomachi & hepatis cũ spica & casia lignea & similibus. Et fac emplm̃ ex eis cum almesusan et similibus. Et assidue fricare ventrẽ cum eis, quæ sunt sicut baurach, & sulphur cum oleis calidis notis. Et confert eis ex emplastris emplm̃ de tortellis cum cydonijs. Et si inobediat, liniatur ex stercore vaccino, & stercore caprino. Cibus autem habentium cachexiam, sit ex eis in quibus est suauitas, & cõfortatio naturæ, sicut alduragi, & alcubugi: & sint iura eorum zirbegi odorificata valde cum eis, quæ sunt sicut gariophylli, & cinnamomum, & zinziber. & mastix etiam. Et similiter almosusat. Et ex fructibus granata dulcia: & de cydonijs parum non nocet. Et oportet vt misceantur etiam cum cibis ea, quæ sunt sicut sinapis & porrum, & allea: & quæ currunt cursu eorum absq; multiplicatione plurima.

De cura asclitis. Cap. 13.

A Gal. 2. art. cura. ad Glauc. c. 10. g. Canon cõmunis in curis eorum est [a] exiccatio, & extractio superfluitatum, & si non cum alio, saltem cum statione in sole, vbi nõ est ventositas, & calefiendo ad ignem accensum ex lignis exiccatis. Et comedere cum mẽsura. Et dimittere aquã, & aperire poros, & prouocatio frequens,
B G. cõ. 1. in Hip. lib. de natu. huma. t. 7. c [b] Et solutione ventris educerere aquositatem cum facilitate, & frequenter, [c] Et expectatio super sitim, & regimen ipsius, & prohibitio à visione aquæ, nedum à potu ipsius, quãtum possibile est.
C Sẽt. 1. 4. c. 7. B Et si non est excusatio, quin ipsa potetur, bibatur post cibum aliquantulo spatio & permista cum vino, aut alijs. Et minoratio cibi, & subtiliatio eius valde, est melior cura. Et exercitium quod diximus in
D 14. [d] capitulo hyposarcæ. Et cõseruatio virtutis, & confortatio ipsius cum bene redolentibus, aromaticis, & olfactionibus suauibus, & odoribus ciborum cõfortantium: & confortatio ipsorum cum vino aromatico. Et non est multitudo potus squinzibin in ea laudabilis. Et ex eis quæ conferunt eis, est [e] vomitus: & proprie ante cibum: & etiam post cibum de tertio in tertium, aut de quarto in quartum, aut de quinto in quintum. Ipse enim iuuat eos valde. [e] Et sternutatio cũ medicinis,
E Ras. 194. 2. & insufflationes, & alia conferunt eis ex illis quæ deponunt aquositatẽ, & extrahunt eam ad vias
F G. 4. de vic. rõne i mor. acut. t. 111. a euacuatiuas. [f] Phlebotomiam vero oportet vt deuitet omnis hydropisim habens, quãtum potest,
G C. 14. [g] nisi illi qui patiuntur hydropisim ex retentione sanguinis: phlebotomia enim prohibet membris eorum nutrimentum cum ipsa sint pauci nutrimenti, & cum hoc infrigidat hepar ipsorum. Phlebotomia igitur est nociua in quãpluribus dispositionibus. [c] Et si fuerit illic apostema occupetur in eo primum. Cumq; hydropicus conqueritur de latere sinistro multarum arteriarum, tunc est non est eius querimonia propter tẽsionem, quæ fit in ipso: nam ambo latera cõmunicant in hoc: immo
H Ras. 19. ꝯti. t. 1. c. 2. 153. 4. illud est propter sanguinem. Phlebotometur ergo in primis: deinde curetur cura hydropisis. [h] Et si fuerit apostema durum, tunc non speretur in sanatione hydropisis asclitis, quæ sequitur ipsum:
C nam & si aqua euacuetur qualibet euacuatione, redit tamen & replet. Et scias ꝙ euacuatio cũ medicinis, laudabilior est quam quæ fit sectione, & resudatione, & fit difficilis consolidatio earum. Et oportet vt fiat euacuatio hora, qua nõ est febris: quãuis enim regimen exiccet hydropisim, tamen apostema ipsam redire facit. Et oportet vt in ipsa minorentur trochisci styptici, quãuis sint confortatiui, sicut est trochischus de almirberis, & proprie cũ constricta est natura. Et oportet vt fiat exiccatio in hydropisi frigida cũ omni calido, subtiliatiuo, aperitiuo. In hydropisi autem calida ſm mo-
Infra * dum alium, de quo singulariter * sermonem faciam. Et scias ꝙ oleum de fisticis, & amygdalinum iuuatiua sunt in omnibus speciebus hydropisis. Medicinæ autẽ singulares conuenientes huic spe-
I Dios. lib. 3. c. 104 ciei hydropisis, & cum est frigida, sunt sicut decoctio [i] andacocæ vehementis decoctionis: de qua
K Paul. lib. 3. c. 48. bibantur omni die vnc. ij. [k] Aut decoquatur squillæ lib. i. in. iiij. kist. vini in vase mundo donec cõsumatur tertia vini, & bibatur omni die ex eo quantitas cochlearij magni: deinde addatur super illud donec perueniatur ad quinq; cochlearia: deinde minuatur donec redeat ad vnum. Et iterum
L Hip. & Ga. 4. de vic. rõne. in morb. acu. 122. e, & Ras. 195. 1. detur in potu omni die de succo calamenthi vnc. i. [l] Et dixerunt quidã, ꝙ oportet vt sumantur cantharides, & auferantur capita & alæ earum, deinde resoluantur corpora in aqua mellis, & ingrediatur æger balneum, & sumat illud in potu, aut comedat cum eo pane: & hoc apud me est error maximus. Et plus quod audemus dare ex eis in potu est kirat. i. in potu aquarum expressarum nota-
D rum. Et dicitur, ꝙ quando mundificatur corpus, & potatur omni die theriaca quãtitas ciceris cum decoctione calamenthi. xxi. die, & est contentus comestione vna leui, ꝙ confert. Et existimauerũt quidam ꝙ sumere in potu stercus caprinum cum melle, iuuatiuum est eis. Aut vrinam ouium, aut vrinam asinorum cum spica & melle. Aut aristol. ro. pondus drach. iij. in vino. Et iam laudauerũt
M Aeti. lib. 3. ser. 2. c. 26. eis quidam omni die, aut omnibus duobus diebus sumere [m] quantitatem fabæ ex alumine humi-
N Lib. 5. sum. 1. t. 1. c. 79. do dissoluto in aqua. [n] Et ex medicinis iuuatiuis sunt [o] † {alkalkalangi} & dialacca proprie in asclite, & in omni hydropisi & [o] diacurcuma & confectio aburbatus & electuariũ alsusen. i. de lilio cœ-
O † Lib. 5. sum. 1. t. 1. confectio lesti, & medicamẽ de squilla, & syrupo squillitico: & theriaca. Et scias ꝙ theriaca, & diacurcuma, & alkalkangi conferunt valde in fine hydropisis frigidæ. Et ex medicinis mirabilis iuuamenti. sunt trochisci de sabrã & cõpositio ipsorum. Recip. sabrã, myrto. citrinorũ partes æquales: & dosis eius gradatim sit ex danich. i. & . 5. ad quantitatem drach. i. bibatur in omnibus. iiij. diebus semel. Et in eo quod est inter eos, bibantur trochisci almirberis. Et quandoq; cõponuntur medicamina ex reubarbaro, & costo, & bacis lauri, & fœnugræco, & lupinis, & enula, & gentiana, & gumma amygdali, & galbano, & sunt medicamenta iuuatiua. Regimen autem euacuans aquositatem est cum solutiuis ebibitis, & suppositorijs, & clysteribus proprie. Ipsa enim ꝓpinquiora sunt aquæ, & leuiora

super

ſuper natura,& remotiora à principalibus,& cum ſpeciebus balneationum,& cum prouocatione E
ſudoris facta cum tanur,vel furnis calidis. Et cũ aquis in quibus decocta ſunt ſubtiliatiua,ſicut fœ
niculus,& chamæmilla,& ſquinanthum. Et ſpeciebus vnctionum,& emplaſtrorũ, & vaporatio-
num.Et ingreditur in ſumma illius,vt ſumatur in potu lac caprinum, & lac camelarum fœtarum.
[a] Et de hoc quidem genere vrina, & lac camelarum fœtarũ conuenientia ſunt aſcliti, cum ſumun- A Lib.1.t.1.c.1c
tur hebdomada.i.cum trochiſcis de aloe, in primis drach.5.ex eis,cũ. 5.drach.ſpodij, vſq; quo per-
ueniatur ad drach.i.Et poſt hebdomadam,cum euacuatur aqua cum pondere drach.ij.kalkalãgi:
deinde itera trochiſcos de aloe hebdomada.i.& nõ ceſſes facere hoc,& fortaſſe ſanabitur. Debiles
vero non ſumant in potu ex trochiſcis de aloe in principio, niſi quantitatem vnius danich. Et de-
ſcriptio quidem trochiſcorum de aloe eſt in [b] antidotario.In ſolutiuis autẽ non oportet vt ſit illud, B Li.5.ſum.1.t.
quod nocet hepati.Et ſi aliqua neceſſitas facit huiuſmodi neceſſarium eſſe,oportet vt rectificetur. c.62.
Et oportet vt non ſit ſubito: immo ſm vices. Nam illud quod ſubito eſt,mortale eſt:& minus no-
cumentum eſt debilitare hepar. [c] Et aloe ſolum eſt malum valde hepati: quare oportet vt elonge- C Raſ.195.3.
tur ab hepate,niſi propter neceſsitatem,aut cum ingenio rectificationis.Et oportet vt ſolutiua ſe-
quantur ieiunium:quare non comedat ſolutus poſtea die & nocte,ſi poſſibile eſt: & vt ſequantur
poſtea,quæ confortant & ſtypticant parumper, ſicut ſunt [e] trochiſci [d] †{almirberis,}& ſicut aquæ D † acutę ſpinæ
fructuum,in quibus eſt ſuauitas, & ſtypticitas ita,vt confortent hepar: & proprie poſt illud quod F E Lib.5.ſu.1.t.8.
eſt ſicut euphorbium & mezereon,& ammoniacum & ſimilia.Deinde adminiſtrentur rectifican-
tia complexionem,ſicut theriaca,& diacurcuma in frigida: & aqua endiuiæ in calida. Et illi quidẽ
quæ eſt vehementis caliditatis, non cõuenit lac camelarum fœtarũ. Et incipiatur in lacte camela-
rum in primis à.xl.drach. & addantur in omni die drach.x. [f] Et oportet cum fuerit caliditas,vt nõ F Raſ.197.1.& ꝗ
ſolutione educas choleram:qm̃ ipſa reſiſtit aquoſitati aliquo modo. Et quoniã neceſſe eſt,vt aquo G.cõ.1.in lib.Hip.
ſitas ſolutione ventris educatur, tunc duplicatur ſolutio ventris, & accidit virtuti nocumentum, de natu.hu.7.c
immo neceſſariũ eſt,vt extiguatur cholera. Et ſolue aquoſitatem,niſi cholera ſit tranſgrediens ter-
minum in multitudine: & ſis tunc contentus eis quæ ſunt ſicut myrobalani. Eſt enim bonum ſo-
lutiuum in huiuſmodi diſpoſitione: ſicut ſerapinum eſt bonum ſolutiuum in diſpoſitione frigida.
Et omnis ſuperfluitas euacuationis in quantitate, & in tempore,eſt mala: & eſt in calido rection.
Et ex lenitiuis bonis eſt ius alcanabir, & ius gallorum decrepitorum, & proprie cum polypodio,
& anetho. & ſimilibus. Et cum euacuaueris vicibus.x.per aliquot dies,cum aliquo euacuatiuorũ
ſubtilium,& cum lacte camelarum, & aquæ caſei, & reliquis,& minuta fuerit aqua,& alleuiatum
fuerit apoſtema,tunc rectius erit, vt ſuper ventrem cauteria fiant, vt non recipiat aquã poſt illud:
& fiant cauteria poſt abſtinentiam, & dimisſionem ſolutionis ventris duobus diebus, aut tribus.
Et ſint ſex [a] cauteria.ſ.longitudine,incipiendo à pectore vſq; ad pectinẽ. & tria in latitudine ven- G
tris:& expectet poſt ipſa ſm famem & ſitim, Et rectius quidem eſt vt in potu ſumãt inter duas ſo- *Infra a*
lutiones ventris,aliquid de aperientibus oppilationes:ſicut [g] trochiſcos de amygdalis amaris. Lac G Lib.5.ſũ.1.t.t.
autem camelarum,& caprarum, & proprie arabicarum, & proprie nutritarum in potu detur cum
eis quæ ſolutione ventris educunt aquoſitatem, & ſubtiliant, & prouocant,ſicut ſceha,& abrota-
num,& [h] †{chachali}& alia. Et calefactis cum eis quæ conueniant cum hoc hepati, ſicut cuſcute, H † ſoldaneh
& endiuia,& alia. Et non reſpicias ad illud,quod dicitur in ipſo ex hoc, ꝙ [i] decipiunt ſophiſtici,& I Raſ.194.1.
quod dicitur ꝙ natura lactis eſt contraria hydropiſi, immo ſcias ꝙ eſt medicamen iuuatiuum pro-
pter illud, quod in ipſo eſt de abſterſione cum facilitate. Et eſt conueniens propter illud, quod in
ipſo eſt de proprietate ſua. Quandoq; enim eſt medicina ſolutiua cõtraria ei quod quæritur de cu-
ra qualitatis, ſed eſt conueniens cũ proprietate ſua,aut propter rem aliam ſicut euacuatio, & ſimi-
lia: [k] ſicut ponit̃ endiuia in curationibus hepatis,quod habet ægritudines frigidas. Et ſicut fit eua- K T.1.c.10
cuatio cum ſcãmonea in ægritudinibus cholericis:immo ſcias ꝙ hoc lac vehementis iuuamẽti eſt:
nam ſi homo aſſidue ipſo vteretur loco aquę & cibi,ſanaretur per ipſum.Et illud quidem iam ex-
pertum fuit in quibuſdam,qui peruenerunt ad terras Arabum,& perduxit eos neceſſitas ad illud;
& ſanati ſunt.Et lac quidem camelarum quãdoq; adminiſtratur ſolum: & quãdoq; adminiſtratur
miſtum cum alijs medicinis in quibuſdam quarum eſt intentio regiminis non calefacientis valde, H
ſicut myrobalanis cum ſemine endiuię,et ſemine cuſcute,& ſale naptico.Et in quibuſdam earum
eſt intentio regiminis calefacientis,ſubtiliantis ſicut ſerapino, & pilulis eius. Et in quibuſdam ea-
rum eſt intentio prohibere ſuperfluitatem ſolutionis ventris ſicut zarath vel chard, & ſimilibus:
Et quandoq; admiſcentur vrinæ camelarum.Et quandoq; ſunt contenti eo loco cibi,& potus. Et
quandoq; additur ei cibus alius. Et in vtriſq; diſpoſitionibus, oportet vt tu verifices in re eius, an
corpus ſugat ex eo,& non ſoluat,aut ſoluat parum: aut ſoluat plus pondere ſuo ſm menſuram to-
lerabilem:aut ſuperfluat,& ſoluat vltra tolerantiam:aut caſeetur in ſtomacho,& in vijs: aut perdu-
cat ad infrigidationem, aut fluxu ventris educat humorem groſſum phlegmaticum, aut humo-
rem aduſtũ propter putrefactionem ſuam,ſi eam receperit.Et ſcias ꝙ melior hora ſumendi ipſum
in potu eſt ver, vſque ad initium æſtatis. Et ex regimine bono in dando ipſum in potu, eſt illud
quod experti fuimus multoties,& contulit:et eſt vt bibatur [l] lac camelarum fœtarum,ſm vacuita- L Raſ.196.1.
tem ventris,& abſtinentiam diei & noctis ante ipſum.Et non comedatur in eis niſi parum valde.
Et ſi poſſibilis eſt abſtinentia eorum,ſcilicet diei & noctis,fiat. Et neceſſaria quidem eſt abſtinen-
tia noctis,quæ eſt ante ipſum: deinde bibatur ex eo quod mulctum eſt in hora, & ſtatim, quãtitas

vnc.ij.

A Raſ. 195.3. A vnc.ij.aut.iij.[a] Et melius quidem eſt,vt ſumãtur vnc.ij.ex eo cum vnc.ij.vrinæ camelarum. Et ab
horreant aquam aliquibus diebus: & conſideret vſq; ad dies.iiij.& inueniet quod egreditur cum
prouocatione,proximum ei quod bibit.Et poſt illud ſoluetur venter cum eo,quod bibitur ex eo:
& fortaſſe nõ ſoluetur venter cum eo,niſi fæx parumper.Et non ſoluitur per ipſum, niſi quia cor-
pus iam repletum eſt ex eo.Quod ſi ſoluatur vẽter eius vltra quam bibit, abſtineat ab eo vna die,
aut miſceatur cum eo illud quod conſtipat. Et ſi non ſoluit,tunc oportet vt timeat ex potu eius ca
ſcationem,& dimittat ipſum.Et ſimiliter ſi ſoluit infra illud quod bibitur,& tunc quidem oportet
vt bibat aliquid quod deponat illud quod eſt in ore ſtomachi ex eo: & vt iteret ipſum admiſtum
cum opopanaco,& ſimilibus: immo conueniens eſt vt in omnibus tribus diebus ſumat de pilulis
de ſerapino.& ſimilibus, cum quantitate pauca, quæ extrahat illud quod fortaſſe caſeatur ex reli-
quijs eius,aut generatur ex eo: & proprie cum eructuat acetoſe, & inuenit grauedinem. Et ex re
gimine conferente in huiuſmodi diſpoſitione,eſt clyſtere in hora. Et oportet etiam in huiuſmodi
diſpoſitione, vt dimittat ſumere in potu lac vno die,aut duobus,& vacet ad vaporationes,& em-
plaſtra, quibus emplaſtretur venter, & reſoluunt. Quod ſi potus lactis non facit accidere aliquid
ex hoc,& egreditur omni die res non ſuperflue,immo perueniens ad quantitatem duorum vaſo-
rum paruorum verbi gratia ſit contentus eo, ſiue ſit ſolum, aut cum ſerapino, & pilulis ſolutiuis
B de ſerapino & alijs. Et ſi ſuperfluerit ſolutio vẽtris abſcinde ab eo lac vno die aut duobus diebus:
deinde gradatim procede in faciendo ipſum potare: & da ei in potu ex eo,lac camellæ iam nutri-
B † regio tæ ex ſtypticis,& permiſce cum eo hora qua emulgetur ſcoriæ ferri [b]†{albaſceri}cõtritæ, & ablu-
tæ cum vino,& aceto aſſate ſecundum quãtitatem drach.xx.& carath vel chard & tarathit ambo-
C † manipulus rum ana drach.v.ſeminis apij drach.iij.[c] †{bachat}ex origano, & apio, & ruta. Et dimitte in ipſo
hora vna,deinde coletur,& bibatur. Deinde gradatim perueniatur ad purum, poſtea ad permiſtũ
cum eo quod ſoluit ventrem,ſi neceſſarium fuerit illud.De diureticis vero cõferentibus nõ opor-
tet vt vnum ſolum adhibeatur:immo fiat permutatio de quibuſdam ad quædam,ſicut ſunt petro-
D Raſ.100.1. ſelinum,& [d] ameos,& calamenthum,& [d] aſſarum,& fœniculum,& ſemen apij,& ſiler, & reliquæ
ſpecies aniudem,& chamæpityos,& acorus,& duæ ſpecies ſpicæ,&[d] daucus,& [d] fu,& meu,& ſpa
E T.1.c.18. ragus,& ſemen eius,& radix paſtinacæ campeſtris, & kekengi.[e] Et oportet vt optime fiat eorum
tritura,ita vt velociter perueniãt ad partes gibboſitatis. Et cum adminiſtras diuretica fortia,opor-
tet vt adminiſtres poſtea aliquid de iuribus pinguibus, ſicut eſt ius gallinæ pinguis. In emplaſtris
vero regula eſt,vt nõ multiplicentur in eis ea,quæ exiccant & reſoluunt cũ ſtypticitate forti oppi-
lante porros illos per quos fit expiratio, & eorum egreſsio & reſolutio niſi res modica eorum ſm
quantitatem,quæ cõſeruet virtutem ſi illa neceſſaria ſunt,ſicut ſunt ſpica,& tus,& cyperi cũ quan
C titate pauca valde: illud enim conſeruat virtutem mirach, & illud quod in ipſo eſt etiam. Et facit
ipſum non ſuſceptibile. Medicinas autem ſingulares quæ emplaſtrantur, & emplaſtra compoſita
iuuatiua in hac ęgritudine,iam plurima diximus in antidotario.Et ea quę diximus hic,ſunt exper
F G.9.de phar.cõ- ta,& iuuatiua,propter ſtercus vaccinum & ſtercus caprinum, & ſtercus vaccarũ paſcentium her-
po.ſm loc.c.3.e bam non viridem.Deſcriptio emplaſtri ex eis.[f] Summatur ex hoc ſtercore vaccino aliquid, & bu-
G Gal.ibi.c.3.f liat cum aqua & ſale:deinde puluerizetur ſuper ipſum ſulfur contritũ: & ponatur ſuper ventrem.
[g] Et iterum ſtercus caprinum cum vrina infantium.Et iterum ſtercus columbinum & bacę lauri,
& ireos.Et ex fortibus in hoc capitulo eſt ſtercus caprinum, & ſtercus vaccinũ in quo ponitur ali-
H Dioſ. lib.2.c.8. quid ex elleboro, & alſcebran, & congregantur cum vrina camelarum, & fit ex eis emplaſtrum.
I † genus cõchilij [h] Et ex compoſitis bonis eſt vt miſceantur [i] †{aludh}contritæ, & dimittantur ſuper ventrem hy-
dropici cum diſpoſitione ſua,poſtquã contritę ſunt cum oſtracis ſuis,& expectetur ſuper eas vſq;
quo exiccentur per ſeipſas.Et ex emplaſtris bonis eſt,vt fiat emplaſtrum ex gummi pini & nitro,
et enula,& minuto ture,cum adipe vaccarum.Et emplaſtrum conueniens hydropiſi,decoquãtur
ficus carnoſæ cum aqua,& miſceantur cũ eis mezerion pars vna,nitri partes.ij.chamæpityos pars
.i.&.5.Al'.forte valde. Recip.gummi pini,& ceræ, & hyſſopi humidæ, & picis, & gummi albotin
K † matricaria omnium ana darkimet.iij.[k]†{& meha ſeu miha,}& eſt aſtarach,& maſticis,& aloes,& croci,& ci-
D marum abſinthij,& ammoniaci omnium ana darkimet.i.caſtorei, ſulfuris & amomi, & oſtracorũ
piſcis nominati beſafa omniũ ana darchami.5.ſtercoris colũbini, & naſturtij babeli,& ſpumæ ma-
ris omnium ana darkimet.iij.lilij cœleſtis darkimet.iiij.baurac rubei darkimet.i.permiſceantur cũ
oleo de chamæmilla. Et quando eſt in hepate apoſtema confert emplaſtrum factum ex herba ſpi-
L Paul.lib.3.c.48. cæ & croco,& granis alben,& maſtice,& meliloto,& præputijs vitis,& chamæmilla, & oleis aro-
M † viui. maticis. Et ex emplaſtris confectis emplm modi huius.[l] Recip.marchaſitæ, ſulfuris, [m] †{citrini}
N † xij. nitri ammoniaci omnium ãn.partem [n]†{.i.}cymini partes [o]†{duas & duas tertias partis}coniun
O † xvj. gantur cum cera,& glutino albotin,& vino, & ponatur ſuper ventrem. Et emplaſtrum de caſto-
reo:& emplaſtrum de abſinthio:& emplaſtrum de ireos noſtrum:& emplaſtrum de euphorbio:et
emplaſtrum de coloquinthida:& emplaſtrum factum ex ſalice: & emplaſtrũ de baccis lauri, & de
ſeminibus:& emplaſtrum colophidis.Et ex eis quæ puluerizantur ſunt nitrum, & ſal aſſata, quæ
puluerizentur ſuper ventrem: & proprie poſt oleum calidum ſicut oleum cucu.aſinini, & oleum
de nereiden. Et qñq; adminiſtrantur ſuper eos medicinæ rubificantes. Et qñq; percutiuntur mẽ-
bra extrema cum virgis ſubtilibus. Et illud quidem illaudabile eſt apud me. Et qñq; ſuſpendũtur
ſuper partes alchatim eorum,& quæ ſequuntur eas veſicæ in quibus ſufflatum eſt, ſed ego nõ co-
gnoſco

gnoſco in eis plurimum bonũ. De inciſione vero mirac ſcias, ꝙ parum proficit niſi in corpore valde forti cum potens eſt poſt ipſam tolerare exercitium temperatũ, & ſitim, & minorationem cibi. **E** Et oportet vt non audeat fieri dum poſſibilis eſt cura alia.[a] Et rectius quidem eſt vt non fiat in vice vna ſubito, & euacuentur ſpiritus ſubito, & cadat virtus: immo paulatim: & vt ipſa non perueniat ad multam debilitatẽ. Modus autem inciſionis ad extrahẽdum aquã eſt iſte. Præcipit autem Affrius,[b] vt erigat ſe æger æqualiter ſi poteſt, aut ſedeat æquali ſitu, & cõprimant ſeruientes latera eius, & expellant ea ad inferiora ſuminis: deinde adminiſtretur inciſio: & ſi non eſt potens ad illud, non incidas ipſum. Et ſi vis ipſum incidere oportet vt incidas inferiora vmbilici quãtitate triũ digitorũ coniunctorũ: deinde incide, ſi fuerit initium hydropiſis ab inteſtinis. Et ſi fuerit ex latere hepatis, fiat inciſio à latere ſiniſtro vmbilici. Et ſi cauſa fuerit à ſplene, pone ipſam à latere dextro vmbilici, & ſubleua ipſam vt non ſcindatur ſiphac, immo excorietur mirac à ſiphac parumper ad inferiora loci ſciſſionis mirac. Deinde perforetur ſiphac ita vt ſit foramen [c] ſiphac inferius foramine mirach, quatenus cum egreditur canna, cooperiatur illud, et retineatur aqua propter diuerſitatem duorum foraminum: deinde intromitte in ipſam cannulam æream. Cumq; acceperis aquam cum menſura, fac iacere ipſum reſupinum. Et oportet vt conſideres pulſum: & cum inceperit debilitari parumper, retine aquam.[d] Cumq; aquam extraxeris in fine extractionis, & remanſerit aliquid: tunc iam ſufficiet vt laborent in ipſam medicinæ ſolutiuæ. [e] Et quãdoq; fiunt poſt inciſionẽ, **F** cauteria quæ [α] diximus. Et quandoq; fiunt in ſtomacho, & hepate, & ſplene, & in inferioribus vmbilici cauteria minuta. Et quandoq; ſubtiliantur quidam, & faciunt currere aquoſitatem ad ſafan, & incidunt ex ſafan paulatim: & eſt regimen iuuatiuum: & illud cum ſternutatione, & cum omni quod facit deſcẽdere aquoſitatem ad inferiora: & oportet tunc vt caueatur ne proueniat ex eo ruptura: & vt fiat illud cum eo, in quo non eſt nocumentum aliud.[f] Et quandoq; pungimus inflaturam teſticulorum cum acubus multis vt aqua habeat reſudationes plurimas. Et fortaſſe ſuccedũt inciſioni dolor, & punctura: quare oportet vt adminiſtretur effuſio olei anethini, & olei chamæmellini, & oleorum lenitiuorũ ſuper puncturam. Et ſuper locum inciſionis ponatur emplaſtra facta cum fœnugræco, & ſemine althææ, & ſimilibus. Et quandoq; ſufficiunt aqua calida, & oleum effuſa ſuper locũ inciſionis: cumq; ſedatur punctura, dimitte ea. De euacuationibus autem eorum particularibus cũ medicinis afferam capitula. Et has quidem medicinas ſolutiuas aquoſitatis, iam numerauimus in tabulis: Et fortes earum ſunt, ſicut lac lacticiniorũ, & arbores eorum. Et melius quo malitia eorum frangitur, eſt acetum, & poma, & cydonia, & ſemina granatorũ: & proprie acetum in quo cõdita ſunt cydonia, aut in quo ſunt dimiſſa aliquibus diebus, aut ſuper quod roratus eſt ſuccus eorum. Et ex eis quibus conficiuntur vel miſcentur lacticinia, ſicut lac alſcebram & ſimilia ſunt rob vuæ conficiantur cum eo & fiant pilulæ, & ſyrupus acetoſus eſt melius illo. f. cũ ſol- **G** uitur in vnc. eius danich, ex eis quæ ſunt ſcebram: & proprie planta ex qua fit theriaca alcharaui & alfuſahi & exiſtimo ꝙ ſit alhaya, &[g] euphorbium eſt medicamen de quo in potu ſumitur pondus drach. i. in vitello oui ſorbilis, nam ipſum quandoq; confert in fortibus multoties cum timore maximo in eo, & æs vſtum & tubal. i. ſquama [h] ęris & proprie confectum cum medulla panis & factũ ad modum pilularum. Et herba quæ nominatur mendaria [i] et ſuccus cucu. aſinini. Et vinũ in quo effuſa eſt [i] pulpa coloquinthidæ. Et ex ſumma lacticiniorum, [i] mezerion eſt fortis in hoc cap. [i] Et eius rectificatio eſt, vt infundatur in aceto. Et quandoq; fit ex huiuſmodi ſyrupus acetoſus. Et de ammoniaco quandoq; ſumitur in potu vſq; ad drach. ij. cum aqua mellis. Et ex eis quæ æqualitati vicinæ ſunt, ſunt [i] ſerapinum, & ireos, [i] & ſemen [i] vrticæ excorticatũ ex cortice ſuo confectũ cum melle, & aqua foliorũ raphani. Illa vero quæ ſunt ſalubriora, & debiliora, ſunt aquæ cardamomi. 5. lib. cum zucca. alhaſer: & aqua alkakẽgi, & aqua ſolatri. Et ſyrupus acetoſus de mezereon. Et lac camelarum fœtarum præparatum. Et aqua lactis præparata cum virtute ireos, & ſquama æris, & almezereon, & ſimilibus. Deſcriptio aquæ lactis. Ponatur ſuper vnam lib. eius drach i. ſalis gẽmę, & drach. v. turbit, trita bulliant cum facilitate, & accipiatur ſpuma eius, & coletur. Et in inceptione ſumatur in potu ex ea tertia pars lib. deinde addatur paulatim vſque ad lib. i. Ipſa enim expellit aquam ſine calefactione. Et aqua caſei melior eſt, quæ accipitur ex lacte camelarũ. Et frigidior & **H** melior calefactis eſt illa, que accepta eſt ex lacte caprino & lacte aſinino. Et ex medicinis quę aſſociantur ad illud, & conferentibus hydropiſi calidæ eſt: [k] vt infundatur medietas cydonij in aceto tribus diebus, deinde teratur cum pondere ſui de mezerion recenti vehementer contrito ita, vt miſceantur, & proijciatur ſuper ea medietas ponderis aceti de zuccaro, & decoquatur donec redeat in eſſentiam mellis, & miſceantur omnia. Et quandoq; appropinquant huic pilulæ factæ de ſemine mezereon cum zuccaro alhaſer. Et ſunt ex eis, in quibus non eſt timor in calida etiam. Et ex confectionibus eſt alkalkalangi, & confectio noſtra de ſcoria ferri, & almezerion in antidotario. Et confectio quorundam. Recip. endiuiæ, & ſeminis cuſcute ana drach. x. & ſucci altaraxacon ſicci pondus drach. xx. & ſucci almirberis drach. xv. laccæ ablutæ, reubar. de ſeni amborum ana drach. v. ſucci abſinthij drach. vij. ſucci cucume. aſinini, & pulpæ coloquinthidæ ana drach. v. agarici drach. vij. conficiantur cum iuleb, & ſumatur in potu cum aqua de oleribus. Et hoc eſt medicamen bonum quod quidam priorum antiquorum dixerunt, & ſecuti ſunt eos quidam poſteriorum: & eſt ſecurius latus quam alkalkalangi & in ipſo ſunt confortatio, & ſolutio ventris fortis. Et ex cõpoſitis potibus eſt ſyrupus noſter de ireos. Et ſyrupus huiuſmodi. [l] Recip. æris vſti aur. i. & te-

A Lib. 1. F. 2. doc. ſum. 2. c. 29.
B Paul. lib. 6. c. ... vſque ad id ... aquam extraxer...
C Raſ. 199. 3.
D vſque huc Paul.
E Paul.
Supra α
F Raſ. 194. 4
G Raſ. 194. 2.
H Raſ. 196. 3.
I Raſ. 199. 4.
K Raſ. 195. 3.
L Ser. t. d. c. 8 G. 9. de phar. ... ſm loc. c. 3. g

A & terantur valde,& puluerizetur,& fimi columbini aure.i. & tertiam ramorum rutæ, & aliquan-
A Ser.t.4.c.7. tulum salis panis,bibatur illud cum vino. Et ex pilulis pilulæ fulurinus & earum confectio. [a] Re-
B † squammæ cip.[b] † {tubal} æris, & foliorum almezerion,& seminis anisi omnium ana partem vnam, & fiant
ex eis pilulæ,& sumant ex eis in potu debilis drach.i.et fortis aure.i. Et etiam pilulæ escehchie, &
C Ras.195.4. pilulæ biberem,& pilulæ de quinq;,& [a] pilule de serapino,[c] & pilulę de mezerion.Et sunt vltimę
D Ras.t.9.c.69. in asciti,[d] sicut pilulæ de reubarb.sunt vltimæ in hyposarca: & pilulæ de bdellio,& [a] pilulę de sce-
bram,& pilulæ quas diximus in antidotario.Et pilulæ huiusmodi.Recip.lactis alsebram, & succi
absinthij, & spicæ, & turbit omnium ana danic.i.agarici,& rosarum amborum ana drach.i.infor-
mentur pilulæ cum aqua solatri, & bibantur. Pilulæ bonæ.Recip.cortic. æris,chamepityos, anisi
partes æquales,informentur pilulæ, & incipiatur ab eis à drach.i.& ascendatur. Et iterum ex tro-
chiscis,trochisci de reubarbar.magni solutiui.& [d] trochisci de mezereon cũ seminibus,& trochisci
E C.12. de mezerion descriptionis alterius notæ.De balneis vero illa,[e] quæ sunt humida, eis sunt horren-
da,& illa quæ eis sunt meliora,sunt sicca. Et meliora ex siccis sunt sicut tanur calefactus cum quã-
titate qua possit tolerare infirmus vt ingrediatur ipsum: & proprie habens hyposarcam.Cumq; in
greditur dimittat caput suum extra ad aerem,vt perueniat frigus ad partes cordis,& pulmonis, &
infrigidet cor eius. & non magnificetur sitis eius,& resoluat corpus eius in sudore exuberante iu-
F Halya. lib.7. prac.c.36. B uatiuo.Et si fuerint humida cum aquis calidis thermarum [f] nitrosis, sulfureis,& aluminosis notis
exiccatiuis,iuuabitur cum eis valde in statu ægritudinis,& proprie habens hyposarcam: & iteran
do ingrediatur in ea in die vicibus aliquibus. Et si non cadit virtus eius,& possibile est eis, vt stet
in eis per longitudinem diei, faciat: Et huius quidem generis est aqua maris tepida, & calefacta.
Verũ submersio in frigida pura in fine rei,vehemẽter est cõueniẽs.Et de bonitatibus aquarũ ther
marũ est in quibus ẽ possibilitas regiminis anhelitus frigidi, cuius similis deficit in balneis. Quod
si aquæ thermarum non sunt præsentes,tunc præparentur aquæ dulces cum eis,quæ administran
tur ex eis ex medicinis,& decoquantur in eis ea quæ sunt sicut baurach,& sulfur,& alusnem, & si-
napis, & calx, & species aliæ notæ secundum canones ipsarum antequam confirmetur ægritudo
ita q; non iuuant medicinæ. Et oportet quidem vt istæ aquæ obuient ventri habenti asclitem, &
tympanitem: & hyposarcam toti corpori.Hydropisis autem calida, quæ est sequens apostema ca-
lidum, aut sequens complexionem calidam sine apostemate est propter debilitatem virtutis im-
mutatiuæ.Et non significat hanc speciem hydropisis proculdubio rubedo aquæ. quandoq; enim
est tinctura eius propter paucitatem suam immo innititur in ea secundum reliquas significatio-
nes:deinde curatur.Et oportet vt deuitent isti duo simul medicinas calidas omnino,quoniam ad-
dunt in causam,& addunt in ægritudine,immo est in eis timor magnus. Et non oportet vt atten-
C datur illud quod dicitur,q; hydropisis non sanatur nisi cum medicinis calidis: Multoties enim si-
G Ras. 19.cõti.t.1. c.1.193.3. gnificat illud quod testificatur,[g] & experti sumus vt curemus nos,& qui fuerunt ante nos,aposte-
ma curatione sua, & complexionem calidam cum infrigidatione. Et ego quidem vidi mulierem
quam hydropisis attriuit: & magnificata est super eam,& ipsa mulier comedit quantitatem malo
rum granatorum tam maximam,q; eius relatio est incredibilis,& sanata est: & præparauit seipsam
& appetitum suum hoc regimine.Et cum hoc etiam oportet vt attẽdas latus aquositatis aggrega
tæ.Nam si tu consideraueris tantum latus fe. erit timorosum: & si consideraueris latus aquosita-
tis tantum,erit error.Oportet ergo vt tu coniungas inter duo regimina cum facilitate: & intende
tantum in eis quæ æquant & resistunt vincenti. Et scias q; quando tu studes in sanando hydropi-
sim, & apostema, & febris stantia sunt: non est tibi possibile.Et regimen in huiusmodi est, vt ad
ministres aquã solatri & aquã alkekengi: & aquã apij: & aquã alchacali & aquam taraxacon: &
est endiuia amara.Et oportet vt misceatur cũ istis aliquid de lacca,& croco, & reubar.cũ myrabal.
citrinis.Et vt administres etiam apud necessitatem illud,quod posuimus in ordine preterito de so-
H Ras 19. cõti.t.1. c.2.196.1. de verbo ad verbum accepit lutiuis de mezereon,& alijs.[h] Et oportet vt attẽdas quod dixit Gal.in cura hydropici calidam hy-
dropisim habentis: & descripsimus illud suis dictionibus. Inquit Gal.illud quo rexi senẽ amicum
meum in hydropisi asciticum cum caliditate,& virtute debili, fuit hoc. Cibaui illum carne hœdi
I † bruno & cibariis factis cũ aceto, D assati,& carne alcubugi & attaiugi,& similibus ex auibus, & pane [i] †{alchischar & alcharis & al-
mosus & halam.}& lentibus cum aceto,& multiplicaui ei illa cibaria propter cõseruationem vir-
tutis.Et non concessi ei vt vteretur iure omnino,nisi in die quo in potu medicinam ei tribuere vo
lui.In illo enim die permisi vt vteretur ipse zirbegi ante medicinam,& post ipsam: & non multi-
plicata fuit sitis ipsius,Et præcepi ei vt comederet ista cũ aceto mediæ fortitudinis, & solui ipsum
K † policariæ, L † pugil.i. hac decoctione.Recip.myrobal.citrinorum drach.vij.fumiterrę drach.iiij.herbæ absinthij drach.
ij.herbæ [k] †{eupatorij} drach.ij.endiuiæ recẽtis [l] †{bachat} spice aromaticæ drach.ij.seminis en-
diuiæ.drach.ij.rosarũ drach.ij.decoquantur in tribus lib.aquę,donec redeat ad.ij.lib. & spargatur
in ipsa pondus drach.x.zuccari,& bibatur. Et iterũ cum istis pilulis.Recip.lac scebram,& zuccari
quantum ipsum,congelaui ipsum: & dedi ipsas ante cibum suũ. Et qñq; coagulaui ipsum cum la-
cte sicuum,& dedi ex eo duo cicera,aut tria:& dedi ei in potu post illud rob de acresta,& ribes. Et
feci emplastrum hepati ipsius cum frigidis,& cum granis condes,& mezereon infuso in aceto.Et
ex epithematibus super ventrem,est illud quod.Recip.lutum armenum,cum aceto & aqua,& fa
rinam hordei,& milij, & stercus vaccinum, & fimum caprinum, & cinerem quercus, & vitis: &
aliquoties baurac,& sulfur:& omnia sint cum aceto.Et etiam hepati eius faciebam emplastra,quę
recipiunt

recipiunt sandalos,& quandoq; ponebam emplastrum de sandalis super hepar:& resolutiuum super vmbilicum,& ventrem. Et quandoq; solui eum etiam cum syrupo rosa. postquã infudi in ipso mezerion & alia vice dissolui in ipso lac alscebran. Et concessi ei de fructibus ficus siccas,& amygdalas, & zuccarũ. Et præcepi ei tolerare sitim. Et quãdo superfluit in ipso permiscui acetum cum aqua,& dedi ei in potu. Et quandoq; contriui folia almezerion,& permiscui cum melle †{ E

† vel decoctione

}-ficuum, & dedi ex eis ipsi ante comestionem, & post eam: & ad vltimum non dimisi eum die vno absq; expulsione. * Hæc sunt verba eius. Cibus autem habẽtium hydropisim, oportet vt sit paucus,& semel in die. Et si possibile est eis vt abstineant à pane tritici, propter suam viscositatem,& suam oppilationem,faciant:& sint contenti [a] pane hordei cum seminibus. Et si necessarius fuerit,oportet vt sit panis de furno [b] dicto tanur chischar coctus,& siccatus,vt non sit azymus, & non sit ex frumento viscoso. Et sunt [a] quidam homines qui in eo ponunt farinam ciceris. Et sit eorum vnctuositas ex tali, quale est oleum omphacinum. Et ex cibis eorum est acetum cũ oleo permistum cum speciebus aromaticis, quoniam est conueniens eis. Et ius gallinæ est iuuatiuum eis. Ipsum enim aggregat ad prouocationem,& rectificationem hepatis. Et cibus quem faciunt Christiani ex oliuis, & nucibus, & alijs. Et oportet vt sint iura eorum aqua ciceris, & ius alcanabir,& galli vetusti,& gallinæ: & proprie cum herba almaudana. Et sint carnes quas sumunt carnes auiũ leues sicut alduragi & alcubugi,& alsafanin & alsuachat,[b] & alcanabir,& carnes alcatha & carnes F [b] gazelarum,& hœdorum,& paruorum piscium cum seminibus subtiliantibus,et acutis incisiuis. Et caro viperæ est eis bona valde, sed ipsa quandoque superfluit in siti. Et eorum olera sint sicut [b] apium,[b] & sicla,& herba iudaica, & endiuia,aut fumus terræ,& parum de sarmach, & [b] porri, & ruta,& folia [b] carui,[b] & calamenthum,& allia, & capparis, & sinapis: Et grana omnia nocent eis, proprie patientibus tympanitem. Medullæ autem [b] fistici, & auellanæ, & amygdalæ amaræ sunt bonæ. Et quandoque conceduntur eis in hora aliqua [b] dactyli, & passæ. Et de fructibus recentibus non cõceduntur eis omnino,nisi granata dulcia. Vino autem non appropinquet calidam habens hydropisim. Verum habens hydropisim frigidam, oportet vt non bibat ex eo nisi [b] subtile, antiquum, parum:non cum est ieiunus,neque super cibum:[b] immo post horam,& cum fit descensio cibi à stomacho. Clysteria vero,& suppositoria sint ita. Clysteria enim sint facta ex aquis extrahentibus aquositatem cum eis quæ sunt sicut serapinũ,& ireos, & similia. Collyrium bene extrahens aquam. Recipe seminis vrticæ quinquaginta numero granorum,almaudana.xxx. numero, agarici kirat.vij. corticum æris darkimet.xxx. misceantur cum medulla panis,& administretur collyrium:& sumant ex eo.vi.kirat,aut.vij. De diureticis autem sciendum est,quod omnia diuretica conferunt eis. Et ex eis quæ sunt illis bona,est medicamen prouocans vrinam; quod Recip. vrticæ kirat.vij. ellebori nigri tantundem,alkekengi darkimet.i. spicæ indicæ. drach.ij. permisceantur G & sumãtur cuius potio sit.i.aur. cum syrupo alefeniat.i. Aliud prouocans vrinam. Recip. xylobal. spicæ,casiæ,cymini radicis lilij,hypericon, florum squinanthi, amygdalarum & costi & pastinacæ syluestris & amomi, & semurbium, & est species apij syluestris, & fatrasilium, & est semen apij montani,calami aromatici, piperis, alkekengi, siseleos, & est aniuden romanum, omnium ana drach.ij. misceantur omnia,& dosis eius sit aure.duo.

* vsque huc accipit à Rasi.

A Ras.18.4.

B Ser.1.4.c.7.

De cura hydropisis hyposarcæ. Cap. 14

RAdices vniuersales sunt iuuantes in curatione hydropisis hyposarcæ, & cum hoc iam diximus in cap. hydropisis asclitis conditiones conuenientes ad curationes hyposarcæ.[c] Et in ea quidem quandoq; accidit necessitas phlebotomiæ,si fuerit causa retentio sangui. menstrui,aut hemorrhoidarum, & fuerint illic significationes repletionis. In phlebotomia enim tunc erit ablatio præfocationis extinguentis.[d] Et phlebotomia quidem vehementius est proportionalis hyposarcæ,q̃ asciti: & lenitas naturæ in eis est conueniens. Et quando est cum hyposarca febris,non conuenit solutio ventris, cum pharmaco neq; phlebotomia dum non remouetur. Et trochisci de scebram,& potatio eorum fm q narrauimus in cap. asclitis,vehementius sunt conuenientes hyposarcæ,q̃ reliquis speciebus hydropisis,valde. Non ergo oportet vt retentio fiat: immo oportet vt soluatur semper: Et si non cum alio,saltem cum medicina temperata. Et confert vomitus. Et confert H gargarismus mundificans cerebrum. Et confert solutio ventris: & quę melior est: est illa quæ est cum pilulis de reubarb.[e] Et hydropisi quidem, & proprie hyposarcæ conuenit exercitium, incipiens primum resupinando: deinde innitendo super dorsum animalis, [f] postea ambulando paulatim super terram lenem,arenosam: & associetur ei qui abstergat sudorem,vt non oppilet resudatio prima supra secundam: & perueniant post exercitium, [g] ad calefactionem proprie solis: quoniam ipse est fortis profundationis & quãdo vehementius fit calidus sol, [g] caueatur caput vt non adueniat ei ægritudo cerebralis, & discooperiantur reliqua membra omnia, & [g] sit lectus eorum arena si inuenitur: & cum pulueribus prædictis. Cũq; prouocatur ab eo sudor,abstergatur, & vngatur cũ eis quæ sunt sicut oleum cucu. asinini: & similia. Et caueatur flatus ventorũ frigidorum, & oportet vt bibat dialacca,& diacurcuma,& alkalkalangi &c: & administrent diuretica prędicta, & solutiua in quibus est subtiliatio, & exiccatio. Et ex eis sunt trochisci de eupatorio cũ iunipero, & aqua radicũ: & in syrupo acetoso cũ seminibus cũ sit caliditas medicinarũ singulariũ in ascliti cõueniens in oĩbus istis,ita q serapinũ,& costus & almezerion,& euphorbiũ. Et decoctio [h] †{abel} iuuatiua est,valde,si decoquantur sola fm quãtitatem,q ex ea rubeat aqua: deinde sumatur pondus

C C.13. & G.4. de vic. rõne in morb. acut.t.111.a

D Gal. ibi.

E Ser.1.4.c.7.

F Ras.19. cõti.1. c.2.194.L.&.195.a

G Ras.195.a.

H † sabinæ

† sabina A dus drach.iij.de †{abel,}† & bibatur de illa aqua desuper. Et sumantur in potu etiã ameos, & sal altabarzet, & cyminum. In illa autem quæ fit à causa calida, oportet vt intendas ad egressionem virus mali & prouoces. Et cum mũdificaueris venas rectifica complexionem hepatis, per hoc quòd reducit hepar ab inflammatione ad complexionem naturalem. Et cibatio hyposarcæ calidæ & frigidæ, & toleratio sitis eius est sicut in asciti frigida & calida ipsa.

De cura hydropisis tympanitis. *Cap. 15.*

CAnon in curatione eius est, vt euacuetur humor humidus, si ipsa est propter retentionẽ eius causa inflationis & quãdoq; indiget euacuatione aquositatis & apertione seu incisione etiã sicut in asciti, et vt confortetur stomachus si fuerit causa ipsius debilitas.[a] Et temperetur hepar cũ epithematibus & alijs ita vt nõ superfluat eius vaporatio. Et phlebotomia quidẽ non ingreditur in hoc cap. nisi raro: immo melius est vt soluatur natura cum facilitate. Et oportet vt nõ adsit multiplicatio solutiuorũ. Et oportet vt administrentur diuretica, sed non sit superfluitas in eis. Superfluitas enim in eis perducit ad generationem vaporum plurimorũ. Deinde administrentur facientia eructuationem, & soluentia ventositates. Et fricetur venter eius in die multoties. Et vaporetur cum millio, & furfure si confert ei. Et similiter pilulæ ebibitę, & suppositoria.[b] Et qñq; necessarium est ponere ventosas sine scarificatione super ventrem eius multoties. Et oportet vt alienent B grana, & olera, & lac, & fructus recentes. Et si fuerit hydropisis tympanites ex malitia complexionis calidæ, oportebit vt in potu dentur quæ sunt sicut aqua fœniculi, & meliloti, & apij, & chamęmillæ, & tribulorũ. Et si fuerit hydropisis tympanites ex malitia complexionis frigidæ, oportebit vt in potu dentur cyminũ, & anisum, & castoreũ, & ameos: & masticentur cyminũ, & tus semper. Et cõfert ei cõfectio de acoro cũ nigella dicta in antidotario. Et iterũ ameos, & abel, & cyminũ, & sal tabarzet. Suppositoriũ.[c] Recip. cyminũ, & baurach, & folia rutæ, & fiat ex eis collyrium. Et ex clysteribus oleum rutaceum ipsum solum, aut cum seminibus resoluentibus ventositates.

A Rasf.19.cõti.t.1. c.2.100.1.
B Lib.1. F.4.c.21. & Rasf.1.9.c.69. & Paul.lib.3.c.48.
C Rasf.lib.diuis. c.65.

De doloribus hypochondriorum. *Cap. 16.*

IN hypochondrijs eueniunt dolores mordicatiui, & extensiui ventosi, & alij. Et qñq; fiunt propter causam hepatis, & multoties fiunt causa diaphragmatis: & qñq; fiunt causa splenis: & qñq; fiunt causa apostematis in membris carnosis quę accidunt in costis, & non est timor in eis. Et quãdoq; accidit illud in febribus. Et multoties est propter motum in crisibus. Si autem non fuerit dolor paruus ad superiora tendens, & humor decliuis ad partes capitis, cadet crisis illic. & si fuerit cũ dolore: & punctura decliuis ad vmbilicum, & ad inguina, aut ad dorsum & alchatim, tunc fit crisis cum solutione ventris aut prouocatione vrinæ. Et quandoq; tenduntur hypochondria, & mirac ventris, propter siccitatem sequẽtem malitiam complexionis, aut apostemata intrinseca.[d] Et ten- C sio quidem hypochondriorum multiplicatur in febribus pestilentialibus.

D C.7. & lib.4.F. 1.t.4.c.2.

Fen. xv. de felle & splene & dispositionibus eorum.

TRACTATVS I. *de anatomia fellis & splenis & icteritia.*

De anatomia fellis. *Cap. 1.*



FEl[f] est cistis pẽdens ab hepate, ad partem stomachi, ex tunica vna neruosa: & habet orificium ad hepar: & in ipso est meatus attrahens humorem subtilem cõuenientem ei, & choleram citrinam. Et continuatur meatus iste cum ipso hepate & venis, in quibus generatur sanguis. Et sunt ei illic rami plurimi, pfundi quamuis sit introitus perpendicularis eius ex concauitate. Et habet orificium, & meatum ad partem stomachi, & intestinorum in quibus mandat ad partes eorum superfluitatem choleræ, s͂m q͂ diximus[g] in lib. i. Et huiusmodi quidem meatus continuantur plures rami[h] cum duodeno. Et qñq; continuatur res parua ex eo cum fundo stomachi. Et[i] qñq; accidit res econtrario: & peruenit maior continuitas cum vase grosso ad fundũ stomachi, D & minor ad duodenum.[k] Et in pluribus hominibus est meatus vnus cõtinuus cum duodeno. Introitus vero cannulæ sugentis choleram in felle proximus est introitui cannulæ vesicæ in vesica. Et de consuetudine quidem medicorum antiquorũ fuit nominare fel cistim minorẽ, sicut de consuetudine eorum fuit nominare vesicam, cistim maiorem. De iuuamentis vero in creando fel, est [l]mundificatio hepatis à superfluitatibus spumosis: & iterũ calefactio eius, sicut accensio ignis sub vase: & subtiliatio sanguinis: & resolutio superfluitatũ etiam, cũ motione egestionis, et mundificatione intestinorum. et constrictione coadunatio eius quod mollificatur de lacerto in circuitu eius. [m]Et non fuit creata in pluribus fellibus via ad stomachum, vt lauarẽtur humiditates cum cholera, sicut lauantur humiditates intestinorum, nisi quia stomachus læditur per illam, & patitur nauseã, & corrũpitur digestio in ipso per illud, quod miscetur cibo de humore malo.[n] Et adueniunt ei ex vena pulsatili, & neruo qui continuatur cum hepate, duo rami valde parui.[o] Et fel quidem sicut vesica vnam habet tunicam, compositam ex speciebus villorum tribus: & quãdo non attrahit fel choleram, aut attrahit sed non complete, eueniunt ab ea nocumẽta. Cholera enim cum retinetur supra fel, facit possidere apostemata hepatis, & ictericiam: & quandoq; putrefit, & facit accidere febres malas. Et quando currit ad membra vrinæ cum superfluitate, vlcerat. Et quando currit ad

E Lib.13. de animal.c.20.
F Gal.li.4.de v.p. c.4.b, & c.12.d, & lib.5.c.1.c, & lib.6. anato.c.11.b
G F.1.do.4 c.1.
H G.lib.4.de v.p. c.12.d, & li.2.de tẽpera.c.6.c.d, & lib. ar. medic. c.74.h,
I F.13.t.1.c.16.
K G. lib.5.de v.p. c.4.b
L Lib.1. Fẽ.1.d.4. c.1. & G.lib.1.de facul.natu.c.12.f, & li. 2.de tẽpera.c.6.c.d
M F.13.t.1.c.16. & G.li.5.de v.p.c.4.c
N G.lib.5.de v.p. c.8.a
O G.lib.5.de v.p. c.11.b

membrum aliquod, accidunt[a] erisipyla & formica. Et quando spargitur in corpore toto quieta absque ebullitione, accidit icteritia. Et quando currit à felle ad intestina cum superfluitate, facit incurrere solutionem ventris cholericam, & rasuram. E

A G.lib.de atra bile.c.5.e

De anatomia splenis. *Cap. 2.*

SPlen[b] omnino est euacuatorium fæcis sanguinis, & adustionis eius, & sunt melancholia naturalis, & accidentalis. Et inest ei proprietas quædam, & virtus eius resistendi cordi ex parte inferiori, & hepati, & felle ex latere.[c] Cumq́ trahit turbiditatem sanguinis, digerit ipsum.[d] Et quando accessit, aut fit pontica & fit conueniens ad commouendum os stomachi, & præparandum ipsum vt coria, & temperandum caliditatem eius, mandat eam ad ipsum in vena magna. Et quando debilitatur splen à mundificatione hepatis & quæ sequuntur ipsum ex melancholia, accidunt in corpore ægritudines melancholicę: scilicet ex cancro, & varicibus, & elephantia, & impetigine, & lentiginibus nigris, & morphea nigra: imo melancholia, & lepra, & reliqua: Et quando debilitatur ab educendo illud quod oportet exire de melancholia ab ipso, oportet vt fiat magnus, & magnificetur, & apostemetur: & vt non sit ei quod generatur de melancholia locus in ipso: & vt teneatur illud quod commouet os stomachi. Et quando mandat eam cum superfluitate, fortis fit fames. Et si fuerit acetosa, & non fuerit superflua, tunc facit vomitum, & facit nauseam. Et quãdoq́ facit accidere in intestinis excoriationem melancholicam mortiferam.[e] Et cum ingrossatur splen, F arescit corpus, & arefit hepar: & est magis nocens hepati: Et quandoque aduritur melancholia in splene, declinans ad acetositatem temperatam. Et quandoque effunditur plurima cumq́ peruenit ad stomachum, facit accidere vomitum melancholicum. Et quandoque est ei periodus, & accidit ex ea subuersio stomachi. Cumq́ multiplicatur euacuatio melancholiæ, & non est illic febris, tunc est propter debilitatem retentiuę, aut fortitudinem expulsiuę. Et quando multiplicatur eius retentio, est tunc econtrario.[f] Et splen quidem est membrum longum, linguosum, coniunctum cum stomacho à sinistro suo vsq́ retro, & vbi est dorsum, attrahens melancholiam cum collo continuato cum concauitate hepatis, vbi continuatur collum fellis, & expellit ipsam cum collo orto ex interiore eius: & eius concauitas sequitur stomachum: & gibbositas ipsius sequtiur costas: & eius suspensio cum costis non est cum ligamentis pluribus fortibus, immo cum paucis villosis vigoratis cum panniculis costarum. Et ab hoc latere continuatur cum venis quietis, & pulsatiuis. Et latus eius concauum superficiale declinat ad hepar & stomachum, quamuis sit oppositum inferiori parti hepatis cadens apud inferius stomachi: & continuatur inter ipsum, & inter stomachum vena incarnata cum vnoquoque eorum: & in ipso est suspensio etiam, & sustentat ipsum siphac constans ex duabus tunicis cum ramis qui ex ipso separantur, in eo pluribus numero paruæ quantitatis, intrantibus splenem & zirbum.[c] Et in splene quidem sunt venę pulsatiles, & non G pulsatiles plurimæ, in quibus sanguis digeritur, & assimilatur substantiæ ipsius: deinde expellitur superfluitas ipsius:[g] Et corpus eius est rarum, vt facile recipiat superfluitates grossas melancholicas, quæ ipsum ingrediuntur.[h] Et tegit ipsum panniculus ortus ex siphac, & cõmunicat diaphragmati causa illius, quamuis sit panniculus diaphragmatis etiam ex siphac.

B G.lib.4.de r... c.15.a, & 4.b.5... de atra bile.c.c...
C G.lib.4.de r... c.15.a.b
D G.5.lib.de ... c.4.g.h
E T.2.c.1.& li.4. F.7.t.4.c.1.& Ga. lib.2.de natur. fac. c.9.c, & Ras... ti.t.1.c.1.167.3
F Ga.lib.5.de r... c 7.h.& li.4.c...
G Gal.li.4.de r... c.15.a.b, & lib... 7.h
H Ga.li.4.de r... c.16.c

De icteritia citrina, & nigra. *Cap. 3.*

ICteritia est alteratio coloris corporis fœda, ad citrinitatem tendens, aut nigredinem propter cursum hu. citrini, aut nigri ad cutem, & quæ sequuntur ipsam sine putrefactione, quæ si ei associaretur, faceret accidere tertianam in citrina, & quartanam in nigra. Et causa citrinæ secundum plurimum est ex parte hepatis, & ex parte fellis. Et causa nigræ est ex splene: & quandoque accidit vt sit ex hepate.[a] Et quandoque accidit vt sit causa citrinę & nigræ simul ipsa complexio communis corpori. Loquamur ergo prius de icteritia citrina: & dicamus q̃ icteritia citrina aut fit propter multitudinem generationis choleræ citrinæ: aut propter prohibitionem euacuationis eius. Et multitudo eius quod generatur ex ea: aut est propter membrum generans ipsam: aut propter materiã à qua generatur: aut propter causas extraneas.[i] Et membrum quidem generans ipsam in natura, est hepar.[k] Nam cum ipsum valde calefit propter causas calefaciẽtes[l] & propter apostemata in hepate, & in meatu choleræ: aut propter oppilationem retinentem choleram à felle: aut propter ca- H liditatem complexionis choleræ, tunc calefit hepar valde, faciens accidere cholerã ẜm q̃ sciuisti in loco suo.[m] Generans vero ipsam non in natura, est totũ corpus. Nam cum ipsum superflue calefit, conuertitur quod in ipso est ex sanguine ad choleram. Et materia sunt[n] cibi, & cum sunt ex genere eorum à quibus generatur cholera, aut propter caliditatẽ ipsorum, aut propter velocitatẽ conuersionis eorum ad caliditatẽ in stomacho calido, non euacuãtur à generatione choleræ plurimæ. Causę autẽ extraneæ sunt, sicut caliditas extrinseca dñans super ipsum, & sparsa in eo propter causam quæ est[o] sicut morsus gererati aut serpentis: aut percussio vespę pernitiosæ, aut punctura pediculi vulturis. Et qñq́ faciunt eam medicinę ebibitę, sicut fel alnemer, & viperæ, cum sunt taliter q̃ non interficiunt: & ventosa ẜm plurimũ apparet subito.[p] Et in icteritia quidem quæ fit propter multitudinem choleræ, qñq́ fit eius sparsio ex se ipsa propter vehementiã victoriæ eius super sanguinem:[q] & qñq́ est ẜm semitam expulsionis naturæ, & est icteritia cretica. Et hęc multitudo accidit qñq́, vt generetur subito: & qñq́ generatur paulatim & in diebus aliquibus: qñ illud quod generatur non resoluitur, aut propter spissitudinẽ cutis, aut propter grossitiem materiei. Et propter has duas causas fit icteritia, cum commouentur venti septentrionales, & in hyeme frigida: & cum retinetur

Infra a
I Li.1.F.1.d.4.c...
K Ga.5.lo.af.c.7. fol.34.b
L Ser.1.4.c.9.
M Pau.lib.3.c...
N Ras.18.... c.1.187.1.
O Li.4.F.6.t... 4.& Gal.5.loc.af... c.7.a
P Hip.4.apho...
Q Gal.5.loc.af... 7.a.& hip.4.apho... 64.

Supra α A retinetur sudor consuetus. α Et multitudo generationis choleræ quandoq; est in hepate, & quandoq; est in corpore toto, fm q *sciuisti: & est propter apostemata calida vbicunq; sint propter illud quod alteratur de complexione ad caliditatem, quare multiplicatio fit generationis choleræ. Accidit ergo icteritia à vicinitate apostematum calidorum, propterea quia alterant complexionem, quãuis quandoq; accidat illud etiam fm semitam oppilationis, et prohibitionem euacuationis. Et frigida sunt digniora ad generandum choleram nigram: hęc ergo est illa quę facta est propter multitudinem. Factæ autem propter priuationem euacuationis: aut est priuatio ab hepate, aut à felle, aut ab intestinis, et membris alijs. Et quando non euacuatur ab hepate, aut est causa in agente, aut in instrumẽto, & causa quæ est in agente, est debilitas virtutis separatiuæ, aut debilitas virtutis expulsiuæ. Et causa quæ est in instrumento, est oppilatio meatus: aut eius quod est inter hepar, & meatum. Et huius quidem generis est illa quæ generatur ab apostematibus hepatibus calidis, & duris, & huius generis est icteritia quæ est cum frigore debilitãte hepar, quare constipantur eius meatus: & illa quæ est ex coarctatione etiam, & reliquis causis oppilationis. a Et scias q quando peruenit oppilatio retinens choleram in hepate, in quocunq; locorum sit hepatis, & fellis, oportet vt ex ea fiat hepar calidius quam est, & generetur cholera plus etiam, quam ea quæ generatur in dispositione sanitatis. Facta autem causa fellis: aut est b propter debilitatem eius ab attrahendo ex

Supra *

A Ras.18.cõti.t.1.c.1.186.4.

B Ga.5.loc.af.c.7.35 f

B hepate, & pręcipue cum est cum debilitate hepatis à separatione, & expulsione: aut propter vehementiam virtutis attractionis, & b implet ipsum valde vice vna: & ipsum nõ capit aliud ab ea quæ ipsum repleuit, & extendit ipsum: deinde cadit virtus eius, & non trahit: b Aut propter casum oppilationis in meatu eius ad intestina. Et quandoq; fit illa oppilatio propterea q vehemẽter coarctatur in eo illud, quod ad ipsum concurrit de cholera subito, a propter multitudinem generationis: aut vehementiam expulsionis hepatis: aut attractionis fellis, quare cooperitur orificium meatus ex eo quod retinetur: & cum hoc quoniam virtus propter nocumentum debilitatur: Et quandoq; fit propter reliquas causas oppilationis. c Et illa β quæ est in colica fit propterea q humor viscosus glutinat faciem meatus, quare cholera non effunditur ad intestina. Et hæc est illa, cuius causa est colica. d Est enim icteritia quædam quæ fit cum colica, & non est eius causa, immo sunt ambæ simul communicantes in causa vna, & est oppilatio quæ antecessit ad meatum fellis, antequã accideret colica, & prohibuit choleram effundi ad intestina, & abluere ea: propter illud ergo quòd fuit prohibita, accidit in intestina non fuerint abluta, & multiplicatæ fuerunt in eis humiditates, & cõmouerunt colicam, & accidit vt cholera rediret ad corpus, quare commouit icteritiam. Et in omni quidem oppilatione in meatu hepatis ad fel: aut in meatu fellis ad intestina: quæ est ex incarnatione aut porro, non speratur sanitas. Facta autem ab intestinis est illud, quod e quidam existi-

C Fē.16.t.3.c.6.& lib.1. F.1.do.4.c.1. & lib.13. de anima. c.1.& Ga.1.aphor. 20 g

Infra β

D Ras.lib.diuis. c.69.

E Fē.16.t.3.c.6.& Ras.18.cõti.t.1.c.1.187.3.

C mant, q quãdoq; accidit vt aggregetur in intestinis, & proprie colon cholera plurima quæ iam effusa fuit ad ea, & non egreditur ab eis propter causam prohibentẽ, quare non inuenit cholera quę est in felle, locum in quem euacuetur: quãuis meatus sit apertus. Et hoc valde parum fit, & quasi longinquum: quoniam cholera quando multiplicatur, & peruenit in intestino, extrahit seipsam, & alia, nisi accidat sensui vt destruatur: aut expulsiuę vt cadat. Icteritia autem nigra splenetica ipsa in modis suę generationis est fm icteritiam felleam inquantum eius generatio est propter oppilationem vtrorũq; meatuum, & inquantum eius generatio est propter debilitatem quarũdam virtutum, & fortitudinem quarundam earum. Verum icteritia nigra hepatica quandoq; est propter vehementiam caliditatis hepatis, quæ adurit sanguinem, ducendo ipsum ad nigredinem: & facit multiplicare melancholiam in corpore. Quod si ipsa adiuuatur ex splene & meatu aliquo adiutorio completur res. Et quandoq; est propter vehemẽtiam frigiditatis eius, quare propter ipsam cõturbatur sanguis, & nigrescit. Et quandoq; est illud frigus cum siccitate, & quandoq; est cum humiditate: & quandoq; est propter apostemata frigida dura. Icteritia vero nigra quę est causa corporis totius, aut est propter vehementiam caliditatis corporis totius, & adurit sanguinem faciendo nigrum: aut propter vehementiam frigiditatis, & congelat ipsum & denigrat eum. f Et omnis icteritia citrina aut nigra, quę est propter corpus totum, est causa venarum procedentium in toto cor-

F G.de difis sym. c.4.h, & Ras.18.cõti.t.1.c.1.187.1.

D pore: & est corruptio conuersionis sanguinis ad ipsam fm comparationem corruptionis conuersionis sang. ad materiam hydropisis hyposarcæ factæ vel quæ fit, quãuis non sit illic corruptio apparẽs in hepate: immo sit in venis tantũ. Et tibi quidem possibile est vt diuidas, & scias, q icteritia nigra qñq; fit propter multitudinem, Et qñq; fit propter retentionem: & fm q dictum est in citrina. Et qñq; aggregantur vtræq; icteritiæ simul, aut quia cholerę, & ei quod ipsi cõmiscetur ex san. accidit adustio, & fit melancholia, & componuntur ambo hu. g aut quia in vtrisq; lateribus simul est nocumentum. s. latere hepatis & fellis, & latere splenis. h Et iam existimauerunt quidam q cholera accidit subito: & melancholia non accidit subito. & fuit eorum intentio ad hoc, q causa generationis choleræ est fortior causa generationis melancholiæ: & melancholia generatur paulatim: & res nõ est ita, quãuis sit plurimum fm q ipsi dixerunt. Et qñq; accidit etiam icteritia nigra, vt sit crisis ægritudinum splenis, & quæ similantur eis cum non declinat natura tendens ad partẽ mundificationis propter causam prohibentẽ. i Et β plurimis quidem habẽtiũ icteritiam citrinã, accidit constrictio naturarũ eorũ, propter retentionẽ excitatoris mordicatiui, quem tu sciuisti. k Et in illo qui habet icteritiam, & non curatur, neq; resoluitur eius materia est timor: Et pluribus eorũ associatur mors subita, & peior species icteritiæ est hepatica quæ est ab apate: & est illa quã dixit l Hip.

G G.6.lo.aff.c.1.b

H Ras.18.cõti.t.1.c.1.187.2.

Supra β

I Fen.16.t.3.c.6.& lib.1.do.4.c.1.

K Ras.18.cõti.t.1.c.1.186.3.

L 6.aphor.42.

& dixit. Cum hepar est in ictérico durum, tunc illud est significatio mala.[a] Et Hip. quidem iam dixit in quibusdam, quæ ad ipsum referuntur, quod ex icteritia est species mala cū erit in vrina habentis ipsam simile orobo, & est cum eo punctio in corpore & febris, & horripilatio debilis: & est debilitas in locutione ex gingiuis, & ista interficit vsque ad .xiiij. diem. E A Raf. 18. cō. c. 2. 188. 4.

De signis causarum icteritiæ citrinæ — *Cap.* 4.

SCias quod in pluribus icteritijs, citrina & nigra, tingitur vrina: &[b] quotiescunque vrina est plus tincta est laudabilior, & magis significatiua sanitatis hepatis, & virtutis eius. Facta autem malitia cōplexionis calidæ in hepate, signa[c] sunt signa nota, siue sint signa illa cum signis apostematum calidorum, aut non, sicut cum non albescit cum ea egestio ea albedine, quam habet in oppilatiua: immo quandoque tingitur plus. Et non sentitur grauitas quæ sentitur oppilatiua. Et minoratur appetitus, & multiplicatur sitis: & exiccatur corpus, & rubescit vrina, & raro fit subito: Et si fuerint causa eius vehementia acuitatis cholerae in felle, & inflammatio eius in ea, tunc signa eius erunt[b] assiduatio citrinitatis coloris corporis, &[d] nigredo faciei solius, & albificatio linguę, & arefactio & cōstrictio naturæ, propterea cholera vehementer exiccat fæcem, &[b] albedo vrinę & subtilitas eius in principio propter retentionem choleræ in corpore absque expulsione: deinde vehementia citrinitatis eius: deinde nigredinis: & grossities eius: & vehementia fœtoris odoris eius in fine. Verum facta à malitia complexionis calidæ in toto corpore est, vt sit totum corpus calidi tactus, [e] & in ipso fit pruritus, & fit appetitus paruus cum acceptione grossi,[e] & dulcis: & fit egestio proxima consuetæ, tendens ad lenitatem, & similiter vrina: & vt venæ sentiantur calidæ valde, alterati coloris: Et non fit cum albedine egestionis, & grauitate partium hepatis, & fellis, sicut est in dispositione oppilatiuæ: immo multoties est egestio tincta, & corpus leue. Et non appropriatur hepati aliquo signorum eius singulari ei: & non fit subito, sicut est quædam species oppilatiuę. Quod si fuerit propter apostema calidum, aut durum, scies signa eius ex eis quæ[f] dicta sunt. Ex oppilatiuę autem signis inseparabilibus, sunt albificatio egestionis in pluribus horis, aut paucitas citrinitatis eius, & vehementia citrinitatis vrinæ in colore suo.[b] Et grauedo in mirac in latere dextro. Et dolor & inflatio apud cibum. Et pruritus in corpore toto, & leuitas somni super latus sinistrum. Verum cum fellea non albificatur egestio subito, vehementi dealbatione: albificatur ergo egestio in primis, deinde accidit icteritia: & cum hepatica non albificatur egestio, nisi gradatim. Fel enim transmittit illud quod in ea est de cholera paulatim vsquequo finiatur & similiter albificatur egestio paulatim vsquequo compleatur albificatio eius, & iam appareat icteritia. Et quando cadit oppilatio in meatu, qui est in felle ad intestina, & non est in operationibus hepatis nocumentum præteritum, neque in hora nisi postquam læditur eo ex retentione choleræ in ipso, & nō inuenit viam ad fel plenum,[g] tūc est amaritudo oris vehementior, & sitis fortis. Et fellea quidem plurimum commouet colicam, aut associatur ei secundum modum quem[h] innuimus. Et illam ex oppilatiua, cuius causa est frigus, aut constipatio significant dispositiones præteritæ. Et ex summa earum est dispositio corporis totius. Si autem causa eius est humor grossus, significat ipsam regimē præcedens. Quod si eius causa fuerit nascentia rei alicuius, aut incarnatio, significabit ipsam assiduatio icteritiæ, & assiduatio signorum oppilationis, & paruitas iuuamenti administrationis aperitiuorum ex clysteribus, & alijs. Et in illa in qua causa est debilitas virtutis expulsiuæ hepatis, aut discretiuæ, non est tinctura vrinę vehemens valde, sicut est in oppilatiua in dispositione qua sunt virtus discretiua & expulsiua fortes: & non albificatur egestio pure: & non sentitur grauitas, quæ est ex oppilatione: & inuenitur in reliquis operationibus hepatis debilitas. Et quandoque associantur ei diarrhœa, & signa debilitatis hepatis. Et illa in qua est causa debilitas virtutum fellis est cum nausea vehementi, & amaritudine, absque grauitate: & est generatio eius paulatim: & tinctura in egestione est inter albedinem & citrinitatem, sed est in vrina fortis valde. Icteritialis cum non est illic debilitas virtutum hepatis expulsiuarum.[i] Quidam autem existimauerunt quòd in illa quæ est ex felle, cum rectificatione hepatis, vrina est secundum colorem suum & dispositiones suas naturales, & hoc est impossibile. Hepar nanque sanum expellit choleram in primis ad fel, quòd si non fecerit, tunc ad vrinam: & prohibet ipsam penetrare in sanguinem quantum potest. Verum quando multiplicatur[k] remanentia vrinæ albæ cum icteritia, aut parum tinctæ est deterius, & magis timendum quod cadat habens eam in hydropisim, quoniam significat quòd oppilatio est ex frigore. Venenosam autem significat morsus, si est ab animali. Sed si est à veneno significant ipsam præterita sanitas, & bonitas humorum, & aduentus ipsius subito, absque alteratione egestionis ad albedinem. Eius vero quæ cretica est, signa sunt, quoniam ipsa fit in ægritudinibus acutis, habentibus crises per eā: & sunt cum ea signa alia crisis, sicut nausea, & subuersio stomachi, & vomitus cholericus, & vehementia vigiliarum, & sitis, & paruitas appetitus cibi, & amaritudo oris, & paruitas anhelitus, & siccitas naturæ. Et creticam quidem significat crisis tantum: sed bonitas & malitia verificantur cum significationibus quæ eis associantur quemadmodum de eis[l] dicemus in capitulo suo. Et pulsus quidem in icteritia citrina in pluribus dispositionibus[m] est paruus, propter debilitatem virtutis, sed non est vehemens, quoniam cholera est leuis calida. Sed est[m] durus propter vehementiam siccitatis,[m] & non est propter illud velox: quoniam virtus non est cum illa fortitudine propter malitiam complexionis.[n] Et cum icteritia quidem citrina multoties egreditur sudor citrinus.

B Raf. 18. cō. c. 1. 187. 2.
C Fē. 14. t. 1. c.
D Lib. 1. F. 2. c. 3. & Raf. ib.
F E Aeti. lib. 3. c. 17.
F Fen. 14. t. 3. c. 4.
G Raf. ib.
G H C. 3.
I Ser. t. 4. c. 1.
H K Lib. 1. F. 2. d. 3. sum. 2. c. 2.
L Lib. 4. F. 2. 20. & 21.
M Gal. de puls. Tyro. 46. d
N Raf. 18. c. 1. 186. 4

De signis

A *De signis causarum icteritiæ nigræ.* *Cap. 5.*

FActam quidem à splene solum, significat quòd non est citrina: deinde fit nigra. Citrina enim non fit à splene omnino.[a] Licet nigra fiat quãdoque ab hepate.[a] Verum nigra splenetica vehementioris est nigredinis: & associantur ei signa duritiei splenis, & magnitudo eius, & dolores eius qui sunt in sinistro latere: & quòd quandoque sunt egestio & [b] vrina in ea nigræ. Et quandoq; egreditur in egestione [b] fæx nigra: & hoc est signum forte. Et quandoq; saluatur vrina, cum non est in hepate nocumentum, si nõ venit ad ipsum nocumentum aduentu superfluo. Est enim tunc salus eius, significatio quòd icteritia est splenetica. Et in hac icteritia mirac quandoq; est extensum cum dolore, & grauedine. Et secundum plurimum natura est constricta, & quandoq; nõ est: Et est digestio mala, & est cũ ea malitia animæ,[b] & tristitia, & [c]†{guesgues} sine causa. Et quãdoq; egreditur cum ea sudor niger. Et factam propter oppilationem in meatibus, significant grauitas vehemens, et difficultas dormiendi super latus sinistrum. Et cum facta propter apostema calidum & durum, sunt signa eius. Et cum facta propter debilitatem, non est grauitas. Quod si fuerit debilitas hepatis etiam, significant ipsam signa eius. Et factã ex hepate significant ꝙ nocumenta prima apparent in hepate, & splen est saluus non læsus, nisi cum eo nocumenta fuerint hepatis facientia melancholiam. Et non est nigredo vehemens pura, sicut in splenetica: & significat ipsam
B nocumentum in vrina. Et si fuerit corruptio ex latere caliditatis & siccitatis, erit nigredo ad citrinitatem decliuis. Et si fuerit ex latere caliditatis & humiditatis, erit illic citrinitas cum rubedine, sicut rufedo quædam. Et si fuerit ex latere frigiditatis & siccitatis, & frigus erit dominans, erit ad viriditatem: aut siccitas dominans, erit ad nigredinem. Et si fuerit ex latere frigid. & humid. humiditate vincente, erit ad citrinitatem quandam, & fisticitatem. Et si fuerit frigiditas vincens, erit ad viriditatem. Spleneticæ vero color vnus est.

A Ras.18.cõti.t.1. c.1.187.1.

B Aeti.lib.3.ser.2. c.17.

C † solicitudo melancholica

De cura icteritiæ citrinæ. *Cap. 6.*

SCias quod intentio in curatione icteritiæ ad duas res tendit: quarũ vna est vt remoueatur icteritia ipsa, cum eo quod resoluit ipsam à cute, & ab oculo cum medicinis notis, lauatiuis, & cum collyrijs oculi, & cum medicinis solutione educentibus materiam facientem icteritiam. Et secunda vertitur ad causam, & abscindit eam: & est aut rectificatio complexionis, aut confortatio virtutis, aut regimen apostematis, aut apertio oppilationis: Aut euacuatio per phlebotomiam basilicæ, aut saluatellæ,[d] aut venarum quæ sunt sub lingua ex eo quod narrauerunt quidam. Et si non fuerit illud, tunc cum ventosatione supra locum hepatis sub spatula dextra: aut sub eo in spatio quod est sub costis. Aut euacuatio quæ est cũ solutione ventris euacuante materiam. Et euacuatio cum vomitu. Nam ipse est iuuatiuus in omni icteritia. Verum in curatione nocumenti veneni, absciss-
C sio causæ est melius quod oportet præmittere, quare oportet vt cum ea occupatio fiat primo. Et icteritię quidem cuius causa est complexio calida in hepate, aut in corpore, aut in felle propter aliquam causarum, præter ebibita & comesta, aut ex ambobus, cura est, si est illic repletio sanguinea, & cholerica, cum euacuatione amborum in principio rei, sanguinis quidem per phlebotomiam, sicut ex basilica: sed choleræ per solutionem ventris cum eis quæ sunt sicut myrobal. & fumus terrę, & sicut cum scammonea in lacte acetoso, & ad vltimum cum soluentibus choleram, aut speciebus aquę casei factis fortibus cum myrobal. & scammonea, & similibus. Descriptio aquæ casei bona Recipe lactis caprini lib. iij. & cartami quantum manu capi potest, teratur, & dissoluatur digitis in lacte hora vna: deinde coletur, & dimittatur vt lac coaguletur in nocte, deinde coletur à caseitate sua, & accipiatur aquositas eius, & proijciatur super ipsam aliquid mellis aut zuccari, aut salis indi pondus drach. ij. Et si vis ipsam facere fortem, pone in ea scammoneæ danic. i. & bibatur ex ea secundum mensuram, quę toleratur tribus diebus. Et ex eis quæ coniungunt mundificationem icteritiæ cum eductione materiæ per solutionem ventris, est vt sumantur aquæ foliorum raphani vnc. i. cassiæ fistulæ drach. ix. & seminis atriplicis darch. i. & aloes danic. i. & croci danic. i. hoc est rectius ei, quæ est cum apostemate calido in hepate, aut in meatibus, & febricitat etiam. Et sit cibus sicut aqua hordei, & olera: & secundum quòd sciuisti in capitulo [e] apostematum hepatis:
D quoniam non est in prolongatione sermonis vtilitas. Cumq; apparet maturatio aude super ea in quibus est scammonea, & aloe, & similia: postquam fregeris cum eis, quæ sunt sicut aqua cuscute, & endiuiæ, & reliquorum ex illis quæ sciuisti. Et ad summum, dum non remouetur apostema, & non rectificatur dispositio, non habeas spem in curatione ipsius icteritiæ. Sed si febris non est, & virtus sit fortis, illud est illic significatio quòd non sit apostema: deinde si est inflammatio, tunc tibi inest administrare almosusat, & charis albachar, et charis alsemech & charis de carne hœdina: & aquas fructuum, & succos eorum: & proprie aquam granatorum in ieiunio: & acetosum de carne vaccina: & acetosum de piscibus: & succos olerum frigidorum: plurima nanq; istorum quãuis sint ex cibis, tamen inest eis proprietas fortiorum medicinarum huius capituli in rectificando complexionem. Et ex curis huius dispositionis est illud quod Recip. succi foliorum raphani, & succi mori partes equales, bibatur ex eo pondus drach. xxx. nã in ipso intenditur etiam intentio ipsius icteritiæ. Et similiter si fuerit inflãmatio in felle. Et cõfert istis lac asininum decoctũ cum pauco aceto, & sumatur in potu. Aut succus absinthij cũ aqua frigida. Et qñq; confert vt cibetur infirmus pane azymo, & sale trito, & endiuia plurima. vij. diebus. Hoc enim lauat fel, & remouet putrefactionẽ eius, & ingrossat illud quod est in ea. Et istis quidẽ non cõceditur vt bibant vinũ nisi plurime cõmistum.

D Gal. 9. de medi. cõpo. fm loc. c. 1. c & Ras. 18. cõti. t. 1. c. 2. 187. 4.

E F. 14. t. 3. c. 1.

mistum. Et vt nõ perueniat nisi ad illud, quod est leue ex carnibus, & ad ius carnis auis. Et omnis E
qui habet icteritiam ex causa calida, oportet vt deuitet vigilias, & iram, & motum plurimũ, & bal-
neum. Et quando caliditas est in toto corpore, & infrigidatur hepar & fel, tunc infrigidãtur venę,
& proprie quãdo administras balneationem cum aquis tepidis in quibus decoctæ sunt medicinę
frigidæ & humidæ. Aqua vero frigida actu, & illa in qua sunt virtutes medicinarum constipantiũ,
prohibent resolutionẽ icteritiæ. Et quandoq; administrantur in curatione hepatis & fellis calido-
rum, emplastra super ea. Et quandoq; dantur in potu[a] trochisci, de quibus sunt trochisci composi A Ras.l.9.c.
ti ex semine citroli & semine endiuiæ, & semine lactucæ, & semine cucurbitæ, & sandalis, & spo-
dio, & ro. ru. assumptis æqualibus partibus proijciantur super omnes drach. ij. ex eis kirat. i. cam-
phoræ, & fiant inde trochisci & bibantur. Et iam expertum est iuuamentum emplastrationis he-
patis & eorum quæ vicinantur ei cum succis infrigidatis super niuem,[a] & duobus sandalis, & cam
phora[b] ita vt sentiatur infrigidatio interius. Ipsum enim remouet icteritiam, & albificat vrinam in B Lib.4. Fe.
diebus aliquibus. Si autem causa fuerit debilitas in hepate, & felle, curetur cum regimine prædi- c.10.
cto in [c]debilitate hepatis. Nam cura ipsius fellis, est illa cura etiam. Ad regimen autem apostematis C F.14.t.1.c.
iam innuimus hoc & cõpleuimus sermonem in [d] capitulo hepatis. In oppilatiua vero illud quod D F.14.t.3.c.
communicat omni oppilationi, est cura oppilationis [e] prædictæ in capitulo hepatis, ex phleboto- E F.14.t.1.c.
mia, & prouocatione, si fuerit oppilatio in gibbositate: & ex solutione ventris, si fuerit in concaui F
tate secundum necessitatem. Et alienent à se omne quod constipat, & exiccat, quamuis sit calidũ:
quoniam constipat meatus, & oppilationem efficit fortem. Et ex eis quæ rectiora sunt est vt præ-
mittas lenificationem eius, & humectationem: deinde sequaris eam cum apertione. Et sit lenifi-
catiuum quandoq; calidum & humidum, & quandoq; frigidum & hu. quemadmodum dispositio
facit ipsum necessarium. Et cum aperis in fine, aut incipiendo, tunc ex eis quæ recta sunt, est vt se-
quaris illud soluendo, secundum q̃ tolerat ipsam, & secundum q̃ præterijt de solutione ventris.
Et scias quod quando tu incipis cum solutione ventris, & non efficit impressionem, tũc tibi inest
vti fortibus aperitiuis deinde solutiuo forti. Et oportet vt des in potu vice vna secundum fortitu-
dinem. Et si fuerit oppilatio ex nascentia rei alicuius, non existimo q̃ sit ei medicina. Quidam aũt
dixerunt ei medicamen, & dixerunt: sume succi portulacæ, & succi foliorũ raphani crudi, & aquæ
foliorum acetosæ omnia ista sumantur contrita, & fac bullire omnia simul, & colentur, & ponan-
tur quantum illud de succo acetosæ cum aliquãtulo horobi cõtriti. Et dixerunt, in potu detur etiã
ex eo aliquid, cum semine raphani, & semine melonis excorticatis, & commistis cum quarta am-
borum costi, & myrrhæ. Et si fuerit oppilatio ex siccitate, & arefactione, & illud est ex eis quæ si-
gnificat dispositio corporis tũc administrabis lenificãtia ex eis quæ soluunt cholerã sicut mucilagi
nes, & sicut sebesten, & similia cum oleo amygdalino. Quod si oppilatio fuerit ex apostemate ca- G
lido, tunc cura eius erit cura ipsius. Cum ergo maturatur, sis audax ad dandum in potu diuretica,
sicut anisum, & fœniculum sine timore: similiter ad euacuandam solutione ventris choleram.
Et si fuerit apostema durum, tunc res in ipso erit difficilis: oportebit enim vt curetur apostema du
rum. Et vsquequo fiet illud, oportebit vt intendatur intentio icteritiæ ipsius cum eis quæ dice-
mus. Et medicinæ quidem singulares quæ administrantur in hoc capitulo, prædictæ sunt [e] in ca-
pitulo oppilationis hepatis. Et ex aperitiuis bonis proprijs huius capituli, sunt squilla, & assarum,
& trochisci facti ex amygdalis amaris & absinthio & assaro & aniso & [f] † {agarico.} Et ea in qui- F † nardo
bus sunt cum apertione intentiones, alię sunt vt sumantur [g] granorum pineę maioris drach. iij. & G Ras.l.9.c.l.
passularum enucleatarum drach. v. & sulfuris citrini aure. 5. & epithymi, & seminis apij montani,
& ciceris nig. & turis albi omnium ana drach. ij. terantur, & cribellentur, & sumatur ex ea summa
eorum drach. i. & . 5. cum aqua fœniculi, & administretur diebus aliquibus similiter, est enim sana-
tiuum: & nos iam experti sumus ipsum multoties. Et [h] † {alsangiar} [a] est ex melioribus medicinis H † Diosc. li.
icteritiæ. Et difficilior ista est in qua est oppilatio in meatibus cholerę. Sed clysteria & solutiua sunt c.11. Anchusa
conueniẽtiora in eis. Et assumuntur solutiua ex eis quæ sunt sicut epithymũ, & polypodium: po- Infra a
nantur in eis istæ medicinæ. Descriptio bona ad illud. Recip. granorum pini. drach. iiij. agarici
drach. iij. & succi eupatorij drach. iij. informentur ex eis pilulę, & bibatur ex eis drach. i. & iteretur H
multoties.[i] Et quando chronica fit icteritia oppilatiua, tunc necessarium est sumere diacurcuma, I Ras.l.8. cõti.
& theriacam, aut similia ex eis, quæ aperiunt cum fortitudine, & similiter dialacca. Et quando est c.2. lib.1.
cum oppilatione febris, tunc atriplices sunt boni valde: q̃m sunt aperitiui & extinctiui.[h] Et [a] simili- Supra a
ter radix [k] † {lactucæ asini} de qua sumatur pondus ʒ. ij. cũ melle. Et similiter aqua cuscute,[l] & en K † anchusæ
diuiæ amare cũ rotulis cassiæ fistulæ, cum oleo amygdalino amaro, & dulci. Curationes aũt icteri L Ras. lib.
tiæ in quibus attenditur intentio ægritudinis ipsius, & resolutionis eius licet in eis sint apertio op- c.64.
pilationũ & reliqua iuuamẽta, aliæ sunt potiones: & alię sunt ablutiones: & alię sunt caputpurgia.
Et plurimũ iuuamentũ earũ est in oculo, & facie. Et alię sunt quę sunt regimẽ cõe, sicut est admini
stratio balnei frequẽs q̃m radix curatiõis est sup ipsam & sup id qđ currit cursu eius ex administra-
tione tinæ cũ aquis fortibus. Et q̃n incipit mingere, mingat in tina q̃m est cura eius. Et q̃n egredit
ex balneo, cooperiatur vt nõ adueniat ei frigus oĩno, & dormiat coopertus. Ea vero quę sunt pręter balneum ex illis quę administrantur vsu medicinę, sunt quę extrahũt ex cute icteritiam. Et me
dicinæ quæ extrahũt illud, q̃nq; extrahũt ipsum aut cũ solõne vẽtris aut prouocatione, aut cũ sudo
re, & melius vt sit sup exercitiũ, & laborẽ, & sitim: & proprie q̃n est faciẽs sudare potus: & sit post
balneum.

A balneum. Et illi qui suę icteritię curationem vult cum resolutione, nocent frigus, et septentrio, nisi velit per ea resistere medicinæ calidæ, et remittere eam: sicut sumit in potu piper: deinde post illud sedet in aqua frigida.[a] Et dicitur quod patientes icteritiam iuuantur per cõsiderationem in rebus citrinis. Illud enim mouet naturam ad expellendum materiam citrinam totam ad cutem: quare adiuuatur adiutorium curationis in ea. ego vero non sum ex illis qui negem huiusmodi curationes, sicut sunt plures eorum, qui philosophantur ad eas, & ex medicinis bibitis cognitis, est vt in potu sumat stans in tina vnc.ij. succi raphani cum drach.5. baurac, & vnc.i. telha. Nam ipsa non morantur quin extrahant ex ea citrinitatem. Et iterum sumatur manipulus[b] asparagi, & pugillus ciceris, & decoquantur in vase vitreato cum.v. kist aquæ. de qua in potu sumatur mista cum vino si non est feb. & si est feb. potetur sola: deinde sedeat in tina aquæ in qua decoctus est capillus veneris, & egredietur ex eo citrinitas: & iterum [c] floris nitri pondus drach.ij. cum vino antiquo dimittatur in nocte sub cœlo & sumatur in potu, & de balneatione fiat illud quod dictum est. Aut sumantur in potu squilla assata cum.vi. partibus salis adusti, & dosis sit.ij. aure. in ieiuno. Aut sumatur in potu caulis marini pon.ij. drach. puluerizati super ouum sorbile, & sorbeatur. Aut corticis granatorum drach.iiij. arsenici pondus drach.ij. sumatur ex eis simul quantum tolerat pollex, & sumatur in potu cum tribus vnc. lactis asinini. Aut pondus.i. drach. & quod est supra fœnugræci, & sumatur in

B potu cum aqua & melle, & sedeat in tina aquæ frigidæ: aut sumatur capillus veneris tritus, & accipiantur ex eo drach.iiij. cum aqua in qua decoctum est anisum.[d] Aut succus acetosæ cum aliquantulo vini:[d] aut stercoris canis comedentis ossa alba non nigra pondus drach.iiij. cum aqua mellis. [d] Aut foliorum siclæ exiccatæ drach.vi.[e]†{cum aqua mellis.} Aut stercus ouium cum decoctione aut calamenthi exiccati drach.iiij. cum vino permisti, fiat illud tribus diebus: aut ciceris nigri.lib.i. capilli veneris manipulus.i. decoquantur in aqua, donec consumatur tertia: et sumatur ex ea in potu vnc.i.[f] Aut succi raphani vnc.ij. vini vnc.i. Aut ciceris nigri lib.i. carpobalsami, turis, seminis fœniculi, omnium ana. pugillus.i. decoquantur in.vi. achsat aquæ donec consumatur tertia: & sumantur in potu ex ea vnc.ij. Et si non fuerit feb. potentur cũ vino.[f] Aut cinnamomi quãtitas quã tolerant tres digiti cum vino, & melle medietis s'm mensurã vnc.i. &.5. aut cũ aqua & vino.[g] Aut semina almahaleb excorticata ex corticibus suis, de quibus in potu sumatur põdus.ij. darch. Aut rubeæ tincturæ drach.i. in ouo sorbili.[f] Aut sumatur limaturæ cornu ceruini kirat.xviij. & sumat in potu cum syrupo farsaticũ. Aut sumatur grana pineæ, & ameos, & staphisagria, & sumat in potu æger ex eis. Aut piperis, &[d] stercoris canis albi comedentis ossa cochlearium.i. cum vino.[h] Aut [α] impleatur coloquinthida eiecto ex ea quod intra est, vino & aqua, & bibatur. Aut detur in potu de[d] felle[β] vrsi in vino. Aut sumatur cornu cerui drach.i. & tertia, & sulphuris põdus duorũ danic,

C & bibatur illud: & bibatur post illud vinum. Aut sumatur, & proprie in oppilatiua reubar. hypericon, capilli veneris, condisi, & rubeæ tinctorũ partes æquales & dosis sit drach.i. Et medicinę quidem singulares quę ingrediuntur in hoc caplo, & sunt aperitiuæ etiam, sunt[i] absinthium, anisum, assarũ, acorus,[k] rubea tinctorum, gentiana, xylobal.[l] agaricus, condysi, nux cupressi, costus, vtraque aristol. Et ex eis quæ dicuntur, & sunt leuia, est vt sumatur in potu cerebrũ alcucugi in vino puro. Aut sumãtur vitelli duorum ouorũ, & conquassentur in media scutella vini seu in media lib. vini, & bibantur. Et ex eis quæ laudantur vehementer est, vt sumantur in potu[m] de lumbricis terrenis exiccatis, quoniam ipsi mũdificant statim. & similiter fel[β] vrsi. Et ex eis quæ experta sunt etiam est, vt dentur in potu[n] †{radices acetosæ: & stet in sole, & ambulet post illud hora vna, donec calefiat, & sitiat: deinde sumat decoctionem capilli veneris, & rubeæ tinctorum, & mentæ.} Et similiter si bibatur post balneum. Et ex diureticis proprijs ei est, vt sumatur nucis cupressi pondus drach.ij. cum pondere drach.ij. casiæ ligneæ, & bibatur cum vino antiquo: deinde currat habens ipsam cursu vehementi vel cum forti conatu ad currendũ: quoniam minget icteritiam totam. Et quandoque iuuantur[o] cũ carne eritij propter fortitudinẽ suæ prouocationis, & mundificationis, & conuenientiæ suę ad hepar, & est cibus. Et aqua cuscutę quando bibitur ex ea sacraiati.i. cũ semine apij, & zuccaro altabarzet est iuuatiua.[p] Et ex[α] solutiuis proprijs eis est, perforetur coloquinthida, & expellatur illud quod est in ea, &

D impleatur vino, & bulliat super prunas, & coletur, & bibatur. Et ex eis quę nos probauimus est, vt sumatur aloes drach.5. & scãmoneæ danic.i. & salis naptici drach.i. quarta, & rubeę tinctorũ, & agarici amborũ ana ℈.5. fiant ex eis pilulę, & bibantur cũ aqua de seminibus, & medicinis quas diximus ante. Et nos iã diximus clysteria in antidotario ad hoc caplm. Et ex caputpurgijs sunt succi, quibus fit caputpurgiũ sicut succus cucumeris asinini, & succus foliorũ nasturtij, & succus prassii, &[q] succus cyclaminis, sicut est: aut conteritur cyclamen, & infunditur in lacte mulieris in nocte: deinde exprimitur in mane, et tepefit, et distillatur. Aut succus radicis rathba vel fasfasa exprimitur et bullitur cũ sambacino bullitione leui, & in ipso fit parũ galię, & fiat cũ eo caputpurgiũ aut succus radicis raphani contriti cum folijs suis. Et ex succis qui nõ sunt caliditatis magnę, est succus siclæ, & ex succis frigidis est succus semperuiuæ, aut succus[r] †{alasfius} fluuialis: &[q] acetũ ipsum quando sugitur naribus, & retinetur hora vna infirmus in pila balnei, quoniam est bona curatio, Et similiter si infundatur in eo nigella die & nocte, deinde coletur, et fiat caputpurgiũ, et odoret ex ea sola et permista. Et ex eis quæ sunt præter succos est, vt sumatur staphisagriæ quarta drach.i. et teratur, et dissoluatur cũ aqua coriandri, et olei amygdalini ana drach.x. et fiat cũ ea caputpurgium ipso existente in tina aut pila aquæ in balneo, Et quandoque miscentur cum ea aliquid origani sicci, et aliquid aceti vini. In

Auic. tt iiij oculo

A Fẽ.1.t.4.c.23.& F.13.t.3.c.5.& F.21 t.1.c.2.& c.14.& li. 1.F.1.d.4.c.2.& F. 2.d.1.c.8.&.d.2.sũ. 1.c.14.& Ga.lib.de moti.mani.fol.67. d.e.h, Li.de the.ad Piso.c.11.e,& Ras. 18.cõti.t.1.c.2.187.4

B Dios. li.2.c.118.

C Aeti.lib.3.ser.2 c.18.

D Gal.9.demedi. cõpo. s'm loc.c.1.b

E † myrrhę obolos.ij. cũ mulsa ieiuno.

F Paul. lib.3.c.50.

G Ras.18.cõti.t.1. c.2.190.1.

H Gal.ibi.g

Infra α

Infra β

I Dios. lib.3.c.23.

K Dios. li.3.c.137.

L Dios. lib.3.c.1.

M Ga.de theri.ad Piso.c.9.f

Supra β

N † G.9.de cõpo. medi.s'm loc. Aut Adianti, aut Menthę & Erythrodani parẽ portionẽ feruefactã in aquæ hemina vna, in sole diutius exposita, potui dato sitibundo anhelantique; vt bibendo sudet, Sed Ras. idẽ quod Auic. dicit.18.cõti.t.1.c. 2.187.4.& Halya. lib.7.pract.c.41. & Gal. s'm aliam interpretationem.9.de compo.medic. s'm loc.c.1.b.c.aliter

O Oppo. lib.2.c. 239.nisi sit marinus.

Supra α

P Gal.9.de medi. cõpo. s'm loc.c.1.g.

Q Gal.ibi a

R † psylij.

oculo vero ipso assiduetur ipsius ablutio cum aqua rof. & aqua coriandri, & aqua niuis. Ablutio- E
nes vero habentibus icteritiam sunt aquæ in quibus decoquũtur capillus veneris & sceha, & ma-
iorana, & polium, & chamæmilla, & alachauan. proprie, & tribuli, & anethum est radix in eis. Et
quandoq; ponitur propter calidam icteritiam in eis acetositas citri, quoniam est vehemẽtis abster-
sionis cum sua incisione in omni tinctura: & quandoq; assumuntur ex istis rebus emplastra, & as-
sumuntur ex eis olea, quibus fit inunctio, sicut oleum alachauen, & oleum chamęillinum, & oleũ
anethinum, et iterum oleum achid alhaneb & oleum de lilio.[a] In icteritia vero cretica oportet, vt A Gal. 9. de [illegible] cõpo. s[illegible] loc. [illegible]
cum consummitur ægritudo intendatur in ea intentio ipsius ægritudinis cum lauatiuis, & diure-
ticis mundificatiuis, & fortasse non indiget solutione ventris: & fortasse sufficit balneum solum.
Quod si videris in vrinis eorum, & egõnibus paucitatem tincturæ, scias q; materia in eis est grossa
quare conforta illud cum quo medicas ex lauatiuis & prouocantibus sudorem & similibus. Vene
nosæ autem cura est theriaca, & mythridatum, propterea quia resistit venẽo: deinde bibat aquam
[b] malorum acetosorum, [b] & aquam granatorum, [b] & succum endiuiæ, [b] & portulacæ, [b] & mucila- B Raf. lib. [illegible] c. 64.
ginem psyllij, & almirberis, & omnia in quibus est infrigidatio cũ virtute theriacæ. Et in ipsa qui-
dem iam expertum fuit in principio cum accidit, & proprie cum venenum est ebibitum, vt biba-
tur [b] lac assidue cum oleo [b] amygdalino. [c] Regimen autem ipsorum cum cibis iam docui ipsum in C F. 14. t. 1. c. [illegible]
complexione calida, absque debilitate manifesta, & sine oppilatione. Oppilatiuam vero & debili- F
tatiuam cognosces per ea quæ dicta sunt in capitulo hepatis. Et cibus quidem ictericorum est ille
qui est leuis & subtilis & in quo est apertio. Et ius piscium confert eis, proprie cum eis quæ prouo-
cant, & subtiliant de illis, quæ dicemus in fine [d] capitulorum. D Cap. 7.

De cura icteritiæ nigræ & aggregationis vtriusque icteritiæ. *Cap. 7.*

IN illa quidem quæ splenetica est, considera an sit illic repletio sanguinea plurima: quare phlebo E Raf. 18. [illegible] c. 2. 188. 4.
toma[e] basilicã sinistram: & [f] saluatellam post eã: deinde occupa te cũ splene, & rectificatione op- F Paul. lib. 3. c. [illegible]
pilationũ eius, & apatum ipsius, debilitate eius. Et si fuerit illic cã multitudo melãcholiæ pp illud, G Cap. 3.
qd generat ipsam ex virtutibus, & cibis, ſm q; [g] dictũ est, oportet ẽt euãre eam cũ eis quę ipsam eua
cuãt. Ex illis est decoctio scolopendriæ cũ eleboro dicta in antidotario: & euetur ex ea multoties. H Ser. t. 4. c. [illegible] rum differ.
Et decoctio epithymi ſm hũc modũ. [h] Recip. myrabol. ni. & keb. amborũ ana. ℥. x. fumiterræ, sco-
lopẽdriæ, polypodij, & florum capparorum oĩum ana drach. v. radicũ apij, & fœniculi amborum
ana pugillũ. i. ellebori nigri pondus drach. ij. decoquãtur in tribus lib. aquæ donec remaneat quar
ta: & proijciatur super ea epithy. drach. v. & bulliat ebullitione leui: deinde coletur, & cõponantur I Ser. t. 4. c. [illegible] lacte [illegible]
cũ ea hieræpicræ due tertię drach. i. Et similiter pilulæ factę [i] de myrobal. nigris, & epithymo, & sa
le indo, & agarico, & corticibus radicis capparis. Et qñ fit euacuatio, detur in potu lac camelarũ: &
si non reperitur, detur aqua casei facta cũ syrupo acetoso de seminibus, & spodio & polio. Et medi G
cinę subtiles quæ sunt ex scolopendria & radice capparis & similibus. Et aqua in qua decoquũtur
folia tamarisci, & radices: & aqua foliorũ capparis, & aqua foliorũ raphani: & syrupus acetosus, &
similiter aqua solatri: & aqua apij, si fuerit caliditas, & syrupus acetosus in quo decocta sunt scolo-
pendria, & folia capparis, et fructus tamarisci, & polium. Et si fuerit in splene apa calidũ, oportebit
vt non superfluitas sit in calefacientibus. Et si in ipso sunt oppilationes, tunc aperitiua fortia prędi
cta in [k] caplõ hepatis, iuuatiua sunt etiã. Et ego dicã [l] in caplõ oppilationis splenis medicinas, quæ K F. 14. t. [illegible] L T. 2. c. 7.
ei ꝓpriæ sunt. Et si est causa debilitas attractionis splenis, tunc de illis quæ necessaria sunt, est vt tu
ponas super ipsum ventosas sine incisione. Et vt administreť exercitiũ, & emplastra confortantia
splenẽ, sicut illud qď fit ex absinthij, & cordumeni, & florũ squinãthi, & alhasce, & centaureę, & ra
dicum capparis omniũ añ. parte. i. & ex rof. partibus. ij. ex bdellij parte. i. & . 5. & ex ammoniaci par
tibus. vij. & decima partis, fiat ex eo emplm. Et qñ abluitur fiat cũ aceto puro forti, in quo bulliant
anethũ, & baurac, & sal, & ruta, & calamenthum. Et si fuerit in causa icteritiæ nigræ caliditas hepa
tis: curetur hepar cũ extinctiuis, & si fuerit frigiditas, curetur cũ theriaca maiore proprie, & cũ me-
dicinis notis. & si fuerit causa in ea corpus totum, fac in primis illud quod conuenit hepati, vt pa-
tiantur ab eo venæ: deinde corpori. Ipsam aũt icteritiam cura cũ eis, quibus curas ipsam icteritiam
citrinam, & cum eis quæ de illis fortia sunt. Et quando aggregãtur ambæ icteritiæ simul, & est re- H M Albu[illegible] lib. [illegible] t. 18. c. 11.
pletio, & indiges phlebotomia, [m] phlebotoma tunc ambas manus, simul, aut fiat interuallum inter
eas ambas diebus aliquibus. Et aggrega inter duo regimẽta. Et da in potu inter ea ambo decoctio
nem absinthij, & epithymi: & aggrega aquas foliorũ raphani & tamarisci, & salicis omnium ana
vnc. i. & . 5. aquæ solatri vnc. iij. aquæ foliorũ capparis vnc. ij. aggrega & fac bullire omnia cũ ℥. x. ca
siæ fistulę, & ꝓijce sup ea põdus duarũ tertiarũ vnius drachmę hierę pigrę, & põdus. ij. danich cro-
ci, & pond. iij. kirat scãmoneæ assatæ in citonio & expecta duobus diebus: & post illud bibať aqua
casei, et syrupus acetosus. Cibi autẽ in oĩbus illis, sunt cibi, leues, noti, et pisces alradradri, & ius pul
lorum pinguium. Et ex oleribus endiuia, et apium, et condita proprie, et capparis cum aceto.

TRACTATVS II. *de reliquis dispositionibus splenis.*

Sermo vniuersalis de ægritudinibus splenis. *Cap. 1.*

SPleni [n] accidũt omnes species ægritudinum prædictarum. s. de ægritudinibus com- N Alex. lib. [illegible]
plexionis, & compositionis, sicut oppilationes, & solutio continuitatis, & similia, & O T. 1. c. [illegible] F. 7. t. 4. c. 1. [illegible]
apostemata cum speciebus suis.[o] Et scias q; quando splen impinguatur, extenuatur de natur. fac. [illegible] & Raf. 14. c. [illegible]
corpus: quoniam debilitantur virtus hepatis vehementer cum contrarietate, quare [illegible]. 167. 3.
minoratur

A minoratur generatio sang. & cum hoc ipse attrahit de sanguine illius infirmi rem plurimam propter magnitudinem sui. Et penitus extenuatio splenis significat bonitatem humorũ: & pinguedo eius malitiam humorum. Et qñq; conuertuntur ęgritudines splenis ad febres commistas, sicut ipsæ qñq; generantur ab illis ægritudinibus. Ipsæ.n. generãtur multoties ex tertiana non pura, & ex febribus pestilentialibus, & feb. cõmistis: & plurimæ [a] quidem ęgritudines splenis sunt autumnales. Et [b] color habentis eas, est decliuis ad citrinitatem, & nigredinem. Et qñq; perueniunt ęgritudines splenis ad stomachum, & fortasse addunt in appetitu eius: & qñq; destruunt appetitum ipsius: & qñq; cogunt ipsum, cum propinqua est digestio, ad euomendum rem acetosam ex qua ebullit terra post nocumentũ, & post dolorem. Et vrina sanguinea bona est in fine ægritudinum splenis: & similiter grossa in qua est fęx: vniformis & in qua est viscositas sanguinis similis sanguisugæ, & qñq; resoluitur per eam feb. ex ægritudinibus splenis: quare resoluitur per eam splen.

A Hip.3. apho.22.
B Li.1.F.2.doct.3. c.3.& Ga.li.1.lo.af. c.5.d, & lib.5.c.7. fo.34.b

De signis complexionum splenis. Cap. 2.

CAlidam significant sitis, & inflammatio in sinistro, & corruptio virtutis eius, quę attrahit melancholiam. Frigidam vero significant debilitas attractionis eius, & casus appetitus & turbulentia coniunctiuę oculi, & multitudo rugitus & eructuationis. Et significant siccam durities, & macies corporis, et grossitudo sang. et vehementia nigredinis coloris. Et humidam, significant lenitas lateris sinistri, & mollities corporis, & nigredo trahens ad albedinem plumbeam.
B

De cura. Cap. 3.

C Ga.2.art.cur.ad glauc.c.5.c
D Cap.6.
E Fen.14.t.1.c.18. & t.3.c.12. & lib.1. Fé.4.c.1. & Gal.11. meth.c.15.e, & lib. 13.c.15.f.g, &. 17.f
F Gal.13.meth. c.17.f
G Cap.7.

EST proxima curationibus hepatis: & [c] indiget vt sint medicinæ fortiores, & penetrabiliores: et ingenietur eorum penetratio cum eis, quæ penetrare faciunt: & cũ eis, quæ obseruant virtutem super eas, vsquequo perficiant operationes suas. Et [d] scias, q differentia inter curationes spleneticas & hepaticas, est in fortitudine, & debilitate, & labore, & facilitate. [e] Hepar.n. est dignius vt faciliter procedatur cum eo. Et non fit superfluitas in fortificando illud quo curatur. Et non afferantur super ipsum medicinæ acutæ nimis, sicut acetum forte nisi in necessitate. Et [f] splen econtrario illius eget vt adiuuent medicinæ eius cũ eo, quod conseruat virtutẽ earum, & cũ eo, quod penetrare facit. Et spleni qdem sunt medicinę, quę sunt proprie ei: sicut cortices radicis [f] capparis, & sicut scolopędria, & ammoniacũ, & alliũ syluestre. Et qñq; necessariũ faciũt ęgritudines splenis vt phlebotomet̃ basilica maior, et phlebotomet̃ saphena: immo phlebotomentur vtręq; [g] guidegi.

De apostematibus splenis calidis, & frigidis, duris, & de duritie ipsius, quæ non est apostema. Cap. 4.

SCias q minorantur in splene euentus apostematum calidorum, & fixio ipsorum simul: immo qñ accidunt spleni apostemata calida, festinant ad duritiem: qm̃ sanguis, qui peruenit ad eũ vt nutriatur ipso, est sanguis grossus ingrediens seu cõgregatus in apostemate, quare indurat̃. Plura
C ergo apostemata splenis sunt dura, mollia vero sunt in quibusdam horis. Et plurimum, quod accidit in ipso de apostemate calido est sanguineum: & cholericum accidit in ipso raro, sicut plurimũ eius, quod accidit in eo ex frigido, est durũ, & est in inferiore parte splenis propter grauitatem materiei. Et figuræ eius sunt quatuor rotunda, & lata, & longa grossa, & longa subtilis. Phlegmaticũ vero accidit raro. Et spleneticus quidem est, qui habet duritiem in splene suo: aut propter grossitudinem suæ substantiæ, quãuis non perueniat ad finem ad quem peruenit apostema: aut propter apostema durũ in ipso: & primũ quidem est leuius. Inquit Hip. si spleneticus inuenit dolorem interiorem, est magis saluũ: & illud, qm̃ cum ipso est adhuc sensus. Et [h] dixit qñ accidit ei fluxus ventris cũ sanguine, est melius. s. quia speratur cum ipso resolutio materiei splenis eius. [i] Si autem perseuerauerit, adueniet ei lubricitas intestinorum & hydropisis, & morietur. Et causa in eo est dominium frigiditatis super complexionem. [k] Et dixit illi, qui catarrhum habet, non accidit splen: & in hoc est consideratio. Et fortasse multitudo catarrhi est significatio humiditatis complexionis eius & est illud proximũ rationi. [l] Et in libro Hip. ille, qui habet dolorem in splene suo, & currit ex eo sanguis rubeus, & apparent in corpore ipsius vlcera alba non lædentia, moritur in die. ij. & nõ cadit appetitus eius. Et [m] qñq; terminantur apostemata splenis fluxu sanguinis nariũ etiam, & proprie ex latere sinistro: & apostematibus apud aures difficilis suppurationis, & apertionis propter
D grossitiẽ materiei. Et [n] laudabilior vrina eorũ, est grossa sanguinea. Et vrina in qua est fæx coadunata vel hypostasis coadunata qñq; significat sanitatem splenis, & resolutionem eius. Et dixerunt quidam cum fuerit in vrina sicut suspensio sang. & febricitans habuerit splenem, extenuatur vel destruitur splen eius. Et [o] qñq; contingit in quibusdam hominibus vt magnitudo splenis generetur, & remaneant ẽm illud tempore longo, & sint ẽm salutem dispositionũ suarũ apparentiũ tempore vitæ suæ, quãuis qñq; accidant ex magnitudine eius nocumenta plurima etiam, ẽm materiã efficientem, & ẽm virtutem splenis. Et [p] scias, q splen qñq; apostematur post apostema hepatis ẽm semitam permutationis: & illud est melius, quam vt permutetur apostema splenis ad hepar.

H Hip.6.apho.48.
I Hip.6.apho.43.
K Fé.5.t.1.c.11.& Ras.20.cõt.t.1.c.1. 200.3. & Halya.9. theo.c.32.
L Ras.20.con.t.1. c.1.200.2.
M Ga.9mé.3.in.1. porrhet.33.e
N Ras.200.3.
O Ras.200.4.
P Fé.14.t.3.c.1. & Ras.17.9ti.t.1. c.1. 178.1.& Ga.9mé.2. in.6.de morb.vulga.27.e
Q Ser.t.4.c.10.

De signis. Cap. 5.

COmmunicant apostemata splenis omnia in grauedine, & in magnitudine, & dolore extẽso vsq; ad diaphragma ex latere [q] sinistro, & qñq; ascendit vsq; ad furculam, & ad humerum sinistrum per cõitatem furculæ. Et qñq; facit anhelitum duplum existẽtem [q] ẽm formam anhelitus fletus infantis, qm̃ apostema impedit diaphragma ad hoc, vt vadat in motu anhelitus: quare stat subito propter læsionẽ, deinde redit: & dum non est apostema magnũ, non comprimit diaphragma. Nam cõicatio splenis ad diaphragma est minor valde cõicatione hepatis ad diaphragma &

minor

minor est cõicatione stomachi etiam,& etiam qm̃ sensus vel tactus inuenit splenis inflationem,et corpus extenuatur.Et [a] qñq; accidit ex apostematibus splenis,& proprie qñ sunt in inferiore parte eius,vt subtilietur sanguis,qm̃ splen vehementer mundificat vel attrahit grossitiem sanguinis & fecem eius.Et qñq; accidit vt calefiant pedes,& genua ipsius:et illud qm̃ stomachi os cõicat inferiori [a] parti splenis,qm̃ ex ipsa ascendit vena expellens humorem melancholicum:cum ergo caliditas naturalis fugit,peruenit ad extremitates proximas.Et qñq; accidit extremitati nasi eius & auriũ ipsius vt infrigidentur propter illud,quod accidit ex subtilitate sanguinis & velocitate passionis in eis & paucitate eius etiam.Et ista membra vehementis sunt passionis ab infrigidatiuis. Et [b] apostema quidem differt ab inflatione per priuationem grauitatis:& q apostemati dolorem facit tactus & inflationem qñq; sedat,compressio & remouet dolorem eius,& [b] causat rugitum,et eructuationem.Et cõicant apostemata eius calida cum accidentibus prædictis,& cum inflatione, & siti,& febre.Verum eius,quod est cholericum,est inflammatio vehementior, & sitis fortior,& grauedo eius minor:& est dolor ad inflammationem decliuior,q̃ ad tensionem:& color est ad rubedinem tendens.Cum apostematibus vero duris,maligna fit anima,& commouetur tristitia,& guesgues in quibusdam horis.Commistio vero sensus fortis non accidit,nisi apud multitudinem dominij ipsius:qm̃ materia melancholica mota est non ad partẽ capitis:quãuis iam accidat ex parte alia,et est per cõitatem splenis ad diaphragma:deinde diaphragmatis ad cerebrum.Et qñq; denigratur lingua ex duritie splenis:& sentitur durities eius absq; rugitu,cum premitur: nisi aggregetur ei inflatio.& non est cum ea feb.inseparabilis,immo qñq; est nõ ẽm ordinem.Et [c] qñq; multiplicãtur cum ea vlcera crurium.Et corroduntur dentes,& [c] gingiuę,propter grossitudinem sang. qui descendit in vlcera crurium:& corruptionem vaporis,qui descẽdit in omnes partes gingiuarum,& dentium.Et qñq; est in vlceribus crurium crisis illius.Pluribus nanq; eorum,qui splenem habent,cum accidunt exercitia laboriosa,attrahitur inde materia ad crura,& euadit,& egrediunt̃ cum ea bothor,quę nominantur grana albothin.Et multoties est vrina splenetici,sicut sani:sed cũ exercitat seipsum,resoluitur melancholia eius ad vrinam, & facit ipsum habere nigredinem, quæ non erat.Et si in ea esset causa vniuersalis perseueraret etiam in hora quietis.Et phlebotomia plurima apostemat splenem.Et autumnus est eius inimicus.Et qñ fuerit durities post apostema calidum,antecedent accidentia calidi:deinde permutantur ad accidentia duritiei.Et [d] multoties quidem confortatur splen subito per seipsum,aut per illud,quod confortat ipsum, & præualet super totum illud,quod est in ipso de materia mala,& solutione educit eam fæculentam,sicut fæx oliuarũ.Et significat,q est ex splene,& non ex hepate euasio hepatis ab ægritudine. Et q splen tolerat ipsam,& detumitio eius propter illud,quod accidit ei ex hoc. Cum apostematibus autem frigidis phlegmaticis,sunt signa apostematũ cum lenitate tactus,& cũ albedine coloris, in quo est parum nigredinis.Et [e] splenetici quidem vehementiorem cibi appetitum habent, q̃ alij.[f] Sed vomitus difficilis fit in eis valde,& sunt naturæ eorum strictę secundum plurimum,& indigent in vomitu, & in solutione ventris medicinis fortibus valde.

De curatione apostematum splenis calidorum valde. *Cap. 6.*

APproximant curationes eorum [g] curationibus suorum similium in hepate, præter q necessitas sit omnium illorum & obseruantiæ ad latus stypticitatis, sed cum cautela calefactionis vehementis:vt non festinet materia ad grossitiem,& duritiem.Et cõicat in hoc hepar etiam: ambo.n.præparata sunt vt permutentur ex apostematibus calidis ad duritiem.[h] Verũ oportet vt misceantur cum eis medicinæ,in quibus fit incisio aliqua cum caliditate æquali:& stypticitas, & virtus frigiditatis sicut alumen.Et [i] scias,q acetum multum ingreditur in curis ægritudinum splenis omnibus.Et oportet vt administrẽtur oẽs medicinæ in curis ipsius cum eo.Et oportet vt incipiat̃ in [k] primis à phlebotomia basilicæ:deinde dantur in potu succi, & aquæ prædictæ in ægritudine hepatis.Et illa,quæ appropriantur spleni plurimum,sunt aqua foliorum [k] kalef & aqua tamarisci & aqua foliorum [k] algarab,& aqua portulacæ,& aqua capilli veneris humidi:Et ex eis,quę conferunt in ipso,est vt detur in potu pondus.ʒ.i.de semine portulacæ cum aceto. Inest.n.ei proprietas in resoluendo apostemata,& duritiẽ eius:& vt de arnoglossa exiccata pulueris omni die sumatur quantitas cochlearij vnius.Et cibus sit ille quem diximus in capitulo hepatis. Et zersechie inest proprietas iuuatiua,& proprie quando frangitur cum zuccaro siccitas eius,& cum tereniabin.

De curationibus duritiei splenis. *Cap. 7.*

CVm scis,q causa in illo est quantitas ex sanguine plurimo melancholico oportet vt phlebotomes basilicam,& [l] saluatellam:& [m] dimittas saluatellam constringi per seipsam, cum constringitur ante casum virtutis.Et [n] qñq; necessarium est tibi vt phlebotomes guidegi sinistrum.Et qñq; indiges vt consequaris eam cum euacuatione,per ea quæ educunt melancholiam de quibus [o] dictum est in capitulo icteritiæ nigræ.Et oportet vt non obliuiscaris canonis prædicti [p] in curatione duritierum de lenificatione,quæ cõiungitur omni resolutioni vt non conuertat̃ in lapidem humor.Quod si expeditus fueris ab hoc aut non indigueris eo, erit tibi necessarium vt [q] administres medicinas abstersiuas,incisiuas,in quibus non est multitudo caliditatis. Et fortasse inuenies has intentiones in medicinis singularibus,& fortasse indigebis compositis. Et [r] medicinæ singulares,quæ faciunt illud sunt medicinæ in quibus inuenis amaritudinem,& stypticitatem:aut caliditatem temperatam & stypticitatem.Et qñq; inuenis medicinas singulares facientes illud cum

proprietatibus,

A Haly.3.tec. c.32.
B Ser.t.44.c.
C Paul.li.3.c.
D Fen.14.t.4. & t.4.c.1. t.1.c.2.& Gal. affe.c.1.b
E Ras.10.c.1.101.1.
F Hipp.1.aph. & Ras.ibi.
G Cap.3.
H Cap.7.& Gal. de medi. loc.c.1.d
I Gal.ibidem.
K Ser.t.4.c.
L G. de curãd. ne phleb.c.14.g
M Ras.10. c.1.
c.1.t.3.4.& Gal. de administra. to.c.5.g
N Cap.3.& Ser. t.4.c.12.& Auic. 3.fen.1.c.11.
O T.4.c.7.
P Fe.13.t.4.c.1. Fen.14.t.5.c.1
Ras.10.c. 204.3.
Q Cap.6.
R G.9. de medi. põne ẽm loc.c. &.6.de simp. facul.43.b

A proprietatibus, quæ ſunt in eis. Quod ſi inuenis medicinam in qua ſit amaritudo tantũ, tunc permiſce eam cum aliquantulo aluminis & aceto. Alumen.n. frangit ſua virtute ſubtilitatem eius. Et [a] cauterium dictum in ægritudine ſplenis, ſuper vena, quæ eſt in iteriore parte brachij ſiniſtri, fiat. Et ſi non fuerit manifeſtę diſpoſitionis, tunc cum eo, quod innuimus. Et qñq; ſufficit regimẽ ſubtiliatiuum in ſanatione ſplenis. Et qñq; accidit vt cõferat in ipſo regimen impinguans corpus, cũ non facit accidere oppilationem, & non fuerit ingroſſans ſang. Et ſi fuerit ita hepar vero ſit forte ſuper rectificationem eius. [b] Regimen nanq; impinguatiuum eſt ex eis, quæ humectant ſang. & rectificant ipſum, & temperãt ipſum cum fractione melancholiæ. Et [c] qñq; peruenit durities ſplenis ad hoc, vt non ſufficiat in curatione eius adiutorium cum eis, quæ bibuntur abſq; eis, cum quibus fit ei emplaſtrum. Et omne lac, præter lac camelarum eſt malum ſpleni. Et medicinarum ſingularium, quæ adminiſtrantur ad hanc cauſam, melior [d] eſt cortex radicis capparis, ipſe enim multoties educit vrinam, & egeſtionem ſanguineam fœculentam, & ſanat proprie qñ bibitur cũ [b] ſyrupo acetoſo de ſeminibus declinante ad acetoſitatem. Et non eſt ipſe ſolus, immo ſicut [e] centaurea, & ſuccus eius, & proprie minor, & [f] radix lilij, & [g] flos ſalis, & [h] acorus confecta cum melle oĩ die cochlearium vnũ: & grana [i] alfachd & [k] ammoniacũ, & [l] camepityos, & [m] camedryos: & [n] grana alcadra cum ſyrupo acetoſo, & [o] praſsium præcipue cum aqua ferrariorum quam dicã. et ſquil-
B la eſt bona, & vltima, & melius eſt oxymel eius, & [p] ſcolopendria cum ſucco [q] tamariſci, & [r] naſturtium, & [ſ] nigella, & [t] agaricus ſolus cum ſyrupo acetoſo aut centaurea. Et doſis cuiuslibet illorum ſit ab vno auř. vſq; ad. ʒ. ij. Et [v] epithymi pondus. ʒ. v. in. ℥. i. ſyrupi acetoſi, vſq; ad. ʒ. ij. iſtud enim cum iteratur ſolutione ventris educit illud, quod eſt in ſplene, & detumere eum facit. Et [x] ammoniacum, & [y] lupini, pręcipue decoctio eorum cum ſyrupo acetoſo & decoctio alſuila cũ aqua dulci, & bibať cũ ſyrupo acetoſo, aut cũ aqua decoctionis polij: & [z] acetoſa ſylueſtris diſſoluta cũ ſyrupo acetoſo, & ſuccus ſpinæ recentis, & anethum ſiccũ ſumatur ex eo omni die pondus. ʒ. ij. & conſequatur vrina cameli, & ſucci eupatorij pondus. ʒ. ij. cũ aqua decoctionis abſinthij. Et [a] iuuamentum cũ lacte camelino, & vrinis eorum eſt vehemẽs valde: & aſſumat inde fortis, & debilis oĩs ſm ſe. Et melius eſt illud cuius [b] camela iam paſcuit algarab & ſceha, & apium, & fœniculum. Et qñ apparet ex potatione eius digeſtio apoſtematis, & apparet in fæce euacuatio melancholiæ, perueni poſt illud cũ confortatione. Aut ſume albothin infuſum in aceto. vij. diebus: deinde accipiet ex illo albothin omni die tria cochlearia, & ſorbeat ex illo aceto ſuper ipſum. Et [c] ſumat in potu ſeminis raphani pondus. ʒ. i. & ſ. cum aceto forti: aut decoctione foliorum nucũ recentium decoctorũ cum aceto ſquillæ. Aut aqua foliorum capparis cum ſyrupo acetoſo: aut de nardin. i. ſpica romana cum ſyrupo acetoſo ſquillitico. Et ex eis, quæ currunt curſu eorũ in quibus eſt proprietas, eſt [d] pon-
C dus. ʒ. ij. ſeminis portulacæ cũ aceto: Aut [e] coralli contriti valde pondus auř. i. cum aliquo ſyruporum ſpleneticorum. Aut raſura de cucurbita tenera vel humida. [d] Aut ipſa cucurbita teratur poſt exiccationem, & bibatur ex ea. ʒ. ij. pondus cũ ſyrupo acetoſo. Et iterum ſemen cannæ, & ſemen cuſcute, & folia kaleſ propter ſuam amaritudinem & ſtypticitatẽ: & ſemen acetoſæ, & ſemen atriplicis, & fructus tamariſci, & folia eius & pulmonis vulpis, aut [f] hepatis ipſius pondus. ʒ. ij. in ſyrupo acetoſo aut [g] ex ſplene α aſini ſylueſtris aut [g] ſplenis equi, aut pulli equi ex quocunq; illorũ fuerit pondus. ʒ. ij. exiccati. Aut accipe veſpertilionem, & decola ipſum, & exicca ipſum, & contere eũ: & accipe ex eo, quod tolerant tres digiti. Aut accipe. vij. veſpertiliones pingues, & decola eos, & mundifica eos, & exicca eos, & pone ipſos in vaſe vitreato ſubmerſos cũ aceto forti, & obtureť cum luto & dimitte in tanur calido. Cũ ergo decocti ſunt, depone vas extractũ ex eo, vſq; quo infrigidetur, deinde extrahe eos, & diſſolue digitis in aceto, et ſumať ex eo in potu omni die pondus ʒ. ij. & hæc eſt curatio experta. Et cõueniens quidem eſt, vt huiuſmodi medicinæ ſingulares dictæ prius, & poſterius bibantur cum ſyrupo & aceto. Et vt fiant ex eis emplaſtra confortantia cũ aceto. Medicinæ vero compoſitæ, quæ bibuntur ſunt, ſicut ſcolopendria, et ſpodium ex quibus bibať pondus. ʒ. ij. cũ ſyrupo acetoſo. Et [h] trochiſci de capparibus, & troc. alfengiecheſt cum ſyrupo acetoſo, & troc. de reu. facti cum corticibus radicis capparis, & bibiti in aceto vehemẽtis acetoſitatis:
D & illud cum nõ fuerit inflatio. Et [h] trochiſci de rubea, & [i] theriaca diateſſaron eſt optima valde cũ non fuerit feb. Aut [k] ſume naſturtij partem. i. & nigellæ partem. ſ. conficiantur cum melle deſpumato, & ſit doſis. ʒ. iij. cum aceto commiſto, aut ſuffuſ ex ariſtoľ. et myrobaľ. kebu. de quo ſumatur cochlearium. i. cum vrina cameli, & cum vrina caprarum. Et corticũ capparis. ʒ. iiij. Et ariſtoľ. longæ pondus. ʒ. ij. ſeminis alfengiecheſt, & piperis amborum ana. ʒ. vi. fiant ex eis trochiſci. Et ex eis quæ conferunt eſt illud, quod Recip. capilli veneris, & corticum radices capparis, & ſeminis portulacę, & ſeminis rutę, & ſeminis alfengiecheſt, & hyſſopi omnium ana partes ęquales, et doſis ſit ʒ. iij. in ſyrupo acetoſo. Aut ſumanť radices capparis, vuæ paſſæ & ſemen raparum, & hyſſopi terantur omnia & infundantur in aceto die & nocte, & decoquanť in aqua plurima, donec ad paucam redeat, & miſceatur cum ea ſyrupus acetoſus fortis de ſeminibus, & bibatur. Aut [l] in potu ſumant de aceto, in quo decocta fuerunt abel & nux cupreſſi decoctione vehementi donec remaneat parum, & bibatur ex eo illud, quod poteſt, & fiat emplaſtrum cum fæce ipſius. Aut lac camelarum ſm conditiones ſuas in potu ſumatur cum aqua foliorum algarab. Et iterum ſumanť rubeę ʒ. xij. & cortices radicũ capparis, & ariſtoľ. longæ, & ireos oĩum ana. ʒ. ij. conterantur valde, & conficiantur cum oxymelle acetoſo, & fiat inde trochi. ſitq; doſ. auř. i. cum aqua abſinthij & corticum

radicis

A G. de introduct. c.18.f
B Raſ.10.con.t.1. c.2.102.3.
C Ser.t.4.c.10.
D Gal.7.de medi. ſimp.fac.49.g
E Raſ.& Paul.li.3. c.49.
F Dioſ.lib.1.c.1.
G Ga.2.art.cur.ad Glauc.c.5.d
H Dioſ.lib.1.c.2.
I Dioſ.lib.1.c.116. de Vitice.
K Dio.lib.3.c.80.
L Ser.t.4.c.10.
M Paul.li.3.c.49.
N Raſ.102.3.
O Gal.8.de ſimpl. med.fac.fo.59.b,& Ser.t.4.c.10.
P Dioſ li.3.c.128.
Q Dio.lib.1.c.99.
R Dio.li.2.c.147. & Raſ.102.3.
S Raſ.101.2.3.
T Raſ.102.3.
V Raſ 103.4.& 104.2.
X Dio.lib.3.c.80.
Y Dioſ.li.2.c.102.
Z Dioſ.li.2.c.107.
A Raſ.101.2.
B Ser.t.4.c.10.
C Raſ.103.3.
D Raſ.101.3.
E Raſ.103.2.& Dio.li.5.c.86.
F G.9.de med.cõpõne ſm loc.c.2. fo.199.h
G Ga.ibi.fo.198.g
Infra α
H Li.5.fẽ.1.t.8.
I Raſ.102.1.
K Raſ.101.2.
L Raſ.104.1.

radicis capparorum decoctorum simul.[a] Aut sumantur foliorum rubi[β] recentis,& corticum radi- E cis capparis,& fructus tamarisci,& scolopendriæ,& squillæ assatæ,& piperis albi, partes æquales informentur ex eis trochisci,et sit dosis pondus.ij.aur.cum syrupo acetoso.[b] Aut [α] sumatur splen asini sylvestris,et splen pulli equini ambo exiccati,et contriti,et bibatur ex eis aur.i. perueniendo vsq; ad.ʒ.ij.cum vino permisto. Et dicitur,q; cum istæ medicinæ i potu dantur porcellis aliquibus diebus,non reperitur in eis splen.[c] Sumatur epithymum,et cortices radicũ capparis partes æquales:conficiantur cum melle,et bibatur ex eo circiter aur.v.Aut sumantur cortices radicum capparis,et scolopendria,et fructus tamarisci,et cortex kalef,et rubea,et assarum, et acorus, decoquãtur cum aceto forti:deinde coletur,et fiat ex eo syrupus acetosus mellinus,et bibatur,in cuius dosi sit pondus.ʒ.i.ammoniaci,est enim mirabile.Et si spleneticus conqueritur de solutione ventris, in qua non est sang.& cum qua non est punctura,sumat suffuf de granis granatorum tribus diebus, aut iiij.omni die.ʒ.ij.aut.iiij.& faciat vt cibus eius sit medietas eius quo consueuit vti:q; si fuerit solutio ventris eius splenetica causa in eo est,qm corpus non recipit sanguinem. Et scias,q; res calidæ valde non sunt multum cõuenientes spleni:propterea,q; indurant,& exiccant,& prohibent à resolutione.Et qñ fuerit in vrinali caliditas,tunc melius erit etiam vt in potu sumantur [d] trochisci almirberis,& similia.Medicamen cõferens duritiei chronicæ accidenti in splene.[e] Recip.radic.opopa.& ammoniaci radic.cappa.& [f] †{speciei volubilis nominatæ albroconiũ,}& medullæ squillæ F assatæ,& granorum albẽ,& alliorum sylvestriũ omnium ana partem.i.misceant omnia sumantur ex eo darkimet.i.in mane cum syrupo acetoso,aut aceto permisto.Al.Recip.medullæ alben darkimet.iij.alliorum sylvestrium darkimet.vi.corticis radicum cap. darkimet. iij. costi darkimet.ij. [g] †{astrusiun}darkimet.vi.polij darkimet.iij.radicis plantæ nominatæ cotoli, & est species illa, quæ nominatur sachragie darkimet.ij.& existimo,q; hæc est species alsachragiat, & est planta hñs folia similia myrto, & in medio sui habet annulum similem oculo,& similat semperuiuæ maiori: & granorum volubilis maioris numero.xxv.ammoniaci darkimet.iiij. bazard. darkimet.i. seminis arboris mariem vel seminis bachurmariem darchmet.i.aut radicis eius darkimet.iij.cordumeni darkimet.i.&.ʒ.granorum squillæ,& est alhõsol assorum darkimet.xvi. misceant simul, & administretur in syrupo acetoso & sit dosis darkimet.i.&.ʒ.& fm plurimum darkimet.ij. Trochisci alij facientes illam operationem.Recip.seminis lilij darkimet.iiij.piperis albi,& spicę syræ,& ammoniaci omniũ ana.ʒ.ij.informentur trochisci,& administrentur sicut illi,qui sunt ante eos.Trochisci alij conferentes spleneticis.[h] Recip.ammoniaci,[i] †{& [β] fructus alhausegi} omniũ ana darkimet.viij.cortices radicis cappa.& fructus tamarisci,& piperis albi,& [k] † {scordeon,} & squillæ mundatæ assatæ omnium ana darkimet.ij.conficiantur cum aqua,& fiant inde troc. quorũ vnusquisq; sit darkimet vnius & dosis sit.i.eorum cum syrupo mel. Al.[h] Recip.medul. squillæ assatæ G lib.ij.radicis alsesire,& est radix vitis albæ lib. viij. piperis albi & petroselini, & pastinacæ sylvestris,& farinæ horobi,& granorum [l] †{pineæ}omnium ana.℥.viij.lilij cœlestis, & radicis opopa. [m] †{ }amborum ana.℥.iij.conficiantur [n] †{ }Et cum administratur aliqd eorum, tunc melius est vt dimittat aquam,aut minoret potum eius,vt sit medicina saluãs vel conseruans virtutem.Et non trahatur ad gibbositatem hepatis propter adiutorium aquæ plurimum.In administratione autem emplastrorũ melius est,vt administretur ante eos balneatio longa fm ieiuniũ: & sit statio in tina.Et qñ egreditur æger ex ea,sumat incisiua acuta facientia sitim sicut pisces salitos,& carnem salitam & sinapim,et sahane,et sumat in potu vinum mistum cum aqua marina.Et subtiliet regimen suum,& faciat illud tribus diebus,& in quarto exercitetur donec sudet, & frequens fiat anhelitus eius,& emplastretur:& hoc fiat si res fuerit fortis,& si fuerit debilior hac, contentus sit eo,quod est leuius hoc.Emplastrorũ vero forma est, qm qñq; fiunt ex illis simplicibus, quæ diximus.Et cum emplastrum fit ex ammoniaco ipso,& stercore ouium cum aceto,est emplastrum forte.Et stercus ouium adustũ & [o] cinis [p] †{alatun} est emplastrum bonum qñ conficitur cum aceto,et fit emplastrum cum eo.Et similiter emplastrum vitis albæ cũ aceto, aut sulfure cum aceto aut folijs tithymalli cũ aceto et ruta cum aceto.Et qñ accipitur stercus vaccarũ pascentium, et exiccatur in primis,deinde decoquitur cũ aceto,fit ex eo emplastrum bonum.Et qñq; pulueri- H zatur super sulfur citrinum.Et emplastratio cum flore salis est mirabilis.Et ex illis est fæx olei granorum alben cum aceto.Et iterum alharmel cum semine suo decoquatur in aceto donec dissoluatur,et fiat ex eo emplastrum.Et ex eis,quæ sunt propinqua æqualitati est [q] sicla decocta cum aceto,et radices althææ decoctæ in aceto.Et ex compositis est maram basilicon, et [r] †{maram} Gal. et maram aluskilcus, et emplastrum aureũ, et emplastrum de aloe Gal.et maram factum de radice capparis infusa in aceto horis tot,donec lenificetur:deinde desiccetur et teratur bene, et fiat ex ea maram cũ cera et oleo de alcanna.Aut sumatur nigredo vasis de ære,et fiat ex ea,et farina hordei,et aceto et syrupo acetoso emplastrum:qm est vltimum iuuamentum. Aut administretur emplastrum de sinapi,qm est forte.Al.resoluens duritiem.Recip.ammoniaci,et ceræ, gummæ pini, omnium ana darkimet.iij.glutinis albotin,et bdellij,et [s] †{bazard}omniũ ana darkimet.vi. thuris,myrrhæ,olei cucumeris asinini omnium ana darkimet.iiij.infunde dissolubilia in aceto,et permisce ea,et vtere eis.Al.Recip.fœnugræci,et farinæ orobi,amborum ana.℥.ij.gummi albotin, et ammoniaci amborum ana.℥.v.radicis capparis,et granorũ [t] †{alsachd,} et radicis allij sylvestris, et rubeæ omnium ana darkimet.ij.ceræ lib.ij.infundantur in aceto,et misceatur in oleo antiquo, etadmi-

A G.5.de... pone fm ... & Ras.10.cõt. c.2.204.1.
Infra β
B Gal.9... ... pone fm ...
Supra α
C Ras.10... c.2.201...

D Ras.c.7...
E Aeti.lib... c.11.fo.56.
F† radicu...

G† spẽ ...

H G.5 de ... pone fm ... 198.b
I† folior...
Supra β
K† scor... aut herm...
L† cedri
M† myrrh
N† cum vi...

O Gal.5.de ... pone fm ... 199.b
P† lupi...

Q G... de simpl. facul.c... 203.
R† ...

S† galban

T† viticis

A & administretur. Aut farina fœnugræci, & sinapis, & nitrum. Aut ficus coctæ in aceto quibus superponatur sexta pars ammoniaci. Aut [a] sumatur mel faui, & liniatur super frustũ carte magnum ad quantitatem apostematis & puluerizetur super ipsum sinapis, & emplastretur ex eo splen, & dimittatur dum tolerat. [b] Aut sumatur ex ficubus.x.pingues, & infundatur in aceto horis tribus, deinde coquantur, & dissoluantur, & colentur, & sumatur pondus earum de sinapi, & radice capparis coniunctis, & misceatur omnia. Et qñq; ponunt cum eis ammoniacũ & mezerion ſm quantitatem necessitatis, & faciũt ex eis omnibus epithema, & emplastrum. Et [b] fœnugræcum, & cordumeni, & calx, & baurach cum aceto: & ammoniacum, et sordities aluei apum, et myrrha, et thus æqualiter cum aceto forti, liniantur super ventrẽ, & ponantur super ipsum, & dimittatur quousq; cadat p seipsam. Et ex eis, quæ experta sunt, & eligit ipsum [c] Alkindus est, vt sumatur ruta, & cortices radicis capparis, & absinthium, & calamenthum, & origanum, & decoquantur cum aceto, et exprimantur, & ponantur super frusta filtri, & fiat cum eis emplastrum, & renouetur quotiescũq; infrigidatur.xxi.vice in ieiunio. Et ex emplastris bonis valde, est, vt sumatur farinæ glandiũ lib.ij. & resoluantur super prunas, & proijcias super ipsas lib.i.calcis, & misceantur, & fiat ex eis emplastrum. [d] Aut sumatur baurach, & calx, & pyrethrum, & sinapis, aggregentur omnia cum kitram & liniatur, & non conueniunt cum feb. [e] Aut sumatur pyrethri.℥.v. & sinapis.℥.xv. & de granis

B almezerion.℥.iiij. & cordumeni.℥.ij. & nucis aromaticæ.℥.i. & piperis.℥.iiij. aggregentur cũ aceto squillitico: & fiat ex eis emplastrum spleni tribus horis postq; locus ablutus fuerit cum aceto, & nitro. Et chronico quidem fit epithema ex ammoniaci & amygdalarũ amararum ana partibus.x. & ex foliorum rutẽ partibus.v. fiat ex eis epithema cum aceto. Aut stercus caprarum, et sinapis recens confecta cum quibusdam succis iuuatiuis, & pauco aceto. Et ex embrocis est aqua in qua decocta sunt lupini, & ruta, & piper. Et ex emplastris vehementis virtutis est, vt sumantur ellebori nigri.℥.iij. & ellebori albi.℥.iiij. et ammoniaci.℥.iij. et nitri.℥.iij. et scammoneæ.℥.ij. piperis grana xxx. prẽparetur ruta cum glutino albothin taliter vt toleret permistionem cum istis, sicut maram, et liniatur super locum post calefactionem eius, cum fricatione: et hoc est etiam solutiuum. Et qñ non conferunt medicinæ, oportet vt ponantur ventosæ, et scarificãtia super ipsum. Et qñq; oportet, cum dominatur hu. melancholicus, et san. vt phlebotometur [a] alguidegi sinistra, et fiant cauteria super.v. loca splenis, aut.vi. deinde non permittantur sanari. Quod si non tolerat ignem, administrentur cauteria ex medicinis, sicut emplastrum de ficubus et sinapi: et sicut emplastra de gumma rutæ syluestris, et alia. Et si dominatur caliditas, et non tolerat infirmus emplastra fortia, vaporetur splen eius cum vaporatione aceti ex lapide molẽdini, Aut iaceat supine in ieiunio, et ponat̃ uper splenem ipsius frustum filtri infusum in aceto calefacto, et proprie in quo decocta est ruta.

C Et melius illo est, vt ĩgrediatur æger ieiunus balneum, cum tolerauerit illud, et resupinetur in eo, et non cesset ponere super splenem [f] frustum filtri infusum in aceto, vice vna post aliam, dum tolerat, et iteretur super ipsum diebus aliquibus, qm̃ est curatio fortis. Et ex eis, quæ approximant huic, et cõueniunt calido, est vt sumatur ex semine endiuiæ, et semine portulacæ, et cucurbita sicca, et semine alfelengiemesch, et in potu sumantur ex illis au℥.ij. cum syrupo acetoso vehementis acetositatis, deinde curetur post illud cum curatione filtri infusi in aceto. Et plurimis patientibus splenem cum caliditate datur in potu aqua endiuiæ cum syrupo acetoso, et iteratio fiat sup illud. Cibi vero sint illi, qui sunt leues, et pingues ex iuribus factis ex eis, quæ sunt leuia, et subtilia, et calefacientia cum æqualitate, et capparis cum aceto, et grana alcadra cum aceto condita: et reliqua, quẽ sciuisti in locis alijs. Et oportet vt administrent̃ cũ illis subtiliatiua, sicut sinapis, et quæ sunt illis similia. [g] Et potus eorũ sit aqua ferrariorũ: et [h] omne in quo extinguitur ferrũ ignitũ multoties.

A Raſ.20.con.t.1.c.2.204.4.
B Raſ.201.2.
C Raſ.201.3.
D Raſ.202.2.
E Raſ.101.4.
F Raſ.l.9.c.70.
G Li.1. Fẽ.1.do.2.c.19.& Ga.9.de medi.cõpõne ſm loc.c.1.199.g.& Diosc.lib.5.c.46.
H Li.2.t.2.c.252.

De cura apostematum phlegmaticorum splenis. *Cap.* 8.

CVra eius est illa, quæ temperata est ex cura duri cum euacuatione phlegmatis, et melancholiẽ. Phlegma enim eius melancholicum est: et emplastra accepta ex meliloto, et anetho, et calamo aromatico, et ruta sicca, et alijs.

De oppilatione splenis. *Cap.* 9.

D QVandoq; fit ex ventositate, et quãdoq; fit ex apostemate, et fit ab humoribus, ſm q; sciuisti: et cum ventosa quidẽ est extensio vehemens cũ leuitate: et apostemosa est cũ signis apostematis. Et oppilationes aliẽ sunt cum grauedine, et nõ associant̃ eis signa apostematis.

De curationibus. *Cap.* 10.

I Fẽ.14.t.2.c.6.

SVnt illæ eædem, quæ sunt fortes ex curationibus oppilationum hepatis: et [i] iam innuimus ad eas illic etiam.

De ventositate, & inflatione in splene. *Cap.* 11.

INflatio in splene est vt sentiantur in ipso tensio, et durities, et eminentia, et comprimitur tendens ad rugitum et eructuationem, absq; grauitate apostematum.

De cura. *Cap.* 12.

SCias, q; medicinæ conuenientes duritiei splenis proxime sunt in virtute curationi inflationis: nam ipsa etiam indiget aperitiuis, abstersiuis, resolutiuis cũ virtute styptica forti, plusq; sit virtus resolutionis: qm̃ materia est ventosa leuis. Et hoc est diuersum ab eo, quod est in apostematibus. Et cum hoc sunt ei medicinæ, quæ ipsi sunt magis similes, et in ipsam magis operantes, et magis conuenientes ei sicut agnus castus, et cyminũ, et ruta, et semen rutæ, et ameos: et quæ sunt illis similia.

similia. Et [a] confert illi iuuamentum maximum positio ventosarum ignitarum super splenem. Et [b] oportet vt famem toleret: et non sumat cibum vna vice immo separet vel partiatur quantitate parua valde. Et [b] non bibat aquam inquantum potest: immo [b] bibat vinũ antiquum subtile amarum parum. Et non [b] dormiat donec alleuietur venter eius. Et [b] qñ repletio ventris eius commouet super eum dolorem nocte vel die comprimat ipsum faciendo compressionem, post compressionem, et ingenium faciat ad egestionẽ, et dormiat. [b] Quod si illud non confert, fomentet ipsum. Et cum sciueris, quod materia est melancholica, plurima, et inflat multitudine sua, euacuabis. Et ex bibitis nãq; sunt trochisci modi huius. [c] Recip. nasturtij albi. ʒ. xxx. qui teratur, et cribelletur, et conficiatur cum aceto vini forti, acuto, et fiant ex eo trochi. subtiles parui: et ponantur vt panis in furno: aut patella vsquequo exiccentur, et non adurantur. Et [d] sumantur ex eis trochiscus pondere. ʒ. xxx. sicut panis et teratur, et commisceantur cum eis granorum alfachd, et fructus tamarisci ana. ʒ. v. et scolopendriæ. ʒ. vij. et informentur ex eis troc. et sit dosis eorum. ʒ. iij. cum syrupo acetoso de zuccaro. Et conferunt etiam troc. de agnocasto. Aut sumantur [e] †{carmazech}† granorum almaru ana. ʒ. x. seminis endiuiæ, & seminis portulacæ amborum ana. ʒ. v. informẽtur trochisci: & sit dosis. ʒ. iij. cum syrupo acetoso. Et qñq; oportet vt in potu tribuatur ex agnocasto, & ameos, & corticibus radicis capparis, & ruta sicca, & acoro aur. i. cum vino antiquo, aut decoctione medicinarum conferentium ei. Inunctiones autem et emplastra ex oleis sunt, sicut quę fiunt ex [c] oleo de absinthio, & oleo de nereiden, & oleo costino. Et ex maram est maram factum [c] ex sulfure, & alumine, & nitro, & pice, & opopanaco. Emplastra vero sunt sicut emplastra dicta in capitulis præteritis, sicut emplastrum de ficubus cum aceto, & cum ruta & nitro, & semine agnicasti, & meliloto, & chamæmilla. Embrocæ autem sunt sicut acetum in quo decoctę sunt illę medicinę, proprie ſm q dictimus ex administratione eius cũ frustis filtri, & proprie acetum, in quo decocta sunt capparis recens, & sulfur, & fructus tamarisci, & scolopendria, & folia agnicasti, & nux cupressi, & ruta. Et si voluerit; vt sit cum fortitudine, & quod non sit febris, ponãtur in eo ammoniacum, & bdellium, & similia. Et iterum calamenthum, & ruta, & [f] †{alasnhe,}† & baurac decocta in aceto cũ aliquantulo aluminis. Et cibus in illa sit similis ei, qui dictus est in alijs.

De dolore splenis. Cap. 13.

Aut fit propter ventositatem, et inflationem: aut propter apostema magnum: aut propter solutionem continuitatis: aut propter malitiam complexionis. Et tu quidem iam sciuisti signa eorum, & curam cuiusq; speciei ipsorum. Et cum dolori nõ associatur sensus, nisi in parte splenis, apud latus, tunc est ventositas retenta inter panniculum & siphac. Et si natura fuerit sicca, soluatur, & administretur balneum. Et non fiat phlebotomia quamuis indicet eam communitas medicorum, nisi apud necessitatem paucam.

[Margin: E; A Ras. 20. con. t. 1. c. 2. 204. 4.; B Ras. 202. 2.; C Ras. 201. 4.; D Ras. 202. 1.; E † fructus tamarisci; F; F† muscus; G]

Fen. xvi. de dispositionibus ficteri & intestinorum. Et est quinque tractatuum.

TRACTATVS I. *De anatomia eorum, & solutione ventris.*

De [g] anatomia. Cap. 1.



Creator sublimis propter præmissionem suæ benignæ ordinationis in homine, & antecessionem suæ scientię in commodis eius, creauit intestina eius, quę sunt instrumenta expulsionis superfluitatum siccarum, plurium numerorum, & inuolutionum, & reuolutionum, vt [h] sit cibo descẽdenti ex stomacho mora conueniens in illis inuolutionibus, & reuolutionibus: nam si creasset loco intestinorum intestinum vnum, aut breuis quãtitatis: [i] separaretur cibus velociter à ventre, & [k] esset necessarium homini hora omni sumere cibum, ſm continuationem: & sequeretur illud cõtinuatio egerendi, & surgendi ad necessarium: & [l] esset ex vno eorum in occupatione occupante à negocio suo, in necessitatibus vitæ suæ, & [l] ex secundo in nocumento & labore & esset in eo appetitus continuus & esset [l] similis bestijs. Creator igitur summus intestinorum numerum multiplicauit, & ipsorum plurima prolongauit propter hoc iuuamentum, & multiplicauit eorum reuolutiones propter illud, & [m] propter iuuamentum aliud, & est q venæ continuatæ inter hepar & inter instrumentum digestionis cibi, nõ trahunt nisi quod subtile est ex cibo cum suis orificijs penetrantibus in tunicas stomachi, immo in tunicas intestinorum, & nõ trahunt nisi quod tangunt. Eius vero, quod ab eis occultatur, & submergitur in profundo cibi elongati à tactu orificiorum venarũ, attractio aut est impossibilis, aut difficilis: quare subtiliatus est creator in multiplicando inuolutiones, vt illud, quod continetur occultum in parte intestini, redeat cõtangens in parte altera: & sit possibile ordini alij venarum sugere purum eius, quod euasit ordinẽ primum. Et [n] numerus quidem intestinorum est sex: Primum eorum est nominatum duodenum. deinde illud, quod nominatur ieiunũ: post intestinum longum, quod nominatur subtile, & inuolutum. deinde intestinum, quod nominatur monoculum: deinde intestinum, quod nominatur colon: deinde intestinum, quod nominatur rectũ, & est sarm vel sargi. Et ista oĩa ligata sunt cũ dorso cum ligamentis stringentibus ea ſm necessitatem situum ipsorum. Et [l] creauit superiora ex eis

subtilis

[Margin: G Li. 13. aĩal. c. 17.; H Ga. li. 4. de v. p. c. 17. g, & lib. 5. c. 10. e, oppositum; I Gal. 4. de v. par. c. 18. c. d; K Halya. 3. theo. c. 26. & Ga. de anat. viu. 50. a. b; H; L Ga. de anat. viu. 50. b; M Ga. li. 4. de v. p. c. 17. g, & 18. d, & de anat. viu. 50. b; N Gal. li. 6. anato. c. 9. f, & li. de anat. viu. 50. b, & li. 5. de v. p. c. 3. e]

A subtilis substãtiæ:qm̃ necessitas,quę in eis est digestionis,et penetrationis virtutis hepatis ad ipsa, plus est,q̃ necessitas in intestinis inferioribus.Et qm̃ illud,quod ipsa continent,subtile est:& non timetur vt scindat substãtiam intestini propter suam penetrationem in ipso,& suam incessionem per ipsum,& non excoriat ipsum.Et [a] inferiora incipientia à monoculo sunt grossa,spissa,pinguia intrinsecus vt sint resistentia fæci:quæ non induratur,& resoluitur nisi propter multitudinem illic:& similiter non putrefit nisi cum incipit putrefieri in eis.Et super superiora quidem nõ est pinguedo.Veruntamen non vacua fuerunt in creatione sua à glutinatione superficiei suæ intrinsecæ cum humiditate viscosa,mucosa quæ est in eis loco pinguedinis.Et [b] intestinum duodenum continuatum est fundo stomachi:& habet orificium sequens stomachum,& nominatur portanarius. Et hoc omnino est oppositum meri:nã sicut meri non est nisi ad attrahendum ad stomachum ex superius:similiter illud non est nisi ad expellendum à stomacho subtus:& [c] est strictius q̃ meri. Et non fuit necessarium in creatione ipsius,vt dilataretur sicut dilatatum est meri, propter duas res. quarum vna est,qm̃ res,quæ penetrant in meri,est grossior,& durior,& maioris quantitatis:& illud,quod penetrat in hoc intestino,est leuius,& planius,et subtilioris quãtitatis propter digestionem suã in stomacho,et cõmistionem humiditatis aquosæ secum. Et secunda est,ꝙ penetranti in meri,non attribuitur [d] ex virtutibus naturalibus nisi virtus vna,quamuis voluntas adiuuet ipsam B ex parte vna,et est attractiua.Adiuuat ergo aperiendo viam et dilatando ipsam: penetrãs autem in intestino primo patitur à duabus virtutibus,quarum vna est expulsiua,quæ est in stomacho, et [e] altera attractiua,quæ est in intestino.Et [f] adiuuat eam fæx,quæ peruenit cum summa cibi: & fit facilis propter illud expulsio eius in via tẽperatæ amplitudinis.Et [g] ista canna diuersificatur à meri in hoc,ꝙ meri est sicut pars stomachi,similis ei ĩ forma compositionis suæ ex tunicis: hæc autem canna est sicut res extranea adhærens ei diuersa in substantia tunicarum suarum à duabus tunicis stomachi:cum stomachus indigeat attractione forti,cuius simili non indiget intestinum: propter illud ergo vincens super duas tunicas intestini est villus vadens in latitudine. Verum in intestino recto iam apparent villi multum longi: [h] qm̃ est ex intestinis maioris operationis indigens ad attrahendum illud,quod est supra ipsum,vt adiuuetur eis super bonitatẽ expressionis, & expulsionis,& egressionis:nam paucos habens est inobediens ad expellendum,& exprimendum: & propter illud creatũ fuit amplum magnæ concauitatis.Et creatæ sunt in intestino [i] duæ tunicæ ꝓpter conseruationem in hoc,vt non adhæreat ei corruptio & putrefactio,ad quæ duo intestinum præparatum est,apud quodlibet nocumentum consequens ipsum velociter: & propter diuersitatem duarum operationum in duabus tunicis.Et [f] creauit hanc cannam rectæ creationis, extensam ex stomacho ad ĩferiora,vt sit initium expulsionis præparatum.Penetratio.n.fæcis in extenso recto, C velocior est ea,quæ est in tortuoso aut adhærente vel appodiato super latus.Et [f] fuit hęc creatio in ipso iterum iuuatiua intẽtione alia:& est qm̃ cum ipsum incedit vel situatur rectũ, dimittit à dextra & sinistra sua locum reliquis membris circundantibus stomachũ à duobus lateribus,sicut portioni hepatis à dextra,& sicut spleni à sinistra,& reliquis intestinis.& dictum est duodenum: qm̃ longitudo eius est huius quantitatis.[k] xij.digitorum habentis ipsum. Et eius quidem amplitudo est amplitudo orificij eius,quod noĩatur portanarius.Et pars ĩtestini subtilis,quod sequit̃ duodenum,noĩatur [l] ieiunum.Et in hac quidem parte est initium inuolutionis,& circuitionis,et tortuositatis:& quasi sint ei viæ plurimæ.& noĩatur hoc intestinum [m] ieiunum,qm̃ ipsum inuenitur ſm plurimũ inanitum,& vacuum:& causa in hoc est cõnexio duarũ rerum: quarũ vna est, [n] qm̃ illud, quod attrahitur ad ipsum de multitudine chyli,velociter separatur ab eo: portio nanq; eius attrahitur ad hepar,qm̃ plures venarũ mesaraicarum continuatæ sunt huic intestino, qm̃ hoc intestinũ est propinquius hepati,q̃ alia intestina.Et non est in aliquo intestinorũ de ramis mesaraicæ quantum est in eo,& post ipsum in duodeno.Et hoc intestinum constringitur,& detumescit, & minoratur in ægritudine valde.Et [o] portio alia abluitur ab eo,ad illud,quod est sub eo de intestinis: qm̃ cholera citrina venit ex felle ad hoc intestinum,& est pura,non permista quare est fortitudo ablutionis vehementer cõmouens virtutem expulsiuam cum mordicatione:quare propterea,ꝙ lauat D adiuuat ad expellendum ad ĩferiora:& propterea,ꝙ commouet vel excitat expulsionem, adiuuat ad expellendũ ad duas partes simul.s.ad hepar,et ad inferiora.Accidit ergo propter has dispõnes, vt remaneat hæc pars intestini vacua,& noĩatur propter illud ieiunum.Et continuatur cum ieiuno ex intestinis, [p] intestinum longum inuolutum, reuolutum, habens reuolutionem vnam post aliam:& iuuamentum in inuolutione sua,& causa reuolutionum in ipso,est illud,quod innuimus in distinctionibus præcedentibus. Et [q] est vt sit cibi in ipso mora, & cum mora continuatio orificiorum venarum sugentium post continuationem. Et hoc intestinum est postremum intestinorũ superiorum,quæ nominantur gracilia:& digestio in eis est plusq̃ in intestinis inferioribus, quæ nominantur grossa.Sũma.n.operationum intestinorum inferiorũ,est præparatio fæcis ad exeundum:quãuis etiam non euacuentur [r] à digestione,sicut nõ euacuantur à venis hepatis veniẽtibus ad ea,propter suctionem,& attractionem. Et continuatur cum inferiori gracili, [s] intestinum nominatum monoculum:& noĩatur ita, [t] qm̃ est intestinum, quod nõ habet nisi vnum orificium, & est sicut cystis,ex quo recipit illud,quod ad ipsum venit desuper. Et ex ipso iterũ educit & expellit illud,quod expellit.Et situs eius est ad posteriora parum:& [p] eius declinatio est ad dextram. Et creatum quidem fuit propter iuuamenta de quibus est,vt fæci sit locus in quo comprehendatur, & non

A Gal. de anato. viuo.50.b
B Gal.li.5.de v.p. c.3.e
C Fē.13.t.1.c.1.& G.li.4.de v.p.c.7.h
D Li.1.F.1.doc.6. c.7.
E Gal.li.4.de v.p. c.8 b oppositum.
F Ga. de anato.viuo.50.c
G Gal.li.4.de v.p. c.7.f
H Gal.li.4.de v.p. c.17.c,aliter.
I Gal.lib.5.de v.p. c.12.a,& lib.4.ca. 17.b & li.5.de nat. facul.c.11.f
K Gal.li.6.lo.affe. c.3.g,& li.6.anato. c.5.f,& de anato. viuo.50.b.c
L Gal.lib.6.anat. c.9.f,& li.5.de v.p. c.3.e
M Gal.lib.6.anat. c.9.f
N Gal.li.5.de v.p. c.3.g
O Gal.ibi.c.3.g,& de anat.viu.50.c
P Ga.de anat.viu. 50.d
Q Gal.li.4.de v.p. c.17.g,&.5.c.10.e
R Gal.li.4.de v.p. c.17.e.f
S G.li.6.ana.c.9 f, & li.5.de v.p.c.3.e, & lib.6.lo.af.c.2.h
T Gal.li.4.de v.p. c.11.e

&[a] non cogat ascellare omni hora, & in omni tempore quo peruenit ad intestina inferiora pa- E rum stercoris, immo sit concauitas in qua aggregetur cum sua totalitate: deinde expellatur ab ea cum facilitate, cum completur fæx. Et de eis est, q̄m hoc intestinum est initium in quo completur conuersio cibi ad fæculentiam, & in eo fit præparatio cibi ad suctionem futuram accidentem ei ex mesaraica, licet non sit in illo illa suctio dum ipse cōmouetur & permutatur & separatur imo non completur, nisi cum euadit ab hepate: & appropinquatur ei vt veniat ei ex eo cum vicinitate dige stio post digestionem stomachi, quæ fuit cum quiete, & vicinitate & est aggregatus comprehēsus in re vna in qua remanet tempore longo & est quietus & aggregatus. Fit ergo proportio eius ad intestina grossa proportio stomachi ad gracilia. Et propter hoc est necessarium vt approximet hepati, vt compleatur ex hepate, & fiat complementum digestionis: & conuertatur residuum eius, quod non digeritur & non est cōueniens suctioni hepatis, ad melius, ad quod possibile est ipsum conuerti, cum iam fuerit inobediens in stomacho, & non aduenerit ei complemētum digestionis propter multitudinem materiæ, & præcessionē passionis vel digestionis eius, quod fuit obediēs: propterea ꝙ illud, quod est magis obediēs, submersit illud, quod est inobediēs: & modo vel nunc iam denudatum est illud, quod est inobediens. Cum ergo aduenit ei virtus actiua, inuenit ipsum præparatum, & denudatum, nisi à superfluitate de cuius virtute est vt conuertatur in fęcem: & est repertum in quacunq; duarum dispositionum: sed fuit in stomacho cum submersore alio: & in mo F noculo est ipsum submergens solum. Et illud, quod ei permiscebatur fuit dignius, vt pateret̄ proprie. Et non euacuatur quidem in stomacho à passione quadam, & præparatione ad complemen tum passionis, & digestionis cum relinquitur impressioni agentis. Et intestinum quidem monoculum est intestinum in quo completur digestio eius, quod fuit inobediēs in stomacho, & superfluit à digesto obedienti & paucum est illud, quod submergit ipsum, & separat inter ipsum & īter virtutem agētem in chylo humido: & fit taliter vt parum virtutis rectificet ipsum, cum inuenitur stans, & morans in ipso tanta quantitate qua compleatur eius digestio: deinde separatur ab eo ad intestinum ex quo fugit stomachus illud, quod præparatum est.[b] Quidam aūt dixerunt, ꝙ intestinū creatum est monoculū, vt moretur in ipso chylus, & mundificet̄ ab hepate ex eo, quod remansit in ipso de substantia cibi integre: & putauerunt, ꝙ mesaraicę non veniunt nisi ad monoculum. Et isti quidem experimentatores errauerunt in hoc, & neq; sunt iuuamenta eius nisi illa, quę*declarauimus. Et huic[b] quidem intestino sufficit orificiū vnum, cum non sit situs eius situs stomachi ſm lōgitudinem corporis. Et [b] ex vtilitatibus monoculi, est, ꝙ ipsum est aggregatiuum superfluitatum, quæ si venirent oēs ad reliquum intestinorū timeretur aduentus colicæ. Et q̄n aggregātur in eo à via diuertunt̄. Et [b] possibile est vt earum aggregatio expellatur à natura in summa vna. Aggregatum .n. velocius expellitur, q̄ dispartitū. Et ex iuuamentis eius est, ꝙ ipse est locus eius, quod G generatur in intestinis .s. vermium, & serpentum: nam raro euacuatur ex eis corpus, & in generatione ipsorū est iuuamentum etiam, cum sint pauci, numero & paucæ quantitatis. Et[c] hoc intestinum est dignius alijs intestinis, vt descēdat in rupturā inguinis: q̄m non est ligatum: neq; strictum cum eo, quod aduenit ei de mesaraica. Non .n. aduenit ex mesaraica res, quę habeat magnitudinē, ſm quod dicit̄. Et[d] continuatur cum monoculo ab inferiori parte eius intestinum noīatum colon: & est intestinum grossum, spissum: cumq; elongatur à monoculo, declinat[e] ad partem dextrā, declinatione conueniente propter propinquitatem hepatis: deinde ad partem sinistram descēdens. Cumq; opponitur lateri sinistro, declinat ad dextram, & ad posteriora descendens etiam. Et illic continuatur recto: & cum pertransit splenem, coarctatur. Quapropter in eo, qui habet apostema splenis, prohibetur exitus ventositatis, dum non comprimitur super ipsum. Et iuuamentū in hoc intestino est aggregatio fæcis, & expressio eius, & gradatio eius ad expellēdum post complementum residui eius ex cibo si fuerit in eo. Et in hoc quidem intestino accidit colica secundum plurimum eius. Et[f] ex ea deriuatur nomen eius, & intestinum rectum est postremum intestinorum, et continuatur cum inferiori parte colon: deinde descendit ex eo secundum rectitudinem, & continuatur cum sicteri,[g] sustentatum super dorsum alchati, ampliatū fortasse simile stomacho, & proprie eius inferius. Et iuuamentum huius intestini est expulsio fæcis ad exteriora. Et creator quidē H cuius essentia sublimis est, creauit ei quatuor lacertos, sicut [h] sciuisti. Et hoc intestinum non fuit creatum rectum, nisi vt sit expulsio fæcis ab eo facilior. Et [i] lacerti quidem adiuuātes ipsum ad expellendum, non sunt in ipso: immo sunt illi, qui sunt super mirac. Et sunt .viij. lacerti. Sit itaq; hæc quantitas sufficiens de anatomia intestinorum, & relatione iuuamentorum eorum. Et non mouetur aliquid horum membrorum, quæ sunt via cibi per lacertos, nisi duo extrema, scilicet caput & est meri, & guttur: & inferius, & est sicteris. Et [k] adueniunt intestinis omnibus venæ, & arteriæ, & nerui, plures neruis hepatis: propterea, quia indigent sensu plurimo.

A Gal. li. 4. de v. p. c. 18. d

B Ga. de anat. viu. 50. d

Supra *

C Fē. 22. t. 1. c. 2. & Gal. ꝯmē. 4. in. 6. de morb. vulg. 3. g

D Gal. lib. 6. anat. c. 9. f, & li. 6. loc. aff. c. 2. h

E Gal li. 4. de v. p. c. 18 d, & lib. 6. loc. affect. c. 2.

F Halya. 3. theo. c. 26.

G G. li. de dissect. vuluæ. c. 1. c

H Li. 1. F. 1. doc. 5. sū. 2. c. 26.

I Li. 1. F. 1. doct. 5. sū. 2. c. 22. & Ga. li. 1. de san. tu. c. 12. f

K Gal. 6. de anat. admi. c. 6. a

De solutione ventris omnium modorum, & causis vsq; ad lubricitatem omnium intestinorum, & cholrica passione, & diarrhœa, & fluxu sanguinis ex ventre, & expulsionibus rerum ex hepate, & splene, & cerebro, & ex corpore, & tenasmone. Cap. 2.

SCias, quod omnis fluxus ventris, aut est ex cibarijs & cibis, & aere continēte: aut ex membris. Et nos quidem loquemur primum de facto ex mēbris. Et [l] factus ex mēbris, aut est ex stomacho, aut ex mesaraica, aut ex hepate, aut ex splene, aut ex capite, aut ex īestinis, aut ex toto corpore. Et omnes illi cōicant in causis. Nam aut sequitur illud malitiam complexionis debilitātem retentiuam

L Ras. 13. cont. t. 1. c. 1. 150. 4.

A Fē.14.t.2.c.4.& t.4 c.1.& fen. 15. t. 2.c.5.& G.6. lo.aff. c.1.b,&.2. aphoris. 20.e
B Fē.14.t. 4. c. 1.
C Fen.13.t.1. c.16. & t.4.c.12.& Ga.6. apho.1. & Raf. lib. diuisi.c.68. & c.67.
D G.de dfijs sympto.c.4.d
E Fen.13.t.1. c.16. & t.5.c.5.
F Ga.2.apho. 20.e
G Fen.14.t.4 c.4. & fen.13.t.3. c. 1. & Ga.3.de cau. symp. c.1.c,& Se.t.3.c.18.
Infra α
H Tra.4.c.1.& G. 1.loc.af.c.4.g.h, & 12.meth.c.7.h
I Lib.6.apho.1.
K Fen.13.t. 5. c. 1. & c. 5.
L Fē.13.t.1.c.16.& t.4.c. 12.& Gal. 6. apho.1.h
M Raf.lib. diuisi. c.67.
Infra β
Infra γ
N G.3.de cau.sympto.c.1.17.c
O Fen.13.t. 3. c.1.
P Fē.13.t.3.c. 2.& Raf.li.diui.c. 67.& Ga.3.de cau. symp. c.1.h
Infra δ
Q Gal. 3. de cau. sympt.c. 4.g
R Fē.14.t.1.c.1.& t.4.
S Cap. 1.
T Ser.t.3.c.26.fo. 32.3.
V G.6.meth.c.4.g

A tentiuam aut digestiuam aut expulsiuam, aut [a] cōfortatur expulsiua. Et totum illud, aut est propter malitiam complexionis singularis, aut propter malitiam complexionis cum materia confirmata vel imbibita in membris vel adhęrente superficiei substantię intestinorum vel stomachi vel aliquorum eorum, aut ægritudinem officialem: ex contusione aut vlcere aut ruptura. Et de facto ab hepate iam nos [b] expediuimus. & diximus de eo, qui fit propter complexiones eius, & apostemata ipsius, & oppilationes eius, & alia. Et similiter diximus illum, qui est ex mesaraica. [c] Factus autem à cerebro est ille, qui fit propter catarrhum descendentem ab eo ad stomachum, & ad intestina, & corrumpit cibum, & facit ipsum descendere, & descendit ipsemet cum eo propter suam lubricitatem, & expulsionem expulsiuæ. Factus autem à stomacho nō est totus indigestus: immo est digestus, digestione aliqua, & causa illius est [d] debilitas virtutis retentiuæ in stomacho, quare non sustinet onus cibi nisi ad tempus aliquod in quo qñq; digeritur, & qñq; non digeritur: deinde non potest gradare missionē eius, & egressionem eius: & illud est propter debilitatē existētem propter malitiam complexionis frigidę ſm plurimum. Et est propter malitiam complexionis [e] calidæ & humidæ, & siccæ. Et errauit, qui existimauit, ꝙ sit illud propter phlegma non aliud, & propter [f] complexionē frigidam & humidam, quāuis hoc sit superans: et hoc [g] est ducens sua longitudine ad hydropisim. Et est in summa difficilis curationis cū confirmatur. Et [α] multoties est à causa
B in ipso remanentia [h] virtutis medicinarum solutiuarum adhęrētis superficiei intestinorum, & stomachi, & orificijs venarum stomachi, & intestinorum. Et hic qñq; obseruat periodos et multoties adducit ad abrasionē malam & vlcera. Et qñq; fit iste stomachicus propter debilitatē digestionis: quare corrumpitur, & appetit expelli. Et qñq; fit propter lubricitatem in stomacho factā propter humiditates, quare non dimittit ipsum figi ea quantitate qua digeratur: & non est hoc in veritate egrediens ex eo, quod diximus. Sed nos appropriauimus ipsum cū voluntate in distinguendo ad declarandum. Et hoc plurimum, qm̄ illud perducit ad hydropisim. Et [i] Hipp. quidem laudauit in ipso [k] eructuationem acetosam, qm̄ significat viuificationem caliditatis facientis euaporare vaporem quendam, licet sit non completa vel non perfecta postquā fuit mortificata. Et qm̄ acetositas qñq; incidit & incoriat vel præparat stomachum, & facit acquirere retentionem, tūc laudauit per illum inquantum est significatio, & inquantum est causa. Et [l] qñq; fit huiusmodi lubricitas ex vlceribus in stomacho aut in eo, quod ipsi vicinatur: ex intestinis, quare cōicat ei stomachus in dolore, aut propter fluida vlcera, & illud in stomacho parum est. Et qñq; est causa fluxus stomachici & lubricatiui stomachus propter illud, quod ipse comprehendit ex hum. malis effusis ad ipsum ex corpore, quare corrumpunt cibum, quamuis sit bonæ substantiæ: & sit necessarium ei expellere ipsum vomitu, & deponere ipsum. Et si fuerit pars superior fortior, non expellet ipsum & nō edu
C cet vomitu: immo cum solutione ventris. Et qñq; non fit solutio illorum humorum: propterea, ꝙ ipsi corrumpant cibum, & cogāt stomachum ad expellendum ipsum: immo est in ipso virtus quā abhorret stomachus: quare expellit ipsum, & quod est cum ipso. Aut est in ipsomet virtus solutiua, aut lubricatiua, aut incisiua, abrasiua: sicut facit [m] multitudo effusionis melancholiæ ad os stomachi: & fit illud causa fluxus ventris stomachici. Et [β] quandoq; fit propter ventositatem, et inflationem, quæ oriuntur: & corrumpitur digestio, & accidit illud, quod diximus. Et [γ] qñq; fit lubricitas non propter rem aliam ab ea, quæ comeditur. s. ex debilitate retentiuæ: aut permisto corrumpente, [n] immo propter rem comestam & non propter qualitatem suam tantum, immo etiam propter quantitatem. Ipsum. n. qn̄ multiplicatur vincit virtutem retentiuam, & egredit sicut intrauit. Et qñq; fit propterea ꝙ corrūpitur aut propter [m] multitudinē sui, aut propter suā paruitatem, sicut [o] sciuisti: aut [p] propter [δ] malitiā sui ordinis: deinde partes cibi se consequunt. Et qñq; est solutio vētris stomachica propter dolores existētes in stomacho: aut in eo, quod ei vicinat: quare accidit debilitas virtutis retētiuæ in ipso. Et dolores illi in ipso fiunt à vētositate, & ab apostematibus, & à malitia cōplexionis diuersæ: & totū illud est in ipso, aut venit ad ipsum ex eo, quod ipsi vicinatur. In facto aūt ab intestinis, dicamus in primis illum, qui fit ex intestinis. s. superioribus. & dicamus, ꝙ fluxus factus ex eis, aut est cū excoriatione, aut est sine excoriatione. Et excoriatio est dolor abra-
D sionis ex superficie intestinorū intrinseca. Et illud abradens, aut est materia cholerica, aut [q] sanguinea acuta, aut virulenta, aut saniosa, aut fęculenta. Et procedit ab ipsis intestinis, aut ab eis, q̄ supra ipsa, & peruenit ad intestina. Et hepaticus est huius generis. & iam [r] pręterijt sermo noster in ipso subtiliter perscrutatus. Et [s] hepaticus [t] apostemosus sanior est, ꝙ hepaticus: ex debilitate, & susceptibilior curationis. Et excoriatio, & solutio ventris splenetica, aut fellina, & hepatica & oppilatiua, & illa, quæ est ab vlceribus in stomacho & meri, omnia sunt propter illud à quo procedit materia ad intestina. Sed noster sermo non est nunc de illo: immo in illo, quod est ab ipsis intestinis. Et illud aut est propter apostema in intestinis: aut propter mordicationem cholericam: aut sanguineam effusum ex hepate vehementis caliditatis: aut apertionem venæ in superioribus, aut inferioribus: aut propter medicinam solutiuam vulnerātem intestina, sicut pulpa coloquinthidæ: aut ex alcola, & vlceribus cum putrefactione, & corrosione: aut vlceribus sine putrefactione, & corrosione: aut vlceribus mundis, aut vlceribus sordidis. Et ipsa aut sunt in intestinis grossis, & sunt magis salua: aut in intestinis gracilibus, & [v] sunt prauiora, & proprie cadentia in ieiuno. Videtur enim, quod non sanetur vlcus eius, nedum quod à ruptura sua propter [v] multitudinem venarum eius, & [v] magnitudinem earū, & [v] subtilitatē corporis eius & [u] cursum cholerę purę ad ipsum

Auic. uu ex felle

ex felle absq; commistione: & quoniam maxima est malitia nocumenti eius: propterea, quod proximum est membro regali, quod est hepar: nam non est ex intestinis aliquod propinquius ei quam ieiunum. Et medicina etiam non stat super ipsum: immo lubricando recedit ab eo. Et vlcera quidem fiunt ex excoriatione fæcis: & ex acuitate cholerę, aut [a] salsedine humoris, aut vehementia fixionis eius cum sua viscositate: quare dum eradicatur vulnerat: aut propter eruptionē apostematum & reliquas euacuationes diuersas nocentes suo incessu. Et [b] quæcunq; excoriatio melancholica est eueniens secundum semitam inceptionis, est mortalis: quoniam significat cancrum putrefactum. Et [c] illa, quę est in fine febrium, est mortalis valde: quamuis non fiat adhuc excoriatio, immo fuerit adhuc solutio melancholica & proprie illa, quæ ebullit super terram, & habet odorem acetosum, quamuis sit virtus fortis adhuc: & quamuis sit in sanitate etiam, quoniam habens hanc speciem melancholicam non sanatur. Cum autem non est ei hæc proprietas, & non ebullit, neq; habet odorem acetosum, tunc est superfluitas [d] melancholica, quam expellit natura: & speratur cum ea sanitas quandoq;. Et vlcus quidem quandoq; generatur successione apostematis, & fit à re excoriante vel excorticante & abradente in principio sicut medicina solutiua, aut cibo viscoso adherente, postea separatur excoriando vel excorticando abradendo, aut cibo duro excoriāte suo incessu.[e] Et [α] quandoq; fit ab humoribus, qui solutione educti fuerunt: deinde vlcerauerunt.[f] Et terminus quidem temporis generationis vlceris à fluxu cholerico, est duę hebdomadæ.[f] Et à baurachio, est mensis.[f] Et à melancholico, est quadragesimus dies vsq; ad plurimum illius. Et multoties quidem perforantur intestina habentis vlcera, & moritur secundum plurimum. Et quandoq; sunt quidam fortes: & remanent aliquo tempore: & aggregatur fæx in vētre eorum: & sunt quasi hydropici: deinde moriuntur. Secundum plurimum vero, cum vlcus ad hoc peruenit, vt egrediatur de substantia intestinorum aliquid, quantitatem habens, perducit ad putrefactionem, et ad casum virtutis cum [g] communitate stomachi, & ad mortem. Quomodo enim non? cum perforentur, & proprie intestina superiora. Et iam dixerunt quidam, quod perforata [h] sunt quædam intestina inferiora: deinde perforata sunt almirach, & venter propter apostema accidens in eis, in directo foraminis, & communicans illi putrefactioni, & nocumento: et perforatus est venter etiam illic, & egrediebatur stercus ex eo, & vixit homo. Et hoc quamuis sit in summa possibilium, est tamen de possibilibus longinquis. Et [i] longinquius eo est, vt viuat: & fæx effundatur ad spatium ventris. Dixerunt [k] quidam, quando accidit vt perforentur intestinum, & venter indirecto ieiuni, non sedat fames, & non figitur aliquid in stomacho, & aresit habens illud, & inflatur venter eius, & moritur. Et species excoriationis sunt sanguinea, virulenta, & saniosa, & cholerica, & curathia, & mucosa, & spumosa, & corticalis. Et cholerica est salua, & succurritur ei: & multoties fit ex ægritudinibus acutis, & febribus adurentibus, & tertianis. Et multoties est eis crisis. Et saniosa cum incipit primitiue, aut [l] est causa eius eruptio dubellati, & apostematum in visceribus, quam expellit natura ad intestina, & est magis incolumis: Et ista pars non est vere stomachica, et multoties nocet stomacho, & facit accidere in ipso corruptionem in fine rei. Et multoties sequitur ipsam fluxus ventris saniosus, & non retinetur: & est plurimum illius pus saniosum: & quandoque admiscetur ei sanguis. Quod si illud non est causa eius, & non est in membris interioribus apostema maturum, quod erumpatur, [m] tunc fit ex parte cancri putrefacti in intestinis: & nō est sanitas propter multitudinem eius, quod contrariatur & est vehementis malitiæ, & paruitatem eius, quod inuenitur de quiete, & propter difficultatem ægritudinis in seipsa. Virulenta autem est à liquefactione: aut à [n] resudatione apostematis existentis in via maturationis: & plurimum ipsius non est intestinalis.[o] Sanguinea aūt alia est eueniens subito, & alia est eueniens paulatim. Et primæ quidem causa est apertio venarum: & solutio singularis: et cum non associatur ei dolor aliquis, tunc non est ex intestinis īmo ex visceribus alijs, et proprie cum associantur cum illo signa alia. Et qñq; fit ex intestinis etiam sine dolore, cū est ſm semitā apertionis orificiorum venarū eorū sine causa alia: et est incolumior. Et [p] cum fuerit hyems sicca, septētrionalis, deinde successerit ei ver pluuiosum, meridionale, et æstas pluuiosa, multiplicabitur fluxus sanguinis ex ventre. Et [q] similiter qñ hyems est austrina, et ver boreale paucæ pluuiæ, et proprie in corporibus humi. et corporibus mulierum. Et qñ venit æstas post ver boreale, et hyemē austrinam, multiplicantur solutio ventris, et excoriatio: et est causa eorū multitudo catarrhorum. Et qñq; multiplicatur fluxus sang. per ventrem in regionibus meridionalibus, et cū exufflationibus austrinorū, et multitudine pluuiæ: propterea, quia mouent materias, et mollificāt poros: et proprie post catarrhos salsos.[r] Fluxus autem sang. per ventrē, qui est post solutionē cholericam, et excoriationē cholericā, et est cū dolore,[f] est malus: et proprie qñ præcedit alcurathi: deinde venit sanguis purus: illud.n. significat, q; ęgritudo profundat̄ in corpus intestinorū. Alcurathi vero est ab aliqua abrasione tunicæ intestinorū.[t] Sed mucosa est propter humiditatem grossam. Et qñq; accidit fluxus ventris mucosus in febribus cōpositis. Et in specie febrium quā [v] dicam in suo cap. et in febribus pestilentialibus: et plurimū eius, quod est in pestilentialibus est spumosus. Corticalis autem quandoq; fit ab vlceribus stomachi, et egreditur cum solutione ventris, sed non est illic excoriatio. Et quando est cum excoriatione, est ab ipsis tunicis intestinorum. Et [x] significatur, q; fit de grossis semper, propter grossitudinem et in pluribus per magnitudinem. Et q; fit de subtilibus, per contrarium. Et cortices isti egrediūtur apud eleuationē ad ascellam: et est plurimum exitus eorum cum fit clystere lotiuū. Inquit Hipp.

Solutio

E F G H

A Gal. 6. apho. 2.
B Hipp. & Gal. 4. apho. 24. & 22.
C Hipp. & Gal. 7. apho. 6.
D Fen. 14. t. 2. c. 4. & t. 4. c. 1. & Fē. 15. t. 2. c. 5. & G. 6. loc. affe. c. 1. a. b
E T. 4. c. 1.
Supra α
F Ras. 13. con. t. 1. c. 1. 152. 4.
G Gal. 6. apho. 3.
H Li. 1. fen. 2. do. 3. c. 11. & fen. 14. t. 4. c. 5. & Ra. 13. pt. t. 1. c. 1. 153. 4. & Gal. 6. lo. affec. c. 5. 41. c
I Ras. 162. 3.
K Ras. 153. 4.
L Ras. lib. diuisio. c. 67.
M G. 4. apho. 24. a
N Fen. 14. t. 4. c. 1. & Gale. 13. meth. c. 18. h
O G. 3. de cau. sym pto. c. 2. fo. 27. b. c, & Sera. t. 3. c. 26. fo. 32. 3.
P Hip. 3. aphor. 11.
Q Hip. ibi. 12.
R Cap. 3. & Gal. 6. lo. aff. c. 2. d. e
S Hippo. & Gal. 4. apho. 26. & Ser. t. 3. c. 26.
T G. 4. apho. 26. & Ser. t. 3. c. 25.
V Lib. 4. fen. 1. t. 4. c. 2.
X Cap. 3. & Gal. 1. lo. aff. c. 1. d

A 2. pgno. tex. 20.
B Hip. 5. apho. 14. &. 6. apho. 16.
Infra ʒ
C Fen. 14. t. 4. c. 8. &. 10.
D Hip. 6. apho. 43. & fen. 14. t. 4 c. 4.
E Hip. 7. apho. 10.
F Raſ. 13. cont. t. 1. c. 1. 152. 3.

A Solutio ventris antiqua melancholica non ſanatur. Dixit[a] Hipp. cum eſt euacuatio ſimilis aquæ, deinde fit ſimilis vnguento eſt mala. Et cum accidit poſt hydropiſim ſolutio vētris & proprie hydropiſim accidentem ab apoſtemate hepatis, eſt mala: & eſt ſolutio vētris diarrhœa, tūc ſolutione educitur non aquoſitas & non abſcinditur. Inquit[b] omnis[e] fluxus ventris poſt ęgritudinē ſubito eſt malus ſignificans mortem propinquam. Inquit.[c] Et qñq; fit cum hydropiſi diarrhœa, quę non abſcinditur, & neq; ſanatur: qm̄ non ſolutione educitur aquoſitas, immo ſolutione educitur illud, quod debilitat corpus. Et[d] qñq; perducunt excoriatio, & vlceratio inteſtinorum ad hydropiſim. Et[e] ſi aliquis habet cū dolore ventris pungitiuo ſpaſmum, & vomitū, & ſingultum, & conturbationem rationis ſignificat mortem. Et in lib.[f] Hipp. qui habet dyſenteriam, & apparet poſt aurem eius ſiniſtram res nigra, ſimilis herbo, & accidit cum hoc ſitis vehemens, moritur in. xx. & nō tardatur & nō euadit. Et ſcias, q; febris difficilis eſt ſignificatio ſuper magnitudinem apoſtematis. Et caſus virtutis appetitiuæ ſignificat mortificationē virtutis, quæ eſt in ore ſtomachi. Et fluxus melancholicus in vlcere inteſtinorum totū illud eſt malum. Illa autem, quæ fit ab inteſtinis abſq; excoriatione & ſanguine, & abſq; cauſa eorum, quæ ſunt ſuper ea cōmunicat lubricitati ſtomachicæ in cauſis. Sed quæ facta eſt ex fluidis vlceribus in eis eſt pluſq̄ ea, quæ fit in ſtomacho, immo nō eſt niſi in eis. Si autem fuerit alcholaia. i. ex vlcere ſimili alcolæ oris, & materia faciens eas non ceſſa-
B uerit currere, perducit illum ad excoriationem ſanguineam proculdubio, & ad fluxum ſang. fortem, & cōicabit ei in cauſa adhærentia virtutis medicinæ ſolutiuæ ad orificia venarum, quę ſunt in eis, & ſuperficiei eorum, & facit ſolutionem. Et illa, quæ fit à debilitate inteſtinorum & ſtomachi nominatur materia ventris & plurimum cauſæ in hoc eſt debilitas & vlcera fluida. Et[g] quandoq; accidit vt congeletur aliquid huius ſang. effuſi in ventrē: & ſignificant illud, frigus extremitatum ſubito & feſtine, & inflatio ventris, & caſus pulſus, & peruentio ad ſyncopim. De ea autem, quæ eſt ab inteſtino recto, & eſt inteſtinum ſextum, alia eſt, quæ eſt cum dolore & nominatur zahir: & [h] eſt dolor extēſiuus, & abraſiuus in iteſtino recto, & alia eſt, quæ eſt ſine dolore. Et cauſa alzahir: aut eſt[i] apoſtema calidum ex quo currit aliquid: aut apoſtema durum aut ventoſitas aut[k] mollificatio lacerti: quare egreditur cum eo anus: aut tēſio accidens & chuzez vel ʒ ſpaſmus:[l] quare prohibetur lacertus retentiuus in parte ani ab operatione ſua, aut ſuperfluitas ſalſa, aut baurachia, aut chymus groſſus, aut[m] cholera ingrediens,[m] aut frigus adueniens membro,[n] aut longitudo ſeſſionis ſuper durum, aut groſſitudo eius, quod egreditur de fæce &[o] durities eius, aut humor acutus, [p] aut hæmorrhois, aut fiſtula, aut rhagadia,[n] aut vlcera & corroſiones aut fæx retenta. Et plurimū quidem fit ex humo.[q] mucoſo: et poſtquam fuerit mucoſus, fit curatius: deinde puncta ſangu.[r] Et quandoq; egreditur cum zahir aliquid, quod eſt ſicut lapis ſecundum quod dixerūt quidam: ſed
C [s] Gal. elongauit illud. Et zahir quidem plurimum accidit habentibus phlegma[r] putridum: nam putrefactio eius relinquit veſtigia in iteſtino recto apud inceſſionem ſuam omni hora:[t] Amplius eſt viſcoſum, adhærens, nociuum. Et[p] quādoq; cogitat æger, q; in ano ſuo ſit ſal puluerizatus propter bauracitatem eius. Et[p] zahir facilius eſt illud, quod non ſuccedit dyſenteriæ: aut quod non generatur à dyſenteria. Et quandoque accidit vt ʒ ſpaſmetur anus, & rectum, aut tendatur: quare accidit lacerto, vt non retineat illud, quod venit ad eum: ſicut[u] accidit ei, vt ſpaſmetur: & non poteſt facere deſcendere, quod ſupra ipſum eſt ad eum. Illa autem, quæ fit ab ano, ſine dolore, eſt ſanguis non aliud. Et plurimū eius eſt ſ̄m ſemitam, qua natura expellit ſuperfluitates ex corpore. Et coadiuuant ipſum in corpore cauſæ ſuperfluitatū[x] ciborū, & retentio curſus: aut inciſio membri: aut dimiſſio exercitij: aut reliqua, quę dicunt̄ in locis ſuis. Et iſte nō oportet vt retineat̄ niſi timeat̄ caſus pulſus, & virtutis. Iſtę ergo ſunt ſpecies curſus inteſtinalis, inteſtinorum ſex. Factus autem à toto corpore: aut eſt ſ̄m[y] ſemitam criſis: aut fortitudinem[z] virtutis expulſiue: aut ſ̄m ſemitam[a] caſus virtutis retentiuæ, ſicut accidit timenti valde ex timore forti ſtatim ſuperuenienti, & hn̄ti phthiſim in fine vitæ ſuæ. Aut ſ̄m ſemitā liquefactionis, & incipit ſubtilis, deinde fit turbida, & fit fortis fames, & cadit virtus & appetitus, & accidunt febres: & qñq; accidunt nauſea, et difficultas vrinę, & ventoſitas, & rugitus, & tenebroſitas coloris, & frigus extremitatum, & exiccatio linguæ. Aut
D ſ̄m ſemitam conuerſionis humorum ad corruptionem propter febres malas, & venena nocentia. Aut ſ̄m ſemitā expulſionis repletionis vehementis, propter illud,[b] quod * ſcis ex dimiſſione euacuationis, aut retētione curſus cōſueti, aut abſciſione mēbri, aut dimiſſione exercitij, aut paucitate reſolutionis ex corpore, & reliquis, quæ ſciuiſti. Aut propter cōpoſitionē nauſeatiuæ ſatietatis plurimæ in vicibus pluribus, aut redit ſ̄m ſemitā ęgritudinis acutæ, & eſt de ſumma cholericæ paſſionis, aut ſ̄m ſemitā prohibitionis nutrimenti ꝓpter oppilationes in venis, & alijs.[c] Cholirica aūt paſſio eſt motus materierū corruptarum, non digeſtarū, ad ſeparationem ex[d] via inteſtini, redeuntium ad ipſum à corpore ſ̄m[e] acuitatem, & laborē expulſiuæ: cibi nanq; cum non digerunt̄ bene conuertuntur in humores non cōuenientes corpori, & mouet̄ natura ad expellendum eos à corpore, cum coaduneт̄ vel conuertat̄ ſuper ipſos ex partibus cū ſpēbus vomitus cholerici, & aquoſi, & ęruginoſi qñq;, & ſpēbus fluxus vētris. Et illa cholirica paſſio, cuius cauſa eſt corruptio cibi, incolumior eſt ea, cuius eſt frequētia corruptionis poſt corruptionē. Et[e] cholirica qdem paſſio mala incipit in primis cū leuitate: deinde accidunt dolor, & pūctura in vētre, & in inteſtinis, & dilatatur, et aſcēdit ad ſtomachū pp multitudinē eius, quod nocet ei ex humoribus acutis, veniētibus ad ipſum. Et[f] ſ̄m plurimū ſunt fluxus ventris, & vomitus ſimul. Et cum expelluntur inſequuntur

G Cap. 3. & fen. 19. t. 1. c. 19. & t. 2. c. 7. & lib. 4. fen. 6. t. 2. c. 20. & G. 6. lo. aff. c. 4. h
H G. 6. lo. af. c. 2. f, de Tineſmo.
I Ser. t. 3. 27.
K G. 3. de cau. ſym pto. c. 2. fo. 27. e
Infra ʒ
L Fē. 17. c. 15.
M Raſ. 152. 1.
N Alzar. li. pract. tra. 17. ſect. 2. c. 1.
O Halya. 9. theo. c. 26.
P Raſ. 153. 1.
Q G. 6. lo. af. c. 2. e, &. 4 apho. 26.
R T. 3. c. 6. & G. 6. lo. aff. c. 2. f
S 6. loc. af. c. 2. f
T Ga. ꝯmē. 3. in. 3. de mor. vulg. 70. h
Supra ʒ
V T. 3. c. 6. bis
X Fē. 10. t. 3. c. 4. & fen. 13. t. 1. c. 16. & t. 5. c. 10. & Ga. 3. de cau. ſympt. c. 2. fo. 27. h, &. 5. loc. affe. c. 7. 35. d
Y G. 3. de ſympto. cau. c. 2. 27. h
Z Gal. 7. apho. 21.
A Gal. 7. apho. 16.
B G. 3. de cau. ſym pto. c. 2. fo. 27. h, & 5. lo. af. c. 7. 35. d
Supra *
C Ser. t. 3. c. 19.
D G. 3. de nat. fac. c. 13. e. g, &. 4. d vic. rōne i acut. 102. c
E Gal. 1. apho. 12. d
F G. 3. de cau. ſym pto. c. 2. f

humores corporis propter illud,quod ſcis ex cauſis.Incipit ergo cum fluxu vētris cholerico:dein- E de [a] aquoſo,puro,fœtido:deinde quãdoq; perducit ad fluxum ventris,[a] qui eſt ſicut lotura carnis recentis,habentem [a] odorem pinguedinis,& ad curathium:deinde perducit ad [a] mollificationem pulſus,& [a] ſpaſmum,& [a] ſudorem frigidum,& ad mortem.Et in habentibus quidem choliricam paſſionem multiplicatur ſitis:& [b] quoties bibunt aquam,calefit in ſtomacho eorum,& euomunt eam.Et tolerare ſitim confert eis.Et multoties accidit eis deſtructio pulſus,ſm ſemitam compreſſionis,& læſionis propter cauſam accidentium,ſequentium malignorum.Cum ergo quieſcũt accidentia,redit pulſus.Et [c] ille,qui conſuetus eſt incurrere choliricam paſſionem, non habet ex ea timorem,ſicut ille,qui non aſſuetus eſt ea,& [d] eſt in infantibus plus.Et choliricæ quidem paſſiones plurimum non [a]accidunt niſi in ęſtate,et autumno,propter debilitatem digeſtionis in vtriſq;,& [a] minoratur in hyeme,& vere.Et qñq; multiplicatur euentus choliricæ paſſionis ex potu aquæ frigidæ in ieiunio,ſequente cibum groſſum,præcipue in comeſtione granorum pineæ.Et chryſomela,& [e] melones ſunt ex eis,quæ cõmouent choliricam paſſionem.Et multoties quidem reſtringitur cholirica paſſio,& declinat materia ſubito ad membra vrinæ:& accidit ardor vrinæ.Fluxus autem ventris eueniens propter prohibitionem penetrationis cibi & eſt oppilatiuus. eſt ille, qui nominatur [f] fluxus ventris factus cum periodis:Et illud eſt,qm̃ venæ oppilatæ replentur in tempore noto,& vſquequo non tolerant,deinde euacuantur redeundo vel periodicando,et quod eſt F inter vtraſq;,eſt ſicut diſpoſitio ſana.[g] Et plurimũ,quod eſt inter paroxyſmos,eſt.xx.dies.Et qñq; antecedit aut tardatur propter illud,quod ſcitur de cauſis.Factum autem propter cibum iam ſemel * diximus in ſtomachico.Veruntamen non eſt malũ ſi iteremus illud,& addamus declarationem.Dicamus itaq; ꝙ factus ex cibis aut eſt propter eorum paucitatem : quare corrumpuntur in ſtomacho ignito,ſicut [h] ſciuiſti:quare non recipit eos natura.& [i] expellit eos, aut propter quãtitatem vel multitudinem eorum:quare facit tenſionem & nauſeatiuam ſacietatem : quare non recipiunt digeſtionem & corrumpũtur.Aut propter grauitatem eorũ etiam, quare deſcendunt, Aut propter eorum [i] mordicationem,ſicut cepæ:Aut propter virtutem [k] venenoſam, ſicut in fungis: [l] Aut propter velocitatem cõuerſionis ad corruptionem,ſicut lac:Aut propter vehemẽtiam ſubtilitatis eorum:quare reſudant,& non retinẽtur apud portanarium:Aut propter [l] ipſorum humiditatem & eorum viſcoſitatem:quare lubricantur:[m] Aut propter multitudinem motus ſuper eos: Aut propter multitudinem potus aquæ poſt ipſos:quare cauſat nauſeatiuam ſatietatẽ & lubricare eos facit:Aut propter multitudinẽ eius,quod reperitur de humoribus lubricãtibus,ſicut phlegmate:& abſtergentibus,ſicut cholera:aut quia eſt cibus mendax non verus & eſt ille,qui eſt plurimæ quantitatis,& pauci nutrimenti,ſicut ſunt olera:Aut [n] propter [y] ordinem neceſſario facientẽ lubrificationem,ſicut præmiſſio cibi lenis,facilis digeſtionis,lubricitantis,& poſtremitas cibi ſty- G ptici compreſſiui.Aut poſtremitas eius,qui eſt velocis conuerſionis, quare corrumpitur, & corrumpit,quod ſub eo eſt,& vocat naturam ad expellendũ.Factus aũt propter [o] aerẽ circundantem eſt,qm̃ aer continẽs calidus reſoluit:quare ſoluit.Et [p] frigus aggregat:quare cõſtringit.Et auſter,& multitudo pluuiarũ,& regiones meridionales,ſoluunt ventrem.Et [β] qñq; eſt ventoſitas cauſa fluxus ventris per id,quod corrumpit de digeſtione,& mouet de cibo.Inquit [q] Hip.altheca [r] accidit diarrhœa,plurima:per altheca intelligit illos,qui nõ poſſunt proferre the: et cauſa in hoc eſt,ꝙ humiditas dominatur ſuper mẽbra ipſorũ neruoſa,& ſuper ſtomachos eorũ cum cõitate cerebrorum eorũ:aut propter cerebrũ & aliud.Et iſti etiam oportet,vt ſoluãtur cũ facilitate.Inquit [s] Hip. qui eſt in pueritia lenis naturæ,aut duræ,eſt apud ſenectutẽ ecõtrario:ſed qui eſt lenis naturæ ſemper in adoleſcentia,non cõuenit ei in ſenectute aſſiduatio eius.[t] Et oĩs [s] fluxus ventris,qui fit poſt ægritudinem vehementem,accidẽs ſubito,eſt ſignificatio mortis:qm̃ ſignificat corruptionem ſubitam.Differentia inter illum,qui ex illo lubrificatiuus eſt,& inter ſtomachi lubricitatem, ſignificat digeſtio pauca,quæ eſt in cibo:cũ ergo deſcendit à ſtomacho,non morat̃ in inteſtinis,imo procedit ad exitũ.Si vero cauſa eius eſt vlcus,ſignificant ipſum excoriatio,& illud quod egreditur de ſignificationibus vlcerum.Et ſi eſt phlegma viſcoſum,ſignificat ipſum etiã phlegma, quod egreditur cum eo,& ventoſitas,& rugitus,& in phlegmate ſentitur cum lubricitate res grauans.Et in H vlceratiuo per dolorẽ ſub loco ſtomachi,ꝙ ſi fuerit lubricitas non ab vlceribus, neq; à phlegmate: immo propter malitiam cõplexionis ſignificabit illud priuatio exitus ſignorum vlcerũ, & phlegmatis.[v] Et ſingultus cum accidit habentibus fluxũ ventris,& proprie habentibus zahir, eſt ſignificatio mala ſignificans ſiccitatem facientem arefactionem.Et cum cibatur habens ventrem debilis,& non redit pulſus eius,tunc non cures eum.[x] Et habens ventrem moritur paulatim cum caſu pulſus eius:& fit vermiculoſus,aut formicans,& eſt cum hoc viuus,et intelligit:deinde deſtruitur pulſus eius ipſo viuo,deinde moritur.Et [y] ſcias,ꝙ ille,qui egerit ſpecies diuerſas.ſ.cholerici & ſpumoſi turpis ſeu extranei & non debilitantur,non oportet vt ipſum conſtringas, & perducas ipſum ad ægritudines difficiles,& apoſtemata mala pernitioſa.

A Ser.t.3.c.19
B Ser. & Raſ. lib. diuiſi.c.60.
C Ser.& Raſ.11.cõti.t.1.c.1.112.2.3.
D Raſ.11.con.t.1.c.1.112.3.& Ser.
E Li.2.t.2.c.92.& G.li.2.alimẽ.c.4.h
F Ser.t.3.c.23.
G Raſ.13.con.t.1.c.1.151.3.& Serap.t.3.c.23.
Supra *
H Li.1.F.3.doc.2.c.7.
I Raſ.150.3.
K Serap.t.3.c.17.
L F.13.t.3.c.2.& fẽ 21.t.4.c.16.& li.4.fen.1.t.2.c.1.& Ga.5.apho.64.e
L Raſ.150.3.& G.3.de cau. ſympto.c.2.27.d
M Raſ.150.4.
N Fẽ.13.t.3.c.2.& G.3.de cau. ſympt.c.1.h
Supra y
O T.3.c.6.
P T.2.c.13.& li.1.fen.4.c.7.
Supra β
Q 6.apho.32.
R Lib 4.fen.7.t.1.c.2.
S 2.apho.20.
T Hip.5.apho.14.&.6.apho.16.
Supra s
V Hip.5.apho.4.
X Raſ.13.con.t.1.c.1.150.4.
Y Fẽ.14.t.4.c.1.

De ſignis. *Cap. 3.*

DIcitur,[z] ꝙ quando fuerit vrina in febribus cholericis alba cum incolumitate ſignorum in fixione rationis,& defectu ſoda,& ſimilium,tunc caue excoriationẽ inteſtinorum. Amplius differentia inter cerebralem,& ſtomachicum eſt,qm̃ ſtomachicus ordinem non habet,neq; horas per ſeipſum,in quibus creſcat,immo eſt ſecũdum regimẽ:nã ſi digeſtiua eſt debilis, egreditur ſine digeſtione.

Z Fen.1.t.2.c.8.& li.1.fen.2.d.3.ſũ.2.c.2.bis,& Gal.li.de vri.c.5.c,& ꝯmẽ.2.in primũ de morb.vulg.71.f

A digestione. Et si retētiua est debilis, egreditur velociter. Et si sunt retentiua & expulsiua simul debilis, egreditur velociter, & nō egreditur plurimum subito:[a] immo frequentatur assellatio paulatim paulatim, & plurimū eius est ex frigore. Et si est debilitas in non digestiua, egredit̃, quod egredit̃ non priuatū digestione tota: immo egredit̃ habens digestionem quandam ſm tempus morę in stomacho. Et cū illo, qui est à lubricitate humorali, egrediunt̃ humiditates: & cum illo quidem, qui fit à lubricitate vlcerosa, aut bothoria, sunt signa vlcerū stomachi ex vomitu corticali, & bothor in ore, & dolore. Et [b] Hip. quidem iam dixit illis, qui intestinorū lubricitatem habēt, vomitus est malus, & hoc iudiciū occultam habet causam. Cerebralis autem plurimum est [c] post somnū longum: & est [d] conseruans paroxysmos: & cū eo sunt signa catarrhorū, & corruptionis complexionis cerebri. Et in [e] li. Algarib. i. Hippocratis inueto in sepulchro. Cū apparet in lubricitate intestinorum super costas bothor albū simile ciceri, & prouocat̃ vrina, & multiplicat̃, moritur æger in ipsa hora. Hepatici vero signa iam diximus in [f] cap. ægritudinū hepatis. Et [f] similiter eius, qui fit ex mesaraica. Plurimū aūt splenetici est melancholicū, & iam [g] diximus in cap. suo, & de eo, quod est sicut feculentū. Et iam diximus quid in illo sit de signis malis & saluis: & distinximus ipsum ab hepatico. Et significauimus, ꝙ ipsum est apud dolores eius, & dispōnes ipsius egredientes à natura in cap. ægritudinū splenis, & in hoc caplō & in [h] dictis expulsionū hepaticarum. Intestinalem autem, qui B sanguineus est, & qui non est sanguineus, significat dolor intestinorum, & punctura: & diuersificatur ab hepatico per illud, quod scis ex hoc, ꝙ [i] ille est plus & habet paroxysmos, & vices: & [i] oīs paroxysmus est deterior illo, q̃ est ante ipsum, & [k] manifestior, & eius nocumentū in superioribus corporis est vehementius: & signa corruptionis hepatis cum eo sunt magis apparentia. Et [l] scias, ꝙ dispositio doloris, & puncturæ, & alcurathi est maius ad quod redit medicus. Et scitur apud inuētionem eius, quod est ex intestinis proculdubio, licet cum eius priuatione qñq; sit etiam ex intestinis. Et excoriationem & fluxū sang. proprij ab intestinis significant etiam dolor, et punctura. Et qñq; est fluxus sang. ab apertione venarū, & est cū eo excoriatio cū exulceratio fit. Et qñq; est exulceratio in primis: deinde sequit̃ ipsum fluxus sang. Et significant, ꝙ ipse est itestinalis alcurathi, & abrasio. Et qñq; est vlcus alcolaia adhuc: [m] quare non apparet alcurathi nisi post horam, sed est lubricitas dolorosa in loco noto: & est quantitas eius, quod egreditur, pauca, & continuata, & longi temporis. Et exitus corticū in fluxu sine excoriatione, significat, ꝙ est in stomacho & in eo, quod sequitur ipsum: & significat ipsum dolor stomachi, & illud, quod [n] scitur in suo cap. Et scias, ꝙ alcurathi, & abrasio sunt duæ significationes vltimæ ad significanda, vlcera. Et qñ sunt cū hoc fœtidi odoris significant corrosionem. Et si sunt cū illo fœtore melancholicæ, timetur, ꝙ sit cācer. Et [o] scitur locus vlceris, aut læsionis et principium egressionis sanguinis ex loco doloris vtrum sit C [p] supra vmbilicum aut sub eo, & ex vehementia doloris: nam [q] dolor [α] graciliū est vehemens, cōicans membris superioribus. Et [r] ex corticibus, an sint subtiles, aut grossi: qm̃ grossi semper sunt à grossis: & subtiles ſm plurimum à subtilibus: et magni sunt ſm plurimum ex grossis, et parui sunt ex gracilibus. Et [s] ex permistione, qm̃ vehemens [t] permistio cum eo, quod egreditur, significat, ꝙ vlcus est in superioribus: & separatum ab eo, significat, ꝙ ipsum est in inferioribus. Et multoties fit in illo, qui est in inferioribus, & in ano, vt sanguis eius egrediatur ante egestionem. Et [v] ex tempore, quod est inter dolorem & ascellationem: quoniam si est tempus prolixum, tunc est in gracilibus. Et ex dispositione eius, quod ipsi associat̃ ex egestione: qm̃ si est chylosum, aut simile aquæ carnis, tunc est in gracilibus. Et [x] ex fœtore, qm̃ illud, quod descendit ex gracilibus, est magis fœtidum. Et [y] ex dolore: qm̃ dolor [α] eorum est vehementior. Et ex sang. qui qñq; egreditur: qm̃ est in gracilibus lauatiuus, non [z] permistus cum ipso stercore. Et scias, ꝙ quando ægritudo est vlcus, & est chronica, & illi, quod egreditur est quantitas: deinde [a] non est dolor sensatus, tunc vlcus est plurimæ sordis. Et differentia quidem inter vlcus sordidum, & corrosiuum est, quoniam corrosiuum est vehementis doloris, & quod egreditur ex eo est vehementioris fœtoris, et est decliue ad nigredinem, & minus: & ex sordido est virulentum, aquosum, & est decliue ad albedinem, & est grauis odoris: Et [b] quando egreditur post alcurathi sang. plurimus, significat, quòd vlcus profunda- D tur, & ægritudo fit fortis, & finitur illud, quod est super faciem intestinorum, & peruenit ad partem intestinorum, & multoties fiunt vlcera successione apostematum antecedentium, & significantur per dolores eorum, & reliqua, quæ dicta sunt de signis, secundum ꝙ ipsa sunt apostemata. Et multoties quidem fiunt vlcera propter causas alias ex his, quæ diximus. Quod si excoriatio est propter apertionem venarum, præcedit eam euacuatio sang. puri, cui est permistio quædam. Et qñq; est cum ea dolor, & qñq; non est cum ea dolor. Et [c] qñq; sunt cum ea periodi: sicut fit etiam in ea, quæ non accidit ex intestinis, & [c] antecedunt eam signa repletionis. Et si fuerit ab hemorrhoidibus, & rebus cancerosis in superioribus intestinis, putrida erit, & cū ea erit sanguis niger, & fiet paulatim cōtinua ſm repletionem corporis & eius euacuationē. Et [d] si fuerit ab humoribus salsis, & baurachijs, aut grossis viscosis, significabit eam euacuatio earū pręcedens: et euentus [e] ventositatis, & rugitus: & priuatio tincturę i egestione: & illud, quod sentit̃ de re eradicata ex loco: & erit dolor, quasi inseparabilis, [f] qui non permutat̃ ad horam, & sentit̃ cum ea quasi [f] grauedo, & admiscet̃ alcurathi phlegma. Et si fuerit à cholera excoriatio eius, significabūt eā euacuatio ipsius p̄cedens, & permistio alcurathi si fuerit aut egestio vehemētis tincturæ. Et silr̄ melācholiam malam, aut saluā signant præcessio illorū signorū melācholię vel illius gñis seu illius ordinis melācholiæ.

A Gal. 3. de symp. cau. c. 2. 27. d
B 4. aphoris. 12. & Ras. 13. con. t. 1. c. 1. 150. 1.
C Ras. lib. diuisi. c. 67.
D Fē. 13. t. 1. c. 22.
E Ras. 13. cont. t. 1. c. 1. 150. 2.
F Fen. 14.
G Fē. 15. t. 1. c. 5. & t. 2. c. 5.
H Fē. 14. t. 4. c. 1.
I Fē. 14. t. 4. c. 1. & Gal. 6. lo. aff. c. 2. c. f
K Fē. 14. t. 2. c. 2.
L Ga. 1. lo. af. c. 4. a
M Gal. 6. loc. affe. c. 2. d. e, & li. 1. c. 2. c
N Fē. 13. t. 4. c. 13.
O G. 6. lo. af. c. 2. e
P Ras. lib. diuisi. c. 68.
Q Ras. 13. cont. t. 1. c. 1. 153. 1.
Infra α
R Cap. 2. & Gal. 1. loc. af. c. 1. d
S G. 6. lo. af. c. 2. e, & c. 4. b, & lib. 1. c. 4. a
T Oppositū quasi infra.
V G. 1. lo. aff. c. 4. h
X Ras. 153. 2.
Y Ras. 153. 1.
Supra α
Z Oppositū quasi supra.
A Li. 4. Fen. 4. t. 3. c. 2.
B Cap. 2. & Gal. 6. lo. af. c. 2. d. e
C Ser. 1. 3. c. 26.
D G. 3. apho. 12. f. g
E Ras. lib. diuisi. c. 68.
F Ras. 13. cont. t. 1. c. 1. 154. 1.

Et permistio ad illud, quod egreditur acetosa in odore bulliens super terram, & cum fœculenta ni E gra, non acetosa in odore neq; bulliente est inquietudo vehemens, & quãdoq; perducit ad syncopim.[a] Et scias, q; si causa dysenteriæ est stans adhuc, & egreditur cum alcurathi, verbi gratia cholera, aut melancholia, aut sang. calidus, aut phlegma putridum, aut vitreum, aut stercus siccum, tunc ægritudo est in via additionis propter inseparabilitatẽ causæ. Quod si abscinditur illud, & remaneãt alcurathi, & abrasio sanguinis & similia, tunc causa iam abscisa est, & remansit causatum, & impressio proueniens ab ea: quare oportet vt tu intẽdas ipsum solum cum curatione. Et signum fluxus intestinalis sanguinei mali est, q; ipse sequitur excoriationem dolorosam, aut fluxũ frequentem: deinde destruitur appetitus, & subuertitur anima, & perducit ad abrasionem & alcurathi, & interficit multoties. Factus autẽ subito, sine dolore plurimo, & absq; nocumento sequente ipsum in appetitu & alijs, est saluus. Et si est à grossitudine fæcis, significabit ipsum dispositio fæcis, & eius euentus cum incessione fæcis super ipsum, & sedatio doloris, cum lenitas adest naturæ.[β] Et multoties egreditur succus separatus à fæce, cum ingrossatur, & alleuiatur propter causam, quæ exiccat ipsam, & existimatur, q; sit fluxus, quare retinetur: & in ipso est mors. Et signum illius est, vt non sit aliquid eius, cum lenitas est naturæ, & separatio fæcis, & vt antecedat fæx: deinde egreditur post illud fæx sicca. Sed diuisio illa, quæ est ante ipsum est, q; plurimum ipsius egreditur post fæcem, quæ excoriat. Differentiam autem, quę est inter illum, qui lubricatiuus est, & inter lubricitatem stomachi: significat digestio parua existens in cibo: & qñ descendit à stomacho, nõ moratur in intestinis: immo festinat ad exitum. Si autem causa eius sint vlcera, significat ipsum excoriatio cum eo, quod egreditur de significationibus vlcerum. Et si est illic phlegma viscosum significant ipsum etiam[b] phlegma, quod egreditur cum eo, & ventositas, et rugitus. Et in phlegmatico sentit̃ cum lubricitate res grauans. Et in vlceroso sentit̃ dolor sub loco stomachi. Et si est lubricitas non ab vlceribus, neq; à phlegmate, immo propter malitiam complexionis significat illud priuatio exitus signorum vlcerum, & phlegmatis. Oppilatiuum autem & liquefactiuũ significant sanitas intestinorũ vel viscerũ in seipsis, & denudatio ipsorũ à significationibus facientibus fluxũ super ea: & inflãmatio corporis, & caliditas eius, &[c] comitantia febris minutę, & diuersitas coloris, & essentiæ, & fœtor odoris. Qui ergo est ex liquefactione humorum est virulentus aquosus. Et qui est ex liquefactione adipis, est virulentus grossus, sicut in vlceribus cum pinguedine, & colore diuerso: deinde fit eius essentia adipis absq; diuersitate in substantia sua, & non est aquosa. Et similiter est dispositio liquefactionis carnis rubeæ, nisi quia priuatur pinguedine. Et est postremum eius fæculentis coloris. Factũ vero à superfluitate, & repletione, quam natura expellit ex corpore, propter illud, quod dictum est de causis euentus superfluitatis & repletionis significant sup ipsum causæ. Et [d]qñq; significant ipsum, quod euacuatum est, sanguis purus, mundus, cũ multitudine, sine dolore: & non facit sequi mollificationem, & debilitatem: & habet paroxysmos. Alzahir autem diuisiones, significat illud, quod egreditur ex eo, quod videtur. Et causæ repertę ex frigore aduenientе, aut ex sessione super durum, aut ex hæmorrhoidibus, & rhagadijs, & alijs, & quod præcessit, ex fluxu, & excoriatione, aut non præcessit.[β] Et ex eis in quibus fit error in ipso est vt sit illic fæx retenta lædens, & dolorem faciens, et mittens succum existimetur, q; est cursus zahir. Similiter errant cum quãdoq; egreditur curathi sicut phlegma, & existimant, q; sit zahir phlegmaticum, non oportet ergo vt decipiaris in hoc: immo oportet vt attẽdas causam ex oĩ parte, ſm q; sciuisti. Et differentia inter vlcera eius & vlcera intestinorum, quæ sunt super ipsum est, quoniam in illo, quod fluit ex recto est paruus fœtor, aut non est in eo fœtor.[e] Et quando accidit habentibus vlcera intestinorum, & habentibus fluxum sang. vt coagulatur sang. in ventre eorum, accidunt signa, quæ diximus in[f] capitulo causarum huius ægritudinis ex inflatione ventris, & frigore extremitatum subito, & ex casu virtutis, & pulsus. Et cum accidit habenti hanc ægritudinem aliquid ex istis, tũc scias, q; sanguini accidit illud. Et scias, q; cũ egestio nigra facta ab adustione, tendit ad viriditatem, tunc iam natura incipit rectificare: quare fit viridis, deinde citrina, post stat. Et scias, q; quandoq; egeruntur res mucilaginosæ vel res glandosæ: quare existimatur, q; sit abrasio humiditatis mucosæ stagnantis intestina & illa, non est nisi cum punctura. illud ergo non est abrasio, immo superfluitas humoris. Et [g]scias, q; si quis habet fluxum ventris, & stringitur, & ipse remanet secundum dispositionem suam, & non aduenit ei fortitudo sua, tunc causa in hoc est, q; corpus eius non recipit cibum. Et scias, q; in illo, qui ascellat in die plusq; in nocte: immo accidit ei vt ascellet, quoties sumpserit appetitus eius in die, causa est debilitas stomachi eius. Et cum in nocte est plus, tũc causa est debilitas hepatis, & q; remittit cibum.[β] Et scias, q; multoties succedit ascellationi, per hoc, q; ipsa extrahit subtile, & dimittit spissum, colica vehemens.

De cura fluxus ventris absolute. *Cap.* 4.

Dico in primis, q; oportet, vt iuuent se medici cum eo, quod dicitur in [h]capitulo superfluitatis fluxus ventris ex medicinis ebibitis, & legant illud capitulum cum hoc capitulo. Amplius dico, quòd fluxus ventris prohibetur, inquantum est fluxus, cum [i] stypticitatem facientibus, & [m] ingrossantibus materias, & facientibus [α] glutinationem. Et quandoq; necessaria sunt narcotica. Et iterum quandoq; curatur fluxus ventris cum diureticis, & sudorem facientibus, & dilatãtibus poros, & [k] vomitum faciẽtibus: omnia nanq; hęc mouent materiam ad contrariam partem fluxus ventris. [l] Quod si misceatur fluxui ventris caliditas, ponãtur cum eis infrigidantia: aut eligant̃ ex eis

A Cap.7. & Gal.1. loc. affec. c.2.c.d,

Infra bis β & t.3.c.6.

B Ras. lib. diuisi. c.67.

C Ser.t.3.c.26.

D Gal.3. de symp. cau.c.2.28.b

Supra et ĩfra β & t.3.c.6.

E Cap.2.

F 2.& F.5.t.1.c.9. & F.19.t.1.c.19. & li.4.F.6.t.2.c.20. & G.6.lo.af.c.4.h

G Cap.4.

Supra bis β & t.3.c.6.

H Li.1.Fen.4.c.6. &.7.

I Fen.10.t.3.c.6.& Gal.5.meth.c.6.a

Infra α

K Ras.13.con.t.1. c.2.159.1.

L T.2.c.3.& li.4 Fé.1.t.2.c.16.

A eis infrigidantia, in quibus sit stypticitas. Et administrentur dilatantia poros, & sudorem facientia corpori exterius.[a] Si autem ei admisceatur frigus, ponantur cum eis calefacientia, & eligantur ex eis calefacientia. Et tunc sunt plurimum necessaria calefacientia, cum digestiua est debilis: deinde cum est oppilatio ex hu. viscoso, et adiuuetur cum eo, quod dicitur in[b] capitulo debilitatis digestionis. Et tunc plurimum sunt necessaria infrigidantia, cum retētiua est debilis. Et[c] caliditas quandoque adiuuat ad retinendam naturam, per hoc, quod facit penetrare cibum velociter: & per hoc, quod prouocationem facit, & facit sudare. Et[d] quandoque facit[β] vinum purum forte antiquum hoc. Quādoque enim ille, qui habet fluxum ventris bibit cyathos plenos huiusmodi vino. s. vnum post aliud ita vt sit semper, quasi ebrius, & retinetur natura eius. Et[e] scias, quod dormire est ex rebus magis iuuatiuis ei, qui habet fluxum ventris. Et quando fuerit cum fluxu ventris tussis, dimittat illud in quo est [γ] acetositas vehemens & stypticitas: & sit contentus eis in quibus nō est illud ex cibarijs, & cibis: ergo eligat frigida & facientia glutinationem. Et similiter omne illud cuius substantia vel corpulentia est dura, & in eo est confortatio corporis eius, qui cibatur eo sicut sunt alsauich, & nocet eis, quod liquidum est ex sorbitionibus & iuribus. Et scias, quod alrobub dulcia multoties nocent, cōmouendo sitim. Et ex retinentibus fluxum ventris, sunt balneum, &[f] fricatio per hoc, quod dilatant poros. Et[f] multoties attrahitur materia ad exteriora corporis, ex vnctionibus & fricationibus. Et ex B eis sunt olea calida, sicut oleum anethinum, & similia. Et[g] ex retineutibus fluxum ventris, est positio ventosarum super ventrem: iam enim expertum est, quod ventosæ positæ super ventrem eorū, qui habent fluxum ventris, & excoriationem, cum dimittūtur quatuor horis restringunt. Et[h] nos iam experti sumus illud. Et ex retinentibus fluxum vētris sunt emplastra superposita stomacho, & intestinis, facta ex calefacientibus stypticis, & ex infrigidantibus stypticis secundum necessitatem. Et ex retinentibus fluxum ventris, cum causa eius est humor effusus ad stomachū, & intestina, & faciens descendere cibum. & soluens ipsum, & euacuās eū, & causat euacuatio eius, quod sequantur eum humores, est fluxus ventris cum est eradicatus ille, & est euacuatus et alleuiatus est modus regiminis.[i] Cumque administras medicinas, tunc incipe cū singularibus: si vero non valent tunc tende ad composita. Et[k] restrictiuæ quidem, aut sunt exiccatiuæ desiccatiuæ, aut constipatiuæ, aut infrigidatiuæ inspissatiuæ, aut[α] glutinatiuæ oppilātes poros, ex quibus emanat. Et medicinæ singulares frigidæ absolute, aut secundum virtutem retentiuam sunt, sicut[l] balaustiæ, &[m] gallæ, & acatia, & rosæ, & gūmi[n] arabicum, & lutū sigillatum, & lutum armenum, & tharathith, et spodium, et proprie assatum, & proprie conditū seu nutritum cum camphora, & fructus[o] tamarisci, & alhauleich. i.[p] rubi, &[q] grana granatorum, &[r] sumach, & almirberis, &[s] reubar. & semen[t] acetosæ, & semē psyllij assatum, &[u] coriandrū, & semē[x] arnoglossæ, & succus[y] barbæ hircinæ, et semen[z] rosę bonū, & fru C ctus[a] mori imaturi proprie ad excoriationem, & succi styptici exiccati, & ipsorum rob. Et succi vel expressionis seminis[b] portulacę bibatur. ℥. i. & confert. Et lac acetosum decoctū in quo butyrum penitus nō est. Et medicinæ quidem singulares, calidæ & siccæ sunt, sicut[c] cyminū assatū, & ameos, &[d] anisum assatū, &[e] cortices thuris, &[f] myrrha, & storax sicca, &[g] aldarsisahan, & sicut laudanū ipsum, de[h] quo in potu detur pondus. ℥. i. cū decoctione vel cū decocto, &[i] caseus[δ] vetus assatus, qui accipiatur sicut est: aut decoquatur in succo styptico, sed facit sitim. Et melius regimen ipsius est, vt abluatur cum aqua & sale aliquoties, aut decoquatur bene vt egrediatur sal eius, deinde exiccet. Tunc enim. ℥. i. eius restringit, & est fortior omni re. Et ad pueros quidem quandoque assatur nux, excorticata, & teritur & datur in potu cum zuccaro frixo vel assato & aqua frigida quantitas auellanæ vnius. Et atrimenta, & coagula constrictiua sunt. Et de[k] coagulo quidem hœdi quandoque datur in potu infanti pondus quartæ. ℥. i. in aqua frigida, & magno supra illud vsque ad pondus. ℥. i. Et[l] etiam coagulo leporis: nam ipsum retinet ventrem statim. Et oportet vt incipiat, qui ad potandum dat coagula à danich. i. si vero non cōfert, addat ex eo vsque ad illud, quod non pertranseat in pondere ℥. i. Et[m] caseus quidem vetus cuius regimen[δ] præteritum est, cum ex eo datur in potu. ℥. i. est minoris nocumenti, & fortioris operationis, quam coagula. Et[n] iam existimauerunt quidam, quod quando frustum[o]†{ex mesha}-aduritur, donec denigretur: deinde datur in potu ex eo pondus. ℥. 5. tunc D stringit ventrem. Et quidam amicus meus ex medicis, iam dixit mihi illud verum esse experimentū. Et[p] stercus canis comedentis ossa solum, cum in potu ex eo datur pondus. ℥. i. &. 5. cum decocto retinet fortiter, & proprie siccum acceptum in[q] mense Iulij. Et ex eis, quę nō pertinent ad vnā duarum extremitatum est[r] venter struthij exiccatus: & dosis sit. ℥. iij. exiccetur, & limetur cum lima, & detur in potu ex eo quātitas hæc illi, qui habet diarrhœam in rob myrti, aut rob de cydonijs secundum declinationem complexionis. Et iterū[s] lac caprinum decoctum donec ingrossetur, aut decoctum cum lapidibus fluuialibus ignitis bis & ter in ipsum proiectis: & quandoque ponitur ī ipso parum rizi frixi. Et[t] iterum[ε] vitellus oui elixati in aceto. Et ex cōpositis declinantibus ad frigus sunt[u] trochisci de spodio constrictiui, &[u] trochisci[x] †{alhauleich}-noīati calidicon, & troc. de luto sigillato, &[u] trochisci de balaustijs, & trochisci alfeluzaharagi, & trochisci de[u] tarathith, & trochisci de croco, &[u] trochisci de opio, & trochisci de papauere constrictiui, & pilulæ de opio, & pilulæ de mandragora, &[y] suffuf de granis granatorū, & pilulę de sandaracha. Et ad fluxū superfluū pōdus. ℥. ij. ostracorū adustorū, & luti armeni mediatim. Et spēs assatorū cū luto sigillato, & absque luto sigillato. Et nō oportet vt sit superfluitas in assatione eorū, ne remoueatur eorū virtus: imo oportet vt igniatur vas, et eleuetur ab igne et dimittatur super ipsum, et moueatur donec assentur. Et ex compositis

A T. 2. c. 3. & li. 4. F. 1. t. 2. c. 16.
B Fē. 13. t. 3. c. 5.
C T. 2. c. 13.
D Fē. 2. t. 1. c. 7. & F. 13. t. 1. c. 29. & G. 5. apho. &. 7. meth. c. 6. f
Oppositum
Infra β
E Li. 1. F. 2. doc. 2. sū. 1. c. 13. & G. 2. de vic. ratione in acut. 55. c. & Ras. 13. con. t. 1. c. 2. 155. 3.
Infra γ
F Ras. 13. cont. t. 1. c. 2. 155. 4.
F Ras. 155. 4. & 159. 4.
G Ras. 160. 4.
H Auic. fuisse me dicū Fē. 10. t. 5. c. 6.
I Gal. 2. de cōpone phar. pgnā c. 1. g. & Ser. t. 3. c. 26.
K Ser. t. 3. c. 26.
L Diosc. li. 1. c. 117.
Supra α
M Diosc. li. 1. c. 123.
N Ras. 160. 4.
O Dio. lib. 1. c. 99.
P Diosc. lib. 4. c. 29.
Q Diosc. li. 1. c. 127.
R Diosc. li. 1. c. 114.
S Diosc. li. 3. c. 2.
T Li. 2. t. 2. c. 54. & Dio. lib. 2. c. 107.
V G. de remed. paratu facili. 156. d
X Diosc. li. 2. c. 119.
Y Diosc. li. 1. c. 109.
Z Gal. 8. de simpl. 57. g
A Diosc. li. 1. c. 143.
B Dio. lib. 2. c. 117.
C Diosc. lib. 3. c. 57.
D Diosc. lib. 3. c. 54.
E Ras. 157. 1. & G. 7. de simp. med. facul. 54. d
F Diosc. lib. 1. c. 67.
G Diosc. lib. 1. c. 19.
H Ras. 156. 3.
I Li. 2. t. 2. c. 116. & Diosc. lib. 2. c. 63. & Ras. 156. 1.
Infra δ
K Li. 1. F. 3. d. 1. c. 3. & Ras. 156. 2.
L Dio. li. 2. c. 67. & Ras. 156. 3.
M Li. 2. t. 2. c. 126. & Ras. 156. 1.
Supra δ
N Ras. 159. 1.
O† panni ex pilis asinorum
P Gal. 10. de phar. simp. fac. 76. a
Q Dio. lib. 2. c. 72.
R G. de medi. facili. pab. c. 39. g. & Ras. fis. 157. 3.
S Diosc. lib. 2. c. 62.
Infra ε
T Gal. 11. de medi. simp. fac. 81. e
V Li. 5. sū. 1. t. 1. 8.
X† de rubo,
Y Ser. t. 7. fo. 93. 4.

declinantibus ad calorem, siue paruus sit aut magnus, sunt trochisci alefeniati, & [a] electuarium al- E A Li.5.sũ.1.c.3.
canzi, & electuaria, quæ dicam in antidotario: & electuariũ de seminibus stypticis, & troc. de cro-
co & troc. de karabe. Et [b] iterum sumatur gallarum non perforatarum viridium, & corticum gra- B Gal. 9. de phar. ẜpõne f3 lo. 204. b
natorum, & sumach, & piperis oĩum ana. ʒ. 5. terantur, & conficiantur cum albo oui, & cõcauetur
granatum, & proijciatur in ipso, & oppiletur eius foramen cum pulpa, & ponatur super prunas.
Et ex illis est vt sumatur tritici farina, & misceatur cum aliquantulo de ameos, & fructu tamarisci,
& nasturtio, dissoluatur cum oleo omphacino, & conficiatur, & fiat panis, & exiccet̃ in furno: dein
de sumatur ex eo cõtrito pondus. ʒ. x. & bibatur in aqua frigida, & pauco vino. Et huius quidem
generis ex eis q̃bus curantur pueri, cũ accidit ei fluxus ventris, tempore natiuitatis dentiũ ipsorũ,
est illud, quod [c] Recip. papaueris, & granorũ myrti, thuris masculi, cyperi omniũ ana. ʒ. 5. terantur C Ras. 13. con. t. 1. c. 2. 155. 4.
bene, & dissoluant̃ in lacte eius, cuius lac sugat, & det̃ in potu. Et huius quidem generis est medi-
camen bonũ expertũ, quod [d] Recip. granorum passularũ exiccatorum, & bene tritorũ donec fiant D Ras. 156. 1.
sicut puluis, & Recip. ossiũ adustorũ & medullę glandiũ, & coaguli, & coriandri assati, & sumach,
xylocaracte spinę, & seminis apij, & cymini infusi in aceto, & panis azymi sicci, & thuris et ameos
partes ęquales, terant̃ valde, & cribelletur illud, & ponatur de coagulo minus, q̃ de alijs: aut sit me
dietas partis: deinde sumat̃ ex eo omni hora nabac vna, ita vt sit quãtitas, quæ sumitur in die ex eo
ʒ. xx. Et si fuerit de coagulo minus, q̃ pars. i. aut minus illo, & si fuerit coagulum plus, tunc restrin F
git naturam in die vno. Et huius quidem generis est vt [e] sumantur cyperi, & spica, & balaustiæ, & E Ras. 156. 2. parũ differt.
minutum thus, & aliquantulum gallarũ. s. quantitas medię partis decoquatur in aqua, deinde co-
letur illa aqua, & pulucrizetur super eam de galia muschata, & xyloal. crudo bono, aliquid s̃m q̃
exigit dispositio, & bibat̃. Et huius generis est illud, quod Recip. zinzib. atrimenti [f] †{alasachse} F† nigri
sumach partes ęquales: sumatur ex eo in suffuf pondus. ʒ. ij. vsq; ad. ij. aur̃. Et huius generis et pro-
pinquius ad æqualitatem est, vt sumatur capillus veneris, & spica aromatica, & semen [g] †{althil} G† graminis
lenis & medullæ seu radicis althil & bedauard & radix arboris pini, & fiãt ex eis trochisci. Et scias,
q̃ necessitas spodij est ad constringendũ sanguinem. Et necessitas seminũ est ad cõstringendum
fluxum intestinalem. Et necessitas psyllij, aut arnoglossæ assatæ, est ad puncturam. Et si non tunc
remouent ipsum fluxũ sauich, et proprie quorum assatio iterata est. Et cibus sit quem diximus. Et
ouum quidem elixatũ iuuatiuum est in fluxu ventris facto ab excoriatione intestinorum, & non
est conueniens hepatico, & stomachico, immo qñq; nocet. In [h] narcoticis vero est timor, licet qñq; H Alex. lib. 8. c. 6. fo. 352.
accidat vt sint necessaria: nam ipsa qñq; conferunt, inquantũ ingrossant materiam, & inquantum
faciunt dormire, & destruunt necessitatem surgendi ad scellam propter sensationem mordicatio-
nis. Et quocũq; modo sit, non oportet vt administrent̃ quãdiu ab eis excusatio esse potest. Quod
si necessaria fuerit eorũ administratio, non exhibeatur ei, cuius infrigidatur corpus, & debilitatur G
virtus, & apparet illud in pulsu. Si vero necessariũ fuerit, misceantur cum eis, quæ sunt sicut casto-
reum, & crocus, & similia. Et iam testati sumus nos vidisse, qui supposuit sibi collyrium ex opio,
& mortuus fuit. Et cũ possibile est vt administrentur in collyrio, nõ administretur in potu. Et qñ
possibile est, vt administretur in emplastris, non administretur suppositũ, et factum collyrium. Et
ex emplastris stupefacientibus est vt sumat opij, & seminis hyusquiami amborũ ana partem. i. &
[i] †{giesth albalut,} & balaustij, & acatiæ, & thuris, & myrrhę omniũ ana partes. v. aggregent̃ cum I† corticis ĩterioris subtilis glandium,
succo hyusquiami aut succo corticũ papaueris, aut decoctione orũ, & liniatur cum eo: est. n. bonũ.
Narcoticũ potandum fortis stypticitatis. [k] Recip. coaguli leporis pondus danich. ij. & opij tantun- K Ras. 155. 4.
dem, & gallarũ, & thuris. ʒ. 5. fiant ex eis trochisci, & sit potio eorum medietas aur̃. i. Et [l] iterum gal L Ras. 156. 3.
larũ immaturarum pars. i. thuris, opij amborũ ana pars. 5. et dosis sit vsq; ad. ʒ. i. Et [m] iterum seminis M Ras. 156. 4.
hyusquiami, & opij, & papaueris, & spodij, & balaustiarũ, & thuris partes ęquales, & dosis sit vsq;
ʒ. i. Et iterũ opium, sandaracha, & minutum thus, myrrha, crocus, dent̃ in potu ex eo duę pilulæ si-
cut cicer. Et conuenientius illo, est illud, quod [m] Recip. castorij, opij, storacis liquidæ, seminis hyus-
quiami, myrrhæ, croci, assari, thuris, ameos partes ęquales conficiant̃ cũ melle despumato, & sit do
sis sicut nabac. Et iterũ merdasengi quarta. ʒ. i. coaguli. ʒ. 5. ossis adusti, gallarũ añ. ʒ. i. opij danich. i.
Et iterũ acatia, & gallarũ, & opij, gũmi oĩum ana pars. i. fiãt ex eis troc. Et iterũ narcoticũ ad biben H
dũ constringẽs in duobus diebus. [n] Rec. ameos, & seis apij, & corticũ granati acetosi, & gallarũ, &
abel ptes ęquales oĩum, opij partẽ. 5. terant̃ oĩa sicut alcohol, & sit dosis eius ex. ʒ. i. vsq; ad aur̃. i. in
mane & tantũdem in sero. Et [n] puero ex vno danich vsq; ad duos danich. Et [m] ex medicinis fluxus N Ras. 165. 3.
ventris, quæ conueniunt ei, qui cũ fluxu habet tussim, sunt sicut myrtus, & mastix, & gũmi arabi-
cum, & thus, & psyllium assatũ, & spodium, & castaneæ, & nux, & auellanæ assatæ. Et oĩno opor-
tet vt detur illud [y] in quo non est acetositas, & ponticitas vehemens: immo oppilatio, & congluti- *Supra y*
natio. Quod si non fuerit excusatio, dentur pontica, deinde consequenter exhibeantur electuaria
lenificantia pectus. Et multa quidem ex electuarijs factis ex papauere, & dragagantho, & gũmi,
& xylocaractis, & fructu myrti, & amyli assati, & mucilagine rerũ, quæ prius assantur, deinde inge
nietur in extrahendo earũ mucilaginem, quæ coniungũt inter vtrasq; res. In cibis vero eorũ opor
tet vt non sit mordicatio, neq; salsedo plurima, [o] neq; acetositas nociua, & moueat virtutem expul O T. 2. c. 13.
siuam. Et hoc est sicut illud, quod de lacte decocto cũ lapidibus ignitis * diximus, et ꝑprie illud in *Supra **
quo extinguitur ferrum aliquoties. Et frigidius illo est lac acetosum ablato butyro cum rizi, aut
milio assatis. Et experiatur summa eius, quod digeritur. Cum ergo non digeritur aliquid, sumatur
acceptio

A acceptio minor eo. Et de lactibus decoctis fortius cōfortans est lac vaccinum. Et quod ex eis conuenientius est calefactis, est lac caprinum, cum hoc ꝙ ipsum est magis stypticum. Et lac acetosum

A Ras.156.4.
B Ras.158.2. & 165.4.
C † acida
D Diosc.li.2.c.97.

est melius calefactis, q̄ non acetosum. Et sicut medulla similaginea assata, infrigidata, exiccata.[a] Et sicut panis cuius farina conficitur cum aceto & fit panis bonus, & est calefactis vltimus.[b] Et sicut lēs decocta in duabus aquis, effusis ab ea: deinde decoquatur in tertia, donec inspissetur, & acescat: aut non acescat: & sicut cibaria [c]†{acria}-vel acetosa. Acetosa autem sunt sicut illud quod fit ex sumach, & granis granatorū, & tortellis cum coriandro, & qn̄q; ponitur in eo rizi.[d] Et fabæ decoctæ cum aceto sunt bonę eis. Et ex cibis eorum, quę comeduntur, & sunt in seipsis curatio bona, est vt summatur ex sauich hordei pugilli.ij. & seminis papaueris pugillus.i. & corticū papaueris pugillus.i. decoquantur valde, & colētur, & sumantur. Et si acetosa fiant cum sauich malorū acetosorū, aut granis granatorū, aut sumach, erit cōueniens. Et sit eorum sal gemma, & teratur: deinde frigat̄ seu assetur assatione bona: deinde admisceantur ei grana granotorū, & coriandrū, & sumach. Et si non est caliditas vehemens permisceatur cum eo caseus vetus assatus tritus. Et oportet vt non sumant in potu, nisi frigidum qualecunq; sit. Frigidū enim constringit & sufficit, & [e] tepidū resoluit, & facit necessarium ad plus nisi in cholirica passione, sm ꝙ conditionatū est, & in oppilatiuo, & in apostemoso.[f] Et carnes in quibus datur eis licentia, sunt carnes altaeiugi, & alcubugi, & aldaragi:

E Fe.13.t.2.c.4. & lib.4.F.1.t.1.c.26. & Ga.8.meth.c.5.c
F Ser.1.3.c.26.fol. 33.2.
G † columbi
H † turturis
I † sturni
Supra ε
K Ras.158.1.

B & aues paruæ, & alcanabir, & caro leporis, & [g]†{alcatha}- & alfasanin, & [h]†{alfuachat,}- & caro [i]†{alseudeni}-proprie. Et rectius est vt sint assatæ, cum seminibus conditæ, aut acetosæ, & [ε] etiam [ε] vitellus oui elixati in aceto, & almususat facta ex eis, cum eis quę sunt sicut grana granatorum, & passę plurimorū interiorum, & coriandrū, & cum eis quę sunt sicut sumach, & quę eis sunt similia ex fructu rubi, & capriolis vitis, & folijs acetosę, & folijs arnoglossę, &[k] caulis iteratę decoctionis, & pisces parui decocti cum aceto. Et ex eis quæ currunt cursu aromatizantiū est flos fistici, & flos zarur, & coriandrum, & grana myrti. Et quando non digerunt carnē fiant eis contritiones ex carne pullorum, & alcubugi, & similium: & decoquantur fortiter, & misceatur cum eis rizi, & milij parum: deinde colentur, & reducantur super ignem, donec appropinquent coagulationi, deinde fiant acetosę cum sumac aut granis granatorum, & similibus. Et [l]†{alchiardanach}-iuuatiuum est eis cum non corrumpitur digestio valde.[m] Et oportet vt nō satiatur nisi parū, & vt fluat cum punctionibus ex eo humiditas plurima. Et pedes vehementis iuuamenti sunt, cū decoquuntur in rizi assato.[n] Et vitent fructus omnino, quāuis sint styptici, nisi cum stomachus refugit ex cibis: sed castaneæ non nocent eis, et similiter alcasb. Et si cibus subtilis corrumpatur in stomachis eorū cibentur cibis in quibus sit grossitudo, sicut sunt pedes cum robub stypticis, et sicut sorbitiones fortes factæ ex rizi & milio. Et qn̄q; iuuantur quidam cum charis facto ex ventribus animalium, & simili-

L † pullus
M ras.156.2.
N T.2.c.13. & Ras.166.4.

C bus. Et alsichbegi facto ex bonis partibus vaccæ, comedant acetosum solum cum micis, et sumant cum eo si appetunt aliquid ex eis bonis, sm quantitatem virtutis digestionis. Et non sunt ventres cōuenientes vltime omnibus speciebus ascellationis. Et ex sorbitionibus laudatis eis est, vt sumat̄ papauer, & assetur plurimum: deinde fiat ex eo & ex rizi, & milio sorbitio: &, si volunt, fiat acetosa cum sumach, & granis granatorum, & similibus. Aut fiat sorbitio ex tortellis siccis, & rizi, & adipe renum caprarum.[o] Aut infundatur sumach in aqua plu. die & nocte, & bulliat leuiter, deinde coletur vehementer, postea ponatur in ea [p]†{darhe}-& dimittatur vsquequo infundatur: deinde coquatur: postea fiat dissolutio in ea manibus: deinde coletur, & proijciatur fæx: deinde sine cessatione moueatur super ignem cum ligno, donec redeat ad similitudinē cibi: deinde condiatur cum sale pauco, & sit pinguedo eius adeps hœdi. Aut amygdalæ assatæ contritæ, & parum olei: & non multiplicentur in ipsa sal, & pinguedo. Et ita sit siue cibus sit calidus, siue frigidus. Et ex eorū pinguedinibus, est oleum omphacinum. Et oportet vt sit [o] aqua eorum aqua plu. in ipsa [q] enim est stypticitas. Et existimo, ꝙ multitudo iuuamenti illius, est propter velocitatem suæ penetrationis ad hepar & velocitatem resolutionis eius: quare non relinquit in chylo humiditatem.[r] Et interdicatur eis [β] vinum. Si autem non fuerit excusatio, & fuerit virtus requirens ipsum, vt ipso reuiuiscat, tunc sit [o] nigrum, styptici saporis, parum. Et rectius quidem est, vt non comedat cibos plurimarū

O Ras.166.4.
P † grana surgi
Q Ga.7.de medic. cōpo. sm loc.c.4. fol.184.b
Oppo. Supra β
R F.13.t.2.c.14.

D specierum, neq; multoties: immo oportet vt sint contenti cibo paucæ quantitatis, & sit vice vna. Et vt præmittant super cibum illud, quod est magis stypticum. Aut sugant ante ipsum aliquid de cydonijs, & granatis acetosis, & non bibant super illum aquam. Et si expectauerint, vt nō bibant omnino, erit cura per se: & proprie cum non mouentur ad eam. Et oportet vt premantur eorum extrema superiora, vt attrahatur nutrimentum ad ea, & vt emplastrentur stomachi eorū cum medicinis stypticis, retentiuis, frigidis, & calidis, & permistis, sm ꝙ exigit dispositio. Et oportet vt ponantur in eis spica, & mastix, & myrrha, & tortellæ. Et almeisus est plurimi iuuamenti, cum ponitur in medicinis. Epithema bonum quo linitur illud, quod est inter stomachum & hepar: quando cōmunicat in fluxu. Bulliantur drach.x. absinthij cum vino, & coletur, et ponatur super locū cum panno: deinde sumātur rosarum, & balaustiarum, & myrti siccæ, & acatiæ, & enifistides, & gallarū partes æquales, & misceantur cum aqua myrti, & inspissent absinthium prædictum, & emplastrētur cū eo. Et scias ꝙ [s] theriaca est cōferens valde omni fluxui ventris laborioso vel laxanti & deijcienti virtutem, & cuius causa non est apostema, neq; febris vehemens.[t] Et consilium quod dandum est illi qui non alleuiatur à debilitate sua, & iam retenta eius ascellatio quā habuit, sed corpus eius non recipit nutrimentum, est vt comedat aues paruas, & ariuahed. i. columbinos volare inci-

S Pan.lib.3.c.40.
T C.3.

pientes,

pientes, & pectora ipsorũ absq; extremitatibus eorũ offuosis tardæ descensionis in patella cocta. E Et facta charnanegi.i.prius elixa, & post assata. Et similiter illi cuius appetitus est ad comedendum, & debilitatur eius digestio, dentur istæ res. Et caro rubea, frixa cum oleo, puluerizato desuper cinnamomo. Et confert illud etiam in syrupo de cydonijs, & malis.

TRACTATVS II. *de curationibus specierum solutionum ventris diuersarum, prædictarum post complementum curæ vniuersalis.*

De cura fluxus hepatici. *Cap.* 1.



IAm [a] sciuisti causas fluxus hepatici.[a] & sciuisti curationem cuiusq; causę. Oportet ergo vt redeas ad illud, & cures malitiam complexionis eius, & apostema ipsius, et debilitatem, & oppilationem, & repletionem eius s̃m vnũquodq; cum eo quod dicitur in capl'o suo. Nam cũ tu feceris illud, tunc iam curasti:[b] & illud quod cadit in hoc capitulo de errore est, vt dentur illi qui habet fluxum hepaticum oppilatiuum medicinæ constipatiuæ, addentes in oppilatione, confortantes eam, vt constringant naturam: & perducit illud ad errorem maximũ. Et multoties quidem linit insipiẽs hepar in hac ascellatione cum inspissantibus sanguinem, & extinguentibus hepar cum eis quę sunt frigida, & in hoc est mors, & preparatio ad putrefactionem. Immo oportet, cum sciueris ꝙ causa in ipso est oppilatio in hepate, & mesaraica, vt intendas cum apertione oppilationis.[c] Et iam laudatæ fuerunt passæ pingues in F hoc capitulo, ita vt quidam existimauerũt, ꝙ ipsæ sanant fluxum lotiuum difficilem.[d] Et nos quidem iam experti sumus illud, quod fuit res non longinqua ab eo quod dixerunt. Et in inceptione ascellationis hepaticæ melius est vt non approximetur panis, qm̃ hepar non recipit ipsum, immo rectius est vt sit cõtentus aqua sauich in die bis aut ter. Quod si tolerat in fine sua permistionẽ milij cũ eo, decoquendo, deinde colãdo, ipsum faciat. Et si tolerat vt comedat decoctum, non colatũ, non faciat: & in decoctione sit sacraiati.i.de sauich cum.xx.sacraiati aquæ, & decoquatur vsq; quo ingrossetur. Cumq; in vrina non fuerit varietas, non erit malum vti adipe gallinæ. Et quando est ascellatio sanguinea hepatica, sicut aliquod fluens vehementer, tunc non oportet vt retineatur desubtus aliquid, vt non retineatur aliquid nocitiuum, & accidat per illud nocumentũ: immo rectifica vel bonifica regimen & curam desuper.

A Fen.14.t.4.c.1. &.2.
A Fen.14.
B C.10.& F.14.t.4.c.2.
C Fẽ.14.t.2.c.3.& lib.2.t.2.c.737.& Ga.8.de medi.ꝯpo. s̃m loc.c.7.f
D Auic. fuisse me dicum.t.1.c.4.

De cura fluxus stomachici, & intestinalis absque excoriatione, & primo de lubricatiuo. *Cap.* 2.

IAm [e] sciuisti qualiter curatur lubricitas stomachi cum speciebus suis. Et cura lubricitatis intestinorum proxima est illi, & proportionalis ei. Et cum hoc nos afferemus potiones, & emplastra, & canones, digniora istis locis. Et canones ad eos in quibus non sunt vlcerosi, sunt vt permisceas styptica fortis stypticitatis cum medicinis calefactiuis, dãdo eas in potu, & ponẽdo in emplastris. Et vt vtantur medicinis, quæ adiuuant naturam, & confortant spiritum sicut theriaca magna, & G homorusia, & athanasia. Et oportet vt administres diuretica, qm̃ ipsa sunt fortis iuuamenti in hac egritudine. Et significant significationes multitudinum phlegmatis, labora in euacuando ipsum. Et si non valent medicinæ propinquæ fortitudini, & virtus est fortis æqualiter, tunc fortasse indiges eis quæ sunt sicut [f] elleborus. Verũ euacuatio materiei huius ægritudinis cum vomitu, est difficilis, & mala. Et raro euacuat vomitus phlegma descẽdens ad intestina. Et non oportet vt bibãt aquã inquantum possibile est. Amplius si bibunt eam, non cõceditur vt bibant eam calidam omnino. Et vinum quidem vetus subtile, purum parũ confert eis. Et illud quod diuersificatur ab illo nocet eis. Et si diligunt vt permutẽtur cibaria, fiat talis mutatio cũ eis quę sunt sicut sauich [g]†{algobere:} aut sauich alcasb, & sauich de siliquis, & sauich de granis granatorũ, & sauich de nabac. [h] Coriandrum vero est fortis impressionis in retinendo cibum in stomacho. Et ex cõpositis bonis ad eos est illud, quod Recip. seminis arnoglossæ, & anisi amborum añ.drach.i.& corticis granatorum, & sang.draconis amborum ana.ʒ.5.& est potio vna. Et oportet vt bibatur in vino pontico. Et si fuerit illic feb. tunc cum aqua plu. Et ex compositis conferentibus eis, est confectio de gallis, & confectio de ture, & confectio de siliquis. Et de emplastris conferunt eis, sicut emplastrũ de semine lini cum dactylis, & confortatur cum eis quæ sunt sicut succi cydoniorum, & aluminis humidi, & altharathit, & acatiæ, & balaustiarum, & masticis, & rosarũ, & [i]†{alhausegi} partes æquales. H Et qñq; fiunt ex istis medicinis marã cum cera, & oleo mastichino, & oleo de cydonijs, & oleo rosarum, & sicut emplastrum abrucalis, & empl'm rubus, & empl'm de fausel cum fuerit caliditas. Facti autem propter vlcera intestinorum cura est cura vlcerum, & multitudo administrationis exiccantium stypticorum ex cibis frigidis sicut est illud, quod fit de acresta, & sumach, & curetur cura dysenterię quam [k] dicemus. Et cum causa cholerica illic est illa quę effunditur, & vlcerat, tunc melius est vt ipsa euacuetur in æstate cum vomitu, & non euacues eã ex via vlcerũ. Et quando causa eius est phlegma, necessariũ est tibi, vt euacues phlegma cũ clystere phlegmatis dictũ in capl'o suo: & alleuies cibũ, & calefacies ipsum: & ponas ipsum ex assatis, & frixis factis ex carnibus leuibus, et minora potũ aquę. Deinde si indiges fortiori illo, sicut elleboro, tũc vtere aut albo ad stomachũ, aut nigro ad intestina inferiora: & est etiã cum eo qđ euãt permutãs cõplexionẽ, & calefaciens eã.

E F.13.t.5.c.7.
F Ras.13. cõti.t.1.c.2.155.4.
G † mespili
H F.13.t.5.c.12.& li.2.t.c.143.& Ras.13.ꝯti.t.1.c.2.156.3.
I † Rhamni
K C.7.

De cura vlcerosi. *Cap.* 3.

MEdicamen bonũ ad lubricitatẽ humidam, & est sicut cibus. Recip, passas nigras, quæ coquãtur, & terantur cũ suis interioribus, et misceantur cũ eis cortices granatorũ, et piper album, & oleum omphacinum, & comedatur cum pane. Et oportet, vt cõmisceãtur cum eo quod in ipso

administratur

A administratur de stypticis frigidis, mastix,& tus,& si tolerat piper, cōmisceatur piper. Et cū chronica fit solutio ventris, lubricatiua, & cōtingit vt virtus cadat, tunc necessarium est in hoc vt incipias cum æquatione complexionis,& calefactione eius. Et facias ægrū vti exercitio, quod ipse toleret. Aut facias ipsum ingredi balneū,& premas eum compressione leui, & frica quod de corpore eius apparet: deinde da ei paulatim ad sorbendum iacenti non stanti vel non sedenti: immo coxa eius existente altiori ad id quod supra ipsam est. Et cibetur in hoc situ aliquo de aqua carnis fortis cum qua mista sint vinum stypticum,& tortellæ siccæ. Et si tolerauerit virtus,& complexio eius, vt sequatur ipsum aliquid penetrare faciens sicut diapepereon, & diacalamenthū, fac illud ita, vt faciat ipsum penetrare: nam cum feceris illud, attrahet hepar aliquid illius cibi,& confortabitur eo. Reliquarum autem specierum fluxus stomachi, qui est infra lubricitatem vel qui non est lubricatiuus cura plurima ipsarum appropinquat curationi lubricatiui. In illa ergo cuius causa est cholera rub. plurima, effusa ad stomachum,& intestina: oportet vt temperes membrum in quo generatur cholera,& à quo procedit.s.hepar,& fel per illud, quod sciuisti in [a] capitulo suo. Et euacues superfluitatem cholericam, si fuerit plurima. Et rectius illo est, cum vomitu, si possibile est,& leue: seu facile aut cum fluxu ventris, si non fuerit in virtute debilitas, & non timetur vt accidant vlcera: aut ꝙ sint facta. Et post illud succurre cum infrigidantibus & stypticitatem facientibus prædictam. [b] Et

A F.14.t.1.c.21.

B Lib.1.F.4.c.23.

B multoties quidem sanat hanc læsionem sumere in potu myrobal.citrinos. Ipsi enim educunt choleram,& faciunt succedere virtutem infrigidatiuam facientem stypticitatem. Et ex eis quæ conferunt eis est administratio lactis acetosi, & proprie cum spodio. Et similiter aqua sauich hordei. Et si fuerit causa eius phlegma, curetur cū eis quæ educunt phlegma ex ebibitis, & clysteribus, si fuerit plurimum valde: deinde curetur cum eo quod constipat,& calefacit calefactione temperata. Et ex eis quæ conueniunt ad illud, est electuarium de granis granatorū, quod est cum cymino:& electuarium [c] alcanzi,& [d] trochisci de speciebus. Et si phlegma est vitreum, non excusatio est eorum quæ sunt, sicut trochisci askiladis, & suffuf facti ex aniudem, & ameos,& cymino in aceto posito, & assato,& semine lini torrefacto,& galia,& balaustijs,& carui,& myrrha, & ture cum spodio ſm ꝙ tibi bene visum fuerit de mensuratione testimonij. Et si fuerit illic phlegma & cholera simul, & significant illa exitus eius quod egreditur,& reliqua signa, iuuabuntur si sumpserit myrobal.citrinorum partem.i.& nasturtij partem.5.cum quibus misceātur galiæ,& granorū myrti, & sumach, & [e]†{carmesich}omnium ana sextam partis illius. Et si fuerit causa melancholia effusa ad ipsum, nos faciemus ei [f] capitulum singulare, quod appropriatur ei cum capitulis fluxus melancholici, & proportionabimus ipsum ad splenem. Sed ei qui est secundum cibaria & cibos, singulare etiam faciemus [g] caplm: & si non fuerit nisi debilitas fortis, & malitia complexionis, cōsiderabis malitiam

C Lib.5.fū.1.t.3.c.12.
D Lib.5.fū.2.t.6.c.31.& G.9. de medi.cōpo. ſm lo.c.5.t.4.c
E † spēs vel fructus tamarisci
F 5.
G 8.

C complexionis per signa sua. Et plurimum quidem malitiæ complexionis intestinorum est cōmunicans malitiæ complexionis stomachi, & signa eius sunt [h] signa illius. Quod si debilitas fuerit in digestiua sola,& fuerit frigus, iuuantur cum electuario alcanzi,& iuuantur cum electuario nostro quod est ſm modum hunc. Recip.xyloaloes crudi,& cymini in aceto infusi,& assati, ameos, carui & myrrhæ & zinzib.assati,& cardamomi, interiorum passularum tritorū, partes æquales, & fiant ex eis suffuf, & dosis sit vsq; ad drach.iij. Et si fuerit illic ventositas plurima ponamus in eo semen [i]†{alsahesefram,}& semen rutæ. Et iterum compositum quorūdam plurimæ vtilitatis in hoc ca. Recip.zinzib.seminis fœniculi,& anisi,& piperis longi, & cardamomi omnium ana drach.iij.& seminis ameos,& apij amborū ana drach.iiij.& casiæ,& calami aromatici,& cyperi,& xyloal.crudi omnium ana drach.iij.&.5.& galiæ drach.v.& croci drach.iiij.& gariophyl.& balaustiarum, & blactæ bizantiæ & nucis muschatæ omnium ana drach.iij. & sextam, granorum myrti drach. xx. informētur ex eo trochisci,& sit dosis eorum ſm mensuram testificati. Et iuuant in ea trochisci almarmacur proprie si fuerit virtus expulsiua debilis etiam. Et iuuant in ea emplastra [k] prædicta calefactiua. Et si fuerit cū debilitate expulsiuę permisce ea cū absinthio. Quod si fuerit corruptio digestionis propter calorem, administrabis medicinas infrigidatiuas,& sit in eis stypticitas aliqua,& ingrossa cibum,& fac eum ex genere frigidorum grossorum de quibus [l] diximus in capitulo mali-

H F.13.t.1.c.18.
I † ocimū gariophyllatum
K C.2.
L F.13.t.3.c.7.
M T.1.c.4.& lib.4.F.1.t.1.c.16.

D tiæ digestionis. Et oportet ꝙ adiuueris cum eis quæ diximus in eodem [l] capitulo. [m] Quod si fuerit debilitas in retentiua propter frigus aut calorem, administrabis styptica prædicta in initio [n] capituli calida aut frigida. Et si fuerit expulsiua etiam debilis, administrabis suffuf de scoria ferri cum nuce muschata in syrupo de menta,& administrabis emplastra secundum necessitatem.

N 4.t.1.

De cura fluxus cholerici. Cap. 4.

IAm diximus ipsam in [o] capitulo stomachi:& est pendens in fine rei cum curationibus dispositionum [p] hepatis,& [q] fellis,& [r] stomachi, generantium choleram:& oportet vt quæratur illic.

O F.13.t.5.c.7.
P F.14.
Q F.15.
R F.13.

De cura fluxus melancholici, & est spleneticus fluxus in quo non est excoriatio. Cap. 5.

OPortet vt intendas in ipso curā splenis: & causam eius cognoscas,& apponas per illud quod necessarium est in eo. Et si fuerit illic multitudo melācholię,& exuberantia virtutis, euacuabis cum decoctione epithymi,& similibus. Et si fuerit grossa sicut fæx,& non fuerit ab apostemate, immo propter grossitudinem melancholiæ ipsius, tunc administrabis in ipsa hoc solutiuum, si fuerit virtus fortis. [s] Recip. salis gemmæ partem.i.& spinæ ægyptiacæ partes.iij. & ellebori nigri partes.ij. decoquantur itaq; spina & elleborus in aqua fortiter,& dissoluatur in ipsa sal, & coletur, & bibat. Et hæc est via solutionis ventris eius ad mundificationem eius cum eo quod soluit. Et si necessaria

S Ras.13. cōti t.1.c.2.159.4.

necessaria fuerit phlebotomia, phlebotoma, & conforta hepar, & conforta os stomachi. Et si causa E
fuerit in fluxu stomachico melancholia propter illud quod effunditur ad stomachum ex humori-
bus melancholicis, pone super splenem ventosas retinentes illud quod fluit ex eo ad stomachum,
& intestina. Et postea rege cum eo quod est subtile, cõfortatiuum sicut est hoc compositum, quod
est nostrum. Recip. granorum granatorum. ℥.x. been rubei torrefacti drach.i. zarũbet torrefactæ
drach.i. carabe drach.i. seminis rutæ, seminis alsahesefrã drach.i. rizi drach.i. fiat ex eo suffuf, & sit
dosis eius drach.iij. Et iterum sumantur grana granatorum, & passæ nigræ, terantur cum aceto &
aqua, & fiat expressio ab eo, & coletur, & proijciatur desuper salis parum, & origani, & intingatur
cum eo. Si autem necessaria fuerit fortiora hoc, sumatur turis, cyperi, & nucis cupressi, & galię om-
nium ana drach.5. & tortellarum drach.i. bibatur cum vino antiquo puro.

De cura fluxus sanguinis absq; excoriatione. *Cap. 6.*

IAm [a] sciuisti quod hic sit ex corpore, & fit ex hepate, & ex stomacho, & intestinis superioribus, A T.1.c.2.
& inferioribus, & fit ex ficteri, & [b] nouisti signa eorum. Et qui ex eo est virulentus, & fœculen- B T.1.c.3.
tus, & lotiuus, cura ipsum ex parte hepatis, & rectificatione complexionis eius, & apertione oppi-
lationis ipsius. Et regimen antecedens in curatione illius, est cõsideratio dispositionis corporis in
repletione: & cõsideratio causarum facientium eam necessario. Cum ergo non est propter ipsum
dolor, & existimas ꝙ est ex corpore, aut hepate, & non cadit propter ipsum virtus, nõ retineas ip- F
sum. Et si timetur ꝙ cursus eius, qñq; facit accidere excoriationem, aut facit accidere debilitatem,
[c] fiat phlebotomia, & extrahatur ex contrario motus partis eius: deinde administrentur medicinæ C C.12 & li.1.fen 4.c.20.
stypticæ restringentes sang. Et in illo qui accidit ex ruptura in venis intestinorum, qñq; perducit
ad excoriationem festine Oportet ergo vt conuertas studium ad retinendum eum, & inclinandũ
ad contrariũ partis, si fuerit illic repletio vehemens, & plurima. [d] Et scias ꝙ potata constrictiua con D C.7.& t.4.c.11. & Ga.1.loc. af.c.4. h, & lib.6.c.2.e, & 4.meth.c.7.g, & li. 13.c.17.g
uenientiora sunt ei, qui est ex intestinis superioribus, & quæ sequuntur ea: & quæ sunt super ea.
Et clysteria sunt cõuenientiora ei qui est ex intestinis inferioribus. Et in eo qui est inter illa rectius
est vt aggregentur vtreq; curationes. Et omnes medicinæ stypticę, frigidę, & facientes glutinatio-
nem, prædictæ in eis quæ pręterita [e] sunt, stringunt sanguinem: præcipue quando in eis ponuntur E T.1.c.4.
alumen, & hæmatites tritum, sicut puluis, & sanguis draconis, & karabe, & corallus, & margaritę,
cum bibuntur, & fiunt ex eis clysteria. Et quandoq; indiges narcoticis: & quandoq; est tibi neces-
sarium vt confortes ea cum illis, in quibus cum stypticitate est cõfortatio. [f] Et troc. de balaustijs in F Lib.5.fũ.1.t.8.
summa eorũ quæ bibuntur, est virtus fortis: [g] & troc. de se. acetosæ: & troc. hęmatitis cum eo quod G Ser.t.7.c.18.
te scire fecimus: & succus arnoglossæ, & succus foliorum psyllij, & succus barbæ hircinæ in his [h] ca H T.1.c.4. & lib. 2.t.2.c.114.
pitulis iuuamentum conferunt: & proprie cum ponuntur in eis medicinæ singulares prædictæ, &
troc. dicti in primis. Et iterum sumantur malorum, & cydoniorum, & rosarum siccarum omnium G
ana lib.5. decoquantur in quinq; lib. aquę donec remaneat lib.i. &.5. deinde coletur, & proijciatur
super eam tantundem olei rosa. & coquatur in vase duplici, donec consumatur aqua, & remaneat
oleum: et oleum illud administretur in eis qui bibuntur. Clysteria vero restrictiua sunt ex istis suc-
cis, & ex aquis in quibus decoquuntur styptica nota. Et puluerizetur super ea ex eis, quæ coquũ-
tur in eis, & ponantur in ipsis [i] pinguedines ex adipe renum caprarum, & ex oleo ros. bono vlti- I Ga.12.meth.c.1. g.h
mo: & dicemus ea in [k] antidotario: & dicemus ea etiam in [l] capitulo excoriationis, & eligemus ex K Lib.5.fũ.2.t.6.
eis salua temperata, in quibus non sunt medicinæ acutæ, & trochisci acuti, & afferemus quædam L 7.
hic. Clystere bonum ex eis quæ exposuimus. Recip. corticum granatorũ, & arnoglossæ, & xyloca-
racte spinę, & sauich alnabac, & sauich rizi omnium ana drach.viij. et sumantur de gallis immatu-
ris.ij. balaustiarum, & ros. omnium ana drach.iiij. effundatur super ea aquæ hemina vna parua. Et
si fuerit aqua illa aqua virgæ pastoris, erit valde bona: deinde decoquatur cum facilitate, donec re-
maneat fere tertia eius, & coletur. Et sumatur aluminis drach.5. & san. draconis, & acacię, & hęma
titis, & balaustiarum, & succi barbæ hircinæ, & gummi assati, & cerussæ plumbi, & ostracorũ adu-
storum, & luti, & armeni omnium ana drach.i. & olei ros. drach.vij. & interioris adipis caprarum
drach.vi. Et qui vult ponat in ipso opij põdus danich vsq; ad danich &.5. & clysterizetur cum eo.
Et cum eo est intentio in clysteri retentio san. non est necesse vt ingrossetur cum facientibus gluti H
nationem ex rizi, & milio, & similibus. Et cum est intentio regiminis excoriationis, aut regimen
amborum similiter, necessarium est illud. Et oportet vt studeat ne ingrediatur in clysteri ventosi-
tas. Et ex suppositorijs fortibus in hoc capitulo est, vt sumantur acaciæ, & gummi arabici, & semi-
nis hyusquiami albi, & luti armeni, & karabe, & gallarum immaturarum omnium partes ęquales:
contere ea, & aggrega ipsa cum medicamine decocto calido, & fac ex eis similitudines glandium.
In eo vero qui est ex ficteri, sufficit vt administres has medicinas, sumatur merdasengi, et balaustię
& cerussa plumbi, & ostraca assata, & administrentur super locum post ablutionem, et mundifica-
tionem. Cum ergo feceris hoc, & augumentatur apud te ægritudo, & non retinetur, non inuenis
excusationem, quin liges ambas manus ab ascella, stringendo vehementer, & frica extremitates
eorum vehemẽter, & sedeat æger in aqua frigida æstate, & in aere frigido in hyeme: & da ei ad po-
tandum aquam frigidam, & effunde super eius sorbitiones succos frigidos, & infrigidatos: & syru
pos constrictiuos: sicut rob de acresta, & rob de ribes, & similia infrigidata cum niue.

De cura excoriationis intestinorum, & vlcerum. *Cap. 7.*

OPortet vt non sit error in excoriatione intestinorum. Fortasse enim nõ est illa, quæ indigeat
eo in

A eo in quo est virtus vehemens:& est in administratione eius in ipsa pernities. Et est ipsa infrigidatio vehemens:& dare melones indos,& lactucam, & portulacam sufficiens cura. Cumq; administras clysteria,in quibus ponuntur medicinæ cauterizatiuæ, est pernitiosum.[a] Et oportet vt cures sicut sciuisti, quod est in intestinis superioribus cum ebibitis:& quod est in inferioribus cũ clysteribus:& quod est in medio cum vtrisq; curis: deinde primum quod[b] oportet te considerare,est dispositio causæ facientis excoriationem:& vlcera intestinorum,an est adhuc in effusione.Et an causa eius antecedens ex ruptura,vel scissione,aut repletione, aut apostemate sit remanens aut resecata abscissa iam destructa,& remansit impressio vel vestigium excoriationis,& vlceris.Et nos quidem iam[c] dedimus signa in hoc.Si ergo causa adhuc effundit tunc regimẽ est in abscindẽdo ipsam & resecando ipsam cum eo,quod iam[d] sciuisti in loco suo.Et si fuerit necessaria euacuatio propter malitiam hu.fac eam cum timore,& cautela. Et stude vt sit solutiuum non vehementer nociuum vestigio,& vlceri: immo sit sicut mirobolanorũ.Et rectifica ipsum cum eo quod miscetur ei ex eis quæ sunt sicut dragagan.& quæ sunt similia illi.[e] Quod si tibi possibile est,vt prohibeas ipsum à cibo duobus diebus, vt fiat corpus auarũ eius quod effunditur ab eo,fac. Et cum volueris ipsum cibare ciba cum lacte decocto cũ lapidibus, & decoque ẽm q; præterijt in[f] caplõ suo:& iste cibus est ẽm semitam medicinæ.Cibus vero ipse apud necessitatem,& apparitionem debilitatis,est ille cu-

B ius quantitas minoratur,& confortatio multiplicatur ipsius:sicut hepar gallinę pinguis,& parum panis de simila,& decliuis ad azymitatem,& capones seu galli castrati,& oua quę ascendunt à sorbilibus,& descendunt ab assatis fortibus: & quandoq; iuuatur valde ex piscibus assatis,calidis, & pedibus decoctis in lacte dulci.Et rizi torrefactum est bonum eis valde cum fugit ipsum.Et oportet vt conserues virtutem eius etiam cum rob fructuum:& cibi prędicti in caplõ primo conferunt eis.Et sit sal eius sal gemma,& sit torrefactus.Et non oportet vt bibat vinum nisi quando non est caliditas: tunc enim bibat ex eo parum, quod sit nigrum stypticum. Et aqua eius sit aqua frigida. Et non est conueniens vt in primis incipiat cum medicinis, puris nocentibus cũ qualitatibus suis stypticis,& asperis,& excoriantibus. Et quãdo dolor fit fortior,indiges necessario facientibus glutinationem,vt fiat sicut velamen tegens, & liniatur super faciem infirmi. Et omnes medicinæ infrigidatiuæ,facientes stypticitatem,permistæ cum glutinatiuis sunt iuuatiuæ,nisi accidat corrosio: fortasse enim tunc indigebis abstersiuis,& cauterizatiuis permistis cum eis quę exiccant sine mordicatione. Et oportet vt detur in potu habẽti excoriationem illud, quod in potu est ex seminibus & alijs,in aqua frigida,& non in aqua calida.[g] Et reubarbaro quidem inest proprietas mirabilis in vlceribus intestinorum, & in fluxu[h] †{algaras:}& proprie quãdo datur in potu eo quod est sicut aqua arnoglossæ cum pauco vino antiquo. Et glandes assatæ, & carnub virtutem habent fortem

C coniunctæ,& separatæ.Et semen rosæ est mirabile valde:Et nos iam experti sumus illud,quod dixerunt quidam,quod quando in principio dysenteriæ dantur gũmi arabici in potu drach.iiij.cum aqua frigida,remouetur ægritudo eius.[i] Lutum autem sigillatum est iuuatiuum valde omni excoriationi:ita quod corrosioni de quo in potu datur post mundificationem corrosionis, & sorditiei cum clysteri aliquo ex clysteribus quæ diximus. Et similiter cum clystere fit cum luto sigillato in succo arnoglossæ,& stella samius etiam & succo portulacæ.Et ex eis quę etiam conferunt ad illud est succus mori,quod non maturatur.Et similiter bibat herbam caudę equinę vel succum eius. Et succus herbæ tinctorum citrinæ,& succus foliorum arboris rosæ bibitus & clysterizatus.Et dixerunt quidam in medicinis huius capituli pedem alhachach,&[k] existimo quod sit pes corui:& dicitur quod Hipp.cum dixit pes alhachach, intellexerit folia ficus. Et hoc non est ex eis quæ conueniunt in hoc capitulo.Et potare coagulum leporis,& caseum ablato sale eius ab eo,ẽm q; diximus in capitulo primo,est vehementer iuuans eos licet vlcerentur in corrosione.Et cum accidit excoriatio propter medicinã ebibitam,tunc ex rebus iuuatiuis est,vt fiat[a] clystere cum butyro & sang. draconis.s.ponantur in drach.xxx.butyri drach.i.san.draconis vsq; ad drach.iij. Et ex compositis valentibus ad eos,sunt trochisci,& suffuf frigidi prędicti.Et ex eis quæ illis bona sunt,est cum puluerizatur super panẽ,& detur in potu ex eo & bibatur post ipsum aqua frigida.Et ex eis quę con-

D ferunt est vt sumantur cineris[l] †{aludha}partes.iiij.& gallarum partes.ij.& piperis pars.i.terantur,& cribellentur,& puluerizetur ex eo pondus drach.i.super cibum,& bibatur cum aqua frigida.[m] Et philonium est eis iuuatiuum etiam cum bibunt ipsum cum aqua frigida.Suppositoria vero,& clysteria conuenientia ad hoc,sunt sicut clysteria & suppositoria conuenientia ad fluxũ san. absolute,additis in eis in principio facientibus glutinationem, stypticis: & in fine eius,si perducit ad corrosionem,mundificatiuis,& cauterizatiuis. Et vsquequo remoueatur illud, quod est super intestina,& remaneant manifesta,non oportet vt pertranseat glutinationem facientia,et styptica. Et dixerunt[n] quidam quod oportet ne acacia mittatur in clysteri,cum non est in ęgritudine sang. & non est hoc aliquid:deinde cum mundificatur vlcus,incipiatur cum exiccatiuis, stypticis, glutinatiuis,& pinguibus:deinde in fine eius si perducit ad corrosionem,cum mundificatiuis,& cauterizatiuis. Et sunt quidam homines qui permiscent rem modicam de calidicon in quibusdam succis,& clysteribus saluis,& conferunt ei iuuamentum maximum. Verum cum nõ ducit necessitas ad illud, quod est acutum, & ad illud quod est acetosum,tunc melius est vt non administretur. Et oportet vt permutatio fiat primum ad acetosa:deinde ad acuta. Et quãdo exigit necessitas & corrosio,tunc non cures,& etiam cum calidicon, & administra necessitatem tuã cum eo. Et quãdoq;

rectum

A C.6.& t.4.c.11. & Gal.1.de loc.aff. c.4.h

B T.1.c.3.& Ga.1. loc.af.c.2.c.d

C T.1.c.3.

D T.1.c.4.

E Ser.t.3.c.27.

F 4.

G Ser.t.3.c.26.fo. 33.3.

H † Lib.2.t.2.c. 185. humiditatis muscosæ intestinorum.

I Diol. lib.5.c.63.

K Oppositũ lib.2. t.2.c.567.

Infra a

L † genus conchiliorum

M Ras.13.2ti. t.1. c.2.161.L.

N Ras.161.4.

rectum eſt vt incipias cum aliquo narcoticorum, deinde adminiſtra clyſteria acuta cum non to- E
lerat ipſa infirmus. Et de iſtis acutis,& illis quæ fiunt ex arſenico,timetur denudatio cutis poſt cu-
tem,donec perforentur inteſtina. Et propter hoc oportet vt ſit feſtinatio in adminiſtrãdo ea, cum
ſcis ꝙ vlcus iam corruptum eſt. Et non tardatur vſq; ad horam,in qua timetur,ꝙ accidat foramen
propter dilatationem vlcerum, & profunditatem eorum.[a] Et ſcias ꝙ adeps caprarum bonum eſt   A Gal. 12.meth c. 1.g.h
ſuper totum illud,quod aggregatur ad clyſteria ex glutinatiuis:eſt enim ſuccurrẽs,& ſedans mor-
dicationem,& congelatur ſuper locum ægritudinis velociter:& hoc etiam nõ eſt neceſſarium niſi
in principio ægritudinis.Et cum peruenit ad ſaniem,indiges mundificatiuis:deinde illis quę ſunt
fortiora. Et indiges vt alienes pinguia & glutinatiua & ſeparãtia inter medicinam & ægritudinẽ.
Et cum ſciueris ꝙ vlcera ſunt ſordida,tunc mundifica ea cum eis,quę ſunt ſicut aqua mellis, & for
tior illa,eſt aqua ſalis:& aqua in qua condiuntur oliuæ ſalitę,& decoctio piſcium ſalitorum.Et ne-
ceſſarium eſt tibi in ſanie vt adminiſtres ea, quæ ſunt ſicut trochiſci de arſenico proculdubio,cum
pertranſierit ægritudo nouitatem,& nõ prohibuerit ab eis prohibitor.Et ſcias quod clyſteria pin-
guia,glutinatiua ſedant dolorem eius,qui habet vlcus in inteſtinis ſuis corroſiuum,ſed nõ ſanant,
ſed vere ſanant illa quæ remouent corroſionem cum medicinis conferentibus corroſioni: & ſunt
mundificatiua,abſterſiua cũ exiccatione,& ſtypticitate:& ea ex quibus fiunt trochiſci.Et nõ opor
tet vt multiplicẽtur ſuper ea glutinatiua,& pinguia: & ſeparent inter ea,& inter corroſionem. Et E
valentia corroſioni quandoq; lædunt, & dolorem faciunt: ſed non reſpiciatur ad illud. Et ſcias ꝙ
quando tu mundificas cum clyſteribus acutis, oportet vt facias ſequi ea incarnatiua, aſſumpta ex
ſtypticis,& glutinatiuis:& illud cum ſciueris,ꝙ caro ſana apparet. Et quando aggregantur febris,
& debilitas,& corroſio,& fuerit caliditas,& non poteſt æger vti eis, quæ ſunt ſicut trochiſci de ar-
ſenico ſolis,oportet vt diſſoluantur in aquis fructuum ſtypticorum frigidorum ſicut acreſta,& ſu-
mach, & ribes, & granata,& roſa,& quæ ſunt illis ſimilia:deinde exiccẽtur, & reiteretur ſuper eos
illud, & adminiſtretur. Et quandoq; non eſt excuſatio,quin miſceantur hyuſquiamum album, &
opium cum eis:aut pręmittantur narcotica ſuper ea:aut detur infirmo cibus paucus laudabilis. Et
maior ſumma horum troc.eſt à media drach.vſq; ad drach.ij. Et quandoq; eſt rectius,vt ponas in
aquis eius infrigidantia ſtyptica:& de eis ſunt lentes,& [b] †{gieſt}glandiũ. Et illud adiuuat in hoc   B † cortex ſubtilis
vt accidat cortex.Et ex eis quæ fortem faciunt dolorem eius,& iuuamentum ſimul,eſt vt clyſteri-
zentur cum troc.de arſenico in aqua ſalſa,cum vehemens eſt groſſitudo ſaniei. Et quandoq; ſuffi
cit febricitãtibus, & debilibus,& illis quorum ſenſus fortis eſt, & non tolerant acuta clyſteria,hoc
regimen.Incipiant,& [c] clyſterizentur cum aqua mellis:deinde poſt.iiij.horas cum aqua ſalis:dein   C Raſ.13.cõti.t.1. c.2.159 4.
de detur eis in potu lutum cum aceto miſto cum aqua:ſanat enim eos. Et ex regimine in capitulo
clyſteriorum eſt, vt clyſtere fiat paulatim per vices: & cum dolor fit fortior, tunc [d] ſuccurre cum G   D Gal.12.meth. c.1.h
oleo roſ.& clyſteriza cum eo. Clyſteria vero quæ adminiſtrãtur in retentione ſang. & prohibitio-
ne fluxus eius,ſunt alia,& ſunt proxima clyſteribus prohibitionis fluxus vẽtris. Et quãdoq; fiunt
eis troc.qui adminiſtrantur in aquis eorum.Et nos quidem dicamus nunc clyſteria,& collyria, &
troc.qui ingrediuntur in clyſteribus. Ex clyſteribus itaq; leuibus in hoc, & in fluxu ventris calido
eſt,vt fiat clyſtere cum aqua arnogloſſę ſola:aut cum aliquibus troc.quos dicã. Et fiat clyſtere cum
pane ſimilagineo,azymo,trito in ſucco. Et ex clyſteribus leuibus eſt,vt ſumantur aqua hordei, &
oleum amygdalinum, & vitellus oui, & aqua rizi decocti cum adipe renum caprarũ annualium,
& colentur,& proijciatur in eo lutum ſigillatum.Et ſimiliter decoctio rizi aſſati,decocti cum adi-
pe caprarum: & quãdoq; ponuntur cum eo in ipſo cortices granatorum & gallæ. Et ſimiliter cly-
ſtere aquę ſauich,& luti ſigillati.Et iterum clyſtere iuuatiuum cum eſt caliditas vehemens,ſuccus
raſuræ cucurbitæ,& portulacæ arnogloſſæ,et ſuccus virgę paſtoris,& grana myrti,& lentes à qui-
bus aqua bis eiecta eſt. Aggrega hos ſuccos,& cõmiſce cum eis oleum roſ.& cæruſſam, & lutum
armenũ, & acaciam,& tuciam. Et ſi indigueris opio,pone in eis ſm neceſſitatem, & diſpoſitionẽ.
Deſcriptio clyſteris conueniens excoriationi etiam.Recip.cortices amygdalarum, & cortices gra
natorum,& gallarũ,& ſumach,& folia ſenticis & radicem [e] †{alienbut,}elixentur itaq; cum vino,   E † arboris ex qua fit pix.
donec inſpiſſentur,deinde colentur, & terantur aliquid trochiſci clyſteriorum, & ponantur in eo H
cum oleo myrtino.Collyriorum autem ad excoriationem,medicinarũ matres ſunt mirrha,et tus,
& crocus,& ſandaracha,& alumen, & ſtorax, & caſtoreum cum adeſt opium, & litium, & charta
combuſta,& ſang.draco.[f] & cornu ceruinum aduſtum, & chimolea, & luta quæ currunt cum ea;   F Dioſ.lib.2.c.50.
& clymia,& merdaſengi,& quæ ſunt ſimilia illis.Et quandoq; neceſſaria ſunt atrimenta,& viride
æris.Collyrium ad excoriationem,& tenaſmonem:[g] Myrrha,& crocus,& tus,et opium confician   G Alex.lib.8.c.7. fol.367.
tur cum albumine oui. Aliud ſandaracha,ſtorax,myrrha,crocus, opium cõficiantur cum aqua ar-
nogloſſæ. Aliud, Opium,caſtoreum,gũmi,litium,conficiantur cum ſucco arnogloſſæ.Et quan-
doq; fit ex huiuſmodi medicinis maram cum oleo roſ.& ceruſſa, & adminiſtrantur ſuper pãnum,
& fruſtum cotti,& ponitur in ano,ſm ꝙ ponitur in ipſo tenta,vel ſuppoſitorium, & cum imponi-
tur in eo inuoluatur tenta vel ſuppoſitorium ita vt æquetur illud,& remaneat. Troc.autem clyſte
riorum excoriationis ſunt ſicut troc.de arſenicis ad corroſionem, & troc.ſtellæ. Et oportet vt ſer-
uentur in vinacia vuæ,vt conſeruetur in eis virtus: & trochiſci de carta cõbuſta. Deſcriptio [h] troc.   H G.9.de cõpoſi. ſm loc.c.5.f
cartæ combuſtæ drach.x.arſenicorum aduſtorum,& corticum æris,& aluminis iameni,& gallarũ,
& calcis,quæ non eſt extincta omnium ana drach.xij.fiant ex eis trochiſci cum ſucco arnogloſſæ,
quorum

A quorum vnusquisq; ponderet drach.iiij. & paruo ex eis administretur pondus drach.i.& magno
A † semper viuū, troc.i.integer. Troc.alius. Recip.sumach,& capita granatorum,& a †{sufertun,}& balaustiarum, & grana acrestæ,& calcanthum,& colcotar,& plumbi adusti,& antimonij omnium ana partem.i.
B Ras.13.cōti.t.1. c.2.159.4. floris æris partem.5.fiant ex eis troc. Troc.fortis.[b] Recip.calcem,& alkali, & acaciam,& gallas, & arsenicū,& terantur cum aceto aliquibus diebus,& informentur troc. Et ex fortitudine eius quādoq; sufficit, vt clysterizetur cum aqua arnoglossæ. Emplastra autē,& epithemata iuuatiua in hoc
C 4. sunt emplastra prædicta in [c] capitulo curationis fluxus ventris absolute. Et iam expertum est epithema de troc.stellæ cum aqua myrti,& contulit ei valde. Et quando non cessat dolor, tunc sedeat infirmus in tina, in cuius aqua decocta sunt styptica nota cū aliquantulo anethi & fœnu.& altheæ. Et si fortior fiat sitis, & angustia in excoriatione cholerica, administra lac acetosum decoctum, & aquā sauich hordei quæ vtraq; infrigidata sint. Quod si dolor adeo fiat fortis donec appropinquet syncopis, non erit excusatio narcoticorum. Et ante illud clysteriza cum adipe vaccino, cum aqua sauich hordei absq; prætermissione. Et fortasse sedabitur dolor, & abscindetur ægritudo propter
D Ras.13.cōti.t.1. c.2.160.1. illud, quod accidit de æquatione hu. & si non sedatur, cura cum eo quod scis. [d] Et si vis, clysteriza in huiusmodi hora cum hoc clysteri. sumatur aquæ kisch hordei, et rizi,& adeps renum caprarum, & oleum rosaceum & gūmi arabicum,& cerussa,& vitellus oui, conquassentur omnia in loco vno, &, si
B vis, pone in eo opium, & administra. Et si fuerit excoriatio phlegmatica, tunc necessarium erit vt incipias in curatione eius cum eo, quod incidit & educit ipsum,& facit quiescere ab eo: & cibetur cum huiusmodi, donec sint cibi eius etiā pisces saliti,& sinapis cum sicla,& almuri,& alchuamich. Et sint tincturæ eius ex eis, quæ sunt sicut grana granatorū cum passulis cum seminibus, & sinapi & quæ incidunt. Et quando multiplicatur cibatio ex albesser assato: cum iam sumpserit aliquid ex medicinis quæ ad caliditatem decliues sunt, sicut alcāzi, & trion pepereon iuuatur cum eo. Et di-
E † panace xerunt quidam q; quidam habens vlcera intestinorū, iuuatus est cum [e] †{giausir} quod omni die
F G.11.meth.me. di.c.1.a sumebat in potu cū gūma rutæ: deinde cibabatur albesser assato, fecit illud aliquibus diebus, & sanatus est,& videtur quod sit illud huius generis. [f] Et iam dixerunt q; quidam homo fuit curās dysenteriam antecedentem, cura mortificante, aut sanante in die vno.[f] Cibabat hominem pane cum cepe acuto: & minorabat potum eius in illo die: & clysterizabat eum in mane cū aqua salis acuta: deinde consequebantur illud cum clysteri medicinæ fortes ex clysteribus incarnatiuis.[f] Et si tolerabat dolorem eius, cum quo curabatur, sanabatur:& si non, moriebatur. Et erant clysteria eorum ex huiusmodi clysteri. Recip. sampsuci, cymini, carmeni, salis, foliorū aldemest humidorū anethi, rutæ, melliloti omnium ana vnc.i. & olei kist.ij. decoquantur in oleo donec consumatur tertia, & coletur,& administretur illud oleum clysterizando. Et iterum cōfert eis clystere cum decoctione
C rizi. Et qn̄q; ponuntur in ea pisces saliti. Ceratum dictum in hac specie ægritudinis. Recip. carnis dactylorum pondus lib.ij.&.5. masticis vnc.i. & aluminis humidi vnc.vij. & aloes vnc.i. & ceræ vnc.x.& vini, & olei ros. quantum sufficit. Et quandoq; ponitur in ipso semen nasturtij, proprie quando sentitur frigus, & phlegma vitreum. Excoriationi autem melācholicæ post regimen me-
G C.5 lancholiæ,& splenis, sm̄ q; diximus in [g] loco ante hunc, & post rectificationem regiminis, confert suffuf de luto. Et conferunt ei clysteria de rizi,& sint in eis species aromaticæ, & semina calida, lenia,& infrigidantia styptica. Et ponantur in eis oleum ros.& vitellus oui:& eorum cibi sint à quibus bonus generatur sang. Et cū fuerit vlcus malignum, non erit excusatio quin fiat clystere cum aqua salis gēmæ, deinde sequaris ipsum, si indiges eo cum illo, quod tam valde mundificat donec appareat caro mūda: deinde cura cum clysteribus incarnatiuis. Et clysteria lenia ad hoc sunt sicut clystere in quo ponūtur spinæ ægyptiacæ partes.iiij. ellebori nigri partes.ij. decoquantur cū aqua, & sale gēma. Quòd si illud non confert, tunc administrentur troc. de arsenico. Excoriatio autem quę fit ex fęce, curatur cum eo quod lenit naturam:& sint in eo lenitas,& vnctuositas, & glutinatio,& lubricitas:& præmittatur ante cibum sicut vitellus oui sorbilis:& sicut ius galli decrepiti: & sicut iura & alfidbegi facta ex pullis teneris impinguatis. Et administrentur clysteria lenitiua ex succis glutinatiuis lubricatiuis simul cum oleo ros.& vitello oui,& similibus. Et quandoq; cōfert
D cum prolongatur hæc excoriatio: vt sumantur semen lini,& psyllij semen,& semē maru,& semen althææ: accipiatur mucilago eorum,& detur in potu ante cibum. Ipsa enim aggregat ad lubricitatem sedationem doloris,& glutinationem. Et sumere pruna ante cibum, quandoq; remouet hoc accidens. Excoriationi vero factæ successione potus medicinæ, conferunt medicinæ frigidæ prædictæ. Et conferunt ei dragaganthum assatum, de quo bibantur in lacte acetoso drach.iij. &.5.&
Supra a quod est supra. Et [a] confert ei valde, vt fiat clystere cum butyro vaccino recenti bono: & quādoq; ponitur in ipso aliquid de sang. draco. Et quandoq; confert ius ventrium vaccarum in aliqua excoriatione & non est medicina completa.

De cura fluxus ventris facti propter cibos. *Cap.* 8.

CVra nota ad istos est, vt non prohibeatur descensio eius dum nō accidit cholirica fortis superflua: sed si fuerit ex multitudine cibi minoretur ille, et administretur fames post illud. Et quādo descenderit, sumat aliquod ex robub stypticis. Et si acciderit debilitas, sumat alcanzi, aut suffuf de granatis. Et si sentitur debilitas in stomacho, cum eo quod accidit de multiplicatione, & significat illud id quod accidit de rugitu,& inflatione sumat balaustiarū,& turis,& ameos partes æquales:& conficiantur cum zibib tritis cum suis arilis, & comedat ex eo omni mane quantitatem nu-

cis

cis. Et iterum sumat medicamen de acoro & alchermazech vel alchermazegi dictum in antidotario. In facto autem ex corruptione ciborum in seipsis, aut in eo, aut qualitatibus malis in eis, aut velocitate administrationis eius in eis, oportet vt sumat post eos cibos boni chymi, stypticos, et curetur impressio remanens ex calore & frigore cum eo quod scis ex electuarijs stypticis frigidis aut calidis. Et si fuerit causa viscositas eorum, & lubricitas ipsorum: aliena ipsa, & couerte eos ad illud in quo cum leuitate est stypticitas. Frigus autem eorum et caliditas ipsorum sit, sm qp eis conuenit. Et si causa fuerit pręmissio lubricantis, præmittat stypticum: & si causa fuerit postremitas eius cuius velociter fit digestio permutet regimē, & sumat spodium cum aliquibus robub, vt rectificetur stomachus ab impressione eius quod nocuit ipsi, & alterauit ipsi. Nam sm plurimum accidit calefactio eius, & si accidat raro frigiditas eius propter acetositatem cibi in dispositionibus huiusmodi regiminis, sumat spodium cum electuario alcanzi. Et si causa fuerit paucitas cibi, aut subtilitas substantiæ eius, cibetur post ipsum carnibus grossis mosusat, & conditis cum stypticis, & cum aceto præparatis, & piscibus salitis præparatis cum aceto, & origano, & similibus quantitate moderata. Quod si timeatur debilitas digestionis cum hoc, cum seminibus condiantur. E

De cura fluxus cerebralis. *Cap. 9.*

OPortet vt habens eum omnino [a] non dormiat super collum. Et quādo excitatur à somno, est ei necessarium vt vtatur [b] vomitu, quatenus egrediatur humor grossus effusus ad stomachū ex capite, faciens fluxum: & vt administretur illud, quod diximus in [c] capitulo catarrhi, de rasione capitis, & fricatione eius cum rebus asperis: & ex vaporationibus capitis, & administratione rubificantium, & cauterizantium super ipsum: & ex cōfortatione eius, & rectificatione complexionis eius. Et qnq; necessarium est cauterium, & nō oportet vt administretur retentio eius à stomacho cum medicinis stypticis, & magnificetur timor: immo oportet vt extrahatur illud, quod de eo aggregatur superius per vomitum: & illud quod descendit ex via intestinorum, & si non cum alio, saltem cum clysteribus: & restringatur illud quod de eo descendit ad ventrem, non cum illo quod constipat: quare retineatur materia in ventre: immo cum eo, quod est simile illi, quo retinetur ex pectore ex eis quæ diximus in suo capitulo: & cum eo quod docuimus te in [d] capitulo curæ catarrhi ex abscisione causarum facientium catarrhum, & rectificatione earum. F

A Alzar. lib. prac. t. 17 sect. 1. c. 7.
B Ras. 13. cōti. t. 1. c. 2. 156. 3.
C F. 3. t. 1. c. 13.
D 13. F. 3. t. 1.

De cura fluxus oppilatiui. *Cap. 10.*

FLuxus oppilatiuus plurimū fit cum periodis, siue sit à corpore toto, aut fiat ab oppilatione in hepate, aut inter hepar & intestina. [e] De errore igitur est vt cadat additio in oppilatione per styptica, imo oportet vt iuuetur quod expellitur ab oppilatione cū euacuatione. Cumq; euacuantur viæ ab eo, pertranseunt medicinæ aperitiuæ ad oppilationes, vt aperiant eas. Et qnq; necessarium est in aperiendo oppilationes, solutiuum fortiter attrahens materias grossas, generātes oppilationem, & clysteria fortis apertionis, & attractionis. Et vomitus est ex rebus magis iuuatiuis ad illud: quando cadit sponte sua queadmodū testatur Hipp. Et rectius quidem est habenti hanc ęgritudinem, vt comedat cibum suum in pluribus vicibus, non in vice vna: & comedat qualibet vice quātitatem, quæ pertinet ei de cibo suo: deinde oportet vt partiatur: deinde oportet vt consequi facias cibum suum illud quod adiuuat ad penetrādum cum velocitate, & aperiat oppilationem cibo. Et melius illis omnibus apud [f] Gal. est diacalamentum: & detur de eo ante cibum vsq; ad aur. i. Et cū digeritur cibus, detur etiam de eo quātitas drach. 5. Et vinum vetus, forte, subtile, paucum est bonum valde cum administratur post cibum. Et theriaca res est magis iuuatiua ad illud. Et quando rectificatur digestio cibi, balneetur. Fricatio autem oportet, vt non ab ipso separetur ante cibum ipsum, & post ipsum. Et quando debilitatur, corpus indiget fricatione vehementi cum pāno aspero dorsi, & ventris. Et qnq; necessariū est vt liniatur corpus eius pice: & medicinis rubificantibus. Oppilationū vero apertionem iam sciuisti: & oportet vt nō prohibeat te macredo infirmi ab hoc. nam cum tu curaueris eum, & aperieris oppilationes, et euacueris humores oppilatiuos, penetrabit cibus ad corpus eius, & non accidet diarrhœa post illud, & confortabitur corpus eius. G

E C. 1. & Fē. 14. t. 4. c. 2.
F 4. de sanit. tuen c. 7. c. d

De cura fluxus liquefactiui. *Cap. 11.*

IN eis quæ sunt sicut hectica, & phthisis, & quæ hac via incedunt, non speratur vt curetur, nisi sicut speratur in curatione causę eius. In eo autē qui est infra illud, curetur corpus cū infrigidatiuis humectantibus & aeribus, & embrocis secundū illud. Et extinguatur cum eis quæ sunt, sicut trochisci de spodio, & trochisci de camphora, & cum epithematibus & emplastris infrigidatis super cor, & pectus, & hepar. Et sint cibi eius ex carnibus leuibus præparatis in sapore vel cibario dicto helā, & præparatis in cibario dicto charis, & in cibario dicto mosus, & caro piscium præparata in cibario dicto sechbagi cum aceto, & panis semilagineus bene confectus, & fermentatus. Et panis cum assatur. Et qnq; fit ex eo sorbitio permista cum gūmi, & amydo. Et similiter cibus, qui fit de acetosa, & similibus. Et non retineatur expulsio vice vna, immo retineatur gradatim cum huiusmodi curationibus, & cum trochiscis de spodio restrictiuis proprie: & cum troc. sm hūc modum. Recip. lutum armenum, & spodium, & castaneas, & semen acetosæ excorticatum, & almirberis, & ros. & gūmi assatū, & cancros adustos, terantur omnia, & conficiantur cum aqua cydoniorum. H

Ge cura fluxus facti à spissitudine cutis. *Cap. 12.*

IAm innuimus ad curam eius vbi docuimus regimen attractionis materiarum repletionalium ad exteriora corporis. [g] Et melius quidem est, vt extrahantur humores per phlebotomiam, &

G C. 6. & lib. 1. F. 4. c. 20.

fluxum

A fluxum ventris couenientem, à quo iam expediti sumus:& administrentur balnea cum aquis apc ritiuis:& sunt illa in quibus decocta sunt aperitiua: & cum lauatiuis,aperitiuis,& mundificatiuis. Et multoties vtantur [a] tinis ictéritiæ. Et si fuerit spissitudo vehemens, administretur fricatio cum pannis lineis asperis,& cum villis donec rubeat cutis:deinde effundatur super eam aqua calida, & aquæ in quibus est virtus aperitiua eorum quæ diximus.

A F.15.t.1.c.6.

De cura cholericæ passionis.i.choleræ. *Cap.* 13.

CHolírica pasŝio habet regimen in principio,cum mouetur:& regimen in medio sui motus:& regimen apud cōmotionem suam malam,& inobedientiam suam malitiosam,& motionem accidentium suorum timorosorum.Cum apparent signa cholíricæ passionis,& incipit eructatio alterari à dispositione sua,& sentitur in stomacho grauitas,& in intestinis punctura:& quando est cum ea nausea, tunc oportet vt non sumat super illud aliquid omnino neq; post illud nisi cum timetur casus virtutis: tunc enim rege cum eo quod [b] dicemus. Primũ igitur quod oportet fieri est, vt expulsio fiat per vomitum si fuerit cibus adhuc proximus superioribus:& si non fuerit ita,consequenter adhibeatur aliquid,quod ipsum deponat ex eis quæ leniunt naturam. Et sint vomitiua & lenificantia cum mensura quæ extrahat illam superfluitatem absq; φ extrahat superflue super illud,aut rem extraneam ab ea. Et oportet vt expellant cum eo in quo non sunt duæ malitiæ mol-

B Fé.13.t.2.c.6.& lib.4.F.1.t.1.c.35.

B lificatio stomachi,& debilitas virtutum eius,sicut in [c] oleo sisamino, & oleo de oliuis, & aqua calida. Neq; cum illo in quo est glutinatio cum ipsi indigeant contrario glutinationis sicut aqua mellis,& syrupus acetosus dulcis cum aqua calida nisi propter necessitatem: immo cum eo [d] quod est sicut aqua calida sola aut cum pauco baurach: aut cum sale naptico, [e] aut aqua calida cum cymino pauco.Et similiter si vomuerint per seipsos,& acciderit eis subuersio non obediens,& nocet eis p illud etiam, tunc illic oportet vt curetur. Hipp. enim dixit φ [f] vomitus quandoq; prohibetur vomitu:& fluxus quãdoq; prohibetur fluxu:& vomitus prohibetur fluxu,& fluxus prohibetur vomitu.Et eorum fluxus oportet vt fiat cum suppositorio leui ex tereniabin,& zuccaro,& sale.Aut clysteri leui ex aqua siclæ quantitate. lx. drach. & baurach pauci super eam, quantitate. aure.i.& zuccari rub.quantitate drach.x.& olei rof. & sisamini quantitate drach.vij. aut cum aliquo quod bibatur,sicut cyminum. Ipsum enim est iuuatiuum in hoc valde. Cum ergo sciueris φ materiæ in corpore cholericæ sunt cōmouentes eam(nam ipsæ quandoq; sunt de adiuuantibus ad hoc vt accidat cholírica pasŝio,) & non est timor totus ex cibo, non inuenis excusationem quin infrigides stomachum tunc exterius cum eo,quod [g] infrigidat:& si non cum alio,saltem cum niue, post adiutorium eius ad vomitum, si declinat ad illud cum mẽsura tolerabili. Et in illa infrigidatione est sedatio sitis,si fuerit. Cũ ergo superabundat vomitus,ex eis quæ retinent ipsum, est infrigidatio sto-

C F.13.t.1.c.36.& t.2.c.9.& lib.2.t.2.c.640.
D Raf.11.cõti.t.1.c.2.124.2.
E Raf. lib. diuis. c.60.
F F.13.t.5.c.12.& lib.1.F.4.c.23.& li.4.Fé.1.t.2.c.15.& Gal.cõm.2.in.6.de morb.vulg.9.h
G Raf.11.cõti.t.1.c.2.123.4.& li.diui.c.60.

C machi cum huiusmodi, [h] ponere ventosas super ventrem absq; incisione:& si fuerit frigidum infrigidans ex succis fructuum,erit etiam magis iuuatiuum. Et si misceantur cum eo sandali, [i] & camphora,& rosæ,& liniatur cum eis almirach erit iuuatiuum. Et quandoq; necessarium est [k] stringere extremitates. Et si nõ fuerit caliditas fortis curetur,cum medicamine [l] de luto anesiburni dicto in antidotario. Amplius oportet vt consideres illud quod egreditur:dum enim perseuerat exeundo chylus, & aliquid homogeneum ei & cibus, non conceditur eius retentio omnino aliquo modorum. In ipso enim est timor magnus. [m] Cumq; alteratur ab illo,alteratione fortasse mala,vel superflua vel nocente, necessaria est eius retentio. Et illud cum illud quod egreditur est res curathi viscosa,aut cholerica,aut alia ex eis quæ debilitant corpus, & imprimunt in pulsu, & faciunt eum frequentem non secundum æqualitatem & profundum vel infimum.Et faciunt apparere in corpore sicut extenuationem: & in mirach,sicut spasmum. Et fortasse accidunt sicut sitis, & fe. & significant φ solutio ventris permutatur ad sanitatem. Et oportet vt adiuuetur in retentione eius cum robub stypticis. Et qñq; condiuntur cum eo, [n] quod [a] est sicut mẽta. Et si euomuerint ea,reiterentur super eos, & dentur eis paulatim: & non oportet vt cessetur à dando in potu medicinas stypticas,& robub styptica propter causam vomitus eorum,immo oportet vt iterentur super eos, & fiat permutatio de vna medicina ad aliam:& sint omnes stomachicæ.Et aqua rof.calefacta con-

H Paul.lib.3 c.39.
I Fé.13.t.5.c.12.& Raf.t.9.c.62.
K F.13.t.1.c.24.& t.5.c.12.& Gal.1.de art.cur. ad Glau.c.14.g.h
L Raf. li.diui.c.60
M Aeti.lib. 3. ser. 1.c.12.
N T.4.c.1.& F.13 t.5.c 12.& li.4.F.1.t.2.c.15.&.55.& li.5.sum.1.t.6.c.19.& Aeti.li.3.ser.1.c.12.
Infra a
O T.1.c.4.

D fortat stomachos eorum,& confert ægritudinibus corũ. Et ista robub oportet vt [o] non sint acetositatis talis,quæ mordicet stomachum etiam: & sint adiuuantia ad materiam: immo si est cum eis aliquid ex hoc,frangatur cum re quæ non sit de genere eius,quod soluit,aut vomere facit. Et acetosa quidem faciunt cadere in excoriationem. Et similiter ea quæ sunt vehementis frigiditatis ex eis quæ bibuntur actu. Et quandoq; non conueniunt eis per hoc quod percutiunt stomachum. Et plurimi quibus ista conueniunt sunt illi,qui sunt cholerici: quare oportet vt experiatur dispositio qua recipiunt ea. [p] Et syrupus [a] de menta cum aqua granatorum expressorum cum pulpa sua, cum aliquantulo metæ est bonus eis, prohibens vomitum eorum: & similiter aqua granatorum acetosorum.Et quandoque ponitur in ipso aliquid de luto aromatico,quod comeditur. [q] Et cum plurimi eorum bibunt aquam calidam fortiter,expanditur virtus eius ad venas, & redeunt materiæ expansæ ad venas.Et oportet vt vaces etiam ad vaporationes,& vnctiones ex oleis,in quibus sunt confortatio,& stypticitas, & calefactio subtilis sub hypochondria: sicut oleo de nereidem,& de lilio narcíscino & oleum rof.etiam, & oleum in quo bullita est mastix: & est inunctio bona eis proprie cuius cholírica pasŝio est à cibis grossis. Iuncturæ vero & lacerti inungatur cum eis quæ sunt sicut oleum rof.aromatizatum: & sicut oleum viol. cum cera pauca. Et in hyeme cum oleo

P Aeti.lib.3. ser.1. c.12.
Supra a
Q T.1.c.4.& Raf. t.9.c.62.

de nereiden cum cera pauca. Et emplastrentur stomachi eorum cum emplastris stypticis infrigidatiuis vehementis stypticitatis: & sit in eis aromaticitas ex eis quæ sciuisti. E Et cum necessarium facit timor, vt prohibeas choliricam passionem, & non euacuata sunt omnia quæ oportuit euacuari de cibo corrupto, & humore malo: cõmouente vel furioso, tunc oportet vt temperes eum adhuc cum cibis frangentibus ipsum: deinde euacues eum post aliquot dies cum eo, quod soluit ipsum. Cum ergo senseris quòd causa tota non est ex cibo, sed est illic sicut fortitudo frigoris stomachi, præparabis in retinendo vomitum eorum, postquam vomitu expulerit quantitatem, quam oportuit expelli cum syrupo de menta permisto cum miua pauca: aut cum virtute xyloaloes, & fac vt sint emplastra eorum decliuiora ad calefactionem: & fac vt illi super quod dormiunt ex cibo permista sit virtus pullorum columbarum. Et sint cum eis species aromaticæ secundum quantitatem quam existimas, & panis infusus in vino etiam. Cumq; feceris habentibus hoc accidens ex potatione, & emplastratione illud quod diximus, tunc necessarium erit vt [a] ingenium inuenias in faciendo eos dormire super lectos stratos cum ingenijs facientibus dormire, & cum canticis vel cãtilenis, & alaragiha, & compressione leui secundum quam dormiant super eam: Et cum eis quæ [b] diximus in faciendo dormire illos, super quos dominantur vigiliæ. Et oportet vt sit [c] locus eorũ locus in quo non sit lumen plurimum, neque frigus. [d] Frigus nãq; expellit humores eorum ad interiora. Et necessitas ad trahendum eos ad exteriora est necessaria. F Quod si pulsus incipit minorari, & videris aliquid de impressione spasmi, & singultus, incipies, [c] & dabis eis in potu aliquid de vino dulci odorifero, in quo est stypticitas cum aqua cydoniorum, [e] tortellis: aut medullam panis similaginei calidi, quantum possibile est. Et si necessarium est quòd sit fortius illo, accipiatur [f] caro plurima ex carne molli, & tenera quæ sit ex carne auium, & arietum, & incidatur, & ponatur sicut est in vase, & decoquatur quousque emittat aquositatem suam: & forsitan ad se redire eam faciet, deinde exprimatur fortiter, post decoquatur illud, quod expressum est ex ea paulatim, & fiat acetosum cum aliquo fructuum infrigidantium. Et meliores eis sunt granata, & cydonia. Et sunt ex hominibus, qui ponunt cum eo aliquid occultum ex vino, & sorbent: & si digitis soluatur in eo panis paucus, non erit in eo malum: deinde dormiant super illud. [g] Et non est malum eis vti vua pensili, de qua tempus accepit, cum appetũt eam: & sumere ex ea parũ, masticando grana eius bene. Quod si nõ retineatur in stomachis eorum aliquid de hoc, & alijs, et declinant ad vomendum, tunc pone super inferiora ventrium eorum ventosas magnas apud vmbilicum sine incisione. Quod si non steterint super ipsum, tunc super illud, quod [h] est inter vtrasq; spatulas decliues ad inferiora. Et si possibile fuerit, vt sic dormiat, erit rectum: & si fuerit ipsa declinatio ad inferiora liga quod est sub ascellis, & adiutoria eius, & fac eum dormire si possibile est: & cum excitat ipsum dolor ventosarum, aut instita, tunc reitera ea ambo super ipsum: & non alteres ea ambo, vsquequo G sis securus, vt incipiat cibus discedere à vomitu: aut sedatur motu descensionis in fluxu ventris. tũc enim solue quodcunq; fuerit amborum paulatim. Si autẽ non recipiat aliquid: imo fluxu ventris educat ipsum, tunc aggrega in cibatione eius inter styptica, & inter ea in quibus est stupefactio aliqua, sicut amylum assatum quod ponatur in decoctione corticum papaueris, & ponatur super ipsum galia, muschata, & non ponas in ipsa dulcedinem. Dulcedo enim quandoque fit causa ad abhorrendum, & lenitatis, & fluxus, & solutionis naturæ. Cum ergo dederis ei huiusmodi, fac ipsum dormire desuper. Quod si fuerit illic vomitus, consequenter adhibeas ei cochlearium. i. de syrupo mentæ, aut rob eius. Et si fuerit fluxus ventris, præmitte super ipsum suctionem aquæ cydoniorum stypticorum, alzarur, & pirorum alsceni, & malorum alsceni muzorum, & algobeira. Sitis autem eorum frangitur cum eis quæ sunt sicut sauich hordei, aut sauich malorum cum aqua granatorum. Et oportet vt non separentur ab eis odores confortatiui, & experiantur super eos: & omne quod mouet in eis subuersionem animæ permutetur ad aliud. Et quandoque abhorrent quidam eorum odorem panis: & quandoq; delectantur eo quidam eorum. Et quandoque abhorrent quidam eorum odorem iuris: & quandoque delectantur eo quidam eorum. Et similiter vinum: & similiter suffumigationes. Fructuum autem odorem plures eorum recipiunt. Et oportet vt non cibentur aliquo, dum non verificatur eorum fames. H Quod si famem patiantur ante mundificationem, non cibentur: immo mittantur in balneum, & fundatur super capita eorum aqua tepida, & exeant, & non morentur. Si autem appareat spasmus, administra super iuncturas cerata leuia, calida profundantia, sitq; in hyeme cum oleo de nereiden, & de lilio: & in æstate cum oleo rof. & viol. [g] Et similiter proijce super eum pannum infusum in oleis humectantibus lenitiuis, & in oleo de oliuis. [g] Et oportet vt intentio sit in mandibulis, & incessanter mollificetur locus coniunctionis mandibulæ superioris cum inferiori, & lacerti mouentes genas inferiores ad superiora cum ceratis. Et iterum cum quiescit vehementia choliricæ passionis, & dormiunt, & excitantur: da eis in potu aliquid de robub: [i] & fac eos ingredi balneum cum facilitate, & nõ multiplicent moram in eo: immo quãtitate qua sumãt de humiditate balnei: deinde extrahe eos, & approxima eis aromatica, [i] & ciba eos cibo pauco leui boni chymi, & fac quiescere eos: & non dimittas eos plurimum bibere aquę: & separent inter aquã & vinum aut comedant styptica super cibũ. Et præpara post illud in confortando stomachos eorum cum eis, quæ sunt sicut troc. de rof. parui & magni: & sicut geleniabin, & spodiũ, & cum eis quæ sunt sicut alcanzi. Et multoties quidem fit balneũ causa sparsionis humorum, & materiei choliricæ passionis, & euentus confractionis in membris.

De regimine

A Aeti. lib. 3. ser. 1. c. 12.
B Fen. 1. t. 4. c. 6. & F. 13. t. 2. c. 9. & lib. 4. F. 1. t. 2. c. 29.
C Raf. 11. cõti. t. 1. c. 2. 124. 2.
D T. 1. c. 2. & li. 1. F. 4. c. 7.
E Raf. li. diui. c. 60
F Lib. de vir. cor. t. 2. đ carne. & Raf. lib. diuis. c. 60.
G Aeti. lib. 3. ser. 1. c. 12.
H Raf. 111. 5.
I Raf. t. 9. c. 61.

A *De regimine fluxus medicinalis.* Cap. 14.

A Lib.1.F.4.c.7. AD hoc iam singulare fecimus [a] capitulum, vbi diximus medicinas solutiuas, & vomitiuas, & earum administrationem. Sed cum hoc nos dicemus breuiter, quod in principio sui oportet vt curetur cum lactibus & oleis, & proprie cum ingeniatur in lactibus vt sint styptica: & in oleis vt sit in eis aliquid ex hoc. Hoc enim temperat causam agentē mordicationē. Et quandoque sufficiunt in principio [b] lac, & oleū, & aqua calida: & quandoque est sanatio in potando ista vna vice post aliā. Et bibatur aqua calida, & proprie cum adhæret ex substantia medicinæ aliquid stomacho, & intestinis. Ipsa enim remouet eius audaciam: deinde cum sequitur ad illud clystere glutinatiuum temperans eam: & cibus similiter est iuuatiuus.

B Ras.13. cōti.t.1. c.2.157.1.

De cura fluxus cretici. Cap. 15.

NOn oportet vt retineatur fluxus creticus, cum nō perducit ad timorem. Quod si superfluat, curetur cum propinquo illi, quo curatur cholirica passio: veruntamen non oportet vt cibetur aqua carnis, si fuerit ægritudo acuta valde: immo cibetur eo in quo est infrigidatio, & ingrossatio: sicut est sorbitio facta ex sauich hordei, & sauich malorū. Et si tolerat carnem, cibetur cum eis quæ sunt sicut pisces recentes decocti cum granis granatorum: aut cum aqua eorum conditi cum seminibus stypticis: & quæ sunt ex coriandro in aceto posito, & exiccato, & similibus ei.

B *De tenasmone. i. tinesmo.* Cap. 16.

PRincipium quod te oportet scire de dispositione tenasmon est an est tenasmō verum, aut tenasmon mendosum. Et tenasmon quidē mēdosum est, vt sit in ano fæx sicca retenta. Et quandoque exprimitur ex ea aliquid. Et quandoque abradit intestinum propter laborē, qui prouenit ex motu eius: quandoque enim est illud, & existimatur quod illic sit tenasmon. Si ergo est aliquid ex illo, oportet vt cures ipsum cum clysteribus lenibus, & cum collyrijs mordicatiuis, quod si non agunt clysteria lenia, acue ea cum lenitate, & humiditate sua, aliqua acuitate, vt extrahatur graue ex eis: deinde si indiges in reliquo humiditate, & lenitate pura, sis contentus eis. Et quandoque indigebis, vt in potu des pilulas de bdellio, aut gūmi albotin, si fuerit illic grossitudo materiei. Et si fuerit caliditas, indigebis eis quæ sunt sicut cassiafistula, & syrupus viol. & similia, & pilulis factis ex medulla cassiæfistulæ cum succo liquiritiæ, & dragagantho. Si autem fuerit tenasmon purum, tunc si fuerit causa eius frigus adueniens ano, curabis ipsum vaporationibus cum pannis calidis, & cum furfure cum quo vaporabuntur anus, & coxæ, & pecten, & emunctoria. Et sedeat super milium & salē calefacta ambo in panno. Aut vaporetur cum spongia, & aqua calefacta: & cum spongia sicca calefacta. Et inungatur cum cerato ex quibusdam oleis calidis, & stypticis: & calefiat locus eius. Et liniatur cum vino calefacto, & oleo omphacino: aut præcipe ei vt ingrediatur balneum calidum, & sedeat super terram

C Hipp. & Gal.5. aphor.22. C calidam. [c] Et scias quod frigus nocet tenasmon in pluribus horis, & propter illud est calefactio subtilis conferens ei in pluribus dispositionibus. Et similiter sunt plures species tenasmon quibus confert vaporatio: sicut nocet eis infrigidatio. Et pluribus speciebus eius nocet administratio ciborū qui generant chymum grossum & viscosum. Et si fuerit causa eius durities rei super quā sedit homo, mollificetur cum cerato ex oleo anethino aut chamæmillino cum bdellio, & cera: aut cū oleo calido in quo ponas spongiam, & appropinques loco. [d] Et si fuerit causa eius apostema calidum, stude in retinendo illud, quod currit ad apostema in via venarum, aut ex via fluxus: & rege apostema, & tempera humorem calidum. Et oportet vt curetur in initio sui cum phlebotomia, si necessarium fuerit: & [d] cum minoratione cibi multa: immo fac eū ieiunare si possibile est ei illud duobus diebus. Et vt administres super eum in principio aquas & embrocas, quæ declinant ad frigus aliquod cum mollificatione & prohibitione eius quod effunditur ad ipsum. [d] Et ex eis quæ cōferunt ad ipsum, est filtrum infusum in aqua myrti, & rosæ cū alcanna pauca. Et fiat clystere etiam in primis cum eis quæ sunt sicut aqua hordei, & aqua solatri, & aqua ros. & oleum ros. & albumen oui. Et si causa fuerit fluxus, retinebis ipsum sicut [e] scis. deinde embrocabis & emplastrabis cum mollificatiuis ex chamæmilla, & anetho & cōmistis cum eis, quæ scis ex stypticis: deinde administrabis maturatiua. Et si fuerit illic collectio, administrabis aperitiua post digestionē, & iam sciuisti omnia

D Ras.13.cōti.t.1. c.2.166.1.

E T.1.c.4.

D illa in locis præteritis. Et quandoque confert clystere cum oleo dulci decocto cum aliquo ex stypticis. Et cum tu cibas, melius quo cibas est lac recenter mulctum decoctum, quoniam retinet fluxum desuper, et lenit locum. Et ex medicinis bonis cum vis maturationem, & resolutionem, & sedationem doloris, est emplastrum de fœnugræco & maluis, & emplastrum de meliloto, & emplastrū de caulibus decoctis. Quod si necessarium fuerit fortius, ponatur cum eo parum cepe assate, & parum bdellij. Et ex maran expertis, cum apostema est inflāmatum, dolorosum, est vt [f] sumatur plumbi adusti & lauati, & cerussæ plumbi factæ cum putrefactione, et merdasengi conditi partes æquales, & conficiantur cum vitello oui, & oleo ros. Et nos probauimus ipsum, & inuenimus in fine vltimum. Et si vis distilla super ipsum aquā solatri, aut aquā coriandri. Et si vis adde in ipso clymiam. [f] Et quandoque confert eis chimolea sola cum vitello oui, & oleo ros. Quod si causa tenasmon fuerit apostema durum, curabis ipsum cum eo, quod scis de curatione apostematum durorum. Et ex eis quæ experta sunt in hoc, est vt sumantur bdellium, & crocus, & alcāna, & alkeiri citrina sicca, & cerussa plumbi: deinde aggregentur illa omnia cum vnctuositate adipis gallinæ, & anatis, & medulla cruris vaccarum, & proprie vituli vaccarum, permistis cum vitello oui, & oleo ros. & oleo alkeiri, & fiat ex eis marā. Si autē fuerit causa eius humor putrefactus, imbibitus, illic ex phlegmate aut cho-

F Ser.t.3.c.27.

lera, aut fuerit phlegma viscosum, curabis ipsum cum ablutione. Et illa quæ melior est, est quæ fit E cum eis quæ sunt [a] sicut aqua oliuarũ salitarum, cum qua fiat clystere mensura mediæ lib. sumpta ex ea, donec egrediatur illud quod est illic: aut fiat clystere ex succo foliorum siclę cum virtute violarum, & turbit: deinde cura ipsum cum sedantibus dolores ex collyrijs tenasmon. Et qñq; facit necessarium phlegma potare pilulas fœtidas. Et si fuerit causa residuũ eius quod descendit in hora, tunc si illic fuerit fluxus retinebis ipsum. Cumq; retinueris, considerabis: nam si æger tolerauerit, & non fuerit spes q́ fluxus redeat, clysterizabis quam leuiter poteris: aut suppones collyrium ex violis cum pauco sale, si materia fuerit cholerica, & ex medulla cassief. coagulata cũ pauco baurac, & turbit, si fuerit materia phlegmatica. Et si non audes illud, expelle cum eo quod mollificat, & stupefacit, & sedat dolorem ex embrocis, & collyrijs. Et quando difficile fit tenasmon, & non est illic materia egrediens, & non est nisi eleuatio ad scellam frequens, cuius quãdoq; est causa apostema durum, & quãdoq; est frigus inseparabile, tunc assidua vaporationem [b] eius cum lana infusa in oleo calefacto: sicut oleo ros. & oleo myrtino, & viol. & chamæmillino, & pauco vino: & infunde cum illo oleo anum & pectinem, & testiculos. Quod si non sedetur, [b] tunc clysteriza ipsum cum oleo sisamino tepido: & retineat ipsum per horas aliquas: quoniam sanat eum. Et hoc quidẽ regimen antiqui dixerunt, & fecerunt ipsum quidam posteriorum: & nos iam experti sumus ipsum: & est vehementis iuuamenti. Si autem fuerit ab vlceribus, & corrosione, considera, & tunc si F est natura sicca, non dimittas siccitatem eius: immo stude in leniendo ipsam cum æquali lubricitate, vt pręcipitetur egestio. siccitas enim egestionis in huiusmodi ęgritudine est mala valde: et oportet vt non cibentur amaris, neq; salsis valde, neq; acutis, neque acetosis valde: omnia enim illa faciunt egestionem mordicatiuam, & dolorosam, aut excoriatiuam. Et ad vltimum oportet vt cures ipsum curatione corrosionis intestinorum, & alcholæ ipsorum, confidens in collyrijs. Et si indigueris mundificatione, incipies, & clysterizabis ipsum ex aqua mellis, & pauco sale cõmisto ei. Et si sit clystere eius sicut hoc clystere nõ facit aliquid, id est nõ nocet in intestinis: aut fac collyriũ ex melle, & baurac, & administra ipsum, deinde labora in curatione vlcerũ. Et si fuerit ab hæmorrhoidibus, & fistulis, & rhagadijs, curabis causam cum eo quod [c] dicemus in capitulo suo.

A Ser.t.3.c.27.
B Ras.13. cõti.t.1. c.2.166.1.
C F.17.c.19.

De collyrijs quæ supponuntur ad tenasmonem. *Cap.* 17.

COllyriorum autem, quæ ad tenasmon supponuntur melius est, quod ex eis est magis stypticum. Et ex eis est collyrium [d] Alexã. notum: & ex eis est collyrium de sandaracha: & collyria plurima ex eis, in quibus est narcoticitas quæ iam diximus in [e] curatione vlcerum. Descriptio collyrij ad tenasmon. Recip. opium, castoreum, & tus, & crocũ, fiat ex eis collyrium, & supponatur. Et iterum gallæ immaturæ, cerusa plumbi, tus, sang. draconis, opium. Emplastra vero sunt empl͡a facta ex vitello oui, & medulla similaginei panis & chamęmilla: aut aqua eius exp͡ssa ex ea quę humida est, & anetho sicco, & althæa, & mucilagine seminis lini, & similibus. Et ex bonis quibus fit G emplastrum ano eius sunt porri [f] †{scemi} decocti elixati cum butyro vaccino, & oleo ros. & pauca cera colata. Suffumigationes autem sunt suffumigationes notæ ad eos, quibus vtantur cum dolor fit fortior, [g] ita vt sedeant super sedem perforatam super quam æquetur anus: aut ponatur subtus traiectorium per quod fiat suffumigatio. Ex illis itaq; est, vt fiat suffumigatio ex cappare vel radice capparorum, & nucleis oliuarum, & stercore cameli. Et si fiat suffumigatio cum plurimo [h] sulphure, subito iuuatur eo. Aquæ vero in quibus sedent quidam, vt sedetur dolor, sunt sicut aquę in quibus decoquuntur maluæ, & anethum, & chamæmilla, & althæa, & melilotum. Sed vt retineatur illud, quod currit, sunt aquæ in quibus decoquuntur styptica. Et oportet vt aggregetur inter aquas ꝟm necessitatem. Quod si anus egrediatur, lauetur, & mundetur, & reducatur: & sedeat ille cuius est in aquis stypticis valde: aut fiat ei emplastrum post reductionem, & reuersionem cum stypticis fortibus contritis: & aggregatis cum quibusdam succis stypticis.

D Lib.8.c.7.
E C.7.
F † Syriæ
G Ser.t.3.c.27.
H Ser.t.3.c.27. & Ras.13.cõti.t.1.c.2 166.1.

TRACTATVS III. *de inceptione sermonis de doloribus intestinorum.*

De punctione. *Cap.* 1.



CAusæ punctionis aut sunt [i] ventositas coarctata, aut [i] superfluitas acuta, mordicatiua, aut barauchia salsa mordicatiua, aut grossa viscosa vel hęrens quę non expellitur, H aut vlcus, & apostema, aut serpentes, & ascarides. Et ex punctione est, quę est ꝟm semitam crisis: & est ex signis eius. Et omnis punctio vehemẽs est similis colicę: & cura eius, est cura colicę, [k] nisi cholericæ: nam si ipsa curatur illa cura, est in ea timor magnus: immo punctio quæ non est cum fluxu, [l] cum fortior fit, est colica aut iliaca. Et quando peruenit punctio ad cuzez, & vomitum, & singultum, & destructionem rationis, significat mortem.

I Ser.t.3.c.29.
K C.1.&.3.
S C.7.

De signis. *Cap.* 2.

VEntosa quidem fit cum rugitu, & inflatione, & extensione, sine grauitate, & quiete cũ exitu ventositatis. Factam vero ab humore cholerico significãt super ipsam paucitas grauitatis cũ vehementia mordicationis inflãmatæ, & sitis, & exitus eius in egestione, & est similis colicæ. [m] Et si curetur cura eius, erit timor maximus. Signa autẽ factæ ab humore baurachio, sunt mordicatio cum grauitate addente, & egressio phlegmatis in egõne. Et signa factę ab humore grosso, viscoso sunt grauitas, & adhærẽtia doloris in vno loco, & exitus huius generis in egõne. Et signa factæ ab vlceribus sunt signa excoriationis nota. Et signa factę ab apostemate sunt signa apostematis dicta in [n] capitulo colicæ. Et signa factæ à vermibus sunt signa vermium dicta [o] in capitulo vermium.

M C.1.&.3.
N 14.
O T.5.c.3.

A *De cura.* *Cap. 3.*

OPortet in omni punctione materiali propter materiam eius quæ successiue effunditur vt vomat habens eam: deinde soluatur. Sed punctio quæ est ex ventositate, curetur prius cum regimine conueniente, et alienatione eius ex quo generatur ventositas, et minoratione comestionis, & paucitate potus aquę super cibum, & paucitate motus super cibum. Deinde si fuerit ventositas inseparabilis, tunc oportebit vt curentur intestina cum clysteri euacuante humorē euaporantē in eis, & administretur in eo adeps gallinæ, & oleũ rosa. & cera. Aut cũ eo quod bibitur, si fuerit ægritudo superius, sicut alseriaran, & electuariũ de dactylis, & hiera in aqua de seminibus: & similiter diacydoniten. Deinde sumat ea, quæ sunt theriaca, & saganea & similia: & sicut semina resolutiua ventositatũ. Descriptio clysteris. Decoquantur polypodij centaureæ, cymini, anethi, rutę siccæ, fœnugræci, seminis apij partes æquales in aqua decoctione bona, deinde sumatur ex ea pondus. c. 3. & ponantur, & dissoluantur in ea serapini, & bdellij amborũ añ. ʒ. 5. aut minus, aut plus sm necessitatem: & distillentur super ea olei de nereidem drach. x. aut olei rutæ drach. x. & mellis drach. x.

A Ser. t. 3. c. 29. Puluis.[a] Recip. cymini, baccarum lauri, rutæ, & ameos omniũ ana drach. 5. & penidij lapidosi. ʒ. v. fiat ex eis puluis, & est dosis. i. Et iterum sumantur centaureæ grossæ pondus auř. i. cum decocto.

B Diosc. li. 2. c. 49. Et ex eis quæ sunt mirabilis iuuamenti apud [b] experimentatores est [c] †{chiab}porci aduratur, &

C † talus

B sumat ipsum in potu habēs punctionem ventosam. Aut dentur in potu de granis lauri siccis solis duo cochlearia. Et ex eis quę conferunt ei & phlegmaticæ est illud, quod Recip. granorũ alben & carpobal. amborũ ana drach. i. bibatur in aqua calida in mane & sero. Et ex emplis cōibus vtrisq;, sunt auellanæ assatę cum corticibus suis, cum quibus calefactis vel actu calidis emplastretur locus Et similiter vaporationes cum eis quæ sunt sicut anethum, & ruta, & sansucus sicca. Et emplastratio vmbilici, vel suminis cum granis lauri contritis confectis cum vino, aut cum aqua rutæ, & reseruata tota nocte, iuuatiua est valde. Et cibus ventosæ & phlegmaticæ fit ex eis quæ sunt sicut ius elcanabir, & gallorũ decrepitorũ æquatum cum anetho plurimo & speciebus vel pipere, & seminibus. Et sit contentus iure. Et sit panis, panis salitus bene cōfectus. Et [d]†{alkiskar}rectior est ei. Et vinum sit vetus subtile. Et oportet vt vtatur exercitio subtili ante cibum. Et eritius assatus sm q dicitur, confert punctionibus omnibus. Factę autem ex phlegmate viscoso appropinquatur cura eius curæ ventosæ, nisi quia oportet vt intentio sit in mundificando plus, aut desubtus, aut desuper. Et ex eis quæ conferunt illis in ipsa, si nō fuerit fluxus, est suffuf amomi. Et confert ei sumere in potu nasturtium cum passulis, & troc. alefeniati. In facta autem ex phlegmate salso, oportet vt incipiatur ab euacuatione eius cum clysteribus, quæ recipiunt turbit, polypodium, in quibus sit æquatio aliqua cum eis quæ sunt sicut sebesten, & viol. & vt euacuetur etiam cũ eis quæ sunt sicut

D † panis aliqualiter furfuraceus

C hiera picra, et dyacidonitē. Deinde administrentur cibi boni chymi, impinguati pinguedine bona: sicut pinguedo facta ex carnibus arietum lactentium vel agnorum lactentium, & gallinæ, & pullorum pinguium. Et minoretur cibus cum bonificatione eius: & bibat vinum subtile paucum. Et ex eis quæ conferunt in omni punctione frigida, est sumere in potu aquã mellis cum granis [e]†{alrasad,}& aniso, & acoro, & granis lauri, & aristol. & folijs lauri, & centaurea, & xylobal. & singulariter & composite. In facta autem à cholera oportet vt consideretur, q si fuerit illic virtus fortis, & materia plurima, euacuetur cum eis quæ sunt sicut decoctio myrobal. citri. & sicut aqua granatorum, & parum scammoneæ, aut absq; scāmonea: immo sola, & sequatur eam aqua calida. & cum eis, quæ sunt sicut decoctio tamarindorum, & cassiæ fist. & siracost. & quæ sunt similia illis. Deinde æquetur materia cum eis, quæ sunt sicut semen psyllij cum oleo ros. & aqua granatorum, & succus cucumeris cum oleo ros. Et emplastretur venter cum emplastris frigidis, & sint in eis solatrum, & superiora vitis, & oportet vt misceantur cũ eis etiam sicut absinthium. Et cibi sint illi qui fiunt de lentibus, & de sumach, & de spinachijs, & de berberis, & similes illis. [f] Et oportet vt caueatur ab errore cadente in ea: & existimatur q sit colica, & curatur cura eius, et moritur infirmus. Verũtamen [illegible] redibimus ad cognitionem integram eius, quo oportet, vt curetur hęc pars punctionis, c[illegible] loquemur de speciebus colicæ cholericæ. Expectetur ergo complementum eius ser

E † nasturtij

F C. 1. & 2.

G T. 4. c. 17.

D moni[illegible] [illegible]o illic. Factæ autem ab vlceribus cura, est cura vlcerum: & iam diximus eam. Sed factæ ab a[illegible] [illegible]temate cura, est cura apostematum. Verum factæ à vermibus cura, est cura vermium.

H Halyab. 9. the. c. 5.

De rugitu, & egressione ventositatis absq; voluntate. *Cap. 4.*

RVgitus [h] generatur ex multitudine ventositatis: & [h] generant ipsum cibi inflatiui: aut malitia digestionis propter aliquam causarum in malitia digestionis quæ est in membris, aut est in cibis. Et plurimum quidem est in membris, & non fit nisi propter frigiditatem: aut propter casum virtutis, sicut in fine phthisis. Et plurimũ quidem fit cum lenitate naturæ, & stimulatione necessitatis egestionis. [i] Et qñq; fit in intestinis superioribus subtilibus, & est sonitus eius acutus: & fit in grossis, & est sonitus eius grauior. Et quando permiscetur ei humiditas, est decliuis ad gurgulationem. Et quandoq; rugitus, est signũ crisis. & est pronosticatio fluxus ventris, & quandoq; accidit propter communitatem splenis.[k] Et quãdoq; rugitus accidit multoties patientibus mirachialem passionem propter oppilationes multas, propterea q intestina eorum infrigidantur. Et quandoq; fit cum in hepate est debilitas. Exitus autem ventositatis absq; voluntate, quandoq; fit propter mollificationem recti, & quãdoq; fit propter mollificationem ieiuni: & distinguitur inter vtrasq; per illud, quod videtur de paucitate sensus ani, aut ex ægressione eius.

I Gal[illegible] [illegible]apt. c[illegible] [illegible].g

F. 1. t. 4. c. 19.

De cura. *Cap. 5.* E

REgatur cum alienatione ciborum inflatiuorum, plurimorum, cum tolerantia famis, & cõfortatione digestionis cum eis quæ iam sciuisti, & resolutione ventositatis cum medicinis quas dicemus in [a] capitulo colicæ ventosæ. Et ex eis quæ bona sunt in hoc in pluribus horis est diacyminum, & iterum diapepereon, & iterum acorus conditus. Et si fuerit cum fluxu, [b] tunc alcanzi. Et iterum sumatur cymini, & ameos, & [c] †{keisim,}† et carui, omnium ana pars.i. anisi partes.ij. & fiat ex eis suffuf cum penidijs lapidosis pondere drach.v. Et curetur exitus ventositatis absq; voluntate curatione paralysis ani, aut assumptione theriacę, & olei [d] alkelkelanegi: & inũgatur illud quod est supra vmbilicum cum oleo costino, & similibus, si fuerit propter ieiunum.

A T.4.c.3.
B Lib.5.fũ.1.t.3. c.13.
C † ligusticum
D Lib.5.fũ.1.t.10. c.19.

De colica & retentione fæcis. *Cap. 6.*

COlica est ægritudo intestinalis dolorosa cum qua difficilis fit exitus eius quod egreditur per naturam. Et colica quidem ẽm [e] veritatem est nomen eius in quo est causa in intestino grosso colon, & quæ sequuntur ipsum: & est dolor qui multiplicatur [f] in eis propter frigus eorum, & propter spissitudinem ipsorum: & propter [g] frigus eorum multiplicatur super ea adeps. [h] Quod si est in intestinis gracilibus, tunc nomen proprium ei ẽm scientiam veram est ileos. [h] Verum qñq; nominatur ileos in quibusdam locis colica propterea quia vehementer est ei similis. Et causę colicæ, aut cadunt proprie in colon, aut cadunt in alijs, & perueniunt ad ipsum ẽm semitam cõitatis. F Et causæ eius quæ cadunt in ipso proprie: aut sunt malitia complexionis singularis [i] calida, aut frigida, aut sicca. Et calida quidem operatur [α] propter vehemẽtia exiccationis eius, & propter vehementiam conuersionis vel directionis cibi ad hepar, & expulsionis eius ad ipsum. Et frigida congelatione sua, aut faciendo accidere malitiam complexionis nociuam. & plurimum eius est in terris frigidis, & cum flat septẽtrio. [β] & frigus quidem qñq; facit illud, propterea q; restringit lacertos ventris, & peruenit calefactio eius ad concauitatem, & exiccat fæcem, [k] & [γ] stringit lacertum ani, & expellit fęces, & quod cum eis est ad superiora. Et sicca operatur propter priuationẽ eius, quod lubricat fæcem, & inuentionem eius quod exuccat eam, & exiccat ipsam. Malitiam autem cõplexionis [l] humidæ singularis, non semper est causa colicæ, nisi accidat ex ea accidens, quod sit causa colicæ, frigida aut humida materialis: Aut sunt malitia complexionis cum materia. s. aut cum materia calida quæ inflãmat, & mordicat, & separat continuitatem, & pertransit terminum punctionis, perueniens ad terminum colicæ: aut frigida, & facit dolorem propter malitiam complexionis diuersæ frigidæ, aut cum eo quod accidit de separatione cõtinuitatis cum transitu eius quãuis fuerit illa non pura vel non vera colica, & qñq; facit ipsum accidere frigus propter hoc, quod generatur ab ipso ventositas in corpore intestinorum, hora post horam. [m] Et qñq; est humor faciens hũc dolorem, aut illum, qui propinquus est ei, melãcholia. [n] Et qñq; est eius euentus cum paroxysmis, G & apud comestionem cibi. Et qñq; sedat ipsum vomitus rei acetosæ, melancholicæ: licet sit huiusmodi vomitus in huiusmodi dolore ẽm plurimum phlegmaticus: & generat ipsum frigus mẽbrorum: aut malitia digestionis, & cibi, & fructus, & olera. Aut est causa colicæ proprie, oppilatio prohibens egestionem, & hu. & ventositates à penetratione, & ipsi expelluntur, & accidunt dolor, & extensio maxima. Et plurimum huius oppilationis, cum non est apostema, accidit postq̃ repletur [o] monoculũ: [δ] deinde peruenit ad colõ. Et hæc oppilatio, aut est ex apate in intestino: [p] & plurimũ eius est calidũ. Aut ex hu. [ε] phlegmatico, viscoso, implente spatiũ eius, & oppilat ipsum. & [q] est illa quę fit ẽm plurimũ: [r] & est illa [ζ] quæ iuuatur febre. Aut ex ventositate accidẽte: aut propter torsionem contorquentẽ intestina propter ventositatẽ torquentem, aut disrupttionẽ ligamenti: aut rupturam. & herniam, & [s] expulsionem intestinorũ ad partes inguinum, & testiculorũ: aut rupturã supra illud: aut [t] propter vermes congregatos cõprimentes, seu oppilantes. [v] Aut propter fæcem siccã, & hęc fæx sicca est, qm̃ ipsa est fęx ciborũ siccorũ: aut quia remanet tẽpore longo, & siccatur. [x] Et est causa remanẽtiæ eius, debilitas expulsiuæ in intestinis: & multoties est hęc remanẽtia propter potũ rei narcoticæ stupefacientis virtutes operãtes in fæce: & cũ hoc cõgelantis etiã, aut propter debilitatẽ virtutis exprimentis quę est in lacertis ventris, sicut accidit ei qui multiplicat coitũ. [x] Aut propter destructionẽ sensus intestini. [y] Aut paruitatẽ effusionis choleræ expellẽtis, lauãtis. H Aut qm̃ mesaraica exuccat ex ea humiditatẽ plurimã. Aut, ppter, puocationẽ sudoris superflui: aut exercitia facientia sudare. [z] Aut propter vehementiã raritatis corporis propter cõplõne quę est in ipso: quare ꝑparatur ad attractionẽ aeris cõtinentis calidi: et, ppter hoc est balneatio cũ aqua calida ex eis, quæ retinent naturã. [a] Aut propter aerẽ, ex calefactione cuius cõsequitur, vt attrahat humiditates, & si fuerit absq; raritate. Aut ppter raritatẽ fistulosam. Et qñq; fit propter artẽ facientẽ necessarium tactũ caliditatis, sicut vitrearia, & ferraria, & fusoria. [α] Aut [b] propter cõplõne in ventre ipso calidã valde, exiccantẽ caliditate sua, aut est [c] causa in illa caliditate in paucis dispõnibus [d] multitudo choleræ acutę effusæ ad ventrẽ adurentis fæcẽ, cum inuenit eã ꝑparatam propter paruitatẽ suã: aut propter siccitatẽ substantiæ suæ. Et hoc est ẽm minus, sed ẽm plurimũ ipsa soluit naturã. Et cũ accidit hæc colica quæ est ẽm minus vel raro, nocet intestino, & dolorẽ facit vehementẽ intolerabilem. Et qñq; est causa illius caliditatis [e] vehemẽtia [β] frigoris aeris exterioris, quare coarctat caliditatem interius, & cũ hoc prouocat vrinã, & [f] cõstringit [γ] anũ: quare impellit fæcẽ ad superiora: aut, ppter cõplexionẽ siccã in intestinis, & ventre: quare exiccatur fæx: aut, ppter tenasmon & apostema recti: quare retinetur fæx. [g] Et existimauerunt quidam q; quandoq; lapidescit illud, quod retentum

E Halyab.9.theo. c.27.
F Gal.6.loc.aff.c. 2.h.a
G Ser.t.3.c.26.
H G.6.lo.af.c.2.a
H T.4.c.30.
I Raf.21.cõti.t.1. c.1.205.3.
Infra α
Infra β
K T.1.c.2.
Infra γ
L F.1.t.2.c.1.& li. 1.F.2.d.2.fũ.1.c.19 & G.li.2.de medic. cõpo.ẽm loc.c.1.h
M F.13.t.2.c.1.
N F.1.t.4.c.19. & F.13.t.2.c.1.
O Raf.21.cõti.t.1. c.1.206.1.
Infra δ
P C.14.
Infra ε
Q Raf.lib.diuis. c.69.
R G.6.apho.44.e
Infra ζ
S F.22.t.1.c.c.2.& Raf.21. ꝯti.t.1.c.1. 206.1.
T T.5.c.1.
V G.3.de de sym. cau.c.2.h
X Ga.ibi.c.2.27.d
Y Fẽ.15.t.1.c.3.& lib.1.F.1.d.4.c.1.& lib.13.de aĩal.c.2.& Gal.2.aphor.20.g
Z Raf.li.diui.c.69
A T.1.c.2.& Raf. lib.diuis.c.69.
Supra α
B Raf.lib.diuis. c.69.
C F.15.t.1.c.3.
D Raf.21. ꝯti.t.1. c.1.206.3.&.205.4.
Supra β
E T.1.c.2.
Supra γ
F T.1.c.2.& Ga.3. de sympt.cã.c.2.h
G T.1.c.2.& G.6. loc.af.c.2.f

A retentum est in intestinis, & egreditur lapis. Illa autem quæ est per cõitatem, est sicut si accidat in hepate,[a] aut in vesica, aut in [b] renibus, aut in [c] splene apostema: & cõmunicet ei intestinũ per hoc, quod coarctat illud apostema de substantia eius, & constipat ipsum, et oppilat illud. Et sicut si cõicet renibus in doloribus lapidis, & debilitetur operatio eius in expulsione humorum: quare retinentur in ipso, & accidit colica per cõmunitatem lapidis: quãuis dolor lapidis sit ex eis, quæ similantur dolori colicæ, & occultatur nisi illi, qui prouisionem habet. Et nos [d] dicemus differentiam inter vtrasq; cum signis. Et qñq; accidunt [e] colica, & ileos fm semitam accidentiæ ægritudinũ [f] pestilẽtialium, aduenientium, & perueniunt de regione ad regionẽ, & de homine ad hoĩem. Et iam retulit illud quidã medicus de antiquis: et dixit, [g]†{q pueniebat quidã eorũ ad [n]epilepsiã: & erat epilepsia mortalis: & [θ] qdã ad dislocationẽ intestini colon, & mollificationẽ eius cũ incolumitate [h] sensus eius, & sperabat cũ hmõi euasio. Et erat plurimũ eius ileos, & lædebat colon fm semitã permutationis silis crisi. Inquit, & quidam medici curabant eos cura mirabili. ipsi nanq; ci-
B babãt eos lactuca, & endiuia, & carnibus pisciũ grossis: & carne carentis vel nõ habẽtis vngulã duram in pedibus, & oĩbus illis infrigidatis, & aqua frigida, & acetosis: & sanabant eos cũ hoc ita, q sanabãt oẽs qui nõ ceciderant in epilepsiã, & paralysim pdictam. Et sanabãt quosdã eorũ in quibus erat inceptio epilepsiæ.} Et qñq; accidit colica habẽtibus [i] tetanũ: quare deficiunt in expellẽdo fęcẽ, & hu. ab intestinis superioribus, sicut ipsi deficiunt in retinẽdo quod est in inferioribus. Et qñq; est frigus cõplõnũ eorũ causa colicę.[k] Et [ε] plurimũ quidẽ accidit colica à phlegmate grosso: deinde à ventositate forti facta, & penetrante in tunicis intestinorũ, et villis eorũ: & pter separationẽ cõtinuitatis eorũ.[l] Ventositas. n. spargit in stomacho pter amplitudinẽ stomachi, et propter caliditatẽ stomachi, & propinquitatẽ mẽbrorũ calidorũ ad ipsum: & spargit ex [m] intestinis superioribus pter gracilitatẽ intestinorũ superiorũ: & retinet in intestinis alijs, pter cõtrarium illius ex frigore eorũ, & constrictione ipsorũ, & multitudine reuolutionis in ipsis, & spissitudine tunicarũ eorũ. Et colica ventosa quãuis nõ sit euacuata ex materia, quę sit materia ventositatis, tamẽ non cõparatur illi materiei: qm materia sola non oppilat viã ei quod egredit, & neq; facit dolorem per se: imo p illud quod accidit ab ea. Et phlegma facit dolorẽ per se, & oppilat per se: reliquæ autẽ
C diuisiones minus illis. Et ex eis quæ præparant intestina ad colicã: & proprie ventosam, est [n] vinũ plurimæ cõmistionis, & [o] olera, & proprie cucurbita, & [p] fructus recẽtes, & proprie vua & [q] potus aquæ super eos: & motus super eos, & coitus, & [r] retentio ventositatis volentis egredi, & aduẽtus frigoris vehementis ad intestinũ, & infrigidãtis ipsum, & inspissantis illud. Et ex eis quæ pparant intestina ad fecalẽ est comestio ouorũ assorũ, & pirorũ, & [s] cydoniorũ stypticorũ, & [t] †{alfethit,} & sauich, & milij, & rizi, & quæ sunt similia illis. [v] Et iterũ retentio egestionis volẽtis egredi qñq; facit cadere in ipsam: & coitus plurimus: & proprie super cibũ grossum. Et omnis colica ex humore grosso, aut ex fęcibus est, qm implet [δ] monoculũ prius fm plurimũ ex materia sua, deinde puenit ad alia. Et dũ nõ eũatur materia quæ est in monoculo, nõ accidit cõplementũ sanitatis. Et qñq; est colica veniẽs desup. & quotiescũq; fit clystere aut euaporatio seu fomẽtatio descẽdit materia, quare duplicat dolor.[x] Et [ζ] febris quidẽ est iuuatiua in oĩbus doloribus colicę, cuius causa est vẽtositas grossa, aut phlegma: aut malitia complõnis frigidæ: & est ex rebus velocius sanantibus ventosam. [y] Et colica quidẽ multoties permutatur ad [θ] paralysim, & creticatur per eã: & illud qñ expellit materia subtilis ad extremitates, & imbibũt eã lacerti. [z] Et qñq; silr criticatur per dolores iuncturarũ. Et qñq; permutatur ad dolorẽ dorsi phlegmatica, aut sanguinea, ad quã cõfert phlebotomia: propterea q maturãt caliditas dolorosa & medicinæ colicæ materias crudas. Et qñ permutatur ad va-
D rietatẽ melancholicã, & melãcholiã, & [n] epilepsiã, est malũ. Et qñq; perducit [a] ad hydropisim per illud quod corrũpit de cõplexione hepatis.[b] Et qñ inuenit colica dolores articulorũ, & silia nõ apparent illi dolores tribus de causis: [c] qm dolor fortior impedit à debiliore: & qm materiæ sunt conuersæ ad latus doloris intestinalis: & qm dolor, & fames, & vigiliæ resoluũt superfluitates. Et quãdo prolongatur retentio fæcis, inflatur venter, & interficit. Et quando fortia fiunt membra colicę, & non recipiunt superfluitates, tunc multoties ascendunt superfluitates, & infirmatur caput.[d] Et multoties accidit colica post solutiones quibus postponitur grossum. Et multoties curatio colicæ, & punctionis subleuat singultum, vel facit accidere singultum.

De signis colicæ absolute. *Cap. 7.*

ACcidentia quidẽ colicæ veræ, cuius nõ declarat cõfirmatio, sunt qm minorat illud quod egreditur de fæce, & expellit paroxysmus egõnis,[e] & minorat appetitus, [f] imo remouet oĩno: & abhorret habẽs eam vnctuosa, & dulcia: sed [g] declinat declinatione parua ad acetosa, aut acuta, aut salsa: & est decliuis ad subuersionẽ, & nauseã, & proprie cum recipit vnctuosum: & olfacit odorẽ vnctuosi, & dulcis: & debilitat digõ eius valde: & inuenit omni hora punctionẽ: & declinat ad potandũ aquã declinatione plurima, & inuenit dolorẽ in cruribus suis, & in dorso suo: deinde fiunt

G † Paul. lib. 3. c 43.
Ex qua pleriq; in morbum comitialem, Alij in artuũ resolutionem sensu incolumi, nõnulli in vtraq; sunt plapsi: ac eorũ q in comitialẽ morbũ ĩciderũt, plures ĩteriere, Ex illis vero q in resolutionẽ, plures euaserũt, tanq̃ in crisi, cã aliorsum ex loco quẽ ĩfestauerat, cõuersa. Sic igit laborãtes, Medicus qdã in Italia curauit victus quadã rõne infideli refrigerãte, & maxime temeraria lactucas. n. non coctas refrigerãtesq;, ipsis porrigebat, intybũq; silr supra satieiat em comedẽdũ, itẽ vuas mala, pisces dura carne pditos, oĩaq; crustacea q̃ vocãt gręce ostracoderma, pedes bubulos, bulbos & similia, non solũ facultate, sed & tactu frigida, vinũ raro pbebat, cũ ãt dabat frigida miscebat, ipsamq; frigidã vel ẽt poscã frigidã exhibebat, ab oĩ alio calido & medio cibo abstinens, Atq; plurimos, sic pter oĩum opinionẽ per sanauit, ĩmo nõnullos qui iam in morbũ comitialẽ vel resolutionẽ prolapsi erant, propemodum sanitati restituit.

A Fẽ. 19. t. 1. c. 9. & 12.
B F. 18. t. 2. c. 2.
C F. 15. t. 2. c. 5.
D C. 10.
E Paul. lib. 3. c. 43.
F T. 4. c. 30.
Infra n
Infra θ
H F. 2. c. 1.
I F. 2. c. 9.
K Ras. lib. diuis. c. 69.
Supra ε
L Ras. 21. cõti. t. 1. c. 1. 207. 1.
M G. 6. loc. af. c. 2. h. a
N C. 12. & Ras. 21. cõti. t. 1. c. 1. 208. 1.
O C. 12.
P Ras. li. diui. c. 69.
Q F. 13. t. 5. c. 1.
R F. 13. t. 1. c. 36.
S Lib. 2 t. 2. c. 155.
T † panis non bene decocti
V F. 13. t. 1. c. 36. & Gal. 3. de symp. cã. c. 2. g. h
Supra δ
X Gal. 6. apho. 44. c. & li. 7. c. 2. & li. 2 26. licet nõ adeq̃te.
Supra ζ
Y F. 2. c. 2.
Supra θ
Z Fẽ. 22. t. 2. c. 5. & Ras. 21. cõti. t. 1. c. 1. 206. 3. & Haly. lib. 9. the. c. 17.
Supra n
A F. 14. t. 4. c. 4.
B Ras. 21. cõti. t. 1. c. 205. 3.
C Hip. 2. aph. 46.
D T. 1. c. 3.
E Ras. 21. cõti. t. r. c. 1. 206. 1.
F G. 2. lo. af. c. 5. g
G Fen. 13. t. 1. c. 17. & t. 2. c. 10.

cum ea fortia accidentia:& fit ipsa fortis,& retinetur natura: & [a] forsitan non egreditur,nec etiam E vẽtositas penitus. Et qñq; retinetur etiam eructuatio. [b] & fit fortis punctio:& fit quasi perforetur venter eius [c] terebello:aut quasi sit absconsa in intestinis eius [d] acus,stans:& quoties mouetur,dolet: & fit fortis sitis, & non satiatur habens eam,licet bibat plurimũ: [e] qm̃ quod bibitur,non penetrat ad hepar,propter oppilationis accidentes in orificijs mesaraicarũ,quæ sequũtur ventrem. [f] Et qñq; multiplicatur in quibusdam eorũ horripilatio seu rigor absq; causa. Et si ingenietur in extrahendo aliquid de ventre habẽtis colicã,egrediuntur humiditates, & squibalæ,sicut stercora ouiũ, vel sicut stercora caprarum,magnæ,& paruæ, [g] & res natans in aquã, & frequens fit vomitus cholericus,& phlegmaticus,et incipit fm plurimũ phlegmaticus,deinde cholericus,deinde qñq; euomit rem porralem , & vt ærugo æris,& qñq; euomit rem de genere melancholiæ incisam vel diuisam in partibus. Humores enim qñq; corrũpuntur,& adurũtur ex dolore,& vigilijs, & medicinis calidis.Et vomitus quidem non fit frequens,nisi propter cõitatẽ stomachi ad intestina, & propter multitudinem materiei,& penuriam viæ ad inferiora,& [h] qm̃ via cholerę ad intestina fm plurimũ cõstringitur,quare expellitur ad superiora: & propter hoc rubet vrina in ipsa,propter conuersionem choleræ ad renes,cum non inuenit viam ad fel plenũ propter illud quod est coram eo de oppilatione, [i] & quoniam dolor rubificat aquam, & quoniã renes cõmunicant in dolore. Et propter illud [k] retinetur vrina etiam quandoq;. Et quandoq; est vrina in principio eius fm colorem aquæ F ciceris,& aquæ casei. [l] Et quãdoq; associatur ei tremor cordis maximus: & indiget pectus eius retentione cum manu.Et quandoq; peruenit res ad sudorem frigidum,& sincopim.

A Raf.21.cõti.t.1 c.206.4. & G.6.lo. af.c.2.g
B C.1.
C Gal.2.loc.aff.c. 5.d.e
D Oppo.c.10.
E F.13.t.2.c.20.
F Raf.21. cõti.t.1. c.1.206.4.
G G.6.lo. af.c.2.g
H Lib.1.F.2.do.3. sum.2.c 2.
I C.11.& li.1. F.2. do 3.sum.2.c.2.
K Fẽ.19.t.2.c.6. & Raf.t.10.c.30.
L F.11.t.2.c.1.

De signis salutis colicæ. Cap. 8.

MAgis incolumis colica est illa,in qua retentio nõ est vehemẽs, [m] est dolor mutabilis.Et qñq; alleuiat plurimũ,q̃uis redeat post eã.Et inuenit habẽs eã ꝓpter exitũ vẽtositatis,& egõnis, & administrationem clysteriorum,quietem,sicut eius contraria est prauior vel difficilior colica.

M C.12.

De signis malis in colica. Cap. 9.

FOrtitudo doloris,& quod [n] vomitus consequitur vomitum,& sudor frigidus: & frigus extremitatum propter vehementiam doloris ventris , & declinationem san. & spiritus ad ipsum. [o] Et quando peruenit ad singultum quorum vnus sequitur alium, [p] & ad turbationem rationis,& spasmum,& retentionem eius quod egreditur:& non egreditur saltem cum ingenio,est mortalis. [q] Et in extraneis signis est,cum apparet in eo qui habet dolorem ventris , vestigium in supercilio, & bothor nigrum sicut faba,& vlceratur,& remanet vsq; ad diem secundũ ant plus,quoniam moritur.Et huic quidem homini aduenit subet, & multitudo somni in principio ægritudinis suæ. Et bonitas anhelitus tunc parum significat super euasionem,quomodo ergo erit eius malitia?

N Raf. 21. cõti.t.1. c.1.206.2.
O T.4.c.30.
P T.4 c.1.
Q Raf.21. cõti.t.1. c.1.205.3.

De differentia quæ est inter colicam & lapidem renum. Cap. 10. G

QVandoq; accidunt in lapide renum accidentia colicæ prædicta: qm̃ colon ipsum cõmunicat renibus,quare accidit ei dolor,qui est ei proprius:& accidunt ei accidentia sua,quæ similantur illi dolori. Verũ differentia inter eas qñq; est ex dispositione [r] doloris, & ex parte eorum quæ associantur proprie,& ex parte eius quod cõuenit,& eius quod nõ cõuenit: & ex parte eius ꝙ egreditur,& ex parte vltimitatis accidentium,& ex parte causarũ & significationũ antecedentium.Dispositio autẽ doloris diuersificatur in eis quãtitate, & loco,& tẽpore,& motu. Quantitate vero qm̃ ille qui est lapidis est paruus,quasi [s] sit acus: [t] et colicus est magnus.Loco autem qm̃ colicus incipit ab inferiore parte dextri lateris, & tendit ad superiorem sinistri. Et quando confirmatur dilatatur in dextra & in sinistra. [v] Et fm quosdam non incipit colica à sinistra: sed illud non est verum.Et nos iam experti sumus contrarium illius:& est ad anteriora & versus [x] pectinẽ decliuior,ꝙ̃ sit ad posteriora. Et renalis incipit à superioribus,& descendit paulatim vsq; ad locum vbi cõfirmatur: & est decliuior ad posteriora. Tempore vero qm̃ [y] renalis fit fortis in hora vacuitatis: & colicus alleuiatur in ea,& fit fortis cum sumitur aliquid. [z] Et colicus incipit subito,& in tempore breui,& lapidosus paulatim,& fortis fit in fine suo. Et si est renalis fit prius dolor in dorso:& difficultas in vrina:deinde signa in quibus cõmunicatur colica:& in colica sunt illa signa: deinde dolor. [a] Motu autem qm̃ colicus ad partes mouetur plures:& renalis figitur.Ex parte autem vicinan H tium proprie , qm̃ tremor multiplicatur in renibus ambobus , & non pertinet colico. Differentia autem accepta ex eo quod conuenit,& non conuenit,est [b] quoniam clysteria, & exitus ventositatis, & fæcis alleuiant dolorem colicæ , & non alleuiant dolorem renum alleuiatione de qua sit curandum in pluribus dispositionibus. [c] Et lapidem frangentes medicinæ alleuiant dolorem renũ, & non alleuiant dolorem colicæ.Ex parte autem eius quod egreditur est,quoniam cum renali fortasse non est retentio rei,quæ quando egreditur,est sicut stercus, & squibale, [d] & sicut stercus vaccinum,& natat.Et quandoq; non est retentio omnino,neq; rugitus & alia,& colicus non euacuatur ex his. Ex parte autem vltimæ cõsecutionis accidentium est,qm̃ dolor crurium,& dorsi,& tremor in renali est plus,sed casus [e] appetitus,& vomitus cholericus,& phlegmaticus, & paruitas digestionis,& vehementia doloris,& perductio ad syncopim,& sudor frigidus,& iuuamẽtum cum vomitu in renali sunt minus. Ex parte autem causarum,& significationum antecedẽtium est,qm̃ [f] frequentia nausceatiuæ satietatis,& assumptio ciborum malorũ,& vicissitudo punctionis,& rugitus,& retentio fęcis sunt pręcedentes in coliça. Et vrina arenosa,& humorosa vel filosa est p̃cedẽs in renali: [g] & primo vel prius est in renali vrina subtilis:deinde humorosa grossa,deinde arenosa.

R G.li.2.loc.af. c. 5.e,& lib.6.c.2.g.h
S Oppo.c.7.
T G.6.loc.af.c.2.g
V G.6.lo.aff.c.2.f
X Raf.21.cõti.t.1. c.1.206.3.
Y Raf.23.cõti.t.3. c.1.fol.251.2.& oppo.F.18.t.2.c.17.& Hipp. cõm.1. in.6. de morb.vulga.6.c
Z Raf.21.cõti.t.1. c.1.fol.206.4.
A G.6.lo.af.c.2.g & c.3. c
B Ga.6.lo.af.c.2.g
C G.ibi.c.3.b.c
D G.6.lo.af.c.2.g & lib.2.c.5.f
E G.6.loc.af.c.2. f g,& Ser.t.3.c.32.
F Ga.2.lo.af.c.5.g & Raf.21. cõti.t.1. c.1.205.1.2.
G Ser.t.3.c.32. & G.6.loc.af.c.2.g

De signis

A *De signis distinctionis colicæ, & primo de signis phlegmaticæ.* *Cap. 11.*

QVandoq; significāt colicam phlegmaticam, antecessio causarum generatiuarum phlegmatis [a] ex satietate nauseatiua. Et ex speciebus ciborū, & ætas, & regio, & hora, & reliqua, quæ sciuisti. Et significant ipsam exitus phlegmatis in fæce ante colicam. & cum ea cum fit clystere. Et frigiditas inferiorum, & grauitas sensata. Et vehementia retentionis multa: quare non egreditur aliquid de fæce, aut humore, aut ventositate. Si autem egreditur est res inflata sicut stercus vaccinum, sicut egreditur in ventosa, sed in vētosa est leuior, & fit dolor prolixus in spatio longo. Et non oportet vt decipiatur aliquis per id, quod forte fit de siti, & inflammatione, & [b] rubedine aquæ, & existimet, φ ægritudo sit calida. Illud nanq; commune est omnibus.

A Ras. li. diuisi. c. 69.

B Cap. 7. & lib. 1. fen. 2. d. 3. sū. 2. c. 2.

De signis colicæ ventosæ. *Cap. 12.*

ANtecessio causarum suarum notarum [c] ex multitudine potus aquæ frigidæ, & potus [d] vini commisti, & [d] olera inflatiua, & fructus, & quod affuit cibus non digestus, & [e] rugitus, & retentio fęcum in intestinis, & [f] extensio, & scissio vel dissolutio vel disruptio vehemens quasi [g] perforentur intestina terebello, & quasi occultetur in intestino acus: & [h] hoc qn̄q; fit in phlegmatica, cum retinetur ventositas, aut generat ipsam, sed est in ventosa fortius: & [i] non sentitur in ea grauitas vehemens. Et in ventosa quidem præcedunt qn̄q; rugitus plurimi: & vētositates qn̄q; quiescunt, & [k] non rugit tunc, & [k] non egreditur, & fortasse non accidit, vt rugiat: nisi cum fit vaporatio, & compressio: & qn̄q; figitur dolor, & non permutatur. Et qn̄q; cognoscitur inflatio cum manu. Et f̄m plurimum [l] iuuatur compressione. Et qn̄q; iuuat vaporatio eius, & [m] qn̄q; non iuuat: & illud cum fuerit materia faciens ventositatem firma vel stabilis, tunc quoties inuenerit caliditatē, & calefactionem faciet ventositatem. Et qn̄q; significat ipsam fæx [n] similis fæci vaccinæ, quæ natat super aquam, propter multitudinem eius, quod in ipsa est de ventositate. Et [o] quādoq; est venter cum ea lenis: & quandoq; est fluxus, & egrediuntur humores: & nō iuuatur eo propter retentionem ventositatis grossæ in tunicis. Et [p] illa in qua est permutatio doloris est incolumior. Et illa in qua est inflatio ventris sicut tympani est mala.

B (margin letter beside "scunt, & non rugit tunc")

C Idem quasi Fen 13. t. 2. c. 1.
D Cap. 6.
E Ras. t. 9. c. 71.
F Ras. 21. cont. t. 1. c. 1. 208. 1.
G Lib. 1. F. 2. do. 2. sū. 2. c. 20.
H Halya. lib. 9. the. c. 27.
I Ras. 21. cont. t. 1. c. 1. 206. 2.
K Ras. lib. diuisi. c. 69.
L G. 12. meth. c. 8. e
M T. 4. c. 2. & Ga. ibi. c. 8. d. e
N Lib. 1. F. 2. do. 3. sū. 2. c. 13. & Halya. li. 9. the. c. 27.
O Ras. 21. con. t. 1. c. 1. 208. 1.
P Cap. 8.

De signis eius, quæ fit ex fæce. *Cap. 13.*

SIgna eius, quæ fit ex fæce sunt antecessio rerum, quæ sunt retentio fæcis ante euentum doloris cum tempore, & est illic grauitas valde vehemens. Et sentitur quasi intestinum scindatur à seipso. Et [q] qn̄ fit tenasmon, non egreditur aliquid, sed qn̄q; egreditur res viscosa quare ingrossat. Verum illam, quæ fit ex fæce cholerica significat tinctura fęcis, & multitudo eius, quod egreditur de cholera: & adustio, & inflammatio, & mordicatio, & nocumentum præteritum cū fluxu choleræ, & exiccatio linguæ. Et fæculentam factam à raritate corporis significat [r] præcessio paruitatis C fæcis, & lenitas vel mollities corporis, & velocitas lædendi ex calore, & frigore extrinseco. Et fæculentam factam à caliditate ventris, & siccitate eius, inuentio inflammationis in mirach, & [r] siccitas in mirach, & exiccatio eius & fœtor egestionis, & eius nigredo ad rubedinem quandam decliuis. Et [r] fæculentam quidem factam à resolutione aeris, & exercitio, & sudore, & reliquis, significat præmissio [r] paruitatis fæcis cum concursu causarum prædictarum. Et signa factæ ex retentione choleræ effusæ ad intestinum, sunt [s] grauitas, & [s] inflatio ventris & [s] albedo coloris egestionis, & [t] difficultas [t] egressionis eius cum [t] dolore extensiuo fæcis: et compressione facta ex ea tantum: & qn̄q; associatur ei ictéritia. Et signa retentionis factę propter frigus hepatis, aut alius, est vt non sit fœtor, & sit color decliuis ad viriditatem. Et signa factæ ex melācholia [r] sunt acetositas eructuationis, & nigredo egestionis, & [r] inflatio ventris cum [v] †{paruitate}doloris.

Q T. 1. c. 3. ter repetit.

R Ras. lib. diuisi. c. 69.

S Fē. 15. t. 1. c. 4. & Ras. lib. diuis. c. 69.
T Fē. 15. t. 1. c. 3. & Ras. ibidem.

V† prauitate

De signis colicæ apostemosæ. *Cap. 14.*

SIgna aūt factæ ab apostemate calido, sunt dolor tensiuus, fixus in loco vno, cum grauitate, & [x] pulsatione, & [x] inflāmatione, & [y] febris acuta, & [y] sitis vehemens, & rubedo in colore, & inflatio in oculis, & [y] retentio vrinæ: & est signū forte, & lædi [y] cū fluxu. Et qn̄q; est iste dolor cū lenitate naturæ: & qn̄q; perducit ad frigus extremitatum cum calore vehementi in ventre: & qn̄q; rubet id, quod ei opponitur de ventre. Et si fuerit apostema cholericū, erunt tēsio, & [x] pulsatio, & D grauitas minus, & febris, & inflāmatio, & mordicatio vehemētius. Signa aūt factæ ex apostemate frigido, phlegmatico, & [z] est parū, sunt vt sit dolor cōtinuus paucus apparens in loco vno, & proprie cum descendit aliquid ex eis, quæ descendunt ex ventre. Et inuenitur cū manu inflatio cum lenitate, & est forma eius forma [a] †{alme threlin.}Et iam p̄missum est, quod fecit illud ex assumptione generū lactis, & piscium, & carnium grossarum, & fructuū, & olerū frigidorum, & humidorū: & est sperma frigidum subtile, est. n. signum conueniens ad hoc, & egestio est phlegmatica.

X Ras. lib. diuisi. c. 69.
Y Paul. lib. 3. c. 43.

Z Cap. 6.

A† similis chachexiæ.

De signis factæ ex torsione, & ruptura. *Cap. 15.*

ET signa factæ ex torsione, sunt euētus eius subito, post motum laboriosum, aut saltum vehementem, aut casum, aut percussionem, aut cursum, aut luctationem, aut tolerantiam ponderis, aut rupturam, aut ventositas vehemens: & est dolor eius similis non incipiens, deinde addens paulatim. Et significat rupturam illam, quæ fit ex ruptura.

De signis reliquarum specierum colicæ leuis à frigore & calore, aut debilitate sensus, aut vermibus. *Cap. 16.*

ET signa factæ à frigore intestinorum sunt paruitas sitis, & apparitio egestionis & eius inflatio: & sensibilitas frigoris in intestinis, & leuitas doloris. Et qn̄q; est sperma cum ea frigidum.

Et signa

Et signa factæ ex cholera, sunt causæ antecedentes, & ætas, & regio, & forma, & tempus: & alia eorum, quæ inuenit de mordicatione vehementi, & inflammatione, & adustione, & nocumento à clysteribus acutis, & [a] nocumento ab eo, quod solutione educit, & descendere facit choleram. & [b] noceri fame, & iuuari à temperatis infrigidantibus, & [b] euacuatione choleræ si non fuerit materia imbibita, & commotio de tertio in tertium. Et quãq; associatur ei feb. & fortasse non associatur ei: & non est feb. eius sicut feb. apostemosæ in magnitudine accidentium. Et [c] quãq; associatur ei dolor in pectine quasi punctura cultelli, & non est ventositas. Et signa factæ ex debilitate expulsiuæ sunt, vt iam antecesserit eam lenitas naturæ, & necessitas surgendi ad scellam frequenter, sed paulum. Et antecessio causarum eius ex eis, quæ debilitant vel destruunt virtutem aut ex calore & frigore adueniente aut ex assumptione vel comestione. Et multoties accidit vẽtri, vt sit lenis aut temperatus: aut sit quantitas egestionis, & qualitas eius s̃m cursum naturalem: sed est necessarium ad hoc vt egrediatur fæx, vti instrumẽto, aut suppositorio. Et quãq; est illud propter fistulam. Et signa eius, quæ est ex debilitate sensus, sunt vt illud, quod sumitur faciens declinare egestionẽ cum qualitate ad mordicationem non percipiatur in ascellatione: & hoc est sicut porrum, & cepę, & caseus, & fœnugræcum: & iterum vt suppositoriorum acutorum non sentiatur nocumentum cum supponuntur. Et venter inflatur ex eis, quæ sumuntur, & retinentur: & non dolet dolore de quo sit curandũ. Et quandoq; accidit vt sit illic fistula, corrumpens sensum. Et signa factæ ex vermibus sunt signa vermium: & [d] antecessio exitus eorum.

A Gal.12. metho. c.7.h.a

B G.1.lo.aff.c.4.g

C Raf.21.con.t.1. c.1.205.4.

D Raf. ibi.207.4. &.208.1.

TRACTATVS IIII. *De cura colicæ, & locutione in ileos & rebus particularibus ægritudinum intestinorum & dispositionum eorum.*

De canonibus curationis colicæ. *Cap.* 1.



Oportet vt colicæ regimen non prætermittatur nam cum apparent signa inceptionis eius, oportet vt interdicat̃ repletio, & acceleretur mundificatio eius, ꝙ est s̃m ipsam. Et si fuerit post cibum quem comedit expellat ipsum vomitu statim, & euomat cũ eo, quod oportet de humoribus, donec mundificetur vel sanetur. Et vomitus quidẽ quãq; abscindit materiam colicæ humidam, & cholericã. Quod si superfluat retineat̃ cum retinentibus vomitum. Et ex eis, quæ bona sunt, & experta in hoc, est vt ponatur in syrupo [e] de menta facto ex aqua granatorum aliquid de cymino, & sumach. Et [f] ex eis in quibus non est cõuenientia, est vt festinatio sit in dando in potu solutiuum desuper, qm̃ fortasse est oppilatio fortis, & humores & squibale sunt plurimæ & cum peruenit ad ipsam humor desuper, fortasse non inuenit penetrationem, & perducit regimen ad timorem maximum. Et [g] illud, quod in primis necessarium est, est vt incipiat, & sorbeat lenientia lubricatiua, sicut ius galli vetusti, quod narrabo in eis, quæ [h] sunt post: & iam narrauimus illud in areolis [i] medicinarum singularium. Deinde administretur clystere lenitiuum. Quod si fuerit illic febris, permutetur aqua galli: & loco eius sit aqua hordei, vt incipiant humores & squibalæ desubtus descendere paulatim. Cumq; sentitur, ꝙ squibalæ, & humores grossi valde iam egrediũtur, & oportet vt in potu detur aliquid desuper, fiat. Et si possibile est vt mundificatio fiat desuper cum vomitu frequenti, fiat. Et non sit vehementia necessitatis dandi in potu desuper, nisi qñ sunt principium materiei stomachus, & intestina superiora, & scitur, ꝙ stomachus est debilis, & hum. multitudo: & inuenitur repletio supra vmbilicum, & grauitas illic. omnia. n. ista exigunt vt fiat fluxus desuper. Et similiter si accidat colica post excoriationem, tunc cura facta desuper est melior, & ista species colicæ est illa cuius principium est ex stomacho, & superioribus: & si fuerit materia confirmata, deinde ipsa mandat ad intestinum læsum materiam post materiam: & quoties peruenit ad ipsum redit dolor: tunc necessaria erit mundificatio incipiens. Cum ergo bibitur solutiuum, aut extrahit eam, & sanat ex ea, aut deponit ipsam ad inferiora ad locum vnum: mũdificet ergo ipsam clystere vnum aut minor numerus eo, qui necessarius est ante illud. Et qñ non oportet dare in potu medicinam desuper propter necessitatem manifestam, tunc non oportet vt in potu sumatur desuper oĩno aliquid, & sit contentus clysteri. Et illud, quoniam s̃m plurimum causa colicæ est hu. grossus viscosus adhærens adhærentia quæ non egreditur integre per euacuantia: Cumq; bibitur medicina desuper, euacuat non ab vno quoque duorum. s. stomacho, & intestinis tantum, immo ex alijs locis, à quibus euacuatio omnino non est necessaria: & illud facit acquirere debilitatem proculdubio. Cum ergo hoc fit, deinde sit necesse mundificare intestinum, exigens clysteria plurima, & euacuationes frequentes, & debilitatur virtus valde: tunc melius est vt sit contentus quantum possibile est clysteribus, & eis, quæ currunt cursu eorum. Ipsa. n. dum inueniunt in intestinis humorem, non attrahunt ex locis alijs, & nõ euacuant ex reliquis membris plurimum. Et si iteretur clystere multoties s̃m necessitatem humoris generatiui doloris, non erit tantum timoris in ipso, quantum est cum fit euacuatio desuper ꝑ medicinas attrahentes ex corpore toto. Et cum clystere non educit aliquid, & materia non maturat̃, tunc expecta, & non clysterizetur, & proprie cum clysteribus acutis: hora nanq; eorum est post maturationẽ, quãuis ex clysteribus acutis timeatur cordi, & cerebro. Et multoties quidem fit clystere, & non soluit: immo facit sodam: & commotionem vel agitationem: quare oportet tũc vt adiuuetur desuper. Et quãq; est solutio desuper. s. cum vomitu, & oppilatio desubtus: quare necessarium est vt ĩspissetur vel ingrossetur illud, quod est superius cum stypticis ita vt fiat genus vnum: deinde euacuetur. Et oportet vt leniatur clystere cum fuerit illic febris, et multiplicetur eius oleũ,

E T.2.c.13.& fen 13.t.5.c.11.& lib.4. fen.1.t.2.c.15. & li. 5. sũ.1. t.6.c.19. & Ser.t.3.c.31.& Raf. 21.pt.1.c.2. 212.1.

F C.p.2.& li 1.Fẽ 4.c.5.& Raf. ibidẽ.

G Cap.2. & lib.1. Fen.4.c.5.

H Cap.21.

I Li.2.t.2.c.145.& 296.

vt frangat

A vt frangat salsedinem salis de quo fortasse necessarium est vsq; ad.ʒ.ij.& .5.Et cum clystere non facit descendere aliquid,tunc detur in potu hiera picra cũ melle fermentata vel præparata aut sicca. Et similiter post assumat alseriarã & electuarium de dactylis.Et non oportet vt confortetur hiera eorum cum agarico,q̃m est profundans,stans in visceribus. Et oportet vt nõ fiat clystere, dum in stomacho est aliquid,& attrahatur crudum ad inferiora. Et oportet vt non cõtinuentur clysteria: immo interueniat inter ea spatium.Et cholericæ quidem colicę paroxysmo succurritur vel occurritur cum pilulis aureis.Et [a] q̃nq; accidit vt medicinæ attrahentes ex corpore attrahant ad intestina humores malos alios:& q̃nq; attrahunt humores excoriantes: quare aggregãtur excoriatio, & colica simul: & hoc est ex nocumentis mortalibus. Et quod deterius in potu sumitur in colica de solutiuis est,vt sit magnæ quantitatis,ex qua fugiat sumens,& non remaneat in stomacho: immo pilulas de hiera,& omne,quod est minoris quantitatis,& magis aromatici odoris,est melius sumere in potu.Et oportet vt intentio in capite sit vehemẽs valde,ita vt nõ recipiat vapores eius,quod retinetur in ventre,& vapores medicinarum acutarum,quas administrare necesse est in pluribus horis in ægritudinibus colicis. [b] Q̃nq;.n. perducit illud ad varietatem,& commistionem rationis: & est cauendum in colica,& est ex eis quorum causa generatur nocumentum,vt non sit possibile medico vt sciat formam dispõnis ægri:quare non potest tunc scire, quod necessariũ est in curatio-

B ne.Et hæc intentio completur cum aromaticis frigidis,& cum oleis frigidis,& reliquis,& quæ innuimus in infrigidatione complexionis capitis.Et q̃nq; accidit vt sit necessitas calefaciendi intestina,compar necessitati infrigidationis hepatis:quare custodiatur illud cum emplastris infrigidantibus hepar,& similibus:& custodiatur pars hepatis ab emplastris ventris,& inunctionibus eius calidis.Et similiter est dispositio cordis. Et conuenientior infrigidatio eius est cũ succis frigidis cum camphora,& sandal.Et oportet tunc vt ponatur inter partes intestinorum,& inter partes cordis & hepatis aliquid,quod distinguat,ex panno & fermento seu pasta & similibus,prohibens ne currat,quod proprium est vni eorum ad aliud.Et sitis multiplicatur in eis:& non oportet vt bibatur nisi parum,aut toleretur.Cumq; illud fuerit permistum cum iuleb,erit magis iuuatiuum siti: propterea,q; corpus diligit rem dulcem,& facit ipsam penetrare.

De cura colicæ frigidæ. *Cap. 2.*

COlicæ autem frigidæ regimen s̃m semitam canonis est,vt non festinetur in ea stupefactione. festinantes [c] enim sedare dolorem cum narcoticis componunt rem maximi timoris. Administratio.n.narcoticorum non est curatio vera in aliquo: & illud ideo, q̃m curatio vera est incisio causæ:& stupefactio est confortatio causæ,& destruitur sensus per eam. Et illud ideo, q̃m si causa est hu.grossus,fit fortior,& frigidior,aut ipsa complexio frigida fit frigidior: aut ventositas spissa

C fit spissior:aut [d] vehementia spissitudinis corporis intestini,vnde nõ resoluitur ex eo,quod in ipso retentum est,& fit vehementius spissa:& dolor redit post diem vnum,aut duos,aut tres fortior, q̃ fuit:quare non oportet vt in ea elaboretur quantum possibile est:& dum inuenitur ab ea excusatio,& deuiatio:imo elaboretur in elongando causam incidendo eam & resoluendo eam, & dilatãdo poros in quibus retinetur sua viscositate:& quod plus facit [e] hæc sunt medicinæ subtiliatiuæ non vehementis calefactionis. [f] Vehemens nanq; calefactio cum materiæ subito accidit, non est securitas quin illud,quod cõmouetur & excitatur de ventositate, & quod resoluit & euaporatur ex materia,fit plusq; illud,quod resoluitur de ventositate:immo oportet vt sit quãtitas eius,quantitas quæ faciat in ventositate resolutionem fortem,& in materia humida subtiliationem,& maturationem,non resolutionem fortem.Et [d] propter hoc q̃nq; sufficit abstinere à cibo & potu diebus aliquibus.Et propter illud fomentatio q̃nq; commouet dolorem vehemẽtem. Quare necessariũ est tũc aut dimittere euaporationem,aut multiplicare,& iterare ipsam,vt resoluat illud, quod primo cõmouit de ventositate: deinde cum administras clysteria euacuantia tunc oportet si [g] fæx sit retenta,vt non [h] incipiatur nisi cum eo in quo est lubricatio fæcis, propter mucilagines, quæ sunt in ipso,& oleis,& medicinis,quæ sunt ad fæces.Et sunt illæ,quæ cõueniunt curationi colicæ factę ex fæce pura,hæc q̃n est ventosa:deinde post illud redeatur ad clysteria euacuãtia phlegma,si fue-

D rit phlegmatica:aut resoluentia ventositatem & euacuantia ipsam,si fuerit ventosa. Et oportet vt scias,q; q̃nq; euacuatum est totũ,quod est ex humoribus,& remanet res parua,quę est illud,quod associatur parti doloris:et est faciens dolorem:oportet ergo ne dicatur,q; curatio non est iuuatiua: immo euacuetur illud etiam cum clysteribus.Et q̃nq; est illud ventositas sola quam significant significationes ventositatis.Quare oportet vt administretur clystere,quod confortatiuũ est mẽbri, & resolutiuum ventositatis cum calefactione subtili.Et fortasse sufficit tunc bibere cõfectionem fortem calidam,sicut theriacam,& similia.Et [i] q̃nq; sufficit ponere vẽtosas cum igne super locum doloris:Et q̃nq; sufficit semina potare resolutiua ventositatis. Et q̃nq; sufficit bibere vinũ calefactum.Et q̃nq; sufficiunt emplastra resolutiua:& fortiora eis [k] sunt rubificantia facta ex sinapi.Ipsa enim quandoq; resoluunt,& q̃nq; attrahunt materiã ad lacertos ventris.Et aqua thermarũ in dolore vehementi,q̃n cum ea fit balneatio,iuuat valde. Et aqua de sale ammoniaco est mirabilis in hoc absolute:& si non aliter,saltem bibita si toleratur eius potatio. Et similiter tina facta ex aqua in qua decoctæ sunt medicinæ resolutiuæ subtiliatiuæ.Et q̃nq; sufficit fricatio vẽtris subtilis, cum fricatione forti crurium.Et [l] q̃nq; commouet dolorem potus aquæ frigidæ:est.n.nocibilior res in hac ægritudine cum pauca intentione in sedatione sitis.Et vinum durum parum est melius ea: & calidum

A T.1.c.2.& Gal. 12.metho.c.7.h,& 2.loc.aff.c.4.g.h

B T.3.c.9.& F.13. t.1.c.36.& Gal.3.de sympt. cau.c.2.h

C Lib.1.F.4.c.30. & Gale.12. metho. c.8.c.d

D Gal. 12.meth. c.8.c.d

E Sera.t.3.c.32.& Gal.ibi. c.8.e

F T.3.c.12.& Gal. 12.meth.c.8.d.e

G Ras.21.con.t.1. c.2.208.4.

H Cap.1. & lib.1. Fen.4.c.5.

I Li.1.F.4.c.21.

K Ras.209.3.

L Ras.216.4.

calidum est magis sedatiuum doloris. Et nocibilior res istis est frigus, & aer frigidus: quemadmodum res magis iuuatiua eis est calor & aer calidus, & aqua calida. Et si causa fuerit frigus intestinorum, & fuerit mirac gracile, festinabit habenti ipsum colica omni hora. Quare oportet vt calefiat venter eius semper, & expellatur ab eo frigus cum eis, quæ cooperiunt ex pellibus: & stringatur super eum ex eis: & vnctiones ex oleis calidis, & embrocæ quas dicemus sunt in ea iuuatiuæ. Et quandoque necessariæ sunt vaporationes. Et quandoque necessarium est vt ponatur in oleis calidis castoreum & euphorbium. Et omnis colicæ frigidæ cuius causa est illud, quod diximus de effusione seu de portatione rei ad locum læsum, quare accidit tunc dolor: cura est euacuatio subtilis, separata, frequens, nisi sciatur, quod illic sit materia plurima. tunc. n. euacuatio facienda est. In [a] ea autem, quæ est secundum semitam effusionis, & generationis conueniens est, vt in potu detur cum paroxysmus est doloris, & in nocte vehementiæ eius aliquid, sicut pilu. de aloe, & pilu. de hiera, & pilu. compositæ de pulpa coloquinthidæ, & scamonea, & serapino, & aloe. Sumatur in potu ex quibuscunque earum fuerit ex aur. 5. vsque ad. ij. tertias aur. Ista. n. cum assiduantur aliquibus diebus, & rectificatur cibus, sanant. E

A Gal. 12. meth. c. 7. g. h. a

De canonibus proprijs colicæ ventosæ, quæ est ex eis, quæ sunt inter colicam frigidam. Cap. 3.

OPortet vt administrentur clysteria, & suppositoria, & emplastra, quæ dicemus. Et interdicatur cibus omnino, & si non plus, saltem duobus diebus, vel tribus.[b] Et dormiat quantum possibile est ei. Et studeat in eradicatione materiei ventositatis, cum clysteribus abstersiuis, & in calefactione membri intrinsecæ, et deforis secundum modum quem diximus ante. Si autem non timetur, quod illic sit humor, tunc calefac, quod vis, & vapora, quod vis. Et[c] stude etiam in positione ventosarum cum igne, absque incisione. Cumque natura fuerit obediens, tunc iuuetur fricando suauiter locum doloris, & inungendo cum eis, quæ sunt sicut oleum sambacinum, & oleum de nereide, & oleum de alben calefacta, & vaporando cum milio, & sale calefacto, secundum quantitatem quam vides conuenientiorem. Et experire figuram dormiendi: scilicet resupinationem, & dormiendi super ventrem, quæ earum sit conuenientior, & magis expellens ventositatem. Et ex eis, quæ bibita conferunt, est vt in potu[d] detur carui, & semen rutæ in aquis de seminibus: aut in vino antiquo, aut in aqua mellis, aut cum penidijs. Et[e] quandoque datur in potu philonium in hac hora, & euadere facit. F

B Ras. 21. cont. t. 1. c. 2. 209. 3.

C Ras. ibi. 215. 4.

D Ras. 216. 2.

E Ras. 213. 3.

De compositione solutiuorum eius, qui habet frigidam colicam ex ventositate, aut materia phlegmatica, & de quibus fiunt clysteria. Cap. 4.

COmpositio clysteris educentis phlegma & fæcem. Recip. tribulorum, polypodij, fœnugræci, cartami, seu eltem partes æquales, turbit pondus. ʒ. ij. & pulpæ coloquinthidæ sanæ, non contritæ aur. 5. ficus. x. numero, seminis lini, seminis apij, anisi, centaureæ minoris, granorum kerua contusorum, & violarum omnium ana. ʒ. v. & rutæ. M. i. foliorum caulium. M. i. decoquantur in aqua plurima suauiter, donec redeat ad paucam, & confricentur manibus, & colentur: & sumantur ex ea circiter. ʒ. c. & dissoluantur in ea casiæ fistulæ. ʒ. vij. & zuccari rubei. ʒ. vij. serapini, bdellij amborum ana. ʒ. i. baurach aur. i. olei sisamini. ʒ. xv. & clysterizetur cum ea. Et quandoque ponitur in ea aliquid de felle tauri. Et clystere educens phlegma viscosum sumatur commistio illius clysteris, & ponatur in ea de pulpa coloquinthidæ plusquam illud, & sumantur granorum alkerua. ʒ. v. fiat emulsio vel expressio ipsorum in aqua lebleb, & effudatur super illud a quo colatur clystere primum, & ponatur in ipso loco casiæ fist. & zuccari pondus. ʒ. xv. mellis, & sit oleum eius oleum cartami, & ponatur in ipso tantum de opoponaco, quantum est serapinum. s. pondus. ʒ. i. & administretur. Et quandoque ponitur in ea oleum de kerua. Et multoties quidem sunt contenti decoctione seminum & hasce, & origani, & hyssopi, & cymini, & petrosel. & se. rutæ, & polypodij, & centaureæ, & calamenti, & aniudem: deinde addatur in ea succus cucumeris asinini prope vel circa. ʒ. 5. & fiat clystere cum ea, aut decoquantur cum ea cucumeris asinini radices, & aliquid de pulpa coloquinthidæ, & dissoluatur in ea serapini, & opopanacis, & bdellij omnium ana pondus. ʒ. i. & fiat cum ea clystere. Et multoties quidem decoquuntur istæ medicinæ in oleo: aut in oleo calido & cum eis fit clystere. Et multoties quidem fit clystere cum syrupis acetosis incisiuus. Compositio syrupi acetosi cum quo clysterizantur habentes colicam. Recip. aceti kist. i. & mellis kist. i. pulpæ coloquin. aur. iij. & piperis. ℥. i. zinzib. ℥. ij. & seminis rutæ hortulanæ, & amomi, & keilim, & anisi, & epithymi omnium ana aur. iiij. cymini carmeni aur. ij. seminis anethi aur. ij. & polypodij. ℥. i. contundantur illa omnia, & decoquantur in aceto & melle donec remaneat medietas: deinde coletur, & fiat clystere cum eo. Et quandoque ponuntur in ipso aniudem & amylum, sed nos innuimus ad huiusmodi regimen. Descriptio clysteris doloris sedatiui quorundam antiquorum bonum. Recip. aloes, & castorei, & storacis, & glutinis alimbat, omnium ana ℥. i. succi buchor mariæ recentis. ℥. ij. opij. ℥. i. & 5. reseruetur, & administretur cum necessitas est ex eo quantitas fabæ: & ponatur in quibusdam clysteribus. Et quandoque ponitur in quibusdam oleis & pinguedinibus dissolutis, et clysterizatur cum eis. Et quandoque clysterizatur cum clysteri forti cum fæx est inobediens cum phlegmatibus vehementis viscositatis vltima in virtute, & in inobedientia. Quare oportet vt fiat clxstere cum aqua alasnan humidæ de qua sumatur lib. 5. cum. ℥. i. olei sisamini, &. ʒ. v. baurac.[e] Et fortius hoc est vt sumantur [f]†{ }alscebram & folia almezerion, & cordumeni excorticatum, & buchormarien, & artanita,[g] †{ }& cortices coloquinthidæ, & eius pulpa, & cucumer asininus, & turbit, & polypodium. & coquantur omnia in aqua secundum descriptionem qua est in suo simili: & projciantur super eorum decoctionem oleum de kerua, & mel, & fel[h]†{vaccinum,}& clysterizetur cum ea: & ponantur istæ medicinæ in oleo calido, & fiat clystere cum eis. G H

E Ras. 21. cont. t. 1. c. 2. 210. 4.
F † semina
G † & meliloti,
I † taurinum,

Et cum

A Et cum clyſtere fit ex oleo cucumeris aſinini qñq; extrahitur phlegma viſcoſum, cum mora fit ſuper clyſtere horis aliquibus. Et ſimiliter oleum de raphano, & oleũ alkelkelangi. Et qñq; eſt neceſſarium cum vehementia eſt doloris vt ponantur in his clyſteribus, aſſa, et ammoniacum, et fimus columbinus proprie cum eis, quæ calefaciunt membrum: et euphorbium in quibuſdam horis, et fit clyſtere qñq; cum kitran conquaſſato in aqua mellis plurimorum aleſiniati, et ſedatur dolor. Et ſuccus buchormariẽ eſt mirabilis valde. Et qñq; neceſſaria ſunt ſcammonea, et euphorbiũ, et alia. Et laudauerunt quidam medicamen noiatum daneb alfar id eſt medicamen caudæ muris, q; cum ponitur in clyſteri fit eo iuuamentum. Et quandoque fit clyſtere ex pondere. ʒ. ij. caſtorei cum oleo. Et iterum ſumatur picis quantitas. iij. ʒ. ſuper quam fundatur vini, & olei rutacei, & butyri omnium ana ſacraiati. i. & adminiſtrentur. Et quandoq; ponuntur in clyſteribus fortibus folia fici & cortex arboris eius.

De compoſitione medicinarum bibitarum ſoluentium phlegma, de pilulis fortis iuuamenti. Cap. 5.

A Lib.5.Fē.1.t.9. DE illis ſunt pilulæ aſcebram cum ſerapino. Et iterum pilulæ de ſerapino cum ſecacul, & [a] pilulæ de ſerapino cum harmel. Et iterum ſumantur turbit, & aloes ſucco trenſis, & pulpæ coloquinthidæ partes æquales, ſcãmoneæ tertia partis. conficiantur cum melle diſpumato: & informent̃ ex eis pilulæ. Pilulæ bonæ ad phlegma. Recip. pulpæ coloquinthidæ danich. i. & turbit. ʒ. i. B & ſucci cucumeris aſinini danich. 5. & caſtorei danich. i. zinzib. danich. i. hieræ picræ põdus. ij. tertiarum. ʒ. i. Et ſi fiant fortes cum ſcãmo. erit bonũ. Reliqua autem ſolutiua ſunt, ſicut electuarium eleſchof & electuarium de dactylis & ſeriaran, & picra cõfortata cum pulpa coloquinthidæ: & fit cum ea oleum de kerua, & ſicut diacydonitem. Et qñ permiſcetur fæx, & phlegma ſimul, & ſi fuerit fæx plurima ſquibaloſa nõ obediens, requirit neceſſitas adminiſtrationem ſolutiuorũ fortium B Raſ.21.con.t.1. c.2.109.2. de quibus ſunt pilul. hmõi. [b] Recip. euphor. & granorum almezerion mundatorum, & ſcãmoneę partes æquales, & ſit doſis earum. ʒ. i. Solutiuum aliud forte. [c] C Raſ.ibid.110.4. Recip. caſitium. i. fimi columbini, et M. i. anethi, & durach. i. & vas paruum aquæ, & decoquantur vſq; ad medietatem: & dent̃ in potu ex ea. ʒ. ij. & eſt vehementis fortitudinis, & vehementis timoris. Et omnium lacticiniorũ lac reſoluit colicã: ſicut alhaya, & ſicut alſcebrã & ſimilia: & noiantur grana eius grana aldarath, et ſicut ſpecies lacticiniorũ ſuper quã fit auricula muris ſimilis maioranę magnorũ foliorum: & cũ ea curatur punctura ſcorpionum, & habet lac plurimum: & iam diximus eam in medicinis ſingularibus.

De ſuppoſitorijs fortibus, educentibus fæcem plurimam cum phlegmate viſcoſo. Cap. 6.

D Raſ.21.con.t.1. c.2.108.4. DE eis eſt, vt quæratur [d] ſal petroſus, & ſupponatur ex eo glans. i. Et oportet vt ſit longitudo eius. vi. digitorum, & ex eis eſt glãs magna facta ex ſtercore muris, & fiat tenta ex raphano, E Raſ.ibi.109.2. & liniatur cum melle, & ſupponatur. [e] Aut glans ex melle permiſto cum pulpa coloquinthidæ: & C [e] glans ex cucumere aſinino, & pulpa coloquin. & felle vaccino, & nitro, & melle. Aut pulpa colo F Raſ.214.3. quinthidę cum penidijs lapidoſis ſolis, & [f] iterum pulpa coloquinthidæ, & [f] ſarcocol. cũ penidijs. Et iterum mell. & tereniabin, & pulpę coloquin. & ſalis naptici partes ęquales. Et iterum res cõis phlegmaticæ, & ei quæ fit ex fæce, & ventoſæ. Recip. pulpæ coloquin. caſtorei amborũ ana quantum eſt nucleus oliuæ, & kitrã cochlearia. ij. adminiſtretur cũ aliquantulo melle, & ſucco buchormariẽ. Et eſt forte valde, quod neceſſarium eſt cum nihil valet. Et multoties quidem neceſſarium eſt cum nihil valet, adminiſtrare ſcammoneam, & ſemen vrticæ, immo euphorbium.

De compoſitione clyſteriorum ad ventoſitatem. Cap. 7.

CLyſtere bonum. Recip. alhaſce, hyſſopi, rutæ ſiccæ, origani, & ſuaſera & acori, & ſeminis rutæ ſe. agni caſti, granorum alkerua tritorum, chamæmillæ, tribulorum, centaureæ, anethi, ſeminum trium, & aniudẽ, & petroſelini partes æquales decoquantur in ſucco rutæ, & calamenthi decoctione vehementi in ſucco plurimo donec redeat ad parum: deinde ſumantur olei pars. i. & ſucci decocti partes. ij. decoquantur donec remaneat oleum ſolum, deinde ſumatur ex eo quantitas clyſteris. i. & ponantur in ipſo adeps anatis & caprarum, & aliquantulum opopanacis & ſerapini, & fiat cum eo clyſtere. Et ſi accipiatur ſuccus ipſe, & diſſoluantur in ipſo gummæ prædictæ cum adipibus ſuis, & ponatur in ipſo pondus. ʒ. x. mellis, & fiat cum eo clyſtere, erit iuuatiuum. D Et intromiſſio caſtorei, & aſſæ in clyſteribus eorum, eſt iuuatiua valde. Et quandoque fit clyſtere ex pondere. ʒ. xx. olei in quo diſſolutum eſt pondus. ʒ. x. ſtoracis liquidæ, & eſt iuuatiuũ. Et quandoq; fit clyſtere ex baurach plurimæ reſoluto in ſucco rutæ. Et ſit ſumma eius vltima vſq; ad. ʒ. x. & ſalis vſq; ad. ʒ. xv. Et quandoq; clyſterizantur cum oleo rutaceo, & oleo de nereidem, & oleo chamæmelino, & oleo raphanino, & oleo de kerua.

De compoſitione ſuppoſitoriorum ad ventoſam. Cap. 8.

G Raſ.21.con.t.1. c.2.111.2. C [g] Onteratur ruta cum aqua mellis, donec fiat ſicut illud, de quo fiat linimentum: & ponatur cum ea quantum eſt ipſius medietas de cymino: et quantum eſt quarta pars eius de nitro, et ſumatur ex ea glans, cuius longitudo ſit. vi. digitorum: et iterum ſuppoſitorium, quod fit ex ſemine rutæ cum caſtoreo, cum melle, et felle vaccino, et baurach, de vnoquoq; quorum ſit. 5. aur. Et iterum ſerapinum, et bdellium, et baurach, et coloquinthida, et althæa, fiat ex eis glans.

De clyſterijs & ſuppoſitorijs habentium frigus inteſtinorum abſque materia. Cap. 9.

CLyſteria vero eius, qui habet colicam ex complexione frigida ſine materia et ſuppoſitoria eius, ſunt ſicut clyſteria habentium colicam ventoſam, et ſuppoſitoria eorum. Et qñq; iuuat

eos

eos alkitram solum,cum fit clystere cum eo pondere.ʒ.ij. in oleo. Et similiter iuuat eos fimus columbinus solus,cum ex eo fit clystere in succo calamenthi, & oleo de kerua. E

De tina,& balneis,& embrocis. Cap. 10.

TIna vehementis iuuamenti est in doloribus colicę.Et proprie cum est plena aqua,in qua decoctæ sunt medicinæ colicæ.Ipsa.n.sua caliditate acquisita ab igne,et virtute sua acquisita à medicinis resoluit causam apostematis,et humiditate sua cũ caliditate mollificat membrũ. Quare alleuiat carminationem causæ facientis dolorem,et mollificat lacertum ani.Et illud est ex eis,quæ iuuant ad expulsionem retenti:veruntamen tina facit accidere angustiã,et syncopim propter hoc ꝙ mollificat de virtute.Quare oportet vt vtatur ea debilis ẽm cautelam,et sint ei proxime,cum ea vtitur,ea quæ confortant virtutem de odoribus fructuum,et aromatum,et alkiardanegi, et panis calidi,et ea,quæ delectant eum in quibus quiescat,et studeat,vt nõ cooperiat aqua pectus eius, et cor ipsius.Et [a] aquæ quidem thermarum vehementer cõferunt colicæ frigidæ, cum sedent in eis: sicut melius est eis vt non approximent aquis dulcibus. [b] Cumq; aliquod vasorum impleẽ aquis thermarum,aut aquis in quibus decoctæ sunt medicinæ colicæ,et in fundo eius separantur foramina plurima,quæ forsitan non sentiuntur propter suam stricturam,et resupinatur æger:et eleuatur vas ab eo vsq; ad quantitatem staturæ,et dimittitur ita,vt distillent ex eo super ventrem ipsius stillæ frequentęs,est valde vehementis iuuamenti. F

A Raſ.21.con.t.1. c.2.209.a.
B Raſ.ibi.209.1.& 213.3.

Sermo de qualitate clysteriorom,& instrumento eorum. Cap. 11.

MElior quidem cannæ clysteris figura quam antiqui dixerunt est vt sit circulatio vel concauitas cannæ eius diuisa per tertiam et duas tertias,et sit positum inter vtranq; intermediãs de corpore de quo facta est canna:et sit consolidatum cum canna cõsolidatione vehementi:et fiat intermedians inter partes eius diuersas.Et sit vter decenter aptatus vel ligatus in orificio partis, quæ duarum partium maior est,et sit orificium partis minoris apertum.Et qñ vter decenter aptatus est super vtranq; partem cannæ obtura caput vel orificium partis minoris cum ligamento forti,vt non ingrediatur ipsam aer,et sit ei sub vtre in loco,qui non ingreditur anum,meatus ꝑ quem egrediatur ventositas.Cum.n.administratur hoc clystere,et cõmouetur cum fortitudine ventositas retrocedit ventositas & egreditur ex parte,qua non ingreditur clystere, quare remanet clystere remanentia vel mora bona:qm̃ ventositas est illa per quam fit retrocessus ad exteriora, & facit necessitatem surgendi ad scellam cum velocitate. Amplius oportet vt consideres si dolor est decliuis ad partem dorsi,clysteriza ægro resupino. Et hoc est melius ei cui colica est cum cõitate renum.Et si est decliuis ad anteriora,clysteriza eo iacente super ventrem. Et oĩo clystere, quod fit iacenti super ventrem magis facit peruenire enema ad inuolutiones intestinorum. Et qñq; fit clystere alicui iacẽti super sinistrum.Et eleuatur qñq; ancha cum puluinari,& subleuatur pes dexter G ponendo ipsum super pectus,& deponitur sinister in plano:cum ergo clysterizatus est,redeat super dorsum suum.Et similiter oĩs qui clysterizatur.Et ex hoĩbus est aliquis,qui non indiget hoc. Et ex hoĩbus est,cui rectius est vt intromittat annularem in anum suũ multoties,qui iam sit inunctus cum cerato,donec dilatetur,& decenter aptet in eo cannam.Et de hoĩbus est,qui non ĩdiget hoc.Cum ergo vis clysterizare,fac quod tibi videtur ex hoc,deinde inunge cannam, & anum cũ cerato,& impelle ipsam in eo impulsione nõ inueniente prohibitionem ab intestinis, immo cum hoc non pertranseat intestinum rectum: & cum accidit hmõi non ingreditur clystere : cum ergo æquatur canna in loco suo effunde enema in vtrem, deinde exprime ipsum vtrisq; manibus tuis expressione bona continua,quę non sit cum labore:nã multoties impellitur enema in hmõi, vsq; ad longinquum,vltra locum necessitatis.Et rectius quidem est in hmõi: & cum fit impulsio enematis ad superiora,vt trahantur capilli capitis,& effundaẽ aqua frigida super faciem, & adiuuetur ad attrahendum enema ad inferiora.Et scias,ꝙ qñ enema administratur,et non descendit,non est excusatio,quin administrentur suppositoria,vt deponant ipsum cum ęgritudine:& cum hoc non oportet,vt sit impulsio enematis cum illa facilitate,& non cõsequatur enema locum necessitatis. Cumq; enema stimulat,& facit angustiam,& declinant ad egrediendum, non prohibeas ab hoc, immo reitera ipsum statim,sicut est.Et oportet ne æger clysterizetur,donec sternutat, aut tussit. H Et scias,quod enematis æqualis quantitatis iuuamentum,nõ consequitur intestina superiora. Et quando est plurimum multiplicatur nocumentum eius,& timetur ex nocumento ipsius.Et spissum adhæret,& efficit nocumentum plurimum,& subtile non confert:& est in iudicio paucitatis.

De cura facta ab apostemate frigido. Cap. 12.

IN facta quidem ab apostemate frigido,& est parũ valde,ex curationibus bonis est, vt [c] fumanẽ olei laurini & olei de oliuis,& adipis anseris,partes æquales,est enim mirabile: Et conferunt ei emplastra facta ex abrotano,& anetho,& squinãtho,& meliloto,& reliquis medicinis quibus curanẽ apostemata frigida ex eis,quæ sciuisti in omni loco.Et ex eis,quæ conferunt ei valde, est emplastrum de abrotano,factum cum bitumine iudaico.

C Cap.19.& Raſ. 21.pt.t.1.c.2.213.4.

De regimine dandi in potu oleum de kerua in curatione colicæ frigidæ,eis qui consueuerunt. Cap. 13.

OLeum [d] de kerua est ex rebus magis iuuatiuis eis,cum mensuratur ẽm necessitatem in hora sua,& cum seminibus:ipsum.n.non datur in potu,nisi postq̃ mundificatum est corpus cum eis,quæ sunt sicut pilulæ de serapino,aut aliæ.Et datur in potu die primo,pondus.ij.auẽ.in die secundo additur medietas aurei,& sic additur in omni die auẽ.medius,vsq; ad septimũ:deinde non

D Raſ.21.con.t.1. c 2.210.4.

malum

A malum est, vt dimittatur paulatim donec iam peruentum sit ad .ij. auř. & est ei, vt stet apud .vij. Et quoties effunditur super semina misceatur cum eis vehementer cum instrumento miscēdi. Et est necessarium in oī die potationis eius, vt tardetur cibus per spatium, quod est inter sex horas vsq; [a] circiter .x. horas, & vsquequo non sentiatur in eructuatione odor eius, deinde cibetur sup ipsum cum alesfidabegi: & si appetit acetositatem, tunc cum zehirbeget: & potus eius sit aqua mellis. Et [a] oportet vt conseruet dentes suos post potū eius, ita vt fricet eos cum sale assato, deinde sequatur ipsum oleū ro. purum cū quo fricentur. Cumq; expeditus fueris ab administratione eius, bibatur post ipsum hiera picra confortata cum pulpa coloquin. & similibus: aut non confortata si non est illud necessarium. Et [a] hiera quidem picra expellit nocumentum eius à capite, & oculo.

A Ras. 21. con. t. 1. c. 2. 110. 4.

Modus medicinarum conferentium habentibus colicam frigidam secundum semitam digestionis & rectificationis, & proprietatis non secundum semitam euacuationis. *Cap.* 14.

IStæ medicinæ sunt potationes, & emplastra, & vaporationes, & vnctiones. Et ingenia alia: Et ex eis, quæ bibuntur est allium: [b] allio. n. inest proprietas bona in sedādo dolores colicę frigidæ, cum hoc, quod nō inest ei vis faciendi sitim, sicut cepæ. Et qñq; sumit ex eo colicus, cum sentit initium colicę: & dimittit cibum oīno, & vltimat se in exercitio, et non comedit aliquid, immo firmatur & expectat super potum vini puri & confert, & sanatur. Et ex ebibitis sedantibus dolores, est B vt in potu dentur absinthij, et cymini partes quales. Aut detur in potu herba opopanacis sola, aut cum cymino. Aut sumantur anisi, & piperis, & castorei partes æquales, de quibus in potu deť. ʒ. i. & .5. Aut detur in potu sagzenea, diacyminum, & theriaca si non fuerit in hoc prohibitorium pręsens. Et castoreo in colica inest operatio mirabilis. Et ex eis, quæ experta sunt est vt in potu dětur radicis lilij. ʒ. iiij. in aqua decoctionis prasii, aut in aqua casei, & lilij ipsius hæc quantitas. Et iterū dentur in potu nasturtij. ʒ. v. in aqua penidij petrosi: & ℥. i. olei sisamini. [c] Et iterū corticis [d] †{algarab}. ʒ. iiij. zinziberis. ʒ. iij. & nucis, & dactylorū, amborū ana. ʒ. vi. cū aquæ dulcis kist. i. terant me dicinæ, & decoquanť in aqua, donec remaneat tertia, & fiat motus eius cum ramis rutæ: & dentur in potu omni die. ℥. ij. Et [e] sumantur etiā cortices algarab, & radices eius & rami rutæ, & zinziberis, & decoquanť in aqua, quę sit quadrupla eorū donec remaneat tertia, et deť in potu ex ea omni die pondus. ℥. ij. fiat illud tribus diebus, & dimittať tribus diebus. Et oportet qñ in potu daťaqua mellis, vt sit vehementis decoctionis: debilis. n. decoctionis facit possidere inflationē. Et illud cui inest operatio proueniens à proprietate sua, [f] est ius [g] †{alhudud,} & corpus eius. Et [h] iterū lumbrici terreni exiccati, sunt iuuatiui, fm quod diciť in doloribus colicæ. [i] Stercus aūt aldib, quod fit ex ossibus, quę comedit: & eius signū est vt sit album in quo color alius non permisceť, & proprie illud, quod eijcit sup spinas, est res magis iuuatiua: et dať in potu in vino: aut ī aqua mellis, aut lam- C bitur in melle lambitionibus: postq̄ cū eo conficiť fm descriptionē: aut fit aromaticum cum sale, et pipere, aut cū aliqua sperum. Et si inueniť in stercore eius os, sicut est, est mirabile etiā. Et diciť, ꝙ eius suspensio est iuuatiua, nedū potus eius. Et præcipiunt, vt suspendať in pelle nemer, aut cerui, aut lana arietis, quā cepit aldib, & euasit ab eo. Et [k] Gal. quidem testaťiuuamentū eius suspensi: & & si non in alio, saltē in argento. Et dictū est, ꝙ corpus intestini aldib, cum exiccatur, & teritur, est magis vltimū in iuuamento, q̄ stercus eius, & illud qdem non est longinquum. Et ex eis, quæ currunt hoc cursu, sunt scorpiones assati: ipsi nanq; vehementer valent colicæ. Et oportet vt experiatur illud, super colicā veram, ita vt non sit experimentum eius super colicā mendosam. Et est vltimū ad lapidem renū per se, & in colica per accidens. Et ex eis, quæ laudantur in doloribus colicæ, & vehementia doloris, est, vt in potu [l] detur cornu cerui adustū: & dicunt, ꝙ sedat dolorē statim.

B Gal. 11. meth. c. 8. e

C Gal. 9. de medi. cpōne fm loc. c. 4. 202. e

D† salicis,

E Gal. ibidem. e

F Ras. 21. cont. t. 1. t. 1. c. 2. 209. 1.

G† vpupę,

H Ras. ibi. 213. 3.

I Gal. 10. de simpl. medi. fac. fo. 76. c. d

K 10. de simp. medic. fac. fol. 76. d, & de incāta. fo. 182. b, & Ras. 21. conti. t. 1. c. 2. 211. 3.

L Ras. 214. 3. & 216. 4.

De emplastris colicæ frigidæ. *Cap.* 15.

EMplastra vero alia sunt emplastra in quibus est solutio aliqua, sicut emplastrū factum ex pulpa coloquinthidæ, cū medulla cartami: & emplastrum factum ex felle vaccino, & pulpa coloquinthidæ, & similibus. Et alia sunt emplastra quibus nō intenditur solutio, sicut emplastratio ex semi. vrticæ cū medulla cartami. Et emplastratio ex seminibus, & herbis prædictis, quę ponuntur in clysteribus. Et fiunt eis emplastra ex granis lauri, solummodo. Descriptio emplastri. Recip. ce- D ræ carmet. viij. glutinis alimbat carmet. vi. turbit carmet. iij. staphysagriæ carmet. i. & .5. pyrethri, sampsuci, bacarum lauri, semi. vrticæ, lupinorum siccorum, pulpæ coloquinthidæ oīum ana carmet. i. & .5. scāmoneæ. ℥. i. & carmet. iij. fellis tauri quantum sufficit olei laurini quantū sufficit fiat ex eis linimentum spissum. Et iterum ellebori, se. vrticæ, absinthij omnium ana pars. i. fellis tauri, ceræ, amborum ana pars. 5. adipis anseris partes. iij. liniatur ab vmbilico vsq; ad radicem virgæ. & si ponatur in ipso [m] †{maudana} est melius. Et quandoq; additur in ipso cortex æris.

M† cataputia

De vaporationibus colicæ frigidæ. *Cap.* 16.

VAporationes qdem sunt, sicut miliū, aut panicum assatum: aut factū ex seminibus, & herbis prędictis in ca. clysteriorū, contritis, calefactis, confectis, aut infusis in oleo calefacto. Ex vnctionibus vero est oleū cucu. asinini, & ex eis est oleum sinapis. Et ex eis est quodcunq; oleum vis ex oleis calidis, postquam in ipso ponuntur castoreum, & euphorbium secundum necessitatem.

De cura colicæ cholericæ. *Cap.* 17.

HAec secundum veritatem oportet, vt numeretur de [n] capitulo punctionis, verum nos procedimus fm consuetudinem in ipsa, & qm̄ est ex summa dolorum huius intestini. Et qñq; quidem erratur in curatione eius maximo errore: & administrantur subtiliatiua, & calefactiua.

N T. 1. c. 1. 2. 3. & Gal. 11. meth. c. 7. a

Et

Et leuior hac est in qua est humor effusus in spatio intestini: & non cum illa imbibitione totali. Quare sufficit in curatione eius æquatio complexionis, & humorũ, & administratio ciborum frigidorum [a] humectatiuorum, aut prunorũ perforatorum cũ acu, infusorum in iuleb de quibus sumantur. xx. numero. Et silr̃ soluitur materia cum eis, quæ sunt, sicut infusio [a] prunorum cũ [a] chrysomelis: & sicut cum aqua granatorũ: & sicut cum tereniabin, & siracost: & sicut cũ pauca scãmonea cum iuleb: & sicut cum violis, & syrupo eius: & troc. ipsius, et rob eius. Et q̃nq; sufficit laborare in ipsa, vt sumatur expressio cartami cum lacte fici. Aut sumat̃ oleum de aqua ante cibũ: aut sumatur sicla decocta cum oleo, & almuri. Et q̃nq; requirit necessitas, vt administretur clystere ex aqua volubilis cum baurach, & violis conditis oleo viol. aut aqua hordei cũ oleo viol. & baurach. sed humor imbibitus indiget eo, quod est sicut hiera picra. ipsa. n. est medicina magis iuuatiua ei: & scammonea cum pilulis de aloe. Et ex clysteribus clystere modi huius. Recip. tribulorũ. ʒ. xxx. & foliorũ siclę. M. i. & violarũ. ʒ. vij. & fœnugręci, & cartami, & radicis fœniculi, & granorũ melonis cõtritorũ, oĩum ana. ʒ. v. & seuestẽ. xxx. numero, & tereniabin põdus. ʒ. xxx. casiæ fistulæ. ʒ. x. decoquant̃ oĩa ẽm q̃ conuenit in simili eius. & colent̃ & ponat̃ sup eam almuri. ʒ. xij. & zuccari rubei. ʒ. xij. & aloes aur̃. i. & baurach aur̃. i. & administret̃. Et conuenit in hoc capitulo ẽt dare in potu stercus aldib, et ponere ipsum in clysteribus. [b] Et narcotica sunt conuenientia in hoc loco, q̃m ipsa cum sedatione doloris, q̃nq; sedant acuitatẽ materię facientis dolorem, et rectificant ipsam. E F

A Ras. lib. diuis. c. 69.

B Ras. 21. cont. t. 1. c. 2. 216. 3.

De cura colicæ factæ ex retentione choleræ. Cap. 18.

CVra eius est, vt aperias vias choleræ cum eis, quæ scis de illis, aliquid, quę innuimus in [c] capitulo icteritiæ: deinde administra res in quibus est abstersio, et penetratio [d] sicut medullã cartami cum ficubus: et sicut confectio galangæ, et quandoq; sufficit in ea præmissio siclæ elixatæ, et conditæ cum oleo aquæ, et [d] almuri, et [d] sinapis super cibum.

C Fen. 15. t. 1. c. 6.
D Ras. lib. diuis. c. 69.

De cura colicæ apostemosæ calidæ & frigidæ. Cap. 19.

IN facta quidem ab apostemate calido oportet vt euacuetur [e] sang. per phlebotomiam basilicæ, si ætas, & dispositio, & virtus, & reliqua necessaria cõsentiunt in ea, aut faciunt eã necessariam. Et si fuerit apostema vehemẽtis magnitudinis, & peruenit ad hoc vt cõicent ei renes, & [e] retineatur vrina, oportebit vt fiat phlebotomia ex saphena etiam post basilicam: & incipiatur in curatione eius in primis ab acceptis frigidis humidis: sicut aqua citrolorum, & mucilagine psyllij, & quæ sunt similia illis, præter cucurbitam: inest. n. ei proprietas mala in ægritudinibus intestinorum. Et ex illis est, vt sumatur se. psyllij. ʒ. iiij. & olei rof. boni. ℥. i. & conquassentur cum. ℥. ij. aquę, & bibantur, vt leniatur natura. Aut aqua granarorũ duorum: aut aquæ foliorum althææ: & aqua endiuiæ, & aqua solatri. Et q̃nq; ponuntur in hmõi siracost, & casia fistula & bibuntur. Et cum necessaria sunt in hmõi dispõne clysteria, clysterizetur ex aqua hordei cum aliquantulo casiæ fistulæ, & siracost. Et si in aqua hordei decoctę fuerint seuestem & viol. erit magis conueniens. Et si permisceat̃ cum aqua hordei, aqua solatri, & alkekengi, erit vehementius conueniens. Et nos diligimus ad eã enemata cum lacte asinino in quo dissoluta est casia fistula: & est oleum eius oleũ amyg. & oleum sisaminum. Et q̃nq; inuenis materiam cholericam & acuitatem plurimam, quare indiges tunc vt soluas cum eis, quæ sunt sicut scãmonea, & aloes ẽm singularitatem: deinde perueni ad infrigidandum, & humectandum, & cura sit ẽm apostema vt sit illud magis conferens, & magis iuuans. Et q̃n pertransit hæc infirmitas hunc locum, & apparet lenitas pauca: tunc necessarium est vt ponas in clysteribus aquam hordei, folia althææ, & semen lini, & aliquid de virtute fœnugræci, & chamęmillam, & anethum, & caules: aut succos eorum: aut olea eorũ: et pone in ea triplicatum succi vuę, & casiæ fistulæ. Et silr̃ pone in eo, quod bibit, ad soluendum zuc. ru. & pone cibum eorũ aquam ciceris decoctam cum hordeo excoriato, & detur eis etiam in potu aqua fœniculi. Emplastra vero ẽm horam sint ex ipsis, ex quibus fiunt clysteria ẽm illam horam. Incipe igitur in primis cum emplastris infrigidantibus, & sit in eis lenificatio quædam, sicut sunt violæ, & sicut semen lini: deinde declina ad lenificatiua plus, sicut est chamæmilla. Et vnguẽta composita ex eis, quæ sunt, sicut oleũ rof. cum oleo chamæmillino, & mastice, & adipibus. Cũ ergo subleuatur, paulatim ponantur in eis gũma albotim, & fœnugræcũ, & pix. Ex curationibus vero bonis factę ab apostemate frigido, & est parũ valde, est [f] vt sumatur olei laur. pars. i. olei de oliuis pars. i. & adipis anseris æqualiter pars. i. est. n. mirabile. Et iuuant emplastra facta ex abrotano, & anetho, & squinantho, & meliloto, & reliquis medicinis, quibus curantur apostemata frigida de illis, quæ sciuisti in omni loco. Et ex eis, quæ valde conferunt ipsi, est emplastrum de abrotano factum cum aspalto. G H

E Paul. lib. 3. c. 43.

F Cap. 12. & Ras. 21. cõt. t. 1. c. 2. 213. 3.

De cura colicæ melancholicæ. Cap. 20.

OPortet vt euacues melancholiam cum eis, quæ sunt sicut [g] decoctio epithymi, & pilulæ de lazulo, & similia: deinde sequere cum pilulis de ascebram, & serapino. Et si necessaria sunt clysteria, ponantur in eis polypodium, & epithymũ & stichados, & ponatur in clysteribus, & suppositorijs lapis lazuli contritus sicut puluis, aut lapis armenus. Et quandoq; ponitur in eis clystere cortic. rad. mori: & emplastretur venter eius, & euaporetur eum eis, quę sunt sicut grana nigellæ, & alharmel, & origanum, & chamæmilla decocta in aceto.

G Ras. lib. diuis. c. 69.

De cura colicæ factæ ex fæce. Cap. 21.

IN facta quidem propter cibos, si possibile est vt euomat residuum eorum in stomacho, faciat. Et declinetur cum cibo ad lubricatiua frigida, & calida: aut temperata secundum necessitatem.

Et lubri-

A Li.2. t.2.c.145. & c.296.& Ga.li.3. simp.c.15. b

A Et lubricantia sunt sicut iura pinguia:et proprie ius[a] galli decrepiti, qui fatigetur currẽdo donec cadat:et non remaneat in eo fortitudo,deinde decoletur, et incidat, et frangatur super ipsum ossa eius,et decoquant in aqua plurima valde,cũ sale,et anetho, et polypodio, quousq; dissoluatur in aqua,et remaneat aqua fortis,et sorbeat illud. Et qñq; ponit in ipso oleum de cartamo: et sicut ius de spinachijs,cum pullis pinguibus:et sicut ius de prunis,et alia. Et hæc lubricantia, aut educunt eam,aut leniunt ipsam,et currunt inter ipsam et corpus intestinorũ,et separant inter ea,et præparant fæcẽ ad lubricitatem. Cũ ergo bibitur solutiuũ,aut administratur clystere,alleuiat exitus fęcis ex eo. Et administrentur clysteria leuia prædicta in cholerica. Et clystere ex succo siclæ,et violarũ cõtritarum,et almuri,et oleo sisamino,et baurach,sm q; docui ipsum. Et clystere ita factum.[b] Recip. siclæ.M.i.et furfuris pugillũ.i.et ficus.x.numero,aquæ lib.vij.et ponatur in ipso althææ albæ aliquid,et decoquantur donec redeat ad lib.i. et coletur et proijciantur super ipsam zuccari ru. ℥.x.et baurach aur.i.et almuri.℥.5.et olei sisamini.℥.5. et clysterizetur cum ea. Et iteretur clystere ipsum donec egrediantur omnes squibalæ,et clystere fiat sicut hoc clystere. Recip. tribulorum, et polypodij,et anethi,et cartami contriti omnium ana.℥.x.et pruna.x. numero, et ficus.x. numero, et viol.M.i.et turbit pondus.℥.ij.et sem.lini,et se.apij amborum ana.℥.iij.et tereniabin,et tamarindorum amborum ana.℥.xxx.et siracost,et casiæ fistulæ amborũ ana.℥.xij. et ramorum siclæ, et ra-

B Ras.t.9.c.71.

B morũ caulium,amborum ana.M.i.decoquant sicut cõuenit,et ponant super decoctionẽ eorum colatã muri et zuccari ru.amborũ ana.℥.xv.et baurach aur.i.et olei sisamini aure.x.et fiat clystere cum ea. Quod si res fuerit vehemens,et cũ huiusmodi clysteribus non iuuat, administrent clysteria fortia prędicta in capl'o cholicæ phlegmaticæ narrata: qm̃ ipsa sunt cõferentia phlegmaticæ,factæ cum fęce plurima:& ex eis est clystere de alusnẽ. Ea autẽ quę bibuntur sunt,sicut electuarium de dactylis,& electuariũ sceriarã,& electuariũ alascof,& diacydonitẽ. Et ista quidẽ nõ administrantur,nisi postq̃ non inueniuntur lubricãtia prędicta in capl'o colicę cholericæ fore plurimi iuuamẽti. Et ex eis quæ sunt inter virtutes duas,est vt sumat zuccari rub. & penidij resoluta in tanto oleo sisamino quantũ ipsa sunt, & bibantur. Et similiter decoctio ficuũ cum seuestẽ, quæ bibatur cum triplicato. Quod si non conferunt ipsa,neq; quæ diximus de electuarijs prædictis,tunc non est excusatio pilularum,& potionũ fortium in capitulo colicæ phlegmaticæ,narratæ ad hoc, q; ipsa sunt vehementis iuuamenti,ad retentionem vehementem phlegmatis,& fæcis plurimæ. Et ex bonis, & fortibus in hoc,est vt decoquãtur passæ,& seuestem, & casia fistula,sicut facit illud necessarium dispositio,& coletur aquositas eius,& ponatur in ea hieræ picræ pondus aur.i.cũ aliquantulo olei de kerua, & iterum sumatur hieræ picræ pondus drach.ij.cum pondere.℥.vij.olei de kerua, & bibatur in decoctione anethi.[c] Et iterum ille qui vtitur multa comestione pisciũ frigidorũ, et ouorũ

C Ras.21.con.t.1. c.2.110.4.

C elixatorũ superflue recipiat in modum suffuf rem plurimã salis: & bibat super ipsum aquæ calidæ quantitatem,quam põt: deinde exercitetur,& cõmoueatur labore aliquo, & fortasse soluet eum. Quod si causa fuerit vehementia raritatis corporis,& sudor aut caliditas ventris:aut siccitas oportebit vt administrẽtur curationes faciles prædictæ in capitulo colicæ cholericæ. Et est necessarium illis,& eis qui sunt ante eos, vt sumant ante cibum lubricantia, sicut pruna, & sicla condita cum oleo dulci,& almuri,& siracost, & ouis sorbilibus, & vua, & ficubus, & chrysomelis: & sumat almuri in ieiunio,aut oliuas aquæ in ieiunio. Et multiplicentur in cibo suo pinguia: & sorbeant ante cibum decoctiones caulium decoctorũ in carne agni pinguis,aut gallinæ pinguis.[d] Et si raritas fuerit in corpore superflua, inspissa ipsum cum oleo ros. & myrtino in vnguento, & in cerato positis. Et minora à balneatione,cum administratione reliqui regiminis prædicti,& ponatur balneatio eius cum aqua frigida.[e] Et si fuerit causa multitudo prouocationis vrinæ,extrahe fęcẽ cum eis quæ scis:deinde multiplicetur in accipiendo ea,quæ sunt sicut dactyli,& passæ dulces,& humidæ,& penidij,& omnia quæ minorant vrinam,& leniunt naturam.

D Ras lib.diuis. c.69.

E Ra.li. diui.c.69.

F Li.5.sũ.1.t.2.
G Lib.5.sũ.1.t.1.

De cura colicæ frigidæ factæ ex debilitate expulsiuæ. Cap. 22.

IN hoc modo cõferunt administratio confortantium, & theriaca, & mithridatum,[f] & theodoricon,[g] & sagzenea,[g] & diamarte, & administretur in solutione eius quod est sicut hiera picra cũ

D aqua specierum,& oleo de kerua,et oportet vt sit cibus eius de cibis bonis,sicut sunt alesfidabegi, & alzirbegi cum carnibus leuibus laudabilibus.

H Lib.5 sũ.1.t.2.
I Li.5. sũ.1. t. 10.

De cura colicæ factæ ex debilitate sensus, & eius ablatione. Cap. 23.

HVic generi confert sumere ea,quæ sunt sicut[h] logodion, & sicut anacardina, & alkandicon, & theriaca,& mithridatum. Et ex potibus sicut alcadicon,& almesusen,& vinum purum:et ex oleis bibendo & clysterizando oleum alkelkelangi, & oleum[i] alkerua, & oleum de costo proprie,& alkitran in oleo,& pix in oleo,secundum quod sciuisti in locis præteritis.

De cura colicæ factæ ex torsione. Cap. 24.

MElior cura eius est,vt sedeat vel iaceat in loco accommodato,& fricetur venter eius cum tactu subtili,æquali præparante intestina eius ad locum: & similiter inungatur dorsum eius, & stringantur crura eius fortiter valde.

K T.5.c.8.

De cura colicæ factæ à vermibus. Cap. 25.

OPortet vt scias illud ex sermone[k] nostro in vermibus,& curationibus eorum. Quod si fuerit super vmbilicum,tunc administrentur ea quæ bibuntur:& si fuerit apud vmbilicum, & sub eo,tunc fiant clysteria dicta illic.

De cura colicæ factæ ex ruptura. Cap. 26. E

CVra colicæ ex ruptura eſt rectificatio rupturæ.deinde regatur colica ipſa, ſi non remouetur per rectificationem rupturæ.

De regimine narcoticorum. Cap. 27.

IAm diximus in libro vniuerſali qualitatẽ neceſsitatis alienationis narcoticorũ. Quod ſi fortis fiat neceſsitas,& nõ ſit eorũ excuſatio,tunc cõuenietius eorũ eſt philoniũ, & cõfectiones, quas ego dicã in [a] antidotario,& oẽ narcoticum in quo recipit̃ caſtoreum. Et ex eis ſunt trochiſci aſtare quorũ deſcriptio Recip.croci,ſtoracis liquidæ,zinzib.piperis lõgi,ſe.hyuſquiami albi, oĩum ana ʒ.i.opij,caſtorei amborũ ana.ʒ.iiij.fiat ex eis pilulæ paruæ,& ſit doſis earũ ex duabus.iij.ʒ. vſq; ad ʒ.i.Medicamen bonũ.Recip.radicis pęoniæ,& croci,cordumeni,cyperi,oĩum ana. ℥.ij. foliorum mentæ ſiccæ,coſti,myrrhæ,piperis longi,amomi,ſpicæ indæ,oĩum ana.℥.iij.ſe.apij,aniuden, zinzib.caſiæ,carpobalſami oĩum ana.℥.iiij.opij,ſe.hyuſquiami, corticis mandragoræ oĩum ana.℥.i. mellis quantũ ſufficit,adminiſtret̃ poſt ſex menſes. Et iterũ adminiſtrentur quædã clyſteria nota, temperata,& ponatur in eis caſtorei.ʒ.5.& opij quantitas fabæ, & minus. Et quandoq; ponitur opium & ſimilia in oleis clyſteris,ad colicam. Et quandoq; ponuntur cum hoc ſerapinum, & aſſa & oleum balſami,& aliquid muſchi. Et quandoq; fit tenta linita ex opio, & caſtoreo diſſolutis in oleo de ſeminibus,& ſubmergitur in eis,& mittitur in anum:& ponitur ei fimbria fili, & dimittitur extra,& infunditur omni hora:& renouatur ſupra ipſum medicina. F

De cibatione colicorum. Cap. 28.

QVod oẽs habentes colicam cibo indigeãt lubrificatiuo,lenitiuo,eſt res in qua non eſt dubitatio. Sed & q̃ cõfortatiuo aliquo egeant,eſt res,quę eſt apud debilitatẽ apparentẽ,propter vehementiã doloris,& multitudinẽ euacuationis. Et cõfortantia quidem ſunt aquæ carnis decoctæ fortiter,& vitellus oui ſorbilis,& medulla panis diſſoluta in iure,& vino. Quod autẽ dimiſsio cibi penitus ſit iuuatiua colicæ phlegmaticæ,& vẽtoſæ,& alijs,eſt res currens curſu canonis. Et qñq; neceſſariũ eſt vt ponant̃ turbit,& ſcãmonea in iure eorũ,& in pane ipſorũ. Et oportet vt [b] ſit panis eorũ furfuraceus fermentatus nõ azymus. Et ſit ſpõgioſus vel mollis nõ denſus vel durus. Et cõferunt pluribus eorũ,aut nõ nocent,ficus,& paſſæ, & [c] †{algiemiz,} & muſa, & dactyli recẽtes oĩa iſta cũ ſunt dulcia,& melon vehemẽtis dulcedinis,& vehemẽtis maturitatis. Amplius cibi apoſæ,& cholericæ,ſunt lubricatiua frigida,ſicut aqua hordei,& ius de lentibus, & aleſfidabegi,& ius de ſpinachijs,ſi nõ timet̃ inflatio ſpinachiarũ:& ferculũ,quod fit de prunis,& ſilia. Ius aũt galli decrepiti,& alcanabir & [d] †{alfrach} eſt cõe ei,quæ fit ex fæce:& frigidæ cum ſpẽbus ſuis. Et non dat̃ licentia in carne galli decrepiti. In carne aũt [e] †{alcanabir} quidã licentiã nõ dant ꝓpter illud,quod timent de retentione,q̃a ex carne ipſius extracta eſt virtus in elixatione. Et quidam,ſicut Rufus & Gal.in libris ſuis, & ꝓprie in [f] lib. de theriaca, dicunt, q̃ caro eius iuuatiua eſt etiam aſſata,& caro [g] †{alhudub} ſimiliter. Et acceptio almuri anabati ante cibum ſeptem ſorbitionibus,eſt iuuatiua in omni in qua nõ eſt caliditas maxima. Et ſimiliter ſorbilia iuuant eos. Amplius quod proprium eſt colicæ frigidæ, eſt aſſumere almuri, & allia in cibario eorum: & condire cibaria eorum cum [h] porris,& ſale,& condire cum ſpeciebus,quæ ſunt cinnamomum, & zinzib. & origanum,& cyminum,& vrtica,& cartami. Et oportet vt ſumantur alesfidabegi cum ſpuma ſinapis:& ſit ſal eorum ex ſale gemma cum ſeminibus commiſto cum cartamo,& nigella,& cymino,& aniſo. Et alienẽt omnia olera,[i] niſi rutam,& ſiclam. Et in menta eſt inflatio etiam. Et ex potibus eorum,eſt vinum odoriferum purum:& ſyrupus de melle cum ſpeciebus. G

De his quæ nocent colicis. Cap. 29.

REs quæ colicis nocent,aliæ ſunt cibi:& aliæ ſunt operationes:cibi vero ſunt omne groſſum, & viſcoſum ex carne ſylueſtri,ita q̃ leporum,& gazellarum,& vaccarum,& algiazor & piſces magni proprie ſiue ſint recentes, ſiue ſaliti: & omne frixum ex carnibus: & omne aſſatum quocunq; modo ſit:& [k] omnes ventres animalium, immo omnia corpora carnium, niſi illa, quæ excepimus ante. Et nocent eis cibi ex ſimila & panis azymus:& nocent eis [l] †{alſechbagi,} & almedire,& [m] †{alkiſchie} & albheth,& allauzinie & [n] †{alchataif.} Et ſimiliter [o] †{alchaſchenanegiat} omnes nocent & [p] †{alfatit,} & [q] †{alzalabia} et lacticinia,et caſeus antiquus,& recẽs:& omne in quo eſt inflatio ex cibis. Et olera omnia,præter illud,quod diximus de his,quæ ſunt ſicut [r] ſicla, & ruta, & menta nocet eis cum inflatione ſua. Et ſimiliter eruca, & tarcon nocet eis etiam:& ſicut oliuæ,& omnes fructus,niſi chryſomela, & pruna cholericæ & calidæ, & factæ ex fæce propter caliditatem & non alij. Et melon dulcis ante cibum in diſpoſitione ſanitatis eſt non nociuus plurimis colicorum. Cucurbita autem proprie, & alcheta, ideſt cucumer longus & alchayar,ideſt cucumer communis,& alcheted,ideſt cucumer rotundus,& citonia & album caulium & album raparum & alcanabit,et pira,et poma,et proprie acetoſa,et ſtyptica, et zarur, et algobera et condiſi recentes,et mora ſcemi:et almirberis,et ſumach,et acreſta, et ribes, et quæ fiunt ex eis:et quæ ſunt ſimilia illis,colico non eſt via vtendi illis. Et ſimiliter nocent eis nuces,et amygdalæ humidæ valde,et fabæ humidæ. Et de granatis dulcia ſunt minoris nocumenti,quàm acetoſa. Actiones vero quas ipſum oportet vitare ſunt ſicut retentio ventoſitatis, et retentio egeſtionis.et ſomnus ſuper egeſtionem in ventre,et proprie ſiccam: immo oportet vt commoueat ſeipſum apud oẽm ſomnum ad euacuandum. Et ſcias,q̃ retentio vẽtoſitatis multoties facit accidere colicam: H

A Li.5.ſũ.1.t.1.

B Alex.li.10.c.1.

C† ficus pharaonis,

D† pulli

E† galeritæ

F Cap.9.g

G† vpupæ,

H Alex.li.10.c.1. 455.

I Cap.29.

K Raſ.21. con.t.1. c.2.214.3.

L† cibaria cũ carne elixa cum aqua & aceto,

M† cibaria ex kiſch

N† panis decoctus ĩ patella abſq; vnctuoſo aliquo

O† cibaria ex paſta

P† panis durus infuſus in aqua,

Q† cibus ex paſta molli

R Cap.28.

A colicam:propterea, q̃ subleuat eam,et exprimit ipsam,ita vt aggregetur res vna: et q̃ facit accidere debilitatem in iteſtinis.Et qñq; illud perducit ad hydropiſim.Et qñq; generat tenebroſitatem viſus et vertiginem,et epilepſiam.Et qñq; retinetur in iuncturis,et facit accidere ſpaſmũ. Et motus ſuper cibum eſt malus eis.Et potus aquæ frigidæ,et potus plurimus ſuper cibum.

A T.3.c.6.

De ileos & [a] eſt ſimilis colicæ cum accidit in gracilibus. vel de Voluulo. *Cap.* 30.

B Fé.16.t.3.c.6.
C Aeti.lib.3.ſer.1. c.28.
D Raſ.21.con.t.1. c.1.206.4.

ILeos accidit ex omnibus cauſis,ex quibus accidit colica:et oportet vt reditio fiat cũ cauſis ſuis, et accidentibus ſuis,et cura curatione ad illud, quod dictum eſt in [b] capitulo colicæ. Et [c] qñq; accidit propter potationem venenorum facientium ileos. Et qñq; accidit propter vehementiam virtutis inteſtinorum retentiuæ:quare comprehendit illud,quod eſt in eis, et retinet ipſum.Et ex eis quibus differt à colica in iudicijs ſuis,eſt q̃ multoties fit à malitia cõplexionis ſingularis, plusq̃ fiat ab ea colica.Et plurimum eius eſt ex complexione frigida : & [d] proprie cum accidit vt ſtomachus ſit calidus valde:tunc.n.obtorquet inteſtinum,et oppilat ventoſitatem,et phlegma.Et qñq; eſt cauſa potus aquæ frigidæ,non ſm neceſſitatem eius & ventoſus ex eo eſt,cum calu oppilationis,plusq̃ ſit dolor eius cum inciſione tunicarum:immo eſt totum nocumentum eius ex illo. Et hoc diuerſificatur ab eo,quod eſt in colica.Et apoſtemoſus plus multiplicatur in eo, quam colica: & eſt malus valde.Et [e] multiplicatur in eo,qui eſt ex ruptura,& fæce, vehementia doloris valde.

E T.3.c.6.
F Lib.7.apho.10.
G T.3.c.9.
H Li.6.apho.44.
I Li.6.aphor.44.d
K Raſ.21.con.t.1. c.1.205.3.& Ga.cõmé.2.i.3.de morb. vulg.6.h.a
L Sera.t.3.c.31. & Gal.ↄmé.3.in primũ porrhet.66.f
M G.ↄmé.3.in.1. porrhet.66.f

B Et multoties permutatur colica ad ileos:& hæc eſt res quaſi facta ſm maiorem partem. Et plurimum illum quem occidit ileos,occidit in.vij.[e] Et ipſe quidem vadit de quibuſdam ad quoſdã permutatione,quæ fit in aere peſtilentioſo,& de terra ad terram permutatione ægritudinum venientium.Inquit [f] Hip.cum accidit in colica à qua Deus tueatur nos,vomitus,& [g] ſingultus,et commiſtio rationis,& ſpaſmus,tunc totum illud eſt ſignificatio mala.Hęc nanq; accidentia accidunt cum communitate ſtomachi,& communitate cerebri.Inquit [h] Hipp.cum accidit ex diſtillatione vrinæ ileos,moritur ille cuius eſt in.vij.niſi accidat feb.& currat cum ea ſudor plurimus.Sed [i] Gal.ignorauit cauſam in hoc.Et ille,qui ex eo phlegmaticus eſt,& ventoſus,iuuatur cum feb.etiam. Et qñ fortis ſit frequentia vomitus maligni,& alcuzez,& ſingultus, eſt mortalis. Et [k] bonitas vrinæ in hac ægritudine non eſt plurimæ ſignificationis ſecundum bonitatem:qualiter ergo malitia eius? Et [l] deterior ileos eſt ille,in quo expellitur ſtercus ad ſuperiora,& nominatur fœtidus. [m] Deide ille in quo eſt ſudor fœtidus,habens fœtorẽ ſtercoris.Deinde ille in quo eſt anhelitus fœtidus: deinde ille in quo eſt eructuatio fœtida:deinde ille,in quo eſt inferior ventoſitas fœtida.

De ſignis. *Cap.* 31.

N Ga ↄmé.2.in.3. demorb. vul. 6.a
O Raſ.21.con.t.1. c.1.207.4.
P Raſ.ibi.205.2.
Q G.li.7. aph.10.
R G.ↄmé.2.in.3. de morb.vulg.6.h

SIgna ileos ſunt, [n] vt ſit dolor ſupra vmbilicum,& [n] non egrediatur aliquid oĩno deſubtus: & non fiat iuuamentum magnum cum clyſteri,quemadmodum dixit [o] Hip. Et qñq; expellitur
C fæx ad ſuperiora,& [n] euomitur fæx,& vermes,& aſcarides: & fœtet os eius, & ipſius eructuatio: immo qñq; fœtet totum corpus,& hæc ſignificatio non diuerſificatur:& [p] retentio exitus fęcis eſt inſeparabilis ab ægritudine. [q] Magnitudo autẽ diſpoſitionis vomitus ſtercoris inſeparabilis, non magnificatur,niſi cũ eſt timor.Sed motus vomitus, & ſubuerſio hic ſunt plusq; in colica : qm̃ hoc eſt in inteſtino propinquior ſtomacho,quã ipſa.Et ſimiliter accidentia triſtitiæ & anguſtiæ,& tremor cordis,& ſyncopis,& vigiliæ,& [r] frigus extremitatum.Iſta enim in ileos ſunt plus,quam ſint in colica.Et eſt grauitas in phlegmatico,& in eo, qui factus eſt ex fæce fortior, q̃ ſit in colica : qm̃ ipſe eſt in membro vehemẽtioris altitudinis,& maioris corporis,& minoris quietis ſuper corpus. Et quandoq; apparet in ipſo inflatio oculi plus quam in colica. Amplius ſigna digeſtionum eius ſicut ſigna digeſtionum colicæ ſunt cum ſignis ileos ex loco doloris,& motu eius,& paucitate iuuamenti eius cum clyſteribus.Verum factum ex venenis ſignificant accidentia ſignificationum aliarum ante eius fortitudinem:nam ille cuius cauſa eſt venenum,quandoq; perducit ad debilitatem,& mollificationem,& tremorem cordis in principio,cum accidit anteq̃ fortis fiat & magnificetur dolor eius.Et ſignificant ipſam vt non cognoſcatur cauſa alia manifeſta. Et factum ex virtute inteſtinorum retentiua ſignificant ipſum vehementia duritiei fæcis & velocitas vomitus fæcis,& non erit illic feb.neq; caſus virtutis vehemens.

D *De cura.* *Cap.* 32

S Raſ.21.cont.t.1. c.1.208.4.
T Raſ.ibi.209.1.

CVra ileos appropinquat curis colicæ:verum eſt fortior:& illud,quod bibitur magis iuuatiuũ eſt in eo.Et eſt neceſſarium etiam clyſtere in ipſo:nam cum bibitur deſuper, & cõſequenter adhibetur clyſtere ab inferioribus,eſt adiutorium bonum bibito. Et æquale eſt ſiue præmittatur ſiue poſtponatur ſm neceſſitatem.ſed quodcunq; eorum præmittatur, oportet vt ponatur aliud debilius.Et [s] multoties ſedat dolorem eius ſorbitio aquæ calidæ aut applicatio eius ad ipſum cum propinquitate,reſoluendo illud,quod nocet in eo.Et [t] quibuſdam videtur, q̃ rectius eſt vt æquetur inteſtinum in primis cum poſitione follis vel inſtrumenti inſufflantis cum facilitate:deinde clyſterizetur,ita vt perueniat enema ad locũ lõginquum,applicatione facili. Et phlebotomia hic eſt magis neceſſaria:nã ſi fuerit apoſtema,nõ erit eius excuſatio.& ſi fuerit dolor fortis ex quo timeat apoſtema : oportebit pſeruari ab ipſo cũ ea.ſ.phlebotomia.Et ex hoc qñq; accidit ſeparatio malorũ humorũ in corpore pp retẽtionẽ eorũ ab expulſione vel à loco expulſionis,ita vt tẽdat corpus. Et qñ ſpargunt humores mali in corpe,et difficilis fit exitus eorũ cũ fluxu vẽtris:tũc eſt phlebotomia ex neceſſarijs.Et fricatio extremitatũ etiã eſt ex eis,quæ prohibent materiam facientem dolorẽ cũ pfundatione ſua trahẽdo ipſam materiã à pfundo.Et forſitan eſt adminiſtratio lubrificatiuorum

rum declinantium ad caliditatem,& mucilaginum calidarum cum oleo de kerua,iuuatiua in plurimis ileos,nisi in cholerico & apostemoso vehemētis caliditatis.& similiter decoctio anethi cum sale,& oleo decoctis cum eo.& similiter inunctio corporis cum oleo calefacto.Et curetur ille,qui phlegmaticus est cum eis,quæ dicta sunt in colica ex ebibitis.& cum eis,quæ sunt sicut pilulæ de aloe,& pilulæ de serapino,& pilulæ de picra:& omnia illa cum oleo de kerua,et clysteribus ęqualibus trahentibus ad inferiora.Et ventosus curatur cum eis,quæ sunt sicut illa,quę dicta sunt illic, ex ebibitis conferentibus ad ventositatem,& clysteribus vt ponatur clystere adiutorium ei,quod bibitur,& cum ventosis pluribus positis in superioribus ventris. Et quandoq; necessarium est vt [a] scarificetur locus,qui vicinatur dolori.quandoq;.n.trahitur materia ad mirach. Et cōplexionalis purus curatur cum eis,quæ scis de permutatione cōplexionis,& euacuatione humoris, ſm quod dictū est in capitulo colicæ materialis.Et apostemosus calidus cum eis, quæ sunt sicut ea, quæ descripsimus in colica. Et apostemosus frigidus curatur cum eis,quę sunt sicut illa,quæ dicta sunt in colica.Et conuenientius illorum est potus olei de kerua in aqua de radicibus,aut cum cassiafistula,& reliquæ curationes notæ.Et iterum ex duabus spicis,& anethi,& baccarum lauri, & seminis lini,& fœnugræci,& se.althææ,& se.maru.omniū ana auī.i.radicum trium omnium ana auī. vij. & ficus.v.seuestē.x.decoquantur:& dentur in potu cum oleo de kerua,& amygdalarum amararum.Et cholericus curatur cum eis quibus curatur simile eius de colica. Et ille, qui fit ex torsione curatur cum eis,quæ dicta sunt in colica.Et [b] qui fit ex ruptura curatur cum situatione proportionata reducendo vel reponendo illud,quod est expulsum in ruptura, & oppilatione vel constrictione eius.Et ille,qui est ex vehementia virtutis intestinorum curatur cum lubrificatiuis pinguibus,& iuribus gallinarum pinguium,& pullorum & arietum,quorū iura pinguia sumantur alasfidbegi,& zirbagi.Et proprie quando ponuntur in eis anethum,& radices porri nabati,et oleum amygdalinum.Et administretur post illud clystere humidum lene subtilis caliditatis.Et factus ex fæce curatur in primis cum clysteri leui:deinde gradatim peruenitur ad forte:& succedit illi potus solutiuorum propriorum fæci,vt deponatur illud,quod remansit. Et [b] in venenosi curatione incipiatur à vomitu,sicut cum aqua calida,& oleo sisamino.Et quādoq; est necessarium vt ponatur in eo,quod vomere facit,virtus turbit:aut se.raphani.Et post illud detur in potu theriaca magna, & albezar,& quæ sunt similia illis,& ponatur potus aquę zuccari,& cibus ipsius iura pinguia.Et cum continuatur vel prolongatur super eos vomitus:& non recipiunt cibum:sumant in potu medicamen prædictum in huiusmodi dispositione colicæ. Et quandoq; retinetur vomitus ipsorum, & retinetur cibus in ventribus eorum si tribuatur vel sumatur panis infusus in aqua calida feruente,& eius,qui accidit ex cibis ponticis,& stypticis,& viscosis, cura propinqua est curæ sui relatiui ex colica,nisi quia magis iuuatiua in eo sunt ea,quæ bibuntur, & sorbentur.

E — A Paul.li.3.c.44. — F — B Rasi.21.con.t.r. c.2.209.3. — G

De tarditate ascellationis,& velocitate eius. Cap. 33.

ILlud pendet,aut à cibo,vt sit stypticus,aut ponticus grossus,aut viscosus, aut sit lenis viscosus, fluidus,aut ex virtute.Nam si virtus expulsiua fuerit fortis,expellet:& si fuerit debilis, non expellet.Et si virtus lacertorum ventris fuerit fortis,mundificabit:& si non est fortis, non mundificat & retinet.Et virtus sensibilis intestinorum,si est fortis indicat ascellationem:& si non est fortis non indicat.Et virtus complexionis,nam frigida & calida ambæ retinēt:& tu cognoscis regimen secundum cognitionem tuam causæ.

De multitudine stercoris,& paucitate eius. Cap. 34.

ISta duo pendent ex cibo qualitatiue,& quantitatiue: & ex dispositione eius, quod expellitur ad hepar.cibi nāq; plurimi humidi super quem bibitur,egestio plurima est:et eius cōtrarij, egestio pauca.Et qn̄ subtile eius expellitur ad hepar expulsione vehementi minoratur egestio: & qn̄ non expellitur,multiplicatur:& tu cognoscis ex eis, quæ præterita sunt, resistentiam vel curationem amborum superfluentium secundum contrarietatem causæ tibi cognitam.

TRACTATVS V. *De vermibus.* Cap. 1.



CVm aderit [c] materia,& vestitur complexione aliqua,tribuitur ei magis conueniēs, quod ipsa potest tolerare ex figuris & formis & non prohibetur eius præparatio à pfectione naturali,quæ meretur:vel conuenit ei ex artifice potente: & propter hoc creati sunt vermes,& muscæ, & quæ cursu eorum currunt ex materijs putridis & humidis:qm̄ illæ materiæ magis conueniens, quod possunt suscipere ex formis est vita vel forma vermicularis aut vita vel forma muscæ.Et illud melius est quam vt ipsę remaneant ſm putrefactionem purā.Et est cum hoc,q ipsa possident super putrefactiones sparsas in mūdo, & cibantur eis propter proportionē vel similitudinē et assumunt eas ab habitationibus hoīum,et ab aere continēte eos.Et vermes quidē ventris sunt huius generis.Et [d] non est eorū generatio ex oī humore:ipsi.n.non generātur à cholera ru.neq; nigra:qm̄ vna earum est vehemētis caliditatis: quare non generat̄ ex ea vermis humidus:imo est contraria complexioni eius:et altera est frigida & sicca lōginqua à proportionalitate vitæ super sanguinē vero dn̄atur & inest custodia: & mēbra vehemēter indigent eo:& est ꝓportionalis carni hoīs,& ossibus eius,non vermi, & [e] nō est etiam ex eis,quæ effundunt̄ ad intestina,et remanent in eis, et gn̄atur ex eis vermis. Neq; etiam forma vermis,et color eius sign̄at,q ipse sit ex materia sanguinea:imo materia vermiū est phlegma, qn̄ calefit,et putrefit,et multiplicatur in intestinis,et remanet in eis. Et tu quidem scis causas multitudinis

C Ser.t.3.c.30. — H — D Paul.li.4.c.57. & Ser.ibi. — E Sera.t.3.c.30.& Halya,9.the.c.28.

A dinis generationis phlegmatis.s.ex satietate nauseatiua,et comestis,et debilitate digestionis propter quācunq; causam fuerit,et ex complexione membrorum frigida.[a] Et ex cibis, quæ generant ipsum,sunt cibi lenes viscosi:sicut[b] triticum,et faseoli,et fabæ,et ex receptione pulueris farinæ, et ex comestione carnis crudæ,et lactis,et olerum,et fructuum humidorum et rerum vnctuosarum, et[a] ablutione cum aqua calida post cibum:et[c] similiter balneatio post comestionem,et coitus post repletionem. Et species vermium sunt[d] quatuor. [e] Longi,magni,et rotundi,et lati, et sunt cucurbitini vel ascarides et parui,et non diuersificatur eorum generatio,nisi secundum diuersitatem illius ex quo generantur,et diuersitatem illius in quo generantur.[f] Diuersitas autem eius ex quo generantur est,qm̄ quidam eorum generantur ab humiditate,super quam non dominantur diuisio,et separatio ex parte attractionis hepatis.et ex parte vehementiæ putrefactionis. Et[f] quidam generantur ab humiditate,quam separauit,et minorauit, et paruam fecit attractio hepatis continua,et putrefactio,et multitudo penetrationis vel incessus fæcis. Et cum generantur, adiuuat ad hoc vt ipsi remaneant parui,q fæx extrahit eos anteq; magnificentur,propter vicinitatem eorum ad exitum breuem. Et[f] quidam generantur ab humiditate inter duas humiditates media. Et illi, qui fiunt ex humiditate in intestinis superioribus,sunt propter humiditatem dictam in primis. et qui sunt ex humiditate in intestino recto,sunt propter humiditatem dictam secundo, et qui sunt

A Ras.25. con.t.1. c.2.280.4.
B Li.2.t.2.c.250.& Aeti.li.3.ser.1.c.39.
C Aeti.lib.3.ser.1. c.39.
D Paul.li.4. c. 57. & Ser t.3.c. 30. esse tres. & Halyab. 9. theo.c.18. & Gale. introd.fo.57.f
E G.1.lo.af.c.5. c, q generent in intestinis.
F Ser.t.3.c.30.

B in monoculo et intestino colon,sunt propter humiditatem dictam tertio:et lōgi sunt propter primam:et quandoq; perueniunt ad summam,quę est vltra cubitum. Et rotundi,et lati sunt propter tertiam,quāuis generentur etiam in intestinis superioribus: et proprie grossi,et maximi eorum. Et fortasse non generantur nisi in colon,et monoculo:deinde sparguntur ex latere ad stomachū: et ex latere ad anum,et parui sunt propter secundam. Et[f] isti lati,et rotundi sunt, quasi generentur ex ipsis viscositatibus fixis in superficie intestini,quas comprehendit panniculus mucosus,velans eas quasi ipsi generentur ex eo,& in ipso putrefiant. Et[g] de eis minus nociui sunt parui,quoniam sunt parui:& quoniam sunt elongati à principijs:& quoniam sunt apti ad expellēdum cum fæce forti spissa:verum ipsi si magnificantur,& accidat eis vt remaneant spatio aliquantulo,& magnificantur in eo,tunc sunt deteriores omnibus:quoniā ipsi sunt ex deteriori materia,deinde longi:nam ipsi non sunt in malitia latorum:qm̄ materia eorum.s.latorum est vehementioris putrefactionis. Et[f] lati,& parui plurimi exitus sunt ex ano propter vicinitatē ani,et debilitatē:quare non possunt figi in intestino fixione longorū. Et sicut longi sunt vehementioris fixionis,sic parui sunt vehementioris expulsionis. Et cum habentibus vermes adest fe.accidētia sunt fortia, & malignæ: qm̄ feb.consumit cibum eorum:quare mouentur ad querendum ipsum, & figuntur in intestinis: & qm̄ feb.nocet eis in substantia ipsorū,et affligit eos. Et qñq; feb.addit in natura eorum putrefa-

G Ser.& Aeti.li.3. ser.1.c.39.

C ctionem,& acuitatem,& afflictionem. Et qm̄ cholera cum effundit ad eos in feb. lædit eos. Cum ergo inuoluuntur in intestinis,et mordicant ea nocent vehementer. Et[h] iam retulerunt quidam, q viderunt eos perforasse ventrem,& exiuisse ex eo:& illud apud me maximum est. Et[i] similiter eleuantur ex eis vapores mali ad cerebrum,& nocent ei:& quandoq; est retentio eorum in intestinis. Et quod ipsi faciunt accidere de putrefactione est causa feb. Et non est eorū dispositio in hoc, q per ipsos fit iuuamentum in mundificatione intestinorum, iuuamentum, quod fit per vermes, & similia eorū,in mundificatione putrefactionis mundi:quoniam in intestinis est mundatorium expulsiuum ex natura.& quoniam proportio vermium ad putrefactionem in intestinis & ad totum corpus hoīs est maior proportione ab expulsione natura: maior est proportione muscarum & similium ad aerem mundi,& terram eius. Et qm̄ ex istis generantur nocumenta alia ex hoc, q rapiunt de cibo necessario corpori,& ex contrarietate motus eorum. Et ex hoc, q faciunt accidere colicam:& ex contrarietate qualitatis super quam figitur complexio corporis,& alijs. Et quandoq; generantur propter vermes,& serpentes epilepsia,&[k] colica. Et quandoq; generatur fames canina:propterea,quia vehementer rapiunt cibum. Et quandoq; generant bolisimū, & casum appetitus ex ore stomachi,propter ascensionem suam ad ipsum,et fœtorem ipsorum peruenientem ad ipsum. Et qñq; sequitur vtrasq; dispositiones tremor cordis maximus: & plurimum generātur

H Ras.25.con.t.1. c.2.281. 2. & Paul. li.4.c.57.
I Ras.25. cont.t.1. c.2.280.3.
K T.3.c.6.

D in ætate infantiæ,& pubertatis,& in fine adolescentiæ. Et[l] ascarides s̄m plurimum generantur in eis,qui separantur ab ætate infantiæ. Sed rotundorum plurimum est in infantibus, deinde in adolescentibus,& minoratur in senibus,cum tamen illud totū fit. Et[m] ipsi quidem generantur in autumno plurimum,q̄ in reliquis temporibus,propter pręmissionem assumptionis fructuum,& similium,& putrefactionem. Et[m] ipsi commouentur in sero,& plurimum in hora somni. Et labor quidem,& exercitium vehemens qñq; solutione educit vermes. Et[m] cum egrediuntur vermes habentium feb.acutas viui,non sunt vehementis malitiæ:nam significant sanitatem virtutis, & potentiam expulsionis,& proprie post declinationē. Et[m] si ægrediuntur mortui, sunt signum malū. Et[m] ad summum eorum exitus in febribus cū egestione,non est significatio bona:& proprie ante declinationem:[m] verum eorum exitus cū vita est melior, vel minus mala. [m] Verum eorum exitus non in dispositione feb.quando cum eis est sanguis,est malus: & indicat nocumentum in corpore,& in intestinis.[m] sed eorum exitus cum vomitu significat humores malos in stomacho.

L G.3.apho.26.f
M Ras.25. cont.t.1. c.1.280.2.

De signis. *Cap. 2.*

SIgna quidem cōia sunt,[n] cursus saliuæ,& humiditas labiorum in nocte,& eorum exiccatio in die:propterea,q caliditas expanditur in die:& coarctatur in nocte. cum ergo spargitur cali-

N Alzara.li. prac. t.17.sect.2.c.9.

ditas, attrahitur humiditas cũ ea: quare vermes incurrunt famem, & attrahunt à stomacho: quare E exiccatur superficies continua ei ex superficie oris & labiȷ̃. Et adiuuat eum ad exiccādum labium aer exterior: quare laborat infirmus in humectando labium suũ cum lingua sua. Et [a] qñq; accidit habẽtibus vermes rixa, & horribilitas locutionis, & quasi ipse sit in forma irati malorum morum. Et qñq; perducunt ad alienationem propter illud, quod eleuatur de vaporibus malis: & [b] accidũt eis accidentia karabitus, [b] nisi q͂ non colligunt pilos, & [b] non patiuntur sodam, & non patiuntur tinnitum auris. Et [c] accidit eis stridor dentiũ, & proprie in nocte. Et sunt in pluribus horis, [d] quasi masticent aliquid, & quasi appetant extrahere linguam. Et accidunt eis [d] saltus in somno, & [a] tremor, & clamor in ipso, & agitatio formæ, & [d] ira aduersus illum, qui euigilat eos: & accidunt eis super cibum [d] nausea, & tristitia, & intersecatur vox eorum, & debilitatur pulsus ipsorum, & apud cõmotionem vel excitationem est, quasi prostratus, & est eorum egestio, vt plurimum liquida vel humida. [e] Casus aũt appetitus, & eius vehementia est, ſm q͂ diximus in [f] caplo causarum. Et qñq; accidit eis sitis, cum qua non satiantur: & silr̃ qñq; accidunt eis ęgritudines quas diximus [g] illic. Et qñ [h] fortes fiunt dolor, & ægritudo, cadunt, aut spasmantur, aut torquentur ac si essent epileptici. Et qñq; accidit eis in hmõi hora, vt euomant eos: & diuersificantur colores eorum, & [d] color oculorum ipsorum: & qñq; remouetur color facierum eorum, & oculorum ipsorum. Et qñq; redit, & quandoq; inflantur, aut tumescunt, aut [α] tenduntur ventres eorum, sicut [a] hydropicorum: et quasi F venter eorum sit durus. Et qñq; [i] apostemantur testiculi eorum, & emittunt sudorem frigidum cum fœtore vehementi. De signis autem digestionis eorum quædam sunt cõis digestionis, & est exitus illius speciei, quæ egreditur: deinde longos significant cõmotio oris stomachi, & mordicatio ipsius cum punctione eius, quod sequitur ipsum, et [a] difficultas transglutiendi, & casus appetitus ſm plurimum, & abominatio cibi, & singultus. Et qñq; nocent pulmoni et cordi propter vicinitatem suam, quare accidunt [a] tussis sicca, & tremor cordis, & diuersitas pulsus, & sunt somnus, & excitatio non ſm ordinẽ: & est pigritia, & abominatio motus, & intuitus, & palpitatio, & [d] apertio oculi: immo declinat ad clausionem oculi. Et [d] accidit oculis eorum vt rubeant quandoq;, deinde alia vice obfuscentur. [a] Et quandoq; [α] tenduntur ventres eorũ, & fiunt sicut hydropici. Et qñq; accidit ei fluxus ventris. Cum latis autem, & rotundis [k] appetitus ſm plurimum multiplicatur: quoniam secundum plurimum elongantur à stomacho, quare non nocent in eo, et [k] rapiunt cibũ, & mouentur in tempore famis motu nocente mordicante debilitante virtutem, & mollificante, incidente in eo, quod sequitur vmbilicum. [l] Paruos autem significat pruritus ani, & inseparabilitas commotionis apud ipsum. Et quandoq; adeo fit fortis, donec accidit syncopis: & inuenit habens eos, cum aggregantur in intestino suo, grauitatem sub hypocondriȷ̃s suis, & dorso. Et ex eis, quæ conferunt istis omnibus est vt sorbeant aliquid aceti in tempore somni. G

A Aeti. lib. 3. ser. 1. c. 39.
B Ras. 25. con. t. 1. c. 1. 280. 1.
C Ras. & F. 7. t. 1. c. 20.
D Paul. li. 4. c. 57.
E Fé. 13. t. 2. c. 7.
F 1.
G Cap. 1.
H Ras. 280. 4.
Infra α
I Ras. 280. 3.
Supra α
K Gal. de theri. ad piso. c. 15. a
L Sera. t. 3. c. 30. & Aet. li. 3. ser. 1. c. 41.

De cura. *Cap.* 3.

INtentio, quæ attenditur in curationibus vermium, est [m] vt prohibeantur à materia generante eos ex cõmestis prædictis, & vt mundificetur phlegma aggregatum in intestinis ex quo generantur: & vt interficiantur cum medicinis, quæ sunt venena in cõparatione ad eos. & sunt amari saporis de quibus quædam sunt calidæ & quædam frigidæ, quas dicemus: & medicinæ, quæ operantur cum proprietate: deinde fluxu ventris educantur post interfectionẽ, cum non expellit eos natura per se. [n] Non. n. oportet vt prolongetur eorum statio in ventre post mortẽ, & putrefactionem vel fœtorẽ, & inferat vapor eorũ nocumentum venenosum. Et medicinæ quidem calidæ ad gradum peruenientes tertium sunt cõuenientiores in regimine eorum hora omni, nisi illic sit feb. aut apostema qñ res calidæ amarę contrariant̃ complexionibus ipsorum cum caliditate & contrariantur qualitatibus quas ipsi diligunt. s. vnctuoso & dulci. Et inuenit̃ ex ebibitis, & enematibus, quæ aggregāt tria iuuamenta. Suppositoria vero melius est vt ipsa extrahant, q̃ vt ipsa interficiāt: nisi illis, qui sunt in intestino recto ex paruis vermibus. et qñq; fiunt ex genere vnctuosi dulcis, vt trahat̃ ad ipsa vermis: propterea, quia diligunt ea, & egrediuntur cum eis cum extrahũtur. Et melius quidem curantur cum ebibitis hora vacuitatis ventris. Et cum mittuntur venena interficientia eos in lacte, & in carnẽ super prunas assatã, & similibus, sunt ipsi ad sumendum ex eo diligẽtes H magis: & est illud magis interficiens eos. Et [o] qñq; sumit in potu habens vermes, sicut lac duobus diebus, deinde potat in die tertio in lacte medicinã interficientẽ eos: Et qñq; fugit ante eã carnem sup prunas assatã. Cumq; inuenit odorẽ eius peruenit ad sugendũ illud, quod descẽdit ad ipsum: & qñ sequuntur illud medicinæ, sunt magis interficientes eos. [p] Et qñ tu administras clysteria venenosa interficientia eos, tunc melius est vt linias stomachum cũ stypticis, et proprie in quibus est virtus interfectiua vermiũ, sicut sumach, & tarathit, & acatia dissoluta in vino. Et silr̃ capparis, & anethum in vino. Et si non tolerant stypticitatem horum, tunc lutum sigillatum in vino. Et [q] cum bibuntur medicinæ facientes ad vermes, tunc oportebit vt stringantur nares vehementer, & non multiplicetur extractio anhelitus, & intromissio eius, quantum possibile est: nam rectius est vt non permisceatur cum anhelitu aliquid de odore earum. Et de curatione cõtinua cum curatione vermiũ, est rectificatio appetitus cum cadit. Et qñq; inuenitur in emplastris, & eis, quæ bibuntur, quod aggregat ad cõfortationem appetitus, & interfectionem, et extractionem eorum: sicut aloe cum absinthio, ebibitis pilulis factis ex eis: et linimento facto ex eis: et similiter aloe cum rob acetosis. Et quãdoq; aggregat̃ cum vermibus fluxus ventris: quare necessarium est vt interficiantur tantum:

M Ser. t. 3. c. 30.
N Aet. lib. 3. ser. 1. c. 39.
O Ras. 25. con. t. 1. c. 2. 281. 1.
P Ras. 281. 3.
Q Ras. 281. 2.

A tantum:motus nanq; naturæ extrahit eos. Et qñq; dispositio exigit vt interficiantur cum stypticis amaris, vt aggregentur mors eorum, & retentio naturæ. s. qñ aggregantur vermes, & fluxus ventris, & timetur casus virtutis, & proprie cum emplastris stypticis in quibus est interfectio aliqua vermium: vt non cadat virtus: deinde vt ipsi egrediantur post illud, aut per expulsionem naturæ, aut per medicinam bibitam aut suppositam. Et qñq; sunt cum eis apostemata in visceribus, & est necessarium regimen subtile. Et medicinæ, quæ interficiunt [a] ascarides, fortiores sunt eis, quæ interficiunt longos: & illæ, quæ interficiunt ascarides, & rotundos, interficiunt etiam longos: et causa in hoc est, q ascarides sunt remotiores ab eis, quæ bibuntur, & sunt magis submersi in humiditatibus velantibus vel continentibus eos: & quãdoq; sunt in cysti. Et quoniam ipsi generati sunt à materia grossa, & grossiore & spissiore, & propinquiore ad complexionem calidam, & magis simili ei, quod est venenum: quare non patitur à suo simili, dum non superfluat.

A Serap. t. 3. c. 30. vermes parui circa rectum,

De medicinis calidis interficientibus vermes, & proprie longos. *Cap.* 4.

SIngulares quidem sunt, sicut [b] prasiũ, & [c] cordumeni: de quibus sumat aur. i. & [d] sceha, & [e] lupini amari, & casia, & [f] calamẽthũ, & succus eius, & [b] grana [f] †{aldeemest,} et [g] costus amarus, & [h] epithymũ, & cartamũ, & [i] menta, & [k] cambil, & [k] cyminũ, & [b] camepityos, & cẽtaurea, et pulegium, et [l] allium proprie. Et qñq; interficit ascarides semen fœniculi, & myrtus, & origanum, &
B faufel, & [m] absinthiũ, & [n] semen cauliũ, & cortices algarab, & radix enulæ exiccata, de qua bibant ℥. iij. & cyminũ assatum, & [h] abrotanũ, & anisum, & semen apij, & [o] nasturtiũ forte est in capitulo suo, & [p] nigella. Et semen atriplicis solutione educit eos cũ mortificatione, & silr volubilis, & [k] polypodiũ. Et melius quo educit fluxu vẽtris post mortificationẽ est aloe. Et qñ homo bibit de oleo potionem, & superfluit quantitatẽ, quæ possibilis est in bibendo ipsum, interficit eos, & extrahit ipsos: & [q] proprie oleũ omphacinũ, et ipsum interficit latos etiã, et interficit propter suã amaritudinẽ, & lubricat, ꝑpter viscositatẽ sui. Quod si nõ fuerit possibile bibere ipsum vice vna, bibat ipsum vtendo potu post potũ, sumẽdo ex eo cochlearia duo. Et silr grana nil interficiunt serpẽtes, extrahendo eos: & qñq; conferunt in latis. De compositis vero, quæ interficiunt eos, sunt quæ sunt [r] sicut theriaca magna. Et illæ, quæ aggregãt interfectionem, & extractionem, sunt sicut hiera picra. Et sicut si sumat sceha, & absinthium amborũ ana. ʒ. i. & tertia pulpę coloquinthidę pondus quartæ. ʒ. i. & salis indi danich. i. & sumat in potu. Et qñq; interficit eos potare cyminum, & nitrũ mediatim, & ex omnibus pondus duorum aur. & [s] iterum nitri, piperis cordumeni partes æquales: & dosis eius sit vsque ad. ʒ. i. &. 5. Et [t] iterum piper, & grana lauri, cyminum indum, mastix, conficiantur cum melle: & sit dosis eius in mane cochlearium. i. & in hora dormiendi tantundem: [t] aut enulæ, & sceha, & piperis, & [v] †{siracha} partes æquales, sumãtur in potu ex. i. ʒ. &. 5. vsq; ad. ʒ. iij.
C Et pilulæ de absinthio educunt longos: lati autem indigent fortiori hoc.

B Paul. lib. 4. c. 57. C Diosc. li. 1. c. 5. D Dio. lib. 3. c. 24. E Diosc. li. 2. c. 102. F Diosc. lib. 3. c. 34. F† lauri, G Dio. li. 1. c. 15. H Ras. 25. cõt. t. 1. c. 2. 281. 3. I Diosc. lib. 3. c. 33. K Ser. t. 3. c. 30. L Dio. lib. 2. c. 145. M Dio. lib. 3. c. 23. N Diosc. li. 2. c. 113. O Dio. li. 2. c. 147. P Dio. li. 3. c. 75. Q Ras. 281. 2. R Gal. de ther. ad Piso. c. 15. a S Paul. lib. 4. c. 57. fo. 243. 26. T Pau. ibi. 243. 27. V† radicis

De medicinis, quæ magis proprie sunt ascaridum. *Cap.* 5.

SVnt kitran administratum in clysteribus, & epithematibus, & [x] albrench vel alberengi & medulla eius & [x] alsirachs, & [x] costus amarus, & cortex radicis mori, & succus eius, & cãbil, & pulpa coloquinthidæ, & aloes, & [y] †{alsangiar} mirabile est in latis: & cortex albelengi ex arboribus: & existimo, q est species seder & azadaracht. Et ex eis, quæ extrahunt vermes sine nocumento est, vt bibantur. ʒ. iij. [x] succi enulæ recentis: est enim mirabile valde. Et antiqui quidem dixerunt, quòd alarbian extrahit ascarides. Et [z] ex medicinis mirabilibus in omnibus speciebus vermium sunt pili animalis nominati [a] †{harimun.} Et [b] alcalcadis est ex eis, quæ interficiunt eos cum iuuamento, si fuerit illic fluxus ventris: & iam diximus ad eos in antidotario decoctionem eius, & centaureæ. Et [c] iterum bibat lac mulctum tribus diebus in mane: & cœnet super ipsum alesfidabegi: deinde sumantur. vij. aur. brengi kebuli vel brẽch kebuli & sirachs. ʒ. iij. & cambil. ʒ. iij. & terãtur & soluantur in aceto acetoso: aut in syrupo acetoso, & masticetur seu sugatur aliquid de carne assata super prunas vt delectentur vermes: deinde bibatur ex eo quantitas quã necessariã faciunt existimatio, & experimentũ. Medicinæ aũt frigidæ, & paucę caliditatis sunt, sicut semen [d] coriandri, cũ bibitur tribus diebus cũ [e] †{rob:} & semen apij: est. n. forte valde interficiens oẽm vermẽ, & su
D mat cum syrupo acetoso, aut lacte acetoso: aut bibatur decoctio eius: & faufel, & [f] folia persici, & [α] succus eorum, & spina ægyptiaca, & sunt absq; plurima caliditate. Et rubus, & [x] decoctio corticis arboris granati acetosi, & muzi decoquantur in aqua nocte tota: deinde coletur, & bibatur, & silr aqua in qua decoquitur radix eius. Et [g] succus arnoglossæ conuenit ei, qui habet vermes, & fluxum ventris simul: aut arnoglossa sicca. Et [h] iterum sumach dissolutũ in aqua est mirabile, & hypoquistidos lutum sigillatum cum vino sunt etiam mirabilia: & magra mirabilis est etiam, & semen [i] portulacæ cum ex eo multum sumitur interficit eos: & silr [β] endiuia amara & apium aceto conditũ. Et dicitur, q melon interficit eos, & solutione educit ipsos, & tribuli propinqui sunt istis medicinis: & consequitur ex virtute harum, q ipsæ trahunt latos etiam. s. illa, quæ sunt sicut semẽ alkalef, & [α] succus persici, & coriandrum, & [β] endiuia amara, & polium, & reliqua. & ista aut bibuntur cum lacte absque butyro, aut cum aqua calida, aut syrupo acetoso.

X Ser. t. 3. c. 30. Y† anchusa Z Paul. lib. 4. c. 58. A† ichneumonis. B Ras. 25. con. t. 1. c. 2. 282. 2. C Ras. ibi. 281. 2. D Dio. lib. 3. c. 60. & Ras. 282. 2. E† passo: F Gal. 7. de medi. simp. fa. 56. 2. Infra α G Paul. lib. 4. c. 57. H Ras. 281. 4. I Diosc. li. 2. c. 117. Infra β Supra α Supra β

De regimine vermium paruorum. *Cap.* 6.

QVandoq; interficiunt eos suppositio salis, & clysterizatio cum aqua calida, & eradicant materiam eorum. & fortius hoc est clystere in quo recipiuntur cẽtaurea, cartamum, hyssopus, rubea, & pulpa coloquinthidæ, quod administretur calidum. Et fortius illo est suppo-

ſitorium de alkitran & clyſtere cum eo, & proprie [a] cum oleo de chryſomelis amaro, aut medulla perſicorũ amara: & ſint iam decoctæ in ipſo medicinæ interficientes: & quãq; [b] clyſterizat etiã cum kitran. Et ex eis qbus fit ſuppoſitoriũ ſunt artanita, & buchormarien, & cortices radicis ſceha. Et ex eis, quæ colligunt hos paruos, eſt vt mittat in anum [c] caro pinguis ſalita, & ſit iam ſup eã ligata fimbria fili. Ipſi nãq; aggregant ſuper eam: propterea, quia diligunt eã: deinde extrahatur poſt expectationẽ horæ vnius ſup eã quantũ poſsibile eſt, & extrahat, & iteretur vſquequo mundificet. E

A Raſ.t.9.c.79.
B Cap.7.& Aeti.li.3.ſer.1.c.41.
C Aeti.lib.3.ſer.1.c.41.

De clyſteribus eorum, qui habent vermes. *Cap. 7.*

CLyſterizentur cum decoctionibus medicinarum prædictarum ad eos, & quãq; ponuntur in eis ſolutiua ſicut pulpa coloquinthidæ, & turbit, & aloe, & cucumer aſininus ſm virtutẽ, & horam. Et [d] eſt conueniens vt adminiſtretur in clyſteribus eorum alkitrã: nam confert iuuamentum maximum, & cuſtodiatur tunc anus, ne proueniat tenaſmon cum ſuppoſitorijs facientibus ad tenaſmon: & ſtomachus vt non debilitetur cũ potibus, & emplaſtris facientibus ad ſtomachũ. Et iam ſciuiſti oĩa illa. Et quãq; confert clyſtere cum aquis ſalſis, & aquis ſalitis cum nitro, & ſimilibus, proprie cum kitran. Et quãq; ponuntur in clyſteribus eorum ſuccus foliorum perſici: & [e] decoctio radicum mori, & [e] corticum granatorum, & proprie cum fuerit caliditas.

D Cap.6.& Aeti.lib.3.ſer.1.c.41.
E Ser.t.3.c.30.

De emplaſtris habentium vermes. *Cap. 8.*

EMplaſtra etiam aſſumuntur ex medicinis ſimilibus iſtis, & confortantur cum eis, quæ ſunt ſicut pulpa coloquinthidæ, & fel vaccinum, & ſuccus cucu. aſinini: & cum eis, quæ ſunt ſicut kitram, & aloe. Et quãq; fit emplaſtrum cum aloe, & abſinthio: aut cum aloe, & rob cydoniorum, & rob malorum: & interficit, & excitat appetitum. & quando aggregantur omnia eſt rectius. Emplaſtrum bonum. [f] Teratur nigella cum aqua coloquinthidæ humidę, aut decoctione pulpę eius, & liniatur ſuper ventrem, & vmbilicum. Et [g] dicitur, ꝙ medulla cerui, quando emplaſtratur cum ea vmbilicus, cõfert ad illud. Et ſimiliter olea medicinarum prædictarum, cum eis linitur, iuuant: & oleum chamæmillinum, & abſinthium proprie. F

F Raſ.25.cont.t.1.c.2.282.2.
G Aet.lib.3.ſer.1.c.39.& Paul.lib.4.c.57.

De cibatione eorum. *Cap. 9.*

CIbus quidem, qui neceſſarius eſt eis ſm oppoſitionem cauſæ, oportet vt ſit calidus & ſiccus, in quo non ſit viſcoſitas, & ſit in eo abſterſio aliqua, quæ abſtergat eos & extrahat ipſos. Et ingrediuntur in cibis eorum aqua ciceris, & folia caulis, & carnes columbarum etiam ſunt iuuatiuæ eis: & potus aquæ ſalſæ confert eis omnibus. Et cum ſunt fluxus ventris, & caliditas, cibamus cum ſorbitionibus acetoſis cum ſumach factis: qm̃ eſt interficiẽs reſtrictiuũ: & ſimiliter aqua [h] granatorum acetoſorum. Et qñ debilitat fluxus ventris, neceſſaria ſunt, quæ nutriunt cum fortitudine. Quod ſi non digerantur, ponãtur ex genere ſorbitionum, & aquarum carnium. [i] Hora autem, & ordo ſunt, qm̃ oportet, vt ipſi non egeant cibo, quare excitentur vel commoueantur, & mordicent ſtomachum: & fortaſſe faciunt cadere virtutem appetitiuam: immo cibetur ante motum eorum in hora quietis, & vt ſeparetur cibus eorum, & cibentur cibo pauco. Et cum timetur fluxus, adminiſtrẽtur ſuper ventrem emplaſtra ſtyptica ex eis, quæ ſcis. Verum in habẽtibus paruos vermes, melius eſt vt eorum cibi ſint ex genere illorum, qui ſunt boni chymi, & velocis digeſtionis: nam virtus eorum ſecundum ſemitam oppoſitionis nõ peruenit ad eos omnino. Et cum ſunt boni chymi omnino, minoratur chymus corruptus, qui eſt materia eorum. G

H Pau.lib.4.c.58.
I Raſ.25.con.t.1.c.2.281.3.& Paul.li.4.c.58.

De cura caſus, & contuſionis ſuper ventrem. *Cap. 10.*

REctius in oĩbus illis eſt, vt extrahatur ſanguis ſi poſsibile eſt, & detur in potu poſt illud, thuris, & ſanguis draconis, & luti armeni, karabe oĩum ana. ʒ.i. cum triplicato ſubtili. Et ſi fuerit ſputũ ſang. aut fluxus eius per anũ, aut vomitus ipſius, ponat in ipſa kirat. i. opij. Et poſt hoc oportet vt tu conſideres illud, quod diximus in [k] capitulo de contuſionibus in libro, qui eſt poſt iſtum.

K Li.4.Fen.4.t.1.c.6.

Fen. xvij. de ægritudinibus ani, & eſt tractatus vnus.

Sermo vniuerſalis de ægritudinibus ani. *Cap. 1.*



SCias quod ægritudines [l] ani ſunt difficiles ad ſanandum, propter ea, quæ aggregantur in eo: [l] qm̃ eſt callis: & quia eſt inuerſum penetrans ab inferiori vſq; ſuperius: & [l] quia eſt vehemẽtis ſenſus: & quia eſt poſitus in inferiori. [l] Quia ergo eſt callis, peruenit ad eum fæx in omni hora, & mouet ipſum, & addit in dolore eius, & priuat eum à quiete cum qua completur receptio iuuamenti medicinarum: & cum qua natura facit rectificationem vel cum qua natura cõfirmatur in rectificatione. Et [l] quia eſt inuerſus difficilis fit adhærẽtia medicinarũ ad ipſum. Et [l] qm̃ eſt vehemẽtis ſenſus, multiplicatur dolor eius: & multitudo doloris attrahit. Et quoniam eſt poſitus in inferiori, facilis fit deſcenſus ſuperfluitatum ad ipſum: & proprie cum obedit ad receptionem earum, debilitas, quæ eſt cum eo ex nocumento, quod eſt in ipſo. H

L G.9.de med.cõpõne ſm loc.c.6.e

De hæmorrhoidibus. *Cap. 2.*

SCias, [m] ꝙ multoties exiſtimat aliquis, ꝙ habeat hæmorrhoidas, & non habet niſi vlcera in recto, & in eis, quæ ſunt ſupra ipſum: oportet ergo vt cõſideretur illud. Et [n] hæmorrhoides quidem diuiduntur per ſpecies diuiſionis famoſę in verrucales, & ſunt deteriores earum: et in vueas, & in morales. Et verrucales ſunt ſimiles verrucis paruis. Et vueæ ſunt latæ rotundę purpurei coloris,

M Raſ.24.cõt.t.1.c.1.263.2.
N Ser.t.3.c.28.

A Ser.1.3.c.28.
B Aeti.lib.4.ser.2.c.5.
C G.3.apho.30.f, & Ras.263.1.
D Ras.263.1.
E Ras.24.cōti.t.1.c.1.263.1.
F 6 aphor.12.
G Ras.lib.diuis.c.98.
H Ras.263.2.
I Li.1.F.2.d.3.c.3.

A loris,aut ad purpureitatem decliues.Et morales sunt molles sanguineæ.Et sunt de hæmorrhoidibus hęmorrhoides quę sunt.q.vesicę.Et diuiduntur hæmorrhoides diuisione alia,in exterius natas,& profundas,& sunt deteriores earū,[a] & prooriæ illæ quæ tendunt ad partem virgæ: quādoq; enim stringunt vrinam cum apostematione.Et natæ exterius apparentes sunt vnæ trium.De profundis autem quædam sunt sanguineæ,& quædā sunt non sanguineæ,& diuiduntur hæmorrhoides etiam [b] in apertas fluentes. & currit qñq; res plurima propter apertionem venarum plurimarum: [b] & in surdas cæcas.de quibus nil currit. [c] Et plurimum quidem generantur hæmorrhoides ex melancholia,& san.melancholico.[d] Et parum generantur à phlegmate, & cum generantur ab eo generantur,quasi ipsæ [e] sint vesicę ventrium piscium.Et verrucales sunt propinquiores ad hoc vt fiant ex pura melancholia:Et morales ad san.Et vueæ inter istas & illas. Et non est possibile vt accidant hæmorrhoides nisi aperiantur orificia venarum in ano, ꝯm q̄ dixit [f] Gal. & propter hoc multiplicantur cum vento austrino,& in regione austrina. [g] Et nō oportet q̄ in hæmorrhoidibus apertis currentibus sang.fluxus retineatur donec perueniat ad debilitatem & mollificationem genuum, & cōprehensionem casacan, & videatur sang.non niger: [h] & melius est vt fluat paulatim & nō subito.Et cum in mulieribus declinat sang.hæmorrhoidarū ad matricē, & egreditur in menstruis,iuuantur eo.Et oportet vt fiat etiā illud arte,& prouocētur menstrua earū. Et plurimis quidem habētibus hæmorrhoidas [i] adest color proprius eis, & est citrinitas declinans ad viriditatem. Et multoties accidit habentibus hęmorrhoidas fluxus sang.nariū,& remouentur hęmorrhoides.

De cura. *Cap. 3.*

K Lib.1.F.4.c.20 & Ga.de sang. missione.c.19.h
L † subgenu
M Ser.t.3.c.28. & Ras.24.cōti.t.1.c.2.267.2.
N † grani similis hordeo
O C.7.
P Fē.1.t.4.c.15. & lib.1.F 2.d.1.c.8.& lib.4.F.2.t.1.c.2.& Hip. de mor.vulg. cōm.3.in.6.t.37.

OPortet vt inceptione rectificetur corpus,& euacuetur sang.malus ita vt [k] phlebotometur saphena,& vena quæ est à posteriori parte calcanei,& vena [l] †{almabad}est fortior vtrisq; earum.Et ventosatio eius quod est inter duas anchas confert ad eas, & ad humores melancholicos. Et curetur hepar,aut splen si oportuerit propter societatē eius,quod generatur ex eo de san.malo. Amplius si non fuerit dolor, neq; apostema, neq; inflatio,nō erit tunc plurima necessitas curationis earum: nam earum curatio quandoq; perducit ad fistulam, & ad rhagadias. Amplius studium impendatur in lenificatione naturę,vt nō noceat durities fæcis ano,& magnificetur labor.Et melius est vt sit illud cum solutiuis,& lenitiuis,quæ sunt ex medicinis, ex quibus iuuamentum affertur hæmorrhoidibus,[m] sicut pilulæ de bdellio,& pilulæ de alfeluzaharagi,& pilulæ [n]†{aldadi,}& pilulæ quas [o] dicam.Et oportet vt studium impendatur in aperiendo surdas,& faciendo vt currat sang.ex eis,quantum possibile est,vsquequo debilitet:et egrediatur san.rubeus,clarus,in quo nō sit nigredo. Quod si non sufficit,sit regimen eius cum incisione hæmorrhoidarum, & deiectione earum,incidendo,aut exiccando eas, aut adurendo ipsas cum eis quæ faciunt illud. [p] Et scias q̄ in C sanguine qui currit ab hæmorrhoidibus,& ex ano,est securitas ab herpete hesthiomeno,& mania & melācholia, & epilepsia melancholica,& erysipila: & ab illis quæ sunt sicut miliaris, & cancro, & excoriatione,& scabie,& morphea vel impetigine, & lepra, & pleuresi, & peripneumonia, & phrenesi.Et quando retinetur san.ex eis consuetus,timetur aliqua harum ægritudinum, & timetur hydropisis propter illud quod accidit in hepate de apostemate malo, & duro, & corruptione complexionis, & timetur phthisis, & dolores pulmonis propter expulsionem sanguinis mali ad ipsum.Et quādo cursus facit accidere syncopim,sumatur sauich hordei cum spodio, & luto,armeno,& detur in potu paulatim paulatim.Et medicinę quidem quæ ad hæmorrhoidas conueniunt, aliæ sunt aperientes eas:aliæ consolidantes:& aliæ sunt cōstringentes sang.& aliæ sunt incidentes eas: & aliæ sunt sedatiuæ doloris. Et sunt,aut quæ bibuntur, aut suppositoria,aut epithemata, & emplastra,& linimenta,aut pulueres,aut suffumigationes:aut aquæ in quibus sedet, infirmus,aut restrictiua. Et omnia illa, aut sunt singularia, aut composita. Et scias q̄ pilularum de bdellio iuuamentum in hæmorrhoidibus habentibus periodos, apparens est eis: & non sunt multi iuuamenti in eis,quæ sunt fixæ,non habentes periodos:Et quando aggregantur rhagadię,& apostema,curetur in primis apostema, deinde hæmorrhoides. Et oleum de chrysomelis in quo resolutum est bdellium,valet ad hæmorrhoidas,& rhagadias.

D *De regimine incisionis hæmorrhoidarum,& adustionis earum.* *Cap. 4.*

Q 6.aphor.12.
R Ras.24.cōti.t.1.c.2.270.3.
S Ga.cō.4.de vic.rōne.123.f. & Ras.267.1.
T Ras.267.k.
V Ras.24.cōti.t.1.c.2.270.4.& Ga.9.de medic.cōpo.ꝯm loc.c.7.b
X † aluminis

CAsus hæmorrhoidarum quādoq; fit cum incisione,& qñq; fit cū medicinis acutis. Cum ergo sunt hæmorrhoides plures numero,non oportet vt incidantur omnes simul, immo oportet vt audiatur præceptum [q] Hipp. & dimittatur vna ex eis,deinde curentur: immo rectius est vt curentur incidendo vnam post vnā,si toleratur illud: & in fine rei dimittatur vna ex qua currat sanguis corruptus cuius exitus ex ea consuetus est in natura. [r] Et illud incisum si fuerit apparens erit eius regimen facilius: & si fuerit profundum,erit regimen ipsius difficilius: & in apparēte rectius est [s] vt ligetur radix eius cum filo setæ,aut lino, aut pilo forti,& dimittatur: tunc si ceciderit per illud,bonum erit:& si non,experiantur super illud medicinæ facientes eas cadere: & si non,incidatur:[t] profunda vero indiget vt extrahatur, deinde incidatur. Extractio quidem qñq; fit cū instrumento,sicut ventosa cum igne.Et quocunq; modo fit,ponatur super anum,donec egrediatur.deinde retineatur cum instrumento extractionis. Et si timetur velocitas reditionis, dimittatur ventosa vna hora,donec tumefiat locus,& non redeat.Et quandoq; ligatur velociter cum filo ligatione apostemante, & remanet hæmorrhois exterius. & quandoq; fit cum medicinis extrahentibus, sicut vt [v] sumatur siccus centaureæ,& [x]†{anethi humidi,}& staphisagria, & cōficiātur illa omnia

cum melle,& liniatur cum eis anus, & supponantur in panno. Ipsa enim cõmouent egestionem, E & perducunt ad hoc,vt appareat anus,& faciant ipsum exire. Aut [a] administretur nitrũ,& fel tauri,aut administretur [b] piper, & nitrum: aut aggregetur ad illud quod est ex illis succus buchormarien,aut staphisagriæ.[c] Et ex bonis est phlebotomia basilicę,ante incisionem,& ligationem. Et cũ voluerit abscindere,retineat illud quod abscindit ex eo, quod apparet, aut quod factũ est apparẽs cum instrumento extrahẽdi: & trahat ipsum ad seipsum: deinde incidat illud ex radice ipsius cum acutiore re,& penetrabiliore re. Et non oportet vt pertranseat radicẽ eius, & incidat aliquid ex eo quod est infra ipsum, & perducat ad nocumenta, & apostemata, & dolores magnos. Et qñq; perducit ad difficultatem vrinæ,& retentionem egestionis. Et dimittatur sang. fluere vsq; quo timeatur debilitas: deinde retineatur sang. cum restrictiuis quæ dicemus. Et si non fluat sang. plurimus, phlebotoma ex basilica. Quod si toleretur vt sang. educatur cũ aperitiuis prædictis, & fluat sang. ex eis, erit rectum, si nõ timeatur casus virtutis ex dolore. Et qñq; sufficit in hoc quod est sicut succus cepæ. Et si voluerit incidere cum ligamẽto, liget paruam ex radice sua, & magnam ex medietate sua: aut ſm diuisionem aliam,& succurrat vt non apostemetur,& doleat. [d] Et illud est vt desuper ponatur cepe elixatum: aut porrum decoctum confectum cum butyro. [e] Et sedeat ille qui curatur in aquis stypticis [f] decoctis in cumcum in aceto,& aqua, in qua decoctæ sunt gallæ, [g] & cortices granatorum. Deinde curetur cum his, quæ faciunt nasci carnem ex marã, vt non apostemetur. F Et intentio in ligatione est præparatio ad penetrãdum virtutem medicinarum, facientium cadere hæmorrhoidalium in ea. Et cum vides anum apostemari,& dolorem incurrere vehemẽtem ex huiusmodi curis: tunc necessarium est vt [f] suffumiges cum bdellio,& adipe gibbi cameli: & emplastres cum emplastris prædictis: aut emplastres cũ pane hauari,& vitello oui,& pauco opio, & encathisma vel sessio in vino aldadi est mirabilis iuuamenti, & sedat dolorem incisionis, & similia. Et encathisma in aquis, in quibus decocta sunt lenificatiua: & embroca cũ eis, & sunt aquę in quibus decoctæ sunt semen lini,& althæa,& semen eius,& caulis,& illis similia. Et ex eis quę propria sunt apostematibus ani ex hæmorrhoidibus sunt cerussæ plumbi vnc. iij. suculus vnc. i. lithargyrij vnc. ij. masticis drach. iij. aggregentur cum succo hyusquiami. Et oportet vt liniatur natura, & nõ dimittatur fæx indurari in ano. Et curetur retentio vrinę, si acciderit lenificando apostema, quãuis oporteat, vt prohibeatur ab introitu loci vbi fęces egeruntur die & nocte,& proprie, post fluxum sanguinis fortem. Cum autem non vult vt fiat incisio hæmorrhoidarum cum instrumento aut ligatione, immo cum medicina, puluerizetur super eam medicina acuta, qm̃ ipsa corrodet eam, & mundificabit ipsam, & apparebit caro sana. [h] Si autem doleat, sedeat in aquis stypticis, & curetur ante illud cum butyro plurimo posito super eam: deinde curetur cum eis quæ sunt sicut marã de cerussa & lithargyrio,& maram facto ex eis,& ex aquis solatri,& alkekengi, & coriandri. Et qñq; G vna vice, & necessarium est administrare medicamen acutum: q; si dolor intenditur, curetur curatione præcedenti, deinde reiteretur,& in fine rei denigratur, & cadit. Et medicamen quidem acutum est [i] dichbardich,& alfelfedium, & quæ sunt similia illis. Et quando denigratur, elixetur caulis cum oleo, & ponatur desuper, & sedabitur dolor: deinde iteretur donec cadat. Si autem super moralem,& eas quæ ipsi sunt similes, puluerizentur atrimenta, exiccabunt eas,& deijcient eas,& quandoq; inciduntur etiam. Et phlebotomia, & fluxus ventris necessaria sunt in eis: & puluerizationes,& suffumigationes,& epithemata magis operantur in eis.

A Ras. 24. cõti. t. I. c. 2. 270. 4.
B Aeti. li. 4. ser. 2. c. 6. & Ga. 9. de medi. cõpo. ſm lo. c. 7. b
C Oppo. Ras. 268. 2. idẽ vero Ras. lib. diuis. c. 96.
D Ras. 270. 3. & 267. 2.
E Ras. 24. cõti. t. I. c. 2. 270. 3
F Ras. 267. 2.
G Ras. 267. 3.
H Ras. 24. cõti. t. I. c. 2. 270. 3.
I Ras. 24. cõti. t. I. c. 2. 267. 2.

De regimine apertionis hæmorrhoidarum cæcarum, & prouocatione sanguinis earum. Cap. 5.

OPortet in primis vt leniantur cum balneationibus, & fiat iuuamentũ ad apertionem earum cum phlebotomia saphenæ,& venę almabit: & vnctionibus ex eis, quę sunt sicut oleum de medulla vel nucleo persicorum,& de medulla chrysomelorum amara, & pinguedo gibbi cameli, & medulla cerui,& bdellium,& alia singulariter,& composite: deinde administretur super eas succus [k] cepæ fortis: & quandoq; ponitur in eis succus buchormarien: & quandoq; ponitur cum hoc aliquid de lacticinijs, & de staphisagria, & stercore columbino, quoniam ipsum aperit proculdubio. Et quandoq; conficitur cum felle bouis,& galbanum est ex eis quæ ingrediuntur in hoc capitulo. Et similiter folia rutæ,& oleum alachoẽ ipsum prouocat sang. & amplificat poros. [l] Et medi- H camen de myrobalanis cum seminibus subtiliatiuis, cum iuuamento suo in hęmorrhoidibus prouocat sang. s. sang. hæmorrhoidarũ propter illud quod in eo est de seminibus subtiliatiuis. Et ex eis quæ prouocant sanguinem retentum est vt sumatur [m] pulpa coloquinthidæ drach. iij. & amygdal. amarum drach. iiij. fiant ex eis licinia longa,& retineantur in ano,& permutentur omni hora: & sint. v. licinia in. v. horis.[m] Cumq; dolor fit fortior, ponatur in ano licinium ex oleo ros. & phlebotometur saphena. Et quandoq; aperiuntur ex seipsis.

K Diosc. li. 2. c. 144.
L C. 7.
M Ras. 24. cõti. t. I. c. 2. 268. 2.

Sermo de medicinis hæmorrhoidalibus suffumigationibus & puluerizationibus. Cap. 6.

REctius est vt liniatur ante puluerizationes fortes cum sarcocolla dissoluta in aqua. Et si tolerauerit dolorem, liniatur intus anus cum [n] psylotro balnei,& aloe pauco, deinde abluatur cũ vino styptico, deinde puluerizetur puluis super hæmorrhoidas. s. cortices ęris contriti solius,& cũ plumbo adusto. Et iterum arsenicum,& cantharides,& sal ammoniacus puluerizentur super eas: & succurratur cum eo cuius præterijt relatio ex butyro,& similibus. Et fortius istis est, vt sint confecta cum vrina infantis: & hoc currit cursu medicaminis acuti. Quæ autem sunt conuenientiora illo,& leuiora, sunt sicut cinis nucis cupressi lauatus cum vino: & cinis corticis oui,& cinis ossium

N Diosc. lib. I. c. 30.

dactylorum,

A dactylorũm, & lupini ficci amari & adusti: & similiter ossa dactylorum adusta. Et ex eis quæ currunt cursu proprietatum est, vt sumatur [a] caput piscis saliti, & exiccetur approximãdo igni, & misceatur cum tanto casei veteris quãtum ipsum est, & pulverizetur super circulum. Et similiter cinis caudæ piscis saliti. Et nigella est ex pulueribus bonis mirabilis iuuamenti. Et de eis sunt suffumigationes, & eorũ fortior est [b] anacardus solus, aut cum reliquis medicinis, & cum arsenico proprie. Et arsenicum solum: & sulfur, solum reliquæ autem medicinę sunt sicut radix aniudẽ, & rad. oleandri, & alinstirgat, & ra. lilij, & rad. cappa. & radix apij, & ra. coloquinthidę, & radix alharmel, & venę tinctorum, & semen porri, & sinapis, & [a] stercus cameli, & alkali, & alusnẽ, & galbanum, & sarcocolla, administrentur istę medicinę singulariter, & aggregatim, & ponatur aliquid de anacardo, & conficiantur cum oleo de iasmin, & fiant inde troc. & seruentur vt fiat cum eis suffumigatio. Et ex eis quæ conferunt in eis sunt alusnẽ, & galbanum, & sarcocolla. Et [a] stercus cameli est iuuatiuum. [c] Et quandoq; sufficit suffumigatio facta cum tamarisco multoties continue. Suffumigatio composita. [b] Recip. ra. capp. & ra. apij. & foliorum oleandri, & radicis spinæ alhagi, & mharut, & radicis lilij, & anacardi omnium partes æquales: & fiant ex eis auellanę cum oleo sambacino, & administrẽtur suffumigando. Et dixerunt quidam quod suffumigatio cũ folijs myrti iuuatiua est valde: & similiter cũ cute nigra alsanach cũ sale ammoniaco. Et hæc suffumigatio quandoq; fit cũ traiectorio B ingeniose posito in ano, ab extremitate, & suffumigatur in ipso: & quandoq; fit cũ vase perforato super quẽ sedet. Et cõuenientior pruna vel ignis ad ipsum est pruna vel ignis factus [d] ex stercore cameli.

A Ras. 24. 2ti. t. 1. c. 2. 270. 4.
B Ser. t. 3. c. 18.
Infra a
Supra a
C Ras. 24. 2ti. t. 1. c. 2. 268. 2.
D Ras. 269. 3.

De liquidis quæ ponuntur super eas, & quibus embrocantur. Cap. 7.

DE [e] eis sunt fortes acutæ, sicut aquę in quibus decoquuntur calx viua, & alkali, & arsenicum, & reiteretur illud, deinde conficiantur vel misceantur cum eis calx, & alkali. Et aquę aluminosæ bibitæ, & in ablutione administratæ sunt ex eis quę retinent cursum earum. Epithema. [f] Sumatur colloquinthida humida, & scindatur in quatuor partes, & ponatur in vase, & fundatur sup ipsam vrinæ cameli pascentis & proprie arabici submergendo ipsam, & ponatur in sole æstiuo: & restauretur cum vrina, quoties minuitur: est enim vehementis iuuamenti, & deijcit eas proculdubio. Et quandoq; fit linimentum cum myrrha aliquoties: nam ipsa corrodit hæmorrhoidas, & destruit eas omnino. Et in aqua siliquæ humidæ submergatur lana, & ponatur super hemorrhoidas, quoniam per eam destruuntur omnino. Et si fiat fricatio cum ea semper, faciet illud sicut fit in verrucis: [g] & similiter cucumer capparis humidus. Et vnctiones. Butyrum vetus, [h] & oleũ de nucleis chrysomelorum, [h] & oleum de nucleis persicorum, & pinguedo gibbi cameli, & oleum alkeiri, & oleũ de alcãna, in licinijs, & suppositorijs. Submergatur cottum in melle, & pulverizetur super ipsum nigella adusta, & administretur. Et quandoq; fit licinium adustum factum ex vtroq; arsenico & similibus. C Et possibile quidem est vt ex medicinis pulverizabilibus administretur licinia cum melle, & est ex eis quæ sunt mirabilia: sed sunt difficilia. Et acuta est vt incidatur radix dragõtheę in frusta parua, & infundatur in vino nocte & die, deinde retineatur quantum possibile est. Et quidam existimauerunt de nenufare quod quando fit ex eo tenta confert, & existimo quod sedat dolorẽ. Et de eis quæ bibuntur sunt pilulæ de bdellio secundum descriptionem notam, & illæ quæ sunt cum cucurbita, & illæ quæ sunt cum alhuda. Et ex eis sunt pilulę dadi. [i] Et earum descriptio est hęc. myrobalanorum, & belliricorum, & seremblegi, & emblicorum partes æquales, & dadi bassari partes. v. dissoluantur cum oleo de chrysomelis: donec submergantur: & conficiantur cum melle: & sit earum dosis ex ij. drach. vsq; ad aur. iij. Et pilulæ de sandaracha: & descriptio earũ est hæc. sandarachę, corticis ouorum, sytharagi sem. porri partes æquales, salis ammoniaci pars. 5. scoriæ ferri partes quatuor: fiant ex eis pilulę sicut nabac: & dosis earum sit in mane. vi. pilularum vsq; ad. vij. pilulas, & commouet coitum. Et iterum. [h] Recip. myrobala. nigrorum, & belliricorũ & emblicorũ ana drach. x. [k] †{cucuri} adustę drach. vij. karabe drach. iij. vitrioli drach. ij. bdellij drach. xx. infundantur in aqua porri, & fiant ex eis pilulæ, & administrentur. Et ex eis quæ experta sunt est illud quod [h] Recip. squãmæ ferri, & se. porri, & se. ameos, omnium ana drach. i. fructus capparis sicci drach. iij. dosis eius sit pugillus cum aqua porri. [h] Et iterum sumantur myrobalanorũ nigrorũ frixorum cum butyro vac D cino, & semine fœniculi, omnium ana partes ęquales, nasturtij partes duas potio vel dosis ex eo est cochlearium. i. omni die cum vino. [h] Et iterum sumantur myrobal. nigri frixi cum butyro vaccino cum aqua porri, & oleo de nucibus, & tryphera minori, & tryphera scoriæ ferri, [h] & iterum scoriæ ferri cribellatæ tritæ drach. iij. cum drach. ij. nasturtij albi. detur in potu ex eo in ieiunio in drach. i. aquę porri, & pondere drach. ij. olei de nucibus. Et iterum sumatur aristol. longa, & pyrethrum, et tribuli, & amygd. amaræ, & ameos. & proijciatur desuper pugillus farinæ hordei, & conficiantur cum aqua porri, & oleo de chrysomelis. Et iterum sumantur abel noui mundati drach. x. & infundatur in aqua porri aliquibus diebus, & exiccetur in vmbra, & teratur, & addantur ei se. alharmel, & aniudẽ carmeni, & nasturtij albi, & fœnugrę. & ameos, omnium ana drach. viij. feruẽant nasturtium, & alharmel cum oleo de nucibus, & oleo de chrysomelis, & terantur reliqua remanentia, & aggregentur omnia in vase vitreato, aut scutella vitreata, & potio sit ex vno aur. vsq; ad. ij. aur. [f] Et ex eis quæ electa sunt, & experta, est vt in potu sumatur galbani sicci pondus drach. ij. cum aqua: nam ipsum remouet eas. Et si in potu sumatur tribus vicibus, non redibunt. Et serapinum, & storax sunt ex summa bibitorũ, quæ bibuntur ad hæmorrhoidas, & si natura est lenis confert [l] suffuf myrob. cũ seminibus, & ipsum prouocat sang. & ex illis quæ cõferunt eis est assiduatio comestionis

E Ras. 24. 2ti. t. 1. c. 2. 268. 1.
F Ras. 269. 4.
G Ras. 267. 2.
H Ser. t. 3. c. 18.
I Ras. 269. 2.
K † limacis
L C. 5.

radicis alluf cum melle:tryphera autem cum fcoria ftringit fang.& confert hæmorrhoidibus. E

De sedantibus dolorem hæmorrhoidarum. Cap. 8.

SVmantur ferapini, & bdellij fubalbidi añ.drach.ij.ftoracis,drach.i.opij drach.5.olei de nucleis chryfomelorum drach.i.&.5.diffoluantur gummę in eo, & ponatur defuper pondus drach.5. da caftoreo, & iterum nenufaris exiccati pars.i.althææ pars.5.& iterum meliloti, lentium excorticatarum ambarũ ana pars.i.coniungantur cum vitello oui,& oleo rof.Et iterũ folia altheæ,& melilotũ confecta cum vitello oui,& oleo rof. Et quãdo ponuntur fuper eas [a] diachylon cũ oleo rof. & aliquãtulo croci,& opij,& rob,funt iuuatiua.Et adeps anatis eft vehementis iuuamenti.Et iterum [b] cancer fluuialis [c] hyffopus humida,adeps renum caprarũ,cera alba.Et iterũ proprie cũ apoftematur,conuenit vt fumantur chamæmilla,& melilotũ,& parum croci, & terantur & conficiantur cum mucilagine fe.lini,& triplicato. Et addatur ad hoc capitulum illud quod dicemus in capitulo ficteris.Ipfum enim confert,& fedat dolores incifionis & ligationis,& apoftematis.

A Raf. 24. ꝯti.t.1. c.2.267.2.
B Diof. lib.2. c.9.
C Diof. li.2. c.66.

De restrictiuis cursus hæmorrhoidarum. Cap. 9.

DE illis funt ea,quæ reftringunt curfum incifionis:& funt fortiora, & melius eft vt fint cauterizantia.Et de illis funt ea,quæ retinent curfum apertionis. Et illa quæ retinent fanguinem incifionis funt atrimenta.Et iterum quæ funt,ficut puluerizatio ex aloe, & ture & fang.draconis, F & balauftijs,& fief memithæ,& fimilibus,puluerizetur,& ligetur ligatura forti. Et iterum pili leporis,aut tela aranea cum albumine oui,& inuoluatur puluere [d] Galeni, & ligetur vfquequo figilletur. Et quæ ex eis fortia funt, funt ficut alcolcotar cum acacia, & gallis:deinde ligetur fortiter. Quod fi nihil cõfert cauterizetur cum cotto fubmerfo in oleo calido feruente,et retinebitur fang. deinde puluerizentur defuper reftrictiua: & in hoc eft timor fpafmi. Ea vero quæ funt infra illa, funt ftyptica nota, & aquæ in quibus decoquuntur ftyptica. Aut vinum ftypticum in quo decoquuntur cortices granatorum,& gallę.[e] Et ex eis quę bibuntur ad illud eft tryphera minor in qua pofita eft fcoria ferri infufa in aceto hebdomada vna,à qua coletur acetum,et frixetur ipfa in fartagine frixione affante,deinde teratur ficut puluis fubtilisfimus.

D 5.methe.c.4.h, & Raf.24.cõti.t.1. c.2.270.3.
E Raf. 24. ꝯti.t.1. c.2.267.4.

De cibatione habentium hæmorrhoidas. Cap. 10.

OPortet vt alienent [f] à fe omne groffum ex carnibus, & res denfas, & omne adurens fang.ex altuabel,& feminibus:nifi fm quantitatem iuuamenti.Et oportet vt comedant ea,quorum digeftio eft velox.Et fiat cibus eorum bonus ex carnibus, & vitellis ouorum, & alesfidabegi pinguibus,& algiudabat,& zirbagiat, & aqua ciceris,& fifaminũ dulce eis confert. Et nux inda cum penidijs confert eis. Quod fi fuerit illic folutio,& curfus fuperfluus fang. cõfert cibus factus ex rizo,& cibus factus ex granatis cum paffis.Et eorum olea fint oleum de nucibus,& oleum de nuce G indica,& oleum amygdalinum, & oleum de nucleis chryfomelorum, & pinguedo gibbi cameli, & adipes laudabiles:& alhagie ex vitellis ouorum,& ex porris,& pauco cepe: & penidij,[g] & ficus funt meliores eis quàm dactyli.

F Raf. lib. diuifi. c.96.
G Raf. 24. ꝯti.t.1. c.2.269.2.

De apostematibus calidis in ficteri & erysipila in eo incipientibus, & factis post dolores hæmorrhoidarum & incisione earum. Cap. 11.

APoftemata ficteris accidunt fm minus incipientia, & fm plurimum fiunt fucceffione rhagadiarum,& pruritus,& fucceffione oppilationum orificiorum hęmorrhoidarum,& fucceffione curationum hæmorrhoidarum cum incifione, & medicinarum acutarum. Et cum apoftemata collectionem faciunt,& fiunt exituræ,timetur fuper ea,ꝙ fiant fiftulę:[a] propter hoc ergo ante maturationem aperiuntur. Et oportet vt adminiftretur phlebotomia in principio horum apoftematum:qñꝙ enim fedat dolorẽ fola.[h] Et adminiftretur fuper eã marã de ceruffa:aut liniantur cum albumine oui trito,cum oleo rof.in mortario plumbi,aut ftãni,donec in ipfo denigretur.Aut fumatur merdafengi partes.v.amyli octo,ceruffæ drach.ij.cerę nouę vnc.iij.butyri vnc.ij.pinguedinis anatis vnc.i.olei fifami.quantũ fufficit,ponatur cum eis aliquid de triplicato & vino.Et adeps anatis eft vehementis iuuamenti.[i] Et fimiliter panis coctus cum aqua cum fit ex eo emplaftrum cum vitellis,& oleo rof.[k] Aut panis mundi.lib.i.croci vnc.i.opij vnc.5.adminiftrentur in rob.Et fimi- H liter emplaftrum factum de kekẽgi,eft bonũ val.[l] Et fimiliter emplaftrum factum de vitellis ouorum affatorum qui terantur in vino ftyptico,deinde mifceantur cum cera, & oleo rof. Et quando pertranfeunt initium, & non funt ab incifione : adminiftretur fuper eas diachylon conquaffatum cum oleo rof.aut parum emplaftri bafilicon cum vitellis oui forbilis.[m] Et iterum cepę,& porri elixati cum chamęmilla,aut marã ceruffę cum ammoniaco. Et fi fortis fiat dolor,tunc folia hyufquiami viridis exprimantur,& fumantur ex aqua earum aliquid,& mifceatur cum aqua etiam: deinde infundatur in ea panis, & adiungatur ei vitelli oui non coagulati affatione vel coctura vehementi & oleum rof. & fiat ex eo marã. Et iterum quandoꝙ confert vaporatio æqualis, & feffio in aquis in quibus decocta funt ea quæ fedant dolorem ficut femen lini,& althæa,& femen altheæ,& maluæ,& additur fup ea mucilago frumenti contufi,cocti ficut puls,& oportet vt redeamus[n] ad capitulum tenafmon. In eo nãꝙ eft cura bona ad hoc capitulum. Et cum funt ifta apoftemata propinqui temporis in ano ex genere eorum quæ aggregant materiam,[o] tunc [a] cito perge ad perforandum ante maturationem,vt non extendatur materia ad profundum,& fiat fiftula:& iam narratur [p] hoc regimen ab Hippocrate.

Infra [a]
H Paul.lib.3.c.59. 173.3.
I Raf.263.4.
K Aeti.lib.4.fer. 2.c.2.
L Raf. 24. ꝯti.t.1. c.2.269.2.
M Raf.24. ꝯti.t.1. c.2 267.4.
N T.2.c.16.&.17.
O Paul.lib.3.c.59.
Supra [a]
P Raf. 24. ꝯti.t.1. c.2.269.1.

De

A *De rhagadijs ani. vel Rimis.* *Cap. 12.*

RHagadiæ in ano quandoque fiunt propter ſiccitatẽ,& caliditatem accidentes ei:& finditur à fæce ſicca,& à qualibet cauſa. Et quandoque fiunt propter vehementiam doloris. Et quandoq; fiunt propter apoſtema calidum. Et quandoq; fiunt propter groſsitudinem fæcis vehementem,[a] & ſiccitatem ipſius:[b] Et fiunt propter hæmorrhoidas quæ fiunduntur: Et fiunt propter fortitudinem expulſionis ſang. ad orificia venarum ani.

A Alzar. lib. prac. t. 17. ſec. 2. c. 6.
B Aeti. li. 4. ſer. 2. c. 5.

De cura rhagadiarum. *Cap. 13.*

QVædam medicinæ rhagadiarum ſunt incarnatiuæ exiccatiuæ,& quædam ſunt lenitiuæ,humectantes,& quædam curatiuæ apoſtematis:& quædam ſunt incedentes inceſſu proprietatis,aut propinquæ eis. Incarnatiuę autem ſtypticæ exiccatiuę ſunt,ſicut gallæ non perforatæ quæ bene in aqua decoquuntur,& pauco vino pontico,& adminiſtretur ex eis epithema. Et fortius illo eſt vt ſumatur zangiefer,& balauſtia,& ceruſſa,& merdaſengi, & plumbum aduſtum, & ſcoria argenti, & clymia, & adminiſtrentur cum oleo roſ. & cera pauca. Et iterum marã de ceruſſa notum:aut ceruſſa, & ſtannum aduſtum, & oleum roſ. & albugo oui,& ſcoria plumbi, & ſemen roſæ. & terantur & adminiſtrentur in maran,& ſicca,& adhærentia. Et iterum alcannę ſumatur pars. i. & ceræ albæ partes. iij. diſſoluatur cera cũ oleo roſ. & miſceantur:& ſimiliter alkeiri exic
B cata. Et ex eis quæ currunt curſu proprietatum ſunt cinis oſtracorum,& amyli æquali menſura,& foliorum oliuæ medietas vnius, & cũ eis liniatur. Et ex medicinis iuuatiuis etiam eſt illa quæ Recip. lithargyrij,& ceruſſæ,& fricationis plũbi,& olei hyuſquiami albi,& ceræ partes æquales, olei roſacei quantum ſufficit.[c] Et iterum adeps anatis,& tus,& medulla oſſium cerui,& ſemen roſę,& tucia,& clymia abluta, & ceruſſa plumbi,et ſtannum aduſtum ablutum,& [d]†{ } & opium,& hyſſopus humida,& ſuccus endiuiæ, & ſuccus ſolatri, & oleũ roſ. & ceræ parum,fiat ex eis ceratum. Et in hoc quidem cum rectificatione vulneris eſt prohibitio apoſtematis, & rectificatio eius,& expulſio doloris. Et ex eis in quibus ſedetur eſt aqua cucume. in qua feruent ſolatrũ, & lentes, & roſæ, & hordeum excorticatum. Et quãdo non eſt pruritus confert chimolea cũ oleo myrtino. Et ex eis quæ ſunt fortis iuuamẽti eſt vt ſumatur olei ſiſamini,& turis puri, & hæmatitis, & aluminis rotundi omnium ana pondus drach. ij. & croci,& myrrhæ amborum ana drach. i. glutinis alimbat,& ceræ amborum ana drach. xxij. aggregentur cum vino, & oleo roſ. Et ex medicinis huius capituli ſunt medicinæ conferentes cum æquatione,& lenificatione facta cum adipibus & pinguedinibus,& mucilaginibus, & ſuccis,& oleis, & glutinationem facientibus,ſicut amylũ, & puluis molendini, & dragagathum, & ſimilia. Et aggregetur ad illas curatio rhagadiarum. De illa eſt hęc deſcriptio.[e] Recip. hyſſopum humidam,medullam vituli,amylum ablutum,adipẽ ana
C tis,aut gallinæ,& oleũ roſ. Et ex illa eſt vt ſumatur medulla cruris vaccini, & fermentũ, & amylũ, & liniať,& iterũ maran. Recip. bdellij,gibbi cameli, & farinæ hordei partes æquales medullæ cruris cerui,& adipis cerui oĩum ana vnc. i. mumiæ vnc. 5. olei ſiſamini vnc. ij. amyli, dragagãthi oĩum ana vnc. i. & aggregentur cũ oleo ſiſamino, & olea iuuatiua rhagadijs, in quibus non eſt caliditas plurima,& ãpa imo ſiccitas ſunt ſicut oleũ alkeiri,et oleũ de lilio,et oleũ de nucleis chryſomelorũ, & oleum de nucleis perſicorum,& diſſoluatur in eis bdellium. Et cõfert eis ſuffumigatio cũ bdellio confecto cum adipe. Apoſtemoſas autem iam ſciuiſti eas, & confert in eis chimolia cum oleo myrtino,& ſeſsio in ſtypticis, & oleo omphacino. Et iterum decoquantur gallæ cum vino, & fiat ex eis emplaſtrum. In rhagadijs autem hæmorrhoſaicis eſt neceſſarium vt ſuper eas adminiſtretur maran,& adminiſtrentur ea quæ bibuntur. Et adminiſtrẽtur pilulæ de bdellio cum ſerapino,quæ bibanť in nocte & in die. Et qñ currit ex rhagadijs aliquid,ſumatur cottũ & ſubmergatur in aqua aluminis,& exiccetur,& abſtergatur cum eo anus, & deuitentur ſtyptica exiccantia egeſtionem.

C Raſ. 14. cõti. t. 1. c. 2. 270. 4. & 267. 1
D † cerebri gruis
E raſ. 267. 1.

De cibatione habentium rhagadias. *Cap. 14.*

OPortet vt ipſi deuitent acetoſa,& ſtyptica exiccantia naturam. Et ſint cibi eorum alesfidabegi,& ea quæ fiunt ex ſpinachijs,& molochia vel maluis, & pinguedo gibbi cameli, et adeps gallinæ et anatis. Et conferunt eis caules conditi in iure carnium pinguium, et vitelli ouorum
D ſorbilium,et proprie ante alios cibos,et fritalea de vitellis ouorum,et de porris,et cepæ cum butyro vaccino non vehemẽtis,coagulationis,et nux indica,et amygdalæ,et penedij conferunt eis. Et via cibationis eorum eſt via cibationis habentium hæmorrhoidas.

De mollificatione ani. *Cap. 15.*

QVandoq; fit ex complexione paralytica,aut frigore infra illam. Et cõplexio quidem paralytica,quandoq; eſt ex humiditate ſubtili imbibita ſm plurimum. Et quandoq; ex humiditate quę eſt decliuis ad caliditatem: et eſt eius caliditas cauſa imbibitionis eius,et cognoſcitur illa caliditas per tactum.[f] Et quandoq; fit propter fiſtulas,et ligationem hæmorrhoidæ:aut inciſionem eius,cum lacerto aduenit nocumentum cõmune.[f] Et quandoq; fit propter caſum ſuper dorſum:aut percuſsionem nocentem principijs neruorũ aut rumpentem eos,et hoc fit ſubito,[f] et nõ eſt ei curatio. Complexionalis vero accidit paulatim,et recipit curationem.[f] Et accidit ex mollificatione ani exitus fæcis inuolũtarie. Et qñq; eſt illic tenſio ad exteriora ſimilis mollificationi,propter illud quod ſequitur ipſam de exitu fæcis inuolũtarie. Et multoties ſequitur colica, ꝑpter illud quod aduenit lacerto conſtrictiuo de tenſione, et ſcitur per tactũ duritiei. Et qñq; eſt mollificatio cum ſenſu,et quandoq; eſt cum deſtructione ſenſus:et illa quæ eſt cum ſenſu,eſt incolumior.

F Raſ. lib. diuiſio. c. 99.

De cura. *Cap. 16.* E

SI fuerit causa eius frigus vehemens cum materia, aut absq; materia,[a] sedeat in aquis cucume. in quibus sunt cocta sauina, et costus, et nux cupressi, et spica, et aliquid de mora, et de squināntho. Et si indiget fortiore illo, clysterizetur cum medicina nominata euphorbium: et administrentur super ipsum ea quę sunt sicut oleum costinum, et alia. Et si fuerit materia mollificans humiditas in qua sit caliditas aliqua, quod scitur per tactum, fac sedere ipsum in aquis stypticis fortibus, decliuibus ad frigus: et permisce cum eis calefactiua etiam styptica, et si illic existimaueris tēsionem esse, tunc administra mollificantia, lenificantia ex oleis, et adipibus, et alijs. Et in fine illius, oportet vt administres mordicantia et cōmouentia in quibus est subtiliatio, et resolutio ad excitandam virtutem: et euacuandam materiam, sicut aqua salsa, et aqua salita, et coloquinthida. Et attende ea quæ dicuntur in capitulo: quod est post illud, et est de egressione ani.

A Ras. lib. diuisio. c. 99.

De egressione ani. *Cap. 17.*

QVandoq; fit propter vehementiam mollificationis lacerti constringentis anū, educentis ipsum ad superiora: & quandoq; fit propter apostemata inuersantia ipsum. Et curatio quidem redeuntis facilior est curatione apostemosi qui non redit: & cura vniuscuiusq; nota est. Et rectius quidem est vt curetur cum eo quo curatur, & reducatur, & stringatur. Quod si non reducatur, administrentur mollificantia. Et oportet vt dicamus medicinas constringentes anū, constipantes ipsum: nam plurimum necessaria sunt ea quæ sunt huiusmodi: nam cum administrantur, & reducitur anus post eas, si fuerit reducibilis, & restringitur, iuuat. Ex eis itaq; sunt aquæ in quibus sedetur, & quibus fit embroca, & in quibus decoctæ sunt medicinæ stypticę. Et cōuenientior illarum est vt sit illa aqua, vinum stypticum. Et de illis est vt sumantur rosæ, & lentes, & solatrum, & sumach, & decoquantur in aqua, et administrentur. Et ista iuuant etiam cum illic est apostema. Et ex eis sunt pulueres, de quibus cum nō est caliditas vehemens est, vt sumantur corticum arboris albotin drach. viij. nucis cupressi pondus drach. ij. cerussæ drach. i. madefiat illud quod egredit cum vino styptico, & abluatur cum eo, & puluerizetur hoc super ipsum.[b] Et iterum minuti turis, & merdasengi amborum ana drach. viij. nucis cupressi siccæ, & cerussæ plumbi assumptæ per fricationem plumbi eiusdem super aliud cum vino styptico amborum ana drach. ij. & puluerizetur, [b] & iterum scoriæ plumbi, & sumach an̄. drach. iiij. myrrhæ drach. i. se. rosf. drach. iiij. Et iterum etiā abluatur, & inungatur cum oleo ros. puro & bono, & sumatur alumen, & gallæ, & antimonium, & cerussa plumbi, & puluerizetur super ipsum, & reducatur si reducibilis est, & stringatur. Quod si anus non reducitur, & non redit propter apostema magnum, tunc melius est vt regatur apostema, & mollificetur illud quod eminet per sessionē in aqua calida, in qua decocta sunt sedantia dolorē, & mollificantia apa de eis quæ iam dicta sunt in caplo suo: & inungatur post illud cū oleo anethino, & oleo chamęmelino: nā si lenitur & redit, tunc curet cum eis quæ dicta sunt. Et ex eis quæ cōferunt in hac hora, sunt sedantia dolorē pdicta, & proprie nenufar prædictū in quo sunt lentes.

F

B Paul. lib. 3. c. 59. 174. 22.

G

De fistulis in ano. *Cap. 18.*

QVandoq; generantur istæ [c] fistulę ab exituris in ano, & corpore eius, & quandoq; generātur ab hæmorrhoidibus corrosiuis: & de fistulis ani quædam non sunt penetrantes, & sunt incolumiores: & quædam sunt penetrantes, & sunt deteriores.[d] Et illæ quæ sunt propinquę, altaharizi, & introitui sunt incolumiores: qm̄ si incidantur, nō aduenit lacerto toti nocumentum, immo parti eius, & in reliquo est eius operatio ex retentione.[e] Elongatæ autem cum inciduntur, & cum est curatio inciditur lacertus retentiuus totus, aut plurimum eius: & destruitur tota retentio, & perducit ad egressionem stercoris inuoluntarie. Et quandoq; sunt continuæ cum venis, & neruis: & est in eis timor. Et scitur differentia inter penetrantes, & non penetrantes,[f] per [α] intromissionē tentæ in fistulam, & digiti in ano, quo sentitur vltimus status casus tentæ: quare sciuntur penetrantes, & nō penetrantes. Et penetrantes quādoq; significat exitus stercoris ex eis. Et scitur an incisio adueniat lacerto toti, aut parti eius cum regimine quod [f] quidam primorū antiquorum dixerunt, & imitati sunt ipsum [g] quidam posteriorū. Et illud est, vt intromittatur [α] digitus in ano, & tenta in fistula, & præcipiatur infirmo vt stringat anū, & trahat ipsum ad superiora, & sentitur illud quod constringitur, & illud quod egreditur de lacerto, & quanta sit latitudo eius, quæ est in longitudine corporis. Et quantum sit inter extremitatem tentę, & inter superius latitudinis eius quæ est in longitudine corporis, an sit parum, aut plurimum. Et penetrantes quandoque habent orificium vnum. Et quandoque habent orificia plura.

C Pau. lib. 6. c. 77.

D Ras. lib. diuis. c. 97.

E Ras. t. 9. c. 80. & 24. conti. t. 1. c. 2. 268. 3

F Paul. lib. 6. c. 78. *Infra* α

G Halya. 9. pract. c. 60. & Ras. 24. conti. t. 1. c. 2. 268. 3.

H

Supra α

De curatione. *Cap. 19.*

EX non penetrantibus quidem, si non fuerit nocumētum cursus plurimi, & fœtor superfluus, non erit malum dimittere eas, & si fuerint nocentes, experiatur super [h] eas collyrium algarab, & quæ procedunt cursu eius ex medicinis fistularum. Et si rectificauerit eas, aut minorauerit corruptionem earum, erit bene. Et si non, administretur medicamen acutum, vt consumant quod apparet de fistula, et est caro mortua, et appareat caro sana. Et succurritur dolori cum butyro, superposito, et oleo ros. deinde incarnatur vulnus cum medicinis, et cum marā incarnatiuis, et proprie marā alrasul ipsum enim sanat ipsum. Quod si fuerit etiam fistula, non curetur cum eis adhuc quæ incidunt cum adustione, et festinatione, sed cum facilitate, et in spatio. Et ex eis quæ ipsas incarnāt est [i] marā nigrum. Penetrantium autem curatio est incisio, et consideretur in incisione illud quod

H Ras. t. 9. c. 30.

I Ras. 24. cōti. t. 1. c. 1. 263. 3.

diximus

A Paul.lib.6.c.78. & Rasi.24.cõtu.t.1. c.2.268.3.

A diximus. Et ex bona incisione eius est, vt incidatur [a] cum pilis tortis subtilibus, aut cum seta torta cum quibus stringatur, et dimittatur. Et quando perducit ad dolorem vehementem, et timetur quod accidat spasmus, aut aliud accidens malum, auferatur ab ea filum, et curetur cum eis, quæ sedant: deinde iteretur constrictio cum eo.

De pruritu in ano. *Cap. 20.*

QVandoq; fit propter vermes paruos generatos in eo. Et qñq; fit propter hu. salsos, et cholericos mordicantes ipsum. Et quandoq; fit propter vlcera saniosa in ipso.

De curatione. *Cap. 21.*

B F.16.t.5.c.6.
C C.22.& lib.1.F.4.c.28.& lib.4.F.4 t.3.c.2.
D F.16.t.2.c.17.
E † cocygem

FActus quidem à vermibus, [b] curatur curatione vermium. Et factus ab vlceribus, curetur [c] curatione vlcerum: Sed facti ab hu. retentis in eo, si fuerint venientes desuper, curatio est rectificatio cibi, et euacuatio hu. Et si fuerint retenti illic, est euacuatio cum collyrijs scitis narratis in eis, quę mundificant intestinum rectum ex hu. phlegmatico, et cholerico. Et iam dictum est [d] in capitulo tenasmo. Et curatur cum suppositorijs temperatis, et cum suppositorijs stupefacientibus. Et vnctio vel linitio cum aceto vini iuuatiuum est valde. Et similiter ventosæ super [e] †{alhosos }

Vlcera ani. *Cap. 22.*

F F.16.t.2.c.7.

CVrentur cum exiccatiuis fortibus, prædictis [f] in capl'o excoriationis, & si sit dolor vehemens B valde stupefac sensum loci doloris. Et conferunt eis almaram nigrum, & almaram de viride æris, & ponatur totum in lana super caput tentæ.

Fen. xviij. de dispositionibus renum, cuius sunt duo tractatus.

TRACTATVS I. *de vniuersalibus iudicijs renum, & de lapidibus eorum.*

[g] *De anatomia renum.* *Cap. 1.*

G Lib.13.aïal.c.11
H Ga.li.4. de v.p. c.6.d.& lib.5.c.5.h
I Li.1.F.1.d.4.c.1.
K G.lib.4.de v.p. c.6.d
L Lib.1.F.1.do.4. c.1.& 2.
M G.lib.5.de v.p. c.6.d.e



CReati [h] sunt renes ad hoc, vt sit instrumentum mundans sang. ex aquositate superflua quæ erat necessaria ei propter necessitatem quam [i] declarauimus. Et illa quidem necessitas [k] destruitur cum digestus est sang. & præparatus, vt penetret in corpus. Et tu iam [l] sciuisti ista. Et ppterea q hæc aquositas valde plurima fuit, fuit necessarium vt crearetur membrum mũdificans ipsam, & attrahens eam ad se, aut membrum magnum, aut duo membra paria. & si esset magnũ, vnum coarctaret, & comprimeret. Loco igitur vnius creata [m] sunt duo. Et in dualitate eorum est iuuamentum quod notum est in creatione membrorum parium: & duarum diuisionum, C & diuisionum plurium. vna. s. vt cum nocumẽtum acciderit vni eorum, stet fm cum parte operationis, aut cum plurimo eius. Et subtiliatum est ad condensandum substãtiam eorum, & ad faciendam eam solidã propter iuuamẽta: Quorũ vnum est, vt succurratur cum soliditate paruitati quantitatis. [n] Et fm est, vt sint prohibiti ab attractione rei non subtilis exuccãdo ipsam. [o] Et tertium est, vt sint fortis substantiæ, nõ velociter patientes ab eo à quo implẽtur omni hora ex aquositate acuta, cui associantur hu. acuti in pluribus horis. Quia igitur creati sunt ita, facilitatur penetratio subtilis in meatibus eorum. Et dilatatus est locus eorum propter illud, quod positum est illic de visceribus. [p] Et positus est ren dexter supra sinistrum, vt sit magis propinquus hepati: & magis trahens ab ipso, quantum possibile est, ita vt fortasse tangat ipsum, immo tangat additamentum quod sequitur ipsum. [q] Et positus est sinister descendens: qm̃ compressio fit in latere sinistro à splene, et vt illud quod attrahitur ex aquositate, non attrahatur inter diuisiones æquales, immo attrahatur ad propinquius in primis, & ad longinquius secundo. [r] Et ipsi quidem cum duobus cornibus vel extremitatibus cum concauo ipsorum, & gibbositate ipsorum vicinantur ossi ipsius dorsi. Et posita est in interiore parte cuiusq; eorum concauitas à qua attrahitur ad ipsum aquositas ex superiore, quod aduenit ei: & in ipsa vadit, deinde trahitur ab ipsa ex interiore parte eius ad vesicam in poris vritidibus à quibus separatur paulatim paulatim, postquã mundificat ren illud quod associatur illi D aquositati de superfluitate sang. purificatione meliore, & magis vltima, quæ possibilis est: [s] quare nutritur ab eo quod de ipso purificatum est, & expellit superfluitatem. Aquositas enim non peruenit ad renes existẽs in vltimo clarificationis, & separationis: imo peruenit ad eos remanẽte sanguineitate in ipsa, quasi ipsa sit lauatura carnis ablutione vltima, & propter hoc [t] quãdo debilitantur renes, non purificatur: quare egreditur aquositas associata sibi sanguineitate. [v] Et similiter cũ hepar est debile, & nõ discernit aquositatem à sanguineitate, separatione qua oportet, & quãtitate qua oportet, & regimine quo oportet, tunc penetrat cũ aquositate sanguineitas plus q̃ necesse sit penetrare, quare superfluit illud quod associatur ei de sanguineitate mẽsuram quo indigent renes in nutrimento sui: Et est illud quod egreditur ex illo in vrina lotiuum etiam simile loturæ, quæ egreditur cum renes debiles sunt in nutriendo se. [x] Et renibus quidem aduenit neruus paruus, ex quo creantur panniculi eorum, [y] & aduenit eis vena ex latere hepatis: [z] Et aduenit eis arteria quantitatem habens ex arteria, quæ aduenit hepati.

N G.lib.5. de v.p. c.6.f.g,& 7.h
O Ga.2.de ar.cur. ad Glau.c.1.102.f
P Ga.lib.5.de v.p. c.6.d.& 5.a,& li.6. de iuuato.c.13.c,& lib. 14.de v.p.c.7.f
Q G.lib.5.de v.p. c.6.d.e
R Ras.t.1.c.20.
S Ga.lib.5.de v.p. c.6.f.g
T C.11.
V F.14.t.2.c.2. & lib.1.F.2.d.3.sum. 1.c.2.
X G.lib.5.de v.p. c.1c.f
Y Lib.1.F.1.do.5. sum.5.c.5.& G.lib. de dissec.vena.c.8.b
Z Lib.1.F.1.do.5. sum.4.c.5.aliter
a Alzar. lib. prac. t.10.c.1.
b Ras.lib. diuisio. c.70.

De ægritudinibus renum. *Cap. 2.*

ACcidunt eis [a] ægritudines complexionis, & accidunt eis ęgritudines compositionis in paruitate quãtitatis, & magnitudine eius, & ex [a] oppilatione: de cuius summa [b] est lapis. Et ægritudines

dines solutionis continuitatis, sicut [a] vlcera, & corrosio, & abscissio venarum, & earum apertio. & totum illud accidit, aut in ipsis, aut in meatibus qui sunt inter eos, & inter alia: & illud parum fit. Quod si accidat in illis meatibus oppilatio ex san. aut humore, aut lapide, cōicat ren in curatione. Et quando multiplicātur ægritudines in renibus, debilitatur hepar ita, vt perueniat res [a] ad hydropisim siue renes sint calidi, siue frigidi. Cūq; vides habentē dolores in renibus mingere vrinam viscosam, & glutinosam, tunc scias ꝙ illud addit in doloribus eorū, ꝑpter illud quod attrahunt de materijs malis, & generat qñq; lapidē. Et resoluuntur eorū ægritudines per vrinā grossam residdentem. [b] Et multoties quidem facit incurrere strictura lumbaris dolorem, & caliditatem in renibus. E

A Alzar. lib. prac. t. 20. c. 1.

B T. 2. c. 1.

De signis quibus significantur dispositiones renum. Cap. 3.

SIgnificatur ex vrina in quantitate, & subtilitate sua, & colore suo, & hora sua, & ex eo quod admiscetur ei, & ex dispōne sitis: & ex dispōne desiderij coitus: & ex dispōne dorsi, & doloribus eius: & ex dispōne crurium: & ex ipso dolore, & ex tactu: & ex eo quod cōuenit, & quod non conuenit. Et ægritudinibus quidem renum associatur paucitas vrinæ: Et distinguit hepatis ægritudines quæ eis similantur, ꝙ appetitus nō omnino prostratus est. Et ille qui mingit vrinam in qua est spuma plurima, & fortis, tunc in renibus eius est ægritudo. & similiter est in illo qui habet sedimē carnosum, & capillosum, et orobinum digestum, qm̄ digestio est ante renes. veruntamen digestio cum est vehemens valde, & cum ea permistio ex rebus alijs, arbitrare ꝙ ægritudo est in vesica: & si fuerit digestio infra illam vel minor illa, tunc est in renibus, & si non vides digestionem, tunc iudica ꝙ principium ægritudinis est in hepate: qm̄ digestio quidem fit propter causam superiorum, & si nō esset sanitas eorū, nō fieret digō. & si nō esset nocumentū in eis, nō esset defectus digōnis. F

De signis caliditatis renum. Cap. 4.

SIgnificatur caliditas renum ex tinctura, vrinæ sicut [c] sua rubedine, & sua citrinitate: deinde ex [c] priuatione pinguedinis totius corporis: & ex caliditate tactus, & ex veloci accessu apostematum: calidorum: & sicut diabetes calida, & multo desiderio coeundi: & siti nimia.

C Alzar. lib. prac. t. 20. c. 2.

De cura. Cap. 5.

CVra eorum est [d] exhibitio lactis asinæ in potu: & caprarum nutritarum in domo cū herbis frigidis, & exhibitio lactis vaccini, de quo extractum est butyrum, nisi timeatur vitium lapidis: qui si timeatur, exhibeatur aqua lactis de quo extractū est butyrum, qm̄ ipsa est vehementis extinctionis renū, & similiter omnes succi, & mucilagines quas sciuisti. Et cum clysterizabis cū eis, erit melius. Et qñq; clysterizatur cum aqua frigida, & oleo seminum cucumeris longi, & erit bonum. Et similiter emplastra facta ex illis & vnctiones ex oleis frigidis. Et cāphora est vtilis valde in cura caliditatis renū. Et in summa sitis in hac cōplōne fit frequens, & nō conuenit ꝓhitio aq̄ frigidæ.

D Alzar. lib. prac. t. 20. c. 2.

De signis frigiditatis renum. Cap. 6. G

SIgnificatur frigiditas renum [e] ex discoloratione vrinæ, & totius corporis, [e] & paucitate desiderij coitus. [e] Et ex debilitate dorsi, & est dorsum eius sicut dorsum senis. Et his quidem superueniunt ægritudines frigidæ, & nocentur à frigidis.

E Alzar. lib. prac. t. 20. c. 2.

De cura. Cap. 7.

IVuamentum illius est [f] clystere ex oleis calidis, & adipibus calidis, & butyro vaccino, & oleo sisamino, & oleo nucum, & alkekengi, & amygdalarum amararum, & cartami, & cum aqua fœnugreci, & anethi, & brodio capitum arietum, & columborum, & alijs, & ꝙ vngatur ab extra cum adipe vulpino, & adipe aldabha, & oleo laurino, & oleo nucū, & fisticorū, & oleo costino proprie. Et quandoq; permiscentur aquæ eorum cum oleo secundum quantitatem sufficientem ad clystere faciendum. Et sumantur iterum emplastra medicinarum calidarum, summa quarum est aggregata: Et cyminum est iuuatiuum valde in cura frigiditatis renum, & proprie illud in quo contritio permiscentium ipsum est plurima, & clystere cum oleo costino est forte valde: & sequens illud est oleum habalchadara, [g] id est oleum grani viridis, & oleum fistici: [h] & adeps caudæ arietum quando fit clystere cum eo, est vltimum in calefaciendo renes, & confortando.

F Alzar. lib. prac. t. 20. c. 2.

G Ras. 23. cōti. t. 3. c. 2. 256. 3. & 255. 4.

H Ras. ibi. & 255. 4.

De extenuatione, & arefactione renum. Cap. 8.

QVandoq; accidit renibus extenuatio, & arefactio quæ dicitur debul, & diminuitur pinguedo ipsorum, immo quandoq; non remanet pinguedo ipsorū propter malam complexionē, & nimium coitum: & euacuationem. H

De signis. Cap. 9.

SIgna sunt casus appetitus [i] coitus, [i] & albedo vrinæ, & frequenter vrinare, [i] & debilitas dorsi: [i] & dolor lenis in illo: [i] & quandoq; erit cum illo extenuatio corporis.

I Ras. lib. diuis. c. 70.

De cura. Cap. 10.

IVuamentum eorum est [k] comedere medullas cum zuccaro: sicut medullas amygdalarū, & nucis indæ, & auellanarum, & fisticorum, & papauer, & cicera, & fabæ, & faseoli conferunt, & pinguedines sicut pinguedines gallinarum, & anserum, & renum hœdorum, vel caprarum, & panis impinguatus vel vnctuosus calidus. Et misceantur cum istis medicinæ diureticę, & species aromaticæ confortatiuæ, vt sint diueretica perducentia vel facientia peruenire. s. ad renes, & species aromaticæ cōmoueant virtutem. Et quandoq; miscentur cum illis sicut alhach. i. lacha, & illud in quo est viscositas vnctuosa, vt confortetur substantia carnis: Et iuuat potus lactis vaccini, & lactis decocti cū sua tertia aut quarta de tereniabin. Et quando cōteruntur vel minutim inciduntur renes,

K Ras. lib. diuis. c. 70.

& coquuntur

A & coquuntur & aromatizantur & ponitur super eos, quod impinguat & confortat ex seminibus & speciebus aromaticis, erit iuuatiuum. & iuuāt eos clysteria facta ex carnibus agnorum vel arietum & columbinorū et capitum castratorū, cum oleis odorem habētibus aromaticū. Et olea medullarū, quæ dicta sunt: & adipes caudæ arietum proprie. Et si ponanť in eo renes pingues erit iuuatiuum. et quæ sunt ei similia. Clystere bonum. Capita agnorum pinguium ponantur in olla cum aquę kist. i. & . 5. & claudatur cum luto forti: & ponatur in furno spatio. xxiiij. horarum quousq; separetur caro ab ossibus per se, & misceatur cum eo butyrum, & zambac, et parum succi porrorum, & cum decoquuntur cum illo columbini & tribulus, & mugat, & fœnugræcum, & semen papaueris contritū & virtus seu aliquid cepę est melius. Et cū necessarium fuerit plus calefacere, ponatur in eo oleum alkerua, & oleum costi. Et si ęquale volueris facere, ponatur oleum cartami. Et iterum si fiat clystere cum lacte recenter mulcto calido sicut mulgetur, confert valde: & si est necessaria calefactio ad ignem parum fiat. Nos iam dicemus in antidotario clysteria alia & electuaria ex medullis.

De debilitate renum. *Cap. 11.*

A Cap. 1.

DEbilitas renum fit causa complexionis alicuius: cuius deterior est illa, quæ confirmata est: & fit qñq; propter extenuationem. Et [a] qñq; fit propter dilatationem meatuum, & eorū apertionem, & relaxationem, quam eorum acquisiuit essentia. Et est debilitas propria eis ambobus: et B est illa, causa cuius deficiunt in colanda aquositate ab eo, quod ei associatur vsq; ad renes. Et qñq; sunt venæ incolumes, & qñq; non sunt: & causa illius est sicut multitudo coitus: & sicut multitudo diureticorum, & multitudo vrinæ: & statio in equis: & ipsorum æquitatio absq; gradatione, & consuetudine: & propter omnem laborem aduenientem renibus, & propter percussionem. Et huius quidem generis est statio plurima & itineratio longa præcipue pedibus.

De signis. *Cap. 12.*

B Ser. t. 4. c. 16.
C Rasi. li. diui. c. 70.

ILlam quæ est causa complexionis, significāt signa complexionis. Et quæ est causa extenuationis, significant signa extenuationis. Et cum illa, quæ est propter dilatationem meatuum, & relaxationem carnis eorum [b] non est dolor nisi qñq;: & minoratur cum ea appetitus cibi, & est vrina ante digestionem & aduētum ad venas, ſm plurimum aquosa. Cum aūt cibus peruenit ad venas, tunc ſm plurimum fit exitus sang. & humiditatum grossarum cum vrina. Et [c] est plurimum vrinæ eius sicut lotura carnis recentis grossæ: quoniam ipse nutritur cum eo, quod currit ad ipsum. & nō discernitur grossum à subtili. Et [b] accidit multoties, vt subsideat sanguineitas: & supernatet res similis spumæ maris. Et illud est quando venæ sunt incolumes. [b] Cum ergo venæ non sunt incolumes, nō sequestratur aliquid, immo remanet vrina cum dispositione sua propter debilitatem C digestionis. Et comitatur quidem debilitatem renum quocunq; modo sit, & extenuationem eorum, paucitas vrinæ, & [c] defectus in coitu, & debilitas visus, & dolor capitis.

De cura. *Cap. 13.*

D Ser. t. 4. c. 16.
E Lib. 4. F. 7. t. 4. c. 1.

CVratio eius, quæ ex complexione, est cura complexionis in permutatione sui, & euacuatione materiei si est. Et eius, quæ est causa extenuationis, cura est cura extenuationis. Et in ea, quæ est causa dilatationis, & est debilitas vera, oportet vt intentio sit prohibendi causas dilatationis & solidandi vel inspissandi, & confortādi. Et prohibitio quidem causarum dilatationis, est dimissio motus, & [d] coitus, & odire balneationem plurimam, & declinare ad [d] quietem, & [d] trāquillitatem, & [d] abhorrere diuretica. Solidatio vero fit cum glutinatiuis, & [d] stypticis, viscosis. Ex cibis quidem sicut sauic & alcasb & zarur, & cydonijs, & cibo facto ex granatis cum interioribus passularum, & cum adipe caprarum. Et almosussat & alcharissat factis ex eis, quæ sunt sicut grana granatorum, & succi acetosi, & muzi, & acetum bonum cum coriandro, & ea, quæ similia sunt eis. Et ex potibus vinum de cibibo vel vua passa acetosa, ex medicinis vero sunt, sicut succi styptici permisti cum bolo armeno, & gummi, & emplastra facta ex sauic, & casb, & cydonijs, & rosis, & eis, quæ currunt cursu eorum, & vnguentis prædictis ad debilitatem hepatis, & stomachi. Confortantia autē sunt & cibi, & clysteria, & confectiones impinguatiuæ dictæ in [e] capitulo extenua- D tionis: & oportet vt addantur in eis styptica: & ponantur in clysteribus prædictis sicut casb & cydonia: & administrentur in eis lac camelinum, & ouinum: nam ipsa confortant renes, & aggregant eos, & solidant etiam. Et [d] lacti quidem ouino non est compar in ægritudinibus renum propter debilitatem: & proprie quando miscetur cum eo, quod est sicut bolum armenum. Et comedere renes cum reliquis cibis, & permiscere cum eis iuuantia, est multi iuuamenti.

De ventositate renum. *Cap. 14.*

F Alzar. lib. pract. t. 20. c. 8.

GEneratur in renibus ventositas grossa, extendens eos. Et significant, ꝙ est ventositas dolor, & [f] tensio absque grauedine, & [f] non sunt signa lapidis. Et fit in eis mutatio quædam, quæ minoratur cum est vacuitas, & secundum digestionem bonam.

De cura. *Cap. 15.*

G T. 2. c. 19.
H † vitiis
I Alzar. lib. pract. t. 20. c. 8.

OPortet vt abstineat à cibis inflatiuis: & bibat diuretica resoluentia ventositates, sicut semina & [g] semen rutæ, & [h] †{alfachdi}† in aqua mellis, aut in iuleb secundū dispositionem. Et emplastretur cum eis, quæ sunt sicut cyminum, & chamæmilla, & [i] anethum, & ruta sicca, & vaporetur cum eis. Et inungatur cum costino, & sambacino, & similibus.

De dolore renum & cura. Cap. 16. E

FIt ex apostemate, aut ventositate, aut lapide, aut debilitate, aut vlcere: & qñq; sequuntur dolores eorum, debilitas digestionis, & casus appetitus, & nausea. Et tu quidem iam sciuisti signa diuisionum pdictarum, & curationes earũ. Cumq; dolor fit vehemẽs, tũc superest tibi vti eis, quæ sunt sicut philonium, & troc. stellæ: & ea, quæ tramite isto procedunt tãdiu, donec sedetur dolor: deinde curetur. Et tinæ vehementer conferunt ei quando decoquuntur in eis medicinę lenitiuę, & doloris sedatiuæ, ſm q; diximus in capitulis antecedẽtibus. Et scias, q; pilulæ de seminibus sunt ex eis à quibus non est excusatio in curatione renũ & vesicæ, præcipue habẽtium vlcera.[a] verum vti seminibus cum dolore, timorosum est propter illud, quod facit descendere, & studium in abstinendo iterum à narcoticis est magis necessariũ: sit ergo contentus aqua tepida, & sedatione absq; longitudine in administratione perducente ad stuporem & attractionem. — A Fé.19.t.1.c.27.

TRACTATVS II. *De apostematibus renum & solutione continuitatis.*

De apostematibus calidis in renibus, & dubellati. Cap. 1.



APostemata calida in renibus diuersificatur in materia: quędam enim eorum fiũt ex san. grosso, & quædam eorum fiunt ex san. subtili colerico. Et diuersificantur causa suorum locorum:[b] fiunt enim quædam ipsorum in corpore renis: &[b] quædam accidunt ad latus concauitatis: &[b] quædam ipsorum ad latus panniculi velantis eos. Et F [b] iterum quædam eorum tendunt ad partem meatus porri vritidis: & quædã ad partem intestinorum, & quędam ipsorum declinant ad partem dorsi, & quædã ad partes meatus, qui est ad superiora. Et iterum qñq; sunt in vnoquoq; duorũ renum, & qñq; sunt in rene vno. Et rursus qñq; faciunt collectionem: & qñq; non faciũt collectionem. Et cum collectionem faciunt: aut rumpuntur, quando [c] rumpuntur, ad partem vesicæ: & est melius oĩbus: aut ad intestina, expulsione facta à natura ab eis ad intestina, sicut expellit materiam [d] pleuresis in ossa lateris ad illud, quod apparet de corpore. Et quãdoq; fit ſm semitam reditionis ad hepar, deinde ad mesaraicam, deinde ad intestina. Et [e] expulsio, quæ fit ad intestina, qualitercũq; fit, est mala valde: [e] aut expellit ad spatiũ concauitatis, & loca vacua: & ĩdiget apertione cũ ferro educẽte illud.[e] Aut nõ rumpunt̃, & remanent in eis: & hæc etiã curantur cũ apertione.[f] Et oĩa [α] quidẽ renum apãta velocia sunt ad hoc, vt in lapidẽ conuertant̃: & qũo non: cum ipsa sunt causa lapidis: & [g] cũ apostema calidũ est in rene: & illud non fit vacuũ à fe. deinde accidat [h] cõmistio rõnis: tunc illud est ꝑpter cãm cõitatis velaminis ꝑpter magnitudinem apãtis: & est mortale. & proprie qñ [g] associantur ei significationes malæ. Quod si associant̃ ei significationes bonæ, tunc expectatur ruptura ad salutem. Et fortasse egredit̃ in hmõi de pinguedine renis aliquid. Et [i] fortasse egredit̃ sicut pilus rubeus in lõgitudine vnius palmi, & plus. Et causæ quidem apãtis renũ, sunt [k] repletio in toto corpore, aut in membris cõicantibus eis, [k] aut ꝑpter quantitatem san. [k] aut qualitatẽ eius, aut excoriationẽ lapidis, & dolorẽ vel nocumentũ percussionis, aut retentionẽ vrinæ apud renes extendentẽ & alia hmõi nanq; apostemat renes.[l] Et [α] apãtibus quidẽ calidis in renibus velociter aduenit induratio: & tunc apparent signa indurationis. Et [m] facit qñq; incurrere apãta cingere vel stringere dorsum in medio cũ alhemianat. i. cum cingulo in quo occultum sit & absconsum aurum vel argentum monetatum.

B Alzar. lib. pract. t.20.c.3.
C Aeti. lib.3. ser.3. c.18. & Se.t.4.c.13.
D Fé.10.t.4.c.1.
E Ser.t.4.c.13.
F Ser.t.4.c.12.
Infra α
G Ras.23.cont.t.3. c.1.247.4.
H Cap.2. & Fé.1. t.2.c.1. & li.1. Fé.2. do.1.c.8.
I Ga.6.lo.aff.c.3.e
G K Alex.lib.9.c.5.
L Ras.248.3.
Supra α
M T.1.c.2.

De signis. Cap. 2.

SIgnum apostematis calidi in renibus [n] est fe. inseparabilis, quæ habet remissiones, & cõmotiones inordinatas quasi sint principia quartanæ. Et pulsus non habet minorationẽ in inceptione paroxysmorum eius, quam habet in inceptione reliquarũ fe. Et est fe. eius [o] cum frigore extremitatum, proprie [p]†{manuũ,} et pedum. Et fit illic horripilatio cõmiscens inflammationem.[q] Et sensibilitas extensionis, & grauitatis apud partem renis semper. Et nocumentum ab omni diuretico, amaro & acuto, salso, & acetoso: & inflãmatio ſm materiam. Et dolor, qui commouetur, & sedatur: & proprie si fuerit aldubellati. Et [r] dolor, qui magis quietus est, est cum fit apostema in corpore renis.[s] Cum autem est apud panniculum, & apud suspẽsorium, magnificatur dolor, & fit fortis, & prohibet [s] erectionem, & tussim, & [s] sternutationem, & difficilis fit situatio eius in qua apostema non firmatur vel non accõmodatur super locum suum vel super situm accommodatum faciẽtem quiescere & sedare dolorem. Et [s] qñ resupinatur est dolor leuior & talis situatio est eis leuior, q̃ sit cum iacet super ventrem: propterea, quia suspendit renem. Et quandoq; fit fortis feb. huius ægritudinis propter magnitudinẽ apostematis, & [t] ꝑducit ad cõmistionem sensus propter cõitatem velaminis, & ad vomitũ choleræ propter cõitatem stomachi ad hepar. Et qñq; peruenit dolor ad faciẽ & ad oculos, & [v] retinet ventrẽ: propterea, q; coarctat materiam in intestinis.[s] Vrina vero est alba, deinde fit citrina ignea, non permista: deinde fit rubea. Et [x] quando aqua perseuerat alba, indicat duritiem futuram, aut conuersionem aldubellati. Et ad vltimum quãdo vrina in hac ægritudine est alba, viscosa, & perseuerat ſm hoc, est significatio mala. Et [x] quãdo incipit aqua residere residentia laudabili, tunc obedit apostema digestioni absq; conuersione ad rem aliam. Et quando pertransit apostema dies primos, & remanet vrina clara, tenuis, tunc apostema est in via faciendi collectionem, aut in via indurationis. Et scitur, q; apostema est in corpore renis, aut prope panniculum, ſm q; diximus in eis, quæ præterierunt. Et [y] scitur, q; apostema est in rene dextro, aut sinistro: qm iacere super latus eius facilius est, q̃ iacere super oppositum sibi, propter suspẽsionem suam. Et [z] iterũ, quia si protendit̃ dolor ad partes hepatis, tunc apostema est in dextro: & [z] si extenditur

N Aet.lib.3.ser.3. c.16.
O Aet. & li.4. F.1. t.4.c.14.
P† Aet. & Ser.t.4. c.12. surarum,
Q G.2.lo.af.c.4.b
R Ga.6.apho.5.h, & Ras.23.cont.t.3. c.1.248.3.
S Ser.t.4.c.12.
H
T Cap.1.
V Fé.16.t.3.c.6.
X Ras.23.con.t.3. c.1.248.3.
Y Ras.248.1.
Z Aet. & Ser.

A extenditur ad partem vesicæ, tunc apostema est in sinistro: & si sunt signa oĩa simul, tũc apostema
A G.6.lo.af.c.3.d, & Ser.t.4.c.13. est in ambobus simul. Cumq; apostema fit aldubellati, magnificat̃ grauitas valde, & [a] sentit̃ grauitas, quasi sphæra grauata in vẽtre, & accidit inflatio in locis vacuis: & accidentia fiunt fortia, & sentit̃ punctura vehemens in ventre. Sed in apostemate dextri sentit̃ punctura in latere dextro apud hepar. Cumq; apostema est in sinistro, tũc sentit̃ supra inguina duo: & magnificat̃ dolor in lacerto dorsi in quolibet illorum. Et [b] q̃n maturatur, alleuiat̃ fe. & augmentat̃ horripilatio, & ingrossat̃ vrina, & multiplicat̃ in ea sedimen bonum. Et q̃n rumpit̃ apostema, remouentur fe. & rigor oĩno. Et si sanies est alba, lenis, non fœtida, & egreditur cum vrina, tunc adeo bonũ est, q̃ melius esse non põt. Et silr̃ si est san. & pus albũ. Et id quod est diuersum ab hoc, est deterius ẽm diuersitatem sui.

B Gal. & Hipp. 2. aphor.47.& Serap. t.4.c.13.

De cura. *Cap. 3.*

C Raf.23.con.t.3. c.2.252.4. INitium curationis est abscisio causæ per [c] phlebotomiam ex basilica, si san. est vincens. Et q̃nq; est tibi necessarium vt consequaris id, faciendo phlebotomiam [d] ex curuatura poplitis: et si non apparet vena illa, tunc fiat [d] ex saphena. Et per solutionem ventris etiam, si sunt cum san. illic hu. acuti, calidi cum clysteribus lenibus, factis de mucilaginibus, quantum possibile est, & illud, quod melius soluit [e] est aqua casei, & casia fistula. Et in aqua quidem casei est declinatio materiei ad intestina, & ablutio, & abstersio, & infrigidatio, & maturatio, & rectificatio in vlceribus. Et in casia fistula est solutio & maturatio cum facilitate. Et aqua zuccari, & melius plurimæ commistionis: est huius ordinis. Et si est possibile vt hu. temperetur, deinde solutione educatur post, est melius. Et [α] oportet ne solutio sit laboriosa neq; fortis, & magnificetur nocumentum propter hu. plurimum effusum ad intestina vicina renibus. Et [f] aqua quidem hordei est ex eis quibus est adhærendum in ea. Et [g] oportet, vt nullo modo prouoces, & non des in potu semina, neq; pilulas, quę ex eis fiunt, & proprie corpore non mundificato: humores enim effunduntur tunc ad renes. [f] ita [β] vt cum verificatur maturatio, tunc prouoces. Et [f] propter illud oportet vt prohibeas potum aquę quantum possibile est. s. in hora simili huic horæ: quousq; mundificetur, quãuis ipsius aquæ exhibitio sit ẽm aliquem modum curatio: nam etsi aqua sit cõueniens: propterea, quia infrigidat, & humectat apostemata calida, verũtamen cum est taliter, q̃ multiplicat prouocationem & coarctat cum substantia eius, quod effunditur ad latus apostematis substãtiam apostematis nocet propter causam motus eius, & nocumentum est supra eius iuuamentum causa qualitatis suæ. Et cum hoc associantur cum ea ipsi humoris ad renes, quorum descensus ad eos fit facilis cum incessu vel ex associatione aquæ. Quod si necessaria fuerit, tunc oportet vt in potu detur aqua dulcis frigida sugendo ipsam paulatim paulatim. Et oportet ne ita sit frigida, vt prohibeat maturationem. Et abstineat à carne, & dulcibus. Aqua vero calida nocet eis. Et similiter omne calidũ actu, quod fortis est caliditatis.

D Raf.255.1.& G. 13.meth.c.11.b

E Raf.254.2.

Infra α

F Ser.t.4.c.12.

G Gal.13.meth. c.11.b

Infra β

C Et pœnitus aqua plurima non euacuatur, quin laborare faciat renes suo incessu, et motu. Et [f] non est vlceribus, & apostematibus aliquid congruum sicut quies. Et [h] balnea quidem nõ conueniũt eis: nisi post declinationem apostematum calidorum. Et oportet vt administretur in primis ex eis quæ bibuntur, & ex epithematibus, & clysteribus, & alijs illud, quod est iuuatiuum: deinde administeatur ei de eis, quæ sunt abstersiua, mollificantia, & maturantia aliquid ẽm magnitudinem apostematis, & eius paruitatem. Deinde administrentur abstersiua, & mollificatiua, & [h] oportet vt eligantur de abstersiuis, & mollificatiuis ea in quibus non existat mordicatio. Si vero necessaria sunt fortiora mordicationem habentia, propter magnitudinem apostematis, tunc rectius est vt in eis vincat, quod mordicationem nõ habet. Et similiter, si est illic hu. acutus euacuetur. Et oportet vt frangatur cum cibis, qui sunt de genere sorbitionum, conuenientibus renibus, & apostematibus: veruntamen sint de summa eorum, quæ mordicationem non habent: q̃m ipsi eis nutriuntur. [f] Et oportet vt cognoscatur dispositio hu. in subtilitate, grossitudine sua, & in substantia sua, an sint de genere corrupti, aut sani, aut humoris alterius: & in sua summa, an sit multus, aut paucus: ita vt opponatur illi cum qualitate medicinæ, aut cum quantitate eius. Et cum potes curare cum eo, quod est minoris acuitatis, non intendas ad aliud, quod sit acutius. [β] Cumq; apostema integre maturat̃, cuius cognitio est in vrina, tunc in potu dentur diuretica, sicut semina, & pilulæ eorũ in aqua hor-

H Alex.lib.9.c.5.

Supra β

D dei, & similibus, & ante illud non dentur in potu diuretica, & proprie quando hu. corporis sunt mali. Et q̃nq; facit accidere sumere in potu illa grauitatem: sed non cures inde, q̃m potare illa adiuuat remouendo illud. Et prima quidem quibus fit curatio in rectificatione apostematis, & in solutione hu. mali, sunt clysteria, absq; potionibus vel præter potiões: clysteria enim sunt magis peruenientia ad ista cum fixione virtutis suæ: & cum hoc ipsa non faciunt descendere aliquid desup, sicut descendere faciunt ea, q̃ bibuntur, & proprie solutiua: & oportet vt sit clystere lene prędictũ in caplõ colicæ, vt sit clystere facile, [i] non coarctans, neq; horribile, & faciat læsionẽ, & noceat. Et [k] casiafi. quidem est res congrua in curationibus renum: nam cum ipsa ponitur in clysteribus, [k] & eis, quæ bibuntur, euacuat sine labore, & maturat apostema. Et iterũ cum scis, q̃ corpus est mundũ, & apostema est paruũ, tunc fortasse sufficit tibi dare in potu [l] aquã mellis, aut aquã zuccari plurimæ cõmistionis: nã abstersio ambarum, & earũ incisio, & subtiliatio fortasse resoluet ipsum sine mordicatione. Et res iuuatiuæ in principio, sunt aqua hordei cum oleo rosa. aut oleo aliquo: & succus salicis, & succi frigidi: & emplastra cũ extinctiuis, & [k] sumere in potu mucilaginem psyllij. Et q̃nq; datur in potu lac. & si est inflãmatio, oportet vt sit lac ẽm q̃ narrauimus. Et post illud tũc administra clysteria ex althæa, & maluis, & semine lini cũ aliquo frigidorũ, & oleo rosa. Et oportet vt

I Aetu.lib.3.ser.3. c.16.

K Raf.253.1.

L Raf.256.2.

administres emplastra ex farina hordei,& sint cum ea violæ,& fabæ. Et in fine dimitte frigida, & addé fœnugræ.& chamæmillam,& similia,& sit oleum sisami,& oleũ de cartamo. Et emplastret de foris cum eo,quod est maturatiuum,& vehementioris calefactionis.Et [a]ex illo est vt fomentetur cum panno lanæ infuso in oleis calefactis,& illis in quibus est virtus anethi, & althææ. Et sumantur emplastra ex farina tritici,& aqua mellis decocti,& ex folijs fœnugræci,& caulis,& radice lilij,& anetho,& althea,& chamęmilla permistis vel confricatis cum oleo sisamino,& tibi inest vt tu ponas in istis emplastris violas & adipes lenificantes.Et fortasse necessariũ est causa doloris, vt ponatur in eis aliquid de [b] papauere,& [b] cortices mandragoræ sunt cõuenientes ad illud. Et illud,quod fit ex apostemate propter lapidẽ,oportet vt regatur regimine huius loci cũ eo, quod dicemus.Regimen autem doloris cum cõmouetur,& proprie apud vesicam propter magnitudinẽ lapidis in ea:aut propter asperitatẽ eius excoriantem cum bal.& tina. Qñq; superfluit, & mollificat,& redit dolor vehemens post horam.Et embrocæ factæ ex chamæmilla,& meliloto,& althęa, & ex furfure,sunt iuuatiuæ valde.Et si est illic retentio aliqua naturæ,tunc illud, quod rectius est, est extractio fæcis cum collyrio,aut clystere non magno,quod coarctet,aut dolorem faciat: immo collyrium est magis dilectum.Et in lenificatione naturæ est alleuiatio plurima sedatio doloris. Et [α] non est via ad administrandum solutiuum: qm̃ dolorem facit, & nocet per id, quod descendere facit desuper.Clystere aũt cum in eo ponũtur adipes,& vnctuosa,& virtutes mollificatiuæ & virtutes infrigidatiuæ facit cũ solutione lenificationem,& frangit dolorem.Et ex emplastris fortibus in maturando aldubellati accidente in renibus sunt ficus elixatæ cum aqua mellis. & si necessariũ est vt confortetur cum mezereon & ireos,fiat.Et [c] ex potionibus expertis est illud, quod recipit, seminis lini pondus.ij.aure.amyli aure.i.& est duæ dosis.Et quando completur maturatio, tunc administrentur diuretica,quæ bibantur,& ex quibus fiat clystere.Et ex emplastris quidẽ, est emplastrum factum ex camepityos,& polio,& petroselino,& sumitate squinanthi,& spica.Et oportet vt attendas dispositionem doloris & sedes inquietudinem,quæ fit ex eo cum sedatiuis,quę diximus multoties.Et qñq; est clystere extrahens fæces,sedans dolorem,per hoc,q facit descendere illud,quod comprimebat:propterea,q lenit.Et si non facit illud, necessarium est vt alleuietur, sicut cum phlebotomia,& vẽtosis positis cum facilitate inter chatim,& dorsum:deinde fiat scalpellatio,& vaporetur locus cum lana infusa in oleo calido in quo decocta sunt, sicut althæa, & abrotanum,& chamæmilla.Et vt emplastretur cum eis,quæ sunt sicut semen lini & similia. Et quandoque necessarium est tibi vt fortifices emplastra cum eis,quæ sunt,sicut polium,& olibanum,& herbus,& cera,& oleum de lilio.Et quandoq; est tibi necessarium vt ponas medicamen penetratiuum ita,vt ponas vẽtosas,& scalpelles leuiter:deinde vapores cum vaporatione prędicta. & fortasse necessarium est tibi vt tribuas in potu semina diuretica frigida cum paucis calidorum subtilium,& aliquo narcoticorum sicut anisum cũ herbo,& opio,& sicut philonium. Ipsum.n.est melius medicamen in huiusmodi loco.Cura autem proprie aldubellati, cum sciueris, q necessarium est vt collectionem faciat,est quoniã oportet vt tu adiuues cum maturatiuis,quæ diximus: & addas in eis virtutem cum eis,quæ sunt sicut [d] gluten albotim,& vrtica,& absinthium,& ireos,& [e] farina herbi.Et quandoq; ponuntur in eis ea,quæ sunt [f] sicut radix vitis albæ, & [f] mezerion, & [e] fimus columbinus.Et [g] qñq; sufficit in ea decoctio ficuum cum melle.Et oportet vt vtaris in clysteribus,& in potibus eis,quæ maturant cũ fortitudine,& administres vaporationes prædictas confortatas cum eis quibus oportet eas confortari. Et multoties quidem est causa tarditatis maturationis malitia complexionis calidæ inflammantis.Cumq; æquatur fit maturatio,& illud fit cũ eis, quæ sunt sicut genera lactis ebibita,et clysterizata.Et redi tu ad maturationem faciendam super res frigidas natura,et calidis per accidens,sicut est aqua calida,in qua fiat encathisma, tunc si non rumpitur,administra rupturã facientia,et clysteria acuta vsquequo peruenias ad illud in quo [h] ponuntur elleborus,et cucumer asininus et allia.Et illud,quod exterius apparet,rege cum vaporationibus,et emplastris deforis:et adhibe diuretica fortia,sicut est [i] acorus, et [i] semen agni casti habentia proprietatem in hoc.Et [k] de rumpentibus bonis est cinnamomum et nasturtiũ,et cũ rumpitur administra illud,quod prouocat cum fortitudine vt mundificetur:deinde administra ea,quę incarnant de medicinis præparatis ad vlcera renum:et ego dicam ea.

E · F · G · H

A Aet.lib.3.ser.3.c.16.
B Ras.23.cont.3.c.2.254.1.
Supra α
C Ras.ibi.256.2.
D Ras.256.4.& Aeti.li.3.ser.3.c.18.
E Ras.256.4.
F Ras.254.2.
G Ras.254.2.& Ser.t.4.c.13.
H Ras.23.con.t.3.c.2.256.3.& Aet.li.3.ser.3.c.18.
I Ras.254.2.
K Ras.253.1.

De apostemate phlegmatico in rene. Cap. 4.

IPsum prouenit à causis facientibus prouenire phlegma.

De signis. Cap. 5.

SVnt [l] grauitas,et [l] tensio,et minoratio in operationibus renum: et [l] non est hic inflammatio. Et quandoq; est cum eo tumefactio in facie,et oculis,et in reliquo corpore.Et est sperma valde humidum,frigidum,tenue cum defectu signorum,quæ sunt propria duro.

L Ras.23.con.t.3.c.1.247.4.

De cura. Cap. 6.

ESt cum emplastris calefacientibus,et cum diureticis,mũdificatiuis. Et oportet vt ponatur in ea fiducia plurima in lauro,et folijs eius,et oleo ipsius,et in ruta, et huiusmodi administrẽtur etiam in clysteribus et emplastris et potionibus.

De apostemate duro in renibus. Cap. 7.

QVandoq; est incipiens,& plurimum eius est post apostema calidum. Et [m]causa eius est multitudo materiæ melancholicæ currentis ad ipsum:aut est lapideitas apatis calidi propter

M Alzar.li.pract.t.20.c.5.

frigus

A frigus, quod conuertit ipsum in lapidem, aut calorem ingrossantem ipsum: quæ ambo sunt causa in hoc ne proueniat maturatio. Maturatio.n.est sequens caliditatem tendentem ad æqualitatem.

De signis. *Cap. 8.*

A Paul.lib.3.c.46. 157.18.

Significat, q͡ apostema durum est in renibus, grauitas vehemens, cũ qua [a] non est dolor, de quo sit curandum, nisi in facto post apostema calidũ. In ipso.n.q̃nq; cõmouetur dolor. & de signis duri est subtiliatio vel extenuatio alhachiun.i.partiũ superiorum ancharũ et stupor earũ ambarũ. Et [a] q̃nq; stupescunt ambo crura, verũtamen ipsa ambo non euacuant̃ à debilitate, & accidit in oĩbus istis mẽbris inferioribus arefactio, et extenuatio. Et vrina est [b] subtilis, pauca in quãtitate: propterea, quia ipsi ambo parũ aquositatis attrahunt, ꝓpter debilitatẽ virtutis, & debilitatẽ expulsionis eorum amborũ: & est priuata digõne tenuis: & causa in hoc est oppilatio. ipsa.n.ꝓhibet, quod turbidũ est penetrare, & plurimum eius, quod tenue est: imo oppilatio q̃nq; difficultat vel retinet vrinã: & debilitas ꝓhibet virtutẽ digerere. Et [a] q̃nq; prouenit ex ea inflatio vel tumefactio similis cachexię. Et multoties [c] perducit ad hydropisim, propter oppilationẽ vię aquositatis sang. & reditionẽ eius ad corpus. Et propter illud oportet in hmõi ęgritudine, vt assidue fiat eius prouocatio.

B Paul.& Ser.t.4. c.15.

C Ras.23.con.t.3. c.1.249.3.

De cura. *Cap. 9.*

B Considera radices, quæ sunt in curationibus duritiei hepatis, & medicinas: nam illæ eædem sunt via curationis duritiei renum. Quod si necessaria est phlebotomia propter multitudinẽ sang. melancholici, fiat. Et confert ei q̃nq; potare semina in quibus est lenificatio, et resolutio: sicut se. [d] almaru, & [d] se. lini, & [d] se. althææ, & [d] fœnugræcum, & cartamum, de quibus fiant pulueres, & misceantur cum eis diuretica s̃m necessitatem. & non sit superfluitas in diureticis, quamobrem retineatur grossum, & conuertatur in lapidem: immo cõsidera vrinam eius: & quoties ingrossatur, prouoca cum æqualitate, & quoties stat, matura. Et de signis maturitatis, est q͡ multiplicatur vrina. Et conferunt ei inunctiones, & vaporationes cum eis, quę sunt sicut oleum de costo, & oleum nardinum, & sambacinum, & oleum chamæmillinum, & oleum anethinum, & oleum laurinum. Et de emplastris sunt emplastra facta [e] ex [α] chamæmilla, & [e] meliloto, [e] semine lini. Et q̃nq; necessaria sunt ea, quæ sunt sicut [e] bdelliũ, & [e] ammoniacum, & serapinũ, & adeps vrsi, & adeps leonis, & medulla vaccina, & ceruina, & alia de quibus fiant emplastra, & vnguenta, & administrent̃. Et q̃nq; necessarium est vt dissoluant̃ ea, quæ sunt sicut [e] bdelliũ, & [e] ammoniacũ in decoctione diureticorum: & [e] sisr̃ [α] chamæmilla, & [f] tribuli, & [f] melilotum, & polypodium: & det̃ ex eis in potu.

D Cap.19.quasi in fine.

E Cap.19. *Infra α*

Supra α F Cap.19. in fine.

De Vlceribus renum. *Cap. 10.*

Causæ vlcerum sunt ipsæmet causæ reliquorũ vlcerum: & sunt causæ separationis continuitatis, deinde apertio. Et illud q̃nq; fit à scissura venę, & eruptione eius, & ipsius ĩcisione C propter causas notas: in simili eius & q̃nq; fiunt propter aldubellati, quod erumpitur, & fiunt propter lapidẽ, qui egreditur. Et q̃nq; fiunt propter [g] humores cholericos aut baurachios excoriantes, aut viscosos excoriationem facientes per eradicationem suam ex adhærentia sua cum labore. [h] Et vlcera quidem renum sunt minoris malitiæ, q̃ vlcera vesicæ, & q̃ vlcera meatuum existentium inter vtrunq;, & dispositio vlcerum meatuum est inter duas dispositiones. Et [i] causa in hoc est, q͡ vlcera membri neruosi difficilioris sunt sanationis, q̃ vlcera membri carnosi. Et plurimum quidem accidunt vlcera in meatibus propter præsentiam materiæ cholericæ excoriationem facientis, aut propter lapidem facientem accidere excoriationẽ. Et q̃nq; fiunt ista vlcera corrosiua, & q̃nq; non fiunt. Et [k] multoties quidem proueniunt ex vlceribus renum fistulæ, quæ nullo modo sanantur, quãuis sint de illis, quæ cessant à cursu suo cum mundificatione corporis, & currant cum est eius repletio. Ex illa vero, quæ est bonæ saniei non prouenit magnus timor, neq; etiam timetur ex ea dilatatio & corrosio. Illa autem, quæ est malæ saniei, facit accidere dilatationem, & corrosionem & perducit ad perditionem. Et [l] ille cuius rem disrumpitur, moritur. Et multoties est caput apostematis decliue ad exteriora, quare rumpitur ad exteriora.

G Paul.lib.3.c.45.

H Cap.11.

I Fẽ.19.t.1.c.14.& Ser.t.4.c.14.

K Aet.lib.3.ser.3. c.18.

L Ras.23.cont.t.3. c.1.249.1.

De signis. *Cap. 11.*

D Signa vlcerum renum sunt, q͡ egrediũtur in vrina [m] sanies, & partes [m] capillares, & [m] frusta rubea carnosa. Et in [m] locis renum q̃nq; sentit habẽs ea dolorem, & q̃nq; antecedit ea mictus san. aut aldubellati renum, aut dolor [n] ex eradicatione lapidis. Et q̃nq; significat ipsam percussio eueniẽs aut casus. Cum apertione autem non fit dolor, & significant ipsam assiduatio mictus sang. paulatim. [o] Mictus.n.san. cum est ex eruptione aldubellati, aut fixura venæ desuper possibile est vt sit assiduus duobus diebus aut tribus: si autem illud prolongat̃, tunc fit ꝓpter apertionẽ, aut propter vlcus in renibus, aut vesica: nam cum prolongatur, & est illic alteratio coloris, aut cõmistio virus, tunc non est nisi vlcus in renibus, aut vesica. Et ille mictus san. debilitat, qm̃ quãuis illud, quod de eo prouenit omni hora sit parum, tñ frequẽtia perducit ad hoc vt euacuetur summa plurima. Et differentia quidem inter vlcera renum, & vesicæ, est q͡ vlcera renum sunt cum facilitate vrinæ, & vlcera vesicæ sunt [p] cum difficultate vrinæ. Et cortices in vlceribus renum sunt rubei. & in vlceribus vesicæ sunt albi, aut magni grossi, si sunt in vesica ipsa: aut parui tenues, si sunt in meatibus. Et [q] cognoscitur etiam differẽtia per locum doloris: nam locus doloris in eis diuersificatur: [n] dolor enim ex vlceribus renum est in superiori, & in parte posteriori. & ille, qui est ex vlcere [q] vesicæ est inferius in parte anteriori. Et cum est ex vlceribus meatuum, est in [n] medio: & in vlceribus virgæ dolorem post oĩa, & quandoq; difficilis fit dolor in vlceribus meatuum, & est ei commotio omni

M Gal.li.6.lo.aff. c.3.d

N Paul.lib.3.c.45.

O Gal.4.apho.75.

P Ser.t.4.c.14.& Paul.lib.3.c.45.

Q Ser.t.4.c.14.

[a] hora sicut parturientis. Et significatur quandoque differentia quæsita cum fortitudine doloris ex hoc, E
quod dolor [b] in vlceribus vesicæ est difficilior: quoniam membrum est neruosum fortis sensus, & mictus san.
frequens, [c] quamuis sit de significationibus vtriusque rei, est [d] tamen in vesica minoris quantitatis, &
minoris permistionis cum vrina. Et quando mingunt patientes vlcera renum, et vesicę sang. post
mictum saniei, tunc significatur inde corrosio. Et [e] significatur quandoque difficultas vlcerum in re-
nibus, & malignitas eorum per paucitatem receptionis rectificationis, & lōgitudinem temporis,
& multitudinem fæcis, & colorem malum viridē in eo, quod mingit, & vehementiā fœtoris eius.

A Ras.23.con.t.3. c.1.248. 4.
B Cap.10. & Sera. t.4.c. 14.
C Ser.t.4.c.14.
D G.6.lo.af.c.4.b

De cura. *Cap. 12.*

PRimum quod necessarium est intendendum in curatione vlcerum renū, & vesicæ, est ęqua-
tio hu. & declinatio eorum ab amaritudine, & bauracitate ad dulcedinem, vt non faciat veni
re vulnus post vulnus: & dimissio oīs acuti, & amari, & salsi, & acetosi, & minoratio potus aquæ,
vt minoretur necessitas mingēdi, & minoretur motus renum ab eo, quod prouenit ad eos, & eo-
rum rasio per illud. Canon enim curationis vlcerum est quies. Et ex eis, quæ æquant hu. est phle-
botomia, si est necessaria: & solutio subtilis, & tenuis sine labore penitus, & sine solutione hu. acu
torum subito in vice vna. Huiusmodi enim expellatur à corpore expulsione subtili cum declina-
tione ad partem, quæ est alia à parte renum: et dum non administras solutiuum cholerę est melius
nisi propter necessitatem: & melius quidem est vt ęques materiam, et educas illam post illud pro- F
prie vomitu. [e] Vomitus nanque est melius quo renum vlcera curantur: propterea, quod mundificat, &
euacuat, et propter hoc, quod attrahit hu. à contrario partis renum. Et [f] quandoque est vsus vomitus frequēs
sufficiens curatio ad illud, excusans ab alio. Et melius quidem est vt prouoces prius cū seminibus,
deinde permuteris ad vomitum. Et [f] oportet vt vomitus fiat super cibum cum eo, quod facilem
efficiat, sicut [f] melon, & eius [f] semen, & proprie semen eius cum vino dulci: & cum eo, quod est si-
cut syrupus acetosus cum aqua calida. Et oportet vt non fiat cōmotio vehemens cum labore. Et
ex eis quidē, quę hu. tēperant, est sumere angurias magnas dulces & cucumeres longos arcuatos,
& alkekengi, & papauer. Et de radicibus quas te oportet considerare, est vt cū dolor fit fortis, cu-
ret dolor prius, deinde vlcus. Et cum vlcus est recens, & in hora qua rumpit apostema, est eius cu
ratio facilior. Et fortasse sufficiunt pilulæ de amylo cum syrupo viol. Cum autem chronicum fit,
res fit difficilis, & [f] oportet vt properes īmundificando in leui quidem cū diureticis leuibus, sicut
est semen alkekengi, & [f] althęæ, vsque ad acceptionem [f] fœniculi: & in malo quidem, & maligno cū
eis, quæ sunt sicut [f] capillus veneris: cum ęqualitate ipsius & [f] ireos, & [f] prassium, & [f] farina herbi.
Et est necessariū vt aggreges inter potationē, & emplastrationem, cū ęgritudo est maligna: & for
tasse conferunt in ea [f] hyssopus, & ruta, & similia. Quod si mūdificatio facta fuerit administra si-
gillantia, vt nō eueniat corrosio. Et [f] oportet vt quieti adhęreāt, et non laborent, quātum eis pos- G
sibile est: imo oportet vt sint cōtenti de exercitio, fricatione extremitatū: & pro euacuatione quā
facit exercitium, vaporatione sicca: ita vt non cōcedas eis incessionem, & alia: & proprie cū assue-
ti fuerint exercitio: deinde cum sanantur gradatim exercitio vtantur leui, vsquequo redeant ad con
suetudinem in motu suo. In [f] cura vero ipsius vlceris, oportet vt in primis dimittatur coitus. Coitus
nanque nociuus est illis valde. Et non multiplicetur motus & exercitiū, & sufficiat fricatio: quoniam ipsa
est iuuatiua, & attractiua san. ad corpus. Ipsorum vero regimen cum medicinis, oportet vt sit cum
exiccatiuis, abstersiuis sine mordicatione. Quod si vlcus non fuerit cum illa malitia, sufficiat illud,
quod est temperatum in abstersione & exiccatione. Et si est malignum, est necessariū illud, quod
fortius mundificat, & lauat sordes, & quod est vehementioris exiccationis, vt prohibeat sordes: et
post illud, quod est vehementioris stypticitatis & prohibitionis vt prohibeat effusionem hu. ma-
lorum. Et cum mundificatur, & exiccatur, & auertuntur ab eo materiæ, est sanatio. Et oportet vt
cōmisceas cum medicinis vlcerum oībus glutinationē facientia, sicut sunt amylum, & dragagan-
thum, & frigidæ gūmæ. nam glutinatio est ex eis, quæ ponūt vlcera munita ab excoriatione eorū,
quæ trāseunt super ea. Et quæ de eis est vnctuosa sicut lacca facit carnem membri. Et per illud ex
quo nutritur fiat spissum connexum pręparatum consolidationi. Et [f] oportet etiam vt misceātur
cū eis diuretica, & medicinæ subtiliatiuæ: vt faciant peruenire ad ipsa medicinas rectificātes, & si- H
gillantes: licet ipsę in seipsis noceant et cōmoueant. Et [f] quandoque necessarium est vt misceantur cum eis
narcotica ex papauere & hyusquiamo & mādragora, & opio, & alsucharan, & illud propter seda-
tionem doloris, & exiccationem, & repercussionem. Cumque scis, quod in vlceribus est sordes, tūc da
in potu abstersiuum, in quo est fortitudo prouocationis, sicut aqua zuccari, & aqua mellis cū qui-
busdā seminibus, donec prouocet, & lauet. deinde consequenter adhibe exiccatiua. Et medicinæ
ebibitæ quibus curatur, quod non est malignum valde de vlceribus renum, sunt sicut semen al-
thææ, & semen almaru, & radices eorum cum aqua mellis, & semen alkekengi, & aquæ vuæ vul-
pis, & proprie montanæ, & iterum semen cucumeris, & bolum armenum cum iuleb, & [g] capillus
veneris cum aqua mellis. Et radici liquiritiæ inest exiccatio, & mundificatio, & maturatio, & glu
tinatio. Et [h] iterum seminis lini, & dragaganthi ana pars. i. [i] †{amyli} partes. ij. cum aqua mellis.
Et iterum grana pini, & semen citruli sumantur: de quibus puluis factus quantum palma plena
est sumatur. Et [k] iterum de semine papaueris torrefacti, & cōtriti sumantur drach. i. & .5. cū aqua,
in qua bullita sint squinanthum, & radix liquiritiæ. Et fortius eis, quæ diximus est petroselinum,
aut daucum cum vino odorifero, & pauco boli armeni. Et quandoque iuuatur sumendo in potu
bdellij

E Fé.13.t.5.c.8. & Ser.t.4.c.14.
F Ser.t.4.c.14.
G Ras.23. con.t.3. c.2.253. 4.
H Paul.li.3. c.45. 156.7.
I † seminis cucumeris
K Paul.ibi.156.12.

Abdellij diſſoluti cum gumma albotin,& terræ ſigillatæ partes æquales: & ſit doſis perueniens ad
A Ser.t.4.c.14. aure.i.in vino dulci.[a] Et iterū farina herbi eſt fortis mundificationis & exiccationis ſimul.Cumq́ʒ
cum ea aggregentur ea,quæ ſunt ſicut terra ſigillata,& acatia,et ſuccus barbæ hircinæ,completur
iuuamētum eius.Et ireos etiam eſt forte cum quo fiat hæc operatio,& ſimilia. Compoſita autem
ſunt ſicut illud,quod fit ex ſeminibus cucumeris excorticati grana.xxxv. & ex granis pini. xij.&
granis amygdalæ.v.numero,& ex croco,quod fit æquale ponderi eorum, & bibatur in ieiunio.
B Ga.10.de phar. Et ſi caliditas eſt vehemens,loco granorum pini ponantur grana cucumeris, & [b] iterum de gra-
ʒpōne ſm lo.c.1.b nis pini.xx.grana,& de granis cucumeris longi.xl.grana,amyli drach.ij.ſ.bibatur cum lib.i.&.ſ.
aquæ,in qua bullita ſint ſpicæ celticæ,& ſeminis apij amborum ana drach.viij.vſquequo redierit
C Raſ.23.con.t.3. ad quartam.Et [c] iterum terræ ſigillatæ,& ſang.draconis.& thuris,& amyli,& ſeminis melonis,&
c.2.254.1. ſeminis apij,& ſeminis cucumeris longi,& ſeminis cucurbitæ,& ſucci liquiritiæ, & laccæ, & reu-
barbari & medullæ pini magnæ,& papaueris,& ſeminis hyuſquiami partes æquales,in potu den
D Ga.10.de phar. tur,ſecundum quòd exigit illud,quod eſt præſens cum rob.Et [d] iterū de granis pini magnæ.xxx.
ʒpōne ſm loc.c.1.a numero amygdalæ excorticatæ grana.xx.dactylorū carnoſorum nu.xv. dactyli [e] † {dragagāthi}
E † tragacanthæ aure.iiij.ſucci liquiritiæ aure.iiij.croci aure.i.ſexta [f] † { }conficiantur cū rob,& admini-
F† myrrhæ tantundem: ſtrent.Cumq́ʒ dolor fit fortior,oportet vt à curatione vlceris ſeparatio fiat,& curetur cum huiuſ-
G Raſ.23.con.t.3. B modi medicamine.[g] Recip.ſe.hyuſquiami albi.ʒ.i.ſextam,opij kirat.i.ſe.citroli,ſe.lactucæ ambo-
c.2.254.3. rum ana.ʒ.i.ſe.portulacæ.ʒ.i.ipſum enim ſedat dolorem in diſpoſitione.Et quando dolor eſt par-
uus ſedat ipſum potus lactis loco aquæ:& potare ſyrupum viol.& de fortibus ſunt troc.alkeken-
gi,& [a] troc.Aſclepiadis,& [a] troc.Diaſcoridis:& ſuffuf de lacca,& reubarbarum,& ſemen alkeken
gi montani.Et ſuffuf chamædryos eſt fortis valde.Et [a] multoties conferunt clyſteria dyſenterica
ſecundum ſemitam vicinitatis.Et [a] quandoq́ʒ adminiſtra emplaſtra huius generis ponendo ſuper
dorſum,& apud ſtricturam medij,& loca vacua,ſicut illud,quod fit de farina herbi decocta cum
H Raſ.255.3. vino & melle.Et [h] iterum,quod fit de roſis ſiccis,& lentibus, & melle, & granis myrti, & empla-
ſtretur cum eo:& hoc quidem prohibet profundationem & dilationem. Et de vnctionibus ſunt,
ſicut oleum de alcanna,& oleum arboris maſticis,& oleum de cydonijs,cū quibus quandoq́ʒ mi-
ſcetur,quod eſt ſicut ſtorax. Et quandoq́ʒ eſt neceſſarium illud, quod eſt ſicut adeps anatis ad le-
nificandum.Fiſtulæ vero curationem non habēt niſi exiccationem,& prohibitionem corruptio-
nis.Exiccatio quidem fit cū aſſiduatione mundificationis corporis,& cautela à repletione ſecun-
dum qualitatem,& quantitatem: & hoc quidem ſufficit in curatione eius, quæ non eſt maligna.
maligna vero oportet vt curetur cum hoc,& cum eis,quæ ſunt fortiora eo,ſicut ſunt emplaſtra,et
potationes prohibētia putrefactionem:ſicut ſunt ſtyptica nota cum abſterſione,cum quibus non
C eſt mordicatio & mūdificatione.Cibus autem oportet vt ſit cibus boni chymi ex carnibus auium
quas ſcis,& de piſcibus alradradi,& oleribus boni chymi,frigidis, ſicut ſunt [a] atriplices, & olus ia-
menum.Et dum vlcera permanent mala,oportet vt dentur aſſata, & meliora eis ſunt carnes vo-
latilium & paruarum auium montanarum aſſatarum,& ſicut vitelli ouorum ſorbilium.& grada-
tim perueniatur ad gallinam pinguem,& tri.& genera lactis conferunt eis quando ea digerūtur.
Quod ergo eſt ſicut lac aſininum,& lac equinum etiam,& lac camelinum cōfert eis: qm̄ lac recti-
ficat materias vlcerum,et lauat ea,et glutinat ea cum ſua caſeitate.Et quod eſt ſicut lac vaccinum,
& ouinum aggregat ad illud additionem in confortatione membri & nutritionem eius. Verun-
tamen lac aſininum,& caprinum iuuatiuum eſt ex parte rectificationis complexionis,& ablutio-
nis,& ex parte proprietatis eſt magis iuuatiuum,ꝙ̄ illa duo:& proprie animalis nutriti in domo,
cum eis,quæ cōueniunt vlceribus,quorum diſpoſitiones cognoſcuntur. Et oportet vt miſceatur
cum lacte eorum,& cibis ipſorum,quæ ipſi ſumunt aliquid ex medicinis rectificantibus vlcera,
[a] ſicut eſt dragaganthum,ſumptis in potu his generibus lactis poſt mundificationem,et amylum,
& gummi.Et exiccatiua etiam,& aliquid de diureticis,& ſeminibus notis. Et quando bibit lac,
non comedatur poſt ipſum aliquid,donec deſcendat:& [a] ſi eius tardatur deſcenſio,miſceatur cum
eo aliquid ſalis:& quandoq́ʒ ponuntur in eo ſal,& mel.Et lac conueniens eſt ei loco aquæ, & cibi
D ſimul.Et cum minoratur pus,eſt iuuatiuum lac ouinum per hoc quòd ſigillat, & glutinationem
facit,& confortat. Et eſt ei vt bibat genera lactis, cum ſitis adeſt. Olera autem, [a] fructus, quæ ei
conueniunt,ſunt [a] melones,& cucumeres,& [a] pira,& [a] zarur,& granata dulcia,& [a] cydonia.Et ci
bi ſicci ad quos ſit permutatio ſunt ſicut [a] amygdalæ,& proprie torrefactę,& [a] fiſtici,& [a] auellanę,
& [a] grana pini proprie,& [a] alcaſb.Et [a] dimittant ficus ſiccas,quoniam malæ ſunt ad vlcera, abſter-
gentes ea:& inducentes in ipſis pruritum & excitationem ſeu deteriorationem: & in ipſis eſt la-
cticinium occultum,& oportet vt deuitet omne acetoſum fortis acetoſitatis, & omne acutum, &
omne ſalſum,& omne,quod eſt vehementis dulcedinis.

De ſcabie renum & meatuum. *Cap. 13.*

I Alzar.lib.pract.t.10.c.7. DE genere vlcerum eorum eſt ſcabies:& cauſæ eius ſm plurimum ſunt bothor, quæ apparēt
ſuper eos ex [i] humoribus cholericis,& baurachijs:deinde vlcerantur.

De ſignis. *Cap. 14.*

SVnt cum ſignis vlcerum in exitu eius, quod egreditur cum commotione,& pruritu in loco
renum,cui admiſcetur punctura.Et quandoq́ʒ magnificatur cum ea dolor:et illud,quod egre
ditur de ea,quæ fit in meatibus,panniculoſum eſt.

De cura. Cap. 15. E

CONfert ei phlebotomia basilicæ, si est corpus totum plenum: & maius iuuamen ei in omni dispositione est [a] phlebotomia saphenæ, & [a] ventosatio sub loco renũ, & administratio mundificationis & corporis semper, & proprie cum vomitu. Et pilulæ factę ex seminibus cum bolo armeno & succo liquiritiæ æquis partibus. Et cibus sit, qui bene digeritur, & est boni chymi, sicut vitelli ouorum: & quæ infrigidant & humectant, sicut pulli cum atriplicibus, & olus iamenum, & cucurbita, & spinachia, & fructus humidi, & proprie granata dulcia & olera humida. Et cura scabiei meatuũ est inter curã scabiei renũ, & curã scabiei vesicę: quare in eis ambabus simul cõsidera.

A Alzar. lib. prac. t.20.c.7.

De lapide renum. Cap. 16.

COmmunicant renes & vesica in causa generationis lapidis, & illud est, qm̃ lapidis generatio non compleretur nisi ex materia patiente, & virtute agente: [b] Materia vero est humiditas viscosa, grossa, phlegmatis, aut saniei, [c] aut sang. aggregati in apostemate. & hoc est raro. [b] Virtus vero agens est caliditas egressa ab æqualitate. Et materia quidem .ij. habet causas, quarũ vna est materia materiæ, & secũda est retentor materiæ. Materia vero materiæ sunt cibi grossi ex generibus [d] lactis, & proprie spissis: & [d] caseus, & proprie humidus: & carnes grossæ sicut [e] carnes auium palustriũ, & magni corporis, & caro camelina, & [e] vaccina, & hircina, & [e] quæ de syluestribus grossa est, & [f] pisces grossi, & cibi de patellis omnes: & panis viscosus, & [e] crudus, & [e] azymus: & [g] tri. & F grana chisch & albeth & cibaria [f] de simila, & hauari viscosis, & dulcia viscosa, & fructus crudi, & difficilis digestionis, & illi, qui generant humorem viscosum, sicut [h] mala immatura, & sicut [h] caro citri & pirorum. & [i] ex aquis turbidæ aquæ non famosæ vel non vsitatæ diuersæ. & vina [k] nigra, grossa: & proprie qñ digestio est debilis, propter debilitatem virtutis digestiuę, aut propter multitudinem eius, quod sumitur, & destruit virtutem: aut propter malitiam ordinis, & exercitij super repletionem. Et [l] qñq; est materia sanies vlcerum in eis, aut in alijs. [m] Retentor autem materiei est debilitas expulsiuæ in renibus, propter complexionem: aut apostema calidum, & erysipilam, & vlcera in renibus: & retinentur in eis superfluitates & residentię omnis aquositatis, quę prouenit ad eos: Aut vehementia caliditatis in eis, quæ conuertit in arenam superfluitates, & facit eas lapides anteq̃ expellantur: & attrahit eas ad eos ante digestionem integram in superioribus corporibus. Et hæc caliditas aut est inseparabilis: aut accidens propter laborem: aut acceptionem calefacientis: aut propter oppilationem superfluitatum aggregatarum, aut frigus constringens: aut apostemata oppilãtia calida: & hoc est plurimum aut frigida & dura: aut cõitate membrorum propinquorum sicut intestinorum & aliorum, cum comprimunt renes & faciunt accidere in eis oppilationem. Et istæ res omnes etiam inueniuntur in vesica causa lapidis quãuis [n] differant vtriq; lapides. est enim ille, qui in renibus est, lenior parumper, & minor, & magis decliuis [o] ad rubedinem: G & [p] ille, qui est in vesica est durior, & maior valde, & magis decliuis ad puluerulentiam vel fuscedinem & ad cinereitatem, & [q] ad albedinem: licet qñq; generetur in ea lapis, qui minutatim frangitur. Et [r] iterum quoniam lapis renum generatur ẽm plurimum, & non adhuc mingitur, vrina, & est sedimen vrinę retentũ cum ea: & lapis [s] vesicæ coagulatur vel induratur ẽm plurimum post separationem vrinæ: & est fęx vrinæ, quæ non associatur ei, sed postponitur ab ea. [t] Et ille cui plurimum aduenit lapis renum, est pinguis: & ille cui plurimum aduenit lapis vesicæ, est extenuatus. Et [u] senibus plurimum aduenit lapis renum, quam lapis vesicæ: [x] & infantium, & eorum, qui illos sequuntur, est è conuerso. Et [y] plurimum huius fit inter infantiam, & pubertatis initium: & illud ideo, qm̃ virtus expulsiua in infantibus, & adolescentibus est fortis: quare expellit à superioribus membris ad illa, quæ sunt inferius. [z] In senibus vero virtutes renum ipsorum debilitantur valde. Et iterum qm̃ infantium, & adolescentium subtiliores sunt hu. & propter hoc penetrant in renibus eorum: & senum hu. sunt grossiores, quare nõ penetrant in renibus eorum. Et [a] ꝙ plurimum generatur lapis in infantibus, est propter ingluuiem eorum, & motum ipsorum super repletionẽ: & quia potant lac, & propter constrictionem meatus vesicæ eorum: & in senibus propter debilitatem digestionis ipsorum. Et propter hoc iudicauit [b] Hip. ꝙ ipse in senibus nõ sanatur. Et omnis vrina in qua est hu. plurimus, est dignior vt ex ea generetur lapis: & est illa ex qua cum dimittitur H vel residet, generatur sal: & est eius sal plurimus. [c] Sal autẽ generatur ab aquositate in qua est terrestreitas plurima, quam adussit caliditas. Et [d] vrina quidem infantium pluris est salis quã vrina senum: non qm̃ terrestreitas eius sit plurima, immo qm̃ caliditas in eis est plus, & terreitas eius in adustione est vehementior. Et propter hoc vrinæ eorum sunt turbidæ, propter multitudinẽ permistionis ipsorum, & propter raritatem corporum eorum: quare soluitur ab eis plurimum aquositatis cum resolutione occulta. Et [e] dignior puerorum vt in eo generetur lapis, est ille, qui est siccę naturæ ẽm plurimum, & calidi stomachi. Et non exiccatur ẽm plurimũ natura, nisi propter attractionem humiditatum ad ipsius hepar, deinde mẽbra vrinæ ipsius. Et qñ est illic caliditas, est causa efficiens præsens. Et ad vltimum siccitas naturæ facit vrinam grossiorem, & plurimam. Et [f] in illo, in quo est sedimen arenosum, in vrina non aggregatur lapis, qm̃ materia non est retenta. Et existimo etiam ꝙ non sit multa vel magna, qm̃ si esset multa vel magna, dignius esset, quod generaretur ab ea lapis magnus durus, nisi esset ꝙ esset plurima: sed mollis suscipiens cõminutionem, & si non, est ꝓpter illud quo multiplicatur eius separatio in vrina. Et cũ forma sit hæc, scias, quòd materia neq; propter causam in seipsa, neq; propter vehementiam caliditatis eius est materia, quę

conuertatur

B G. de renum af. dig. c.2. c
C Gal. 7. de medi. ꝯpõne ꝑ gña. c. 9. h
D Ga. ꝯmẽ. 3. in. 6. de morb. vulg. 15. e
E Ser. t. 4. c. 20.
F Raf. 23. cõti. t. 3. c. 1. 252. 3.
G Raf. ibi. 252. 2.
H Ra. 252. 3. & Ser.
I Raf. 252. 4.
K Raf. 252. 4. & Serap.
L Ga. ꝯmẽ. 1. in. 6. de mor. vulg. 6. f
M Gal. de renum af. dign. c. 2. d
N Fé. 19. t. 1. c. 5. & Ser. t. 4. c. 19. & Ga. de renum afte. dig. c. 3. b
O Raf. 251. 1.
P Ser. t. 4. c. 19.
Q Raf. 252. 2.
R Ga. ꝯmẽ. 3. in. 6. de morb. vulg. 15. c
S Fé. 19. t. 1. c. 5. & Gal. ibi.
T Fé. 19. t. 1. c. 5. & Ra. 252. 2. & 260. 3.
V Hipp. & Gal. 3. apho. 31.
X Fé. 19. t. 1. c. 5. & Hip. & Ga. 3. aphoris. 26.
Y Ga. ꝯmẽ. 3. in. 6. de morb. vul. 15. d, & Haly. li. 9. theo. c. 34.
Z Ga. ꝯmẽ. 3. in 6. de morb. vulg. 15. d
A Gal. ibi. 15. e
B Li. 6. apho. 6.
C Li. 1. Fé. 1. do. 4. c. 1. & li. 4. Fé. 1. t. 2. c. 40. & Raf. 251. 1.
D Raf. 23. ꝯti. t. 3. c. 1. 250. 3.
E Raf. 252. 4.
F Opposi. c. 17. & opposi. li. 1. F. 2. do. 3. sũ. 2. c. 6. & Hipp. & G. 4. apho. 79.

A conuertatur in lapidem lapidatione quæ non recipit cõminutionem. Et ſignificat fortitudinẽ expulſiuæ. Et huiuſmodi iudicium plurimum nõ eſt neceſſarium.[a] Et ſcias ꝙ parum accidit puellis, & mulieribus proprie lapis in veſica, qm̃ meatus veſicæ earum ad exteriora eſt breuior, & latior, & paucorum anfractuum: & in breui facilitas eſt expulſionis quę non eſt in longo.[b] Et de habentibus lapidem ſunt, quibus fiunt paroxyſmi generandi lapidem, & mingendi eũ.[c] Et quando aggregatur, & exiſtimatur ꝙ egrediatur cum vrina, aduenit eis ſicut colica. Et ſpatium in hoc eſt diuerſum inter menſem, & vſq; ad annum. Et ille qui conſueuit tolerare lapidem magnum, alleuiatur per alios dolores veſicæ: & ſignificat illud quod membrum nõ eſt ſuſcipiens apoſtemationem velociter, cum non apoſtematur per huiuſmodi, neque per dolorem clamoſum, cum tolerat dolorem lapidis cum magno lapide: & vnuſquiſq; amborum ſi ſingulare fiat, apoſtemat. Et ſcias quòd lapis renum, & veſicæ eſt ex eis quæ hęreditantur.

A Raſ. 251.1. & Halya. lib. 9. theo. c. 34. & Ser. t. 4. c. 19.
B Raſ. 251.1. & 257.3.
C Raſ. 257.3.

De ſignis. *Cap.* 17.

SIgnorum autem lapidis qui eſt in renibus primum eſt vrina: & eſt ꝙ vrina in primis eſt groſſa, deinde incipit conuerti ad tenuitatem, & attenuatur propter retentionem turbidi in renibus, tunc exiſtima eius generationem quãuis qñq; mingatur in principio rei tenuis: Et eſſentia eius in principio rei groſſa eſt magis ſignificatiua ſanitatis virtutis, & dilatationis meatuum. Et qñq; eſt B cum eo ſedimen plurimum ſimile ſedimini, quod eſt in ægritudinibus hepatis infirmi.[d] Et quãto plus eſt vrina vehemẽtius clara, & magis aſſidue clara, & paucioris ſediminis, ſignificat quòd lapis eſt durior.[d] Et dicitur ꝙ quãdo ſani, & proprie ſenes mingunt vrinã nigram cum dolore, aut abſq; dolore, indicat ꝙ lapis completur in veſica:[e] Et confirmatur ſignificatio in omnibus illis ſi vides arenam reſidentem. Et eſt arena illa tendens ad rubedinem & citrinitatem.[f] Et fortificatur illa ſi inuenitur grauitas in chatin, & dolor quaſi ſit retentum aliquid cum mouetur ſuper eum, ſentitur quod vicinatur alchatin, & ipſum ſignificat magis fortitudinẽ virtutis, & amplitudinem meatuũ. Et vehementior dolor qui fit propter lapidem renũ, cum in primis generatur, eſt quia conſtringit vel coarctat locum. Et apud motũ, & inceſſionem in meatibus, & proprie in meatibus verſus veſicam, & qñq; fit dolor apud id quod mouetur ſuper eos. In diſpoſitione vero congelationis eius, & quietis eius, & quietis patientis ipſum, cum non eſt repletio vehemens, coarctans, cõmouens lapidem, inuenitur ſenſatio grauitatis tantũ.[g] Et repletio cibi facit ipſum vehementius excitare dolores: & proprie quando deſcendit cibus ad inteſtina vicina ei: cum autem euacuantur, & expelluntur ſuperfluitates ex inteſtinis, dolores ſunt quietiores. Signa vero motus lapidis, ſunt permutatio doloris, & eius vehementia, & deſcenſio eius ex alchatim vſq; ad inguina, & poros vritides tranſeuntes ſuper emunctoria: & tunc iam peruenit lapis ad meatum prope veſicam, & cum ſedatur C ille dolor, tunc iam peruenit in veſicam.

D Raſ. 23. cõti. t. 3. c. 1. 251. 3.
E Ca. 16. oppo. & Gal. li. 1. lo. af. c. 5. c, & de ren. af. c. 3. g
F Raſ. lib. diuiſ. c. 70.
G Hipp. cõ. 1. in. 6. de morb. vulg. 6. c, & Raſ. 23. cõti. t. 3. c. 1. fo. 251. 2. & Oppo. F. 16. t. 3. c. 10.

De curatione. *Cap.* 18.

DIcamus hic curationes, quæ ſunt lapidis renũ proprie, & cõmunes ei cum lapide veſicæ: deinde faciamus ad lapidem veſicæ capitulũ ſingulare, & curationes ſingulares proprias. Intentiones quidẽ quas medici in curatione lapidis intendunt,[h] ſunt abſciſsio materiei eius:[h] et prohibitio generationis ipſius cum abſciſſione cauſæ, & rectificationis eius: Deinde cõminutio ipſius & fractio eius: & cõmotio ipſius, & eradicatio eius ex ſuo ſuſpenſorio cũ medicinis quæ illud efficiunt: Deinde eius extractio: & ſubtilis operatio in ipſo, & ordine eius. Et illud cõpletur cum medicinis prouocatiuis, aut cũ adiuuantibus deforis. Deinde eſt regimen ſedans illud, quod ſequitur inde de doloribus: & rectificatio eius quod accidit in eis de vlceribus:[i] Et ſunt quidã qui laborant extrahere ipſum per inciſionẽ ilij, & per dorſum, ſed eſt magnus timor in eo, & operatio eius, qui rationem non habet.[h] Materiei autem abſciſſio pręparatur in primis cum euacuatione eius per ſolutionem ventris,[h] aut per vomitum: deinde abſtinendo à cibis groſſis, & aquis turbidis, æquãdo quod comeditur, & confortando ſtomachũ, & faciendo vt digeſtio ſit bona. Et cum exercitio temperato in tempore vacuitatis, & fricatione eius & prohibitione cõſtrictionis medij dorſi, et leniendo naturam, vt declinent hum. groſſi ad latus fæcis: & non fiat ex fæce coarctatio renum, & cõſtri-D ctio. Et ex eis quæ conferunt adhæc, eſt aſſiduatio prouocationis cum eis, quæ lauant veſicam ex ſeminibus diureticis: & de illis quæ bona ſunt apud illud, eſt aqua ciceris: &[k] †{arſef,} et aqua foliorũ raphani, & raphanus ipſe proprie ſubtilis, humidus. Et cum ſuperuenit ei ſpatium dierũ, adminiſtretur diureticum forte.[l] In pueris vero prohibet generationẽ lapidis, ſumere in potu vinũ album ſubtile permiſtum. Et iuuatur à clyſteribus lenibus temperatis per illud, quod educunt de fæce, & leniunt naturam. Et per illud quod ponitur in eis de medicinis lapidis: quare peruenit vel perducitur virtus earum ex proximo ſeu velociter.[m] Et ex prohibitiuis generationis eius, eſt vomitus poſt cibum, & multus vſus eius: Ipſe enim expellit ſuperfluitates groſſas per viam contrariam viæ, cuius motus eſt ad renes: & facit latus renum mundum & vacuum. Et balneum, & tina fortaſſe perducunt ad lubricitatem eius: et qñq; extrahunt materias ad illud quod de corpore apparet, et auertunt eas à renibus.[n] Et quando multus vſus eſt eorum, mollificant virtutem, et debilitant virtutum renum. Et ſimiliter ſi adminiſtrentur in hora, in qua non ſunt neceſſariæ lenificatio, et ſedatio doloris. Faciunt enim renes ſuſceptibiles materierum effuſarum ad eos propter mollificationem ipſorũ. Et dormire ſuper dorſum eſt ex eis quæ lapidi conferunt. Medicinæ vero cõminuentes cum ſunt ſm plurimum medicinæ amaræ, quæ non ſunt valde vehementis caliditatis, etad-

H Ser. t. 4. c. 20.
I Raſ. 23. cõti. t. 3. c. 2. 258. 1. & 261. 4. & Ser.
K † ſpecies cardi
L Raſ. 23. cõti. t. 3. c. 2. 257. 3.
M Gal. lib. de ren. af. c. 5. f, & Aeti. li. 3. ſer. 3. c. 6. & Ser. t. 4. c. 20.
N Ca. 19. & Ga. de ren. af. c. 8. d.

& addant in causam: & omne cuius incisio est vehemẽtior, & cuius caliditas est minor, est melius. E
Et oportet vt illæ quæ sunt lapidis vesicæ sint vehementius calidæ, quã illę quæ sunt lapidis renũ. Et est hoc genus medicinarum aliud quarũ operatio nõ proportionatur ad calidum, & frigidum, immo non faciunt illud quod efficiunt, nisi cũ proprietate. Et medicinarum cõminuentium quædam sunt, quę non sunt cum illa superfluitate in virtute, & natura earum est ad cõminuendum lapidem paruum.[a] Et illarum quæ non sunt cum vehementia, quædam sunt quæ sunt vehementis virtutis ſm lapidem renum, sed sunt paruæ virtutis ſm lapidem vesicæ: aut non habent virtutem ad illum, sicut[a] lapis iudaicus. Et quædam earum sunt, quę sunt fortes ſm lapidem renum, & operantur in lapidem vesicę. Et quędam sont fortes vehementes in vtrisq; lapidibus simul: sicut auis, quæ nominatur [b]†{altragulidos,}& sicut cinis scorpionum. Et cum componuntur ex medicinis ad lapidem medicinæ, oportet vt adiungantur eis species medicinarum, quæ eas adiuuent ad operandum quod efficiunt, de quibus sunt medicinæ fortis prouocationis: quæ extrahant vrinã grossam vt extrahatur illud quod eradicatur de lapide, & cõminuitur. Et de illis sunt medicinę in quibus est tepefactio motus aliarum medicinarum, & mora vt perficiatur cum mora ipsarum integritas suæ operationis. Et istæ medicinę sunt non velocis penetrationis propter pinguedinem in eis, & viscositatem: & sunt cum hoc facientes digestionem: sicut gũma pini. Et de illis sunt medicinæ velocis penetrationis, & mundificationis, sicut piper, & alia: Et medicinæ cõfortantes membrum F
apud diuersitatem impressionum in eo, & motum super ipsum: Et sunt medicinæ albezereati, & sicut spica, & casia lignea, & aliæ. Et de illis sunt medicinæ in quibus est stypticitas subtilis: sicut sunt rubub fructuum vt cõseruent virtutem membri. Et qñq; miscentur cum istis medicinis medicinę sedantes dolores cum proprietate, aut stupefactione. Cumq; componimus medicinam ſm hanc formam,[c] operatur virtus naturalis in eis: quare vtitur eis quæ ad lapidẽ sunt apud lapidem, & dimittit vel relinquit prouocantia, & directiua ad membrum cum iam applicauerit secum medicinis lapidis apud lapidem, postquã vsa fuerit prouocatiuis ad hoc vt peruenirent illæ quæ sunt ad lapidem ad locum lapidis: & tunc vtitur permanentibus, & his quæ faciunt morari illic, vt permaneant medicinæ lapidis: & facit ipsas morari, vt operationem suam efficiant, & tamẽ moueant ipsas penetrantia, & prouocantia à loco quo indigent vt stent in eo tempore vt faciant operationem suam cum eo quod dimisit virtus operatiua vel propter illud quod dimisit virtus operatiua, & iam ante illud vsa fuerit illis facientibus penetrare, vt festinaret medicinas lapidis versus lapidẽ antequã paterentur à natura passione debilitante virtutem cum qua operationem faciunt in lapide. & cum vsa fuerit medicinis cõminuentibus lapidem, & cõmouentibus, & fecerit operationẽ earum, dimittit medicinas permanentes, & morari facientes, & festinat, & accelerare facit prouocantia, & penetrantia. Cum autem fortificatur dolor, administra stupefacientia ſm q̃ est regula co G
gnita in compositione medicinarum. Et qñq; aggregantur in vna medicina singulari plures harũ proprietatũ. Nunc quidem numeremus medicinas cõminuentes lapidem & extrahentes ipsum.

De medicinis comminuentibus lapidem. *Cap.* 19.

ET sunt sicut costi radix, &[d] radix rubi, &[e] bdellium, & radix [f]†{alrathbe}, &[g] cortices[a] radidicum aldemest,[h] & cicer nigrũ, & proprie aqua eius, & semen[i] althææ, & fructus[k]†{alkarasiæ,}& gũmi alzarur: & in alzarur est virtus in hoc: &[l] tribuli, & ra.eorum sunt boni ad illud: & radix[m] alcannæ, & squilla, &[n] acetum eius, & oxymel ipsius, & apium mõtanum, & calamenthũ, & absinthium, & casia, & radix[m] citroli campestris: & xylobal. & carpobal. & opobal. & oleũ balsami. & existimo q̃ sit forte valde: & semen[l] maluæ campestris,[o] & cardus, & aqua radicis eius: & colopendria,[p] & capillus veneris, de quo sumatur pondus drach.ij. in aqua raphani: & apium, & radix[q] althil, & semẽ folij,[m] & virga pastoris & proprie roma.[r] & cyminũ cãpestre, & radix[m] pentaphyllon, & aqua eius,[m] & chamæpityos,[s] & polium, & radix[n] asparagi, & semen[m] cyperi ægyptiaci, &[a] cortic. radicum lauri,[t] & semen raphani,[u] & scordeon, & extremitates vitis albæ, & ruta agrestis.[x] Et iterum baurac armeni de quo sumtur pondus aure.v. & conficiatur cum melle, et potetur in aqua raphani tribus diebus, & iterum sotiræ aur.i. cum aqua tepida.[y] Et dixerunt quidam q̃ si sumantur septuaginta grana piperis, et optime terãtur, et fiant ex eis.vij.trochisci, et detur in potu omni die troc. vnus, minget lapidẽ: et in fisticis est virtus qua cõminuitur lapis renũ. H
Et de fortibus ſm lapidem renũ, sunt lapis iudaicus, et pulegium, et chamæpityos. Et de fortibus absolute sunt cinis scorpionũ, et oleum in quo ponnutur scorpiones stans sub sole, linitum iniectũ per syringam in lapide vesicæ.[z] Cineris autem scorpionum regimen melius est, vt linias vas simile vrinali spissum cum luto sapientiæ, deinde ponas in ipso scorpiones, et dimittantur in furno calido nocte vna aut minus, ita vt non perueniant ad summum in adustione, et in mane remoueantur. Et vitrũ est melius q̃ testa exuccans, et accipiens virtutem.[a] Et cinis leporis decollati ſm hunc modum est fortis, de quo sumatur in potu pondus drach.ij.[b] Et ex eis quæ sunt vehementis iuuamenti et resolutionis, est[c]†{alierha}à quo caput eius sit acceptum, et extrema ipsius exiccata in sole in vase æneo.[d] Et iterum lumbrici terrestres exiccati. Et iterum vitrum attritione factum, vt atomi, qui in solis apparẽt radio.[e] Et iterũ cinis vitri, et illud melius fit si igniatur super cochleariũ ferreum, et tritum cribelletur: deinde ponatur super aquã fabarum, et ostendetur vel separetur in ea quod de eo calcinatur, et iterum reliquum inflãmetur donec puluerizetur totum: deinde teratur puluis sicut atomi, qui sunt in radio solis:[f] et datur de eo in potu aur.i.in.xij.aur. aquæ calidæ.

et illud

A G. 9. de simpli. medi. fac. 67. f
B † troglodytes
C Fẽ. II. t. I. c. 6. & lib. 2. t. I. c. 4. & lib. 4. Fẽ. I. t. 4. c. 19. & lib. 5. c. 2. & Gal. 2. aphor. 16. h
D G. 6 simp. 44. g
E Diosc. lib. I. c. 69.
F † species trifodij
G Diosc. lib. I. c. 90. & Gal. 6. simpli. fo. 46. b
G *Infra* a
H G. I. alimẽ. c. 22.
I G. 6. simpli. fol. 46. f
K † G 7. simp. 51. a ceratiorum
L Diosc. lib. 4. c. 13. & Ga. 8. simpli. 62. f
M Ser. t. 4. c. 21.
N Gal. de ren. aff. c. 8. d
O Gal. de ren. aff. c. 5. f
P Diosc. li. 4. c. 120.
Q G. de ren. af. c. 8. d, & 6. simp. 41. e & Ser. t. 4. c. 21.
R Diosc. li. 3. c. 58.
S Gal. 3. de medi. cõpo. ſm loc. c. I. b
Supra a
T Ras. 259. I.
V G. d ren. af. c. 8. e
X Ras. 23. cõti. c. 3. c. 2. 261. 3.
Y Ras. ibi. 261. 2.
Z Lib. 5. sum. 2. t. 6. c. d Lapide renũ, & Ras. li. diui. c. 75.
A Aeti. lib. 3. ser. 3. c. II. & Gal. de ren. af. c. 5. h
B Ras. 258. I. & 259. 4.
C † cicindela quæ nocte lucet
D Ras. 23. cõti. c. 3. c. 2. 260. 4.
E Ga. de ren. af. c. 8. d, & Ser.
F Ras. 258. I.

A Li.2.t.2.c.404. &.602.& G.9.simpli.fol.67.c
B Gal. de ren.aff. c.5.h
C Aeti.lib.3.ser.3. c.12.

A et illud melius est quod est de vitro albo claro. Et de illis quę valde fortia sunt, est [a] lapis qui in spõ
gia inuenitur. Et iterũ [b] san. hirci exiccatus: & ille [c] melior est qui sumit in hac hora, in qua colorat
vua. Quære ergo ollam nouã, & ablue eam aqua, ita vt remoueat quod de ea est de natura cinerei-
tatis, & salsedinis: & si fuerit lapidea, erit melior: deinde decolla hircũ, qui habeat quatuor annos su
per illã ollã: et dimitte primũ san. eius et vltimũ currere, & assumme mediũ tantũ. [c] deinde dimitte
donec coaguletur: deinde incide ipsum in frusta parua. de quibus facies troc. quos ponas super re-
te, aut pannũ mundũ: & sparge eos ad solẽ sub cœlo, & sub pãno serico defendente eos à puluere:
& dimitte eos tãdiu, donec eorũ exiccatio vehemẽs fiat in loco ad quẽ ros nullo modo ꝑtingat: et
conserua troc. & cum volueris eos in potu tribuere, dabis de eis in potu cochlearium vnũ in vino
dulci in hora quietis doloris: aut in aqua apij montani, et videbis rem mirabilem. Et de eis quæ for

D Paul.lib.3.c.45. & G.d.ren.af.c.5.h
E † troglodytes

tia sunt, est cinis corticum ouorum gallinæ, postquã euacuata sunt à pullis. [d] Et de eis quæ sunt ve-
hementis fortitudinis, & meliora omnium, est auis quæ græce nominatur [e] †{tragulidos:} & auis
est de genere paruarum, minor omnibus auibus, excepta aue regia: & color corporis eius est inter

F † tenui rostro, in muris maxime, & sępibus degens, & Aeti. lib.3. ser.3. c.11.
G Aeti.ibi.

viridem, & cinericium, [f] †{ & citrinum, & super alas eius sunt pennæ aureæ, & super caudã ipsius
sunt alba puncta, & plurimum apparitionis eius est in hyeme, & apud piscinas, & apud parietes,
& ipsius volatui apud parietes non est fixio, immo volat parum, et cantat, & garrit semper, & mo-
B uet caudam.} Et ipsa comedatur cruda sicut est, quod melius est: & comeditur elixata, et assata. Et
salitur, et reseruatur vt caro salita. [g] Et qñqꝫ aduritur sicut est, in furno, qui non sit cum illa calidita-
te. s. cum quantitate qua non dñetur ei adustio, et destruatur virtus, et sit in vitreato vase, et ſm mo

H † vase terreo vitriato

dum qui dictus est ad scorpiones, et alia: et qñqꝫ aduritur in olla lapidea: aut [h] †{burnia,} et stringi-
tur caput eius. Et cum pertrãsit terminum assationis, tendens ad adustionem aliquã, tunc retrahe
vel accipe. Et qñqꝫ aromatizatur illud quod de ea salitum est, et assatũ cũ pipere, et folio indo, et si-
milibus: et bibatur tritum eius quod est salitum aut adustum cum vino puro aut cũ melle: aut cum
chandicum. Et similiter vnaquęqꝫ harum medicinarum. Et existimant quidam ꝙ hæc auis sit auis

I Lib.2.t.2.c.661.
K Ser.t.4.c.21.
L Halya. 7. pract. c.42.
Infra B
M Ras.260.4.
N Ras.259.4.

spinæ, sed hęc est auis quæ nominatur francigine [i] safurion, de qua nõ scio an sit illa, aut alia. Et exi
stimant ꝙ quãdo exiccatur, et bibitur paulatim extrahit lapidem ex omni loco. [k] Et dixerunt qui-
dam ꝙ lapis ipse extrahit lapidem. [l] Et ß iterũ fimus columbinus, et fimus galli. Et existimant Hu-
nain, [m] et Alkindus, ꝙ quando sumitur in potu in corpore magno de eo pondus drach. ij. et in cor
pore paruo pondus drach. 5. et quantum ipsum est zuccari tabarzet, extrahit omnem lapidem. Et
qñqꝫ ponuntur cum eo piper, et sale, et proprie in decoctione pulegij. Et iterum scarabei exiccati.
Et existimant [n] quidam ꝙ suffumigatio eius, quod est sub virga, cum spina eritij, facit mingere la-
pidem: et hoc est de illis quæ ego non verifico. [k] Medicinæ vero quę cum istis permiscentur phar-
C macijs, ad penetrandum sunt, sicut piper, et calamenthum, et cinnamomum: et istæ cum hoc sunt
iuuatiuæ in capitulo motionis lapidis. Medicinæ autem quæ cum istis cõmiscentur vt prouocent
cum virtute, & extrahant superfluitates grossas, sunt sicut [k] semina cognita, & proprie [k] apij mon

O Ras.259.4. & Ser.t.4.c.21

tani, & sicut [k] daucum, & [k] meu, & [k] fu, & [k] assarũ, & [k] acorus, & [k] ameos, & [k] keisim, et [k] siseleos,
et [k] semẽ agnicasti, et [k] squinãthum, et [k] cordumeni. Et fortasse quidam [o] homines dicunt bonum
esse vti cantharidibus. Et istæ quidem medicinæ cum vehementia prouocationis suę non sunt pri
uatæ impressione in lapide. [k] medicinæ vero quæ permiscẽtur ad tardandum paulatine sunt sicut
gummæ. Et qñqꝫ sunt in se ipsis operantes in lapidem, sicut gũma albesfaigi. i. [k] polypodij, et gum
ma nucis. Medicinę vero doloris sedatiuæ sunt, sicut semen lini, et mucilago eius, et sicut nuces, et
auellanæ: et grana pini maiora, et semen althææ: et habent ordinem etiam ad medicinas lapidis, et
conuenientiam ad corpus renum. Et ex narcoticis est illud quod sciuimus. Medicinæ autem con-

P Ras.260.3.

fortatiuæ, sunt sicut been, et zarumbet, et lilium siccum, et semen agnicasti: et iterum sicut rosa, et
balaustiæ, & squinanthum, & sandali. Medicinæ vero compositę ad lapidem sunt, sicut [p] mithrida

Q Aeti. li. 3. ser.3. c.12.

tum: ipsum nãqꝫ fortis operationis est in lapide renum: & sicut [p] sagzenea: & sicut cõfectio de scor
pionibus cognita ad renes, & vesicam. [q] Et iterum medicamen factum cum sang. hirci, quod [q] no-
minatur manus dei propter suam nobilitatem. Et medicamẽ thesaurizatum dictum factum cum
D oleo balsami, quod est mirabile. Et sicut medicamen forte, quod experti sumus. Recipiens cineris
vitri, & cineris scorpionum: & cineris radicum caulium nabati, & cineris lepo. & lapidis spongiæ,
& sang. hirci exiccati contriti: & cineris corticum oui de quo pullus egressus est, & lapidis iudaici,
& gummi nucis, & acori partes æquales: & petroselini, dauci, pulegij, gũmi arabici, & seminis al-
thææ, & piperis, omnium ana partem vnam &. 5. cum melle conficiatur & reseruetur: cuius dosis
sit vsqꝫ ad aur. ij. & supra, cum aqua tribulorum decoctorũ cum ciceribus nigris. Et hoc etiam con
ueniens est ei qui in vesica est. Et iterum cinis radicum caulium nabathi, & cinis ouorũ de quibus
sunt egressi pulli, & rasuræ vel fricaturæ lapidis iudaici masculi & fœminæ aggregentur, & detur
in potu ex eo quantitate vnius cochlearij in vino aut aqua tribulorum, & est etiam cõueniens ad
lapidem vesicæ, extrahens ipsum similem luto albo. Et iterum ex eis quę sunt fortia aggregata est
illud quod recipit [k] sem. melonis, & vitri adusti, & calt. i. almes indi seu milij solis partes ęquales, su

Supra B

matur cum aqua ciceris. [l] Et ß iterum fimi columbini, & fimi galli, detur aliquid cum aqua rapha-
ni, aut cum vino, aut cum aqua calida. est enim aggregatiuum. Et de illis quę sunt aggregatiua est,
vt sumatur [k] condysi pondus drach. i. fimi colũbini drach. i. scarabei drach. i. duodecima, terantur,
& dentur cum vino. [k] Et iterum lapis spongiæ, scolopendriæ, capilli veneris, seminis althęę, petro
selini,

selini,æqualiter : & sit dosis quantũ necesse est in aqua apij, aut aqua radic.aut aqua tribulorũ, aut E aqua raphani.Et iterũ de eis quę sunt aggregatiua,est illud,quod [a] Recip.granorũ fructus balsami calamenthi cãpestris sicci,lapidis spõgię,semi.maluæ,& albedarũgi sicci partes ęquales,terãtur, et dentur ex eo omni die cochleariũ vnũ cũ vino permisto,quasi.℥.iiij.Et de illis quæ propriora sunt ei qui est in renibus est illud quod Recip.misusen sumirion amborũ añ.pondus.ʒ.ij. piperis. ʒ.iiij. cuius dosis sit fm quantitatẽ,quæ existimatᷣ cũ oxymelle squillitico. Et iterũ rutæ cãpestris,maluæ cãpestris,radic.apij partes æquales,de qbus sumatᷣ quãtitas duorũ cochleariorũ,quæ coquatᷣ in vino,& coletᷣ,& bibatᷣ. Et iterũ radix pentaphyllon cũ syrupo acetoso mellino,aut aqua mellis. [b] Et iterũ se.raphani,& [c] †{alchalt}æqualiter detᷣ ex eo sicut auallana cũ oleciasmino. & iterũ medicamen expertũ [d] se.melonis se.althęæ,& cartami,& croci,& alchalt.i.mesindũ sumatᷣ in potu vna vice post aliã.Et iterũ granorũ [e] †{almhaleb}excorticatorũ tritorũ auř.ij.croci auř.i.aristolochię, aure.5.cõficiantur cũ melle,cuius dosis sit.ʒ.iiij.Et iterum cordumeni pondus.ij.ʒ.cortic. radic.lauri quantum ipsum,& iterum semen alharmel,bdellium sumãtur,de quibus fiant pilulæ : & sumatur de eis omni die pondus drach.i.cum aqua calida,& cum aqua foliorũ raphani,aut enulæ humidæ, aut cum aqua oliuarum.Medicamen vltimũ sedans dolorem, & extrahẽs lapidem. Recip. [f] †{sumurion,& est apium campestre,& dicitur apium persicum,}vnc.i. cyperi ægyptiaci,spicę aromaticæ,semi.papaueris albi,cinnamomi,casiæ,piperis alb.semi.bauciæ, [g] †{ }acori F omnium ana vnc. [h] †{ i.&.} 5.lapidis iudaici, [i] †{ } lapidis delati de regione macedoniæ,ana vnc.5.conficiantur cũ melle,de quo sumatur ad magnitudinẽ auellanæ cũ vino.Medicamen cõferens generationi lapidis. Recip. [k] †{sameriuma}pulegij,semi.althææ omnium ana drach.i.semi.cucume. hortulani, seminis melonis, dragaganthi omnium ana drach.5.misceantur omnia,& sumantur:sitq; dosis eius pondus drach.ij.cũ vino subtili permisto. Aliud. Recip.lapidis inuenti in spongia,radicis tribuli,se.bauciæ,omnium ana drach.ij.se.cucumer.hortulani, seminis melonis,seminis althææ,amyli omnium ana pondus drach.ij.seminis fœniculi, anisi, polij, omnium ana drach.iij. Et qñq; dantur eis in potu aquæ,in quibus decoquantur medicinæ lapidis ipsum cõminuentes sicut aquæ in quibus decoquuntur chamæpityos,& polium,& calamenthũ, & siseleos,& radix tribuli, & fructus eius, & scolopendria, & radix maluæ, & capillus veneris, & virga pastoris,& radic.althil:& radix eupatorij,& semen althææ,& [l] †{sameriuma,} & suasera,& pulegium, & alia cum diureticis. Et quãdo administratur in diebus sanitatis,prohibet generationem lapidis etiam. Et ex decoctionibus quibus iuuamentum cõfertur lapidi renum, cum eorum administratio assiduatur in horis paroxysmi,est vt decoquantur folia maluæ campestris,& ponantur in decoctione eius butyrum,& mel: de qua sumatur in potu res plurima lubricat enim lapidẽ, & prouocat vrinam,& lenit iter vel vias eius,& extrahit eũ cum facilitate. [m] Et Rufus quidem dixit ꝙ plurima balneatio in thermis sulfureis frãgit lapidem. Et hoc fortasse facit peruenire ad hoc, G ꝙ quædam aquæ calidæ, quæ qñq; vlcerant cutem, quando ponuntur in eis medicinæ lapidis, & submergitur in eis pãnus,dum sunt calidæ, & ponitur super locum lapidis,resoluit ipsum. Et ego iam expertus sum res huius generis. In regimine autẽ præparationis lapidis ad hoc vt eradicetur, & patiatur à medicinis cum facilitate lubricitatis, & exitus,oportet vt administrentur olea mollificantia,inungendo cum fricatione.Et similiter emplastra,& embrocationes,& cerata mollificãtia, & balnea, [n] & tinæ cum quantitate,quę non mollificent virtutem superflue, & debilitetur expulsiua:& qñq; currit propter illud ad membrum additio materiei. Et tunc bibitur medicamen ad eradicationem lapidis, vt fiat facilis super ipsum eradicatio & extractio. Et oportet vt misceãtur cum mollificantibus confortantia,fm canonem notum: & proprie cum non est in confortantibus plurima contrarietas ad intentionem,quæ est in resolutione: [b] & illa sunt sicut oleũ de lilio, & oleum de spica,& oleum de alcanna,& corpora eorum etiam:& oleum alkeiri aggregat intentiones plurimas.Deinde [o] †{stringantur}mediũ,& hypochondria, & pecten,vt dilatentur meatus desuper, aut fricentur cum manu.deinde detur in potu medicamen cõminutiuum:& si fuerit sumptum in potu,tunc conuenit vt adhibeantur diuretica. Et non est malũ vt bibatur etiam quod est sicut [p] casia fistula cum oleo amygdalino,et cum succo viscoso,qui fit de succis diureticis,in quibus sunt viscositas,& lubricitas cum oleo amygdalino. H Et ex eis quæ conferunt post mollificationẽ,aut cum excusatio est à mollificatione propter illud cum scis ꝙ lapis est suspẽsus motus, sunt vaporationes cum spongia,& similibus sibi,infusa in aqua & oleo,& cum panno,aut furfure:Aut emplastra calefacta,& vnctiones cum oleis calidis calefactiuis,sicut oleo rutino,aut cum oleo,& castoreo. [b] Et est necessarium,vt conseruetur calefactio emplastrorũ. [b] Quod si necessaria sunt fortiora illis, ponantur ventosæ vacuæ infra lapidem,& locum doloris,vt attrahat ipsum: deinde deponatur ab illo loco ad illum,qui est sub eo ad inferiora,& suspendatur ibi. [b] Et similiter fm gradationẽ descendant à loco renum fm obliquationem duorum pororum vritidum ad inferiora. Cumq; descendit ad vesicã, sedatur dolor. Et qñq; exercitium & motus, [p] et æquitatio super animal quod saltando vel trotando incedit,sufficiunt. [p] Et similiter descensus per gradus,& proprie postquã administratæ fuerint inunctiones.Cumq; descendit ex vesica ad meatum virgæ,tunc fortasse facit dolorem : & tunc oportet vt regatur regimine illius loci cũ eis quæ dicemus.Regimen autem doloris,quando cõmouetur,& proprie apud virgam propter magnitudinem lapidis,aut propter dẽtes in ipso, & fracturam rascationis, & asperitatem excoriantem,qñq; possibile est vt sit cum balneo,& tina.

Cum

A Gal.10.de phar. cõpo.fm loc.c.1.e
B Ser.t.4.c.21.
C † pisum
D Raf.257.4.
E † Ser.t.4.c.21. fructuum similiũ ossi cerasiorum
F † G.10.de phar. cõpo.fm loc.c.1.f seminis smyrnij.
G † thuris non secti, seminis apij, croci, styracis, iridis, amygdalarum amararum.
H †———
I † Syriaci,fœminæ aut masculi, myrrhę mi neq; sex tantem.
K † calamenthũ
L † calamenthũ
M Raf.23. pti.t.3. c.2.259 3.&.261.2.
N Cap.18.
O † Ser.t.4.c.21. ponantur vbi est
P Raf.lib.diuis. c.70.

A Cum autem superfluunt,& mollificant,redit dolor vehemens post horam.Et embrocę de chamę milla,& meliloto,& althęa,& furfure bonæ sunt & iuuatiuę. Et si fuerit constrictio aliqua naturę, tunc de rectioribus rebus est,extrahere fęcem cum suppositorio,aut cũ clysteri non magno,quod coarctet,& dolorem faciat: imo suppositorium amabilius est mihi.[a] Et in lenificatione naturæ est alleuiatio plurima,& sedatio doloris. Et nõ est semita ad administrandum catharticũ.ipsum enim lædit,& nocet per illud, quod descendere facit desuper. Clystere autem,cum in eo ponuntur adipes,& vnctuosa,& virtutes mollificantes,& virtutes diureticæ, facit cum solutione ventris lenitatem,& frangit dolorem, & adiuuat ad extractionem lapidis. Et qñq; dolor fortis sedatur,quando curatur cum eis quæ diximus: deinde cum curatur lapis,multiplicatur. Quare rectius est vt abstineatur à medicinis fortiter mouentibus, & administrētur clysteria leuia,lenificantia: & inunctiones,quæ comprimendo, & fricando fiunt: & cerataria mollificantia,lubrificantia. Et qñq; iuuant in hac hora administratio vomitus: & illud est de eis quæ minorant materias cõprimentes lapidē: sed fortasse nocet per illud, ꝙ attrahit lapidem ad superiora. Et si fuerit dolor de illis quæ nõ tepescunt prorsus: tunc necessarium erit dare in potu illud quod stuporem facit.[b] Et iterum philoniũ, & medicina mandragorata,& theriaca quæ nõ est antiqua:immo ad nouitatem decliuis,& in qua est virtus opij remanens:ipsa enim pluribus confert modis. Confert nãq; ex parte theriacitatis, &
B ex parte prouocationis,& cõminuit lapidem,et ex parte stupefactionis doloris,& qñq; adiuuat in dolore ventositas in renibus coarctãs etiam lapidem. Et cognoscitur per signa ventositatis renũ, aut ventositas in intestinis comprimens ipsum: & cognoscitur per signa sua, quare oportet tunc vt intendatur ad ea quæ frãgunt ventositatē,[b] sicut ruta,& [c] semen eius,& semen apij,[b]& anisum, [b] & ameos,[b] & carui,[b] & nigella dando in potu in eis,quæ sunt sicut aqua mellis,aut emplastrãdo, aut faciendo ex eis ceratũ cum oleo aliquo:& vtendo eo in clysteri.[a] Et si fuerit lapis propter apostema calidum,curetur curatione apostematis renum in primis. Et sufficienter ea quæ scis de embrocis,& emplastris,& ceratarijs infrigidantibus,quæ pręterierunt tibi in cap.pluribus,asperso super eo modico aceto,donec penetrent: & similiter fiat clystere cum illis succis, & cũ oleo ros.cum eis.Et si indigent phlebotomia,fiat.[d] Et si fuerit propter apostema durũ,tunc adhibeantur ea quę sunt sicut mucilagines calidæ,vt mucilago [d] seminis lini,[d] & fœnugræci,[d] & althææ,[d] & se.almaru permistæ cum eis,quæ infrigidant:& similiter [d] chamæmilla,[d] & melilotum,[d] & tribuli,& anethũ. Et ista administrantur bibita,& administrant̃ clysterizata,& administrãtur epithemata. Et quãdo administrantur epithemata,oportet vt ponantur in eis, quæ sunt sicut gumma pini, [e] & serapinũ, [e]& ammoniacum,[f] & storax,[f] & castoreum,& sicut [f] myrrha. Et iterum olea calida cum cõfortantibus aliquibus.Et de vnguentis,vnguentum [a] diachylon,& vnguentum de adipibus, & alia: &
C cum videris digestionem,prouocabis tunc. Cibi autem lapidem patientium sunt illi,qui contrarij sunt cibis nocentibus eis: & carnes auium assatæ habentium colorem cineritium,& auium in domibus habitãtium, & columbini dissoluti cum decoctione,non nocent eis:et similiter quę de carnibus sunt subtilia: Et cancri assati caro confert eis. Et oportet vt in cibis eorum ponantur capita cardi,et asparagi,et proprie campestris,et aqua ciceris cum oleo,et oleo cartami.

A Ser.t.4.c.10.
B Ser.t.4.c.11.
C T.1.c.15.
D Cap.9.
E Cap.9.& Ser.t.4.c.10.
F Ser.ibi.

Fen.xix.de dispositionibus vesicæ, & vrinæ:duos comprehendens tractatus.

TRACTATVS I. *de dispositionibus uesicæ.*

[g] *De anatomia uesicæ.* *Cap.* 1.



D Vemadmodum Deus excelsus creauit fæci vas aggregans comprehendens totum,vsquequo aggregatur:deinde expellit totum simul, per quod fit excusatio ab ascellatione continua hora post horam sicut [h] sciuisti:similiter pręparauit excelsus, et creauit ei, quod de superfluitate aquositatis attrahitur dignæ excuti et expelli,[i] capacitatem et sacculum comprehendentem totalitatem eius,aut plurimum eius, donec surgat ad extrahēdam ipsam semel, et non sit necessarium expellere ipsam continue,sicut accidit patientibus distillationem vrinæ, et capacitas illa est vesica.Et creata est neruosa ex neruis ligamenti,vt sit vehementioris fortitudinis, & sit cum fortitudine susceptibilis extensionis dilatabilis fortis substantiæ, vt impleatur aquositate. Cumq; repletur,euacuatur quod in ea est cum voluntate,ad quam requirit necessitas. Et in collo eius est carnositas cum qua fit sensatio vicina lacerto. Et ipsa quidē habet [k] tunicam vnã contextã ex speciebus villorum tribus nisi in loco vbi pori vritides ingrediuntur eam, qm̃ illic corpus duas habet tunicas:quarum interior in profundo est duplex ad extrinsecam: qm̃ ipsa obuiat aquositati acutę.[l] Et subtiliatus est creator sapienter in attrahendo aquositatē ad eam,& in extrahēdo aquositatem ab ipsa,quare peruenire fecit ad ipsam duos poros vritides ex renibus.Et cũ ad ipsam peruenerunt,separauit vesicę duos annulos,quos facit incedere inter duas tunicas, incipientes in primis penetrare in tunicam primam,perforantes eam: deinde habentes incessum habentem quantitatem inter duas tunicas,deinde submerguntur in tunica interiore disrumpentes vtranq; earum ad concauitatem vesicę,& effunditur in ea superfluitas aquosa,ita vt quando repletur aquositate, et fuerit repleta complete tunc cooperiat tunica interior tunicam exteriorem expulsa ad ipsam ab interiori

G Lib.13.animal.c.10.
H F.16.t.1.c.1.
I Gal.5.de v.p.c.9.
K G.li.5.de v.p.c.11. & lib.3.de natur.facul.c.11.e
L Gal.lib.5 de v.p.c.13.c, & lib.1.natur.fac.c.13.f

interiori parte, & à concauo vel profundo taliter vt existimetur.q.tunica vna, & non sit in eis penetratio: & propter illud non redit aquositas, & vrina, cum figitur vesica ad posteriora, & ad duos poros vritides:[a] Deinde creauit ei Deus cuius virtus est sublimis, collum expelles aquositatem ad virgam, anfractuosum, plures habens anfractus, propter quos nõ mundificatur ab aquositate integre expulsa, proprie in masculis. In eis nãq; [b] tres habet anfractus.[c] Et in mulieribus habet anfractum vnum propter propinquitatem vesicarũ earum cum matricibus ipsarum. [d] Et principium colli munitum est cum lacerto circundante ipsum sicut suffocatorium, & expressorium, ita vt prohibeat exitum aquositatis ab ea, nisi cum voluntate mollificante illum lacertum adiutum cum lacerto ventris sm q; sciuisti in loco suo: nisi illi lacerto aduenIat nocumentum, aut lacerto ventris. Et continuatur vnicuiq; [e] laterum eius neruus quantitatem habens,[f] & venæ quietæ, [g] & pulsatiles, & multiplicati sunt nerui eius, vt ipsa sentiat illud cui innititur, & ad quod extẽditur plurimũ. E

A Gal. lib. 5. de v. p. c. 16. e
B Ga. q; duos. 5. de v. p. c. 16. g
C Ga. ibi. & lib. de dissectiõe vuluæ. c
D G. lib. 6. loc. aff. c. 4. e, & lib. 1. de sanit. tuen. c. 12. g, & lib. 4. de v. p. c. 19. e
E Lib. 1. F. 1. do. 5. sum. 3. c. 6.
F Lib. 1. F. 1. do. 5. sum. 5. c. 5.
G Lib. 1. F. 1. do. 5. sum. 4. c. 5.

De ægritudinibus vesicæ, & cura eius. Cap. 2.

ACcidunt iterum in vesica ægritudines complexionis cum materia, & absq; materia, & apostemata, & oppilatio, & ex eis est lapis. Et inueniuntur in ea ægritudines quantitatis in paruitate, & magnitudine. Et accidunt ei ęgritudines situs ex eminentia, & dislocatione. Et accidunt ei ægritudines solutionis singularis per apertionem, & incisionem, & vlcera. Et quandoq; cõmunicant vesicę membra regalia, & nobilia, sicut cerebrum: ipsum enim fit dolorosum cum ea, & aduenit ei [h] vertigo. Et quandoq; peruenit ad [i] sirsen causa cõmunitatis ægritudinum vesicæ calidarum. Et sicut hepati iterum. multoties enim accidit [k] hydropisis propter frigus vesicę. Et ęgritudines quidem vesicæ multiplicantur in hyeme. Et curantur iterum sicut curantur illæ quæ sunt renum, [l] & cum medicinis fortioribus, & magis remantibus: et sunt potiones, et iniectiones, et vnctiones, et emplastra quibus emplastrentur duo emunctoria, et sub vmbilico: et in duabus commissuris singularibus. Et dolores vesicæ multiplicantur in aeribus, et in regionibus, [m] et ventis septentrionalibus, et in temporibus frigidis. F

H F. 1. t. 5. c. 1.
I F. 1. t. 3. c. 1.
K F. 14. t. 4. c. 4.
L Ser. t. 4. c. 21.
M Lib. 1. F. 2. d. 2. sum. 1. c. 10.

De his quæ calefaciunt vesicam. Cap. 3.

DIuretica calida omnia calefaciunt vesicam, et vnctiones, et iniectiones ex oleis calidis, et gũmis calidis, sicut oleum costinũ, et nardinum, et de ben, et vaporationes, et emplastra ex medicinis prædictis in capitulo renum calidis, de quibus fiat emplastrum vbi scis.

De his quæ infrigidant vesicam. Cap. 4.

INfrigidant eam potus lactis vel emulsionis seminum portulacę et cucumeris, et cucur. et potus spodij camphorati cum aqua frigida. Et ex epithematibus sandali, et camphora, et fausel cum lacte acetoso, de quo butyrum est extractum, et similiter mucilagines, et succi frigidi, et olea frigida sicut ole. de se. cucurbitæ, et ole. ros. bonum, et ole. de papeuere, et ole. de se. lactucæ cum camphora, et similibus, et iniectiones proprie, et lac asini iuuatiuum est valde. G

De lapide vesicæ & signis eius. Cap. 5.

OPortet vt tu consideres illud quod diximus de lapide renum: deinde permuteris ad considerandum hoc caplm. Et tu quidem iam [n] sciuisti illic differentiam inter lapidem vesicæ, et lapidem renum, in qualitate, et quantitate ex capitulo lapidis renum. [o] Differũt enim vtriq; lapides: at ille qui est in renibus, est lenior parum, et minor, et magis trahens ad rubedinem: et ille qui est in vesica est durior, maior valde, et magis decliuis ad soliditatem, et cinereitatem, et albedinẽ: licet generetur, in ea lapis, qui cõminuitur:[p] et lapis quidem vesicæ sequestratur vel coagulatur sm plurimum post separationem vrinæ.[n] Et ille cui plurimum aduenit lapis vesicæ, est extenuatus: et in renibus est econuerso.[q] Et infantibus quidem, et qui eos sequuntur, aduenit lapis in vesica. Et dicam hic quod vrina in lapide vesicæ est decliuis ad albedinem: et sedimen non est rubeum, sed est ad albedinem tendens, aut cinereitatem: & quandoq; est vrina grossa, oleagineæ fæcis, & sm plurimum est subtilis, & proprie in principio.[r] Et non est dolor lapidis vesicæ, sicut dolor lapidis renũ: qm̃ ille qui est vesicę, tenetur in spatio: non coarctans neq; coarctatus nisi cum lapis retinet vrinã, qm̃ eius dolor vehemens fit, & quando ipse cadit in meatu. Et asperitas in lapide vesicæ plurima est, qm̃ est in spatio in quo possibile est vt stet super eũ illud, quod ipsum exasperat: & propter hoc est maior, quoniã eius locus latior est. Et accidit qñq; vt sint in vesica vna duo lapides, & plures illis, excoriantes, & multiplicatur cõminutio arenosa ex eis. Et est qñq; cum arenositate fæx furfurea propter abrasionem superficiei eius à lapide aspero.[s] Et in lapide quidem vesicæ est assiduatio [t] pruritus, & doloris in virga, & in radice eius, & in pectine cõmunicatione virgæ ad vesicam, & habens eum multiplicat confricationem virgę suæ, proprie cum est puer, & assidua fit ei [t] erectio. Et [v] qñq; perducit illud ad exitum ani, & ad retentionem egestionum, et difficultatem vrinę. cum hoc, q; illud quod egreditur, egreditur cum fortitudine propter cõpressionem eius à stricto, & ab exprimente grauante post ipsum. Et qñq; mingit in fine eius vrinam sine voluntate. [v] Et quoties euacuatur ex vrina quam mingit desiderat mingere statim: & agens illud est lapis expulsione qua expellitur vrina aggregata. [x] Et multoties mingitur sangui. propter rasfcationem lapidis, proprie quando est asper, magnus, & multoties pungit: [y] Cũ ergo resupinatur lapidosus, & eleuantur anchæ eius, & concutitur, remouetur lapis à meatu. Et quando tunc fit compressio super pectinem, eijcitur vrina: & hæc est significatio fortis super lapidem. Et qñq; alleuiat illud incuruatio lapidosi super genua sua, & aggregatio membrorum suorum ad inuicem. Et qñq; alleuiatur per intromissionem H

N F. 18. t. 2. c. 16.
O Fẽ. 18. t. 2. c. 6. & G. de ren. af. c. 3. b
P F. 18. t. 2. c. 16. & Gal cõm. 3. in. 6. de morb. vulg. 15. c
Q F. 18. t. 2. c. 16. & Paul. lib. 3. c. 45. & lib. 6. c. 60.
R Ser. t. 4. c. 21.
S Paul. lib. 3. c. 45. & lib. 6. c. 60.
T Ga. 1. loc. af. c. 5. I. fol. 3. a
V Ras. 23. cõti. t. 3. c. 1. 252. 3.
X G. 1. loc. af. c. 5. f
Y G. 6. lo. af. c. 4. k & lib. 1. c. 1. 2.

A sionem digiti in anum, & remotionem lapidis fm huiusmodi præparationem. Et qñq; alleuiatur illud per figuras alias compressionis, & expressionis, & resupinationis, & incuruationis quas experimentũ inuenit. [a] Cum ergo non cõfert illud, administretur alchatatir: vt expellatur lapis, cumq; est ibi aliquid obuians [b] †{alchatatir,} & expellitur, & eijcitur vrina tunc est significatio fortis. Et similiter si difficilis fiat eius intromissio, tunc melius est vt non laboretur cum conamine. Et qñq; significat alchatatir per illud quod associat ei materiã ex qua generat lapis. [c] Et lapis quidẽ paruus magis retinet vrinã, quã magnus, qm̃ figitur in meatu: magnus vero remouet à meatu velociter. Et scias quod lapis vesicæ multiplicatur in regionibus septentionalibus, & proprie in infantibus.

A Ga.1.lo.af.c.1.a
B † syringæ
C Raf.23.cõti.t.3. c.1 251.3.

De curationibus lapidis vesicæ. *Cap. 6.*

D Ser.t.4.c.21.

LApis [d] vesicæ indiget medicinis fortioribus, qm̃ ipsa est frigidior, & quia est longinquior, & qm̃ lapis eius est vehementius confirmatus ex vehementia coagulationis: & medicinæ eius sunt medicinæ fortes prædictæ in curatione lapidis renum. Et eis quidem conferunt sagzenea, & mithridatum: & cum lapis est paruus, aut lenis, athanasia. [d] Et conferunt ei scolopendriæ pondus vnc.i. & mahaleb excorticatę vnc.5. Syrupus iuuatiuus eis. [d] Recip. milij fol. triti drach.xv. capilli veneris.ʒ.vij. scolopendriæ.ʒ.viij. tribulorũ.ʒ.x. dauci, petroselini drach.iiij. ficus albas.vij. numero: decoquantur cum.iiij.lib. aquæ donec remaneat lib.i. & bibatur post exitum de balneo, cuius B dosis sit lib.5. Et oportet vt tinę, quæ in ea administrantur, sint fortiores: & ponantur in eis cũ medicinis notis medicinæ, quæ sunt sicut fol. agnicasti, & capillus veneris, & foliũ, & [e] †{alsuasera,} et rosa eius, & aliquid habens stypticitatem, vt non superfluat mollificatio: Et ponantur in eorum vnctionibus galbanum, & pix, & ammoniacum, & euphorbium. Et melius eorũ est emplastrum de bdellio de mecha Et melius eorum oleorum est ole. de scorpionibus, emplastratum, & distillatum, aut iniectum, cum quo misceatur aliquid confortatiuum. Et medicinæ quidem emplastrorũ eorum sunt radix scolopendriæ, & radix althil, & polium, & folium, & althæa, & capillus veneris: & ponantur in eis illa, quæ sunt sicut folia virgæ pastoris, & auis prædicta in capitulo lapidis renũ: & quæ diximus cum ea de ordinibus eius valde conferunt ei. Et de eis quę sunt propria illis in curis ipsorum, est vt vtantur medicinis lapidis in iniectione, et iuuantur eis vehementer. Et quando vrinæ fit difficultas, & retinetur causa lapidis vesicæ, & non est semita ad scindendum propter aliquid, quod prohibet, aut propter timorem: [f] tunc de hominibus est aliquis, qui ingeniatur: & in eo quod est inter anum, & testiculos, scissuram efficit paruam: & ponit in ea cannulam, vt egrediatur, ex ea vrina, & remoueatur mors quãuis vita sit non tranquilla, & cum non prosperant medicinę, & volueris scindere, oportet vt eligas scissioni illũ qui cognoscit anatomiã vesicæ, & cognoscit locũ colli eius, cui continuantur vasa spermatis, & cognoscit locũ arterię, & locũ carnosum vesicę, C & caueat illud quod oportet ipsum cauere: quare nõ accidit nocumentũ in generatiõe, aut fluxus sang. aut fistula, quę nõ cõsolidatur: & oportet vt vaporet intestina, & vesicã ante illud resupinus.

E † artemisia
F Raf.23. cõti.t.3. c.2.261.4.

De regimine quod in ipso præcipitur. *Cap. 7.*

G Pau.lib.6.c.60. & Raf.23.cõti.t.3. c.2.258.2.
H † si nõ sentiat

ESt [g] vt præparetur sedes, & sedeat æger super eam, & sit præsens minister, & intromittat manus suas sub genibus eius: deinde præparetur ad scindendum: & oportet vt antecedat sensatio lapidis, & faciat ipsum peruenire in locum quẽ scindere oportet: & [h] †{ } illud faciat intromittendo digitum medium in ano virorum, & virginum, & mulierum corruptarum in orificio matricis, donec inueniat lapidem, & cõprimat manu alia desuper, descendendo ex mirach & vmbilico donec descẽdat lapis ad locum propinquum ori vesicæ, & studeat vt expellatur lapis taliter vt remoueatur [i] à cõmissura quantitate grani hordei. Et caue ne scindas super cõmissuram, qm̃ est malum: cõmissura enim fm veritatem est locus mortalis: & oportet vt non cadat in expulsione abbreuiatio, vel defectus: qm̃ euenit tunc scissura lata, quæ non sanatur. Cumq; expellis, & vides scissuram non penetrantem, tunc perfora si tua operatio huius quantitatis non perducit ad dolorem vehemẽtem, & torsionem colli, & casum virtutis, & destructionem motus, & sermonis, & mollificationem palpebrarum, & oculi: si autem perduxerit ad illud, tunc non perfores ipsum: nam si ipsum perforaueris, morietur illico. [k] Amplius fac super ipsum scissuram tendentẽ ad transD uersum parumper, cum ingenio bono, quod non contingat neruum studendo vt cadat scissura in collo vesicæ: nam si ceciderit in corpore vesicæ, non consolidabitur omnino: & stude quantum potes, vt scissio minoretur: [l] nam si lapis fuerit paruus, fortasse expelletur cum expressione. Magnus vero indiget scissione ampla, et fortasse indiget extrahẽte quod ipsum extrahat. [m] Et qñq; est lapis magnus valde: quare non est possibile vt scindatur propter magnitudinem suam: quare oportet tunc vt comprehendatur cum tenalijs, & rumpatur paulatim, & assumatur quod frãgitur, & non remaneat in vesica aliquid omnino, nam si remanserit, magnificabitur & fiet magnum. Et multoties accidit vt perueniat lapis ad collum vesicæ, & quod sequitur virgam, & tunc oportet vt sine cessatione inungatur pecten, & fiat compressio super ipsum. [n] Et sit tecum adiutor, ita vt quando figitur lapis in loco, scindas subtus eũ, & extrahatur. [o] Et fortasse erit rectius, vt ligetur post ipsum ad anteriora cum filo ita vt non redeat. [o] Et si penetrat ad locum propinquum capiti virgæ, non oportet vt laboretur ad extrahendum eum ex ipso. Illud enim facit fortasse accidere vulnus quod non cõsolidabitur, imo oportebit vt ęquetur, aut stringatur quod est post ipsum, & scindatur subtus caput virgæ, vt egrediatur. Cum ergo feceris in lapide omnia quę dicta sunt in caplõ de illo, & extraxeris ipsum, fortasse accidet ex cõpressione ventris cũ fortitudine, et ex dolore scissionis, apostema:

I Raf.259.4.
K Raf. & Paul.
L Raf.260.4.
M Raf.258.3. & 260.4.
N Pau.lib.6.c.60.
O Paul. & Raf. 260.4.

stema:& est res timorosa. Et ex eis quæ non permittunt euenire illud, est vt iam clysterizes ægrũ E & extrahas fæcem eius: deinde des ei in potu post illud aliquid leniens naturam: & nõ cibes eum nisi re parua, & lenificante.[a] Si autem indigueris phlebotomia, vt præseruetur, fac: ꝙ si volueris vt vehementius præseruetur, & apparent signa apostematis, [b] & dolor sit vehemẽs valde, tunc oportet vt sedeat æger in tina, aut pelui aquæ in qua decocta sunt lenificantia: sicut molochia, & semen lini, & althea, & furfur: & cum illa aqua sit cõmistum oleum plurimum, & conquassatum, cum ea: & sit illa aqua tepida. Cumq; extraxeris eum de tina, inunges membrum cum oleis lenificãtibus, sicut est oleum chamæmillinum, & anethinum. & pones super vulnus [c] butyrum tepidum, & funde in ipsum. Et pone super ipsum cottum infusum [d] in oleo ros. & pauco aceto: deinde administra medicinas consolidatiuas. [d] Si autem magnificatur apostema assidue, fac eum sedere in tina prædicta in decoctione fœnugræci, & sem. lini. Et si dolor fiat fortior, [e] fac eum sedere in die secundo, & in die tertio in qua, & oleo tepidis. Ille autem quẽ scissura, & vulnus non ita dolere faciunt vt inde sit curandum, soluitur in [c] die tertio. Et oportet vt assiduet calefactionem [f] vesicæ cum oleo de ruta, cum enim calefit, est rectioris dispositionis, & minoris doloris, & minoris vrinæ. [f] Et vrina quidem lædit valde perforatos: & propter illud oportet vt sumant in potu aquã paulatim: & quoties mingunt, oportet vt sit [d] minister conseruans manu sua locum ligamenti, & comprimat eum, vt non infundat vrina locũ scissum. Amplius non potest esse, quin aut non currat de sang. quantitas F quæ necessaria est. & est illic timor apostematis, & corruptionis membri, & proprie cum alteratur color eius ad corruptionem à rubedine: aut vt currat, & superfluat, et timeatur fluxus sang. Et primum quidem oportet vt curetur quã primum vides signum prædictum, immo incidatur vel scalpelletur illico vt currat sang.[g] & vt ponatur desuper emplastrũ ex aceto & sale in panno lini, tãdiu donec prohibeat corruptionem. In secundo autem quod est, vt timeatur fluxus sang. est rectius vt [e] sedeat in aquis stypticis cognitis, & ponatur super locum [h] thus, & attrimẽtum trita: & supra ipsa cottum, & supra illa cottum aliud magnũ madefctum [i] aceto, & aqua: & si sciueris ꝙ vena magna, aut arteria incisa sit, rege in curatione eius cum cõstrictione. Et si sang. inobediens est, & nõ cessat, & nõ sanatur, tum fac [i] eum sedere in aceto forti. Et fortasse indiges vt phlebotomes eum vt attrahatur sang. Et fortasse necessarium est tibi vt ponas super pectinẽ & inguina, narcotica. Et ex eis quæ accidunt ex scissura, & cursu sang. est vt currat frustum sang. ad vesicam, & coaguletur super orificium eius, quare fit difficultas vrinæ, & tunc necessarium est, vt intromittatur digitus in foramine, & auferatur nocumentũ ab orificio vesicæ, & collo eius, & extrahatur: & curetur [d] locus cũ aceto & aqua donec resoluatur sanguis congelatus, & extrahatur. Et ex eis quæ accidunt ex illo, est abscissio generationis.[c] Signa autem mala, quę cum accidunt expectat medicus mortem, sunt: vt si fortis fiat dolor sub vmbilico, & infrigdentur extrema, & acuatur fe. & accidãt rigor, & casus G virtutis, & appetitus. [c] Amplius cum additur vehementia doloris loci perforati, & accidit singultus, & mouetur venter motu extraneo, tunc iam appropinquat mors. [c] Signa autem ægri bona, sunt salus rationis, & sanitas appetitus, & vt sit color, & forma sani valde.

A Raf.258.4.
B Raf.258.3. & 260.4.&.261.1.
C Paul.li.6.c.60.
D Raf.258.4. & 261.1.
E Raf.261.1.
F Raf.261.1. & 258.4.
G Raf.23.cõti.t.3. c.2.258.4. &.261.1.
H Raf.258.4. & Paul.lib.6.c.60.
I Paul.ibi.

De apostematibus calidis in vesica. Cap. 8.

ACcidit, quãuis non plurimum, apostema calidum in vesica ex materia sang. & cholerica, aut composita: & est ægritudo mala. Et multoties accidit illud, & proprie in infantibus, causa lapidis & dolorositate eius, & quia ipse scalpellat vel excoriat vesicam.

De signis. Cap. 9.

SIgnificant ꝙ apostema est in vesica calidum,[k] febris, [l] & retentio vrinę, aut difficultas eius, aut distillatio ipsius, & retentio quidem est cũ iacent, & non possunt eijcere aliquid de ea nisi stantes. Et quandoq; [m] est retentio stercoris, [n] & inflatio pectinis, & ilij cum dolore pungitiuo, & pulsatione. Et quandoq; apparet rubedo exterius, & significant ipsam ex tranquillitate infirmi quã inuenit ex vaporatione. Et de accidentibus quæ cum ipso accidunt, sunt [o] sitis vehemens, [p] & vomitus choleræ puræ, [o] & asthma, [o] & frigus extremitatum, [o] & non existimatur ꝙ calefiant, [p] & alienatio, [q] & nigredo linguæ, [q] & noceri ab omni acuto diuretico, & proprie cum sunt hum. corporis calidi. Significant ergo ipsum ætas, & causæ præteritæ, & præsentes de illis quas scis. [r] Et deterius H est illud cum quo continuatur caliditas fe. acutę: & vehemens fit rentetio vrinæ, & stercoris, & fortis fit dolor, & in vrina nõ est digestio: & est mortale. Et hoc plus est cum fit aldubellati. [s] Cum autem apparet in vrina fæx subsidens, alba, lenis, tunc est maioris spei. Cum dubellati vero apparet de horripilationibus diuersis, et fe. permistis illud quod diximus in aldubellati renum. Et similiter significat maturitatem eius lenitas. & sedatio accidentium, & digestio vrinæ, & sedimen eius. Et significat eius eruptionem vrina habens admistum pus.[t] Si autem signa maturitatis non apparuerint, non rumpetur moritur in hebdomada. Et plurimæ exituræ vesicæ fiunt versus collum eius: & quandoque declinant ad partes alias: & quandoque aperiuntur ad partem vesicæ interiorem: & quandoque aperiuntur ad partem aliam.

K Paul.lib.3.c.45. 155.2.
L Paul.ibi.
M Ca.12. & F.16. t.3.c.6. & Aeti.
N Aeti.li. 3. ser.3. c.26.
O Ser.t.4.c.12.
P Aeti.& Paul.
Q Raf. lib.diuis. c.77.
R Hipp. 2. pgnos. 71.72.
S Hipp.2. pgn.72.
T Hip.2. pgn.73.

De curationibus apostematum vesicæ. Cap. 10.

OPortet in primis vt ex [v] basilica sinistra fiat phlebotomia ꝟm virtutem: est enim prima curationum eius, & melior earum. Et festina si illic fuerit caliditas valde vehemens ad emplastra apocrustica spatio breui: & non superfluas in eis, neq; prolongeris. Illud nãq; nociuum est, & indurat apostema velociter: [v] imo si inceperis à mollificatiuis cum nõ fuerit aliquid quod ab illo prohibeat

V Raf.23.cõti.t.3. c.2.253.2.

A beat ex sensu vehementi erit melius, quoniam membrũ est neruosum. Et propter hoc vehemens fit tranquillitas ægri ex vaporationibus factis cum spongijs, & lana infusis in aqua in qua decocta sunt lenitiua, resolutiua, & vesicis in quibus sufflatum est, plenis aqua calida, & oleis lenitiuis, sub tiliatiuis, & propinquis eis quæ iam sciuisti in ca. curationis renum. Et cum hoc te subtilia vt inijcias si tolerat, per syringam in primis quod sit sicut mucilago psyllij in lacte asinæ: aut aqua hordei in lacte asi. quoniam est magis salua. Et post illud lac asi. & adeps, & post illud casiam fistulam in lacte mulieris, ſm ordinem quem scis ſm horas apostematis. Et quandoq; confert clysterizatio facta cum eis ſm suos ordines. Et de emplastris bonis post principium inceptionis est illud quod fit cum pane ex simila & sisamo excorticato cum lacte, & oleo viol. & oleo chamæmillino & similibus. Et iterum rape elixatæ sunt bonæ valde: & iterum alrathbe .i. fasfasa elixata, emplastrata, & vaporata. Quod si hebdomadam pertranseat, & approximet status, tunc adhibeantur farina fabarum, & semen lini, & chamæmilla cum triplicato.[a] Et cum declinat fiat phlebotomia saphenæ, & dilata te in administratione resoluentium, quæ sint ex emplastris & vnguentis prædictis in ca. renum. Et quandoq; eges emplastro ex hyssopo, & castoreo, & cera, & proprie post narcotica. Et scias q assiduatio sessionis eorum in tina est valde iuuatiua, ita q quando aduenit eis vrina, tunc rectius est vt mingant in ea. Et aquæ tinarum eorum meliores sunt illæ in quibus est mollificatio

A Ras. 23. cõti. t. 3. c. 2. 253. 2.

B de illis quæ iam sciuisti multoties. Et qñq; ponuntur in eis aldarsysahã, & cyperi, & cordumeni, & spica, & amomum, & squinanthum cum fœnugræ. & se. lini, & sedant dolorem & apostema. Et istæ aquæ mollificatiuæ quas moltoties sciuisti, sunt sicut decoctio se. lini, & fœnugræci.[b] Et iterũ aqua in qua decoquuntur rapæ, & alhascech, & caules. Et curatio quidem aldubellati eius, est proxima curationi aldubellati renum: immo necessarium est vt sint medicinæ eius fortiores: & quidã laudauerunt papau. al. pondus drach. ij. & .5. quod detur in potu in decoctione spicæ, & squinanthi, & proprie quando sunt difficultates vrinæ, & dolor. Et cum vehemens fit dolor, & timetur mors, non est excusatio à narcoticis linitis, & suppositis linimenta vero sint sicut linimentũ[c] factũ ex hyusquiamo albo, & mandragora, & papauere confectis cum oleo: aut sumatur quarta drach. i. opij, & dissoluatur in oleo viol. cum pauco croco, & imbibatur pannus, & supponatur in ano. fortasse enim inueniet per illud tranquillitatem, & dormiet. Et quandoque administratur de eo aliquid in syringa si tolerat. Et epithema de opio exterius factum est fortis stupefactionis. Potiones vero, & reliqua curatio, sunt curatio sirsen,[d] & birsen.

B Ras. 253. 3.

C Ras. 257. 1.

D Ras. lib. diuis. c. 77.

De apostemate duro vesicæ. Cap. 11.

A Postema durũ in vesica accidit à causis similibus causis apãtis duri in renibus: &[e] plurimum eius fit successione calidi,[e] & successione pcussionis, aut casus, & qñq; fit successione scissuræ.

E Ras. lib. diuis. c. 77.

C *De signis.* Cap. 12.

S Igna cum eo fit[f] difficultas vrinæ & egestionis simul: aut accidunt ex ea accidentia duritiei renum ex sensatione grauitatis, & stupefactionis in cruribus, et agitatione diuersa, & debilitate, & peruentione ad hydropisim, quãuis sit infra nocumentum duritiei renum: & inter ea quidem discernitur per locum in quo accidit grauitas, & illud cui accidit causa in primis.

F C. 9. & Ras. lib. diuis. c. 77.

De cura. Cap. 13.

C Vrationes sunt eædem quæ sunt duritiei renũ ex inunctione facta cũ oleis calidis, & vaporatione cũ eis, & dare in potu aquas in qbus decocta sunt semina diuretica cũ melle, et[g] casiasi. & administratio tinarũ ſm illum modum, & ſm gradationes illic prædictas: & ex eis quæ propria sunt, est vt administrentur illa olea, & gũmæ cum syringa. s. eiectorio vrinæ si possibile est.

G Ras. lib. diuis. c. 77.

De vlceribus vesicæ. Cap. 14.

Q Vandoq; fiunt à causis vlcerum notis quas iam narrauimus in[h] cap. vlcerũ renum. Et plurimum accidunt vlcera vesicæ ex excoriatione lapidis aut excoriatione hum. colerici, & qñq; fiunt propter apostema: eruptum aut bothor quæ vlcerantur: Et in eo cui[i] assidue fit vrina acuta, succedunt vulnera, & vlcera:[k] & sunt difficiliora plurimum q̃ vlcera renum: quoniã sunt vlcera membri neruosi.[l] Et ille cuius vesica disrumpit, moritur secundum plurimũ. Quod si scin-
D datur, non incarnatur nisi[m] cadat in parte partis carnosæ.

H 10. F. 18. t. 2.
I Gal. lib. 6. loc. af. c. 3. e
K F. 18. t. 2. c. 10. & Ser. t. 4. c. 14.
L Hippo. lib. 6. aphor. 18.
M G. l. 6. apho. 18.
N 11. t. 2. F. 18.
O Ras. 23. cõti. t. 3. c. 1. 248. 3.

De signis. Cap. 15.

I Am diximus in[n] cap. vlcerum renum differentiam inter duo vlcera. Et diximus q[o] vlcera vesicæ faciunt difficultatem vrinæ, & retinent eam:[o] & q dolor eorum est in loco pectinis, & ilij, & q egrediuntur cum eis cortices albi, aut grossi, magni, si sunt in vesica: aut tenues, parui, si sunt in meatibus. Et alia quæ oportet te scire illic. Et signa in quo est corrosio, sicut illa quæ dicta sunt in[n] cap. renum. Et signum[p] cõmune in vlceribus renum et vesicę, est mictus san. et saniei paulatim, & nõ subito: deinde distinguuntur per ea, quibus differunt. Et signa quidem apertionis & scissionis, & corrosionis, & similium, vna sunt in ambobus simul.

P Hipp. li. 4. apho. 75. & 81.

De curatione. Cap. 16.

O Oortet vt ipsi deuitent cibaria acuta, & salsa, & acetosa, & vehementis dulcedinis conuertibilia ad cholerã, & sumant cibos insipidos chymi boni: & illos, qui faciunt glutinationem. Et exercitiũ quidẽ nocet eis ,ppter ea, quia facit descẽdere, & inflãmat: si autẽ nõ facit illud, tunc est iuuatiuum ppterea q cõfortat membrũ: experiaſ ergo paulatim paulatim: & cõsidera in canonibus dictis in[q] ca. vlcerũ renũ: & permuta plurimũ eorũ ad hunc locũ: & similiter considera in eo quod

Q 11. t. 1. F. 18.

ſcripſimus de potu generum [a] lactis, qm̃ ipſa ſunt ſm̃ conditiones p̃dictas iuuatiua vlcerũ meatuũ E
vrinæ, p̃cipue [b] lac equarũ. Et ſcias ꝙ præſeruatio in curatione earũ, eſt, vt adminiſtretur in primis mundificatio cũ aqua mellis & zuccari decocta cũ diureticis ebibita, aut iniecta: deinde cõſequenter adhibeantur reliquæ medicinæ. Et ſi fuerit ſanies, quæ mingitur plurima, oportet vt inijciatur aqua quæ colata fuerit à cinere arboris fici: aut cinere arboris quercus, aut cinere arboris ſceha, donec mundificet̃ vltimę. Medicinæ vero quę ad ipſam bibunt̃, ſunt ſicut [c] †{alasfius}- cũ oleo roſ. et ſicut lac aſi. & capri. et equarũ vel camelarũ potet̃ ſm̃ aſſiduationẽ dierũ, cũ quantitate digõnis cuius plurimũ ſit quantitas. iij. ℥. Et iam quidẽ ſciuiſti ſtyptica frigida, & troc. papaueris, & troc. alkekengi põdus aur̃. i. cũ aqua frigida. Et de vnguẽtis bonis, quibus fit inunctio eſt, vt ſumat̃ ſtoracis liquidæ pondus. ʒ. i. & pinguedinis anſeris ex tribus vſq; ad. iiij. & cerę albæ pondus. ij. ſextariorũ, & cũ eo fiat empl̃m. Et vnguentũ iuuatiuũ, & proprie cũ eſt corroſio eſt illud quod. [a] Recip. dactylos, & paſſas, & gallas, & acaciã, & alumen, & hypoquiſtidos. Et qñq; ponunt̃ cum eis hyſſopus & ſtorax. Et qñq; adminiſtratur ante illud vnguẽtum in eo, in quo non eſt corroſio, cera, adeps anatis, & oleum roſ. Et adminiſtrẽtur exiccatiua potando & inijciendo. Et qñq; adminiſtrãtur de iſtis eiſdem clyſteria, & adminiſtrantur [a] ægro ſuper genua recuruo. Et cum non conferunt ea quæ bibuntur, & proprie in eo quod eſt propinquius meatui, & cũ quo eſt corroſio, tunc curationes eius ſunt iniectiones cum incarnatiuis diſſolutis in lacte mulieris: de quorum ſumma ſunt troc. de char F
tis, & troc. andrulis cum aliquanto merdaſengi, & ceruſſæ, & amyli, et calcis ablutę. Deſcriptio cõpetens ei. Recip. terræ ſigillatæ, chimoleæ, cornu ceruini valde aduſti partes æquales, lapidis hæmatitis & aluminis omnium ana tertiam partis, opij mediam partem ſextæ partis, & vnguenti de ceruſſa partes. iij. ſarcocollæ partem. 5. myrrhæ, thuris amborum ana. ij. tertias partes: aggregẽtur omnia cum aliquanto oleo roſ. & cera, & adminiſtrentur in ſyringa. Et qñq; additur in ea ariſtol̃. ro. pars. i. Et leuius illo eſt illud quod [d] fit ex ſarcocolla, & amylo, & ceruſſa, quod cũ lacte inijciatur. Si autẽ cõfortetur plumbo aduſto, & thure, tunc eſt fortius. Troc. expertus. Recip. eiuſiſtides, terram ſigil. karabę, corallum, amylum, ſe. citro. ſe. althææ, ſe. melonis excorticatum, ſe. apij, daucũ, petroſelinum, & troc. alkekengi. Medicamen bonũ. Recip. ſe. cucume. ſe. melonis, ſe. cucur. excor. omnium ana drach. v. amyli. drach. iiij. ſucci liquiritiæ drach. viij. ſe. portulacę drach. ij. & 5. et amygdalarum dulcium excor. auellanarũ aſſatarum ambarum ana drach. iiij. granorũ pini drach. ij. & 5. ſe. apij, dauci, ſe. erucæ, granorum [e] †{mahaleb}- excor. omnium ana drach. ij. draga. gũmi amygdalæ, ſe. hyuſquiami al. opij ana drach. ij. ciceris ni. drach. x. croci. drach. v. cõficiantur cum rob. & informẽtur troc. drach. ij. & bibatur cum aqua raphani, & aqua apij, & aqua ciceris nigri: & proprie poſt mundificationem vlceris. Et oportet vt minoretur potus aquæ: Et quando dolor fit vehementior, inijciatur in ea collyrium al̃. quod eſt ad oculos cum lacte mulieris. Et iterum ſe- G
men papaueris, & opium, & adeps gallinæ, clyſterizentur aut ſupponantur, aut inijciantur.

De ſcabie veſicæ. *Cap. 17.*

SCitur ſcabies veſicæ ex [f] vſtione vrinæ, & fœtore eius, et dolore vehementi cũ [g] pruritu, & [h] ſedimine furfureo: & qñq; [h] currunt ſm̃ aſſiduationem humiditates: [i] & qñq; currit ſanguis.

De cura, *Cap. 18.*

OPortet vt adminiſtrentur abſterſiua, mundificatiua, quę ſunt de exiccatius abſq; mordicatione: & ſint illa penitus fortiora, quã ea quę ſunt in reliquis vlceribus. Et adminiſtrentur medicinæ ſcabiei renũ iniectæ in eam, & bibitæ. Et bibantur etiam glutinantia infrigidantia, ſicut mucilago pſyllij, & ſe. cydoniorũ cum oleo amygdalarũ & cõferũt cibi inſipidi chymi viſcoſi, ſicut ſunt pedes [k] & iura pinguia cũ oleo [k] amygdalino, & [k] aqua hordei, & [l] frumentũ coctũ cũ carne auiũ, & genera lactis, ſicut [l] lac aſi. & capri. & ouinũ, & vaccinũ: & aſſiduatio mundificationis corporis.

De congelatione ſang. in veſica. *Cap. 19.*

SIgnificant ipſam ꝙ accidit anguſtia, & approximatio vel ꝓpinquitas [m] ſyncopis, & frigus [n] extremitatũ, & paruitas anhelitus, [n] & pulſus cum frequẽtia, & ſudor frigidus, & nauſea. Et qñq; eſt cum ea [o] rigor cum anteceſſione mictus ſanguinis, aut percuſſionis, aut caſus ſuper veſicam.

De cura. *Cap. 20.* H

CVra illius eſt, [p] cura lapidis. & qñq; ſufficit laborare vel procurare vt bibat ſyrupũ acetoſum, & vt euomat cum eo eſt cõueniens, & proprie ſquillitico: & proprie cum aliquãtulo cineris ligni fici: aut in quo decocta ſunt inciſiua, & medicinæ lapidis. Et qñq; inijciuntur in veſica [p] coagulum leporis, & medicinæ ad lapidẽ. [p] Et fit vt ſedeat in tina, in qua decoctæ ſunt herbę quę ſunt ad lapidem. Et de illis quæ laudantur ad ipſam eſt ſumere in potu de [p] carpobal̃. pondus drach. ij. aut tantũdem [p] ligni pæoniæ, aut [p] granorũ pæoniæ, & proprie cum aqua ligni eius: aut tantũdem de [q] blacte byzantie: [q] aut aur̃. i. de cordumeni cum aqua calida: aut cum aceto vini, & oleo omphacino. Et oxymel acetoſum ſquilliticum à me magis diligitur quã acetum. In aceto enim eſt inciſio, et mel reſoluit, et abſtergit. Et iterum ſauinæ, et aſſæ fœtidæ, et ammoniaci, et rubeæ tincturæ partes ſumantur æquales, et fiant ex eis pilulæ ſimiles auellanis, de quibus quatuor pilulæ in potu ſumantur cum aqua de radicibus: et inijciãtur in iniectorijs: [p] Aut agaricum, [p] aut ſiſeleos, aut duos aure. aſe. [p] aut ariſtol̃. lon. Et de habentibus proprietatem ſunt [p] hepar aſini, [p] et fel teſtudinis, [r] coagulum leporis, et proprie in aqua ligni vitis, et abrotanum in hoc eſt iuuatiuum, et lac ficus exiccatum cum de eo inijcitur aliquid paruum, et adminiſtratur de embroca ponderis drach. Et de

exiccato

A Aeti. lib. 3. ſer. 3. c. 29. fol. 625.
B Alzar. lib. prac. t. 21. c. 4.
C † pſyllium vel eius ſemen
D Raſ. 23. cõti. t. 3. c. 2. 253. 2.
E † fructus ſimilis oſſi ceraſiorũ.
F Raſ. lib. diuiſ. c. 76.
G Aeti. lib. 3. ſer. 3. c. 22.
H Hipp. & Gal. 4. aphor. 77.
I Raſ. 23 cõti. t. 3. c. 1. 248. 2.
K Raſ. lib. diuiſ. c. 76.
L Alexã. li. 9. c. 7.
M T. 2. c. 7. & Fẽ. 16. t. 1. c. 2. & c. 3. & lib. 4. F. 6. t. 2. c. 20. & Ga. 6. lo. af. c. 4. h
N Raſ. 239. 4.
O Aeti. lib. 3. ſer. 3. c. 27.
P Raſ. 23. cõti. t. 1. c. 2. 242. 4.
Q Raſ. 242. 3. 4.
R Dioſ. li. 2. c. 67.

A exiccato iterũ cum aliqua de aquis. Et similiter embroca ex pondere aurei coaguli leporis. Aquæ vero in quibus potantur medicinæ istæ, sunt sicut aqua ciceris ni. & aqua tribulorũ, [a] & aqua cineris ligni fici: & aqua cineris ligni vitis, & ligni abrotani, & decoctio abrotani cum ruta.

A Diosc.li.1.c.145.

De dislocatione vesicæ, & mollificatione eius. Cap. 21.

SCitur dislocatio eius ex remotione ipsius à loco suo. Et scitur mollificatio eius propter exitum vrinæ absq; voluntate. Et dislocatio quidẽ fit causa humiditatis, & causa ventositatis, [b] & causa percussionis super dorsum, aut propter casum. Et mollificatio fit propter causas mollificationis notas. [c] Et sequitur mollificationem, & dislocationem quandoq; difficultas vrinæ, & quandoque inuoluntaria emissio vrinæ secundum illud quod accidit lacerto de tensione & dilatatione.

B Ras. 23. côti. t. 3. c. 1. 250. 3.
C Paul. lib. 3. c. 45. 158.

De cura eius. Cap. 22.

FActæ quidem à percussione, & casu, curatio est difficilis: & fit cum reditione & strictura cum medicinis calefacientibus exiccatiuis, quas dicemus. Factæ autem à complexione paralytica, confert euacuatio materierum phlegmaticarum subtilium, & prohibitio ab eo quod generat eas. Et regimen habentium paralysim in eo quod comeditur, & bibitur, & motu, et alijs. [d] Et confert ei vomitus si fit cum elleboro al. Quod si vrina egrediatur absq; volũtate, oportet vt administres stypticitatem vehementius facientia, et non mollificent plurimum, immo aggregent inter resolu-
B tionem, et constrictionẽ, et s̃m comparationem curationũ paralysis. Et sumat omne quod ingrossat aquositatem, et impinguat eam, et generat san. laudabilem, et calidum, grossum sicut [e] †{alfeludegi.} Sed si vrina est cum dispositione sua, aut ad difficultatem decliuis, tunc audacia ad mollificantia cum quantitate aliqua, cum resolutione bona, et incisione vltima, est audacia necessaria. Et de potibus conferentibus omnibus speciebus eius, epilepticis, aut paralyticis sunt theriaca, et mithridatum, et sagzenea, et humorusia, et diacurcuma, et [f] †{chuchi vel chusi:} et iterum flos alachoen et cyperi, & tus simul, & singulariter, & almaaleb. & iterum decoctio se. rutæ humidæ, aut flos eius decoctus in ruta, & iterum [d] agnuscastus, & semen eius, [d] & opopanacum, [d] & cyminum. Et quandoq; confert, & proprie ei cum qua est difficultas, vt bibat ex corticibus melonis sicci pugillum vnum cum zuccaro. Et de eis quæ currunt cursu eius, & quæ proportionãtur ad proprietates, sunt testiculi leporis sicci, qui cum vino odorifero bibantur: aut [g] guttur galli aduratur, & detur in potu in ieiunio in aqua tepida. Medicinæ autem quæ inijciuntur, sunt sicut [d] oleum de ruta, & oleum costinum, & oleum laurinum, & oleum nardinum, & oleum sambucinum, & oleum cucume. asi. & oleum de pino cum quibus permista sint ea quæ sunt sicut [h] castoreum, & sicut [h] assa, & [h] galbanum, & [h] opopanacum. Et ista iterum conueniunt si sunt iuncta super pectinem, & mirach, & proprie oleum [i] †{tafasie} permistum cum seminibus odoriferis. Emplastra vero sint ex
C medicinis calidis, & in quibus est stypticitas aliqua, sicut cyperi, cinnamomum, bdellium, spica, & macis cum chamæmilla, & sceha, & mel. [k] Et qñq; curatur etiam cum clysteribus calefacientibus, factis ex centaurea, & coloquinthida, & alkerua, & alijs cum oleis calidis prædictis. [d] Et natatio in aqua calida maris, & balneatio in aquis thermarum sunt iuuatiuæ valde ad illud.

D Ras. 23. côti. t. 3. c. 1. 257. 2.
E † confectio ex multis
F † electuarium ad tussim.
G Paul. lib. 3. c. 45. 158. 28.
H Ras. & Pau. lib. 104. 37.
I † grani rutæ syluestris vel aliud
K Ras. & Pau. lib. 3. c. 18. 104. 39.

De doloribus vesicæ. Cap. 23.

FIunt ex causa malitiæ complexionis diuersæ, & ex lapide, & vlceribus, & ex scabie, & apostematibus, & ventositate. Et iam sciuisti omne ca. & curationum eius, & multoties fit ex significatione crisis expectatæ cum vrina. Et dolores quidem vesicæ multiplicantur, cum sufflat septentrio, cum in vesica est dolor. [l] Et dicitur quòd quando apparet in habente ipsum sub ascella eius sinistra apostema, sicut cydoniũ, & accidit illud in die septimo moritur in quintodecimo die: & proprie si accidit ei profundus somnus.

L Ras. 23. côti. t. 3. c. 1. 248. 1.

De debilitate vesicæ. Cap. 24.

DEbilitas vesicæ quandoq; accidit etiam ex parte complexionis, cuius plurimum est frigus, et ex parte apostematis duri, & mollificationis et dislocationis. Et signa omnia sunt manifesta. Et curationes eius sunt notæ. Et cum debilitatur vesica, non tolerat vrinam plurimam, & desiderat euacuare eam. Et quandoq; debilitatur lacertus eius in adiuuando ad euacuandum, soluendo
D seipsum, & est ex aggregatione duarum rerum distillatio non ordinata vel non copiosa.

De ventositate in vesica. Cap. 25.

QVandoq; est retenta, & quãdoq; est permutabilis: & causa in hoc sunt cibi inflatiui, aut multitudo humiditatis in vesica cum debilitate caliditatis.

De signis. Cap. 26.

SIgnum ventositatis, est tensio sine grauitate, & proprie cum permutatur.

De cura. Cap. 27.

MAgis iuuatiua curationum eius post abstinentiam ab inflatiuis, & à malitia digestionis, est vt bibat oleum de kerua cum aqua radicum, & liniat pectinem cum oleis aromaticis resoluentibus, & gũmis calidis, & emplastretur cum ruta, & calamentho, & anetho cum re forti de castoreo, & assa, aut muscho: & inijciantur ista olea cum aliquantulo castorei in virgã, aut inijciantur in ipsam succus rutæ cum muscho: aut oleum de ben cum muscho, & gallia in oleo sambucino. Et recordare eius quod dictum est [m] in cap. renum, quod renes, & vesica quando sunt dolorosi, ægri non appropinquent pilulis de seminibus, & augmentetur in renibus, & vesica dolor, neq; stupefacientia, immo aqua tepida per quantitatem qua non attrahat, neq; stupefaciat aliquid.

M 16. t. 1. F. 18.

TRACTATVS II. *de nocumentis quæ accidunt vrinæ.* E

De qualitate exitus vrinæ naturalis. Cap. 1.



VEsica expellit vrinam,[a] quoniam constringit super eã ex omnibus lateribus,& comprimit eam, & dilatat lacertum suum, quod est super ipsius orificium, & cum compressione vel expressione lacerti mirach. A Gal.5. de v.p.c. 16. f.

De nocumentis vrinæ. Cap. 2.

ISta sunt ardor vrinæ,& difficultas vrinæ, & retentio eius, & inuoluntaria ipsius emissio : de cuius summa sunt multitudo eius, & paucitas eius, & ipsius distillatio & diabetes est de summa multitudinis eius.

De ardore vrinæ. Cap. 3.

CAusæ ardoris vrinæ sunt,aut acuitas vrinę,et eius bauracitas propter [b] causam cõplexionalẽ: aut causa defectus eius quod præparatũ est ad temperandã ipsam, [c] & est humiditas ꝑparata in carnibus glandosis,quę sunt illic.ipsa enim currit super meatũ,& glutinosum eũ facit, & permiscetur vrinæ etiã,& æquat eã : cum ergo finitur,deficit loco glutinatio,& vrinę viscositas,et æquatio:quare accidit ardor. [d] Et ex illis quæ finiũt eã est multitudo coitus. Istę enim humiditates qñq; egrediuntur cum coitu,& per vicinitatem spermatis exitu plurimo. Et iterũ ægritudines eliquantes corpus,aut vlcera quæ sunt in meatibus vrinæ,propinqua virgæ,& scabies,quare fit ardor. Et signum quidem prioris,est acuitas vrinæ,et vt non sit sanies. Et signum secundi est san. mictus et saniei.Et multoties ꝓducit [e] primũ ad secundũ,ẽm ꝙ sciuisti in eis quæ [f] præterita sunt. Primũ igiẽ est sicut antecedens secũdi,sicut fluxus ventris cholericus, est quasi antecedẽs vlcerũ intestinorũ.

B G.3.aphor.16.d
C Gal.14.de v.p. c.11.c
D Raf. 23.ꝯti.t.2. c.1.239.3.
F
E Raf.t.9.c.76.
F T.1.c.14.

De curationibus. Cap. 4.

SI est cum san. et sanie, tunc eius cura,est cura vlcerum vesicæ, et partium eius,et illud iam [g] dictum est. Descriptio competens ad illud. [h] Fiant troc.ẽm hunc modum. sumatur se. melonis, citro.granorũ cucur.omnium ana pondus drach.xx.turis,gũmi,san.draco. omnium ana.drach.x. opij drach.iij.se.apij drach.i.dentur in potu cum syrupo de papauere, sitq; dosis drach.ij.postquã de eis facti fuerint troc.Et si non fuerint vlcera,neq; sanies,tunc melior cura eius erit diuertere vrinam cum euacuatione superfluitatum facta cum solutione subtili ẽm ꝙ sciuisti [i] in capitulo ęgritudinis vesicæ:& vomitus,& cibi humectantes infrigidantes,ex cibarijs,& oleribus,& fructibus,& [k] deuitatio omnis saliti, & acuti, & vehementis dulcedinis, & dimissio laboris,& coitus. Et de eis quæ conferunt est potus mucilaginum,& iniectio earũ,sicut est mucilago seminis almaru,[k] & mucilago psyllij, & mucila.seminis cydoniorum, & aliquid de papauere, & semina diuretica frigida. & detur in potu totum illud cum aqua frigida. Et administretur kisch hordei,[k] & aqua eius iterũ, & [k] oua sorbilia,& cibus factus [k] ex cucur.& cibus factus ex mes,aut cum eis quæ sunt sicut[k] oleũ amygdalinum:aut cum pullis, [k] & gallina pingui. [l] Et si causa in eo est exiccatio accidens glandulis:tunc cura eius est humectatio corporis eius, & dimissio eius quod exiccat ex coitu, & alijs. Et de iniectionibus vsitatis in hoc,est mucilago se.almaru, [m] & mucilago psyllij, [m] & mucilago se. cydoniorum,& gummi,& cerussa, & albugo oui recentis, & lac mulieris, & inijciatur in eam. Et de expertis est. Recip.lapidis hæmatitis drach.vi.lactis mulieris fœmellam lactantis vnc.i.tere terenda,& simul misce, & per foramen virgæ per syringam mitte. Et quandoq; sufficit in assiduatione iniectionis lactis lac asini. & mulieris lactantis puellam, & lac caprinum. Et quandoq; ponitur in eo aliquid ex mucilaginibus frigidis, [m] & aliquid sief albi. Et quandoq; sufficit iniectio albuminis oui solum, aut cum aliquo ex prædictis, & cum oleo ros. Et qñq; ponuntur in eo stupefacientia. Nam si dolor est vehemens,& proprie cum mingitur sanies, tunc non est excusatio quin ponatur in eo quod inijcitur,aliquid de stupafacientibus, & ẽm descriptiones prædictas in [g] cap.vlcerum. Descriptio bona.Recip.cortices papaueris,& amylum,& succũ liquiritiæ,& sumatur ex eis quod inijciatur:& si indigeat confortatione,ponatur in eo aliquid opij,& semi.hyusquiami albi.

G T.1.c.16.
H Raf.t.9.c.77.
I 2.t.1.
K Raf.lib. diuis. c.74.
G
L Raf 23.cõti.t.2. c.1.239.3.
M Raf.242.1.

De paucitate vrinæ. Cap. 5.

FIt propter paucitatem potus,aut multitudinem resolutionis, aut multitudinem fluxus ventris aut propter debilitatem renũ in attrahendo,aut hepatis in discernẽdo& mittendo aquositatẽ, sicut in cachexia & hydropisi.Et scias ꝙ acetosa nocent eis,& coitus addit in ægritudine ipsorum. H

De difficultate vrinæ & eius retentione. Dysuria ischuria. Cap. 6.

DIfficultas vrinæ,aut fit propter causam in vesica ipsa [n] debilitate, & sequitur complexionem malam,& proprie frigidam,sicut accidit in multitudine [o] flatus septẽtrionis, [p] aut apostema [o] aut alia : quare non bonificatur apud expulsionem dominium super vrinam vt extrahat eam exprimẽdo,ẽm ꝙ se habet res naturalis.Et fortasse est causa in ea frigus,aut calor de foris,aut percussio,[q] aut retentio vrinæ plurimæ:aut fit propter causam in meatu,qui est collum vesicæ & meatus virgæ:aut fit propter causam in virtute: aut propter causam in instrumento,quod est lacertus : aut propter causam mẽbri mittẽtis:aut propter causam in vrina. Et causa quidẽ in meatu:aut est principalis, & per se,aut per cõitatẽ. prima autẽ & principalis est oppilatio in ipsomet : aut oppilatio ꝑ cõitatẽ.Et oppilatio in ipso:aut [r] est causa apatis calidi aut duri in ipso:aut rei grossę [r] sicut humiditatis:aut sanguinis inuiscati vel cõgelati aut [r] saniei.Et multoties qdẽ fit [r] sanies cã oppilationis,aut [r] lapis,aut vẽtositas repugnãs,[s] aut veruca[s] aut incarnatio vlceris,aut ꝑp cõstrictionẽ ex frigore,aut ꝑp cõstrictionẽ ex calore vehemẽti,[t] sicut accidit in fe.adurẽtibus,et in ęgritudinibus liqfactionis:

N Gal.lib.3.de cã. symp.c.2.28.c
O Hipp. & Gal.3. aphor.5.
P Ga.7. aphor.48.
Q G.6.lo.af.c.4.h
R Ga.lib. 1.loc.af. c.1.a, & .3. de cau. sympt.c.2.28. d, & 6.loc.af.c.4.h
S G.li.1.lo.af.c.1.a
T G.3.de cã. sym. c.2.28.d

A & qñq; fit causa vlceris:& qñq; fit causa tensionis quę accidit ei vehementis oppilationis,[a] sicut accidit ex difficultate vrinæ,& retentione eius illi,qui supefluit in retinẽdo vrinam: quare vehementer repletur vesica,& cooperitur meatus.[b] Et retentio quidem fit in nocte propter somnum,& in die propter [c] occupationem. Et ille in quo fit oppilatio ẽm cõitatem,est sicut [d] si sit in intestino, & matrice,[e] & in vmbilico apostema calidum,aut durum:aut sunt in eo fæx sicca,aut phlegma plurimum extensiuũ,aut vẽtositas repugnans,aut extẽdens, [f] aut apostema in ano incipiens, aut causa tenasmon,aut incisio hæmorrhoidarũ,aut fistularũ,aut dolor hæmorrhoidarũ,aut rhagadiæ dolorosæ:aut sicut si sit in partibus inferioribus dorsi apostema,aut torsio.[g] Et sicut si accidat testiculo eleuari ad mirach,quare cõprimat meatum,& attrahat ipsum ad superiora,& cõstringat ipsum, & difficilem faciat exitum vrinæ,& dolorem faciat, et egrediatur paulatim. Et qñq; est causa [h] vrinæ difficulatẽ faciens,& retinens,dolor propter vlcera in meatu sine oppilatione,& sine apostemate: quare quoties vult mingere,dolet:quare non exprimit mictor vesicã suam cum lacerto ventris,fugiens à dolore : & proprie quando est cum hoc in lacerto debilitas,aut spasmus,& quæ sunt his similia.[h] Et cum studet in seipso,mingit vrinam suam naturalem in quãtitate, & qualitate, & sedatur dolor.Et similiter cum fit cõpressio.[h] Et qñq; habẽs hoc est cum difficultate vrinæ,patiens distillationem eius,quasi cum egreditur paulatim,alleuiatur dolor,& toleratur. Causa autem in virtute,aut est in virtute sensibili,aut motiua,aut in naturali. Et facta causa virtutis sensibilis est,vt iã B sit [i] ingressum sensum vesicæ,aut lacerti eius nocumentũ. quare non suscipiat ab expulsiua expulsionem fortem,aut expulsionẽ omnino,aut sit ingressum principium hoc nocumentũ,sicut quod accidit in karabito,et lethargia de obliuione,et paruitate sensus.Et facta causa virtutis motiuę est, vt non sit lacerto vt soluat seipsum, & moueatur à sua constrictione,ad dilatationẽ suam, existens auarus à sua constrictione : & vt sit lacertus ventris non obediens virtuti suæ ad hoc vt exprimat quod est in vesica propter debilitatẽ virtutis:aut propter dispositionẽ in eo de tensione, & similibus.Et facta causa virtutis naturalis,est sicut debilitetur virtus expulsiua propter malitiam cõplexionis diuersæ calidæ,& est ẽm minus:[k] & frigidæ,[k] & est ẽm plurimum:aut cum materia,sicut est calida cum acuitate vrinæ:& frigida cum humectantibus,mollificantibus,aut extendentibus.[l] Et quandoq; est causa huius debilitatis accidentis electio naturæ in retinendo, quare debilitatur virtus expulsiua. Facta autem propter causam in lacerto, aut est nocumentum complexionale, aut apostema,aut nocumentum nerui ex spasmo, [m] aut mollificatione, & destructione virtutis motus propter percussionem, aut casum, aut alia,aut in ipso, aut in principio eius ex ramis nerui, aut nucha,aut cerebro.Causa vero membri mittentis facta,est vt sit in renibus apostema calidum,aut durum,aut lapis,aut debilitas attractionis eorum desuper, aut debilitas expulsionis ipsorum ad infe-C riora : aut sit hepar impotens ad sequestrandum aquositatem, & mittat eam ad dispositiones hydropicas. Et hæc quidem diuisio exponetur tibi, si posuerimus ipsam [n] ca. singulare, aut posuerimus ipsam de genere paucitatis vrinæ. Facta autem causa vrinæ, est vt sit calida vel acuta faciens dolorem.[o] Et expertum quidem est in pluribus hominibus,& dictum est,qui habet difficultatem vrinæ,& aduenit post ipsam tenasmon,moritur in septimo nisi accidat feb.& prouocationem plurimam faciat.[p] Et scias quod quandoq; accidit post ardorem vrinæ, & remotionem eius, exiccatio in glãdula super quam lubricat vrina, & perducit ad difficultatem vrinæ,& retentionem eius: quare oportet vt administretur humectatio, vt non accidat illud.

De signis. *Cap. 7.*

SIgna quidem eius cuius causa est frigus complexionis, est albedo vrinæ cum grossitudine, aut tenuitate:& multitudo necessitatis surgendi ad mingendum ante illud, & multitudo balneationis,& sensibilitas frigoris, & vacuitas à reliquis signis. Signum vero eius cuius causa est caliditas,est acuitas vrinæ,& inflãmatio quę sensu percipiuntur.Et si causa est cõstrictio à frigore,significat iuuamentũ proueniens ex mollificatione. Et si est à liquefactione, & fe.adurentibus,significat ipsam iuuamentũ humectationis. Et iterum de signis eius est,φ parum nõ egreditur,& multũ est facilioris exitus:propterea φ humectat madefaciendo meatum,& dilatando ipsum.Signa autẽ D eius quæ est causa apostematis in vesica,aut membris ei vicinis,aut exiturę,iam sciuisti in illis quæ præterierunt. & nos determinauimus vnicuiq; eorũ [q] cap.singulare per se. Amplius de differẽtia inter difficultatem factã ab apostemate, & factam ab alijs, est φ apostemosa accidit paulatim, non subito,nisi sit res magna valde.[r] Et scitur φ illa quę fit ab oppilatione apud vesicam propter ægritudinem in ea,aut coarctationem eius cum plenitudine vesicę,et eius inflatione,& tensione eius. Et illa quæ est causa membri mittentis,est vt nõ sit in vesica repletio & inflatio.Et oẽs species oppilationis quæ accidunt in vesica ex ipsa, aut ex coarctatione, sunt cũ dolore. Et cognoscitur apostema oppillans per illud quod [s] sciuisti. Et cognoscitur res oppilans absq; apate,per syringam, & illud quod ipsa extrahit de san.aut humore, aut ꝑ illud quod stat in facie eius. & nõ dimittat ipsam penetrare ex veruca,aut lapide,aut incarnatione.Et lapis quidẽ scitur per signa eius:&,ꝑpterea φ syringa tangit rem durã valde.[t] Et san.quidẽ,aut humor cognoscitur iterũ per vrinã præteritam.[v] Et san.ipse qñq; cognoscitur per signa cõgelationis san.in vesica,& ex citrinitate coloris, & paruitate pulsus,& anhelitus,& frequentia amborũ,& sudore frigido,& febre,& rigore,& nausea:& est malus à quo parũ fit euasio. Et hu.quidẽ grossus cognoscitur iterũ ex grauitate sensata, si est ei summa de qua sit curandum:& si egreditur in vrina humor grossus crudus. Illius autem quæ est à

A G.1.loc.af.c.1.h
B Ga.lib.6. lo.af.c 4.g,& li.5.c.7.35. h
C Gal.ibi.
D Fẽ.16.t.3.c.7.
E Ras.23.cõti.t.2. c.1.239.1.
F Ras.239.4.
G Ras.24.ꝯti.t.1. c.1.262.1.
H Ras.23.ꝯti.t.2. c.1.239.2.
I G.6.loc.af.c.4.f
K G.6.lo.af.c.4. d
L G.6.lo.af.c.4.g
M Gal.6.loc.affe. c.4.g.h
N F.14.t.4.c.3.
O Hipp.6.aphor. 44. & Ras.23.cõti. t.2.c.1.240.2.
P Ga.14. de v.p.c. 11.c.d
Q T.1.c.9.&.12.
R G.1.loc.af.c.1.a
S T.1.c.9.&.10.& Ga.1.loc.af.c.1.a.b
T G.6.lo.af.c.4.a
V T.1.c.10.& Ga. 6.loc.aff.c.4.h

frigore constringente, aut frigore solidum faciente, causæ propinquæ, & antecedentes sunt signifi E
cationes: & signum eius quæ fit ex ventositate, est tensio sine grauitate: & quandoque est cum permutatione: & quandoque est retenta in vesica. Et signũ eius quæ fit ex debilitate sensus, est vt non sentiat mordicationem vrinæ. Et signum eius quæ fit ex debilitate expulsiuæ, est vt cõpressio educat vrinam cũ facilitate. Et signũ mollificationis lacerti, est debilitas prouocationis absque impetuoso exitu vrinæ, & vt sentiat quod res intrinseca nõ est obediens expressioni: [a] & cõpressio educit eam. Et signum spasmi lacerti, est vt parũ quod egreditur, egrediatur exitu impetuoso. Et factã propter debilitatẽ renũ, significat illud quod [b] præterijt de signis eius. Et similiter factã causa lapidis, & apostematis ipsius. Et ad vltimum si grauitas, & dolor sunt ex parte renum, tunc ægritudo est illic. Et si sunt signa apostematis, tunc in ipsa est apostema. Et si est illic grauitas vehemens valde, tunc illic est vrina retenta. Et si est minor illa, tunc illic est humiditas oppilans cũ apostemate, aut absque apostemate. Si autẽ non est grauitas, sed dolor extensiuus, tunc est ventositas in renibus. Et cum est venter lenis, & non sunt signa oppilationis renum & vesicæ, & debilitatis vesicæ, & aliorũ inuenta, tunc causa est debilitas attractionis renũ, aut expulsiuæ hepatis. Et factã ex debilitate attractionis renũ & expulsiuæ hepatis significant dispositiones hydropicæ. [c] Et signum factæ causa doloris acciden tis ex vlcere, aut acuitate vrinæ, est quod tolerantia doloris educit vrinam, & sedat dolorem: & similiter expulsio vrinæ cum conamine, & tolerantia doloris: Et est vlcerosa vel facta ab vlceribus F
cum signis vlcerum. Et signa factæ ab exiccatione humorositatis in membris glandosis, sunt antecessio causarum eius [d] prædictarum: & quod humectatio facit effluere vrinam.

A Ras. lib. diuis. c. 71.
B F. 18. t. 1. c. 12.
C Ras. 23. cõti. t. 2. c. 1. 239. 2.
D Cap. 3.

De cura nocumenti vrinæ. *Cap. 8.*

SI causa est humor, aut sanies, tunc oportet vt curetur cum aperitiuis, & diureticis fortibus, quæ sciuisti: si non timetur quod res sit maior, quã iuuet in ea diureticum: deinde cum administratur, faciat descendere materiam aliam ad vesicam, & augmentet dolorem & tensionem, & nõ extrahat aliquid. Et aqua raphani fortem habet impressionem in hoc cap. & tantum valet quod oportet vt ipsa comedatur cum pane tanquã sit condimentum cibi. Et similiter aqua ciceris ni. Diuretica vero sunt sicut [e] petroselinum, [f] & ammoniacum, [g] & daucum, [h] & myrrha, [i] & rubea, & amomũ, [k] & costus, [l] & siseleos, [m] & acorus: [n] & anethũ, & semen eius: & totum illud in aqua raphani decoctũ: aut aqua ciceris nigri, aut in aqua alhascech: aut in succo apij, & fœniculi proprie campestris. Et oxymel squilliticum est iuuatiuũ valde, & theriaca, & mithridatũ sunt vehementis iuuamenti, & diacurcuma, & homorusia, & [o] †{diachebed}-regum. [p] Infantibus autem dentur illa lactãtibus eos: aut dentur ista in lacte matrũ. Confectio diuretici fortis. [q] Recip. sauinę, assari, amomi, ameos, petro. se. apij, rubeæ tincturæ, amygdalæ amaræ, spicæ, omnium añ. ʒ. xx. seminis melonis. ʒ. x. corporum cantharidarũ abscisis capitibus, & alis. ʒ. i. resoluatur ammoniacũ cum triplicato subtili. & G
fiant ex eis pilulæ vt auellanæ, de quibus sumantur vsque ad. ʒ. iij. Et iterum medicamen de sauina, & assa prædictum [r] in cap. cõgelationis san. in vesica bibitum, & iniectum. Et quandoque componuntur medicinæ in quibus ponuntur castoreum, & euphorbium, & zinzib. & piper longum, & oleum balsami: & quandoque ponuntur in eis opium, & semen hyusquiami albi causa doloris: & tu videbis eas in antidotario. Et omnes medicinæ quæ conferunt ad lapidẽ, cõferunt ad hoc: & ad plures species similiter à calore & frigore, postquam nõ fuerit san. aut vlcus: & sunt sicut cinis scorpionũ, & lapis spõgiæ, & cinis vitri. Et de illis quę proprietatẽ quandam habent secundum quod dicitur, est vesica danulæ exiccata, de qua. ʒ. iij. in vino odorifero bibatur. Et iterum cancri fluuialis adusti pondus. ʒ. ij. bibatur, & proprie à pueris. Et iam [s] diximus medicinas alias in curatione eius, cuius causa est frigus vesicæ: et oportet vt legantur iterum in hoc loco. Facta autem causa cõgelationis sanguinis coagulati, curetur cum eo quod dictum est [t] in capitulo congelationis sanguinis in vesica. Et quandoque administrantur emplastra ex istis medicinis cum aqua raphani. Et quandoque linitur cum theriaca, & mastice, & homorusia, & diacurcuma, & diakebed regum. Et quandoque necessariæ sunt embrocæ fortes acceptæ ex eis, quæ sunt sicut harmel, & pulegium cum fimo columbino: & iterũ ex baurach, & pyrethro, & sinapi. [u] Emplastrum expertum bonum. Recip. bacarum lauri, & anethi, amomi, meliloti, farinæ ciceris nig. chamæmillæ omnium añ. ʒ. x. dauci, se. raphani, se. apij hortulani & montani omnium ana H
drach. vij. fiat ex eis emplastrum cum oleo balsami: aut cum oleo lilij, cõficiantur cum aqua caulis nabathi. Confectio vnguenti boni. Recip. seraphini, bdellij, opopanacis, acori partes æquales, de quibus fiat vnguẽtum cum adipe anatis, & cera citrina, & oleo de lilio. Et de iniectionibus, est iniectio facta ex galbano, storace, opopanaco, & pipere: & quandoque ponitur in ea assa. Et si causa fuerit lapis, curetur lapis vbicunque fuerit. & si causa fuerit verruca, aut caro orta, aut incarnatio, tunc curatio erit cum tinis mollificantibus, & oleis mollificatiuis scitis in capitulo vesicę. & abstinentia ab acetosis, & stypticis: & fortasse proderit, & fortasse non proderit. Et si causa fuerit apostema curetur apostema, & mollificetur, & liniatur, & administrentur facientia sudare, in balneo aquæ: & lenientia, ex quibus fiat emplastrũ: & iniecta, & supposita in ano: & minoret potum aquæ, & dimittat diuretica, & prohibeatur cibus saltem duobus diebus. Et cum lenitas est apostematis, iam descẽdit vrina cum compressione, & expressione post multitudinem mollificationis lenificationis, & caul. & althæa, & cepæ, & porri decocti elixatione, iuuantes in hoc capitulo plurimum, cum fit cum eis emplastrum. [x] Et phlebotomia basilicæ est de illis quæ magis necesse est pręmittere, deinde ex saphena: quandoque enim prouocatur cũ ea vrina. Et cum causa fuerit frigus & stypticitas, curetur curatione

E Diosc. lib. 3. c. 63.
F Diosc. lib. 3. c. 80.
G Diosc. li. 3. c. 67.
H Ras. 23. cõti. t. 2. c. 2. 243. 4.
I Diosc. li. 3. c. 137.
K Diosc. lib. 1. c. 15.
L Diosc. lib. 3. c. 51.
M Diosc. lib. 1. c. 2.
N Diosc. lib. 3. c. 56.
O † confectio
P Ras. 23 cõti. t. 2. c. 2. 243. 1.
Q Ras. t. 9. c. 73. parum differt.
R 20. t. 1.
S T. 1. c. 3.
T T. 1. c. 20.
V Ras. 23. cõti. t. 2. c. 2. 244. 4. & Ser. t. 4. c. 18.
X F. 21. t. 4. c. 2. & Ras. 23. cõti. t. 2. c. 2. 244. 3.

tione

A tione malitię complexionis frigidę. Et si fuerit calor, curetur cũ oleis temperatis, & frigidis in quibus est lenificatio, & mollificatio, sicut oleum viol. & oleum de cucur. permistum cum oleo anethino, & chamæmillino. Et si fuerit illic siccitas etiam, administretur tinæ, & olea mollificantia, & cibi humectantes, regimen conualescẽtium, & balneũ. Et si causa fuerit paralysis, curetur cura eius. Quod si causa fuerit spasmus lacerti, curetur curatione spasmi prędicti in capl'o suo. Et si causa fuerit complexio frigida, curetur cum oleis calidis, & cõfectionibus calidis quæ sciuisti. Et de illis quę conferunt ad illud, & ad paralysim, est vt sumatur fimi columbini syluestris pondus drach. i. & bibatur cum vrina pueri, & prouocat vrinam. Et stercus muris pondere aure. i. in aqua decoctionis

A Raf. 243. 1. B † auis

anethi. Et qñq; iniicitur [a] mumia: aut pondus drach. i. stomachi [b] †{alrachame}· cũ eadem mensura salis indi cum aqua calida. Et confert ei potus olei nardini cum aqua calida, & tertia drach. i. aff. in lacte asini: & hoc etiam confert ei quæ est ex hu. grosso. Facta autem à calore, curatur cum seminibus frigidis: & semen lactucę bibitur cũ vino permisto, & aqua granati acetosi. Sed si fuerit à casu, aut percussione iam apostema faciente, aut non apostemante, immo remouẽte aliquid, tunc curatio est phlebotomia in primis, & vnctiones temperatę, & tinæ, & studere in hoc vt mingat. Quod si minxerit sang. plurimũ, tunc retinebis eum cum troc. de karabe, qui artificiose fiunt cum gũma nuc. Et si timeat ꝙ accidat sanguinis coagulatio, tũc cura ipsum cura sanguinis coagulati. Quod si

B sanguis coagulatus fecerit oppilationẽ, tũc curet oppilatio facta ex sanguine coagulato. Et iam dictũ est illud. Quod si causa fuerit vẽtositas, curet cura ventositatis vesicę. Facta vero causa doloris prohibentis curatur cum administratione stupefacientium, in iniectione: deinde cum conatu vel studio egressionis vrinæ. Et post illud administretur cura vlceris, aut cura æquationis vrinæ acutę cum cibis, & herbis p̄dictis. Et qñq; iniiciunt glutinationẽ facientia separãtia inter acuitatẽ vrinæ, & inter superficiem meatus sensibilẽ. In facta autẽ propter debilitatẽ sensus, curetur principium, si fuerit ægritudo procedens à principio, aut ipse lacertus, & vesica, cũ medicinis habẽtibus virtutem albezahar, quæ sunt theriaca, & mithridatũ, & vnctiones, & iniectiones conuenientes spiritibus sicut oleum iasminũ, & oleum de lilio, & oleum narcisinũ, & oleum de croco, & oleum de balsamo proprie. Et administretur emplastra ex folijs arborũ fructuum, & olerum dilectorũ spiritui animali, sicut folia malorũ, & menta, & ruta: & admisceantur cum eis medicinæ expergefacientes valde, sicut semen alharmel, & semen rutæ montanę: deinde emplastretur cũ eis pecten. Et si fuerit propter debilitatẽ expulsiuæ, altera cõplexionem dñantem, & ægritudinẽ debilitãtem cum eo quod scis, & cura. Et illius quidem plurimũ est ex frigore: & eius curatio est cum eo in quo est calefactio, & stypticitas: & proprie quod dictũ est in debilitate sensus. Et si causa fuerit longitudo retentionis, tunc eius cura iterũ est cum tinis mollificantibus lenientibus, factis ex semine lini, & fœ

C nugræco, & cartamo, & alrathbe, & emplastris factis ex istis: Deinde vtere eis quę sunt vehemẽtis prouocationis, & syringa, & oleum balsami: & quæ sunt ei comparia sunt maximi iuuamenti hic. In facta autem causa renum, & hepatis, & intestinorum, et dorsi, oportet vt intendatur intentio illorum membrorum: tunc si curatio valet in eis, bene est: & si non, non valebit. Et cum hoc necessarium est administrare mollificantia ex tinis, & emplastris, & iniectionibus. Et necessaria est administratio diureticorum, nisi timeatur ꝙ ipsa faciant descendere materiam plurimam. Et scias ꝙ lac est res magis conueniens eis, cũ non est fe. Et omni hora in qua dandę sunt pilulæ similes auellanis de seminibus, & non est fe. tunc consilium meum est vt cum lacte in potu sumantur.

C Raf. 23. ꝯti. t. 2. c. 2. 243. 1.

De rememoratione rerum facientium mingere conferentium in pluribus dispositionibus. Cap. 9.

D D Raf. 243. 3.

Ixerunt quidam, ꝙ quãdo [c] fimus columbinus cum mumia iniicitur, facit mingere: Et iterũ illud quod dictum est in cap. curationis oppilationis grossę, & quod dictum est in curatione eius, quę est ex frigore. [d] Et dixerunt quidam, & est de illis quæ iam [e] experti sumus, et profuit, fiat suppositorium de sale tabarzet, & supponatur in ano. prouocabit enim vrinam, & soluet ventrẽ: [e] Et dixerũt si intromittatur in caput virgæ pediculus: aut [f] sumatur alcarad quod cadit de lecto. Et forsitan est illud quod nominatur [g] †{hisessis, & aligil,}· & im mittatur in caput virgæ, prouocat vrina. Et similiter si liniantur super eam allea, aut cepæ, prouocatur: [e] & ponatur in capite virgę fi-

E Fé. 1. t. 5. c. 12. & F. 10. t. 5. c. 5. & F. 6. lib. 4. t. 5. c. 3. & in li. de viri. cor. t. 2. c. 4. Auicennã fuisse medicum.

F Diof. lib. 2. c. 32.

G † Lib. 2. t. 2. c. 277. cimices

H Raf. 243. 2.

I Paul. lib. 3. c. 45. 138. 11.

D lum vel villus croci. Et quando non est apostema, sed est oppilatio qualitercunq; fit, [h] confert iniectio olei in quo sub sole morante positi fuerunt scorpiones albi, qui nõ sunt mali valde, cum syringa argenti. Aut adiuuetur cum insufflatione facta per catatir. & ipsius administratio in vngẽdo, & in iniectione. Et qñ non conferunt medicinæ, non est excusatio ingenij alterius, & administrationis alcatatir, & instrumenti quo mingitur. [i] Et caue ne administres ea cum apostema est in vesica, aut in coarctante eã proxime. Intromissio nãq; eorũ apostemat, & addit in dolore. Et syringarum melior, est illa quę est ex leuioribus corporibus, & magis susceptibilibus flexionis: & iam inueniũtur ad hoc pelles quorũdam animaliũ maritimorũ, & quædã coria animalium syluestriũ, cũ aliquo modo p̄parantur: deinde fit ex eis instrumentũ, & conglutinatur glutine casei: & qñq; fit ex plũbo & stãno, & est bonũ etiam. et si est vehementis lenitatis fiat forte cũ pauca re proiecta super ipsum ex massacuima, & marchasita: aut cum multitudine liquefactionis, & fusionis, & proiectionis sanguinis hirci super ipsum. hircinus enim san. est fortis in his cap. & cum hoc stringit plumbũ: & tũc oportet vt sit caput eius durũ rotundũ. [d] & fiant in ipso foramina plura numero, ita vt cum retinet aliquod eorũ aliquid arenæ, aut san. aut hu. grossi, sit ei quod iniicitur de medicina, aut prouocatur de vrina, penetratio alia: & nõ egeat extractione, & intromissione frequẽti: & aliqñ fit ex argento: &

& reliquis corporibus. Et qñq; præparatur totum illud ad clysterizãdum aliquid illi. Et qñq; præ- E
paratur ad extrahendũ aliquid cum eo. Et super os illius quod pręparatur ad hoc, vt cum eo clyste
rizatio fiat, super illius extremitatem apertam solutã, ligatur aliquid quod est sicut vagina parua,
aut vesica cõfricata firma: et funditur in id medicamen: deinde impellitur fm q́ impellitur enema:
& est possibile vt fiat sicut fit clystere electũ quod diximus in [a] cap. colicæ. Et si præparatur ad hoc A F.16.t.4.c.11.
vt per ipsum educatur vrina, tunc necesse est, vt currat cursu attrahentium propter causam cõuer-
sionis causa casus vacuitatis. Et illud est, qm̃ impletur re aliqua: deinde extrahitur illa res ab eo cũ
fortitudine, quare extrahitur post ipsam vrina prouocata, aut aliud: Aut ingeniose statuitur in eo,
aut supra ipsum aliquid exprimens de aere quantitatem aliquã. Cum ergo extrahitur, & aeri non
est introitus, oportet necessario vt extrahatur vrina prouocata, aut aliud: & illud quod implet illã
vacuitatẽ intrinsecam, [b] aut est lana ordinatorũ filorũ ligato medio totius cum filis, ita vt cum im- B Paul. lib.6.c.59.
pellitur à duabus extremitatibus suis in spatium & concauitatem impulsione leui: deinde extrahi
tur filum, egrediatur lana, & sequatur ipsam illud quod sequitur: Aut fit colũna seu aliquid perpẽ-
diculariter penetrãs in ea, aut aliquid in ea penetrans ita accõmodate, & adæquate, q́ nihil mediet
inter ea: & super illud applicetur manicus seu res sibi continuata cum qua manibus fiat apprehen
sio, & cum qua moueatur. Harum vero medicinarum administratio melior est, [c] vt sedeat æger su- C Paul. ib. & Raf.
per extremitatem caudæ suæ, & comprimat anum sustentatum retro, & eleuet genua sua parum F 23. ꝯti.t.2.c.2. 243.
vsq; supra inguina, cum apertione inter ea, pręcedente balneatione eius cum tinis mollificãtibus, 2.&.245.2.
& ipsius emplastratione cum vnguentis, & emplastris mollificãtibus: deinde intromittatur syrin-
ga tanta quantitate, quæ sit in mensura longitudinis virgæ. Et melius quidem est vt sit illud quo
educitur vrina omnis hominis fm longitudinem virgæ eius, & eius amplitudinẽ, & ipsius strictu-
ram. Et tu iam præcessisti, & linisti syringam cum ceratis: & proprie cum sunt ex oleis proportio-
nalibus intentioni: cum ergo æquatur in ipsa quantitas sicut quãtitas eius eleuetur vel pręparetur
virga eleuatione æquali, sicut stans vel erecta cũ declinatione ad partes vmbilici: deinde ingeniet
cum facilitate in impulsione syringæ in meatu vesicę quantitate vnius nodi, aut duorũ nodorũ: &
illic peruenit ad vacuitatẽ vesicæ, & sedatur cũ ea dolor, aut minorat, aut sentitur q́ eius penetra-
tio iam peruenit ad mouẽdum aliquid. & ad vltimũ est penetratio sensata: deinde redeat virga ad
partem inferiorẽ ad suã dispõnem primã in præparatione sua, aut vehementius inferius. Cũ igitur
feceris illud, extrahe aliquid si vis, & impelle aliquid per clystere, si vis impellere illud. Et ad vlti-
mum oportet vt studeas ne excoriationẽ faciat, & sit fm tarditatem & facilitatẽ, non cum dolore.

De distillatione vrinæ. Stranguria. i. stillicidio vrinæ. *Cap.* 10.

AVt fit propter causam in vrina, aut propter causam in instrumẽtis vrinæ, aut lacertis eius, aut
in corpore ipsius vesicæ, aut propter causam in principijs. Et causa quidem in vrina, [d] aut est G D G.7.apho.48.b
acuitas, aut multitudo eius. Et fit acuitas quæ est causa distillationis eius, aut propter illud quod di &.3.aphor.16.d
ximus in cap. difficultatis vrinę, [e] ex hoc q́ fit eius missio dolorosa propter acuitatem in ea fortẽ, & E G.6.lo.af.c.2.b
aggregationem eius, & grauitatem ipsius intolerabilẽ: quare fit ei dispositio inter retentionem, &
missionem quæ est distillatio. aut qm̃ omne paruũ eius propter vehementiam nocumẽti cum sua
acuitate exquirit expulsionem. quare expellit ipsum expulsiua, quãuis fiat absq; voluntate, & est
acuitas eius, aut propter cibos, & medicinas, & laborem, & coitũ, & alia: aut propter complexionẽ
membrorũ quæ sunt eius principia sicut hepar & venæ eius & renes propter eorũ cõplexionem
simplicẽ, aut cum materia saniei, aut absq; sanie: [f] Aut in toto corpore est superfluitas acuta: quare F G.6.loc.af.c.4.d
expellit eam natura. [e] Multitudo vero quæ est causa distillationis eius, fit propter ipsius grauitatẽ:
& quia ipsa cõprimit lacertum ad apertionẽ paruam, quãuis voluntas nõ vocet ad illud. [g] Aut est G Ser.t.4.c.18.
causa ꝓpria in lacerto, & in principio eius, sicut est mollificatio singularis aut cũ stupore, & destru-
ctione sensus: sicut accidit etiam ano: [h] Aut propter apostema, aut propter malitiam cõplexionis, H Halya. 9. theo.
debilitantẽ incipientẽ in eo: aut procedentem ad ipsum in principio suo, cuius plurimũ est à frigo- c.35.
re: & propter illud qñ aliquis vehemẽter infrigidatur, tunc vrinæ eius distillatio multiplicatur. Et
qñ accidit ei debilitas, debilitatur eius constrictio super meatum. Et cũ hoc debilitatur solutio sui
ipsius, & proprie cum cõicat ei lacertus ventris in debilitate. Facta autẽ causa vesicæ, [i] aut est debi- H I Gal.7.aphor.48.
litas in ipsa ex malitia cõplexionis frigidæ: [g] & est illud quod est plurimũ: & illud est sicut diximus
in eo qui infrigidatur vehemẽter, & distillat vrina eius. Et illa cõplexio, & hæc debilitas generant
distillationẽ vrinæ duobus modis, quorũ vnus est propterea, q́ debilitatur ei retentiua: quare non
valet retinere omne parum cõprehensum donec aggregetur plurimũ: quare permittitur ab ea vt
currat, licet non adsit voluntas. Et secundus est propterea q́ debilitatur ei expulsiua, quare nõ ex-
primit vrinã nisi parũ, & est ex distillatione permista difficultati. Et qñq; fit hæc debilitas in seipsa.
Et qñq; fit propter cõitatem membrorũ, quæ sunt supra eam, [k] causa apostematũ, & aldubellet, & K Aeti. lib.3 ser.3.
apertionis in renibus: & quæ sunt super eos, quibus cõicat vesica, & læditur per id quod currit ad c. 19.
eam. [k] Et qñq; est vlcus in vesica, & scabies: quare nõ valet retinere vrinam propter dolorem. Et
qñq; fit distillatio propter oppilationẽ meatus vesicæ [h] ex apostemate in ipso, aut in matrice, & in-
testino & dorso, aut lapide, aut oppilatione alia: Et cum non est oppilatio cõpleta, possibile est na-
turæ, vt ingenietur, & extrahat vrinã paulatim. Et qñq; fit causa doloris vesicæ propter [l] vlcera in L G.3.aphor.16.d
ea fm quod diximus in [m] capitulo difficultatis vrinæ. De distillatione igitur vrinæ est, cum qua est &.6.aphor.48.a
difficultas: & de ea est cum qua non est difficultas: & de difficultate vrinę est, cum qua est ardor, & M 6.
dolor:

A dolor:& de ea est cum qua non est illud. Et videtur, q fiat plurimum distillationis vrinæ propter causas inuoluntarij exitus:& propter causas difficultatis,& propter causas ardoris.

De signis. *Cap.* 11.

APostematũ quidẽ,& oppilationis,& causarũ materialiũ,& dolorũ,& aliorũ pluriũ capitulorũ,& diuisionũ iam sciuisti signa.& sciuisti signũ complõnis calidę ex colore vrinæ,& inflãmatione loci,& antecessione causarũ.& signũ cõplõnis frigidę ex colore vrinę,et inuẽtione frigoris,et antecessiõe causarũ. Et signa cõia iterũ nota sunt,& nõ oportet vt plongẽ sermonem in eis.

De curatione. *Cap.* 12.

IAm sciuisti iterum curationem oĩs cap.in se singularẽ puram. Verũ hæc ægritudo plurimũ accidit causa frigoris,& causa paralysis:& plurimũ curationis eius est curatio calefaciens constringens. Et oĩs,qui deficit in tolerantia vrinæ,iuuatur à medicinis desiderium coeundi faciẽtibus. Et de medicinis ebibitis facientibus ad illud,sunt theriaca,& mithridatũ,& [a] hiera Galeni,& [a] anacardinum,& tryphera maior,& electuarium de thure,& [a] tryphera minor confortata cum anacardino,aut [a] sagzenea,cõmistis cum ea aliquibus stypticitatẽ facientibus & confortantibus,sicut sunt grana myrti,& gieft glandium,& quæ sunt illis similia. Et iterũ nasturtiũ iuuatiuum est, & administratio alliorum est iuuatiua.prouocant.n.vrinã abscissam,& reducunt eã ad illud,quod necessa
B riũ est. Et de expertis sunt pilulæ alhasce cũ pyrethro. Et de eis,quæ experti sumus,est vt sumatur myrob.kebulorum torrefactorũ pars.i.& been albi pars.5.& calamẽthi sicci,& granorũ myrti,& sandarachæ,& myrrhæ,& olibani,& cyperi,& mac.oĩum ãn.iij.partis.i. & gariophyllorũ pars.5. enulæ exiccatę,& granorũ almahaleb partes.ij.& conficiantur cum melle emblicorũ,& reseruet̃,& bibatur. Confectio fortis. Myrobal.ni.& kebulorum,et galię oĩum ana pondus.ʒ.v.myrrhę,& castorei amborum ana.ʒ.i.&.5.karabe,& cyperi amborũ ana pondus.ʒ.ij.&.5.olibani,et granorũ almahaleb amborum ana.ʒ.x.conficiatur totũ cum melle.& sumatur ex eo ſm assiduationẽ pondus aure.i. Et [b] iterũ cymini,centaureæ,& origani oĩum ana pondus.ʒ.ij.cum aqua calida. Et [a] iterum granorũ myrti,& glandium,& cortic.thuris,& cymini carmeni oĩum ana pars.i. & dosis est ʒ.iij.cum vino antiquo. Et iterum myrobal.kebul.bellir.et emblico.torrefactorũ oĩum ana.ʒ.vij. corticis thuris.ʒ.v.granorum myrti.ʒ.x.madefiat quoties exiccatur cum aqua,in qua extinctũ est ferrum ignitum multoties,deinde cõficiatur cum rob myrti. Confectio alia. Recip. granorũ myrti partem.i.laudani quartã partis.i.dactyli [c] †{heirũ}partes.ij.cõficiantur cum eo, & sit dosis eius aure.vij. [d] Aut foliorum myrti,& foliorum alcannæ,& myrrhæ,& thuris,& balaustiæ, & glãdium oĩum æqualiter,bibat quantum necesse est cum vino. Et iterum confectio iuuatiua & cõueniens mictui in lecto. [a] Recip.vniuscuiusq; myrobal.kebul.& bellirico.& emblicorum ana.ʒ.x. glandiũ infu
C sarum in aceto die & nocte,torrefactarum post,& sandarachæ,& cyperi,thuris masculi,enulę siccæ,stora.siccæ,& coralli,oĩum ana.ʒ.v.myrrhæ.ʒ.iij.conficiant̃ cum melle. Et iterum medicamen forte. [a] Recip.castorei,& myrrhæ,& alhasce,& gieft glandium,& pyrethri oĩum ana partes ęquales conficiantur cũ aqua myrti humidę,& sit dosis.ʒ.i.apud horam somni. Aut bibat thuris & olei de alcanna amborum ana.ʒ.i. Et de curationibus leuibus,est vt bibat de semine alchacule.i.cardamomi pondus aure.i. Et farina glandiũ iuuatiua est, & proprie qñ infunduntur glandes in aceto squillitico die & nocte,deinde frigunt̃ super testam,& bibitur ex ea. Et vltimũ, quod sumitur, est põdus.ʒ.x. Et iterum [α] ficus madefactæ cũ oleo,& iterum cyperi,& thuris partes æquales, de quo bibatur omni mane in ieiunio aure.i. Et [e] iterum nigellę & se.rutę partes æquales,& sit dosis vsq; ad.ʒ.ij. Et enula est cõpetens medicina. Et oleũ de kerua iterum bibitum, & inunctũ. Et [f] confert ei mellis assumptio ſm assiduationẽ. Et ad senes qdẽ est medicamen iuuatiuũ,qd Recip.castoreũ,& opiũ,& semẽ hyusqami albi,& se.rutę:bibat̃ ex eo aur.i.cũ.ʒ.vini. Et qñ supponit̃ mumia dissoluta insambaco in ano,& distillat̃ in virgam,facit tolerare vrinam. Et [α] silr comestio ficuũ cũ oleo.

De inuoluntario exitu vrinæ. *Cap.* 13.

EST vt egrediatur absq; volũtate. Et plurimum eius fit propter superfluitatem frigoris,& [g] mollificationem lacerti,& debilitatem accidentem ei,& vesicæ,sicut accidit in fine ęgritudinum.
D Et qñq; fit propter multiplicationẽ diureticorum & ex eis est vinum subtile et proprie apud dilatationem meatuum in renibus,& fortitudinẽ virtutis attractiuæ. Et qñq; fit propter caliditatem plurimam attrahentem ad vesicam resudationem à corpore. Et [h] de causis eius est remotio spondylium,quare accidit nocumentum in lacerto,& non põt constringere eam. Et qñq; est inuoluntaria egressio vrinę non propter causam in vesica,& lacerto,& vrina,imo propter coarctationem comprimẽtem omni hora,& exprimit:quare egreditur vrina, [i] sicut aduenit prægnantibus, & illis in quorũ ventribus est fęx plurima,& hñtibus apata magna in mẽbris supra vesicam.non ergo indiges post illud,quod declaratũ est,vt cognoscas signa:& scire ea facile fit ex eis,q̃ pręterierunt.

De cura. *Cap.* 14.

ILli q est ex caliditate,& est raro,conferũt medicinę ĩfrigidãtes stypticæ. Et de illis est [k] †{suffuf} istius descriptionis. [l] Recip.coriandri sicci,rosarubearum amborum ana.ʒ.v.spodij.ʒ.x. seminis lactucæ & seminis portulacæ amborum ana.ʒ.xv.boli ar.ʒ.v.balaustiæ.ʒ.i.camphorę.ʒ.5.gummi pondus.ʒ.ij.conficiantur cum aqua granati acetosi. Et [m] iterum karabe,& boli armeni, & myrob.ni.& medullæ glandium,& lentium excorticatarum oĩum ana pondus.ʒ.ij. coriandri torrefacti, in aceto positi.ʒ.i.& sit dosis suffuf eius.ʒ.iij.& curatur cura diabetis. Et abscinditur sitis per illud, quod

A Ser.t.4.c.18.

B Ras.23.con.t.2. c.2.146.2.

C† magni bene maturi

D Alzar.li.pract. t.31.c.8.parũ dĩt. & Ser.t.4.c.18.

Infra α

E Ras.147.2.

F Ras.146.3.

Supra α

G G.6.lo.af.c.4.e

H G.6.lo.af.c.4.f

I Ras.23.cont.t.2. c.2.141.3.

K† pulũis

L Ras.t.9.c.78.

M Ras.lib.diuis. c.72.

quod tenetur in ore ex [a]†{masal,}& sumac,& nucleo tamarindi,& granis granati. Frigido autem E curationes prædictæ in [b]capitulo distillationis,& iterũ cyperi,& acori,enulæ siccæ, medullę glandium oĩum ana.ʒ.ij.myrrhæ.ʒ.iij.& est suffuf. Et [c]diacyminũ est valde iuuatiuum proprie,q̃n eius species valde teruntur. Et diacyminum iterum confert ad illud epithematum. Et ad vltimum est iuuatiuum ei,quod est in membris vrinæ,ex frigore vehementi. Et [d] ex eis,quæ conferunt est sumere in potu.ʒ.iiij.thuris:retinent.n.inuoluntariam vrinę emissionẽ.[e] Aut pondus.ʒ.ij.mahaleb. Et olea calida disruptis in eis muscho,& assa,& castoreo,& euphorbio,& similibus. Cõfectio clysteris boni. Recip.hasech.i.tribulorum lib.i.cyperi pondus.ʒ.x. mahaleb pondus.ʒ.x. decoquant in.iiij.lib.aquæ cum facilitate,postq̃ infusa sunt die & nocte:cumq; ex aqua remanserit quantitas lib.i.coletur,& fundatur super eam quantum est ipsius medietas olei sisamini, & decoquatur, & administretur oleum in clysteri. Aut sumatur aquæ pars.i.& olei laurini & de ben, & auellanarũ, & fisticorũ,& granorum viridiũ,& almahaleb partes ęquales,quẽadmodũ existimatio facit illud necessariũ:& disrũpatur in eis virtus muschi,& clysterizet cum eis. Et oleũ de ben est forte valde.

A † lacte cũ aceto
B 12.
C Ras.23.con.t.2.c.2.245.3.
D Ras.246.3.
E Ras.246.1.

De mictu in lecto. *Cap. 15.*

CAusa eius est mollificatio lacerti:& q̃nq; adiuuat eam acuitas vrinæ:& pueros quidem adiuuat ad illud profunditas in somno. Cum ergo mouetur expellunt eam natura,& occulta voluntas similis voluntati animæ ante ipsorum euigilationẽ. Cum ergo fortes fiunt,& fuerint adulti seu augmentati alleuiat somnus & membrum mollificatũ augmentatũ fuerit,tunc nõ mingũt. F

De cura. *Cap. 16.*

CVra eorum est cura eius,qui habet mollificationem vesicæ,& distillationem vrinæ, & inuoluntariam ipsius emissionem,& proprie medicamen de myrob.cum enula & storace. Et de vnguentis oleum de ben est vltimum. Et cũ hoc oportet,vt dormiant & alleuiet cibus vt alleuiet eorum somnus:& non bibant aquã plorimam:& cõmoueant seipsos ad mingendum. Et fortasse est aliquis eorum,qui imaginatur,q; quotiescunq; exquirit virtus expulsiua & sensitiua vrinare, & ipse sit dormiens,q; conueniens sit locus ad hoc,vt in eo mingatur, & q; sit ad illud cõsuetus,& si locus ille fuerit inuentus,& currit cursu latrinæ & cursu cloacæ & tecturę,vel tetorij tegẽtis, ingenietur ita vt alteretur fabricatio eius,& fabricet in ipso oratorium, & fabricentur habitationes aliæ,& figatur illud in imaginatione sua,quod locus est alteratus ab eo, quod fuit, tũc abstinet seu auara fit virtus voluntaria ab illa liberalitate in vrinatione facili non sensata:& accidit ei in somnis vt stet statione aliqua cũ inobedientia virtutis expulsiuæ:quare nõ moratur quin excitetur. Et de illis quidẽ,quæ experta sunt ad illos,est id,quod Recip.glandiũ,thuris,myrrhæ oĩum partes ęquales,quæ oĩa decoquantur cũ vino quãtitatis.℥.iij.vsquequo redeat.℥.i.& colet,& potetur cũ pondere.ʒ.i.olei myrtini. Et existimauerunt quidam,q; q̃n exiccantur renes leporis, & sumitur de eis G pars.i.& se.anethi pars.i.& pyrethri,& se.apij amborũ ana pars.5.& est dosis eorũ pondus.ʒ.ij.& 5.in.℥.i.aquæ frigidę,est valde iuuatiuum ad illud. Et [f] confert ei cerebrum leporis nutritum cum vino. Et conferunt ei troc.facti ex massa in qua posita est virtus fimi columbi, cum aqua frigida: sunt.n.vltimi: Aut myrrha cum vino super ieiunium & est sanitas eius. Et [g] quandoq; conferunt ei clysteria cum medicinis retinentibus vrinam,& iniectio earum in vesica.

F Aet.lib.3.ser.3.c.25.
G Ras.23.con.t.2.c.2.246.2.

De diabete. *Cap. 17.*

ESt vt egrediatur aqua sicut bibitur in [h] tempore breui. Et [k] proportio quidem huius ægritudinis ad ebibita,& ad membra sua,est proportio lubricitatis stomachi,& intestinorũ ad comesta:& sunt eis in græco alia noĩa,q̃ diabetes.dicitur q̃nq; dipsacos, & cadumis: & noĩatur arabice circuitus,& [i] †{aldulab,}& lubricitas renum. Et [k] dixerunt quidam hoc accidens accidit subito, qm̃ est res naturalis non cum voluntate facta:& lubricitas intestinorum paulatim: qm̃ illic est sensus,& voluntas:& iste sermo est non conueniens. Et habens quidẽ eam ægritudinem sitit: quare bibit,& non satiat immo mingit,sicut bibit,non valens retinere penitus. Et causa qdem diabetis est dispositio renum renum:aut propter debilitatem accidentẽ, & dilatationẽ, & apertionem orificiorum meatus,quare non adunatur tanta hora, qua figatur aquositas in renibus. Et q̃nq; fit illud ex [l] frigore dominante corpori aut renibus. Et q̃nq; facit illud potus aquę frigidę,aut obsessio H vehemens frigoris in totũ penetrantis,[m] aut propter vehementiam attractiuæ propter virtutem calidã innaturalem cum materia,aut absq; materia:et est illud,quod est plurimum:quare renes attrahunt ab hepate vltra,q̃ illud,quod tolerant:quare expellunt illud. Amplius attrahunt ab hepate,& hepar ab eis,quæ sunt ante ipsum:non ergo cessat illic attractio continua aquositatis, & expulsio. Et tu scis,q; q̃n expellitur illud,quod currit,q̃nq; perducit ad liquefactionẽ & ad hecticam propter multitudinem attractionis humiditatis ex corpore,& quia prohibetur ab eo, quod oportet ipsum recipere de superfluitate humiditatis per potum aquę. Et tu quidem scis, & cognoscis signa eorum,quæ dicta sunt,& lecta vsque ad hanc horam.

H G.6.lo.af.c.3.f,&.1.de crisi.c.12.h
I † rota,qua haurit aqua,
K Gal.6.loc.affec.c.3.h.a
L Ras.23.con.t.2.c.1.241.3.
M Ser.t.4.c.17.

De cura. *Cap. 18.*

DIabetes quidem cum accidit,plurimum accidit ex caliditate ignea, quapropter plurimũ curationis eius est infrigidatio,& humectatio cum fructibus,& oleribus, & robub frigidis de illis,quę non prouocant:sicut sunt lactuca,& papauer:& quiescere in aere frigido humido,& [n]sedere in tina aquæ frigidæ tandiu,donec vehemẽter infrigidetur,& sedetur sitis eius, & infrigidentur renes,& fortes fiant lacerti eorum. Et confert in ea odorare camphorã & nenufar & similia de redolen-

N Ras.23.con.t.2.c.2.245.2.

A redolentibus frigidis. Et de illis, quæ valent ad hoc est dormire, & occupatio seu diuersio imaginationis à siti. Et regimen sitis est regimen antecedens: quare oportet vt intendatur ad eam & quòd exhibeať in potu quãtitas superflua aquæ. Et [a] melius illo est, vt sumat in potu aquã frigidã valde, deinde euomat eã, & iteretur istud in eo. Et oportet vt conuertať aquositas à renibus cũ vomitu, & sudore forti. Et stupefactio partis alchatim est ex eis, quæ conferunt p̃ dormitationẽ virtutis ab inobediẽtia vrinæ, & defectu eius ab attractione iterũ. Et de illis, quæ oportet ipsum deuitare, est labor dorsi, & assumptio diureticorũ. Et lenificatio quidẽ naturę confert eis, & si nõ cum alijs, saltem cum clysteribus tẽperatis. plures nãq; eorum existunt siccæ naturæ. Et [a] qñq; indigent phlebotomia in principijs ægritudinis. Et de ebibitis iuuatiuis est lac de quo extrahiť butyrum, acetosum, infrigidatum. & de ipso melius est illud, quod est magis spissum, & proprie, quod est ex lacte ouino. Et aqua cucurbitæ assatæ, & succus cucumeris cum psyl. & aqua granati acetosi, & aqua mori, & aqua prunorum, & similia horũ: Et sint potus huius gñis, et eorum fractio cũ aqua quantum possibile est: Et rob mentę confert eis valde, et aqua ros. immo succi ros. in hora eius cõferunt eis et sedant sitim eorũ et dosis eius est quãtitas duarum cotylarum. Et iterũ aqua distillata ex [b] lacte vaccino subtracto butyro: aut [b] lacte ouino acetoso extracto buty. confert eis et sedat sitim eorũ: et ex eis, quę iuuãt eos, s̃m [c] quòd diciť est vt infundanť tria oua in aceto die ac nocte, deinde sor-

B beantur. Et de illis, quæ nos experti sumus ad eos, est vt fiat focha ex farina hordei et aqua lactis acetosi, de quo extractũ est butyrum, colata, post inspissationem lactis acetosi reitereť factio focha multoties ex eo et coleť, deinde administretur focha ex farina hordei, et quoties reiteratur hoc est magis frigidum, et bibatur infrigidatum. Et de medicinis expertis sunt troc. de balaustijs s̃m hũc modum. [d] Recip. acaciæ pondus. ʒ. ij. rosa. ʒ. iij. [e] †{ }gũmi. ʒ. i. dragaganthi. ʒ. s. bibať cum mucilagine psyllij, et aqua frigida, et cum aqua cucur. Et iterũ [d] troc. de spodio cum aqua cucum. aut cum aqua grana. Et iterũ sumatur spodij, et terræ sigillatæ, et cãcro. fluuialium adustorũ, ablutorũ, oĩum ana pars. i. & laccæ tertia partis. i. & seis papaue. & se. lactucæ amborũ ana pars. i. & . s. aggregenť cum mucilagine psyllij, & informẽtur inde troc. & dosis eius sit sicut vides. Et de emplastris, illa quæ fiunt ex medicinis, in q̃bus est infrigidatio & cõstrictio. Descriptio emplastri. [d] Recip. sauich, & capreolos vitis si inueniantur, & de oleo malorũ & cydo. & zarur aliquid aggregeť ad illa. Et silr̃ rosæ recẽtes, & ribes, & agresta, & virga pa. & cortic. granatorũ, permisceanť omnia p̃mistiõe emplastri, & administrenť. Et de epithematibus, illud quod [d] Recip. aca. ʒ. iiij. thuris. ʒ. ij. succi barbæ hircinæ, & laudani, & ramik oĩum ana. ʒ. ij. gallarũ. ʒ. i. terantur, & conficianť cũ aqua myrti humidæ, & liniať cum eo. Et de clysteribus fortibus ĩ hac ęgritudine, est clystere bonũ factũ cum lacte de quo extractũ est butyrũ, & cum succis frigi dis stypticis p̃dictis in emplastris. Et qñq;

C fit enema cũ lacte recẽter mulcto, & oleo de cucurbita, & oleo amygdalino. [f] Cibi aũt eorum sunt illi, qui non sunt velocis conuersionis propter suã subtilitatẽ ad cholerã: aut propter suam subtilitatem & paucitatẽ, ita q̃ fiant vapor, & resoluanť, & exiccent egestionem. Et eius q̃dem exiccatio qñq; fit p̃ conuersionẽ aquositatis ab intestinis ad renes, imo si est subtilis, resoluiť aquositas eius, ita q̃ non aggregať ex eo plurimum vrinæ: & est associatus lenitati naturæ, quare est bonus. Nam melior res dispõnis ciborum quos sumere p̃cipiuntur, est vt sint tales, quatenus comitetur eos lenitas naturæ, & cõfractio sitis. Et de illis, quæ ipsis cõferunt sunt [d] sorbitiones de cãdarusi, & aqua kisch hordei, & almosusat & alhelamat. Et qñq; ponitur cum eis, quod prohibet constrictionẽ naturæ: & alesfidbegiat plurimę pinguedinis cũ carnibus aĩalium iuuenum & gallinæ pinguis. Et de pedibus, pedes vaccini, & pisces recentes cum acetosis p̃parati aut non p̃parati cum acetosis, si securitas adest de eorũ siti. Et lac ouinum decoctum cũ aqua, donec aqua cõsumatur: & aliquid de lacte, oĩa illa conferunt eis. Et oportet vt à fructibus custodianť, in quibus est ĩfrigidatio, & stypticitas cum p̃uocatione sicut sunt cydonia. Factum aũt à frigiditate, qui cũ hoc nõ euacuatur à siti, & cuius p̃sentia non accidit nobis, retulit [g] q̃dam sapientum antiquorũ, & dixerunt, oportet vt sit subtilitas ad sedandã sitim eius: deinde soluať cum clysteribus leuibus aliquoties, postea soluať cum pilulis de aloe. xi. numero: quarũ vnaquæq; sit sicut cicer: deinde dimitte eũ tribus diebus, &

D iteretur regimẽ: deinde fac eum vomere sup̃ cibum cum raphano: & quę sunt eis similia: deĩde calefiat corpus eius cum vẽtosis: & ponanť sup̃ ipsum euaporationes, & suffumigationes, & proprie extremitates eius. Et qñq; necesse est tibi vt vtaris sup̃ ipsum medicinis rubificãtibus: deinde q̃escat aliquibus diebus: deinde exercitetur cum equitatione æquali, & temperata fricatione, & proprie in extremitatibus eius: & in fine eius pręcipiatur vti balneo calido & bibat vinũ odoriferum.

De multitudine vrinæ. *Cap.* 19.

MVltitudo vrinæ est s̃m modos, de q̃bus est ille, qui fit s̃m semitam diabetis, & non istius cũ quo est sitis tm̃, immo illius cũ quo est sitis, q̃ non satiatur, & egrediť aqua sicut bibitur. Et de illis est cum quo est sitis, & non sunt dispõnes diabetis, & eius virtus. Et de illis est cũ quo non est sitis, de qua sit curandũ. Et si est ardor & acuitas eius, tunc causa in ipso est acuitas vrinę, aut vlcera sicut sciuisti: & si non est, tunc sunt illic causæ inuoluntariæ emissionis vrinæ. Et frigus prouocat multoties: propterea, q̃ constringit, & p̃pterea quod calefacit ventrẽ. Et [h] illius q̃dem vrina minoratur, cuius egestio multiplicať, & subtiliatur: & illius cuius siccať egestio, multiplicať vrina. Et iam cognouisti ea, quæ continuantur in hoc cum illis, q̃ præterierunt: & iam quidem præterijt curatio oĩum illorum: & dicã hic iterũ curationes eius, quæ est ex frigore. Dico ergo, q̃ oẽs medicinæ,

[Marginal notes:]
a Aet. lib. 3. ser. 3. c. 1.
b Ras. 13. con. t. 2. c. 346. 4.
c Ras. 146. 3.
d Ser. t. 4. c. 17.
e † balaustij
f Ser. t. 4. c. 17. & [illegible] 3. 157. 30.
g Ras. 13. con. t. 2. [illegible] 1. accepit à [illegible] ad calcem [illegible] capitis.
h Hip. 4. apho. 83.

cinæ,quæ sunt ad coitum calefaciẽtes,iuuatiuæ sunt ei,qui habet multitudinẽ vrinæ ex frigore:& E
ᵃ sorbere oua sorbilia in ieiunio iuuatiuum est:& sumere genera lactis cocta.Et ex eis,q̃ ipsis cõferunt iterum est decoctio granorũ myrti,& pirorum siccorum,& dactylorũ bene maturorum dulcium oĩ die.ʒ.ij.ĩ ieiunio.Et myrrha est de medicinis bonis:et silr̃ almahaleb: et silr̃ cyperi,et thus, et silr̃ galãga,et silr̃ scoria ferri,et coriandrũ.Descriptio medicaminis.Recip.casto.et costi, et myrrhæ,et hasce,et cuppularum glandium,et pyrethri oĩum ana partes ęquales:fiãt ex eis pilulæ cum aqua myrti humidæ,et potus eius apud somnum sit.ʒ.i.Clystere ad illud bonũ, et cõfortat renes. Recip.succum tribulorũ decoctum donec fiat fortis et medullã arietum et testiculos eorũ, et adipem renis caprini,tollantur,et resoluantur oĩa ista æqualiter, et aggregentur, et sumatur de lacte recenter mulcto,et butyri,et adipis gibbi cameli,et olei ab alcadra partes æquales, quorum summa sit similis ei quam sumpsisti in primis,et conquassentur adinuicem,et fiat cum eis clystere.

A Ras.23.con.t.1. c.2.246.3.

De mictu sanguinis & saniei, & vrina simili loturæ carnis, & capillorum, & de vrinis extraneis, quæ sunt similes illis. *Cap. 20.*

SAnguis quidẽ purus,qui mingitur,aut est sang.procedens ex mẽbris,quę sunt supra renes,et vesicã,sicut est ᵇ hepar:aut ex corpore toto ᶜ propter repletionẽ puram superfluã, quare separatur cõtinuitas venarum ſm spẽs tres notas,aut dimissionẽ consuetudinis,aut abscisionẽ membri,& reliqua,quæ sciuisti,aut ſm modum crisis,& mundificationẽ superfluitatum, aut obuiationem ᶜ percussiuã,& saltum,& ᶜcasum,& pcussionem cõmouentem sang.& similiter oẽ,quod currit cursu eorum:& hoc ſm minus,aut est in partibus mẽbrorum vrinę propter incisionẽ venę,aut apertionẽ eius,aut ipsius scissionem propter ᵈ pcussionem,aut ᵈ casum,aut ventositatẽ,aut frigus scindens cum inspissatione:aut propter corrosionẽ. & q̃nq; est generatio illius à tetano & spasmo fortibus.Et q̃nq; est spẽs vrinæ sanguineæ:propterea,q᷑ liquefit carnositas rediẽs in sang.aut propter vehementiã tenuitatis sang.in corpore.Hoc.n.cum accidit,cum fortitudine renes attrahunt sang.plurimũ,et sunt primo duę intentiones in facilitate cursus sang.q̃m currit cursu supfluitatis, & q̃m non est ei spissitudo ,ppter quam sit inobediens cursui.Et secundo,est intentio vna,& cum renes attrahunt cum fortitudine,expellunt illud ad vesicã.ᵉ Mictus vero sang. similis loturæ carnis fit,aut propter debilitatẽ digestionis,& discretionẽ in renibus:aut propter debilitatem earum ĩ hepate.Mictus vero sang.pmisti cum humoribus grossis, fit plurimum propter debilitatem renum.Et similiter mictus rei similis capillis: nã fortasse est causa eius debilitas digestionis renum, & fortasse est causa eius debilitas digestionis venarũ. Et ᶠ q̃nq; est longa valde, quasi duabus palmis.Et q̃nq; est ad albedinẽ decliuis,& q̃nq; ad rubedinem,& non prolongatur nisi causa suæ generationis in inuolutionibus venarũ,renum,aut aliorũ.Et ex cibis grossis,& gñibus lactis,& granis sicut fabis,& similibus:& non est in eius mictu de timore,ſm q᷑ teretur cor p exitum eius,& facit timere.Mictus aũt puris,& mictus sang.pmisti puri q̃nq; fit propter eruptionem aldubellet in mẽbris superioribus,pulmonis,& pectoris,& hepatis,queãdmodum ᵍ sciuisti totũ in loco suo:aut propter apostema eruptum in mẽbris vrinę:aut propter vlcera in eis habentia pruritum:aut non habẽtia pruritũ.ʰ Vrinæ vero grossæ mingunt̃,aut causa mundificationis,& crisis,& expulsionis qua sequit̃ alleuiatio.Et q̃nq; fiũt ,ppter multitudinẽ hu.grossorum,,ppter debilitatẽ digestionis. Vrinę vero pingues,facilis exitus,signant liquefactionẽ adipis.Et oportet vt redeamus in ⁱcaplõ distinctionis ad sermonẽ nostrũ in vrina.Inquit ᵏ Hipp.cũ mingit̃ sang.sine dolore,& est paucus: in horis qbusdam non est malũ in eo.Cum aũt pseuerat,tunc fortasse accidet feb.& mictus puris.

B Alza. lib. pract. t.21.c.12.
C G.6.lo.af.c.3.d F
D G.4.apho.78.g
E G.6.lo.af.c.3.e.f
F Li.1.F.2.doct.3. sũ.2.c.6.& G. 6.lo. af.c.3.d,&.4.apho. 76.c
G Fen.10.t.4.c.7. &.11.& G.6. lo. af. c.4.c G
H Gal.4.apho.69.
I Fẽ.2.doc.3.sũ.2. c.7.
K Ras.23.con.t.2. c.1.239.2.

De signis. *Cap. 21.*

linguæ auis.ʒ.ij.zuccari.ʒ.xl.sitq; dosis.ʒ.iiij.cum vino tribus diebus:et sit cibus, qui est ad coitũ.
Et iterum medicamen de eis,quæ sunt nobis,fortia valde.Recip. assæ et seminis erucæ . et carda-
momi,et se.bauciæ,et linguæ auis et cordumeni omnium ana partem vnam, et buzeidẽ, et pipe-
ris amborum ana partes.iij.muschi.vi.partis vnius:inuoluatur cum oleo pineæ minoris, et confi-
ciantur cum melle.Medicamen vehementis virtutis.[k] Recip.mellis anacardi, et mellis apum , et K Ras.24.con.t.3.c.2.276.2.
butyri vaccini partes ęquales,et ferueant,deinde bibatur de eo,quod bibitor tolerauit in vino:est G
enim mirabile.Et de medicinis bonis,quę non sunt vehemẽtis caliditatis superflue, est vt suman-
tur dactyli,et fœnugræcum,et decoquantur donec decocta sint,deinde sumãtur dactyli, et extra-
hantur ab eis ossa:deinde exiccentur,et terantur,et conficiantur cum melle:et sit dosis eius quan-
tum est auellana,et bibatur post ipsum vinum.Et[l] iterum infundãtur.5. lib. granorum viridium, L Ras.277.4.
et lib.i.dactylorum tritorum et ĩfundatur in duabus lib.lactis ouini:deinde comedatur, quod in-
fusum est,et bibatur super ipsum lac duobus diebus . Et de medicinis bonis est confectio de me-
dullis cuius descriptio[m] Recip.amygdalarum et auellanarum excorticatarum,fisticorum,et nere- M Ras.277.1.
gil excorticatorum contritorum,et granorum pini,et granorum alkilkil,et granorum alzelem,et
granorũ viridium partes æquales,et neremisch,et piperis longi, et zinzib. oĩum ana partes. x. et
plus parum,terant̃ oĩa,et conficiant̃ cum penidijs,de quo sumat̃ oĩ die quãtum est ouum vnum.

De inunctionibus,& iniectionibus,quæ fiunt ad anum,& pectinem,& testiculos, & virgam[n] †{alhagian,}& quæ sequuntur ea. Cap. 19. N† locũ iter anũ & testiculum,

P[o]Yrethri.ʒ.5.misceatur cum sambaco bono.Et[o] qñq; miscetur cum eo euphorbium et mu- O Ras.24.con.t.3.c.2.276.1.
schus:et inungantur cum eo virga,et[o]†{alhagian,}et quæ sequuntur ea:Aut pyrethrum, et O† locus iter anũ & testiculos,
quantum est medietas eius de muscho sumantur,et dissoluatur aure.vnus de eis ambobus simul
cum.℥.i.olei sambacini.Et iterum sinapis cum oleo alrazaki.Et sič semen[p] vrticæ cum oleo alra- H P Ras.276.3.
zaki.Et[q] iterum assa cum oleo sambacino est inunctio fortis.Et[p]iterum se.almezerion cum oleo Q Ras.24.con.t.3.c.2.279.4.&.276.3.
calido.Et[r] iterum baurach cum melle colato.Et[s] fel taurinum cum melle colato. Et iterum me- R Ras.277.4.
dicamen bonum,sumatur[p] de cepę narcisci res parua cum oleo sambacino,et fricatio fiat cum eo. S Ras.278.3.
Aut grana[t]†{nil,}et pyrethrum sumatur ęqualiter cum oleo aliquo: Aut[p] staphisagria cum oleo T† glasti,
calido.Et iterum assa cum melle.Et iterum cyperi ipsi et fiat linimentum cum eis.[v] Aut sumãtur V Ras.24.con.t.3.c.2.276.3.&.279.1.
cẽtaurea, et pix, et ceratũ cũ oleo de lilio,& oleo de keiri,et cera,et mastice,et cypero,liniant̃ cum
eo virga,et partes eius.Et oĩa olea prędicta in caplõ de clysteribus sunt mirabilis iuuamenti,cum
administrantur inuncta,et proprie oleum de granis cotti:et oleum cyperi proprie : et[x] adeps leo- X Ras.279.1.& Aet.li.3.ser.3.c.35.
nis est vehementis iuuamenti in huiusmodi. Vnguentum Rufi.[y] Recip.myrrhæ,et sulfuris non Y Ras.277.2.
extincti,et granorum cartami omnium ana drach.ij.pyrethri,danich.iij.piperis grana.xxx.cordu
meni grana.xx.terãtur cum drach.ij.[z] †{cepæ optimæ,}cepæ squillæ contritione optima:et si te- Z†
ratur vnumquodq; per se,erit melius:deinde[y] commisceantur cum cerato,et terantur donec fiãt
in spissitudine mellis,et inungatur cum eo alchatim et alhagian, et assa in virga erectionem facit,
et stimulat,ꝗ si timeatur caliditas eius vehemens,dissoluatur in oleo violato.

De sup-

A *De suppositorijs.* Cap. 20.

A Ras.24.con.t.3. c.2.276.2.3.

FIat suppositorium ex adipe anatis, et granis cotti, & pyrethro in oleo de nuce indica. Et [a] dicitur, quod si supponatur collyrium ex adipe asini est mirabile. Et iterũ suppositoriũ ex vnguento picis, quod dictũ est. Clysteria vero assumunt ex iure capitum, et pullorũ columbinorũ cum vitellis ouorum, et testiculi arietũ boni sunt qñ in clysterijs ponuntur. Et est eis iuuamentum in cõfortando cerebrũ, et corpus. Et olea ipsorũ seu vnctuositas ipsorũ sit alalie.i. pinguedo caudæ castrati et oleũ nucum, et sisaminũ, et butyrum vaccinũ, et oleum de fisticis, et de auellanis, et oleum de nuce indica, et de almahaleb, et oleum de granis cotti est mirabile valde, et calefactis oleũ de hascech, et oleũ de papauere, et oleũ de granis cucurbitę, et granis melonis, et similia illis. Clystere ad eos. Sumat brodij capitum, et pullorum columbarũ decoctorum cũ mugat, et buzeidẽ, et secacul in furno in nocte, decoctione valde forti, pars.i. et projciatur super eã lactis pars.5. et butyri partis.vi. et olei de mahaleb, et olei nucis indicæ amborum ana tertia septimæ partis, et de adipe renũ stinchi, & lacerti etiam, quodcunque præsens est: & sint sicut semina cõdientia, & fiat cum clystere. Confectio clysteris. Recip. hascech recentis quinta partis vnius, fœnugræci pugillus vnus, & semen rapæ, & semen baucię, & erucę, & semẽ asparagi, & medullã spinalem hirci, & testiculos eius contritos, & cerebrũ ipsius, & fundãtur desup duæ lib. aquæ, & duę lib. lactis dulcis, & decoquantur donec ingrossetur, & fiat clystere ex.℥.iiij. eius cũ.℥.i. olei de botim, & reiteretur tribus diebus super ieiuniũ post ascellationem. [b] Clystere aliud, sumatur [c] †{alie}‑ & icidatur in partes latas subtiles, & ponatur in incisionibus eius pondus.℥.5. castorei cõtriti, diuisi in eis æqualiter & ponatur, alie sub re graui tribus diebus, deinde incidatur, & liquefiat cum eo, quod est in ipsa de castoreo, & sumatur pinguedo eius, dissoluta, & reseruetur, & sumatur de illa pinguedine sacraiati, et de butyro vaccino.℥.5. & de aqua porri media sacraiati, & de decoctione fœnugræci media sacraiati: & clysterizetur cum eo à vesperis vsque ad tres horas noctis, deinde iteretur cum est hora dormiendi: & dormiat super ipsum: et fiat illud tribus diebus. [d] Clystere forte. caput arietis, et tres aut quatuor testiculorum eius, & frustum [e] †{alalie,}‑ & cicer contusum decoquantur in furno, & sumantur aqua eorum, & vnctuositas ipsorum etiam, post decoctionem vehementem, & [d] ponatur etiam desuper oleum de nucibus, aut oleum de granis viridibus, aut aliquid de adipe stinchi, & fiat clystere cum eo, & clysteria alia, quæ sunt scripta in antidotario.

B Ras.178.3.
C† scincus
D Ras.178.4.
E† scinci,

De cibis puris. Cap. 21.

MEliores cibi sunt, qui fiunt ex carne hœdi pinguis, masculi, et carne arietis castrati, & cicere, & cepæ absque frixione carnis. frixio nanque prohibet confortationem carnis, & multitudinẽ nutrimenti eius. Et [f] †{almugamat}‑ etiam facta acetosa si non cum alio, saltem cum almuri, sunt C bona, & silr gallinæ, & pulli colũbini impinguati, & proprie [g] †{algiudebat,}‑ & oua sorbilia, proprie puluerizata cum cinnamomo, & pipere, galanga, & sale stinchi, & [h] oua piscium, & [i] caro piscium calida. Et si fuerit illic frigus, resiste cum zinzib. & pipere, & macropipere, & cinnamomo, & similibus. Et cibus de rapis, & cibus de caulibus, & cibus de baucijs, et proprie de baucijs postquam bene decocta est caro earum. Et de illis quibus fit iuuamentũ, sunt [h] cerebella passerum & columborum, & butyrum: & silr cibus dictus alherise & [k] †{algiudabegi}‑ & cibus præparatus cum cymino, & [l] rizi cum lacte, & caro cum lacte ouino, & cadit in oleribus eorum asparagus & eruca, & porri, & capita cardorum, & menta proprie: ipsa.n. confortat membra spermatis valde, & eius vsus fortitudinem facit super sperma, quare forte, fit desiderium, & andacocha & [m] fœnugrecum. Et deiudebi bonis est illud, quod est cum croco & simila cum lacte, & aqua nucis indicæ. Et [n] quidam dixerunt, ille qui assiduat comestionem passerum, & bibit super eam lac loco aquæ, sine cessatione est erectus, & multi spermatis, aut frigatur cepa cum butyro donec rubea fiat, & dissoluatur in decoctione, & frangantur super eam oua. Calefacto autem conueniunt ea, quæ sunt, sicut lac coagulatum & lac, & [o] pisces assati calidi, & melones, & cucumer longus arcuatus, & cucumeres, & cucurbita, & fructus, & olera humida omnia, ita quòd [p] lactuca, & ita quod semen portulacæ addit in spermate eius. Et albumen oui est eis plurimi iuuamenti etiam, multiplicans sperma, & D cerebella animalium, & medullæ eorum, & [q] cancri fluuiales: omnia ista conferunt eis.

F† caro assata ĩ vase suffocato cũ aliquo liquore
G† cibariũ ex amylo vel oriza cum lacte aut zuccaro,
H Cap. 18.
I Ras.24.cont.t.3. c.2.276.2.
K† ferculũ ex frumẽto fracto
L Ras.276.3.
M Ras.277.2.
N Ras.276.2.
O Ras.276.4.
P Oppositũ. c. 27.
Q Ras.277.3.

De cibis in quibus est similitudo cum medicinis. Cap. 22.

DE illis est vt sumatur [r] lactis lib.i. & projciatur desuper tereniabin pondus.℥.xl. tẽperatis.s. corporibus: & decoquantur donec spissetur, & bibatur quantitas cadi vnius omni die: & est temperatum calefactis. Infrigidatis vero est necessariũ vt [r] teratur eis pondus.℥.x. cinnamomi vehementer, & misceat cum lib. lactis, & conquasset, & bibat ex eo cadũ vnum in ieiunio, aut super cibum loco aquæ: & non bibat super ipsum aquã: & proprie cũ est eius cibus ex [s] †{thabahegiat}‑ & adipe ouino. Et qñque iuuatur eo ille in quo sunt frigus & siccitas simul. Et de illis est vt sumat butyri vaccini, & lactis vaccini, & olei de fisticis oĩum ana meluchuzi.i. vas paruũ decoquant oĩa donec remaneat tertia, & bibant de eo in mane cochlearia duo cũ aliquãtulo vini. Et iterum penidiorũ lib.i. succi cepæ lib.i. lactis dulcis lib.i. coquatur totũ donec ingrosset, & inspissetur, et sumat de eo omni die in mane quantitas.℥.i. Et iterum sumatur cicer nigrum magnũ, et infundatur in aqua erucę donec intumescat parumper: deinde exiccetur in vmbra: postea teratur cum penidijs, et conficiatur, et sit dosis quãtitas nucis in mane, et quãtitas auellanæ apud horã somni, et bibatur desup cadus, et infundat in aqua alhasce, et nutriat in ipsa in sole cũ cautela incessanter imbibẽdo

R Ras.24.con.t.3. c.2.276.1.
S† cibaria ex carne cum aqua est qd acetosum vel salsum,

ipsum, quoties exiccatur: deinde excoquatur & reseruetur, & fiat ex eo sorbitio cũ lacte dulci & penidijs. Et[a] iterum sumantur. iij. lib. lactis dulcis, & proijciatur in ipso. 5. lib. tereniabin, & lib. 5. granorum viridium tritorum, & bulliant: deinde manibus confricentur bene, & coletur, & sumatur de eo. 5. lib. & proijciatur in eo. 5. lib. galange, & bibatur de eo cum quãtitate [b] †{alistimbre}-diebus aliquibus: est. n. mirabile. Et iterũ sumatur [c] aqua cepę, & quãtum est ipsa mellis, & decoquatur donec remaneat mel: de quo bibatur cochlearium vnum, aut duo cum vadit dormitũ cum aqua calida. Et iterum sumatur farina, & misceatur cum aqua dulci, sicut sorbitio. Deinde exprimatur ab eo expressione aliqua, & decoquatur cum lacte plurimo, & addatur lacti aqua nucis indicæ, & impinguetur adipe anatis, & fiat ex ea sicut illud, quod fit de frumẽto cocto vt puls. Et iterũ vitelli ouorum sorbilium sumantur, & puluerizentur desuper [d] †{altit,}-& sal stinchi, & sunt fortes: & proprie post balneationem, & fiat fricatio cum sambacino, & de lilio. Et iterum sumantur vitelli ouorũ, & conquassentur ad inuicem, & concedi põt vt sint cum albugine sua, deinde ponatur sup eos quantum est quarta eorum de succo cepæ cõtritæ, & fiant sorbitiones, & sorbeantur cum aliquo de salibus, & seminibus pdictis. Et iterum sumantur bauciæ, & cepæ, & rapæ, & in minutas reducãtur partes, & decoquantur cũ fabis, & ciceribus, & melle cũ carne molli bona, & puluerizentur seminibus calidis. Et iterum sumantur fabæ, & cicer, faseoli & infundantur in aqua: deinde incidatur caro ouina sicut præparatur [e] †{thabahegi,}-& fiat ex ea ordo vnus, & de cepis, & granis ordo alius, & puluerizetur super vnumquẽq; ordinem sal stinchi, & parum altit, & parum cinnamomi, & gariophyllorum: postea spargendo cerebella passerum & columbarum fiat ordo alius, & fiat silr, & sit ordo grossior ordo carnis incisæ in partes: deinde effundatur desuper aqua bautię sola aut aliquid aquæ, & coquatur in vase cooperto vel suffocato donec complete coquatur, & comedatur ex huiusmodi cibo. Et iterum sumantur cerebella. xxx. paruarum auium, et dimittantur in sacraiati vitreo. i. in vase vitreo, vt decurrat aquositas eius, & fiat taliter, ꝙ conficiatur, & proijciatur desuper quantum ipsa sunt de adipe renum caprarum hora qua decolantur, & puluerizentur cum pipere, & gariophy: & zinzib. & fiant inde pilulę vt auellanę, & comedat de eis vnã post aliam in dispõne qua vult coire. hagie. i. fritalea seu ortoclea bona nostra, Sumatur de cerebellis passerũ, & colũbarum xxx. numero, & de vitellis ouorum passerum. xx. numero, & vitelli ouorũ gallinæ. xij. & de aqua carnis ouinæ tritæ bene decoctæ & expressæ scutella parua & de aqua cepæ expressæ. ℥. iij. & de aqua bauciæ. ℥. v. & de sale & de speciebus, quæ cibis ad condiendum admiscentur quantum necesse est, & de butyro pondus. 3. l. & fiat ex eis fritalea vel ortoclea, & comedatur & bibatur desuper apud digestionem eius vinum forte calidum ad dulcedinem decliue. Modus cõfectionis eis. [f] Sumantur pinearum mundatarum partes duæ, & se. erucæ, & se. melonum ana pars. i. & frigantur cum butyro, & proijciatur desuper parum piperis, & cinnamomi: deinde proijciatur desuper de melle quantum sufficit, & fiat inde confectio. Aliter.[f] Sumatur cicer, & infundatur in aqua, aut in aqua erucæ, aut in aqua alhasech donec infletur: deinde frigatur cum butyro vaccino leuiter ita, vt non aduratur, & de granis pini minoris quantum est ipsum, & proijciatur desuper mel, & sumatur aqua, & conficiantur, & misceantur cum pauco mastice, & cinnamomo, & deponatur ab igne, & incidatur incisione qua inciduntur aliæ confectiones.[g] Aliud. Ingrossetur mel decoquendo, & sternantur desuper grana pini maioris, & semen bauciæ, & piper longum, & secacul, & cinnamomum, & semen erucæ, & fiat ex eis electuarium, quòd si horribile sit ei semen erucæ, & eruca, ponantur loco eius grana viridia, & parum muschi.

A Ras. 24. con. t. 3. c. 2. 278. 1.

B† est assimilatio nutrimenti

C Ras. 277. 1.

D† assa,

E† cibaria pparata cũ carne ex quib. quodam est acetosum quodã falsum,

F Serap. t. 5. c. 14.

G Ras. 277. 1.

De potu dulci eorum. *Cap. 23.*

POtus dulces sunt illi, qui fiunt de cibib veræ dulcedinis: & illi in quibus est grossitudo aliqua omnes conueniunt eis. Confectio potus ad eos conuenientis. Sumatur eruca, & rapæ, & ficus decoquantur cum aqua, & coletur aqua eorum, & sumatur infusio cibib decoctarum colata, & misceantur omnia secundum æqualitatem, & augmentetur dulcedo eius cum penidijs, & fiat inde vinum, & dimittatur donec finem perfectionis consequatur.

Potus alius noster. *Cap. 24.*

SVmatur alhasech, & eruca, & bauciæ, & rapę, & decoquantur in aqua vehementer, & coletur aqua eorum, & ponatur in vnaquaq; parte aquæ sexta pars penidiorum & zuccari rubei, & quarta, & sexta ficuum, & medietas, & sexta partis cibib vel passarum [h] †{thabihabi}-bonæ dulcedinis, & sexta septimæ nucis indicæ contritæ, & fiat inde vinum de passis donec ad finem perfectionis perueniat. Al. nostrum. Sumatur succus vuę, & ponatur in omni parte. x. minarum eius tertia mina de hac medicina: Seminis erucæ, & se. bauciæ, et raparum, et buzeiden, et se. asparagi, et linguæ auis, et granorum alkikil, et lhabe barbariæ et se. erucæ, et vtriusque been omnium partes æquales: terantur, et ponantur in panno, et ligentur in eo molliter, et ponantur cum succo in vase, et moueantur omni hora. Potus alius.[i] Decoquantur baucię et ficus in aqua plurima, et colentur, et decoquantur in aqua eorum passæ enucleatæ, et coletur, et proijciatur desuper penidij, et dimittatur donec ferueat. Et[k] aqua ferrea, et aqua in qua extinguitur ferrum, est confortatiua.

H† est regio

I Serap. t. 5. c. 14.

K Cap. 18. & Ras. 24. cont. t. 3. c. 2. 276. 3.

De multitudine desiderij. *Cap. 25.*

MVltitudo desiderij qñ est cũ fortitudine corporis & sanguineitate, & sanitate cõplexionis, & adolescentia ætatis, & potentia sup coitum absq; successione debilitatis, non est necessariũ vt occupatio sit in regimine eius, & fractione ipsius. Fractio nanq; eius atterit complõnem, &

destruit

A destruit virtutẽ nisi sit ꝓpter vehementẽ necessitatem. Et scias, ꝙ gñatio spermatis confortat corpus & cor. Et paruitas gñationis eius corrũpit colorem, & debilitat memoriã, et intellectum: ꝙ si adueniat ei raritas corporis, & facilitas sudoris, administretur exercitiũ [a] †{alastadad,}& balneentur si eis possibile est, cum aqua frigida, & non oportet vt frangatur de desiderio aliquid, nisi de illo, qui est propter superfluitatem repletionis ex caliditate & humiditate: tẽperatur.n. cum euacuatione. In illa aũt cuius causa est, aut acuitas spermatis, aut eius multitudo cum debilitate corporis, propter fortitudinem vasorum spermatis, & quia attrahunt materiã spermatis ad se, quãuis sit in corpore indigentia virtutis, sicut accidit vt creentur quædam membra fortiora alijs, quare succedit ei inde leuitas, aut ꝓpter pruritum eius, & bothor in vasis spermatis: & sicut accidit mulieribus pruritus in ore matricis, quare non quiescit in eis desiderium coitus, aut propter multitudinẽ inflationis: & propter hoc qñqꝫ accidit cum rugitu, qui non facit dolorem, erectio vehemẽs, & [b] fit fortis erectio habentium melancholiam. Et [c] virorum quidem desiderium forte fit in regionibus, & aeribus, & temporibus frigidis: propterea, quod aggregatur illud ex virtutibus eorum. Et dispositio mulierum est ẽ contrario: propterea, ꝙ spargit illud de virtutibus earum congelatis. Et de illis earum sunt, quæ sunt frigidę valde. Et [d] dormire super dorsum est de facientibus erectionem.

A† ꝓcedẽs exercitium forte,

B Cap. 15. & Arist. 4. ꝓble. 31.

C Ras. 24. con. t. 3. c. 1. 274. 3.

D Gal. 6. loc. affe. c. 6. h. a

De signis. Cap. 26.

B Signum sanitatis corporis, & signum repletionis non sunt tibi occulta, & [e] signũ acuitatis spermatis est, ꝙ egreditur [e] velociter cum [e] acuitate, & adustione, & facit accidere in [e] vrina adustionem, et sequitur ipsum [e] debilitas. Et signum multitudinis spermatis solius est, vt non sit in corpore de dispositionibus virtutis, & multitudinis sanguinis aliquid de quo sit curãdum, & fortasse est cum ea debilitas. Veruntamen sperma multiplicatur, & [e] pollutio fit frequens, & quod egreditur est plurimum, & debilitat corpus. Signum pruritus est vt coitus addat in desiderio. Et quandoqꝫ est desiderium plurimum, & sequitur coitum dolor. Et signum inflationis est vehemẽtia erectionis, & antecessio acceptionis inflatiuorum, & complexio inflatiua sicut melancholica.

E Ras. lib. diuisi. c. 80.

De curis. Cap. 27.

Illius quæ est à repletione calida curatio est [f] phlebotomia, & [f] alleuiatio cibi, & assumptio infrigidantium. Et [f] illius, quæ est à repletione humida curatio est quã dicemus ex calidis exiccantibus sperma cum medicinis ad coitũ, vt perueniant medicinæ ad vasa. Et illius, quæ est ex acuitate spermatis, curatio est æquatio humorũ, & ipsorum infrigidatio per acceptionem eorum, quę sunt sicut [g] lactuca, & [h] portulaca, & semen earũ, & endiuia, & [i] cucurbita, & [i] cucumeres, & fructus, & coriandrum humidum, & emplastratio cum eis, quæ sunt sicut [k] henufar, & muschus, & cerata facta ex oleis frigidis, & cum succo cannæ humidæ, & camphora bibita & linita, & [l] administratio C laminæ plumbi super dorsum, & potus aquæ frigidæ, & dormire super stratum lineum, & quæ similant ei, & cibus de lentibus & portulaca. Et illi cuius fortis est digestiua cibus ex ventribus pręparatis cum aceto. Et illius, quæ est ex multitudine gñationis spermatis curatio etiam est infrigidatio vasorum spermatis cum infrigidatiuis, quæ diximus. Et illius, quæ est ex fortitudine pruritus & bothor, curatio est phlebotomia, & eductio materiei calidæ solutione ventris, & æquatio complexionis, & epithemata infrigidantia prædicta, & fortasse indiget narcoticis. & epithemata cum eis, quæ sunt sicut hyusquiamum, album & folia hyusquiami nigri & infusio in aqua frigida valde. Et illius, quæ est ex inflatiuis curatio sunt infrigidantia, cum est caliditas vehemens, donec extinguatur caliditas inflatiua, & exiccatiua cum fortitudine, & resolutiua ventositatum, si est cum frigiditate vehementi, & euacuatio choleræ nigræ eorum si sunt melancholici.

F Ras. lib. diuisio. c. 80.

G Opposi. c. 21. & Dio. li. 2. c. 129.

H Dios. li. 2. c. 117.

I Ras. 24. con. t. 3. c. 2. 275. 3.

K Ras. ibi. & Dio. lib. 1. c. 126.

L Cap. 33. & Ga. 6. de san. tuen. c. 14. g

De exiccatiuis frigidis spermatis. Cap. 28.

Lentes, & aqua earum & proprie decoctarum cum semine canabis, licet semen canabis sit calidum, & [m] nenufar, & coriandrum, & semen [n] portulacæ, & succus cãnæ humidæ, & aqua lactis de quo extractum est butyrum vehementis acetositatis, & farina glandium, & acetum, & semen [o] canabis, & semen [p] lactucę. Et fortasse abscindit sperma qñ multum vtitur aliquis eo. Et ex oleis oleum [q] †{ }minorat sperma. Et emplastratio cum musco aquæ & herba alsucharan. i. D [r] cicuta, & hyusquiami albi, & reliqua, quæ ponuntur super testiculos, & anum. Et sili linimẽtum cum cerussa abluta, & merdasengi, & chimolea, & aceto. [s] Et iterum cõpositum infrigidatiuũ, semen lactucæ, & semen hyusquiami albi, & semen citroli, & semen endiuiæ, & psyllium non tritũ, & coriandrum siccum, & nenufar exiccatum terantur oĩa nisi psyllium, & fiat ex eis sufuf. Et de eis, quæ experti sunt [t] experimentatores, est ꝙ incessus nudis pedibus deijcit desiderium coitus.

M Dios. li. 3. c. 126.

N Dio. lib. 2. c. 117.

O Dios. li. 3. c. 141.

P Dio. lib. 2. c. 129.

Q † oliuę

R Dios. li. 4. c. 67.

S Ras. 24. con. t. 1. c. 2. 265. 4.

T Aristo. 4. ꝓble. 5. & Ras. 24. cõ. t. 3. c. 1. 273. 3.

De exiccatiuis spermatis calidis. Cap. 29.

Nigella torrefacta & non torrefacta, & semen rutæ, & semen agni casti, & calamenthum, & euphorbium, & andacocha, & maru album, & cyminum. Et de cõpositis dyacyminum est exiccatiuum spermatis valde: & si patiens est calefactus sumat ipsum in potu cum aceto. Compositum aliud. Pinearum excorticatarum frixarum, & bdellij amborum ana. ʒ. x. balaustiarum, & rosarum amborum ana. ʒ. v. semen rutæ. ʒ. vij. se. agni casti. ʒ. v. terantur, & cribellentur, & intentio in pineis est vt perducant reliquas medicinas, & friguntur vt frangatur de fortitudine earũ quam habent super coitum: & iterum anethi pondus. ʒ. iij. semen lactucę, & se. portulacæ amborum ana ʒ. iiij. bibatur cum aqua lentium. Et iterum se. rutæ, & castorei, & se. hyusquiami albi oĩum partes æquales, cuius dosis sit. ʒ. i. cum vino cõmisto. Et [u] iterum se. rutæ, anisi amborum ana. ʒ. i. castorei,

V Ser. t. 5. c. 13. & Ras. 24. cont. t. 1. c. 2. 266. 3.

hyuſquiami albi,amborũ ana.ʒ.ij.roſ.ru.& balauſtiarum amborũ ana.ʒ.iij.terantur & cribellent, E & ſit doſis.ʒ.ij.cum aqua frigida,aut vino permiſto.Et [a] iterũ radicis lilij pondus.ʒ.ij.ſe. rutę.ʒ.iij. balauſtiarũ.ʒ.v.ſumatur de eo pondus.ʒ.ij. cum aqua lactis acetoſi de quo extractum eſt butyrũ. Et iterum ſemen lactucæ.ʒ.iij.ʒ.ſe.rutæ.ʒ.ij.ʒ.bibatur ex eo põdus.ʒ.ij.cum oxymelle. Et iterum ſe.lactucę.ʒ.iij.&.ʒ.ſe.rutæ.ʒ.i.balauſtiarum pondus.ʒ.ij.ſe.agni caſti.ʒ.i.& eſt doſis vna. Et iterũ compoſitum calidum.[b] Radicis cannę ſiccæ,& ozimi montani,& myrrhæ oĩum ana.ʒ.ij.euphorbij.ʒ.ʒ.ſemen rutæ,& [c] †{alhaza.i.zufare,}& agnicaſti,& ſanſuci aggregentur omnia:& ſit doſis eius pondus.ʒ.i. Et iterum radicis plantæ nominatæ [d] teſticulus canis,& ſe.[d] canabis campeſtris, amborum ana aure.viij.ſe.[d] agnicaſti torrefacti aure.ij.ſeminis caulis aquæ auř.i.& ſit doſis,quod bibitur de toto aure.i.cum vino nigro ſtyptico,quod iam laudauerunt antiqui.

A Raſ.24.con.t.i. c.2.266.3.

B Raſ.265.4.

C† foliorum eius,

D Alex.li.9.c.9.

De multitudine exuberationis ſpermatis,& humoris,qui præcedit coitum,& humoris,qui præcedit vrinam vel qui egreditur poſt ipſam. Cap. 30.

CAuſa in hoc,aut eſt in ſpermate,aut in vaſis ſpermatis,aut in renibus,aut in lacertis cõſeruantibus ipſum,aut in principijs.Et cauſa,ꝙ eſt in ſpermate,aut eſt multitudo eius [e] propter paucitatẽ coitus,& multitudinẽ acceptionis gñantium ſperma: quare cũ multiplicatur, & grauantur eo vaſa ſpermatis,indigẽt motu expellente ipſum ex vaſis cum cõpreſſione eorum ſup ipſum: & perducit illud ad apertionẽ meatus,qui eſt expellens ſuperfluitatem: [e] Aut ꝓpter ſuã tenuitatem: F quare reſudat,ſicut reſudat oẽ tenue:[e] Aut propter ſuã acuitatem,& mordicationẽ: quare mordicat,& eſt neceſſariũ naturæ expellere ipſum.Et cauſa,ꝙ eſt in vaſis ſpermatis,[f] aut eſt debilitas retentiuæ ꝓpter malitiam cõplexionis,aut ꝓpter vehementiã virtutis expulſiuę,aut propter ęgritudinẽ officialem ex ſpaſmo,aut tetano,ꝙ neceſſario facit motus extraneos, quare mouet expulſiua ꝓpter illud,& expellit ſperma,ſicut ipſa expellit nociuum aliquod, queadmodũ accidit vomitus cũ aliquid nocet ſtomacho,& apud abominationẽ cibi.Et [g] ad vltimum ſpaſmus ipſe exprimit, & exprimẽs eſt eijciens.Et ſcias,ꝙ ſpaſmus mẽbrorum ſpermatis facit fluere.Et ſpaſmus lacerti ani eſt retẽtiuus,qm̃ lacertus ani eſt creatus ad retinendũ,& ille ad exprimendũ. Aut eſt mollificatio in eis,quare non retinet propter dilatationem accidentẽ in meatibus.Cauſa vero in lacerto cõſeruatiuo eſt ſpaſmus iterum aut mollificatio. Sed cauſa in renibus eſt, qm̃ qñꝗ accidit adipi eorum liquefactio ex vehemẽtia deſiderij coitus,aut multitudine coitus,quare egreditur ex coeuntibus poſt vrinã etiam ex ea res plurima adhęrens pãno.ſ.camiſię,& eſt mala deſtruens virtutem,& corpus.Cauſa aũt in principijs eſt ſicut ſi multiplicetur cogitatio in coitu, & auditus ſuorũ verborũ: aut accidat ei,qui deſiderat in natura coitũ ſimilem illi,quare mouent mẽbra ſpermatis ad operationem ſuam aliquo modo motu debili,& emittit humiditatem ſaliualem: aut forti, & deſcendit ſperma. Et accidit qñꝗ mulieribus emiſsio humiditatis ſaliualis propter mollificationem oris matricis,& debilitatem vaſorum ſpermatis earum etiam propter has cauſas prædictas. G

E Raſ.24.con.t.i. c.1.262.3.

F G.3.de ſympto. cau.c.4.h

G Gal.14.de v.p. c.10.a

De ſignis. Cap. 31.

ILlam in qua eſt cauſa ſpermatis multitudo,non ſequunt debilitas,& diminutio cũ multitudine coitus,niſi ſit corpus debile,& vaſa ſpermatis fortia.tũc.n.ſignificat illud multitudo eius, quod egreditur,& eius æqualitas cum debilitate adueniente corpori ex eo.Et illam,quæ eſt propter tenuitatem eius,ſignificat tenuitas ſpermatis cum præſentia. Et [h] illa,quæ eſt propter acuitatem, & mordicationem eius,ſentitur ipſa in egreſſione,& quandoꝗ eſt cum ea ardor vrinæ, & eſt color eius ad citrinitatem decliuis,& ſignificant ipſam cauſæ præteritæ ex cibis & motibus. Et [i] illius, quæ eſt cauſa debilitatis in inſtrĩs,& in virtute ſua retentiua,ſignum eſt,ꝙ deſcẽdit ſine erectione. Et ſimiliter ſi eſt illic mollificatio.Et cum illa,quę eſt ex ſpaſmo eſt erectio.Et ſimiliter eſt illa,quę eſt à vehementia virtutis expulſiuæ.Amplius mollificationi & ſpaſmo adſunt ſigna.

H Alex.lib.9.c.9.

I Ga.3.de ſympto. cau.c.4.h

De cura. Cap. 32.

MInoretur cibus,& fiat euacuatio,& adminiſtrent ea,[k] quæ diximus de illis,quæ exiccãt ſperma,& minorãt ipſum,& quæ diximus de illis,quę tẽperant acuitatem,& iam[l] diximus curam ſpaſmi & mollificationis,& [m] tu ſciuiſti eam.Aequatio aũt tenuitatis eius eſt cum eis in qbus eſt ſtypticitas,& calefactio,permiſtis cũ exiccatiuis,& [n] iam ſciuiſti ea.Et ex cibis ĩgroſſatiuis ſunt H ſicut albede.i.ferculum de rizo ſicut puls,& triticum decoctum vt puls.Cõfortatio aũt retentiuæ fit cũ facientibus ſtypticitatẽ,quæ tu iam ſciuiſti potando & liniendo.Virtutis vero expulſiuæ ſedatio fit cũ infrigidantibus,& ſtupefacientibus parũper.Et menta quidem eſt pharmacum nobile [o] in ingroſſando ſperma,& cõfortando vaſa eius ad retinendũ ipſum. Et in libris quorundam ſunt compoſita retinẽtia exuberationem:ſed timeo ex plurimis eorum, quod addãt in ſpermate.

K Cap.28.

L Fen.2.c 7.

M Fẽ.2.c.4.

N Cap.28.&.29.

O Li.2.t.2.c.495.

De multitudine pollutionis. Cap. 33.

CAuſæ eius ſunt cauſæ exuberationis & motus ſpermatis:& qñꝗ non mouet niſi apud ſomnum,& proprie cum dormit aliquis ſupra ceruicem,& ſm modum quem iam peregimus de cauſa eius.Et eius cura eſt illa cura.Et [p] ſtricturæ laminæ plumbi ſuper dorſum eſt impreſſio magna:verum quandoque nocet renibus:quare oportet vt attendatur hoc in eo iterum: & ſimiliter ſternere in lecto infrigidantia,& [q] dormire ſuper folia ſalicis,& ſimilia.

P Cap.27.& lib.2. t.2.c.12.& Ga.6.de ſan.tu.c.14.g.&.9. de ſimpl. medi. facul.70.f

De paucitate ſpermatis & exitu eius filoſo. Cap. 34.

FIt ꝓpter cauſas,ꝙ cõtrariæ ſunt cauſis exuberationis,& multiplicat in laborãtibus,& exercitãtibus.Et curatio eius eſt [r] curatio paucitatis coitus:& cura exitus filoſi,eſt illud,qđ humectat.

Q Raſ.24.con.t.i. c.2,267.1.

R Cap.17.

De regi-

A *De regimine eius quem lædit coitus,& dimißio eius.* *Cap.* 35.

OPortet vt huiusmodi homo perueniat ad confortandum stomachum suum:& ad hoc vt eius digestio bona fiat cum eis quæ bibuntur, & epithematibus, & emplastris prædictis in caplo stomachi, vt contingat per id succursus debilitatis accidentis per id quod euenit ex coitu propter necessitatem,& cum medicinis quæ sunt ad cor vtiles. Et administrentur super mẽbra coitus medicinæ infrigidantes,minorantes sperma de illis quas dicemus. [a] Et bibant infrigidantia contraria spermati:& administrentur in stratibus, & in vnctionibus ea,quæ administrãtur habentibus priapismum:et dimittant omnia,quę generant sperma:& [a] assiduent exercitium superiorum partium corporum suorum,sicut est percussio altabtab,& sulegian,& eleuatio lapidis:et oportet vt gradatim perueniant in minoratione coitus : & quãdo coeunt in principio noctis,dimittant ipsum vno die,aut duobus diebus vsq; ad horam somni noctis futuræ aut post ipsam , & rectificent cibum in eo quod est inter illud:& dormiant post coitum: deinde gradatim perueniant ad dimittẽdum numerum dierum , quorum plurimum sit per occupationem in ludicris. Et de cibis eorum qui succurrunt ipsorum debilitatibus est panis bonus mundus infusus in vino bono.

A Gal.6.de sanita. tuen.c.14.f

De regimine eius qui plurimo Vtitur coitu,& nocetur eo,& debilitat ipsum:aut læditur Visus, & sensus eius,& caput,aut neruus aut accidit ei tremor. *Cad.* 36.

B OPortet vt administrentur calefactio,& humectatio cum cibis bonis, quorum paucum nutrit plurimum : & cum balneationibus,& aromaticis,& regimine : & facere vt ipsi dormiant & quiescant,& lætari in ludis qui lætificant. Et lac quidem ouinum,& vaccinum est vehementis iuuamenti ad confortandum, & viuificandum : cum sumitur de eo in ieiunio cum quãtitate qua digeratur,& dormiat super ipsum.Et oportet vt administretur exercitium præparationis, & quãdo administratur mithridatum, & diamuscum cum superfluitate in humectatione,viuificat. Quòd si appareat debilitas visus,tunc causa eius est cerebrum:quare oportet vt assiduet inunctionem capitis sui cum eis quæ sunt sicut oleum viol.& fiat caputpurgium cum eo : aut distilletur in aurem,& vtatur introitu aquę dulcis,& aperiat visum suum in ea.Si autem accidat tremor ex ea,tunc si materia fuerit plurima,humida,soluatur cum eis quæ sunt sicut pulpa coloquinthidæ , aut cucumere asinino,& centaurea : & post illud curentur nerui cum vnguentis fortibus,in quibus sint muschũ et ambra,et ben cum oleo de costo, et nardino, et de lilio,et oleo de cyperis, et almahaleb , et oleo de sauina,et omni oleo calido in quo est stypticitas. Et si non fuerit materia,curetur cum vnguentis tremoris. [b] Et quando accidit ei post ipsum tremor, sumat in potu opopanacum in aqua sansuci secundum quantitatem,quam tolerat:et aqua sampsuci sit quantitas vnc.i.

B Ras.24.cõti.t.3. c.2.275.4.

De multitudine erectionis absque desiderio,& de priapismo. *Cap.* 37.

C CAusa propinqua multitudinis tensionis virgæ vt chorda,est multitudo ventositatis grossę in partibus membrorũ coitus.Aut enim est multitudo huius causæ ventosantis vel inflatiuę in ipso neruo concauo:aut est superueniens eis ex arterijs,aut vasis spermatis:aut sunt duę res simul. [c] Et materia quidem huius ventositatis est humiditas plurima, & efficiens ipsam est caliditas pauca:Et hęc materia,aut est stabilis fixa in vasis spermatis,& in eo vbi generatur:aut nõ stabilis qualitercunq; igitur sit,fixio istius ventositatis, & virtus eius:tunc aut est propter frigus eius,aut propter ipsius grossitudinem. Et qñq; adiuuant materialem causam & efficientem causæ instrumentales:verbi gratia,vt sit in cute virgę,& quę sequuntur ipsam,spissitudo prohibens resolutionem: aut dilatatio orificiorũ venarũ venientium ad eam, sicut [d] accidit ei qui stringit medium dorsi, aut ilia vel anchas plurimum, [d] & ei qui dimittit coitũ ad tempus:quare mouetur in ea sperma,et ventositas cum fortitudine : & qñq; peruenit ad priapismum. Et qñq; adiuuant omnia illa causæ præcedẽtes. [d] Aut ex cibis calidis acutis,aut inflatiuis,sicut sunt cicer,& vua,& vitellus oui:& illa quæ aggregant vtranq; rem,sicut eruca:& illud cui inest proprietas generandi sperma, sicut vinum nouum.Aut ex dispositionibus,& figuris,sicut est [e] multitudo dormitionis super ceruicem:quare liquefiendo conuertitur sperma in ventositatem: [d] aut strictura lumborũ duorum,seu iliorum cum cingulis de corijs latis,aut institis: quare dilatãtur orificia venarum. [f] Priapismus vero est si confor-
D tetur aliqua harum causarum, & fortis fiat erectio, & remaneat , & tendatur virga vt chorda,quãuis non sit desiderium,& necessitas:& post perfectionem necessitatis : & quandoque incipit magnificari , & augmentari, aut prolongari, propter illud quod effunditur ad ipsam de materijs pluribus.Et plurimum causarum eius est calor, [g] & hoc nomen permutatur ad hanc ægritudinem ex forma hominis figurati habentis virgam erectam qua ludunt quidam. Et hoc accidens cum non curatur,fortasse peruenit ad tetanũ vasorũ spermatis, [h] et accidit apa calidum cum eo,& interficit.

C Gal.14.meth.c. 7.h.a

D Gal.6.lo.af.c.6. fol.41.f

E Ga.6.lo.af.c.6.a

F G.6.lo.aff.c.6.f, & lib.9.de phar.cõposi.sm loc.c.9.f

G G.6.loc.af.c.6.f

H Ras.24.2tit..1. c.2.266.1.

De signis. *Cap.* 38.

TV considera super plurima signa, [i] quæ numerauimus cum tua reuersione ad illud, quod accepisti vsq; ad hanc cognitionem ex principijs. Et scias quod si fuerit ventositas generata in ipsa virga,tunc erit illic iectigatio virgæ antecedens plurimũ:& si non fuerit ita, tunc causa in ipso est in eo quod est ante virgam ad quam iam peruenit ex arterijs & vasis spermatis.

I C.26.

De cura. *Cap.* 39.

CVratio tensionis vt chordæ assiduæ est administratio eorũ quæ dicemus de prohibẽtibus inflationẽ ex ebibitis & epithematibus. Canon vero curationis priapismi est euacuatio [k] cũ vomitu, [k] & phlebotomia absq; vẽtris [l] solõne oĩno,pptereа quod timetur quod [m] ventris solõ descẽdere

K Gal.14.meth. c.7.a
L Gal.14.meth.c. 1.c.d
M Pau.lib.3.c.57.

dere faciat materias desuper, & propter illud quod oportet vt sit exercitium membrorū superiorum ludendo cum altabtab, & similibus: [a] & dimittatur coitus, nisi propter necessitatem eius, ne eueniat nocumentum aliquod ex nocumētis dimissionis ipsius: deinde infrigidatio habitationis, & quiescere in stratibus rosaceis, & de salicibus, & cum epithematibus, & ceratarijs fortis infrigidationis predictis: & administretur lamina plumbi super pectinem: & ebibita infrigidantia, & nenufar, & camphora, & lactuca, est iuuatiua plurimum, & in eo quod est inter illa. Et post minorationem materiei ventositatis, oportet vt administretur quod subtiliet sine calefactione vehementi, sicut sunt embrocæ chamæmillinæ, & de agnocasto. Et administrentur tunc ea quæ sunt sicut ruta, & semen agnicasti, & similia, postquā separatur materia. Et bibat tunc vinum album tenue. [b] Et oportet vt dimittat coitum omnino, & cogitationem in eo, et considerationem ad illud quod mouet desiderium, nisi ille cui accidit priapismus propter dimissionem coitus omnino, secundum quòd diximus, tunc enim cura eius est coitus. Et nutriatur cum eis, quæ sunt sicut lentes, & quæ currunt cursu earum: & non multum vtatur acetosis, ipsa enim quandoque inflant. E

A Paul. lib. 3. c. 57.

B Gal. 6. lo. af. c. 6. fol. 42. g

De alhadiuth. Cap. 40.

ALhadiuth est [c] ille qui cum coit, eijcit stercus suum, cum spermatis fit descensio, & non regit anum suū: et super plures eorū dn̄atur desiderium valde: et multiplicatur in eis delectatio: et mollificantur valde propter resolutionem spirituū eorū, & plurimi ipsorū sunt mollium corporū. F

C Ras. 24. cōti. l. c. 1. 262. 1.

De regimine eius. Cap. 41.

OPortet vt administrentur vnguēta, et emplastra styptica, cōfortātia lacertos, sicut oleum nardinum proprie, & oleum de cupresso, & oleum de sauina. Vnguentum bonum. terantur karabe, & acacia, & lilium siccum, & alchāna, & fiat ex eis, & oleo de cydonijs, et alchāna vnguentum. & administretur assidue super lacertum ani: & fiant ex eis suppositoria retentiua, & proprie in tempore coitus, sicut si supponatur [d] collyrium ex ramech, & gallis, & balaustijs, & thure. [d] Et iterum supponatur collyrium ex oleis stypticis. At vero quod dicitur de bonitate ciborum eorum & regimine ciborum ipsorum, & subtiliatione eorum est res quæ non habet in hac intentione locum, nisi intelligatur de cibis stypticis quibus cibanť. Et similiter in clysteribus pinguibus infrigidantibus, quæ dicunt, nō est vtilitas apud me: imo oportet vt intendatur in eis quæ diximus: & vt intendatur ad frangendū acuitatem spermatis eorū, & confortandum corda, & cerebra ipsorum.

D Ras. 24. cōti. l. c. 2. 264. 3.

De alabone vel alabene. Cap. 42.

ALabene s̄m veritatem est ægritudo accidens ei qui cōsuescit vt super eum iaceant homines, & habet desiderium plurimum meditatiuum. Et est in ipso sperma plurimum, non motum, & cor eius est debile, & eius erectio debilis in radice: aut debilitatur nūc, & fuit iam assuetus coitu: quare affectat ipsum, et non potest super ipsum: aut potest super [e] ipsum potentia debili: quare desiderat vt videat coitū currentem inter duos: & propinquior est ille, qui est cum eo. tunc enim mouetur desiderium eius: ꝙ si emittat sperma quando cum eo aliquis coit, aut erigitur cum eo membrum, suum, tunc potest perficere desiderium suum. & est quædam secta eorum, quorum desiderium non excitatur, et non mouetur, nisi quando cū eis coitur: & tunc aduenit eis delectatio emissionis spermatis, siue cum operatione illius, siue nō. Et secta eorum est, ꝙ quando cum eis coitur, non emittunt sperma tunc, immo declinat ad hoc, vt coeant cum alijs: & sunt in veritate prostratę animæ, & malignæ naturę & male consuetudinis, [e] & complexionis muliebris. Et qn̄q; sunt membra eorū meliora q̄ membra virorū. Et scias ꝙ omnia quæ dicuntur præter ista, vana sunt. Et stulti homines sunt qui volunt eos curare. Nam ægritudo eorū est mentalis, non naturalis. Si vero confert cura eis, tunc est illud quod frangit desiderium eorū ex tristitia, et fame, & vigilijs, & carcere, & percussione. Et dixerūt quidā ꝙ causa alabene est, ꝙ neruus sensibilitatis qui venit ad virgam, ramificatur in illis in duos ramos, quorū subtilis radici virgæ continuatur, & grossus declinat ad caput virgæ: quare indiget ille qui tenuis est, fricatione vehementi, donec sentiat: quare fit erectio in homine, & tunc aduenit ei explementum libidinis: & hæc res est sicut illud quod remotum est. Et prima est super quam est innitendum, & auditum est ex quibusdam, quibus est scientiæ pars, & in arte maligna introitus, & verificata sunt verba omnium illorum super illud quod dixerunt. H

G E Aristote. 4. proble. 27.

De hermaphrodito. Cap. 43.

ILli qui est hermaphroditus nō est membrū viri, neq; membrū mulieris. Et de illis est qui habet vtrūq;: sed vnū eorū est occultius, & debilius & aliud est ecōtrario: & egredit̄ vrina ex vno eorū absq; alio. Et de illis est in quo ambo sunt ęqualia, et peruenit ad me, ꝙ de illis est qui agit et patit̄, sed parū verificat̄ hoc. [f] Et multoties curant̄ per incisionē mēbri occultioris, & regimē vulneris eius.

F Paul. lib. 6. c. 69.

De excusatione medici in illis quæ docet de delectatione, & magnificatione virgæ, & coangustatione receptricis, & calefactione eius. Cap. 44.

NOn est turpe medico cum loquitur de magnificatione virgæ, & coangustatione receptricis, & delectatione mulieris. Et illud ideo, qm̄ sunt ex causis quibus peruenitur ad generationem. Multoties enim [g] est paruitas virgæ causa vt non delectetur ea mulier, qm̄ diuersa est ab ea quæ assueta est, quare non emittit sperma: & quando non emittit sperma, non fit filius: & qn̄q; est illud causa vt fugiat à suo pari, & quærat alium. [g] Et similiter quando ipsa non est angusta, nō conuenit ei suus par: & ipsa iterum non conuenit pari, & indiget vnusquisq; eorum permutatione. Et similiter delectatio vocat ad emissionem spermatis festinam. Mulieres enim s̄m plurimū tardant in

G G. de histo. philosophica. fol. 10. h

A in emittendo sperma, et remanent non complentes desiderium suum: quare non fit generatio. Et illæ quæ ex ipsis sunt, quæ non custodiuntur, & fidem non habent, vel nō curant de præceptis suę fidei, mittunt in illa dispositione super seipsas quem inueniunt: & propter hanc causam redeunt adfricationem cum mulieribus vt perficiant inter eas complementum voluptatis.

De delectando viros & mulieres. Cap. 45.

DE illis quæ delectant eos vtrosq; simul, est saliua eius qui sumpsit in ore suo altit,[a] & saliua cubebe, & mel emblicorum, & mel cum quo conficitur scāmonea,[b] & zinzib.[b] & piper cum melle. Et si vtatur linimento proprie super medietatem postremam virgæ, quoniam non est magnum iuuamentum in vsu illius linimenti in capite virgæ solum.

A Lib.2.t.2.c.137. & Raf.24. cōti.t.3. c.2.276.2.
B Raf.ibi.

De magnificantibus virgam. Cap. 46.

MAgnificat ipsam fricatio cum adipibus, & oleis calidis post pannum asperum, & effusionem lactis super ipsam, & proprie [c] lactis ouini: deinde adhærentia [d] picis super ipsam vt attrahat sangui. et retineat viscositate sua, et coagulet sua pinguedine: & fiat assiduatio in istis in duabus extremitatibus diei: & scietur quidem qualiter fiat picis adhærētia in sermone nostro, qui est in[e] fen in qua est decoratio, cum scietur impinguatio membrorum. Et de illis quę faciunt illud, sunt sanguisugæ, cum exiccantur, & linitur cum eis,[e] & lumbrici terrestres, & allebleb, & est species volubilis quæ habet lac, & aqua albedarungi. sumantur sanguisugæ, & ponantur in concauitate nucis indicæ in qua est aqua vel lac earum, & dimittantur hebdomada vna, & quod est supra, donec exiccentur. & deinde terantur, & liniatur cum eis.

C Raf.279.4.
D Raf.t.5.c.48.
E 7. lib.4.t.4.c.4. & lib.1. F.2.d.2.sū. 1.c.14.& F.3.do.4. c.4. & lib.2.t.2.c. 546.& lib.3.F.13.t. 1.c.30.
B

De constringentibus vuluam. Cap. 47.

SVmantur [f] xyloaloe, & cyperi, & enula, & gariophylli, et ramich, et parum muschi, & terantur omnia, & inuoluantur in lana infusa in mesusen, & supponantur.[g] Et iterum gallę immaturę, superiora squinanthi, cribellentur cribro subtili, & supponātur cum pāno infuso in vino vice vna post aliam. Facit enim illud redire virginitatem constringendo.[h] Et iterum corticis pini contritorum partes quatuor, aluminis partes duæ, cyperi pars .i. decoquantur cum vino odorifero, & madefiat in ipso pannus lini, & supponantur: & oportet vt conseruetur in vase, obstructo capite, & administretur de eo vna vice post aliam: est enim bonum valde.

F Raf.24.cōti.t.3. c.2.276.2.
G Raf.276.3.4.
H Raf.279.4.

De calefacientibus receptricem. Cap. 48.

FErueant [i] muschus, & galia, & crocus in vino odorifero, in quo infundatur pannus lini, & imbibatur, & administretur: est enim redolere faciens, & cordumeni, & cinnamomum, & cubebe, & gariophylli sunt mirabiles in hoc.

I Raf.24.cōti.t.3. c.2.179.4.

TRACTATVS II. *de dispositionibus horum membrorum. s. de illis quæ continuantur cum coitu.*

De apostematibus testiculorm calidis, & quæ de eis approximantur ano. Cap. 1.

K Paul.lib.3.c.54. C



APostema qñq; fit in ipso testiculo,[k] & qñq; fit in oseo, & illius quod fit in oseo, tactus possibilis est, & cognoscitur dispositio duritiei eius, & lenitatis eius, & color ipsius.[k] Et in illo quod fit in testiculo, est illud difficile, & sentitur illud ipso existente inter oseum. Et quandoq; est cum eo fe. Est enim membrum nobile continuatū cum corde. Et multoties quidem cadit oseū: deinde redit, & remanent ambo testiculi suspensi: deinde nascitur oseum, & incarnatur, & creatur ibi cystis dura, nō sicut erat prius. Et multoties corroditur testiculus: quare indiget vt castratio fiat necessario, vt nō perambulet corrosio.[l] Et multoties deletur apostema testiculi per tussim accidentē: quare pmutatur materia ad partē pectoris.

L Raf. 24. ɔti.t.1. c.1.261.1.& Ga.cō. 2.i.6.Hip.de mor. vulg.14.h

De cura. Cap. 2.

OPortet vt fiat phlebotomia, & soluatur natura, & proprie cum eis quæ administrātur desubtus. Nam cū administrantur suppositoria, conferunt magnifice, et attrahitur materia ad anū.[m] Et qñq; necessarium est vt post phlebotomiam venæ manus, secūdo fiat phlebotomia de saphena: & oportet vt attendatur latus doloris, & fiat phlebotomia ex latere eius. Et si fuerit in vtrisque testiculis simul, accipiatur quod necesse est accipere de sang. ex vtrisq; manibus simul: & oportet vt alleuiatur cibus, & dimittat carnem, & quæ sunt ei similia, & regatur regimine subtili: & administretur in primis super membrum pannus imbibitus in aceto, & aqua rof. & mucilaginibus, & succis frigidis infrigidatis. Et cum incipit augmentari, administrentur huiusmodi epithemata, & emplastra. Sumatur aqua solatri, & aqua cucur. & aqua cannæ humidæ proprie, & aqua endiuiæ, & farina hordei, & fabarum, & aliquantulum croci, & oleum rof. Et iterum folia alkekengi, & farina hordei, & lentium. Et iterum folia cannæ, & farina fabarum, & oleum rof. Et de eis quæ nos experti sumus iterum, est vt sumantur folia alkekengi, & farina hordei, & farina lentium, & farina fabarum, et violarum tritarum partes æquales, permisceantur, & emplastretur cum eis. Et si fuerit caliditas, & dolor superflui, est necessariū vt misceantur cū repercussiuis sicut sunt folia hyusquiami al. & si fuerit in eo durities aliqua, aut pertransierit terminum principij manifeste, tunc oportebit vt regatur cum eis in quibus est maturatio, & propinquius maturātium ex gradu principij est farina fabarum, & chamæmilla, & althæa, & mucilago se. lini, & rob, & iterum farina hordei cum aqua, & melle. Et iterum folia caulis, cum farina hordei, & vitellis ouorū, & oleo rof. Cum autem indiget resolutione, & stat augmentum, tunc de expertis bonis sunt [n] passulæ enucleatæ [o] & cyminum, quæ terantur, & fiat ex eis emplastrum cum vino: Aut folia caulis, & fœnugræcum decocta:[p] Aut farina fabarū, & passæ pingues enucleatæ, & cyminum, decoquatur totum in vino cōmisto,

M Aeti.lib.4. ser. 2.c.21.
D
N Dios.lib.5.c.2.
O Dios.lib.3.c.57. & 58.
P P.lib.3.c.54. & Dios.lib.2.c.97.

&

& liniatur: Aut farina hordei cum stercore vaccino infusa in aceto cum modico bdellij, & aliquan E
tulo aquæ solatri.[a] Aut cinis ossium dactylorum, & althæa æqualiter, cōficiantur cum aceto. Et cinis caulis cum albumine oui, aut vitello eius.[b] Aut radix cucumeris agrestis cū syrupo mellis cum farina radicis lilij trita sicut vnguentum. Aut passularum mundatarum.v.granorū viridium elixatorum.i.&.5.cymi.i.caul.vij.glutinis pini.iij.conficiantur cum melle. Et iterū ad apostemata cum vlceribus: scoria argenti decoquatur cum oleo donec fiat ei spissitudo: deinde ponātur super eam cera, & gūma pini, & reponatur. Et iterū alkalimbat, & ammoniacum æqualiter, olei de lilio, butyri vaccini quantum sufficit. Et iterum radix ozimi cum sauic. Et iterum fœnugræcum & semen lini cum aqua & melle. Et iterum fæx vini antiqui cum sauich. Et iterum ea quę diximus in caplo apostematū frigidorū. Et iterum medicamen forte ad apostema quod indiget maturatione: & ad frigidum, & ventositatem in testiculo.[c] Sumatur ciceris nigri, & staphisagriæ, amborū ana pars.i. scorpionis adusti pars.i.emplastretur cum eo.[d] Et parum infusionis olei sambacini in virga est iuuatiuum ad illud, & ad frigidum proprie.[c] Et suspensio rubeæ tincturæ super ipsum. Et qn̄ apostema est dubellati, tunc de illo quod bonum est, est vt fiat apertio apud oseum: & non conceditur vt aperiat illud, quod sequitur anū, quia qn̄q; fit fistula mala, imo oportet vt assiduetur positio farinæ rizi confectæ cū aqua, super ipsum, vt prohibeat apertionē eius: & in fine eius[e] injciatur in virga muschus cū oleo sambacino, & est vltimū: aut oleū sambacinū aliquoties. est enim cura sufficiens. F

A C.4.&.c.26.& Raf.265.1.
B Paul. lib.3.c.54
C Raf.265.1.
D C.3. & Raf.24. cōti.t.1.c.2.265.1.
E C.3.& Raf.265.1.

De cura apostematis frigidi in testiculis. Cap. 3.

MVltoties accidunt in eis ista apostemata in dispositione cachexiæ, & hydropisis, quorum curationes sunt maturatiua prædicta in apostemate calido: de quibus sunt farina fabarum, & farina fœnugræ. cum triplicato. Et iterum caulium. M.i. ficus.v.numero: decoquantur in aqua donec dissoluantur, & fiat cum eis emplastrum. Et fortius illo est vt sumantur farina ciceris, & farina fabarum, & cyminum, & adeps renum, et chamæmilla, & melilotum, & cera: & fiat ex eis vnguentum. Et iterum bdellium dissoluatur in rob, & administretur,[f] & distilletur sambacinū in virgam aliquoties, quoniam est mirabilis.[g] Et iterum sumantur mastix, &[h] †{anzarut,} & infundātur in vino, et in oleo sambacino, et liniantur super ouum. Et oleū de kerua efficax est in apostematibus testiculorum,[i] aut distilletur in virga muschus cum oleo samba. quoniam est vltimum.

F C.2.& Raf.265.1.
G Raf. 24. pti.t.1. c.2.265.2.
H † Sarcocolla
I C.2.& Raf. 265.2.

De cura apostematis duri in testiculis. Cap. 4.

SVmatur[k] ficuum, et adipis anatis amborum ana pars.i. foliorum oliuæ, et foliorum cupressi, et ammoniaci omnium ana pars.5. aggregetur cum vino, et butyro vaccino. Et iterum colcotar, et hyssopi humidæ, et cerę, et olei ros. et medullę cruris cerui, et foliorū rubi omnium partes ęquales, fiat ex eis linimentum. Et iterum sumantur bdellium, et ammoniacum, et dissoluātur in triplicato, et aggregentur cum pauca farina fabarum, et oleo. Et iterum curatio bona experta ad illud: G sumatur turfur, et indesinenter teratur, et cribelletur in cribro tenui, donec cribellatum sit, et resoluatur ammoniacum cum oxymelle, et cōficiatur cum eo, & inuiscetur loco, dum temperatum tenet calorem, & reiteretur super ipsum assidue. est enim conferens omni duritiei. Et iterū aliud cōferens duritiei. Sumantur[k] chamæmilla, & fœnugræ. & assa, & fabæ, & butyrum, & congelatum vuæ, & ficus biscoctę, & fiat cum eis emplastrum.[l] Et iterū cineris ossium dactylorum adustorum partes.ij. seminis althææ pars.i. terantur, & permisceantur cum aceto, et fiat cum eis emplastrum.

K Raf.24. pti.t.1. c.2.265.1.
L C.2.& c.26.& Raf.265.1.

De hachuna & arsatun..i. satyriasi. Cap. 5.

HAec[m] ęgritudo est rara, & est in mulieribus plus: rara, & est saltus vel iectigatio seu percussio in virga, in viris, & in matrice in muliere, & tensio accidens in vasis spermatis, propter apostema calidum in[m] eis à qua si non sanatur, perducit ad dislocationē vasorum spermatis, & mollificationem eorū, & tetanū, et spasmū, et mortem,[m] et tunc inflatur venter ægri cum sudore frigido.

M Paul. lib.3.c.56

De cura. Cap. 6.

QVando hæc ægritudo apparet,[n] oportet vt fiat phlebotomia, et ventosatio, et mittantur sanguisucæ: deinde fiat ventris solutio, non semel subito, quare descendat aliquid ad mēbra infirma: sed paulatim cum facilitate, et illud fiat cū eis, quæ sunt sicut aqua volubilis cum casia fistula, et aqua siclæ, et aqua solatri cum casia fist. et cum iure limaciarū, et cum iuribus olerū H frigidorum lenientium naturam: et sunt sicut illud quod fit de spinachijs, et de atriplicibus, et quæ sunt illis similia. Et fiat clysterizatio ex aqua de sebesten, et prunorū, et althææ, et siclæ: et siracost, et atriplicibus, et quæ sunt illis similia. Et perueniatur ad vltimū in epithematibus frigidis, valde infrigidantibus super mēbra coitus, et super dorsum, sicut illud quod fit de sucharan, et chimolea, et omnibus quæ sciuisti in priapismo calido, in apostematibus testiculorum calidis.[n] Et radix quidem nenufaris,[n] et radix lilij sunt conuenientes ad hanc ægritudinem.

N Paul.lib.3.c.56.

De doloribus testiculorum & virgæ. Cap. 7.

FIt ex malitia complexionis diuersæ frigidæ, et calidæ: et ex ventositate, et ex apostemate, et ex percussione, et ex casu.

De signis. Cap. 8.

CVm est ex malitia complexionis, non est illic tensio vehemens: et cognitio complexionis est cum sensu: et est calidus inflāmatus, et frigidus stupefactus, et non est plurimus. Et cum ventoso est tensio, et permutatio sine grauedine, et cum illis reliquis sunt causæ eorum, et signa ipsorum.

De cura

A *De cura.* Cap. 9.

MAnifestę sunt ex eis quę dicta sunt in calefactione testiculorum & infrigidatione eorum, & curatione apostematum eorum, & resolutione ventositatis ipsorum. Et quando frigus est vehemens, tunc cura eius est oleum de kerua in quo dissolutum sit euphorbium. Et si vehemens sit inflãmatio, & adustio, tunc cura eius est cum succis infrigidãtibus, in quibus positum sit aliquid [a]†{sucharam,}& opij. In facto autem à percussione, aut casu, oportet vt fiat phlebotomia, & succurratur membro cum infrigantibus repercussiuis, absq; stypticitate vehementi: quare dolorẽ faciant, imo sit cũ eis virtus lenitiua, sicut sunt violæ, & nenufar, & cucurbita, & similia: deinde post illud administrẽtur mucilago althææ, & chamæmilla, & similia. Et iterũ gũmi pini, & myrrha cum aqua frigida, & semen lini confectum cum aqua frigida, & butyrum, & glutem alimbat ęqualiter.

A † cicutæ

De magnitudine testiculorum. Cap. 10.

ACcidit testiculis vt magnificentur non secundum semitam apostemationis, sed secũdum semitam impinguationis, & teneritudinis, sicut accidit mamillis.

De cura. Cap. 11.

CVratur cum medicinis infrigidantibus, quibus curantur mamillæ virginum dispositarum ad coitũ ne cadant, sicut est epithema cum [b]†{sucharan,}& hyusquiamo, & omne quod debilitat virtutem nutritiuam, & fricatura plumbi confricati adinuicem cum aqua coriandri humidi, & confricatio cotis, & lapidis molendini. Et de illis quæ conferunt ad illud, & separant ipsam, est [c]vt assiduetur iniectio sambacini in virgam.

B † cicuta

B

C Ras.24.9ti.t.2.c.2.273.2.

De eleuatione testiculi & minoratione eius. Cap. 12.

QVandoque accidit testiculo, vt corrugetur, & minoretur propter dominium complexionis frigidæ, & debilitatem.[d] Et quandoque occultatur, & eleuatur ad mirach ventris, ita vt difficultas fiat vrinæ: & dolor fiat cum mingitur, & accidit distillatio eius.

D Ras.24.9ti.t.1.c.1.262.1.

De cura. Cap. 13.

CVretur cum vnctionibus, & emplastris calefacientibus confortantibus, & attractiuis quę diximus in [e] capitulo erectionis. Et quando occultatur, & fugit, tunc cura [f] est assiduatio balneationum, & tinarũ continuarũ.[f] Et qñq; est necessarium, ẽm q scripserunt antiqui, vt intromittant embubã vel cannulã in virgam, et sufflетur donec corpus eius fiat sicut vter, et descẽdat testiculus.

E 39.t.1.
F Ras.14.9ti.t.1.c.1.265.2.

De varicibus osei, & duritiei eius. Cap. 14.

QVandoq; apparent super oseum, & quæ sequũtur ipsum, varices inuolutæ plurimæ, in quibus qñq; coarctatur ventositas, et frequens fit titillatio super eas: & multoties generatur sup eas apostema durũ, quod est de genere apatum frigidorũ. Et plurimũ quidẽ accidit in latere sinistro propter debilitatem ipsius: & qm̃ habet venã additam ad quã effunduntur materiæ.

C

De cura. Cap. 15.

CVra eius est cura apostematum durorum eius.

De mollificatione osei.i. Scroti seu racosis. Cap. 16.

QVandoq; [g] prolongatur oseum, & mollificatur prolongando, & fit in eo res fœda.

G Pau.lib.6.c.67.

De cura. Cap. 17.

OPortet vt eius embrocatio assiduetur cum infrigidantibus, stypticitatem facientibus, & emplastretur cum eis, & minoretur coitus. [h] Et de medicis sunt quidam, qui incidunt partem osei, vt superfluitatem ipsius, & suunt residuunt, & æquetur eius quantitas. Sed melius est, vt suatur in primis, deinde abscindatur superfluum.

H Pau.lib.6.c.67.

De ramice & ruptura. Cap. 18.

EGo postposui ramici, & rupturæ capitulum, quod inuenietur in fine tractatuum qui sunt huius [i] libri tertij.

I F.22.t.1.c.1.

De corrugatione testiculorum. Cap. 19.

FIt illud causa frigoris vehementis, aut casus virtutis accidentis in signis malis habentibus ęgritudines acutas, & [k] ego dicam ea illic.

K Lib.4.Fẽ.2.t.1.c.46.

D *De vlceribus testiculorum, & virgæ in locis ani.* Cap. 20.

CVm [l] vlcera accidunt in istis locis, sunt mala ambulatiua: quoniam membra ista sunt ẽm formam ad quorum partes festinat putrefactio: qm̃ sunt protecta ab aere, & decliuia ad caliditatem & humiditatem, & approximant meatibus superfluitatum, & assimilantur quodãmodo vlceribus viscerum, & oris. Et eorum deteriora sunt illa, quæ fiunt in lacerto qui est in radice virgæ, & in ano: & illud ideo, qm̃ indigent exiccatione forti, & sensus eorum cum hoc est vehemens. Et fortasse necessarium est abscindere virgam ipsam, cũ super ipsam putrefiunt vlcera, & perambulant.

L Ras.24.cõti.t.1.c.1.261.4.

De cura, Cap. 21.

VLcera [m] quæ sunt super caput virgæ, indigent eis quæ sunt vehemẽtioris exiccationis, q̃ sint ea quibus indigent facta super præputium, & cutem etiam, qm̃ caput vigæ est vehemẽtioris siccitatis in cõplõne sua. Et ista vlcera, aut sunt recentia, aut sunt antiqua. Et de eis sunt q̃ sunt maligna.[n] Et recentibus quidẽ non est res melior q̃ aloe, & assimilatur ei [o]merdasengi, & [o]climia abluta cum vino, [o]& tucia. Et approximant illi margaritæ,[m]& cucurbita adusta est mirabilis in hoc. Et cinis anethi, & tucia puluerizata & epithemata cum aqua frigida. Si autem sunt humidiora illis, etiam faciunt pus, indigent eis quæ sunt fortiora, sicut æs vstum, [p] & cortices arboris pini habentis

M Gal.5.metheo.c.15.d
N G.5.meth.c.15.5,& Paul.li.3.c.59.
O G.5.met.c.15.e
P Paul.lib.3.c.59.

grana

grana parua adusti. [a] Et si indigent generatiuis carnis, misceatur cum eis thus. Medicamen expertum ad ea quæ indigent exiccatione vehementi cum incarnatione. Recip. tuciæ, & aloes, & sarcocollæ, & turis, & sadanegi, & corticis algarab adusti, & aluminis iameni, & atramenti adusti, & gallarum, & balaustiarum, & acaciæ omnium ana partes æquales, & floris æris partem. i. & .5. & capitum granatorum etiam acetosorũ partem. i. fiat ex eis vnguentum cum oleo rof. Descriptio alia. Scoria ferri merdasengi sang. draco. chartæ combustæ, alumen combustum sumãtur & cum oleo rof. fiat ex eis emplastrum, aut vnguentum, aut troc. Et si fuerint antiqua, ponantur in eis thus, & minutum eius, & aloe fm partes æquales. Quod si illic fuerit corrosio, tunc ex eis quæ cõferunt illi est, vt sumantur cinis capillorum hominis, & aniuden, & lentes montanæ, & fiant ex eis puluis, & emplastrum. Et iterum fortius illo, sumantur de vnoquoq; duorum arsenicorum. vij. partes, & calcis non extinctæ lapideæ. xx. & acaciæ. xij. partes, conficiantur cum aceto, & succo alesfius humidi, & fiant trochisci in vmbra, & administrentur. Et fortius illo est illud quod Recip. vtrũq; arsenicum, & acaciam, & viride æris, & staphisagriam & cinerẽ anethi, & piper, de quibus fiant trochisci. Si autem maligna fiant, & denigrentur, tunc melius est vt penitus abscindatur locus niger, & curetur cum vnguento generatiuo, donec generetur. E

A Paul. lib. 3. c. 59.

De vlceribus interioribus virgæ. Cap. 22.

CVratio illius est curatio vlcerum [b] vesicæ: & quandoq; necessaria sunt ea, quæ sunt sicut medicamen [c] de chartis cõbustis, & [d] †{alumine} adusto, & climia abluta post combustionẽ. Et de corticibus arboris pini minoris sadanegi ture, de quibus fiant troc. & administrenẽ iniectorio. F

B F. 19. t. 1. c. 16.
C Gal. 5. methco. c. 15 d
D † anetho

De pruritu in virga. Cap. 23.

FIt ex materia acuta effusa ad ipsam, & sudore acuto resudante ex partibus eius: quare facit pruritum.

De cura. Cap. 24.

EXpellatur humor cum phlebotomia, & solutione ventris. [e] Deinde sumatur acaciæ, & memithe amborum ana drach. i. salis ammoniaci, aloes ana sexta drach. i. croci, xij. drach. i. & quantum sunt omnia vsnen, terantur omnia, & cribellentur, & conficiantur cum oleo sambacino: est enim mirabile. Et quandoq; sedatur si liniatur desuper in balneo [f] acetum & oleum rof. Et sint in ipso nitrum, & alumẽ. Et si est peior ponatur in ipso aliquid de staphysagria. Et cum egreditur ex balneo, liniatur ex albumine oui cum melle: & si non confert aliquid, [g] & iam facta fuerit phlebotomia, & euacuatio, tunc fiat ventosatio ab interiore parte coxæ, & in proximo illius loci: aut mittantur super ipsam sanguisucæ.

E Ras. 24. ɔti. t. 1. c. 1. 264. 4.
F Paul. lib. 3. c. 54.
G Ras. 264. 1. 4.

De apostematibus virgæ calidis. Cap. 25.

CVrationes eorum sunt proximæ curationibus apostematum testiculorũ calidorum: sed sunt magis tolerantia styptica in principio rei: & de descriptionibus eorum sibi proprijs est hæc, [h] cortices granatorum, & rosæ siccæ, & lentes decoquantur in aqua: & cum in decoctione dissoluuntur terantur cum oleo rof. & administrẽtur. Et iterum chimolea cum aqua solatri, & similiter bolum armenum, & lentes, & folia alkekengi. G

H Ras. 24. ɔti. t. 1. c. 1. 204. 3.

De apostematibus virgæ frigidis. Cap. 26.

SErmo de eis est proximus sermoni de apostematibus testiculorum, & multiplicantur in dispositione cachexiæ, & hydropisis. Et de illis quæ experta sunt ad ea, est illud quod, Recip. farinæ ossium dactylorum partes duas, althææ partem. i. & conterantur cum aceto, & emplastretur cum eo. Et medicamen assumptum ex furfure, & ammoniaco prædictum in [k] capitulo apostematis duri in testiculis, est medicamen magis conueniens locis illis, & in virga qñ apatur apostemate duro.

I C. 2. & c. 4.
K 4.

De cura rhagadiarum virgæ. Cap. 27.

CVrentur cura rhagadiarum ani. Et de illis quorum iuuamentum propinquum est, est vt sumantur chimolea, & tucia, & alchanna contrita, & dragaganthum, & fiat ex eis & ex cera & vitellis ouorum, & oleo rosato vnguentum.

De dolore virgæ. Cap. 28.

ACcidit dolor virgæ ex causis diuersis. Et multotíes accidit à retentione vrinæ, quem clysteria lenia sanant, et vt sit contentus aqua hordei cum iuleb. Et nõ approximet feminibus, vt nõ descendant superfluitates. Deinde post clystere fiat vaporatio in circuitu pectinis, et virgæ, tantæ quantitatis vt leniatur cutis, et fundatur desuper aqua tepida, et liniatur cum viol. H

De verrucis super virgam. Cap. 29.

INcidantur [l] et ponaẽ desup medicamen retinẽs sanguinẽ, et curenẽ crura reliquarũ verrucarũ.

L Aeti. li. 4. ser. 2. c. 4.

De cura bothor, & similium moro, & carnis ortæ, & additæ super istas partes. Cap. 30.

SVmatur [m] baurach adustum, et cinis ligni vitis, terantur cum aqua bene, et ponãtur super morum, et quæ ei similantur. [n] Et quando non valent, incidatur, et puluerizentur desuper viride æris, et atrimentum, et si fuerit deterius illo, non erit excusatio quin cauterizetur.

M Paul. li. 3. c. 54.
N Aeti. li. 4. ser. 2. c. 4.

De incuruatione virgæ. Cap. 31.

LEnificatur virga cum lenitiuis ex oleis sicut sisamino, et oleo narcisino, et adipibus subtilibus notis, sicut adeps gallinæ, et anatis, et medullæ crurium vaccarum, et ceruorum, et cera, et resina in balneo, et sine balneo, et clystere fiat ex hoc genere cum iniectionibus et fiant collyria, et ponatur desuper aliquid, et fiat donec æquetur.

Fen

A Fen.xxi.de membris generationis in mulieribus tres continens tractatus.

TRACTATVS I. *de radicibus & principijs, & conceptione, & partu.*

[a] *De anatomia matricis.* Cap. I.



Dico quod instrumentum generationis mulieris est [b] matrix: & est in radice creationis [c] similis instrumẽto generationis quod est in viris, & est virga, & quę cum ea sunt. Sed vnum eorum est egrediens procedens ad exteriora: & alterũ est diminutum, & retentũ in interioribus, & est quasi cõuersum instrumentũ virorũ. Est enim quasi oseum siphac matricis: & quasi virga collũ matricis, & duo oua mulieribus sicut viris.[d] Verũ ipsa in viris sunt magna, apparentia exterius, elongata, ad rotunditatem tendẽtia, & in mulieribus sunt parua, rotunda, tendentia ad vehementiam compressionis latitudinalis, intrinseca in spatio continente matricem posita in duobus lateribus eius in omni latere concauitatis eius, seu partis eius oppositæ gibbositati extitit vnum, distincta, quorũ vnicuiq; appropriatur panniculus quæ ambo cystis vna non aggregat, & panniculus cuiusq; amborũ est neruosus.[e] Et sicut viri habent vasa spermatis inter ouum, & eua-
B cuatorium radicis virgæ: similiter mulieres habent vasa spermatis inter duos testiculos, & inter id quod expellit ad interiora matricis: verum illa quæ sunt virorũ, incipiunt ab ouo, & eleuantur ad superiora, & cadunt in foramina, ex quibus descendit coopertorium oui custodita & protecta: deinde flectuntur descendendo tortuosa transuersa habentia inuolutiones in quibus completur digestio spermatis, donec redeat, et perueniat ad meatum qui est in radice virgę à duobus lateribus. [f] Et in pximo eius illud quod peruenit ad ipsum etiã est extremitas colli vesicæ, & est longũ in viris, et breue in mulieribus.[f] In mulieribus vero extendũtur ex duobus ouis ad ambo ilia sicut duo cornua arcuata incendentia vel ascendentia versus poros vritides, quorum duo extrema cõtinuãtur cum duobus inguinibus, et tenduntur vt corda apud coitum vt coęquent vel disponant collũ matricis ad recipiendum ita, quod trahant ipsum ad duo latera, quare dilatatur, & aperitur, & deglutit sperma. Et ipsa ambo sunt breuiora quam longitudo sibi similis in viro. Et diuersificantur in hoc q vasa spermatis in mulieribus continuantur cum duobus ouis, et penetrat in duobus additamentis, quæ sunt vt duo cornua quoddã oriens ex vnoquoq; ouo, quod expellit sperma ad vas: & nominantur duo expulsoria spermatis, & non [g] cõtinuantur vasa spermatis in mulieribus cum duobus ouis nisi qm̃ membra spermatis in mulieribus propinqua sunt in lenitate duobus ouis: & nõ fuit necessariũ indurare ea, & indurare panniculos amborũ, qm̃ ipsa sunt in cauea: & non indi-
C gent proiectione longinqua. In viris vero non fuit bona continuatio eorum cum duobus ouis, & non permiscentur eis ambobus. Nam si fieret illud, noceret eis ambobus, cũ tenderentur vt chorda propter duritiem amborũ: immo positũ est inter ambo medium quod nominatur [h] †{endros}. Et peruenit ad expulsorium apud medicos ad interiora eius. Et matrix quidem est membrum ad [i] rotunditatem tendens, neruosum, quod extenditur et dilatatur sicut corrigia: & super ipsam sunt additamenta plurima in modũ annulorũ. Et sperma mulieris peruenit ad expulsorium, quod est apud medicos expellens spma ad interioriora matricis, et apud phylosophos mulier expellit semẽ suum extra testiculos apud foramen vrinæ, & ex ipso impellitur ad interiora matricis.[k] Et matrix quidem creata est habens venas plurimas, ramificatas ex venis, quas [l] diximus, vt sit illic sustentatio embryonis: & fit superfluitatibus menstruis præcipitatio.[m] Et ligatur matrix cũ dorso ligamentis fortibus pluribus, & ad partem vmbilici, & vesicæ, & ossi lato, & eis quæ sunt supra ipsum, sed sunt laxa. Et de ligamentis eius sunt quædam, quibus continuatur ex neruis, & venis prædictis in [n] anatomia neruorũ, & venarum. [o] Et facta est ex substãtia neruosa, vt extendatur plurimũ apud comprehensionem, & vt cõgregetur ad quantitatem paruam apud partũ. Et non completur eius concauitas nisi cum complemento augmenti, sicut mamillarũ quantitas non completur nisi cum complemento, qm̃ ante illud est vana, & non est necessaria: [p] & propter illud matrix in puellis est
D minor plurimũ ea quæ est in mulieribus quæ genuerunt filios.[q] Et habet in hominibus duas concauitates, & in alijs concauitates ſm numerum papillarum mamillarũ.[r] Et locus eius est post vesicam. & superfluit super eam desuper, sicut superfluit vesica super eam cum collo ipsius desubtus. Et in anterioribus sunt intestina, vt sit ei à duobus lateribus [s] sustentaculum, & stratus lenis, & sit in tutela.[t] Et non est intentio prima in hoc veniens ad matricem ipsam, imo ad embryonem. [v] Et ipsa quidem occupat quod est inter propinquitatem vmbilici vsq; ad postremum meatum vulvę, & est eius collum. Et longitudo eius æqualis in mulieribus est inter sex digitos vsq; ad .xi. digitos, & quod est inter illud.[x] Et qñq; abbreuiatur, & prolungatur per vsum coitus, & dimissionẽ eius. Et qñq; assimilatur quantitas eius figuræ quantitatis eius, qui consuetus est eius concubitu, et appropinquat illi longitudo matricis ipsius: & qñq; tangit intestina superiora. [y] Et creata est matrix cum duabus tunicis, quarũ intrinseca propinquior est ad hoc vt sit venosa, & asperitas eius similiter.[z] Et orificia harum venarũ quæ penetrant vel perforant in matrice, nominantur foramina matricis.[a] Et cum eis continuantur pãniculi embryonis, & ex eis currit sang. menstruus, & ex eis nutritur embryo. Et exterior harũ duarũ propinquior est ad hoc, [b] vt sit neruosa: & vnaquæq; illarũ tunicarum constringitur, & dilatatur cum præparatione suarum naturarum. [b] Et tunica quidem extrinseca

A Lib.15.aial. c.1.
B Gal.lib.14.de v.p.c.1.c
C G.li.14.de v.p.c.6.f, & lib.2.de semine.c.5.c.d
D G.lib.de dissec.vuluæ.c.9.c
E Ga.lib.14.de v.p.c.10.h
F Ga.ibi.c.10.h.a
G G.ibi.c.14.g.h
H † epididimides
I Ga.li.de dissect.vuluæ.c.3.d
K G.li.de dissect.c.5.g
L Lib.1.F.1.do.5.sum.5.c.5.
M G.ibi.c.4.e.f
N Lib.1.Fẽ.1.d.5.sũ.3.c.6.& sũ.5.c.5.
O G.lib.3.de vict.rõne.39.h, & lib.de dissec.vul.c.2.& li.14.de v.p.c.3.f
P G.lib.de dissec.vul.c.2.c.d
Q G.li.14.de v.p.c.2.a
R G.li.14.de v.p.c.14.f, & li.de dissec.vul.c.1.b.c
S Halv.3.the.c.33.
T G.li.3.de facul.natur.c.3.g, &.14.de v.p.c.3.e
V G.li.de dissect.vul.c.2.d
X F.20.t.1.c.2.
Y G.li.de dissect.vul.c.6.h, & q vna tm̃ lib.14.de v.p.c.14.e
Z G.lib.de dissec.ven.c.9.e
A G.lib.de dissec.ven.& art.c.9.e, & lib.15.de v.p.c.4.h & li.de dissect.vul.c.9.c
B G.lib.de dissec.c.6.h

extrinseca pura est vna, & intrinseca est sicut diuisa in duas diuisiones, quasi duo vicinãtia non sicut consolidata ita q; si excoriaretur tunica exterior ab vna earum duarũ, excoriaretur quasi à duabus matricibus, quibus esset collũ vnum non sicut à matrice vna. [a] Et inueniuntur species villorũ omnes in tunica intrinseca. [b] Et matrix prçterea ingrossatur, et inspissatur quasi ipsa impinguetur: & illud est in hora menstruorũ. Deinde cum purgatur, extenuatur, & exiccatur. Et ipsa iterum attenuatur cum magnitudine embryonis. Et eius dilatatio est ƒm dilatationẽ corporis embryonis. [c] Et cum coitur cum muliere, expellitur matrix ad os matricis, quasi procedens desiderando attrahere sperma per sui naturam. [d] Et cum dicitur matrix neruosa, non intelligitur per illud quod eius creatio sit ex neruis cerebri, immo quod creatio sit ex substantia simili neruis, alba, priuata san. lenis, extensiua. Et non adueniunt ei ex cerebro nisi nerui pauci, quibus sentit: & si esset vehementius neruosa, vehementius cõmunicaret cerebro. [e] Et collum quidem matricis lacertosç carnis, est quasi ipsum sit cartilaginosum: & quasi sit ruga super rugam cui addit pinguedo duritiem, & cartilaginositatem: & impregnatio iterum in hora impregnationis. Et in eo est meatus oppositus ori matricis extrinseco, ex quo deglutit sperma, & expellit menstrua, & parit fœtum. [f] Et fit in dispositione conceptionis in summo constrictionis, quã fortasse non ingreditur extremitas acus. Deinde dilatatur præcepto Dei excelsi, & egreditur ex ea fœtus. Meatui autem vrinæ in ea, est locus alius: & est propinquior ori matricis ex eo quod sequitur supremũ eius. Et de mulieribus est cuius matricis [g] collum redit ad sinistrum: & de eis est, cuius est ad dextrum. [h] Et ante violationem puellæ virginis sunt in collo matricis panniculi contexti ex venis, & ligamentis subtilibus valde, ortis ex omni parte eius, quos destruit violator, et currit quod in eis est de sanguine.

De generatione embryonis. *Cap. 2.*

CVm matrix colligitur super sperma, tunc prima dispositionum quæ aduenit illic est [i] spumositas spermatis, & est ex operatione virtutis formatiuæ. Et veritas quidẽ dispositionis ipsius spumositatis est ex hoc q; virtus informatiua mouet illud quod est in spermate ex spiritu animali naturali & vitali ad mineram vniuscuiusq; eorum vt figatur in ipsa, & creetur illud membrum ex eo ƒm modum quem exposuimus & declarauimus in [k] libris principiorũ: & propter illud reperitur exufflatio tota impelli ad medium humiditatis, vt præparetur [l] locus cordis: deinde fiunt à latere eius dextro, & à latere eius supremo duæ vesicæ, quasi ramificatæ ab eo tangentes ipsum vsque ad horam: deinde separãtur ab eo, & discernuntur: & fit prima locus pro corde: & dextra locus pro hepate: & impletur alia sanguine ad albedinem decliui: & penetrat ad exteriorem partem humiditatis spermaticæ post ventositatem spirituosam perforantem eam, vt ex ipsa recipiat à matrice restaurationem spiritus & sanguinis, & creatur [m] vmbilicus, & est primum quod generatur manifeste. Veruntamen vesicç cordis, & hepatis, et cerebri creationem vmbilici præcedunt quãuis complementum horum trium postponatur à complemento substantiæ vmbilici. Et hoc quidem iam verificauimus, & declarauimus diuersitatem in eo in [k] libro principiorũ scientiæ naturalis. Et cum sperma figitur, & spumat, & penetrat spuma ad profundum, causando vesicam pro corde, generatur panniculus, ex motu spermatis mulieris causato à spermate masculi, & est separatus. [n] Deinde non suspenditur cum matrice nisi cum foraminibus seu orificijs venarum propter attractionẽ nutrimenti. Et embryo quidem non nutritur ex hoc panniculo, nisi dum panniculus est subtilis, & nutrimenti parum est necessarium. Cum autem induratur, tunc fit cibatio per illud quod generatur in panniculo ex meatibus manifestis venosis. Deinde diuiditur post tempus in panniculos. Et veritas quidem est quod [o] primum membrum quod creatur est cor, quamuis de [p] Hipp. dicatur q; dixerit quòd primum quod generatur est cerebrum, & oculi: propterea quod testificatur illud dispositio pullorum in ouis. Cor vero non est in primis cum creatur, in omni dispositione vel in omni re apparens manifestum. Et iam postea insurgit [q] fabulans & vana loquens qui dixit quòd rectius est, vt sit primum quod creatur hepar: quoniam prima operatio corporis est nutricatio, quasi sit res secundũ appetitum eius, & secundum q; videtur ei esse conuenientius. Et sermo iste est corruptus ex via experimenti: quoniam studiosi in hac re non testificantur rem esse secundum quòd extimauit omnino. Et ex ratiocinatione: & est quoniam si res est secundum q; ipse existimat. s. q; creatur in primis illud, cuius operatio in primis præmittenda est, tunc sciat q; non nutritur membrum vitale dum nõ in ipso innititur vel fundatur vita cum calore naturali, & spiritui vitali. Cum ergo ita sit, necesse est vt creetur membrum à quo procedit calor naturalis, & spiritus vitalis ante creationem nutrientis ipsum. Et virtus quidem informatiua non indiget in dispositione formationis nutrimento, dum non accidit resolutio sensibilis sensibile faciens nocumentum, quare sit necessarium restauratione eius, & sit necessarius spiritus vitalis, & calor animalis vt substentetur cum eo, & existat. Quod si dixerit q; ipse adueniat virtuti formatiuæ ex patre, tunc similiter etiam virtus nutritiua associata virtuti informatiuæ generatiuç est ex parte patris. Qualiter ergo ista nutritiua præcedit, cum iam illa, scilicet virtus vitalis sit magis præcedens secundum esse, & hoc est. Et dispositio quidem alia apparens seu existens [r] est pũcta sanguinis in siphac, & extensio eorum in siphac extensione aliqua: & in hac dispositione sunt vesicç aliquæ ex eis sanguineç quç iam cõuertũtur ad sanguineitatem, & vmbilicus conuersus est ad formã vmbilici conuersione sensibili. [s] Tertia autem dispositionum est conuersio spermatis ad sanguinem cõgelatum seu coagulatum, & post ipsam est conuersio ad carnem masticatam seu ad frustum carnis masticatæ, & illis seu tunc

membris

A G. li. 14. de v. p. c. 14. f, &. 3. natura. facul. c. 11. e. f
B G. lib. de dissec. vul. c. 8. b & c. 2. c. d
C Ga. li. 1. de semi. c. 2. a, & c. 4. f. g
D Halyab. 3. theo. c. 33.
E G. lib. de dissec. vul. c. 7. a, & & lib. 14. de v. p. c. 3. f
F Ga. li. 14. de v. p. c. 3. f, & li. de disse. vul. c. 7. a, &. 3. natura fac. c. 3. h. a, &. 2. de cã. sym. c. 3. b, & li. 15. de v. p. c. 7. h. a
G G. li. 14. de v. p. c. 3. h, & li. de disse. vul. c. 7 a
H T. 3. c. 10. & G. de anat. viuo. li. 51. e, & Ras. t. 1. c. 26.
I Lib. 9. aĩal. c. 9. & G. li. de anat. vi. 51. h
K 9. & 16. aĩaliũ.
L G. de anat. viuo. 51. h. a
M Ga. li. de fœtuũ format. c. 2. f, &. 3. g. h
N G. de fœtuũ format. c. 2. e
O Aristo. 2. de genera. aĩaliũ. c. 4.
P G. de anat. viuo. 52. a
Q G. lib. de fœtuũ forma. c. 3. & 4.
R G. lib. de fœtuũ forma. c. 3. a & 1. de semi. c. 9. e
S G. lib. 1. de semi. c. 9. e

A membris principalibus apparet separatio sensata & quãtitas sensata:& post fit eius conuersio vsq; quo compleatur generatio cordis & membrorum primorum:& incipiũt ipsa separari adinuicem, & iter ea sunt meatus noti,seu membra intermedia cõicantia nota:& sunt extremitates iam lineatæ,sed non sunt à seipsis separatæ separatione integra.[a] Deinde non cessat conuersio aut transmutatio quousq; generentur extremitates.Et vnicuiq; conuersioni, aut duabus conuersionibus est tẽpus super quod statur,seu in quo fit cõuersio,& non est illud de illis,quæ nõ diuersificatur & cũ hoc quidem diuersificat̃ in masculis & mulieribus embryonũ: & in mulieribus est maior tarditas. Et facientes experimẽta & ꝓbationes in hoc nõ iudicant, ꝙ inter ea ambo in veritate nõ est diuersitas.Qm̃ vnusquisq; eorum nõ iudicat nisi per rem,quæ occurrit ei ꝭm experientiam eius, & non est impossibile,quod illud,quod expertum est in fine, vel in tempore vltimo sit cadens ꝭm illud, quod ei diuersificatur:in toto.n.illo est,quod est ꝭm plurimum proculdubio : & plurimum est in his,quæ generantur,vt plurimum.Et [b] spatium quidem spumę est.vi.dierum aut.vij.& in his diebus format informatiua in embryone non sugendo nutrimentũ ex matrice:& post illud sugit.Et [b] inceptio linearum rubearum & punctorum est post tres alios dies:& sunt nouem dies ex principio.Et [c] qñq; fit antecessio die vno,aut postponit̃ die vno.[c] Deinde post.vi.dies alios,& sunt.xv.à conceptione,penetrat sanguineitas in toto,& fit sanguis coagulatus.Et qñq; antecedit die vno

A Gal.1.de sem. c.9.f

B G.de anato.viu. 52.a.b

C Gal.ibi.b

B aut duobus.Et [c] duodecim diebus post illud fit humiditas caro:& iam discernũtur frusta carnis: & discernuntur membra tria manifeste:& iam separantur quædam eorum à cõtactu quorundam, & extenditur humiditas nuchæ:& qñq; postponit̃,aut antecedit duobus diebus aut tribus.[c] Deinde post nouem dies separatur caput ab humeris:& extremitates à costis & ventre,vt discernat sensus in quibusdam eorum,& celetur in quibusdam eorum,ita vt sentiatur illud post.iiij.dies, qui complent.xl.dies,& postponitur raro vsq; ad.xlv.dies:& minus in hoc est vsq; ad.xxxv. dies.Et dicitur in [d] doctrinis primis,ꝙ quando post.xl.dies scinditur ab abortu panniculus subtilis in quo fœtus continetur,et ponatur ille fœtus expoliatus à panniculo dicto in aqua frigida apparet res parua discretarum extremitatũ.Et [c] masculus est velocior in illo toto,quàm fœmina. Videtur.n.ꝙ sit minus spatium formationis masculorum.xxx.dies : & minus parturitionis est medietas anni, & quod dicemus de proximo.Terminatio aũt dispositionis masculi,& fœminæ in distinctione temporum est res quam quędam pars medicorum iudicat temerarie sine ratione:dicunt.n.ꝙ primum quod embryo respirans inuenit,est respiratio:& primum,quod operatur virtus formatiua est, locus in quo aggregatur caliditas inata seu naturalis:deinde operat̃ exitus & meatus:deinde post illud incipit nutritiua operari:& apud quosdam embryo iam respirat ex ore:immo respirat cum eo maiori respiratione cum cõpletur in matrice,sed nõ est super illud significatio.Et [c] apud quosdam

D Arist.li.7.de natu.aĩal.c.3.

C cum superuenit formationi embryonis duplum temporis eius in quo formatur,mouetur:et [c] cum superuenit motui duplum eius in quo mouetur,ita vt sit à prima inceptione conceptionis vsq; ad motum eius triplum tẽporis,tunc nascitur.Et lac quidem accidit cum motu embryonis.Et [c] iam dicitur,ꝙ tempus æquale medium ad formationem eius est.xxxv.dierum,quare mouetur in.lxx. diebus:& nascitur ducentis & decem diebus:& illud est septẽ menses & antecedit diebus aliquot: & qñq; postponitur,qm̃ fortasse cadit in.xxxv.diebus diuersitas parua seu additio seu diminutio parua,& multiplicatur in duplatione.Et [c] quando est illud,quod est plus,est. xlv. dierum, & mouetur in nonaginta diebus:& nascitur in ducentis septuaginta:& illud est.ix.menses.Et qñq; cadit in hoc iterum diuersitas in diebus,sicut dictum est.et hoc est res in qua non est iudicium firmatum cum ratione demonstratiua.Et natus in.viij.mense si non est completus, tunc primum iudicium eius est vt non viuat,ꝭm ꝙ faciam te scire [f] post.Ille autem,qui iam est completus integre ꝭm proportionem prædictam,& nascitur apud complementum suum,tunc spatium eius est. xl. dierum:deinde.lxxx.dierum:deinde.cc.&.xl.dierum:& octauo mense & minorat̃ & additur, ꝭm ꝙ * sciuisti.Et [g] dixerunt non inuenitur in abortu masculus completus ante triginta dies, & fœmina,quæ compleatur ante quadraginta dies.Et dixerunt,ꝙ natum in septimo mẽse ingreditur virtus & fortificatio postq; superuenerit natiuitati eius.vij.menses,& natum in nono post nouẽ men

E Ras.22 cõt.t.6. c.1.228.4.

F T.2.c.1.

Supra *

G Hippo.de natu. pueri.30.2. & Ras. 228.4.

D ses,& natum in decimo post decem menses.Et nos afferemus in spatijs imprægnationis & partus [h] capitulum in [i] tractatu qui sequitur hunc tractatum.Et [k] scias,quòd sang.menstruus in prægnante diuiditur in tres [l] partes.s.partem,quæ conuertitur in nutrimentum:& partem,quę eleuatur ad mamillas:& partem,quæ est superfluitas stans vsquequo veniat hora partus, & expellatur.[m] Amplius fœtus continet̃ tribus panniculis.s.[l] †{secundina,}quę est pãniculus cõprehendens ipsum, in quo contexunt̃ venæ pulsatiles peruenientes ad duas venas,& venæ quietæ ipsarũ peruenientes ad duas venas & secũdo,qui noĩatur [n] †{biles,}& est inuolutus,& effunditur ad ipsum vrina fœtus.Et tertio,qui dicitur [o] †{abgas seu anefes:}& non est necessariũ vas aliud superfluitati egestionis cum sit illud ex quo nutritur subtile,in quo non est durities,neq; fęx,& neque separatur ex eo nisi aquositas vrinæ,aut sudor.Et de panniculis,qui ei est propinquior est panniculus tertius: & est subtilior eorum,vt aggreget humiditatem resudantem ex embryone: & in aggregatione illius humiditatis est iuuamentum in [p] substentando vel in subleuando ipsum embryonem vt non grauet super seipsum,& super matricem.Et similiter in elongatione eius,quod est inter cutem ipsius & matricem:panniculus enim durus lædit eum cum suo tactu,sicut lęduntur propter tangentia ea,quæ sunt in cute propinqui temporis de illis,quæ nascuntur super vlcera quę nondum sunt firma.

H primum
I secundo
K Gal.li. de vena. secti. ꝯtra Erasistr. c.5.h, & oppositũ li.d atrabile. c.8.b, & ꝯmẽ.2.in.1.porrhet.Hip.1.f,& cõmẽ.3.in.3 Hipp.de morb.vulg.73.d,& lib.5.apho.37.
L Li.1.F.3.d.1.c.2.
L† chorion,
M G.li. de dissect. vul.c.10.d, & li.15. de v.p.c.4.b
N† allantoides,
O† amnium siue agnium:
P G.lib.15. de v.p. c.5 h

firma.[a] Panniculus aũt qui sequitur hũc ad exteriora est pãniculus, qui dicit̃[a]† {inuolutus,} qui est E similis inuolutionibus, ad quẽ quidem penetrat ex vmbilico effusorium[b] vrinę, & nõ ex virga: qm̃ virgę meatus est cõstrictus: & cõtinet ipsum lacertus sibi deputatus cõstringens & aperiẽs ipsum meatum cũ voluntate: & sunt vsq; ad finẽ eius anfractus: & hora vtẽdi hmõi meatu & operãdi lacerti ipsius est post horã partus. Hoc aũt est amplũ directi introitus. Et[c] positum qdem fuit vrinæ colligens propriũ: qm̃ si ipsa obuiaret corpori non toleraret eã corpus ,ppter mordicationẽ & acuitatem suã: & illud in ea manifestũ est. Et[d] dña quidem inter ipsam, & humiditatẽ sudoris, in odore & rubedine coloris manifesta est. Et si obuiaret iterũ secundinæ, fortasse corrumperet illud super quod sustentant̃ venę secundinæ, &[e] secundina qdem habet duas tunicas, subtiles & texunt̃ in eo quod est inter eas venæ: & ꝑuenit vnũquodq; genus earũ ad duas venas. s.[f] arterias & venas quietas. Venæ aũt quietę cũ ingrediunt̃ abbreuiant spatium transitus ad hepar: [g] fiunt vena vna, vt sit salubrius: &[h] penetrat ad gibbositatẽ hepatis, vt & non cõprimat vas fellis in parte cõcauitatis ipsius hepatis. Et in veritate hæc vena nõ orit̃ nisi ex hepate, & peruenit ex vmbilico ad secũdinam, & dispartit̃ illic, & fiunt primo duę venę, & egrediuntur, & mouent̃ in secundina ad orificia venarum, quæ sunt in matrice. Et istis quidẽ venis accidunt duo, quorum vnũ est, ꝙ ipsę sunt apud orificia, quæ ei obuiant, tenuiores[i] quasi sint extremitates ramorum: & iterum qm̃ ipsæ rubificantur primo illic: qm̃ ipsæ assumunt sang. illic: quare existimat̃, ꝙ ipsæ oriantur illinc. Quod si considera- F ueris amplitudinẽ foraminis, faciet te existimare, ꝙ radix sit ex hepate. Et si cõsideraueris conuersionem ad sanguineitatẽ, faciet te existimare, ꝙ radix sit ex secundina. Verum consideratio prima est cõsideratio foraminis & meatus. Cõuersiones vero cõplentur vel fiunt à superficie continente foramina. Et[k] silr̃ arteriæ aggregantur ad duas arterias. Et si acceperis principiũ ex secundina, inuenies eas penetrantes ex vmbilico ad arteriã magnam, quæ est sup dorsum,[l] quæ qdem duę arteriæ sustentant̃ super vesicã, qm̃ ipsa est mẽbrum propinquius ad quod possibile est vt ipsæ ligẽtur illic alligatę cũ panniculis cõseruantibus: deinde penetrant in arteriã habentẽ motum cõtinuum, qui nunq; deficit in aĩali vsq; in finem vitæ suæ. Hæc est ergo manifestatio sermonis medicorũ. In veritate vero ipsæ duæ venæ sunt duo rami, quorũ origo vera est ex arteria, & ſm cõsiderationem prædictã. Et dicunt[m] medici, quòd nõ conuenit eis ambabus vt vnirent̃, & extenderentur ad cor, ,ppter longitudinem spatij, & obuiationem impedientiũ. Et propterea, ꝙ appropinquat spatium trãsitus ambarum eis quibus continuant̃, non indiguerunt vnitione. Et dicunt, ꝙ arteria & venæ penetrantes ex corde ad pulmonẽ, cum in illa hora non conferunt iuuamentũ magnum in anhelitu, conuersum est earũ iuuamentum ad nutrimentũ: quare factus est vni earum ad aliã meatus, qui oppilat̃ apud partum.[n] Pulmo.n.non est nisi rubeus in embryone: ex hoc, ꝙ ipse non respirat illic: imo quia nutritur sanguine rubeo subtili, & non albificat ipsum nisi permistio aeritatis. Et di- G cunt medici, ꝙ pãniculus inuolutus creat̃ ex spermate mulieris, quod est parum & minus spermate viri: quare non fuit possibile vt crearet̃ amplior. Factus est ergo longus, vt continuaretur fœtus cum inferiore parte matricis: et est strictus per cõparationem ad humiditates oẽs, quare nõ fuit excusatio quin sudori fiat singulare effusorium amplũ, & hoc est ex dictis ipsorũ medicorum absque rõne. Et cum ad cor fœtus antecedit cõplexio[o] masculina, tunc ipsa fluit in[n] oĩa membra: & ipse fœtus cũ masculinitate sua assimilatur patri suo. Et[n] qñq; est causa masculinitatis præter complexionem patris sui: immo est[p] dispositio matricis: aut[q] complexio spermati accidens proprie:[n] quapropter non oportet, vt cum ipse assimilatur patri in hoc, ꝙ est masculus, ꝙ sit ei similis in reliquis membris: imo qñq; assimilatur matri. Et assimilatio quidem indiuidualis[n] sequitur figurã: & masculinitas non sequitur figuram, imo complexionem. Et qñq; accidit cordi soli quasi cõplexio patris, quæ spargitur in membra: ex parte aũt præparationis figuralis est receptio materiei in extremitatibus decliuis ad figuram matris. Et[n] qñq; est informatiua potens ad hoc, vt dominetur spermati & figuret ipsum ex parte lineationis cum figura patris: sed deficit ex parte cõplexionis vt faciat ipsum similem ei in cõplexione. Et dixerunt quidã sapientum, & non sunt elongati à iudicio possibilitatis, ꝙ de causis assimilationis, est illud, quod exẽplificatur, cũ est dispositio[r] cõceptionis in mente mulieris, aut viri ex forma humana exemplificatione firma. Causa aũt in staturis, qñq; est H diminutio, quę est in ipsis propter[s] materiã paucã in principio, aut ex parte paucitatis nutrimenti apud creationẽ, aut propter[t] paruitatẽ matricis: quare non inuenit fœtus dilatationem in ea, sicut[v] accidit fructibus immaturis, qui ponunt̃ in vase seu in loco angusto cũ sunt adhuc imaturi: quare nõ fit additio sup eos. Et[x] causa qdem in geminis est multitudo spermatis, ita vt non spargat̃ ad duos vẽtres mr̃icis sparsione replente quẽlibet ipsorũ ventrium ſm singularitatẽ. Et qñq; accidit propter diuersitatẽ expulsionis duarũ eiectionum qñ peruenit illi diuersitati motus matricis i attractione: nã matrici apud attractionẽ accidunt motus subseqũtes[n] sicut illi, qui deglutit buccellã post buccellã: & sicut[n] respirat piscis emittẽdo respirationẽ post respirationem: qm̃ ipsa ẽt expellit sperma suũ ad fundum mr̃icis cũ impulsionibus pluribus. Et est vnaquæq; impulsio cũ attractione spermatis deforis cũ qua attractione matrix desiderat aggregationẽ iter duo spermata. Et illud est res quã sentit ille, q ex coeuntibus est ĩdagator solicitus. Et sciunt illud iterũ ipsemet mulieres: & illę ĩpulsiones & attractiones singulares nõ sunt purę: imo sunt cũ motu iectigatiuo, quasi vnaquęq; earũ sit cõposita ex motibus: sed ipsę nõ cõplent̃ nisi apud numerũ iectigationum: imo sentit̃ post oẽm summam iectigationum quies quædam. Deinde redit in quiete simile ei, quę est inter eiectiones

A G.li. de dissect. vul.c.10.d, & li.15. de v.p.c.5.g.h
A† Allantois,
B Gal.ibi.g
C G.li.15. de v.p. c.5.h
D G.ibi.g.h
E Gal.ibi.c.4.c,& 5.g
F Gal.ibi.c.4.c
G Gal.ibi.c.4.d.e
H Gal.15. de v.p. c.4.f, oppositum.
I G.ibi.c
K G.li.15. de v.p. c.4.c
L G.ibi.d.e
M G.ibi.e.f
N Li.9.aĩal. c.10.
O Arist.li.4. de gener.aĩal. c.1.
P G.li.14. de v.p. c.7.f.g
Q Ga.ibi.& Auic. 9.de aĩal.c.10.
R Cap.14.& li.1. F.1.d.4.c.2.& F.2. d.1.c.8.& li.3.Fẽ.1. t.4.c.23.& Fen.13. t.3.c.5.& Fẽ.15.t.1. c.6.& li.1.F.2.d.2. sũ.1.c.14.& Gal.de theri.ad Pis.c.11.e, & de moti. manif. fo.67.d.e.h
S G.li.de opposita cõstit.corporis.g
T Ras.22.cõt.t.6. c.1.228.4.
V Hipp.li.de genitura.34.2.
X Cap.17.& Hip. lib. de natu. pueri. 46.1.

A eiectiones cum virga eiecit sperma:& est oīs vicissitudo secunda debilioris virtutis,& minoris nu merationis iectigationum:& fortasse sunt vices vltra tres aut quatuor. Et propter illud multiplicatur delectatio ipsarum mulierum.[a] Ipsę.n.delectantur ex motu spermatis,quod est in eis:& delectantur ex motu spermatis viri in ore matricis earum descendendo ad ventrem matricis: immo delectantur propter ipsum motum,qui accidit matrici. Et non verificatur sermo dicentis,quod earum delectatio & cōplementum consistant in descensu spermatis viri,ac si qñ non descendit sperma viri, tunc non delectaretur ipsæ suijpsius spermatis emissione. Et quod si vir emittit sperma,& matrici earum non accidant motus isti:& non quiescant ab eis,tunc ipsæ non inueniunt delectationē aliam à delectatione parua,cui similis est etiam viris ante motū spermatis ipsorum, similis titillationi & cōmotioni,quæ fit in emissione alguadi. Neq; sermo est verus [b] dicentis,quod cum sperma viri super matricem funditur,extinguit eius caliditatem,& sedat ipsius inflammationem, sicut aqua frigida,quæ effunditur super aquam calidam bullientem. Hoc enim non fit nisi ſm modum quē diximus,cum ipsæ emittunt sperma suum,& deglutiunt sperma viri cum descendit. In alia.n. hora non fit vehementia delectationis de qua sit curandum. Et [c] qñq; conuenit proiectio spermatis masculi cū effusione spermatis mulieris:quare permiscētur ambo,& ad illam subsequūtur proiectiones similes illi vice vna post aliā:quare impregnatur mulier ex ventribus numero pluribus, cū vna-

B quæq; permistio separata sit p seipsam. Et qñq; sunt permistiones vtrorūq; spermatū simul:deinde abscinditur seu separatur illud mistū in partes,aut abscinditur vnum antecedēs causa vētositatis,aut iectigationis,aut alterius rei ex causis separātibus:quare distinguitur vnūquodq; ſm singularitatē suam. Et qñq; est illud post texturā panniculi,& fit multitudo embryonum in re vna: & hoc est ex eis,quorū generatio non cōpletur neq; consequitur vitam. Et qñq; est ante illud:& quę currunt hoc cursu. Verisimile est,quod sit paruę vtilitatis seu paucę vitæ. Et vtile quidem nō est seu non viuit nisi illud,quod cadit in radice distinctum. Et adhuc sperma virile solum est non exuberans, neq; implens matricem,neq; perueniens ad partes eius.iiij.ita vt continuetur cum eo sperma mulieris ex duobus additamentis,q̄ sunt duo cornua similia ossibus dactylorū. Et cum permiscentur, fit ebullitio prędicta,& creatur vesica,& panniculus primus,& suspenditur sperma totum tunc cum additamentis orificiorū venarū in panniculo secundinæ,& inuenit illic,quod alit ipsum dum permanet sperma vsquequo sumat ex sang.mēstruo per vmbilicū quantitatē sibi sufficientē ex foraminibus seu orificijs venarū cum qbus continuatur pāniculus gn̄atus. Et ſm [d] Gal.quidē iste pāniculus est sicut linimentū,quod creat sperma mulieris,cū ipsum effundit illuc vbi effunditur ad ipsum sperma viri:& si non pmiscetur cū eo,tunc tn̄ separatur vel discernitur apud pmistionem. Et qñq; recipit [e] mulier & equa sperma sup sperma,et delectātur ambę simul.[f] Partus [a] vero non fit nisi cū fœ-

C tui non sufficit,[g] quod ei mittit secundina ex sanguine,& [g] quod peruenit ad ipsum de attractione aeris cū membra eius iam cōpleta sunt. Mouetur ergo tunc apud septimū ad exeundū cum in eo cōpletur virtus. Et cū deficit,aduenit ei debilitas quædā,& non redit ad ipsum cū ea virtus vsq; ad nonum.[h] Quod si egrediatur in octauo,& est debilis tunc nō stimulatur ad egressionem à virtute faciente nasci:immo ex causa alia stimulante ad egressionē lædente non debili. Et [f] egressio qdem fœtus non cōpletur nisi p scissionem panniculorū humidorū & effusionem humiditatū eorum facientiū ipsum lubricari. Et [i] qñq; conuertitur super caput suum in partu naturali vt sit facilioris separationis.[h] Partus vero sup pedes vtrosq; est propter debilitatē eius,qui nascitur, qui non potuit se cōuerti,& est timorosum. Non.n.viuit ſm plurimum. Et [h] fœtus quidem ante motum suum ad exitum est sustentatus cum facie [k] sua super pedes suos & [h] cū plantis seu volis manuū suppositis genibus suis & naso ipsius inter ambo genua & oculis sup ea ambo,& colligit ea ambo ad anteriorem partē sui,& est inclinatū collum eius & facies ipsius ad dorsum matris eius defendēdo cor. Et hæc qdem situatio conuenientior est ad cōuersionem faciendā:licet quidam dixerunt,quod faciei fœtus fœminei situatio est ſm contrariū huius situationis & quod hęc situatio nō est nisi masculi: & [h] adiuuant ad cōuersionem grauitas superiorū fœtus et magnitudo capitis eius proprie. Et qñ separatur aperitur matrix apertiōe tali,cuius silēm efficere nō valet in alia hora. Et necessariū est vt sepa-

D rētur quędā iuncturę,& sustentētur adiutorio Dei excelsi pparāte vel disponēte eas ad illud:deinde reuertente eas in proximo ad continuationē naturalē,& est operatio illa de opationibus fortibus naturalibus. Et virtuti formatiuę appropriatur impressio, & virtus cōtinua vel pueniens ex creatore ad ea,q̄ sunt pparata non desinēs adesse cū augmento fœtus,quæ non cōprehenditur: & hoc est de secretis Dei. Sit ergo Deus exaltatus, q est rex verax laudabilis & benedictus & melior oīum factorū. Cōprehensio igitur huius est,quod causa partus [a] fœtus naturalis est, quod ipse indiget aere plurimo, & cibo plurimo, cum excitantur virtutes animæ eius quærentes latitudinem spatiositatis,& attractionem aeris copiosam,& cibum abundātem & ad fugiendum à strictura, & à penuria attractionis aeris copiosi,& paucitate cibi. Cum ergo nascitur fœtus,non apprehenduntur ab eo somnus & expergefactio.cum ergo apprehenduntur ab eo ridet post. xl. dies.

A Li.9.aīal.c.10.& Ga li.1.de cāis sym pto.c.6.17.g

B Hip.li. de genitura.33.a.

C Arist.4. de gn̄a. aīal.c.4.

D Li.1. de seīe c. 7.h.a, & lib.15. de v.p.c.4.b

E Arist.li.7.de natura aīal.c. 4. & li. 4. de gn̄at.aīal. c.5.

F Hipp.de natura pueri.45.1.

Infra a

G Gale. de anato. viuo.52.d

H Li.9.aīal. c. 10.

I Hip.lib.de natu pueri.45.2.

K Hipp.ibi. 44.1.

Supra a

De ægritudinibus matricis. *Cap. 3.*

Accidunt matrici oēs ęgritudines complexionales,& instrumentales,& [l] cōes, & accidunt ei ægritudines impręgnationis,[l] sicut vt non impręgnetur:aut vt impręgnetur & abortum faciat,& vt impręgnetur & nō faciat abortum:immo fiat difficilis,& fit adhęrens firmū & moriatur in ea fœtus,& accidūt ei ęgritudines mēstruę,ita vt non [l] emittat menstrua, aut emittat menstrua

L Ras.lib.diuisio. c.81.

pauca, aut non in hora sua, aut mala,[a] aut vt superfluāt menstrua eius. Et fiunt ei ægritudines propriæ, & ægritudines per cōmunitatem ita vt communicent ipsi membra alia. Vel & fiunt ei ægritudines proprie, & ægritudines per proprietatem ita vt non communicent ipsa membris alijs. Et quandoq; fiunt ab ea ægritudines membrorum aliorum per communitatem, ita vt communicent ei alia membra, sicut fit in [a] præfocatione matricis. Et cum multiplicantur ægritudines in matrice debilitatur hepar, & præparatur ad hoc vt generetur ex eo hydropisis. E

De significationibus complexionum matricis.

De significatione caliditatis. Cap. 4.

CAliditatem matricis significant [b] cōitas corporis, & [b] paucitas menstruorū, & significāt ipsam color menstruorū. Et proprie cū sumitur pannus lineus, et supponitur in nocte, deinde exiccatur in vmbra, & cōsideratur an sit rubeus, an citrinus, & significat caliditatē & choleram aut sanguinem: aut sit niger & albus, et significat contrarium illius. Verum niger cum fœtore putrido, significat caliditatem quādam: & qui est sine ipso, significat frigiditatem. Et qñq; significat caliditas ex doloribus in partibus hepatis, & exituris, & [c] vlceribus accidentibus in matrice: & exiccatio labiorum mulieris, & multitudo pilorum & [d] tinctura aquę ſm plurimum, & [d] velocitas pulsus.

De significatione frigiditatis. Cap. 5.

REtentio [e] menstruorum, aut paucitas eorum, aut [f] subtilitas eorum, & ipsorum [f] albedo, aut nigredo eorum vehemens, & prolongatio apparitionis eorum, & [e] antecessio ciborum grossorum, & frigidorum, & antecessio coitus plurimi, & [e] stupor in superioribus matricis, & paucitas pilorum in pectine, & paruitas [g] tincturæ aquæ, & corruptio coloris eius. F

De sign[is] humiditatis. Cap. 6.

TEnuitas [h] menstr[u]i, & [h] multitudo cursus humiditatis, & abortus fœtus cum magnificatur.

De signis siccitatis. Cap. 7.

EXiccatio [i] & paucitas cursus.

De sterilitate & difficultate impregnationis. Cap. 8.

CAusa sterilitatis, aut est in spermate viri, aut in spermate mulieris, aut in mēbris matricis, aut in mēbris virgę, & instrumētis spermatis, aut propter causam in principijs, sicut [k] tristitia, & timor, & dolores capitis, & debilitas digestionis, & satietas [α] nauseatiua, aut propter errorem accidentem. Causa vero, quæ est in spermate, est sicut malitia cōplexionis diuersificantis virtutem generationis,[l] calidæ, aut frigidæ. s. frigidæ ex frigore naturali: aut frigore accidēte ex longa remanentia & retentione aut [l] humiditas: aut [l] siccitas. Et causa illius sunt cibi non conuenientes, & acetosa etiam. Ipsa. n. sunt in summa eorū, quæ infrigidant, & exiccāt. Et qñq; est causa, quæ est in spermate siccitas cōplexionis, non prohibens gnationem, sed quæ facit ipsum difficilē, aut corrūpit illud, G quod aduenit matrici de alimento infantis. Et qñq; est causa in spermate, vt sit sperma viri diuersæ impressionis ei, quę est in spermate mulieris contrarium receptrici: aut cōicantis sup vnū duorum ordinum, & non accidat inter ea ambo filius. Et [m] si permutet vnusquisq; socium suū, non est dubium quin sit ambobus filius. Et [n] qñq; diuersificant duo spermata propter causam malitię cōplexionis in vnoquoq; eorū, quod cum alio non æquat, immo addit ei corruptionē. quare cum pmutantur, inuenit vnumquodq; amborū, quod æquat ipsum cum cōtrarietate, quare temperatur. Et de genere quidem spermatis ex quo non fit generatio, est sperma [o] infantis, & patientis [α] nauseatiuam satietatem, & [p] ebrij, & [o] senis. Et sperma eius, qui plurimum vtit coitu, & [q] cuius corpus non est sanum. Sperma. n.[r] currit ex oībus membris: & est ex sano, sanum: & ex infirmo, infirmum, ſm quod dixit.[s] Hip. & istæ dispositiones omnes inuentæ sunt in vtrisq; spermatibus simul. Et [r] dixerunt quidam, quod de causis corruptionis spermatis viri, est coire cū illis, quæ nondū sunt magnę, & hoc currit cursu proprietatum. Causa autem, quæ est in matrice, aut est malitia cōplexionis corrumpentis sperma, cuius plurimum est frigus congelans eam, sicut accidit ex [v] potu aquæ frigidæ mulieribus, per hoc q infrigidat: & similiter viris. Et per hoc, q alterat partes sanguinis menstrui, & per hoc, q constringit foramina sanguinis menstrui, quare non effunditur sanguis mēstruus ad fœtum. Et qñq; est cum materia. Et humiditates corrūpunt sperma iterū, per cōmistionem suam H cum eo, aut exiccant: aut resoluunt, aut humectant lubricantes: quare debilitatur retentiua, & est plurimum: aut debilitantes virtutem attrahentem sperma, quare non attrahit sperma cum fortitudine. Aut propter constrictionem meatuū nutrimenti ex frigore, aut calore, aut siccitate. Et qñq; vincitur ex siccitate, ita vt similetur corijs siccis: aut corrumpens nutrimentum infantis, aut prohibens ipsum à peruentione vel à transitu propter adunationem matricis vehemētem propter siccitatē, aut frigus, aut [x] consolidationem vlcerum, aut [β] carnem additam verrucosam: aut sicut siccitas dominans secundinę, quare oppilant meatus nutrimenti. & accidit spermati in matrice frigida & [y] humida, quod accidit semini in terris humidis paludosis: & in cōplexione calida & sicca, quod accidit semini in terris in qbus est calx sparsa, seu permista: aut propter abscisionē [z] materiei, quæ est san. menstruus cū matrix defecit in attrahēdo ipsum, & applicatione eius: aut est propter declinationē in ea, aut conuersionē: aut vehementiā adunationis oris matricis ante partum, ppter[z] oppilationē, aut ppter duritiē,[a] aut[β] carnem additā verrucosam, & nō verrucosam:[b] aut[γ] cōsolidationē vlcerū, & frigus constringēs, & alia ex causis oppilationis, & siccitatē, quare nō penetrat ad ipsum spma, aut debilitas adunationis post pgnationē, quare nō retinet ipsum: aut multitudo adipis lubrificantis.

A Ras. lib. diuis. c. 82.
B Ras. 22. cōti. t. 6. c. 1. 229. 1. & Paul. lib. 3. c. 74.
C Paul. li. 3. c. 74.
D Ras. 229. 1.
E Paul. li. 3. c. 74.
F Ras. 22. cōt. t. 6. c. 1. 229. & 230. 1.
G Ras. 230. 1.
H Ras. 22. con. t. 6. c. 1. 230. 1. & Pau. li. 3. c. 74.
I Ras. 22. cōti. t. 6. c. 1. 230. 1.
K Gal. de histo. phica. 10. h
Infra α
L Gal. 5. aphor. 62. h. a
M Gal. 5. apho. 59. & 62. a
N G. 5. apho. 62. a
O Aet. li. 4. ser. 4. c. 26.
Supra α
P Ras. 22. con. t. 6. c. 1. 230. 4. & 229. 4.
Q G de histo. philosophica. 10. h
R Hip. de aere & aquis. c. 8. g
S De aere & aquis c. 8. g
T Ras. 24. cōt. t. 3. c. 1. 276. 2. & 275. 2. & 230. 4.
V Fē. 20. t. 1. c. 17. & Hipp. de aere & aquis. c. 2. g
X Aet. li. 4. ser. 4. c. 26.
Infra β
Y Ga. 5. apho. 62. g
Z Ras. 22. cōt. t. 6. c. 1. 230. 1.
A G. de histo. philosophica. 10. h
Supra β
B Hip. de sterilit. 344. 2.
Infra γ & Supra β

A lubrificantis. Et quandoq; fit cum cõmunitate corporis totius. Et quãdoq; est in matrice proprie, & zirbo, aut in matrice sola. Et quando multiplicatur adeps super zirbum facit compressionẽ, & cõstrictionem super sperma, & educit ipsum expressione sua: & operatio eius est huiusmodi. Aut propter vehementiam extenuationis in corpore toto aut in matrice. Aut nocumẽtum in matrice [a] ex apostemate, & vlceribus, & hæmorrhoidibus, & additione carnea prohibente. Et quandoq; est in ore eius res dura, sicut virga prohibens introitum virgæ & spermatis: aut [b] vlcera quæ consolidata sunt, qua lenitur matrix, & constringuntur orificia venarum emittentium sanguinem menstruum: [a] aut asperitas in matrice. Causa autem factæ in membris generationis, aut est debilitas vasorum spermatis, aut corruptio accidens complexioni eorum [c] sicut cui abscinduntur venæ auris posterius, [d] aut cuius perforatur vesica à lapide, quare cõmunicat nocumentum membris generationis. Et quandoq; abscinditur aliquid ex neruis eorum, & facit incurrere debilitatem in vasis, spermatis, & in virtutibus eorum generatiuis spermatis, & eijcientibus ipsum. [e] Et similiter cuius cõtusi fuerint testiculi: aut emplastrãtur cum [f] sucharam, aut bibit ex camphora plurimum. Causa autem virgę facta, est sicut [d] si sit breuis in creatione sua, [d] aut causa pinguedinis viri, quare assumit caro plurimũ eius, [f] aut ex pinguedine ipsius mulieris: quare elongatur ab ore matricis, & nõ æquatur in ea virga. [d] Et de eis est amplitudo oris matricis, & non æquatur in ea virga: aut ex eis ambo-

B bus simul: [g] aut propter tortuositatem eius: aut propter abbreuiationem chordæ: quare declinat virga ab opposito, quare non eijcit sperma ad guttur oris matricis. Causam vero in principijs iam numerauimus necessarium est enim vt sint membra digestionis, & membra spirituum fortia, ita vt fiat cõceptio. [h] Error autem accidens est cum spermatis fit emissio ante complementũ aut post complementum. Ante complementum vero, cum sperma emittitur, est vt sint mulier & vir diuersi in tempore coitus: & emissionis spermatis quare non cessat vnus eorum antecedere cum emissione spermatis. Si ergo fuerit antecessio viri, dimittat eam, & non emittat sperma. Et si fuerit antecessio mulieris, emittet vir postquam emiserit mulier, & expelletur in os matricis ex motibus et attractionibus spermatis ad quod attrahẽdum os ipsum matricis se aperit, apertione vna post aliã cum attractione vehementi quod sentitur, cum sperma ipsum emittitur. Et non fit illud, nisi aut propter attractionem aquæ viri cum eo quod currit ex ea ex vasis spermatis eius intrinsecis in matrice effusum ad interiora eius apud quosdam, aut propter attractionem aquæ vel spermatis sui ipsius si verum est quod dicunt quidam alij. s. quod sperma eius quãuis generetur intra ipsam, tamẽ effunditur ad exteriora oris matricis: deinde deglutit ipsum os matricis, & fit motus eius ad attrahendum sperma suijpsius deforis, stimulans ipsum apud motum spermatis sui: quare attrahit cum hoc sperma viri. Non enim appropriatur illud emissioni spermatis viri. Error vero accidens post

C complementum, est sicut motus laboriosus [i] ex saltu, aut obuiatione quæ fit cum casu, [k] & velocitas eleuationis post emissionem spermatis, & similia illis post conceptionem, quare lubricat: aut sicut timor accidens: aut aliquid ex reliquis causis abortus, quas dicemus in suo [l] capitulo. Inquit Hipp. non est vir omnino frigidior muliere. s. in complexione membrorũ suorum principalium, & complexione sua prima: & complexione sui spermatis sani, nisi accidat ex complexione accidẽte. Et scias quod mulier quæ parit, & imprægnatur, minus infirma est, quam sterilis: veruntamen est debilioris corporis, quam ipsa, & velocius fit anus. Sterilis vero est plurium ægritudinum, & tardatur eius senectus: & est quasi iuuenis in plurimo suæ ætatis.

De signis sterilitatis. Cap. 9.

IN signis sterilitatis ex quocunq; duorum spermatum sit, dicuntur res quarum veritas non verificatur: neq; in eis aliquid iudicatur, sicut est illud [m] ꝗ dixerũt, quod oportet vt experiantur duo spermata: & proijciantur super aquam, & quodcunq; illorum natat in aqua, tunc ex parte illius est defectus. [m] Et dixerunt fundantur duæ vrinæ super radicem lactucæ, & ex illo est defectus, cuius vrina exiccauerit eam. Et ex [n] hoc dixerunt vt sumantur septem grana tritici, & septem grana hordei, & septem fabæ, & ponantur in vase testeo, & mingat super ea vnus amborum, & dimittaãtur septem diebus, tunc si grana nascuntur, non est sterilitas ex parte eius. Et dixerunt quod est lon-

D ginquius hoc iterũ. [o] Et melius est illud quod dixerunt in experientia mulieris, scilicet quod oportet, vt suffumigetur matrix mulieris in traiectorio cum suffumigatione aromatica, tũc si penetrat odor vsque ad os, & nares eius, causa non est ex ea: & si non penetrat, tunc illic sunt oppilatio, & humores mali prohibentes aut corrumpentes odorem suffumigationis, & aromacitatis. [p] Et dixerunt supponatur allium, & consideret, an inueniat odorem & saporem ipsius desuper. Et plurima significatio huius est, ad sciendum an sit in ea oppilatio, an nõ. Quod si est in ea oppilatio, tunc est signum sterilitatis: & si non est in ea oppilatio, tunc non est longinquũ quin sterilitati sint causæ aliæ, & ad imprægnationem prohibentia alia. [q] Et [α] omnis mulier quæ mundificatur, & remanet os matricis eius humidum, est lubricans. Signa autem spermatis & membrorum eius in cõplexione sua sunt: q̃m cognoscuntur sicut [r] sciuisti caliditas & frigiditas eius ex spermate eius, & sensibilitate mulieris cum suo tactu, & ex spissitudine & subtilitate eius, & ex dispositione pilorum pectinis, & ex colore eius, & odore ipsius, & ex velocitate pulsus, & tarditate ipsius, & ex tinctura vrinæ, & paruitate tincturæ ipsius, & ex cõmunitate corporis. Humiditas vero & siccitas cognoscuntur ex paruitate cum grossitie, & multitudine cũ subtilitate. [s] Et sperma quidẽ sanũ, est albũ, viscosum, splendidũ, super quod cadunt muscæ, & comedunt de eo. Et odor eius est odor florum

A Ras. 230. 1.
Supra γ
B Hipp. de sterili. 344. 2.
C Fẽ. 20. t. 1. c. 3. & Hipp. de genitu. 33. 1. & de aere & aqs. c. 11. h
D Aeti. li. 4. ser. 4. c. 26.
E Ras. 228. 3.
F Hipp. de aere & aquis. c. 10. g. & Aet. & Ras. 228. 5.
G Hipp. de sterili. 344. 1.
H Ras. 22. ꝯti. t. 6. c. 1. 228. 1. & 229. 3.
I Hipp. de natur. puer. 36. 2.
K Ras. lib. diuis. c. 97.
L T. 2. c. 8.
M Ras. 22. ꝯti. t. 6. c. 1. 230. 1.
N Ga. de passioni. mulie. fol. 96. c
O C. 11. & Hip. 5. aphor. 59.
P C. 11. & Hip. de steril. 345. 2. & Ras. 229. 4.
Q Ras. 230. 2.
Infra α
R F. 20. t. 1. c. 4. 5. 6.
S Ras. 22. ꝯti. t. 6. c. 1. 230. 4.

palmæ,& sambaci. Signa vero menstruæ & membrorum eius, in complexione sua sunt, quoniam E significatur sicut [a] sciuisti, aut ex caliditate & frigiditate ex tactu, & ex colore menstruorum si sint ad citrinitatem decliuia, aut nigredinem, aut turbiditatem, aut albedinem. Et ex dispositionibus pilorum pectinis, & significatur humiditas & siccitas ex multitudine cum subtilitate, & ex essentia oculorum apostemosorum vel tumefactorum tenebrosorũ. Oculus enim significat super matricem apud [b] Hippo. & ex paucitate cum grossitie. [c] Et [α] quæcunque mulier est mundificata, & non exiccatur os matricis eius, immo est humidum, non impraegnatur. Pinguedo autem, & extenuatio, & adeps, & breuitas virgæ, & tortuositas eius, & breuitas chordæ, & conuersio matricis, & dispositio duarum emissionum spermatis, sunt res quæ cognoscuntur experimento & relatione patientis. [d] Et vulua cum zirbo multæ adipis est stricti introitus, longinqua, breuium cornuum eminentium ventrium, difficultat anhelitum apud omnem motum, & læditur quolibet odore. Et significatur declinatio matricis, quoniam sentitur intra vuluam. Quod si non fuerit os matricis oppositum, tunc est decliue. Et illa cuius est matrix habens declinationem, & conuersionem, sentit dolorem apud coitum.

A C.4.5.6.
B de sterilit.345.2.
C Ras.230.2.
Supra α
D Hip. de sterilit. 349.2.

De regimine & cura. *Cap.* 10.

Regimen huius capituli diuiditur in duos modos, quorum vnus est ad impraegnationem, & subtiliationem in ea: & secundus est ad curationes causarum prohibentium impraegnatio- F nem. Sterilis autem, & vir non generans ex creatione, & inconueniens suo socio in complexione, indigens permutari, & breuitas instrumenti, medicationem non habet. Et similiter eius cuius orificia menstruæ oppilata sunt ex vlceribus quæ consolidata sunt, quare lenificata est, & eius cuius parem necesse est permutare, curatio non pendet ex medicina. Reliquæ vero ab illis regimen habent. Primi vero modi distinctio est, quòd oportet vt eligatur conuenientior horarum coitus: & iam [e] diximus eam. Et de eis eligatur conuenientior, vt sit in fine menstruæ, & in hora simili horæ in qua oportet vt in ea coitus fiat, propter illud quod [e] diximus. [f] Et oportet vt prolongetur dimissio coitus, tanta prolongatione, ne proueniat vt corrumpat ea ambo spermata frigus. Si vero accidat illud, vtantur coitu secundũ modum qui est ad nõ imprægnãdum. Deinde dimittat ipsum tandiu, quòd sciatur quòd sperma bonum iam aggregatum sit: & consideretur de eis vt sit illud in prima hora mundificationis eius. Et similiter in omni corpore & muliere alia. Amplius prolongent ludum, & proprie cum mulieribus quarũ complexiones nõ sunt malæ. Tangat ergo vir eius mamillas cum facilitate: & tangat pectinem eius, & obuiet ei non permiscendo se ei permistione vera. Cumq; desiderat & affectat, permisceatur ei fricando de ea quod est inter labia eius desuper. Ille enim locus, est locus delectationis eius. Cõsideret ergo in ea horam in qua fortis fit in ipsa adhærentia, & incipiunt oculi eius mutari in rubedinem, & eius anhelitus eleuari, & verba eius bal- G butire, & tunc mittat illic sperma oppositum ori matricis, dilatando locum eius illic parumper, scilicet tanta quantitate ne consequatur ipsum impressio aeris exterioris omnino. Ipse enim in dispositione corrumpit ipsum, & non est conueniens ad generationem. Et scias quod quando nõ mittitur sperma in concauitate parua, immo est virga adhærens lateri vuluæ, quandoque perditur sperma: immo oportet vt recipiat os matricis cum eiectione quadam, & non stringatur vulua super virgam,, deinde adhæreat ei hora, cum iam permiscetur post illud permistione quæ est vehementioris introitus donec videat quod apertio oris matricis, & dilatatio & constrictio eius iam quiescunt ex toto: & post illud expectet parum ipsa iacente eleuatis coxis. Deinde surgat ab ea, & dimittat eam sic [g] per aliquod tempus coadunando extremitates pedum suorum ad se inuicem, et retinendo anhelitum. [h] Et si dormierit post illud, erit melius ad conceptionem. Et si præcesserit administratio suffumigationum super ipsam huic rei conuenientium est illud conuenientius: & suppositoria, proprie de gummi quæ non sunt vehementis caliditatis, sicut bdellium, & quæ sunt similia illi, supposita ante illud conferunt. Et de illis quæ sunt mirabilia, est vt sit mulier suffumigata sub matrice cum aromaticis calidis, & non odoret ea desuper: deinde sumat cannam longam, & ponat vnam duarum extremitatum in cinere calido, & aliam in ore matricis, quantitate qua perueniat caliditas eius ad matricem aduentu tolerabili, & dormiat super illam figuram, aut sedeat H vsq; ad horam qua potest super eam, deinde coeat. Modus vero alius est quoniam, si causa est propter calorem & humores calidos, euacua eos, & æqua complexionem cum cibis, & potibus notis: & administra super matricem cerataria æqualis caliditatis ex succis, & mucilaginibus, & oleis frigidis. Et si fuerit causa frigiditatis & humiditatis, curetur cum eis quæ dicemus post: & est illa quę fit secũdum plurimum. Et si fuerit causa, ipsa remotio oris matricis, curetur cura remotionis cum ventosis [i] prædictis in capitulo suo: & phlebotomia saphenæ ex parte qua oportet, secundũ quòd dictum est. [k] Et si fuerit causa multitudo adipis, administretur exercitium, & subtiliatio cibi, & dimittat balneationem humidam, nisi cum aquis thermarum: & vtatur euacuatione cum phlebotomia, & clysteribus calidis, & exiccatiuis calefacientibus, sicut est theriaca, & theodoricon, & oportet vt dimittat vinum subtile album, & vtatur forti rubeo, puro, pauco. [l] Et ex pessarijs bonis ad eas est mel almadi, id est mel rubeum, & oleum de lilio, & myrrha. Et si causa fuerit ventositas prohibens à bonitate firmationis spermatis, curetur cum eis quæ sunt [m] sicut diacyminum, & bibat anisum, & semen apij, & præcipue semen rutæ, in aqua radicis, & pessaria facta ex eis. Et ex resoluentibus ventositatem, sunt sicut castoreum, & semen rutæ, & semen agnicasti.

E F.20.t.1.c.11.
F C.14.
G Alzar.lib.prac. sect.2.c.4.
H Ras.22.2tr.1.6. c.1.230.2.
I Lib.1.F.4.c.21.
K Ras.231.3.
L Ras.231.3.rel 4.
M Paul.li.3.c.74.

Et si

A Et si causa fuerit vehementia siccitatis, administrentur super eam clysteria humectantia, & suppositoria de apidibus lenibus, & dentur in potu lac, & proprie lac caprinum, & aleffidabegi pinguia.[a] Et si fuerit causa strictura oris matricis, oportet vt administretur in ea semper [b]radius de stano, & ingrossetur gradatim, & inungatur cum vnguentis lenificatiuis, & multum vtatur balneo. & confert ei [a] comestio caulium: & administrentur [b] apium,[b] & cyminum, & anisum, & similia. Et plurimum quidem causarum prohibentium imprægnationem receptibilem curationis, est frigus & humiditas. Et plurimum medicinarum facientium imprægnare tendunt ad succurrendum illi; & non est excusatio euacuationum humiditatis si fuerit humiditas cum hieris, & suppositorijs, & clysterijs. Et ex eis quæ bibuntur sunt confectiones calidæ, sicut mithridatum, & theriaca, & theodoricon, & medicamen alkekengi.[c] Et de eis quæ bibuntur habentes proprietates, est vt in potu detur mulieri vrina elephantis. est enim mirabilis in imprægnatione: & fiat illud cum proximus est coitus, & cum coit.[d] Et iterum bibat serraturam eboris, quoniam est præsentis iuuamenti. Et semen siseleos est bonum, & expertum. Et de eo quidem datur in potu pecudibus seminis, vt multiplicetur generatio. Et de vnctionibus est illa quæ fit ex oleo balsami, & oleo de ben, & oleo de lilio & pessaria de nasta nigra. Et iterum adeps anseris in lana, & ex vngulis aromaticis, & muscho, & spica, & cyperis, & alumine, & origano, & cypero & ameos, & hyssopo, & bdellio, & testi-

A Ras.22. cõti.t.6. c.2.231.3.
B Hipp. de sterili. 346.2.
C Ras.231.4.
D Alzar.lib.prac. t.25.sect.2.c.4.

B culis vulpis. Et darsisahan est mirabilis,[b] & nux cupressi,[b] & bacæ lauri, & galia, & amomum, & folium, & cordumeni: & ex omni calefactiuo styptico proprie ad lubricitatem, & suppositorio coagulorum,[d] & proprie coaguli leporis cum butyro post mundificationem, adiuuat ad impregnandum: aut cum oleo violaceo: & similiter suppositio stercoris eius: & suppositio fellis gazel masculi secundum quòd dicitur, & proprie si ponatur cum oleo aliquid de testiculis vulpis cum melle. Et similiter suppositio fimi eius: & suppositio fellis adib,[d] & leporis:[e] & leonis pondere tertiæ. 3.i. Collyrium bonum: spica, & crocus, & mastix, & myrrha, & muschus, & castoreum cum oleo nardino.[f] Et iterum sumãtur myrrhæ drach.iiij. & ireos, & fimi leporis amborum ana drach.ij. præparetur ex eis pessarium simile glandi, & supponatur, & iteretur in omnibus tribus diebus. Et iterũ mel colatum, & serapinum, & bdellium, & oleum de lilio.[g] Pessarium bonum: croci, amomi, spicę, meliloti, omnium ana drach.iij. & media, & folij, & cordumeni amborum ana vnc.i. adipis anseris, & vitelli ouorum amborum ana vnc.ij. olei nardini vnc.5. supponatur post ablutionem in lana cœlesti tribus diebus renouando omni die.[a] Et iterum, sumantur allia sicca, aut humida, & effundatur super ipsa quantum ipsa sunt de oleo sisamino: & decoquantur donec in decoctione dissoluantur, & recedat aquositas ex eis: & supponatur cum lana: est enim mirabile bonum. Et quandoque indigetur ante vsum pessariorum clysteribus cum re aliqua, [g] in qua sit virtus pulpæ colo-

E Aeti.li.4.ser.4. c.31.
F Ras.22.cõti.t.6. c.2.232.1. & Aeti. lib.4.ser.4.c.32.
G Ras.232.1.

C quinthidæ, quare educunt humiditates, aut supponantur in vulua sua [g]quod est sicut gũma [h]†{alchunchar,}& educet ex ea humiditates. Et ex suffumigationibus, sunt [a] trochi facti ex myrrha, & storace, & bacis lauri, & fiat ex eis suffumigatio omni die.[f] Et iterum nux cupressi, & arsenicum rub. conficiantur cum storace liquida, & fiat suffumigatio cum eis in traiectorio post mundificationem tribus diebus continuis. Et similiter myrrha, & storax liquida, & galbanũ, & baccæ lauri, & nigella iterum, & bdellium, & hyssopus.

H † caddal

De signis imprægnationis, & iudicijs eius. *Cap.* II.

Significant ipsam illud quod antecessit de conuenientia duarum emissionum spermatis: & dispositio quasi tepor succedens coitui:[i] & est caput virgæ quasi suctum, cum emittit sperma, & est cum egreditur ad siccitatem aliquantulum decliue:[k] & succedit ei vehemens adunatio oris matricis, ita vt non ingrediatur ipsum stilus.[l] Et similiter eius eleuatio ad superiora, & anteriora: & colligitur absque duritie & vehementia siccitatis illius partis:[k] & retinentur menstrua, quare non menstruatur vsque ad tempus: aut menstruatur paulatim:[i] & accidit dolor paruus in eo quod est inter vmbilicum & receptricem. Et quandoq; fit difficultas vrinæ, & accidit ei,[k] vt abhorreat coitum post illud, & odio habeat ipsum.[i] Et quando cum ea coitur, non emittit sperma:[m] & accidit ei apud coitum dolor sub vmbilico, & nausea.[n] Et prægnans habens masculum, vehementius

I Ras.22. cõti.t.6. c.1.228.3.
K Aeti. lib.4.ser. 4.c.8.
L Ras.229.4.
M Ras.231.1.
N Ras.229.2.

D odit coitum, quàm prægnans habens fœminam: ipsa enim quandoque non abhorret coitum. Deinde illud quod succedit ei de angustia, & pigritia, & grauitate corporis, & malitia animæ, & [o] parua nausea, & eructuatione acetosa,[k] & horripilatione, & dolore capitis, & vertigine, & tenebrositate oculorum,[m] & pulsu cordis:[k] deinde commouentur appetitus mali post mensem, aut duos menses.[p] Et citrinatur albedo oculorum earum, & fit viridis.[q] Et quandoque profundãtur oculi eius,[r] & mollificantur palpebrę eius,[r] & acuitur aspectus eius, & clarificantur [r] eius pupillę, [r] & ingrossatur eius albedo, & non citrinatur secundum plurimum. Et necessaria est alteratio coloris, & euentus impressionum egredientium à natura, quãuis sit in prægnãte ex masculo minus, & in prægnante ex fœmina plus. Et quandoq; [s] imprægnatio sedat dolores dorsi, & ancharũ propterea q calefacit ea matrix: & cum parit, redeunt. Et quãdoq; alterãtur mamillæ eius ab eo quod fuit:[t] & dilatantur & citrinantur super ipsum venæ eius,[k] & virides fiunt. Et in pluribus dispositionibus accidit prægnãtibus vt mollificentur earũ mamillæ in principio retentionis menstruorũ, & augmento eius, quod de ipsis retinetur vltra illud quo indiget embryon, propter paruitatẽ embryonis, & debilitatẽ eius à cibatione: deinde cum magnificatur embryon, cibatur illa superfluitate, et viuificatur, & sedantur accidentia retentionis eius.[n] Et cum imprægnantur puella quæ non-

O Paul.lib.1.c.1.
P Hipp.desterilit. 345.2.& Ras.231.1.
Q Hip.ibi.& Aeti.
R Ras.229.3.
S Hipp.de superfœtatione. 58.1.
T Ser.1.5.c.35.

dum cōsecuta est quindecim annos, timetur ei mors propter paruitatem matricis.[a] Et similiter est E dispositio illius, cui ex magnis aduenit feb. acuta. Interficit enim fœtum, ex hoc quòd facit posside re de malitia complexionis, cum ipse sit debilis non tolerans illud.[b] Et ex hoc quod nutrimentum eius corrumpitur ex parte complexionis eius: & ex hoc quòd cum mater nō nutritur, debilitatur fœtus: et cum nutritur, debilitatur ipsa. Et similiter cum accidit in matrice eius apostema calidum. Nam si est phlegmon, tunc quandoq; speratur cum eo raro euasio fœtus & matris. [c] Erysipila vero est mala valde. [d] Et quandoq; cognoscitur dispositio impregnationis per experimenta, de quibus est vt in potu dentur de melle in hora dormiendi duæ vnc. cum tanto pondere aquæ pluuialis permista, & videat an punctionem sentiat, an non. q; si sentit tunc punctionem, est prægnans. Et causa quidem in illo est, retentio inflationis cum cōmunitate intestinorum, licet medici mirentur de hoc: & est expertum certum nisi in consuetis potare illud. [e] Et iterum laboret in ieiunio in die, & in sero inuoluatur panno, & suffumigetur à vase seu instrumento suffumigationis, & traiectorio cum suffumigio: si ergo egreditur fumus & odor ex ore, & naso, tunc ipsa non est prægnans. Et [f] similiter experitur cum vacuitas est supponendo allium, & dormiendo super ipsum, & considerando an inueniat saporem eius, & odorem ipsius in ore, an non. Et ex eo quod dicemus in [g] capitulo signorū masculinitatis, & fœmineitatis de suppositione aristolochiæ cum melle. & intromissione. Et vrina quidem prægnantis in principio prægnationis est citrina, ad [h] cœlesteitatē vel plū- F beitatem vel fuscedinem decliuis, quasi sit [h] cottum in eius medio sparsum. Et significat prægnationem vrina [i] claræ substantiæ, super quam est quod est simile nubibus. Et proprie quando in ea sunt [h] sicut grana ascendentia, & descendētia. [i] In fine autem impregnationis quandoq; apparet in vrinalibus earum rubedo in loco in quo apparuit [i] in principio impregnationis glaucedo. [i] Et quando mouetur vrinale prægnantis, & conturbatur, tunc est in fine prægnationis: & quādo non conturbatur, est in principio prægnationis.

A Hipp. 5. aphor. 30. & 35. & C. i cō.
B T. 2. c. 9.
C Hip. 5. apho. 43.
D Hip. 5. apho. 41.
E C. 9. & Hipp. 5. aphor. 59.
F C. 9. & Hipp. de sterilit. 345. 2.
G 13.
H Lib. 1. Fē. 2. d. 3. sum. 2. c. 10.
I Ras. 31. cōti. t. 1. 460. 1.

De causis masculinitatis. Cap. 12.

CAusa masculinitatis est [k] sperma viri, [l] & caliditas eius, [m] abundātia ipsius, & cōuenientia coitus in hora mundificationis eius, & prouocatio spermatis [n] ex dextro: quoniam est [o] calidius, spissioris substantiæ, [p] & sumitur ex rene dextro, qui est calidior, & altior, & propinquior hepati. [q] Et similiter quando cadit in dextro matricis. Et similiter sperma mulieris in proprietatibus suis, & in parte sua, & regio frigida, & tempus frigidum, [r] & ventus septentrionalis adiuuant ad masculinitatem: & contrarium ad contrarium. [r] Et similiter ætas adolescentiæ, absq; pueritia, & senectute. Et dicunt quidam quod si currit à dextro viri, ad dextrum eius, masculinat. Et ex duobus sinistris, fœmininat. Et si currit ex sinistro eius ad dextrū ipsius, erit fœmina masculina. Et ex dextro eius ad sinistrum ipsius, erit masculus fœmininus. Et dixerunt quidam de illis qui loquūtur absq; G ratione, q; [s] †{prægnatio à die ablutionis est cum masculo vsq; ad quintum, & est cum puella vsq; ad octauū: deinde est cum masculo vsq; ad. xi. deinde est cum hermaphrodito.} Et sang. prægnantis cum masculo, calidior est plurimum, quam sang. prægnantis cum fœmina.

K G. 2. de se. c. 5. h
L G. 1. de se. c. 10. a
M G. 5. apho. 48. h
N Gal. 14. de v. p. c. 7. f. g
O Gal. & Ras. 22. conti. t. 6. c. 1. 228. 1. & 2.
P Aristo. 4. de genera. aīal. c. 1. aliter
Q Hip. 5. aph. 48.
R Ras. 228. 4. & Aristo. 4. de gene. animal. c. 2.
S † Ras. 22. cōti. t. 6. c. 1. 231. 2. Si mulier vtitur coitu in die sue lauationis, concipiet masculū, si in qnto fœminā, si in. vj. masculū, si in. vij. fœminā, si in viij. masculū, si in ix. fœminā, si in. x. masculum, si in. xj. vtrunque sexum.

De signis masculinitatis & fœmineitatis. Cap. 13.

PRægnans [t] habens masculinum, est [t] melioris coloris, & pluris [t] leuitatis, & agilitatis, & mundioris faciei, & sanioris appetitus, & quietiorum accidentium, [v] & sentit grauedinem lateris dextri. Plurimum enim generatur masculus ex spermate expulso ad dextrum duorum lateris colli matricis: & non accidit illud nisi aut propter desiderium illius lateris ad recipiendum: aut quoniam expulsio est ex testiculo dextro. [x] Et quando mouetur fœtus masculus, mouetur ex latere dextro. Plurimum enim cum incipit [y] mamilla augmentari, & alteratur color, fit in ea quæ habet masculum ex latere dextro, & proprie papilla dextra, [z] & ad ipsam currit lac in primis, & prouocatur in primis.[a] Et est lac quod mulgetur ex vbere eius, grossum viscosum, non tenue aquosum, ita quod lac masculi distillatur super speculum, & consideratur ad ipsum in sole, & remanet quasi ipsum sit frustum argenti viui, aut granum margaritæ, non currens, neque protensum. Et augmentatur papilla in habente masculum [v] in rubedine, non in nigredine vehementi.[v] Et fiunt venę pedum eius rubeæ non nigræ.[b] Et fit pulsus eius dexter vehementius plenus, & frequens.[c] Et dixe H runt quidam, quod quando mouetur à statione, mouet prius pedem dextrum, & est expertum. Et cum erigitur, sustentatur super manum dextram. [x] Et est oculus eius dexter leuioris, & velocioris motus. Et masculus mouetur post tres menses, & fœmina post quatuor menses. [u] Et dixerunt quidam de ingenijs est in cognitione illius, vt sumatur aristolochiæ aure. i. & teratur, & conficiatur cum melle, & supponatur cum lana viridi à mane vsque ad meridiem, & in ieiunio: tunc si dulcescit saliua eius, est concipiens masculum: & si est amara, tunc est prægnans cum fœmina: & si non alteratur, tunc non est prægnans. Et in hac causa, est consideratio, & indiget experimento, vel multa perscrutatione in sua scientia. Signa autem fœminæ, & quæ, prægnans est cum filia sunt contraria illis. Et ex eis quæ verificant est multitudo vlcerum pedum, & proprie in tibijs, & multitudo apostematum eorum.[d] Et quandoque est prægnans cum masculo, sed nō est masculus nisi debilis, & est lassus, & sunt peiores dispositiones & dexteriores significationes quàm in prægnante cum fœmina forti. Et enixa masculum consumit partum eius [e] in vigintiquinque diebus vsque ad triginta dies nisi ipsa sit ægra, & fœmina ex trigintaquinq; vsque ad quadraginta, & illud fit secundum plurimum.

T Hip. 5. aph. 42.
V Ras. 22. ꝯti. t. 6. c. 1. 230. 1.
X Ras. 229. 1.
Y Ras. 22. 3. & 230. 1.
Z Ras. 229. 2.
A Ras. 22. ꝯti. t. 6. c. 1. 229. 3. & 230. 4.
B Aeti. li. 4. ser. 4. c. 9.
C Ras. 230. 4. & 228. 4.
D G. 5. apho. 42. c
E Halya. li. 3. the. c. 34. & Ras. 22. ꝯti. t. 7. c. 1. 233. 2.

De re-

A *De regimine maſculinitatis.* *Cap.* 14.

OPortet vt calefiat mulier & vir cum aromaticis,& ſuffumigatione, & potu, & cibis,& potu mithridati & cum ſuffumigationibus,& peſſarijs prædictis,ſi eis indiget cum clyſteribus calefacientibus,& vnctionibus.ſ.ambobus.Et non auſcultet ille, qui dicit, quod oportet vt mulier ſit debilis ſpermatis,vt generetur ex ea maſculus:immo oportet vt ſit ſpiſſi ſpermatis, & fortis, & puella:huiuſmodi.n.ſperma dignius eſt vt ſuſcipiat maſculinitatem. Verũtamen non oportet vt deficiat à ſpermate eius ſperma maſculi : imo oportet vt ſit ſperma maſculi fortius in hoc capitulo eo,& [a] oportet vt dimittat coitum ad tẽpus,& non recedat à coitu oĩno: quare corrumpatur ſperma,ſm ꝙ diximus,& vt non multum vtantur potu aquæ,immo bibant de ea paulatim,& cibetur cibis fortibus calefaciẽtibus:deinde experiatur vir ſperma ſuum,& dum permanet tenue, ſcias ꝙ neceſsitas ad curationem remanens eſt:& cum ingroſſatur ſperma,expectet poſt illud diebus aliquot,& procedat ſm regimen ſuum,donec confortetur ſperma,& aggregetur ſm modum quem innuimus.Deinde conueniat cum ea conuentu quem innuimus,in loco aromatizato aromaticis calidis,ſicut ned primo muſcho,& croco,& xyloaloe indo crudo:& deuitet camphoram : & ſit in lætiore diſpoſitione,& meliore anima,& delectabiliore domo, & [b] cogitet de maſculis, & appropriet meditationem ſuam in maſculis fortibus habentibus audaciam,& opponãt ſuos oculos formæ viri,de illis,qui ſunt rectioris creationis,& glorioſæ formæ,& coeat.

A Cap.10.

B Cap.2. & Fen.1. t.4.c.23.& F.13.t.3. c.5.& F.15.t.1.c.6. & li.1.F.1.d.4.c.2. & Fẽ.2.do.1.c.8. & doc.2.sũ.1.c.14. & G.de ther. ad piſo. c.11. e, & de moti. manif.c.67.d.c.h

B *De ſignis alhanim,id eſt facientis naſci maſculos.* *Cap.* 15.

ALhanim,id eſt faciens maſculos,eſt vir fortis corporis,æqualis carnis in duritie, & mollitie, [c] multi ſpermatis,groſſi,calidi,& eſt magnorum teſticulorum,manifeſtarum venarum, [c] fortis deſiderij,quem non debilitat coitus,ex cuius dextro eijcitur ſperma. [d] Nam ruſtici etiam ſtringunt ſiniſtrum teſticulum tauri,vt effundatur ex dextro. [e] Cumq; adoleſcentis dexter prius inflatur teſticulus,tunc ipſe eſt maſculinans,aut ſiniſter, tunc ipſe eſt fœmininans. Et ſimiliter ille ad quem feſtinat pollutio,non à nocumento in ſpermate,eſt faciens maſculos.

C Raſ.22.con.t.6. c.1.229.2.

D Raſ.ibi. 229.4. & Ariſt.4.de generatione aial.c.1.

E Ga.ꝯmẽ.4.in.6. Hip.de morb. vul. 27.h,& Raſ.22.ꝯti. t.6.c.1.230.2. & 231.1.

De ſignis mulierum maſculinizantium. *Cap.* 16.

DE mulieribus maſculinãs eſt mulier ęqualis coloris, & formæ, q̃ non eſt dura corpore, [f] neq; mollis:& neq; menſtrua eius ſunt ſubtilia nigra,ſanioſa,neq; pauca aquoſa,neq; pauca aduſta valde:& [f] cuius os matricis eſt vuluę oppoſitũ:& cuius digeſtio bona eſt,& cuius venę ſunt apparẽtes ꝓcedentes ad exteriora:& cuius ſenſus & motus,ſm quod oportet exiſtunt:& non habet ventris ſolutionẽ aſsiduã,neq; ipſius cõſtrictionẽ aſsiduam:& [·] oculi eius ſunt decliues ad fuſcedinẽ,abſq; ſubalbedine:& [g] eſt gaudẽtis naturæ,& lætæ aĩæ.Et puellæ viri potẽtes in primis cum coeunt,ſunt velocis imprægnationis ꝓpter fortitudinẽ caliditatis earũ,& paruitatẽ adipis mtricis

C ipſarũ,& humiditatũ earum.Et [h] illę qbus velociter veniunt mẽſtrua,digniores ſunt vt maſculos cõcipiant.Et [i] ſpatiũ mundificationis illarũ,quarum eſt breue,eſt vſq; ad.xxij.dies,nõ vſq; ad.xl.

F Raſ.22.con.t.6. c.1.228.3.

G Raſ.229.2.

H Raſ.229.1. & 231.1.

I T.3.c.1.

De cauſis geminorum,& imprægnationis ſuper imprægnationem. *Cap.* 17.

CAuſa [k] earum eſt multitudo ſpermatis,& diuiſio ipſius in duo:& quod eſt ſupra:& eius caſus in duos ventres.Et [l] incolumitas qdem duorum filiorum,etiã geminorum, nõ eſt plurima. Et [m] parum ſunt inter geminos dies plurimi: ipſi.n. ſm plurimum fiunt ex coitu vno.Et [n] parum cõtingit,quod ex coitu ſup prægnationẽ fiat conceptio.Nã ſi fit cõceptio,fit in mulieribus, q̃ corpora carnoſa & pinguia hñt, & [o] ſunt multorũ pilorum,& multi ſangui.ꝓpter fortitudinẽ caliditatis earum.Et [o] ſunt illæ,q̃ fortaſſe vident ſang.in imprægnatione,& nõ curant de eo propter virtutẽ earum & fortitudinẽ matricis ipſarum,& nõ abortiunt cum mẽſtruis,& cum apertione eius, quod emittit in matrice.Et qñq; menſtruantur ſup imprægnatione numero duarum mẽſtruationum & ſupra.Quod ſi cadat imprægnatio ſup imprægnationem in non valde forti,& in ea, [p] quæ non cõcipit niſi propter apertionẽ oris matricis ſuæ,non ꝓpter fortitudinẽ ſuæ matricis, timetur, ꝙ ſit filius primus iam debilitatus,quare corrumpit ſecundus.Et iterum in fortibus timetur latus caſus litigij & compreſsionis inter duos filios.Et illud quidem plurimum perducit ad feb.et inflationem faciei,& aduentum ægritudinum,ad hoc vt abortiatur vnum eorum.Et [q] de ſignis qdem

D geminorum,& qui ſupra ſunt,ſm quod dixerunt, & expertum eſt, eſt vt conſideretur vmbilicus nati primi continuus cum fœtu:tunc ſi non fuerit in ipſo ruga,neque nodus, non erit poſt natum primum,filius:& ſi fuerint in ipſo rugæ,tunc prægnatio erit ſecundum numerum rugarum.

K Cap.2.& Ga.de diffini medic.49.g

L Ariſt.4.de gñatione aĩalium. c.4.

M Raſ.22.cõt.t.7. c.1.233.3.

N Ariſt. 4. de gñatione aĩaliũ.c.5.

O Raſ.229.3.

P Raſ.22.con.t.6. c.1.229.4.

Q Raſ.22. cõ. t.6. c.1.230.4.&.229.3.

De ſignis appropinquationis partus. *Cap.* 18.

CVm prægnans ingreditur in ſpatio propinquo tempori partus, & [r] ſentit grauitatem in inferioribus ventris ſub vmbilico,& in dorſo,& dolorem in inguine,& caliditatem in ventre,et inflationem in ore matricis vehementem,ſenſatam, & [r] humectationem eius, tunc iam approximat.Cumq; mollificantur eius anchæ,& [r] inflantur eius inguina, & fortior fit inflatio inguinis, tunc non eſt inter illud & inter partum niſi proximum.

R Aet.li.4.ſer.4. c.13.

De ſignis debilitatis embryonis. *Cap.* 19.

SIgnificant debilitatem eius ægritudines matris ſuæ,& euacuationes accidentes ei,& [s] proprie continuatio prouocationis menſtruorum pertranſeuntium illud,quod fit ſecũdum ſemitam raritatis & paucitatis,& ſm ſemitam ſuperfluitatis cibi.Et [s] ſimiliter apparitio lactis etiam in primo menſe in quo concipit ipſum,& [s] emulgetur,cum mamilla exprimitur. Et ſignificat ipſam, ꝙ [s] non mouetur fœtus motu de quo ſit curandum, [s] aut mouetur in non ſua hora.

S Raſ.22.con.t.6. c.1.230.2.

De ſignis

De signis debilitatis nati. Cap. 20. E

CVm fœtus nascitur,& non inflatur vmbilicus eius,& non mouetur,& non sternutat & non soluitur venter eius vsq; ad tempus,tunc ipse est debilis,& non viuet.

TRACTATVS II. *De impraegnatione & partu.* Cap. 1.



TEmpora quidem creationis,& motionis,& partus,iam diximus[a] in anatomia,& eis quæ sunt post ipsam.Et scias inde,quod[b] mensis septimus est primus mensis in quo parit ipsum,& est fœtus fortis creationis,& cõplexionis,cuius creatio velocior fuit, & cuius motus festinauit,& cuius petitio ad exitum fuit velocior.Et[c] plurimũ quidem moritur natus in hoc tẽpore,qm̃ tolerat motus vehementes in debilitate creationis,huiusmodi natus nãq; licet in radice sit fortis,tñ est proximi spatij cum creatione.[d] Verum natus in.viij.mense est,qui plurimum moritur de natis,& parum viuit. Quod si aliquis viuat de natis in.viij.mẽsibus,tunc illud est rarum valde,& parum viuit natus,qui est fœmina in hoc tempore.Et[e] in quibusdã regionibus non viuit natus.viij.mensium oĩo: qm̃ non euacuatur eius dispositio,quin aut sit retardatus in creatione,& motione, & in desiderio ad partum seu ad exitum vsq; ad hanc horã.quare significat̃,ꝙ eius virtus nõ est fortis in radice:conatus aũt eius ad motum exitus ad extra ĩn principio tẽporis complementi magis & plus debilitat ipsum, q̃ debilitet illum, cuius conatus ad exitum est in principio tpis cõplemẽti & est fortis in radice virtus eius,sicut nati in vij.Quod si nõ fuerit ita:imo fuerit creatio eius,& motus ipsius,& voluntas desiderans peruenire ad partum,iam fuerit cõpleta ante illum & fuerit hmõi fœtus iam desiderãs & exquirens separationẽ,& exitum à loco suo.& conuertat̃,& eius conuersio,q̃ non sequit̃ intentionem suã faciat accidere laborẽ & fatigationẽ,& remanet sic cõuersus,vsquequo redit ad ipsum virtus sua: & facit ipsum deficere debilitas suæ virtutis,tunc accidit ei ꝓculdubio illa lassitudo & defectio, quæ accidit debili desideranti vel exquirenti motũ euasionis ad locum optatum qñ aduenit ei talis motus absq; ꝙ ꝑueniat vel applicet ad illum locũ.infirmatur ergo proculdubio & debilitatur,& resoluit̃ virtus eius:& qñ nascitur in huiusmodi dispõne, est iudicium eius iudicium nati infirmi debilis:& de iudicijs eius est,quod non sperat̃ ei vita. Natus aũt in nono, si cõpleta fuerit eius creatio, & desiderauerit moueri in.vij.& nõ fuerit ei possibile vt euadat,ĩmo remaneat in matrice, & acciderit ei in.viij.quod diximus,tunc viuificat̃ in spatio mensis,viuificatione qua redit ad ipsum virtus,& æquatur à cõuersione sua,vsquequo redeat conuersus,& confirmet̃,vel fortificetur:cumq; nascitur,saluatur.Et cum nõ fit ita,imo non desiderat nisi moueri in illa hora, tunc iudicium eius est iudicium oĩs debilis in creatione vel in radice sua.Et plurimum quidem nascitur in decimo ille cui accidit vt desideret partum in nono,& non fuit ei possibile. Et accidit ei illud, quod accidit nato in.viij.Et parum quidẽ accidit vt sit voluntas separationis cadens in.vij.deinde extendat̃ viuificatio vsq; ad.x.ita vt eueniat ei ĩtegra viuificatio ĩ.x.hoc.n.rarum est.Et cũ hoc est signatio debilitatis virtutis,cũ postponit̃ cõplementũ vel ꝑfectio viuificationis seu virtutis ex.vij.vsq; ad.x. F G

De regimine vniuersali prægnantis. Cap. 2.

OPortet vt assiduent[f] lenificationẽ suarum naturarum semꝑ,cum eis quæ leniunt cũ æqualitate,sicut sunt[f] alesfidabegi pinguia:& sicut siracost,& similia,cum stringit natura valde:& vt occupentur[f] exercitijs tpatis,& deambulatione tenui absq; superfluo.Superflua.n.abortiri facit,& illud ideo, qm̃ ipsæ replentur propter illud, quod accidit eis de retentione menstruorum. Quod si superfluitates in eis multiplicent̃,oportet vt non assiduent balneum. Balneum nãq; eis execrabile est,[g] nisi apud propinquitatẽ.Et non oportet vt inungant̃ capita earum: & fortasse accidet eis inde coryza:quare accidat tussis,& cõmoueatur fœtus,et post abortus.Et oportet vt deuitẽt motum superfluum,&[h] saltum,&[h] percussionẽ,&[h] casum,&[h] coitum proprie,& repletionem cibi,& irã:&[g] non superueniat eis,quod faciat tristari,& timere:& elongentur ab eis oẽs reliquæ causæ abortus:& proprie in mense primo,& vsq; ad.xx.dies:& proprie in hebdomada prima:& vsq; ad tres dies à conceptione.Illic.n.est execrabile super eas oẽ cõmouens subito.Et consideretur illud,quod diximus de cõseruatione embryonis.Et oportet vt cingat̃ vel inuoluatur illud,quod est sub[i] hypochondrijs earum cũ lana leni vel cum pano leni.Et sint cibi earum[f] panis mundus cum alesfidabegi,& alzerbeiet.Et[h] deuitent oẽ acutum,& amarũ sicut capparis & lupini,& oliuę immaturæ,&[h] oẽ prouocatiuum menstruorum:sicut sunt faseoli,& cicer,& sisamum. Et si desiderant cibum in die conceptionis,præcipit Hip.vt in potu sumant sauich in aqua: ipsum enim quãuis sit inflatiuum,est tñ velocis nutrimenti.Et[f] vinũ earum sit odoriferũ,et subtile antiquum.Et Hip.quidẽ dixit,sumant in potu vinum nigrũ:& videt̃,ꝙ voluit intelligi ꝑ illud subtile nigrum:& sit nigredo eius propter ipsius fortitudinẽ,non propter fæcẽ.Et sint in secundis mẽsis earum[f] passæ,&[f] cydonia dulcia,&[f] pira,& excitantia appetitũ,& mala muza,& granata muza. Medicinę vero earum sunt sicut electuariũ de margaritis cuius descriptio.[k] Recip.margaritarum non perforatarum,pyrethri,amborum ana ℥.i.zinzib.et masticis amborum ana.ʒ.iiij.zurumbed, doronici,seminis apij seitaragi,cardamomi,nucis muschatæ,macis,cherfe omnium ana.ʒ.ij. been albi,been rubei,piperis,& macropiperis omniũ ana.ʒ.iij.cinnamomi.ʒ.v.zuccari sulimeni quantum omnia,et plus:cuius dosis sit cochlearium vnum:ipsum enim rectificat dispositionem matricis earum,& dispõnem stomachorum earum.Et oportet vt vehemens sit studiũ in stomachis earum,quare confortent̃ cum eis,quæ sunt sicut geleniabin cum xyloaloe,& mastice, & similibus. H I K

A T.1.c.1.&.2.
B Arist.7.de natu. aĩalium.c.4.
C Hippo.de septimest.partu.52.1.
D Aris.7.de natu. aĩaliũ.c.4.& Hip. de octimest.partu. 54.2.
E Arist.7.de natu. aĩalium.c.4.
F Ras.22.con.t.6. c.2.232.1.
G Aet.lib.4.ser.4. c.12.
H Ras.t.4.c.17.
I Paul.lib.1.c.1.
K Ras.22.con.t.6. c.2.232.1.& Serap. t.5.c.35.

A Et electuaria facta cum zuccaro plurimo, cum speciebus aromaticis subtilibus in quibus non est multa caliditas, & cum emplastris stypticis calefacientibus aromaticis.

De regimine enixæ. *Cap. 3.*

OPortet qñ parit, vt studium sit in prouocatione menstruorum retentorum, et rectificetur cibus, & non permutetur cibus subito ad regimen grossum: quare faciat ipsam febrire: & debilitet virtutẽ alteratiuã in hepate eius, & multiplicet̃ sitis eius, & fortasse fiat hydropica. Quod si induret̃ cum hoc hepar eius, non speratur ei sanatio. Et diebus qdem partus sunt motus, & periodi. Et principium eius est hora aduentus cõmotionis, & doloris. Et cum ægritudo pertransit .xx. dies vsq; ad .xxiiij. ægritudine stante, aut redeunte, significat tarditatem consumptionis. Et [a] necessaria est euacuatio in die alio ab isto, qui est dies crisis, si non fuerit debilitas.

A Fẽ.22.t.2.c.7.& li.4.F.2.t.2.c.5.

De appetitu prægnantis. *Cap. 4.*

CVm cadit appetitus prægnantis, iuuat̃ dimissione pinguis, vehementis pinguedinis, & [b] dulcis, vehemẽtis dulcedinis, & administratione [c] deambulationis leuis, & moderamine in potu aquæ vel paucitate potus aquæ, & vt sit cõtenta vino [c] odorifero, pauco subtili. Est.n. iuuatiuũ rectificans appetitũ: & illud, quod [c] accidit de nausea, & vomitu plurimo. Et de medicinis appetitui conferentibus est oẽ in quo est stypticitas cum caliditate subtili, sicut [c] virga pastoris cum anetho bibat̃ decoctio eius, & rauend ante cibũ & post ipsum de quo parum sumatur. Et emplastra nota cõfortantia stomachum facta ex cydonijs & [c] dactylis immaturis siccis, et calamo aromatico, & spica cũ vino odorifero antiquo. Et qñq; ponuntur in eis semẽ [c] apij, & anisum, & fœniculum: & proprie si fuerint illic dolor, & inflatio. Quod si eius appetitus malus fiat supflue, stude in mundificando stomachum eius cum eis, quæ sunt sicut aqua algeleniabim facti cum ros. persicis, deinde rectificet̃ cum acetosis, & rob de acresta. Et vinũ eius factum cũ aqua mellis, aut aqua zuccari, iuuamentũ eis bonum est in illo, & conueniens embryoni. Et [c] amylum quidẽ exiccatum conuenit appetentibus lutum ex eis. Et [c] qñq; iuuantur ex acutis, sicut sinapi, & similia: ipsum.n. abscindit humorẽ malum: & excitat appetitũ: & est vltimum in reducendo appetitũ earum. Cumq; conuertitur appetitus earũ ad caseum, assetur eis humidus sup prunas, donec exiccetur, qm̃ ille est melior, quam siccus acutus: primus.n. est minoris superfluitatis, & secundus est magis excitans appetitum. Ad ventositatẽ vero stomachi earũ, & dolorẽ eius, verbi gratia, administretur hoc electuarium. Recip. cymini carmeni infusi in aceto, & torrefacti post illud, & olibani, & origani persici oĩum ana partem vnam, castorei partis vnius tertiam: sumatur de puluere eius sicco a medio aur. vsq; ad aure .i. Ad vomitum vero earum super cibum, oportet vt dentur post cibum ea in quibus sunt aromaticitas, & ponticitas, & stypticitas, sicut cydonia assata, & proprie cum fixa sunt in eis C frusta xyloaloes indi, & [b] assiduetur compressio manuũ & pedum earum. Et administrentur sup stomachum earum emplastra nota: & [b] teneant in oribus suis grana granatorum cum folijs mentæ, & lambant aliquid de miua: & bolum armenum est de eis, quæ sedant earum nauseam.

B Ras.22.con.t.6. c.2.231.4.
C Paul.li.1.c.1.

De casachan cordis prægnantium. *Cap. 5.*

ILlud quidẽ plurimũ accidit eis ꝓpter cõitatem oris stomachi, & causa humoris in eo, & multoties [d] alleuiat sorbere aquã calidã, & [d] exercitiũ leue præcipitans illud, quod est in ore stomachi.

D Ras.22.con.t.6. c.2.232.1.

De regimine cursus menstruorum prægnantis. *Cap. 6.*

DEcoquant̃ styptica in qbus non est aromaticitas in aqua: & ex ea administret̃ tina sicut sunt lentes, & cortices granatorum, & balaustię, & gallę, & glãdes, & silia. Et qñq; fit ex gallis, & balaustijs, & corticibus granatorũ, & ficubus siccis emplastrũ, & ponit̃ super pectinẽ cum aceto.

De apostematione pedum prægnantium, & mollitie earum. *Cap. 7.*

EMplastrentur pedes earum cum [e] folijs caulis, & liniãtur cum vino misto cum aceto, & [e] decoctione citri: aut [e] liniatur cum chimolea, & quandoq; sumitur emplastrũ ex dactylis immaturis siccis [e] cum aceto, & alumine cum aceto.

E Paul.li.1. c.1.

De abortu. *Cap. 8.*

CAusæ abortus, aut sunt primitiuæ ex percussione, aut casu, aut exercitio superfluo, [f] aut saltu D vehemẽti, & proprie ad posteriora, vel retro: ipse.n. multoties facit descendere sperma cõceptum visibiliter: aut aliqd ex passionibus aĩalibus, sicut [g] ira vehemens, aut [g] timor, aut tristitia. Et ex frigore aeris, & caliditate eius supfluis. Et propter hoc genus abhorret̃ prægnanti [h] prolõgatio balnei ex hoc, q magnificatur anhelitus eius. Balneũ.n. licet abortiri faciat ꝑ lubricitatem, facit tñ abortiri: ꝓpterea, q facit fœtũ indigere aere frigido. Et qñq; prouenit ex debilitate eius ꝓpter defectum & mollificationẽ ipsius, propter cãm resolutionis, & ex nocumentis corporeis, & [i] ex ęgritudinibus, & [k] †{ascham,} & [i] fame vehemẽti, & euacuatione humoris, [l] aut sang. plurimi per medicinã, [l] aut phlebotomiã, [m] aut ex seipso: & [n] ex fluxu sang. menstruorum plurimi. Et [l] quanto magis filius est maior, est nocumentũ cum phlebotomia in ipso plus: aut ex repletione vehemẽti: aut ex [o] satietate nauseatiua plurima corrũpente nutrimentum fœtus, & oppilante viã ad eum: aut ex multitudine coitus mouente matricẽ ad exteriora, & proprie post septimum. Et multitudine balneationis, & ablutionis lubricante & mollificante matricẽ, & faciente abortum, licet balneũ abortiri faciat causa mollificationis virtutis: & qa facit fœtum egere aere frigido, ẜm quod diximus. Isti ergo sunt ordines causarum primitiuarum. Et qñq; fit à causis propter fœtũ, sicut est [p] mors eius propter aliquam causarum mortis eius: quare expellit eum natura, & proprie qñ currit ex eo res virulenta,

F Gal.ꝯmẽ.2. in.3. Hip. de morb. vulg.2.8.f
G G. & Alzar. lib. prac.t.25. sec.2.c.6.
H Ras.22.con.t.7. c.1.232.4.
I Gal.5.aphor.45. &.53.
K † G.5.apho.45. passione,
L Hip.5.apho.31.
M Hip.5.apho.34.
N Gal.5.apho.45.
O Ras.ibi.234.3.
P Halyab.9. theo. c.35. & Ras.233.1.

E virulenta, quæ mordicat matricẽ, & lędit eam: [a] vel ſicut eſt debilitas eius, quare non firmatur: aut propter pãniculos, & inuolutiones q̃bus continet̃. Cum. n. abrumpuntur, & mollificant̃, & effunditur ex eis humiditas eorum, lædit matricẽ, & mouet eã expulſiua, & adiuuat iterum ad lubricitatẽ. Aut propter cauſam matricis de amplitudine oris eius, & paruitate adunationis eius, aut ex humiditatibus in matrice, aut in orificijs venarũ lubrificantibus, & grauãtibus. Et [b] qñq; fit propter reliquas ſpẽs malitię cõplexionis in matrice ex calore, aut frigore, aut humiditate, aut ſiccitate, & paucitate nutrimenti fœtus. Et qñq; fit ex ventoſitate in matrice, & [c] ex apoſtemate, & [d] eryſipila aut duritie, aut cancro. Et qñq; fit ex vlceribus in matrice. Et [e] plurimũ abortus facti in mẽſe ſecundo, & tertio fit ex ventoſitate, & humiditatibus ſuper orificia venarum, q̃ ſunt matricis, quæ noĩantur foramina ex quibus contexunt̃ venæ ſecundinę: cũ ergo humectantur, mollificant̃ ipſę, et illud, quod ex eis texitur: quare fit abortus fœtus ex quolibet motore, aut ex vẽtoſitate, aut grauedine. Et qñq; eſt cauſa malitia cõplexionis calidæ exiccantis, [f] aut frigidæ congelantis. Et iterũ ex eis, quæ abortiri faciunt in initio rei, eſt tenuitas ſpermatis in radice, quare non creat̃ ex eo panniculus primus niſi debilis, præparatus ad diſrũpendum, cũ hoc, quod ipſe attrahit ſangui. Et [g] in ſexto, & qui ſunt poſt ipſum ex humiditatibus diſpertitis in matrice, lubricantibus fœtum. Et [g] dixerunt quidem, q; fit plurimũ illius ex ventoſitate: & veritas eſt iſte ſermo. Poſt ſpatium vero nonum plurimum abortus non fit niſi ex debilitate lædente. Et [h] dicitur, quod illa, quę eſt vehementer extenuata, cũ imprægnatur, abortitur anteq; ingroſſeſcat: [i] qm̃ corpus recipit de cibo ad ſui rectificationẽ, & reditionem ſuæ virtutis, taliter quod nõ ſuperfluit embryoni, quod ipſum nutriat, quare debilitatur. Et [f] in regionibus quidẽ valde frigidis abſq; æqualitate, & temporibus frigidis valde multiplicat̃ abortus ſimiliter difficultas. Et [f] ſilr̃ mors prægnantiũ. Et ſilr̃ in regionibus meridionalibus & tp̃ibus meridionalibus multiplicatur abortus: & ſilr̃ in aeribus meridionalibus. Et minoratur in ſeptentrionalibus, niſi ſint frigidi vehemẽter lædentes embryonem. Et [k] qñ pręterijt hyems auſtrina, calida, & ſequitur illam ver boreale frigidũ, abortiuntur pręgnantes, quę parituræ ſunt in vere, ex qualibet cauſa, & pariunt debilẽ. Et [l] dolores quidẽ accidentes apud abortum, vehementiores ſunt doloribus accidentibus apud partum: qm̃ illæ ſunt res non naturales. F

A Raſ. 22. con. t. 7. c. 1. 232. 4.
B Halyab. 9. theo. c. 39.
C Raſ. ibi, 232. 3.
D Ga. 5. apho. 45.
E Hip. 5. apho. 45. & G. 6. lo. af. c. 5. fo. 41. e, & Raſ. 22. cõc. t. 7. c. 1. 232. 4.
F. Raſ. 233. 2.
G Raſ. 232. 4.
H Hip. 5. apho. 44.
I G. ꝯmẽ. 4. apho. 44.
K Hip. 3. apho. 12.
L Raſ. 233. 3.

De ſignis. *Cap.* 9.

SIgna quidem abortus ipſius ſunt, [m] qm̃ incipit mamilla detumeſcere poſt ſoliditatẽ ſanam. Soliditatem vero ęgram rectificat natura pducens ad detumitionẽ ſine timore abortus. Et [n] quęcunq; duarum mamillarum detumeſcit à ſoliditate ſana, tunc habens eam abortit̃ fœtum ex duobus geminis, qui eſt in illo latere. Et [o] cum ſuperfluit lactis prouocatio, & frequens fit, adeo donec detumeſcat mamilla, tunc indicat, quod fœtus eſt debilis, & quod pręparat̃ abortui. Et ſilr̃ multitudo dolorum in matrice. Et [p] qñ rubet facies valde ĩ febre, & accidit rigor, aut grauatur caput, & G dominatur laſsitudo, & ſentitur dolor in profundo oculi, ſignificat, quod cauſæ abortus ſunt venientes, & quod ipſæ facient puenire menſtrua, deinde facient abortiri. Et ſilr̃ cauſæ fortes abortus qñ veniunt, ſignificant ipſum. Cõplexiones vero, & vlcera, & apoſtemata, & humiditates per ea cognoſcunt̃, quę dicta ſunt multoties. Factus aũt cauſa ventoſitatis cognoſcitur p ſigna ventoſitatis, & extenſionis abſq; grauedine, & ex permutatione, & ex additione cum acceptione inflatiuorum. Et cauſæ primitiuæ iterum cognoſcunt̃ ex aduentu ſuo ab extra. Mortẽ vero fœtus ſignificat motio rei derelictæ vel non ligatæ in cõcauitate grauantis, ſicut lapis, qui mouetur de latere ad latus: & proprie cum iacet ſuper latus ſuũ, & infrigidatur ſumen, cum ante illud eſſet calidũ, & detumeſcit mamilla. Et qñq; currunt humiditates virulentæ fœtidæ. Et ſignificat illud ſi iam acciderint prægnantibus ægritudines acutæ, nocẽtes ſua caliditate vehementer: [q] nam ſi ex eis prohibet̃ nutrimentum moritur fœtus, & ſi non prohibetur vehementior fit ægritudo, & fiunt alię ęgritudines prauæ. Et qñq; fit cum morit̃ fœtus, & ante illud. Et [r] eſt de indicantibus illud, vt demergatur oculus prægnantis ad profundum, & fiat albedo oculi fuſca. Et quandoque fit rigida auris eius, & extremitas naſi, cum rubedine labij, & diſpoſitio eius eſt ſimilis hydropiſi hypoſarcæ.

M Hip. 5. apho. 37.
N Hip. 5. apho. 38.
O Hip. 5. apho. 52.
P Raſ. 22. con. t. 7. c. 1. 234. 1.
Q T. 1. c. 11.
R Hip. de ſtabilit. 3 4 5. 2. alr̃, & Raſ. 233. 2.

De conſeruatione embryonis, & cautela abortus. *Cap.* 10.

EMbryonis ſuſpenſio ex matrice, eſt [ſ] ſicut ſuſpẽſio fructus ex arbore: & ſicut maior timor, qui H timetur ſuper fructum, quod cadat: eſt aut cum incipit eius apparitio, aut cũ ipſius exiſtit cõplementum ſeu maturatio. ſimiliter, quod vehemẽtius timetur ſuper embryonẽ, quod abortiuus fiat, eſt apud principium cõceptionis, & ante appropinquationẽ horæ partus, quare oportet vt caueantur in his duabus horis cauſæ abortus prædictæ. Et [t] pharmacũ quidem ſolutiuũ eſt de ſumma illarũ cauſarum: [v] quare oportet vt caueatur eius diſpoſitio ante mẽſem quartũ, & poſt ſeptẽ: & in eo, quod eſt inter illa iterũ: veruntamẽ in eo, quod eſt inter illa, eſt ſalubrius: & ad ipſum peruenitur cum neceſſarium eſt. Et fortaſſe nõ erit excuſatio in quibuſdã harum horarũ, quin ſoluat, & mundificetur ſang. eius, vt non corrũpat embryonem propter malitiam complexionis: quare oportet vt fiat cũ facilitate, & ſubtilitate. Et qñq; etiam mẽſtrua ante conceptionem nõ ſunt menſtrua neceſſaria, vel cõuenientia: & remanẽt in ea ſuperfluitates menſtruorũ eius, indigẽtes mundificatione, & tunc ſi non mundificãtur recipit earum corruptionẽ embryo: oportet ergo vt mundificetur illud cum ſubtilitate cũ mundificatiuis ſubtilibus, non potando, ſed ſupponendo & non ſupponant poſt os matricis, immo ſupponant in collo matricis: & nõ mundificetur cum eo quod mundificat vice vna, immo vicibus pluribus. Et cum ſuper mulierem timetur, quod abortiatur, cauſa

S Gal. 4. apho. 1.
T Gal. 5. apho. 34.
V Hip. 4. aphor. 1.

A causa complexionis,& apostematum,& vlcerum,& vetositatis,& reliquorũ, curetur totum cum eis,quæ sunt in suo capitulo.Et cum abortitur propter causam primitiuam, tunc si est cõmouens cõplexionem est tẽperetur:& si est aliud,& est de illis,quæ declinare faciunt ad matricẽ materiam calidã,ex qua timetur apostema,curetᷣ cum apocrusticis,& prohibẽtibus apostema,& cũ eo,quod de solutione possibile est.Si autem non fuerit illud,imo non timetᷣ ex eo nisi vt consequatur embryonẽ causa eius nocumentũ,aut læsio faciens ipsum abortiri,aut interficiens ipsum,tũc oportet vt curetᷣ cũ medicinis cõseruantibus embryonẽ,quas dicemus.Propter lubricitatẽ vero ab humiditatibus,q̃ est plurima lubricitas,oportet ĩ hora ĩpręgnationis vt administrenᷣ clysteria lenitiua, eũantia stercus,deĩde administrenᷣ iniectiones,et,puocãtia vrinã,et clysteria mũdificãtia mᷣicem.

De regimine bono ad illud. Cap. 11.

A Raf.22.con.t.7. c.2.234.2.

B Raf.22.con.t.7. c.2.234.3.

C Raf.ibi. 234.4.

EST[a] vt in potu detur aqua radicum cum oleo de kerua,aut decoctio alhasech, aut fœnugræci cũ oleo de kerua.Et[a] detur in potu in oĩbus decem diebus aliquid de pilulis fœtidis:& detur hiera Gal.in potu.Clystere bonũ ad illud,& ad vẽtositatem.[b] Recip.sauinæ,& origani, & ameos, & keisim,& ramorum anethi,& chamæmillæ,& rutæ,& hascec,& fœnugręci ana pugillũ vnum: decoquãtur in tribus lib.aquæ,donec consumatᷣ medietas,& sumatur de ea minus lib.& adde sup istã sextarium vnũ olei alrazaki,& sacraiati vnum olei sisamini,& vtere ipso clysterizando, & clysteriza ipsam oĩbus quatuor diebus cum tãtundẽ.Et[c] ex eo est vt sumatur coloquinthida, & perforetur,& extrahantur grana eius,& impleatᷣ oleo de lilio,& dimittatur die & nocte: deinde præparetur in mane sup cinerem calidũ,& dimittatur donec bulliat oleum integre:deinde coletur,& clysterizetur cum eo receptrix, dum est tepidum: hoc enim est mirabile ad lubricitatem humidam.Et post huius euacuationẽ oportet vt administrentur olea odorifera,calida,inuncta, & iniecta,& supposita in lanis.Et confectiones magnę,& medicamen alkekengi,& diamarte,& sagzenea in oĩbus tribus diebus,aut quinque.Et similiter de diamuscho,& diaspermaton. Et[d] iterum sumatur corticis thuris,& cyperi tritorum etiam amborũ ana pars.i.& myrrhæ pars.5.decoquanᷣ cum sex heminis aquæ,donec remaneat quarta,& coletur,& clysterizetur ex ea cũ.iiij.ʒ.in oĩbus tribus diebus postq̃ iam euacuata fuerit humiditas,quæ est ante ipsam. Et[b] ex suffumigationibus bonis sunt bdellium,& gluten alimbat,& ammoniacũ, & nigella coniunctim, & singulariter: & administrenᷣ post mundificationẽ,& supponatur spica,& crocus, & mastix,& myrrha,& galia,& castoreum,& bdellium,& similia in oleo nardino,aut adipe anseris super lanã viridem.Et supponatur post illud cuius præmissio necessaria est,coagulum leporis,& medicinæ conseruantes fœtũ in ventre matris,cũ non est nocumẽtum cõplexionis calidæ,aut apatis calidi,& similium illis. Et sunt medicinæ cordiales,sicut zurumbet,& doronigi,& been duo,& lætificãtes,& diamuschum, & mithridatum.Medicamen prohibens abortum.[e] Recip.doronigi,& zurumbet, & castorei, & assæ,& galiæ,& muschi,& cardamomi minoris,& gallarum,& spodij omniũ ana. ʒ.i. zinzib.ʒ.x. [f] †{ }& potus eius oĩ die est aure.i.cũ aqua frigida,& clystere calefactiuum istius gñis,& ex eis,q̃ conferũt in eo sunt origanum,& chamæmilla,& fœnugręcũ,& anethũ,& ameos, & silia.

D Raf.235.2.

E Raf.232.1.

F† zuccari drach. xx. distemperatus cum melle,

De regimine abortus,& extractione fœtus mortui. Cap. 12.

G Raf.22.con.t.7. c.2.236.2.

H Raf.235.1.

QVandoq; abortus in quibusdã horis necessarius est,de quibus est[g] illa,quæ est cum pręgnãs est puella,parua,supra quã timetur mors ex partu.Et de illis est cum in ore matricis est nocumentum.& additio carnis stringens super fœtus egressionẽ,quare interficit.Et de illis est apud mortẽ fœtus in ventre p̃gnantis.Et[h] scias,ꝙ qñ fit difficilis partus.iiij. diebus,tũc iam moritur fœtus:quare occupatus sis in vita matris,& non occuperis in vita fœtus: ĩmo stude in extractione illius.Et abortũ quidem qñq; faciunt motus,& qñq; faciunt ipsum medicinæ. Et medicinæ quidẽ faciunt,qm̃ interficiunt fœtũ,& quia prouocant menstrua cũ fortitudine. Et qñq; faciunt cũ lubricitate.Et interficientes fœtũ sunt amara,& prouocantia menstrua iterum sunt amara,& acuta.& lubricantia sunt humida,viscosa,quæ administrentur bibita & supposita.Et ex motibus est phlebotomia,& proprie ex saphena post basilicam:& proprie sup magnitudinem fœtus & sup famem,& exercitium,& saltus plurimi,& delatio oneris grauis,& vomitus,& sternutatio.

D Et de regimine bono in illo est vt intromittatur in os matricis pręgnantis charta inuoluta in modum licinij,aut penna,aut lignum abrasum vel politum & factum acutum in modum licinij cum mensura quantitatis fusti vel rami ex vsnen,aut ruta,aut hartanita, aut serachs. Ipsa.n.abortiri faciunt proculdubio:& proprie cum liniuntur ex aliqua medicinarum abortiri facientium, sicut alkitran,& aqua seu succus pulpæ coloquinthidæ.Et de medicinis quidẽ abortiri facientibus, aliæ sunt singulares,& aliæ compositæ.Et singulares quidem iam diximus in tabulis medicinarũ singularium,& cõpositis in antidotario.Hic vero dicemus de vtrisq; ordinibus eas, quæ magis operatiuæ sunt in intentione.De medicinis vero singularibus,quę sunt longinquiores à vehementia caliditatis,sunt sicut[i] absinthium,& fumus terræ.Sed medicinæ singulares calidæ vel acutæ sunt sicut[k] semen seitaragi,quod est simile nasturtio,& est ei odor nasturtij cũ supponitur,causat aborsum,& grana harmel iterum bibita,& supposita:&[l] oleum balsami cum supponitur extrahit fœtum & secundinam,& assa,&[l] galbanum forte est iterum:& buchormarien in hoc capitulo fortis est valde,bibita,& supposita,ita ꝙ quidam existimant,ꝙ si prægnans iaciat vel calcauerit pedem super eam,perducit eam ad abortiendum:& succus eius corrumpit fœtum linitus super vẽtrem, quanto ergo plus suppositus super cotum?[l] Et similiter succus reliquarum hartanitarum. Et[m] si in potu

I Raf.236.1.

K Raf.236.2.

L Raf.237.3.

M Raf.237.2.

in potu detur de vsnen persico pōdus.ʒ.iij.eijciet fœtum in die illo.Et [a] cū sumitur de cordumeni E A Raſ.22.cō: c.7. c.2.235.2.
iij.ʒ.eijcit fœtum,& facit possidere caliditatem & adustionem. Et iterū si inijciat̃ decoctio pulpæ
coloquinthidę in iniectorio narrato ſm conditiones suas:aut supponat̃ in lana suppositorio ascen
dente.Et [b] ex medicinis bonis est cinnamomū,cum pmiscetur cū rubea:ipsum.n.abortiri facit fœ- B Raſ. 236.3. in vno differt.
tum bibitū,aut suppositum,& cū hoc sedat nauseā.Et de illis,quę proprietatē habent,est [c] vngula
asini.Secundum.n.ꝗ quidam existimant,si cum ipsa suffumiget̃ fœtus viuus & mortuus, extrahit C Raſ.238.3.
eū.Et cū ex stercore eius fit suffumigatio p traiectorium,extrahit mortuum velociter.Et silr suffu
migatio [d] cum oculo piscis saliti.Et de medicinis cōpositis ebibitis in hoc est medicamen forte in D Cap.35.&.31.& Raſ.237.4.
faciendo abortū,& extrahendo fœtum mortuū,quod [e] Reci.assæ pondus.ʒ.5.& foliorū rutę siccæ E Raſ.236.1.
ʒ.iij.& myrrhæ.ʒ.i.& est dosis.i.sumat̃ in potu cū decoctione sauinæ,dosis vna in mane,& dosis.i.
in vesperis:aut [f] sumatur aristolochia longa,& gētianæ,& bacarum lauri,& myrrhæ,& costi mari- F Raſ.237.1.
ni,& casiæ ligneæ nigræ,& rubeæ tincturæ,& succi absinthij,& cordumeni recentis [g] †{acuti,}& G † ellebori,
piperis, & mescatramesir etiā partes æquales,de quo bibat̃ omni die aut̃.ij.x.diebus. Et de medi-
cinis bonis facientibus abortum cū facilitate,cū sedatione nauseæ,est illud,[h] quod Reci.cinnamo- H Raſ.236.3.
mi,& cordumeni,& sauinæ oīum ana.ʒ.x.myrrhæ.ʒ.v.& sit dosis eius.ʒ.iij.omni die: & alleuiatur
cum hoc mundificatio enixæ,& exitus secundinæ.Et [i] theriaca diatesseron etiā est fortis in facien- I Raſ.236.1.
do abortum,& extrahendo mortuum.Et [k] ad infantē mortuum sumantur.℥.iij.aquæ rutæ,& tan- F K Raſ.237.3.
tundem aquæ fœnugræci decocti cum ficubus decoctione multa,& origani. ℥.iij. & sumantur in
potu.Ipsa.n.lubricant mortuū.Et qnq̃ datur in potu aquæ frigidæ quātitas lib. i. & puluerizatur
desuper althææ.℥.i.& datur in potu,& vomitur,& fit sternutatio.Et [l] datur in potu aqua rutæ plu L Raſ.237.4.
rima cum oleo de fœnugræco decocto cū dactylis,& est conueniens secundinæ.Et de pessarijs est
medulla cordumeni de qua & ex ammoniaco fiat pessarium,& supponatur.[m] Pessariō forte.Reci. M Raſ.236.1.
succi cucumeris asinini kirat.viij.confecti cum felle taurino,& supponat̃: extrahit.n. fœtū viuum
& mortuum.[n] Pessariū Pauli.Reci.elleborū nigrum,& staphisagriā,& aristolochiā ro.& buchor- N Raſ.236.2.
marien,& grana almezerion,& pulpā coloquinthidæ,& ammoniacum, terantur oīa, præter am-
moniacū:ipsum nanq̃ resoluit̃ in aqua,& aggregentur cum eo reliqua:& qnq̃ ponitur cū eo fellis
taurini exiccati pars.i.& fit ex eis pessarium.Et [n] iterū aliud forte valde.Reci. salis ammoniaci tri-
ti.ʒ.x.ammoniaci.ʒ.iiij.conficiatur sal ammoniacus cum resolutione ammoniaci,& fiat ex eo pes-
sarium:& supponat̃ nocte tota eleuatis pedibus super puluinar, & inijciatur iterum in eam, quod
sit sicut decoctio absinthij,& sicut succus rutæ,& sicut decoctio sauinæ,& oleum de kerua.

De instrumento quo iniectio fit in matricem. *Cap. 13.*

OPortet vt sit instrumentum quo iniectio fit triangulatæ extremitatis,longū habens collum,
[o] secundum mensuram longitudinis colli matricis mulieris,quæ curatur.& taliter vt ingre- G O Raſ.22.cōti.t.3. c.2.224.1.
diatur os matricis,& sentiat mulier,quod iam peruenit in spatium intra matricem,et inijciatur per
ipsum,illud quod interficit,& quod lubricat,& quod extrahit.

De regimine quorundam antiquorum in extrahendo fœtum mortuum. *Cap. 14.*

EXtractio fœtus mortui,& incisio eius cū ferro,cum difficilis fit partus,[p] consideretur an sit sa- P Paul.lib.6.c.74. totū hoc caput acceptū Paul.
lubris,an sit non salubris.Si ergo fuerit ex illis,quæ salubres sunt,simus audaces in curatione
eius:& si non,prohibeat̃ illud.Mulieri.n.cuius dispositio mala est,accidit syncopis,cum vigilijs,et
obliuione,& mollificatione,& dislocatione,& cū vocatur,non fortasse respondet: & cū clamatur
alta voce,respondet debiliter:deinde superuenit ei syncopis iterum:& de illis sunt, quæ spasmant̃
cum tensione,& commouentur earum nerui,& prohibent̃ à cibo:& est pulsus earum paruus fre-
quēs.Illis vero,quæ saluant̃ nihil accidit de hoc.Oportet ergo vt mulier resupinet̃ sup [q] †{caput,} Q† lectum,
& super dorsum suū:& sit caput eius decliue ad inferiora,& crura eius eleuata, & contineant eam
mulieres,aut accipiāt ab omni latere,si fuerint præsentes. Et si non,ligetur pectus eius ad lectum
cū ligamentis vt non attrahatur corpus eius apud tensionē & attractionem fœtus: deinde aperiat
obstetrix superiorē partem colli matricis,& inungat manum sinistram oleo,& aggreget oēs digi-
tos in longitudine protensos,& intromittat eos in os matricis,& dilatet cum eis & effundat supra
ipsos de oleo.Et inquirat vbi oportet figere vncinos,quibus fœtus extrahat̃, & loca superiora in H
quibus figantur in eis vncini:Et ista loca in fœtu,qui descēdit super caput,sunt oculi,& os, & pars
posterior capitis,quæ est principiū nuchæ,& partes gutturis,& sub mento,& furcula, & loca pro-
pinqua costis,& sub hypochondrijs.In fœtu vero, qui descendit super pedes, sunt ossa, quæ sunt
supra pectinē,& costæ mediæ,& furcula:deinde teneat instrumentū quo extrahatur fœtus cū ma-
nu dextra,& intromittat manum sinistram & occultet vncinum inter digitos suos, & infigatur in
vno locorum,quæ diximus donec perueniat ad rem vacuā,& infigatur è contra vncinus alius, vt
sit attractio æqualis,& non declinet ad partē aliquā.Deinde tendatur, & non sit tensio æqualis in
directo tm̄:immo in lateribus etiam,sicut fit in ablatione dētium. Et oportet in intermedio vel in
interuallo ipsius vt mollificetur tensio:deinde intromittatur index inunctus, & digiti plurimi in
eo,quod est inter matricem,& corpus,quod retinet̃. Et applicentur digiti eius in circuitu ipsius.
Cum ergo sequitur seu extrahitur fœtus,ſm ꝗ oportet, tunc pmutetur vncinus primus ad locum
altiorē,& ita fiat cum vncinis alijs,donec egrediatur fœtus totus cū attractione. Quod si egrediat̃
manus ante aliam, & nō est possibilis reditio eius propter ipsius coarctationē,tunc oportet vt in-
uoluatur super ipsam pannus vt non lubricet,& attrahat̃ tādiu,donec cū tota egreditur, abscindat̃

ex spatula:

A ex ſpatula:& ita fiat cum egrediuntur ambę manus ante alia,& non eſt poſſibilis earum reductio. Et ſimiliter fiat de pedibus,cum non conſequit̃ eos ambos reliquum corpus.ſ.incidant̃ ex inguinibus.Et ſi caput infantis eſt magnũ,& accidit ei coarctatio in exitu,et eſt in capite eius aqua congregata,tunc oportet vt intromittatur inter digitos phlebotomus,aut cultellus ſpinoſus,aut cultellus quo incidunt̃ hęmorrhoides naſi,& perforet̃ cum eo caput vt effundat̃ aqua,& detumeſcat. Et ſi aqua non eſt,et eſt neceſſariũ vt extrahat̃ cerebrum eius,fiat.Si aũt fętus eſt magñi capitis natura, tunc oportet vt findatur craneum,& capiat̃ cum tenalijs,quibus extrahũtur dentes,& oſſa, & extrahatur.Et ſi egrediatur caput,& coarctet̃ pectus:tunc findantur cum hoc inſtrumẽto loca,quę ſequuntur furculã:donec perueniatur ad oſſa vacua:quare effundatur humiditas, quæ eſt i pectore, & detumeſcat pectus.Si aũt non detumeſcat oportet tunc vt ſcindatur,et auferatur os furculę.Cũ enim aufertur,obedit tunc pectus.Et ſi fuerit inferius vẽtris apoſtemoſum,& fœtus mortuus,aut viuus,oportebit tunc etiam,vt euacuetur cum eo quod narrauimus totum,quod eſt in cõcauitate eius.Fœtus aũt qui egreditur ſuper pedes,attractio fit facilis,& tranſpoſitio eius ad os matricis facilis.Quod ſi coarctetur apud ventrẽ,& pectus,oportet tunc vt attrahat̃ cum panno,& findat̃ ſm ꝙ narrauimus,donec effundat̃,quod intra ipſum eſt.Si vero reliqua membra auferãtur, & redeat caput,& retineatur,tunc intromittatur manus ſiniſtra,& quæratur cum ea caput,& extrahat̃ cum
B digitis ad os matricis,deinde intromittat̃ in eo vncinus vnus,aut duo ex illis quibus attrahitur fœtus,& trahatur.Et ſi os matricis iam coarctatũ eſt propter apoſtema calidum accidens ei,tunc non oportet vt laboretur,immo oportet tunc,vt adminiſtretur effuſio rerum pinguiũ plurima, & humectatio,& ſeſſio in tina:& adminiſtrentur emplaſtra ad aperiendum os matricis,& auferatur caput,ſicut diximus.In illo aũt,qui de fœtibus egreditur ſuper latus,ſi poſſibile eſt vt æquetur: tunc adminiſtrentur canones quos diximus.Et ſi nõ fuerit illud,incidat̃ infans totus ĩterius.Et neceſſaria eſt poſt adminiſtrationẽ harum rerũ,adminiſtratio ſpẽrum curationis apoſtematũ calidorum, quæ eueniunt in matrice.Qꝫ ſi accidat fluxus ſanguinis curetur cum eo, quod eſt in capitulo ſuo.

De regimine prægnantis post abortum. *Cap.* 15.

CVm abortitur mulier fœtum,oportet vt ſuffumigetur cum bdellio,& zufera,& alharmel,& glutine albotin,& origano,& ſinapi albo,vt currat ſang. & non ingroſſetur : quare retineatur,& dolorem faciat.

De extractione ſecundinæ. *Cap.* 16.

A Raſ.22.cõt.t.7. c.1.234.2.
B Hip.5.apho.49.

INgenium quidem in extractione,[a] quod adminiſtratur in ea abſꝗ medicamine,[b] eſt vt ſternutet cum aliquo eorũ,quæ ſternutare faciunt:deinde teneat ambas nares & os violenter, quare fiat tenſus vt chorda venter,& tenditur,& lubricat̃ ſecundina.Cumq; apparet ſecundina,tunc tendat̃

C Raſ.234.4.

C paulatim cum facilitate,& non ſit in ea labor,vt non abſcindatur.[c] Cũ ergo timetur abſciſio, liget̃ vel ſtringatur illud,quod apprehẽdit manus cum coxa mulieris,cõſtrictione temperata,& elaboretur in ſternutatione. Cumq; tardat̃ caſus ſecundinæ, non tendas eã tenſione aliqua, imo ſtringe eã ad coxas ambas ligatione deſuper,taliter vt nõ aſcendat.Et ſi fuerit adhærẽs cum profunditate matricis,tunc ſubtiliatio ſit in ſeparatione eius cum motu leui ad latera,vt mollificentur ligamẽta. Et oportet vt non cadat in hoc labor oĩno.Et ſi fuerit retentio eius propter vehementiam oppilationis,& cõſtrictionis oris matricis,ingeniet̃ ad dilatandum ipſum:aut cũ digitis,aut effuſione vnguentorum calidorũ mollificantium ſm propinquiorem præparationẽ ſitus mulieris, quæ poſſibilis eſt in ea:& fortaſſe eſt iacere eius cõuenientius ad illud. Et qñꝗ adiuuant ad illud vnctiones, & emplaſtra lenificantia de foris ſub vmbilico,et alchatim.Et qñꝗ ſufficit linimentum digitorum obſtetricis.Deinde regatur regimento ſternutationis,& ſuffumigationũ,& tinarum,& eorũ, quæ bibũtur,& ingenietur omni ingenio.Ipſa.n.in quolibet ſpatio putrefit,& fœtet, & adiuua te cum

D Raſ.237.4. & 235.4.
E Raſ.234. 4.
F Raſ.237. 3. & 235.4.

diureticis fortibus.Et [d] adminiſtra ei tinã decoctionis vſnẽ:qm̃ facit ipſam cadere.Et [e] de illis,quæ faciunt ipſam cadere,eſt vt infundantur in matricẽ vnguẽtum baſilicon.Ipſum.n. putrefacit eam, & extrahit ipſam.Et [d] cum egreditur,adminiſtretur oleum roſ.& ſimilia. Et de his, quæ adiuuant ad lubricationẽ eius,eſt,vt in [f] potu detur aqua cineris recẽtis pulverizata deſuper althæa : aut de-

G Raſ.236.2.

D tur in potu:aut ſupponatur aliquid de ſtercore auis falconis & adminiſtretur deſuper, quod dictũ eſt de medicinis facientibus abortiri fœtum,& peſſarijs,& ſuffumigationibus . Et [g] de ſuffumigationibus bonis,eſt elleborus albus facta ſuffumigatione cum eo:& ſtercus columbinum etiã facta ſuffumigatione cum eo,& ariſtolochia facta ſuffumigatione. Et de antiqꝫ fuerunt,ꝗ præceperunt obſtetrici vt inuolueret manum ſuã in panno,& intromitteret eã,& acciperet ſecundinã : ſed hæc cura eſt doloroſa:nã cum non egredit̃ ſecundina,tunc ipſa putreſcit,et egreditur poſt dies. Veruntamen parienti enixæ accidit diſpoſitio maligna ꝓpter vapores malos aſcendentes ex ſecundina ad cerebrum,& cor,& ſtomachum:oportet ergo vt ſuccurrat̃ ad nocumenta earum cum ſuffumigationibus aromaticis,& potu almiſuſen,& diamuſchi.Et adminiſtrent̃ epithemata ſup cor,& ſtomachum,et medicinę cordiales aromaticę.Et qdam antiquorum locutus eſt de extractione ſecundinæ ſermonẽ quem ego ſua dictione narro.[h] Inquit Ludus,ſi remanet ſecundina in matrice poſt exitum fœtus,tunc ſi os matricis eſt apertum,& ſecundina eſt inuoluta,& iam collecta & facta eſt ſimilis ſphęræ in latere matricis,tunc exitus eius eſt facilis.Et oportet vt calefiat manus ſiniſtra,& inungatur,& intromittatur ad profundum,& quęrat cum ea donec inueniat ſecundinã cum profundo matricis annexa [i] †{ }oportet vt trahatur non ſm rectitudinem,qm̃ timemus inde

H Aeti.li.4.ſer.4. c.24.& Paul. lib.6. c.75.

I† fuerit ſecundina,

inde conuersionem matricis, nec̨ attractione vehementi: imo oportet in primis vt permutetur cũ E facilitate ad latera dextra & sinistra: deinde addatur in quantitate attractionis: ipsa.n. attrahit tunc, & separatur ex adhæretibus. Et si os matricis fuerit adunatũ, administra spẽs curationis quas dixi tibi.[a] Et si non fuerit virtus debilis, administra res mouentes sternutationem, & [a] suffumigationes cum spẽbus in vase.[a] Et si aperitur os matricis, tunc tu intromitte manũ, & extrahe eã, ẽm q̧ diximus. Et si nõ egreditur secundina cũ istis rebus, tunc nõ soliciteris ex hoc: ipsa.n. post dies paucos resoluetur, & curret sicut currit aquositas sang. At vero malitia odoris eius facit dolorẽ capitis, & corrũpit stomachum, & angustiã facit. Quare rectius est vt fiat suffumigatio, & oportet, vt non sit abbreuiatio in administratione suffumigationis cũ rebus conuenientibus ad illud. Inquit, & iam expertus sum in hoc suffumigationẽ nasturtij, et ficuum siccarũ. Et alius locutus est ẽm sermonem quem scripsimus ẽm modũ suum etiã, præcipit vt ponant medicinæ acutæ, sicut ruta, & prasium, & abrotanũ, & oleum de lilio, & oleum de alcãna tantæ quãtitatis, qua humefiant medicinæ siccæ: aggregetur totũ illud in vase nouo, & cooperiatur caput eius, & fiat in eo foramen paruum, & intromittat in foramine cãna, & ponatur sub eo ignis. Cumq̨ vno feruore bullierit, remoue ipsum, & pone ipsum super prunas, & approxima ipsum scãno super quod sedet mulier, & pone cannam in vuluam eius, & cooperi cum pannis plurimis ex partibus eius vt non egrediatur vapor, & dimitte eam ẽm hunc modũ duabus horis donec permutetur secundina. Quod si non sufficit illud, F & debilitatur vapor in extrahendo ipsam, tunc tibi conuenit vti emplastris, quę abortiri faciũt fœtum. Administratio nanq̨ eorum post vaporationem est fortior, & penetrabilioris virtutis.

A Aeti.li.4.ser.4 c.24.

De prohibitione impręgnationis. *Cap.* 17.

MEdico qñq̨ necessarium est [b] prohibere imprægnationẽ in parua, super quã timetur de partu: & in ea cuius matrice est ęgritudo: & in ea in cuius vesica est debilitas. Grauitas nãq̨ fœtus facit posidere scissurã in vesica, quare inuoluntarie egreditur vrina, & non potest retineri vsq̨ ad finẽ vitæ. Et de regimine in hoc est vt præcipias in hora coitus, vt caueat forma imprægnatiua, quã diximus: & cum diuersitate inter duas spermatis eiectiones, & separatione cum velocitate, & [c] pręcipue vt eleuetur mulier cum cõplemento coitus, & saliat ad posteriora, vsq̨ ad. vij. &. ix. saltus: fortasse.n. egredietur sperma. Incessus aũt paruus, & saltus ad anteriora quiescere facit sperma fortasse. Et qñq̨ adiuuat ad lubricitatẽ spermatis, vt sternutet. Et de illis, quæ oportet considerare est,[d] vt supponatur ante coitum, & post ipsum alkitran: & vngatur cum eo virga, & [e] silr̃ cum oleo balsami, & cerussa: & vt supponatur ante & post pulpa granati, & alumẽ. Et [e] suppositio etiã summitatis caulis, & seminis eius, apud mundificationẽ, & ante coitum, & post ipsum est in hoc fortis, & proprie qñ ponitur in kitran aut submergitur in decoctione calamenti aut succo eius. Et [f] suppositio foliorũ algarab post mundificationẽ: & proprie qñ cum hoc sunt submersa in aqua foliorũ G algarab. Et [e] silr̃ pulpa coloquinthidæ. Et [g] †{berzargiesan,} & scoriæ ferri, & caulium, & [e] scamoneæ, & [e] seminis caulis partes æquales aggregentur cum kitran, & supponantur. Et [h] suppositio piperis post coitum prohibet conceptionem. Et [e] similiter suppositio stercoris elephantis sola, aut cum suffumigatione cum eo in horis prædictis. Et [e] de ebibitis est vt in potu dentur aquæ albedarungi vnc. iij. prohibet enim imprægnationem.

B Raf.22. 2ti.t.7. c.2.236.2. & Haly. 8.pract.c. 28.
C Hipp.de natur. pueri.36.2.
D Raf.lib. diuisi. c.97.& t.5.c.73.
E Raf.22. cõt.t.6. c.2.232.3.
F Raf. 232. 3. & Diosc.li. 2.c.117.
G† vitis albę, vitis nigræ, sulfuris,
H Raf.232. 2. & Dio.li.2.c.151.

De mola. *Cap.* 18.

QVandoq̨ [i] accidunt mulieri dispõnes similes dispõnibus pręgnãtium,[k] ex retentione menstruorum, & [k] alteratione coloris, & [k] casu appetitus, & adunatione oris matricis. Et [l] qñq̨ est cũ hoc durities quędã. Et qñq̨ est in ea aliquid duritiei in matrice tota. Et [l] accidit inflatio ambarũ mamillarum, & repletio earũ. Et qñq̨ accidit earum apostematio. Et sentit in vẽtre suo motũ, qui est sicut motus embryonis, & magnitudinẽ corporis, & quæ est sicut quantitas embryonis, quod permutatur dextra & sinistra. Et [m] qñq̨ remanet sic annis quatuor, aut quinq̨. Et [n] qñq̨ protẽditur vsq̨ ad finẽ vitæ, & [n] non recipit curationẽ. Et qñq̨ [k] accidit ei sicut hydropisis, & inflatio ventris: sed tendit ad duritiẽ non ad [l] tympanitem sonantẽ sono tympani. Et qñq̨ accidit dolor pariendi, & angustia, & cũ hoc non parit: imo qñq̨ est causa in eo tensio, & inflatio in venis menstruæ, quare non deponit aliquid. Et [o] qñq̨ deponit frustum carnis, cuius est forma quæ- H dam, cuius spẽs non comprehenduntur. Et [i] qñq̨ est illud, quod egreditur tm̃ vẽtositas. Et [i] qñq̨ sunt superfluitates aggregatę, quare egrediũtur cũ sanguine plurimo ex eo, qui retinetur. Et mola ex oĩbus istis est diuisio secunda: & est eadem noĩata mola: & alia ab illa non dicitur mola, & noĩatur persice naducen. Et causa in gñatione huius frusti carnis, ẽm q̧ existimatur, sunt duę res, quarũ vna est multitudo materierum effusarum ad eã cum vehementia caliditatis. Et secũda est coitus in quo matrix cõprehendit aquã mulieris, & extendit eã cum nutrimento, & propter defectũ virtutis masculinitatis, non concipit. Et de signis decernentibus inter molam harũ spẽrum, et inter pręgnationẽ veram,[k] est q̧ res illa nõ mouetur nisi in hora quadã, deinde post illud non mouetur: & est durities vẽtris cum ea vehemẽtior duritie ventris prægnãtis cum cõceptione vera. Et sunt mulieris manus, & [p] pedes molles valde cum subtilitate eorum. Et signa discernentia inter species alias, & inter molam, est existimatio, quòd est embryo, & sentitur corpus adunatum in matrice. Et multoties accidit ex mola illud, quod accidit ex apostemate matricis, ex accidentibus colicæ, propter constrictionem super orbum: quare accidit dolor vehemens: licet multoties habens molam patiatur aliquid ex dolore colicæ. Et quandoque fit iuuamentum in colica molatica cũ electuario

de dactylis

I Raf.t.9.c.88.
K Aeti.li.4. ser.4 c. 80.
L Paul.lib.3. c.69
M Arist.4.de gener.aĩal.c.7.
N Aeti.& Paul. & Raf.ibidem.
O Paul.& Ga.14. de v.p.c.7.d,&.14. meth.c.13.f
P Raf.lib. diuisio. c.93.

A de dactylis & electuario dicto alseriaran & similibus. Ipsa enim resoluunt ipsum dolorem, & cum hoc extrahunt molam.

De cura. Cap. 19.

Regimen in ea est paucitas motus, & dimissio exercitij, & resupinatio in dormiendo [a] cum eleuatione inferiorum, & prohibitio materierum à latere inferiore. Et si indiget phlebotomia, & euacuatione, & vomitu fiat. Et [b] curetur cum reliquis curationibus. s. curationibus apostematũ [a] durorũ, & cum mollificatiuis. s. emplastris, & vaporationibus, & embrocis, & tinis, & ex eis, quæ abortiuntur, & abortum faciunt post illud: quandoq; enim resoluunt materiam faciẽtem molam, & quod ei simile est, & quandoq; eijciunt eam. Et [c] multoties sufficit in ea labor dandi in potu logodion: & dandi in potu oleum alkekengi: est enim vehementis iuuamenti in hoc.

A Paul. lib. 3. c. 69.
B Ras. 22. cõt. t. 6. c. 2. 231. 2.
C Ras. 237. 4.

De figuris naturalibus, & non naturalibus partus. Cap. 20.

Figura [d] naturalis partus est, vt egrediatur super caput suum, ſm rectitudinẽ oris matricis, absq; inclinatione, manibus eius extensis super coxas: & quæ est præter illam est, non naturalis, sed quæ ei propinquior est, est vt egrediatur [e] super pedes suos: & egrediantur manus eius extensę super coxas. Quod si caput declinat à rectitudine, aut remouentur manus à coxis, & egrediuntur pedes, & retinetur manus, tunc est mala. Et [f] formæ exitus mali quandoq; interficiunt fœtum, & ma-
B trem. Et quandoq; euadit ex eis mater, & moritur fœtus propter illud, quod aduenit ei de labore, & propter illud, quod accidit ei apostematio exterius, cum prolongatur: & non sedatur in tribus diebus. Et quãdoq; perducit ad apostemata matricis interficientia, & euadit fœtus, & moritur mater. Et quandoq; præfocatur in huiusmodi puer, & moritur præfocatus.

D Paul. li. 3. c. 76.
E Aet. lib. 4. ser. 4. c. 22.
F Hip. de nat. pueri. 45. 2. & d morb. mulier. 286. 1.

De difficultate partus. Cap. 21.

Difficultas partus, aut fit [g] causa prȩgnãtis: aut [g] causa fœtus, aut causa matricis, aut [g] secũdinȩ: aut causa vicinantiũ, & cõicantium: aut causa horȩ partus: aut causa obstetricis: aut ꝑpter causas primitiuas. Facta vero causa ꝓgnantis est, vt sit [h] debilis passa ȩgritudines: aut famem: aut sit [g] timida: aut non [i] cõsueta impraegnationi, aut partui: imo [k] tunc est primũ cum parit, quare est timor eius maior: & dolor ipsius vehemẽtior: aut [h] est anus debilis: aut [g] est plurimæ adipis: aut est vehementis pinguedinis habentis strictũ almazen cuius mazem nõ dilatatᷣ, & non [g] fortificatur vel nõ est potens super cõpressionem & expressionẽ vehementem. ad matricem cum lacertis ventris, & est paruæ tolerantiæ in dolore, & [l] est [α] vehemẽtis permutationis, & inquietudinis: quare ꝑducit illud ad causam aliã, & est alteratio figuræ infantis ab eo quod conuenit. Facta aũt causa fœtus: aut est propter genus eius. [m] Fœmina. n. penitus est difficilioris partus, quã masculus: aut est propter magnitudinem eius: aut [g] magnitudinẽ capitis eius: aut [n] grossitudinẽ corporis eius: aut [g] propter
C multam eius paruitatẽ: aut [n] leuitatẽ, quare non descendit cũ fortitudine: aut propter alterationem creaturæ ab æqualitate, quȩ est facilis lubricitatis: sicut si sit sicut ille, qui habet [g] duo capita: aut quẽ comprimit numeratio embryonum: [g] fortasse. n. in ventre vno sunt quinque: immo qñq; est numeratio maior illa, qui parui sunt, & diuersi. Et qñq; est numeratio plurima valde in cysti vna. Et qñq; est difficultas: propterea, ꝙ est [o] mortuus: quare non fit ei adiutorium propter motũ eius: [g] aut est debilis, & fit paruum adiutoriũ propter motum eius. Et [g] qñq; fit difficultas: propterea, ꝙ figura eius exitus est non naturalis, sicut si [p] egreditur, super pedes suos: aut [q] super latus suũ, & manus suas aut [r] egredĩ curuatus ita vt pedes declinent versus faciẽ aut egreditur suꝑ genua & coxas, & istud fit ꝑpter corruptionem motus embryonis, [s] aut [α] propter multitudinẽ inquietudinis parturientis. Et ex eis, quæ securitatẽ faciunt eius, est vt sint accidentia partus, & [t] dolor decliuia ad [u] inferiora, & sit anhelitus bonus. Facta vero causa matricis est vt matrix sit [h] parua, in qua coangustatur motus fœtus: aut sit sicca valde, in qua nõ sit lubricitas: aut sit os eius strictum valde in creatione: aut propter consolidationem ab vlceribus, & reliquis speciebus constrictionis. Aut si in ea aliqua ægritudinum malarum, sicut [x] phlegmon, aut [x] vlcera, aut rhagadiæ, aut hæmorrhides in matrice. Aut fuit iam clausa, quare scissum fuit siphac ab ore matricis, scissione non completa, quare est eius dispositio sicut dispositio constrictionis oris matricis in creatione. Facta autem propter
D secundinam est, vt secundina [g] non disrumpatur propter grossitudinem suam, quare non reperiat fœtus euasionem: aut [g] ipsa rumpatur velociter, & egrediantur humiditates plurimæ ante complementum fœtus, quare non inueniat lubricitatem. Facta vero causa vicinantium est, vt sit in [x] vesica apostema, aut nocumentum aliud ex retentione vrinæ, & alijs: aut [y] sit in intestino fæx sicca plurima, aut apostema, aut colica alterius generis, aut [x] hæmorrhoides, aut rhagadiæ ani: & [y] sicut si sint ilia mulieris subtilia. Facta autem causa horæ partus est vt sit fœtus velox ad conatum partus, & fit fortis in eo, & non acciderit ei nocumentum, & fiat res difficilis ei sicut sæpe contingit illud, immo accelerat, quare accidit vt difficultetur partus, quoniam virtus quãuis sit fortis secundũ necessitatem, tamen est debilis ſm accelerationem vel conatum. Facta autem propter causas primitiuas est, sicut si forte [g] fiat frigus: [β] quare fortis fiat cõstrictio membrorum partus, & propter illud multiplicatur in regionibus septentrionalibus, & in ventis septentrionalibus: & [z] fit in regionibus & temporibus frigidis, difficilior. Et quandoq; perducit huiusmodi difficultas ad disruptionẽ ventris & rupturam mirach. Aut [a] fortis fiat calor, quare fortis fiat mollificatio virtutis: aut adueniat ei [b] tristitia. Et [c] sicut si mulier sit plurimũ vtens aromaticis, & odoramento aromatũ, & fiat matrix eius assidue attractionis ad superiora: quapropter non oportet apud difficultatẽ partus, &

G Paul. lib. 3. c. 76.
H Aet. li. 4. ser. 4. c. 22.
I Serap. t. 5. c. 36. & Hip. de nat. pueri. 45. 2.
K Ras. 22. cõt. t. 7. c. 2. 233. 1.
L Hip. de nat. pueri. 45. 2. & Rasis 233. 3.
Infra α
M Ras. ibid. 233. 1. & Alzar. lib. pract. t. 25. sect. 2. c. 10.
N Ser. t. 5. c. 36.
O Paul. & Hip. de mor. mulier. 286. 1.
P Ser. & Hip. ibi.
Q Ras. 233. 1.
R Hip. de morb. mulier. 286. 1.
S Hipp. de natura pueri. 45. 2. & Ras. 233. 3.
Supra α.
T Ras. 234. 1.
V Cap. 22.
X Alzar. li. pract. t. 25. sect. 2. c. 10.
Y Alzara. & Ras. 233. 1.
Infra β
Z Ras. 233. 2.
A Ras. 233. 3. & Paul. li. 3. c. 76.
B Ras. 233. 1.
C Ras. 234. 3.

casum virtutis vt olfaciat aromatica supra exigentiam necessitatis in reductione virtutis si cadat. E Et multoties perducit difficultas partus ex causis prædictis,[a] & [β]ex frigore constrictiuo, & inspissatiuo ad hoc vt rumpentur venæ in pectore,& pulmone,quare perducit ad sputum sang. & tussim,& phthisim.Et quādoq; perducit ad incisionem neruorum,& lacertorum propter vehementiam eius,quod accidit de tensione cum paucitate conuenientiæ ad exitum propter defectum lenitatis & lubricitatis:quare perducit ad spasmum. Et quādoq; peruenit res in quibusdam earum ad hoc,vt findatur mirach ventris:& illud est quando superfluit inspissatio.

A Paul.lib.3.c.76. *Supra β*

De signis. *Cap. 22.*

CVm declinat dolor ante partum ad anteriora & ad ventrem & [b] ad pectinem facilis fit partus.Et si declinat ad posteriora & ad dorsum,difficilis fit partus.

B Cap.21.

De regimine eius quæ est partui propinqua. *Cap. 23*

CVm prægnans appropinquat partui,necessarium est tunc,vt [c] assiduet balneationem, & tinam:& melius est,vt fiat extra balneum,vt non debilitetur,quare mollificetur.Aut administretur inunctio pectinis,& dorsi,& partium inter vuluam & anum cum eis,quæ sunt sicut oleum anethinum,& chamæmilinum,& de keiri,& alia ab illis.Et assiduet suppositionē aromaticorum, & effundant in partibus vuluæ ipsius cerataria vel in partibus inter anū & vuluā earum vnguenta subtilia & olea mollificantia & mucilagines mollificantes & vnctuosæ sicut adeps gallinæ, & F anseris impinguatæ,tepida nō frigida:sed sit ad caliditatē propinquior:& proprie cum est siccitas vulue,& corporis totius cum vulua.Et oportet vt in potu dentur propter difficultatē partus,mēse vno oī die in ieiunio mucilagines,sicut mucilago cydoniorū cū mucilagine seminis lini.Et sitr det ei in potu in diebus doloris partus,aqua fœnugræci. Et sit cibus eius ex oleribus lenificatiuis, & alesfidabegi,& caro pinguis,& gallina pinguis,& interdicantur ei styptica.Et oportet vt suffumiget vuluā suam cū muscho,& aromaticis.Cumq; presens est partus,& incipiunt accidētia eius,comedat rem paucæ quātitatis,& multi nutrimēti,& bibat desuper vinū odoriferum.[d] Deinde oportet vt sedeat mulier hora vna,& tendat pedes suos,deinde resupinet super dorsum suū hora vna: postea surgat subito,& ascendat gradus,& descendat et clamet.Cū ergo aperit os matricis parū, & incipit augmētari,& aperiri,tunc oportet vt fiat expressio quantū possibile est,& proprie cū scinditur siphac,& conetur sternutare,& aperiat os suum quantū potest, & itromittat aerē plurimum attrahendo ipsum naribus quāto plus potest:hoc.n.extrahit fœtum,& secundinā. Et [e] melius sup quod sedetur apud partū,est scamnū,posito puluinari post ipsam: & istud fiat post apertionē oris matricis.[f] Quod si mulier fuerit pinguis iaceat sup ventrem suum,& ponat caput suū super terrā, & intromittat genua sua sub ventre suo vt equetur os matricis cū vulua eius:deinde inungat vuluam suā cum lenificantibus prædictis.Et oportet vt dilatet,& aperiat cū digitis.Cum ergo facit il- G lud,& coarctat vēter eius,parit velociter partu quadrupedū.Cumq; apparet secūdina,scitur q̄ fœtus appropinquat.Et [g] si non scindit propter grossitudinē suam, oportet tunc scindat vnguibus, aut instrumēto simili folijs myrti assumpto inter duos digitos,cū facilitate, ne inueniat fœtum, & lædat eū,donec scindit,& curret humiditas,& lubricet fœtus.Quod si tu administras scissionē secundinę,& fœtus non p̄paratus ad egressionē abhorret euasionem seu exitum ad extra,& prolongatur spatium,& exiccatur vulua,sequere illud effundendo lubrificantia, & cerataria subtilia, & mucilagines in vulua, & adipes liquefactos,& albumen oui,& vitellum eius.

C Ras.lib.diuis. c.98.
D Ras.22.cōt.7. c.2.238.1.
E Ras.234.4.
F Ras.235.3.
G Ras.234.3.

De regimine eius in qua fit difficilis partus absque semita medicinarum. *Cap. 24.*

QVando [h]difficilis fit partus,tunc fac eam odorare odores delectabiles cum quantitate parua si virtus fuerit debilis,& da ei in potu aquam carnis,& ciba eam cibis bonis, paucæ quantitatis:sicut sunt sorbilia oua,& similia. Et [h] da ei in potu cados vini odoriferi, aromatici: deinde faceā sedere:& tempera sessionem eius.Et si est hyems,accende ignem plurimum:& si est æstas,euenta eam:& fac eā sedere vsq; ad hypocundria in aqua tepida ad caliditatē aliquantulam decliui:et proprie in cucuma in qua decocti sunt.M.x.calamenthi.Et suppone collyriū ex eis,quę sunt sicut myrrha.Et inunge pectinē eius,& membra partus eius,& dorsum ipsius cum cerato,& adipe tepidis:& proprie si fuerit causa frigus.Et sitr mucilaginibus et lubrificantibus. Et [i] q̄nq; est H tibi necessarium vt clysterizes cum eis vuluā eius,ita vt præcipias vt ponatur sub anchis eius ipsa existente resupina puluinar,et eleuentur pedes,et dilatentur coxæ eius quantum possibile est, et effunde in eam lubrificantia,et alia similia,cum iniectione [i] vltima in cāna cuius longitudo sit longitudo matricis,et plus.Et [i] dimitte eam vna hora vsqueque testentur mulieres,q̄ os matricis eius iam aperitur,et q̄ humiditates iam incipiunt currere:tunc ergo fac eam [k] sternutare, et eleua eam, et fac eam sedere super scānum:et præcipe vt exprimat inferiora ventris sui,et præcipe ei vt exprimat se &|cōprimat ilia eius.Ipsa enim pariet.Et fortasse q̄nq; īdigebis vt aperias vuluam eius cum instrumento ad hanc rē appropriato,quod dicitur luleb vt appareat os matricis eius, et aperiatur. [i] Et oportet vt experiantur super eam figuræ iacendi super ventrem, et super genua, et resupinæ, et aliæ.Et considera,quæ illarum facit appropinquare caput infantis vuluæ, et alleuiat partum. et caue ne dimittas obstetricem laborare in receptione, et in proiectione lubricantium in vuluam eius, quod si hoc regimen non excusat, adiuueris cum medicinis, et suffumigationibus. Cumq; das in potu in mane ex medicinis alleuiantibus partum, ex pilulis, et alijs, et non parit, oportet vt [l] sorbeat in hora meridiei de iure faseolorum,et ciceris cum oleo sisamino: deinde cum vesper

H Ras.22.cōt.7. c.2.235.4.
I Ras.236.1.
K Ras.238.1.
L Ras.236.1.

A Cap. 31.
B Raſ. 22. cõti. t. 7. c. 2. 236. 2.
C † lolij:

A veſper fit præcipe ei vt ſupponat aliquod de ſuppoſitorijs, quę [a] dicemus: & dormiat ſup ipſum, poſtea cum mane fuerit factum, ſuffumiga eã cum aliqua ſuffumigationũ, quas [a] dicemus: deinde itera dare in potu medicinã. Si aũt non confert, [b] adminiſtra epithemata dorſo, & vmbilico cum aqua rutæ, confecta cum farina [c] †{alſceilem:} & cum fortior fit dolor, & proprie propter frigus, ponaẽ in vulua oleum calefactum. Et antiqui quidem primi dixerunt in extrahendo fœtũ ingenium in capitulo motuum eius. Et nos relationem dimiſimus propter paruitatem fiduciæ in ipſo.

De regimine eius, cuius gemini pedes egrediuntur ante caput. *Cap. 25.*

D Raſ. 22. cõt. t. 7. c. 2. 234. 3.

OPortet vt ſubtiliatio ſit, vt [d] reducantur pedes, & conuertanẽ cum ſubtiliatione: ita vt æqueẽ ſedens, & eleuentur crura eius paulatim paulatim donec deſcendat caput eius, q; ſi nihil de hoc eſt poſſibile, ligetur fœtus cum vitta linea, & extrahatur: & ſi non eſt poſſibile vt fiat ſine inciſione, fiat illud ſecundum modum, qui dictus eſt in genito mortuo.

De regimine eius, cuius fœtus egreditur ſuper latus ſuum. *Cap. 26.*

ESt proximum illi vt æquetur cum eleuatione ad ſuperiora: deinde cum ſeſſione, & retroductione cum facilitate.

De regimine eius, quæ parit apoſtemate in matrice eius exiſtente. *Cap. 27.*

B ADminiſtrentur ſuper eam cerataria, & olea: deinde adminiſtra ei illa, quæ ſcripſi tibi debere fieri in pingui de forma partus & alijs.

De regimine eius cuius partus fit difficilis cauſa magnitudinis fœtus. *Cap. 28.*

E Raſ. 22. cõt. t. 7. c. 2. 234. 3.

OPortet [e] obſtetrix bonam faciat retẽtionem huiuſmodi fœtus: quare ſubtilietur in extractione eius paulatim: tunc ſi valet illud in eo, bene eſt: & [e] ſi non liget eum cum margine pãni, & trahat eum ſubtiliter attractione poſt attractionem. Quòd [e] ſi illud non confert, adminiſtrentur forcipes, & extrahatur cum eis. Si vero non confert illud, extrahatur cum inciſione, ſecundum q̃ facile fit, & regatur regimine fœtus mortui.

De regimine eius cuius partus fit difficilis cauſa mortis fœtus, aut malitia figuræ partus, cum qua non ſperatur vita. *Cap. 29.*

F Cap. 12.
G Raſ. 22. cõt. t. 7. c. 234. 3.

ADminiſtrentur medicinæ extrahentes fœtum mortuum, de his, quæ [f] dicta ſunt, & dicentur. Quod ſi illud non confert, ſuſpendatur cum vncinis, & [g] incidatur fruſtatim, & extrahatur: et feſtina ad hoc antequam inſletur. Si ergo fuerit caput magnum, & poſſibilis fuerit eius conquaſſatio, aut inciſio vt currat, quod eſt in ipſo, fiat.

De regimine ſyncopis eius. *Cap. 30.*

ASpergatur aqua ſuper faciem eius, ſi non timetur reuerſio fœtus, & viuificetur virtus eius cũ aromaticis, & fac eam ſumere aquam carnis cum vino, & ſpeciebus condientibus.

C *De medicinis facilem efficientibus partum.* *Cap. 31.*

H Raſ. 22. cõt. t. 7. c. 2. 235. 4.
I Raſ. 236. 4.
K Raſ. 238. 1.
L Raſ. 237. 3.
M Raſ. 236. 2.
N † ſabina

OMnes medicinæ, quæ educunt vermes, & aſcarides, extrahunt fœtum. Et [h] cum in potu ſumit mulier de corticibus cucumeris ſic. iiij. aure parit ſtatim. Et ſumere in potu aſſam, & caſtoreũ eſt bonũ & vltimũ. Et ſumere in potu [i] cinnamomũ eſt bonũ valde: ipſum. n. accidentia partus alleuiat, & partum. Et [k] iterum decoctio foliorum altheæ romanæ cum aqua, & melle, eſt ex eis, quæ alleuiant partum valde, q̃m alleuiat accidentia partus, & partum. Et iterum aqua fœnugræci alleuiat partum valde. Et iterum medicamen bonum & vltimum eſt, vt [l] ſumatur capillus veneris, & diſſoluatur contritus cum vino & aliquantulo olei & ſumatur in potu, & ſimiliter pulegium. Pilulæ bonæ, quæ ſunt quorundam medicorum me nuper pręcedentiũ, & quas ſibi attribuere voluerunt quidã poſtremi. [m] Reci. cinnamomi, & abel amborum ana. ʒ. x. caſiæ bonæ. ʒ. vij. cinnamomi groſſi & myrrhæ & ariſtol. ro. & coſti amari, oĩum ana. ʒ. v. ſtoracis, & opij amborum ana. ʒ. ij. muſchi. ʒ. i. quartam, fiant ex eis pilulæ, & dentur in potu aure. iij. in duabus vnc. vini antiqui. Et quod magis diligendum eſt, eſt vt minoretur opium, & ſufficiat de eis. ʒ. i. Pilulę alię bonę. [m] Reci. [n] †{abel}. ʒ. x. & rutæ. ʒ. v. & granorum harmel. ʒ. iiij. & aſſæ, & ammoniaci, & rubeæ omnium ana. ʒ. iij. fiant ex eis pilulæ: & bibantur ex eis. ʒ. iij. cum decoctione prouocante mẽſtrua, ſicut eſt decoctio de abel et pulegio, et rubea, et cum decoctione faſeolorum rubeorum, aut cum

D ſucco rutæ. Pilulæ bonæ. [m] Reci. abel. ʒ. ij. aſſæ, ammoniaci, rubeæ omnium ana. ʒ. ſ. et ſit doſis vna.

O Raſ. 237. 1.
P Raſ. 236. 4.
Q Raſ. 236. 3. i duobus differt.
R Raſ. 237. 4.

Et [o] iterum ariſtolochiæ lon. piperis, myrrhę omnium æquales partes: fiant ex eis pilulæ, et ſit doſis. ʒ. iij. omni die cum. ℥. i. aquæ lupinorum: ſunt enim abortum facientes, partũ alleuiantes, mundificantes matricem cum fortitudine. Et ſimile illis in ſuis diſpoſitionibus eſt illud, quod [p] Recip. bdellium ſubalbidum, myrrham, et abel, de quo fiant pilulæ auellanis ſimiles, et bibantur, q̃m alleuiant partum. Confectio bona valde, de qua dicitur, quod non æquatur ei aliquod. [q] Recip. myrrhæ, et caſtorei, et ſtoracis oĩum ana aure. i. cinnamomi, abel amborũ ana aure medium conficianẽ cum melle, cuius doſis ſint duo aure. et melius eſt vt detur in potu cum vino, eſt enim vltima. De emplaſtris et epithematibus. Sumatur decoctio pulpæ coloquinthidæ, et ſuccus eius, quæ humida eſt, eſt melior, et miſceatur cum ea ſuccus rutæ, et ponatur in ea aliquid myrrhæ, et liniatur cum ea pecten vſque ad vmbilicum. Suppoſitoria fortia in faciendo deſcendere illud, quod ſeparatur. Sumergatur lana in ſucco pulpæ coloquinthidæ, et ſucco rutæ, et ſupponatur: [r] aut ſupponatur ariſtol. etiam in lana, aut ſupponatur buchormarien, aut ſtaphiſagria, et cucumer aſininus, et condyſi: aut ſupponatur collyrium ex elleboro, et opopanaco, et felle taurino, facit enim deſcendere viuum et mortuum. Medicinæ facientes illud cum proprietate. Dicitur, oportet vt difficultatem

patiens teneat in manu[a] sua sinistra magnetẽ: aut liniatur [a] cũ cinere vngulę asini, qm̃ est vltimum. E
aut suffumigetur cũ ea. Et [b] siliꝰ vngula equi. Et [c] siliꝰ suffumigatio cũ oculis piscis saliti. Et dicitur, ꝙ si suspendatur corallus etiam in coxa dextra, cõfert difficultati partus. Et [a] dicitur, ꝙ si suspendatꝰ super coxã eius storax aphricana, nõ adueniet ei dolor. Et [a] dicitꝰ, ꝙ si teratur crocus, & conficiatur, & fiat ex eo nux, & suspendatꝰ super eã, expellit secundinã. Suffumigationes. Suffumiga eã cũ myrrha, qm̃ est bona valde. Et [d] iterum cum myrrha & galbano & opopanaco confectis cũ felle vaccino: fumatur ex eo auř. i. & suffumigetur cũ eo: aut [e] fumantꝰ sulphur citrinum, & myrrha rubea, & fel vaccinum, & opopanacum, & galbanũ, & suffumigetur cum eis. Et [e] suffumigatio cum spolio serpentis, aut cum fimo columbino est alleuians: & fortasse interficit suffumigatio cum spolio serpentis fœtum. Et suffumigatio cum opopanaco solo, alleuiat: & cum stercore falconis.

A Ras. 22. cõt. t. 7. c. 2. 238. 1.
B Ras. 237. 4.
C Cap. 12. & 35. & Ras. 22. cõ. t. 7. c. 2. 237. 4.
D Ras. 235. 4.
E Ras. 237. 2.

De regimine infantis cum nascitur. Cap. 32.

HAnc rem prosecuti sumus in [f] libro vniuersalium, quare quæratur illic.

F 1. Fẽ. 3. do. 1. c. 1.

De dispositionibus enixarum. Cap. 33.

ALlnefas. i. [g] enixatio seu tempus enixæ non extenditur in masculis vltra. xxx. & in fœminis vltra. xl. dies, & plus parum: & accidunt enixis ægritudines plurimæ, sicut fluxus, & retẽtio sang. quare perducit fluxus sang. ad casum virtutis: & perducit retentio menstruorum ad febres prauas: & ad apostemata praua, & multoties accidit exitura ex partu difficili. Et quandoꝗ accidit F eis inflatio ventris: & fortasse moriuntur. Et [h] sanguis quidem partus vehemẽtioris est nigredinis, quam sang. menstruorum: quoniam est retentionis longioris spatij.

G Hip. de morb. mulieb. 299. 1.
H Ga. pmẽ. 3. in. 3. de morb. vul. 73. c, & Ras. 22. cõti. t. 1. c. 1. 217. 1.

De regimine multitudinis sanguinis eius. Cap. 34.

CVm multiplicatur fluxus sang. enixæ, [i] oportet vt cum vitta ligentur manus eius, & ponãtur super ventrem eius panni infusi in aceto: & supponãtur collyria ex eis, quæ sunt sicut balaustiæ, & karabe, & rosæ, & thus cum vino pontico. Et oportet vt deuitet medicinas cauterizantes: ipsæ enim sunt malæ matrici propter neruositatem eius, & de illis quibus inest proprietas in hoc, fm ꝙ [k] dicitur, est suspensio stercoris porcini in lana, & suspendatur in coxa eius.

I Ras. 22. cõti. t. 7. c. 2. 234. 4.
K Ras. 22. cõt. t. 7. c. 2. 238. 1.

De regimine paucitatis sanguinis eius. Cap. 35.

QVando parit, aut abortitur, & timetur, quod sangui. eius minoretur, aut apparet illud, tunc rectius est vt solicitudo sit in prouocatione sang. eius, & attenuatione eius: nã cum retinetꝰ, facit accidere apata. Et sternutatio ĩ hoc est iuuatiua. Et de medicinis quibus fit suffumigatio in hoc, est vt suffumigetur cũ sinapi, & [l] harmel, & bdellio, & [m] myrrha. Et [n] iterũ suffumigetꝰ cum oculo piscis saliti: aut cum vngula equi, aut asini. Si autem illud non excusat aliquid, tunc [n] necessaria est phlebotomia saphenæ, vt extrahat sang. & prohibeat nocumentum repletionis, & apostemationis eius, & fortasse prouocabit. Et phlebotomia venæ curuaturæ [o] poplitis est fortior. G

L Dios. lib. 3. c. 43.
M Dio. lib. 1. c. 67.
N Cap. 12. & 31. & Ras. 22. conti. t. 7. c. 2. 235. 3.
O Li. 1. F. 4. c. 20. & Gal. de cur. rõne p sang. c. 11. f. g, & Ras. ibidem.

De regimine febrium eius. Cap. 36.

AQua [p] hordei confert ei: ipsa enim cum hoc non retinet menstrua. Et similiter granata dulcia: & plurimum quidem febrium earum est propter retentionem menstruorum. Cum ergo curatio fit cum phlebotomia saphenæ, fit iuuamentum cum ea.

P Ras. 22. cõti. t. 7. c. 2. 234. 2.

De regimine inflationis ventris eius. Cap. 37.

DEtur in potu diamarte: & detur in potu alkekengi, & [q] dentur in potu serapinum, & origanum, & mastix cum æqualitate.

Q Ras. 22. pti. t. 7. c. 2. 235. 4. & 237. 1.

De regimine doloris matricis. Cap. 38.

SEdeat in aqua tepida: & inungat loca sua cum oleo violaceo dulci tepido.

De regimine vlcerum eius. Cap. 39.

CVrentur cum vnguento albo, & similibus ex vnguentis conuenientibus vlceribus, super membra neruosa.

TRACTATVS III. *De reliquis ægritudinibus matricis exceptis apostematibus, & quæ currunt cursu eorum.*

De iudicijs menstruorum. Cap. 1.



MEnstrua temperata in quantitate, & qualitate sua, & in tẽpore suo, currente fm consuetudinem suam naturalem in omni vice seu periodo sunt causa sanitatis mulieris, & mundificationis corporis eius ab omni nocumento in quãtitate, & qualitate, & faciunt ipsam acquirere castitatem, & paucitatem desiderij. Et [r] mensuratio æqualis ad menstrua est vt [s] menstruetꝰ mulier in oĩbus. xx. diebus vsꝗ ad. xxx. dies: & quod est supra illud, & quod est infra illud, quod cadit in quintodecimo, & septimodecimo, est non naturale. Et cum alterantur menstrua à dispositione sua naturali, sunt causa ægritudinum plurium. Et parum quidem accidit, vt alterentur in tempore suo. Et ex nocumento alterationis menstruorum peruenitur ad additionem debilitatis mulieris, & alterationem formæ eius, & paucitatem conceptionis eius, & ad multitudinem abortus eius. Et ad partum debilis fœtus cum pepererit. [t] Retentio autem menstruorum, & paucitas eorum, commouent in ea ægritudines repletionis omnes, & præparant eam ad apostemata, & [v] dolores capitis, & reliquorum membrorum, & tenebrositatem visus, & perturbationem sensus, & [x] feb. & multiplicatur cum ea repletio vasorum spermatis eius, quare fit desiderans, nõ casta, & non suscipiens filiũ ex imprægnatione propter corruptionem matricis eius, & spermatis ipsius: & perducit cum eo res ad præfocationem matricis, H

R T. 1. c. 16.
S Paul. lib. 3. c. 60.
T Hip. 5. apho. 57.
V Ras. 22. cõt. t. 1. c. 1. 217. 2.
X Aet. li. 4. ser. 4. c. 52.

A Ras.22.cõti.t.1.c.1.217.2.
B Aet.lib.4.ser.4.c.51.
C Paul.lib.3.c.60.
D Ras.ibi.217.1.
E Ras.& Pau.ibi.
F 25.
G Hip.5.apho.39.
H G.3.de sympt.cau.c.2.27.a
I Alzahar.lib.pract.t.25.sect.2.c.18.
K Gal.5.apho.57.
L Alzar.li.pract.t.25.sect.2.c.18.
M Ras.22.cõ.t.2.c.1.219.2.
N Gal.5.apho.57.
O Ras.ibid.219.2.&G.5.apho.57.
P Ras.22.cõti.t.1.c.1.216.4.
Q Alzar.li.pract.t.25.sect.2.c.18.
R Alzar.li.pract.t.25.sect.2.c.18.& Ras.219.1.& Ga.6.loc.aff.c.5.fo.41.d
S Li.1.Fē.2.doc.3.c.6.
T Cap.23.& Ras.22.conti.t.2.c.1.219.1.2.
V Paul.lib.3.c.63.& Gal.3.de sympt.cau.c.4.g
X Ras.219.1.
Y T.1.c.20.
Z Ras.219.2.

A matricis,& [a] stricturam anhelitus,& retentionem eius,& pulsum cordis, & syncopim, et quãdoq; moritur:& accidunt ei retentio vrinæ,& [b] distillatio eius propter oppilationem materierum. Et quandoq; accidit [b] ei sputum sang.& vomitus eius,& proprie in virginibus, & cursus eius fluxu ventris. Et diuersificantur istæ ęgritudines ex eis ſm diuersitatem complexionis eius. Nam si fuerit cholerica, generabuntur in ea ægritudines cholericæ. Et si fuerit melãcholica, generabuntur in ea ægritudines melancholicæ. Et si fuerit phlegmatica, generabuntur in ea ægritudines phlegmaticæ. Et si fuerit sanguinea, generabunť in ea ægritudines sanguineæ. Et de mulieribus quidē est, cuius ablatio mēstruorum festinat, quare [c] in.xxxv.& etiã.xl.[d] anno vitæ suę fit. Et de eis est in qua tardať illud vsquequo pueniant [e] quinquaginta anni. Et qñq; perducit retentio menstruorum ad alterationem dispõnis mulieris ad masculinitatem vel ad dispõnem masculorũ ſm quod dicemus in [f] cap. retentionis menstruorum,& qñq; [g] apparet in ea cuius mēstrua abscindunt lac,& significat illud. Et qñq; accidit retentio menstruorum propter tortuositatem venarum matricis.

De superfluitate cursus menstruorum. *Cap. 2.*

SVperfluitas in hoc qñq; fit ſm semitam, qua natura expellit superfluitates: quod quidē est laudabile, cum non perducit ad superfluã superfluitatem & cursum, quo non indigetur. Et qñq; fit ſm semitam ęgritudinis, aut [h] propter dispositionem in matrice: aut ,ppter dispõnem in sanguine. Et facta propter dispõnem in matrice, aut est propter debilitatē matricis,& venarum eius propter malitiam cõplexionis alicuius: aut [i] propter vlcera,& corrosionē,& hæmorrhoidas, & pruritum,& rhagadias. Aut [k] propter apertionem orificiorum venarum,& abscisionem earum, & scissuram ipsarum propter causam corpoream, aut [l] extrinsecam ex percussione, aut casu, aut similibus, aut [l] malitia partus,& difficultate eius, aut propter vehementiam oneris. Facta autem causa sang.[m] aut est propter multitudinem,& dominium eius,& exitum ipsius cum virtute: ipsius non cum virtute naturæ,& rectificatione eius. Et nos quidem iam diximus illã, quæ fit à regimine naturali, quæ ambæ sunt diuersæ: licet sint ambæ compares in hoc, q vtraq; non retinentur, nisi cum adest debilitas: aut [n] propter grauitatem sang. super corpus propter debilitatem in corpore: licet non sit sang. transiens æqualitatem in quãtitate,& qualitate sua: aut [o] propter acuitatem sang. aut tenuitatem,& subtilitatem eius: aut [n] propter caliditatē eius: aut propter multitudinē aquositatis eius,& humiditatis: licet oĩs fluxus sang. incipiat paulatim subtilis: deĩde incipit proculdubio peruenire ad grossitudinē,& procedit grossitudo eius, deinde descendit,& peruenit ad subtilitatē,& paucitatem,& aquositatē. Et hæc est dispositio in omni fluxu sang. ob quãcunq; causarum fit. Et causa in hoc est, q orificia venarum,& incessus vētositatis sunt in primis stricta,& in fine eius constringuntur iterum:& adunantur propter siccitatem. Et cũ superfluit fluxus sang. sequitur eũ [p] debilitas appetitus,& debilitas digestionis, aut inflatio extremitatum,& corporis, & malitia coloris: & qñq; perducit ad hydropisim. Et qñq; perducit multitudo exitus sang. ad dñium choleræ quare accidunt feb. cholericæ, mordicatiuæ propter inflammationem caliditatis mordicatiuæ, quę ęquatur per sanguinem. Et accidunt iterum horripilationes. Et cum accidit hæc caliditas addit in casu appetitus cibi quem causauit debilitas stomachi propter defectum sanguinis, & [p] accidit dolor in dorso propter tensionem neruorum positorum in illo loco. Et quandoq; multiplicatur fluxus sanguinis ex matricibus cum multitudine pluuiarum.

De signis. *Cap. 3.*

EIus quidem, quæ est ſm semitam [q] expulsionis naturalis, signum est, q non sequitur eam nocumentum, immo perducit ad iuuamentum eius:& non aduenit ei læsio, neq; alterario virtutis,& plurimũ quidem accidit in ociose viuentibus.[r] Factæ vero causa repletionis cõis quam expellit natura aut dñium eius quare expelliť, signũ est repletio faciei,& corporis,& exuberatio venarũ,& [s] alia ex signis repletionis:& qñq; est cum ea dolor,& qñq; non fit: & dum non debilitat, non retinetur. Et [t] cognosciť dominãs cũ sanguine vt exiccetur sang. & considereť [v] an color eius declinet ad albedinem, aut citrinitatem, aut nigredinem, et purpureitatem: quare euacuať humor, qui dñatur cum eo iterum.[x] Facta vero causa debilitatis matricis,& apertionis venarũ eius, significant exitus sanguinis puri non dolorē faciens.[x] Si vero causa est acuitas sanguinis, cognosciť per colorem suum,& acuitatem ipsius,& velocitatem sui exitus, & paucitatem abscisionis egressionis. In facta vero propter subtilitatē sanguinis cum materia aquosa,& humiditatem, est san. aquosus, non acutus,& læditur cũ stypticis. Et qñq; apparet in ea quasi prægnatio: & qñq; apparent in ipsa sicut accidentia partus, quare parit humiditatē. Et sunt lacerti corporis eius vehementijs mollitiei quasi sint sicut lac postq; vult coagulari. Et qñq; nocent ei curationes diureticæ propter caliditatem suam, quare addunt in aquositate sang.[x] Facta vero ab vlceribus est cum pure & dolore. In facta vero à corrosione, egreditur paulatim, paulatim nigrum quasi fæx & proprie qñ est à venis absq; arterijs. Et [x] si fuerit corrosio in collo matricis, erit color minus niger. Et quando est illic, & apud os matricis, possibile est, vt tangatur. Facta vero ab hæmorrhoidibus habet periodos alios à periodis menstruorum. Et qñq; non sunt ei periodi: immo est sequens repletionem: & [y] sunt signa hæmorrhoidarum matricis manifesta. Et [z] est sang. ſm plurimum niger nisi sit ab arterijs. Et [z] quandoq; est hæmorrhosaicus gutatim gutatim. Et multoties quidem associatur hæmorrhoidibus in matrice dolor capitis,& grauitas capitis,& dolor in visceribus, in hepate & splene. Et quando currit sanguis ex illis hæmorrhoidibus, remouetur illud accidens.

De cura fluxus sang. menstrui superflui & in fine de cura alhasthada.i. fluxus sanguinis menstrui non superflue facti non solum in tempore consueto, sed etiam in tempore non consueto. Cap. 4. E

FActa quidem fm semitam expulsionis naturalis, & facta à repletione, et grauedine sang. super corpus,[a] oportet ne retineatur, donec timeatur debilitas: & qñq; excusat phlebotomia ab expectatione illius: propterea, quia expellit repletionem, & trahit materiã ad contrarium. Et qñ causa est acuitas cholerę euacuetur, & proprie cũ eis, quae sunt sicut [b] fumusterrae, & myrobalani, propter illud, quod in vtrisq; est de virtute styptica. Et si causa fuerit aquositas, tunc prouoca eã, & attrahe ipsam ad cutem, et detur in potu de gummi arabico, & dragagantho. Et si causa fuerit debilitas matricis, aggrega ad medicinas stypticas medicinas confortatiuas cũ sua aromaticitate, & proprietate sua. Et si causa fuerit vlcus, curetur cum medicinis compositis ex glutinatiuis & stypticis & stupefactiuis. Et illa, quae est ex haemorrhoidibus, curetur [c] curatione hęmorrhoidarum: & cum se. lini cum aqua calida. Et oportet vt obseruentur horae quietis. Et si fuerint illic periodi, curetur tunc in horis periodorum, & studeatur ad sedandum. Cum ergo superfluit fluxus sang.[d] oportet vt ligentur ambae manus à radice adiutoriorum, et vtriq; pedes à radice coxarum apud duo inguina, deinde ponantur [e] ventosae in inferiori parte mamillae, & vbi incedunt venae ascendentes ex matrice ad mamillas, & sugantur: & eligatur ventosa magna: ipsa enim retinet sang. in hora vna: deinde oportet vt consequẽter adhibeatur reliqua cura. Et qñq; retinet fluxum sanguinis positio ventosarum super locum, qui est inter vtrasq; anchas. Et [f] oportet vt patiens fluxum sanguinis cibetur cum eis, quae sunt sicut vitelli ouorum sorbilium, & cum omni, quod est velocis digestionis confortatiuo: & quandoq; oportet vt cibetur aqua carnis forti, quae acetosa facta sit cum sumach alchebeb autem & carnes assatae boni odoris ex bonis carnibus sunt necessaria, & similiter alchabisa humida ex sauich, & amylo, & [f] vino nouo grosso dulci pauco & deuitet antiquum subtile. Et [f] qñq; conueniens est eis vinũ mellis recens.[g] De medicinis autem cõibus, & proprie fluxui sang. acuto, calido, arnoglossa est melior: immo non est ei par: & qñq; abscindit fluxum sang. omnino bibita, & iniecta: & confert chronico, & non chronico. Et [h] potus aceti iterũ. Et [h] administratio camphorae bibendo, & supponendo. Et de illis, quae cõferunt ad istud est [i] sumere in potu lac bene decoctum cum ferro ignito, & in quo est scoria ferri, de quo cũ quibusdam stypticis in potu tribuantur omni die. ℥. iiij. Et acetositas citri bona est valde. Et troc. de spodio cum camphora conferunt ei valde & troc. de balaustijs. Confectio medicinae vltimi iuuamenti.[k] Reci. terrae sigillatę, & boli armeni, & aluminis, & gallarum, & sang. draconis partes aequales, de quorum summa accipiatur ʒ. i. & camphorae pondus. ij. granorum & galiae sexta. ʒ. i. quod totum dissoluatur in. ℥. i. syrupi myrtini. Et [l] iterum acatia, balaustiae, gallae, emfistides, sumach, myrrha, & thus, opium conficiatur cum aceto acuto forti, & sit dosis. ʒ. ß. Et [m] iterum vitriolum quo coria praeparantur & pellęs cuppulae glandium,[n] †{myrrha,}-thus, opium, conficiantur & fiant pilulae, & sumantur de eis drach. ij. sunt enim bonae valde. Et [o] iterum bibatur alhuda adustarum, pondus drach. ij. cum aqua sumach, & cydoniorum, & dactylorum immaturorum recentium & istarum cibi antequam indigeant viuificatione virtutis forti sunt alhulem, & charis & almosos ex carnibus hoedi, & auium montanarũ: & praeparata in patellis, & cibaria ex lentibus aceto conditis, quae omnia sint frigida. Et deuitent omnem cibum calidum actu, aut potentia. Et de suppositorijs cõibus sunt suppositoria facta ex lithargyrio, & dragagãtho, & balaustijs, & terra sigillata, et bolo armeno, et antimonio, & alijs. Descriptio medicaminis ad illud.[p] Reci. colcotar, & dragaganthum, & acaciã, & cortices thuris, & antimonium, & fiant ex eis trochisci: deinde sumantur ex eis aur. i. boli armeni, & gũmi arabici, et karabe omnium ana aur. i. & ponantur in duabus vnc. succi styptici, aut aquae, & clysterizetur cũ eo matrix, fm q̃ sciuisti. Confectio clysteris ad matricem. Reci. aluminis. ʒ. ß. & se. hyusquiami albi, & opij amborum ana drach. i. sextam, & supponatur. Pessarium bonum, & proprie ad corrosionem, & vlcera. Reci. testas furni, & succum barbae hircinae, & acaciã: aggregentur, & fiat pessarium cum aqua gallarum immaturarum. Et [q] iterum gallae immaturae, & balaustiae, & amylum, & opium, & alumen, & reubarbarum, & grana myrti viridia, sumach, succus barbae hircinę, grana acrestę, chartae combustae, sandalum album, cortices thuris, terra sigillata, capita granatorum, haematites, testae nouae coriandrum siccum supponantur de eo. ʒ. iiij. in lana viridi imbibita in aqua myrti, & teneat eam tota nocte. Et [q] iterum balaustiae, & sordes veru, & chartae combustę & alumen, & vitriolum, & cyminum infusum in aceto, & bolum armenum, & rob alcharat, conficiantur cum aqua salicis, & coriandri, & supponatur nocte tota. Et de tinis conferentibus eis est encathisma in decoctione calamenthi, & foliorum eius, & fructus ipsius, & radicis eius decocti cum myrto, & ros. cum capitibus, & myrto, & corticibus granatorum, & xylocaractis nabathi, & balaustijs, & barba hircina, & gallis viridibus. Et de epithematibus, & vnctionibus conferentibus eis,[r] est epithema de gypso super vmbilicum vel super sumen. Et vngere partes matricis cum oleis stypticis stypticitatis fortis. Et reiteremus digestionem curae fluxus sang. facti propter tenuitatem & aquositatem eius. Dico ergo, q̃ necessarium ĩ hoc est vt solutione euacuetur aquositas eius, & operetur super ipsum cum sudatione & prouocatione cum eis, quae sunt sicut decoctio assari, & apij, & rubeę, & quae sunt similia illis solutione euacuet vna vice, & prouocet vice alia cum facilitate, & prouocatione, & sudatione. Et [s] fricetur corpus eius cum panno aspero, & liniatur corpus eius [s] cum aqua mellis, et [t] cum emplastris hydropicorum. Et [t] qñq; confert ei vomitus fortis, et oportet penitus vt declinetur

A Ras. lib. diuis. c. 83.
B Lib. 2. t. 2. c. 181.
C T. 4. c. 21.
D Ras. 22. cõt. t. 7. c. 2. 234. 4. & Paul. lib. 3. c. 62.
E Gal. 5. apho. 50.
F F Ras. 219. 4.
G Sera. t. 5. c. 22. & Aeti. lib. 4. ser. 4. c. 64. & Gal. 5. meth. c. 5. g
H Ras. 219. 3.
I Ras. 220. 1.
K Ras. 22. cõt. t. 2. c. 2. 220. 3.
L Ras. 220. 1.
G M Ras. 22. cõt. t. 2. c. 2. 220. 1.
N†————
O Ras. 220. 4.
P Ras. 22. cõt. t. 2. c. 2. 220. 3. deest dragaganthum.
Q Ras. 220. 4
H
R Ras. 221. 1.
S Paul. lib. 3. c. 63.
T Ras. 219. 4.

A declinetur cum medicinis earum,& cibis istarũ ad illud,quod exiccat,& ingrossat sanguinẽ.Si vero est causa vlceratio,tunc confert hoc vnguentum.[a] Reci.balaustias & merdasengi,& fiat ex ambobus,& ex cera ceratum cũ oleo ro.& supponatur.Quidã autem faciunt necessariũ in curatione alasthada caplm vnum,& est curatio cõposita ex mundificatione,& stypticitate,& confortatione. Et est vt ꝓuocẽtur menstrua eius in hora vt nõ tardentur.Deinde agitenť motus eius,& mundificeť matrix eius,& confortet,vt non suscipiat superfluitatẽ egredientẽ à necessitate. Dicunt ergo, oportet vt denť in potu abel.ʒ.x.& se.mentæ.ʒ.i.se.fœni.ʒ.ij. ponanť in vase,& fundanť desuper vini puri lib.ij.& decoquãtur donec medientur,& proijciať desup sarcocollæ,& licij amborũ ana pondus.ʒ.ij.butyri vaccini,& mellis ana cochleariũ vnũ,& sumantur de eo in potu in ieiunio q̃titas vnius cochlearij,& tardetur cibus vsq; ad vesperã: & faciat illud.iij.diebus. Et ego dico, quod quãuis hoc iuuamentum sit in pluribus horis, qñq; tamen est alasthada ex causis alijs facientibus necessarium esse vti stypticis puris,& tu cognoscis eas ex eis,quæ præterita sunt.

A Ras.22.cõt.t.2. c.2.220.3.

De vlceribus matricis & putrefactione eius. *Cap.* 5.

IAm significauimus in eis,quæ [h] preterierunt illud:& tu scis,ꝙ causæ vlcerum sunt ex causis intrinsecis,& ex cursibus acutis,& [c] exituris eruptis,aut accidẽtibus deforis,ꝓpter percussionem, aut casum,aut ꝓpter [c] partum,aut ꝓpter alia,aut ꝓpter vulnus ex medicamine supposito,& instru B mento incidente.Et qñq; sunt cum putrefactione.Et qñq; sunt oĩa illa cũ sordibus,& sorditie: aut cum mundificatione,& sine sorditie.Et qñq; fiunt in profundo: & qñq; fiunt in non profundo. Et qñq; fiunt cum corrosione,& absq; corrosione. Et cum apostemate, & absq; apostemate.

B C.2.2. & t.2.c.8.
C Paul.lib.3.c.66.

De signis vlcerum matricis. *Cap.* 6.

SIgnificat super illud dolor ꝓprie si fuerit super os matricis,& in eius proximo. Et significat illud cursus saniei,& [d] humiditatũ diuersi coloris,& odoris.Et [d] nocumentũ ex medicinis, quæ mollificant,& iuuamẽtum ex eis,quæ stypticitatem faciunt.Et signum mundificationis vlcerum matricis est,vt sit illud,quod egreditur [e] ad grossitudinem,& albedinem decliue,& planitiem sine dolore vehementi,& fœtore,& mordicatione.Et signũ,quod ipsa sunt sordida,& tabida, est multitudo humiditatum virulentarum,& illud,quod fluit absq; mundificatione,ꝙ si fuerit illic putrefactio,erit simile aquæ carnis.Et si fit sordidum erit fœtidum malum. Et si fuerit cum corrosione, erit illud,quod egreditur nigrum cum dolore vehementi, & pulsatione. Et signum, quod ipsa sunt cum apostemate,est adhærentia feb.& horripilatio,& quod [f] dicemus de signis apostematis, & iuuamento eius,& corrosione eius.

D Raf.22.cõt.t.3. c.1.221.2.
E Paul.lib.3.c.66.
F T.4.c.11.

De putrefactione matricis. *Cap.* 7.

C HOc iterum est ramus capituli vlcerũ matricis, & est causa in ea difficultas [g] partus, & [g] mors embryonis,[g] aut administratio medicinarũ acutarũ,aut cursus calidus,& acutus,aut vulnera putrefacta:& fit in ꝓximo,& fit in ꝓfundo:& fit cum sorditie,& cũ priuatione sorditiei. Et facta in ꝓfundo non euãtur ex humiditatibus diuersis egrediẽtibus,& fortasse plurimũ assimilantur fæci.

G Paul.lib.3.c.66.

De corrosione matricis. *Cap.* 8.

IAm diximus corrosionis signũ in eo quod egrediť: & dispõnem doloris in [h] cap.fluxus sang. & drĩa quidẽ inter corrosionẽ matricis,& cancrũ est,quod cũ corrosione nõ est grauitas, neq; duri ties:& sequiť eã quies in horis qbusdã,& ꝓprie post exitum eius,quod egrediť: & [i] nõ est lõgitudo plurima spatij in curatione cõueniẽte:cũ cãcro aũt est assiduitas doloris,et ẽ ibi pulsatio lõgi spatij.

H [illegible]
I [illegible].22. cõti.t.3. c.[illegible]

De cura. *Cap.* 9.

OPortet vt considereť an vlcus sit sordidũ,an non sordidum.Si ergo fuerit sordidum, mundificeť in primis [k] cũ aqua mellis,& similibus proiectis in eã cum instrõ iaciendi:aut cum decoctione [k] ireos:aut cum vnguento mundificatiuo.Et si fuerit corrosio,inijce in ipsam vnguentũ rectificãs corrosionẽ,cum mũdificatione corporis,& administra cibos cõuenientes. Et cõsidera iterum an sit cum apate an non cũ apate.Si ergo fuerit cum apate,curetur prius,& sedeť cum curationibus apatis,quas dicemus.Cũ ergo mundificať matrix,mundificatione bona,tunc cureť cum cõsolidatiuis,quę sunt vnguenta [l] pdicta. Vnguentum,quod cõfert in principio rei, cum in vulnere D nõdum nasciť caro.[m] Reci.lithargyrij,& cerussę,& sarcocollę partes ęquales:et fiat ex eis ceratum cum cera,& oleo ros.Et si fuerit illic sordities,ponatur in eo parum floris æris.Cum ergo caro incipit nasci,& existimatur illud,curetur cum vnguento hmõi.Reci.tuciæ ablutæ partes.ij.clymiæ argenti,cerussæ,& sarcocollæ omnium ana partem.i.fiat ex eis ceratum cum oleo rosaceo & cera.

K [illegible].22.cõt.t.3. c.[illegible]
L T.2.c.29.
M Raf.222.4.in vno differt.

De regimine deuirginatæ. *Cap.* 10.

DE mulieribus est cui accidunt cum violantur,dolores magni,& proprie cum collum matricis eius est strictum,& panniculi [n] virginales sunt texturæ densæ,& virga deuirginantis est grossa.Cum ergo accidunt ei fluxus sang.& dolores,necesse est ei vt sedeat in aquis stypticis, & [o] in vino,& oleo:deinde administrentur super eam cerataria in lana inuoluta super cannam, prohibentem à consolidatione:& alleuietur super eam concubitus.

N T.1.c.1.
O Raf.22.cõt.t.6. c.2.231.3.

De cura. *Cap.* 11.

ADministrentur medicinæ mundificantes:deinde post illud vnguentum prædictum ad vlcera:& quandoque admiscetur cum eo terra sigillata,& quæ sunt ei similia.

De rhagadijs matricis. *Cap.* 12.

RHagadiæ accidunt in matrice: aut propter siccitatem superuenientem ei maximam, &

[a]proprie apud partum:[a] aut propter apostema. Et sunt in principio, cũ accidunt,[b]leues, occulti dolores, q est sub dolore partus, & est sicut reliquię eius.[c] Deinde apparet, & ꝓprie qñ tangit. Et qñq; ingrossant rhagadiæ valde. Et qñq; fiunt sicut verrucæ, & remanent, quamuis consolidetur locus. E

A Alzar. li. pract. t.25. sect.1. c.15. & Paul. li.3. c.75.
B Alzar. & Paul. ibidem.
C Paul. & Aeti. li. 4. ser.4. c.107.
D Ras. 22. cõt. t.3. c.1.221.3.

De signis earum. *Cap.* 13.

POssibile est vt perueniatur ad attestationem rhagadiarum ponendo [d] sub muliere speculum coram vulua eius, deinde aperiatur vulua eius, & consideretur illud, quod imaginatur in speculo. Et illud, quod significat eas, est dolor apud coitum, & exitus virgæ sanguinolentæ.

De cura. *Cap.* 14.

NOn euacuantur rhagadiæ, quin aut sint intrinsecæ, aut in collo sint, & quæ sequũtur ipsum. Intrinsecæ ergo curãtur cum suppositorijs penetrãtibus, & distillationibus iniectis ex aquis stypticis permistis cum vnguentis rectificantibus,[e] sicut vnguẽtum factum ex clymia & lithargyrio. Et vnguentum rhagadiarum ani. Et [f] ſm curationem earum alienetur omne mordicatiuum. Q; si indigẽt maturatione aliqua, misceat cum eis sicut vnguentũ basilicon cũ adipibus. Et [e] si fuerit cũ rhagadijs grossitudo vehemẽs, quã significat lõgitudo spatij, & paruitas receptionis curationis, administra vnguentũ de chartis cũ oleo ros. [g] Si vero nõ tolerat illud, ponat cum eo oleum de lilio, & glutẽ alimbat. Cũ ergo quiescunt, curent cura rhagadiarũ purarũ: & proprie qñ vlcerãtur. Et qñq; indigent eis, quæ sunt [h] sicut cortices ęris optime triti, aut [i] †{draganthũ,}& gallę, aut aggregatio eorum. In extrinsecis vero qñq; sufficit laborare cum administratione [h] tuciæ valde tritæ cum vitellis ouorum, & sine cessatione fiat adhærentia illius, & vnguentum de cerussa iterum. F

E Paul. li.3. c.75.
F Ras. 22. cõt. t.3. c.1.222.3. & Aet. li. 4. ser.4. c.107.
G Pau. & Aet. ibi.
H Ras. 222.4.
I † vitreolum,

De pruritu matricis, & priapismo mulierum. *Cap.* 15.

QVandoq; accidit in matrice pruritus propter humores acutos,[k] cholericos, aut salsos, baurachios, aut corrosiuos melancholicos, ſm q; apparet de dispositione coloris menstrui exiccati, aut bothor generatos ex eis aut ex spermate calido acuto valde. Fortasse enim superfluunt adeo, donec deijciant virtutem: & [k] quandoq; accidit illi mulieri, vt non satietur ex coitu, & aduenit ei priapismus mulierum, & quoties cum ea fit coitus, additur malitia eius.

K Aet. li.4. ser.4. c.82.

De cura pruritus matricis. *Cap.* 16.

OPortet vt mundificetur [l] corpus cum phlebotomia ex nigra, & si indiget, fiat secundatio ex [m] †{basilica,}& euacuet humor acutus. s. oĩs humor cum eo quod euacuat ipsum: sicut cholera cum pilulis de scammonea: et phlegma cum pilulis stomachicis: & melancholia cum pilulis de epithymo, & decoctione eius: & frangatur commotio spermatis cum medicinis simplicibus, quæ sunt ex infrigidantibus medicinis ipsi expertis ſm necessitatem infrigidantibus vt infrigidetur: & cum medicinis [n] adurentibus ipsum ſm necessitatẽ, & attestationem complõnis: & linitione oris matricis facta cũ eis, quæ sunt sicut [n] acacia, & hypoquistidos, &[n] rosæ, &[n] sandali, & sief memithe, & lentes, & fæx, & acetum, &[n] oleum ros. Et iterum, quę sunt sicut succus portulacæ. Et qñq; permiscetur cum medicinis se. lini, & fit embroca cum aquis in quibus decoquuntur styptica, & emplastretur cum fæce eorum: & si indiget mundificatione, bibat mel cum aqua frigida valde. Et ad pruritum est expertum istud.[o] Sumantur folia mentę, & cortices granatorum, & lentes excorticatæ, decocta cum vino, & supponantur. Et iterum sumantur croci, & cãphoræ, amborum ana. vi. ʒ. vnius, plumbi tertiam. ʒ. i. bacarum lauri. ʒ. 5. terantur, & cribellentur, & liniatur locus oleo ros. & conficiantur cum albumine oui, & aliquantulo vini, & supponantur. Et iterum sumatur myrobalanorum, & balaustiarum amborum ana pondus. ʒ. ij. & licij, & salis ammoniaci, & vinum antiquum, terantur & cribellentur, & liniatur locus oleo ros. & puluerizentur desuper ista. Et de suffumigijs est illud, quod fit ex licio, & medulla granorum citri. G

L Ras. 22. cõt. t.3. c.1.222.2.
M † saphena,
N Ras. 222.1.
O Ras. 22. cõt. t.3. c.2.223.1.

De fistulis matricis. *Cap.* 17.

QVandoq; accidunt in matrice fistulæ, q̃ qñq; pertranseunt matricẽ, & apparent in eo, quod vicinum est ex membris, ita vt corrumpant os pectinis, & putrefaciant ipsum, & collum matricis: & qñq; perueniunt ad abradendum pilos pectinis, & qñq; perforant ipsum pforatione parua, & qñq; accipiunt à parte alia, q̃ à pectine, & incedũt ad partes ani, & lacertorũ eius ẽt: quare pars earũ tunc est in manifesto matricis: & sunt in vnoquoq; laterũ matricis. Et pars in interiori parte matricis, quæ ex eis est in ꝓfundo matricis, non est possibile vt cureẽ: & silr perueniens ad vesicam. Reliquæ vero ab istis curationem habent, & si sit difficilis. Et deterior illarum est illa, quæ peruenit ad abradendum pilos pectinis, & proprie cum perforat os foramine paruo. H

De signis eius. *Cap.* 18.

SVnt longitudo putrefactionis, & adhærentia doloris, & antecessio vlcerum, quæ non sanantur cum curationibus, & prolongatur spatiũ, & currit virus: deinde dolores sicut dolores cancri, & cognoscitur locus eius cum radio, & vbi peruenitur cum eo: & scitur status eius, an sit in carne adhuc, aut pertranseat vsque ad os per illud, quod sentit extremitas radij, ex lenitate, & mollitie, & asperitate, & duritie.

De cura. *Cap.* 19.

EX curationibus est pforatio, & multoties pducit illud ꝓpter neruositatẽ membri ad spasmũ, & abscissionem vocis, & permistionem rõnis. Et perforatio iterum non est possibilis, nisi in eo, quod videtur, cuius carnem mortuam incidere est possibile: verum est melius vt administrentur desuper [p] medicinæ exiccantes, & mundificetur corpus, & confortetur matrix, & medicetur.

P Ras. 22. cõti. t.4. c.2.222.3.

De debilitate

A *De debilitate matricis.* Cap. 20.

CAusa eius est malitia complexionis,& raritas texturæ,& tolerantia ægritudinum præteritarum. Et [a] accidunt ex debilitate matricis paucitas appetitus coitus,& multitudo cursus menstruorum,& spermatis,& aliorum,& priuatio impregnationis.

De cura. Cap. 21.

CVra eius est cura malitiæ complexionis,& succurrere ei,quod accidit ipsi de nocumentis cognitis cum eis,quæ sciuisti.

De doloribus matricis. Cap. 22.

FIunt ex malitia complõnis diuersę:et ex vẽtositatibus extẽdentibus,et humiditatibus accidentibus in ea,ita vt qñq; accidat in ea sicut accidit in intestinis de colica.Et qñq; accidit dolor matricis ex apatibus,& cancris,& ex vlceribus.Et cõicant ei ilia,& inguina,& crura,& dorsum,& pecten,& diaphragma,& stomachus,& caput,& [b] proprie mediũ sincipitis.Et qñq; [c] pmutantur dolores eius ad anchas post spatium,& vsq; ad.x.menses,& confirmãtur in eis.Et tu cognoscis curationem oium horũ ex eis,quę tibi premissa sunt,& non est in iteratione sermonis in eis vtilitas.

De cursu matricis. Cap. 23.

B QVandoq; accidit mulieribus,vt currant ex matricibus earum humiditates plurimæ,putridę:& currat ex eis iterum sperma.Et primum qdem fit propter multitudinẽ superfluitatum,& propter debilitatẽ digestionis in venis mẽstruorum,cũ putrefit matrix,& habet [d] caplm. Et [e] cognoscitur substantia eius ex colore menstrui exiccati,& [f] ex colore eius in seipso. Secũdum vero est sicut causa cursus spermatis viri.Si ergo est sine desiderio,tũc causa est debilitas matricis,& vasorum eius,& mollificatio ipsorum.Et si est cum desiderio,& mordicatione,et commotione, tunc causa eius est tenuitas spermatis,& acuitas eius. Et quandoque est causa in eo pruritus matricis,quare perducit commotio eius ad hoc vt descendat sperma. Et [g] habentis quidem cursum difficilis fit anhelitus,& cadit appetitus cibi,& destruitur color eius, & aduenit ei apostema, & inflatio in oculo sine dolore secundum plurimum:& quandoque est cum dolore.

De cura. Cap. 24.

CVrsus quidem spermatis earum curat͂ cum similibus,quibus curat͂ [h] illud in viris.In cursibus vero alijs oportet vt incipiat͂ à mundificarione corporis cũ phlebotomia,& solutione vẽtris, si indiget͂ ambobus:deinde clysterizetur matrix in primis [i] cũ mundificatiuis & exsiccatiuis: sicut est [k] decoctio ireos,& decoctio prasiii.Et [k] fricent͂ crura cũ oleis subtiliatiuis cum medicinis acutis sicut est oleũ de squinantho,& pyrethro,& pipere.[k] Deinde cõsequenter post illud adhibeant͂ clysteria cum stypticis clysterizatis,& ebibitis.Et clysteria magis operãtur post euacuationẽ. Et sint
C aquę in qbus decoquunt͂ sicut gallæ,& balaustię,& [k] cortices granatorũ,& squinanthũ,et myrtus.

De retentione menstruorum,& paucitate eorum. Cap. 25.

MEnstrua retinentur,aut propter causam propriã in matrice,aut propter causam cõem.Et illa quidem,quæ est ,ppter causam propriã,aut [l] est propter causam innatã, aut propter causam accidentẽ alio modo.[m] Amplius menstrua retinentur,aut propter cãm in virtute, aut propter causam in materia,aut propter causam in instrumento solo.Et [m] causa in virtute est sicut debilitas propter malitiam complexionis frigidæ,aut siccæ,aut calidæ siccæ,aut frigidæ siccæ.Et frigida, aut est cum materia,aut sine materia.Causa aũt in materia,aut est quantitas,aut qualitas,aut aggregatio ambarum.Et illa,quæ est ex quantitate.est paucitas:& illud est,aut propter priuationem ciborum,& [n] paucitatẽ ipsorum:aut propter vehementiam virtutis dominantis super cibos. & si multiplicentur nõ remanent superfluitates menstruorum.Et [o] hmõi quidem mulierum naturæ virorum similes existunt naturis:& sunt potentes super digestionem vltimã, & distributionem necessariã,& expulsionem superfluitatum fm modum quo expellunt eas viri.Et istę sunt coloris bruni neruosæ,lacertosæ,de quibus sunt fortes viragines,quarum anchæ ipsarũ pectoribus sunt strictiores,& ipsarum extremitates sunt duræ solidæ plurimũ,aut ,ppter multas euacuationes cum medicinis,& [n] exercitijs,& proprie euacuatione sang.fluentis [p] per nares,aut [p] hæmorrhoidas,aut [p] pla
D gas,aut alia.Facta vero propter qualitatẽ materiei est,qm̃ sang. est [n] grossus propter frigiditatem: aut propter multitudinem eius,quod admiscetur ei ex humoribus grossis:[n] aut propter multitudinem tranquillitatis,& quę currunt cursu illorum de illis,[q] quæ sciuisti.Et causa,quę est ex parte instrumẽti,est oppilatio:& illa,[o] aut est propter calorẽ exiccantem,constringentẽ: aut propter frigus exiccans.Et [r] multoties facit ipsam possidere multitudo potus aquæ & perducit ad sterilitatẽ: aut ,ppter siccitatem cum inspissatione sua,& [o] propter multitudinem adipis etiam, aut humorum grossorum viscosorum:aut [s] propter apostemata,aut [o] propter clausuram,& [o] additionem carnis: [s] aut propter vlcera accidentia in matrice,quę consolidata sunt,et oppilata sunt cum consolidatione ipsorum orificia venarum apparentium:aut [o] propter tortuositatem in ea superfluam & conuersionem:aut propter breuitatem colli matricis:aut [t] propter percussionem,aut casum claudẽtem orificia venarum:aut [u] successione abortus. Facta autem propter retentionem menstruorum causa cõitatis aliorum membrorum,est sicut facta causa debilitatis [u] hepatis,quare nõ emanat sang.neq; discernit ipsum:aut propter oppilationem in eo,& in corpore toto:aut [s] propter pinguedinem facientem accidere oppilationem constringentem vias constrictione facta à compressione. Et [o] extenuatio constringit eas constrictione facta ab exiccatione, [o] aut propter paucitatem sanguinis.

Et

A Ras.22.cõti.t.3. c.1.121.2.
B Fe.1.t.2 c.7. & Hippo.6.de morb. vulg.406.2.
C Hipp.de morb. vulg.406.2.
D septimum.
E Cap.3.
F Paul.lib.3.c.63.
G Alzar.li.pract. t.25.sect.1.c.17.
H Fe.20.t.1.c.32.
I Alzar.lib.pract. t.25.sect.1.c.17.
K Ras.22.cõt.t.2. c.1.119.4.
L Ga.3.de sympt. cau.c.4.f
M Alzar.li.pract. t.25.sect.2.c.15.
N G.3.de sympto. cau.c.4.g
O Aeti.li.4.ser.4. c.51.
P Aet ibi.& Ga.5. apho.33.
Q Li.1.F.1.doc.4. c.1.
R Hipp.de aere & aquis.c.2.g
S Ser.t.5.c.31.
T Halya.lib.9. theo.c.39.
V Paul.lib.3.c.60.

Et sanguis exquirens exitum super matricem cum non inuenit meatum, redit. Cum ergo iteratur E illud, dilatatur in corpore, & facit incurrere ægritudines.

De accidentibus, quæ sequuntur ad illam retentionem menstruorum. *Cap. 26.*

QVandoq; accidunt ei cuius menstrua retinentur, ægritudines, de quibus est præfocatio matricis, propter collectionem suam, & [a] declinationem ad partem lateris: & accidũt ei iterum apostemata matricis calida & dura, & apostemata viscerum: & ægritudines in stomacho ex debilitate digestionis, & [b] casu appetitus, & corruptione eius, & nausea, & sitis vehemẽs, & mordicatio in stomacho: & accidunt ex ea ægritudines capitis, & neruorum sicut [c] epilepsia, & [c] paralysis: & ægritudines pectoris, [c] sicut tussis, & malitia anhelitus: & plurimæ ex ęgritudinibus hepatis, sicut [d] hydropisis, & aliæ, & alteratur ex ea forma: & accidũt ei iterum [e] difficultates vrinæ, & eius compressio, & [e] dolores alchatim, & [e] colli, & [e] grauatur corpus, & extenuatur, & cõtristatur, & adueniunt ei [f] horripilationes, & [e] feb. adurentes. Et qñq; difficilis fit sermo propter exiccationẽ lacertorum linguæ ex vapore calido: & fortasse est illa grauitas causa doloris capitis: & accidũt ei inquietudo, & angustia, & dolor [e] oculorum ex vaporibus calidis, & qñq; apostematur totũ corpus eius, & venter eius propter attractionẽ virulentiæ sang. ad ipsum. Et [g] qñq; accidit ei in cõplexione sua, cum retinentur menstrua, quando est fortis creationis, cuius virtus est potens ad exercendum superfluitatem retentam, vt assimiletur viris, & multiplicetur pili eius: aut nascatur ei. q. F barba, & exasperatur vox eius, & ingrossatur: deinde moritur. Et quandoque peruenit ante mortem ad dispositionem cum qua non est possibile, vt prouocentur menstrua eius: & plures istarum sunt de illis, quæ pariunt plurimum. Cum ergo nõ coit cum eis aliquis, & recedunt ab eis sui compares, retinentur menstrua earum, et remouetur ab eis humilitas seu morigeratio quam necessaria facit euacuatio sang. & acceptio conceptionis, & acceptio coitus: & accidit eis vt fiat vrina earum nigra in qua est sedimen virulentum sicut aqua carnis: & quandoque mingant sanguinem.

- A Ga.6.lo.aff.c.5. 41.a
- B Gal.ibi.fo.41.b
- C Raf.22.cõt.t.1. c.1.217.2.
- D G.6.lo.aff.c.5.
- E Gal.ibi. fo.41.
- F Gal.ibi.fo.41.b
- G Hip.6.de mor. vulg.416.2.

De signis. *Cap. 27.*

ILlius quæ pendet ex frigore, signũ est [h] grauitas somni, & stertor in ipso, & [h] albedo coloris corporis, & viriditas venarum, & [h] raritas pulsus, & [h] frigus sudoris, & multitudo vrinæ, & phlegmaticitas egestionis. Et illam, quæ pẽdet ex caliditate significant inflãmatio, & exiccatio matricis, & reliqua signa caliditatis scita in [i] eis, quæ præterita sunt. Et illam, quæ pendet ex siccitate, significant signa siccitatis in ea, scita in illis, [k] quæ præterierunt, & verificant eam extenuatio corporis, & vacuitas venarum. Apostema vero, & clausura, & alia sunt notorum signorum de illis, quæ tu iam [l] sciuisti vsque ad hunc locum.

- H Alzar. li. pract. t.25.sect.2.c.15.
- I T.1.c.4.
- K T.1.c.7.
- L T.4.c.1.& c.11.

De curationibus. *Cap. 28.*

CVratio quidẽ pendens à calefactione, & infrigidatione, & generatione sang. & humectatione G corporis, & curationes apostematum, & cura clausuræ, & similium sunt nota ex radicibus iteratis. Et facta quidẽ à clausura, quæ nõ curatur, & [m] ab oppilatione orificiorũ venarum ab incarnatione vlcerum, & alijs est sicut almius, idest sicut illa in qua nõ est spes, & eius cura est extractio sang. vt non multiplicet, & mundificatio corporis, & vsus exercitiorũ. Et non oportet nisi vt afferamus nunc rememorationẽ curationum ꝓuocantium menstrua, & sunt illæ, quæ mouẽt sang. ad matricẽ, & faciunt ipsum penetrantẽ in poris, & faciunt poros apertos. Et has quidem medicinas iam diximus cũ de [n] singularibus tractaremus in tabulis earũ, & [o] dicemus iterum in antidotario. Hic vero volumus dicere de regimine, & medicatione illud, quod est magis cõueniens huic loco. Et regimen in hoc est mouere sanguinẽ cum fortitudine ad menstrua. Et [p] de illis, quæ faciunt illud est phlebotomia ex saphena, & vena, quę est post cauillã, & phlebotomia venę geniculi, & curuaturæ eius est fortior illa. Et [q] ventosatio super crus, & calcaneũ, & proprie pinguis est magis cõueniens. Et [r] qñq; est necessarium vt fiat phlebotomia sup saphenã pedis alterius. Et [s] assiduatio stringendi cũ vittis membra inferiora, & ligãdi ea, & dimittẽdi ea taliter aliquibus diebus. Deinde administrenť medicinæ vt aperiantur pori, & euacuentur solutione ventris humiditates viscosę si causa fuerit humiditas. Deinde administrentur medicinæ propriæ ad prouocandũ, quę sunt subtiliantes sang. aperientes oppilationẽ, & de illis sunt, quæ bibuntur sicut [t] calamenthũ, & decoctio H eius cũ aqua mellis, & puluerizatio ipsius super aquã mellis: & [v] sauina est fortior ea: & [x] pulegiũ est forte valde: & [y] cinnamomũ, & [z] hiera picra, & [a] serapinũ, & [b] opopanacum, & fructus eius, & [c] castoreum, & cordumeni, & decoctio [d] enulæ, & decoctio alusnen, & [e] decoctio faseolorũ rubeorum & [f] †{almaruch,}& alastirgar, & semen sansuci. Et de illis suppositoria sunt, sicut albus [g] elleborus, & pulpa coloquinthidæ, & [h] storax, & [i] cẽtaurea, & [k] gũma oliuæ campestris, & [l] opopanacum, & fructus eius, & [m] castoreum, & [n] assa, & serapinum, & cordumeni, & succus [o] absinthij. Et qñq; supponitur [p] euphorbiũ super cottum, & expectatur super ipsum hora parua absq; supfluitate. Suppositorium bonũ. [q] Reci. myrrhæ calamenthi amborum ana. ℥. iiij. sauinæ. ℥. viij. rutę siccę ℥. x. passularũ mundatarum. ℥. xx. conficiãtur cum felle vaccino, & fiant de eis pessaria. Et [r] iterum sumantur castoreum, & myrrha, & muschus, & fiant similitudines glandium cum oleo de ben, & supponantur. Et oleum alacuhen prouocatiuum est menstruorum cum supponitur: & succus papaueris rufi, & alneserin, & [s] iterum vsnen persicũ, pyrethrum, nigella, & ruta humida, euphorbiũ partes æquales terantur bene, & conficiantur cũ galbano, & ponatur in lana infusa in sambacino, & supponantur intra matricem. Et de eis sunt emplastra & vaporationes. & vaporatio cũ spẽbus

prouocat

- M Aet.li.4.ser.4. c.51.
- N Lib. 2.
- O Lib.5.
- P Lib.1.F.4.t.20. & Gal.de cur.rõne p sang.c.11.f
- Q Li.1.F.4.c.21. & Gal.de cur.rõne p sang.c.11.g
- R G. de cur.rõne p sang.c.18.e
- S Paul.lib.3.c.60.
- T Dios.lib.3.c.34.
- V Ga.de cur.rõne p sang.c.18.f
- X Dios.lib.3.c.30.
- Y Dios.lib.1.c.13.
- Z Paul.lib.3.c.60. & G.de cur.rõne p sang.c.18. f
- A Dio.lib.3.c.77.
- B Dios.lib.3.c.46.
- C Dio.lib.2.c.22.
- D Dio.lib.1.c.26.
- E Raf.22.cõti.t.1. c.2.218.2.
- F † Dios.li.3.c.76. laserpitium,
- G Dios.li.4.c.133.
- H Dio.lib.1.c.68.
- I Dios.lib.3.c.6.& c.7.
- K Dio.lib.1.c.119.
- L Dios.lib.3.c.46.
- M Dio.lib.2.c.22.
- N Dio.lib.3.c.76.
- O Dios.lib.3.c.23.
- P Raf.ibi.217.3.
- Q Serap.t.5.c.31.
- R Raf.218.1.
- S Raf.22.cõti.t.1. c.2.217.4.&.218.4.

A prouocat mẽstrua. Et de eis sunt suffumigationes, sicut cũ coloquinthida sola: ipsa.n. ꝓuocat in diſpõne. Et silr opopanacũ, & assa, & serapinũ, & cordumeni. Et de eis sunt tinę etiã ex aquis in quibus decocta sunt subtiliatiua, ꝓuocantia mẽstrua, sicut calamenthũ, & ruta, & pulegiũ, & similia.

TRACTATVS IIII. *De nocumentis situs matricis, & apostematibus eius, & quæ similia sunt illis.*

De clausura.i. Phymo. *Cap.* 1.

A Paul lib.3.c.73. & lib.6.c.72.
B Paul.lib.6.c.72.



Lausura [a] est, cum super os matricis eius descendit aliquid, quod prohibet coitum, ex re addita lacertosa, aut panniculari forti: aut [b] est illic incarnatio ab vlcere, aut creatione: aut illud, quod est inter os vuluæ, aut os matricis est ẽm vnum & eundem horum modorum. Aut [b] est super os matricis eius, quod prohibet imprægnationẽ, et exitum menstruorũ ex pãniculo, aut incarnatione vlceris, aut quod est eis simile. Aut [c] meatus non est inuentus in creatione, ita vt accidat virgini cum incipit menstruari, vt non inueniant menstrua meatũ propter aliquã harum causarũ, quare accidãt ei dolores vehementes, & ægritudo maxima. Si ergo nõ ingenietur ei, redit sang. & denigraẽ mulier, & præfocatur, & moriẽ. Et [c] qñꝗ accidit vt clausa retineat ꝑ accidens conceptionẽ, & fiat prægnans: quare moriẽ ipsa, & fœtus eius proculdubio, si non regitur. Et hoc quidẽ non est possibile nisi aliquo modorum, aut vt sit illud, quod opponitur ori matricis de clausura raræ texturæ: aut sit habens foramina plura, ita ꝙ possibi-

C Raſ.22.cõt. t.3. c.1.222.1.

B le sit matrici attrahere de spermate aliquid, licet parum sit, tñ ex illo paruo fit cõceptio, si pars eius est vera, quod visum [d] est philosopho, & pars eius, quod visum est [e] Gal. medico. Illud nanꝗ quod necessarium est in creando mẽbra, est sperma fœminæ ẽm sermonem Gal. & est sperma viri à quo sumit virtutem & odorem ẽm sententiam [f] philosophi: vidit.n. ꝙ cum aduenit ouo venti roritas galli, & recipit ab ea odorem masculi, tunc conuertitur & fit ouum conceptionis.

D Arist. lib. 1. de gñat. aial. c.20.
E Lib. 1. de semie. c.7. a, & lib. 14. de v.p.c.11. b
F Lib. 1. de gñat. aial. c. 20.
G Raſ.22.cõt. t.3. c.1.224.3.

De cura clausuræ. *Cap.* 2.

CVratio clausuræ est cum ferro, non cum alio. [g] Si ergo hæc clausura apparens est, tunc modus est vt disrumpantur labia vuluæ à clausura, ita vt ponatur super vnumquodꝗ labium pãnus plicatus multis plicationibus, & inuoluantur pollices panno, & tendantur labia, donec disrũpanẽ ab eo, quod est inter ea: & iuueris phlebotomo occulto & scinde phlebotomo siphac, & incide carnem additam, si est sub siphac, paulatim ita, vt non remaneat de addita aliquid, neꝗ sumas de radicali aliquid: & illud fiat cũ calib. Et differentia quidẽ inter siphac, & carnem, est ꝙ siphac nõ sanguinat, sed caro sanguinat. [g] Deinde pone inter ambo labia lanã infusam in oleo, & vino, & dimittatur tribus diebus: & administra super eam aquam mellis, si ea indiges: & administra desuper vnguenta oleaginea seu ex oleo cũ cautela à consolidatione, & glutinatione, & constrictione: & proprie si illud, quod incisum est, est caro. Siphac vero parum suscipit cõsolidationem post scissuram.

C [g] Qꝫ si clausura fuerit profunda, tunc modus est vt perueniat ad ipsam vncinus, & si est siphac, findatur scissione vna: non cum illa æqualitate. Nã fortasse declinat ad vesicam & alia: immo oportet vt elongeẽ à loco vesicæ. Et incidatur si est caro, paulatim, & adhæreat incisioni [g] lana infusa in vino pontico styptico. Deinde post illud sedeat in aquis, in qbus decoctæ sunt medicinæ mollificatiuæ. Postea curetur cũ vnguentis rectificantibus vulnera linitis, & iniectis: deinde cum cõsolidatiuis. Et cum apparet sanitas, oportet vt assiduetur super eã coitus: & oportet vt caueãtur apud hãc scissionem, & incisionem duæ res.s. abbreuiatio in incidendo, & in findendo quantitatẽ additam. Illud.n. est faciens possibilitatem conceptionis apud coitum, qui accidit cum ea, & difficilem faciens partum, præparans fœtum & prægnantẽ morti. Et caueatur iterum ne pertranseat quantitatem additã, & capiat de substantia matricis aliquid, quare apostemetur matrix, & doleat, & incurrat cuzez, & spasmum, & ægritudines pernitiosas. Cum ergo feceris hoc, oportebit vt abstineas eam à frigore, & non appropinques medicinam frigidam actu omnino: immo oportet vt sint omnes distillationes, & iniectiones, & suppositoria expoliata frigore.

De modo in administrando hanc scissionem. *Cap.* 3.

PRæparetur mulieri sedes coram lumine, super quam sedeat cum pauco sustẽtaculo ad posteriora. Cum ergo æquata fuerit, crura sua adhærere faciat coxis suis apertis, & adiungat illud

RVptura fit per solutionem panniculi à singularitate sua, & casum scissuræ in eo quam penetrat corpus præter naturaliter, quod fuit comprehensum in eo ante scissuram: [k] aut [α] propter dilatationem stricturæ in meatu, aut solutionem: & cum accidit illud taliter, q quando incedit penetrans peruenit ad testiculos, nominatur ramex & [l] †{hernia.} Quod autem est præter hoc, nominatur nomine cõmunitatis. Et plurimum herniæ testiculi & varices eius & durities eius, & durities osei cadit in zirbali. accidit enim quandoq; vt [α] dilatẽtur duo foramina prædicta propter debilitatem eorum: Aut dirumpatur & egrediatur, quod sequitur ea de [m] humiditate glutinosa, aut humorosa, aut mollificatiua: Aut, ppter [n] adiutorium ex percussione: aut [n] motu, aut casu, aut [n] retentione spermatis moti, & prohibiti ab expulsione: Aut [o] ascensione mulieris super virum, aut labore anhelitus in coitu, & [o] proprie super repletionem: & similiter [o] coitu super nauseatiuam satietatem, & [o] aggregationem ventositatis, & egestionis in ventre: quare descendit aut zirbum, aut velamen, & intestina, & [p] proprie monoculum, quoniam est solutum non ligatum: aut humidita- D tes, quæ effunduntur ad eos ex expulsione naturæ: aut generantur apud eos propter frigus ipsorum, & conuersionem sanguinis ad aquositatem. Et fortasse accidit ei panniculus proprius. Et [q] qñq; est propter humiditatem sanguinis & humiditatem sanguineam, & fæculẽtam, vbi est causa eius percussio: aut casus, aut vẽtositas inflatiua. Et qñq; sequitur curationem cum ferro. Et qñq; nascitur illic caro addita. Et quandoq; ingrossatur oseum, aut induratur ex apostemate, aut impinguatur, quare assimilantur ramici, & nominatur [r] †{hernia} carnis. Et quandoq; est similiter in inguinibus. Et quandoq; inflantur venæ eius, et nominatur [s] †{hernia varicosa.} Et quãdoq; mollificatur mollificatione vehementi absq; ruptura, quare prolongatur et assimilatur herniæ iterũ. Et quandoq; accidit ruptura supra testiculos, et aduenit apud inguina. et quod est supra ea et in vmbilico et supra vmbilicum, et in duobus lateribus. Et [t] illa, quę accidit supra vmbilicũ, est parũper raro fm comparationem ad alias, qm ille locus sustẽtatus est lacertis: et quod sub eo est, tuetur extremitatibus lacertorum. Et quandoq; accidit vmbilico eminentia, et est de genere rupturæ iterũ. Et [v] omne, quod est ex ruptura supra sumen vel supra vmbilicum, est malorum accidentium, quãuis sit paruæ additionis: et nõ dolent in principio, quoniam expulsum in ea sunt intestina minuta: et sunt compressa, coarctata, et retinetur fæx, et [x] euomunt eam: et est de genere ileos, in inquietu-

K Ga. 5. anat. c. 6. c
Infra α
L† buboncele.
Supra α
M Ser. t. 5. c. 16.
N Ysaac. 9. theor. c. 35.
O Ras. 14. cõt. t. 2. c. 1. 271. 3.
P Fe. 16. t. 1. c. 1. & Gal. 3 mẽ. 4. in. 6. de morb. vulg. 3. g
Q Aet. li. 4. ser. 2. c. 22.
R† sarcocele.
S† cirsocele.
T Ras. 271. 2.
V Ras. 271. 3.
X Fe. 15. t. 4. c. 19.

dine eius,& angustia ipsius.[a] Verum illa, quæ est subtus, est magis susceptibilis dilatationis,& magis incedens in additione:& non dolet in principio.&[b] scias, quod ramex intestinorũ, & zirbi est ægritudo fortis, difficilis quãuis sit parua. Et ramex aquæ est ægritudo facilis, & si sit magna. E

A Ras.24.cõt.t.1.c.1.271.3.
B Ras.271.2.

De signis. Cap. 3.

SIgnum autem commune rupturis est additio apparẽs: & sentitur inter siphac intrinsecum, & inter mirach. & additur eius apparitio apud motum & retentionem anhelitus. Et eius, quæ est propter dilatationem meatus signum est, ꝙ apparet paulatim in oseo absque motu laborioso, & vociferatione, & alijs, & est ramex testiculi. Quæ autem est supra illud est propter disruptionem proculdubio:& non confert ei exiccatio. Et[c] signum eius, quæ est ex intestinis penetrantibus in scissuram, est reditio eius cum velocitate cum resupinatur, &[d] sensibilitas rugitus, & proprie cum premitur. Illam vero, quæ fit ex zirbo, & siphac, significat aduentus eius paulatim, & est ad profundum cum ęqualitate in situ. Et[d] non sentitur in illa ramice rugitus, & secundum plurimum est quantitatis paruæ in profunditate, & quandoq; egreditur totaliter, & habet quantitatem magnã: & est difficilis sanationis, sicut hernia intestini: verum eius tactus est diuersus à tactu herniæ intestini, & aquæ, & ventositatis: & reditio eius, quę est ex intestino, & zirbo, difficilior est, quam ventosæ. Et ramex quidem aquæ cognoscitur per tactum, & tensionem osei, &[d] per splendorem, & lenitatem: & ipsa iterum non redit, &[e] non ingreditur. Et herniæ ventosæ cognitio est, quoniam inflatio ventosa manifesta est: &[d] ventosa quidem redit absque compressione plurima, & dolore, & quandoq; redit in dispositione: & resupinatio non facit eam velocioris reditus quam hora alia. Iudicium nanque eius in resupinatione, & non resupinatione simile est: cum non sit grauitas ei, neque lubricitas. Sed in ea, quæ est ex intestinis, est diuersum, quoniam est apud resupinationem facilior parum. Et quandoq; accidunt ex ea dolores vehemẽtes: propterea, quòd extendit oseum, & propterea quòd comprimit testiculum. Et[f] carnosæ signum est, quòd est in ipso oseo, non intra ipsum, & est cum duritie, & grossitie, & diuersitate figuræ. Et quandoq; est ex lapideitate apostematis duri, & nominatur buris.[g] Hernia vero varicosa cognoscitur ex venis repletis, & ex inuolutione simili racemis existente in eis cum mollificatione testiculorum, & prohibitione ab ambulatione, & motibus. Et illam, quæ est in arterijs compressio cum digitis separat. Et illam, quę non est in eis, immo in venis nutrientibus illa membra, non separat eam compressio.

C Ysaac. 9. theo. c.39.
D Ras.24.cõt.t.1.c.1.271.2.
F E Aet.lib.4.ser.2.c.22.
F Paul.lib.6.c.65.
G Paul. li.6.c.64.

De cura. Cap. 4.

REgimen quidem vniuersale habentibus rupturam, est dimittere repletionem, & dimittere[h] motum plurimum, &[h] saltus, et saltationes in sursum subito, et coitum. Et deterior illarum dispositionum est illa, quæ est super repletionem. Et oportet vt dimittat[h] cibos inflatiuos, & non multum vtatur potu aquæ, & dimittat omnes res mollificãtes, ita ꝙ etiam[h] balnea. Et cum comederit, resupinetur: & sit cum sedet, cõstrictus circa rupturam, & apud coitum proprie. Et sit coitus eius apud vacuitatem ventris eius. Et scias, ꝙ intentio in curatione rupturæ est consolidatio scissuræ, si possibilis est: aut conseruatio eius ne addatur: & exiccatio eius, quod mollificatum est, & dilatatum: & reductio eius, quod descẽdit in ipsa, si est zirbum, aut intestinum: & resolutio eius, quod aggregatum est in ea, si est aqua, aut ventositas: & prohibitio materiei, quæ extendit eam. & si non resoluitur, præparatio fiat in eius extractione. Amplius consolidatio scissurę, aut conseruatio eius, vt non addatur, fit cum medicinis glutinationem facientibus confortantibus, in quibus est stypticitas. Et quanto magis est scissura minor, est consolidatio facilior. Et qñq; fit iuuamentum in ea cũ cauterio. Et eius exiccatio fit cũ medicinis resolutiuis. Et reductio eius, quod descendit, fit cũ reductione, & ligatura. Verum resolutio eius, quod aggregatum est, fit cum emplastris facientibus ad hydropisim, et quæ sunt eis similia. Et prohibitio materiei, fit cum euacuatione, et æquatione cibi. Et eius extractio fit cum medicinis adurentibus cum fortitudine, et operatione ferri.

H Paul.lib.3.c.53.
G

*De curatione rupturam intestini & zirbi.i.*Enterocele, et Epiplocele. Cap. 5.

SI est amborum descensio ad oseum, possibilis est eorum reductio, verum fit difficilis ſm comparationem reductionis amborum in ruptura, quæ est desuper: illud enim fit facile cum resupinatione, et qualibet compressione cum manu. Quod si addatur ruptura, incipiatur in desiccando illud, quod dilatatum est propter humiditatem: et adunãdo, quod scissum est: et ingenietur in consolidatione eius. Et cum fit inobediens ad redeundum, fiat vt ęger sedeat in aqua calida: et emplastretur ruptura cum lenitiuis: aut vaporetur cum panno calido tandiu, donec redeat: Deinde stringatur superpositis medicinis aggregationem facientibus, et dimittatur tribus diebus, et sit resupinatus. Et sit strictura cum inuolutionibus quadratis, et inuolutionibus præparatis ad aggregandum labia scissuræ. Et quandoq; cauterizatur secundum hanc stricturam, et præparationem. Et non administrent pannos lineos plicatos secundum formam sphæricam, quoniã dilatant, sed maxime, necessarium est brachale seu bracherium. Et non oportet vt approximet huic rupturæ ferrũ omnino. Et medicinæ, quæ bibuntur quibus iuuantur habentes rupturam, sunt sagzenea, et decoctio nucis cupressi: et proprie in quibus dissoluta sunt sagzenea, et diacyminum. Et oportet vt administrentur in ea emplastra, quæ super scissuram administrantur postq; aggregata sunt labia scissuræ, et tracta sunt duo oua ad superiora, et expleta est reductio eius, quod descedit. Et[i] de istis emplastris est illud, quod fit ex sauina, et nuce cupressi, et cupressi folijs. Ipsa enim sunt radices emplastrorum aggregantes super plurimum iuuamenti quorum est conuenientia. Et de emplastris

H
I Ras.24.cõt.t.2.c.2.272.4.

A conuenientiæ est illud, quod fit ex bdellio,& dragagantho,& gummi arabico,& glutino piscium, & glutino coriorum,& visco,& tuberibus siccis, & carnibus cancrorum, & rosis cum capitibus suis,& omnibus stypticis,& mastice,& myrto sicca,& mes excorticatis, & almedad. i. enclaustro scriptorum folijs licij de mecha,& alumine iameni,& sumac,& fructu tamarisci,& magra, & centaurea,& aloe semegienio & myrrha. Descriptio alia emplastri. [a] Recip. ammoniaci, & thuris, & aloes semegenij,& dabach omnium ana drach.3. bdellij pondus drach.ij.acaciæ, & sarcocollę amborum ana drach.i.terantur in mortario,& madefiat in principio noctis cum aceto: deinde terantur in mane cum aliquantulo sauinæ,& imbibatur ex eis cottum,& ponatur super locum & stringatur ligando.Emplastrum lene. [b] Reci.masticis,& sarcocollæ,& thuris partes æquales,& aggregentur cũ glutine seu colla piscium dissoluta & dissoluatur in vino de passis,& liniatur super chartam,& stringatur:& [b] simile illi est illud, quod fit ex aloe & glutine, & thure.& [b] iterum sumatur nux cupresi,& thus,& acacia,& balaustię,& sarcocolla,& sanguis draconis,& lycium,et myrrha, & gallæ & sauina æquali mensura,& terantur bene,& conficiantur cum gummi, & fiat vt adhæreant ouo,aut in quocunq; loco fiat ruptura,donec cadant. Emplastrum bonum,quod quandoq; consolidat rupturam infantium. [c] Reci.corticum granatorum pondus drach.x.gallarum immaturarum.v.decoquantur cum vini styptici vnc.v.decoctione vehementi: & reducantur intestina ad B superiora:& embrocetur locus cum aqua frigida, & inuiscetur hoc emplastrum, & non soluatur nisi transacta hebdomada:aut in omnibus.x.diebus semel. [d] Emplastrum mirabile sumantur masticis,corticis thuris,nucis cupresi,& myrrhæ,& glutinum piscium,& sarcocollæ omnium partes æquales,dissoluatur gluten cum aceto vini,& aggregentur cum eo medicinæ,& fiat ex eis emplastrum.Et [e] fortasse sufficit infantibus emplastrum,quod fit ex balaustijs,& psyllio, & radice lilij syluestris.Et fortasse sufficit tibi vt facias emplastrum cum [f] lenticula aquæ,quæ est de genere herbarum nascentium in aqua.& fortasse sufficit vt liniantur eorum rupturæ [g] cum bdellio dissoluto in vino,& oleo sambacino.Aut cum castoreo, & proprie quando est aquosa. Et iterum fortasse sufficit alaseras cum sauich de hordeo.

A Ser.t.5.c.16. B Ras.14.cõti.t.2. c.2.172.2. C Paul.lib.3.c.53. D Ras.272.4. E Ras.272.3. F Dio.lib.4.c.76. G Ras.273.1.

*De ruptura aquæ.i.*Hydrocele. *Cap. 6.*

QVandoq; euacuatur aquositas eius cũ bezel gradato.& qñq; euacuatur cum emplastris extrahentibus aquositatem:& post illud qñq; fit cum ferro, & medicinis acutis spasmantibus seu contrahentibus vel crispãtibus illud,quod sequitur rupturam ex siphac.: quare constringitur,& non descendit aquositas.In [h] operatione vero,quæ fit cũ bezel,& phlebotomo,oportet vt eleuentur testiculi ad superiora,& elongentur valde ab oseo postq; [i] abrasi sint pili cum nura à pectine infirmi & vt resupinetur super tabulã aut super apothecam.Et [i] fiat vt sedeat seruiens C à dextra eius extendens virgam eius versus mirach.Deinde phlebotometur vel aperiatur cũ phlebotomo lato:& caue ne phlebotomes vel scindas aliquid de cõmissura, sed fit in dextra parte aut sinistra:deinde scinde fugiendo commissuram: & stude tandiu donec descendat tota aquositas, & euacues eã:Deinde tibi inest electio,si timueris reuersionem,& repletionẽ eius post tẽpus, vt reiteres curationem,si volueris cum bezel:& si volueris cauterizabis:et figura cauterij sit talis.Sume ferrũ subtile cuius extremitas sit plicata parum ad figurã anguli, & igniatur sicut ignitur cauteriũ: & liga testiculos quanto longius possibile est à locis:& reuolue cauterium super oseũ,ita vt nõ inueniat testiculũ,& inueniat oseum,& alberiteron,& cõstringat,& spasmet seu contrahat vel incrispet ipsum:quare nõ ingrediatur ipsum aqua post illud,& quod dilatat ingressum cauterij est melius.Deinde cura crustas,& consolida.Et [h] fortasse incidis ex beriteron aliquid, deinde cauteriza ipsum,& pone super scissuram styptica:& [h] prohibe ægrum potare aquam.Emplastra vero ad ramicem aquæ sunt ex genere emplastrorum [h] hydropisis,& splenis.Et [k] sicut si sumantur staphisagria,& cyminum,& aggregentur cum passis rubeis enucleatis aggregatione facta cum contritione,& fiant sicut vnguentum,& emplastretur cum eis.Et [l] iterum sumãtur piper,& grana lauri, & baurac,& cera,& oleum antiquum,& fiat ex eis vnguentum,& emplastretur cum eo. Et iterum sumatur cinis quercus,& conficiatur cum oleo confortato cum decoctione, & emplastretur cum D eo.est enim iuuatiuum valde.Et [m] sumantur nitri.℥.xxx.& ceræ.℥.vij.olei.℥.vi.& piperis centum grana,& granorum lauri grana. lxxx. fiat ex eis emplastrum adhærens. Et [n] bdellium arabicum cum saliua hominis quandoq; resoluit ramicem aquæ puerorum.

H Ras.14.cõt.t.2. c.2.273.3. I Paul.lib.6.c.62. K Ras.273.1. L Ras.272.2. M Paul.lib.3.c.53. N Diosc.li.1.c.69.

De cura rupturæ ventositatis. *Cap. 7.*

REgimen [o] in hoc est vt deuitet inflatiua ex oleribus,& granis,& repletionẽ superfluam perducentem ad rugitum,& ad malitiã digestionis,& potum vini misti,& vinum crudum inflatiuum.Et [o] sumat in potu medicinas resoluentes ventositatem, sicut diacyminum, et [o] sagzenea, et tryphera magna:et totum illud cum decoctione galangæ.Confectio ad eos bona. Reci. foliorũ rutæ siccæ,et zuferæ,et cymini,et ameos,et semi.agnicasti,et baurac, et calamenthi omnium partes æquales,et epithymi quantum omnia:conficiantur cum melle,et [p] fiat emplastrum cum ruta, et cymino,et calamentho,et agnocasto,et acoro,et bac.lauri,et sansuco,et sceha,et storace. Et sint olea quibus fit inunctio,sicut oleum de costo,et sambacinum,et oleum nardinum proprie. Et fiat vaporatio cum resoluentibus ventositatem prædictis multoties.Et quando fortior fit dolor,administrentur [p] collyria facta ex melle,et nitro,et serapino, et opopanaco, et cymino,et semi.rutæ, et folijs rubeis et castore scilicet omnibus,aut quibusdam eorum secundum necessitatem.

O Ras.14.cõti.t.2. c.2.172.4. P Ras.172.4.parũ differt.

De cura ramicis carnis, & varicosæ. Cap. 8. E

CVratio eorum est curatio apostematum durorum. Et multoties quidem sufficit in ramice varicosa inunctio cum vnguento basilicon, & adipibus lenibus, & medullis.

De eminentia vmbilici. Cap. 9.

QVandoq; [a] accidit in vmbilico augmentum, quod est secundum semitam rupturæ notæ, & [b] quandoq; est secundum semitam hydropisis, ita vt aggregetur in illo loco solo humiditas, aut ventositas. Et [b] quandoq; fit causa venæ, aut [b] arteriæ facientis currere ad ipsum sanguinem. Et quandoq; fit causa apostematis duri, aut additione [b] carnis sub cute.

A Paul. lib. 6. c. 51.

B Paul. ibi. & Ras. 24. ǫt. t. 2. c. 1. 271. 3

De signis. Cap. 10.

IN eo qui est causa egresionis zirbi, aut intestini signum est, [c] quod color corporis est color ipsius, & [c] sit locus diuersus, & proprie in ruptura ex iteſtinis. Et sequitur rupturam intestinalem dolor quidam, & [c] occultatur cum premitur. Et [c] quandoque occultatur cum rugitu. Et [c] addit ei administratio mollificantium, scilicet ex balneis, & inunctione, & motus magnitudine. Et illud, quod est ex humiditate, non [c] reducit compresio: & est lene, [d] †{& non alterat ex quantitate sua compresio} & est color eius color corporis. Et [c] quod est ex ventositate est lenius, & minus expellens, quam illud, quod est ab humiditate: & est [e] ei sonus tympani, & vox. Et [e] quod est ex sang. est sanguinei coloris, & nigri. Et [c] quod est ex natiuitate carnis, aut duritie, est [c] graue durum, cuius compresio non est sicut compresio aliorum. F

C Paul. lib. 6. c. 51. & Ras. 24. côti. t. 2. c. 1. 271. 3.

D† neq; decrescit, neq; tñ augetur,

E Ras. 24. côti. t. 2. c. 1. 271. 3.

De cura. Cap. 11.

AD illud, quod est ex apertione venæ pulsatilis, & non pulsatilis, aut ventositate curandum, non oportet te laborare. Quod si laboraueris ad illud, consequetur te vt labores ad incidendum, & suendum eum etiam. Reliquorum autem curatio est, vt [f] facias ægrum surgere: & præcipias ei vt extendat ventrem suum, & retineat anhelitum suum tandiu, donec appareat eminentia. [g] Cum ergo apparuerit, fac in circuitu eius circulum cum colore distinguentem: deinde resupina postea subleuetur vel separetur illa circulatio cum vncinis, & procede super mirach solum, ita vt non accipias, quod sub ipso est: & intromitte in eo acum cum filo taliter, vt non obuiet corpori sub ipso: deinde perfora tali perforatione, vt discooperiatur ab eo, quod est sub mirach solum. Si [g] ergo est sub eo intestinum, expelle intestinum ad inferiora: & si est zirbus, extende ipsum, & incide superfluum: deinde sue locum disruptum cum filis oppositis, duris, extensis adinuicem, & stringe ipsum super alchatim, & sue eum: & dimitte filis quatuor capita & prouide vt cadat superfluum, & consolida residuũ: & stude vt consolides ita, vt profunde remaneat, & non excedens ad exteriora, ita vt sit non fœdum. Ventosi autem regimen iterum est albezel, & incisio, & consutio post illud secundum modum, qui dictus est. G

F Paul. lib. 6. c. 51. & Ras. 24. côti. t. 2. c. 1. 271. 3. 4.

G Paul. ibi. & Ras. 24. conti. t. 2. c. 2. 271. 4.

De gibbositate, & ventositate grossa causante gibbositatem. Cap. 12.

GIbbositas est remotio spondylium: aut ad interiora dorsi: Aut [h] ad anteriorem partem: & est gibbositas anterioris, quam quidam nominant [i] †{arcuationem,} & quando accidit cum communitate osium cassi, nominatur concauatio, & arcuatio: Aut [h] ad exteriora dorsi, & ad posterius, & est [k] †{gibbositas posterioris:} Aut [h] ad latus, & dicitur [l] †{contorsio.} Et causę eius: aut sunt primitiuæ, [m] sicut percusio, aut [m] casus, & quæ currunt cursu eorum: aut corporeę ex humiditate aquosa paralyticatiua, lubrificatiua, mollificante ligamẽta, aut humiditate spasmatiua. Et quæ plurimum fit ab humiditate salsa, est torsio, aut ad anteriora, aut posteriora. Et [n] quandoq; fit gibbositas propter ventositatem grossam confirmatam expellentem facile seu membrum aliud à loco suo: aut apostema, aut exituram extendentem tunicas in parte sua. Et multoties sanatur [o] gibbositas apostemosa ex fluxu ventris sanguinis aut saniei significante maturationem apostematis, & eius eruptionem. Et [m] multoties est illud apostema durum. Et [p] quandoque fit propter spasmum ligamentorum, & est pauci casus, & velocis interfectionis. Et totum illud, aut est causa communitatis spondylium plurium numero, & secundum gradationem: aut non est ita. Et gibbositas quidem, & proprie illa, quæ est ad interiora, constringit locum super pulmonem: quare facit accidere malitiam anhelitus. Et [q] quando accidit in infante, prohibet pectus incedere in dilatatione, & amplificatione sui, & fiunt membra anhelitus læsa, quare stringitur anhelitus in eis. Et dixit [r] Hippoc. cui aduenit gibbositas ex asthmate aut tussi antequam nascantur pili in pectine, tunc ipse moritur: & illud ideo, quoniam significat permutationem materiei facientis eas ambas ad spondyles. Et [s] facit accidere in eis exituram fortem euenientem à materia grossa. Et si non esset eius grossitudo, non accideret ab ea gibbositas, & cum ita sit, non fit præparatio pectori vt dilatetur pulmo: & fiat anhelitus bonus, immo oportet vt malus fiat anhelitus, & perducat ad perditionem. Et infantibus quidem accidit gibbositas, & ventositas gibbositatis quando cibantur ante horam: quamobrem ingrossantur humores, & declinant ad spondyles. Et [t] subtiliantur crura habentis gibbositatem propter illud, quod facit gibbositas de oppilatione quorundam meatuum, & viæ, in qua penetrat cibus. H

H Ga. ǫmẽ. 3. in li. de arti. 2. f

I† repanditatem,

K† distortio

L† obstipitas.

M G. 6. apho. 46. h

N Ras. 26. côt. t. 1. c. 1. 282. 4.

O Gal. cõmẽ. 3. in Hip. de articul. 5.

P Gal. 4. apho. 35. f

Q Hip. de articul. fo 7. 1.

R 6. apho. 46.

S Gal. 6. apho. 46.

T Hip. d earticul 567. 1.

De signis. Cap. 13.

SIgna factæ à causis primitiuis sunt casus earum. Et signum factæ ab humiditate est signum formæ, & tactus: & quod locus parum exuccat oleum, cũ quo inungitur. & tarditas eius in exuccando ipsum, & antecesio etiam regiminis humiditatis. Et signum factę ab apostemate est tactus loci,

A loci, & dolor eius pungitiuus proprie: & feb. habenti ea accidentes. Et signum factæ à siccitate, est significatio siccitatis corporis, & tolerantia feb. acutarum, & euacuationum: & [a] velocitas exiccationis olei.

De cura gibbositatis, & ventositatis grossæ facientis gibbositatem. *Cap.* 14.

HVmidæ quidem, & siccæ curatio, est cura paralysis, & spasmi humidi & spasmi sicci in necessitate euacuationis, & dimissionis eius, & qualitate administrandi emplastra, & embrocas, & quæ sunt ei similia. Et canon medicinarum eius, quæ non est cum siccitate, est vt sint stypticæ, vt stringant ligamenta, quæ mollificata sunt, quamobrem inclinatæ sunt spondyles: & calefactiuæ vt confortent ea: & resolutiuæ, vt separent vel consumant humiditates mollificantes, aut adiuuantes ad mollificandum. Nam cum cadit sufficientia super styptica, possibile est vt confortentur ligamenta: verum cum non resoluitur materia, pertransit vt permutetur ad membrum aliud. Et plurimum quidem permutatur ad pedes, & facit in eis accidere paralysim, & similia, secundum materiam in subtilitate, & grossitudine sua: & secundum permistionem eius ex imbibitione, aut effusione, & cum antecedit mundificatio, non est malum vti stypticis. Et quandoque aggregantur stypticitas, & calefactio, & resolutio in re vna: sicut aggregantur in nuce cupressi, & folijs eius, & folijs lauri, & calamo aromatico, & alusnee, & enula. Et quandoque componitur medicina ex B stypticis frigidis, sicut rosa, & acacia, & balaustijs cum calidis calefacientibus resoluentibus, sicut baca lauri, & castoreo, & folijs oleandri, & acoro. Olea vero conferentia ei, quæ est humida, sunt olea rerum calidarum stypticarum, sicut oleum cupressi, & oleum rutæ. Et indiget emplastris habentibus medicinas resolutiuas fortis resolutionis sicut sunt folia oleandri, & acorus, & castoreum, & ruta: & ex oleis oleum de ruta, & oleum de castoreo, & [b] oleum de pyrethro, & euphorbio factum secundum hunc modum. [c] Disrumpatur piper, & castoreum, & pyrethrum, & pulpa coloquinthidæ, & euphorbium, [d] †{& assa} in oleo rutino, ita vt pro vnc. vna medicinarum sumatur lib. i. olei, deinde moretur sub sole, & coletur post duas hebdomadas, & renouentur super ipsum medicinæ, & fiat illud multoties ad minus tribus vicibus, & administretur. Medicamen forte ad illam, quæ est ex humiditate, & ad ventosam simul. [c] Reci. sauinam, & [e] †{sceha,} & [f] †{myrtum,} & nucem cupressi, & pyrethrum, & sansucum, & cordumeni, & squinanthum, & casiam [h] †{ } decoquantur cum aqua decoctione optima, & fundatur desuper de oleo quantum est aquæ medietas, & decoquantur: & iterentur aliquoties: & proijciantur in eo castoreum, & euphorbium, & sauina contrita, & administretur: & in ipso quidem est confortatio membri, & carminatio ventositatis, & resolutio humiditatum extranearum grossarum. [b] Emplastrum ad gibbositatem ex ventositate. Recip. storacis liquidæ, & costi, & calami aromatici, & sauinæ omnium C ana vnc. i. euphorbij drach. i. olei nardini quantum necesse est. Apostemosæ autem cura est apostematis difficilis maturationis, & eruptionis, & resolutionis, propria apostematibus duris. Rememoratio emplastrorum ad gibbositatem humidam. emplastrum bonum. [b] Sumantur acorus, & enula, & decoquantur in aqua cupressi, & emplastretur ex eis locus. Emplastrum conferens humidæ, & ventosæ ex eis simul. [h] Sumantur [i] †{enula,} & sauina, & acorus, & coquantur in vino donec in decoctione dissoluantur: & dissoluatur cum eis bdellium, donec fiat sicut vnguentum, & administretur. Et [k] quando non valent curationes cum eis, quæ bibuntur, & emplastris & similibus, administretur cauterium, vt remoueatur mollificatio, & induretur locus.

De varicibus. *Cap.* 15.

EST [l] dilatatio venarum in crure, & pede propter multitudinem eius, quod descendit ad eas ex sang. Et [m] plurimum sang. est melancholicus. Et [n] quandoque est sang. mundus non melancholicus. Et [o] quandoque est sang. grossus phlegmaticus. Et quocunque modo sit est sanguis in quo non est putrefactio. & si non, non saluabitur cum eis pes ab vlceratione, & apostematibus malignis. Et [p] plurimum quidem accidunt cursoribus, & viatoribus, & onera portantibus, & coram regibus astantibus. Et [q] multoties accidunt propter ęgritudines acutas, quoniam expellitur materia illuc in illis, qui ex prædictis ad eas sunt præparati. Et quandoque accidunt incipiendo, sicut acci- D dunt dolores iuncturarum incipiendo. Et [r] accidunt habentibus splenem ex prædictis multoties. Et istæ varices non suscipiunt curationem. Et [n] quandoque inciduntur, & accidit ex incisione earum extenuatio membri, propter priuationem deferentium nutrimentum. Et [s] accidunt in illis, quæ ex eis sunt melancholicæ, cum inciduntur, & prohibentur, ægritudines melancholicæ, & melancholia. Cum autem est sang. mundus, & inciduntur, aut auferuntur, tunc nō timetur, quod accidat melancholia. Et multoties quidem putrefit illud, quod est in varicibus, & pducit ad vlcera.

De elephantia. i. Tumore pedum. *Cap.* 16.

EST additio in pedibus secundum modum, qui accidit in venis varicum: quare ingrossat pedem cum qualitate sua. Et [t] quandoque fit propter humorem melancholicum, & est illud, quod est plurimum. Et [v] quandoque fit propter humorem phlegmaticum grossum. Et quandoque accidit ex causis ex quibus accidunt varices. Et ex sang. bono cum plurimum descendit, aut nutritur eo pes nutrimento aliquo, & [x] est in primis rubeus, deinde niger. Et causa eius est vehementia repletionis, & etiam debilitas membri propter multitudinem caliditatis, & vehementiam attractionis eius propter vehementiam caliditatis inflammatæ ex motu. Et adiuuant ad illud dispositiones adiuuantes ad varices.

A Li. 1. Fē. 2. do. 3. c. 3.
B Ras. 26. cōt. t. 1. c. 2. 285. 4.
C Ras. 285. 3.
D † ———
E † enulam,
F † abrotanum,
G † coronam regum
H Ras. 286. 1.
I † myrtus,
K Ser. t. 5. c. 27.
L Gal. 13. metho. c. 22. fo. 86. g, &. 6. apho. 21.
M Fen. 1. t. 4. c. 18.
N Ras. 26. ɔti. t. 2. c. 1. 257. 3.
O G. li. 4. de ɔpō. se medic. per gña. c. 2. b
P Alzar. lib. pract. t. 28. c. 10. & Haly. lib. 8. theo. c. 18. & Ras. li. diuis. c. 106.
Q Hip. & G. ɔmē. 2. in. 6. de mor. vulg. 14. g
R Ga. ɔmē. 6. in. 6. de mor. vulg. sect. 8. f
S Gal. de atrabile. c. 5. e
T Ras. 26. cōt. t. 2. c. 1. 297. 3. & lib. diuisio. c. 107.
V Alzar. li. pract. t. 28. c. 11. & Ras. li. diuisi. c. 107.
X Ras. 297. 4.

De signis. Cap. 17. E

DIscernitur vnaquaq; ex causa sua per colorem & regimen antecedens. Et melancholica est dura tendens ad caliditatẽ. Et illa, quæ rubea est, est magis incolumis, quàm nigra. Et phlegmatica est ad lenitatem decliuis. Et quandoque festinat melancholica ad scissionem, & vlcerationem. Et sanguinea nota est.

De cura varicum & elephantiæ. Cap. 18.

E[a]Lephãtia quidem maligna est, quæ parum sanatur. Et oportet vt dimittatur cum dispositione sua, si non additur. Quod si peruenit ad vlcerationem, & timetur corrosio, non est aliquid, nisi vt incidatur radicitus. Cum ergo succurritur ei in principio sui, possibile est vt prohibeat cum euacuationibus: & [b] proprie cum vomitu laborioso: & cum eo, quod extrahit phlegma, & melancholiam: & cum phlebotomia, si indiget ea. Deinde administrentur styptica super pedem. Cum autem confirmatur, parum speratur, quod recipiat iuuamentum, & si speratur, scias q́ summa curationis speratæ huius ægritudinis, est vltimitas in curatione varicum, & administratio resoluentium fortium. Et [c] dicitur, quod alchitran confert ei acceptum in modum loch, & linitum.[d] Regimen vero varicũ est, quoniam oportet vt euacuetur corpus ex venis manus. Et [d] euacuentur melancholia, & humores grossi, & rectificetur regimen: & deuitet omne ingrossatiuum. Et [e] deuitet motus laboriosos, & stationem longam.[d] Deinde perueni ad istas venas: quare phlebotoma eas, F & extrahe totum, quod in eis est de sanguine melãcholico, & phlebotoma in fine saphenam: deinde reitera in omni pauco tempore mundificationem corporis cum eis, quæ sunt sicut [f] hiera picra cum aliquantulo lapidis lazuli: & assiduetur super eam quantum possibile est. Et [g] assiduet potum epithymi in aqua casei. Et dimittat motum omnino, & vtatur ligatura super pedes, cum instititis [h] ab inferiori parte ad superiorem. s. à calcaneo vsq; ad genu. Et cum hoc administra linimenta styptica proprie sub ligamentis. Et magis conueniens ei est, vt non incedat neq; deambulet nisi habeat pedes instititis ligatos. Illud autem cum quo linitur locus proprie post mũdificationem cum phlebotomia ex manibus & pedibus, & ex ipsis venis, est [i] cinis caulium: aut [k] oleum de oliuis puluerizata desuper tamarisco: & [h] lupinos decoctos epithemando, & embrocando cum aquis eius. Et [i] fimus caprarum, & [i] farina fœnugræci, & [i] semen raphani, & [i] semen ærucæ sunt huius generis etiam.[l] Quod si non valet aliquid nisi incisio, scinde carnem, & fac apparere varicem, & scinde eam in longitudine sua. Et caue ne findas eas latitudinaliter aut ex transuerso, quare fugiant, & noceant. Cumq; feceris illud, extrahe totum, quod in eis est ex sanguine. Et oportet extrahere illas quas est possibile extrahi, deinde scindere eas in longitudine. Et [g] quandoque extrahuntur cum acu, & inciduntur penitus. Et [i] oportet tunc vt eradicentur: & si non, nocebunt. Et melior extractio est cum cauterio. cauterium enim melius est, quam incisio. Et non licet vt extrahantur nisi rubeæ non nigræ: in nigris vero fiat illud, quod descripsimus prius de mundificatione. G Et quandoque accidit vt non sanetur vlcus dum non ad vltimum peruenitur in mundificatione: & non sunt euacuati adhuc cum solutione humores melancholici & grossi. Et oportet post incisionem, & extractionem, aut cauterium, vt deuitet illud, quod generat humorem melancholicum: & assiduet mundificationem corporis, ita vt non generetur superfluitas melancholica, quare fiat reuersio ægritudinis, si fuerit materiei iter ad ipsam non strictum: & moueatur, quod fuerit consueti motus à pedibus ad membra, quæ sublimiora sunt: quamuis in apertione, & scissione sit timor: & cum non expellitur ad membrum vilius, peruenit ad membra sublimiora: quamobrem rectius est, vt non aperiantur, neque fiat in eis aliquid nisi post mundificationem vltimam. Et fortasse assimilantur nodi elephantiæ, quare erratur in eis: verum nodi tanguntur cum ferro, sed elephantia est sicut diximus.

A Accepit hoc caput à Rasi qui deceptus est credens, q́ sit elephantiasis græcorũ sed nõ est.
B Ras. 26. cõt. t. 6. c. 2. 298. 1.
C Dio. lib. 1. c. 89.
D Ras. t. 9. c. 91.
E Ras. lib. diuisio. c. 106.
F Ras. 26. cõti. t. 2. c. 2. 298. 2.
G Ras. 298. 1.
H Ras. 298. 1. & 2.
I Ras. 298. 2.
K Ras. 298. 2. & 1.
L Ras. 297. 4.

TRACTATVS II. *De doloribus horum membrorum.*

De dolore dorsi. Cap. 1.



DOlor dorsi fit in lacertis, & chordis intrinsecis, & extrinsecis clausis cum dorso: & qualitercunq; sit, Aut accidit propter [m] frigus complexionis, & [m] phlegmatis crudi: Aut [m] propter multitudinem exercitij vel laboris: Aut [n] propter multitudinẽ coitus. H Et quandoq; fit propter causas gibbositatis, cum nondum cõfirmata est: Aut propter cõitatem quorundam viscerum, sicut fit [m] propter debilitatem renum, & maciem eorũ. Et [m] propter repletionem vehementem venæ magnæ positæ super dorsum: Aut propter causam apostematis: Aut vulnus in canna pulmonis: & fit in medio dorsi. Et quandoq; fit propter cõmunitatem matricis, sicut fit cum appropinquat descensus menstruorum: aut præfocatio matricis. Et cum sunt signa partus, dolor fit dorsi. Et iterum quandoq; est ex signis crisis.

M Ras. lib. diuisi. c. 104.
N Alzar. li. pract. t. 28. c. 8.

De signis. Cap. 2.

ILlum quidem qui est ex frigore: & qui est ex crudo humore, [o] deambulatio, & exercitium sedant secundum plurimum, & [o] est eius inceptio paulatim. Et quandoque sentitur cum eo frigus. Et factum à labore rei, & onere grauantis, & similibus, & à coitu, significat antecessio rei illius. Et [o] factus causa renum est apud alchatim, & debilitatur cum eo desiderium coeundi, & fit cum vna causarum debilitantium renes notarum. Et factum causa caliditatis puræ significant inflammatio, & mordicatio cum leuitate, & pulsationis priuatione. Et [o] factum causa repletionis venarũ significãt extensio doloris in dorso cum caliditate, & inflãmatio, & pulsatio, & repletio corporis. Et factum propter

O Ras. lib. diuisi. c. 104.

A T.1.c.13. A propter causas gibbositatis significant ea, quę docuimus in [a] capitulo eius. Et dolores quidē dorsi: aut egent incuruatione, aut erectione. Et indigētes incuruatione sunt illi in quibus est causa spasmus ex apostemate dorsi, aut alijs ex causis gibbositatis. Et indigētes erectione sunt illi, in quibus non est necessarium illud, quod diuersificatur voluntati animæ ex incolumitate lacertorum ab incuruatione & contorsione facientibus dolorem. Et cum manus inuenit dolorem, tunc causa est in dorso: & si non inuenit, tunc causa est in ventre.

De cura doloris dorsi. *Cap. 3.*

OPortet vt redeas in ea ad curationes dolorum iuncturarum, quas dicemus: & curationes gibbositatis, & ventositatis facientis gibbositatem: nam via vna est. Frigidus vero inquantum
B T.1.c.14. est frigidus oportet vt curetur cum ebibitis, & emplastris, & vnctionibus [b] prædictis in capitul. præteritis. Et inquantum est illic crudus humor, oportet vt fiat euacuatio cum eis, quæ sunt sicut
C Ras.16 cōt. t.1. c.1.295.2. hiera de pulpa coloquinthidæ, & [c] pilulæ [a] foetidæ. Et factus à labore, & similibus, oportet vt cure-
Infra a tur cum cibis bonis, & vnctionibus temperatis, & oleis tepidis. Et facti à coitu cura est [d] cura eius,
D Fē.20.t.1.c.35. qui debilitatus est à coitu. Et facti causa renum curatio est [e] cura debilitatis renum. Et facti causa
E Fē.18.t.1.c.13. repletionis venæ magnæ cura [f] est phlebotomia ex basilica & ex curuatura genu etiam: ipsa enim
F Ras.lib. diuisio. c.104. in dispositione sedat eum: & proprie cum consequuntur inunctiones ex oleo rosa. & similibus.
B Et facti causa gibbositatis curatio est [b] cura gibbositatis. Et quoniam plurimum eius, quod accidit ex dolore dorsi, non accidit nisi propter frigus, aut propter debilitatem renum, tunc oportet vt sit plurimum curationis ex parte eorum. Et nos quidem iam compleuimus sermonem in curatione renum. & compleuimus iterum sermonem in calefactione dorsi in [b] cap. gibbositatis. Verum de curationibus proprijs dolorum dorsi frigidorum est administratio olei de euphorbio solius. Et de potionibus expertis ad ipsum est theriaca diatessaron: aut oleum de kerua cum aqua
G Ras.16.cōti.t.1. c.1.285.4. apij: & vt [g] bibat infusionem ciceris nigri, & acori multoties cum drach. iiij. butyri, et drachma vna mellis: & vtatur hoc. xiiij. diebus: & [g] comestio asparagorum & assiduatio eius est iuuatiua valde.
Supra a Et pilulæ soluentes habentes hunc dolorem, qui sunt frigidæ complexionis, sunt [a] pilulæ foetidæ. Emplastra vero sunt vt hoc modo: nam [g] emplastratio cum oleandro sanat eum, qui antiquus est. Et emplastratio cum eis, quæ sunt sicut opopanacum, & bdellium, & serapinum, & ammoniacum, & castoreum, & euphorbium sigillatim, & composite cum oleo laurino, & granis lauri, & oleo rutino, & semine rutæ, & oleo de storace, & oleo de kerua iuuatiua est valde. Et de vn-
H Ras.295.2. guentis sunt oleum de euphorbio, & oleum de costo, & oleum de ruta, & [h] oleo de lilio inest proprietas mirabilis. Et melius quidem est vt calefiat dorsum in primis fricando cum panno aspero: deinde fiat inunctio.

C *De dolore ilij.* *Cap. 4.*

EST proximus huic capitulo: & plurimum eius est ventosum, phlegmaticum: & appropinquat ei cura eius. Et de curatione propria ei, est vt sumantur foenugræci, & granorum rasced. i. nasturtij, & se. apij, & ameos, & zinzib. & cinnamomi partes æquales, serapini quantum omnia, fiāt ex eis pilulæ, vt auellanæ, & administrētur. Quod si fuerit propter apostema in membro, aut in eo quod communicat ei, tunc curatio eius illa cura. Et parum quidem fit propter malitiam complexionis calidæ puræ aut cum materia nisi secundum semitam communitatis membrorum vrinę, & intestinorum. Et signum, & cura in hoc manifesta sunt.

De doloribus iuncturarum, & eis quæ communicant podagræ, & sciaticæ, & alijs. *Cap. 5.*

I Sen.t.4.c.13. CAusa patiens in his ægritudinibus, est membrum suscipiens. Et causa efficiens, sunt complexiones et materię malę. Et [i] causa instrumētalis est dilatatio meatuum naturalium accidentalis, aut ex creatione, aut euentu meatuum non naturalium, quas accidere fecit motus, & vacuitas, & raritas accidentalis: aut [i] propter creationem, sicut est in carnibus glandosis. Amplius distinguamus vnamquaq; harum diuisionum distinctione aliqua. Membrū itaq; suscipiens est causa, vt eueniant istæ ægritudines, aut propter debilitatem sui propter malitiam cōplexionis confirmatæ, & propriæ frigidæ, & propter debilitatē sui in creatione sua, non ex parte complexionis: aut propter
D vehementiā [i] attractionis caliditatis eius & proprie cū adiuuatur cū motu & cū doloribus & causis extrinsecis, licet hęc diuisio non sit longinqua à diuisione cōplexionali: aut propter causam sui situs sub mēbris alijs, & vbi ad ipsum currunt materię p naturā: & propter hoc multiplicantur in pedibus, & anchis. Causa aūt efficiens aut est cōplexio corporis totius, aut in mēbro principali in-
K G.10.de cōpōne phar.sm.lo.c.2.h flāmans, aut infrigidans, congelans: aut exiccans, constringens: & proprie cum ei cōmiscetur humiditas extranea. Materię vero, aut sunt [k] sang. singularis, aut sang. phlegmaticus, aut sang. cholericus, aut sang. melancholicus: aut est [k] phlegma singulare, & peius eo est crudū: aut cholera singu-
L Ras.t.de egrit. iunct.c.1. laris: aut [k] humor compositus ex phlegmate, & cholera: aut aliquid ex genere saniei: aut vētositas inclusa. Et [l] plurimum quidem fit à phlegmate cū cholera: deinde à crudo: deinde à sanguine: post
M Aet.li.3. ser.4. c.17. à cholera: & [m] raro fit à melancholia. Et causæ diuisionum huius, sunt causæ quædam præteritæ, &
N Ras.26.cōti.t.1. c.1.283.2. [n] catarrhi, & coryzæ sunt ex causis eius. Et [o] curatio colicæ secundū hunc modum, in quo confortantur intestina, & expellunt superfluitates consuetas, & nō suscipiunt eas, quare expelluntur ad
O Fen.16.t.3.c.6. extremitates, & iuncturas. Et de causis eius iterum sunt cibi generantes genus faciens euenire do-
P Gal.6.aphor. 21.a.b lorem illum ex materijs, & paucitas digestionis. Et tranquillitas, & quies, & [p] dimissio exercitij. Et [p] coitus plurimus. Et frequentia ebrietatis. Et [p] retentio euacuationum consuetarū san. menstrui,

& ani ſeu hæmorrhoidalis,& aliorum de illis quorum iam conſuetudo currit ex phlebotomia: aut **E** ſolutione ventris,& eſt dimiſſa. Et iterum exercitium ſuper repletionem. Et coitus ſuper repletionem,& [a] balneum ſuper cibum,& [b] vinum plurimum in ieiunio ante cibum: ipſum nanq; lędit neruos. Et [b] humores crudi cum aggregantur in corpore, deinde non euacuantur per naturam in egeſtione, vrina, neq; per artem, non eſt longinquum quin euenire faciant dolores iuncturarum ſi expellantur ad eas partes aut ad febres ſi remanſerint,& putrefiant. [c] Cum autem natura expellit eos in egeſtione,& vrina, tunc inuenis cum eis vrinam groſſam ſemper non ſubtilem, crudam: quare tunc forſitan fit ſęcuritas ab eorum malitia. quod ſi non ita fuerit, erit vnum eorum, quæ diximus. Et ſi adiuuerit ad iſtas materias crudas, motus iuncturarum laborioſus, aut percuſsio, aut caſus: aut addiderint in debilitate virtutum [d] ira,& vigiliæ debilitantes virtutes,& trahentes materias crudas,& fiant penetrantes cum profunditate euenient dolores iuncturarum. Et [e] horum quidem humorum plurimum eſt ſuperfluitas digeſtionis ſecundæ,& tertiæ. Et aptiores ad hoc vt in eis multiplicentur iſta, ſunt ſenes,& [f] habentes ægritudines chronicas,& conualeſcentes, cum non reguntur cum eo, quod eſt conueniens. Et illud ideo, quoniam eorum virtutes debilitantur à digeſtione bona:& proprie cum ſunt curati cum ſedatione abſq; euacuatione ſufficienti,& expulſione vltima. Et non quidem multiplicantur dolores in iuncturis, niſi [g] quoniam ipſæ ſunt magis vacuæ, q; reliqua membra,& [h] plurimi motus,& debilioris complexionis,& frigidioris:& [i] ſitus **F** earum in extremitatibus eſt longinquus à rectore primo. Et [k] multoties quidem lapidantur materiæ intra iuncturas,& fiunt ſicut gypſum:& proprie, quæ ex eis ſunt crudæ. Et [l] multoties oritur inter iuncturas eorum caro,& proprie inter digitos: quare contorquentur digiti,& conſtringuntur:& fit dolor fortis quandoq;,& ſedatur quandoq;. Et [m] plurimum quidem huius non fit niſi in habentibus complexiones calidas. Et plurimum quidem oritur caro cum materia eſt ſanguinea. Et [n] plurimum quidem illi cui accidunt dolores iuncturarum, accidit in primis podagra. Et [o] dolores [α] quidem iuncturarum ſunt ex ſumma ægritudinum, quę hęreditantur plurimum: quoniam ſperma eſt ſecundum complexionem generātis. Et [p] multoties quidem fit curatio doloris iuncturarum,& confortatio earum,& expulſio materiarum ab eis cauſa ad pernitiem: quoniam illæ ſuperfluitates, quæ conſuetæ ſunt ſeparari,& peruenire ad iuncturas, perueniunt ad membra principalia,& [p] ſi non trahuntur ad iuncturas, vice alia faciunt cadere habētem eas in timore. Et aptiora tempora ad hoc vt in eis eueniant dolores iuncturarum,& podagra, ſunt [q] ver propter motum ſang.& humorum in eo. Et [r] autumnus propter malitiam humoris,& digeſtionis:& anteceſsionem dilatationis pororum in æſtate:& ex calore, qui fortis fit in die. Et [ſ] cum ſuccurritur doloribus iuncturarum in primis cum apparent, fit eorum cura facilis: q; ſi cōfirmentur,& conſueſcant, proprie illi, qui generati ſunt ex humoribus diuerſis, non curantur. Et [t] quando apparent varices **G** in habentibus dolorem iuncturarum,& podagram, eſt eorum ſanatio per eas. Et de habentibus dolorem iuncturarum quidam ſunt, qui ſibi ſuperuenire eos faciunt propter malitiam ſui regiminis. Et de illis ſunt ſuper quos euenire facit eos corruptio formæ membrorum eorum,& dilatatio meatuum venarum eorum:& generatio humorum malorum in ipſis, propter malitiam complexionis membrorum radicalium. Et quandoq; commouentur dolores iuncturarum in febribus,& eorum augmentatio, ſicut ipſi quandoq; eueniunt in febribus. [v] Sciatica vero eſt de ſumma doloris iuncturarum.& eſt dolor, qui incipit à iunctura anchę,& deſcendit retro ad coxam:& quādoq; extenditur vſq; ad genu,& ad calcaneum. Et quanto plus prolongatur ſpatium eius, additur eius deſcenſio:& ſecundum materiam in paucitate,& multitudine ſua. Et quandoq; protenditur vſq; ad digitos. Et [x] extenuantur ex eo pes,& coxa: Et in fine eius delectatur compreſsione, et [x] deambulatione pauca ſuper extremitates digitorum:& fit ei difficilis incuruatio,& æquatio erectionis. Et [z] quandoq; ſoluitur in eo natura,& iuuatur per id. Et [y] quandoque perducit ad dislocationem extremitatis coxæ eius:& eſt romanetea an alhach. i. extremitas oſsis eius rotunda dislocata à pyxide. i. à concauitate. [v] Dolor vero anchæ eſt ille in quo eſt dolor fixus in ancha, qui non deſcendit, niſi cum permutatur ad ſciaticam. Et multoties accidit ex debilitate adueniente anchę, cauſa [z] ſeſſionis ſuper durum,& cauſa percuſsionis aduenientis ei,& cauſa aſsiduationis equitandi,& quæ **H** ſunt huiuſmodi ex cauſis. Veruntamen plurimum fit ab humore crudo. Et [x] multoties permutatur à doloribus matricis chronicis,& remanentibus tempore longo ita vt ſint decem menſes. Et quandoq; fit à materijs calidis,& permiſtis etiam. Et à replectione venarum anchæ ex ſang. Et ab apoſtematibus intrinſecis in profunditate locorum. Veruntamen non apparent propter profunditatem ſuam, ſicut apparēt apoſtemata reliquarum iuncturarum. Et [a] dicitur, qui habet dolorem anchæ,& apparet in coxa eius rubedo vehemens quantitate trium digitorum non faciens ei dolorem,& accidit ei in ea pruritus vehemens,& deſiderat olera, morietur in. xxv. Et omne quidem membrum in quo eſt dolor iuncturæ, macreſcit,& extenuatur. Et dolores quidem iuncturarum, qui ſunt præter ſciaticam & podagram; cum curantur,& eradicantur eorum materiæ, non redeūt velociter. Sciatica vero & podagra cum curantur,& eradicantur earum materiæ, ſunt ex eis, quæ redeunt velociter qualibet ex cauſa:& illud fit propter ſitum membri. Et [α] iſtæ quidem ægritudines ſunt ex eis, quæ hæreditantur,& proprie podagra. Et materia quidem ſciaticæ plurimum eſt in iunctura,& procedit ex ea in neruo lato:& cum dolet, præparatur effuſio materierum ex toto corpore deſuper ad ipſam, præter materias coarctatas in principio rei. Et quandoq; accidit vt non

ſit in

A G.10. de ɔpōne phar. ſm loc. c.2.h
B G.6.apho.28.a.b
C Ga.4.apho.74.
D Paul.lib.3.c.78.
E Cap.7. & Alzar. lib.pract. t.28.c.2.
F Hipp. & Gal. 4. apho. 44.
G Gal.4.apho.31.
H Raſ.26. ɔti. t.1. c.1.283.2.
I Ser.t.4.c. 23.
K G. 10. de ɔpóne phar. ſm lo. c.2.h
L Raſ.283. 4.
M Raſ.284. 3.
N G.6.apho. 28.b
O Li.1.F.2. doc.1. c.8.& Gal.6. apho. 28.b,& Haly.li.10. theo.c.41.
Infra α
P Cap.7. & Raſ. 284.4.&.283. 4.
P Raſ.ibidem.
Q Hipp. & Gal.3. aphor.20. & lib.6. apho.55.
R Hip.& Gal.ibi. 22.& li.6. apho. 55.
S Raſ.284. 4.
T G.ɔmé. 6.in.6. de morb. vulg.8.f
V Raſ.lib.diuiſio. c.103.
X Raſ.283. 4.
Y Gal.6.apho. 59.
Z Raſ.284.3.
A Raſ.26.cōt.t.1. c.1.285.2.&. 283.4.
Supra α

A sit in iunctura, immo in neruo lato. Et [a] multoties quidem multiplicatur humiditas mucosa in pyxide: quare mollificatur ligamentum quod est inter additamentum et pixydem, quamobrem dislocatur ancha: & ante illud accidit dispositio inter firmitudinem & dislocationem: & est vt sit velocis exitus, & velocis reditus inquieta valde. Et [b] sciatica quidem est de vehementioribus doloribus iuncturarum: & cauterium securitatem facit eius. Podagra vero ex summa dolorum iuncturarum existens [c] quandoque incipit à digitis scilicet à pollicibus. Et [c] quandoque incipit ex calcaneo: & quandoque [c] incipit ex parte inferiori pedis. & quandoque incipit ex latere eius: deinde communicat, & quandoque eleuatur ad coxam. Et quandoque apostematur, & videtur vt non sit illud in chordis, & neruis, immo in ligamentis, & corporibus quibus continentur iuncturę deforis, secundum quod dixit [d] G. & propter hoc non accidit vt perueniat dispositio podagricorũ in doloribus suis, & apostematibus ipsorum ad spasmum omnino. Et [e] ex eis quæ accidunt habentibus podagram est vt prolongentur osea testiculorum ipsorum. Et podagra quidem cholerica attrahit mortem subito, & proprie apud infrigidationem plurimam.

A Hipp. & Gal. 6. apho. 57.
B Ras. 26. cõti. t. 1. c. 1. 284. 1.
C Ras. 283. 4.
D 6. apho. 49. e

De signis. *Cap. 6.*

Illud quod oportet te cognoscere de causis harum ægritudinum per signa in primis est dispositio simplicitatis complexionis, aut compositionis eius cum materia. Et simplex quidem eius est B parumper, & raro & [e] fit in ea dolor sine grauedine, & absque inflatione: & non est alteratio coloris, neque signũ materiei. In materiali vero illud quod de ea in primis oportet te cognoscere est genus materiei. Et via cognitionis eius est, aut ex [f] colore loci, aut ex colore apostematis eius cum dolore, sicut fit in humore crudo. Et ex tactu, aut est frigidus, aut calidus, aut inflammatus aut secundũ consuetudinem: Aut [f] ex accidentibus doloris, an sit cum inflammatione vehementi, & pulsatione: aut cum inflammatione æquali & tensione: aut cum tensione tantum: [g] Aut ex eis quibus iuuatur, & cum quibus sedatur dolor, si non faciat errare stupefactio, & existimetur propter ea quod frigida iuuant, quod materia sit calida. Et iam non fuerit iuuamentum nisi propter stupefactionem, aut non faciat errare additio doloris apud infrigidationem inspissantem: quare existimatur quod materia sit frigida. Aut non faciat errare sedatio doloris apud resolutionem: et existimat quod materia sit frigida, & est calida quæ resoluitur, & quiescit causans dolorem. Immo oportet vt consideres omnia illa, aut ex hora doloris & additione eius, aut est in vacuitate aut repletione, & ex dispositione festinante ad apostema, & tarditate in eo: aut priuatione apostematis omnino: quare significat humores malos, subtiles, calidos, aut compositos, & quæ sunt inter eos aut humorem crudum purũ: & ex dispositione grauitatis, quoniam grauitas in materijs subtilibus de quibus possibile est vt aggregetur plurimum vice vna, est plus. Et quandoque cognoscitur in pluribus horis ex vrinis illud, C quod vincit super ipsam. Et ex egestione an vincẽs super eam sit cholerica res, aut mucosa, & qui sit color eius. Et in dolore anchæ & sciatice vincit super fæcem res mucosa. Et cognoscitur quandoque ex [h] ætate, & consuetudine, & ex [h] regimine præcedente in commestis, & ebibitis, & [h] exercitio, & [h] requie, & ex contrarijs eorum, & communitate complexionis reliqui corporis. Et materiam quidem sanguineam significat rubedo loci, si non est vehementis profunditatis: aut non apparet adhuc: & significant ipsam tensio vehemens, & repulsio, & pulsatio, & grauitas, & [i] præteritum regimen, & quod scitur de dispositionibus corporis sanguinei: & fortasse est corpus grossum carnosum pingue. & [k] est in sciatica sanguinea dolor extensiuus, longus, similis longitudinis quã phlebotomia statim sedat. Et [l] materiam cholericam significat caliditas vehemens, quæ lædit tactum cum paruitate quantitatis in ægritudine, & paruitate grauedinis, & tensionis, & paruitate rubedinis: & declinatione doloris ad illud quod apparet de cute, & [m] tranquillitate eius ex frigore, & quod præterijt ex regimine, & reliquæ significationes quas diximus: & dispositio corporis cholerici. Et materiam phlegmaticam significat, quòd non alteratur color, aut alteratur ad plumbeitatem: aut est illic parum inflammationis, & adhærentia doloris, & priuatio signorum sang. & cholerae, & quod fortis sit incessio doloris in latum: & quod corpus non est carnosum, immo est adipe plenum: & significationes notæ huius complexionis sunt illæ quæ præteritæ sunt. Et materiam meD lancholicam significant doloris occultatio, & paruitas tensionis, & paucitas iuuamenti cum curatione: & asperitas loci, & non est in eo mollities, neque claritas coloris, & quandoque tendit ad tenebrositatem: & significant ipsam complexio viri: & dispositio splenis eius, & appetitus superfluus, & regimen ipsius præteritum: & reliquæ significationes quas [n] innuimus in cognitione complexionis melancholicæ. Materiam vero colericam significat caliditas vehemens cũ re quæ est quasi pruritus, cum nocumento vehementi ab eo in quo est calefactio, & iuuamento vehementi ab eo in quo est infrigidatio, & stypticitas quædam. Materiã vero ventosam significat tensio vehemens absque grauitate. Et significant ipsam permutatio doloris, & regimen ventositatis generatiuum. Materias autem permistas significant paucitas iuuamenti cum curationibus calidis, & frigidis: & diuersitas horarum in quibus iuuatur. [o] Iuuatur enim aliqua medicina vna hora, & hora alia cum ea quæ illi contraria est. [p] Et plurimum quidem accidit hoc accidens corporibus calidæ complexionis, aut cholericæ naturæ, quæ vtuntur regimine infrigidante, humectante, generatiuo phlegmatis, & humoris crudi ex cibis, & motibus super repletionem: quare permiscetur duo humores, & expellitur ex eis quod grossum est propterea quod summersit ipsum subtile sanguineum, & cholericum ad iuncturas: Et [q] horũ quidem plurium iuuantur & quiescunt dolores per cõpressionem subtilem

E Alzar. lib. pract. t. 28. c. 3.
F Ga. 10. de cõpo. phar. sm loc. c. 2. h
G Fen. 13. t. 1. c. 17. & li. 1. Fen. 4. c. 2. & li. 2. t. 1. c. 2. & Ga. 3. epidem. c. 5. h & 1. simpl. c. 2. e
H Gal. 10. de cõp. phar. sm loc. c. 2. h
I Haly. lib. 9. theo. c. 41.
K Ras. 26. cõti. t. 1. c. 283. 4.
L Ga. 10. de cõpo. phar. sm loc. c. 2. h
M Haly. ibidem.
N Lib. 1. Fẽ. 2. do. 3. c. 3. & 7.
O Ras. 26. cõt. t. 1. c. 1. 285. 2.
P Lib. 4. Fẽ. 1. t. 4. c. 18.
Q Ras. 283. 2.

subtilem cum manibus pluribus, quoniam humor resoluitur, & maturatur per eam. Et iuuantur E
cum vnctionibus temperatæ caliditatis cum quiete. Motus enim prohibet à maturatione.

De curationibus dolorum iuncturarum, & podagræ, & sciaticæ. *Cap. 7.*

CVm cognoscitur q causa est complexio simplex facile est ipsius regimen. [a] Multoties nanq; A Gal. cõmẽ. 6. in 6. de morb. vulga. 5. b
est inflammatio pura absq; apostemate, quare sufficit permutatio cõplexionis. & maius quo
indigetur est euacuatio choleræ simul & sang. Et similiter quandoq; est congelatio & frigus dolo
rem faciens: quare sufficit permutatio cõplexionis. & maius quo indigetur, est euacuatio [b] phleg- B Lib. 1. Fẽ. 2. d. 2. sum. 1. c. 17.
matis, vt calefiat san. Et multoties quidem est siccitas spasmans: quare necessaria est humectatio
sicut scis. Cum aũt causa est in eis materia, tunc oportet vt prohibeatur quod effunditur per attra-
ctionem ad contrarium, & per minorationem: Et confortetur membrum, vt non suscipiat. Et re-
soluatur quod inuẽtum est, vt priuetur: & redi in omnibus illis ad canones [c] vniuersales. Et si fue- C Lib. 1. F. 4. c. 15.
rit sanguinea, aut cum dominio sang. oportebit vt administres phlebotomiam ex parte contraria:
& si fuerit communis iuncturis corporis, tũc ex vtrisq; partibus phlebotoma simul: deinde admi-
nistra vomitum, & proprie quando dolor est in inferioribus: [d] vomitus enim magis iuuatiuus est D Cap. 24. & Fen 13. t. 5 c. 8. & Ga. 10. de cõpõe. phar. sm loc. c. 2. b
ei, q ventris solutio: Deinde sis intentus cum solutione ventris: & incipe à re forti si non prohibet
priuatio maturitatis, & grossitudo materiei: quamuis facilis sit incolumior, & gradatio conuenien
tior: Deinde sequere cum solutiuis mundificantibus secundum gradationem, & sunt de homini- F
bus, qui præcipiunt initium cum facili post facile, & sigillant cum forti post maturationem. Et re-
ctius quidem est in hoc, si materia est subtilis cholerica, festinare euacuationem, cum videtur ma-
turatio: & si est grossa non est malum præmittere quod eã subtiliet, & maturet, & præparet ipsam
ad hoc, vt expellatur ad partem euacuationis. Et tu interim alleuia cum solutione subtili. Et si ma
teria fuerit composita fac vt solutiuum, & emplastrum sint composita, licet tñ melius sit vt blãde
tractetur in principio, & non fiat phlebotomia. [e] Phlebotomia enim commouet humores, & facit E Lib. 1. F. 4. c. 20. & li. 4. F. 1. t. 1. c. 33.
eos currere in corpus, & non extrahit illud quod necesse est vt extrahatur. Et similiter nõ fiat eua
cuatio. Et assiduetur aqua hordei vsquequo maturatio appareat. Si autem repletio exigit vt fiat
minoratio, tunc fiat cum eo quod facit ascellare semel aut bis. ex eis quę bibuntur, sicut aqua endi
uiæ & solatri cum casia fistu. & clysteribus: & sunt rectiora. Cum autem declinare incipit, tunc nõ
multiplices euacuationem non ordinatam & sine digestione, quoniam fortasse mouebit humo-
res a locis suis ad ægritudinem: Et [f] attende crises scilicet quæ fit in die quarto, & septimo, & vnde F Fen. 21. t. 2. c. 3. & lib. 4. Fen. 2. t. 2. cap. 9.
cimo: & hora crisis melior eis est quartusdecimus. Et si possibile est vt cesses ab euacuatione vsq;
ad maturationem, & sis contentus embrocis cum aqua frigida, & calida, & tepida secũdum cano-
nes [g] prædictos in cap. embrocæ, fac, & incipe ab aqua frigida. Epithemata vero calida, & narco- G Cap. 12. & lib. 1. Fen. 4. c. 19.
tica omnia sunt nociua. Calida quidem propter attractionem. Sed narcotica propter congelatio- G
nem, & cruditatem. Et iterum epithemata infrigidantia grossum faciunt crudum: & retinent vel
congelant subtile, & prolongant etiam ægritudinem. Et aqua quidem calida nociua est eis, quo-
niam humectat iuncturas: Et oxymel propter suam acetositatem non est magni iuuamenti. Et se
mina fortia sicut se. fœni. quandoq; adurunt superfluitatem, & conuertunt eam in lapideitatem.
Cumq; completur maturitas, tunc euacua cum eis quæ sunt sicut hermodactyli, & buzeidez, &
pilulæ eorum: & intẽde cum facilitate: & tunc epithema cum eis quæ sunt sicut muscus seu herba
quæ nascitur in aquis. Et caue ne in potu des in primis medicinam debilem: quoniam ipsa mouet
materiam, & non euacuat aliquid de quo sit curandum: immo fortasse subtiliat materias congela-
tas alias: & facit eas currere ad membrum. Expedit ei qui vult sumere medicinã, vt summo mane
sumat, & tardet cibum: deinde sumat post tres horas. x. aure. panis cũ vino, & aqua pauca: & post
vi. horas ingrediatur balneum, & egrediatur, & quiescat: deinde cibetur cum eo quod conueniẽs
est: deinde administra prouocationem. Nam prouocatio abscindit materiam dolorum iunctura-
rum: quoniam ipsa, sicut [h] scis, est ex superfluitate digestionis quæ est hepatis, & venarum: & pro- H Cap. 5.
prie in podagra calida. [i] Veruntamen plures habentium dolores iuncturarum frigidos, & com- I Raf. 26. cõti. t. 1. c. 2. 286. 3.
plexiones humidas, non iuuantur cum solutione plurima facta potione, & clysteri: & cum medi-
cantur cum diureticis, sanantur. Et de corporibus quidem extenuatis sunt corpora, quæ non tole H
rant solutionem, & prouocationem plurimam: & generatur ex eis in ipsis adustio sang. conside-
rentur ergo omnia illa. [k] Et theriaca iterum in frigidis confert: & proprie post euacuationem: ipsa K Gal. de theria. ad Piso. c. 15. c
enim mundificat reliquias materierum cum facilitate, & resoluit eas, & cõfortat omnia membra.
[l] Repercussio autem materiei à membro, non oportet vt fiat materia existente fortis effusionis & L Cap. 5.
quæ plurimum per partem post partem successiue effunditur. Illud enim facit duas res malas; qua
rum vna est, q facit materiam inobedientem: & est cõtrarium motui eius: quare accidit dolor ma-
gnus: Et cum accidit huiusmodi, tunc cessa, & occupare cum lenificantibus: Et secunda est quo-
niam fortasse conuertitur ad membra principalia: quare accidit timor. Et cum materia non est plu
rima, aut est paruæ effusionis ad locum, tunc non est malum repellere eam [m] nisi in sciatica. [n] Nam M Gal. 10. de cõp. phar. sm loc. c. 2. a
repercussio in ea, retinet materiã in profundo: quare oportet vt fiat paulatim debiliter, aut dimit- N Cap. 24
tatur: & sit occupatio cum euacuatione: in fine vero eius oportet vt occuperis in eis quæ resoluũt
& subtiliant, & extrahunt materiam ex profundo ad illud quod apparet, saltem cum vẽtosis cum
incisione, aut suctione, aut cauterio: & cum rubificantibus, & vesicantibus, per quas currunt ma-
teriæ, & non consolidentur vsq; ad tempus. Et de vesicantibus quidem sunt sicut allia, & cepæ,
& non

A Raſ.26.côti.t.1. c.2.290.4.

A & [a] non eſt quod ſit ſicut mel anacardi, & poſt ipſum lac tithymalli, & lac fici: Et oportet vt admiſceatur cum reſolutiuo, & veſicante lenitiuum: & ſi non, perducit ad lapideitatem iuncturarum: nam veſicatio iterum eſt, ſicut reſolutio, per id quod timetur de ingroſſatione: Et confert vt miſceantur cum reſolutiuis & veſicantibus adipes. Et deuitetur frigus: Et non oportet vt approximent ei reſolutiua fortia in principio rei, ante euacuationem: quoniam facient euenire materias plurimas: deinde reſoluunt ſubtile earum, & inſpiſſant reſiduum, et retinebunt ipſam. Et oportet vt obſeruetur illud ſecundum plurimum iterum: Et proprie quãdo materia eſt viſcoſa, aut melancholica. Cum ergo fortes fiunt dolores, & non tolerantur, non eſt excuſatio quin tribuantur ſedatiua doloris, ebibita, & linita. Epithemata vero ſedant cum ſubtilitate reſolutionis materiei, aut cũ ſtupefactione: Et non adminiſtres ſtupefaciens niſi apud neceſſitatem: & cum menſura ſeu quantitate quæ ſedat malitiam doloris: & adminiſtra illud in calido, & vtere eo cum audacia & temeritate plus. Et multoties confert ſtupefactio, inquantum ingroſſat materiam procedentem: quare retinetur. Et [b] ſcias ꝙ rectius eſt vt permutatio fiat cum medicinis: quandoq; enim eſt medicina conferens vni membro, & non aliĳ membro: & quandoq; cõfert in hora: deinde poſt illud, nocet, & mouet dolorem. Et [c] oportet vt dimittat vinum omnino vſquequo ſanetur ex eo ſanatione integra, & veniant ſuper ipſum quatuor tempora. Et oportet vt dimittat illud conſuetus ſecũdum

B Lib.1.doc.3.F.1. c.1. & li.3.F.10.t.1. c.40.& G.5.de ſan. tuen.c.9.f,& Ra.8. côti.t.1. c.2.87.1.2. &.26 conti.t.1.c.2. 287.4.
C Raſ.288.1.
D Raſ.286.3.
E Lib.1.F.4.c.25.

B gradationem. Et vtatur cum ipſum dimittit diureticis. Et [d] vinum de melle cum diureticis cõfert eis. Et melancholici de habentibus arthreticam oportet vt rectificetur ſplẽ, & euacuetur eius melancholia, & humectetur corpus eius: & leniatur cum cibo, & inunctionibus, & ſimilibus: & non aſſiduetur ſuper ipſum pura reſolutio ſine lenificatione, ſicut [e] ſciuiſti in radicibus vniuerſalibus. Et oportet vt deuitetur caro etiam in eo quod frigidum eſt de hac ęgritudine. Q; ſi neceſſaria fuerit, tunc detur caro auis montanæ, & leporis, & gazeli, & omnis caro paucarum ſuperfluitatum. Et ſi euenerit dolor in dorſo in primis, & permutetur ad manus, tunc phlebotoma ex manu, vt egrediatur ſang. & humor ex parte ſuæ declinationis.

De ſolutione eorum. *Cap.* 8.

F Raſ.26.côti.t.1. c.2.293.3.

O [f] Portet vt in eis non educatur ſolutione phlegma ſolum, immo cũ cholera. nam cum in eis ſolum phlegma ſolutione educitur, iuuãtur ſtatim, & redit cholera, & facit currere ad membrum phlegma vice alia. Et non oportet vt ſit eorum catharticum vehementis caliditatis, fortis valde, quare liquefiant humores, & redeat ad membrum quãtum eſt illud quod acceptum eſt duplum ſeu multiplicatum. Et in hermodactylis quidem creditur eſſe plurimum iuuamenti, propterea ꝙ ipſi ſoluunt ſtatim humorem frigidum: & in ipſis eſt res alia, quoniam faciunt ſuccedere ſolutioni ſtypticitatem, & confortant: quare nõ eſt poſſibile cum eis, vt redeant ſuperfluitates attra-

C ctæ per medicinam, quibus non accidit vt euacuentur, & prohibent iterum illud quod ſubtilitatũ eſt per virtutem medicinæ ſolutiuæ currere in meatum: & hoc ex operatione hermodactylorum contrarium eſt reliquis reſolutiuis & euacuatiuis calidis: & plura eorũ ſunt quæ dilatant meatus: & dimittũt eos dilatatos: [g] verum hermodactyli ſunt nociui ſtomacho: quare oportet vt miſceantur cum eis, [h] quæ ſunt ſicut piper, & zinziber, & cyminum: & quandoq; admiſcentur ei ea quæ ſunt ſicut aloe, & ſcammonea vt confortetur eorum ſolutio. Et [i] dixerũt quidam ꝙ pedi coruino ineſt operatio hermodactylorum: & non eſt eius nocere ſtomacho. Et [k] lapis armenus confert doloribus iuncturarum. Et de cognitis ſunt pilulæ iuuamenti: & pilulæ fœtidę: & [l] hiera Rufi eſt magni iuuamenti ad podagram, & ſciaticam. Et grana nil iuuatiua ſunt iterum, & grana regis: & buzeiden, & [m] † {almahezheregi,} [n] † {& rahi alaman,} & centaurea, & coloquinthida, & aloe, & vitis alba & alfaſeraſim ideſt vitis nigra, & alharmel: ponantur cum eis ammoniacum, & ſarcocolla, & bdellium, & turbit, & pyrethrum. Deſcriptio ſolutiui cũ facilitate [o] zinzib. drach.i. piperis, agarici amborum ana drach.5. medullæ chartami pondus drach.ĳ. radicis pedis coruini drach.iĳ. cuius doſis ſit.x.&.viĳ. ſiliquæ, faciens aſcellare ſepties, aut octies. Et iterum cymini, carmeni, zinzib. hermodactylorum omnium ana drach.i. aloes pondus drach.ĳ. cum decoctione anethi. eſt enim iuuatiua in hora. Et iterum ſumatur oleum de nucibus, & oleũ de alkerua, & ſarcocolla vna

G Paul.lib.3.c.78. 193.10.
H Alex. li.11.517. &.518.
I Alex. lib.11.520. & lib.2.t.2 c.567.
K Raſ.294.3.
L Raſ.289.4.
M † verbaſcus
N † paſtus columbarum.
O Alex. li.11.520.

D die cum hiera picra, & vna die ſola.viĳ. diebus, & non ſumatur niſi cum aqua alſechinegi ideſt tribulorum & anethi decoctis. Et iterum ſumantur hermodactyli, & buzeiden, & mezaharagi, & piper, & zinziber, & aniſum, & daucum, conficiantur cum melle, & bibatur ex eis omni die. [p] Et iterum ſumantur ex hermodactylis pondus drach.xxx. & pulpæ coloquinthidæ põdus drach.x. decoquantur cum.xv.lib. aquæ donec remaneant.iĳ.lib. aquæ, & ſit doſis eius omni die media libra cum tribus vnc. zucchari. eſt enim mirabile valde. [q] Solutiuum lene iuuatiuum, ſarcocollæ rubeæ drach.iĳ. hermodactylorum drach.iĳ. terantur, & commiſceantur cum oleo centum nucum, & detur in potu cũ aqua anethi. [r] † { } Eſt enim mirabile ſoluens abſq; labore, & alleuiat. Vomitiuum forte conferens habentibus humiditatem, & melancholiam ex habentibus dolores iuncturarum, & ſciaticam. [s] Recip. aloes, [t] † {& ſe. ellebori nigri, & ſcammoneæ omnium ana} vnc.i. euphorbĳ, & nitri amborum ana vnc.5. conficiantur cum ſucco caulis: & quando fit vomitus cum eo, eradicatur radix ægritudinis.

P Raſ.289.4.
Q Raſ.287.1.
R † & coſti.
S Raſ.288.3.
T † ———

De potionibus non facientibus ſolutionem & de illis quæ conferunt eis. *Cap.* 9.

V Raſ.26.côti.t.1. c.2.287.1.

E T de illis quæ conferunt eis eſt medicamen albeſed ſecũdum hunc modum. [u] Recip. albeſed de quo dixit quidam ꝙ eſt alkeiri rubea aure.i. &.5. gariophyllorum, drach.vi. & myrrhæ, & pæoniæ,

pæoniæ,sc.anethi omnium ana vnc.i.& polij[a] † {nua}-xij. & vtriusq; aristolochiæ ana vnc.ij. de E quo in potu detur[b] † {nua}.i.cũ aqua mellis:& non comedat.ix. horis:fiat illud.x.diebus. Et iterum medicamen quod administratur omni hora:& sanat cum prouocatione.[c] Chamepityos,chamædryos,gentianæ omnium ana vnc.vij.foliorum rutæ siccæ.ix.vnc.terantur, & cribellentur,& sit dosis eius omni die cochlearium vnum in ieiunio post digestionẽ cibi præteriti in tribus vnc. aquæ frigidæ.Et iterum medicamen albesed secundum sermonem qui existimauit,q sit alkeiri rubei floris,& est proximum descriptioni primi.[d] Recip.reubarbari,pæoniæ,myrrhæ omnium ana vnc.ij.folij indi vnc.i.gariophyl.grana.xv.[e] † {albesed quod est alkeiri prædicta}-vnc.5.aristol. vtriusq; vnc.iiij.cuius dosis sit omni die kirat.iij.quod incipiat bibere apud æqualitatem vernalẽ: & vtatur eo quinquaginta diebus,& dimittat ipsum.xv.diebus: deinde iteretur secundum hunc ordinem anno toto,nisi cum ortu stellæ canicularis & vsq; ad mensem.1.&.5.& secundum regiones.Si aũt non potest bibere ipsum anno toto,bibat ipsum in medietate anni frigida. Cumq; pertransierint dies qui erunt residui, non erit malum vt bibatur vno die, & duobus diebus non. Et oportet vt elongetur ab eo comestio quantum possibile est ei, & si nõ plus saltem vsq; ad nonam, & rectificetur regimen reliquum.Et oportet vt deuitet ea quæ nocent habentibus dolorem iuncturarum.Et existimauerunt quidam q de expertis quæ non diuersificãtur omnino, est[f] vt in potu dentur ossa hominis adusta:& iam quidem vsi fuerunt eis quidam de famosis, & sanati sunt cũ F eis ex podagra,& doloribus iuncturarum omnino.Et[g] hiera quidem Hermetis maximi est iuuamenti ei,qui bibit eam vere diebus aliquot confortando iuncturas eius:& ipsa extrahit superfluitates,cuius plurimum efficit per sudorem,& prouocationem:& confert sciaticę.Et cum chronica fuerint apostemata,& dolores iuncturarum iuuantur per hoc regimen relatum ad Humain:[k]Sumatur sauinæ siccæ quarta keilin,& decoquatur cum eo quod submergat ex aqua super ignem leuem donec denigretur aqua,et sumatur de colatura eius lib.i.&.5.projciantur super eam.iij.vnc. olei sisamini,& bibat ipsam æger,& comedat super ipsam cibum præparatum cum acresta. Et ad dolorem anchæ est regimen leue,si non lædant ipsum balneum,& aqua calida,& femina,forsitan proprie post cibum malum sedat eam vomitus super aquam ciceris, & solutio ventris cum aqua olerum,& casiafistula.

A † drach.
B † drach.
C Ras. de ægritu. iunctur.c.13.
D Paul.lib.7.c.11. 432.26.
E † anagalidis phœnicei coloris quam vocant corallion
F Ras.26. cõti.t.i. c.2.292.1.
G Cap.26. & Ras. 286.4.
H Ras.293.4.

De emplastris iuuatiuis ad dolores iuncturarum grossi humoris,& eorum quæ sunt in via vt conuertantur in lapideitatem. Cap. 10.

EMplastrum bonum.[i] Recip.granorum alkerua mundatorum vnc.iij. teratur cum vnc.i.butyri vaccini optime,& projciantur desuper vnc.i.mellis,& faciat ipsum viscosum,& fiat cum eo emplastrum,& proprie super iuncturas siccas:Et quandoq; ponitur cum eo ex aceto forti.℥.i. Et emplastratio[k] cum stercore vaccino est fortis valde in doloribus iuncturarum, & dorsi,& ge- G nuum:& est.q.melior pluribus alijs.Emplastrum forte.[l] Recip.olei antiqui lib.i.&.5.& nitri alexandrini,& gluten albotin amborum ana lib.i.& euphorbij vnc.i.& ireos vnc.ij.& farinæ fœnugræ.lib.i.&.5.fiat ex eis emplastrum.Et[m] iterum bdellium,opopanacum adeps liquefactus iuuatiua sunt ei valde,quod fit ex crudo humore ingenibus, & iuncturis. Emplastrum fugitiuum,resolutiuum nitrũ dabach vel dabk.i.viscus,ammoniacum nura idest calx fiat ex eis emplastrum. [n] Aut sumatur euphorbium,& teratur cum oleo de lilio, & liniatur cum eo. Emplastrum forte. [o] Recip.baurac,& galiam,& pyrethrum,staphisagriam,& calcem,misceantur omnia:& liniantur ex eis iuncturæ cum melle,& aliquantulo aceto.[p] Emplastrum bonum, & resolutiuum ammoniaci,& lycij sumantur partes æquales,terantur cum oleo omphacino, & vino antiquo, & farina fabarum,emplastretur cum eo calido.Et[q] emplastrum ex cinere cyclaminis,& aceto,& melle,est mirabile valde.Et de emplastris sunt species quæ necessariæ sunt ad cõfortandum membrum, & resoluendum residuum:& non indigetur eis nisi post euacuationem integram,de quibus est emplastrum.[r] Recip.sauinæ,& nucis cupressi,& ossium adustorum partes æquales,& aluminis partem.i.& draganthi idest vitrioli sextam partis vnius,& glutinis piscium quantum sufficit ad congregandum.[s] Aliud faciens operationes in ægritudinibus plures:& illud ideo,quoniam aperit,et extrahit spinas.& ossa putrida ex profundo, & confert mollificationi iuuamentum manifestum. H [t] Recip.[v] † {se.vrticæ}-mundati,& spumæ baurac,& salis ammoniaci, & aristol. rotundæ, & radicis[x] † {coloquinthidæ,}-& glutinis alimbat omnium ana aur.xx.[y] † {fœnugræci,}-& piperis, & macropiperis omnium ana aure.x.ammoniaci aure.xij.[z] † {cordumeni,}-& xylobalsami, & turis,& myrrhæ,& adipis capræ,& gummæ pini omnium ana aur.x.ceræ lib.iij.[a] † {dabk}-lib.viij. lactis[b] † {fici}-syluestris aur.viij.olei de lilio quantum sufficit ad liquefactionem medicinarũ humidarum,& vini optimi quantum sufficit ad conficiendas medicinas siccas: commisceantur omnia,& fricentur,& administrentur.Aliud conferens in hora ad sciaticam,& dolorem manus,et pedis,& dolorem reliquarum iuncturarum:[c] Sumatur fœnugręcum,& projciatur in vase testeo,et projciatur desuper aceti cõmisti quantum sufficit,& coequatur super prunas vsquequo dissoluat in decoctione,deinde projciatur desuper mellis quantũ sufficit,et bulliat secundo, et reseruetur. Aliud simile illi.[d] Picis de minera.lib.iij.fęcis aceti siccæ adustæ.lib.i.baurac.lib.i.&.5.gũme pini, & ceræ,& sulphuris non adusti,& staphisagriæ oĩum lib.i.pyrethri.lib.5.cordumeni kist vnum.

I Ras.26. cõti.t.i. c.2.286.4.
K Diosc.lib.2.c.71.
L Ras. 288. 1. & Pau. lib.3.c. 78.& 194.30.
M Ras.288.4.
N Ras.26. cõt.t.i. c.2.286.4.&.287.1.
O Ras.287.2.
P Ras.288.1.
Q Ras.288.4.
R Ras.295.1.
S Li.5.fum.1.t.11.
T Gal.li.10.de medic.compo.fm loc. c.2.207.g.
V † cocci gnidij
X † cucumeris syluestris
Y † ———
Z † amomi
A † visci laborati
B † sycamini
C Cap.14. & Gal. lib.10.de medic.cõposit. fm loc. c.1. 207.g
D Gal.ibi.208.b.c

De vnctionibus in huiusmodi intentione prædicta. Cap. 11.

OLeum de coloquinthida,& oleũ de castoreo, & oleum de sinapi, & oleũ de kerua, & oleum de nuce

A de nuce romana,& proprie quando aduritur,& est acuti odoris & saporis propter assationem nucis:& oleum de coloquinthida factum ex decoctione eius cum oleo ros.donec consumatur aqua: & oleum de costo vltimum est,& proprie cum storace aut cum assa, & oleum de costo. Et de vnguentis bonis iuuatiuis est oleum in quo decoquitur vipera,& est ex eis quæ sanant sanatione integra.Et de eis est oleum vespertilionum.Cuius modus est vt [a] sumantur.xij.vespertiliones decolati,& sumatur de succo foliorum almarmacor,& olei antiqui lib.5.& aristo.ʒ.iiij.& castorei.ʒ.iiij.& costi.ʒ.iij.decoquantur omnia simul,donec consumatur aqua,& remaneat oleum.

De embrocis in illa intentione. *Cap.* 12.

EMbroca sedatiua,iuuatiua experta:Sumatur galia,& hordeum:& lactucæ,decoquantur cum aceto,donec discoquantur,& dissoluantur,& fiat embrocatio: & est conueniens ad calidum. Et [b] iterum maiorana,& anethum,& folia lauri,& ruta,& origanum,& cyminum coquantur, & fiat cum eis embroca.Et ex eis iterum quæ conferunt est euaporatio iuncturarum & genuum cũ vaporatione aceti in omni parte cuius ponatur sexta pars harmel contriti, super quã proijciantur lapides igniti,& fiat suffumigium faciẽdo cum eo suffumigationem sub [b] † {kisse,} aut similibus. Et sedeat in decoctione asini syluestris in qua ponuntur omnia membra eius decocta cũ anetho, & sale,& seminibus,& porris & similibus.Et decoctio [c] aldabha, & [d] vulpis: cuius modus est, vt

B bulliat aqua ebullitione vehementi tandiu donec minuatur tertia eius, & proijciatur super ipsam [d] dabha, aut vulpes viua decolata san. suo: & decoquatur donec dissoluatur in decoctione, & coletur aqua:& sedeant in ea: aut proijciatur super illam aquam oleum, & decoquatur donec permisceantur,aut donec aqua consumatur,& remaneat oleum,& sedeat in eo: Et quandoq; decoquitur in oleo,sicut est.

De balneationibus ad huiusmodi. *Cap.* 13.

B [e] Alneatio quidem cum aquis calidis,& humidis, nocet eis propter illud quod liquefacit de humoribus,& dilatat de poris nisi in aquis thermarum.Balneationes vero siccę cum fricatione [f] cum nitro,& sale,& [f] sepeliri iu arena calida,& sudare in ea sunt iuuatiua eis.

De sedatiuis doloris calidis,leuibus. *Cap.* 14.

SVmatur [g] fœnugræcum,& teratur cum aceto commisto contritione minutissima:deinde fundatur super ipsum mel,& coquatur donec coaguletur,& liniatur postq; conteritur super tabulam,sicut algalia,& adhærere faciat loco cum panno lini, & dimittatur duobus diebus aut tribus, & succurratur exiccationi eius cum oleo ros.Et hoc quidem conueniens est in principio ægritudinis,& in ascensione eius.Et iterum sumantur in principijs, & in residuis [h] mucilago fœnugræci, & se.lini,& conquassetur cum oleo sisamino, & ingrossetur sicut mel. Et iterum quando non est

C dolor valde vehemens,emplastretur cum caulibus recentibus,& apio. [i] Et si fuerit fortior,emplastretur cum oleo irino,& farina fœnugræci,& farina ciceris cum syrupo mellis, cum pauco vino, & cum aliquantulo olei de alcanna.Et [k] iterum cinis caulium cum adipe,et ceroto facto cum oleo chamæmilino bonus eis est valde.

De narcoticis sedantibus dolorem. *Cap.* 15.

S[l]Vmantur opij aure.iij.& croci aure.i.& terantur cum lacte vaccino, & proijciatur desup medulla panis similaginei,& fiat lene,& fiat ex eis emplastrum,et cooperiatur cum folijs siclæ ẽt, aut lactucæ:& ponatur loco panis similaginei ceratũ. [m] Et iterum se.hyusquiami nigri.ʒ.vi.opij.i. croci.i.vini dulcis cum quo conficiatur,& misceatur cum cerato. Et [n] iterum se. hyusquiami albi, & opium,& psyllium,& acacia,& mugat,sumantur,& informentur troc. ex eis, & liniantur cum lacte vaccino,& referuentur cum folio. [o] †{Et iterum aloes.ʒ.x.opij.ʒ.x.succi hyusquiami.ʒ.v.sucharan.ʒ.iiij.hypoquistidos.ʒ.vi. pomorum mandragoræ. xx. aure. croci. aure.iiij. decoquantur poma mandragorę cum aceto donec dissoluantur,& proijciatur super medicina}& liniatur cum eis.Et [p] iterum mandragora proijciatur in butyro vaccino trita: deinde inungatur cum ea dolor: Et iterum opium,& storax sumantur,& fiat ex eis epithema.Et [q] ex eis quæ stupefaciunt est effusio aquæ plurimæ cum non sunt vlcera.Et [r] iterum psyllium infundatur in aqua calida: & cum in

D flatur,conquassetur cum oleo ros.& infrigidetur,& liniatur cum eo.

De curatione ventosi. *Cap.* 16.

HOc currit cursu gibbositatis ventosæ:& de eis in quibus est iuuamentum in sedando dolorẽ cum stupefactione,est vt sumantur gentianæ,& rubeæ,& ameos,& aristol. & calamẽthum, & se.citroli,& hermodactylorum,& buzeiden,& almehezahara,& almugat partes æquales,opij pars.5.cuius dosis sit vsq; ad.ij.drach.

De regimine cauterij ad eos. *Cap.* 17.

ET de cauterizatione bona eis:aut de eis quæ ponũtur loco cauterij, est vt iaceat infirmus ẽm figuram quã oportet,& prohibeatur ei motus,& circundetur circuitus doloris, [s] cũ pasta impleatur mediũ eius sale,& ponat desuper parum olei,& ponat desuper pannus, & sint præsentia cauteria diuersa,& ignianẽ cauteria,& administrenẽ in primis taliter, vt nõ sentianẽ calida deinde sentiantur cũ ea,deinde fiant fortia donec non possint tolerari:cũ ergo pertransierint tolerantiam perforeẽ massa,vel pasta & præcipiaẽ ei vt inclinetur,quatenus egrediantur sal & oleũ:deinde cooperiantur cum lana,& ligetur:& oportet vt sit super caput infirmi vas plenũ aquæ, & aqua ros. cum qua abstergatur facies eius,quando sudat:& caueatur ne caro aduratur,& vlceretur.

A Ras.26.cõti.t.1. c.2.294.1.
B Ras.288.4.
B † calcitra
C Lib.2.c.227.
D Ras.26. cõt.t.1. c.2.287.3. & 291.3. & 4.
E Cap.19. & c.23.
F Ras.21. cõti.t.1. c.2.288.1.
G Cap.10. & Ras. 286.2.
H Ras.26.cõt.t.1. c.2.287.2.
I Ras.287.4.
K Ras.289.3.
L Gal. 10. de cõp. phar. ẽm loc.c.3.h
M Ras.26.cõt.t.1. c.2.286.2.
N Ras.286.2.
O † Gal.10.de cõp. phar. ẽm lo.c.3.b.ẽ aloes drac.xij. opij drach.viij. succi papaueris drac.vj.succi hyoscyami drac. ij.aconiti drac.iiij. hypocystidis drac. ij. glaucij drach. iiij. croci drac.xij. gũmi drach. xxiiij. malorũ mandragoræ drach. xx. aceti heminas duas. Sed Ras.habet,sicut hic ab Auic.scribiẽ.26. cõti. t.1. c.2.286.2.
P Ras.286.4.
Q Fen.1.t.5.c.11. & Hipp.5.apho.21. & Ras.286.3.
R Ser.t.4.c.27.
S Ras.26.cõti.t.1. c.2.296.3.

De cura calidi doloris. Cap. 18. E

OPortet vt curentur cum eis quæ infrigidant, & humectant ex oleribus, & carnibus, & cibis, & fructibus, & linimentis, & embrocis, & cerotarijs: & exercitentur cum æqualitate, & balneentur cum aqua dulci, postq; effunditur super extremitates eorũ aqua frigida in domo prima, & administretur tina tepida: deinde submergatur in aqua frigida subito semel: & fundatur super sedes eorum aqua frigida. Et oportet vt soluantur, & prouocatione vtantur, cum eis in quibus nõ est calefactio plurima, sicut syrupus rof. & diacydonitem solutiuum. Medicamen bonum in quo est prouocatio, & solutio, & sedatio doloris. [a] Recip. se. melonis, se. citroli, & hermodactylorum al. & [a] † { } [b] † {almugat} omnium ana partem .i. opij tertiam partis vnius, aggregentur omnia: & sit dosis eius. ʒ. iiij. cum. ʒ. iiij. zuccari. est enim præsentis iuuamenti.

De epithematibus. Cap. 19.

SCias ꝙ quando ipsa sunt frigida, [c] styptica, sicut [c] sandali, tũc fortasse lædunt: immo oportet vt fiant tepida & lenia. Et quando læduntur cum infrigidantibus propter tensionem eorum, administrentur ea quæ mollificant, sicut rob, & oleum rof. & ceratum. Et quandoq; ponitur super illud pannus infusus aqua & aceto. Et de eis quæ sunt experta est succus extremitatum cannæ humidæ: cum enim ex eo linimentum fit, sedatur dolor statim. Et [d] iterum terantur glandes optime, & decoquantur vehementer, & embrocetur cum eis hora longa: Et cum tolerãt infrigidantia, & F non faciunt eis dolores per inspissationem, & tensionem: tunc non est aliquid sicut aqua endiuiæ, & aqua solatri, & aqua semperuiuæ, & aqua blitorum, & cucumeris, & cucurbitæ, & similia. Et similiter emplastratio cum adipibus, quantum ipsa, & cum melonibus: ipsi enim infrigidant, & leniunt simul. Et mucilago psyllij est fortis infrigidationis. Et iterum sandali, & memithe, & similia sedant dolorem. Et cum sedant dolorem, oportet vt auferantur, & remoueantur. & de eis quæ iuuatiua sunt in fine residuorum dolorum iuncturarum, & podagræ calidorum, est vt [e] sumantur aloes, & croci, & myrrhæ partes æquales, & liniantur cum aqua caulis aut endiuiæ secũdum quantitatem caliditatis. Et iterum ceratum cum oleo chamæmilino: Et [f] iterum diaquilon dissolutum in oleo chamæmilino. [g] Balnea quæ ex eis nocent, sunt balnea calida. Frigida vero quandoq; iuuant, & repercutiunt, & confortant, & sedant dolorem.

De solutiuis. Cap. 20.

S[h] Vmantur myrabol. citrinorum. ʒ. x. & hermodactylorum, & [i] † {buzeiden} amborum ana drach. iij. se. apij, & anisi amborum ana. ʒ. ij. conficiantur cum zuccaro soluto, de quo in potu sumantur omni die. ʒ. ij. Et iterum sumatur succi cydoniorũ lib. i. & aceti de vino. ℥. iij. & zuccari lib. i. & hermodactyl. aloes, & diagridij secundum omnem libram prædictorum. ʒ. iij. & dosis vel potio eius sit ex. ʒ. vnc. vsq; ad. ℥. i. & ʒ. Et iterum hermodactylorum. ʒ. x. scammoneę. ʒ. i. et tertia. G ʒ. i. cubebæ. ʒ. iij. zuccari tabarzet. ʒ. xxx. dosis eius. ʒ. iij. Et [k] iterũ scammonea decocta in tantundem aquæ vel succi cydoniorum acetosorum, aut pomorum decoctione in qua consideretur inspissatio vel corpulentia eius. cum ergo incipit inspissari, oppiletur os eius in quo est, et dimittatur donec exiccetur, & sumatur de ea pondus. ʒ. x. & sumantur de tabarzet. ʒ. xx. et de cucubebis con tritis sicut alcohol pondus drach. ij. aggregentur omnia cum iuleb, & fiant inde pilulæ & exiccentur in vmbra: Et sit dosis earum pilulæ. ij. vsq; ad. iij. in omni hora. Et cum illic est compositio aliqua tunc administra hieram picram. Et de eis quæ conferunt eis est syrupus rof. secundum hunc modum. [l] Sumantur succi rof. lib. ij. & mellis lib. iiij. & scammoneæ assatæ. ℥. i. decoquantur vsq; quo inspissentur, & sit dosis eius ex duobus [m] † {felengiar} vsq; ad. v. Et iterum infundatur tamarindi cum cassiafi. aut cassia fistula in aqua endiuiæ & fœn. Et si non fuerit fœn. [n] sumatur decoctio myrabol. & fumiterræ, & prunorum, & tamarindorum, & absinthij secundum ꝙ videtur. Et iterum buzeiden, & hermodactyli, & rosæ rubeæ, æquali mensura sumantur, de quo sumat aur. i. & ʒ. est enim in ipso sedatio, & infrigidatio. Et isti quidem iuuantur plurimum à cibis frigidis, & grossis, sicut qui fiunt [o] de lentibus cum aceto, & reliquis cibis infrigidantibus ingrossantibus san. sicut ille qui fit de agresta. Et ventres cum aceto præparati: & [p] acetosum carnis vaccinæ. Et quandoq; iuuantur plurimum cum cibis exiccantibus, sicut est cibus ex caulibus. Et non oportet vt ieiunent plurimum. Et eis quidem conceditur ex fructibus, vti [p] piris proprie, & prunis, & malis, et H granatis, & persicis: ego autem abhorreo eis ea, quæ sunt sicut persica, & chrysomela, & quæ replent san. aquositate plurima.

De cura iuncturarum exiccatarum, & conuersarum in lapideitatem. Cap. 21.

ISti sunt habentes complexiones calidas, & materias grossas. Et oportet vt isti non resoluantur sine lenificatione: immo oportet vt leniantur, & resoluantur simul. Et de eis quibus cauetur à lapideitate, sunt emplastra facta ex farina herbi, & [q] lupinorum cum oxymelle, & [q] alaniuden, & vitis [q] albę, cum parte [q] lycij, & [q] ammoniaco, cum vino [q] antiquo, & oleo [q] omphacino. Et [q] quandoq; ponitur desuper farina fabarum. Et de eis quæ conferunt ei cuius iuncturę conuersæ sunt in lapideitatem, aut sunt in itinere lapideitatis, sunt emplastra quæ [r] diximus in frigidis de doloribus iuncturarum grossorum humorum: & [s] vnctiones: & embrocæ quas cum eis [t] diximus. Et [u] de illis quæ conferunt eis, est farina lupinorum cum oxymelle, aut aceto commisto: & iterum radix almarot. Et [x] iterum emplastretur cum bulbo dissoluto in aqua, ipse enim prohibet lapideitatem in cipientẽ. Et similiter embrocæ ex aquis in quibus decocta sunt calamenthũ, & alhasce: aut aceto, in quo

A Raf. 26. cõti. t. 1. c. 2. 286. 3.
A † radicis granati syluestris,
B † nasturtij
C Raf. 26. cõti. t. 1. c. 2. 290. 2.
D Raf. 288. 1.
E Raf. 293. 1.
F Raf. 290. 2. & Pau. lib. 3. c. 78. fol. 192. 10.
G Cap. 13. & 23.
H Raf. 26. cõt. t. 1. c. 2. 288. 4.
I † satyrion
K Raf. de dolo. vel de ægrit. iunct. c. 5.
L Raf. 288. 2.
M † põdus drac. i. & iiij.
N Raf. 294. 2.
O Raf. 289. 1.
P Raf. 291. 2.
Q Pau. lib. 3. c. 78. 194. 10.
R Cap. 10.
S Cap. 11.
T Cap. 12.
V Raf. 26. cõt. t. 1. c. 2. 287. 4.
X Raf. 288. 1.

A Gal. 10. de simp. medic. fac. 74. b

A in quo decocta sunt prædicta,& [a] caseus antiquus decoctus est proprie in iure pedum porci,& nitrum,& euphorbium:& aqua cineris caulium combustorum.

De cura alachad & alzemena,idest de cura eius qui sedet & non potest stare. *Cap. 22.*

B Ras. 26. côti. t. 1. c. 2. 287. 1.

C Ras. 288. 4.

D Ras. 289. 1.

S[b] Cias ꝙ oleum de andacocha potando ex eo,& inungendo cum ipso,est res magis conferens ei.[b] Et modus faciendi hoc oleum est,vt decoquatur andacocha cum seminibus in tanto vino quantum ipsa est,& oleo,donec cõsumatur aquositas.[b] Cuius dosis sit vsq; ad drach. iij.& minus. Et illius quæ ex ea ventosa est curatio currit cursu curationis ventositatis,facientis gibbositatem. Et [c] de eis quæ experta sunt ad alachad est vt sumatur pellis ouis hora qua excoriatur, & ponatur super ipsum,& liniatur lacte vaccino dulci:& iuuatur eo. Et [d] administratio balnei sicci, & sudare in furno,aut fouea ignita iuuatiua sunt.

De cautela ad dolores iuncturarum. *Cap. 23.*

E Gal. de cur. rõne per sangui. missi. c. 7. f

O[e] Portet vt vtatur ille,qui assuetus est his doloribus phlebotomia, & solutione ventris in vere:& cum proximus est paroxysmus:Et vtatur regimine temperato in subtilitate. Et omnino oportet si causa in eo quod accidit ei,sit multitudo humorum,vt non dimittat eos multiplicari cum eo quod euacuat:& cum eo quod minorat ex cibo & cũ eo quod de exercitio administratur bono:Et si causa fuerit corruptio eorum,opponatur illi cum euacuatione eius quod aggregatur, B & contrarietate regiminis per quod generatur. Phlegma enim generatur per adiutorium ex infrigidantibus:& tu quidem scis ea,& scis oppositionem eorum. Et cholera generatur per adiutoriũ calefacientium:& tu scis ea,& scis oppositionem eorum. Et similiter melancholia generatur per id quod scis.Et opponitur ei quod generat ipsum,per id quod scis.Et cum accidit euacuatio,tunc ex illis quæ rectiora sunt,est confortatio membri cum stypticis,vt non suscipiat superfluitates: & proprie cum non timetur conuersio earum ad membra principalia,causa antecessionis mundificationis.Et ista sunt sicut acacia,& balaustiæ,& succus virgæ pastoris,& lycium,& memithe.Et [f] iterum fricatio locorum cum sale trito,& cum oleo etiam, nisi sit siccitas vehemens: Et quando est apostema phlegmaticum,& bibit habens ipsum [g] aristol. ro. pondus drach. ij. aliquoties in vere,& hyeme,tunc fortasse prohibetur periodus eius.Et vtatur exercitio temperato,& vectione:& non superfluat in eis,quoniam excitant podagram,& dolores.Et non adhibeatur illud quo non est cõsuetus subito sine gradatione.Quod si illud accidat,administra olea confortantia inungendo: Et [h] oportet vt deuitent carnes grossas,& omnia salsa,& alnemechsud.Et ex oleribus deuitẽt ea quę sunt sicla,& bauciæ,& citroli,& [h] aqua melonis nocet eis propterea ꝙ generat humorẽ aquosum: & confert per prouocationem:& diuersificatur dispositio eorum in corporibus. Et [h] deuitent potare vinum plurimum,grossum,immo omne vinum. Et [i] cibẽtur eis quæ sunt bonæ digestionis, C & velocis.Et oportet vt deuitent repletionem,& dimissionem exercitij, & deuitent cum hoc superfluitatem in labore,& exercitio,& proprie super repletionem.Et deuitent coitum.Et [k] minorentur in balneationibus,quoniam ipsæ liquefaciunt humores: & faciunt eos currere ad iuncturas.verum aquæ thermarum conferunt eis in hora ægritudinis. Et ex illis quæ conferunt eis in principijs balneorum,& post ipsarum expletionem,& in medio introitus eorum in ipsis,est effusio aquæ frigidæ super iuncturas: si non est aliquid quod prohibeat ex debilitate neruorum. Et quandoq; auferunt hoc nocumentum balnea,& oportet vt non dormiant super cibum omnino, quoniam est ex rebus nocibilioribus eis.

F Paul. lib. 3. c. 78. 197. 15.

G Ras. 26. côti. t. 1. c. 2. 294. 1.

H Ras. 289. 2.

I Paul. lib. 3. c. 78. 197. 10.

K Cap. 13. & c. 19.

De cura sciaticæ. *Cap. 24.*

L Cap. 7. & G. 10. de comp. phar. sm loc. c. 2. a

M Ras. 26. côt. t. 1. c. 2. 289. 3.

N Ras. 291. 2.

O Cap. 7. & G. 10. de comp. phar. sm loc. c. 2. b

Infra a

P Lib. 1. F. 4. c. 20.

Q Ras. 26. côt. t. 1. c. 1. 285. 2.

R De curãdi rõne p missio. sanguinis c. 18. e

S Ras. 286. 4.

CVra quæ magis propria est sciaticæ,& doloribus anchæ & genuum fixis,est,ꝙ oportet vt redeatur in curatione eorum ad canones in doloribus iuncturarũ. Et tu quidem scis ꝙ ipsi differunt ab alijs doloribus iuncturarum: [l] Nam repercussio in principio quandoq; nocet eis nocumento vehementi:quoniam materia profunda est,& repercussio retinet eam illic,& ponit eam taliter,ꝙ difficilis fit eius resolutio,& præparat eam ad hoc,vt dislocet iuncturas:cum ipse dislocentur absq; repercussione similiter:immo oportet si volueris sedationem doloris in principio, vt sedes eos cum mollificatiuis,lenificantibus,nisi accidat vt sit materia subtilis valde. Et [m] fit difficilis D eorum curatio in frigore,& in tempore frigido, & in pingui: [m] & in parte sinistra est difficilior. In illis vero quæ de eis sunt sanguineæ,de rebus magis conferentibus eis est phlebotomia:& iuuantur in dispositione per phlebotomiam in [n] primis ex manu:deinde ex pede. Et non fiat phlebotomia ex pede,nisi post phlebotomiam ex manu. [o] Et [a] iuuamentum fit in eis per vomitum. Vẽtris autem solutio quandoq; vsq; ad finem postponitur:& est sufficientia in vomitu forti, vt nõ trahat solutio ventris materiã ad inferiora:nisi sciatur ꝙ sit parua. Et de bono est vt ieiunet duobus diebus,deinde phlebotometur.Et [p] scias ꝙ phlebotomia sciaticæ venæ magis est iuuatiua quam saphenæ plurimum,nisi sit dolor [q] non extensus ad partem syluestrem immo in viam aliam cuius extensio est in parte domestica: quare erit saphena magis conferens ei ꝙ̃ vena sciatica, quamuis ambæ sint duo rami venæ vnius,non sunt sicut basilica & cephalica in manibus. Verum [r] G. rememoratur saphenæ,& venæ curuaturæ poplitis tantum. Et phlebotomia venæ curuaturæ poplitis,magis iuuatiua est,ꝙ̃ venæ sciaticæ & saphenæ simul:Et ex eis quæ phlebotomantur,est vena,quæ est inter minimum,& secundum pedis:& phlebotometur post ipsam vena sciatica. Et [s] dicitur ꝙ hæc vena magis iuuatiua est ꝙ̃ vena sciatica,sicut saluatella magis iuuatiua est ꝙ̃ basilica in ęgritudinibus hepatis,& splenis. Illi autem qui sunt phlegmatici ex eis currunt cursu apostematũ

grossorum

grossorũ & in exigentia curationis:& propter hoc non oportet, vt sit præsumptio ad administran E dum resolutiua fortia ante euacuationem,propter illud quod sciuisti cum eis,quæ diximus.Et [a] iã [a] diximus ꝙ vomitus iuuantior est ꝙ̃ ventris solutio propter motus materiei ad partem doloris:& vomitus mouet eam ab eo.Et de eis quæ bona sunt in eo est,si fiat cum baurac & aceto.Et cũ euo muerit cum vomitiuis fortibus quibus indigetur in humoribus eorum frigidis, grossis,tunc opor tet vt sequaris illud cum subtiliatiuis calefacientibus:Et est necessaria in phlegmaticis iterũ quandoq;,immo multoties phlebotomia,& administrentur post euacuationẽ illa quæ diximus ex diureticis & ebibitis iuuantibus ad dolorem iuncturarum, & medicamen Hermetis proprie : & hoc medicamen est mirabile valde: [b] Chamædryos,gentianæ amborum ana drac.ix.aristol.ro. vnc.ij. se.rutæ siccæ lib.i.terantur,& cribelletur cribello subtili cuius dosis sit cochlear.i.Et administrentur iterum vaporationes,& embrocæ resolutiuæ,& aquæ thermarum.Quod si non excusat,tunc clysteriza:deinde administrentur vẽtosæ super ancham cum incisione,& sine incisione.Et pone rubificantia vesicantia:& non consolidentur donec sanetur.Et emplastrorũ quidem administratorum in eis diligitur acuitas propter duas intentiones,quarũ vna est resolutio : & altera attractio ad exteriora:& abhorretur acuitas propter quandam intẽtionem:& est, ꝙ ipsa exiccat materiam, & in lapideitatem conuertit, & dimittit eam non recipientem medicinam : quamobrem oportet vt non dimittatur lenificatio:Et qñq; necessariæ sunt ventosæ,& earum positio pp attractionem. F

De embrocis & tinis. *Cap. 25.*

S [c] Vmantur olei de alcanna lib.i.& aceti lib.5.& nitri quarta lib.i.& cardamomi vnc.i.&.5. [d] †{& hyssopi vnc.i.&.5.}submergatur in eo lana succida vel lana humida, & vaporetur cũ ea locus.Et administrentur tinæ ex aquis medicinarum singularium,resoluentium prædictarum in hoc capitulo.Ea [e] vero ex quibus fiunt inunctiones,sunt,sicut oleum costinum,et oleum de euphor.& oleum de pyrethro,& oleum de castoreo,quæ administrentur post mundificationem:Et cerataria cum opopanaco,& euphorbio,& oleis prædictis.

De epithematibus & emplastris. *Cap. 26.*

EMplastrum attrahens materiam ad illud quod apparet ex profundo. [f] Recip.[a] se. rutæ syluestris,bacarum lauri,aniuden,nitri,sceha armeni,cordumeni, pulpæ coloquinthidæ, ameos omnium ana aur.iiij.rutæ recentis,picis,cerę,ammoniaci omnium ana octauã,bezard aur.v.opo panaci,sulphuris quod non tetigit ignis,amborum ana aure.iiij. fiat ex eis emplastrum. Et [g] si liniat̃ sciatica ex stercore caprino,& aceto forti,erit sicut medicamen de sinapi:& melius eo, & magis iuuatiuum eo.Et emplastra rubificantia,& vesicantia bona sunt valde:& oportet vt perforentur vesicæ,deinde puluerizetur super eas medicamen exiccatiuum:deinde iteretur vesicatio vsq; quo eueniat sanitas.Et iterum sumantur lib.i.baurac,lib.i.olei,& fiat ex eis epithema.Et [h] iterum G emplastrum iuuatiuum:staphisagriæ lib.i.fæcis adustæ lib.ij.pyrethri lib.5. nasturtij lib.i. &.5.bezard.5.sulphuris lib.i.baurac tantundem,olei cotylas.iij.gũmi pini quod sit æquale cum bezard: fiat ex omnibus emplastrum, & administretur. Et [i] iterum sumatur picis pars.i. sulphuris pars.i. contriti sicut alcofol:& liniatur super ancham,& ponatur desuper charta,& dimittatur vsquequo cadat per se.Et [k] ex eis quæ experta sunt,est vt colligatur plãta [l] † {sceitaragi} in [m] æstate dum est viridis:et eius contritio optima fiat,quoniam est difficilis ad conterendum,deinde aggrega ipsam cũ adipe [n] † {   }& inuisca eã anchæ,& loco doloris:& ligetur desuper,& dimittatur.iiij.horis vsq; ad.vi.deinde ingrediatur balneum:cumq; parum rorari incipit,ingrediatur tinam,& tollatur ab eo emplastrum:& ponatur super locum lana & quiescat hebdomada vna aut.x.diebus : & iteretur quoniam excusat à sinapi,& gumma rutæ agrestis.Et iterum staphisagria,& cantharides,& gumma iterum rutæ agrestis,& cera,& oleum de ruta.Et iterum pyrethrũ,& dabach, idest viscus & flos lapidis asius,& baurac,& staphisagria,& sumatur ex eis emplastrum:Et quandoq; additur in eo nasturtium.Et ex eis quæ conferunt ad hoc,& ad dolores genuum, est ceratum de euphorbio.Et iterum olei de alcanna vnc.viij.& aceti vnc.iiij.nitri vnc.ij. pyrethri vnc.i. infundatur pyrethrum cum oleo de alcanna postq̃ triueris ipsum:& pone ipsum in oleo tribus diebus,& bulliat bullitione leui,deinde proijciantur desuper acetum,& nitrum:postea imbibatur in ipso lana sordida:deinde ponatur super locum dolorosum anchæ:Et aliud simile illi de epithematibus. [n] Recip. H ceræ collatæ aure.c.& glutinis alimbat aure.xxv.& floris æris aur.vij.lilij,& albezard,& myrrhæ omnium ana aure.vi.& alkitran aure.v.aggrega ista,& conquassa ea sicut pars.i. & fac ex eis emplastrum.i.& lini cum eo locum dolorosum pyxidis, præcipue si fuerit materia faciens dolorem sang.fixus in iunctura ipsa,aut phlegma grossum vitreum quod iam bibit pyxis iuncturę.Emplastrum sedans sciaticam. [o] Recip.olei antiqui vnc.xviij.limaturæ plumbi,& salis communis glutinis alimbat omnium ana aure.c.limaturæ æris rubei vnc.ij.floris æris abrasi,& condysi,et radicis almezereon nigri,aristol.sinapis,omnium ana vnc.ij.& proijciatur in eo quandoq; pyrethri.ʒ.i. Aliud. [p] Recip.[a] aniudẽ,semi.rutæ syluestris,bacarum lauri,& baurach,& coloquinthidæ, sceha, ameos,cordumeni,omniũ aure.iiij.rutæ hortulanæ humidæ,& picis siccæ,glutinis alimbat, gummæ pini,ammoniaci,adipis vitulorum,omnium ana aure.xv.opopa. aure.vi. sulphuris non adusti aure.iiij.olei de alcanna vnc.xviij.Aliud. [q] Recip.picis humidæ vnc.xviij. [r] † {aristol. vnc.x.} &.5.ceræ.lib.i.gummæ pini aure.xi.sulphuris nõ adusti.lib.i.baurac.lib.i.&,5. staphisagriæ kist.i. & est cotylæ.ij.pyrethri lib.5. [s] † {   }cordumeni kist.i. [t] † {bezard}lib.5. liquefieda

liquefac,

A Cap.7.& G.10. de comp. phar.fm loc. c.2.b, & Ras. 287.1.
Supra a
B Pau.lib.3.c.77.
C Ras.26.cõti.t.1. c.2.287.3.
D †———
E Ras.287.2.
F Gal.10.de cõpo. phar. fm loc. c.2. b.c. parum differt.
Infra quasi a
G Ras.26.cõti.t.1. c.2.289.2.
H Ras.286.2.
I Gal.10.de cõpo. phar.fm loc.c.2.d
K G.ibi.c.2.208.g & Diosc. de Iberide lib.1.c.148.
L † Diosc. Iberis Gal.nasturtium syluestre.
M Ras.297.1.
N † suillo
N Pau.lib.3.c.77.
O Aeti.li.3.ser.4. c.5.
P Ga.10.de cõpo. phar.fm.lo.c.2.b.c pauc̃ dif̃ & fo.208.b
Supra quasi a
Q G.ibi.fo.207.d
R †———
S † fęcis vini vstæ
T † chalbani

A liquefac,& tere,sicca,& permisce omnia,& frica ea secundum modum prædictum in eo cuius rememoratio præterijt. Et secundum q́ dicitur post solutiua bona,& vtilia sunt pilulæ de hermodactylis,& [a] pilulæ fœtidæ,& pilulæ de sceitaragi,& pilulæ de storace. Et non sunt aliqua, sicut pilulæ iuuamenti,neq; sicut [b] hiera Hermetis,quæ bibatur in vere. Et illius qui bibit eam,incipiũt iuncturæ dolorosæ rorem emittere,& sudare,& non est in ea solutio ventris plurima:immo mundificat cum subtiliatione. Et [c] elementa quidem medicinarum solutiuarum, sunt pulpa coloquinthidæ,& centaurea,& gummi, & maheizaheregi & sceitaragi,& succus cucume. asinini. Sumantur duæ coloquinthidæ,& perforentur,& educatur quod in cõcauitatibus ambarum est ex pulpa, & seminibus,& carne:& impleantur oleo sisamino,& cooperiantur ambarũ foramina, & dimittantur nocte vna:deinde proijciantur ambæ coloquinthidæ in mane illius noctis cum oleo quod est in eis ambabus in ollam,& fundatur super eas ambas,quantum est olei mẽsura.i. &.5. de aqua,& coquantur simul,vsqueq́uo discoctæ sunt ambæ coloquinthidæ. Cum ergo discoctæ sunt ambæ, extrahantur,& proijciantur ambæ,& coquantur aqua,& oleum tempore sufficienti:deinde proijciatur desuper panis contritus, cribellatus secundum quantitatem qua inspissatur aquam, & fiat sicut panata spissa de qua fiant pilulæ secundum quantitatem auellanæ, & sumantur de illis auellanis.xviij.numero,& sumat infirmus post balneationem. Et modus alius est,vt decoquatur oleũ

B cum succo:& cum accidit mundificatio per solutionem ventris,& vomitum,& prolongatur ægritudo,tunc tibi conuenit vti suppositorijs ex medicinis facientibus excoriationẽ,& solutione educentibus sang. sicut est decoctio cucume. asinini,& coloquinthidæ, & fel vaccinum, & pytethrũ: & centaurea,& nastur.& sceitaragi,& elixatura piscium, omnia illa iuuatiua sunt eis in hac hora: & forte sanant. Et quandoq; ponitur in clysteribus euphorbiũ, & dicitur q́ illud est nociuum valde,prohibens à reliquis administrationibus,in fine vero eis est iuuatiuum, & proprie quando sequitur vesicatio. Et multoties quidem accidit excoriatio per se, & euenit cum ea sanitas. Clystere bonum excoriationem faciens. [d] decoquantur coloquinthida,& nasturtium,& radix capparis,& centau.& cucumer asininus,& sceitaragi,& rubea,& fiat clystere cũ aqua, & emplastretur ancha cum fæce:& est ex clysteribus iuuatiuis. Et iterum, emplastretur cum aceto, & furfure calefactis. Si autem fuerit illic sang. qui moriatur in ea,cauterizetur cum auro rubeo locus sang. cauterizatione vehementi,vt currat sang. ex ea.

De bothor iuncturarum nominatis grana albotin. Cap. 27.

HAc bothor apparent in crure nigræ:& quasi ipsæ sint fructus tamarisci,aut grana viridia. Et materia earum est materia varicum. Et cura earum ex parte mundificationis, est [e] cura varicum,& vlcerum melancholicorum,quorum canonem dicemus in libro [f] quarto.

C *De dolore calcanei.* Cap. 28.

QVandoq; accidit ex obuiatione conterente,aut casu,aut coarctatione calciamenti,& alijs:et [g] sanat ipsum embrocatio plurima cum aqua frigida, & epithema de memithe & [g] bolo armeno resoluto.

De debilitate pedis. Cap. 29.

FIt quandoq; in creatione:& fit quãdoq; debilitas ex labore plurimo,& ex mollificatione antecedente,& ex oppilatione viæ nutrimenti ad ipsum,sicut accidit castratis.

De doloribus vnguium,& attritione earum. Cap. 30.

APpropinquat cura eorum curæ suppurationis. Et ex illis quę conferũt illis, est [h] emplastrum cum folijs myrti,& cum folijs cupressi. Et emplastrum de adipibus cũ fimo caprino, & stercore vaccino. Et conferunt eis nux cupressi,& sauina emplastratæ. Et conferunt eis fistici decocti emplastrati. Et [i] de eis quæ liquefaciunt sang. mortuum sub attritione, est farina confecta cum pice,& super ipsum posita.

De inflatione vnguis,& pruritu in ea. Cap. 31.


CVratur cum aqua maris abluendo cum ea semper,quare remouetur: aut cũ decoctione lentium & herbi:aut cum decoctione alchãthi,& ex emplastris eius sunt bulbus,& pix, & ficus

D decoctæ coniunctim,& singulariter.

Expletus est liber tertius.

A Ras.26.côti.t.1. c.1.289.1.
B Cap.9. & Ras. 268.4.
C Ras. de ægritu. iunctu.c.6.
D Ras.290.1.
E T.1.c.18.
F F.4.t.3. c.1.&c.
G Ras.t.6.c.18.
H Ras.36.côti.t.5. c.1.133.1.
I Aeti. li.4. ser.2. c.77.

Hæc figura facit ad maiorem intelligentiam anatomiæ oculorum quæ habetur Fen.iij. tertij, cap.i. fo.220.



1. 1 Panniculus dictus almochati cooperiens cranium ab extra.
2. 2 Os cranij.
3. 3 Panniculus dictus dura mater sub cranio, tegens ipsum immediate.
4. 4 Panniculus dictus pia mater, cooperiens & tangẽs cerebrum immediate, descendens cum neruo optico ad oculum.
5 Neruus opticus.
A.A Tunica oculi coniunctiua orta ab almochati.
B Tunica cornea.
C.C Tunica oculi.s.sclirhotica, orta à dura matre, descendens ad oculum cum neruo optico.
D Tunica vuea.
E.E Tunica oculi secundina, orta à pia matre descẽdens ad oculum cũ neruo optico.
F Humor albugineus.
G.G Tunica retina.
H Tela vel tunica aranea.
I. I Humor vitreus.
K Humor glacialis.



Liber quart⁹ Canonis de ægritudinibus particularibus q̃ cum accidunt non appropriãtur vni mẽbro continens septem fen, quæ cõprehendunt .24. tractatus & summas duas

Fen prima est de febribus, & continet quatuor tractatus.

TRACTATVS I. *De fe. ephimera, & continet capitula.44.*

TRACTATVS. II. *Continet capitula.68.*

TRACTATVS III. *Continet capitula.11.*

TRACTATVS IIII. *De fe.pestilentialibus & quæ sunt eis homogenea, & variolis, & morbillo, & continet capitula.20.*

FEn secũda de pronosticatione et iudicijs crisis.cap.1.quę est duo tractatus.

TRACTATVS I. *De crisi, & de modis significationum eius, & bonitatis, & malitiæ in crisi, & quid sit, & de diuisionibus & iudicijs eius.* Cap.2.

TRACTATVS II. *De diebus crisis & horis eius continet capitula.10.*

Fen tertia de apostematibus & pustulis.

TRACTATVS I. *De illis quæ ex eis sunt calida & corrupta cõtinet capitula.34.*

De

De

Fen septima de decoriatione quæ habet tres tractatus

Liber quartus Canonis, de ægritudinibus particularibus, quæ cum accidunt, non appropriantur vni membro, continens septem Fen.

Fen prima est de febribus: & continet quatuor tractatus.

TRACTATVS PRIMVS *de febre ephimera.*

De diffinitione febris, & generibus febrium. *Cap. I.*

A Ga.cõm.1.in.6. de morb.vulg.29.f & in.2.de vict. rõne in acu.22.f, &.1. de dñis feb.c.5.e.f.g
B Halv.8. the.c.2.
C Ga.de cã morb. c.2.e
D Gal.2. metho. c.7.fol.15.d
E Ga.de cã morb. c.2.e
F Ga.4.apho.73.h & de dñis morbo. c.5.e.f
Infra æ



B Ebris est calor [a] extraneus accensus [b] in corde, & procedens ab eo mediantibus spiritu & sanguine per arterias & venas [c] in totum corpus inflammatur in eo inflammatione, [d] quæ nocet operationibus naturalibus: non sicut caliditas [e] iræ & laboris: cum non vltimatur: vel cum non peruenit ad hoc vt sit accensa, & noceat operationibus. [æ] Et [f] sunt quidam hominum qui diuidunt febres in duas diuisiones primas scilicet in febrem ægritudinem, & in febrem accidens: & ponunt febres apostematum de genere febris accidentis. Et intentio quidem sermonis eorum est hæc, ꝙ febris ægritudinalis est illa inter quam, & causam quæ non est ægritudo, non est mediũ, sicut febris putredinis: putredo enim est causa eius absq; medio: & non est putredo in seipsa ægritudo: immo est causa ægritudinis. Febris vero apostematis est accidens apostemati existens, dum est apa, sequens ipsum: & apostema est ægritudo in seipso. Et cõtradicenti quidem inest vt dicat: qm̃ si propterea ꝙ febris apostematis sequitur caliditatem eius, & sequitur vel concomitatur dolorẽ ipsius, videtur vt sit febris accidẽs, tunc oportet vt sit plurimum febrium ephimerarum accidẽs: & si ipsa sequitur putredinem, quæ est in apate, tunc apostema non est causa eius prima, vnde est apostema: immo quantum ad putredinem, quę est in ipso: causa igitur eius quę est essentialis, est putredo: & apa non est causa eius nisi per accidens. Et dicimus ꝙ si non significauerint per febrẽ accidens, hoc: immo nõ intellexerunt

C per eam, nisi ꝙ ipsa sequitur apostema inuẽtum, per inuentionem apostematis: similiter est dispositio febrium putredinis per comparationem ad putredinem: Verum occupatio in hmõi contradictionibus est illud, quod non confert in scientia medicinæ aliquid: & facit medicum procedere ex arte sua ad inquisitiones, quæ fortasse impediunt ipsum ab arte sua: procedamus ergo secundũ id quod consuetum est. Dicamus ergo propterea ꝙ [æ] febres apatum, & oppilationum sunt febres accidentes, & aliæ febres sunt ægritudines, tunc cõueniens est vt dicamus, [g] Quoniam propterea ꝙ omnia quæ sunt in corpore hominis sunt tria genera. s. membra cõtinentia illud, quod est in eis de humiditatibus, & spiritibus, quorum [h] comparatio est comparatio parietum balnei: Et humiditas contenta, & eius comparatio est comparatio aquæ balnei: Et spiritus animalis, & vitalis, & naturalis, & vapores sparsi, & comparatio eorum est comparatio aeris balnei: Et accensum cum caliditate extranea inflammatione prima est illud quod qñ ipsum extinguitur infrigidatur quod ei vicinatur: & qñ infrigidatur illud quod est vicinũ ei, non oportet vt ipsum extinguatur: immo possibile est vt remaneat, & redeat, & calefaciat illud quod ei vicinum est. existẽs vnum istorum trium generum extra, quæ non inuenitur in homine genus corporeum. Et si accendatur febris in membris radicalibus accensione prima: sicut accẽditur adustio: verbi gratia: in parietibus balnei, aut in folle ferrarij, aut in olla coci. tunc illud genus febrium nominatur febris hectica. Et si accẽditur fe-

Supra æ
G Hip.6.de morb. vulg.415.1.& Ga.1. de dñis feb.c.1.b
H Gal.1.de differẽtijs feb.c.1.h.a

Accepit omnia q̃ hic dicuntur a Gal. lib.1. de dñis febr. cap.1.a.b.

D bris accensione prima in humoribus: deinde accendatur ex eis in membris sicut accidit: vt effundatur aqua calida in balneo, & igniantur lateres eius causa eius: aut ius calidum in olla, & accendatur olla causa eius, tunc illud genus febrium nominatur febris humoris. Et si accendatur febris accensione sua prima in spiritibus, & vaporibus: deinde accendatur ex eis in mẽbris: & humoribus: sicut accidit, vt perueniat ad balneum aer calidus, aut accẽdatur ignis in eo, quare calefiat aer eius, & perueniat ad aquam, & parietes: tunc genus illud febris nominatur febris ephimera: quoniam est accensa in re subtili, quæ resoluitur cum velocitate: & [k] raro pertrãsit diem cum nocte sua: nisi conuertatur ad genus aliud febrium. Hæc ergo diuisio febrium est per modum propinquum diuisioni euenienti per differentias. Et diuiduntur febres alio modo. Dicitur enim ꝙ de febribus sunt febres acutæ: & de eis sunt non acutæ. Et de eis sunt chronicæ: & de eis sunt non chronicæ: Et [l] de eis sunt nocturnæ: & de eis sunt diurnæ: Et de eis sunt salubres recte: & de eis sunt habentes accidentia horribilia. Et [m] de eis sunt dimittentes: & de eis sunt inseparabiles. Et de inseparabilibus sunt quædam, quibus insunt intensiones & remissiones seu tepores. Et de eis sunt similes. Et de eis sunt calidæ. Et de eis sunt frigidæ habentes rigorem, aut horripilationem. Et de eis sunt simplices. Et de eis sunt compositæ.

K Cap.5.

L Gal.cõm.3.in.1. de morb.vulg.6.f
M Ga.cõm.3.in.1. de morb. vul.2.c.d

De præparatis ad febres. Cap. 2. E

DIxerunt[a] quidam q corpora vehementius præparata ad febres sunt corpora calida: & humida: & proprie cum humiditas est fortior caliditate: & isti quidem sunt fœtidi sudoris, & vrinæ, & egestionis. Et[b] corpora calida & sicca iterum sunt præparata ad febres acutas, & incipiunt prius ephimeræ, deinde festinant ad putredinem, & adustionem: & quandoq; faciunt cadere in hecticam. Et sequuntur ea ambo, quæ æquatur in humiditate & siccitate, & dominatur caliditas: & ista sunt de genere eorum in quibus incipit febris vaporis calidi, deinde permutatur ad febrem humoris. Postea[b] illa in quibus æquantur calor & frigus, & multiplicatur humiditas: et istis quidē febres putredinis accidunt secundum plurimum incipiētes. Et[c] corpora frigida & humida, & frigida & sicca, sunt longinquiora corpora à febribus, & proprie ab ephimera.

De horis febrium. Cap. 3.

FEbrium horæ sunt sicut[d] reliquarum ægritudinum, principium, & augmentū, & status apud vltimum, & declinatio. Et sunt qnq; istæ horæ vniuersales. Et[e] sunt quandoq; particulares sm quemlibet paroxysmum, &[f] timor est in principio vsq; ad statum: [g] apud declinationem vero nō moritur æger ex ipsa febre, nisi per id quod[h] dicemus de causa. Et principium quidem est[i] hora, in qua calor naturalis præfocatur à materia submergēte ipsum in membro &[k] est hora, in qua nō apparet digestionis, aut diuersitatis eius contrariæ digestioni vestigium. Et[l] principium quidem est inuentum in omni ægritudine. verum quandoq; occultatur, sicut est eius occultatio in synocho, & epilepsia, & apoplexia. Et quando principium est occultum paucorum accidentium, existimatur q non sit principium in ea. Et[m] similiter quādoq; in die primo febrium acutarum videntur nubes, & signum maturitatis, & existimatur q non sit ei principiū: & non est ita. Et[n] augmentum quidem est hora in qua commouetur caliditas innata ad resistendum materiei motu manifesto, &[o] apparent signa digestionis: aut signa contraria digestioni. Et[p] status est hora in qua vehemens est pugna inter naturā & materiam: & apparet victoria vnius ambarum earum super aliā: & est hora pugnæ: &[q] eius spatium est in habentibus paroxysmos acutos, paroxysmus vnus, & non cognoscitur nisi per illum qui sequitur ipsum: aut duo paroxysmi, & cognoscit̄ in tertio eius: & non addit super illos ambos, vt in pluribus, nisi in ægritudinibus macronoxijs: fortasse enim assimilantur paroxysmi plures in omnibus iudicijs suis: et illic apud statum completur vestigium digestionis aut contrarij eius. Et[q] declinatio quidem est hora in qua calor innatus iam dominatur materiei, & vincit eam: & existit in congregationis eius separatione. s. rei post rem: &[r] tunc alleuiatur caliditas intrinseca, & expellitur ad extremitates donec resoluit̄: & multoties accidit error: Et[s] status quidem diuersificatur in ægritudinibus.[t] Ægritudinum enim valde acutarum longinquior status est vsq; ad quatuor dies: &[u] febres ephimeræ sunt de hac summa: veruntamen ipsæ non numerantur acutæ, quoniam non sufficit in acuitate ægritudinis vt sit status eius proximus, immo sit de ægritudinibus habētibus timorem. Et[x] sequuntur eas, febres acutæ absolutæ, & sunt illæ quarum status est vsq; ad septimū diem sicut febris adustiua, seu causon, & tertiana cōtinua. Et ex eis sunt, quæ sunt minus acutæ q̄ illæ, & sunt illæ quarū status puenit vsq; ad quatuordecim dies: & quæ sunt post illas sunt acutæ chronicæ vsq; ad. xxi. diē, postea sunt chronicæ vsq; ad. xl. & lx. & quod est supra id. Et[y] cognitio quidem ægritudinum acutarū in gradibus suis, & chronicarum, est iuuatiua in regimine cibi ægri sm q[z] dicemus in sequentibus. Et plures quidem febrium[a] complent principium, & augmentum, & statum in paroxysmo vno: & faciūt paroxysmum aliū declinando. Et[b] febres quidem diuersificantur in his temporibus: de eis enim sunt, quarum augmentum prolongatur: & de eis sunt quarum declinatio prolongatur.

Cognitio horarum vniuersalium ægritudinis & proprie status. Cap. 4.

C[c]Ognitio horarū ægritudinis vniuersalium qnq; est ex specie ægritudinis: nam[c] spasmus siccus, &[d] epilepsia, & apoplexia, &[c] squinantia sunt ex acutis valde. Et[e] tertiana pura, & causon de acutis nō valde. Et[f] quartana, & paralysis de macronoxijs. Et qnq; ex[g] motu ægritudinis: nā si paroxysmi sunt breues, significant q status est propinquus: sicut tertiana[h] pura, tps enim paruxysmorū eius est ex tribus horis vsq; ad quatuordecim horas: & si sint prolixi, significāt q materia est grossa, & status lōginquus: sicut in tertiana nō pura. Et si nō fuerint illic paroxysmi, immo materia eius fuerit acuta sicut synochi, tūc ægritudo erit acuta: Et si fuerit materia eius grossa frigida, aut decliuis ad grossitudinē, tūc ægritudo erit non acuta. Et[i] qnq; ex forma seu figura, qm̄ si ipsa extenuet̄ vel tornatilis fiat velociter, & contabescant facies & hypocondria, tunc ægritudo erit acuta, & si remanserint cū dispositione sua, tūc ægritudo nō erit illius acuitatis. Et[k] qnq; est ex virtute ægri cui velociter aduenit debilitas: quare est ægritudo acuta: aut nō apparet illud, & est ægritudo nō acuta. Et qnq; est ex ætate, & tpe, nam in tpe[l] calido, & ætate calida festinat status ægritudinum: & in tpibus frigidis, & ætatibus frigidis tardat̄ status ægritudinum: & silr̄ est dispositio regionū. Et[m] ex pulsu, nā si est velox, frequens magnus, tunc ægritudo est ad acuitatē decliuis: & si nō, tunc non est acuta. Et ex rigore, nā si est prolixi spatij, tūc ægritudo est decliuis ad prolixitatē: & si est breuis spatij, tunc ægritudo ad acuitatē tendit. Et qn̄ nullo modo est rigor, tunc ipsa est ex breuiori genere ipsius. Et[n] cognoscūtur horæ ægritudinis qnq; ex parte horarū paroxysmorū nā si fuerint procedentes sm antecessionem superfluentem, ad illum qui antecessit superfluitate tendente ad additionem, tūc ægritudo erit in augmento: quoniā de ægritudinibus sunt, quæ currunt

vsq;

A Gal. 8. metho. c.7.b.c. & .1. de differentiis febr.c.3.h
B Gal. 8. metho. c.8.e. aliter.
C Gal. 8. metho. c.8.e.f.
D Lib.1.F.2.do.1. c.7.& G. de morb. tpib. c.1. c, &.1. de crisi. c.2.g, & cōm. 1. in primū porrhe. 1.d.e, & .1. aphor. 12.h
E Lib.1.F.2.do.1. c.7.& G.1. de crisi. c.2.g.
F G.1. de crisi. c.2. g.& li.3. c.9.e F
G Gal. 3. de crisi. c.5.b, & c.9.e
H Fen.1. t.1.c.98.
I Gal.2. de differētiis febr.c.11.42.c, &.3. de crisi. c.9.g
K Gal. 1. de crisi. c.20.c, & cōm.2. de vict. rōne. 45.d
L Gal. de morb.tēporib.c.4.d.
M Gal. 1. de crisi. c.17.a.b
N Gal. 2. de dfiis feb.c.11.42.d
O Gal. de totius morb.tpib.c.3.f
P Ga.1. aphor. 7.e &.1. de crisi. c. 8.d &.2. apho.30.
Q Gal. 1. de crisi. c.10.h G
R Gal. cōmē.1. de vict. rōne in acut. 46.g
S Gal. 1. de crisi. c.10.h
T Gal. 2. de dieb. decreto. c.12.f
V Gal.2. apho.19. &.3. de dieb. decre. c.13.d
X Gal. 2. de dieb. decreto. c.12. f, & 3. progno.10.c.d
Y Gal. de totius morb.tpib.c.8.a
Z T.2.c.8.
A Gal. 1. de crisi. c.17.a.b
B Gal.9. metho. c.3.b.c
C Gal.1. aphor.12. fol.5.c H
D G.4. de cā. pulsuū.c.21.a
E T.2.c.4.
F Gal.1.aphor.12. fol.5.c.d
G Gal.1.aphor.12. fol.5.f.g
H Gal. 2. de crisi. c.3.a.
I G.1. progno.7 e
K Gal.3. pgno.6.e
L Gal.1.aphor.12. fol.5.d.e
M Ga.1. de art. cu. ad glauc.c.2.h
N Gal.1.aphor.12. 5.f
O Gal.1. de crisi. c.3.h.a

A vsq; ad finem horarum suarum fm additionem,& sunt qñq; de genere tertianæ,& de genere quotidianæ [a] & cũ iam steterint post antecessionem,& steterint superfluitates,tũc sine dubio erit ægritudo in statu. Et [b] seruans horam vnam est longi spatij: & [c] si postponuntur, tunc ægritudo est in declinatione. Et [d] silr cognoscitur dispositio horarum ex augmẽto accidentium febris, & statione eorũ,& declinatione ipsorum,& ex additione paroxysmorum eius in longitudine,& breuiatione ipsorum:& fortasse diuersificantur,& non assimilantur. Et qñq; cognoscũtur ex dispositione euacuationum:nam cum accidit in paroxysmo [e] aliquo sudor,aut vẽtris fluxus, & paroxysmus secundus qui est post ipsum est in similitudine vehementiæ primi, & fortitudine eius, aut supra ipsam, tunc euacuatio eius est propter multitudinem, non propter fortitudinem, & ægritudo iudicatur longa. Et [f] qñq; cognoscuntur ex parte digestionis fm q̃ [g] diximus,et contrarij digestionis. Verbi gratia qñ apparet [h] sputum cũ digestione aliqua,aut vrina in qua est nubes aliqua, tunc est principium augmenti:deinde qñ multiplicatur illud,& apparet,aut contrariũ eius,tunc est status:& iterum qñ apparet digestio,aut contrarium eius velociter ex sputo,aut nube, tunc scias, q̃ status est propinquus:& si tardatur,tunc scias,q̃ status est longinquus. Cognitio aũt horarum particulariũ sic accipitur:nam hora principij paroxysmi est hora in qua coarctatur [i] pulsus,& tu iam sciuisti intentionem eius:& plumbeus fit color extremitatum,& [k] infrigidantur extrema,& proprie [l] extre B mitas auris,& [l] nasi,vsq; ad horam in qua sentitur sparsio caliditatis. Et qñq; associantur principio alteratio coloris,& [k] pigritia,& angustia,et tarditas motuum,& [k] profunditas somni,& [l] mollificatio palpebrarum,& grauitas sermonis,& horripilatio inter spatulas, & in dorso:& fortasse accidit in eo rigor fortis,& qñq; accidit cursus saliuæ,& saltus temporum,& tinnitus aurium,& sternutatio,& tensio membrorum corporis. Et vehementius quidem debilitatur virtus propter debilitatem quæ est in principio,aut statu. Et horæ augmenti medietas prima est hora, in qua pulsus incipit apparere,& magnificari,& velox fieri:& [m] spargitur calor in toto corpore fm æqualitatem: & medietas eius altera est hora,in qua non cessat hæc caliditas sparsa cum ęqualitate augmentari:Et hora status est hora in qua remanent caliditas [n] sparsa cum æqualitate: & accidentia cum dispositione sua,& [n] pulsus fit maior q̃ vnquam,& fit vehementius velox,& frequens. Et hora declinationis est hora in qua incipit [o] diminutio,& [o] incipit pulsus temperari,& æquatur. [o] Deinde illa in qua incipit corpus sudare,& perducit ad eradicationem. Et [p] multoties quidem accidit apud mortem dispositio,quæ est sicut declinatio:& est quasi æger euaserit: & nõ oportet vt tu occuperis in hoc,immo cognoscas dispositionem pulsus,& an magnificetur,& fortis fiat. Et si tibi videtur, ponam tibi exemplum [q] de tertiana. Attende ergo q̃ in tertiana in pluribus dispositionibus incipit horripilatio:deinde frigus,& rigor postea sedatur rigor,& minoratur frigus, & incipit calefactio: C postea æquatur calefactio,deinde additur:postea stat:deinde incipit minui vsquequo eradicetur. Et [r] scias q̃ tempus ægritudinis prolongatur,aut propter multitudinẽ materiei,aut propter grossitiem eius,aut propter frigus eius. Et quandoq; adiuuant ad illud tempus frigidum, & regio frigida,& ætas frigida,& debilitas caloris innati,& spissitudo seu densitas cutis.

Sermo vniuersalis de febribus ephimeris. *Cap. 5.*

Causæ [s] omniũ specierum febris ephimeræ sunt causæ primitiuæ calefacientes essentialiter, & calefacientes per accidens de summa occurrentium,& assumptorum.s.in cibo, & in potu & passionum corporeorum,& animalium,& ex doloribus,& apostematibus extrinsecis, & qñq; quædam ex eis sunt ex oppilationibus,quarum causa non est primitiua:& non perueniunt causæ earum cum vehementia sua ad hoc,vt pertranseat illud quod inflammat spiritum:nam si pertranseant illud,faciunt cadere in hecticam:aut in speciem febrium humorum quam dicemus. [t] Causæ enim primitiuæ plerunq; mouent antecedentes: q̃ si mouerint eas ad putredinem, erunt febres putredinis. Et sunt quidam hominum qui existimant,q̃ febris ephimera non fit nisi ex labore spiritus,& corporis,& illud est error. Et [v] istæ quidem febres fm plurimum recedunt in die vno: & raro pertranseunt tertium diem. Nam si pertranseant illã quantitatem,existimatur de esse earum, q̃ ipsæ permutantur. Et intentio quidem permutationis est,q̃ accensio caliditatis pertransit spiri- D tum:aut ad corpus,aut humorẽ. [x] Licet sint de hominibus qui dicant,q̃ ipsa qñq; remanet sex diebus,& consumitur integra consumptione: cui non esset similis, si permutaretur ad genus aliud. Et [y] hæc quidem febris est facilis curationis,& difficilis cognitionis: & [z] silr principium hecticæ. Et [a] homines quidẽ velocius cadentes in febres ephimeras,& qui vehementius læduntur ab eis, si erretur in eis,sunt illi in quibus calor & siccitas sunt magis vincentes:qm̃ perueniunt velociter ad hecticam,& tertianam. Deinde illi in quibus calor & humiditas vincunt,qm̃ perueniunt velociter ad febrem putredinis. Deinde illi in quibus calor est plus. Deinde illi in quibus est plus siccitas. Et [b] cum illi,qui habent complexionem siccam & calidam,accidit fames, & associãtur ei vigilia,& labor animalis,& labor corporeus,festinat ad ipsum febris ephimera cũ horripilatione quadam: Quod si non succurratur,& cibetur statim,festinabit ad ipsum febris putredinis.

Signa propria febrium ephimerarum, distinguentia eas ab alijs. *Cap. 6.*

De proprietatibus earum est,q̃ ipsæ [c] non fiunt a causis antecedentibus: neq; incipiunt cum coarctatione,& est q̃ ipsæ non incipiunt fm plurimum cum rigore, & frigore extremitatũ, & profundatione caliditatis,& declinatione ad pigritiam, & somnum, & submersionem pulsus, & [c] diuersitatem eius, & paruitatem ipsius. Immo fortasse accidit in principio earum similitudo

A Gal. 1. de crisi. c.3.b
B Gal. 4. apho. 30.
C Gal. 1. de crisi. c.11.a
D Gal. ibidem. 2.b
E Gal. 4. apho. 56.
F Gal. 1. de crisi. c.7.g.h.
G Cap. 3.
H Gal. ibi. & c.18. i.e. & 1. aphor. 12. fo. 6.a
I Ras. 30. cõti. t.1. c.1.377.4. & Aeti.
K Ras. ibidem.
L Aeti. lib. 2. ser. 1. c.11.
M Aeti. c.12.
N Aeti. c.13.
O Aeti. c.14.
P Ras. 30. cõti. t.3. c.1.394. t.2.
Q Gal. de morb. tempor. c.3.g.h
R T.2.c.1. & G.3. progno. 23. f. & 2. de crisi. c.11.h.a
S Gal. 1. de differẽ. febr. c.7.f
T Gal. 4. de vic. ra tione in acu. 115.g
V Cap. 1. & Gal. 9. meth. c.1. h.a. & li. 10. c.1.h
X Ras. 30. cõti. t.1. c.387.1.
Y Gal. 1. art. cu. ad glauc. c.2.g
Z T.3.c.1.
A Cap. 2. & Gal. 8. metho. c.8.e
B Gal. ibidem.
C Ras. 30. cõti. t.2. c.385.4. & 386.3.

frigoris,& horripilationis,& punctio:cuius causa est vapor chymi mali,& remouetur velociter:et E accidit,sed raro rigor propter multitudinem vaporum lædentium lacertos propter punctionem suam plurimam superfluam.Et [a] est eius inflammatio non mordicatiua aspera immo bona, sicut caliditas corporis laborantis, & ebrij. Et [b] cum [α] est vrina in primo die digesta, & pulsus bonus,tunc iudica ꝙ est febris ephimera:& illud ideo, [c] quoniam vrina non alteratur in ea in quantum ipsa est ephimera,& [d] est sedimen eius digestum,non decliue ad colorẽ humoris:& est quandoqꝫ nubes eius pendens,& quandoqꝫ est natans boni coloris:& quandoqꝫ accidit vt nõ æquetur color eius,tamen eius substantia est æqualis:& non alteratur color eius, nisi propter id quod associatur ei de causa alterationis vrinæ:quamuis non sit illic febris ephimera ex eo quod dicemus in ephimera ex labore,& similibus ei.Et [e] pulsus est decliuis ad spissitudinẽ,& fortitudinem, & magnitudinem nisi in ea,quæ est à passionibus debilitantibus:& [f] nisi fuerit in stomacho humor mordicatiuus,aut frigidus,aut causa alia de his,quæ paruificant pulsum præter febrem. Et raro quidẽ diuersificatur:si vero diuersificetur,erit ei ordo:nam si diuersificetur illud,tũc erit propter causam aliam antecedentem febrem,aut associatam ei,sicut est labor vehemens,aut mordicatio vehemẽs in visceribus,& similia his.Et [g] quandoqꝫ accidit vt induretur pulsus propter frigus vehemens,et inspissans infrigidans,aut propter caliditatem solis vehementẽ exiccantem:aut propter vehementem laborem exiccantem,aut famem,aut angustias,aut vigilias, aut euacuationes.: Et [h] quandoqꝫ F festinat in eo dilatatio,& tardatur constrictio:& non festinat plusquam naturalis nisi raro, & cum velocitate pauca:quoniam necessitas euentationis in eo est vehemẽtior, quam necessitas educendi vaporem corruptum:vapor nanqꝫ in eo nõ est corruptus comparatione sui ad æqualem: immo est calefactus comparatione sui ad eum.Et [i] cũ ambiguus sit tibi pulsus,& constrictio ipsius,tunc scias ex anhelitu:Et [k] pulsus quidem reddit post eradicationem eius ad consuetudinem eius naturalem in illo corpore,& hoc est signum bonum.Et scias penitus, ꝙ quoties [l] vrina [α] & pulsus sunt boni,significant ꝙ febris est ephimera:& quando non sunt boni, non oportet vt non sit ephimera:multoties enim est in ea vrina tincta,& pulsus diuersus,& debilis,& paruus. Et de illis, quæ significant ꝙ ipsa est febris ephimera,est vt sit principium eius facile, & leue:& sit [m] augmentũ eius non addens supra duas horas,& neqꝫ associentur statui accidentia vehementia. Et in febre putrida est contrarium, & vt non accidant in ea accidentia praua: & non sit in ea acuitas caloris vehemens:& minorentur cum ea dolores.Quod [n] sit cum ea dolor fuerit capitis, aut dolor alius nõ sit fixus inseparabilis post eradicationem eius:& hoc quidem significat ꝙ ipsa est ephimera. Et [o] plurimum quidem eradicationis eius fit per sudorem,& humorositatem similem sudori naturali, nõ humoroso:& non sit vehemens superfluitas iterum in quãtitate sua: immo appropinquat sudori naturali in quantitate sua:sicut est proximus ei in qualitate sua.Si enim videris sudorem plurimũ, G tunc febris erit non ephimera.Et de eis [p] de quibus febris ephimera experitur, est vt ingrediatur balneum habens eam: cumqꝫ mora fecerit euenire in eo quasi horripilationem non consuetam, scitur ꝙ febris est febris putredinis:& egrediatur habens eam ex balneo illico:& si nihil alteratur à dispositione sua,tunc febris est ephimera.

A Gal.1.de differẽtiis feb.c.7.e
Infra α
B Gal.1. de differẽtiis feb.c.7.d
C Oppositũ. c.11. &.c.15.
D Gal.2.de crisi. c.13.e
E Gal.1.de differẽtiis feb.c.7.d,&.2. de crisi.c.13.e
F Ras.30. cõti.t.1. c.1.378.3.
G Gal.1.de differẽtiis feb.c.7.fo.34.d
H Gal.1.de differẽtiis feb.c.7.d.e
I Ras.30. cõti.t.2. c.1.385.4.&.386.3.
K Gal.1. artis cur. ad glau.c.2.a
Supra α
L Ras.385.3.
M Gal.2. de crisi. c.13.e
N Gal.1.artis cur. ad glauc.c.2.a
O Gal.1.de differẽtiis feb. c.7.e, &.1. arte cu.ad gla.c.2.a
P Ga.1.artis cu. ad glauc.c.2.a, & Ras. 30.pt.t.1.c.1.379.1.

Permutatio febris ephimeræ. *Cap. 7.*

CVm [q] expedit vt febrem ephimeram patiens cibetur, & errat medicus super eam, & non cibat ipsum:permutatur febris in corporibus cholericis ad hecticam & incensiuam, & in corporibus carnosis ad synocham,quæ est absqꝫ putredine:& fortasse permutatur ad illam,quæ est cũ putredine.Et [r] similiter quando necessarium est adiutorium in aperiendo poros,& rarificãdo corpus,& non fit,fit inflammatio in humoribus retentis in corpore inflammatione qua fit calefactio cum fortitudine,& fit putrefactio.

Q Gal.9.metho. c.1.f.g
R Ga.9.meth.c.5. fol.58.b. & lib.10. c.2.h

Signa permutationis febris ephimeræ ad febres alias. *Cap. 8.*

SIgnificatio [s] illius est,ꝙ ipsa declinat absqꝫ sudore,aut humorositate:aut cum sudore absqꝫ mũdificatione per sudorem:& est declinatio longa difficilis,& absqꝫ mũdificatione pulsus. Immo remanet in pulsu aliquid, & remanet dolor capitis si fuerit: & hoc totum significat permutationem ad febrem putrefactionis humoris aut ad sanguineam & si causæ fuerint vehementes, aut H prolongetur mora eius,permutabitur ad hecticam.Quod si ad hectictam permutetur, videbis tactum [t] arteriarum calidum valde:& videbis febrem similem, vel fixam, & in omnibus membris additur calefactio super repletionem:& in tempore acceptionis cibi: aut videbis pulsum seruare æqualitatem cum [u] duritie,& paruitate.Et videbis signa reliqua,quæ [x] diximus de signis hecticę: Et quando permutatur ad genus febrium sanguinis:quod nominatur synocha [y] absqꝫ putredine. videbis additionem,& repletionem caliditatis:& inflammationem faciei. Et [y] quandoqꝫ permutatur ad febres putredinis,apparent horripilatio,& diuersitas pulsus,& paruitas, & coarctatio:& est caliditas mordicatiua sicca,& vehementia accidentium.In vrina autem fortasse remanet digestio rei præcedentis,& in pluribus non apparet in ea digestio.

S Gal.1. de differẽtiis feb.c.7.b
T T.3.c.2. & Ras. 30.pt. t.1.c.1.379.3.
V Ras.ibidem.
X T.3.c.2.
Y Ras.30. cõt.t.1. c.1.379 3.

Curationes febris ephimeræ secundum modum vniuersalem. *Cap. 9.*

IN omnibus speciebus febris ephimeræ oportet,vt afferant super corpora patientiũ eas, ea quæ nutriant eos nutrimento bono [z] cũ velocitate digestionis: qm̃ febriens est æger: & æger est læsus,& lęsus non digerit aut tarde digerit.At [a] quibusdã eorũ concedit quiescere seu deliciari in ea: sicut patiẽti febrẽ ex labore,& angustia, & fame, & illis in quorũ corporibus cholera plurima est.

Z G.8.meth.c.3.g
A Gal.1.artis cur. ad glau.c.3.e.f

Et qui

A Et qui conqueritur se pati horripilationẽ in principio, deglutiat cibũ infusum in aqua, & vino vt sit magis penetrans: & isti quidem cibantur ẽt in principio febris. Et [a] quibusdã prohibetur quiescere seu deliciari in ea, & innuitur eis vt fiat subtiliatio regiminis sicut in patiente febrẽ ex oppilatione, & soliditate, & ex apate. Et melius quidem est vt postponatur cibatio vsq; ad declinationẽ, nisi in illis quos [b] excepimus. Et aqua frigida quidem oportet vt nõ prohibeatur in principio rei, qm̃ virtus est fortis: quare non timet̃ debilitas eius: et est melior cura in infrigidando spiritus, verũ si fuerit illic debilitas in visceribus, & febris iã extenditur, seu prolongat̃, aut fuerit febris ex oppilatione, tunc melius est vt de ea non multũ sumatur. Et [c] concedit̃ eis balneum cum eorũ paroxysmus consumit̃ in febribus ephimeris pp intentiones de quibus est humectatio, & de eis est prouocatio sudoris, & rarificatio pororũ, & [d] de eis est infrigidatio in secunda dispositione: & prohibetur vbi timet̃ casus putredinis. Et non oportet vt euitet balneũ nisi habens eam ex oppilatione, qñq; enim balneũ generat ægritudinem putridam: & silr̃ patiẽs eam ex satietate nauseatiua, nisi in fine rei, & cũ dilatantur pori, & descendit nauseatiua satietas: illic enim oportet vt balneet. Et [e] habens catarrhũ non balneetur, nisi sit adustiuus. Et [f] oẽs habentes febres ephimeras oportet, vt non prolongent morã in aere balnei, immo in aqua eius quantũ volunt, nisi habẽtes eã ex soliditate, & ex spissitudine: eis enim conuenit, vt prolongent morã in aere balnei donec sudent. Inunctio autẽ si B fuerit effundẽdo, aut liniendo tm̃, oppilat poros. Et [g] in curatione oĩs febris ephimeræ, quæ est ab oppilatione extrinseca, aut intrinseca, fricatio aperit poros habẽtis eã, deinde si obuiat humiditati plurimæ, resoluit eam, & si obuiat humiditati paruæ, exiccat corpus. Euacuatione autem non indiget aliquis eorum, nisi habens oppilationem repletionalem, & habẽs nauseatiuam satietatem. & qui habent febrem ephimeram ex soliditate, cuius corpus est repletum.

A Gal. 1. artis cur. ad glau. c. 3. e. f
B T. 2. c. 8.
C Ras. 30. cõt. t. 2. c. 2. 389. 4. & Gal. 8. metho. c. 3. e
D Hoc declaratur lib. 1. Fen. 2. doct. 2. sum. 1. c. 19. & G. 1. de cõp. med. per genera. c. 6. h
E Lib. 3. Fen. 5. t. 1. c. 13. & Gal. 8. metho. c. 3. f
F Gal. 1. artis cur. ad glau. c. 3. e
G G. 8. meth. c. 3. e

Species febris ephimeræ. Cap. 10.

DE febribus ephimeris sunt, quæ omnino comparantur ad dispositiones animales. Et de eis sunt, quæ comparantur ad dispositiones corporeas. Et de eis sunt, quæ proportionantur ad res quæ eueniunt deforis. Et [h] de comparatis ad dispositiones animales est illa, quæ fit ex angustia, & illa quæ fit ex tristitia, & illa quæ fit ex existimatione, & cogitatione, & ira, et vigilijs, & somno, & trãquillitate, & timore, & gaudio. Et de proportionatis ad dispositiones corporeas sunt illæ quæ comparantur ad res, quæ sunt actiones & motus: & de eis sunt, quæ cõparantur ad non actiones & motus, & ad contraria eorum. Et [h] comparatæ ad res, quæ sunt motus, & contraria eorum est illa, quæ fit ex labore: & illa, quæ ex tranquillitate, & illa, quæ fit ex euacuatione: & de eis est febris ephimera ex dolore: & de eis est febris ephimera, quæ est cum syncopi, & de eis est illa, quæ fit ex fame, & de eis est illa, quæ fit ex siti. Et de comparatis ad ea, quæ non sunt actiones, est illa quæ C fit ex oppilatione: & de eis est illa, quæ fit ex nauseatiua satietate: & de eis est illa, quæ fit ex apostemate: & de eis est illa, quæ fit ex asperitate vel siccitate cutis. [i] Comparatæ autem ad res, quæ accidunt deforis sunt. sicut illa, quæ fit ex adustione solis, & sicut quæ fit ex condensatione cutis facta ex frigore, & facta ex ablutione cũ aquis stypticis, dicã itaq; vnãquamq; earum cũ curatione sua.

H Ser. t. 6. c. 1.
I Ser. ibi. & Haly. 8. theo. c. 3.

De febre ephimera ex [k] † {angustia,} & signis eius. Cap. 11.

K † tristitia,

QVandoq; accidit ex motu spiritus ad interiora, & conculcatione eius in eis propter superfluitatem angustiæ febris spiritualis. Cuius signa sunt [l] igneitas vrinæ, & [m] acuitas eius: ita vt habens eam sentiat acuitatem ipsius, propter dominium siccitatis in ea: & [n] est motus oculi ad clausionem decliuis: & [m] est oculus submersus propter resolutionem cum quiete teporis, & [m] facies est tendens ad citrinitatem propter profunditatem caliditatis. Et [m] pulsus est ad debilitatem, & paruitatem decliuis: & forte declinat ad duritiem.

L Oppositũ. c. 6. & Gal. lib. 2. de crisi. c. 13. f, & 1. artis cu. ad glau. c. 2. b
M Gal. 1, artis cur. ad glau. c. 2. b
N Aeti. li. 2. ser. 1. c. 60. & Ser. t. 6. c. 8.

De cura. Cap. 12.

OPortet vt habens eã multiplicet introitum tinæ, & ponat plurimum suæ intentionis in [o] balneatione cũ aqua balnei absq; aere eius, & [p] multiplicet eam inunctionem cũ oleo post illud. oleum enim est magis iuuatiuum ei quã balneum. Et [q] vtatur lætificantibus, & odoriferis frigidis: Et ponat super pectus suum epithemata infrigidantia ex mucilaginibus, & succis, & aquis boni D odoris, & sumat in potu [r] vinum plurimæ commistionis: est enim bonum medicamen ei.

O Ras. 30. cõt. t. 2. c. 2. 389. 3.
P G. 8. meth. c. 3. e
Q Haly. 3. pra. c. 6.
R G. 8. meth. c. 3. g & Ser. t. 6. c. 8.

De febre ephimera ex [s] † {heam.} Cap. 13.

S † animæ passio. commixta ex spe & timore.

QVandoq; accidit ex multitudine tristitiæ propter rem quæsitam motus laboriosus, spiritũ calefaciens, faciens cadere in febrem: cuius signa sunt similia signis eius, quæ est ex angustia: nisi quia motus oculi cum profunditate sua, propter resolutionem est [t] ad partẽ extrinsecam: & pulsus non est demissus depressus: immo est in eo eleuatio aliqua cũ debilitate: si ipsa debilitas fuerit cum eo. Et cura eius est sicut cura eius, quæ est ex angustia.

T Alza. lib. pract. t. 5. sect. 2. c. 6. & Ser. t. 6. c. 8.

De febre ephimera ex cogitatione. Cap. 14.

QVandoq; accidit ex multitudine cogitationis in rebus, [u] febris silis illi, quæ est ex angustia & tristitia, nisi quia motus oculi est æqualis, non ad clausionẽ, neq; ad exitũ decliuis, & [x] est decliuis ad profunditatẽ: & [y] pulsus ẽ diuersus in eleuatione & depressione: & plurimũ quidẽ est æqualis: Et [z] facies est ad citrinitatẽ decliuis. Et cura eius est cura illius, quæ ẽ ex tristitia.

V Gal. 2. de crisi c. 13. g
X Haly. 8. the. c. 3.
Y Ser. t. 6. c. 8.

De febre ephimera ex ira. Cap. 15.

QVandoq; [z] accidit propter superfluitatẽ motus spiritus ad exteriora in dispositione iræ, calefactio superflua accensa in spiritu. Cuius signa sunt [a] rubedo faciei, nisi permisceatur ei

Z Gal. 1. de differẽ. feb. c. 3 e
A Ser. t. 6. c. 7.

timor, quoniam citrinatur: & [a] inflatio faciei similis ei, quæ inflatur in dormitione: Et sunt oculi rubei [b] tendentes exterius propter vehementiam motus spiritus ad exteriora. Et quandoque accidit quibusdam eorum tremor, propter motum humoris: aut propter debilitatem naturarum: Et est [c] aqua rubea, acuti tactus propter acuitatem suam. Et quandoque est cum ea aliquantulum claritatis. Et [d] pulsus est grossus, plenus, eleuatus, frequens.

De cura. Cap. 16.

FAc eos [e] quiescere, & fac vt occupentur [f] lætificantibus, & narrationibus, & vocibus bonis, & ludis mirabilibus: & [g] fac eos ingredi balneũ in aqua tepida, non plurimi caloris: & inungãtur plurimũ cum aliquo oleo plurimo. illud enim est magis cõueniens eis, quã aqua calida. Et [h] cibentur eis, quæ infrigidant, & humectant: Et [i] prohibeant à vino omnino, non enim est eis via ad ipsum.

De febre ephimera ex vigilijs. Cap. 17.

QVandoque etiam accidit ex vigilijs febris ephimera: cuius signa sunt, antecessio vigiliarum, & [k] grauitas palpebrarum, & fortasse non aperit eas: & [l] profundatio oculi propter resolutionem: & [m] inflatio palpebrarum propter corruptionem cibi, & multitudinẽ vaporis: Et [n] conturbatio vrinę propter priuationem digestionis. Et [n] debilitas pulsus: Et [o] citrinitas faciei propter malitiam digestionis: Et [p] inflatio eius propter tumefactionẽ factam ex malitia digestionis, sed non est cum rubedine, sicut in illa quæ est ex ira.

De curatione. Cap. 18.

CVratio autem eius est ociari, & quiescere, & [q] dormire, & [r] embrocare caput cum eis, quæ infrigidant & humectant: & balneum humidum, & [s] cibi bonorum chymorum: & inunctiones humectantes. Et [t] vinum est ex rebus magis conferentibus eis: & sumant in potu ipsum sine timore, nisi fuerit dolor capitis.

De febre ephimera ex [t] somno & quiete. Cap. 19.

A Spiritu quoque resoluũtur vapores calidi per vigilias, & motus. Cũ ergo prolongatur somnus, & tranquillitas, & non resoluunt: accidit ex eis calefactio spiritus & febris eius. Cuius signa sunt ista: significant enim eã antecessio somni, & tranquillitas plurima, & proprie, quæ non est in consuetudine: & cadit contrariũ consuetudinis: & significat ipsam repletio vaporosa pulsus.

De curatione eius. Cap. 20.

CVratio eius est sudatio in aere balnei: & ablutio æqualis cum aqua calida: & paucitas cibi: & declinatio eius ad id quod infrigidat, & humectat ipsum: & exercitium temperatum: & non oportet vt bibat vinum.

De febre ephimera [v] ex gaudio. Cap. 21.

QVandoque accidit ex gaudio febris, sicut illa quæ fit ex ira. Cuius signa sunt proxima signis eius, quæ est ex ira, nisi quia forma oculi est forma gaudentis, nõ forma irascentis. Et est frequentia in pulsu minor. Et cura eius est proxima curationi eius, quæ est ex ira.

De febre ephimera ex timore. Cap. 22.

QVandoque accidit ex timore febris secundum semitam, quæ accidit ex angustia. Proportio nanque timoris ad angustiam, est proportio iræ ad gaudium, ex hoc, quod [x] motus timoris est ad interiora, & iræ ad exteriora, & fit subito, & aliorũ modorum fit gradatim. Cuius signa sunt proxima signis eius, quæ fit ex angustia: nisi quia diuersitas in pulsu est vehementior: & forma oculi eius est forma territi. Curatio eius est proxima curationi eius, quæ fit ex angustia: & oportet vt securetur à timore: & veniatur ad eum cum nuntijs gaudere facientibus: & vinum confert eis.

De febre ephimera ex labore. Cap. 23.

LAbor quoque peruenit ad summum in [y] calefaciendo spiritum, ita vt fiat febris nocens operationibus, & est plurimi nocumenti, & [z] grauitatis ipsius super vitalem, & animalem. Signa sunt [z] antecessio laboris, & [z] additio calefactionis iuncturarũ super alia: & sensatio lassitudinis: & [a] siccitas corporis. Et [a] quandoque accidit in fine eius humectatio, si fuerit labor temperatus, & non fuerit calor exiccans, aut frigus prohibens sudorem. Si autem labor fuerit superfluus, minoratur humectatio, & sudor: & quandoque sequitur ipsum tussis sicca propter communitatem pulmonis: & fit pulsus eius [b] paruus debilis: & quandoque declinat ad duritiem: & [z] vrina est citrina, [z] acuta propter motum, & [z] subtilis propter resolutionem.

De cura. Cap. 24.

CVratio eorum est [c] tranquillitas, & balneatio in tina: & inunctio cũ fricatione leui super iuncturas: & acceptio cibi boni chymi, humectantis, secundum quãtitatem qua digeratur, de genere [d] carnium pullorum, & [d] hœdi, & [d] piscium petrosorum. Et quoniam virtutes eorum sunt debiles, tunc non oportet vt confidant de se, posse digerere, quod digerebant in dispositione sanitatis: immo minus illo. Et propter hoc cibentur eis, quorum paucum nutrit plurimum, sicut ea quæ diximus: & sicut vitelli ouorum sorbilium, & testiculi gallorum sunt eis boni. [e] Quidam tamen existimauerunt: quod oportet vt patiẽtium lassitudinem regimen plus subtilietur quam aliorum: sed illud non est rectum. Et [d] oportet vt sumant de fructibus humidis. Et [d] sumant in potu vinũ plurimæ commistionis, si fuerint assueti: aut iuleb, & aliud, si nõ fuerint consueti. Et [f] oportet vt eorũ inunctio sit plurima, quam inunctio aliorum cũ oleo aliquo vt humectentur eorũ membra, & [g] iuncturæ exsiccatæ: & iterũ vt mollificetur illud quod accidit eis de tensione. Et [d] oleũ viol. est de oleis me-

lioribus

E A Haly.8.the.c.3. & Raf.30. cõti.t.2. c.1.387.3.
B Ser.t.6.c.7.
C Oppositum.c.6. & Halya.
D Gal. 2. de crisi. c.13.g, & Ser.
E Haly.3.prac.c.5.
F Gal. 1.artis cur. ad glau.c.3.f, & Alzar. lib. pract.t.32. sect.2.c.5.
G Alzar.lib. prac. t.32. sect.2.c.5.
H Alza. & Ser.t.6. c.7. & Halya.ibi.
I G.1. artis cur. ad gla. c.3.f, & Sera.t. 6.c.7. & Halya.ibi.
K Gal. 1.artis cur. ad glau.c.2.c, &.2. F de crisi.c.13.g
L G.1.art.cu.c.2.e
M Gal. 2. de crisi c.13.f
N Ser.t.6.c.9.
O Ga.1.artis.c.2.c
P Ga. 1.artis.c.2.c &.2.decrisi c.13.f.g
Q Gal.1.artis cur. ad glauc.c.3.f, &.8. meth.c.3.g
R Ser.t.6.c.9.
S Ga.1. artis cu. ad glau.c.3.f
T Raf.30. cõt.t.2. c.1.386.2.
V Raf.30. cõt.t.2. c.1.387.4.&.3. G
X Lib.1.F.2.do.2. sum.1.c.14.
Y Gal.1. de dĩiis feb.c.3.f
Z Ser.t.6.c.6.
A Gal 1.artis cur. ad glau.c.2.c, &.2. de cri.c.13.g
H B G.de pul. ad Tyrones c.10.d
C Ser. t.6. c.6. & Gal.1. artis cur. ad glau.c. 3.f
D Raf.t.10.c.2.
E Ga.3. de san. tu. c.8.h
F Gal. 1. art. cur. ad glauc.c.3.e
G Raf.lib.diuisio. c.145.

A Raſ.t.10.c.2.

A lioribus eis. Et oportet vt communicet inunctio eorum corpori: & proprie capiti,[a] & collo,[a] & ſpondylibus dorſi, &[a] iuncturis omnibus: & proprie poſt balneationem. Et[a] oportet vt mollificentur ſtrata eorum, & aromatizentur indumenta eorum, & ſedilia eorum: & ſi indigent iteratione balnei propter reliquias, iterentur omnia quæ ſcripta ſunt in capitulo ſuo.

De febre ephimera ex euacuatione. *Cap.* 25.

B Gal.1.de differé. feb.c.3.f
C Raſ.30.cót.t.2. c.1.387.4.

Q[b] Vandoq; accidit ex commotione humorum poſt ventris ſolutionem motus ſpirituum ſuperfluus, & inflammãs in ipſo febrem propter multitudinem laſſitudinis, quæ ſequitur ipſam. Et[c] quandoq; faciunt eam medicinæ ſolutiuæ, propterea quod calefaciũt. Et[c] quandoq; ſequitur phlebotomiam, propterea quod redire facit humiditatem vaporum: & ſanguinitatem earum ad furioſitatem cholericam.

Curatio. *Cap.* 26.

D Lib.3. F.16.t.1. c.2.& F.13.t.2. c.6.
E Lib.3 Fé.13.t.2. c.4.& F.16.t.1.c.4. & Ga 8.meth.c.5.c
F Gal.ibidem.
G Raſ.30.cót.t.2. c.1.387.4.

OPortet vt ſubtilietur vel ingenietur in retinendo naturam per ea quæ ſunt ordinata in[d] capitulis ſuis: & vt cibetur æger cum eo, quod confortat plus: ſecundum quantitatem qua digeratur, de eis quæ infrigidant & humectant: & ſint in eo pontica, ſtyptica: & ponantur ſuper ſtomachum emplaſtra, & embrocæ confortantia calefacta, non tepefacta:[e] Nam omne tepidum eſt mollificatiuum, & reſoluit virtutem. Et[f] de hac ſumma eſt lana infuſa in oleo nardino, aut oleo frigi- B diore eo, aromatizato: & exprimatur adeo, donec ſeparentur ab ea partes olei. Et[g] ponantur ſuper cor, & hepar ea, quæ infrigidant.

De febre ephimera ex dolore. *Cap.* 27.

DOlor quandoq; calefacit ſpiritum adeo, donec inflammetur febris: Signa. Dolor in capite, aut oculo, aut aure, aut dente, aut iuncturis, aut extremitatibus, aut colica, aut hæmorrhoidibus, aut alijs de doloribus furunculorum.

De cura eius quæ fit ex dolore. *Cap.* 28.

H Raſ.t.10. c.2. fol.186.2.

REgatur dolor cum eo quod oportet in[h] capitulo ſuo, deinde curetur cura eius, quæ fit ex labore. Quod ſi timeatur ex potu vini motus doloris, non detur in potu.

De febre ephimera ex ſyncopi. *Cap.* 29.

QVandoq; accidit ei cui ſuperuenit ſyncopis propter agitationem motus ſpirituum calefactio, quæ conuertitur in febrem: & quandoq; remanent de ea poſt ablationẽ timoris in ſyncopi reliquiæ. Signa. Vicinitas ſyncopis, & caſus virtutis abſq; ſignis febriũ aliarum, quę non ſunt ex febribus ephimeris: Et pulſus in ea eſt diuerſarum diſpoſitionum. Quandoq; enim cadit, & deſtruitur, quando vincit frigus: Et quandoq; fit velox, & apparet, cum dominatur caliditas: & ſimilatur pulſui patientium extenuationem exiccatiuam, in duritie cum diſpoſitione pulſus vermicularis.

C

Curatio. *Cap.* 30.

I Li.3 F.11.t.2.c.8.
K Ca.9. & t.3.c.4. & Fen.7.t.4.c.1.

CVra eius eſt cura ſyncopis, & dare cibos velocis digeſtionis, boni chymi, de illis quos[i] ſciuiſti: & ſi indigueris vt des in potu vinum, fac: & nõ cures de febre. Cum ergo liberatur ex ſyncopi, & remanet febris, ſimilis ei, quæ eſt cum extenuatione, curetur cum eo quod eſt in[k] canone de infrigidatione, & humectatione.

De febre ephimera ex fame. *Cap.* 31.

L Alzar.lib.pract. t.5. ſect.2. c.8. & Raſ. t.10.c.2. fo. 186.2.
M Raſ.t.10.c.2.

QVandoq; acuuntur vapores in corpore quando non inueniunt nutrimentũ, & generant febrẽ: Et eius pulſus eſt debilis, paruus, & quandoq; declinat ad duritiem. Curatio. Cibatio quidem in febre eſt ſicut ex ſorbitionibus factis ex[l] kiſt hordei cum oleribus, &[l] poſt illas cũ cibis bonis confortãtibus: Et balneetur, & effundatur ſuper caput eius aqua plurima tepida: &[m] ſedeat in ea, &[m] humectetur corpus eius cum eis, quæ ſunt ſicut[l] oleũ viol. & roſ. & cucurbitinum.

De febre ephimera ex ſiti. *Cap.* 32.

N Alzar. ibi. c.9. & Raſ. ibi.

HÆc proxima eſt ei, quæ eſt ex fame: & eſt dignior vt accidat propter defectum aquæ cũ qua ſedatur caliditas fortis in vaporibus. Curatio. Eſt dare in potu[n] aquã frigidam, & aquas fructuum frigidorum, & proprie granatorum. Et humectare corpus cum tina. et ſi poſſibile eſt ei balneatio cum aqua frigida, faciat.

D

De febre ephimera ex oppilatione. *Cap.* 33.

O Gal.8. metho. c.5.fo.51.c.
P Gal.1. arte cur. ad Glauc.c.2.d
Q Gal.2. de criſi, c.13.g, & 1.arte cu. ad glau.c.2.d

O[o] Ppilationes fiunt in poris cutis, propter ſiccitatem eius, & paucitatem ablutionis, &[o] multitudinem pulueris, &[p] propter frigiditatem. Et[q] propter ablutionem cũ aquis frigidis ſtypticis. Et[o] propter aduſtionem ſolis. Et quandoq; fit in villis venarũ, & in ramis earum, & orificijs ipſarũ, & curſibus ſeu vijs earum. Et cum dicitur febris ephimera ex oppilatione, non innuitur niſi ad hanc ſpeciem. Nam accidit vt minoretur reſolutio, & multiplicetur repletio, & coarctatio, & priuetur reſpiratio, & aggregetur vapor plurimus, calidus, & non reſoluatur, & tunc eueniat caliditas ſuperflua: & dum perſeuerauerit eius inflammatio in ſubtiliori ex corporibus, quod eſt ſpiritus, erit febris ephimera: Quod ſi inflammatur in ſanguine, eſt ſpecies famoſa ſinochæ, quam[r] dicemus: & eſt illa, quæ eſt de ſumma febrium humorum, & non eſt propter putredinem, immo eſt propter inflammationem, & ebullitionem. Quod ſi perducat illud ad putredinem, quam facit oppilatio & priuatio reſpirationis, permutatur ad febres putredinis. Et[s] huiuſmodi quidem oppilatio, aut fit ex multitudine humorum & ſanguinis, aut ex groſſitudine eorum, aut ex viſcoſitate eorum: aut propter caſum rei de cauſis oppilationis in inſtrumento, non in meatu ſicut frigus conſtringens, aut apoſtema coarctans, aut naſcentia rei: aut aliud de illis quarum

R T.2.c.43.
S T.2.c.1. & Fé.2. c.13. & li.1.Fen.4. c.2.4.& F.2.doct.2. ſum.2.c.6. & lib.3. F.1.t.2.c.5.& F.14. t.2.c.4.& Ga.9.me tho. med. c.1.b, & lib.11.c.8.f

te oportet [a] rememorari. Et [b] hæc quidem febris de febribus ephimeris parũ permutatur ad hecticam: qm̃ corpus in ea est plurimæ materiæ. Et in hac febre iterum est sitis, & inflammatio, & adhærentia caliditatis: & vrina media inter igneam, & fuscam. Et [c] hæc febris est difficilis ad cognoscendum, cuius similitudo est proxima similitudini febrium humorum. Et [d] hæc febris qñq; remanet vsq; ad diem tertium, & in eo quod est post ipsum, si sunt oppilationes plurimę fortes. Et non sint oppilationes cũ inspissatione cutis causatæ deforis: & si sunt oppilationes paucæ, festinat eius eradicatio, si non fuerit error. Et hæc febris inter febres ephimeras, qñq; accidit, & redit propter fixionem oppilationis, quæ est causa quare fiunt ei sicut paroxysmi. Et hæc quidem febris multoties permutatur ad frigus, & horripilationem, & significat q ipsa sit putrida. Et cum illa quæ est ex oppilatione facit accidere dolorem in latere sinistro post phlebotomiam lateris dextri non est excusatio iterationis phlebotomiæ: præcipue cum sedatur febris, & perseuerat dolor. Signa. [e] Quando accidit febris ephimera non à causa primitiua, & est longæ declinationis, tunc existima, q ipsa est ex oppilatione, & [e] proprie qñ declinat sine euacuatione rorida. Et verificant existimationem suã signa repletionis, in corporibus plurimi sanguinis, & generantibus eum: aut grossorum humorũ, viscosorum. Et differentia quidem inter ea ambo est, quoniam si oppilationes in eis sunt propter grossitudinem humorum, & viscositatem eorum, significant ea signa nota eis, & non est illic inflatio corporis, & rubedo, & tensio, & ad summum nõ sunt illic signa multitudinis. Et in illis in quibus causa est repletio, sunt signa repletionis ex rubedine faciei, & exuberatione venarum, & inflatione, & tensione, & alia apparentia. Et si superfluunt oppilationes, pulsus est paruus: & si non superfluunt, non oportet vt minoretur pulsus. Cura. Cum [f] causa est multitudo humorũ & repletio, tunc oportet vt in principio properes ad phlebotomiam, & euacuationẽ. Et vt phlebotomes eum cum iam non febrit, tunc est melius. Et qñ febrit, si non fuerit necessitas, tunc statio est magis conueniens: [g] phlebotomia enim facit humores currere, & præmiscet inter eos. Si aũt non fuerit excusatio, tunc non oportet vt postponatur, & tardetur phlebotomia, & euacuatio. Deinde fiat occupatio in eis quæ aperiunt oppilationes, & mundificant meatus. Et [h] non properes ante euacuationem ad mundificandos meatus, & apertionem. Illud enim fortasse fit causa ad attrahẽdum humores subito ad quosdam meatus, & inuiscandum in eis: & illud est res in qua sunt errores plurimi: & fortasse addit in oppilationibus, si fuerint grossi, & proprie si meatus in creatione sua [h] fuerint stricti. Verum phlebotomia iterum, & euacuatio qñq; educunt superfluitates fumosas, facientes coarctatione sua hanc febrẽ, & prohibent vt permutetur ad putredinem: & proprie cũ ad vltimum facis eam peruenire, & facis approximare syncopi. Et [i] si nõ sentis multitudinem humorũ, immo sentis oppilationes, & q ipsæ sunt accidentes à grossitudine eorum, & viscositate ipsorum: tunc fortasse non indiges phlebotomia superflua, & euacuatione superflua: immo indiges apertione: Et apertio quidem est cum abstergẽtibus ex medicinis, & cibis. Et [k] propterea q ægritudo est febris, non est possibile vt redeas in aperiẽdo ad abstergẽtia calida: immo ad illa quæ sunt inter syrupũ acetosum purum, vsq; ad illum qui est cũ seminibus, & aqua endiuiæ vsq; ad aquam fœniculi. Et cibus sit ille in quo est ablutio: & nõ in quo est viscositas, sicut [k] kist hordei. Et [l] zuccarum cũ hoc quod ipsum est propinquũ cibo, est in ipso apertio, & abstersio: non est ergo malũ si misceatur cũ kist hordei. Demum oportet vt consideres cũ euacuaueris, si necessaria fuerit eũo eius, & facta fuerit apertio sicut cũ eis quæ diximus, an minuatur febris, & deficiat, & an, si paroxysmos habuerit, frangat, & debilitetur paroxysmus eius secũdus à primo. Et cõsidera vrinã: & si inuenis eã non priuatã digestione: et in pulsu, & [m] si inuenis eũ non significare putredinem, procedes ꝯm hoc regimen. Et [m] intromitte ægrũ in die tertio post paroxysmum in balneũ, hora mollificationis paroxysmi expectati, si fuerit febris, vsq; ad quinq; horas. Et [m] inunge eũ: & frica ipsum cũ rebus in quibus est abstersio æqualis, sicut quod est inter [m] farinã fabarum vsq; ad [m] farinã orobi, & farinam [m] radicũ lilij, & [m] aristolochiæ emollitæ cũ aliquãtulo mellis & aquæ. [m] Quod si fueris ausus vti fortiori hoc, tunc vtere spuma baurac. Et si existimas q balneũ alterat naturam eius in aliquo, & facit accidere quasi horripilationẽ, non moret in eo ictu oculi: oppilationes enim istæ non sunt de genere earũ, quas aperit balneũ. Cum ergo egredit de balneo, non oportet vt approximet cibo, neq; vino, nisi post securitatem ex paroxysmo. Si aũt exigit dispositio vt cibetur aliquantulũ, & non tolerat: det in potu id in quo est apertio, sicut aqua hordei subtilis, plurimæ aquæ, pauci hordei, plurimæ decoctionis, [n] decocta cũ apio. Quod si paroxysmus non iterat ei, tunc balnea eũ secundo, si desiderauerit illud, & ciba ipsum: Et si fuerit paroxysmus diminutus à paroxysmo primo, & vrina fuerit bona, tunc confide in veritate curationis, & paucitate oppilationis: & cura eũ post eradicationẽ eius, sicut curasti, & ciba ipsum. Et si venerit paroxysmus sicut fuit, aut fortior illo, & vrina nõ fuerit sicut oportet, tũc ęgritudo est tendẽs ad putredinẽ: & curatio eius est curatio putredinis.

De febre ephimera ex nauseatiua satietate, & repletione. *Cap.* 34.

QVandoq; accidunt ex nauseatiua satietate vapores mali, ex quibus accenditur caliditas, & inflammãtur spiritus, quare accidit febris & proprie in corporibus cholericis: & in illis qui non habent amplos poros. Nam plurimum superfluitatum eorum vaporat vaporationes fumosas: & [o] minoratur in eis eructuatio acida. Et de illis qui sunt vehemẽtius dispositi ad illã, sunt illi qui incipiunt post nauseatiuam satietatem vti exercitio, & motu, & ire sub sole, & balneatione postq accidit eis hoc: multiplicant enim in eis vapores fumosi: & proprie quando habuerint in corporibus

E A Lib.1.F.2.do.2.c.6.
B Ras.30.cõti.t.2.c.1.386.2.
C Ras.386.1.
D Ga.9.meth.c.1.h.a.& Ras.30.cõti.t.2.c.1.286.4.
E Gal. 8. metho. c.4.f.g.
F
F Gal. 8. metho. c.4.e.f
G Li.1.Fé.4.c.20. & li.3.F.22.t.2.c.7.
H Lib.3. F.14.t.1. c.18.& Ga.8.meth. c.4.g, & Ale.li.12. c.1.pag.545.& 546. & Ras.30.cõti.t.2. c.2.288.1.
H Gal ibidem.
I Alex.lib.12.pag. 546.
G
K G.8.meth.c.4.g
L Ras.30.cõti.t.2. c.2.288.2.
M Gal. 8. metho. c.4.h
H
N Gal.8. metho. c.4.h.a
O Ga.8.meth.c.5. a.b. De diarijs febr. quæ superueniunt cruditatib.ciboru.

A Gal. 8. meth. c. 5 g. b

B Gal. ibidem. b

A in corporibus suis dolorem & mordicationem, & proprie in visceribus eorum. De[a] materia vero eructuationis acetosæ, & in habentibus eam, raro contingit vt generetur febris. Si autem generetur erit debilis: immo non generatur. Et existimamus febrem generatam cum eructuatione acetosa esse propter causam aliam à satietate nauseatiua. Et[b] isti quidem cum eorum soluuntur naturæ, iuuantur valde, & remouetur febris eorum propter expulsionem superfluitatis superfluæ fumosæ. Et[b] diuersificatur quidem curatio eius, cuius retinetur natura ex illis, & cuius soluit. Et si natura illius, qui febrit ex nauseatiua satietate, leniat duabus ascellationibus, aut tribus, deinde phlebotometur, fortis fit super eam fluxus ventris: & fortasse fiet fluxus hepaticus, quem significabunt pulsus cordis, & nigredo linguæ. Et similantur accidentia febris ephimeræ ex repletione accidentibus febris conclusæ: rubent. n. oculi, & facies valde, & fit inflammatio vehemens, & magnificatur pulsus, & fit velox: et rubet vrina. Amplius cum plus remanet, non excedit tres dies. Et scias, quod febris ephimera ex nauseatiua satietate quandoque venit cum periodis quatuor, aut septē, & cum hoc est febris ephimera, verum pulsus eius est sanus. Signa eius sunt alteratio eructuationis ad acetositatem, aut fumositatem. Cum ergo alteratur eructuatio ad sanitatem, indicat sanitatem. Et vrina quidem istorum est priuata digestione, aquosa. Et quando causa nauseatiuæ satietatis est vigilia, est in facie, & faucibus eorum inflatio: & in palpebris eorum est grauitas.

B *De cura.* *Cap. 35.*

C G 8 meth. c. 5. f, & oppositū Alexā. li. 12. pag. 543.
D Lib. 3. F. 13. t. 2. c: & Fen. 16. t. 2. c. 3.
E G. 8. meth. c. 5. b

PAtiens hanc nauseatiuam satietatem non euacuatur quin aut sit natura eius nō soluta, aut sit soluta. Quod si natura eius fuerit non soluta, tunc cōuenientius est vt soluas eam. Et si fuerit aliquid cibi, aut fæcis, aut grauitatis remanēs in stomacho, tunc oportebit vt facias vomere ipsum, deinde solue eum. Et considera vbi inuenit grauitatem. & considera tunc, an sit rectius euacuare illud cum clysteribus, & suppositorijs, aut cū aliquo, quod bibitur desuper vt soluat, aut deponat, aut digerat. Et significat illud, quod rectius est de hoc dispositio eructuationis: fortasse. n. necessarium erit, si fuerit cibus stans desuper, & sit difficilis vomitus, vt non aspiciatur ad febrem, sed administretur[c] diapepereon, vt præcipitetur, & descēdat cū digestione: aut administretur, quod est debilius eo: & administrentur embrocæ, & emplastra digestiua cognita in capl'o digestionis: & solutiua cognita in capl'o solutionis. Cū ergo descenderit, tunc aut egredietur per seipsum, aut iuuabitur cum suppositorio. Et[d] toleretur fames sup eū tamdiu, donec non remaneat hesitatio ī destructione satietatis nauseatiuę: deīde sumat cibum leuem, velocis digōnis, boni chymi, & festinatio ad famē, & ad somnū, est ex eis, quæ sunt sufficiens curatio vel sufficiens adiutorium in alleuiatione repletionis. Quod si natura fuerit soluta, cōsidera an res, quæ euacuatur, sit illud quod est corruptum. Et[e] si fuerit illud, non retineatur donec totum euacuetur vsque ad postremum eius. Et expecta declinationem paro-

F Gal. ibidem. e
G Gal. ibi. d
H Lib. 3. F. 16. t. 2. c. 3.

C xysmi, & fac ingredi ipsum tunc balneum, & ciba ipsum, nisi fuerit illic superfluum destruens virtutem: tunc. n. non facias ipsum ingredi balneum, immo ciba ipsum, & conforta stomachum eius cum rebus, quas scies, & quarum quædam scriptæ sunt in capitulis de solutione ventris: & de illis est lana infusa in oleo, in quo est virtus absinthij, aut etiam ī oleo nardino postquam fuerit expressa, & separata fuerit ab ea maxima pars olei. Et[f] si perseuerat solutio, & iuenis id, quod egreditur, absque genere eius, quod corruptum est, administra oleum de cydonijs bonum, recens secundum hunc modum, & oleum de mastice: & non est iterū in oleo nardino cōtrarietas eis. Et[g] fortasse administrabimus cerataria, & proprie quando non suffert dispositio stricturam eorū super ventres eorum. Et quandoque indigemus emplastris fortioribus hoc, de emplastris[h] prædictis in cholirica passione. Et da eis in potu aquas fructuū, si desiderat eas: & da ei ad comedendum illud cuius alleuiatur nutrimentum, & facilis fit digestio, sicut[f] testiculi galli & pisces alradradi, et præmitte super illud aliquid de fructibus, & succis, & robub stypticis. Et[f] si abscinditur de appetitu aliquid admoue ipsum cū eis, quæ sciuisti, & proprie cum eis, quæ fiunt ex cydonijs. Et cum expeditus fueris: non est malum, vt administres ei electuarium forte de illis, quæ digerunt, & confortant stomachū, & aperiunt oppilationes: & illud post ablationem febris, & accidentium. Et iter quidem ad phlebotomiam est, vt nō fiat in ea, donec declinet: tunc. n. fiat: & illud quod prius datur in potu, est aqua hordei. Et cibus sit sicut D ille, qui fit de agresta cum cucurbita, & amygdalis paucis. Et infrigidetur locus eius, & odoramentum eius, & trochisci de camphora in quibus non ponitur reubarbarum.

De febre ephimera ex apostemate. *Cap. 36.*

I Vide lib. de fe. diff. parte 2. c. 9.
K T. 4. c. 13. & Ga. de differē. febri. c. 7. g. b

FEbres sequentes apostemata interiora sunt putridę. Et quandoque associatur eis hectica: & non sunt de numero febrium ephimerarum. Apostemata vero extrinseca, sicut[i] sunt furunculi, & exituræ, vel bubones, quæ eueniunt in ea, & proprie apostemata magna, quæ fiunt in membris glandulosis, & in carnibus, quæ vocantur molles, sicut illa, quæ fiunt in inguinibus à superfluitatibus hepatis, & in ascellis à superfluitatibus cordis, & sub aure à superfluitatibus cerebri, quandoque sequūtur febres, & nō euacuantur quin aut sit illud, quod peruenit ex eis ad cor donec igneat ipsum calefactio sola, aut cum putredine: [k] quod si fuerit calefactio sola: tunc erit de genere febrium ephimerarum. Et si fuerit calefactio cū putredine, tunc erit de genere febrium apostematum intrinsecorū. Et plurimum, quod accidit de istis febribus sequentibus apostemata sequentia causas primitiuas ex vlceribus, & scabie, & doloribus, & percussionibus, & casibus, ad quæ expelluntur materiæ, & retinentur in vijs apud carnes molles, est de genere febris ephimeræ. Et plurimum, quod accidit de istis febribus sequentibus apostemata, quorum causæ sunt antecedentes, sicut repletiones & oppilationes

oppilationes præteritæ sunt putridæ,& fm plurimum febres sunt radices, & apostemata sunt sequentia,licet qnq; accidat è contrario.Et [a] Hippo.nominauit has febres,malignas,quæ ex eis sunt ephimeræ,& quæ non sunt ephimeræ.Et febres quidem sequentes ea fm plurimũ sunt ephimeræ, & si non sunt ephimeræ sunt malæ.Et plurimum quidem harũ sequuntur apostemata sanguinea: & qnq; accidunt sequentes erysipilam,& similia ei.Signa earum sunt ea,quæ diximus de antecessione apostematum ante eas.Et [b] facies est inflata & rubea,augmentata in his duobus super dispositionem sanitatis.Et [c] non est caliditas vehementer mordicans,quamuis sit multitudo eius in eis: qm̃ huiusmodi apostemata sunt sanguinea, nisi sint febres sequentes erysipilam : & [d] tunc istis febribus succedit humectatio vel roritas resudans à corpore,& [d] est pulsus in eis velox,magnus,frequens propter repletionem & caliditatem.Et [e] est vrina aquosa alba propter cursum materierum ad apostemata,& vlcera. Cura. Oportet vt antecessio fiat in [f] ea cum phlebotomia,& fluxu ventris.Et curetur apostema cum eo,quod oportet in capitulo suo.Et subtilietur regimen:& [g] non bibat vinum omnino:& non [h] cibetur,nisi post declinationem completam. Et necessaria sunt extinguentia,& infrigidantia humectantia:& emplastra infrigidata cum niue super membrum infirmum apostemosum:ita vt non noceant apostemati,neq; faciant ipsum crudum : immo infrigidetur via inter ipsum,& cor,infrigidatione penetrante in profundum.

De febre ephimera ex siccitate vel asperitate. Cap. 37.

HAec [i] febris iterum sequitur priuationem resolutionis propter oppilationes non profundatas.Et [k] plures quidem hoĩum cũ dimittunt consuetudines suas balneãdi,febriunt.Et [l] plures eorũ sunt illi,in quorum corporibus generatur vapor cholericus,propter complexionem corporum eorum,& ciborũ ipsorum,& aquarum ipsarum malarum, & propter dispositiones eorum accidentes ex vigilijs & labore.Curatio eius est extinctio,& administratio balnei, & sudare in eo post declinationem.Et [m] fricari cum eis,quæ sunt sicut furfur,& farina fabarum, & amygdalarum amararum,& semen melonis,& aliquid de alasnan,& baurac.Et [m] sit cibus eius extinguens,& humectans:& [m] vinum eius sit plurimæ commistionis.Et iterum balneum multoties.

Febris ephimeræ ex calore. Cap. 38.

QVandoq; accidit ex calore aeris,& calore balnei,& similium,febris ephimera.Et plurimum illius non accidit nisi ex vehementia caloris Solis.Et [n] est prima suspensio eius cum spiritu animali:cum primũ,quod eo læditur,sit caput:calefacit.n.aer eius, & peruenit ad cor, & fit febris:deinde spargitur in totum corpus.Et qnq; fit eius suspensio cum corde propter caliditatẽ anhelitus:& qñ custoditur caput à calore.Sed illa,quæ ex Sole accidit,plurimũ imprimit ĩ cerebro & capite:& [o] propter illud,qui non est mundus,impletur caput eius.Et illa,quæ nõ fit ex Sole,sed fit ex diebus canicularibus,& ex balneatione,et ex alijs,impressionem facit in cor. Signa. Signa sunt causa eueniens ex vehementia inflammationis [p] capitis in parte solari cerebri. Et fortasse est cum grauitate,& repletione,si non fuerit corpus mundum.Et magnitudo anhelitus in parte cordiali.Et illud,quod apparet de corpore vehementis calefactionis calidius interiore eius.Et de illis quibus scit illud,est,quod sitis eius est minor siti illius,cuius caliditas est illa caliditas, & est in hac habitudine contraria vel diuersa ei,quæ est ex densitate. Curatio. Est necessarium vt incipiatur in curatione eius cum eo,quod infrigidat ex embrocis super caput,& pectus:& ex oleis frigidis,et proprie oleo [q] ros.infrigidato super niuem,quod fundatur super caput, & pectus ex loco longinquo.Et det̃ in potu aqua frigida,& quæ currunt cursu eius:& sine cessatione eius fiat illud vsquequo declinet febris.[r] Cumq; aufertur ingrediatur tinam & [s] non curetur de catarrho, si fuerit cũ eo,& balnea eum cum aqua tepida:& non permittas aerem eius calefacere ipsum : & non timeas ex effusione aquæ calidæ super caput eius:quoniam ipsa humectat,& resoluit febrem : & necessitas ad balneandum plus est,quàm necessitas ad fricationem.Cũ ergo egreditur: inunge vehementer caput eius cum oleis frigidis,sicut est [n] oleum rosaceum,& de nenufare.

De febre ephimera,quæ accidit ex soliditate vel condensatione cutis causata à frigore. Cap. 39.

QVandoq; accidit ex frigore,& balneatione cum aquis frigidis, vt [t] condensentur pori extrinseci:& coarctentur vapores fumosi,fm q; dictum est in illa,quæ fit ex siccitate vel asperitate cutis:quare accidit febris,& multoties perducit ad putridam.Et nõ perducit ad illam febrem,nisi qñ vapor præfocatus est acutus,non suauis.suauis.n.non generat eam . Signa eius sunt causæ:& [v] corpus in ea in primis cum tangitur,non est vehementis caliditatis. Cumq; figitur manus,sentitur calor eleuari.Et [v] pulsus non est in paruitate,in qua est in illa, quæ fit ex angustia, & tristitia,& fame,qm̃ non est illic resolutio:sed est velox propter necessitatem.s. attrahendi aerem: nisi sit frigus vehemens:& fortasse declinat ad duritiem.Et [v] oculus non est profundus, ĩmo qnq; est inflatus propter vaporẽ coarctatum.Et [v] vrina qnq; est alba,qm̃ caliditas est præfocata:& qnq; est tincta,qm̃ caliditas,quæ resoluebatur ex poris expellitur ad viam vrinæ. Curatio. [x] Cooperiantur in febre,donec sudent:cum ergo declinant,ingrediantur balneum,& balneentur cũ aqua ad caliditatem decliui,& cum aere calido:& embrocent̃ super ipsos aquæ in quibus decocta sunt, sicut amaracum,& anethum,& sisymbrium.Et fricetur cum eis,quæ diximus,quæ abstergũt poros,& mollificant eos.Et [y] postponatur in eis inunctio vsquequo sudent,& fricentur,& balneent̃ cum aqua calida valde.Et oportet vt antecedat balneatio cũ aqua, balneationẽ cum aere : deinde inungatur cum aliquo ex oleis dilatantibus poros. Et [z] fundatur super capita eorũ sicut oleum de anetho,

E
A 4.apho.55.
B Ga.1.de art.cur. ad glau.c.2.d,&.2. de crisi.c.11.h
C G.1.de art.cur. &.2.de crisi.
D G.ibi.de ar.cu. & de crisi.
E T.4.c.14.& lib. 1.F.2 d.3. sũ.2 c.1.
F Haly.3.pra.c.8. & Aeti.lib.2.ser.1. c.67.
G Ga.1.art.cur.ad glauc.c.3 e
H Aeti.li.2. ser.1. c.67.
F
I Gal.8.meth.c.2. fo.51.c, & Ser. t.6. c.4.
K G.8.meth.c.2.a
L Ser.t.6.c.4.
M Ras.t.10.c.2.
N Ser.t.6.c.2.
O G.1.de dífijs febri.c.11.a.b
G
P Gal.ibidem.a
Q Gal.8.meth. c.3.c.f
R Gal. ibidem. f
S Ras.30.cõti.t.2. c.2.388.1.
T G.1.de dífijs febri.c.3.f
H
V Ga.1.art.cur.ad glauc.c.2. d
X Halya.3. pract. c.2.
Y Ser.t.6.c.3.
Z Serap.t.6. c.3.& Ysaac de feb.ptc.2. c.4.

A anetho,& keiri,& de chamęmilla.Et cibent̃ cibis leuibus,& aromatizent̃.Et [a] sumãt in potu vinũ album,subtile,cõmistum:& est melius eis,q̃ aqua ,ppter id,quod est in eo de sudatione, &,puocatione.Et inũctio cũ oleo aliquo patiẽtibus ex labore,est magis iuuatiua, q̃ patiẽtibus ex soliditate.

De febre ephimera ex soliditate vel condensatione cutis causata ex aquis stypticis. *Cap.* 40.

QVandoq; accidit illis, qui balneantur in aquis stypticitatem facientibus sicut super quam vincit virtus [b] aluminis,aut [c] †{draganthi,} vt vehemens fiat spissitudo pororum extrinsecorum,quare coarctantur eorum vapores:& accidit eis,quod diximus aliquoties:et multoties quidem perducit ad putredinem.

De signis. *Cap.* 41.

SIgnificant eam causæ,& quod significatur de asperitate cutis,quasi ipsa exiccata sit præparata præparatione qua præparantur [d] coria:& sicut si tangatur cutis infusa in aqua [e] †{draganthi:} & est [f] dispositio in additione caliditatis post tempus ex tactu manus sicut in alijs de illis,quæ accidunt ex oppilatione pororum.Et [d] pulsus est debilior,& minor,& vehementioris velocitatis. Et [g] vrina est vehementius alba,& tenuis,sicut vrina mulieris:& [h] non est in corporibus eorum detumitio vel extenuatio,neq; in oculis eorum profundatio. Cura. Oportet,vt curetur cum propinquitate curationis eorum,qui sunt ante eos:veruntamen eis [i] non datur in potu vinum, nisi post B fiduciam vehementiæ amplitudinis pororum,nisi sit condensatio parua: fortasse.n.tũc aperit eam vinum.Et oportet vt subtiliatio regiminis ipsorum sit maior:& mora eorum in aere balnei,et balneatione eorum cum aqua calida maior.Et oportet vt tardetur inunctio eorum plus.

De febre ephimera ex vino. *Cap.* 42.

QVandoq; accidit ex vino febris ephimera,& cura eorum est cura ebrietatis.Et [k] fortasse indigent solutione cum aqua fructuum,& similibus,& [k] phlebotomia,& vomitu,& proprie qñ perseuerat dolor capitis eorum.Et [k] oportet vt ingrediat̃ balneũ post declinationem.

De febre ephimera ex cibis calidis. *Cap.* 43.

CIbi calidi faciunt febrem ephimeram:& sicut illa, quæ est [l] ex Sole secundum plurimum est cerebralis,& in spiritu animali:& illa,quæ fit ex balneo est cordialis,& in spiritu vitali, [m] similiter illa,quæ fit ex cibo est hepatica,& in spiritu naturali.

De cura. *Cap.* 44.

EIus curatio est prouocatio cum infrigidãtibus notis:& solutio naturæ est melior cum siracost, & tamarindis.Et rectificare hepar cum eis,quæ sunt aqua endiuiæ,& oleũ, & [n] syrupus acetosus:& emplastra infrigidantia ex [n] sandalis,& camphora,& [n] aqua ro.& oleo,& succo eius, & ex succis olerum infrigidatis actu.Et extinctio cum cibis frigidis,& humidis.

C *Principium sermonis de febribus putridis & complementum sermonis est in febribus sanguineis, & cholericis.*

TRACTATVS II. *Sermo vniuersalis de febribus putridis.* *Cap.* 1.


PVtredo accidit aut propter cibũ malum,cum est præparatus vt putrefiat illud,quod generatur ab eo [o] propter malitiam suæ substantiæ. Aut propterea, quod velociter recipit corruptionem,quãuis sit bonæ substantiæ, [p] sicut lac. Aut qñ est aquosus,nutrimenti mali, [q] remouẽs sanguinem à substãtia sua vel grossitie sua sicut illud, quod generatur à fructibus humidis valde. Aut [r] qñ est ex illis, quæ non conuertũtur ad sanguinem bonum:immo remanet humor malus frigidus,quem abhorret calor innatus,et putrefacit ipsum extraneus sicut ille,qui generatur à cucumere,& citrulo,et piris,et similibus.Aut propter malitiã artificij eius,Aut horæ ipsius:Aut [s] ordinis eius ẽm quod scis. Aut propter oppilationem prohibẽtem respirationem,& euentationem, propter cõplexionem corporis malã cum non potest digestionem facere bonam.Et sunt iterum virtutes de illis,quæ non faciunt in cibo aut humore aliquid,quare dimittunt eum crudum.Et huiusmodi quidem cõplexio aut generat humorem malum,aut corrumpit id quod generat propter abbreuiationem suam in digestione,& quia mouet eum motu pigro.Et istæ causæ sunt iuuantes in generatione oppilationis generãtis putre- D dinem.Aut [t] propter dispositiones extrinsecas ex aeribus malis,sicut est aer pestilẽtiæ, & aer lacunarum,& locorum infusorum in quibus madefiunt res vt linum & aspaltum. Et qñq; aggregatur de eis numerus rerum plurimus. Et plurimum causarum putredinis humorum est oppilatio. Et [u] oppilatio quidem aut est propter multitudinem humoris,aut grossitudinem suam, aut viscositatem sui.Et causæ multitudinis humorum,& viscositatis,& grossitiei humorum sunt [x] notę.Et generatio oppilationis est [y] nota.Ergo qñ fecerint oppilationem, accidit [z] putredo propter euentationis priuationẽ,& proprie cum fuerint succedentes ei motus in non sua hora super repletionẽ, & nauseatiuam satietatem. Et balneationes similiter aut statio sub Sole aut sumere calefacientia super repletionem:& dimissio cautelæ obseruationis digestionis in stomacho,& hepate, & succurrendi defectui si acciderit cum calefactione ipsorum amborum cum linimẽtis seu epithematibus, & fomentationibus,& vaporationibus.Et [a] putredo quidem qñq; est cõis corpori toti: & qñq; est in membro propter debilitatem suam:aut propter vehementiam caliditatis suæ extraneæ, & suæ acuitatis,aut doloris eius.Et humor recipiens putredinem,aut est cholera cuius natura est vt illud quod ab ea vaporat sit vapor fumosus subtilis acutus aut sanguis cuius natura est vt euaporet ab eo vapor subtilis:Aut phlegma cuius natura est vt illud quod euaporat ab eo, sit vapor spissus:

Aut

A Ga.8.meth.c.2. & c.g. & Ras.30. cõt.t.2.c.2.388.1.
B Gale.2. de crisi. c.2.g.&.1.art.cur. ad glauc.c.2.d
C † caicanti,
D Ysaac li.feb.par 2.c.5.& Ras.30. cõt.t.2.c.1.387.1.
E † calcanti,
F Ga.1.art.cur.ad glauc.c.2.d
G Ras.30. cõti.t.2. c.1.387.1.
H G.1.art.cur.ad glauc.c.2.d
I Ras.30.cõti.t.2. c.2.389.4.
K Ras.t.10.c.2.
L Ser.t.6.c.2.
M Ser.t.6.c.5.
N Ras.30.cõt.t.2. c.389.4.
O G.1.de diffe. feb. c.3.h.g
P L.3.Fen.13.t.3. c.2.& F.16.t.1.c.2.
Q F.21.t.4.c.16.& Gal.aph.o.64.
R G.2. de alimẽt. facul.c.2.e
S G.de succorum bon.& malo.c.8.f
S L.1.Fẽ.3.doc.2. c.2.& li.3.F.13 t.3. c.2.& F.16.t.1.c.2.
T G.3.de cau.sym. c.1.h
T G.1.de diffe.feb. c.4.b
V T.1.c.33.& li.1. F.2.d.2.su.2.c.6.& F.4.c.24.& li.3.Fẽ 2.t.1.c.5.& Fen.2. c.13.& Fen.14.t.2. c.4.& Ga.9.meth. c.1.h.& li.11.c.8.f
X Li.1.F.2.doc.2. su.2.c.18.
Y Li.1.Fẽ.2.do.3. su.1.c.8.
Z Ras.30.cõti.t.1. c.5.2.
A Gal.11.meth. c.4.g

Aut melancholia cuius natura est vt illud quod euaporat ab ea, sit vapor fumosus, spissus, puluerulentus. Et[a] putredo quidē choleræ facit tertianā, & quę currunt cursu eius. Et putredo sangui. facit conclusam. Et[b] putredo phlegmatis ſm plurimum, facit quotidianam: & quæ currunt cursu eius. Et[c] putredo melancholiæ facit quartanam: & quæ currunt cursu eius. Et[d] sangui. locus est intra venas, quare putredo eius est intra venas.[e] Cholera autem & phlegma, & melancholia qñq; putrefiunt intra venas: & qñq; extra venas: & qñ putrefiunt extra venas, si non est causa alia, neq; est putredo in apostemate intrinseco, quod det cordi putredinē continuam, faciunt periodos quas * diximus vnicuiq; humori accidere & eradicari quãuis phlegmatica non eradicetur, quin ibi sint reliquiæ occultæ. Et[f] qñ putrefiunt intra venas faciunt adhærentiam febris: & nō eradicatur neq; est proxima ei, quæ eradicatur: immo est assidua inseparabilis: sed ei est vehementia per quam cognoscitur paroxysmus, qui est ei. Et[g] qñ putredo est intrinseca cōis super venas oēs aut super plurimum earum, quę vicinantur cordi, tunc non sunt forsitan additiones & diminutiones apparentes. Cum aũt est ſm contrarium eius apparent alterationes manifeste. Et[h] febris putredinis qdem extrinsece non eradicatur, & reddit, nisi qm̄ materiei, quę putrefit superuenit putredo in tempore paroxysmi: & finiuntur eius humiditates ex quibus pendebat caliditas, & resoluunt̄ & egrediunt̄ ex corpore: qm̄ non sunt retentæ in venis, ita vt prohibeat eas illud à complemēto resolutionis: & remanet cinereitas eius, & ipsius terreitas, quę non sunt vehiculum febris, & caliditatis: sicut videt̄ de dispositione[h] cumulorum stercorum paulatim paulatim putrescētium donec fiat cinis totum: deinde non remanet caliditas. Et qñ non remanet in humore adusto per putredinem caliditas, destruitur febris, quousq; aggregetur vice alia ad locum putredinis. Et iam remanserunt in ea reliquiæ caliditatis ex putredine prima, quãuis non remaneat materia: aut propter inuētionem causæ primæ putredinis in materia prima, & inflãmatur in materia secunda ſm semitam putrefactionis. Res ergo putredinis periodice procedit ſm inuentionem caliditatis deficientis, putrefacientis & resoluentis, & facientis cinerem, & peruenientis ad vicinum aliud, donec abscindat terminum, & finiat materiam, & non inueniat vicinū aliud & remaneant reliquiæ febris expectantes materiam aliam, quæ effundatur ad locum eius.[i] Cum aũt putredo est intra venas: tūc accidit vt sit resolutio completa difficilis: & q̄ procedat putredo propter continuitatē cuiusdam rei, quę est in venis cum quadam alia, & putrefit oīs res, quæ vicina est ei: deinde procedit ad vicinum aliud. Et iterū illud, quod comprehensum est in venis, est vehementioris peruentionis ad cor. Et[k] istæ quidem febres quibus sunt paroxysmi eradicationis, & teporis, qñq; dimittunt ordinem suum propter diuersitatem materierū in multitudine, & paucitate, & grossitudine, & tenuitate: & propter diuersitatem in eis in genere, qm̄ permutantur quædam materiæ, & fiunt de genere materiei alterius, quæ diuersificatur ab eis in specie, non in multitudine & paucitate, & tenuitate, & grossitie tantum. Et G [l] qñq; fit ex malitia regiminis ægri: aut propter debilitatem eius: aut propter multitudinem sensus eius. Et paroxysmi quidem qui eradicantur, incipiunt ſm plurimum cum horripilatione, aut frigore, aut rigore, & [m] resoluuntur per sudorem. Et non incipiunt cū frigore aut horripilatione ſm plurimum.[m] Nisi aut propter frigus humoris, aut [n] acuitatē eius: quare humor mordicat lacertos: aut propter profundationem caliditatis ad interiora euntis versus materiam: aut propter debilitatem virtutis: aut propter frigus aeris, sicut contingit tempore hyemis. Et illud quod fit ex mordicatione caliditatis, est dignius vt proportionetur ad horripilationē, quam ad frigus. Et [o] plurimū, quod accidit de eo, est vt sit sicut punctio acuum in omni mēbro. Verum resolutio materiei cum sudore est, qm̄ caliditas putrefaciens resoluit humiditatem, & remanet cinereitas: cum ergo sit illa humiditas non obsessa in venis, facilis fit expulsio eius per sudorem in poris. Paroxysmi aũt febris inseparabilis, quæ tepescit, & non eradicatur, non incipiunt cum frigore, nisi [q] propter debilitatem virtutis: aut [q] propter profundationem caloris innati, quare infrigidantur extremitates: & illud est signum malum. Et [r] in quibusdam febribus componuntur frigus, & horripilatio, qm̄ materia, quæ putrefit, est cōposita ex frigido, & mordicatiuo. Et [s] qñq; cōponuntur quædam febres putredinis tali cōpositione, qua fiant in forma inseparabiles: & illud est verbi gratia, qñ incipit humor putrefieri in loco, & cum superuenerit ei putredo, incipit humor de genere eius, aut non de genere eius H putrefieri: tunc obuiat paroxysmus secūdus tempori eradicationis paroxysmi primi, deinde continuatur res ita. Et qñq; componuntur febres putredinis modis alijs compositionis, quos distinguam [t] in capitulis suis. Et [v] paroxysmi quidem febrium prolongantur qñq;, & qñq; abbreuiãtur: & prolongatio eorum est aut propter grossitudinem materię aut viscositatem eius, aut multitudinem eius: aut ipsius quietem: aut propter debilitatem virtutis, aut propter debilitatem sensus: aut propter spissitudinem pororum: quare non resoluitur humor: & eorum abbreuiatio est propter contraria eorum. Et [x] paroxysmi iterum festinant, & tardantur: & [y] tarditas eorum est, aut propterea, quia eorum materia est pauca, aut tardi motus ad mineram putredinis propter grossitiem suã, & hoc quidem est sicut materia quartanæ. Et velocitas eorū est, qm̄ ipsa est multa, sicut phlegma, nisi sit vitreum. qm̄ paroxysmi eius qñq; tardantur: aut subtilis sicut cholera. Et [z] deteriores quidē febres sunt inseparabiles in quibus putredo est intra venas. Deinde illæ, quæ eradicantur, in quibus est putredo in toto corpore, aut in partibus cordis. Et [a] parum quidem accidit senibus febris valde accensa propter frigus complexionis eorum, & paucitatem carnis ipsorum. Pulsus vero dispositiones diuersificantur in febribus putredinis, ſm diuersitatem earum in generibus suis, & ſm

diuersitatem

A Idē.t.4.c. 13. & G.2. de dīijs febri. c.1.d.e. oppositum c.49.&.67.
B Gal. ibidem. d
C Gal. ibidem. e
D Aris.3. de natu. aīal.c.2.
E G.2. de dīijs febri.c.1.e.f, &.2.e, &.2.d crisi.c.12.h, & c.6.e
Supra *
F G.2. de dīijs febrib.c.1.e, &.2. de cris.c.12.b, &.c.6.e
G G.2. de dīijs febri.c.11.42.h
H G.1. de dīijs febri.c.5.h.a
I Halya.8. theo. c.4.
K Cap.49.& c.66. & G.2. de differ. febri.c.11.42.f, & Halya.8.theo.c.4.
L G.2. de differē. feb.c.11.fo.42.f
M G.2. de sympt. cau.c.5.e
N G.2. de sympt. cau.c.5.fo.23.f
O Gal.2. de crisi. c.3.f
P Ras.30.cōti.t.3. c.1.395.3.
Q Ga.4.apho.46. &.7.aphor.1.
R G.2. de sympt. cau.c.5.fo.23.c
S G.2. de differēt. feb.c.2.f.g, & c.11. 42.a.b
T 16.17.t.4.
V T.1.c.4.& Gal. 3.pgnost.23.f, &.2. de crisi.c.11.h.a, & 2. de differren.feb. c.11. fo.41.h.a, & c.3.h, & Ras.30.ɔt. t.3.c.1.394.3.
X Halya.8.theo. c.4.
Y T.1.c.4.
Z Hip.4.apho.43.
A G.1.apho.14.h, & Ras.30.cōti. t.1. c.1.380.2.

A diuersitatem speciei vnius earum in vehemētia,& debilitate:& in fortitudine accidentium, & debilitate eorum.Et[a] qñq; accidit ei durities,aut propter apostema calidum vehementis extēsionis: aut propter apostema calidum in membro neruoso aut propter apostema durum:aut propter vehementiam siccitatis:aut cum dominatur frigus in principijs.Et qñq; fit lenis propter materiam lenem phlegmaticam,& sanguineam.& propterea,q̄ apostema est in membro leni, sicut illud, q̄ est in hepate,et[b] peripneumonia,&[b]lethargia:aut propter humorositatē cum expectatur qñ vult vt sudet.Et[c] pulsus quidem in principio paroxysmorum fit debilis coarctatus propter aduentum virtutis super materiam,& occupationem eius in mundando & euentando.

A G.1.de differē. feb.c.7.fo.34.d
B G.de pulſ. ad ty. ro.c.11.fo.45.f
C G.3. de plagitio ac expulſ.c.7.b

Sermo vniuersalis de signis febrium putredinis. Cap. 2.

Significant febres putredinis aduentus[d] causarum antecedentium eas:et proprie qñ non est in eis causa primitiua.Et[e] pulsus,& anhelitus constrictio est velox,q̄m necessitas est ad mundificandum vehemens valde.Et[e] est caliditas mordicatiua non suauis,sicut est caliditas ephimerę febris.Et plurimum quidem febrium putredinis antecedit[f] almelileta.& almelileta quidem est dispositio,cui admiscetur caliditas,non[g] perueniens ad hoc vt sit febris:& associatur ei[h] lassitudo,et fractio membrorum,& pigritia,& alices,& saltus,&[h] cōmotio somni, &[h] vigiliæ, &[h] constrictio anhelitus,&[h] tensio venarum,&[h] hypochondriorum,& dolor capitis,et pulsatio capitis.Cū ergo B prolongatur facit cadere in febres putredinis:aut facit accidere debilitatem,&[h] citrinitatē coloris. Et quandoque associantur almelileta antecedenti febres, multitudo superfluitatis,et[h] mucus, et[h] nausea,& vrina plurima, & egestio plurima putrida,& grauitas capitis,& tebegi. Et accidit frequentia in pulsu non à causa extrinseca,ex labore,aut ira,aut alijs. Cum ergo acciderit in eo coarctatio,tunc iam venit paroxysmus:& coarctatio quidem est submersio[i] pulsus,et paruitas diuersa in qua accidunt pulsationes magnæ fortes,& non est velocitas eius fortis.[k] Sed diuersitas in principio,& in augmento est ex proprietatibus significantibus febrem putridam:quamuis non appareat in tertiana plurima apparitione propter leuitatē materiei.Et[l] de signis quidē quod febris sit putrida,est euacuatio periodi primi sudoris,& humectatiōis.Ephimera.n.est è cōtrario illius dum non permutatȓ ad putredinē,licet sit in principio febris tertianæ propter lenitatem eius prædictā, & q̄ augmentum eius est permistum,non proportionatum,nō simile.Et prolixitas augmenti iterū significat,quod ipsa est putrida.Et additio pulsus in magnitudine ſm processionem significat augmentum.[m] Amplius aut est interpollata incipiens cum rigore,aut horripilatione,et dimittens ſm plurimum cum sudore & humorositate & procedens periodice cum paroxysmis suis. Aut est inseparabilis cum tepore aut sine tepore, non similis ephimeræ in vrina,& pulsu,& complemento mundificationis,& quiete accidentium.Et[n] cum plurimis quidem putridarum sunt accidentia C plurima ex siti,& dolore capitis,& nigredine linguæ,& proprie apud statum: & multiplicatur inquietudo ex angustia,& agitatione vehementi:quam facit pugna materiei & virtutis: qñq;.n.eleuatur materia,& qñq; consurgit virtus.Et pulsus propter illud qñq; tendit ad magnitudinē,& fortitudinem:& qñq; ad paruitatem,& debilitatem,& coarctationē.[o] Durities autem fit qñq;,& non oportet semp̄ vt sit nisi sit cum febre ap̄a durum,in quocūq; membro sit:aut ap̄a in membro duro q̄uis non sit durū:aut iā acciderit potus aquæ frigidæ:aut aliqd aliud de illis,q̄ indurant pulsum de illis,q̄ dicunȓ in libro pulsuū.Diuersitas aūt in principio,& augmento est ex ꝓprietatibus febris putridæ:& est de significationibus eius fortibus,quāuis non appareat in tertiana plurimum, propter leuitatem materiei.Et[p] dum non sit pulsus fortis,& non sit velox velocitate prædicta,tunc febris adhuc est ephimera:& non permutatur ad putredinē.Et[n] est vrina in principio indigesta, aut parum digesta:et fortasse est acuta.Et scias,quod à febribus acutis raro fit euasio nisi cū contractione membri.Et qñ remanserit febris post quietē apostematis in pleuresi,& similibus,tunc scias,quod de materia remansit aliquid,& quod materia iam declinauit ad locum vbi apparet dolor.

D G.1.de differē. feb.c.7.f
E Gal.ibidem. h
F Raſ.30.cōti.t.1. c.1.377.1.
G Oppositum.Ra ſis ibidem.
H Raſ.ibi.376.3.4
I G.1. de differēt. feb.c.7.h
K Gal.ibidem.g
L Yſaac li.de feb. particula.5.c.3.
M G.1.de differēt. feb. bric.7.f.g
N Gal.ibidem.a
O Gal.ibidē.c, & Raſ.30.cōt.t.1.c.1. 378.4.
P Gal.ibidem. d.e

De signis febris continuæ. Cap. 3.

In[q] continua est diuersitas pulsus,quæ est secundum febrem,apparens valde: & est in plurimo eius non habens ordinem,neq; pondus.Et[q] perseuerat febris,& nō separatur post vigintiqua-D tuor horas.Et non associatur ei,quod diximus de dispositionibus interpollatæ.s. de antecessione rigoris,& alijs.Et de illis,quæ significant eam est eius assiduitas,et[q] vehementia diuersitatis dispositionis eius apud augmentum:minuitur enim quandoq;,& augetur vice alia.

Q G.1.de art.cur. ad glauc.c.8.d

De rebus in quibus differunt febres putredinis,& in quibus communicant. Cap. 4.

Febris[r] quæ est propter putredinem choleræ,motus est tertianus, siue sit motus principij paroxysmi,aut principij vehementiæ:nisi species eius,quæ dicitur adusta,[s] cuius motus est occultus valde:& est sicut inseparabilis conclusa.Et[t] tertiana quidem pura est acuta propter subtilitatē materiei:& eius caliditas est magna,mordicatiua propter fortitudinem choleræ:sed[v] est salutifera: propterea,quod cholera est leuis super naturam,&[v] q̄m ipsa facit quietem.Tertiana vero nō pura est longioris spatij,q̄ pura.Et[x] pura quidem raro pertransit septē periodos,nisi ab errore. Continua qñq; consumitur in hebdomada.Et illa,quę est ex putredine sanguinis,est continua,inseparabilis:& eius calor est plurimus,cōis,cum lenitate,nō cum mordicatione choleræ:& qñq; peruenit ad statum in[y] quatuor diebus.Phlegmatica autem periodicās omni die,est lenis caliditatis per comparationem ad cholericam:& est[z] longa propter viscositatem materiei,& frigus eius,et multitudinem eius:&[a] est magni timoris,q̄m habet paruum spatium eradicationis & teporis, &[b] q̄m ipsa

R Halya.8. theo. c.4.& Gal. de diffe. febr.c.1.e.f
S Cap.41.
T T.1.c.4.& Halya.8.theo. c. 4.
V G.4.apho.43.
X Hip.4.apho.59. & G.2.de cri.c.6.g
Y Gal.3. de criſi. c.4.e
Z G.2.de diffe. febri.c.4.a
A Ga.1.art.cur.ad glauc.c.8.e
B Gale.2. de criſi. c.5.e.&.1.ar.cur.ad glauc.c.5.h

ipsa associatur corruptioni & debilitati in ore stomachi à qua non excusatur: et illud est de illis, quę attrahunt accidentia mala ex syncopi, & pulsu cordis, & casu appetitus. Et quæ de ea est inseparabilis, est [a] res magis similis hecticæ, si non esset lenitas pulsus: quamuis qñcp fiat durus etiam. Et quantum est minus pura, est minoris, & breuioris paroxysmi nisi declinet cum paruitate suæ puritatis ad melancholiam. Quartana aũt est non acuta propter frigus materiei, longa propter illud: & fortasse extenditur, quæ de ea [b] pura est anno vno: & non pura est breuioris spatij: verum in ea nõ est timor, qm̃ quietem facit in spatio longo: & qm̃ ipsa non est talis acuitatis, φ ipsam sequantur accidentia vehementia. Et [c] quartana quidem, & [c] tertiana assidua, et [c] interpolata consumunt per vomitum, & solutionem ventris, aut sudorem, aut prouocationem vrinæ. [d] Adustiua aũt consumitur per huiusmodi, & fluxum sanguinis narium. Et [e] scias, quod principium prolongatur in tertiana, & [f] status in conclusa, & declinatio in incensiua, seu adustiua, & [g] status & declinatio in quotidiana: quãuis [h] raro inueniatur quartana continua, & quotidiana integrę eradicationis. Et febres qñ non curantur, ſm φ oportet, & proprie apostemosæ, conuertuntur ad arefactionẽ: & proprie in febribus acutis, in quibus oportet vt patientes eas, cibentur: & non cibantur propter intentionem vt perueniat natura super materiam: aut oportet vt detur in potu aqua frigida, & non datur in potu propter intentionẽ vt non fiat cruda, & non succurritur cũ extinctione alia. Qm̃ si fuerit intentio quã dicturi sumus in cibatione, et dando in potu aquã frigidam, fortior duarum intentionum prædictarum, præmittatur super eas ambas, & dimittatur obseruatio illarum duarum.

E

A Cap. 48.
B Cap. 61.
C Gal. 2. de crisi. c. 3. e, & Ras. 30. cõt. t. 3. c. 1. 295. 4.
D Ras. 30. cõt. t. 3. c. 1. 295. 4.
E Ras. ibi. 395. 2.
F G. de toti. morbo. tpib. c. 4. b, & 3. de crisi. c. 4. c
G Oppositũ. c. 46.
H G. 2. de dñijs febri. c. 2. g, & ð morbo. tpib. c. 7. a

F

De significationibus accidentium febrium. *Cap. 5.*

SCias, [i] φ acceptio significationum febrium est ex regimine antecedente, & quomodo fuit. Et [i] ex dispositionibus & accidentibus præsentibus ex eis, quæ dicemus, & ex regionibus, & temporibus, & ex ætate, & complexione, & ex pulsu, & vrina, & vomitu, & egestione, & fluxu sanguinis narium, & ex dispõne febris in [α] rigore, et sudore, et qualitate caliditatis, et ex paroxysmis, & ex dispõne appetitus, & sitis, & ex dispõne anhelitus, & ex cõiunctis sicut dolore capitis, et vigilijs, et alienatione, et inqetudine, & alijs. Febribus. n. adsunt accidẽtia ex qbus significant dispões earũ: de [k] qbus sunt accidentia significãtia magnitudinẽ earũ, & ipsarũ paruitatẽ, sicut qualitas caliditatis, & quantitas ipsius. Et de ea est, quę est mordicatiua vehemẽter à principio quæ incepit, vel inuadit vsque ad finem suum. Et de ea est, quæ mordicat in primis, deinde minuitur propter resolutionem materiei, & lenitur. Et de eis sunt, quæ non mordicant. Et de eis sunt quarum caliditas est humida. Et de eis quarum caliditas est sicca. Et [l] sunt accidentia, quæ significãt genus earum, sicut accidentia propria cum tertiana, sicut principium paroxysmi cum punctione, & horripilatione, & mordicatione caliditatis in eo. Et [m] accidentia significantia malitiam earum, sicut inquietudo, & alienatio, & vigilię. Et [k] accidentia significantia digestionem, et indigestionẽ sunt sicut illud, quod dicemus de dispõnibus vrinæ. Et [k] accidentia, quæ significant crisim, quæ dicemus. Et [k] accidẽtia significantia sospitatem aut contrariũ eius: & [n] dicemus oĩa illa. Et [o] formę insunt iudicia plurima, sicut [p] ille cuius cõuertitur color ad plumbeitatem ex albedine, & viriditate: & significat frigiditatem humorum, & paucitatem caloris innati: aut conuertitur ad tebegi, & inflationem sicut accidit ei cuius febris causa est satietas nauseatiua: & [q] sicut velocitas detumitionis vel extenuationis faciei, & tornatilitatis eius, & tenuitas nasi, & significant aut vehementiam caliditatis, aut subtilitatem humoris, aut velocitatem resolutionis eorum propter amplitudinem pororum. Et motus in seipsis, & [r] exitus eorum à consuetudine, aut casus eorum habent significationes & res aliæ de illis quas dicemus. Et accidentium febrium quædam sunt quorum hora est hora status, sicut alienatio, & commistio mentis, propter inflammationẽ capitis. Et de illis sunt quorum hora est principium, sicut horripilatio, & frigus, & [s] sicut profunditas somni, quæ consequitur plurimum principiorum febrium, propter debilitatem cerebri, & declinationem caliditatis ad interiora vbi est materia: & multitudinem vaporum eleuatorum propter cõmotionem incipiẽtem in corpore, vsquequo resoluat eos inflammatio: & [s] adiuuat illud frigus cerebri in seipso & frigus humoris, qui vult putrefieri, & calefit. Et res ex quibus scitur dispositio febris, & ex qua specie sit, sunt dispositio febris in acuitate sua, & sua lenitate: & dispositio febris in hoc, φ ipsa accidit à causis primitiuis, aut antecedentibus ſm conditionem prædictã. Et dispositio febris in adhęrentia vel continuitate sua: & eradicatione: & tepore suo: & dispositio febris in inceptione sua cum [α] rigore: & frigore, & horripilatione, aut eius contrario, & in quo tempore fuerit illud, quod ex eo fuit. Et dispositio febris in dimissione sua cum sudore plurimo, aut pauco. Aut dispositio præterita regiminis, & ætas, & forma, & tempus, & ars, & dispositio pulsus, & vrinæ.

G
H

I Ras. 30. cõti. t. 1. c. 1. 378. 1.
Infra α
K Gal. 3. de crisi. c. 4. a
L Gal. ibi. a. b
M Gal. ibidem. b
N F. 2. t. 1. c. 25.
O Hip. 1. pgn. 5. h
P Ras. 30. cõti. t. 3. c. 1. 390. 3.
Q Hip. & G. 1. pgnost. 6. & 7. a. b
R T. 4. c. 18.
S Gal. 2. l o. aff. c. 8. fo. 14. c.
Supra α

Sermo de rigore, & frigore, & horripilatione, & fractione. *Cap. 6.*

HOrripilatio est dispositio in qua inuenit corpus diuersitatem in frigore, & punctione in cute, & lacertis: & antecedit eam pigritia, & fractio, & quasi fractio est species eius. [v] Frigus aũt est vt sentiat in membris suis, & dorsis lacertorum suorum frigus purum. [v] Rigor vero, est vt non possit continere mẽbra sua ex cõmotione, & tremore eueniente in eis, & motibus inuoluntarijs: & [x] fortasse est frigus forte, & nõ fit rigor fortis, sicut in febribus phlegmaticis, & quartana. Et [y] de causis vehementiæ rigoris est [β] vehementia virtutis expulsiuæ in lacertis: & propter illud quanto est causa rigoris mordacior, est rigor vehementior: & [z] sang. submergitur cum rigore ad interiora. Et [a] scias, φ humor frigidus est quietus, quem iam consueuit membrũ in quo est: & quiescit passio eius

T Ga. 2 mẽ. 3. in. 6. Hip. de mor. vulg. 29. 177. b, & de tremore. c. 6. g
V Ga. de tremore c. 6. g
X G. 2. de sympt. cau. c. 5. fo. 23. b
Y Ras. 30. cõt. t. 1. c. 1. 379. 4.
Infra β
Z Ga. 2. de sympt. cau. c. 5. fo. 23. f
A Ga. de tremore c. 6. fo. 54. d

A eius ab eo, quare non sentit frigus eius. Cũ ergo mouetur, & spargitur sparsione plurima, aut pauca propter aliquam causarum. i. propter caliditatem separantem, aut aliud, patitur ab eo mẽbrum, quod erat non occurrens ei: & sentit frigus eius propter causam complexionis diuersæ: & tu quidem [a] sciuisti hoc in radicibus vniuersalibus sciẽtiæ medicinę. Et [b] multoties quidẽ accidit à phlegmate vitreo sparso in corpore rigor, non perducens ad febrem. Et qñq; sunt ei periodi: & non est fortitudo eius fortitudo rigoris perducentis ad febrem. Et [c] materia, quæ facit lassitudinem ꝑ paucitatem suã, facit rigorem per suam multitudinem antequã putrefiat: nam si non putrefit, nõ perducit ad febrem. Et qñq; accidit frigus, & rigor propter submersionem caloris in corpore causa cibi, & quæ sunt ei similia. Et [d] rigor, & frigus antecedunt febres, qm̃ humor crudus effunditur ad lacertos in primis, & nocet frigore suo per comparationem ad lacertos: deinde cum incipit putrefieri, incipit calefieri. Et [e] qñq; antecedit rigor febres propter mordicationem humoris, & [β] fortitudinem virtutis expulsiuę, quę est in lacertis, sicut excutitur homo ex effusione aquę calidę valde sup cutem, et proprie cum est salsa. Et [f] fortasse fit nocumentum eius, quod mordicat causa vt refugiat calor innatus ad interiora, & dominetur frigus: quare fit cum mordicatione caloris frigus, quasi frigus ambiens extrinsece, & mordicatio calidi fit apud panniculos interiores. Et qñq; accidit rigor: propterea, quia refugit calor ad interiora, sicut fit in apostematibus intrinsecis. Et [g] qñq; significãt B rigor, & horripilatio sanitatem in febribus inseparabilibus, qm̃ significãt quod materia expellitur ex venis, & egreditur. Verum qñ non est cum digestione, & in hora cretica, & non sequitur eã leuitas, est significatio, ꝙ expulsio illius quantitatis non est: qm̃ virtus est vincẽs: immo qm̃ materia multa expellitur propter multitudinẽ suam. Et [h] de rigore est, qui significat mortem sicut ille, qui sequitur debilitatem virtutis & casum caloris innati & siccitatem. [i] Horripilatio vero fit ex causis paucioribus causis rigoris. Et commotio animę, & periodi indicat periodum. Et [k] senum quidem febres sunt sepultæ. Et [l] qñq; est causa in longitudine febris grossitudo in visceribus, quare resupinetur febriẽs, & extendat pedes suos, & tangãtur viscera sua. Et [m] qñ denigratur lingua febrientis cum alleuiatione febris, tunc febris eius est sepulta. [n] Et quãdoq; associatur febri paralysis, ergo curetur febris in primis. Et de eis quæ conueniunt illis, est syrupus acetosus permistus cum gelenjabin, & aqua ciceris cum oleo, si tolerat febris. Et [o] rasio capitis est ex eis, quę inspissant cutem eius, quare reuertuntur vapores, & fit fortis febris.

De intentione ad curationes vniuersales febrium putredinis. *Cap. 7.*

SCias [p] quod intentio in medicando has febres qñq; vertitur ad partem febris, quare est necessarium, vt infrigident, & humectent. & qñq; ad partem materiei, vbi necesse est vt digerat: aut necesse est vt euacuetur. Et [q] digestio quidem in grossa est ęquatio eius cũ subtiliatione. In subtili C est æquatio eius cum ingrossatione. Et [p] qñq; cõtraria sunt illa, quæ requirit febris de infrigidatione, & illud quod reqrit humor de digestione, & euacuatione, et resolutione. Qñq;.n. est digestiuũ, & euacuatiuum [r] calidum: immo est ſm plurimum ita, & tunc [s] oportet vt obseruetur magis timorosa de vna duarum rerum. Et fortasse contrarium est illud, quod conuenit febri de infrigidatione cum eis, quæ sunt sicut batech indi, & reliqua olera, ei quod conuenit materiei de minoratione, quare prohibet illud dare ea in potu, nisi vbi non est materia. Et [t] oĩno solicitudo sit vt postponatẽ aqua alfuache. i. fructuum recentium vsq; ad hebdomadam: & sit contentus aqua hordei. Et [v] oẽs fructus nocent febricitãtibus cum ebullitione sua, & corruptione sua in stomacho. Et [x] multoties quidem inuenitur res, quæ digerit, & subtiliat, & infrigidat cum euacuatione sicut syrupus acetosus. Et [y] scias, quod febris qñq; est tantę vehemẽtiæ, & acuitatis, quod nõ licet vti regimine causæ, immo indiget infrigidatione vltima: & proprie cum non inuenis virtutem fortem, resistentem, tolerantem. Quod si inuenis eam resistentem, tolerãtem, abscinde causam, & rege humorem, & abscinde cibum: & non infrigides infrigidatione, quę prohibeat resolutionem. [y] Quod si inuenis virtutem deficientem, sis occupatus in æquando complexionem contrariam ei, quare infrigida eam, & viuifica virtutem cum cibo. Cumq; virtus fortificata fuerit per viuificationem suam, & vincit contrarium suum, redi ad causam. Et cum tu infrigidas de istis febribus, tunc non infrigides cũ eo D in quo sunt stypticitas, & inspissatio sicut sunt trochisci infrigidãtes, nisi post digestionẽ, et euacuationem. Et scias, quod cura febris putridæ est diuersa à curatione febris hecticę. Curatio.n. hecticę est contenta super contrarietatem ægritudinis: & curatio febris putridæ non est contenta sup contrarietatem ægritudinis tãtum, immo super ipsam & super abscissionem causæ eius: quamuis ipsa non sit similis vel conformis ægritudini. Et cibatio quidem est amica virtuti ex parte viuificationis eius, & inimica virtuti ex parte ꝙ ipsa est amica inimico eius, & est materia: quare est adiuuans vtranq; earum, quamobrem indiges in regimine eius canone: & nos singulare [z] capitulum ei, si Deus voluerit, faciemus. Et [a] scias, quod non est tibi possibile curare febrem, nisi cognoueris eam. [b] Quod si ignoraueris, tunc subtilia regimen: & [c] prouide ne occurrat paroxysmo, nisi ventrem habeat vacuum. Et [d] non [α] moueas in die paroxysmi aliquid quantum possibile est tibi, neq; cures febrem. Et [e] oportet vt obserues in oĩbus illis dispositionem virtutis. Quod si fuerit fortis, & fuerit illud, quod vincit sanguis, aut cum humore, qui vincit, sangui. tunc phlebotomia est magis cõueniens, & [f] proprie cum vrina est rubea, grossa: non citrina ignea ex qua timeatur apud phlebotomiam victoria choleræ, & acuitas eius. Deinde fac sequi phlebotomiam solutionem ventris subtilem, proprie si fuerit illic siccitas, cum eis quæ sunt sicut aqua hordei, & alsiracost parum, & aqua hordei

A Li.1.Fẽ.2. do.3. c. B G. de inequali intẽperie. c.8.t, & de ... c.7. g, & li. de differẽt. feb. c.6.g, & Ras. 30. ... 1.c.1.379.4. C G.3. de lau. tuẽ. c.5.g D G.2. de sympt. ca. c.5.23.c E G.2. de cau. sym ... c.5.22.e Supra B F G.2. de sympto. ... c.5.13.f G Hip. 4. apho. 63. H G.2. de sympt. ca. c.5.23.g, & Ras. 30. pt.1. c.1.380.2. I Gal.2. de sympt. ... c.6.h K Hipp. & Gal. 1. apho.14.h L Fen.2.t.1.c.93. M Fen.2.t.1.c.38. N Li.3.F.2.c.4. O Fẽ.2.t.1.c.101. P Gal.10. meth. c.1.d Q Li.1.F.1.doc.6. ... c.3. R Ga.1.apho.14.f S Li.1.Fẽ.3.doc.2. ... & 16.& Fẽ.4. ... & Ga.lib.4. de ... tuẽ. c.9.c, & 5. ... 19. & 10. me tho. c.1.e T Oppositũ.c.10. V Li.1.F.3 doc.2. c. X Cap.9. Y Gal.10. meth. c.1.d.e Z octauum A Ga.1.art. cur.ad ... c.1.e, & 3. me tho. c.1.c B Cap.8. & lib.1. F.4.c.1.& Ras. 30. ... c.1.377.1. C Cap.8.& Hipp. 1.apho.11. D Gal. de iis quos purg. op. fo. ... & Ras.30.cõu.t.3. c.397.1. Infra α E Gal.9. metho. ... f F Lib.F.4.c.20. & Ras.30. cõu.t.1. ...

hordei & syrupus acetosus. Et si natura non fuerit lenis adde in eo, quod est sicut siracost, quod sit E sicut syrupus viol. Et sit finis intentus lenificatio, non fluxus ventris, & non solutio laboriosa. Et magis dilectum est apud me administratio clysteriorum ſm quantitatem vel mensuram qua indigetur in virtute. Et de clysteribus cõis iuuamenti leuibus est clystere factum ex oleo viol. & succo foliorum siclæ, & vitello oui, & zuccaro ru. & baurac. Cum ergo lenieris hac lenificatione fortasse in statu idigebis eo debiliore quam illud quo indiguisti in principio. Et illud est qñ natura est obediens. Deinde fac ipsum sequi ea, quæ vrinam prouocent: sicut syrupus acetosus decoctus cum radice apij, & similibus. Deinde fac ipsum sudare, & aperi porositates eius cum illis in quibus nõ sit calor fortis, sicut cum inunctione ex oleo chamemelino, & fricatione cum vino albo, & cum aqua dulci tepida. Et si febris fuerit acuta valde non conceditur aliquid ex vnctionibus & embrocationibus. Quod si inuenis humorem in primis declinare ad stomachum, fac vomere cum eis in qbus non sit diuersitas consuetudini: immo cum eis, quæ sunt sicut syrupus acetosus cum aqua calida, cum natura mouet humorem ad vomitum: & nõ diuersifices eam, si fuerit declinatio ad intestina, & senserit infirmus rugitum, & descensum fæcis, tunc adhibe, quod soluat ventrem. Et [a] prohibe eum à somno in principijs febrium: proprie qñ est horripilatio, aut frigus, & rigor, qm̃ prolongat super eum frigus, & rigor: ipse nanq; adiuuat materias, si fuerint commotæ ad quædam viscera, & prohibet digestionem humorum: apud declinationem vero est iuuatiuus valde: & fortasse nõ no- F cet apud statum. Et [b] non prohibeas ei aquam frigidam, nisi fuerit humor, qui est in eo, crudus, & grossus: tũc .n. prohibet digestionem. Et scias, q; qñ phlebotomia iuuat, deinde vteris via mala, vel regimine malo & non est corpus mũdificatum, indicat recidiuam. Humoris aũt cholerici digestio est, vt conuersus à sua subtilitate fiat spissus: & aqua quidem frigida facit illud, nisi sit [b] stomachus, aut [b] hepar debile, aut [b] frigidum: aut sit in [b] visceribus apostema: aut sit in neruis eius dolor: aut sit complexio eius pauci sanguinis: aut caliditas eius innata debilis, quare debilitatur post potũ aquæ frigidæ. Aut sit non consuetus potare aquam frigidam: sicut illi, qui sunt de regione calida: isti .n. spasmantur velociter, & associatur eis singultus: et [c] extenuatus est de hac summa. [d] Vbi aũt materia calida, aut grossa iam digesta est, & corpus est carnosum, & caliditas innata exuberans, et virtus est fortis, & viscera sana, & non frigida eorum complexio radicalis, & [e] non insueta aquæ frigidæ, immo assueta aquá frigida valde, tũc aqua frigida est melior res: multoties .n. adiuuat ad expellendum materiam cum solutione naturæ, aut per vomitum, aut per vrinam, aut per sudorem, aut per oĩa illa: quare fit statim, vt sanetur. Et qñq; dat in potu medicus de aqua frigida infirmo [f] quantitatem plurimam adeo, donec color eius fiat viridis, & tremat, quæ sit saltem perueniens vsq; ad heminam vnam, & dimidiam. Et [g] fortasse conuertitur febris ad phlegmaticam: & [h] fortasse confortatur natura, & expellit materiam cum sudore, & vrina, & fluxu ventris, & est sanitas. Et qñq; ite- G rum sunt quædam prohibentia, deinde timet̃ malitia caliditatis, & sitis, & existimas, q; peruenitur per eam ad ariditatem, vel extenuationem, non prohibeas aquam frigidam, nã additio apostematis & cruditatis eius fortasse melior est, q̃ extenuatio. Et [i] syrupus quidẽ acetosus qñq; etiam sedat sitim, & incidit, & soluit: & nocumentum ipsius apostemati non est plurimum, sicut nocumẽtum aquæ: & non est ei vis aggregandi materiam, & inspissandi eam. Et similiter iuleb plurimæ comestionis. Et cum nõ licet bibere [k] aquam frigidam, & fit audax super eam, timetur q; faciat accidere constrictionem pororum: quare sit causa febris alterius propter aduẽtum oppilationis alterius: & fortasse erit vehementior prima. Et [l] qñ obuiat membro debili, corrumpit operationem eius: & multoties facit deglutionem difficilem, & facit difficultatẽ anhelitus: & facit accidere tremorem, & [m] spasmum, & debilitatem vesicæ, aut renis, aut colon. Et ille quem plurimũ oportet ex eis prohibere à potu aquæ frigidæ, est cui nocet in sanitate sua: [n] immo cũ videris figuram fortem, & musculos grossos & complexionẽ calidam siccam, & euacuaueris, tunc qñq; concedes infusionẽ fieri in aqua frigida, & apud declinationem & apparitionem signorum digestionis, & euacuationem humorum, non est malum vt administretur balneum: & potus vini subtilis cõmisti, & inunctio cũ oleis resoluentibus. Et cum administraueris canones prædictos in principio euentus febris, tunc oportet post illud vt tu occuperis in digestione, & euacuatione, quæ non est ſm semitam minora- H tionis & desiccationis: & iam diximus eam: immo ſm semitam abscisionis causæ. Et non euacues materiam indigestam in calido, aut frigido nisi propter necessitatẽ: [o] fortasse .n. multiplicatur euacuatio alterius humoris non præparati cum digestione vt euacuetur. Et [β] fortasse permiscet̃ cum ea malignum cum bono: propterea, q; mouetur malignum cum bono absq; digestione sua. Et tu non auscultes [p] virum, qui existimabat, q; intentio in digerẽdo est subtiliare, & humor calidus est subtilis, quare non est necesse vt subtilietur. Res .n. non est sicut dixit, immo [q] intentio in digerendo est æquare substantiam materiei, ita vt fiat præparata ad expulsionem facilem, & subtile imbibitum, & grossum fixum, & viscosum adhærens: totum illud nõ est præparatum ad expulsionem facilem: immo est necessarium vt inspissetur subtile parumper, & subtilietur spissum parumper, & incidatur viscosum. Et si vir iste non audiuisset in sermone antiquorum de digestione aliquid ex genere eius, quod diximus & considerasset dispõnem digestionis humorum [r] per sputum expulsorum .s. quia qui de eis subtilis est indiget vt inspissetur: & qui de eis spissus est, indiget vt subtilietur, necessarium fuisset vt sciuisset hoc per illud. Et quare est, q; non considerauit in seipso & non dixit, quare est, q; vrinæ in febribus acutis non habent in principijs earum sedimen, deinde fiunt

habentes

A G.2. aph. 1.a.b, & oppositũ. Fen.2. c.49.
B Gal.9. meth. c.5.e.f
C G. de ꝯsuetudĩe c.1.e.f
D Raf.30.ꝯti.t.5. c.2.400.3.& G. 11. meth.c.5. b
E Gale.de ꝯsuetu. c.1.e
F G.9.meth.c.5.e, & 1.de rõne vict. ĩ acut.43.h
G Cap.45. & Raf. 30. conti. t. 1. c. 2. 383.2.
H Gal.9.meth. c.5.g
I Raf.30.cont.t.1. c.2.384.3.
K Gal.9.meth. c.5.e
L Gal. ibidem. f
M Gal. de ꝯsuetu. c.1.e
N Gal.11. meth. c.9.b
O Lib.1.F.4.c.4.
Infra β
P Raf.30.cõti.t.1. c.2.384.1.
Q Li.1.F.1.doc.6. c.3.
R G.4.loc. affect. c.8.g, & .2. de crisi. c.10.e.f

A habentes ſedimen, et an ſedimen laudabile eſt aliquid aliud ab humore faciente ægritudinem, qui iam digeſtus eſt, et quare non expellitur in principijs ægritudinis, ſi eſt ſubtilitas vltimum, quod intenditur in digeſtione: et neceſſarium eſſet tunc, ꝙ ſit in principio febrium ſang. et choleræ ſedimen laudabile? Si autem naturæ non eſt poſsibile expellere illam ſuperfluitatem niſi poſt horam, in qua fit præparatio ad expellendum in vrina, tūc ſimiliter oportet vt ſciatur, quod arti euacuare humorem ante illam horam in qua apparet digeſtio in vrina, eſt prohibitum, difficile laborioſum.

Supra β

Et fortaſſe mouet, et nō operatur vltime: et [β] fortaſſe miſcet malignum cum bono. Et eſſet melius homini huic, vt bene opinaretur de illis, qui fuerunt ſicut Gal. et Hip. in eis, quæ ſcripſerūt de hoc: aut conſideraſſet optima conſideratione, poſtea rediſſet ad contradictionem: quia contradicens primoribus cum veritate eſt excuſatus. Verum melius eſſet ei vt bene conſideraſſet prius. Et opinor, quòd huic viro acciderunt experimenta, quæ profuerunt in hoc capitulo, et acquieuit in eis. Et huiuſmodi quidem experimentis, quæ non ſunt ſecundum canones, accidit eis, vt nec vnum valeat ſeu iuuet aut accidit eis vt neꝗ vnum fruſtretur operatione ſua iuuatiua et hoc eſt conueniens.[a] Cum autem materia eſt plurima, mobilis, permutabilis de membro ad membrum, et exiſtimas, quod nō eſt ſpatium in digeſtione eius, aut fortaſſe accidit ex ea apoſtema ſirſen aut aliud ab eo. Et ſi dimittatur, faciet cadere in timore ante tempus in quo cadit digeſtio eius: et illud eſt lon-

A Li.1.F.4.c.1.& c.2.& lib.3.F.1.t.1.c.19.& Ga.1.apho.22.b, & de ijs quos purg. oportet. b

B gius, quàm tempus in quo cadit vel expectatur digeſtio æqualis, proculdubio tunc eſt neceſſaria euacuatio eius: timor enim in hoc eſt minor, quàm timor in illa: et cum hoc natura mouetur ad expellendum eam, propter multitudinem ſui nocumenti: cum ergo adiuuatur natura, conuenit ei adiutorium vltimum: quare non eſt excuſatio eius. Et [b] ſcias, quòd phlebotomia quando eſt intentio ſanguinis non eſt ex genere eius, in quo expectatur digeſtio, expectatione, quę eſt in ſolutiuis: & non expectatur digeſtio niſi in humoribus alijs. Et cum poſt ponitur phlebotomia à principio ægritudinis, tunc non phlebotomes in ſtatu eius, cum non ſit ei intentio: & fortaſſe interficit propter aduentū debilitatis virtutis. Et [c] ſimiliter ſi times victoriam humoris, & magis neceſſaria cautella eſt euacuatio, & ſi non eſt digeſtus [d] non moueas niſi in principio: apud ſtatum vero non moueas aliqd, donec vincat natura, & digerat: & [e] ſi ipſa non mouet, moue tu [f] motu ſimili vel conuenienti motui eius, vel ad partem ad quam ipſa mouet: & ſi ipſa mouet, aut mouit, tūc dimitte eam & operationem eius. Et hoc eſt illud, quod nominauit [g] Hip. furioſitatem, vbi dixit: oportet vt adminiſtretur medicina ſolutiua poſtꝗ digeritur ægritudo. In principio aūt ægritudinis non oportet vt adminiſtretur illud, niſi ægritudo ſit furioſa & forſitan non eſt ſm plurimum furioſa. Et talis eſt iſta euacuatio neceſſaria, quæ non eſt in hora ſua, ſicut [h] cibatio neceſſaria, quæ non eſt in hora ſua. Et proportio iſtius euacuationis ad prohibendam acuitatem materiæ, eſt ſicut proportio illius ci-

B Raſ.30.cōti.t.3.c.2.396.4

C Li.1.Fē.4.c.20.& Gal. 9. metho. c.12.c

D Hip.2.apho.29.

E G.1.aph.20.g.h, & 1.ar.cur.ad glau co.c.15.f

F Ga.1.apho. 21.

G 1.aphor.22.

H G.1.apho.9.

I Lib.1. F.4.c.20.

Supra α

C bationis ad prohibendum virtutem à caſu ſuo.[i] Cum ergo exerces euacuationem, tunc conſidera horam interpolationis, aut horā ipſius teporis, aut frigidiorem horam, quæ eſt in die: & non [α] euacues per fluxum ventris [k] in die periodi. Neꝗ phlebotomes. Et [l] non agas cum euacuatione artis contra partem euacuationis naturæ. Et non moueas humorem cum eo, quod facit ſtatim diſpoſitionem motus periodi. Et [l] omnino caueatur à regimine groſſo in hora periodi, ita vt nō detur in potu in aqua hordei zuccarum, neꝗ iuleb, vt non frangat periodum cum cōſtrictione meatuum: qm̄ eſt timor: immo adiuua niſi ſuperfluat, qm̄ [m] medicus adiutor eſt naturæ, non impediens eam. Et [n] oportet vt ſcias, quod multoties indiget medicina forti debili, ſed eius fortitudo eſt hoc, ꝙ ſoluit humorem groſſum, viſcoſum: & ipſius quidem debilitas eſt ex hoc, ꝙ facit aſcellare ſemel aut bis. Et non euacuetur plurimum ſimul, ita vt non cadat virtus. Et conſilium quidem meū in phlebotomia eſt, vt dimittat quantum poſsibile eſt. Si aūt non eſt poſsibile, [o] tunc multiplicatio numeri eſt melior multiplicatione quantitatis: oportet. n. vt non euacuetur ſang. multus ſubito, qm̄ euacuatur multū de eo cuius non eſt neceſſaria euacuatio. Et non erit in ſanguine vel ex ſanguine reſiſtentia ſeu quod reſiſtit euacuationibus quibus fortaſſe indigetur: & debilitatur virtus à reſiſtendo in criſibus expectatis. Et ſcias, ꝙ qn̄ aggregantur dolor capitis, & febris: tunc curatio febris eſt dignior. Et ſcias, ꝙ dolor capitis qnꝗ facit redire febrem declinatā, ad augmentum. quare oportet

K Lib.1.F.4.c.20. & Yſaac. li. feb. particula.5.c. 8.

L Hip.2.aphor.11.

M Cap.8.& G. ex art.medi.c.87.b

N Cap.39.

O Gal.9.meth. c.4.b.& c.11. d

D vt ſedetur. Et cum infans lactens febricitat, tūc oportet vt rectificetur lac matris eius. Et qn̄ vrina icterici in febre fuerit cruda, ſignificat apoſtema: quare eſt curatio dare in potu aquam hordei, aut ſyrupum acetoſum. Cum ergo quieſcit febris, intentio ſit ad apoſtema. Et qn̄ fuerit cum febre colica, dum nō aperitur via, non exhibeatur in potu aqua hordei, imo ius galli, & lenifica cum clyſteri, & multiplica vnctuoſitatem eius: deide detur in potu aqua hordei, ſi neceſſe fuerit. De ſolutiuis vero eſt potio facta ex tamaridis, & tereniabin, & ſiracoſt. Et qnꝗ ponit̃ in ea aqua lubleb, & qnꝗ ponitur in ea caſiafiſt. Et fortaſſe proijcitur deſuper ſcammonea. Et fortaſſe datur ī potu ſcammonea ſola in iuleb. Et fortaſſe eſt neceſſarium adminiſtrare ea quæ ſunt ſicut aloe, quando materia eſt groſſa. Et melius quidem [p] eſt vt abluatur, & nutriatur cum aqua endiuiæ, & aqua ſolatri deinde fiant ex eo pilulæ. [q] Mirobalanos vero citrinos [r] quidam adminiſtrauerunt, & dum inuenitur ab eis via alia. i. adminiſtratio aliarum medicinarū, fiat: qm̄ ipſi conſtringunt poros, poſt ſolutionē ventris, & exaſperant viſcera, ꝙ ſi fuerint neceſſarij, tunc adminiſtrentur poſt digeſtionem integram. Et aqua duorum granatorum eſt maximi iuuamenti præcipue expreſſa cum pulpis amborum in quibuſdam horis. Et ex ſolutiuis eſt illud, quod fit ex violis, et ſcammonea: ita vt de viol. ſit quantitas aure. i. de ſcammonea vſꝗ ad kirat. i. & qnꝗ ponitur in eis parum mentæ. Et quandoꝗ

P Li.3.t.1.c.19. & t.2.c.38.

Q Cap.39.

R Raſ.30.cōt. t.3. c.2.397.a.

ſit ex infrigidantibus extinguẽtibus medicina,in qua ponitur ſcammonea,ſicut pilulæ huiuſmodi.Recip.coriandri,ſpodij,roſarum ana drach.5.camphoræ toſugi.i.ſcammoneæ duodecima pars E drach.i.& vſq; ad ſextam partem eius:& detur in potu eis. Aliud. Recip.ſiracoſt drach.v. tereniabin etiam drach.v.ſucci pomorum de ſeni,ſucci cydoniorum partes æquales, ſucci coriandri humidi ſextam partis vnius,aggrega ſuccos,& ſubmerge in eis ſiracoſt, & tereniabin, & inſpiſſetur cum eis,donec exiſtimetur,ꝙ ſint inſpiſſata,deinde ſume camphoræ pondus ſextæ drach.i.& medietatis ſextæ,ſcammoneæ danich.i.& eleuetur medicina ab igne,& pulueriza deſuper camphoram,& ſcammoneam. Et conſeruetur ne reſoluatur cum vapore,deinde dimittatur donec coaguletur per ſe cum facilitate:& doſis eius ſit à drach.ij.vſque ad.ij.&.5.Et eſt poſsibile vt fiat ex tereniabin,& ſiracoſt,& zuccaro tabarzet natiſ.i.formæ,quę ſunt ſicut penidiæ,& ponitur in ea ſcammonea,& camphora ſecundum quantitatem,quæ cadat in vna potione eius,videlicet camphoræ vſq; ad toſugi.i.& ſcammoneæ vſq; ad ſextam drach.i.quare fit tunc delectabile animæ non horribile. Et febricitans quidem in ęſtate febre acuta non ingrediatur domum frigidam ventoſam proprie quando ſudat,vt non conuertatur materia à reſolutione ſua. Et trochiſci quidẽ non ſunt conuenientes principijs harum febrium,niſi poſt digeſtionem,et euacuationem. Et trochiſci quidem ſunt magis conuenientes ei cuius febris eſt adhærens in ſuo ſtomacho,quaſi ipſa ſit hectica. Et dimiſſor conſuetudinis in regimine ſuo,ſentit quandoq; febrem:& [a] non eſt tantum nocumentum, F quoniam cauſa eius eſt dimiſsio conſuetudinis in regimine.

De cibatione febricitantium in generali. Cap. 8.

SCias [b] ꝙ conuenientiores cibi febricitantibus ſunt cibi humidi: & proprie ei cuius complexio eſt humida ex infantibus,& graſsis:vel ocioſe viuentibus:conueniunt enim ex hoc, ꝙ aſsimilantur complexioni,& ex hoc,ꝙ ſunt contrarij ægritudini.[c] Cumq; accidit febris, & natura eſt ſicca,non cibes penitus dum non egreditur perfecte fęx. Et [d] oportet vt occurrant eis paroxyſmi periodici,et paroxyſmi exacerbationum ventribus ipſorum vacuis:in quibus non ſit cibus omnino: nam ſi cibati fuerint,in illa hora occupabitur natura in digerendo:& dimittet digerere,et expellere:& confirmabitur ęgritudo,& prolongabitur. Et propter illud oportet vt poſtponant cibationẽ vſq; ad declinationem:& in eo quod eſt poſt ipſam. Et ſi accidat forte vt hora declinationis ſit hora cõſuetudinis in cibo,tunc eſt melius quam eſſe poteſt. Et [e] ſcias,ꝙ de cibatione & regimine eſt, quod eſt ſubtile valde,& de eo quod eſt groſſum valde,& de eo quod eſt inter illa : & eſt pars eius decliuis ad ſubtile plus:& pars eius declinat ad ſpiſſum plus. Et ſubtile vltimum in ſubtilitate, eſt prohibitio cibi. Et groſſum valde,eſt adminiſtratio ciborum ſanorum hominum. Et illud quod ſequitur latus ſubtile & eſt ex eis,quæ ſunt media eſt vt ſit cõtentus in cibo ſucco granatorum,& iuleb ſubtili valde:& poſt ipſum aqua hordei ſubtili:& poſt ipſam aqua hordei groſſa:& oleribus fri- G gidis,& humidis ſicut atriplices,& ſpinachia,& bliti,& ſimilia:& poſtea kiſch hordei ſicut eſt, & eſt medium. Et illi,qui ſequuntur latus groſsi,ſunt ſicut gallinæ,& extremitates. Et ſubtiliores eis ſunt ſicut alchubugi,& pulli,galliculi,& ſubtiliores eis ſunt alæ pullorum & alteiugi,& oua ſorbilia pauca ſubtilia,& piſces parui. Et ſubtilius eis eſt.kiſch hordei ſicut eſt. Et ſubtilius eo eſt panis ſimilę ſolutus in aqua bene frigida ſolutione bona ſubtili. Groſsi autem eſt cibus fortior. Et [f] kiſch quidem hordei eſt bonus cibus:ipſum enim aggregat ad [f] glutinationem,& digeſtionem ſuam,& lenitatem,& planitiem,& [f] lubricitatem,& abſterſionem,& [f] humectationem, & contrarietatem febris,& [f] ſedationem ſitis,& velocitatem penetrationis,& ablutionem:& nõ eſt in eo ſtypticitas: qua propter non reſidet,neq; figitur in poris,& meatibus,quamuis ſint conſtricti, & non eſt in ea adhærentia cum incedit per meri,& fortaſſe abſtergit illud, quod eſt ſicut phlegma. Et [g] quando bona ſit eius decoctio non inflat omnino. Et antiqui quidem vſi ſunt vbi neceſſaria eſt ſubtiliatio regiminis ſubtilioris,ꝙ regimen cum kiſch hordei & aqua eius,aqua mellis plurimæ aquæ: [h] quoniam nutrimentum eius eſt paruum:& [i] quod ipſa facit penetrare aquam: & eius humectatio, & abſterſio,& eius apertio,& prouocatio eius eſt multa,& caliditas eius eſt confracta. Et [k] ipſa proculdubio quandoq; addit in virtute additionem quandam,quamuis ſit parua. Et ſequitur eam ſyrupus acetoſus de melle,ſed eſt groſsior,& nutribilior:& fortioris inciſionis,& abſterſionis: & nõ H eſt in eo de calefactione,& de nocumento viſcerum calidorum, quod eſt in melle. ſed in hoc loco mel cannæ,quod eſt zuccarum & proprie mundificatum,eſt melius melle apis:licet eius abſterſio ſit minor abſterſione mellis:et ſimiliter ſyrupus acetoſus de zuccaro:ſed contentari in ſyrupo acetoſo [l] quandoque [m] faciet incurrere raſuram inteſtinorum,et hoc quidem timoroſum eſt in ægritudinibus acutis. Et nos ponemus aquæ hordei potationem,et ſyrupi acetoſi, [n] ſermonem ſingularem. Et [o] ſubtiliationem quidem regiminis ægri ſignificat natura materiei ægritudinis: et applicatio vel permanentia [p] naturæ,in digerendo ipſam,et reſoluendo, et euacuando eam. Et [q] dignior horarum ad ſubtiliationem eſt ſtatus:hic enim eſt vehementia occupationis naturæ in pugna materiei. Et non oportet vt ab ea recedens occupetur re alia,et proprie apud criſim : ante vero illud, pugna nondum eſt cõfirmata. Et [r] de illis,quæ ſignificant,et faciunt pertinere ad ſubtiliationem, eſt vt ſi ſit neceſsitas phlebotomiæ,aut ſolutionis ventris,aut clyſteris,aut ſedationis doloris, tunc oportet vt des operã ad expediendam vel cõplendam illam neceſsitatẽ:deinde ciba ſi neceſſarius eſt cibus,niſi ſit prohibẽs aliud. Et ingroſſationẽ quidem regiminis ſignificat [s] vel reqrit virtus. Et [t] dignior horarũ ad ingroſſandũ eſt hora,ĩ qua virtus nõ eſt valde occupata in materia:et [α] eſt principium

A G.1.pgno.8.e.f
B Hipp. & Gal. 1. apho.16.
C Hip.1.de vic.rõne in acut..45.e
D Cap.7. & Hip. 1.apho.11.& Ga.11. meth.c.21.c
E Gal.1.apho. 4.
F Hipp.1.de rõne vict.18.h
G G.1. de alimẽt. fac.c.19.g
H G.1.de vict.rõne in acut.44.d
I G.3. de vic.rõne in acut.13.b
K Gal. ibi. 17.f
L Cap. 10. & Raſis.30. cõti.t.6.c.2. 404.1.
M Hip.3.de vic.rõne in acut.32.c
N Cap.9.
O G.1.apho.4.
P Hip.1. apho.9.
Q G.1.aphor.8.& 1.art.cur. ad glauc. c.8.e
R G.1.de vict.rõne in acut.19.b
S Ga.1.apho.9.
T Hip.1.apho.10.
Infra α

A cipium ægritudinis. Et oportet vt ſuccurratur nocumento illius ingroſſationis cum ſparſione:
A G.1.apho. 17.c, & 13.e quoniam eſt leuius ſuper virtutem iterum. Et [a] æſtas quidem propter ſuam reſolutionem indiget
additione cibationis & ſeparatione eius: nam virtus non ſufficit ad digerendum illud, quod multum
eſt ſemel. Et quoniam reſolutio in ea eſt per ſparſionem: tũc oportet vt cambium ſit per ſparſionem.
Et [a] in hyeme eſt res è contrario, quoniam propter paruitatem reſolutionis eius, non facit
indigere cambio multo. Amplius ſi multum dederit cambium vice vna, virtus erit tolerãs ipſum,
B Ga.1.apho. 17.d & fortis in ſe expediendo ab eo vice vna. Et [b] autumnus quidem eſt tẽpus malum: & propter hoc
oportet vt ſubtilietur in eo inter conſeruationem virtutis, & inter dominium materiæ, & partire
paulatim in eo eſt melius: & prorſus partire cum debilitate virtutis eſt melius ægro. Et ſcias, quòd
ſi non eſſet illud, quod pertinet virtuti, eſſet magis neceſſarium, vt ſubtiliaretur cibus vltima ſubtiliatione,
ſed virtus non ſuffert illud, & deficit: & cum deficit, nõ valet curatio. Curans enim ſicut
C Cap.7.& Ga.ex art.medic.c. 87.b ſciuiſti, eſt virtus, non medicus: [c] quoniam medicus eſt miniſter faciens peruenire inſtrumenta ad
D Gal.1.ar.cur.ad glauc.c.8.e virtutem. Et cum intellexeris hoc, tunc oportebit vt [d] cõſideres. nam ſi ægritudo fuerit valde acuta,
& illud eſt vt ſit ſtatus eius propinquus, & exiſtimaueris, ꝙ virtus non deficiet in hoc tempore,
quod eſt inter principium eius vſqꝫ ad ſtatum eius, alleuiabis occupationem ſuper virtutem, et incitabis
eam ſuper materiam: et non facias eam occupari in cibo ſpiſſo, immo ſubtilia regimẽ etiam
Infra β B cum dimiſſione cibi omnino, & [β] proprie in die criſis. Et ſi videris ægritudinem acutam non valde,
immo acutam abſolute, tunc oportebit vt ſubtilies regimen non in vltimo niſi apud ſtatum, in
Supra β die [β] criſis proprie: niſi [e] propter cauſam maximã. Et [d] ſi videris ægritudinem chronicam, aut pro-
E Ga.1.aphor.9.h pinquam chronicæ, non ſubtilies regimen: virtus enim nõ ſaluabitur vſqꝫ ad ſtatum cum ſubtilia-
Supra α tione regiminis. Verum eſt tibi neceſſarium cum hoc in omnibus ſpeciebus vt ſit [α] principium tui
regiminis groſſius: & [d] poſtremum tui regiminis proueniens ad ſtatum, ſubtilius: et gradatim procedas
in eo, quod eſt inter illa, ita vt virtus ſit conſeruata vſqꝫ prope ſtatum: tunc enim intende ſuper
materiam, & non ſis occupatus in alio. Et quando ſcis, ꝙ virtus eſt fortis, tunc fortaſſe neceſſarium
facit diſpoſitio vt ſis contentus iuleb & ſimilibus: & ſi non plus, ſaltem hebdomada vna, &
F Cap.7. & li.1.F. [illegible] Raſ.30.pt. [illegible] 377.1. proprie in febribus apoſtematum. Quod ſi timueris debilitatem, ſis cõtentus aqua hordei. Et [f] cũ
ambigua ſit tibi diſpoſitio in ęgritudine, & non cognoſcis eam, tunc vt declines ad ſubtiliationem
eſt melius, q̃ vt declines ad additionem, te obſeruante virtutem, & tolerantiam. Et illius quidem,
qui exiſtimauit, ꝙ cibatio & confortatio in febre acuta eſt melior, quoniam non eſt intentio in digeſtione,
& in poteſtate tua eſt euacuatio cum volueris vt faciat id natura, aut non faciat, errorem
iam te ſcire feci: immo quando times caſum virtutis, tunc cibatio eſt melior. Et de corporibus ſunt
corpora cholerica, quæ requirunt regimen diuerſum ab illo, quod diximus: & proprie quãdo ſunt
C aſſueta comeſtioni plurimæ: ipſi enim cum non cibantur etiam in ipſo principio febris, immo in
hora, quæ eſt prauior ea, & eſt hora ſtatus, non vacuæ ſunt diſpoſitiones eorum à duabus rebus:
quoniam cum ipſi ſint debilium virtutum, ſuperuenit ei ſyncopis, & moriuntur in proximo: & ſi
G Gal.10. metho. c.4.d ſunt fortium virtutum, cadunt in extenuationem, & apparent ſuper [g] eos ſigna ariditatis ex ſubtiliatione
naſi, & profundatione oculorum: & quod tempora ſunt depreſſa, & fortaſſe ſuperuenit
H Gal.2.dierũ decreto.c.11.e eis ſyncopis ante illud, propter illud, quod effunditur ad ſtomachos eorum de cholera mordicatiua.
I Hip.1.aphor.14. Et [h] ſunt de hominibus quidam, qui ſunt exuberantis carnis, ſed cum abſcinditur ab eis cibus,
debilitantur, & extenuationem incurrunt: quare non tolerant prohibitionem cibi. Et [i] omnis cu-
K Hip.2.de vic.rõ ne in acut. 29. c.d, & Raſ.30.cõti.t. 6. c.2.403.3. ius calor innatus fortis eſt valde, aut plurimus, aut calor innatus eſt valde debilis, paucus non poteſt
dimittere cibum. Et [k] de eis ſunt quibus accidit dolor, & læſio in ſtomacho, & dolor capitis
propter communitatem, & iſti ſunt de hoc genere. Et iſtis fortaſſe ſufficit aqua hordei: & fortaſſe
L Gal.10. metho. c.4.e egent vt [l] miſceant ſuccum granatorum, & ſimilia illi, vt confortetur os ſtomachi. Et quandoqꝫ eſt
nobis neceſſarium, vt faciamus eos vomere cum facilitate, ante cibum. Et in plurimis iſtorũ cum
debilitantur, aut fortaſſe ſuperuenit eis ſyncopis, cauſa non eſt vehementia debilitatis: immo effuſio
choleræ ad os ſtomachi: cum ergo ſumunt in potu ſyrupum acetoſum permiſtum cum aqua
calida multa, aut vinum permiſtum cum aqua multa, euomunt in vomitu humores cholericos, &
M Hipp.& Gal.1. aph.13.& Raſ.30. côti.1.c.2.384.3. D virtus eorum fit fortis: cumqꝫ cibantur aliquo robub ſtyptico, ſedantur. Et [m] ſenes quidem, & debiles,
N Raſ.30.cõt.t.1. c.2.384.3. & infantes ſunt de genere eorum, qui non tolerant famem. Primi vero [n] ſenes ſunt vehementis
O Hip.2. de vict. ratio. in acut. 18.h tolerantiæ famis: & ſequuntur eos iuuenes: & proprie habentes ſolida membra, amplas
P Hip ibi.40.c venas in aere frigido. Et [o] multoties quidem errat medicus in huiuſmodi ægrotis ſecũdum alium
Q Hip.ibidẽ.44.f modum: quoniam ipſe prohibet eis cibum in principio rei, & quando appropinquat ſtatus & ſciuerit,
quòd cadit virtus, cibat in illa hora neceſſario: iam ergo errauerat duobus modis: & [p] ſi ipſe
cibaret eos in principio, eſſet error ille, & ignorantia infra hunc errorem. Et [q] accidit iſtis ægris vt
accidant eis catarrhi crudi, & cholerici, & vigiliæ & inquietudo propter priuationem digeſtionis:
& inquieti fiunt, & modo quieſcunt & modo mouentur & coarctant materiæ virtutes eorum, &
multiplicantur ipſorum vapores, quare audiunt id, quod non eſt, & tremunt, & citantur vel ſaliunt,
& permutantur in lectis, & imaginantur, quod non eſt, & ie[illegible]tigant labia eorum inferiora
propter dolorem oris ſtomachi, & contriſtantur animæ eorum propter grauitatem materiei.

Canon in dando in potu aquam hordei, & ſyrupum acetoſum. *Cap. 9.*

AQua hordei quędam eſt in qua non eſt de corpore hordei, niſi quod eſt ſicut virtus et forma:
& non eſt ei introitus in curatione, aut fiducia in iuuamento: niſi qñ eſt cõpletę decoctionis.

Auic. ggg ij Et

Et quæ de ea est melior, est vt sit aquæ quãtitas sacraiati.xx.& hordei sacraiati.i.& sit iam reducta E proprie vel circa ad duas quintas:& assumatur illud, quod de ea rubeum est, & subtile. Hoc.n.est subtile, cuius nutrimentum est minus:& cuius humectatio est maior, & ablutio eius, & extractio superfluitatum ab ea, & digestio facta ab ipsa est multa, & infrigidatio eius est æqualis. Et de ea est in qua est aliquid de corpore hordei, & farina eius. Et magis dilectum mihi in hmõi est vt non sit plurimum decocta:immo ẜm mensuram, quæ auferat inflationem, & non perueniat ad hoc, vt faciat ipsam viscosam vehementer. Et hmõi quidem est pluris nutrimenti, & minoris ablutionis, & digestionis:& accidit ei multoties vt acetet in stomacho frigido in substãtia sua:idest in natura sua, & si sit in eo calor extraneus multus ex capitulo malitiæ complexionis. Et[a] aqua quidem hordei qñq; est decocta ex hordeo ipso sicut est:& qñq; est excorticatum. Et melior qdem syrupus acetosus apud me est ille in quo ponitur zuccarũ in vase, deinde funditur super ipsum acetũ forte, quod sit de vino, tantę quãtitatis ne eleuetur sup dorsum zuccari:imo dimittat ipsum discoopertũ, deinde ponanẽ sub vase carbones quieti.i.non multæ caliditatis, aut cinis calidus donec liquefiat zuccarũ in aceto sine ebullitione, deinde colligitur spuma, & dimittitur vna hora non cum multo calore, donec misceatur zuccarũ cum aceto, deinde funditur sup ipsum aquæ quãtitas duorum digitorũ, & bullit vsq; ad spissitudinẽ. Et aggregare syrupũ acetosum, et aquã hordei simul, est illaudabile:qm̃ corrumpit aquam hordei ẜm plurimũ. Et[b] non oportet vt detur in potu aqua hordei, cum F siccitas naturæ adest:immo ante ipsam fiat clystere. Quod si acetet in stomacho, deẽ in potu, quod de ea est magis subtile.[c] Quod si acetat, coquaẽ cum ea radix apij, & eius simile. Si vero acetat iterũ:tunc necessarium est vt misceaẽ aliqd piperis cum ea, proprie qñ materia nõ est vehemẽtis subtilitatis, & caliditatis. Et[d] qñ multiplicatur eius inflatio:tunc misceaẽ cum ea ad calefactos parum aceti vini.[e] Verum cum syrupus acetosus in potu datur in mane incidit humores, & præparat ad expulsionem. Et tu consequẽter post duas horas da aquam alkisch hordei subtilem prędictam, vt abluat, quod incidit, & abstergat id, & extrahat ipsum per sudorem, & prouocationem. Et non est nocumentum si detur in potu syrupus acetosus apud cœnam, cum iam separatus est cibus à stomacho. Et qñq; est necessarium vt pręmittatur iuleb ante aquam hordei, vt addat in humectatione:et illud est, cũ vides siccitatẽ dominantem super corpus, & linguam. Et qñq; est necessarium vt præmittatur ante ipsam ad liniendum naturam aliquid de tamarindis ante illud per duas horas.

De curationibus febrium acutarum. *Cap.* 10.

QVod[f] dictum est de regimine lenificationis, & prouocationis, & sudationis, & digestionis: deinde euacuationis cum medicina post illud:& quod[g] dictum est de cibatione post ipsum: est illud, quod oportet te rememorare hic. At modi extinctionis vehementię caliditatis, sunt cum infrigidatione aeris. Et cum infrigidatione cibi. Et cum epithematibus, & emplastris. Et G cum medicinis. Et cum retentione eorum, quæ sunt sic mucilago psyllij, & mucilago granorũ cydonij, & succus portulacæ, & succus liquiritię in ore, vt sedetur sitis:nam assiduare gutturi patientis ęgritudinem acutam aliquid vt remaneat guttur humidũ & non exicceẽ, in curis eorũ est iuuatiuum valde. Et qñq; iuuantur per administrationem clysteris facti ex succo melonis indi, & cucumeris, & cucurbitæ, & portulacæ cũ oleo roẜ. & cum aliquantulo camphorę, iuuamento maximo. Et[h] oportet vt sit aer infrigidatus quantũ possibile est: & eius infrigidatio est p prohibitionem alzahame.i.multitudinis hoium, & per suspensionẽ flabellorum multorũ: & per positionem niuis plurimæ. Et si domus est proximi tẽporis ex quo linita fuerit luto libero, & proprie illo in quo ponitur loco paleæ, cottum papyri:tunc est melius. Et qñq; præparatur in ea manationes vt fontium, & rorationes, & currit in ea aqua dulcis. Aut stratus est super fontem seu lacunã coopertam cum reti facto ex chordis vel cum cãnis vel virgulis pręparatis in modum retis. Et sit stratus sup quem dormitur ex tabari inflato, & his similibus:& reliquum stratus fit extremitatibus salicum, & cydoniorum, & myrti aspersi aqua roẜ. & folijs pomorum, & violis, & nenufaris, & rosis. Et ponuntur qñq; tabach.i.vasa lata magna in quibus sunt odorifera ex frustis fructum boni odoris frigidorum vel ex fructibus boni odoris frigidis, sicut malorum & cydoniorum, & speciebus pirorũ boni odoris aspersis aqua roẜ. & nenufare & salicibus, super quæ sunt puluerizata sandali, & rosæ, & cãphora, & super quæ iam distillatũ est parũ vini odoriferi, tunc est illud, quod est vltimum. Hoc ergo est H regimen aeris. Regimen aũt cibi iam[i] sciuisti:& si voluntas adest vt cum infrigidatione sit lenificatio, tunc[k] deẽ aqua cucurbitæ, & aqua melonis indi proprie, & aqua alcheta & alcheted, & lactuca cum aceto est vltima. Et quod conueniens est ad sedandum sitim eorum, est foca factum ex pane similæ cum aqua casei accepta est dog post collationem vehementem. Et si adest voluntas vt cum infrigidatione sit retẽtio, tunc deẽ succus granati muzi, & acetosi, & aqua acrestæ, & aqua mori de semi. & aqua acetositatis limonis non salsi:& aqua acetositatis citri, & quæ sunt his similia:& aqua ceresculi, & est berberis.[l] Epithemata vero, & emplastra sint ex succis notis: & proprie aqua roẜ. aut succo rosarum recentium cum sandalis, & camphora, & aqua coriandri, & endiuiæ, commistis est plurimæ infrigidationis:& mucilago psyllij cum aceto, & aqua roẜ. est huius generis. Et[m] embrocare hepar cum infrigidantibus est res maxima, & magis iuuans:nã cum æquatur est in eo maior pars rectificationis, & fortasse rectificat aquam. Et quando illic est catarrhus, et tussis, aut in capite eius est grauitas, aut tensio, significat multitudinem vaporum, quare oportet ne fundatur super caput aqua, aut acetum:immo occupetur cum inclinatione capitis super vapores aquæ, ẜm q̃ dispositio

A G.de phthisana. c.4.d
B G.1. de vict.rõne in acut.32.g
C Cap.39.
D Raẜ.30.cõt.t.6. c.2.404.2.
E Cap.7.
F Cap.7.
G Cap.8.
H Gal.10.meth. c.8.d.e.f
I Cap.8.
K Oppositũ.c.7.
L Ysaac lib.febr. par.4.c.15.
M Lib.3.F.15.t.1. c.6.& Ysaac.ibidẽ.

A dispositio facit illud necessarium. Si vero no fuerit catarrhus, neque aliquid eorum, quæ diximus, ūtc administra de embrocis, & epithematibus, quæ vis. Et nocibilior embroca in huius dispositione repletionis capitis, est mulsio lactis super caput: fortasse.n. facit accidere apostema in capite, & perditionem. Et magis salua horarum embrocationis capitis cum repletione eius, est vt sit vapor cholericus, non humidus: immo in hmōi hora fortasse non nocet applicatio lactis: immo confert. Et cognoscitur ex dispositione somni, & vigilijs, & humiditate superiorū partium narium, & earum siccitate: cum ergo videris somnum, aut profunditatem somni, aut humiditatem superiorum partium narium, tunc caue embrocationem, & inunctionem: & stude in attrahendo materiam ad inferiora. & cum videris rubedinem in naso, & facie vehementem, tunc non erit malum vt facias currere sanguinē ex naribus. Et infrigida hepar cū emplastris: & cum infrigidas, caue ne occurras cum infrigidatione vehementi, hora sudoris, & resolutionis: īmo oportet vt consideres illud: fortasse enim fit causa in longatione ægritudinis: licet qn̄q; sit longitudo ægritudinis saluior, q̄ ipsius acuitas. Et [a] oportet vt caueas in febribus acutis casum rasuræ intestinorum: qm̄ addit in debilitate virtutis, & terretur natura à receptione superfluitatum ad intestina, & ab expulsione earum ab eis nisi cogant & dominent superfluitates. & qn̄q; redeunt superfluitates ad superiora, & lædunt hypocondria, & inflant ea, & lædunt caput. Et qn̄q; est in syrupo de papauere iuuamentū mirabi-

B le in inspissando materiam subtilem: propter digestionem eius, & in faciendo somnum.

A Cap. 8. & Ras. ... c. 6. c. 2. ...

Rememoratio accidentium, quæ difficilia sunt in febribus acutis. *Cap. 11.*

Loquamur itaq; in [b] primis de accidentibus, quæ vehementia sunt in febribus, et de curatione eorum: & festinemus ad distinguendum febres acutas. Et hæc quidem accidentia sunt sicut rigor, & frigus, & horripilatio: & sicut sudor plurimus: & sicut fluxus sanguinis narium supfluus: & [c] sicut vomitus laboriosus: & fluxus ventris debilitans: & sicut sitis, quæ nō toleratur: & sicut profunditas somni plurima: & sicut vigilatio inseparabilis: & sicut asperitas linguę, & siccitas seu exiccatio oris: & sicut sternutatio continua, seu vehemēs & dolor capitis prauus: & tussis frequens: & sicut casus appetitus, & bolismus: & sicut appetitus caninus & frigus vehemens & singultus.

B Gal. 12. meth. c. 1. & f

C Lib. 3. F. 13. t. 5. c. 8.

De regimine rigoris, & horripilationis cum superfluunt. *Cap. 12.*

D Paul. li. 2. c. 46.

E Hip. 4. apho. 58.

Qvod [d] est de hoc sequens sudorem, rectificatur velociter, & non indiget regimine. Et [d] cretico non oportet vt contrarium fiat per remotionem: & [e] non est de illis, quæ debilitāt, & quæ faciunt aliud: & quandoq; sedantur [d] cum ligatione extremitatum, & fricatione facili, & cum calefactione coopertura: & cum vnctione de oleo de anetho, & de chamæmilla si indigetur eo. In forti autem quando perseuerat, siue sit in febribus, siue sit in alijs, [d] oportet vt ligentur extremitates in locis plurimis, & inunctio fiat cum oleo chamæmilino, & radicis lilij. Et sunt de ho-

C minibus, qui confortant illud cum eis, quæ sunt sicut cardamomum, & [d] castoreum, & [f] ruta, & sceha, & [d] calamenthum, & [d] baurach, & [g] piper, & [h] pyrethrum. Et quandoque concedit illud administrationem linimenti ex sinapi, & assa fœtida. Et quandoque decoquuntur medicinæ istæ in aqua, deinde coquitur in ea aliquod oleum. Et aqua erucæ fortis est in hoc capitulo per se sola, aut cum oleo aliquo, quod decoquitur cum ea. Et similiter decoctio ozimi, & aqua eius.

F Diosc. lib. 3. c. 43.
G Diosc. li. 2. c. 151.
H Diosc. li. 3. c. 69.

Confectio olei boni.

Sumantur anethum siccum, & myrrha, & ruta, & calamenthum, & piper, & pyrethrum, & coquantur in vino decoctione vltima, deinde decoquatur colatum in tanto quantum est medietas eius de oleo sisamino, vsquequo consumatur aqua, & remaneat oleum, & administretur inungendo. Et de oleis fortibus in eis, in tali qualis est rigor quartanæ, est oleum de costo, & oleū de sceha, & oleum de abrotano, & oleum de lilio, & oleum de myrrha: et ponantur in. ℥. i. olei, pondus. ʒ. iij. piperis, & sexta. ʒ. i. pyrethri tritorum. Et administretur absinthium decoctum in oleo aliquo: aut oleum oliuæ in quo decoctum est apium. Et introitus in oleo calido est iuuatiuus valde. Et fortasse necessariæ sunt potiones. Et [i] multotiēs sedatur cum potu aquæ calidæ multæ caliditatis, & cum inclinatione super vaporem eius. Et quando non sedatur per id, si materia est grossa, decoquantur in aqua anisum, & calamenthum, & semen apij, & mastix, & eruca, & anethum, & simi-

I Ras. 10. côti. t. 1. c. ...

D lia. Et euaporetur cum aqua in qua decocta sunt ea, quæ sunt sicut sceha, & abrotanum, & calamenthum, & anethum, & squinanthum, & ruta, et sansucus, et costus, et semina calida. Et omnes medicinæ fortis prouocationis sedant rigorem. Et de medicinis sedantibus rigorem maximum in quartana, et similibus sibi, est vt bibatur [k] de costo aureus. i. cum aqua calida, et [l] de agarico quantum de ipso in aqua calida. Et in agarico est iuuamentum, et quandoq; ponitur cum eo parū opij, qm̄ facit dormire, et facit sudare, et prohibet vehementiam rigoris, et alia. Et [m] iterum ireos quantitas aur. i. in aqua calida. Et iterum abel vel iuniperi pondus aure. i. cum aqua calida. Et iterum apium mōtanum pondus aure. i. cum aqua calida. Et de compositis est theriaca diatessaron, et theriaca hazare et diacyminū, et [n] diacalamenthum, et [n] diapeperon, et syrupus de melle in quo ferüēt sicut assa, et ruta, et pyrethrum, et piper. Pilulæ expertæ, quæ dantur in potu ante rigorem per horam vnam, infirmo quiescente super lectum suum, et aere eius calefacto cum igne, aut cooperimento: quoniam temperant ipsum, aut prohibent ipsum: quarum confectio. Recipe storacis, myrrhę, opij: opopanaci, piperis omnium ana partem. i. conficiantur cum butyro, et sit dosis eius quantitas fabæ. Et iterum sumantur opopanaci, castorei, dauci, assæ, pyrethri, opij ana partes æquales, fiat sicut primo fit. Descriptio bona. Recip. opopanaci, serapini, aniuden, et cymini, carmeni, et

K Diosc. lib. 1. c. 15.
L Diosc. lib. 3. c. 1.
M Diosc. li. 1. c. 1.

N G. de tremore. c. ...

seminis apij, et piperis ana aure.i.5.seminis hyusquiami albi, croci, aristolochię, castorei, euphorbij, E myrrhæ, ameos, zinzib. omnium ana pōdus tertiæ drach.i.seminis harmel, pyrethri omnium ana aure.i.conficiantur cum melle: & dosis eius sit auellana cum aqua calida valde. Et fortasse est necessarium in eo, vt detur in [a] potu vinum calefactum, & cibi calefacti. Et solutio ventris cum eis, quæ sunt, sicut hiera, & [b] diacydoniten, & [b] diasinicon: immo quando est rigor prauus, & proprie sine febre, dentur in potu pilulæ fœtidæ, quoniam ipsæ sunt sanitas eius.

A Hip.7.apho.56.
B Raf.30.cōti.t.1. c.2.385.2.

Regimen sudoris superflui in febribus. *Cap. 13.*

OPortet [c] ne sudor creticus quantum possibile est, restringatur. Cum aūt euenit necessitas, & pertransit terminum, tunc oportet vt euentetur, & infrigidetur locus. Si [d] aūt non iuuat, tūc super instrumentum positus, quo pueri vel iuuenes solent in aere concuti, cōmoueatur in loco frigido. Et non oportet vt occupet in [e] exuccando illud, quod rorādo egreditur faciendo exuccationem post exuccationem: nā illud est causa ad illud prouocandum, & multiplicandum, & fortasse attrahit syncopim. Nam eius abstersio addit in ipsum, & eius dimisio restringit ipsum. Et oportet vt inungat eum cum [f] oleo rosa.forti, & [c] oleo myrtino, aut cum oleo de kalef, & cum oleo de balaustijs: aut fiat oleum cum aquis in quibus decoquuntur cydonia pontica, & mala pontica, & rosę & balaustiæ & similia: & colletur & decoquatur in ea oleum, ſm quod sciuisti & qñq; puluerizantur desuper [c] grana myrti contusa, & balaustię, & [f] karabe contritum, sicut puluis, qui apparet in radio F Solis, & similia, qm restringit. Et qñq; restringit [c] acetum mistum aqua, & succus [g] acrestę, & decoctio balaustiarum, & decoctio [g] gallarum, & decoctio myrti, & succus kalef est mirabilis, & aqua [g] semperuiuæ. Et cū res fit vehemēs, liniatur cum mucilaginibus frigidis, & cū gummi, & proprie cum [g] ponūtur in huiusmodi sandali & camphora, & proprie quando fricatur seu aspergitur cum his duobus, & euentatur. Et quando vehemens fit res, oportet vt ponatur [g] nix super extrema: & sola sint in ea extrema: aut [g] balneetur cum aqua frigida, si suffert eam.

C Paul.li.2. c.47.
D G.1.art.cur.ad glau.c.14.fo.99.b, & Paul. ibi.
E Fé.2.t.1.c.66.& Paul.ibi.
F Raf.31.cōti.t.2. c.2.440.1.
G Raf.ibi.440.2.

Regimen fluxus sanguinis narium superflui. *Cap. 14.*

OPortet [h] vt non properetur ad prohibendum illum, qui creticus est. quantum possibile est. Cum autem est necesse prohibere fluxum sanguinis narium in febribus acutis, [h] tūc liga extrema, & [i] pone ventosas super latus, quod sequitur narem vel vicinatur nari ex qua est fluxus sanguinis narium. Deinde consequenter adhibe infrigidationem illius loci: & si possibile erit tibi vt infrigides, & restringatur per illud, tunc non ponas ventosas desuper. Et distilla in nasum aliquas distillationes prædictas in [k] capitulo fluxus sanguinis narium. & cum non est prohibens aliquod, infrigida caput cū infrigidantibus prædictis in eo. Et qñq; aduenit patientibus quartanam fluxus sang. narium: quare oportet vt iuues cū facientibus fluere sanguinē ex naribus [l] scitis: in ipso.n.est sanatio quartanæ. Si vero superfluitatem timuerimus, faciemus sicut illud, quod fecimus. G

H Paul. li. 2.c.59.
I Li.3. F.5.t.1.c.9. & G.de sāgui.missio.c.15.h
K Li.3.F.5.t.1.c.9.
L Lib.3.Fen.5.t.1. c.10.

Regimen vomitus, qui accidit eis. *Cap. 15.*

CReticus iterum nō abscindať nisi apud necessitatem: & [m] ſm plurimum abscinditur vomitus ipsorum & nausea ipsorum in eis p vomitum, et p adiutorium eius quo extrahitur humor nociuus sicut est syrupus acetosus simplex & aqua calida. Et qñq; est necessariū vt fortificetur: quare ponatur loco syrupi acetosi puri [n] syrupus acetosus cum seminibus. Et si humor est imbibitus, & grossus, tunc oportet vt fiat solutio dando in potu, quod est sicut aloe & hiera. Et [o] qñ non est inbibitus, fortasse confert hiera & aloe. Et si est imbibitus, non grossus mundat ipsum syrupus acetosus cū aqua calida: deinde æquat ipsum post illud aqua granatorum, quæ bibatur. Quod si euomuerit eam, bibat ipsam vice alia, donec ęquet & quiescat. Et [p] silr syrupus de menta cū granis granatorū. Et fortasse sedat ipsum infrigidatio stomachi. Et non oportet vt approximet rebus ponticis, & sedantibus vomitum cum pōticitate sua, & acetositate sua styptica ille, qui habet humorem imbibitum, quia est malum, & addit imbibitioni: sed non imbibitum, quandoq; facient eum deijcere dorsum, quāuis sit grossus: & quandoq; iuuabunt virtutem stomachi ad expellendum eū per superiora. Et [q] quando assiduauerit vomitus de cholera, et non fuerit de genere imbibiti, tunc vtere stypticis, & proprie emplastris iuuantibus factis ex corticibus granatorum, & gallis, & his similibus cum vino permisto, aut aceto permisto. Et [q] ad vomitum quidem cholerę nigrę superfluum H submergatur spongia in aceto, & ponatur super stomachum. Quod si necessarium fuerit aliquid fortius, administra medicinas prædictas in [r] capitulo retentionis vomitus.

M Lib.3.F.13.t.5. c.12.& Fen. 16.t.2. c.13.& G.ꝯmē.2.in 6. de morb. vulga. 9.h
N Lib.5. sū.1.t.6. c.1.
O Paul.lib.2.c.55.
P Cap.55. & lib.3. F.13.t.5.c.12. & Fē 16.t.2. c. 13. & t.4. c.1.& li.5.sū.1. t. 6. c.19.& Ser.t.3.c.31. & Raf.21. cōti. t.1. c.2.212.1.
Q Paul.li.2. c.56.
R 12.13.t.5.& Fen 13.lib.3.

Regimen fluxus ventris, qui accidit eis. *Cap. 16.*

IAm singulariter in [s] capitulo fluxus ventris locuti sumus in hac intentione: ergo redeamus ad illud. Et [t] de illis, quæ conferunt ex via ciborum sunt almes torrefacti, & lentes torrefactæ, & coriandrum, quodcunq; horum duorum fuerit, elixetur, & fundatur aqua ab eo, & proprie quando fit acetosum cum granis granatorum, quoniam est bonum.

S Li.3.Fen.16.t.1. c.4.& Gal.1. ar.cu. ad glauc.c.14.g
T Lib.3.F.16.t.2. c.3.& t.1.c.4.

Regimen sitis eorum superfluæ. *Cap. 17.*

OPortet [v] vt inungať caput cū oleo frigido valde, quod fundať super ipsum, & ponať super caput si non fuerit, quod phibeat: & cū aquis infrigidātibus, & retētione mucilaginis semi.cydoniorū permistæ cū oleo ros.vltimo: in bonitate in ore aut infusionis prunorum, & medullarum alcheta & alcheted, & cucurbitæ: & seminis lactucæ nigræ, & [v] radicū liquiritiæ: & pilularū descriptarū in antidotario ad sitim. Et de illis, quæ masticantur & sugūtur sunt tamarindi. Et [x] sitis quidem qñq; fit ex siccitate & abscindit eam somnus: & [y] qñq; fit ex calore, et abscindunt eam vigilię.

V Paul.lib.2. c.53.
X Lib.3. F.13.t.2. c.21. & Paul.lib.2. c.53.& Raf.11. cōt. t.1.c.2.124.4.
Y Lib.3.F.13. t. 2. c.21. & Paul.lib.2. c.53.

De pro-

A *De profunditate somni quæ accidit eis.* *Cap.* 18.

a Li.3.F.1.t.4.c.3. & Paul.lib.2.c.43. OPortet vt remoueantur à profunditate somni cum fabulis,& his similibus per voces. Et [a] ligentur membra eorum inferiora ligatione dolorosa,postq̃ non fuerit, quod prohibeat. Et supponatur collyrium subtile si natura fuerit restricta,& in hora quietis,aut in hora teporis in assidua,& inseparabili [b] ventosetur,quod est inter ambas spatulas,& spondyles. b Paul.lib.2.c.43.

De grauitate capitum eorum. *Cap.* 19.

OPortet vt alienetur ab eis emulsio lactis super capita eorum:aut effusio olei super ea:aut embroca:aut caputpurgium:immo sint contenti vaporationibus factis cum embrocis ex chamæmilla,& sint in eis violæ,& furfur, & his similia.

De vigilia superflua vel non naturali habentium febres,& aliorum. *Cap.* 20.

NAribus attrahere oleum de papauere cũ oleo de semine lactucæ,& oleo nenufarino,& oleo de cucurbita,& adhærere aliquid de stupefacientibus famosis super tempora: & incuruare caput super vapores humectantes:& odorare nenufar,& poma mandragoræ,& alsahesefrã aspersum ex longinquo,& embrocæ humectantes:& res quas scis.Et simr si non fuerit,quod prohibeat, c Pau.lib.2.c.42. detur in potu syrupus papaueris,& lohoc eius.[c] Deinde multiplicent̃ inter manus eius cãdelæ: & d Li.3.Fen.1.t.4.c.6.& F.13.t.2.c.9. eleuent̃ voces cum fabulis,& [d] ligentur cũ institis extremitates eius ligatione dolorosa parũ, cum B nasit.i.cũ ligamentis seu nodis velociter solubilibus.Deinde præcipiatur ei vt dormiat, & claudat oculos:cumq̃ dormit parum,extinguantur candelæ,& cessent voces,& soluãtur nasit.i. ligamẽta velociter solubilia,qñ dormiet.Et cũ inuenit leuitatem,& quietem ex paroxysmo,aut vehementia,assiduet ablutionem faciei cum aqua in qua decoctum est papauer nigrum cum aliquantulo mandragorę,& radice eius.Et cũ est illic humor baurachius,confert aqua in qua cocta sunt sisymbrium,& melilotum,& alhacuen,& papauer,abluendo faciem,& incuruando sup vaporem eius.

De dolore ventris qui accidit eis. *Cap.* 21.

e Lib.5.sũ.1.t.6. FIt ex effusione choleræ ad stomachum:& si accidit in principio periodi eius, detur in potu parum [e] syrupi de malis cum syrupo acetoso.

De asperitate linguæ eorum,& eius viscositate. *Cap.* 22.

f i. instrumento IN essentia quidem viscositatis fricetur cum [f] †{chaizarã}aut cũ virgulis salicis cum oleo amygdalino,& zuccaro tabarzet,donec mundet̃,aut cũ spongia & pauco sale,et oleo ros.In hoc.n.est alleuiatio multa infirmi.Et post illud,cũ eius asperitas est nõ propter viscositatẽ, immo à siccitate, g Paul.li.2. c.54. oportet vt teneat in ore suo sebesten,aut [g] nucleos prunorũ,aut [g] salem,qui asportat̃ de India: etiã est in colore salis & dulcedine mellis:& sumat de eo,sm q dixit Archigenes quãtitatẽ fabæ vnius. Et grana cydoniorum sunt ex eis,quę humectant linguã,& prohibent exiccationẽ eius,& [g] oporC tet vt non itent ore aperto plurimum,neq; resupinet̃ dormiens, nam hæc duo exiccant linguam.

De sternutatione assidua quæ accidit eis. *Cap.* 23.

h Li.3. Fen.5.t.2.c.15. & Paul.lib.2.c.49. QVandoq; magnificatur nocumentum sternutationis assiduę cum [h] eis:lædit nanq; eos,& replet capita eorum,& debilitat eorum virtutes:& fortasse facit fluxũ sanguinis nariũ. Quare i Paul.lib.2.c.49. oportet,vt fricetur eorum frons,& oculi,& nasus,& aperiantur ora eorum,& [i] fricentur eorum palata cum vehementia,& [i] tendant̃ capita eorum,& conuertantur,& [i] premantur vel fricent̃ eorum extrema:& [i] fundantur in aures corũ olea tepida ad caliditatem parumper decliuia:et humectentur lacerti eorum,& [i] ipsorũ mandibulæ:& ponant̃ super eorum ceruicibus puluinaria calefacta,& non excitentur à somno eorum subito:& prohibeantur à puluere,& à fumo, & omni in cuius odore est acuitas:& olfaciant sauich,& lutum alnahagi et spongiam marinam.

De dolore capitis,qui accidit eis. *Cap.* 24.

k Aet.lib.2.ser.1.c.27. LIga [k] extremitates eorum,& proprie coxas,& cum institа liga:& frica pedes eorum:& supponantur eis collyria trahentia materiam ad inferiora:& conforta capita eorum cum infrigidan l Auer.li.pract. tri.sect.4.c.3. tibus notis.Et [l] si non fuerit,quod prohibeat ex catarrho,aut tussi,embrocẽtur capita ipsorũ cum decoctione rosarum,& violarum,& hordei,aut foliorum salicis,& his similium, & similiter oleo ros.& oleo de salicibus.Et qñ non excusat hoc,tunc permisce embrocas infrigidantes cum leniti D uis,sicut chamæmilla,& stupefactiuis,sicut est papauer. Et non mulgeas lac nisi cum remouetur febris.Si autem virtus fuerit fortis,mulgeas lac caprinũ:& si fuerit debilis, mulgeas lac muliebre. Et caue lac apud repletionem humidam corporalem facientem subet:& similiter caue omnia humectantia.Et tu non administres humectantia nisi vbi est vapor fumosus, & caput siccum, & pa m Rasi.cõt.t.21. c.1.t.3. rum somni.Et quando multiplicatur repletio in capite ex vapore humido,trahe eum ad inferiora cum collyrijs & clysteribus,& stringe membra inferiora,ita [m] quòd testiculos.

De tussi eorum. *Cap.* 25.

n Rasi.t.9.c.55. TVssis plurimum accidit eis ex calore,aut siccitate:quare oportet vt teneant in oribus suis pilulas [n] bichikias,aut loch de papauere facta cum medullis fructuum frigidis, & amylo, & his similibus.Et vtantur ceratarijs infrigidantibus factis ex oleo ros.& ex mucilagine psyllij,& succo portulacæ,& alijs.

De destructione appetitus eorum. *Cap.* 26.

o Lib.3.F.13.t.2. p Paul.lib.2.c.50. QVandoq; est causa eius humor in ore stomachi,quod scitur ex eo,[o] quod dictũ est de destructione appetitus,& [p] euacuatur per vomitum,aut solutione ventris.Et multoties iuuantur cũ intromissione digitorum in gutture,& commotione stomachi: & proprie qñ vomitu

expellit cholericam rem, aut acetosam. Et[a] quandoq; est ex vehementia debilitatis. quare curetur complexio, quae facit eam cum eo, quod scitur. Et[a] oportet vt approximes eis odores bonos excitantes appetitum, sicut odor sauich infusi cum aqua, aut cum aqua, & aceto. Et detur eis electuarium proportionale febricitantibus, & parum vini, & decoctionum fructum ponticorum, boni odoris: & lambant aliquid de aceto gelatinae piscium, aut hoedi, & his similium. Et ponatur super stomachum post dies primos emplastra facta ex fructibus. Et sint in eis absinthium & aloe, secundum quod[b] scis: & inunctio eius cum oleis bonis est iuuatiua. E

A Paul.li.2.c.50.

B Li.3.Fen.13.t.2. c.9.

De bolismo eorum. Cap. 27.

OPortet vt curentur[c] cum odoramentis, & luto alnahagi aut luto armeno madefactis cũ aceto: & odorent almosofat, &[d] panem mundum calidum, & carnes[d] assatas, et[e] stringe eorum extremitates. Et[d] extende aures eorum, &[d] capillos ipsorum. Et conforta eorum cerebra cũ embrocis infrigidantibus, & humectantibus: plurimum nanq; bolismi eorum est propter destructionem sensus oris stomachi propter causam communicantem ramis, qui adueniunt ei cum sensu: & est corpus exigens vel requirens cibum, verum sensus non exquirit ipsum.

C G.8.de phar. cõpone s'm loc. c.4.d
D Gal.ibidem.e
E Li.3.Fen.13.t.2. c.17.& Ga.ibi.e

De nigredine linguae eorum. Cap. 28.

OPortet vt non dimittatur super linguam nigredo, immo fricetur cum eo, quod[f] scis: & si nõ, eleuabuntur ad caput vapores maligni, & facient cadere in sirsen. F

F Cap.22. & lib.3. Fẽ.6.c.19.

De appetitu eorum canino. Cap. 29.

CVrantur cum[g] vnctuosis frigidis, &[g] dulcibus.

G Paul.lib.2.c.52.

De syncopi quae accidit eis. Cap. 30.

QVandoq; accidit eis syncopis in principio febrium propter effusionem cholerae ad os stomachi eorum:[h] quare oportet vt detur eis ante paroxysmum, aut apud paroxysmum[i] frustum panis de simila cum aqua granati, & aqua acrestae. Et[k] scias, q qñ aggregantur syncopis, & febris, tunc syncopis est dignior curatione: & si indiget cibo, tunc detur parum panis permisti vel madefacti cum.3.iij.vini antiqui: & si non, syrupi malorum antiqui, cuius resoluta est superfluitas. Et[l] phlebotomia quidem multoties addit in syncopi. Et clystere leue est magis cõueniens. Et vomitus est iuuatiuus eis. Et constrictio crurium, & ponere manus, & pedes in aqua calida. Et[m] cum euadunt, tũc de solicitudine est vt cibentur sauich hordei infrigidato, in quo sint grana granatorum.

H Halya.3. pract. c.25.
I Gal.1.art. cur.ad glauc.c.14.99.e
K Gal.12. meth. c.6 b
L Gal.ibi.c.3.e
M Ga.2.de alimét. facul.c.24.e

De constrictione anhelitus eorum. Cap. 31.

COnstrictio anhelitus accidit eis, aut propter spasmum & siccitatem, quae accidit eis in lacertis anhelitus: aut propter materiam praefocatiuam descendentem ad guttur eorum: aut propter debilitatem, quae dominatur neruis venientibus ad membra anhelitus. Et prima quidem curatur cum vnguentis vel emplastris humectantibus. Et secunda cum eis, quae prohibent strangulationem. Et tertia cum aequatione complexionis in cerebro, & inunctione colli cum eis, quae infrigidant & humectant: & super stomachum iterum, ex eis, quae sunt sicut rasura cucurbitę, & portulaca, & sandali cum oleo ros. & similibus ei. G

De vehementi chérebuz.i.angustia vel inquietudine eorum. Cap. 32.

QVando multiplicatur chereb.i.angustia vel inquietudo causa oris stomachi, & aduentu humoris mordicatiui in eo, tunc infrigida stomachos eorum cum eis,[n] quę scis de cibis: & euentetur seu respirent aerem & iaceant, seu & dormiant in loco proximo motibus aquę, strato extremitatibus, & ramis frigidis, & odoriferis frigidis, & nenufare, & rosis, & aspersionibus frigidis factis ex fructibus odoriferis, frigidis, & sandalis. Et multoties quidem conferunt in eorum angustia vel inquietudine clysteria frigida, facta ex aqua cucurbitae, & citruli, & succo portulacae, & semperuiuae cum oleo rosato.

N Cap.10.

Difficultas deglutiendi, quae accidit eis. Cap. 33.

DIfficultas deglutiendi cum accidit eis, & febris fuerit sanguinea vel conclusa, tunc phlebotomia fiat, & extrahatur sanguis paulatim, & cibetur cum aceto & lactucis, si appetitus in eis fuerit aliqualiter excitatus, & si non, contenti sint aqua hordei, & alienent, quae subito occurrunt. & si fuerit cum eo stypticitas naturae, tunc suppositoria, & clysteria sunt meliora plurimum quàm solutiuum desuper. H

Frigus extremitatum quod accidit eis. Cap. 34.

MVltoties profundatur calor eorũ, & infrigidantur eorũ extrema, & euaporare facit calor submersus ad caput. Ponantur ergo extremitates in aqua calida, & non bibant aquam frigidam.

Sermo vniuersalis de febre cholerica. Cap. 35.

FEbres[o] cholericae tres sunt: tertiana cõtinua, & tertiana periodica, & causon. Et[p] tertiana quidem periodica aut est pura, & fit à cholera pura: aut non pura, & fit cũ putredine cholerę grossae substantiae propter cõmistionem cholerae cum phlegmate cõmistione complexionali vnita: & per hoc diuersificatur ab hemitritaeo, cum[q] hemitritaeum faciant duae materiae separatae: & hãc faciat materia vna, quae in seipsa est permista, cum cuius calore permiscetur aliquantulum frigoris, quod grauat suam putredinem, & suam resolutionem, & suam digestionem: & propter illud quidem fiunt in hemitritaeo duo paroxysmi: & tertianae non purae paroxysmus vnus. Et[r] haec qdem non pura qñq; prolongatur tempore longo, & circiter medietatem anni. Et[r] qñq; perducit ad trehel.i.tumefactionem membrorũ similem cachexiae, & magnitudinem splenis.[s] Causon vero seu incensiua

O Ras.30.cõt.t.7. c.1.404.3.
P Alzar.lib. prac. t.32.sec.4.ptic'a.2. c.1.& G.4.de vict. rõne in acut.13.h, & Ser.t.6.c.13.
Q G.2.de differẽ. feb.c.7.e
R Ga.1.art.cur.ad glauc.c.8.f
S Gale.2. de crisi. c.6.g, & Aet.lib.2. ser.1.c.77.

A incensiua est de genere continuæ: nisi q ei associantur excrescentiæ & tepores sui non sensati: & accidentia eius sunt vehementia: Et causa est acuitas materiei, & multitudo: cum eius [a] casus fit circa cor, & in venis [b] oris stomachi, aut in partibus hepatis proprie: & ad summum in membris nobilibus vicinis cordi. In [c] tertiana vero cholera est in carne, & ad partes cutis: & in cõtinua est sparsa in venis corporis, quæ elongant̃ à corde. Et vehementia quidẽ [d] sitis, & angustia, et inquietudo, & [d] vigilia, & alienatio, & nausea, & amaritudo oris, & bothor labiorum, & [e] scisio eorum, & [d] dolor capitis multiplicantur in febribus cholericis: Et est natura in pluribus earum ad siccitatem decliuis: qm̃ materiei motus est ad superiora, aut ad illud quod apparet de corpore & cute.

De tertiana absolute, & nominatur tritæus. *Cap. 36.*

PAroxysmus tertianæ [f] incipit in primis cũ horripilatione, vt pũctura acus, deinde infrigidat, & [g] incipit facere rigorẽ difficilem valde difficiliorem reliquis rigoribus, nõ frigidum aut cũ pauco frigore. Et [h] non est frigus eius nisi pp profundationem caloris ad interiora versus materiã eius, & [i] inuenit sicut puncturas acuum. Et [k] hic quidẽ rigor cum vehementia sua est velocis sedationis, & calefactionis, & tu iã [l] sciuisti causam huius rigoris. Et [m] fit rigor eius in diebus primis fortior, & vehementior: & in quartana econtrario. Et iterum rigor incipit cũ fortitudine, deinde linitur paulatim, & minuitur velociter, & [n] in quartana econtrario. Et [o] sudor multiplicatur in tertiana, cum dimittit: Et [p] fit vrina in ea rubea tendens ad igneam, in qua nõ est multa grossitudo. Aut est non pura, & fit vrina eius cruda aut grossa. Et [q] tertianæ caliditas est saluior caliditate causonidis: & quanto prolixius manus tangit corpus, non additur inflammatio: immo qñq minuitur inflammatio eius: & in causonide additur inflammatio. Et accidentia, quæ accidunt eis in tertiana sunt [α] vigiliæ [r] sine grauitate in capite, nisi in quibusdam nõ puris, & [s] sitis, & furor, & ira, & [r] odia locutionis. Et est pulsus eius acutus, velox per comparationẽ ad reliquas febres: & [t] non est æqualis constrictionis, & dilatationis, qm̃ humor debilitat eum, vel coarctat eum, & additur ei diuersitas apud statũ: Et [v] diuersitas in ea est infra illam, quæ est in alijs febribus humoralibus. & minor ea, quæ est in alijs cum duritie eius: & est pulsus fortior in ea: immo non est diuersitas in ea ſm plurimum, nisi diuersitas febri appropriata existens infra alias vel minor alijs. Et [x] in principio quidẽ est necessarium, vt coarctetur pulsus vsq ad horam dilatationis febris: postea confortatur, & fit velox, & frequens. Et eius diuersitas non est cum illa superfluitate. Et [y] qñq significant ipsam ætas, & consuetudo, & regio, & ars, & forma, & tps, & multitudo euentus tertianę in illa hora. Cũ ergo cõponuntur duæ tertianę, sunt paroxysmi euenientes omni die: [z] qui ergo considerat tertianam per paroxysmum, errat in ea, immo oportet vt attendantur significationes aliæ & paroxysmi confirment eas. Et patientibus quidem tertianam accidunt [α] vigiliæ, & amor solitudinis: & [r] multoties sentiunt ebullitionem apud hepar.

Differentia inter tertianam puram, & non puram. *Cap. 37.*

PVra est subtilis, leuis, cuius [a] paroxysmus consumit̃ à quatuor horis vsq ad duodecim horas: & non addit super eas multum. Et si addit additione multa: tunc est non pura: Et [a] est ſm plurimum perueniens ad septem horas. Et calefit in ea corpus velociter: Et [b] vides caliditatem procedere ex corpore, & extremitates adhuc sunt frigidæ. Et [c] silr̃ pura non addit cum nõ accidit error supra .vij. periodos. Et qñq consumitur propter subtilitatem suæ materiæ in paroxysmo vno, in quo accidit vomitus: aut ventris solutio mundificans. Et [a] apparet digestio in vrina in primo die: aut in tertio, aut in quarto, aut in septimo. Si aũt addit super septẽ periodos additionem plurimã, tunc est de genere non puræ. Et [d] silr̃ si prolongatur spatium sui rigoris: & fit additio suorũ paroxysmorum. Et antecessio eorũ adinuicem ſm ordinem seruantem proportiones similes: & in nõ pura est illud diuersum nõ ordinatum. Et silr̃ qñ assimilãtur paroxysmi ſm terminum vnũ: & silr̃ reliqua signa prolõgationis febris ẽt sunt de illis quæ scis. Et [e] cum vides principium cum rigore, ſm quod determinauimus, & statum cum sudore exuberante, tunc non dubites, qm̃ ipsa sit pura. Et [f] in pura quidẽ est, cum eam habens bibit aquã, procedit in corpore vapor humidus quasi ipse velit sudare, & qñq sudat. Et cum non pura inuenitur grauitas plurima in capite, & extensio: & [e] prolongat̃ paroxysmus ita vt perueniat ad vigintiquatuor horas: aut triginta horas vsq ad horã suam: & tepescit donec complentur .xlviij. hor. & per quantitatẽ additionis paroxysmi super .xij. horas, est eius elongatio à puritate. Et [g] in tertiana quidem non pura tardatur apparitio digestionis: & non apparet in forma offuscatio, neq extenuatio: & fortasse non eradicatur cum sudore copioso: Et fortasse non incipit cum rigore, forti, & non est caliditas cum illa fortitudine, neq est augmentum eius æquale: immo est quasi ipsum addatur, deinde procedit, & minuitur: Et accidentia seua minorantur in ea.

Tertiana continua. *Cap. 38.*

C[h]Ognoscitur per vehementiam paroxysmorũ tertianæ: & per vehementiã accidentium tertianæ. Et apud [i] G. quidem cum san. putrefit, fit de hoc genere: & de eo fiet sermo [k] post.

Cura tertianæ puræ. *Cap. 39.*

OPortet vt rememoreris illud quod dedimus tibi de radicibus in curatione febrium, de solutione ventris, & cibo, & in oĩbus capitulis: et fabrica super illud. Et tu quidem non auscultes sermonem [l] eius, qui concedit in principio solutiua fortia: & [m] myrobalanos, & his similia, nisi cũ cõditione & qualitate quã [m] diximus. Immo oportet vt ꝑperes in primis, & lenias lenitate quadã cum

A Cap. 40.
B Gal. cõmẽ. 4. de [illegible] rõne in acu. 1. [illegible]
C Gal. 2. de crisi. c. 6. f
D Ser. t. 6. c. 13.
E Ras. 30. cõti. t. 8. & [illegible] 405. 2. & 3.
F Gal. de morb. tẽ ponb. c. 3. g
G Gal. 2. de crisi. c. [illegible] g
H Gal. 2. de symp. cau. c. 5. 23. f
I Gal. 2. de drĩis feb. c. 1. e
K Ras. lib. diuisio. c. [illegible]
L Cap. 6.
M G. 2. de cri. c. 3. f g & 1. de art. cur. ad glauc. c. 5. g. h
N Gal. li. 3. de cri. c. [illegible] & Gal. 2. de crisi. c. 3. g
O Gal. 2. de differẽ tiis feb. c. 3. h, & 2. de crisi. c. 3. h
P Ras. t. 10. c. 4. & Gal. 1. de crisi. c. 3. a
Q Gal. 2. de crisi. c. 3. a
Infra α
R Ser. t. 6. c. 13.
S Gal. 2. de crisi. c. [illegible]
T Ras. 30. cõti. t. 8. [illegible] 404. 4. & 405. 1 & Gal. de morb. tẽ ponb. c. 3. h
V Ras. 404. 4.
X Gal. de morb. [illegible] c. 3. h
Y Gal. 2. de crisi. c. 3. [illegible]
Supra α
Z T. 4. c. 16. & Ga. 2. de crisi. c. 2. b
A G. 2. de cri. c. 3. a
B Ser. t. 6. c. 13.
C Hip. 4. apho. 59.
D Ras. 30. cõt. t. 8. & 405. 3.
E Gal. 2. de differẽ tiis feb. c. 8. g
F G. 2. de cri. c. 3. h
G Ras. 405. 1.
H Gal. 2. de crisi. c. [illegible] g
I 2. de crisi. c. 12. c. d
K Cap. 43.
L Ras. 30. cõt. t. 3. [illegible] 1.
M Cap. 7.

cum eis,quæ diximus illic:ſicut ſunt tamarindi quantitate.xl.ʒ. qui infundantur in aqua calida in E
nocte,& colentur,& projciatur de ſuper ſiracoſt,aut tereniabin,aut aqua duorũ granatorũ: & ſi-
cut decoctio lubleb cũ tereniabin & cum cibib enucleatis,aut infuſio prunorum cum tereniabin,
aut ſiracoſt,aut ſyrupus viol.& violæ conditæ.Et fortaſſe facit mucilago pſyllij cũ quibuſdam ſy-
rupis,ſicut eſt ſyrupus prunorũ,lubricitatem,et lenificationem,aut cum decoctione lentium cum
lubleb.[a] Aut clyſteria lenia ſicut eſt clyſtere cũ decoctione althææ,& [b] iuiubæ,& ſebeſtẽ & radice A Gal.1.art.cu.ad glau.c.9.b
liquiritiæ,& oleo viol.& ſucco ſiclæ,& baurac,ſm modum quẽ [c] ſcis. Et illud qñ neceſſitas tangit B Haly.3.pra.c.11.
ad ipſam.Rectũ nanq; eſt ne in potu detur quod eſt ſicut aqua hordei:neq; ei ſimile,neq; cibi,niſi C Cap.7.
natura iam lenificata:Et ſi vẽtris ſolutio in principio in febre tertiana pura,minoris ſit malitiæ, ꝙ
eius ſimile in alijs:licet ſit eius malitia magna. Et quando eſt poſſibile,vt nõ phlebotomes vſq; ad
tres periodos,fac.Et ſilr qñ times quod ſit ægritudo furioſa,& facis illud,erit illud quod accidit de
errore,ſi accidit,minus ꝙ aliud. Et oportet vt non moueas in die paroxyſmi aliquid,niſi pp neceſ-
ſitatem,& non cibes niſi apud conditiones prædictas: & vt prouoces vrinam cum emulſione ſe-
minum.Et oportet vt ſuperueniat ei paroxyſmus dum eſt famelicus, & non eſt in ſtomacho eius
aliquid,immo [b] oportet vt ſumat in potu ſyrupum acetoſum omni mane:& poſt duas horas aquã
hordei in die,in qua non eſt paroxyſmus.Et ſyrupus quidẽ acetoſus poſt paroxyſmum eſt conue-
niens,& ſilr ponere pedes in aqua tepida ad attrahendum reſiduum caloris. Et ego magis diligo F
vt ſit in ſyrupo acetoſo,proprie in poſtremis, emulſio ſeminũ frigidorum diureticorum aut ante
paroxyſmum per tres horas,aut quatuor:& detur in potu iterũ poſt paroxyſmũ, aqua hordei. Et
qñ neceſſaria eſt ſubtiliatio regiminis,detur in potu ſicut aqua granatorũ,et aqua melonis indi,&
his ſimilia.Et gradatim fiat eius regimen ſm modum prædictũ. Et quoties appropinquat ſtatus,
ſubtilietur:Et in diebus primis cibetur cum kiſch hordei,& pane cõminuto cum aqua frigida aut
pane ſicut eſt aut emulſione panis in ea,& cũ eo quod fit ex almes,& lentibus.Et qñ [d] cibus acetat D Cap.9.
in ſtomacho,non detur in potu aqua hordei,quæ non eſt valde ſubtilis: & ſi neceſſarium fuerit da-
re ipſum in potu,confortetur parum cũ decoctione radicis apij. Si aũt ſtomachus fuerit frigidior
illo,& febris non magna,& non pura,ponatur parum piperis ſm conſilium Hipp. Quod ſi ſigna
ſignificauerint ꝙ criſis eſt propinqua,tũc ſufficiat ei aqua hordei,& aqua granatorum, & ſyrupus
acetoſus.Et fructus quidẽ qui diligũtur eis,ſunt granata dulcia & muza,& pruna matura,melon
vero indus eſt res maximi iuuamenti,cum hoc ꝙ ipſe ſoluit,& prouocat, & frangit vehementiam
caloris,& facit ſudare,& fortaſſe non nocent aldeſtembuiat parui:& ex oleribus [c] cucurbita,& al- E Gal.1.art.cur.ad glauc.c.9.c
cheta & alcheted:& [e] lactuca.Et [e] ſcias ꝙ intentio in eo quo cibantur patientes tertianam, aut eſt
humectatio ſicut datur eis in fine de extremitatibus althaiugi,& de [e] teſticulis gallorũ:& cerebel-
lis hædorum,quibus non eſt nauſea,& [f] vitellis ouorũ. Aut eſt infrigidatio, & humectatio ſimul G F Gal. ibidẽ. c.9.d
ſicut in kiſch hordei.Et non vltimes in infrigidatione multa,& proprie in principio, niſi inuenias
inflammationẽ vehementem,aut timeas conuerſionem eius ad cauſonidem aut ad continuam.
Quod ſi conſequatur criſis,& videris digeſtionem in vrina, & eſt ſedimen laudabile quod cogno-
uiſti,tunc ſi excuſat,bene eſt:& ſi non, [g] cura tunc cũ eo quo iuuatur natura ex prouocatione vri- G Ga.1.art.cur.ad glau.c.9.b
næ,aut ſolutione ventris,aut vomitu,aut fluxu ſang.nariũ.Et non agas cũtra ipſam in hoc. Quod
ſi non inuenis declinationẽ manifeſtam,tunc euacua cum ſolutione ventris.Nam de illo eſt ſcam-
moneæ ſexta.ʒ.i.in iuleb:aut decoctio myrobalanorũ cum tamarindis, & tereniabin, & paſſulis,
& radicibus,& caſia fiſtula,ſm quod ſciuiſti.Et tibi ineſt vt confortes eas cum fumoterræ,& ſene,
& ſcammonea.Et de illis quæ conueniunt eis ſunt trochiſci de ſpodio ſolutiui.Et de illis eſt medi-
camen ſolutiuum iſtius deſcriptionis. [h] Recip.myrobalanorũ citrinorum enucleatorum pondus H Raſ.c.10.c.4.
ʒ.iiij.zuccari tabarzet pondus.ʒ.xx. ſcammoneæ pondus ſextæ.ʒ.i. bibatur cum aqua frigida: &
poſt illud curentur cum prouocatione.Et ſi fuerint illic caliditas ſuperflua, & inflammatio maxi-
ma,cum iam euacuaueris eũ,non erit ei malum dare in potu aliquid de extinguentibus fortibus,
de illis quæ dicta ſunt in regimine acutæ: & fortaſſe conferunt ei emplaſtra ex eis. [i] Balneo vero I Haly.3.pra.c.11.
oportet ne approximet niſi poſt digeſtionem. [k] Poſt digeſtionem aũt, & apud declinationem eſt K Ser.t.6.c.13.
ipſum melior curatio eis,& proprie conſuetis: quamuis error in intromittẽdo eos in balneo ante H
digeſtionẽ ſaluior ſit ꝙ ſuum ſimile cum alijs. Et oportet vt ſit balneum eorũ temperatum, boni
aeris,qui ſit humidus,in quo ſudent cũ facilitate:ita vt non inflammentur eorũ corda,& inungan-
tur cũ oleo viol.& roſ.conquaſſato cum aqua,& non prolongent in eo moram, immo egrediañt
velociter:nam iteratio eſt eis conuenientior:ꝙ ſtationis prolongatio: & ſi apud exitum infundan-
tur in aqua tepida,ſtent in ea ſm quantitatem declinationis.Deinde cum egrediuntur, tunc con-
uenit eis vt bibant vinũ album,ſubtile multa commiſtione permiſtũ,& cooperiantur in locis ſuis:
ſudabunt enim ſudore vehementi:& ſiquid reſiduũ fuerit,digeretur. Et poſt illud cibentur cibis
infrigidantibus,& humectantibus,& oleribus quæ ſunt illius modi. Et non timeas poſt declina-
tionem potare eos vinum plurimum cõmiſtum. Vinum enim habens caliditatẽ confractam per
commiſtionẽ confert quantitati remanenti ex eo,in reſoluẽdo illud cuius neceſſaria eſt reſolutio:
& ſuccurrit aquæ penetranti cũ fortitudine ſua,& permiſtione eius quod eſt in eo de calefactione
pauca:quare infrigidat vehementer,& humectat.Et ſi fuerint illic accidẽtia ſitis, & dolor capitis,
& vigiliarum,& aliorũ iam tibi præterijt eorum cura.Et qñ poſt criſim remanet aliquid caloris in-
ſeparabilis,tunc tibi ſupereſt vt adminiſtres ſyrupũ acetoſum cum ſuccis diureticis:aut in quo de-
cocta

A coctá sunt semina,& radices diureticæ.Et scias q cura tertianæ continuæ, est cura tertianæ interpolatæ:sed est decliuior ad obseruationem dispositionum digestionis, & ad infrigidandum cũ syrupo acetoso facto cũ semine citruli,& semine endiuiæ proprie contusis: Et post ipsum post duas horas,datur in potu aqua hordei:& ad subtiliationem cibi, & ad administranda clysteria lenia in principio,& ad prouocationem:& oportet vt cum facilitate procedant,& non sumant in potu de solutiuis in principio,aut in eo quod ei appropinquat nisi ea,quæ sunt sicut syrupus viol. & aqua fructuum,& non vtantur nisi clysteribus lenibus.

Cura tertianæ non puræ. Cap. 39.

RES in quibus diuersificatur cura tertianæ nõ puræ,à curatione tertianæ puræ sunt res in quibus cõicant febres frigidæ.s.q [a] licentia in balneo,quæ conceditur habentibus tertianam puram absq hoc q expectetur digestio,& non expectatur plurimum declinationis si expectetur digestio,est in eis illicita vel prohibita.Qm̃ [b] balneum permiscet phlegma indigestum cum eo quod effunditur ad locũ putredinis:& permiscet humorem malum cũ putrido,& [b] resoluit subtile,& facit remanere spissum.Et quod cibatio omni die iterũ,aut prope cibationem, est ex eis quæ illis nocent:immo oportet [c] vt cibentur vno die,& alio die non:Et sit in cibis eorũ quod abstergat,& calefaciat parum.Et vt sit cibatio in principijs ægritudinis grossior q sit in principijs puræ: deinde B gradatim perueniat ad subtiliationem supra subtiliationẽ tertianæ.Et subtiliatio eius in ea in principijs fit cum fame eius plusq subtiliatio cũ cibo subtili valde.Et [d] vt sit infrigidatio minor.Et [d] vt clysterizetur in principio clysteribus acutioribus.Et vt expectetur digestio plus in solutione ventris eorũ forti.Et vt sint in aqua hordei eorũ virtutes digestiuæ, & resolutiuæ: sicut est illud quod [e] diximus in eo in cuius stomacho acetat aqua hordei,immo fortiores q in illo. [d] Fortasse enim necesse est vt decoquantur in ea hyssopus,& origanũ,& calamenthum,& spica ẽm complexionem: & blitis iuuatiua est eis.Et permistio aquæ ciceris cum aqua hordei, & in fine eius aqua ciceris est iuuatiua eis.Et [f] oportet vt consideretur propinquitas non puræ ad purã: & elongatio eius ab ea: & ẽm illud diuersificetur inter curam eius,& curam puræ.q si fuerit valde propinqua puræ, tunc diuersifica inter eas diuersificatione parua.Et [d] cum videris vrinas eorũ grossas, tũc phlebotoma. Et cum phlebotomaueris non indigebis clysteri.Et [d] scias q non est res magis iuuãs eos,q vomitus post cibum.Et de solutiuis in principijs eius,quæ sunt propinquiora æqualitati, est aqua algeniabin decocti:& syrupus acetosus.Et fortasse ponemus in ea cassiam fistulam.Et fortius illo est vt ponas in ea virtutem turbit.Et clysteria in principio sunt magis dilecta, q solutiua alia. & sunt clysteria in quibus est virtus alhascech,& chamæmillæ,& siclæ,& cartami,& violarũ, & sebesten, & ficus,& odor turbit.Et in eis sit cassiæ fistulæ,& oleũ sisaminũ,& baurach, & fortasse indigetur C acutiore istorum ẽm elongationem febris à pura. Adiuuantia aũt ad digestionem sunt sicut syrupus acetosus permistus cum aliquanto de algeniabin:aut syrupus acetosus de radicibus. Et [d] post septimum sicut decoctio absinthij:est enim iuuatiua,subtiliatiua materiei, & confortatiua stomachi.Et silr aqua fœniculi,& aqua apij cum syrupo acetoso.Et si pertransit.xiiij.tunc non est malũ dare in potu trochiscos rosſ.minores.Si aũt ægritudo prolongatur,non inuenimus excusationem quin demus ea,quæ sunt sicut trochisci de eupatorio,& [g] decoctio eius:Et [d] calefactio partiũ hypochondriorum est huius generis.Et emplastratio mirach eorũ iterum cum eis,quæ digerunt,& maturant,& mollificant tensionem,cũ venerit illic.Cum ergo sciueris quod digestio iã aduenit, tunc euacua,& prouoca,& non cures.Et de euacuationibus bonis eis est,vt sumãtur [g] hieræ picræ.ʒ.v. succi absinthij,& eupatorij amborum ana.ʒ.iij.seminis apij, myrobalanorum, citri kebulorũ ana ʒ.v.turbit.ʒ.vij.fiant pilulæ ex eis cum aqua apij:& sit dosis eius.ʒ.ij. Et de illis est decoctio bona inuentione nostra.Recip.eupatorij,absinthij,myrobal.kebulorum ana.ʒ.v. seminis melonis,seminis cucumeris,& alcheta & sem.apij,suchaha,bedeoard oĩum ana.ʒ.x. turbit.ʒ.i. cassiæ fist.ʒ.vi. passularum enucleatarum.ʒ.xx.ficuum.x.numero,sebesten numero.xxx.geleniabin facti cũ rosſ. persicis põdus.ʒ.xv.decoquantur omnia ẽm q decoqui solent hmõi decoctiones. Et sumatur de ea cadus magnus,in qua posita sit siliqua.i.scammoneę.Et [h] fortasse necessaria est medicina fortis D vno modo,& debilis alio modo:eius vero fortitudo est ẽm hoc,q ipsa euacuat humorẽ viscosum, sed ipsius debilitas est ẽm hoc,q ipsa non euacuat plurimũ vice vna:immo possibile est vt fiat gradatio in ea,quare euacuet humorem cuius euacuatio est necessaria multis vicibus, vt nõ destruat virtutẽ.Et hæc medicina est illa,quæ possibile est vt partiatur in pluribus vicibus & possibile est vt aggregetur,et parum quidem ex ipsa medicina soluit parum ex humore malo.& plurimum de medicina prædicta soluet plurimum ex malo humore:De decoctionibus vero parum fortasse nõ facit aliquid.Et huiusmodi quidem medicina est,vt sumatur turbit quantitas drach.5.& plus, ẽm necessitatem,& scammoneæ proprie altusugi.i.aut supra id:& conficiatur cum geleniabin prædicto,& bibatur.Aut sumatur de agarico,& scammonea secundum hanc compositionem,& conficiatur cum geleniabin prædicto,& bibatur.Aut ponatur in succo rosarum recentium cuius quantitas sit vnc.i.& bibatur.Aut in syrupo rosſ.& bibatur.

De febre causon,& est illa,quæ nominatur faricos.i.febre ardente. Cap. 40.

C [i] Auson est ẽm duos modos:aut enim causon est cholerica,& est causa in ea multitudo putredinis:aut intra venas corporis totius:aut [k] in venis,quæ sequ ũtur partes cordis proprie, [l] aut in venis partiũ oris stomachi:aut in hepate:Aut phlegmatica,& fit ex phlegmate salso putrefacto in venis

A Gal.1. artis cur. ad glauc.c.10.e

B Ser.t.6.c.13.

C Gal.1. artis cur. ad glauc. c.10.e,& Sera.t.6.c.13.

D Gal. ibidem.e

E Cap.9.

F Ras.30 cõti. t.8. c.2.405.4.

G Ser.t.6.c.13.

H Cap.7.

I Gal.4.de vict. ratione in acu.13.h.a

K Cap.35.

L Ga.cõm.2.in.1. de morb. vul.73.g & cõm 1. in.1. 9. t. & 4. de loc.affect. c.e

in venis, quæ sequuntur partes cordis, sicut dixit Hipp. in epidimia: Et non fit phlegma salsum, sicut [a] sciuisti, nisi ex aquositate phlegmatis cum cholera acuta. Est ergo cholera, que putrefit ignea cinerulenta permista aquositati plurimæ. Et qm̃ causon vehementiora habet accidentia, ꝙ tertiana, oportet vt sit breuioris spatij ꝙ ipsa. Et [b] senibus quidem parũ accidunt febres causonides: & cum accidunt eis, pereunt: qm̃ non fiunt in eis nisi à causa valde forti. Amplius eorũ virtutes sunt debiles: In iuuenibus aũt, & pueris plurimum accidũt: & est in infantibus leuior pp humiditatem eorum. Et [c] qñq; est in eis cum profundatione somni propter eleuationem vaporum ad caput. Et [d] Hipp. quidem dixit, ꝙ si alicui accidit in febre causon tremor, tunc permistio mẽtis resoluit ab eo tremorem. Et videtur vt sit illud, qm̃ cerebrum calefit valde, & calefiunt nerui: & est verisimile vt sit causon, & sit permistio mentis, quæ resoluitur per tremorem, pp expulsionem materierum ad neruos. Et [e] plurimum quidem consumitur cum [f] vomitu, & solutione ventris, aut sudore, aut [g] fluxu sanguinis narium. E

Signa. Cap. 41.

SIgna eius sunt [h] inseparabilitas, & [i] occultatio teporis, & vehementia accidentium ex [k] asperitate linguæ, & [l] ex citrinitate eius in primis, & [m] ex nigredine eius secundo. Et ex retẽtione sudoris nisi apud crisim. Et [n] vehementia sitis nisi accidat tussis parua, quæ sedat illam sitim sicut dixit [o] Hipp. Et vr̃, vt sit vehemẽtia sitis eorum propter causam pulmonis: ergo cum mouetur tussi F parua, humectatur per id quod currit ad ipsum ex carne molli. Et caliditas in causone quidem ꝭm plurimum non est ita fortis in exterioribus, sicut fortitudo eius in interioribus. Et est confractio in ea leuior, ꝙ in alijs. Et in facta quidem ex cholera, fortia fiunt accidentia mala ex [p] vigilijs, & inquietudine, & adustione, & [p] permistione mentis, & fluxu sang. narium, & dolore capitis, & pulsatione temporum, & profunditate oculorum, & [p] solutione ventris cum cholera pura, & casu appetitus. Et quando accidit infantibus, abhorrent mamillam, & non recipiunt eam, & corrumpitur illud quod sugitur de lacte, [q] & acetat.

Cura causonidis. Cap. 42.

EST [r] cura tertianæ puræ. Et cum indigent euacuatione, sicut cum illis, quæ dicta sunt, tunc festinatio est melior. Complementum vero est apud digestionem. Et [s] non phlebotometur, fortasse enim inflammabit eos: & [t] fortasse iuuabit eos, si fuerit illic turbiditas, aquæ, & rubedo. [u] Verum indigent subtiliatione, & infrigidatione vehementiore, & infrigidatione actuali eius quod ipsi sumunt. Et [x] cum times casum virtutis, est necessarium cibare eos, quamuis non appetant: & proprie in eo ex quo resoluitur res plurima: [y] multoties enim aduenit eis bolismus pp priuationẽ sensus: Et indigent lenificatione in principio fortiori, & curationibus febris acutæ prædictis, ꝭm oẽs modos vel vias [z] narratas. Et qñq; conueniens [r] est vt dormiant apud teporem paruum febris G super aquam tamarindorum. Et qñq; ponitur in ea parum camphoræ. Et diligitur eis syrupus acetosus, aut emulsio seminis portulacæ, aut emulsio seminis endiuiæ: & batech alzachi est eis bona valde. Et consideret in potatione aquæ frigidæ ꝭm quod [a] diximus illud. [b] Quod si nõ fuerit quod prohibeat detur in potu de ea ẽt vsq; ad [r] infrigidationem vehementem, vel vsq; ad extinctionẽ. Et [y] fortasse aduenit eis permistio mentis, & obliuiscuntur petere aquã: quare oportet, vt sorbeãt de ea qualibet hora paulatim, paulatim sorbitiones plurimas: & proprie in eo cuius linguã vides siccam. Et cura accidentia eius superflua cum eis, quæ diximus in capitulis suis. Et oportet vt caueatur in eis superfluitas san. narium, [c] est enim de eis in quibus magnificatur timor apud eos. Et oportet vt obseruetur anhelitus eorum: & nõ dimittas partes pectoris spasmari. Et oportet vt obserues capita eorum cum aceto, & oleo rof. & sandalis, & aqua rof. & camphora, & his similibus. Et embroces cum decoctionibus in quibus decocta sunt ea, quæ diximus. Et qñ fortes sunt in eis vigiliæ, tunc cura eos. Et [d] non est malum, vt in potu des syrupũ de papauere ẽt, & [d] si sit de nigro, in hmõi dispositione. Et in fine eius da in potu trochiscos, qui conueniunt eis, sicut [r] sunt trochisci de camphora. Et in illa hora conuenit eis syrupus acetosus cum emulsione seminis cucumeris, & seminis endiuiæ, & seminis portulacæ. de vnoquoq; eorũ sit pondus. ʒ. ij. Et syrupi acetosi sit pondus. ʒ. xxv. vsq; ad. xxxv. ꝭm quod videtur. Et [r] si fuerit illic ventris solutio, tũc dentur trochisci de H spodio constrictiui. Trochisci boni. Recip. spodij, rof. ana. ʒ. ij. ß. croci sextam. ʒ. i. seminis portulacæ, seminis endiuiæ ana. ʒ. iij. seminis cucurbitæ, seminis cucumeris ana. ʒ. ij. sandalorũ. ʒ. i. ß. succi liquiritiæ, amyli ana. ʒ. i. camphoræ sextam. ʒ. i. ß. & dosis eius sit. ʒ. i. Et iterum rof. ʒ. iiij. sem. melonis, alchaiar & alcheta, & portulacæ omnium ana. ʒ. ij. croci tertiam. ʒ. i. camphoræ sextam. ʒ. i. gummi, amyli, dragaganthi, succi liquiritiæ ana. ʒ. i. dosis eius. ʒ. ij. Et [e] cum declinat ægritudo manifeste, tunc non est malum vti balneo, cuius aqua declinat ad frigus. Et [f] illi in quibus magis diligitur balneum ex eis, sunt quorum febris est ex phlegmate salso.

De febre sanguinis. Cap. 43.

OPinatus est [g] Gal. quod nõ fit febris sang. à putredine sanguinis. Nam sanguis cum putrefit, fit cholera, & non est sanguis: fit ergo tunc febris cholerica, non sanguinea: & fit causon prædictus aut tertiana: & cura eam cum illa cura. Hic vero sermo eius est contrarius sermoni Hipp. & contrarius ei quod est cõueniens: & plurimum quidem erroris eius est in sermone eius: qñ putrefit sanguis, fit cholera: iste enim sermo facit opinari duas intẽtiones, quarũ vna est: ꝙ qñ putrefit, peruenit ad hoc, vt fiat post putredinẽ cholera: sicut dicitur, lignum qñ inflammatur, efficit̃ cinis,

& secunda,

A Lib. 1. F. 1. do. 4. c. 1. & lib. 3. Fen. 18. t. 2. c. 16.
B Raſ. 30. cõti. t. 6. c. 1. 401. 1.
C Hipp. & Gal. 3. cõm. in. 3. de morb. vulg. 34. f. g
D 6. apho. 26. Gal. aliter iterpretat̃ & lib. 3. Fen. 2. c. 11.
E Fen. 2. t. 1. c. 3.
F Gal. 2. de sympt. cau. c. 5. f. g
G Gal. 4. de rõne vic. in acu. 10. d
H Gal. 2. de crisi. c. 6. g
I Cap. 4.
K Hipp. 4. de vict. rõne in acu. 4. g
L Raſ. t. 10. c. 5.
M Ga. 1. loc. affec. c. 5. d
N Gal. 4. de vict. rõne in acu. 1. d
O Lib. 6. de morb. vulg. cõmé. 2. 24. e & Gal. 1. cõm. & 4. aphor. 54.
P Hipp. 4. de rõne vict. in acut. 4. g
Q Lib. 3. F. 13. t. 1. c. 17.
R Raſ. t. 10. c. 5.
S Lib 1. F. 4. c. 20.
T Alex. lib. 12. c. 2. 553. & 554.
V Raſ. lib. diuisi. c. 148.
X Alexan. lib. 12. c. 2. 557.
Y Ga. cõm. 1. in. 3. de morb. vulg. 11. a
Z Cap. 10.
A Cap. 7.
B G. 11. meth. c. 9. a
C Ga. cõm. 2. in. 1. de mor. vul. 17. f. g
D Raſ. 30. cõti. t. 6. c. 2. 404. 2.
E G. 3. de rõne vic. in acut. 62. e
F Oppositũ Paul. lib. 2. c. 30. & Gal. cõm. 3. de vic. rõne in acut. 62. e
G Li. 2. de cri. c. 12. c. d, & . 2. de differẽtiis febr. c. 9. a. b. c. oppositũ. 9. meth. c. 2. b, & cap. 3. c, & c. 4. e, & c. 5. b, & commen. 1. in. 6. de morb. vulg. 2. d

A & secunda, q̃ qñ putrefit, fit in dispositione qua ipse putrefit cholera: sicut dicitur, q̃ lignum qñ calefit, fit cinis. Consideremus itaq; in vnaquaq; duarum propositionũ. Intellectus vero primus est corruptæ acceptionis tribus modis, quorum primus est, q̃ sanguis qñ putrefit conuertitur subtile eius ad choleram malam, & spissum eius ad melancholiam: nõ ergo cum totalitate sua fit cholera. Et secundus est, q̃ illud fit post putredinem: & nostra consideratio est in dispositione putredinis. Et tertius est, qm̃ post illud fit cholera, & non scimus, an in ea sit putredo, an nõ: nam plurimæ res putrefiunt, & separaĩ ex eis subtile, & spissum: & non est in spisso, neq; in subtili putredo: qm̃ non est necessarium vt sit putridum id, quod generatur à putrido: fit enim ex putredine, quod non est putridum. Et si generatio eius à putredine faceret putredinem eius necessariã, oporteret vt esset spissum cinerulentum iterum putridum: esset ergo illic febris melancholica iterum: hoc ergo est il

A Ras.30.cõti.t.3. c.l.391.1. lud, quod facit esse necessarium expositio eius, quod primo intellectum est. [a] Quod vero intelligitur secundo, est mendacium purum, qm̃ putredo est via corruptionis: Et putredo quidem habet tp̃s. Et conuersio sanguinis in choleram non fit in tp̃e. Immo putredo quidem est corruptio accidens sanguini dum est sanguis: sicut accidit phlegmati, dum est phlegma: & non fit cholera, neq; melancholia, nisi conuertatur post illud cum complemẽto putredinis. Verum veritas sana est sermo Hipp. q̃ ex sanguinis putredine generatur febris. Dicamus ergo nũc q̃ febris sanguinis est fe-

B bris putredinis, & febris calefactionis, & ebullitionis, quam nominauit Hipp. synochum conclusum non alias. Et [b] plurimum ebullitionis eius est ex oppilatione suffocante caliditatem. Et qñq; fit à causis alijs, quæ vehementes fiunt supra vehementiam febris ephimeræ: Et qñq; nominãtur inflammatiuæ vel incẽsiuæ fortes: Et [c] est de summa febrium, quæ sunt inter febres putredinis, & febres ephimeras: quæ differunt à febribus ephimeris, propterea q̃ calefactum primum in ea est humor: & differt à febribus putredinis, qm̃ non est ei putredo: Et est febris acuta, non febris ephimera, neq; febris hectica, neq; febris putredinis. Et multoties quidem permutatur ad febrem putredinis, aut febrem hecticam. Et multoties quidem facit eam currere [d] Gal. cursu febrium diei. Et videtur [*] Gal. q̃ febris sanguinis non componitur cum reliquis febribus, qm̃ putredo in sanguine est cõis omni humori: & in hoc est contradictio quibusdam intentionibus suis, in quo non est necesse prolongare sermonem, qm̃ non iuuatur cum eo medicus. Et causa quidem huius febris est [e] repletio, & [f] oppilatio, & plurimum eius est ex exercitio proprie non cõsueto: & dimissio euacuationis, deinde vsus exercitij laboriosi. Et qñq; facit putredinẽ in eo multa aquositas sanguinis ex commestione fructuum aquosorum, quare cõuertitur ad putredinem: & multitudo humoris crudi in eo est propinqua, quare præparat ipsum ad putredinem: sicut qui generatur ex alcheta, & [g] † {alkethed,} & piris, & similibus Et [h] hæc quidem febris est continua, quæ nõ tepescit propter

C continuitatem materiei, & eius adhærentiam vsq; ad crisim, aut mortẽ. Et [i] eius species sunt tres, quarum saluior est paracmasticus incipiẽs cum difficultate deinde non cessat diminui, qm̃ resolutio in eo est maior quam putrefactio. Deinde est homotenus: & fortasse similatur septem diebus. Et [k] nequior eorũ est acmasticus, qm̃ resolutio in eo est minor q̃ putrefactio, & [l] eius crisis est vsq; ad septimum ẽm plurimum. Et eius consumptio est cum euacuatione, aut sensata, aut insensata. Et [m] qñq; permutatur ad causonidem, & ad sirsen: & qñq; permutatur cũ infrigidatione plurima ad lethargiam: & qñq; permutatur ad variolas, & [n] morbillum: Et [n] qñq; accidit in ea ventositas, & inflatio vẽtris, ex qua ꝓuenit sicut [n] vox tympani, & nõ deponit eã ventris solutio cũ inquietudine. Et [n] qñ solutio ventris nõ valet, deinde egrediẽ asaf viridis lata proprie, est de signis mortis.

Signa. *Cap. 44.*

Signa febris sanguineæ sunt adherentia febris: Et [o] rubedo faciei, & [o] oculorum. Et [o] inflatio venarum, & [o] temporum. Et [o] repletio completa absq; rigore. Et non est sudor nisi apud crisim: Et [p] multoties associatur ei pruritus in naso, & in loco ventosato, vel vbi iam positæ fuerint ventosæ: Et [o] cõstrictio in anhelitu: Et multoties accidit eis [o] profunditas somni, & [o] difficultas sermonis, & est malum: Et [q] similiter apã gutturis, & [q] duarum amygdalarum, & vuæ: Et [q] cursus lachrymarum. Et [q] caliditas eius est plurima humida vaporosa similis caliditati balnei non sicca, sicut in

D causonide: Et [r] pulsus eius est magnus, lenis [r] fortis, plenus, [r] velox, [r] frequens valde, diuersus, nõ plurimæ diuersitatis, & est minoris diuersitatis, & velocitatis quam in causonide & in tertiana. Et non est caliditas eius in termino causonidis, & tertianæ fortis. Et illius quæ ex ea est à putredine, caliditas, & accidẽtia sunt vehemẽtiora, & cura eius est difficilior, & magis similis cum causonide. At vero subtilitas sang. & grossitudo cognoscuntur ꝑꝑ illud quod egreditur de eo. Et synocha feruida est res magis similis in principio sui febri ephimeræ: verũ caliditas eius est paruæ mordicationis, & læsionis: & inuenit ex ea inflammationẽ, & [o] dyspnœam, & est plurimũ impressionis eius prope cor. Putrida vero est æqualis, & similis æquali ẽm plurimum. Signa aũt permutationis eius sunt cuiusq; eorũ ad quod permutatur, vt præfocationis, & apatum gutturis, & duarũ amygdalarum: & tu iã [s] sciuisti ea. Et signa variolarum [t] scies: & signa [u] sirsen, & doloris capitis, & permistionis mentis, & aliorũ iam sciuisti. Signa vero longitudinis eius, sicut iam [x] sciuisti, sunt ex postpositione signorũ digestionis, & tornatilitate faciei, & diuersitate dispositionis eius in spatio suo ex additione, & statione, & diminutione, ita vt sit quasi ipsa sit tepida. Illud enim significat, q̃ sang. est plenus humore crudo. Spatiũ vero crisis eius significant apparitio signorũ digestionis: quæ si tardat vsq; post tertiũ, & quartũ, nõ fit crisis in septimo: Et [y] multoties quidẽ fit crisis eius in quarto.

Margin notes: b T.1.c.33. — C G.9.meth.c.1.a — D Li.9.meth.c.1.a — * Li.2. d[iue]rsus feb. ... Auic. in... de simplici ... oppositũ est ... Gal. vero ... cuius opposi... est malefictũ, ... prognost. cõ... 2.a — E G.9.meth.c.2.b ... c.2.c & c.4.e — F Gal. 11. meth. c.4.g.h — G † frutex cuius gummi est dragăti — H G.2. de differẽ. feb. c.11. 42.g.h — I G.2. de differen. feb. c.2.f, & 9. meth.c.3.b — K Ras.30.cõti.t.5. c.1.381. — L G.2.de cri.c.6.g — M Gal. cõmẽ.3.in ... morb. vul.3.g — N Sera. t.6.c.12. ...4. — O Ras.30. cõt.t.5. c.399.1. — P Ras.t.10.c.6. — Q Ras.399.2. — R G.9.meth.c.4.f — S Lib.3.F.9.c.9. — T T.4.c.7. — V Li.3.F.1.t.3.c.2. — X T.1.c.4. — Y G.3.de cri.c.4.d

Cura febris sanguinis. Cap. 45. E

INtentio in curatione febris sanguinis est euacuatio plurima [a] vsq; [a] ad syncopim. Et ingrossatio substantiæ sanguinis, si fuerit subtilis valde aquosus, aut cholericus. Et infrigidatio eius, & mundificatio, & subtiliatio ipsius si fuerit grossus, & iā sumpserit æger prius generatiua sanguinis grossi, & generatiua humoris crudi. Et digestio materiei facientis febrem, & eius resolutio. Euacuatio aūt non est aliqua sicut phlebotomia ex manu, in quacunq; hora accidat: & non expectatur crisis, neq; digestio, [b] nisi sit repletio nauseatiua: tunc enim caue eā, & remoue ipsam. Quod si febris perseuerauerit, tunc phlebotoma: & non cesses phlebotomare, donec æger appropinquat [a] syncopi, aut cadat in syncopim, si corpus fuerit forte: [c] syncopis nanq; infrigidat complexionem fortem. Et [b] scias φ phlebotomia, & sumere in potu aquā frigidam qñq; excusant à regimine alio. Et partitio quidem in ea est melior si nō fuerit quod necessariam faciat festinationem: nam fortasse erit in ea, quæ est infra appropinquationem syncopis, sufficientia vel vltimatio in curatione. Et [c] fortasse sequetur phlebotomiam vltimam statim fluxus ventris cholericus, & sudor, quem oportet omni hora abstergere ita φ abstersio successiue fiat vel abstersio continue succedat sudori, fortasse enim saluabitur cū eo. Et succurratur ei, quod accidit de debilitate, & syncopi cū cibo subtili, & quiete. Et oportet vt continuetur lenificatio naturæ cū illis, quæ sciuntur de illis, quæ sunt sicut aqua duorum granatorum. s. dulcis & muzi vsq; ad terminum, & siracost, & tamarindi, & collyria leuia de E quibus diximus. Et qñq; est necessarium apud digestionem euacuare cum eis, quæ sunt sicut myrabol. & fumus terræ, & casia fistula, & his similia de illis, quæ sciuisti. Quod si dispositio non tolerat phlebotomiam in manu, phlebotometur vena, quæ est inter duo cornua frontis, aut ponantur ventosæ. Si aūt non præparatur aliquid eorum, & hoc propter accidens quod prohibet, tūc fac solutionem ventris ꝭm modum, qui est in causonide. Et infrigidatio fit cum eis, quæ aperiunt, & incidunt, & sedant ebullitionem. Et si acciderit ex phlebotomia syncopis, ciba eū pane, & aqua acrestæ. Quod si accidat fluxus sang. narium per se, nō abscindatur nisi cum appropinquauerit syncopis. [d] Sanguinis vero ingrossatio fiat cum eis, quę sunt sicut rob iuiubarum: & est, vt decoquant. c. iuiubæ cum lib. v. aquæ, donec remaneat tertia, & inspissetur cum zuccaro: & quanto plus minoratur zuccarum, tāto est melius. Et lentes iterum proprie præparatæ cum aceto acetoso, forti sunt huius generis. Et caue ne des in potu rob iuiubarum, aut corpus lentium, materia existēte grossa. Eius vero infrigidatio fit cum eis, quæ sunt sicut aqua lentium infrigidata: & aqua lactucæ infrigidata: & [e] sumere in potu aquam frigidam, si non fuerit quod prohibeat: & fortasse sumitur in potu donec tremere faciat, & infrigidet vehementer forsitan enim sanat eum. Et [f] qñq; permutatur febris ad phlegmaticam, & curatur cū trochiscis de rosis, & similibus. Et hæc quidem cura est quorundam [g] antiquorum: & secuti sunt eam quidam modernorū. [h] Dare aūt in potu aquam hordei, G est curatio conferens ei, sed cum lenitate naturæ. Et melior horarum ad hoc, est hora vehementis ebullitionis, & angustiæ, & inflammationis, & frequentiæ casachan. Et [i] scias quod esse contentū infrigidatione, & dimittere phlebotomiam, & vētris solutionem, addit in oppilatione, & coarctatione: quare additur putredo & caliditas in secunda dispositione. Mundificatio aūt fiat ꝭm diuersitatem exigentis, virtutis, & debilitatis, cum digerentibus humorem crudum, qm̄ fortasse ipse est causa in putrefactione sanguinis. Et in fine eius da ei in potu, quæ sunt sicut [k] trochisci de camphora, & trochisci de spodio: Et isti ēt trochisci sunt boni. Recip. spodij. ℥. iij. seminis portulacæ. ℥. v. seminis cucumeris. ℥. iiij. seminis cucurbitæ. ℥. vi. gummi, & dragagāthi, & amyli omnium ana. ℥. iij. succi liquiritiæ pondus. ℥. vij. fiant ex eis trochisci. Descriptio alia, & proprie apud debilitatē hepatis. Recip. rosarum. ℥. iij. succi berberis. ℥. ij. seminis cucumeris, & melonis, et alchetha. i. cucumeris anguinalis, & portulacæ, & spodij omnium ana pondus. ℥. i. gummi, & dragaganthi, & amyli omnium ana. ℥. ʒ. rauedsceni, & croci, & camphoræ omnium ana pondus quartæ. ℥. i. fiant trochisci. Cibi vero sint illi qui fiunt ex iuiubis, & illi qui fiūt ex lentibus cum aceto, & granatis, & sumach. Et si sit aliquid eorum constrictio cuius timeatur, frangatur cum siracost, & prunis: & cū cibo qui fit de cucurbita, & cum cibo qui fit ex succo limonum vel ex acetositate citri vel aranciorum. Et eius fructus sit [h] pira de sceni, & [h] granata, & [h] mala de sceni. Et eius olera sint alchetha. i. cucumer H anguinalis, & cucurbitæ, & [l] † {alkehethed,} & endiuia, & portulaca, & herba dicta acetosa, & coriandrum, & quæ sunt eis similia. Et si accidat [m] dolor capitis, aut [n] pulsus cordis, aut [o] vigiliæ, aut profunditas [p] somni, aut [q] fluxus sanguinis narium superfluus, destruens virtutem, & alia de accidentibus difficilibus: cura cum eis, quæ docuimus te in loco suo.

De febre phlegmatica. Cap. 46.

S[r] Ciuisti quod febris putredinis phlegmatis qñq; est paroxysmalis: & qñq; est inseparabilis: & sciuisti causam in hoc. Et sunt ei horæ sicut reliquis febribus, & minor horarum sui principij secundum plurimum est. xviij. dierum: & eius eradicatio in pluribus est inter [s]. xl. & [t]. lx. dies. Et salubrior earum est illa, quæ est mundorum teporum, & præcipue illa, quæ est multi sudoris: significat enim subtilitatem materiei, & paucitatem eius, & raritatem corporis: [v] Longior ergo partiū huius ægritudinis [x] est augmentum: quamuis eius declinatio iterū sit longior declinatione tertianæ plurimum. Et [y] phlegma quidem putridum qñq; est vitreum: & qñq; est acetosum: & qñq; est dulce: & qñq; est salsum: & tu iam [z] sciuisti qūo ex salso fit causon. Et plurimum [a] quidem accidit febris phlegmatica humidis, & ociose viuentibus, & [a] senibus, & [a] infantibus, & patientibus nauseatiuā

satietatem,

A Lib. 1. F. 4. c. 20. & G. 9. meth. c. 4. h
Infra a
B G. 9. meth. c. 5. h
Supra a
C G. 9. meth. c. 4. g
D Lib. 2. t. 2. c. 369. & Ras. vlt. cōti. t. 1. c. 375.
E G. 9. met. c. 5. d. e
F Ca. 7. & Ras. lib. diuis. c. 149. & 150.
G Ras. lib. diuisio. c. 149.
H Ser. t. 6. c. 12.
I Ga. 5. meth. c. 5. e
K Ras. t. 10. c. 6. & 30. conti. t. 5. cap. 2. 401. 1.
L † spēs cucumeris grossi
M Cap. 24. & li. 3. Fē. 1. t. 2. c. 29.
N Li. 3. Fen. 11. t. 2. c. 4.
O Cap. 20. & lib. 3. Fen. 1. t. 4. c. 6.
P Cap. 18. & lib. 3. Fen. 1. t. 4. c. 4.
Q Cap. 14. & li. 3. Fen. 5. t. 1. c. 8. & 9.
R Cap. 1. & Gal. 2. de differētiis febr. c. 2. e, & 2. de crisi. c. 6. e,
S Ras. 30. cōti. t. 11. c. 1. 411. 4.
T Ras. 410. 3.
V Oppositū. c. 4.
X Ga. 2. de differētiis feb. c. 4. a
Y Ga. 2. de differētiis feb. c. 6. f
Z Cap. 40.
A Cap. 47. & Gal. 1. art. cur. ad glauc. c. 7. c. d, & 2. de differentiis febr. c. 1. d & 2. de cri. c. 5. d. e

A satietatem,& [a] exercitantibus,& [a] balneantibus se super repletionẽ,& [a] habentibus eructuationẽ acetosam,& habentibus repletionem,& patientibus,& descẽsum catharri ad stomachum,qui putrefit in eo. Et [b] parum quidem euacuatur à læsione in ore stomachi. Et scias quod cum omni febre cum qua est frigus,constringitur pulsus,& minoratur.

Signa phlegmaticæ periodicæ. *Cap. 47.*

IN illa quidem in qua causa est phlegma vitreũ,aut acetosum,frigus multiplicatur valde.Et [c] rigor in vitreo est vehementior.At frigus non incipit in ea subito,immo paulatim in extremitatibus:deinde perueniunt ad hoc vt fiant sicut [d] nix,quæ non calefiunt nisi cum difficultate,neq; calefiunt subito,neq; ſm gradationem continuam: [e] immo paulatim cum reditu frigoris: & fortasse commiscetur frigori eius in principio horripilatio. Fit [f] ergo frigus pp illud, quod non putruit:& horripilatio pp illud quod iam putruit:Et maius frigus eius,& ipsius rigor,sunt in periodis status. Et hæc quidem febris non est ex materia,quæ faciat punctionẽ,ita vt sit causa rigoris ſm viam expulsionis.putredo naq; eius est putredo rei lenis:Et [g] incipit cũ grauitate, & profunditate somni. Et [h] multoties incipit in paroxysmis primis sine frigore,& sine rigore, immo postponitur vsq; ad tps:& fortasse erit frigus,& non erit rigor.Et [a] multoties [i] incipit cum syncopi, & qñq; non fit.Et in hac quidem ægritudine multiplicatur syncopis pp debilitatem oris stomachi, & casum appeti-
B tus,& priuationẽ alistimbre:quæ est præparans materiam nutrimẽti,& virtutis. [g] Illam vero,quæ est ex phlegmate salso,antecedit horripilatio,& non fit vehemens frigus eius. [k] Illam aũt quæ est ex phlegmate dulci raro antecedit in principio vsq; ad plurimos paroxysmos horripilatio,neq; frigus,neq; rigor.Et [a] plurimæ quidẽ periodi febris phlegmatis incipiunt cum syncopi:Et iam apparet in ea in principijs calor vehementior:& in postremis minoratur illud.Et vr̃ vt sit causa in hoc, qm̃ putredo antecedit prius ad magis dulce,& magis salsum, & magis subtile, deinde ad grossius & frigidius.Et [l] tactus caliditatis eius in primis est debilis,& vaporosus,deinde cum prolongatur positio manus super membrũ,sentit manus acuitatem & mordicationem. Veruntamen non est similis,neq; ęqualis in omnibus super quę cadit manus:immo est diuersa:qm̃ inuenit in loco vno adustionem,& in loco alio lenitatẽ:& est quasi caliditas coletur post rem [m] cribellatam: qm̃ phlegma viscosum est,quare diuersificatur eius passio & eius subtiliatio à caliditate:sicut [m] accidit in reliquis viscosis cum ebulliunt:ipsa [m] enim disrumpuntur seu vesicanť in quibusdam locis, & nõ disrumpuntur seu & non vesicantur in locis alijs.Et [n] qualiscunq; sit caliditas eius ſm plurimum minor est,quã vt inflammet,& angustiam faciat,& magnificet desiderium aeris frigidi:& aquæ frigidæ [n] neq; hmõi caliditas declinat ad discooperturam et inquietudinem,& magnificationem anhelitus,& exufflationem.Et multoties quidẽ accidit caliditati eius vt stet ad quantitatẽ horæ vnius
C aut duarum horarũ,quare existimatur quod ipsa iam peruenit ad statum,cũ ipsa adhuc sit in augmento.videbis enim eã iam incipere augmentari:et silr̃ sunt ei in declinatione stationes.Et febres quidem phlegmatis sunt multę humorositatis vel roritatis in cute pp multitudinem humiditatis, & vaporis sui,pauci sudoris pp viscositatem humoris.Et cum sudare facit, est res non exuberans. Et de prioribus significationibus eius,est paucitas sudoris, & priuatio eius. Et [o] sitis quidem minoratur in febribus phlegmatis,nisi pp causam salsedinis,aut causam vehemẽtiæ putredinis eius: & cum hoc est minor,q̃ sitis quæ est in alijs.Et [p] inflatio laterum multiplicatur in eis. Et [p] qñq; accidit cuti lateris,vt subtilietur cum tensione. [p] Color aũt patientium phlegmatis febrem, est decliuis ad viriditatem,& citrinitatem,currentes in albedinẽ:ita vt sit illud quod aggregatum est,sicut [q] color plumbi ita vt in statu ẽt.Et raro quidem rubet color in eo cuius rubedo sit rubedo in statibus reliquarũ febrium.Pulsus vero eius est pulsus paruus,submersus,debilis,rarus in primis,deinde fit frequens in fine.Et [r] frequentia quidẽ eius,& eius paruitas,vehementior est quam frequentia quartanæ,& tertianæ:& eius paruitas,& vehemẽtia frequentiæ eius est, pp vehementiam paruitatis ipsius:verum nõ est velocior pulsu quartanæ:& qñq; est tardior eo:aut similis ei in primis: & est vehementis diuersitatis, [n] cum priuatione ordinis:Et parui,& debiles ex eis,sunt in diuersitate eius plus: Et significationes quidem pulsus super eam sunt de certioribus significationibus.
D [s] Vrina autem eius in primis quidem est alba,subtilis pp multitudinem oppilationum,& frigoris: [t] deinde fit rubea pp putredinem,& conturbatur propter malitiam digestionis. & qñq; alteratur in ea dispositio hora post horam.Et [t] qñ remanet ex materia grossa, & resoluitur putridum,& redierint oppilationes dealbabitur vrina, [t] deinde qñ putrefit res plurima post illud & expellitur,& aperiunť oppilationes, [t] rubet vsquequo redeat ad oppilationes,quod oppilet eas vice alia de illo eodem humore.Eius [v] vero egestio est lenis,subtilis,phlegmatica.Et de eis,quę significant quod febris est phlegmatica,est [x] vt sit paroxysmus eius.xviij.horis,& dimissio eius.vi.horis:& [y] nõ est dimissio eius,dimissio munda,qm̃ materia cum grossitudine,& viscositate est multa. Et significăt ipsam [z] ætas,& consuetudo,& [z] tempus,& [z] regio,& cibi,& aduentus causarum antecedentium ex [a] satietate nauseatiua:& significant ipsam forma prædicta ex colore faciei, & [b] inflatione eius, & lenitas tactus:& debilitas oris stomachi,& [c] casus appetitus : Et quandoq; magnificatur [b] in ea splen, & antecedit eam [d] eructuatio acetosa in pluribus horis multoties.

Signa phlegmaticæ inseparabilis,& est illa,quæ nominatur latica. *Cap. 48.*

SVnt [e] sicut reliqua signa febris phlegmaticæ,præter eradicationẽ : & q̃ similatur eradicationi. Et præter inceptionẽ cum rigore & frigore & horripilatione, & est res magis [f] similis hecticæ & est

A Cap.47. & G.1. art.cu.ad glau.c.7. c.d,&.2.de differẽtiis febr.c.1.d,&.2. de crisi.c.5.d.e
B Ga.ibi.2.de cri. c.5.e,&.1.art.cur. ad glau.c.5.h
C Gal. de tremo. c.7.g
D Ras.30.cõti.t.11. c.1.410.3.4.
E Ras.10.almans. c.7.
F Gal.2.de differẽtiis fe.c.6.g,& Ser. t.6.c.14.& Ras.30. cõti.t.11.c.1.410.3.
G Ras.410.4.
H G.2.de cri.c.5.d
Infra a
I Ras.411.2.
K Ras.30.cõti.t.11. c.1.410.3.&.411.4.
Supra a
L Ras.410.1.
M Ras.ib.&.411.3.
N G.2.de cri.c.5.d
O Ga.1.art.cur.ad glau.c.7.c,& Sera. & Aet.lib.2. Ser.1. c.85.
P G.2.de cri.c.5.e
Q Ras.409.4.
R Ga.1.art.cur.ad glau.c.7.c
S Li.1.Fẽ.2.doc.3. sum.2.c.2.& Ga.1. de art.cur.ad glau. c.7.d
T Ras.411.3.
V Ga.1.art.cur.ad glau.c.7.c
X Ser.t.6.c.14.& Aet.li.2.ser.1.c.85.
Y Sera.ibidem.
Z Cap.46.& G.2. de cri.c.5.d.e
A Gal.ibidem.
B Sera.t.6.c.14.
C Ras.10.almans. c.7.
D G.2.de cri.c.5.e
E Ras.30.cõt.t.11. c.1.410.2.& lib.diuiso.c.152.
F Cap.4.

& est illic tepor in sex horis,& simile ei supra illum qui fit in continua,qm̃ periodica etiã non eua- E cuatur à tepore qui tamen est occultus non apparens. Febres, quæ sunt ſm plurimum de genere phlegmaticarum,& sunt quandoq; ex cholera:& non sunt ex eis,quæ fiũt ex melancholia appropriatæ cum nominibus,& iudicijs.Et sunt febres [a] empialos,& liparia:quæ ambæ sunt de summa febrium in quibus diuersificantur loca caloris & frigoris intus & exterius, propter diuersitatem, loci eius,quod putrefit,& quod nõ putrefit.Et ipse sunt tres diuisiones & sunt febris appropriata nomine syncopalis humorosa,& febris syncopalis minuta,& febris diuturna,& nocturna.

A Gal,3. de simpl. medic.fac.c.16.a

Febris in qua occultatur frigus,& apparet in ea calor & est empialos.i.epiala. *Cap.* 49.

HÆc [b] febris fit ex phlegmate vitreo,comprehenso in occulto, & profundo, quod infrigidat locum vbi est. [c] Verum ipsi accidit iam putredo: quare spargitur ex ea vapor eius quod putrefit & dispartitur & inflammat in exterioribus: & illud quod non est putrefactum infrigidat in interioribus.Et eius quidem frigus non fuit apparens in huiusmodi tempore, qm̃ fuit quietũ con suetum,& patitur ab eo id quod occurrit ei:cum ergo incipit in eo putredo,mouetur, & spargitur sparsione quadam,quamuis non perueniat ad hoc,vt communicet toti corpori.Signa.Signa eius sunt eadem,quæ prædicta sunt.Et ꝙ eius vrina est frigida,cruda, [d] minoris caliditatis ꝙ̃ vrina aliarum sui generis.Et pulsus eius est rarus,[d] tardus:Et ipsa ſm plurimum additur omni die.[e] Verum propter grossitudinem materiæ suæ [f] conuertitur quãdoq; in quartanam,& tertianam.qm̃ huius- F modi materia in corpore est pauca & paruæ putrefactionis accidens raro & [g] paucitas eius est ex causis elongationis periodi.& [d] hoc non extrahit eã ab hoc quin sit phlegmatica,sed ipsa est phlegmatica propterea ꝙ putredo est putredo phlegmatis, non propterea ꝙ paroxysmus redeat omni die. [h] Spatium vero paroxysmi eius est à quatuor horis vsq; ad.xxiiij.horas & secundum plurimũ consumitur ante illud:quoniam hæc materia non est cum illa multitudine.

B Gal.2.de differẽtiis febr. cap.6.g & Paul.lib.2.c.26.
C Paul.ibidem.
D Sera.t.6.c.17.
E Cap.67. oppositum c.1.& t.4.c.13.
F Ca.1. & Ras.30. cõti.t.11.c.1.412.2.
G Cap.1.
H Sera.t.6.c.17.& Ras.30. conti. t.11. c.1.412.2.

[I] *Febris in qua occultatur calor,& apparet in ea frigus,& est {liparia}.i.lipyria.* *Cap.* 50.

HÆc febris secundum plurimum est phlegmatica,& quandoq; est cholerica ex cholera grossa valde.Quomodo autem est phlegmatica? est qm̃ phlegma intrinsecum qñ inflammatur & putrefit,calefacit illũ locum,& qm̃ non resoluitur,non calefacit exteriora corporis cum sparsione vaporis sui calefactione plurima. Et quoniam virtus effunditur ad locum vbi est læsio, tunc euacuantur exteriora à calore: quare infrigidantur proprie quando in exterioribus sunt phlegmata cruda vitrea frigida. Et iterum quoniam resoluitur multoties ex eo vapor, qui non putrefit, sed ascendit & separatur propter caliditatem, & associatur ei caliditas spatio paruo, deinde separatur ab eo separatione vaporis aquæ calefactæ.Cum ergo separatur ab eo, & fuit in radice ante putredinem vehementis frigiditatis,redit & infrigidat corpus.Modus autem quo fit cholerica est, quoniam cholera quando est pauca,& intrinseca,& putrefit,& calefacit locum, & nõ resoluitur ex ea G aliquid,accidit quod diximus in sua simili ex phlegmate. Et appropriatur hæc cholerica nomina taburos.Verum liparia est nomen generis,& [k] est longioris spatij ꝙ̃ hemitriteus.Et habet aliquis vt dicat,quomodo erit febris & nõ procedet in ea caliditas ex corde in totum corpus? illud nanq; quod narratur,est de genere eius,in quo nõ procedit caliditas ex corde in totum corpus.Responsio itaq; est,ꝙ in diffinitionibus harum rerum attenditur vna conditio,vt non sit quod prohibeat, sicut diffinimus aquam frigidam & humidam,qñ dimissa fuerit secundum naturam suam,& non fuerit quod prohibeat:& diffinimus graue quod est illud,quod tẽdit inferius qñ dimissum fuerit cũ sua natura:& in istis omnibus caliditas peruenit ad cor,& procedit in arterias, & spargitur. At vero accidit prohibitio illius,in quibusdam locis, sicut accidit si ponatur pruina vel glacies super ipsum.Nocumentum vero eius necessarium est esse actu.

I Gal.de intẽperie inequali.c.8.f.g
K Ras.30.cõt.t.11. c.1.412.2.

Febris in qua fit vnaquæq; duarum rerum,in vno quoq; duorum locorum. *Cap.* 51.

SI hæc febris fuerit,non erit nisi vbi sunt duæ materiæ frigidæ motæ, propter putrefactionem quarum vna est in interioribus,& altera in exterioribus,& non est aliqua earum plurimæ sparsionis.Deinde cum incipiunt putrefieri,mandat vnaquæq; earum vaporem calidum comprehendentem cum partibus suis,et vbi est frigidum.Et tu quidem iam [l] sciuisti causam in infrigidatione humoris frigidi in dispositione motus. H

L Cap.49.&.50.

Febris syncopalis humorosa. *Cap.* 52.

HÆc [m] ſm plurimũ est propter phlegma crudum spissum vel grossum separatum plurimum, quod iam vincit virtutem.Et ſm plurimum adiuuat malitiam vel nocumentũ eius debilitas oris stomachi.Et qñ mouetur, & incipit in putrefactione vincit virtutem plus, & facit eam hæsitantem:quæ si dimissa fuerit cum materia,non sufficiet cõtra materiam.Et qñ occupatio fit in euacuatione eius cum facilitate,fit inobediens,aut mouetur motu pręfocante virtutem.Et [n] qñ occupatur in euacuatione eius cum solutione ventris,aut phlebotomia cum labore, nõ tolerat virtus: Quomodo enim tolerabit,cum sit illic cum sua quiete syncopis? Et [n] cum hoc toto ipsi indigent euacuatione vehementer.Et [o] iterum ipsi indigẽt cibo vehementer, qm̃ in humoribus eorum nõ est quod nutriat corpus,& viuificet ipsum:& corpus eius est priuatum nutrimento. Quod si studueris in cibando,additur in materia aggrauante:& si non cibatur,cadit virtus. Et accidit in inceptione sui,vt effundatur ad cor res frigida faciens accidere syncopim,& minoratur [p] pulsus, & tardatur,& fit rarus.Amplius natura solicita est in calefactione materiei,& subtiliatione eius: & putredo,quæ moueť in quasdam partes eius adiuuat super eã: quare euadit cor à nocumẽto frigoris eius,

M G.12.met.c.3.e & Ras.30.cõti.t.11. c.1. 409.4. & Aeti. lib.2.ser.1.c.96.
N Gal. 12. meth. c.3.e
O Aet.& Ras.t.10. c.14.
P Gal.ibi. & Aeti. & Alex. lib.12.c.3. fol.560.

A eius,& cadit in nocumentum caloris eius: quare fit pulsus velox, & proprie in constrictione sua, plusq; fit velocitas aliorum: quamuis illud quod vincit cum hoc, sit paruitas, & tarditas, & raritas.

A Ga.11.met.c.3.e & Alex. lib.12. c.3. fol.560. & Raf.30. côt.t.11.c.1.409.4. Et periodus eius est periodus phlegmaticæ, & non alteratur ab ea: & [a] est cum ea inflatio faciei, & [b] mollities corporis. Et colores habentium eam non figuntur super dispositionem vnam propterea q materia earum non figitur super vnam dispositionem immo qñq; est cinerea, & [c] plumbea

B Raf.t.10.c.14. C Gal.ibi.& Aeti. lib.2.ser.1.c.96. eius materia, & qñq; fit citrina, & qñq; fit nigra: & qñq; fiunt labia eorum sicut labia comedentis mora. Oculi vero eorum sunt fusci, virides, exeuntes valde apud cõmotionem ægritudinis, & fit sicut squinantici: Et [c] quod est sub hypocondrijs eorum, est vehementis inflationis, & similiter vi

D Alex. li.12.560. scera eorum. Et [d] qñq; euomunt acetosum. Et qñ est eius apostema in quibusdam visceribus, tunc nõ speratur omnino. Et qñq; accidit eis in quibusdam horis ex cholera dominante grossa: & fit cũ ea in visceribus adustio, & euomunt choleram, & sunt ei periodi phlegmaticæ fm plurimum.

Febris syncopalis minuta subtilis. *Cap. 53.*

E Raf.t.10.c.13. HÆc febris est acuta, [e] faciens cadere pulsum & virtutem in paroxysmo vno aut duobus paroxysmis cum additione dissolutionis accidente in corpore cum velocitate. Et qñq; nõ sufficit

F G.11.meth.c.6.g cũ ea virtus vsq; ad .iiij. & [f] fit ex chymis subtilibus, quorũ plurimi sunt cholerici vehementis subtilitatis, & profundationis, malæ substantiæ venenosæ, cui iam accidit putrefactio [e] in corporibus

B calidæ complexionis, siccæ valde, & plures paroxysmi huius febris sunt paroxysmi tertianæ.

Febris diurna, & nocturna ex phlegmaticis. *Cap. 54.*

G Raf.30.côt.t.11. c.1.212.1. H Hip. 1. de mor. vulg.côm.3.6.f I Hip.& Gal.ibi. K Raf.30.côt.t.11. c.1.412.1. DIurna [g] est cuius paroxysmus accidit in die, & eius tepor in nocte. Et [h] nocturna est econuerso, & vtræq; sunt malæ: sed diurna est longior, & deterior. & [i] facit cadere multoties propter longitudinem suam, & suum euentum in calore diei, in hecticam. Et [k] si ipsa non esset sæua, non accideret hora apertionis pororum, & resolutionis vaporis: & non accidit nisi propter multitudinem materiei, & fortitudinem eius. Et [k] est necessarium cum hoc, vt patientes eam cibetur in nocte, & non permittantur dormire super repletionẽ stomachi: & præcipiantur vigiliæ, & est ex eis, quæ faciunt cadere virtutẽ. Et [k] tolerantia febris in calore diei, & vigiliæ in frigore noctis, sunt ex eis magis dignæ quæ faciunt cadere in hecticã: & ad summum est de genere febrium difficilium.

Cura phlegmaticæ periodicæ. *Cap. 55.*

CVra huius ægritudinis diuersificatur fm horas suas, scilicet principium, & augmẽtum, & statum, & declinationem. Et fm apparitionẽ digestionis in ea, & eius occultationem: Et diuersificatur fm materias suas. s. phlegmaticam acetosam, & phlegmaticam vitream, & phlegmaticam salsam & dulcem. Et omnes eius species cõicant in hora principij in tribus rebus: in necessitate lenificationis æqualis, aut vomitus: Et in necessitate administrationis subtiliantium, & incidẽtium,

L Ser.t.6.c.14. C et diureticorum. Et [l] cũ superuenerint febri dies tres, subtiliatur in ea materia pp febrem: & si ante illud mouebis, nocebis, & non facies aliquid. Et in præseruatione ab aliquo nocumento cum subtiliatione regiminis declinante ad æqualitatem. Et fortasse est contentus aqua hordei in primis tribus diebus, sperando q sit status eius propinquior, pp subtiliationem materiei aut paucitatẽ eius. Q; si certe sciretur, q status eius esset tardus, non subtiliaretur regimen: quis fames, & somnus super famem, & exercitium super famem, si non debilitant, sint vltima in iuuamento huius ægritudinis, immo declinaretur in principio ad ingrossationẽ vsq; ad septimum, deinde gradaretur: verũ cura conueniens eget vt subtilietur regimen in primis. Si aũt status apparet longinquus, possibile est vt succurratur illi cum ingrossatione regiminis: deinde gradetur vsq; ad horam status, qm̃ tempus est sufferens hoc in hac ægritudine, non sufferens in acuta. [l] Cũq; pertransierit septimus, non stes tunc super subtiliationem: qm̃ illa debilitat, & addit in debilitate oris stomachi. Et quoties senseris longitudinẽ maiorem, subtilia minus: quãmuis subtiliatio eius in ipsa, oĩno magis sit necessaria q̃ in quartana. Et sili oportet ne festines cibare ipsum cũ eis, quæ sunt sicut pulli, & panis cum mezaurat nisi timeatur debilitas: aut appareat declinatio. Amplius diuersificatur cura eius, cuius causa est phlegma salsum, & dulce: & cuius phlegma est vitreũ, & acetosum, & fit ex eis febris quę dicit ferumundus. i. alzemheririe in qua corpus non calefit, Veruntñ in duabus primis necessaria

D est lenificatio cũ medicina leni, & infrigidatio quædam: Et in duabus secundis cũ medicina magis laboriosa: Et in duabus primis indigetur incisione cũ subtiliatiuis, in quibus non est calefactio plurima, quis sit exiccatio plurima. Et in duabus secundis necessariũ est illud quod subtiliet cum inci

M Raf.30.côt.t.11. c.1.414.1.& Sera. sione, & calefactione cum acuitate & proprie qñ [m] phlegma est permistum cum melãcholia: nam necessaria sunt in hmõi ea, qua sunt sicut diacyminum, & confectio de sulphure, & administratio salsorũ. Et [l] conuenientiores medicinæ quæ administrantur in principio, sunt geleniabin vsq; ad diem septimũ. Et non est malum vt administretur iterum aqua fœniculi, & aqua endiuiæ, & aqua apij cum geleniabin fm necessitatem. Et syrupus acetosus est vehementis iuuamenti iterum. Et

N Raf.414.1. [n] aqua mellis cum hyssopo, & est possibile vt cõsequatur per eam illud, quod quæritur de lenificatione naturæ, Et proprie cum solutiuo facto de zuccaro & rosis rubeis nominatis persicis: qm̃ est solutiuum, & lenitiuum. Et qñ necessarium est, vt confortetur eius lenificatio, cõfricetur in aqua lubleb: & permisceatur si voluerit cum casiafi. & penidijs. Et [l] iterum geleniabin acceptum cum melle tereniabin permistum cum aqua lubleb: Et nõ fiat assiduatio super ea cum solutiuis in prin

O Raf.t.10.c.7. Infrabis α cipio, & post ipsum: & proprie qñ cum materia est cholera: illud enim perducit ad corruptionem complexionis. Et [o] multi quidem homines dant in potu in principio, sicut est medicina de [α] turbit

in omni nocte,& sicut pilulę de mastice in hebdomada bis,& sicut pilulę de seminibus diureticis. E
Descriptio medicinæ de turbit. [a] Recip. zinziberis,& masticis amborum ana.ʒ.i. turbit, sicut alcohol.ʒ.x. zuccari tabarzet quantum omnia:& [α] detur in potu ei omni nocte aure.i.& illud fiat qñ natura est non lenis: Si enim obedit omni die bis, non indiget hoc: Ego vero non diligo nisi expectationem digestionis,& lenificationem cum eis, quæ diximus prius: immo oportet vt euacuetur ex ea aliquid,& expectetur in reliqua vsquequo digeratur: et fiat illud cũ facilitate paulatim, absq; superfluitate: deinde perueniat ad diuretita. Et [b] similiter abhorreo quod est simile aquæ prunorum,& tamarindorum,& similium de illis, quæ debilitãt stomachum,& soluunt subtile. Et si materia fuerit decliuis ad additionem frigoris, misceatur [b] cũ ea medulla cartami. Et si fuerit materia ad choleram decliuis, misceatur cum eo syrupus viol. aut violæ conditæ,& siracost, aut [b] violæ siccæ contritæ. Et adiuues cum clysteribus leuibus, factis ex melle,& sale,& aqua siclę,& oleo sisami no. Et vomitus fiat cum aqua raphani, [b] & [β] raphano infuso in syrupo acetoso cum seminibus,& his similibus. Et si necessarius est vomitus plurimus propter multitudinẽ eius quod accidit ei de nausea,& alteratione saporis oris, administrentur grana raphani,& bibatur ex eis vsq; ad aure.i. cum aqua frigida. Et [c] vomitus quidem cũ eo quod est in eo de debilitate stomachi, est vehementis iuuamenti valde:& est vltimus huic ægritudini. [c] Oportet ergo vt expectetur in eo septimus, vt non accidat ex eo in principio debilitas apostemans corpus stomachi. Et si sit difficilis in eo vomitus, non prouoces ipsum super ipsum cũ labore. Et [b] si accidit vomitus,& proprie in principio periodi, non retineatur nisi superfluat & debilitet, [γ] tunc enim restringatur sicut cũ miua,& syrupo de menta, quæ dicemus [d] post. Et [b] si accidat dolor capitis, administrentur embrocæ ex chamæmilla cum immissione quatuor extremorũ in aqua calida,& ligatione crurium cum fortitudine. Et [b] si indigetur aqua hordei, administretur decocta cum radicibus quantitate moderata: aut misceatur cũ ea syrupus acetosus de melle, si non acetat in stomacho: aut aqua mellis, si acetat. Et melior hora in qua daẽ in potu illud, est, si fuerit in aqua eius in principio rei tinctura. tunc enim oportet vt in potu detur in primis de geleniabin, deinde deẽ in potu post ipsum duabus horis aqua hordei. Et [e] nõ oportet vt fiat inunctio cũ vnguentis resolutiuis:& neq; embrocatio fiat cum embrocis subtiliatiuis: cũ ægritudo est in principio:& humor est in corpore ambulans: ipsa enim mollificant viscera sua calefactione humida. Et alieneẽ aqua frigida. Et [f] quoties videris vrinã grossiorẽ,& rubicundiorem, non erit malum si phlebotomaueris. Et necessarium quidem est, vt redeas tũc ad syrupos acetosos. Et scias ꝙ fricatio est de curationibus iuuantibus eos:& quanto fuerit phlegma viscosius,& grossius, tanto erit fricatio magis conferens. Et [g] dicitur ꝙ fricatio cum tela araneę cũ oleo est iuuatiua valde. Et qñ incipit ægritudo augmentari,& post illud, tunc sit tibi solicitudo plus de ore stomachi,& quod ipsum confortat. Et [b] sint masticationes factæ ex mẽta,& mastice, G & aniso: Et administretur vomitus cum raphano, ſm ꝙ [β] diximus cum minoratione cibi. Et sit cũ geleniabin quod in potu daẽ in principio. Et [b] post septimum permistum quod cõfortet os stomachi: Et [b] sit in eo prouocatio plurima, sicut anisum,& mastix. Et [b] sit cum aqua calida,& proprie in principio periodi: nã ipsum resistit rigori & frigori,& extinguit cũ hoc sitim, si excitata fuerit. Et multoties quidem conceditur euacuatio phlegmatis,& humoris crudi in hac hora, sed melius est vt expectetur in ea complementũ digestionis. Et qñ ægritudo incipit cum calore,& assiduat, iuuatur cum hmõi trochiscis. Recip. myrabolanorum citrinorũ, aloes, succi eupatorij, succi absinthij, omnium ana.ʒ.v. croci,& masticis, amborum ana.ʒ.vi. informentur trochisci,& sumatur ex eis omni die pondus.ʒ.i.& omni nocte pondus.ʒ.5. Et cum vides ꝙ digestio apparet, adiuua eam cum eis, quæ sunt sicut folia apij,& fœniculi,& radices squinanthi,& capillus veneris. Si aũt scias ꝙ materia est frigida valde, non est malũ vti pipere pauco,& vti vino pauco, subtili, non plurimo. Et qñq; adiuuant vnguenta resoluentia ad digestionẽ,& resolutionem cum virtute forti:& sunt conuenientiora in hac ægritudine, ꝙ̃ in reliquis febribus. Et oportet vt cõsideretur in hoc virtus,& febris,& rigor. Quod si virtus fuerit fortis,& febris non fuerit sæua valde, adde in virtute vnguentorum,& si non, administrentur olea subtilia, quæ ad æqualitatem sunt decliuia. Et [b] qñ pertransit.xiiij. tunc necessarium est administrare, quod subtiliat plus: sicut fœniculum,& apiũ:& for H tasse indigemus semine amborum,& aniso,& eo quod est sicut syrupus acetosus cum seminibus, in quo ponuntur hyssopus,& alhasce:& administratione [b] trochiscorum de rosis:& fortasse est necessarium addere in eis pp stomachum, tus,& masticen,& cyperũ,& absinthium,& his similia ſm ꝙ exigit illud quod præsens est. Et vinum subtile confert eis in hac hora cum subtiliatione sua:& quia confortat calorem innatũ,& quia prouocat,& sudare facit. Et cũ videris digestionem,& fortitudinem, dabis ei in potu post illud trochiscos de absinthio. Et cũ videris frigus in principio paroxysmorum nocere,& ægritudo non est in principio, da in potu aquam calidam in qua decocta sunt ea, quæ sunt sicut semen apij,& anisum,& ozimum:& administrabis iterum hmõi,& fortiora eis embrocando,& vaporando,& huiusmodi. Et qñq; datur in potu ad rigorem vehementem decoctio, ſm hunc modum. [b] Recip. zinziberis, origani, ameos, omnium ana.ʒ.iij. coriandri.ʒ.iiij. rosarum, calamenthi amborum ana.ʒ.iij. passularum.ʒ.vij. decoquantur ſm descriptionem,& sit dosis.ʒ.iij. Et cum videris digestionem completam, tunc fiat euacuatio & prouocatio cum eo in quo est fortitudo,& detur in potu sicut de bidcheribita. Et si fuerit materia ex frigidiori phlegmate, dabis in potu theriacam:& dentur iterũ in potu trochisci de rosis magni cũ aqua fœniculi;

& detur

A Ras.t.10.c.7.
Infra α
& Supra α
B Sera.t.6.c.14.
Infra β
C Ras.30.cõt.t.11. c.2.413.3.
F
Infra γ
D Cap.15.
E G.12.met.c.3.a
F Ras.413.4.
G Alex.lib.12.c.7. 608.aliter.
Supra β

Supra bis a · A Sera.t.6.c.14.

A & [a] detur ei omni nocte medicina de turbit:& pilulæ de aloe factæ cum speciebus vel aromatibus Et ad illud est decoctio hmōi. [a] Recip.hieræ.ʒ.vij.turbit.ʒ.x.myrobalanorum nigrorum.ʒ.v.eupatorij.ʒ.v.salis indi.ʒ.ij.bedeoard,suchaha omnium ana.ʒ.iiij.anisi.ʒ.iij. decoquantur cum aqua apij,et sumatur de ea in potu ſm quantitatem necessitatis. Et fortius illo est illud quod Recip.duarum radicum,& radicis liquiritiæ omnium ana.ʒ.x.hieræ.ʒ.viij.succi eupatorij.ʒ.v.seminis apij,et fœniculi omnium ana.ʒ.iiij.spicæ,mentæ amborum ana.ʒ.vij.fiant ex eis trochisci,& administrentur.Decoctio bona.Recip.duarum radicum ambarum ana.ʒ.x. passularum enucleatarum.ʒ.vij.anisi,& masticis amborum ana.ʒ.iij.bedeoard, & suchaha, & eupatorij omnium ana.ʒ.iiij. decoquantur in libris tribus aquæ vsquequo redeat ad libram vnam aquæ,& sumatur in potu aliquot diebus in ieiunio. Trochisci boni apud chronicas febres,& vehementiā rigoris.Recip.hieræ,succi eupatorij,absinthij,suchaha,bedeoard omnium ana.ʒ.v.seminis apij, & fœniculi, anisi omnium ana drach.iij.sal naptici drac.iiij.seminis cuscutæ,myrobalanorum kebulorum omnium ana.ʒ.x.agarici drach.xv.trochiscorum de rosis drach.xx.turbit drach.xxx.fiant ex eis trochisci:& sunt solutiui. Et iterum aloes,myrobalanorum citrinorum,& reubar.masticis, succi eupatorij, absinthij omnium ana partem.i.croci partis vnius medietatem,terantur,& administrentur. Et iterum hieræ,myrobal.kebulorum,salis omnium ana drach.iiij.seminis apij,& fœniculi, & anisi omniū ana

B drach.i.ʒ.absinthij drach.v.trochiscorum de rosis drach.iij.suchaha,bedeoard omniū ana drac.ij.terantur,& informentur pilulæ.Decoctio bona.Recip.eupatorij drach.v.& radicis lilij,& radicis liquiritiæ,& ameos omnium ana drach.iij. seminis apij, fœniculi ana drach.iiij. rosarum drach.v.decoquantur omnia,& sit dosis eius omni die.℥.iij.Et iterum radicum trium omniū ana drach.x.seminis anisi,apij omnium ana drach.ij.suchaha bedeoard,eupatorij, absinthij omnium ana.ʒ.v.centaureæ drach.iij.decoquantur,& bibantur vnc.iiij.Et iterum herbæ eupatorij,fumiterræ, bedeoard,suchaha,absinthii omnium ana drach.v. passularum drac.x. myrobalanorum citrinorum drach.x.Et hæc quidem cura est salso,& ei in quo vincit cholera magis cōueniens. Et [b] agaricum cum de eo sumitur in puluere ex drach.i.vsq; ad drach.i.& tertiam,diebus cōtinuis prohibet elongari ægritudinem.Sumatur ergo puluis ex eo, & commisceatur cum melle, & bibatur. Et semen vrticæ post digestionem est mirabile valde,sumptum in modum suffuf, aut cum melle. Verum si voluerit pilulas solutiuas, oportebit vt addat in eis propter debilitatem hepatis reubarbarum & semen cuscutæ:& propter debilitatem stomachi mastix,et anisum: & propter debilitatem splenis, & grossitudinem eius radix capparis, & scolopendria : nam multoties associatur huic ægritudini splen:& fortasse oportet, vt addantur propter ipsum ciperi, & grana de ben, & fœnugræcum:& consideretur cum hoc dispositio vehementiæ febris,vt non accidat vehementia calefactionis.De

B Alexan. lib.12. c.7.604.

C euacuationibus vero quæ sunt fortiora, & indigetur eis in hac ægritudine apud digestionem, est vt augmentetur dosis de pilulis de turbit:& administrentur clysteria fortia. Et de illis sunt pilulæ istæ. [c] Recip.masticis sextam drach.i.succi absinthii quartam drach.i. pulpæ coloquinthidæ sextā drach.i.hieræ picræ drach.ʒ.agarici drach.ʒ. informentur pilulæ cum syrupo acetoso mellino, & sumantur in potu.Et de illis sunt pilulæ de mastice, & de aloe. Quod si materia fuerit ad caliditatem decliuis,sumantur de trochiscis de spodio solutiuis tres trochisci,& de turbit aure.i. scammoneæ aure.ʒ.succi eupatorii aure.ij.& dentur in potu ſm quātitatem virtutis. Et iterum eupatorij, absinthij,capilli veneris,& myrobal.fumiterræ, passularum mundatarum æquales sumantur partes & dentur in potu secundum quantitatem necessitatis.Et si nō suffert corpus solutionem ventris,perueniatur ad diuretica,& subtiliatiua,& sudare facientia:Et de summa illorum quibus indigetur tunc est infusio aloes cum melle.Et quando declinat ægritudo, nō est tunc introitus balnei ante cibum malus.Cibi autem eorum sint subtiles,sicut acetum & [c] oleum : & quandoq; ponitur in eis parum [c] almuri,& proprie in fine eius.Illi autem qui sunt fortiores,sunt altheiugi & pulli & alcubugi,& his similia,& post declinationem. Et oportet vt ponantur in eis, & proprie apud digestionem ea in quibus est incisio,sicut [c] acetum,& [c] sinapis, & [c] almuri. Et si fuerit phlegma acetosum,malum,viscosum, [d] porrum, & [e] aqua ciceris sunt de melioribus cibis eis : cum ponuntur

C Ras.f.t.10 c.7.

D in eis cyminum,& anethum,& oleum.Et iterum [f] † {buared} facta ex sicla,& almuri,& aceto,& oleo abluto,& [g] † {alchuamach,} sicut alchamach de capparibus & chamach de anetho,& origano,& aniuden,& asparagis.Et deuitētur olera in quibus est infrigidatio & humectatio. Et [h] hora cibi est post teporem paroxysmi,& eradicationem eius, & ante paroxysmum ad minus quatuor horis. [i] Mensura autem somni eorum est vt sit æqualis vigilijs. vt sit digestio materiei ad somnū, & resolutio ad vigilias.Et [i] balneum quidem est vehementis nocumenti nisi post declinationem. Et [y] succurritur vomitui eius quando superfluit:Et oportet vt administretur in illo quod sit sicut miua,& [k] syrupus de granatis cum menta simul cognitus. Et si necessarium est fortius, sumatur [h] de granis granatorum muzorum drach.x.& turis albi,& masticis amborum ana drac.v.mentæ, drach.vij.decoquantur in duabus libris aquæ, [l] † {in qua sint} donec ad medietatem perueniat. Et succurratur fluxui ventris eius,cum superfluit,cum retentione eius cum eis, quæ sciuisti de stypticis regiminis cibalis,& medicinalis.Sed eius quidem debilitationi succurritur vt cibetur successione [c] eius pullis assatis,& in patellis coctis:& vt adhibeantur suffumigationes, & odores viuificantes.Et si acciderit inflatio in facie,& extremitatibus,iuuantur cū administrantur hmōi trochisci. [h] Recip.anisi & laccæ ablutæ,amborū ana pondus.ʒ.v.amyhdalarū excorticatarū, croci, mar-

D Alex. ibi.601. · E Ras.30.cōt.t.11. c.1.415.1. · F † comestibile qd cum aceto · G † res preparate cum aceto · H Sera.t.6.c.14. · I G.11.meth.c.3.g · Supra y · K Li.5.sum.1.t.6. c.19. · L †———

macor omnium ana.ʒ.iiij.ſeminis apij,ſeminis,fœniculi,floris ſquinanthi vel ſummitatũ ſquinanthi omnium ana.ʒ.iij.ſucci eupatorij.ʒ.iij.ß.ſpicæ.ʒ.v. hieræ picræ.ʒ.vij. roſarum.ʒ.x. fiant ex eis trochiſci,& adminiſtretur. Et fortaſſe indigebis eis,quæ ſunt ſicut [a] homoruſia,& [a] dialacca,& medicamen [a] de amygdalis amaris. Et ad longitudinem febris cum rigore & frigore, Recip.roſarum pondus.ʒ.x.maſticis,& ſpicæ,& fœniculi,& ſeminis apij,& ſeminis endiuiæ,& ſucci eupatorij,& ſucci abſinthij omnium ana.ʒ.iij.ſpodij.ʒ.v.fiant trochiſci:& ſit doſis ex duabus.ʒ. vſq; ad.v.cum ʒ.x.de geleniabin in decoctionis fœniculi quantitate.℥.ij. Et ameos confectum cum melle eſt magni iuuamenti in hmõi loco. Et fortaſſe indiges propter longitudinem frigoris fricatione: & [b] modus in ea eſt,vt incipiat ab humeris:& inguinibus qñ ſpargitur caliditas in manibus & pedibus,et calefiunt. [c] Si aũt ſenſerit ſimilitudinẽ laſſitudinis,fiat permutatio ad fricationem dorſi: Et qñ vehemens fit calefactio eius,nõ eſt malum tunc vt fiat fricatio cum oleo ita vt in membro vltimetur calefactio ei neceſſaria,& dimittatur ipſa vel permutetur ipſa ad aliud membrum. Et de oleis bonis eſt oleum dulce,[c] in quo non eſt ſtypticitas,& [c] oleum chamæmillinum, & oleũ de anetho [c] decoctum in vaſe duplici. Cum ergo compleueris,tunc abſterge cum oleo aliquo, vt non anguſtiet. Et [d] non eſt malum ſi fricationem ſiccam ſequatur fricatio cum oleo aliquo. Et de illis,quæ ſeruãt ſtomachos eorum,vt non debilitentur,ſunt vnguenta inuncta capiti ſtomachi,quæ ſunt ſicut chamæmilinum,& oleum nardinum,& oleum anethinum, & fortius illo eſt oleum alrazachi. Et de emplaſtris iuuatiuis eſt vt decoquatur chamæmilla cum re pauca maſticis decoquendo cum vino cum duplo ſui de melle. Et ſi ceciderit appetitus,tũc melius eſt vt non adminiſtretur vinũ immo [e] † {almibachtegi} in quo decocta ſint ſicut chamẹmilla,& ſiſymbrium,& melilotũ,& abſinthiũ.

E

A Raſ.30.cõt.t.11. c.2.414.1.

B Ca.58.& Gal.12. meth.c.3.f

C Gal.ibidem.f

D Gal.ibi.f.g

F

E † ſuccus vuę decoctus & eſt ſapa

Cura phlegmaticæ continuæ,quæ nominatur latica. *Cap. 56.*

EſT cura facietis paroxyſmum omni die:& [f] differt ab ea qm̃ oportet vt in iſta ſit adminiſtratio ſubtiliantium calidorum vel acutorum cum facilitate. Et ꝙ contentetur eis,quæ ſunt ſicut ſyrupus acetoſus,& geleniabin,& iuleb de melle,& aqua eius,& aqua fœniculi, & apij, & radicum triũ ſine dubio confert. Et qñq; confert eis chamach de anetho,& chamach de capparibus: & proprie cum veſtigijs digeſtionis. Et præparentur cibi eorum in obſeruatione temporum,& diuerſitatis eius,& fortitudine virtutis,& debilitatis eius regimine cuius rememoratio præterijt. Et [g] de medicinis bonis ad eos ſunt trochiſci de decem generibus. Et iterũ de medicinis expertis ad eos eſt illa,quæ Recip.roſ.ʒ.vi.ſucci liquiritiæ,fumiterræ,ſpicæ omnium ana.ʒ.iiij.maſticis.ʒ.iij.karabe.ʒ.iij.aniſi.ʒ.ij.præparentur. Et [h] iterum trochiſci,eupatorij.ʒ.iiij.roſarum.ʒ.i. & tertiam,ſpodij drach.ij.&.ß. Et iterum eupatorij.℥.iij.roſarum lib.ß.ſpodij vnc.iiij.ſpicæ lib.ß. Et iterum troc.abſinthij quorum deſcriptio. Recip.abſinthij aſſari,ſeminis apij,aniſi, amygdalarum amararum,ſuchaha,bedeoard,ſucci eupatorij,ſpicæ,maſticis omnium ana drach.ij. contundantur & cribellentur,& malaxentur,& fiant trochiſci.

F Raſ.lib. diuiſio. c.152.

G Li.5. ſum.1.t.8. c.62.

H Li.5. ſum.1.t.8. c.25.

G

Cura {empialos & lypariæ}.i.epialæ,& lipyriæ. *Cap. 57.*

CVra eorum propinqua eſt curæ quam diximus,& ſunt ambæ aſſociatæ vni viæ:& oportet vt incipiatur in [i] primis à ſyrupo acetoſo mellino , & zuccarino. Et præcipitur in eis ambabus, vt adminiſtretur rob acreſtæ decoctũ cum melle,& ſyrupo roſ.deinde fiat gradatio de via ſumendi in potu ſemina , & aquas eorum ad [i] infuſionem aloes , & [i] trochiſcos de roſis cum maſtice,& [i] pilulas de aloe,& [i] hieram picram,& [i] pilulas de eupatorio. Et [i] oportet vt in eis ambabus ſimul ſtomachi ſolicitudo habeatur,& adminiſtretur vomitiuum [k] cum aqua faſeolorum & raphani, & anethi,& calamenthi,& diuretica. Et de ſolutiuis iuuatiuis eſt illud, quod fit ex myrobalanis nigris,& citrinis,& turbit,& zuccaro. Et de illis quæ conferunt eis iuuamentum magnum ſunt clyſteria decliuia ad acuitatem,& in quibus ponuntur [l] medulla cartami,& centaurea minor,& anethum,& chamæmilla,& alhaſceh,& melilotum,& almuri,& mel. Et regimen lipariæ indiget facilitate pluſquam regimen alterius.

I Sera.t.6.c.17.

K Raſ.30.ↄti.t.11. c.2.415.2.

L Raſ. ibid.415.2. & Sera.ibi.

Cura febris ſyncopalis humoroſæ. *Cap. 58.*

HÆc febris eſt difficilis curæ. Et modus in curatione eius eſt euacuatio gradata ex ſubtili ad fortem:& proprie quando natura non reſpondet ex ſe : tunc enim cum clyſteribus munda quod eſt in inteſtinis,et venis propinquis eis,ex ſuperfluitate: Et adminiſtra in reſiduo ſubtiliationem cum fricatione. Et [m] Gal. quidem dixit ꝙ deficiunt plurimi eorum ab euacuatione niſi cum fricatione. Et [n] melior modorum in fricatione eorum eſt,vt incipiat à coxis,& cruribus,deſcẽdendo à ſuperiori ad inferius,& [m] adminiſtretur illud cũ mantili aſpero,abradente cutem,deinde permutetur ad manus,deſcendendo ab humero ad ſpatulam,ita vt igneatur cutis:deinde ad dorſum, & pectus,deinde redeat ad crura:& reuertatur ad ordinem primum. Et [o] ponatur medietas temporis eorum fricationi,& medietas temporis eorum dormitioni,ſi poſſibile eſt. Et ad ſummum canon curationis eorum eſt ſubtiliatio,non calefactio valde. Et [o] de illis,quæ conferunt eis ſunt ſubtiliantia,ſicut aqua mellis cũ virtute hyſſopi,& ſeminis apij in matutinis, & ſimilibus eis. [p] Quod ſi fuerit illic fluxus ventris ſuperfluus,decoque aquã mellis decoctione vehementiore,& non ſoluet niſi parum,temperate cũ iuuamento. Et ſyrupus acetoſus mellinus iterum confert eis,in æſtate quidem & cum conſuetudine potus aquæ frigidæ,permiſtus cũ aqua frigida,& in hyeme oportet vt non ſumat eã in potu penitus,& ſit cõtentus aqua calida. Et aſſumere calidũ ex potibus eſt melius eis,niſi apud neceſſitatẽ æſtus æſtatis,& vehementiã caloris plurimi. Et cõuenientius quo

H

M G.2.meth.c.3.f

N Cap.55. & Gal. ibidem.f

O Gal.ibidem.g

P Gal.ibidem.h

potantur

A potantur ad sitim est syrupus acetosus mellinus. Et vinũ aquosum confert eis in principio, & proprie si fuerint febres eorum fortes & raro fiunt, & proprie in senibus. Et necessarium est eis vinũ post cibum. Et tibi quidem necessarium est vt consideres pulsum habentium hanc ægritudinem semper, & [a] cum videris eum incipere debilitari, & cadere, subito ciba eum pane infuso in vino cõmisto, si non prohibet apã in visceribus. Cum ergo associatur ei huiusmodi ægritudo, non est curationi modus, neq; fiduciæ locus. s. quãdo accidit hmõi alteratio in pulsu: & hæc quidem cibatio est ex eis, quæ necessaria sunt, qñ vehemens fit syncopis, verum oportet vt sequatur illam fricatio. Cibus autem super quem fit dormitio est [b] aqua hordei super quam non addatur: nisi cum cadit virtus: & si additur, tunc sit panis infusus in iuleb, aut aqua mellis. Et [c] balneum quidem est de rebus nocibilioribus istis: Et [c] calidum, & frigidum valde ex aere: cum [c] calido enim non fit securitas de cursu humorum ad pulmonem, & ad cor, & ad cerebrum: & [d] frigidum prohibet digestionẽ eius, & addit in oppilationem eius. Quod si fuerit in ea humor cholericus aliquis, tunc si facilis est vomitus, & leuis est iuuatiuus valde: & ad vltimum dignus est, vt iuuet in ea.

Cura febris cum syncopi minuta. *Cap. 59.*

Oportet vt emplastretur [e] pectus eius cum sandalis, & aqua ros. & [e] viuificetur cum cibo paulatim. Et sit cibus eius, [e] sicut panis de simila infusus in aqua granatorũ infrigidata si desiderat ipsum, & silr in aqua de fructibus. Si aũt indigetur ad virtutem almosusat [e] factis ex pullis, cum [e] aceto & [e] aqua acrestæ, & oleribus frigidis, & ꝓprie coriandro, erit iuuamentũ in hoc si exhibeaẽ.

B

Regimen nocturnæ & diurnæ. *Cap. 60.*

Regimen earum ambarum est regimen phlegmaticarum, neq; est diuersitas in eis.

De quartana periodica. *Cap. 61.*

Plurimum quartana est periodica: & [f] minorañ casus quartanæ inseparabilis. Causę vero quartanæ sunt ea, quæ [g] generant melancholiam, postea quæ putrefaciunt eam: & tu iam [h] sciuisti totum illud. Et [i] sciuisti ꝙ melãcholia alia est, quæ est fæx sanguinis: & alia quæ est adustio eius, & cinis humorum. Et sciuisti ꝙ [k] de illa est sanguinea, & de [k] illa est phlegmatica, & de illa [k] est cholerica, & de illa est adustio ipsius melancholiæ naturalis. Et [k] existimauerunt quidam hominum, ꝙ quartana non generatur ex melancholia naturali, qm̃ ipsa non putrefit. Et huius quidem sermo non oportet vt auscultetur: immo de proprietatibus oĩs humiditatis est, vt putrefiat quãuis diuersificetur in præparatione. Et [l] plurimũ quidem euenit successione ægritudinum diuersarũ, & successione febrium putridarum pp diuersitatem humorum ex quibus generanẽ, & ex eorum putrefactione. Qñ enim incinerati fuerint & non euacuanẽ, multiplicatur melancholia, deinde cum putrefit, est quartana. Et [m] multoties quidem accidit successione splenis: & cum hoc ipsa ƒm plurimũ

C non euacuatur ex dolore splenis, aut duritie eius. Et [n] saluior quartana est illa, quæ non accidit ab apãte splenis, aut alijs: aut cum qua non est apã splenis. [o] Quartana enim quæ euenit ab apãte splenis, aut cũ qua est apã splenis, multoties perducit ad hydropisim, & pernitiẽ. Et [p] quartana quæ salua est, liberat ab ægritudinibus malis melancholicis, sicut melancholia, & [q] epilepsia. Et [r] in ea est securitas à spasmo, qm̃ humor est siccus. Et [s] ƒm plurimum est ęgritudo salua. Et qñ non accidit in ea error, [t] non addit supra annum: & qñq; [v] perdurat. xij. annis: & quod est infra eos. Et [x] quæ ex ea longa est, perducit ad hydropisim. Et [y] scias ꝙ autumnus est inimicus quartanæ.

Signa. *Cap. 62.*

Sunt ꝙ [z] quartana incipit in primis cũ frigore paruo: deinde incipit frigus eius addi, postea minoratur parum apud statum, sicut in phlegmate. Cumq; calefit corpus, non est caliditas vehemens, licet sit maior, & magis apparens ꝙ̃ illa quæ est in phlegmatica: [a] ipsa enim cum difficultate sua in inflammatione non inflammatur inflammatione de qua curatur, [b] sicut ignis in lignis grossis: Et non comprehenditur super corpus totum: immo est illic caliditas cũ horripilatione & grauitate: & causa in hoc est grossitudo humoris. Et [c] est cũ frigore aliquid ex dolore quasi frangat ossa: & est illic rigor & concussio vel cõmotio propter quam [d] strident dentes: verũ non sicut in phlegmatica, & perducit illud ad debilitatem visus: verum lenitur apud digestionem, quoniam malitia

D minoratur, sicut fuit in principio parumper. Et [e] de signis quartanæ, sunt causæ eius antecedentes ex febribus quæ prolongatæ fuerunt: & ex splene, aut dolore. Et [f] de signis quartanæ etiam sunt dispositio complexionis, & [g] significationes melancholiæ, & ætas, & tempus, & cibus, & forma, et consuetudo, & quæ sunt his similia. Et [h] periodus eius est. xxiiij. horarum. Et multoties est febris tertiana in æstate quidem, & fit quartana in hyeme. Et [i] multoties perducunt febres diuersæ ad febres permistas, in quibus non est ordo propter diuersitatem residui humorum remanẽtium post febres. Cum ergo confirmatur super incinerationem, confirmatur super quartanam. Et [k] illius quidem, quę est à phlegmate adusto, sunt paroxysmi longiores: Et accidit plurimum illius successione quotidianæ: & est sudor tardior, & vrina grossior, & durities venarum minor: & fit secundum plurimum successione febrium phlegmaticarum. Et [l] illam quæ est à sanguine adusto, antecedunt signa sanguinis, & febris eius, & rubedo vrinæ, & significant ipsam forma, & ætas, & tempus: & fortasse erit post febres sanguineas. Et [k] in illa quæ est à cholera adusta, est pulsus vehementioris velocitatis, & frequentiæ: & incipit cum horripilatione, & frigore in carne, & siti, & sudore. Et quandoq; fit ira, quædam & sitis, & inflammatio, & significãt ipsam forma, & tempus, & ætas, & quandoq; significant ipsam ꝙ ipsa fit successione febrium cholericarum. Et [c] pulsus in quar-

A G.12.meth.c.3.h
B Ras.t.10.c.14.
C G.12.meth.c.3.b
D Gal.ibi.c
E Ras.t.10.c.13.
F Gal.2. de differẽtiis feb.c.2.g, & de morb.tpib.c.7.a
G Li.1.Fẽ.1.do.4.c.2.
H Cap.1.
I Lib.1.F.1.doc.4.c.1.
K Ras.30.cõti.t.9.c.1.406.3.
L Ga.1.art.cur.ad glauc.c.5.h
M Ga.cõm.3.in.1.de morb.vulg.4.h, &.1. artis curat. ad glauc.c.5.h
N Ga.1.art.cur.ad glauc.c.8.e
O Ga.cõm.3.in.1.de morb.vulg.4.h
P Hip.6.de morb.vulg. cõmen.6.7.c & Gal.in cõm.d.e
Q Lib.3. Fẽ.1.t.5.c.8. & li.1.F.2. doc.1.c.8.
R G.ibi. & Hip.5.apho.70.
S Hip.& Ga.cõm.3.in.1. de mor.vul.4.h, & cõmen.3. in 3.de mor. vul.71.b
T Cap.4.& Hipp.2.de morb.vul.sec.3.373.1. & li.6. sect.4.412.2. & Ras.30.cõti.t.9.c.1.406.3.
V Ras.408.4.
X Ga.cõm.3.in.1.de morb. vulg.4.h
Y Hip.2.apho.25.& 3.apho.22.
Z G.2.de cri.c.3.g &.1.artis curan. ad glau.c.5.g, & Ras.30 conti.t.9. cap.1.407.1.&.406.4.
A Gal.2.de differẽtiis feb.c.5.c
B Ras.30. cõt.t.9.c.1.406.4.
C G.2.de cri.c.3.g
D Ras.t.10.c.8.
E Gal.2. de crisi.c.4.c.d
F Gal.2.de differẽtiis febr.c.5.c, &.1. artis cur. ad glauc.c.6.b
G Li.1.F.2.doc.3.sum.1.c.7.
H Ser.t.6.c.15.
I Gal.1.art. cur.ad glau.c.5.h, & cõm.3.in progno.27.b, & 2.de cri.c.4.
K Ras. 406.3. & 407.1.
L Ras.30.cõti.t.9.c.1.406.3.& 407.1.

tana est decliuis ad duritiem propter siccitatẽ humoris: Ipse enim trahitur ad interiora, quasi ipse esset pulsus senis: & ad æqualitatem, dum non mouetur: & [a] si moueatur, diuersificatur pulsus valde propter grossitudinem superfluitatis: & fit raritas eius apparens apud teporem: & est significatio completa super quartanam. Et [a] multoties accidit in eo diastole inæqualis, & systole vehementis velocitatis, secundum contrarium eius quod est in tertiana. Et [b] pulsus quidem quartanæ melior est pulsu phlegmaticæ in paruitate, & frequentia: sed est similis ei in tarditate: Et [c] apud inceptionem paroxysmi additur tarditas sua, & raritas eius, & diuersitas eius est maior diuersitate reliquarum febrium, deinde incipit magnificari, & fieri frequens, & velox. Et vrina in quartana est similium horarum in priuatione digestionis, propter frigus materiei, & grossitudinem eius, nisi apud statum bonum. [d] Verũ dispositiones eius, & colores eius diuersificantur: & [α] illud ideo, q̃m melancholia generatur ex humoribus diuersis. Et [e] de signis digestionis quartanæ est lenitas rigoris. [f] Vrina autem in principio est alba ad viriditatem decliuis, cruda, cui non est digestio. Et post principium diuersificatur eius dispositio et coloratio, propterea ꝙ [α] melancholiæ generatio est ex humoribus diuersis: & fit [g] apud declinationẽ nigra. Et [h] sudor in quartana est plurimus per comparationem ad phlegmaticam: & non multiplicatur per comparationem ad alias: & sitis minorat̃ in hac febre, nisi sit melancholia cholerica.

A Ga.1.art.cur.ad glauc.c.6.a.b
B Gal.1.art.cur.ad glauc.c.7.c
C Gal. 2. de crisi. c.3.g, & c.4.c
D Sera.t.6.c.15. *Infra* α
E Oppositũ Ras. 30.conti.t.9.cap.1. 406.4.
F G.2.de cri.c.4.d *Supra* α
G Gal. de vrinis. c.15.
H Ga.1.art.cur.ad glau.c.7.d, & Ras. 30.conti.t.9.cap.1. 407.4.

Cura. *Cap. 63.*

COnsideretur in hac ægritudine an sit melancholia phlegmatica, aut melancholia sanguinea, aut melancholia cholerica, aut melancholia melancholica. Deinde rege vnamquamq; earum cum eo quod ei est conueniens, de illis, quę dicemus. Verum omnibus speciebus suis sunt iudicia in quibus cõmunicant: & illud est ꝙ ipsæ minuuntur in principio. [i] quare necesse est vt attẽdatur an sit sanguis dominãs in ea, et proprie q̃n quartana est à melancholia sanguinea: tunc enim phlebotometur, & extrahatur sanguis ẜm quantitatem necessitatis: & fortasse exigit multitudo eius et spissitudo, seu fæcalitas eius vt extrahat̃ de eo res plurima. Et q̃n non est necessaria phlebotomia, [k] tunc phlebotomia est nociua, inquantum debilitat, & [k] inquantum educit contrarium melancholiæ: & inquantũ mouet humores ad exteriora. Et si oportet, euacuetur à principio de humore faciente febrem aliquid, propter alleuiationem non propter mũdificationem vel eradicationem. Illud enim apud digestionem fit ẜm ꝙ innuã ad ipsum. Et [l] sit post paroxysmum per diem. Et nõ oportet vt fiat prouocatio in primis cum fortitudine: Et oportet vt administrentur mollificantia. Et [l] si tibi non videtur bonum vti potionibus, administra loco earum clysteria conuenientia: sed oportet vt sint lenia & non conceditur confortatio eorum, nisi q̃n consequitur ægritudo statum. Et si [m] medicus iam præsumpserit, & solutione eduxerit melancholiam in principio, aliquoties solutione forti, & prohibuit ægritudinem penitus: sed melioratio est facta ab errore. Et [α] oportet vt prohibeatur in die paroxysmi à comestione: & præcipiatur ieiunium, Et prohibeatur ab aqua frigida illa die, Et est necessariũ in reliquis diebus vti carne teiugi, aut pulli: in primis teiugi vsq; ad tres vel quatuor periodos, deinde pulli, tunc enim pullus est melior. Et sit medicina in die alio à die paroxysmi geleniabin commistum cum aqua calida in die bis, aut tres drach. geleniabin cum ℥.x. syrupi acetosi. Et tu quidem scis ꝙ q̃n melancholia est cholerica, tũc oportet vt administretur in ea, quod soluat eam ex genere myrobalanorũ, & violæ. Et si est phlegmatica oportet vt administretur quod soluat eam in primis aliquid in quo sit virtus turbit. Et si est melancholia, oportet vt administretur in ea aliquid in primis in quo sit virtus polypodij, & epithymi, & similiũ. Et scias ꝙ aqua casei est bonum vehiculum ei: quod administratur de virtutibus prædictis: & [n] fortasse cõfert administratio eius solius q̃n est caliditas violenta, & geleniabin quidem & aqua eius colata à decoctione sua forti, est loco ipsius: proprie cum est in stomacho debilitas: aut est illud quod vincit humor frigidus. Et vomitus iterum & proprie ante cibum, & post cibum est conuenientior ẽt: & proprie in die paroxysmi, & ante paroxysmum: & proprie q̃n melancholia est phlegmatica est de rebus iuuantibus in ea: & non in principio tm̃, immo & in omni hora. Oportet ergo vt non laboretur in principio, & in principijs digestionis vsq; ad aduẽtum cõplementi digestionis & fiat euacuatio superfluitatum cum eo quod non calefacit cũ fortitudine, neq; cum eo qood exiccat cũ fortitudine ex medicina, & dimissione ciborũ, neq; cum eo quod debilitat ex solutione ventris: neq; iterũ cum eo quod debilitat in principio ex subtiliatione regiminis. Et scias ꝙ q̃n incipit quartana in æstate, aut hyeme, tunc oportet vt in potu det̃ in primis de aqua hordei, et secaniabin, vt aperiat vias oppilatas pp prouocationem, & consumat̃ velociter: & illud est post periodum antecedẽtem tribus horis, aut quatuor. Et cũ accidit quartana in hyeme, tũc est curandũ cum facilitate & nõ est modus vt dent̃ in potu trochisci. Et scias ꝙ res frigidæ, & humidæ facilis digõnis, boni chymi sunt cõuenientes huic ægritudini ex parte febris & ex parte sunt contrariæ vni duarũ qualitatũ melancholiæ, q̃ est siccitas, quare oportet vt administrent̃ iterum, vbi non timet̃ nocumentum digõnis: aut sit eius quãtitas ex qua non timeat̃ nocumentum in digõne: aut misceatur cũ eis aliquid quod earũ frigiditatem temperet, & nõ minuat earũ humiditatem: & istæ sunt res calidæ cũ æqualitate. Et alienetur oẽ frigidum, & siccum. Et [o] res humidæ, & frigidæ huic ægritudini cõuenientes sunt sicut endiuia, & lactuca, & melon, & persica q̃nq;. Et non oportet vt deuitentur hmõi, nisi aut pp vehementiam frigoris, & est illud inuentũ sicut in lactuca, & non est inuentum sicut in melone dulci: aut propter vehemẽtiam prouocationis perducentis ad ingrossationẽ sanguinis, & illud est inuentum

I Gal.1.art. cur.ad glauc.c.11.f
K Haly.3. pract. c.14.
L Ras.t.10.c.8.
M Ras.30.cõt.t.9. c.2.409.2. *Infra bis* α
N Ras.lib.diuil. c.153.
O Ras.30.cõt.t.9. c.2.408.1.

A inuētum in melone dulci:aut propterea quia præparata sunt ei quod permisceat ad putredinem: & est illud inuētum in persicis:& oportet vt obserues hmōi. [a] Cibi vero calidi cū æqualitate,cum additione in humiditate,sunt iuuantes valde:& proprie cum volūt æquationem caliditatis eorū, vbi non diligitur vt per ea fiat iuuamentum ad digestionē cum frigidis & humidis, sicut cōmistio ficuum cum endiuia.Et non est malum in primis sumere ea in quibus est salsedo,et acredo,& incisio,cum non timetur incrementum caliditatis: In fine aūt ægritudinis non est excusatio illius. Et trochisci de absinthio iuuatiui sunt vsq; ad finem ægritudinis.Et [b] de illis quibus fit iuuamentum est sessio in aqua calida dulci ante cibū omni die:& balneatio, quæ humectat, & non facit sudare, neq; excitat caliditatem,& cōtinuatio delitiarū & quietis,& [c] abhorrere exercitium, & motus corporeos,& animales.Et oēs istæ febres indigent humectantibus:& diuersificātur in quantitate infrigidationis,& calefactionis.Et necessitas sua qua indigent exiccatiuis,est pp illud quod est in eis de virtute incisionis,& abstersionis,& solutionis,& non pp exiccationem. Et oportet vt obseruetur stomachus cum emplastris bonis,confortantibus,quæ sunt inter virtutem caliditatis,& subtilitatem eius ſm quod exigit dispositio:Et [d] obseruentur splen & hepar:& regantur,vt nō indurentur & apostementur.Et [b] fortasse est necessarium ad prouocandum vomitum vti aqua raphani cū semine,suo,quæ misceantur cum syrupo acetoso.Et [b] fortasse iuuuatur cū antecessione commestio

B nis siclæ,& eius q̄ [e] salitum est de piscibus,& sinapis,& his similiū ante ipsum.Et [b] adiuuatur post illud cū potu aquæ multæ,deinde fiat successio cum syrupo acetoso,& euomat. Et de illis quæ cōferunt ei est vt sumat ipsum in die paroxysmi:deinde euomat super ipsum. Et securitatē facit à nocumento frigoris,& rigoris,& acuitatis febris si sumat [f] allia & mel, & bibat syrupū acetosum mellinum,& impleatur cibo:deinde sumat aquam calidam & euomat. Cum ergo consumitur paroxysmus,cœnet rem paruam,& balneetur in mane.& si sumat ante paroxysmum.v. horis cibum, vt euomat,fortasse iuuabit illud,licet non euomat totum. Et vomitus ante paroxysmum quicūq; humor sit,aut alleuiat paroxysmum,aut eradicat ipsum. Et de regimine [g] bono est [α] quod ieiunet in die paroxysmi,si non est quod prohibeat:& non sumat cibum, donec cōsumatur paroxysmus. Et ingrediatur balneum die secundo siquidem fuerit digestio ſm discreptionem: & si non fuerit digestio,non fiat in eo nisi effusio aquæ calidæ quātitate qua delectat corpus,& humectat, minus q̄ vt perueniat ad hoc,vt moueatur ex ea humor. Et in die tertio administretur vomitus propter illud quod superfluit de cibo,& quod resoluit vel subtiliat balneum:quamuis oporteat vt administretur vomitus in die paroxysmi iterum. [h] Quod si melancholia fuerit sanguinea, iuuabitur cum phlebotomia ex basilica,deinde per euacuationem subtilem cum eo in quo ponuntur de mundificantibus sanguinem,sicut virtutes suchaha,& bedeoard,& polypodij,& fumiterræ, & myroba

C lanorum kebulorum:& hoc quidem genus velociter recipit curationem. Et [i] si fuerit melācholia cholerica,tūc tibi inest vt administres infrigidationem & humectationem vltimas ex medicinis, & cibis:Et administra aquam temperatam sedendo in ea & abluēdo: Et fiat lenificatio naturæ in principio cum eis,quæ sunt sicut illud quod fit ex viol.& quod fit ex aqua casei cum virtute polypodij:aut syrupus acetosus cum epithymo,& syrupus rof.& aqua lubleb,& casia fistu. At vero solutio eius integra speratur post.xx.dies,quoniam digestio apparet in eo.s. quando materia est melancholia cholerica:deinde fiat gradatio ad illud,quod subtiliat,& incidit.Et si necessaria est rectificatio stomachi,tunc fiat cum inunctionibus,& oleis,& epithymatibus,quæ nō pertranseant virtutem chamæmillæ,& absinthij,& meliloti,& similium.Et [α] ieiunium plurimum etiam in die periodi.Quandoq; est ex eis,quæ non conueniunt ei.Et si sit vt in die periodi,sufficiat eis de cibo parum modicum.Et de mundificatiuis iuuantibus sunt ea,in quibus est decoctio myrobala. & epithymi,& sene in syrupo acetoso,in quo decoctæ sunt violæ. Et fortasse sumitur in potu assa in ieiunio proprie in die paroxysmi,& euomat ipsam,si nauseat cum ea anima eius.Et si fuerit melancholia phlegmatica properet ad geleniabin mellinum cum aqua apij, & fœniculi, & similium.Et si necessaria fuerit lenificatio,misceatur cum eo in principio virtus solutiua phlegmatis de virtutibus turbit,& polypodij:& fiat gradatio pauca ad virtutem agarici: Et fiat vt vomat cum syrupo

D acetoso mellino de seminibus,& his similibus, vsquequo incipiat digeri. Et sit vaporatio stomachi,& eius emplastratio cum eo quod est fortius:ita vt cum dactylis,& ficubus,& similibus: Et similiter inunge ipsum cum oleis calidis perueniēdo vsq; ad oleum de costo.Et fortasse est necessarium in eo prouocare vomitum cum syrupo acetoso. & sit in eo virtus ellebori albi:immo quandoq; est necessarium [k] vt in potu detur elleborus albus in raphano, [l] aut virtus ellebori in raphano, aut elleborus cum dispositione sua, cum non timetur dispositio debilitatis virtutis. Et si fuerit melancholia melancholica pura de genere fæcis sanguinis, tunc rectificatur solutio eius in primis cum aqua lubleb,& penidijs:& est conueniens administratio geleniabin mellini,& zuccarini.Et in fine eius euacuetur cum eis, quæ sunt sicut decoctio myrobalanorum citrinorum,& nigrorum,& fumiterræ, & passularum. [m] Cum ergo ægritudo digesta est, tunc bonum est phlebotomare ex basilica.Et [n] administretur vomitus super cibum cum fortitudine:aut leuiter secundum horam,& necessitatem.Et oportet vt assiduet ipsum,quoniam est radix.Et euacua cum medicinis & clysteribus fortibus:Et [o] medicinæ quæ administrātur in huiusmodi hora,sunt, [o] epithymum,& [o] polypodium,& agaricum,& [o] stichados,& [o] lapis armenus.& lapis lazuli abluti, & nō abluti,& succus foliorum pētaphyllon cum syrupo mellino.Et fortasse necessarius est [o] elleborus niger,

A Ser.t.6.c.15.
B Ras.t.10.c.8.
C Ras.30. cōt.t.9. c.2.407.4.
D Sera.t.6.c.15.& Ras.408.2.
E Gal.1.artis cur. ad glauc.c.11.f
F Hipp. de morb. 181.2.
G Ras.408.4.
Supra α
& Infra α
H Gal.1.artis cur. ad glauc.c.11.f
I Ras.408.1.
Supra bis α
K Ga.1.art.cur.ad glauc.c.11.g
L Ras.407.4.
M Alexan. lib.12. c.6.611.
N Ga.1.art.cur.ad glauc.c.11.g
O Sera.t.6.c.15.

niger,& fortasse sufficit in cholerica sene,& fumus terræ cum epithymo, & in syrupo acetoso.De E inde prouoca tunc apud euacuationem,& da in potu phlegmaticæ & melancholicæ ex ea theriacam,& mithridatum,& medicamen de assa,& sulfur,& [a] piper solum bibatur in aqua. Et de illis est [a] sinapis,quæ administretur non assidue,immo in omnibus tribus diebus: & in primis,& ante illud in spatio longiore:& similiter [a] diapepereon,& similia illi de electuarijs. Et [b] non festines cũ aliquo horum ante digestionem:nam si tu dederis in potu theriacam,& similia illi in primis, compones quartanam cum quartana:& fortasse attrahes ægritudines alias,& proprie in hyeme.Et in fine eius si necessaria fuerit phlebotomia,aude super eam.Inquit [c] Gal. sanaui gentem plurimum à quartana ita.Dedi eis in potu post digestionem solutiuum:deinde dedi eis in potu succum absinthij:deinde dedi eis in potu theriacam.Et dico ꝙ assa,et piper singularia sunt iuuatiua valde,quando apparet digestio,& peruenit status:Et ciba illum sahane,& chamach de capparibus,& [a] sinapi, & almuri,& omnibus in quibus est virtus subtiliatiua cum fortitudine. Et [d] fortasse erit tibi necessarium vt des ei in potu post.xl.dies,omni mane quãtum est nabaca vna de eis, quæ sunt sicut medicamen de assa, & omni sero similiter, cum febris non fuerit acuta, & materiei radix non fuerit cholera. Et de trochiscis iuuatiuis in hac hora, & apud declinationem, sunt trochisci secundum hunc modum. [e] Recip.succi eupatorij,& croci amborum ana pondus drach.iij. scolopendriæ,& laccæ,& reubarbari,& spodij omnium ana.ʒ.v. & se. acetosæ, & se.portulacæ, & rosſ. & spicæ,& F se.cuscute,& anisi,& semi.apij,& radicum capparis,& granorum alben, & semi. fœniculi omniũ ana drach.iiij.conficiantur cum aqua apij,& fiant trochisci, & dentur in potu cum aqua fœniculi, & endiuiæ,& cuscute:& hæc quidem medicina iuuatiua est modis pluribus. Et quando materia fuerit digesta,tunc fac istud.Recip.myrrhæ.ʒ.xv. spicæ pyrethri costi sumitatum squinanthi.ʒ.v. petroselini drach.xv.anisi.ʒ.x.conficiantur cũ vino antiquo aut melle zinziberis.Et sit dosis eius quantum est nux.Et quandoꝗ dabis in potu in fine,& conualescentibus, & apud paucitatem nocumenti in ea, & multitudinem caliditatis cum subtiliatione materiæ medicinam huiusmodi. [f] Recip.seminis hyusquiami albi,mãdragoræ amborum ana siliquam.i.& assæ circiter fabas tres. Et de hoc genere est vt sumantur iterum calamenthi domestici aure.iiij.& seminis vrticæ aur.xx. & epithymi aure.i.fiant trochisci parui valde, & sit dosis drach.i. Et ex eis quæ bona sunt eis, est vt administretur post apparitionem digestionis vsꝗ ad finem eius istud. Sumatur passularum de semi,& passularum alheruy,& allij syluestris,& myrti recentis omnium ana pars.i. & decoquantur in aqua dulci postquam infusa sunt in ea,deinde bulliant exquisite, & coletur, & detur de ea vnc.i.Et iterum seminis apij,& anisi,& cordumeni,omnium ana drach.v.origani syluestris,eupatorij omnium ana drach.vij.ameos drach.iiij.suchaha drach.iij.passularum drach.x.decoquantur in tribus libris aquæ vsquequo redeat ad lib.i.Et [g] de illis quæ bona sunt eis est,vt sumant ameos, G spicæ,& calamenthi omnium ana drach.x. & carui & anisi amborum ana drach.vij. & assæ pondus drach.v.& zinziberis pondus drach.iiij.& casiæ pondus drach.iij.conficiantur cum sufficientia mellis. Et sit dosis eius pondus drach.i. cum aqua apij, & fœniculi, & trochisci huiusmodi. Recipe succi eupatorij drach.x.scolopendriæ,spodij,fœniculi,spicæ,croci, omnium ana drach.v. laccæ, & reubarbari omnium ana drach.iij. seminis cucumeris, & seminis portulacæ omnium ana drach.vi. fiant trochisci cum aqua apij, & sumantur in potu cum syrupo acetoso. Et iterum ad phlegmaticam. Myrrhæ drach.v. & tertiam croci, petroselini amborum ana drach.v. spicæ drach.iiij.5.castorei drach.iij.anisi drach.iij.5.seminis apij, & karui amborum ana drach.quatuor, amomi, corticum casiæ, storacis omnium ana drach.ij. & tertiam, siseleos, adriani confectionis omnium ana drach.i. & tertias duas. Et quando vehemens fit rigor, est vomitus cum aqua tepida,& syrupo acetoso ad illud iuuatiuum.Quod si virtutes eius non obediunt, tunc fortifica eas cum eis quorum rememoratio præcessit secundum horam. Et [h] fiat vaporatio cum embroca, in qua decocta sunt sceha, & chamæmilla, & similia homine cooperto cum pannis laneis aggregantibus calefactionem.

A Ga.1.art.cur.ad glau.c.11.f
B Gal. ibidem.g
C De theriaca ad Piso.c.15.d.e
D Ras.t.10.c.8.
E Sera.t.6.c.15.
F Hipp. de morb. 181.2.
G Ras.30.cõt.t.9. c.2.408.2.
H Ras.lib. diuis. c.153.

Rememoratio solutiuorum, quibus indigent post digestionem. *Cap.* 64.

Kebulorum.ʒ.vi.epithymi,absinthij amborum ana.ʒ.v.mirobalanorum citrinorum, succi eupatorij,emblici omnium ana.ʒ.iiij.seminis apij,& anisi, seminis fœniculi omniũ ana.ʒ.ij.fiat H ex eis decoctio,& soluatur cum eo cum facilitate.Aut sumatur passularum sine arilis.ʒ.x.myrobalanorum kebulorum, & epithymi omnium ana.ʒ.viij. & fumiterræ pondus.ʒ.vij. & suchaha,& centaureæ maioris amborum ana pondus.ʒ.vi.eupatorij,& radicis squinãthi amborum ana pondus.ʒ.v.decoquantur cum quinꝗ libris aquæ,donec redeat ad lib.i.Pilulæ leues,quæ quando administrantur in omnibus quinꝗ diebus semel sunt iuuantes in ea,& sunt expertę. [i] Recip.epithymi,& turbit amborum ana.ʒ.x.carui,anisi amborum ana.ʒ.vij.ameos.ʒ.viij.seminis apij,& fœniculi amborum ana.ʒ.iij.polypodij.ʒ.vi.agarici albi quod facile teritur drac.viij. salis indi drach.v. hieræ picræ drach.xv.fiant pilulæ cum aqua mentæ:& sit dosis drach.i.5. Et cũ materia est phlegmatica,conferunt istæ pilulæ. [k] Recip.epithymi,agarici, ameos omnium ana drach.viij. seminis apij,anisi,fœniculi omnium ana drach.iij.salis naptici.ʒ.v.hieræ picræ, turbit amborum ana pondus drach.x.conficiantur pilulæ,& sit dosis pondus.ʒ.ij.5.Et quando est cum dolore splenis,iuuatur hoc medicamine,& soluit eum cum facilitate.Recip.scolopendriæ.ʒ.xv.agarici drach.xij. myrobalanorum nigrorum,hieræ ana drach.x.kebulorũ,absinthij omnium ana drach.viij. suchaha,

I Ras.30.cõt.t.9. c.2.408.2.
K Ser.t.6.c.15.

A bedeoard,chamæpityos,ſucci eupatorij oĩum ana.ʒ.vij.fructus tamariſci,radicũ capparorum amborum ana.ʒ.v.ſ.ſeminis apij,aniſi,ſeminis fœniculi omnium ana.ʒ.iij.fiat confectio,aut pilulæ.

Cibatio patientium quartanam. *Cap. 65.*

RECtius eſt vt inclinetur regimen eorum in primis ſeptimanis vſq; ad tres ſeptimanas ad ſubtiliationem quandam,præter quod deſtruat virtutem:& illud eſt,vt abſtineant à carne, & alzumet:hoc.n.minorat eorum materias,& eſt leue ſuper eos:& abbreuiat ſpatium ægritudinis eorum.Et poſt illud neceſſarium eſt virtutem viuificare cũ eis,quæ ſunt ſicut piſces alradradi, & oua ſorbilia,& pulli,& altheiugi.Cum ergo peruenit ad tempus in quo prohibetur in ea alzumet, & non minoratur ægritudo,tunc neceſſarium eſt cuſtodire virtutem, & cibare cum eo,quod eſt fortius ex carnibus gallinarũ,& pullorum,& arietum,& hœdorũ,& auium [a] mollis carnis, ſicut ſunt pulli,& alduragi,& piſces boni,qui non ſunt magni. Et ſcias,ꝙ conditio in eo, ex quo cibatur habens quartanam,eſt ꝙ ſit aggregans proprietates,[b] quarũ vna eſt,vt non ſit crudum, immo reſoluens ventoſitates quam facit accidere melancholia.Et [b] ſecunda eſt vt non ſit groſſum,immo ſubtilians groſſum.Et [b] tertia eſt,vt non ſit conſtrictiuum,immo ſoluens ventrem. Et [a] quarta vt ſit ſanguis ex eo generatus laudabilis.Et [c] plurimum quidem eſt in ea illud, quod habet caliditatẽ & humiditatẽ.Et tu iam [d] ſciuiſti quomodo cibetur ante paroxyſmum,& per quot horas,& quare ſit
B illud.Et ſciuiſti iterum,ꝙ nũq; neceſſarius eſt cibus in paroxyſmo,et in proximo eius propter cauſam prædictam.Verũ rectius eſt vt eueniat febris ventre vacuo,vt non occupetur natura cum materia alia:niſi cũ materia ęgritudinis,donec expellat eã.Et [a] vinũ clarum ſubtile albũ eſt iuuatiuũ.

A Ga.1.art.cur.ad glauc c.11.f
B Gal.ibi. & Sera. t.6.c.15.
C Ser.t.6.c.15.
D Cap.7.

Cura quartanæ continuæ. *Cap. 66.*

DIſpoſitio huius febris eſt,ſm quod enũciauimus ante ipſam.Et canon in ea eſt homogeneus canoni quartanæ interpolatæ:& non diuerſificatur ab ea niſi in rebus paucis. [e] De illis eſt, quod declinatio in illa ad æqualitatẽ in calefacientibus,& ad infrigidationẽ in hac eſt melior propter adhærentiam febris:quare oportet vt adminiſtrẽt in curatione eius ea,quæ ſunt ſicut ſyrupus acetoſus & geleniabin & ſyrupus acetoſus cũ ſeminibus,& aqua de radicibus ęqualis: & ſuppoſitoria cum melle.Et de illis eſt,ꝙ phlebotomia in hac eſt magis neceſſaria,qm̃ materia eſt comprehenſa in venis.Et de iſtis eſt,ꝙ licentia in carnibus in hac ægritudine eſt minor, ideo caue hoc.

E Raſ.30.cõti.t.9. c.2.408.1.

De febre ſextana,& ſeptena,& ſimilibus illis. *Cap. 67.*

ET nominatur phitanos:& quidam nominant huiuſmodi febres reuolubiles. Iſtæ generantur ex materia homogenea materiei quartanæ,ſed eſt minor,& groſsior. Et [f] plurimum quidem fiunt ex melancholia phlegmatica.Sextanam autem & ſeptenam,& quæ ſunt poſt illas [g] Hipp.dixit:& [h] Gal.dixit.Ego non vidi in vita mea aliquam ex eis,immo neq; vidi quintanã apparentem
C fortiter,& neq; eſt febris,niſi quaſi occulta.[i] Inquit,& non eſt longinquum quin ſit cauſa in ſeptena huiuſmodi,& nouena regimen,quod qñ adminiſtratur, & procedit ſuper ipſum, facit febrem. Et cũ reiteratur,facit neceſſario in huiuſmodi hora illam febrem, & ſi dimitterẽt, & rectificaretur, non faceret.Eſt [k] ergo cauſa in periodis eius,& in ipſius iterationibus, reiteratio regiminis: & periodi eius nõ ſunt periodi materiæ,quæ effundatur,& eius reditiones.[l] Inquit,oportet ergo vt obſeruetur in experientia huius ægritudinis hæc intentio, ita vt non accidat error: quamuis Gal. ſit quaſi negans aduentum harum febrium,et quaſi quidem ſit neceſſarium vt non ſit huiuſmodi febri alia radix. Verum [m] Hip.iam verificauit ſermonem in inuentione ſeptenæ, & nouenæ, & non eſt illud manifeſtum mirabile,neq; manifeſtæ impoſsibilitatis,ita vt ſit neceſſarium redire in eo ad manifeſtandum.Et ſermones quidem quos locutus eſt Hip.in ca.harũ febrium ſunt, quod ſeptena eſt prolixa,& non eſt mortifera.& nouena eſt longior ea, & non eſt mortifera. Et [n] dixit, quod quintana eſt deterior febrium,qm̃ ſit ante phthiſim, & poſt ipſam. Et dixit [o] Gal.in ea ſicut ſcitis. Et ego quidem opinor huic ſermoni modum quẽdam: & eſt vt per phthiſim intelligatur hectica: & ſit ſermo eius quintana ſubiectum propoſitionis indefinitæ non ſignificantis cõitatem:ergo eſt quaſi dicat,ꝙ de quintana eſt vna ſpecies deterior febrium:qm̃ ipſa eſt ante hecticam,et poſt eam, & eſt intentio ſermonis eius hæc,ꝙ cũ febres prolongantur,& læſionem fecerint,& fuerint permi
D ſtæ,& diuerſæ,perueniunt plurimum ad inflammandum membra principalia,& ad hecticã: & de proprietate harum febrium eſt vt ſtent in fine ſuo ſm ordinem vnum. Et plurimum illius ſuper quartanam.Et iam teſtificati ſumus eam quintanam,verum ipſa perducit ad quartanam qñ in humoribus eſt exuberatio,& in humiditatibus multitudo. Cumq; liquefactio iam multiplicatur, & euacuationes ſenſatæ,& inſenſatæ frequentes fiunt,non remanet in humoribus cinereitas, niſi illud,quod minus eſt & groſsius,& illud facit eſſe neceſſarium vt ſit paroxyſmus tardior: & fiat illa, quæ fuit quartana,quintana.Et in huiuſmodi quidem diſpoſitione rectius eſt,ꝙ ſit corpus præparatum,vt inflammetur,& fiat hectica.Et [p] iterum hectica qñ antecedit,non eſt longinquum quin faciat accidere in humoribus cinereitatem quãdam propter paruitatem ſuam vel paucitatẽ ſuam in poſtremis hecticæ:& accidit illi cinereitati putredo,quare accidit febris: & iam deſtruxit febris hectica corpus:eſt ergo mala ex hoc,ꝙ ipſa eſt ſignum aduſtionis humoris, de quo non remanſit niſi parum:& ſit aduſtus parum:& ex hoc,ꝙ ipſa eſt cauſa additionis febris, & duplicationis eius. Et non oportet vt negentur ægritudines quas non contingit videre in tempore quodam, & quadam regione:nam hoc genus non comprehenditur per multitudinem.[q] Neq; iterum oportet vt dicat,ꝙ ſi eſt quintana,tũc neceſſe eſt vt ſit materia quinta:nam melancholia generat quartanam,
non

F Raſ.30.ꝯt.t.10. c.1.409.3.
G cõmẽ.3.in.1.de morb.vulg.2.
H 1.de dſjs febri. c.5.a,& ꝯmen.3.in 1.Hippo. de morb. vulg.2.e
I G.1.de dſjs feb. c.5.h.a
K Gal.ibi. & Raſ. 30.conti. t.10. c.1. 409.3.
L Gal.ꝯmẽ.3.in.1. de morb.vul.2. e.f
M ꝯmẽ.3. in.1. de morb.vulg.2.c, & e.f
N Hipp.ꝯmẽ.3.in 1.de morb.vul.9.a, & lib.3. Fẽ.10.t.4. c.22.
O ꝯmen.3.in.1.de morb.vulg.9. a
P Gal ꝯmẽ.3.in.1. de morb.vulg.9.a
Q Cap.49. oppoſi 2.c.1.& t.4.c.13.

non propter hoc ipsum, q ipsa est melancholia, imo propterea q ipsa est pauca, grossa. Et iam non E
est longinquum, quin sit in quibusdam corporibus melãcholia grossa, pauca, cui accidit putredo. Et non cõuenit alicui, vt dicat possibile est in phlegmate, vt fiant ei paroxysmi alij, quãdo ingrossatur, & minoratur: quoniam concessio est res ampla: & raro fit possibile, vt necessario consequatur eius contradictio. Amplius non est dispositio in concessione eius, quod nunquam videtur, & non auditur, neq; de quo testificatur experimentator, aut sapiens, sicut concessio eius, quod testificatur qualis Hipp. Et iam retulit mihi fidelis quidam se vidisse nouenam. Quintanam vero nos multoties vidimus: & non cogimur propter hoc dicere, quod illic sit humor alius.

Cura specierum huius febris. Cap. 68.

APpropinquat huius febris [a] cura curæ quartanæ phlegmaticæ: & indigetur in curatione eius superfluo ieiunio: & subtiliatione cibi, & regiminis, & somno digerente vt resoluatur per illud materia grossa, & digeratur. Et iterum indiget ingrossatione regiminis, vt non destruatur in eo virtus: & sunt ista duo sicut duo contraria. Et propterea, q febres istæ non faciunt accidere læsionem virtutis, non curamus si subtiliemus regimen, & faciamus ægrum vti ieiunio vno tempore, & succurrimus illi sicut ostendimus, ita vt cibemus cum eo cuius bonum est nutrimentum, & velox fit, & multiplicatur: & in quo non est ingrossatio materiei, neq; additio in ea. Et de curationibus magis conferentibus ad illud est vomitus cum elleboro, & semine raphani & raphano, in F
quo sit virtus ellebori, & nuce vomica, & euacuatio cum hieris. Et post illud administratio theriacæ, & eis similium. Et [a] confert tunc sudatio cum medicinis, & cum balneo calido absque administratione aquę, & absq; administratione humectantium.

A Ras. 30. p. t. 10. c. 2. 409. 4.

TRACTATVS III. *De hectica.* Cap. 1.



IAm [b] sciuisti, q in membris sunt humiditates diuersarum specierum, de quibus sunt humiditates præparatæ ad nutriendum, & humectandum iuncturas. [c] De illis ergo est illud, quod est repositum in venis: & de illis est illud, quod est sparsum in mẽbris, sicut ros. Et istæ sunt duæ diuisiones, & [d] prima earum est materia febris putredinis, & febris ebullitionis, sicut [e] sciuisti, cum nutrimentum non totum expẽdatur seu distribuatur in cibum sicut aduenit, immo remanet de eo illud, quod est in semita expendendi, in cibum seu in nutrimentum, et remanet, quod est in semita thesauri vel in semita vt recondatur tanq̃ thesaurus repositus administrandus tẽpore necessitatis. Et de illis sunt humiditates proximi temporis coagulationi: & sunt humiditates, quæ fiunt actu nutrimẽtum. s. attractæ ad locum, quę sunt loco eius, quod est de eo resolutum: & fiunt additio similis illi: veruntamen tempus fluxibilitatis earum propinquum est: quare sunt non coagulatæ. Et de eis sunt humiditates, cum quibus continuantur partes membrorum similium partium à principio creationis: & per ipsarum destructionem perueniunt ad separationem. Et [f] similitudo humiditatum primarum est oleum lucernę effusum in lucerna. Et [f] similitudo secundarum est oleum imbibitum in corpore lychinij. Et [f] similitudo tertiæ humiditatis est humiditas qua continuantur partes cotti de quo factus est lychinius. Et cum inflammantur membra radicalia, & proprie cor, est illud ipsa ęgritudo, quæ est hectica secundum [g] quod sciuisti. Et caliditas quidem hepatis qñq; perducit ad hecticam: verum non est ipsa hectica, immo hectica est illa, quæ est causa cordis: & similiter dispositio pulmonis & stomachi. Verũ dum ipsa permanet finiendo humiditates diuisionis primæ membrorum, & proprie cordis, sicut finit candela oleum infusum in lucerna, tunc est gradus primus appropriatus noie generis, quod est hectica: & græce hecticos, cum non habeat in speciebus suis nomen. Et cum finiuit humiditates, quæ sunt diuisionis primæ, & incipit resoluere humiditates, quæ sunt diuisionis secundę, & finire eas, sicut cum finiuit flamma oleum euacuatum in lucerna, & incipit finire imbibitum in corpus lychinij, erit gradus secũdus, & nominatur debul, & marasmus, & habet latitudinem, & principium, & medium, & statum. [f] Amplius [æ] non sanatur ille, qui consequitur statum [h] † {aldubul,} & parum recipit curationem, nisi Deus velit: & proprie quando peruenit ad hoc vt caro consumatur vel liquefiat. Cum ergo finiuntur istæ, & incipit finire humiditates, quæ sunt diuisionis tertiæ, sicut incipit flamma adurere corpus lychinij, & humiditates eius radicales, est ægritudo gradus ter H
tij, & nominatur almefetet, & ryhas græce. Et hæc quidem [i] ægritudo est ex febribus, quę non habent paroxysmos, neq; horas paroxysmorum. Et [k] quidã dixerunt: febres hecticæ aut pendent cũ humiditatibus propinqui temporis cũ coagulatione. Aut cũ eis, quæ sunt sicut caro. Aut cũ membris radicalibus duris, sicut sunt ossa, & nerui. Et si ex sermone isto intelligitur, q pendent ſm semitam, quòd finiunt quod in eis est de humiditate continuata cum eis, erit hæc: & intentio prima æqualis seu vnũ, & idem, & si significat, quòd primũ, quod finit hectica est humiditates propinqui temporis cũ coagulatione, nõ erit sermo sanus. Et [l] hectica quidem qñq; accidit post febrem ephimeram. Et qñq; accidit post [m] febres putridas: & [n] apostematũ. Et longinquum est vt accidat [o] hectica incipiendo: quare sunt membra radicalia iam inflãmata, & non inflãmatur humor, neq; spũs ante illud: imo oportet vt calefiant illa in primis, deinde ſm processionẽ dierũ calefiant mẽbra radicalia vel principalia nisi accidat causa fortis valde. Et causa qdem vna qñq; est causa febris hecticę: & qñq; est causa febris ephimere, ſm vehementiã suspẽsionis vel dependentię ipsius & debilitatẽ suspẽsionis vel depẽdẽtię suæ sicut ignis. nã ipse obuiat lignis ſm duos modos quorũ vnus est ſm modũ, q calefacit ea, & facit ex eis euaporationẽ: & secũdus est ſm semitã inflãmationis. Et [p] febris quidem

B Li. 1. F. 1. d. 4. c. 1.
C Alzar. lib. theo. t. 1. c. 4.
D Li. 1. F. 1. doc. 4. c. 1. & Serap. t. 6. c. 11.
E T. 2. c. 43.
F G. 1. de differẽt. feb. c. 8. e
G T. 1. c. 1.
Infra æ
H † marasmi,
I G. 3. de præsaga. ex pulsu. c. 3. e
K Gal. 10. meth. c. 11. d
L Gale. 8. meth. c. 2. f, & lib. 9. c. 1. g
M Gal. 1. de diffe. feb. c. 8. d
N Gal. ibidẽ. c. 9. fo. 35. f
O G. 3. de præsaga. ex pulsu. c. 7. e
P Ras. 30. p. t. 12. c. 1. 416. 1.

A quidem putredinis,& apostematis permutatur multoties ad hecticam propter vehementiam febris & vehementiam subtiliationis cibi in ea,& [a] prohibitionem aquæ frigidæ, & paucitatem obseruationis lateris cordis cum vnctionibus,& emplastris,& epithematibus,& proprie in ægritudinibus membrorum vicinorum cordi,sicut diaphragmatis. Et [b] multoties facit cadere in eam necessitas medico propter casum virtutis, & frequentiam syncopis ad dandum in potu vinum, & aquam carnis,& medicinam de muscho,& his similia.Et [c] quandoque componitur hectica cum febribus putredinis,& apostematum.Et [d] hectica quidem in principio rei est difficilis cognitionis, & facilis curationis.Et in fine sui est facilis cognitionis,& difficilis curationis. [e] Et [a] finis [f] †{aldubul}non recipit curationem penitus.

A Ras.30.3t.t.12. c.1.416.3. | B Ras.417.3. | C Gal.10.metho. c.f.& 1.de diffis fe.c.10.g | D T.1.c.5. | E G.1.de diffis febri.c.8.e | F marasmi | G G.1.de diffis fe.c.9.g | H Gal.ibidem. c. | I Gal.ibidem.35.f | K Gal.ibidem.b

Signa. *Cap. 2.*

PVlsus quidem est minutus,[g] durus,[g] frequens [g] debilis,fixus secundum dispositionem vnam. In tactu vero eorum est [h] illud,quod sentitur de caliditate minus caliditate synochi,& ei similium inflammatarum in materia:& [g] in principio dum tangitur est magis suauis:& cum remanet super eum manus hora vna apparet cum fortitudine,& mordicatione,& non cessat augmentari: & [i] est calidius,quod est in eo locus venarum,& arteriarum.Et est eorum caliditas similis. non.n. minuitur, verum ipsa quando [k] superuenit ei cibus,augmentatur velociter:& fit fortis pulsus valde,& incipit ma-
B gnificari:& propter illud accidit ignorantibus medicorum,quod prohibent eis cibum propter illud,quod accidit eis de eo ex accidentibus,quare perdunt eos.Sicut augmentatur flamma propter iniectionem olei,& frixio sartaginis cum effunditur aqua super eam.Et istæ quidem significationes eius sunt fortes.Et cibus in reliquis quidem febribus proculdubio non incendit hac incensione,sicut inuenitur huic:quamuis necessario faciat diuersitatem motus naturæ: & hæc inflammatio non est sicut incensio reliquarum febrium post coarctationem,neque secundum periodos notas,immo cum comedunt,& in quacunque hora sit.Et [l] est habens ægritudinem non vehementer discernens illud, quod est in eodem de caliditate quando facta est complexio membro conueniens: & iam [m] sciuisti in libro.1.qualitatem dispositionum in huiusmodi:verum ipsa apparet apud susceptionem alicuius ciborum propter exacerbationem suam.Et [n] de significationibus permutationis febris ephimeræ ad febrem hecticam est vehementia fortitudinis caliditatis in.iij.valde: nam secundum plurimum incipit febris post.xij.horas declinare.Cum ergo pertransit febris.xij.horas,& non apparent signa declinationis,immo continuatur vsque ad tertium omni die,& fit fortis:tunc illa est hectica. Et de significationibus compositionis hecticæ cum febribus putredinis est remansio caliditatis siccæ post finem declinationis,& [o] post sudorem exuberantem:& additio in arefactione, & extenuatione secundum illud,quod facit necessarium illa ægritudo:& [p] vnctuositas in vrina,& egestione.Et si fuerit hecti-
C ca apparens,& alia occulta tunc significat ipsum coarctatio accidens in paroxysmis:huiusmodi.n. est non inuentum in hectica omnino.Et scias,quod quandoque incipit hectica accensa cum stomacho, quare corrumpit complexionem hepatis per vicinitatem.

L Gal.de inæquali intemperie.c.5.b,& c.d | M Fen.1.d.2.sum.2.c.5. | N G.1.de diffis febri.c.9.a | O Gal.ibid.c.10.h | P Cap.3.

Signa {aldubul}.i.marasmi. *Cap. 3.*

SIgna vero aldubul sunt,quod quando febris expellitur vel permutatur ad dubul, vehemens fit [q] durities pulsus,& eius [q] debilitas,& [q] paruitas ipsius,& eius [q] frequentia:& proprie quando causa casus in hecticam est apostema,quod non resoluitur:nam illud.s.frequentia additur valde, & similiter velocitas:& fit pulsus eius de genere eius,qui nominatur cauda muris. Quod si fuerit ex potu calidi vini,erit loco caudæ muris similis acui magnæ,& non erunt accidentia aldebul vehementia valde: non.n.dat ei spatium vsque ad huiusmodi.Et [r] apparent in vrina vnctuositas,& petala,& incipit oculus profundari.Cum ergo aldubul peruenit ad statum, fit fortior [s] profundatio amborum oculorum:& [s] multiplicatur lippitudo sicca,& [s] crescunt extremitates ossium omnis membri:& in facie:et [t] planantur tempora:& tenditur cutis [u] frontis:& [s] destruitur color cutis:& fit [s] quasi sit super eam puluis quidam & adustio solis:& [t] perducit ad grauedinem eleuandi supercilia:& [t] fit oculus somnolentus,& clausus absque somno,& [u] subtiliatur nasus,& elongantur pili,& apparent pediculi: & [t] videtur venter iam minorari,& adhærere cum dorso,quasi sit cutis sicca,quæ iam attracta est:& [t] at-
D trahitur cum ea cutis pectoris.Cum ergo curuantur [x] vngues,& arcuantur,tunc iam venit ad statum:& incipit almefetet,& cum peruenerit in almefetet liquefiunt cartilagines.

Q G.1.de differē. feb.c.9.f.g | R Cap.2.& Sera. c.11. | S Gal.ibi.f | T Gal.ibi.g | V Ras.t.10.c.3. | X G.1.de loc.affe. c.d

Cura hecticæ. *Cap. 4.*

INtentio [y] in curatione febris hecticæ,est infrigidatio,& humectatio. Et vnaquæque earum completur cum approximatione suarum causarum,& expulsione causarum sui contrarij. Et fortasse est causa vnius earum,causa contrarij alterius:sicut causa infrigidationis.ipsa.n. quandoque est causa exiccationis,quæ est contraria humectationi: [z] sicut infrigidatio cum trochiscis camphoratis,& illis,quæ sunt ex spodio,& his similibus.Et fortasse humectatio iterum est causa calefactionis, quæ contraria est infrigidationi,sicut vinum:nam ipsum humectat,sed calefacit: quare oportet vt obseruetur illud.Et si necessitas vocat ad fortem infrigidationem,& non fit nisi cum siccis,coniungatur cum eis,aut procedat ad ea,aut succedat res in qua est virtus humectationis.Et similiter cum vocat necessitas ad fortem humectationem velocem in ea,sicut aqua carnis,& vinum, tunc oportet vt adiungatur ei,aut antecedat eam,aut sequatur eam illud in quo est infrigidatio. Et si fuerit causa hecticæ apostema,aut lesio in membro,tunc necessarium est curare ipsum in primis. Et qui diligit componere regimen eius ex diuersis modis conuenientibus ei,in quo febris fit [z] vehemens valde,

Y Aet.lib.2.ser.1. & Gal.10.meth.c.11.a | Z Ras.t.10.c.3.

tunc

tunc necessarium est vt incipiat,& det in potu trochiscos camphoratos,& quæ currunt cursu eorũ E
cum syrupo acetoso diluculo,& in ortu Solis aquam [a] hordei cum cancris,si non abhorret eos,aut cum iuleb,aut cũ aqua granatorum:& apud somnũ mucilaginem [b] psyllij,si non fuerit prohibens aliquid propter stomachum,& alia.Et regimen infrigidans est per illud, quod [c] sciuisti de potibus infrigidantibus, & de oleribus infrigidãtibus,& trochiscis.sicut trochisci de camphora, & emplastris,& vnctionibus,& his similibus,& [b] infrigidatione aeris eorum,ita quod in hyeme.Si aũt non tolerat,alleuietur super ipsum coopertura:infrigidatio nãq; aeris eorum est melior res:& sicut vestire eum [b] cũ sandalatis,& cãphoratis,& facere ipsum odorare illud in quo sunt rosæ, & camphora,& sandali,& fructus frigidi,& alsahesefran aspersum cum aqua rosata:& sit alienatio sudoris & balnei.Et [d] oportet vt non prolongetur retentio emplastrorum infrigidantium valde super membra propinqua valde membris anhelitus:fortasse.n.infert illud anhelitui,& voci nocumẽtum magnum.Et [b] oportet vt declinet ad quietem,& somnum,& tranquillitatem,& gaudium. Et custodiatur ęger ab eo,quod facit ipsum irasci,& quod facit ipsum tristari,& quod facit ipsum angustiari,& à fame,& siti longa.Emplastra infrigidantia quibus oportet eos vti, sint aromatica, nam ipsa sunt propinquioris iuuamenti:& proprie super pectus,& quæ sequuntur ipsum:& sint infrigidata,& [e] non sit in eis stypticitas.Stypticitas.n.cum hoc,quod ipsa facit accidere exiccationem,prohibet virtutem medicinæ profundari.Et oportet vt assiduetur permutatio, vt non remaneat medicamen,quare calefiat & calefaciat cum obseruatione vehementiæ infrigidationis eius: [d] nam cum ipsum infrigidat vehemẽter,non elongat̃ quin debilitet mẽbrum.Et qñ est prope membra anhelitus,nõ est longinquũ quin impediat diaphragma,& alia ab emissione anhelitus cũ facilitate.Et de regimine humectante sunt cibi facti ex lacte & fructus, & tinæ, & vnctiones, & emplastra, & odoramenta,& caputpurgia,& quies,& trãquillitas: & vt nõ inferat̃ ei violentia in famæ, aut siti.

A Ras.30.cõt.t.11.c.2.419.1.
B Ras.t.10.c.3.
C T.2.c.10.
D Gal.10.meth.c.9.c
E Gal.ibidem.h
F

Rememoratio medicinarum infrigidantium eos. *Cap. 5.*

ILlæ vero quæ de eis sunt infrigidantes,aut humectantes,omnes sunt nutritiuæ:aut vincit in eis nutribilitas:sicut aqua hordei decocta cum cancris ex parte cãcri.Et [f] oportet vt euellantur extremitates cancrorum ex corporibus eorum & additamenta eorum, & abluantur cum aqua frigida,& sale bono,cum cinere vicibus tribus,& supra,donec mundificentur, & purgetur à zheumet ipsorum:deinde decoquantur in aqua hordei,& sicut aqua lactis vaccini de quo extractum est butyrum:& sicut succi olerum notorum prædictorum in [g] capitulis febrium acutarum. Et sicut mucilago psyllij.[h] In aceto autem est vehemens exiccatio,& virtus resolutionis: quare oportet vt bibatur cum eo,quod resistit duabus proprietatibus.s.per cõmistionem aquæ multæ, aut cum quibusdam humectantibus & lenificantibus.Et lac asinæ quidem existimatur,q̃ sit cũ humectatione sua infrigidans,ita vt quidam faciant meliorem infrigidationem eius super infrigidationem lactis G vaccini,de quo extractum est butyrum:verum ipsum conuenit ei,qui nõ habet nisi febrem hecticam,& ei qui non habet materiam,neq; humorem præparatum ad putredinem.Et oportet vt caueatur caseatio lactis,& ex eis,quę prohibent ipsam est [i] zuccarum. Et cum times putredinem accidentem ex lacte,tunc solue cum facilitate.Et si timueris calefactionẽ,tunc abstine ab eo aliquot diebus:& cura in ea cum trochiscis,& aquis fructuum,deinde itera lac. Medicinæ vero infrigidantes,quæ non habent humectationem sunt,sicut trochisci noti narrati, scilicet trochisci camphorati & trochisci de corallis frigidi,& sicut trochisci huiusmodi.[f] Recip.spodij,boli armeni ana.ʒ.iiij.rosarum.ʒ.vi.seminis portulacæ,& citruli,& cucurbitæ,& karabe omnium ana.ʒ.ij. fiant ex eis trochisci,& sit dosis pondus.ʒ.ij.& sunt boni valde. Et iterum alij proximi eis.[f] Recip. arnoglossæ, amyli,& gummi dragagãthi omnium ana.ʒ.iij.boli armeni,spodij amborum ana.ʒ. iiij. papaueris ʒ.v.rosarum,& seminis cucurbitæ,& citroli,& portulacæ omnium ana.ʒ.vi.granorum cydoniorũ excorticatorum,& seminis melonis,& cucumeris longi arcuati omnium ana.ʒ.vij.succi liquiritię pondus.ʒ.x.conficiantur cum mucilagine psyllij. Vnctiones vero,& epithemata,& emplastra infrigidantia,& odoramenta,& caputpurgia infrigidantia sunt illa, quæ tu sciuisti. Et meliores vnctiones [k] sunt cum oleo de cucurbita,& de papauere,& nenufare, & alkalef, & violis. Stratus aũt infrigidantes,& humectantes sunt,qui sunt plani valde de corijs aspersis aqua ros. aut de lino de H genere eius,quod fit in tabrasten,& sit impletio eius illud,quod non calefacit, immo sit de genere lini pectinati,& renouetur assidue.[i] Aut sit stratus de corijs,quę iam sunt impleta aqua postq̃ sint sup ea rectificationes,quæ applanent aquam bene,& prohibeant eius sphæricitatẽ vel rotunditatem,& sint stratus prope aquas,& cursus earum,& sub eis folia arborum frigidarum, & humidarum,scilicet de salicibus,& semperuiuæ,& olera humida,& odorifera frigida,sicut rosæ,& folia arborum frigidarum,& præputia vitis,& his similia.

F Ser.t.6.c.11.
G T.2.c.10.
H Gal.10.meth.c.9.h
I Ras.t.10.c.3.
K Cap.6.

Rememoratio medicinarum humectantium eos. *Cap. 6.*

ILlarum quidem quæ sunt cum infrigidatione rememoratio iam præterijt. Et restat nunc considerare in qualitate dandi in potu genera lactis,& lac de quo extractum est butyrũ,& in qualitate administrationis tinæ,& balnei,& administratione vnguentorum,& oleorum,& epithematũ,& reliqui regiminis.Et nos quidem iam docuimus modum dandi in potu genera lactis in [l] capitulo phthysis,& siccitatis stomachi,quare oportet vt sit illud canon.Et [m] non est lac post lac mulieris:sicut lac asinæ,postea lac caprarum,cuius pascua oportet esse ex herbis, & oleribus frigidis humidis,sicut scis:nam ipsum,& proprie lac asinæ eradicat hecticam,si fuerit ei eradicator: & non est electio

L Li.3.Fen.10.t.5.c.6.
M Alexan.lib.12.c.4.582.2

A est electio super ipsum, nisi prohibeat pùtredo accidens, aut expectatio materiei comprehensę. Et lac quidem iuuatiuum est eis à principio hecticæ vsq; ad finem eius. Et lac mulieris sugendo sumptum conuenientius est omnibus. Et [a] canon in dando in potu lac de quo extractum est butyrum est proximus illi iterum. Et melius quidem est vt incipias à .3.x. vsq; ad. xxx. & quod est supra eas, si fuerit virtus adiuuans. Et tibi inest vt commisceas cum eo aliquid de trochiscis infrigidantibus. Et tibi inest vt addas supra summam prædictam in potione prima, & postrema, si fuerit potēs virtus super digestionem. Tina autem illa est melior, quæ est tepida, in qua non est caliditas multa: & est cum hoc cum virtutibus olerum, & herbarum infrigidantium, & humectantium: & non sit ita vt rorificet, nedum quod sudare faciat: & non licet vt vapor tinæ sit calidus: & [b] si non esset, quod prohiberet administrationem tinæ frigidæ, nō eligeretur super eam: verum quod prohibet ab hoc est debilitas corporum eorum, & eorum extenuatio. In principijs vero rei ipsorum fortasse sanat eos illud, verum debilitatem corporis sanat quandoq; illud cum infrigidatione pauca quam facit in complexione eius, quæ possibile est vt curetur. [c] Quod si fuerit debilius illo, timetur, q; cadat in hecticam senilem: & illud s̄m minus. veruntamen cum illo tardatur magis tempus mortis, & fortasse viuit cum ea tempore cui est quātitas. Et multoties quidem est rectificatio seu curatio permutatio eius ad illam hecticam. Illud aūt in quo sumus de resolutione tinæ, rectius est vt fiat inceptio

A Ser. t. 6. c. 11.

B Gal. 10. meth. c. 10. fo. 66. b

C Gal. ibidem. e

B in ea cum aqua, quæ est calida ad terminum: & fiat gradatio ad frigidam, & ad temperatā frigidam tolerabilem: hæc. n. gradatio facit corpus susceptibile aquæ frigidæ, cum læsio non fiat nisi per aduentum contrarij in complexione subito. Et iterum corpus acquirit ex aqua calida similitudinem teneritatis, & tolerat cū ea frigidam. Et [d] si iteretur tina in die tribus vicibus, erit rectum. Et oportet vt administretur cum facilitate, vt non cadat virtus. Et si sumpserit aquam hordei ante tinam duabus horis, erit conueniens. Et [a] si præmittat ante emulsionem lactis super corpus eius, s̄m q; dicemus, vt dilatet tina meatus cibi, deinde suscipiat aquam hordei, & quæ sunt ei similia, postea expectet, deinde administretur tina vt dilatetur cibus: erit bonum. Et administretur post tinā, & balneum inunctio cum oleis infrigidantibus, & humectantibus, [d] sicut oleo viol. proprie: qn̄ factum est ex [e] oleo de cucurbita. similiter oleo nenufarino, & oleo de cucurbita. Et si permutentur post tinam ad illud, quod est decliuius ad frigus parū tolerabile, deinde inungatur: erit melius. Et [a] si pręmittatur inunctio, & festinet eam, deinde ingrediatur aquam frigidiorem parum erit rectum: & illud s̄m tolerantiam: et non est malum gradari in eo. Et melior quidem horarum huius actionis, est post digestionem cibi. Et si possibile est vt submergatur post tinam calidam in aqua frigida subito, absq; gradatione, est magis vltimum ex parte curæ: & magis forte ex parte timoris. Et effusio eius cum facilitate est minoris timoris, quam submersio infirmi in ea subito, & minoris iuuamenti. Et

D Ras. t. 10. c. 3.

E Cap. 5.

C sit frigus s̄m quantitatem frigoris aquæ æstatis, quæ est inter tepidam, & illam quę est vehementis frigoris. Et [a] si pręmittatur emulsio lactis super membra sua, si non fuerit debilis, aut eius quod mistum est aqua si fuerit debilis, deinde si administretur tina: erit rectum. Nam emulsio lactis super corpus est vehementis humectationis. Et genera quidem lactis bona ad emulgendum, sunt prædicta. Et oportet vt emulgeantur ex vbere. Et dignius est, vt fiat fixio super inunctionem fricādo ex oleis prædictis corpori toti, & iuncturis. [d] Ingressio autem balnei non conceditur ei, nisi fuerit ita, ne sudare faciat, neq; igniat, neque alteret anhelitum: & sit calidum aquæ eius minus calido sui aeris: & sit caliditas aquæ eius ita, vt delectet, & non lędat, & non faciat sudare: & qn̄ non est in corpore eius materia præparata putredini, & proprie cum illud est, & nō digestus est cibus: imo oportet vt sit illud cum voluntas est vt expandatˀ digestum eius in corpore. Et non prolonget moram eius in eo, imo separetur ab eo velociter. Et qn̄ separatur ab eo, sumat aliquid de humiditatibus, & de sorbitionibus, quæ non nocent ei factis ex hordeo, & lacte. Et qn̄ accidit ei in balneo sitis, sedet eam cū aqua hordei, & aqua alraib. Et lac sit lac asinæ. Et oportet vt sit introitus in balneum, deinde exitus eius ab eo s̄m modum, vt non sit labor in eo oīno. Et iam enunciauimus illud [f] in locis alijs, & iterabimus de illo conditionem. [g] Oportet vt permutetur ad balneum in lectica portata in qua sit lectus stratus æqualiter planus, donec perueniat cum ea ad primam domum: & tunc per-

F Li. 3. Fen. 13. t. 1. c. 3.

G Gal. 10. meth. c. 10. fo. 66. g

D mutetur ad stratū lene ex eis, quæ sunt conuenientia balneo. Et exuatur vestimentis suis in ea aut in media domo, si non fuerit calida. Et non moretur in aliqua earum, nisi quantitate permutationis, & anhelitus pauci, & quantitate qua exuatur vestimentis, deinde ingrediatur ad domum tertiam: veruntamen non sit vehementis caliditatis: & stet in ea quantitate qua tolerat tinam. Hoc est illud, quod dictum est: & quod magis est dilectum mihi est, vt sit tina eius in domo media temperata. Cum ergo separatur à tina frigida, cooperiatur mantili, aut chlamyde habēte duas tunicas, & permutetur ad stratum seu lectum suum & lecticam seu sbaram suam, & exiccetur seu fugatur sudor eius cum mantili, & inungatur, & cibetur.

De cibatione habentium hecticam. Cap. 7.

OPortet [h] vt separetur in eis cibus: & non cibentur in saturitate eorum vice vna. Amplius melius quo cibantur [h] est aqua hordei, & hordeum. s. fæx eius, & [i] panis tritici abluti infusus in aqua frigida. Et genera lactis, cum ab eis non prohibet aliquid eorum, quæ diximus: & [h] lac vaccinum de quo extractum est butyrum, qm̄ est plurimi nutrimenti. Et [k] almes, & cucurbita: & de fructibus melones felestini, & sunt melones alzachi cognominati apud nos indi. Et qn̄ sentit rectificationem, [l] tunc non est malum cibare ipsum caseo humido nō salito. Et si virtus debilitatur, non est malum

H Ras. t. 10. c. 3.

I Alex. lib. 12. c. 4. 576.

K Ser. t. 6. c. 11.

L Alex. lib. 12. 583.

est malum vt cibetur iure isfidabegi cum coriandro humido, decocto cum eis, quę sunt sicut alduragi, & alteiugi. Et fortasse oportet vt detur eis in potu aliquid vini subtilis pmisti cum aqua multa. Et fortasse est necessarium vt cibes cum mosos ex carne alduragi, & alteiugi, & alcubugi, & pullorum & helaman acetoso & alcharis acetosa facta ex carne hœdi, aut carne bouis, quando est illic fortitudo digestionis: & acetum almosos, & alcharis est iuuatiuum eis, & confortatiuum in hac dispositione. Et fortasse non est excusatio ab aqua carnis permista cum syrupo de fructibus frigidis, acetosis, aut [a] vitello oui sorbilis. Et quãdo prolongatur cum ea debilitas ad syncopim, est necesse vt cibentur [b] aqua carnis accepta ex costis hœdi [c] cum sale pauco, quæ coletur, & fundatur super eam quantum totum eius est de aqua malorum, & quantum est decima eius de vino odorifero, & potetur tepida. [d] Aqua vero frigida, quæ non est valde vehementis frigoris, non est malum si in potu detur eis, si non fuerit debilis, aut aliquid prohibens: & illud prohibens, aut erit apostema sub hypochondrijs, aut erunt in corpore toto chymi putridi, & chymi crudi, qui omnes digestione indigent, & non apparet signum digestionis: quòd si appareat, timor erit minor. Et similiter si fuerit hectica permutata ex sirsen aut birsen: nam cum hac melius est vt interdicatur potus aquæ frigidæ, quam cum alijs. Hectica enim cum superuenit ægritudinibus destruentibus virtutem, mollificantibus eam, arefacientibus ossa, & carnem, superuenit debilitati. Cum ergo coniungitur ei super debilitatem post sumptionem aquæ frigidæ, non moratur quin cadat in genus alterius hecticæ, quæ communicat huic generi in siccitate, & diuersificatur ei in calore, & frigore: & nominatur hectica senectutis, & hectica senij. Et illa quidem est ægritudo sæua, in qua innatus calor iam destructus est. Et similiter aqua vltimi frigoris, & plurimi nocet eis in omni dispositione, & corrumpit innatum calorem membrorum eorum radicalium. Et fortasse festinat mortem eorum, aut permutat eos ad modum alium hecticæ.

A Ser.t.6.c.11.
B Ras.t.10.c.3.
C Ras.t.10.c.3.& Ser.t.6.c.11.
D Alex.li.12.576.
E
F

De succurrendo dispositionibus sequentibus hecticam. Cap. 8.

DE illis est syncopis: & iam diximus regimen in hoc multoties. Et de illis est fluxus ventris. Et oportet vt curetur, & succurratur ei. Nam in hoc est timor magnus. Et de curis eius in primis est, vt sit aqua hordei eorum aqua sauich. Et ponantur in aqua hordei eorum [e] milium torrefactum, & gũmi, aut lentes elixatæ iteratæ, [f] aut lac decoctum cum lapidibus, aut cũ igne solo, donec consumatur eius aquositas: & proprie cum milio: & potent hos trochischos. [e] Recipe boli armeni ʒ.v. castaneæ torrefactæ, rosꝫ. omnium ana. ʒ.iiij. spodij, karabe, amborum ana. ʒ.ij. seminis acetosæ excorticati, granorum berberorum oĩum ana. ʒ.vi. fiant trochisci cũ succo cydoniorũ: & detur in potu cum aqua pirorũ in mane, & apud somnũ. Et detur in potu psyllium torrefactum: & similiter suffuf de spodio in quo est bdellium de mecha, est iuuatiuum valde. Et si peruenit ad excoriationem, curetur excoriatio cum clysteribus, quæ scis: quoniam illud est conueniens. G

E Ser.t.6.c.11.
F Alexan.lib.12. c.4.583.

De hectica senectutis. Cap. 9.

CVrrit consuetudo vt dicant hecticam senectutis post febrem hecticam. & nos etiam incedamus via consueta. [g] Intentio itaq; hecticæ senectutis est dominium siccitatis super complexionem absq; febre. Et quandoq; fit cum æqualitate in calore & frigore, & illud est fm minus. Et quãdoq; fit cum frigore, & nominatur hæc dispositio hectica senectutis, & hectica senij: quoniam corpori accidit in non hora senij illud, quod accidit in illa hora ex debul seu arefactione & siccitate. Et [h] senes quidem sunt velocioris casus in ea, quam iuuenes. Et [i] iuuenes velocioris casus in ea, q̃ pueri, licet accidat in [k] iuuenibus, & [k] pueris. Et causa faciens cadere in eam, aut [l] est frigus dominans cum debilitate corporis, quare prohibet virtutem nutritiuam ab operatione sua integra: sicut accidit iterum in fine vitæ. Et de hoc capitulo [m] est potus aquæ frigidę non in hora sua, aut super debilitatem corporis cum febre, & in dispositione cruditatis aut successione exercitij resoluentis virtutem, & aperientis poros, & quod vocat ad attrahendum aquam frigidam ad viscera subito. Aut vapores mali, frigidi, qui eleuantur ad cor, & infrigidant complexionem eius. Aut caliditas, quæ resoluit, & liquefacit humiditates, quare caliditas innata debilitatur, & succedunt frigus, & siccitas. Et quandoq; sequitur euacuationes. Et [m] quandoq; attrahit hanc ægritudinem superfluitas in infrigando patientes febres, cum eis, quæ bibuntur, & emplastrantur. Et [n] hæc quidem ægritudo quando confirmatur, non curatur: & si esset ei ingenium, esset morti ingenium. H

G Gal.li. de marc. c.1.b.c
H Ras.30.pt.t.12. c.1.416.1. oppositũ
I Ser.t.6.c.11.
K G.1.de drijs febri.c.8.f,&.10. me tho.c.10.fo.66.f
L G.de marc.c.1.c
M Gal.ibi.c.5.b
N Gal.ibidẽ.c.9.c

Signa. Cap. 10.

IN istis videntur signa aldubul, & exiccationis: & [o] non videtur in eis incensio, & inflammatio, immo fortasse inueniuntur frigidi tactus. Et eorum pulsus non est sicut pulsus habentium febres hecticas, immo est [p] tardus, [p] paruus, & [p] rarus, nisi fortis fiat debilitas: quoniam tunc incipit pulsus fieri frequens, & proprie in illis quibus aduenit hoc ex potu aquæ frigidę. Et est [q] vrina eorum alba, subtilis, aquosa, & sunt in dispositionibus suis sicut senes.

O Ras.30.pt.t.12. c.1.417.2.
P G.ď marc.c.5.h
Q Ser.t.6.c.11.

Curatio hecticæ senectutis. Cap. 11.

NOn adhibetur hæc cura nisi cum nondum confirmata est: & speratur, quod non confirmet: & cum confirmata est, speratur vt postponatur perditio parumper. Et canon quidem in curatione eorũ [r] est calefactio, et humectatio. Et ex humectatione sunt balnea fm quod sciuisti, [s] quę non administrentur nisi post digestionem: nam si ipsa administrentur successione comestionis, faciunt cadere virtutem. Et [t] clysteria facta ex capitibus, & pedibus, & cicere & tritico vehementer decocto & ficubus cũ hasech & chamæmilla de quo administretur quantitas mediæ lib. cum. ℥.ij.

R G.de mar.c.6.c
S Gal.ibi.c.9.e
T Ser.t.6.c.11.

A olei sisamini,& aliquantulo olei de ben:et administretur fricatio super cibationem.Et [a] lac suctum ab vbere est vehementis iuuamenti eis.Et [b] mel est vltimum in iuuamẽto eorum, sicut est vltimũ in nocumento habentium febrem hecticam.Et [a] omnis cibus humectans,facilis penetrationis, ve locis descensionis in quo non est viscositas,sicut aqua carnis,& [c] vitelli ouorum sorbilium, & [c] vinum subtile odoriferum,paruæ quantitatis,est vehementer conueniens eis. Et oportet vt obseruetur humectatio prędicta in capitulo hecticę:& [c] misceatur cum ea,quod calefaciat ex odoribus, & emplastris,& vnctionibus fricando,& cibis & aliis.

A Gal. de marc. c.9.d
B Gal. ibidem. e
C Ser.1.6.c. 11.

TRACTATVS IIII. *De febribus pestilentialibus, & quæ sunt eis homogenea, & variolis, & morbillo.*

De febre pestilentiali. *Cap. 1.*

D 1.Fẽ.1.d.2.c.9.



QVandoq; accidit aeri quod docuimus te in [d] libro vniuersalium,sicut accidit aquę de conuersione in qualitate sua ad calorem,et frigus:et de conuersione in natura sua ad alterationem vel transmutationem & putredinem: sicut alteratur vel transmutatur aqua,& fœtet,& putrefit.Et sicut aqua non putrefit ſm dispositionem suæ simplicitatis,immo propter illud,q admiscetur ei de corporibus terrenis malis, quæ permiscentur ei,& accidit toti qualitas mala:similiter aer non putrescit ſm dispositionem suæ simplicita- B tis,immo propter illud,quod admiscetur ei de vaporibus malis,qui permiscentur ei,& accidit toti qualitas mala.Et qñq; est illud causa ventorum deferentium ad locum bonum fumos malos ex locis longinquis in quibus sunt [e] loca stagnosa vel paludosa alterata ad putredinem,[e] aut in quibus sunt corpora cadauerum corrupta in pręlio aut corpora mortua ex peste non sepulta aut nõ combusta.& qñq; est causa propinqua loco in quo currit. Et qñq; accidunt putredines in interioribus terræ propter causas quæ ignorantur cum suis particularitatibus: quare perueniunt ad aquam & aerem.Et febres quidem accidentes causa aeris sicci minus sunt, q̃ huiusmodi accidentes ex aere humido,nisi q cholera multiplicatur in aere sicco:quare est ille etiam causa vt eueniant febres cholericæ.[f] Pestilentiales vero fiunt ex aere turbido,& humido. Et febres in aere humido sunt pluris euẽtus,sed sunt minoris acuitatis,& longioris spatii.In æstate vero sicca,paucæ pluuiæ sunt minoris euentus & maioris acuitatis,& velocioris separationis.Et [g] meliora tempora sunt,quæ seruant naturam suam.Et [h] principium oĩum harum alterationũ sunt formæ ex formis cœli facientes esse necessarium illud,cuius aduentus ignoratur:licet sint quidam,qui dixerunt in eo aliquid non proportionatum ad causam eius:imo oportet vt scias,quod causa prima longinqua ad illud sunt figuræ cœlestes,& propinquę dispositiones terrestres.Et qñ faciunt necessario virtutes agentes cœlestes,& virtutes patientes terrestres,humectationem vehementem aeri,eleuãtur vapores, & fumi C ad ipsum,& sparguntur in ipso,& putrefaciunt eum cum caliditate debili, & [i] qñ fit aer ſm hunc modum,venit ad cor,quare corrumpit complexionem spiritus,qui est in ipso,& putrefit quod circundat ipsum de humiditate,& accidit caliditas egressa à natura,& spargitur in corpore causa fluxibilitatis suę & fit febris pestilentialis.Et [k] cõicat multitudini hoĩum,qui iterum habent in seipsis proprietatem præparationis.Agens.n.solum cum peruenit,& patienti non est præparatio,nõ accidunt actio & passio.Et præparatio corporum ad illud in quo sumus de passione est,[l] vt sint plena humoribus malis:nam munda nõ forsitan patiunť ex illo,& corpora debilia iterũ patiẽtia sunt ex ea,sicut illa,quæ multiplicãt [m] coitũ,& corpora dilatatorũ pororũ humida [m] multę balneationis.

E G.1. de diis febri.c.4.b
F Ga.1. de tempa. c.4.h.a
G Hip.3.apho. 8.
H Lib.1.F.3.do.5. c.1.&1.cãti.c.104.
I Lib.1.F.2.doc.2. su.1.c.9.
K G.1.de differẽt. feb.c.4.c
L Gal.ibidẽ.b.c.d
M Ras.30.ꝑt.t.13. c.1.420.1.
N G.ꝯmẽ.1.in.6. Hip.de mor. vulg. 20.fo.159.f
O Lib.3.F.10.t.1. c.11.& Ras.30.ꝑti. 13.c.1. 421.1.
P Paul.lib.2.c.36.
Q Li.F.13.t.5.c.8. & Ras.ibi.421.1.
R Lib.3.F.13.t.2. c.7.
S Cap.4.
T Ras.421.1.
V Lib.3.F.10.t.3. c.1.& Ras.421.1.
X Lib.3.F.14.t.4. c.7.&.16.& Fẽ. 13. t.5.c.22.& Paul.
Y Ga.ꝯmẽ.1.in.6. de morb. vulg.29. 159.f
Z Ras.421.1.

Signa. *Cap. 2.*

HAec febris est [n] quieta exterius,conturbans interius,ſm plurimum perdens,ex qua percipiť caliditas & inflãmatio fortis.Et [o] est cũ ea magnitudo anhelitus,& eius exaltatio, & constringitur multoties,& fit fœtidus & frequens,& [p] vehementia sitis,& [p] siccitas linguę.Et [q] qñq; fit cũ nausea,aut [r] casu appetitus:& si non resistitur ei cũ [s] comestione violenter,interficiet eum. Et dolor oris stomachi.Et magnitudo splenis.Et angustia vehemens: & [t] inquietudo. Et [v] fortasse erit tussis sicca.Et casus virtutis,& peruenitur in ea ad syncopim:& [p] cõmistionem rationis. Et [x] tenditur,quod est sub hypocondriis. Et [p] fiunt cum ea vigiliæ.Et mollificatio corporis, & tepor. Et D [y] qñq; accidit cum ea bothor flaua seu subalbida,& rubea:& [z] qñq; est velocis apparitionis, & velocis occultationis.Et [a] accidunt cola,& vlcera.Et fit pulsus ſm plurimum frequens, paruus, & fit vehemens ſm plurimum in nocte.Et [b] qñq; accidit eis dispositio sicut hydropisis.Et [p] fluxus ventris choleræ,& aliorum:& [c] est egestio eius lenis,fœda,non naturalis, & qñq; est melancholica: & [d] plurimum eius est spumosum,& fœtidum:& est in illa aliquid [e] de genere eius,quod liquefit. Et [f] est vrina eius [f] aquosa,cholerica,melancholica.Et multoties euomũt melancholiam,[p] choleram vero plus illa.Et sudant sudore fœtido.Et hæc quidem febris incipit cum accidentibus prædictis cum fortitudine sua,& venit res eius ad syncopim,& [p] frigus extremitatũ, & lithargiam, & [p] spasmum,& alcuzez.Et [g] qñq; est de his febribus pestilentialibus in qua nõ percipit æger, nec tangẽs propinquus multitudinem caloris, & non alteratur pulsus, & aqua magna alteratione, & cũ hoc ipsa est interficiens velociter,& hæsitant medici in esse eius. Et [f] plurimi quorum anhelitus fœtet ex istis,& ex primis,moriuntur:nam putredo est iam confirmata in corde.

A Lib.3.F.6.c.23.
B Li.3.Fẽ.14.t.4. c.7.& c.16.
C Lib.3.F.14.t.4. c.1.
D Li.3.Fẽ.16.t.1. c.1.
E Gal.ꝯmẽ.3.in.3. de mor. vulg. 57.d
F Ga.3. de p̃sagat. ex pul.c.4.fo.116.g
G Fen.2.t.1.c.80. & Ga.li.3.de p̃saga. ex puls.c.3.d.e, & Ras.30.conti.t.13. c.1.419.4. causa huius forte est lib.1. Fẽ.1.do.6.c.4.
H Ras.30.ꝑt.t.13. c.1.420.2.

Signa pestilentiæ. *Cap. 3.*

DE illis quæ significant pestilentiam,de rebus,quæ currunt cursu causarũ, est vt multiplicentur [h] alragium,& alseheb.i.apparitiones igneæ sicut sydera cadentia & similia in principiis autumni

autumni et in ailul.i.in mense Septembris:nam indicat pestilentiam euenientẽ indicatione causę. E
& qñ multiplicatur auster ventus orientalis in [a] chanun.i.in mense Decembris diebus aliquot. Et quoties videris turbiditatem aeris & nebulositatem eius, & existimaueris pluuiam, & inueneris eum pulueruIentum siccum non cum pluuia:tunc scias,quod complexio hyemis est corrupta.Pestilentiam autem æstiuam malignam,malam significat [a] paucitas pluuię in vere cum frigore:deinde multiplicatur auster,& conturbatur aer aliquot diebus, deinde clarificatur post hebdomadam vnam & quod est supra eam:deinde accidit frigus in nocte,& in die calor est vehemens, & præfocatio,& conturbatio,& caliditas,tunc iam venit pestilentia, & expectantur febres pestilentiæ, & variolæ,& his similia.Et [a] similiter qñ æstas non est vehementis caloris,& est vehementis conturbationis,habens matutina alterata,puluerulenta:& iam pręterierunt in autumno alseheb.i.apparitiones igneæ & ignes & niazech.i.stella comata,est signum pestilentiæ & aliorum. Et similiter qñ videris aerẽ alterari in die vno multis vicibus,& clarificatur aer die aliquo,& oritur Sol clarus, & conturbatur die alio,& oritur in velaminibus nebulæ,quæ est vt puluis, tunc iudica, quod pestilentia accidet.Signa autem,quæ sunt ẜm semitam societatis causæ sunt, verbi [b] gratia vt videas ranas iam multiplicari,& videas reptilia generata ex putredine iam multiplicari. Et de eis, quæ significant illud est vt videas mures,& animalia,quę habitant sub terra fugere ad superficiem terrę, & pati sedar.i.cõmoueri hinc inde,sicut animalia ebria:& videas animalia sensibilis naturæ, sicut F
allechalach & eis similia fugere ex nidis suis,& ire ab eis,& fortasse dimittunt oua sua.

A Ras.30.pti.t.13. c.1.420.2.

B Aristot.1.problemat. 22.

Curationes febrium pestilentialium. Cap. 4.

SVmma [c] curationis earum est exiccatio:& illud cũ phlebotomia,& solutione ventris:& oportet vt incipiatur in ea ad euacuandum.Si autem materia vincens fuerit sanguinea,fiat phlebotomia:& si fuerint humores alij,euacuentur. Et oportet vt infrigides domos eorum, & rectifices aeres ipsarum.[d] Domorum autem infrigidatio fit,vt vallentur fructibus odoriferis, frigidis, & extremitatibus arborum frigidarum,& linimẽtis,& rorationibus sumptis ex fructibus frigidis, odoriferis,& ex [d] camphora,& [d] aqua rof.& [d] sandalis:& roretur domus eorum omni die aliquoties,et proprie cum aqua rof.& de kalef,& de nenufare:& si fuerint in domo manationes, & rorationes aquæ,erit melius.Aeris vero rectificationem * dicam.Et administrẽtur eis [d] trochisci de camphora,& robub frigida,& aqua lactis acetosi,& [e] lac acetosum ablato butyro, & aqua rof. in qua dissolutum est serum vel aqua lactis acetosi boni & acetum cum aqua iterum. Et [f] aqua frigida plurima subito est iuuatiua valde:pauca autem consequenter exhibita fortasse excitat caliditatẽ. Quod si res prolongetur ad hoc,vt tendantur hypocondria,& infrigidentur extrema, & prolongentur vigiliæ,& permistio mentis,& vides pectus,& quod est super ipsum eleuari, & descendere, tunc necesse est administrare cooperturam trahentem caliditatem exterius.Et [g] qñ cadit appetitus, cogantur ad comestionem.Nam plurimi eorum,qui viriliter agunt super illud, & comedunt violenter,absoluũtur,& viuunt,quare necesse est cogere eos ad cibum. Et oportet vt sint cibi eorum ex acetosis,& desiccatiuis:& sint paucæ quantitatis.Cibi nanq; eorum sunt iterum mali, quare nocet eorum multitudo,ex parte repletionis,& nocent inquantum sunt mali.Rectificationis autem pestilentiæ pars est ẜm sanos,qui sunt in ea,& pars eius est ẜm sanos & ægros. In illa vero,quæ est ẜm sanos intentio est,vt exiccetur aer,& fiat boni odoris:& prohibeatur eius putredo cum quacunq; re sit:& rectificetur cum [h] xyloaloe crudo,& [h] ambra,& [h] thure, & muscho,& costo dulci,& [h] storace,& [h] sandaracha,& assa,& [h] gariophyllis,& [h] mastice,& [h] glutine albotin,& [h] laudano,& [h] mele,& [h] croco,& sech.i.galia,& cupresso, & [h] iunipero, & [h] alusne, & [h] lauro, & [h] cyperis, & [h] squinantho,& [h] sauina,& [h] acoro,& alsababech,et amygdalis amaris,et assaro. Et qñq; fiũt ex istis cõposita.Et aspergatur domus aceto,et assa.Secundum sanos vero,et iterũ febricitantes,et ægros est suffumigatio cũ sandalis,et [h] camphora,et corticibus granatorum, et myrto, et malis, et cydonijs, et [h] hebeno,et alsagi,et [h] tamarisco,et ribes:et oportet vt multiplicetur suffumigatio.

C Ras.30.pt.t.13. c.2.421.1.

D Ras.t.10.c.16.

Infra *

E Ras.lib.diuisio. c.158.

F Ras.30.pti.t.13. c.2.421.2. & Paul. lib.2.c.36.

G Cap.2.& G.cõmẽ.3.in.3. de mor. vulg.58.d.e,& Ras. 420.1.

H Ras.30.pt.t.13. c.2.421.3.

Præseruatio à pestilentia. Cap. 5.

OPortet vt extrahantur à corpore humiditates superfluæ:& inclinetur regimen eius ad exicationem ex omni modo,et ex minoratione cibi,nisi exercitio.Oportet.n.vt nõ administretur,neq; balneum,neq; bibitiones,neq; toleretur sitis. Et rectificetur aer cum eis, quæ [i] diximus. Et declinet cibus ad acetosa.Et minoretur ex eo.Et [k] sit caro,quę administratur decocta in acetosis.Et sumatur de alhelam & alcharis,& almosos factis cum [k] aceto, & absq; aceto cum [k] sumach, & aqua acrestę,& aqua limonis,& aqua granatorum.Et condita in aceto iuuatiua sunt:& proprie capparis aceto condita.Et althit.i.assa ex illis est,quæ conferunt,& prohibent ab eis putredinem. Et de illis quibus ex ea fit euasio,est administratio [l] theriacæ,& mithridati ante eam cum reliquo regimine bono.Et [m] de medicamine facto ex aloe,& [n] †{croco,}& myrrha sumatur omni die circiter drach.i.quoniam est iuuatiuum.

H

I Cap.4.

K Ras.t.4.c.25.

L Ras.30.pt.t.13. c.2.421.3.& Gal.de theri.ad pis. c.16.h

M Paul.li.2.c.36.

N† ammoniaco,

De Variolis. Cap. 6.

QVandoq; accidit in san.ebullitio ẜm semitam putredinis cuiusdam,de genere ebullitionum quæ accidunt succis:et talia quidem accidentia fiunt per eam,ita vt partes eorum ab inuicẽ discernantur.Et de hoc est cuius causa est res quasi naturalis faciens ebullitionem sang. vt expellatvr ab eo illud,quod admiscetur [o] ei de reliquijs nutrimẽti sui menstrualis, quod erat in hora impraegnationis,aut generatur in ea post illud ex cibis fæculẽtis,et malis,de illis quę rarificãt substantiam

O Halyab. lib.8. theo.c.14.

A ſubſtantiam eius,& faciunt eam ebullire,donec fiat ei ſubſtãtia recta fortior prima,& magis apparẽs:ſicut illud,quod natura efficit[a] in ſucco vuæ,ita ꝙ rectificat ipſum,faciendo vinum ſimilis ſubſtantiæ:& iam expulſa eſt ab eo ſpuma aerea & fæx terrena.Et[b] de hoc eſt,cuius cauſa eſt res adueniens extrinſecus,ebullire faciens,occulta quę permiſcet humores cum ſanguine,cõmiſtione exiſtente in diſpoſitione ebullitionis,& ſtationis ſub Sole,ſicut accidit apud alterationem temporis,& proprie veris ab eo,quod pertinet ei de qualitatibus & ordine.Et variolę quidem,& morbillus ſunt de ſumma ægritudinum contagioſarum.Et multiplicantur in ſucceſsione[c] auſtrinorũ, quando multiplicatur eorum perflatio.Et[d] corpus quidem variolis præparatum eſt illud, quod eſt calidum & humidum,& conturbatæ humiditatis,proprie quod parum extrahit de ſanguine per phlebotomiã.Et de cibis ſunt cibi,qui faciunt cadere in variolas velociter,& proprie quando non ſunt conſueti,& adminiſtrantur ſuper eos medicinæ,& cibi calefacientes, ſicut lac, & proprie camelarum & equarum:cum multum repletur ex eis ille,qui non aſſuetus eſt eis:deinde bibit vinum plurimum,aut medicinas calidas.Et[e] variolę quidem ſunt quaſi modus quidam criſis.Et[f] plurimum quidem accidunt variolæ infantibus:[g] deinde iuuenibus:& minoratur earum euentus in ſenibus, niſi propter cauſas fortes,& in regionibus vehementis caliditatis & humiditatis. Et earũ euentus in corporibus humidis eſt plus,ꝙ ſit ipſarum euentus in corporibus ſiccis:& earum euẽtus in vere B plus eſt,ꝙ ipſarum euentus in hyeme.Et poſt ver in fine autumni:& proprie qñ præcedit æſtas calida,& ſicca,& fuerit ille autumnus calidus & ſiccus. Et variolæ non accidunt in cute ſolum, & in eo quod ſequitur illud,quod apparet,immo accidunt in oĩbus mẽbris ſimilium partium apparentibus,& occultis,ita ꝙ velaminibus,& neruis.Et quando apparẽt variolæ,[h] faciunt incurrere pruritum,deinde apparent res ſicut capita acuum ſimilia[h] milio,deinde egrediuntur,& implentur ſanie,deinde vlcerantur,& fiunt cruſtæ diuerſorum colorum,deinde cadunt. Et fortaſſe permutantur variolæ ad phlegmonem,& maſſere,& ad dubellati,quę aggregat ſaniem.Et[h] plurimum quidem cum apparent,habent colorem phlegmonis,veruntamen quandoꝗ egrediuntur ſm colores diuerſos[h] cineritiæ,& violaceæ,& nigræ. Variolæ enim ſunt ſpecies, & colores: nam de eis ſunt albæ,& de eis citrinæ,& de eis ſunt rubeæ,& de eis ſunt virides, & de eis ſunt violaceæ,& de eis ſunt ad nigredinem decliues.Et[i] virides quidem,& violaceæ ſunt malæ: & quanto plus additur declinatio ad nigredinem,tanto eſt deterius:& quanto plus ſunt decliuiores ad illud, tanto plus ſunt decliuiores ad malitiam.Et[i] albæ quidem ſunt meliores:& proprie quando ſunt pauci numeri,magnæ quantitatis,facilis exitus,paucæ anguſtiæ,debilis febris: & vides febrem minui cum earum apparitione,& ipſarum egreſsione:&[i] eſt principium exitus earũ in tertio, & quod ei approximat:& poſt illas ſunt albæ,magnæ,pluris numeri propinquæ abſque continuatione. Nam illæ, C quæ continuantur adinuicem,ita vt continuentur in fruſto magno carnis habentes coſtas aut rotundam formam,ſunt malæ.Et[k] ſimiliter iterum duplices magnæ,in ventre vnius quarum eſt variola alia.Albæ vero paruæ,duræ,propinquæ,difficilis exitus,licet faciant exiſtimari in principio rei ſalutem,tamen timetur in eis,ꝙ difficilis fiat earum maturatio, & fiat cum eis mala diſpoſitio ægri:& perueniat per eas ad perditionem,quoniam cauſa in eis eſt groſsitudo materiei. Et de ſpeciebus malarum timoroſarum,quę pleruncꝗ interficiunt,ſunt illę,quarum diuerſificatur egreſsio: nam quandoꝗ apparent,& qñꝗ occultantur,& proprie quando apparent violaceæ: & ſimiliter tenaces,quarum operatio non ceſſat à debilitate virtutis & viridificatione membri et nigrificatione eius,perdunt.Et ſi viriditas,& nigredo,quibus poſt ſuccedit declinatio,non faciunt cadere virtutem,immo additur cũ eis virtus,non ſunt mortiferæ:ſed fortaſſe cadere faciunt in vlcera,& quæ currunt curſu eorum.Et[l] vt ſit febris,deinde variolæ,ſaluius eſt quam ſint variolæ præcedentes, deinde conſequatur eas,& accidat ſuper eas febris.Et[k] illud quidem, quod plurimum cõſiderare oportet in eſſe patientis variolas,eſt eius anhelitus,& ipſius vox.nam ipſa duo cum remanent bona,eſt res ſalua.Et cum videris anhelitum patientis variolas conſequentem, & ſimiliter patientis morbillum,tunc exiſtima caſum virtutis,aut apoſtema diaphragmatis:deinde cum vides ſitim vehementem fieri,& anguſtia aſsiduat,& ea quæ apparent infrigidanẽ,& variola & morbillus viri- D des fiunt,tunc iam percipitur æger mori:& verificatur illud,ſi variolæ fuerint de genere earũ,quarũ egreſsio,& apparitio tardantur.Et[k] plurimi eorũ,qui moriuntur per variolas moriuntur pręfocati ex ſynantia.Et qñꝗ moriuntur per caſum virtutis cum raſura inteſtinorum, & fluxu ventris. Et cũ videris violaceas de variolis &[l] morbillo ꝓfundari, tunc ſcias,ꝙ ſuperueniet ęgro ſyncopis. Et qñ feſtinat ad mingendum ſang.et ſuccedit ei vrina nigra, tunc eſt mortiferum,pręcipue qñ eſt illic caſus virtutis.Et fluxus ventris viridis,ſanguineus,aut lotiuus cum caſu virtutis. Et alhamica eſt aliquid inter variolas & morbillos,& eſt ſaluior ambobus. Et[m] multoties quidem variolatur homo duabus vicibus,quando aggregatur materia ad expellendum bis.Et almum coloris plumbini ſunt variolæ,quarum bothor in facie,& pectore,& ventre ſunt,pluſquam in cruribus, & pedibus:& ſunt malæ,& ſignificant materiam groſſam,quæ non expellitur ad extremitates.

Signa apparitionis variolarum. Cap. 7.

QVandoꝗ antecedunt apparitionem variolarum[n] dolor dorſi, &[o] pruritus naſi, &[p] timor in ſomno,&[q] punctio vehemens in membris faciei,& grauitas cõmunis,&[q] rubedo in colore faciei,& oculi,&[q] lachrymę,&[n] inflãmatio,&[n] multitudo alicum &[n] oſsitationũ cũ[p] cõſtrictiõe anhelitus,et[p] raucedo vocis,et[p] groſsitudo ſputi,et[p] grauitas capitis,et[p] dolor capitis,

A Raſ.li. de peſtilentia.c.1.
B Halya.8.theo.c.14.
C Raſ.30.ꝯt.t.13.c.1.420.3.
D Raſ. de peſtilẽ.c.1.
E Raſ.30.ꝯti.t.13.c.2.422.2.
F Raſ.ibi. & de peſtilentia.c.1.
G Yſaac lib.febr.part.5.c.5.
H Ser.t.5.c.13.
I Raſ.30.ꝯti.t.13.c.2.420.2.
K Raſ.420.3.
L Raſ.420.2.&.4.
M Raſ.421.1.
N Raſ.30.ꝯt.t.13.c.1.420.2.
O Lib.3. Fẽ.5.t.2.c.1.& Raſ. 420.3.
P Raſ.420.3.
Q Raſ.420.4.

& [a] exiccatio oris, & angustia, & dolor in gutture, & pectore, & [b] tremor pedis apud resupinationem, & declinationem ad ipsam. Et cum hoc toto febris conclusa. E A Ras.30.2ti.t.13. c.1.420.4. B Ras.420.3.

De morbillo. Cap. 8.

SCias quod morbillus omnis est variola [c] cholerica: & non est differentia inter ea ambo in plurimo reliquarum dispõnum nisi quia morbillus est cholericus: & ꝙ ipse est minoris quantitatis, & [c] quasi ipse non pertransit cutem: & non est ei altitudo de qua curetur, proprie in principio sui. Variolæ vero in principio suę apparitionis [c] est eminentia, & [c] altitudo: & morbillus est minor variolis, & minus accidit oculo, ꝙ variolæ. Et signa apparitionis eius ꝓxima sunt signis apparitionis variolarum, verũ subuersio stomachi in eo est plus, & angustia, & inflãmatio vehemẽtior, & dolor dorsi minor: [d] qm̃ causa eius in variolis est repletio san. extẽdens venam positã super dorsum: nam gñatio variolarum est propter multitudinẽ san. corrupti: & morbilli propter vehementiã malitiæ sang. corrupti, pauci. Et [e] morbillus ẽm plurimũ egreditur subito: & variolæ aliquid post aliquid. C Ras.30.2ti.t.13. c.1.420.3. D Ras.420.4. E Ras.420.2.

Signa salutis eius. Cap. 9.

SVnt sicut signa salutis variolarum: nam illæ, qui est velocis egressionis, & apparitionis, & maturationis, est saluus. Et durus, & [f] viridis, violaceus, est malus: et q est tardę maturitatis, frequẽtis syncopis, & angustię, est ꝑnitiosus. Et [f] qui occultatur iterũ subito, est malus faciens syncopim. F Ras.30.2ti.t.13. c.1.420.4.

Cura. Cap. 10. F

OPortet in variolis vt incipiatur, & [g] extrahatur sang. sufficienter, cum conditiones fuerint. Et silr̃ si morbillus fuerit cũ repletione sang. Et [α] spatium illius est vsq; ad quartũ. Sed qñ egrediuntur variolæ, non oportet tunc vt administretur phlebotomia, nisi inueniatur vehementia repletionis, & dominium materiei: tunc .n. phlebotometur quantitate, quæ alleuiet seu minoret. Et cõuenientius quidem, quod in hac administratur ægritudine est phlebotomia. Et si phlebotometur vena nasi, confert iuuamẽtum fluxus sang. narium, & tuetur partes superiores à malitia variolarum. Et est magis facilis super infantes. Et quando necessaria est phlebotomia, & non phlebotomatur iterum complete, timetur super ipsum corruptio extremitatis. Et silr̃ timetur qñq; simile illi super illum cuius assiduatur extinctio. Et oportet vt fiat in eis cibatio in primis cum eis in qbus est confortatio cum repercussione & extinctione absq; cõstrictione naturæ, & inspissatione sang. sicut cibus, qui fit de iuiubis cũ tamarindis, & cibus factus ex thalha .i. ex floribus dactylorum vel ex dactylis imaturis cum primo exire incipiunt, & ex lentibus pręparatis in assidbegi .i. pręparatis istis floribus dactylorum & lentibus in modum ferculi liquidi. Et lenificatio vehemens. Et similiter oportet, vt sint cum istis tamarindi, & ex illis, quę cõueniunt, eis sunt cibus factus ex cucurbita & melon batheca alraki: imo oportet vt sit natura lenis in principio, & melius cum quo fit lenificatio, est tamarindi. Et si non obedit cum eis, additur super eos siracost cum facilitate, & cautela, aut G tereniabin, aut infusio prunorum. Et confert quandoq; si in potu detur in principio apparitionis vestigiorum variolarum pondus .ʒ. iij. de rob alchedar cum vno de trochiscis camphoratis & syrupus de floribus dactylorum seu de dactylis paruis immaturis est vehementis iuuamenti in huiusmodi hora. Cum ergo additur & pertransierit ægritudo diem secundum, & [h] incipiunt variolę apparere, tunc fortasse erit infrigidatio causa erroris magni, ex eo ꝙ retinet superfluitatem interius, & defert eam ad membra principalia, cum eo quod non sit eis possibile exire, & apparere, & accidit inquietudo, et angustia, et fortasse accidit syncopis: immo oportet vt iuuentur superfluitates in huius dispositione cum eis, quæ faciunt ebullire, & aperiunt oppilationes, sicut [i] fœniculum, & [i] apium cum zuccaro, & succus eorum, aut decoctio radicum, & seminum. Et fortasse odoratur aliquid de croco. Et aqua ficuum est bona valde: ficus enim sunt vehementis expulsionis ad exteriora: & illud est vna de causis euasionis à nocumento earum. Et de illis, quæ conferunt valde in huiusmodi hora, est vt sumatur [k] laccæ ablutæ .ʒ. v. lentium excorticatarum. ʒ. vij. dragaganthi. ʒ. iij. deinde coquantur cum lib. 5. aquę vsquequo remaneat quarta lib. vnius, & detur in potu. Et de illis, quę sunt vehementis iuuamenti ad faciendum apparere variolas, est vt [l] sumantur ficuum citrinarum .ʒ. vij. lentium excorticatarum .ʒ. iij. laccæ .ʒ. ij. dragaganthi, seminis fœniculi ana .ʒ. ij. decoquantur cum lib. i. 5. aquæ donec remaneat ex ea fere tertia, & coletur, & detur in potu de ea: expellit enim caliditatem à partibus cordis, & prohibet pulsum cordis. Et [k] oportet vt non approximet ei in hac hora oleum aliquid omnino. Et [m] oportet vt cooperiatur, & elongetur ab aere frigido, & proprie in hyeme: & fiat cum illo illud, quod fit cum sudante: frigus enim oppilat poros, & redire facit materias retro. Et multitudo potus aquæ frigidæ cum niue. Et introitus in domo venti mala sunt valde. Et [n] fortasse phlebotomia est mala: propterea, quòd repellit, & cõuertit illud, quod egreditur, quare [n] caueatur [α] post duos dies, aut tres. Et quando accidit ex coopertura pannorum, & calefactione quasi syncopis, aut existimatur, quòd [n] accidit syncopis, tunc non est excusatio ab infrigidatione aeris, qui attrahitur proprie, & properatione ad odores camphoræ, & sandalorum. Et si non fuerit excusatio quin detegatur corpus domui venti, aut aeri frigido, paulatim fiat: & similiter quando adiutorium est cum calefactione aut dimissione infrigidationis. Et qñ incipiunt exire, & non inuenitur cum exitu earum alleuiatio, [n] immo inuenitur caliditas inflammata, & lingua ad nigredinẽ decliuis, tunc caue ne calefacias. Et oportet vt tu alienes ab habentibus variolas, & morbillum, emplastrationem ventris: in hoc enim est timor constrictionis anhelitus subito: & quòd accidat fluxus ventris malus: & mictus sanguinis. Et in fine eius oportet vt conseruetur natura, &

G Ras.30.2ti.t.13. c.2.422.3. *Infra α* H Ras.422.2. I Ras.423.1. K Ras.422.4. L Ras.421.4. H M Ras.423.1. N Ras.422.3. *Supra α*

cibetur

A cibetur loco lentium sicut sunt, lentibus elixatis duabus elixationibus cum renouatione aquæ: & loco lentium acetosarum cum tamarindis, dentur lentes factæ acetosæ cum aqua granatorum, & sumach, aut acresta, aut similibus. Medicinæ autem ingrossantes sang. & infrigidantes eum, prohibentes eū ab e bullitione, quæ in initio præcipiuntur, sunt sicut [a] rob ribes, & acresta, & aqua fructuum frigidorum, & syrupus alchedar proprie & syrupus althalha. i. de floribus dactylorum vel de dactylis imaturis & flores dactylorum ipsi seu dactyli ipsi immaturi cum primo exire īcipiunt et algiemar. Et syrupus quidem alchedar habet descriptiones plures, quas diximus in antidotario, & dicemus hic descriptionem fortē, mirabilem: & est illa, quæ fit cum aqua lactis acetosi iterati: & virtus eius est vehemēs valde. [b] Descriptio hęc est. Sume rob alchedar partes. ij. si aūt non fuerit tibi pręsens, accipe alchedar, & fac serrare ipsum, & accipe serraturam eius: aut mole ipsum, & misce molitum eius cum medietate sui de sandalis in aceto distillato, aut in aqua acrestæ puræ diebus aliquot: deinde decoquat̄ in eo decoctione cū facilitate, cū longitudine, donec dissoluat̄: deinde exprimat̄, et sumantur de succo: et quanto acetū, aut aqua acrestæ est plus, tanto est melius: deinde sumatur aqua adog abstracto butyro, mundificata à sua caseitate adog, aut cum colatione vltima, quę fit dimittendo residere, aut cum decoctione, sicut est decoctio aquæ casei, donec separetur aquositas, deinde sumatur farina hordei, et fiat ex ea et aqua lactis acetosi focha, et fiat acetosum illud focha,

B deīde colet̄, postea de nouo fiat focha vel renouetur focha ex eo et farina hordei et fiat acetosum, et quanto plus iterat̄, tanto est melius. Sumant̄ ergo de eo partes. v. et sumat̄ aqua pirorū de semi. & aqua cydoniorū acetosorum plurimæ aquæ, & aquę granatorū acetosorum, & aquę pomorum acetosorum plurimæ aquæ, & aquæ alzarur, & aqua limonis, & aqua prunorum acetosorum, & aquæ dactylorum in primis cum incipiunt apparere expressorum, & aquæ alchondes recentis, & aqua mororum de semi. quæ non maturantur integræ, & aquę chrysomelorum immaturorum, & acetosorum, & succi agrestæ, & succi ribes, & succi præputiorum vitis, & succi rosę persicę, & succi nenufaris, & succi viol. omnium ana tertiam partis vnius, & succi acetositatis citri, & succi acetositatis citranguli ana duas tertias, partis vnius, & succi coriandri, & lactucæ, & foliorum papaueris humidi, & endiuiæ, & portulacę ana quartam partis vnius succi foliorum salicum, foliorum malorum, & foliorum pirorum, & foliorum alzarur, & foliorum ros. & foliorum virgæ pastoris ana quartam partis vnius, succi barbæ hircinæ, & ro. siccarum, & nenufaris sicci, & semi. berberis sicci, & seminis endiuiæ, & semi. lactucæ, & balaustiarum, & nenufaris ana medietatem decimæ partis vnius, & succi mentæ humidæ sextam partis vnius, & succi berberorum humidorum medietatem partis: aggregentur medicinæ, & succi, & componantur super ignem, & ponantur in eis de lentibus partes quatuor, & de hordeo excorticato partes. ij. & de sumach partes. iij. & de granis grana-

C torum partes. iij. & decoquantur omnia ad ignem, donec remaneat medietas, deinde dimittat̄, donec infrigidetur, & confricetur fortiter, & coletur: & sumatur de camphora ad omne pondus. ccc. drach. pōdus aure. i. & teratur camphora: et puluerizetur super [c] fundum vasis dicti cucurbita, aut super fundum ampullę, & fundatur super ea medicina cū facilitate: deinde ligetur caput eius cum re vehementis fortitudinis, deinde ponatur super prunas donec sciatur, ꝙ forsitan feruet, & cōcutiatur, & ponatur in vitreata, & stringatur caput eius vt non perdatur camphora, & lutet̄: & dosis eius sit vsq; ad. ʒ. x. Et de hoībus est, qui ponit in ea spicæ, & zinziberis, & semi. fœniculi, & anisi, & ciperi, & piperis partes æquales ſm quantitatē, quæ ei videtur. Et qn̄ egrediuntur variolæ cum complemento, & pertransit septimus, & apparet in eo maturatio, tunc necesse est vt rumpantur cum facilitate cum acubus de auro, & auferatur humiditas cum cotto. Salitio autem necessaria est: & cum volueris salire, tunc elonga salitionem ab eis quas erupisti de magnis dolorosis ex propinquo: illud enim facit dolorem: immo sali illas, quæ sunt præter eas, & dimitte eas vt non claudatur à sale via seu orificium ipsarum donec fugant salem suum: & non saliantur ante complementum maturationis: illud enim fortasse faciet accidere dolorem vehemētem, & apostema. Et salitio quidem est res, quæ est necessaria, postq; maturantur: & [d] illud quidem fit cum aqua salis, in qua est virtus croci. Et si aqua illa est aqua ros. tūc est melius. Et aqua in qua decoquuntur tamariscus, et len-

D tes, et rosæ, deinde salitur, est vltima: et proprie si ponuntur iterum in ea camphora, et sandali: hæc enim salitio maturat, et exiccat, et facit cadere cum velocitate. Et suffumigatio cum tamarisco, est iuuatiua valde. Et [d] in hyemę oportet vt applicetur æger incensioni ex tamarisco. Et quando variolæ sunt vehementis humiditatis, tunc necessaria est suffumigatio [e] cum myrto, et folijs eius. Et de regimine bono apud maturitatem variolarum et magnam voluntatem exiccationis earum, est [d] vt dormiat patiens variolas super farina rizi, et milij, et hordei, et fabarum: et magis conueniens est vt ponas ipsam implendo stratum vel culcitrā, quæ sit ex tela rara in qua penetret virtus. Et folia liquiritiæ sunt bona in hoc. Et oleum malum est in hac hora, quoniam prohibet exiccationem. Et quando incipiunt variolæ exiccari, tunc oportet vt liniatur cum adiuuantibus super ipsam, quæ sunt ex medicinis prædictis cum virtute croci. Et quando accidunt ex variolis vlcera, confert vnguentum album: et proprie permistum cum aliquantulo camphoræ, et rasura radicum cannæ cum aqua rosa. aut rasura venarum arboris salicis, aut arboris alzarur. Et quandoque confert super aspergere cerussam et lithargyrium. Et quando sunt in naso crustæ, confert ceratum factum cum oleo ros. puro, cum virtute cerussæ, et clymiæ. Et administratio alicuius olei post exiccationem, et apud vlcerationem est bona apud exiccationes quidem cum eo, quod facit cadere

A Ras. 30. pti. t. 13. c. 1. 422. 3.

B Hæc eadem ponitur Li. 5. sū. 1. t. 6.

C Hæc eadem ponitur Li. 5. sū. 1. t. 6.

D Ras. 30. pti. t. 13. c. 1. 422. 4.

E Ras. 423. 1.

cum velocitate,& apud vlcerationem:propterea,quod ipsum est materia emplastri & vnguenti. E
Et [a] vnguentum quidem rubeum bonum est ad vlcera variolarum.

A Raf.30.2ti.t.13.c.2.422.2.

De obseruatione membrorum,& defensione eorum à nocumento variolarum,& morbilli. *Cap.* 11.

MEmbra quæ oportet custodiri à nocumento variolarum sunt,sicut guttur,& oculus,& partes superiores narium,& pulmo,& intestina:hæc.n.membra sunt illa,quæ vlcerantur.Fortasse enim oculus destruitur,& fortasse accidit in eo albugo.In gutture vero fortasse accidit præfocatio:& fortasse accidunt vlcera,quæ prohibent deglutionem in meri:& fortasse perueniunt ad hoc,vt sit illic corrosio pernitiosa. In superioribus vero partibus narium fortasse accidunt vlcera, quæ stringunt meatus odoratus.In pulmone aũt accidit fortasse ex bothor variolarum,& morbilli,constrictio anhelitus vehemens:& fortasse faciunt cadere in phthisim cum vlceratur. In intestinis fortasse accidit excoriatio cui succurrere est difficile.Conseruatio autem oculi melior est vt fiat alcohol oculo cũ almuri,& [b] aqua coriandri,& [b] aqua rof.in qua iam posita sunt sumach,& [b] camphora,& proprie in primo die,& [b] cum almuri solo. Et similiter fiat alcohol cum alcohol nutrito [b] ex aqua coriandri,& aqua sumach posita in ea camphora,& succus pulpę granatorum est bonus iterum in principio.Cum vero apparent,tunc facere alcohol cum aqua rof.& camphora est magis conueniens.Et dictum est,ꝙ facere alcohol cum napta alba est bonum in hoc.Et oleum de fisticis est de eis quibus vtuntur mulieres in regione nostra,post variolas,& euentum nocumenti in oculo,& eradicat caliginem si fuerit,& rectificat oculum.Et collyrium album est bonum valde apud apparitionem bothor.Conseruatio autem oris,& gutturis est sicut suctio granatorũ,& suctio granorum eius in principio:& suctio mororum de seni,& gargarizatio cum rob eorum:et proprie qñ conqueritur de dolore in eis:& tunc oportet vt lambatur de rob eorum aliquid post aliquid. Sed superiores partes narium cum epithematione ex memithe,& sandalis,& rob acrestæ, & aceto. & naribus attrahere acetum solum est vehementis iuuamenti.In conseruatione vero pulmonis non est,ꝙ sit sicut lohoc ex lentibus lene cum semine papaueris. Intestina aũt plurimum quidem oportet vt conseruent̃ post inceptionem cum stypticis.Et cum incipit solutio ventris in fine ægritudinis, curetur [c] cum trochiscis de spodio in rob ribes & trochiscis de semine acetosæ.

B Raf.30.2ti.t.13.c.2.422.2.

F

C Raf.423.1.

De eradicatione vestigiorum variolarum. *Cap.* 12.

IN hoc quidem loquemur vice alia, cum loquemur de decoratione: nunc vero dicemus illud, quod est magis conueniens & magis pertinens.Et de eis,quæ eradicant vestigia variolarũ sunt [d] radices arundinum exiccatarum et farina fabarum & rasura ligni kalef & rasura arundinis sarcocollæ, & semen melonis, & cortices eius exiccatæ,& rizi ablutum,& aqua hordei, & albumẽ oui, & creta rara vel lutum,& lithargyrium:& zuccarum tabarzet,& amylum,& amygdalæ dulces,& amygdalæ amaræ.Et de oleis oleũ de lilio,& [e] oleum de fisticis, & [f] adeps asini cũ oleo rof.& quæ G sunt ei similia:& [f] aqua quę fit in vngula arietis,quæ assatur est vltima. Et de illis, quæ sunt fortiora,est spuma maris,& [g] lapis piperis,& costus, & ammoniacum, & thus, & sapo cum baurach, & ossa vetusta adusta,& semen raphani.farina raphani exiccati,aristolochia,lupini. Et de cibis rectificantibus colorem sunt granata dulcia,& cicer,& vinum bonum, vitelli ouorum sorbilium, ius gallinæ,& alcubugi,& alduragi impinguati. Et oportet vt assiduet habens ea balneationem. Et [h] de compositis est vt sumas ossium adustorum,& stercoris ouini antiqui,et testarum seu vasorum ex terra nouorum,& amyli,& seminis melonis,& rizi abluti, & ciceris oĩum ana partes.x.& granorum alben,& lupinorum,& costi,& aristolochiæ longæ oĩum ana partes.v.& radicis arundinis siccæ partes.xx.fiat ex eis linimentum cum aqua melonis,aut cum aqua cucumeris syluestris, aut cum aqua hordei,aut cum aqua fabarum,& liniatur cum eo membrum, & abluatur in mane cum decoctione viol. [i] Aliud testarum seu vasorum ex terra nouorum,ossium antiquorũ,radicis arundinis persicæ,lupinorum amyli,seminis melonis,rizi abluti,granorum alben costi partes ęquales. fiat ex eis gamera.Et iterum lupini,& cicer nigrum liniatur cum eis.

D Raf.30.2ti.t.13.c.2.422.1.

E Raf.221.4.

F Raf.422.4.

G Raf.422.2.

H Fẽ.7.t.2.c.5.& Raf.30.2t.t.13.c.2.422.1.

I Raf.30.2ti.t.13.c.2.422.1.

De febribus apostematum. *Cap.* 13.

IAm [k] sciuisti dispositiones febrium,quæ sequuntur apostemata apparentia. & ꝙ sunt ẜm plurimum de genere febrium diei,cum apostemata ista ẜm plurimũ non perueniant ad cor,nisi cum H calefactione sua absq; sua putredine:et plurimum quidem horum est à causis primitiuis. [l] Cum aũt peruenit putredo eorũ ad cor,propter suam magnitudinem, aut propter suam propinquitatem, fit febris fortasse non de genere febris diei.Et plurimum quidem similium horũ non fit nisi à causis antecedentibus corporeis,& repletionalibus. Et quandoq; fiunt ex vlceribus, ad quæ attrahuntur materiæ malignæ:& retinentur in carnibus mollibus.Febres autẽ,quæ sequuntur intrinseca apostemata non existimantur,ꝙ fiant ex applicatione calefactionis ad cor sine putredine. Et deteriores quidem febres fiunt ab apostematibus intrinsecis quando sunt ex genere erysipilæ in quibusdam visceribus,& vehemens fit dolor,& sitis,& inflammatio:& significant ea significationes permistionis choleræ plurimæ cum sang.Et [m] hæc apostemata intrinseca sunt sicut apostemata cerebri,& velaminum eius,& samach auris, & gutturis qñq;,& in velamine, quod sequitur pectus,& hepate,& rene,& vesica,& matrice,& intestinis,& quæ sunt eis similia. Et diuersificantur febres eorum in vehementia & debilitate,ẜm propinquitatem cordis,et longitudinem.Et eorum iterũ febres,quę sunt in mẽbris carnosis est febris vehementior.Et eorũ febris,quæ sunt in pãniculis,& eorũ similibus,est debilior.Et eorũ,quæ sunt in vicinitate arteriarum febris est vehemẽtior.

K T.1.c36.

L G.1.de differẽt.febri.c.3.2,& Raf.30.conti.t.14.c.1.424.3.

M Raf.30.2t.t.14.c.1.423.1.& 4.

A Et eorum quæ ſunt in vicinitate venarum ſolum, febris eſt debilior. Et non euacuãtur iſtæ febres à periodis ſm materias, quæ effunduntur ad apoſtemata earum. periodi nanq; earum ſunt ſm generationem earum, & ſm motum ipſarum, & ſm attractionẽ caliditatis, & doloris ad ea: [a] vnicuiq; enim humori eſt periodus, quæ ſibi conuenit. Et ſcias, ꝙ multoties ſanat̃ apoſtema in pleureſi, & alijs, & remanet febris: & ſignificat tunc, ꝙ mundificatio non accidit. Et [b] iſtæ quidem febres q̃n prolongantur, perducunt ad hecticam: & proprie quando apoſtemata ſunt in hepate. [b] Illæ vero, quæ ſunt in velaminibus cum confirmantur, non expectant vſq; ad hecticam.

A T.2.c.1. oppoſiti.1.2. c.49. &.67.
B Raſ.30.ꝯti.t.14. c.1.424.1.

De ſignis earum, & ipſarum iudicijs. Cap. 14.

CVm febribus ex apoſtematibus intrinſecis inueniunt̃ tres ſpẽs ſignorum, & accidentium. ſ. ſigna, & [c] accidentia ſignificantia membrũ infirmum: & [c] ſigna, & accidentia ſignificãtia materiam: & [c] ſigna, & accidentia ſignificantia diſpõnem infirmi. Prima aũt ſignorum, & ſpecies eſt ſicut pulſus ſerinus, & dolor pungitiuus apoſtematis in partibus pectoris. Et ſimiliter tuſsis ſicca in primis, & humida ſecundo, & quæ ſunt illis ſimilia ex accidentibus pleureſis ſignificãtibus apoſtema in partibus pectoris. Et ad ſummum dolor, & grauitas in mẽbro: & eſt calidius reliquis mẽbris addita calefactione non conſueta. Et ſicut ſpaſmus, q̃m ipſe multoties aſſociat̃ apoſtematibus calidis in membris neruoſis. Species vero ſecunda eſt, ſicut ſignificatio vehemẽtiæ febris tertianæ B ſignificat, quod materia eſt cholerica. Accidentia vero infirmi ſunt diſpoſitiones, quæ indicãt eius ſalutem, aut indicant ipſius mortem. Et [d] apoſtemata quidem occulta diuerſificantur in faciendo febres, & fortitudine earum, & cõtinuatione earum, & ipſarum teporibus ſm magnitudinem eorum in ſeipſis, & magnitudinem venarum eorum, & ſm membra ſua. Nam in membris intrinſecis ſunt, quæ ſunt propinqua cordi, & vehementis cõitatis, ſicut velamen, & pulmo: & de eis ſunt, quæ ſunt longinqua à corde, & debilis cõmunitatis [e] ſicut renes: ipſi enim nõ ſemper faciunt propter apoſtemata ſua febres fortes, neq; continuas, imo multoties quidem ſunt interpolatæ, & ſunt de genere febrium commiſtarum, & febrium tertianarum, & quartanæ, & quintanæ, & ſextanæ: & fiunt cum eis rigor, & horripilatio: & ambiguum fit eſſe earum: & ſignificat ea grauitas in loco renum, & in partibus alchatin, & dolor, & proprietas caliditatis in membro maioris cõſueta. Cum autem aggregatur in membro ſi ſit proximum principali, aut fortis communitatis cum eo, aut vehementis ſenſus, & eſt neruoſum: tunc cum vehementia febrium comitantium apoſtemata eius accidunt ei inquietudo magna, & ſpaſmus. & fortaſſe cõmitantur ipſum accidentia extranea: ſicut apoſtemata matricis: aſſociatur enim ei cũ febre ſoda, & dolor ceruicis. Et caliditas quidem quamuis inflãmetur in his apoſtematibus, tamen non eſt valde vehementis acuitatis, ſicut eſt in cauſonide, niſi ſit res magna: & cauſa in eo eſt, quoniam putredo non eſt ſparſa, neq; mota ad exteriora. C Et pulſus quidem in febribus apoſtematum intrinſecorum eſt pulſus febrium putredinis paruus in principio, velocis conſtrictionis apud ſtatum, deinde magnificatur, & fit velox, & ſpiſſus ſm membrum, & materiam, & ſm quod [f] ſciuiſti: deinde erit vndoſus, & ſerrinus, ſecundum mẽbrum in neruoſitate & carnoſitate ſua. Et [g] vrina ſecundum plurimũ eſt ad albedinem decliuis, & paucitatem tincturæ, propter declinationem materiei ad apoſtema ſecundum quod ſciuiſti.

C Gal.2.de criſi. c.10.c.f.g
D Raſ.t.10.c.15.
E Li.3.Fen.18.t.2. c.2.& Raſ.30.ꝯti. t.14.c.1.423.4.
F T.2.c.2.
G T.1.c.36.& li.1. F.2.do.3. ſũ.2.c.2.

Cura earum. Cap. 15.

CVratio harum febrium eſt curatio febrium acutarũ poſt curationem apoſtematũ. [h] Radix.n. in eis eſt cura apoſtematis, cum obſeruatione curæ febris de infrigidatione, et humectatione. Et iſtę febres diuerſificantur in curatione earũ à febribus caliditatis puræ, q̃m in his febribus non conceditur [i] potus aquę frigidę, neq; [k] introitus balnei. Et [l] ſi fuerit apoſtema eriſipyla, licet vt fiat poſitio rerum frigidarum, & infrigidatarum actu de foris ſuper ipſum: ſicut ſuccus lactucę, et ſemperuiuæ, & portulacæ cum aliquantulo de ſauich hordei albi, quę ſine ceſſatione infrigidentur ſuper niuem, & permutentur: & fortaſſe permiſcetur cum eis oleum omphacinum aut oleum roſaceum. Et ſi comederit lactucas ablutas infrigidatas, pertranſit, & iuuatur cum eis.

H Ser.1.6.c.18. & Raſ.t.10.c.15.
I Raſ.30.ꝯti. t.14. c.425.2.
K Raſ.425.1.
L Raſ.425.4.

De diſpoſitionibus febrium compoſitarum. Cap. 16.

FEbres q̃nq; componuntur adinuicem. Fortaſſe.n. componuntur ex eis ſpecies ingredientes D in genera elongata, ſicut cõpoſitio febris hecticæ cum febre putrida. Et [m] q̃nq; componuntur ſpecies ex eis in genere proximo conuenientes, ſicut eſt cõpoſitio ſpecierum febrium putredinis: ſicut tertiana cum phlegmatica, vtpote febris noĩata hemitritæus: & ſicut cõpoſitio febrium apoſtematum. Et [n] q̃nq; componunt̃ de eis ſpecies conuenientes in ſpecie, ſicut cõpoſitio duarum tertianarum, & duarum quartanarũ, & trium quartanarum. Quare fiunt duæ tertianæ in apparitione diſpoſitionis ſm paroxyſmos phlegmaticæ: & tres quartanæ in paroxyſmis phlegmaticæ. Et q̃nq; componuntur tres de febribus tertianis. Si igitur fuerint ſm coalternationem, erit paroxyſmus in die. iij. vehementior: q̃m pertinet ei periodus diei primi, & inceptio diei tertij: & ſimiliter in die quinto. Et ſimilatur hæc hemitritæo, ſicut cõpoſitio duarum tertianarũ, ſimilatur paroxyſmis phlegmaticæ. Et [o] propter hmõi non oportet, vt tota occupatione occupetur cũ paroxyſmis, immo oportet vt occupetur cum accidentibus. Et ex eis, quæ accidunt quando fuerint febres iſtæ tertianæ puræ ſunt vt feſtinent paroxyſmi earum ad breuitatem ita vt deſtruatur vel diminuatur debilior earum prius. Et q̃nq; ſignificat compoſitionem reditio horripilationis poſt quietem. Et [p] turpe quidem eſt medico ſcienti ſignificationes cuiuſque febris, & accidentia eius, vt non percipiat compoſitionem à primo die, aut ſecũdo. Et [q] compoſitio febris hecticę cum febre putredinis,

M Gal.2. de criſi. c.7.a,&.9.e
N Gal.ibi.& c.9.h
O T.1.c.36.& Ga. 2.de criſi.c.9.h
P Gal.2. de criſi. c.9.e, & d
Q G.1.de differẽ. feb.c.10.h

est ex illis, quæ valde ambigua sunt: quoniam ipsi vident interpolationes, et inceptiones rigoris, et horripilationis, et reditionem sudoris si fuerint, et horas particulares, quare existimant, quod sint illic febres putredinis tantum inseparabiles, aut compositæ ex cōtinua et interpolata. Et quandoque continuatur compositio ita, vt appareat febris vna continua similis, quæ similatur synocho: et tunc quidem non est excusatio reditionis ad significationes. Et[a] si fuerint paroxysmi breues, non consequitur eorum continuatio, nisi propter rem magnam de multitudine numeri eorum et proprie in eis in quibus eorum interpolationes sunt longæ. Et quando componuntur febres diuersę, sicut hemitriteus, eradicatur acutior ex eis, et remanet chronica pura,[b] siue sint duæ interpolatæ, aut duæ continuæ: aut interpolata et continua. Et quandoque componitur cum hemitritæo alia tertiana, et phlegmatica, et melancholica. Nam si est cū tertiana, eradicatur tertiana, et purus fit hemitritæus: et si est cū phlegmatica, aut melancholica, eradicatur hemitritæus, et depuratur phlegmatica, et similiter melancholica. Et quandoque accidit compositio in eis secundum modum alium: et est, vt componatur interpolata et continua diuersi generis: aut conuenientes ambæ in eo: aut conuenientes in specie, sicut tertiana periodica cum tertiana inseparabili: et sicut componuntur duę interpolatę, similiter componuntur duę continuæ. Quidam autem existimauerunt, quod duæ continuæ non cōponuntur, sicut duæ tertianę: quoniam quando materia est intra venas, nō est possibile vt diuersificetur illud in quo accidit putredo: putredo enim est sparsa in toto. Et hæc sententia non est de illis, quæ necessaria sunt proculdubio apud me, quoniam putredo incipit proculdubio ex loco, deinde spargitur, deinde currunt iudicia vehementiæ, et teporis secundum viam vel tempus putredinis primę: et secundum eam sunt ei motus. et non elongatur quin accidat putredo secunda, cui sit dominium cum illa, quæ sequitur aliud, immo aggregatur in ea vt incipiat, et vt sequatur simul: quare erit ei gradatio teporis et vehemētiæ secundum inceptionem eius. Et[c] species quidem compositionis febrium sunt tres: intrans, et coalternata, et cōicans. Et intrans est, vt ingrediatur vna earum super alteram. Et coalternata, vt ingrediatur post eradicationem eius. Et cōicans est, vt incipiat cum ea. Et cum videris febrem cōclusam, & est in ea rigor, & non sudor, & fortasse accidit in rigoribus pluribus sudor vnus: tunc testifica compositionem in ea. Et similiter cum videris in conclusa superfluitatem in frigore extremitatum, & retractione caloris ad intra, sed parum de eis ambobus fortasse accidit in conclusa.

E F

A Gal. 2. de crisi. c. 9. a. b

B Gal. ibidem. c. f

C Ras. 30. cti. t. 15. c. 1. 426. 3.

De hemitritæo. *Cap. 17.*

Hemitritæus est febris composita ex duabus febribus,[d] quarum est vna tertiana, & altera est phlegmatica: & fit in die vno paroxysmus tertianæ, & quotidianæ simul.[e] Aut secundum semitam cōitatis, & inuentionis. Aut secundum semitam coalternationis, & vicinitatis. Aut secundum semitam introitus. Et de diuisionibus difficilior ad cognoscendum est prima, deinde secūda. Et quandoque sunt febres duæ continuæ, quando duæ putredines sunt intrinsecæ: & quandoque duæ sunt periodicæ, quę eradicātur, quoniam duę putredines sunt extrinsecæ: & quandoque est continua cholerica, quia eius putredo est intrinseca: & phlegmatica est è contrario: & quandoque est è contrario. Et[f] quidam ponunt hemitritęum purum febrē compositam, quæ fit ex tertiana extrinseca, & phlegmatica intrinseca: & illam, quæ est præter eam, nominant non purā: & non est illud de illis in quibus superflua occupatio sit habenda. Et[g] fortasse antecedens ad putredinem est cholerica: & fortasse antecedens ad putredinem est phlegmatica: & fortasse veniunt simul. Et[h] iterum quandoque est materia faciens febrē phlegmaticā magis dominās, & quandoque est materia faciens febrē cholericā magis dominans: et quomodocunque sit materia phlegmaticæ ponit paroxysmos cholericæ longiores, & tardioris crisis: & materia cholericæ ponit paroxysmos phlegmaticę è conuerso. Et fortasse extēditur hemitritęus longo tempore. s. vsque ad. vij. menses, & supra. Et[i] quandoque fit ex hemitritęo ęgritudo acuta. Et[k] quandoque est hemitritęus de febribus magis interficientibus, quoniam perducit ad hecticam, & ad ægritudines chronicas, & difficiles.

G

D G. 2. de differē. feb. c. 7. h

E Gal. ibidē. h. bis

F G. 2. de driis febri. c. 7. d, & c. 8. a, & Ser. t. 6. c. 16,

G G. 2. de driis febri. c. 8. a. b

H G. ibi. c. 8. a. b. c

I G. de typo. c. 4. g & Ras. 30. cti. t. 15. c. 1. 427. 2.

Signa hemitritæi. *Cap. 18.*

Magis proprium signorum eius, & primū eorum, licet necessaria sint signa alia[l] est vt sit spatium huius febris in vno duorū dierum longius spatio tertianæ, & magis quieta: deinde sit in die alio leuioris paroxysmi, & paucorum accidentium. Et[m] quandoque iteratur in ea horripilatio secundum plurimū aliquoties: propter illud, quod accidit de pugna duarū materierum, aut introitu vnius earum super alteram. Et fortasse accidit hęc iteratio tribus vicibus, aut quatuor: & iam calefiunt mēbra aliqua horripilatione fixa adhuc. Et[l] ex hac quidem, quæ est hemitritæus, corpus non mundificatur integre. Et[n] quandoque fiunt principium eius, & augmentum ipsius vehementis cōmotionis: & proprie quando fuerit cōicatio: aut fuerit intrans in huius hora. tunc. n. fiunt horripilationi redditus. Et est status longinquus. Et cum existimatur, quod corpus iam calefactum est, et febris habet statum, inuenis horripilationem redeūtem: & ista accidentia sunt propter pugnam humorum. Et[o] status quidem huius ægritudinis in horis particularibus, & vniuersalibus est[p] ante statum phlegmaticę, & velocior statu eius, & tardior statu cholericæ, quoniā caliditas non expanditur nisi cum labore, & proprie in primis. Et fit fortis eius acuitas apud statum. Et similiter fit declinatio longa propter illud, quod accidit de stationibus quas efficit reluctatio vnius duarū materierū cum alia. Et parum quidem tepescit cū sudore. Et in hac febre dies tertius de diebus eius est similis primo, & quartus secundo. Et quandoque cadit significatio super hemitritæum ex modis diuersis: nam quandoque accidit ex consuetudinibus: & quandoque accidit ex accidentibus. Et[q] casus consuetudinum est, sicut si in corpore hominis multiplicetur cholera, & putredo eius, deinde vtatur delicijs, & dimittat exercitia: & vtatur

H

K Hip. 1. de morb. vulg. cmē. 3. 5. h

L Hip. & Gal. 1. in primum de morb. vulg. 23. b. c

M Gal. 2. de crisi. c. 9. e

N G. 2. de driis febri. c. 7. d. e

O G. ibidē. c. 8. a. b

P G. ibidē. c. 8. b. c

Q Similis multiplicandi modus bilē flauā pituitāq;, et lib. 3. F. 22. t. 2. c. 6.

cibis

A cibis de ſpeciebus regiminis generantibus phlegma: Aut multiplicetur in corpore hominis phlegma,& putredo eius, deinde exercitetur plurimum,& vtatur eo, quod generat choleram de ſpeciebus regiminis, aut fecerit neceſſarium ætas illud in eo, ita vt fiat adoleſcens vel iuuenis poſt pueritiam,& dominium humiditatis: aut fiat ſenex poſt iuuẽtutem,& acuitatem complexionis. Ex accidentibus vero ſicut eſt pulſus,& vrina & egreſsio eius, quod egreditur ex vomitu, & egeſtione, & diſpoſitio digeſtionis:& ſigna eius,& diſpoſitio ſitis, et diſpoſitio tactus,& diſpoſitio horripilationis & rigoris:& diſpoſitiones horarum & paroxyſmorum. Pulſus autẽ fit in ea minoris magnitudinis,& velocitatis,& frequentiæ, ꝙ ille, qui eſt in tertiana, & contrariæ earum ſunt minores, ꝙ illæ, quæ ſunt in phlegmatica. Vrina vero eſt tardæ digeſtionis. Et vomitus eſt permiſtus ex cholera,& phlegmate. Et egeſtio eſt permiſta ex cholera,& phlegmate. De diſpoſitione autem calefactionis,& frigoris,& ſitis,& horripilationis,& horarum paroxyſmorum iam locuti fuimus, quod oportuit. Et non expectatur ſtatio ſuper dominantem duorum humorum niſi per vincentem ex ſignificationibus: [a] nam ſi dominatur phlegma, ſunt paroxyſmi lõgiores,& horripilalio minor, & coarctatio,& proprie in pulſu fortior,& extremitates ſunt velociores ad ſuſcipiendum frigus in principijs ægritudinis,& tardioris mundificationis à ſuo frigore,& ſitis eſt minor, & vomitus choleræ minor,& vrina vehementioris albedinis & cruditatis,& ſudor minor,& ætas pueritia, aut ſe-

A G.2. de dījs febri.c. 8. b, & Raſ. 30. conti. t. 15. c. 1. 426.4

B nectus,& complexio corporis ſignificat eam,& ſimiliter conſuetudo,& quæ currunt cum ea. Et [b] ſi dominatur cholera, ſunt paroxyſmi breuiores,& extremitates velociores ad calefactionem, & ſitis,& vomitus choleræ plus,& ſudor magis exuberans,& fortaſſe declinat ad horripilationem, quæ eſt ſicut rigor,& fit vrina vehementius tincta, & ætas eſt iuuentus, & complexio corporis quandoꝗ ſignificat eam,& ſimiliter conſuetudo, & quæ currunt cum ea. Et [c] quando æquantur duo humores æquantur ſignificationes:& eſt horripilatio pura completa, non diminuta neꝗ perueniens ad diminutionem. Et quando compoſitio eſt inter interpolatam,& continuam,& eſt illa quam plures hominum approprìant nomine hemitritæi puri, & eſt continua ipſa phlegmatica, tunc eſt rigor debilis, quoniam materia extrinſeca eſt cholerica, & non eſt ei contrarietas ex parte phlegmatis extrinſeci cum ea, in eo quod neceſſarium eſt de rigore, ſed eſt debilior. & fortaſſe iteratur in ea frigus & horripilatio ita, vt faciat errare in ſtatu, ſicut ſcis. Et multiplicatur in ea caliditas viſcerum,& ventris, cum frigore extremitatum. Et fit pulſus vehementioris paruitatis & raritatis. Si autem continua eſt ipſa cholerica, non fit rigor, neque magna horripilatio: & fit pulſus maior,& velocior: & anguſtia vehementior. Et [d] ſi componuntur duæ continuæ, non erit rigor omnino. Et accidit tertianæ continuæ vt alleuietur ante alleuiationem phlegmaticæ, licet non ſit eius reditio ante eius redditionem.

B G2. ibidẽ. a. b, & Raſ. 426. 4.

C G.2. de differẽt. feb. c. 8. a. b

D G.2. de differẽ. feb. c. 8. d

C *De cura hemitritæi.* *Cap. 19.*

NEceſſarium eſt in hemitritæo, vt vehementẽ habeas ſolicitudinẽ in euacuãdo materiam fm ſpẽs euacuationis ex ſolutione vẽtris,& vomitu,& prouocatione,& ſudatione, pluſꝗ vehementia, quæ eſt per extinctiua. Et cũ ſolutiuis oportet vt cõueniat digeſtio, niſi ſint ex genere, quę leniunt naturam,& ſoluunt,& non inquietant. [e] Sicut aqua iuleb cum geleniabin, ſi fuerit illud, quod ſuperat phlegma. Et ſicut tereniabin,& ſiracoſt,& iſuſio tamarindi, et ſyrupus viol. ſi dominans fuerit cholera. Et ſicut quod componitur ex iſtis, ſi fuerint duo humores quaſi pares. Et poſt apparitionem digeſtionis, ſi euacuatio fiat humoris cũ fortibus, pertranſit. Et vomitus oportet vt ſit iterũ fm humorem dominantẽ, aut ex aqua raphani cũ ſyrupo acetoſo calido: aut ſyrupo acetoſo cum aqua calida. Et prouocatio oportet vt fiat cũ eis in quibus eſt æqualitas. Et cũ feſtinatur in potãdo decoctiones ante digeſtionem, timetur ſirſem. Medicinæ vero iuuatiuæ in via perueniẽte ad ſtatum, ad rectificandam materiam,& maturandam ipſam, et ſuccurrendũ nocumentis eius, ex ſingularibus [f] eſt abſinthium: verũ poſt ſeptimum,& apparitionẽ digeſtionis, ita vt ſit romanum, quod ex ipſo bonum eſt. Et cum tu feſtinas cum eo, mouet humores, & non euacuat eos: & facit accidere anguſtiam,& triſtitiam,& nauſeam: deinde reuertitur ſuper eos cum ſua amaritudine,& exiccat eos,& ſtypticat eos, quare facit eos pigros. Et [g] Gal. quidem & qui ante eum fuerunt cura-

E Ser. t. 6. c. 16.

F Gal. 1. art. cur. ad glauc. c. 10. e

G Lib. 1. ar. cur. ad glauc. c. 10. e

D uit eos cum aqua hordei in qua eſt virtus piperis. Et dixit [h] quidam primorum medicorum, quod Gal. cecidit in errorem maximum,& permanſit, vbi oportet vt miretur de eo: & non ſciuit, quod piper inflammat febrem,& aqua hordei pigram efficit materiam. Et iſte quidem contradictor errauit errore, qui non appropriatur in hac intentione, immo canon datus in adiutorio naturę, quando præparatur ad reſiſtendum huiuſmodi materijs, eſt cum medicinis compoſitis ex infrigidantibus,& calefacientibus, vt diſcernat [i] natura iter duas virtutes, quare occupatur infrigidatiuũ cum febre,& partibus cordis:& calefactiuũ cum materia. Et quis eſt, qui curet hemitritęũ abſꝗ hoc? Et ſi natura nõ eſt fortis ad diſcernendum, tunc non prodeſt curatio quocũꝗ modo fiat. Et errauit in alijs modis, in allatione quorũ non eſt neceſſe nos incedere via prolongantium. [h] Et iſte qdem cõtradictor dixit, ꝙ oportet vt adminiſtrent̃ ſubtiliantia in quibus nõ eſt fortis calefactio, ſicut apiũ, & anethum, et non ſciuit, quod poſsibile eſt, ꝙ ꝑ piper voluerit cum paucitate eius: vt frangat̃ eius calefactio,& non abbreuietur eius ſubtiliatio à ſubtiliatione apij plurimi: & ſit aqua hordei adiuuans ipſum in faciendo ꝑuenire virtutem eius, et deſtruendo ſuperfluitatem eius, et infundendo ſeu lenificando materias vt alleuiet̃ vel facilis fiat penetratio virtutis eius in eis. Amplius mirabile fuit, quod ipſe poſuit Galenum de illis, qui ignorant, quod piper inflammat febrem, et nominat

H Alexád. lib. 12. c. 6. 593.

I Lib. 2. t. 1. c. 4. & li. 3. Fẽ. 11. t. 1. c. 6. & Fẽ. 18. t. 2. c. 18. & li. 5. c. 2. & G. 2. apho. 26. h

ipſum de illis,qui obliuiſcuntur ab hoc,vbi iudicat de hoc. Compoſita vero de medicinis quibus E oportet vti in hac hora,ſunt ſicut trochiſci de abſinthio,& trochiſci de roſis. Trochiſci leues boni ad hemitritæum.Recip.roſ.radicum liquiritiæ amborum ana.ʒ.iiij.tereniabin.ʒ.iij.ſpicæ,ſucci abſinthij,ſpodij oĩum ana pondus.ʒ.ij.fiant ex eis trochiſci.Trochiſci alij ad inflammationem.Reci. roſ.ʒ.vi.ſeminis acetoſę,gummi oĩum ana.ʒ.iiij.amyli pondus.ʒ.iij.berberis,ſpodij,ſeminis portulacæ oĩum ana pondus.ʒ.ij.dragaganthi,croci,ſpicæ,reubarb.oĩum ana.ʒ.i. camphoræ pondus tertiæ.ʒ.i.fiant trochiſci.Trochiſci alij boni habentibus hanc febrem,& proprie qñ conqueruntur cũ hoc de ſolutione ventris,& tuſsi.Recipe ſpicæ aromaticæ,xyloaloes, croci, berberis, & ſucci eius oĩum ana.ʒ.iij.reubarbari.ʒ.iiij.ſpodij,roſ.cũ capitibus ſuis,laccæ,gummi torrefacti, karabe oĩum ana.ʒ.v.ſe.acetoſæ torrefacti.ʒ.vi.luti romani.i.terræ ſigillatæ.ʒ.vij.fiant trochiſci. Deſcriptio alia bona.Reci.roſ.rubearum.ʒ.vi.berberis,gummi,ſeminis acetoſæ oĩum ana.ʒ.iiij. ſpicæ, eupatorij, ſpodij,amyli,ſeminis portulacæ,granorum cucumeris oĩum ana pondus.ʒ.ij.ſeminis endiuiæ, ſeminis cuſcute oĩum ana.ʒ.i.ſ.ſucci liquiritiæ.ʒ.i.laccæ,reubarbari,amborum ana.ʒ.ſ. aggregentur illa,& fiant trochiſci.Pilulæ bonæ ad hanc ægritudinem,& omnes chronicas,& febres lædentes viſcera,& proprie qñ materia phlegmatica eſt magis vincens.Reci.aloes,maſticis, myrobalanorum citrinorum,reubarbari,ſucci eupatorij,ſucci abſinthij,roſ.rubearum oĩum ana partes æquales,croci partem mediam,fiant pilulæ cum aqua endiuiæ:& ſit doſis.ʒ.ij.cum ſyrupo acetoſo. Deſcriptio F bona conueniens poſt digeſtionem.Recip.aloes,maſticis ſucci eupatorij,ſucci abſinthij,roſ.oĩum æqualiter,croci.ʒ.ſ.informentur pilulę cum aqua endiuiæ:& ſit doſis.ʒ.ij.cum ſyrupo acetoſo.

De recidiuatione. *Cap.* 20.

Recidiuatio [a] eſt deterior radice:& conſilium quidem eſt,vt in ea non fiat feſtinatio ad curandum,donec manifeſtus ſit modus ægritudinis:nam ſecundum plurimum eſt ſæua. A Fen.2.t.1.c.95.

Fen Secunda de pronoſticatione,& iudicijs criſis. Cap. 1.



Nos dicemus in hac Fen diſpoſitiones criſis, & dies eius, & ſigna ipſius, & ſigna digeſtionis,& quod appropriatur vnicuique ſignificationum de iudicio,& de ſignis bonis,& non bonis.Et iſtæ quidem ſunt res ſuper quas fundatur res in prognoſticatione.Et prognoſticatio eſt vt iudicium fiat ex ſignificationibus inuentis ſuper rem futuram,ad quam peruenit diſpoſitio ægritudinis de euaſione, aut perditione,propter illud, quod cognoſcitur de virtute, & fixione eius,aut caſu ipſius,aut cognitione horæ eius,& modi,qui erit verbi gratia an erit an non.

G

TRACTATVS PRIMVS. *De criſi,& de modis ſignificationum eius,& bonitatis, & malitiæ in criſi,& quid ſit,& de diuiſionibus & iudicijs eius.* *Cap.* 2.



[b] Criſis [a] intentio eſt ſeparatio in diſputationibus ſeu in altercationibus.Et ipſius expoſitio,[c] eſt alteratio,quæ fit ſubito aut ad latus ſanitatis,aut ad latus ægritudinis. Et [d] habet ſignificationes quibus peruenit medicus ad id quod fit de ea. Et declaratio huius eſt,ꝙ ægritudo corpori eſt ſicut inimicus exterior ciuitatis, & natura ſicut dominus conſeruans eam,inter quos ambos iam currerũt pugnæ leues,de quibus non curatur,& iam vehemens fit inter vtroſq; pugna,quare accidunt tunc ex ſignis vehementiæ pugnæ,diſpõnes,& cauſæ,ſicut puluerizatio aeris fortis,& ſtrepitus, & clamor, & ſicut curſus ſang. deinde fit ſeparatio in tempore non ſenſatæ quantitatis,& quaſi in momẽto vno, ita vt vincat dominus exteriorem inimicum,aut vt vincat inimicus exterior regẽ:& victoria quidem aut erit cõpleta in qua erit vnius duarum partium completa ſuperatio,& dimiſsio ciuitatis.aut erit non completa in qua erit ſuperatio non prohibẽs reditum,& reuerſionem ita vt accidat pugna vice alia aut vicibus pluribus,& erit tunc ſeparatio in fine earum.Et ſicut cum dominus vincit ſuperuenientẽ, & fugat ipſum,& expellit,aut ita vt expellat eum expulſione totali,ita vt elongetur à muris ciuitatis & à medio eius,vel à principaliori parte eius,& à reliquis partibus vel cõfinibus coniunctis cũ H ea:aut expellit eum expulſione non vniuerſali,immo fugat eum à ciuitate,& nõ poteſt fugare ipſum à confinibus alijs continuatis cum ciuitate:ſimiliter virtus, quæ venit cum criſi bona, aut expellit materiam lædentẽ à medio ſeu à fundamento & à parte principaliori corporis, quod eſt cor, & principalia membra,& à finibus eius,qui ſunt extremitates:aut expellit eam à fundamento,ſed non poteſt expellere eam ab extremitatibus,immo peruenit ad eas,& nominatur criſis permutationis.Et [e] omnis ægritudo,quæ remouetur,aut remouetur ſm ſemitam criſis, aut ſm ſemitam reſolutionis,ita vt reſoluatur materia paulatim,donec finiatur gradatim.Et huiuſmodi quidem plurimũ fit in ægritudinibus chronicis,& materijs frigidis,[β] quas ſigna timoroſa, & motus praui non antecedunt.Et [f] ſimiliter omnis ægritudo,quę interficit,aut interficit ſm ſemitam criſis,aut ſm ſemitam arefactionis,& eſt vt fiat arefactio paulatim paulatim & eſt vt reſoluatur virtus paulatim. Et [g] melior quidem criſis eſt completa,in qua eſt fiducia manifeſta,apparẽs, quæ habet accidentia ſalua,quam aliquis dierum criſis indicat & cadit in die criſis laudabilis.Et omnis quidem criſis aut eſt laudabilis,aut mala:& vnaquæq; aut eſt cõpleta,aut diminuta. Et completa quidem bona aut eſt ita ꝙ natura expellit materiam expulſione totali,aut cum permutatione. Et [h] de criſi quidem diminuta

B Gal.3.prognoſt. 1. e, &. 3. de criſi. c.2.c
Infra α
C Gal.2.aphor.13.
D Gal.2.de criſi. c.1.f
E Gale.3. de criſi. c.7.f.g,& c.1.a. b
Infra β
F Gale.3. de criſi. c.1.a.b, & c.7.f.g
G Cap.2.& Gal.1. aphoriſ.20. h,& 4. apho.71.d
H Gale.3. de criſi. c.1.b

A diminuta eſt quædam aliquando,quã ſequitur in bona quidem reſolutio : & in mala arefactio.Et
diminutæ quidem criſis dies indicat diem criſis completæ cum fuerit indicatio ẜm ſemitam quam
declarabimus ex diſpoſitione dierum criſis,& dierũ indicationis , & illud in bona , & mala ſimul.
& expectetur quidem criſis completæ expulſionis in ægritudinibus materierum ſubtilium cali-
darum,& virtute exiſtente forti,& expectetur criſis permutationis vbi virtus eſt debilior, & ma-
teria groſſior.Et primæ quidem diſpoſitio iterum diuerſificatur:nam cum materia exiſtit in ea ve
hementis ſubtilitatis,facit criſim per ſudorem:& ſi fuerit infra illud & ſit valde calida , facit criſim
cum fluxu ſanguinis narium:& ſi nõ,per fluxum vrinæ:& ſi non,per fluxum ventris, & vomitũ.
Et ſcias ꝙ mucus,& ſanies auris,& lippa , & lachryma ſunt de criſibus ægritudinum capitis. Et
[a] ſputum,de criſibus ægritudinum pectoris.Et [b] apertio ſanguinis hæmorrhoidarum eſt criſis bo
na ægritudinum multarum:veruntamen non accidit ẜm plurimum , niſi in eo quo currit conſue-
tudo eius.Et [c] acutior quidem criſium,& propinquior ad ſeparationem , eſt fluxus ſanguinis na-
rium:qm̃ conſequitur expulſionẽ materiei in vice vna:deinde eſt fluxus ventris, poſtea vomitus,
deinde vrina,poſtea ſudor,poſtea exituræ.Et exituræ quidẽ ſunt de genere criſis permutationis.
Et [d] contingit qñq; vt exituræ ſint fortiores ſudore in criſibus:nam plerunq; remouentur per eas
ægritudines ſubito,ſiue ſint ſaluæ,ſiue malæ mortificantes membra. Et [e] exituræ quidem quibus
B fiunt criſes,diuerſarum ſunt ſpecierum.ſ.furunculi,& dubellet,& athoin, & formica, & eryſipila,
& ignis perſicus,& herpes eſthiomenus,& variolæ,& ſynãces , & vlcera multiplicata in corpore.
Et fit criſis qñq;,aut aliquid eius cum qua congelantur lacertus,& neruus:& per ſcabiem qñq;,&
ſpecies eius,& impetiginem,& cancrum,& albaras,& glandulas,& rupturam,& varices,& infla-
tionem extremitatum,& alia ab iſtis.Et de ſpeciebus permutationis ſunt, quæ non perducunt ad
exituram,ſed faciunt ſicut torturam,& ſpaſmum,& mollificationem, & dolores anchæ , & dorſi,
& teſticulorum,& geniculi,& icteritiam,& elephantiam,& varices. Et ſcias ꝙ criſis facta cũ per-
mutatione dum non accidit permutatio cum qua fit criſis,nõ accidit ſanitas. Alteratio aũt permu
tationis in exituram vel ſaniem ſeu aduetus permutationis in exituram in membro aut rem aliã,
qñq; eſt poſt ſanitatem.Et egreſſionum,& permutationum illa,quæ eſt ad exteriora, & poſt dige
ſtionem completam,& longinqua à membris principalibus eſt laudabilior. Et ſicut ſignificatori
ineſt vt ſignificet ex diſpoſitionibus teſtificãtibus ſuper id quod accidit de victoria domini defen
ſoris aut victoria inimici ſuperuenientis:ſilr̃ medico ineſt vt ſignificet de diſpoſitionibus ægritu-
dinis ſignificantibus ſuper criſim bonam,& criſim malam. Et ſicut cum inimicus expugnat ciui-
tatem,& extollitur in pugna,& coarctat,& ſublimatur ſeu fortificatur in pugna, & expanduntur
ſigna victorię vehementis,dño defenſore,adhuc non accipiente arma ſua,neq; potente vti inſtr̃is
C ſuis,tunc ſunt ſigna teſtificantia,& ſignificantia illud quod contingit vt ſit de victoria inimici ad-
uenientis vel expugnantis ſilr̃ medicus ſignificat vel prognoſticat ex diſpoſitionibus ſignificanti
bus malis ſuper malitiam diſpoſitionis criſis. Et ſi diſpoſitio fuerit econtrario , tunc iudicium erit
econtrario.Similiter cum ægritudo mouet ſigna criſis,quæ ego dicam, ante caſum digeſtionis,ſi-
gnificat exituram in membro aut rem aliam ex eis poſt quas non eſt ſanitas neq; permutatio lau-
dabilis,& ſignificat criſim malam:Et ſi fuerit illic digeſtio aliqua, ſignificat criſim diminutam. Et
ſi fuerit illic digeſtio completa,ſignificat criſim bonam cõpletam.Et [f] completa [y] quidem criſis fit
apud ſtatum:& fortaſſe aduenit cum incipit declinatio.Et propter hãc cauſam impedit criſim cõ-
pletam frigus vehemens,qm̃ ægritudinis ſtatus in ipſo fit difficilis : qñ ergo erit eius declinatio?
Et multoties quidem eſt neceſſarium medico ſuccurrere nocumento frigoris calefaciendo locũ,
& fundendo ſuper ventrem infirmi oleum calidum , vſquequo videat ſudorem incipere : deinde
abſtineat ab effuſione olei,& abſtergat ſudorem, & conſeruet locum ẜm æqualitatem. Et ſcias ꝙ
motus criſis,cum accidunt in diebus & horis,in quibus currit conſuetudo naturæ ad impugnan-
dam ægritudinem expugnatione vel impugnatione,quæ fit à fortitudine naturæ in eligẽdo horã
& in electione ſeu cognitione diſpoſitionis præcepti Dei,ſunt in quibus habetur fiducia. Si autẽ
accidat expugnatio ante horam in qua fit hmõi expugnatio ſponte ſua , tunc illa expugnatio ne-
D ceſſitatur ab ægritudine ipſa & inquietudine vel à neceſſitate.Et illud eſt de eis, quæ ſignificãt ve
hementiam oppreſſionis ægritudinis,& permutationis materiei ſicut fit expugnatio vel expulſio
apud declinationem humoris ad os ſtomachi,quare mouetur vomitu:aut ad fundum eius , quare
mouetur fluxu ventris:Et ſimiliter eſt diſpoſitio,cum facit accidere tuſſim, & ſternutationem.Et
ſimiliter cum ſunt ſignificationes ſignificantes ꝙ criſis eueniat in die aliquo , ſicut quartodecimo
& antecedant ad ipſum & inueniatur acceleratio criſis motæ ante ipſum in die , quamuis critico,
ſicut dies vndecimus vel in die vndecimo tunc illud ſignificat ꝙ criſis non erit completa : & licet
qñq; ſit bona,tñ etiam ſignificat ꝙ natura accelerat expugnationẽ. Quod ſi ægritudo fuerit mala,
fraudulenta,tunc non ſperatur ꝙ criſis ſit bona:& ſi ægritudo fuerit ſalua,tunc nõ ſperatur ꝙ cri-
ſis ſit completa.Et ad vltimum quidem anteceſſio motuum criſis ante ſtatum , quẽ ægritudo illa
meretur:aut fit pp virtutem ægritudinis,aut propter vehemẽtiam motus eius , & acuitatis ipſius:
aut pp cauſam extrinſecam excitantem quod de ea quietũ eſt,propter errorem in cibo, aut in po-
tu,aut exercitio,aut pp accidens animale.Nã accidentibus animalibus ineſt introitus in motione
criſis,& in alteratione partis eius. Timor enim ponit criſim vt fiat fluxu ventris , aut vomitu,aut
vrina,& gaudium facit vt ipſa fiat ſudore.Et illud quidem fit ẜm motũ ſpiritus ad interiora , & ad
exteriora.

A Ga.cõm.1.in.1. porrhet.Hip.2.g
B Lib.1.Fẽ.17.t.1. c.3.& li.1.F.2.do.1. c.8.& Hippo.6. de mor.vul.cõm 3.37.
C Ga.4.apho.74.a & Raſ.32. cõti.t.2. c.1.468.2.
D Raſ.ibidem.
E Raſ.32. cõti.t.2. c.1.468.3.

F Gal.3.de criſ. c.10.c
Infra y

exteriora. Et qñ antecedit pugna taliter vt virtus fiat ambigua non stabilis cum ea vsq; ad statum, E est illud significatio mortis: & fortasse remanet virtuti residuum aliquod vsq; ad statum, & est saluum. Et scias q crisis non cadit in hora quietis, & eradicationis, neq; in hora teporis à vehemētia, nisi raro, & parum: & primum amborum est minus. Et [a] Archigenes non vidit ipsum in experimentis suis nisibus: & [a] Gal. semel. Et [b] melior [γ] quidem crisis est illa, quæ fit in hora status veri. In ea vero quæ ipsum antecedit, non est fiducia: immo est aut diminuta, aut mala concitatiua oppressiua. In [c] principio nunquam fit crisis, nisi perniciosa. Et ad vltimum quidem accidētia signorum crisis in primis diebus ægritudinis, significat pernitiem: & in eius augmento cum est laudabilis, significat crisim diminutam: in declinatione vero nunquam fit crisis. Qualiter vero eueniat in ipsa mors, aut dispositio similis bonæ crisi, post [d] dicemus. Et scias q crisis in ægritudinibus saluis postponitur: natura enim non est oppressa vel concitata quare possibile est ei vt expectet vsquequo inueniat complementum digestionis: & in mortiferis antecedit. Et non egreditur vel non euadit infirmus ex fortitudine vel ab impugnatione ægritudinis subito. ẜm semitā resolutionis nisi iam fuerit euacuatio laudabilis, aut exitura laudabilis. resolutionem aūt liberantem, & arefactionem mortificantem, [β] non antecedunt signa timorosa, neq; euacuationes sensibiles. Et scias q ægritudines sunt diuersæ: de eis enim sunt, quæ mouentur in principio, deinde sedantur, & quiescūt: & de eis sunt, quæ sunt econuerso. Et multoties quidem significant significationes, q crisis erit per expulsionem materiei ægritudinis à natura ad latus aliquod: & in expulsione materiei ad ipsum est nocumentum, quare necessarium est vt confortetur illud latus, & illud membrum, & declinetur materia ad contrarium. Et scias quod qñq; venit crisis bona, & numeratur ex sexto, & est septimi. F Et iam tunc verificatur principium ægritudinis: nā bona crisis raro fit in sexto. Et [e] scias q species alterationis ęgritudinis sunt sex. Ægritudo enim aut alteratur ad sanitatem subito, aut ad mortem subito: Aut ad sanitatem paulatim, aut ad mortem paulatim: Aut aggregantur in ea vtræq; res, & perducitur ad sanitatem aut aggregantur in ea vtræq; res, & perducitur ad mortem. Et [f] scias [α] q nomen crisis secundum quod dixit ille cuius sermoni creditur, est deriuatum in lingua græca à separatione prolocutionis, quæ est vni duorum disputantium, aut controuersantium apud iudices super alium, quasi sit separatio, & exitus ab altercatione.

A G.3. de cri. c.4. d
B Gal.3. de crisi. c.10. c
Supra γ
C Gal. ibidem. d
D Cap.98.
Supra β
E Gal.3. de crisi. c.1. a. b
F Gal.3. pgn. c.1. e
Supra α

Sermo vniuersalis de signis crisis. *Cap. 3.*

CRisim [g] antecedūt si casus eius fuerit nocturnus in die, & si fuerit eius casus diurnus in nocte, dispositiones & res, & q̄ sunt signa eius: sicut [h] inquietudo, & angustia, & voluptatio, & grauitas, & [h] conturbatio rōnis, & [h] dolor capitis, & dolor colli, & [h] vertigo, & scotomia, & [h] imaginationes coram oculis, & tinnitus, & [h] sonus, & pruritus in naso, & alteratio coloris in facie, et lepore subito ad rubedinem aut citrinitatem, & [h] tremor labij, & nausea, & pulsus cordis, & sitis, & [h] dolor in stomacho, & [h] strictura anhelitus, & [h] difficultas accidētes subito, & grauitas hypochondriorum, & tensio in eis, & [h] dolor, & iectigatio, & [h] dolor in dorso, & iectigatio in lacerto, & pūctura vētris, & rugitus. Et qñq; accidit rigor significans eam, & accidit dolor lassitudinalis: Et qñq; alteratur pulsus à dispositione sua in ea, & significat ipsam & [i] signa nocturna sunt vehemētiora diurnis. Et retinentur qñq; causa crisis res quarum consuetudo fuit vt euacuarentur vt sanguis menstruus aut hæmorrhoidarum, aut fluxus ventris: & significat q motus accidit in parte contraria. Et causa in hoc proculdubio vt sit, est quoniam materia faciens ægritudinem commouet accidentia & significationes, quæ significant causa sui motus & diuersificantur aut propter diuersitatem materiæ, aut causa partis diuersitatis motus. Et [l] diuersitas quidem causa diuersitatis materiæ est verbi gratia. vt sit motus materiæ quando est, ad superiora, deinde significent significationes speciei ægritudinis, & ætatis, & complexionis, & aliorum q materia est sanguinea, expectat tunc medicus fluxum sanguinis narium: & si significant q ipsa est cholerica, expectat vomitū secundum plurimum, nisi aliæ significationes ei appropriatæ significent fluxum sanguinis nariū: [m] multoties enim fit crisis eius fluxu sanguinis narium: & antecedunt eā imaginationes cholericæ igneæ. Et fluxus quidem sanguinis narium prolixus seu vehemens vel superfluus qñq; consumit materias ægritudinum perniciosarum, & fit sanitas statim. Causa aūt partis motus est, qm ipsa aut H mouetur, vt aggrauet super membra principalia, & quæ sequuntur ea de visceribus, & facit accidere nocumentum in operationibus suis, & impedimentum consequens ea, sicut eueniūt ex parte cerebri permistio sensus, & dolor capitis, & quod diximus cum eis: & ex parte cordis, pulsus cordis, & malitia anhelitus, & quod diximus cum eis vtrisq;. Aut mouetur versus expulsionem: & fit illud ẜm duos modos, nā aut incipit expellendo ex omni parte, & à longe, & est in totū illud quod apparet, & est hoc cum sudore: aut incipit tendere versus partem vnam: & cum incipit versus eā fortasse est pars taliter, quod qñ incedit, non est excusatio quin incessus sit per mēbra principalia, sicut pars suprema nam materia tendens ad eam pertransit super fines membrorum anhelitus, & super fines cerebri, quare accidunt iterum accidentia similia accidentibus eorum ēt si non esset ex pulsa, immo aggrauans ea. Et fortasse est pars versus membra, quæ sunt minus q̄ principalia, sicut os stomachi cum intentio materiei expellēdæ per crisim est vt expellatur vomitu. Aut est de principalibus, verumtñ tolerantia nocumenti, non est velociter perducens ad corruptionem, sicut peruenit ad fines hepatis, & expellitur ex via vesicæ, aut fellis: & ex omni parte loci expulsionis crisis, sicut ex ore stomachi vomitu: & si ex finibus capitis, fluxu sanguinis narium, & similibus ei: &

G Gal.2. aphor.13.
H Gal.3. de crisi. c.2. b. c
I Cap.4. & c.103. & Gal.2. apho.13.
L G.3. de cri. c.3. e
M Cap.5.

ex finibus

A ex finibus hepatis, vrina: & ex partibus intestinorum, fluxu ventris. Et qñ est forma hæc, non est longinquum, quin motui eius in omni parte sit signum significans, ꝙ illud quod speratur de expulsione eius, est illius generis, si crisis, quę expectatur fuerit bona: aut signum significans malitiã eius primam, ex aggrauatione mala super illud membrũ, si fuerit crisis mala. Et fortasse est signũ vnum bonum ad hoc, vt significet partes plures, sicut pulsus cordis quãdoq; significat, ꝙ materia est expulsa ad os stomachi, & qñq; significat ꝙ materia aggrauat super cor seu lędit cor. Et fortasse est signum vnum significans rem vniuersalem cõem motui ad partẽ vnam, & expectantur signa alia quibus significatur modus quo expellitur ex illa parte: sicut dolor capitis, & strictura anhelitus, & tensio hypochondriorum ad superiora: ista enim significant ꝙ materia mouetur ad superiora: deinde non iudicatur ꝙ ipsa expellatur ex via vomitus, aut ex via fluxus sanguinis narium, nisi per signa alia. Et qñq; significat ꝙ crisis est cadens ex parte aliqua retentio eius quod currit: & separatur ex contrario illius partis: sicut retentio naturæ cum signis crisis bonæ, significat ꝙ motus creticus est superior non inferior immo est, aut fluxu vrinæ, aut sudore, aut vomitu, aut fluxu sanguinis narium. Et qñq; significat species ægritudinis partem crisis eius, [a] sicut apostema hepatis cum est in latere gibboso, tunc crisis eius est aut per fluxum sanguinis naris dextræ, aut per sudorẽ laudabilem, aut per vrinam. Et si est in latere concauo, est per fluxum vẽtris, aut per sudorem, aut B per vomitum. sicut [b] febris causon, plurimum enim crisis eius est aut per fluxum sanguinis nariũ, aut per sudorem, & antecedit eam rigor. Et [c] qñq; fit vomitu, & fluxu ventris, & proprie sicut tertiana. Et [d] similiter febris apostematum capitis crisis fit cũ fluxu sanguinis narium aut cum sudore abundante. Et febrium phlegmaticarum, & frigidarum crisis non fit vnq; fluxu sanguinis narium, [e] neq; peripneumoniæ, neq; lethargiæ: [e] pleuresis vero est inter hęc & hæc. Et multoties quidem fit ægritudinis crisis cum speciebus crisium, & completur cum aggregatione earũ crisis sicut causon, cum fit in ea crisis prius fluxu sanguinis narium, deinde complelur sudore abundante. Et prægnans quidem multoties habet crisim cum abortu. Et [f] scias quod non quotiescunq; existunt signa crisis, faciunt necessario crisim bonam, aut malam: immo qñq; non sequitur ea crisis omnino in hora illa, licet nõ sit excusatio quin crisis sequatur ea proculdubio bona, aut mala in alia hora, ꝙ̃ in illa hora, in qua continuantur signa. [f] Nam nõ quoties vides sudorem, & vomitum, & fluxum ventris, & dolorem capitis, & perturbationem sensus, aut malitiam anhelitus, aut profunditatem somni, aut aliud de omnibus illis, quæ numerabimus, est cum eis crisis: licet ẽm plurimum significent: Nam quædam eorum sunt signa tantum crisis, sicut dolor capitis: Et quædam eorum sunt signa, & pars crisis, sicut nausea. Et cum apparent signa crisis, & non fit crisis, tunc aut est ẽm quod dixit [g] Hipp. significatio mortis, aut difficultas crisis. Et quandoq; est aliqua de rebus, quæ C sunt de signis crisis, accidens per causam aliam ab ea, quæ facit apparere crisim, quamuis sit in aliqua horarum signorum crisis, [h] sicut accidit in tertiana longa ante paroxysmũ inquietudo, & commotio: in pluribus horis antecedentibus paroxysmum absq; significatione crisis: in tertiana vero pura secundum plurimum est signum crisis. Et [i] de illis, quæ tibi indicant viam ad cognoscẽdum in infirmo, quod eius sanitas aut mors erit cum crisi, aut non, est consideratio tua in motu ægritudinis, & in virtute eius, & natura, & hora præsenti: ista enim indicant tibi quod dispositio facit necessario pugnam fortem inter materiam, & naturam, & sustinet pugnam. Et scias ꝙ significationes bonitatis crisis sunt significationes significantes victoriam naturæ: & non fallit hoc, Et significationes malitiæ eius, & ipsius diminutionis, significant iurgium & duellum quod currit inter naturam, & inter illud quod impugnat eam. Et non est possibile tibi vt ex toto iudices quod natura vincetur proculdubio, nisi multiplicentur, & magnificentur. O quãta timorosa signa vidimus de profunditate somni, & casu pulsus, & abscissione sudoris, perducẽtia post horas ad crisim completam, & bonam, quoniam natura in huiusmodi [a] iam cessauerat ab omnibus operibus suis, & tota occupata erat in ægritudine: & postqnam rediјt tota virtus ad eam, vicit eã, & expulit: & fortasse non sufficit cum ea, Et illud in pluribus horis est quoniam ipsa non cessat ab omnibus operationibus, [a] nisi propter rem magnam. nam dubium non est, quin propter rem magnam deficiat.

A Lib.3. Fẽ.14. t.1. cap.13. & t.3. c.1. & c.4. & Gal.3. de cri. c.3. e f
B Cap.73. & Fẽ.1. t.1. c.40. & Ga.3. de crisi. c.3. e
C Gal. ibidem. e
D Cap.73. & lib.3. Fẽ.1. t.3. c.1. & Gal. ibi. e
E Cap.73. & Gal. ibidem. e
F Gal.1. de crisi. c.14. c
G Lib.2. de morb. vulg. lect.1. 568.1. & Ga.3. de cri. c.1. b
H Hip.6. de mor. vulg. cõmẽ.2.23. b ... in cõm. e, & ... 30. conti. c.8. ... 405.3.
I G.3. de cri. c.4. c
Infra a
Supra a

D Et scias ꝙ exuberatio signorum crisis ẽm continuitatem in duobus diebus continuis, sicut tertio, & quarto verbi gratia, significant velocitatem crisis: deinde est bonitas, & malitia ẽm signa, quæ ego dicam: & proprie qñ antecedit paroxysmus febris antecessione magna: & præcipue quando apparet in pulsu alteratio subito. Si ergo fuerit ad magnitudinem, & non descẽdit, lætare. Et scias ꝙ siccitas corporis qualis est in senibus, & eius obfuscatio in diebus ægritudinis, significat tarditatem crisis. Et ægritudines siccæ valde, aut sunt mortiferæ, aut tardæ crisis. Et significat qñq; horas crisis, & dispositiones eius omnes, & iudicia signorum eius, illud super quod inuenitur dispositio ægritudinis secundum plurimum. Et scias ꝙ pulsus apparens, est sicut significatio communis speciebus crisium euacuationum: At vero magnus significat, ꝙ motus est ad exteriora cum sudore, aut fluxu sanguinis narium, Et non magnus, & velox ad interiora, significat vomitum, & fluxum ventris. Et ad summum omnis intentio vel conatus ad expellendam materiam natura existente forti non caret manifestatione pulsus. Et si non fuerit latus, & decliuis ad ambo latera, & antequã fiat fortis, indiget constrictione, & coarctatione. Et fortasse aggregant̃ duo signa, & sunt duæ res, sicut vomitus, & sudor: & sicut vomitus, & fluxus sanguinis narium. Et quia iam satis fecimus de istis canonibus, intendamus in distinguendo parum.

Signa motus materiei in crisi ad superiora. Cap. 4. E

SIgnum illius est dolor capitis propter eleuationem vaporum aut cum cōmunitate oris stomachi in significationibus vomitus. Et iterum de significationibus illius sunt vertigo, & grauitas in vtrisque temporibus, & sonitus, & tinnitus, & surditas: quæ omnia accidunt subito: Et quandoque associantur ei, aut antecedunt illud tempore paruo constrictio anhelitus, & dolor in collo, & tensio mirach & hypochondriorum ad superiora absque dolore, & inflammatio capitis. Et [a] scias quod ægritudines, & accidentia fortia fiunt in nocte quoniam natura occupatur in ea in digerendo materiam, semota ab omni re. A Cap.3. & c.103.

Signa distinguendi omnia illa. Cap. 5.

QVod si associantur omnibus illis [b] tenebrositas, & [b] caligo in oculo cum qua non videt aliquid splendidum, & sint amaritudo oris, & [b] tremor labij inferioris, & apparet affirmatio rei per casum [b] doloris in ore stomachi, aut nauseam, [b] & attractionē saliuæ, & pulsum cordis, & coarctationem pulsus, & constrictionem, & proprie quando accidunt infirmo post ista rigor, & frigus sub hypochondrijs: tunc iudica quod ipsa ventura est per vomitum: & proprie quando materia est cholerica, & febris cholerica, non existens de incēsiuis: & proprie quando citrinatur facies in hac dispositione, & cadit color. Et [c] multoties quidem attrahit vomitus eueniens post [c] grauitatem capitis, & [c] dolorem stomachi, [c] pueris propter debilitatem neruorum ipsorum, spasmum: & [c] in mulieribus propter consuetudinem matricum ipsarum, dolorem matricum: & [c] in senibus propter debilitatem virtutum eorū, ægritudines diuersas propter expansionem materiei, quę mouetur in eis. [d] Quod si associata fuerit illi tensio in parte hepatis, aut parte splenis absque dolore (nam splen cōicat supremis ēt per venas quæ sunt in eo approximantes parti nasi, & venis eius quamuis non continuentur cum eis) & videt infirmus [α] fila rubea, aut lucentia, & [e] resplendentia, & [e] rubet facies multum, aut [e] oculus, aut [e] nasus, aut latus eius, & [e] currunt lachrymæ subito, & fit altus pulsus & inundans, & festinat eius dilatatio, & fit [β] pruritus nasi, & est inflammatio capitis vehemens valde, & dolor capitis percussiuus: tunc expectetur fluxus sanguinis narium: & proprie quando significant ægritudo, & ætas, & consuetudo, & complexio, & reliquæ significationes quod materia est sanguinea: [f] licet materia cholerica iterum faciat quandoque crisim per fluxum sanguinis narium: & indicant illud splendor, & imaginationes similes [α] filis, & res igneæ citrinæ visæ coram oculis. & plurimum eius est in febre causone cholerica. Et quandoque significat partem inhærentia vel visio radij, [g] & [β] pruritus nasi quod fluxus sanguinis nariū cadet ex nare dextra, aut sinistra, aut ex ambabus naribus simul. Et quandoque adiuuat istas significationes iterum frigus adueniens in die crisis, & siccitas ventris, & cutis. Et quandoque significat ætas: fluxus enim sanguinis narium [h] plurimum accidit ei cuius anni sunt infra triginta. Et quandoque adiuuāt has significationes iterū vehemētia doloris capitis valde supra illā, quæ facit necessarium esse casus vomitus cū læsionibus alijs, & inflāmatio & febris: & sunt eius significationes aliæ bonę, nō significatiōes mortis: & in hmōi expectat fluxus sanguinis nariū cuius nō est excusatio.

B Ga.3. de cri. c.11. fol.144.e
C Hip.1. de mor. vulg.359.1.2.
F
D Hip.3. progno. 33.a
Infra α
E G.3. de cri. c.11. 144.f
Infra β
F Cap.3.
Supra α
G Lib.3. Fē.5.t.2. c.18.
Supra β
H Hip.3. progno. 33.a
G

Iudicium de istis signis communibus prædictis, & proprijs. Cap. 6.

DE signis cōibus prædictis sunt, quæ sunt conuenientiora fluxui sanguinis narium, sicut [i] lachryma, & tinnitus, & surditas, & [i] tensio hypochondriorum in vno duorum laterum hepatis, & splenis, absque dolore, & inflammatio capitis. Et de eis sunt propriora vomitui, sicut strictura anhelitus, & tensio hypochondriorum absolute in anteriori parte, [i] cuius plurimum est cum dolore in stomacho. Et scias quod constrictio anhelitus, ingrediens in signis fluxus sanguinis nariū nō accidit nisi cum præparatur natura ad expulsionem fluxus sanguinis narium, propterea quod concauitas vētris impletur, & impellitur materia ad superiora, & comprimit membra anhelitus. de signis proprijs fluxui sanguinis narium & vomitui, sunt quæ in vno eorum inuenta opponuntur inuentis in altero, sicut imaginatio radiorum splendentium est de signis fluxus sanguinis narium, & opponitur ei imaginatio tenebrositatis, & caliginis. de signis vomitus & rubedo faciei est de signis fluxus sanguinis narium, & opponitur ei casus coloris, & citrinitas eius de signis vomitus. Et quandoque signum vnius non est oppositum alicui de signis alterius: sicut tremor labij, ipse enim est de signis vomitus, & non opponitur ei aliquod de signis fluxus sanguinis narium: & sicut pruritus nasi, nā in se est de signis fluxus sanguinis narium, & non opponitur ei aliquod de signis vomitus. H

I Ga.3. de cri. c.11. 144.c

De signis declinationis materiei ad sudorem. Cap. 7.

CVm fit [k] pulsus vehementis vndositatis, & est tactus manus super [k] cutem, ita quod super ea peruenit roritas, & tingitur rubee, & inuenit calefactionem cutis cū hoc maiorem ea, quæ fuit, & inflationem vel tumefactionem eius, & rubedinem ipsius maiorem ea, quæ fuit: & vrina est tincta tendens ad grossitiem: & proprie quādo tingitur in quarto, & ingrossatur in septimo: tunc existima quod sudor erit. Et [k] similiter quando accidit in ægritudine chronica rigor fortis, vehemens, & post ipsum fit febris vehemens, virtute existente forti, & signis bonis, expecta tunc sudorem: & præcipue quando minoratur egestio, & vrinæ fluxus & proceditur seu fit cōtinuatio super ipsam scilicet minorationem egestionis, & vrinæ. Et ad summum febres incensiuæ cum non terminantur fluxu sanguinis narium, terminātur sudore, & antecedit ipsum rigor. Et [l] si æger videt balneum, & tinam, & præparationem ad illud in somno suo, tunc est significatio sudoris. Et tinctura vrinæ significat per significationem primam quod materia faciat crisim per viam venarum: & illa via est sudoris, aut vrinæ, deinde separatur per id quod diximus. Et nō oportet vt expectetur crisis sudoris

K Gal.3. de crisi. c.11. fol.144.d
L G. de dignotione ex insomnijs.d

cum

A cum solutione naturæ dominante. Et oportet in euacuatione expectata cũ sudore, vt sit illic augmentum febris, & caloris expansio, & fortificatio, & virtus sit fortis.

De signis declinationis materiei ad membra vrinæ. Cap. 8.

A Ras.32. côt.t.2. c.467.2.
B Ras.468.3.

SIgnificant illud [a] grauitas in vesica, & [a] retentio in egestione, & [a] defectus signorum solutionis ventris, quæ ego dicam, & signorum vomitus, & fluxus sanguinis narium, & sudoris quæ diximus. Et scias ꝙ ardor virgæ cũ grauitate vesicæ, & reliquis significationibus, est significatio fortis ꝙ crisis erit fluxu vrinæ. Et qñq; significant ipsam exuberatio vrinæ, & grossitudo eius in alijs diebus: & inuentio sediminis in ea. Et fortasse accidit fluxus vrinæ in ea post significationem egestionis, & secundum quod dicam in ca. egestionis. Et [b] scias ꝙ quando multiplicatur aggregatio vrinæ in vesica cum paucitate solutionis ventris, & paucitate sudoris in ea hora, aut in natura infirmi, & forma membrorum eius, & siccitate exteriori, tunc expectatur crisis per vrinam absq; fluxu ventris, & sudore, & proprie in hyeme.

De signis declinationis materiei ad viam egestionis. Cap. 9.

C Ras.32. côti.t.2. c.467.2.
D Ras.32. côt.t.2. c.468.3.

SIgnificant illud in primis genus superfluitatis, cum scitur ꝙ non est sanguinea, & cum scitur ꝙ cum hoc est multa, deinde fit maior affirmatio eius cũ signis [c] retentionis vrinæ, & punctione ventris, quæ inuenitur in toto ventre, & grauitas in inferiori parte ventris: & defectus signorũ vo-B mitus, immo euentus rugitus, & [d] inflatio emunctorij, & multitudo tincturæ egestionis ante, & eius obedientia plus ꝙ fuit consuetudo, & altitudo eius quod est sub hypochondrijs, & eminẽtia eius, & permutatio rugitus ad dolorem dorsi, & fortasse est illud iterum pp ventositatẽ: & fortasse prouocatur vrina post significationẽ egestionis: & proprie in infirmo difficilis vẽtris, duri ex consuetudine parui pulsus præcipue in aere frigido. Et [d] qñq; fit pulsus paruus cum virtute, & nõ induratur, & paruitas eius est ad coarctationem. Et significat qñq; crisim quæ fit fluxu ventris, [d] consuetudo in paucitate fluxus sanguinis narium, & [d] sudoris: & multitudo fluxus vẽtris, & [d] proprie in eo qui assuetus est potare aquã frigidam. Et dicitur ꝙ qñ vrina post crisim in febre tertiana est alba, subtilis, tunc expectatur fluxus vẽtris, qui forsitan erit cum rasura intestinorum: qm̃ cholera quando non egreditur cum vrina, & alijs, egreditur cum fluxu ventris. Et raro quidem accidit crisis per solutionem ventris, cum dominio sudoris, aut fluxu vrinæ.

De signis crisis quando fit ex via matricis. Cap. 10.

E Gal.3. de crisi. c.11.144.g

Q[e]Vando nõ inuenis reliqua signa, & non est eũo fluxu vẽtris, & inuenis grauitatem in matrice, & in chatin, & dolorem illic, & tensionem: tunc existima ꝙ erit menstrualis.

De signis quod crisis erit ex apertione venarum ani. Cap. 11.

F Gal.3. de crisi. c.11.144.g

C Q[f]Vandoq; significant illud defectus reliquarũ significationum, & consuetudo huius maneriei fluxus, & grauitatis in partibus ani, & pulsus magnus tendens ad fortitudinem.

Signa crisis quæ fit cum permutatione. Cap. 12.

G Ras.32. côt.t.2. c.1.467.2.

F[g]Ortitudo febris cũ fixione doloris, & [g] retentio euacuationis vrinæ, & [g] egestionis, & [g] sputi, & sudoris exuberantis, & tarditas digestionis, aut ipsius priuatio cum sanitate virtutis, & bonitate pulsus, & præcipue in ægritudinibus saluis, tardis, priuatis digestione. Et partem quidem permutationis significant dolor, & inflatio venarũ in locis vacuis, quę ipsum sequuntur, & vehementia inflammationis. Et iterum pars in qua est membrum debile, aut dolor læsionis iuncturarũ, aut membrũ fatigatum. Ex hypochondrijs vero qñ tenduntur, & dolent, non est possibile vt significet locus ipse, neq; pars. ipsa enim sunt cõia oĩbus declinationibus. Et scias ꝙ oẽs permutationes & exituræ fiunt in frigore, & tpe eius, & in ætate senectutis plurimũ: in primo quidem, qm̃ frigus est retinens, constringens: in secũdo vero, qm̃ virtus deficit ab expulsione cõpleta. Quidam enim dixerunt ꝙ illius crisis qui pertransit quinquaginta, immo qui pertransit triginta, raro fit per exituram, & per mutationem, sed non est illud cui sit intendendũ: immo permutationi sunt duæ causæ, quarum vna est in materia, & est, vt non sit suscipiens expulsionem vniuersalem, propter grossitudinem sui ẽm plurimum, & multitudinem suam ẽm minus: & secunda est virtus, & est vt non sit virtus fortis valde, vehementis motionis, neq; debilis iterum deficiens non expellens omnino D à membris principalibus. Et duæ istarum causarum sunt duæ causæ proportionatæ principijs senectutis. Et multoties quidẽ antecedunt signa permutationis, & superuenit ei euacuatio magna, & proprie per vrinam exuberantem, albam: quamobrem non accidit permutatio.

Signa quòd illa permutatio est ad inferiora. Cap. 13.

H Ras.32. côt.t.2. c.i.467.2.

E[h] Ventus doloris ad inferiora cum inflammatione, & [h] inflatio duorum emunctoriorum, & ancharum duarum.

Signa quòd illa permutatio est ad superiora. Cap. 14.

I Ras.32. côti. t.2. c.1.467.2.
K Li.3.F.4.t.1.c.3.

S[i] Ignificant illud grauitas capitis, & sensuum, & proprie auditus: ita vt quandoq; [k] perducat ad surditatem, post constrictionem anhelitus, & alterationem ordinis qui erat & quiescit, totum illud fit subito, & accidit in capite illud quod accidit. Et similiter vt eueniat profunditas somni. Et plurimum horum fit cum exitura in radice auris. Et similiter si perseuerauerint exuberatio quidem, & pulsatio temporum, & rubedo in facie firma, quæ non separatur.

Signa permutationis ad ægritudinem aliam. Cap. 15.

CVm videris ægritudinem acutam fieri fortem apud declinationem, tunc scias ꝙ ipsa tendit ad chronicam.

Signa

Signa quòd crisis erit cum exitura. Cap. 16. E

QVando virtus est sana,& signa sunt bona,& perseuerat subtilitas vrinæ tpe longo: tunc illud est de illis,quæ indicant exituram:& vbi est ægritudo ex materia in qua est caliditas. Et similiter qñ melioratur infirmus absq; crisi apparēte,immo ſm semitam permutationis, deinde vides ambas arterias tpis vehementis dilatationis,plurimæ percussionis,quę forsitan non quiescunt,& vides colorem alteratum,& anhelitum additum frequētem: et fortasse vides tussim siccam:tunc ille qui habet hoc,est præparatus exituræ in iuncturis suis.Et membrum quod in infirmo plus appropriatur sudori,est illud in quo expectatur exitura. Et [b] tpś hyemis, & ætas senectutis,ſm q diximus,sunt de signis casus crisis cum exitura:immo sunt de causis eius:Et [b] sunt exituræ factæ tunc tarde suscipientes digestionem,veruntamen reditiones earum in hyeme,& senectute sunt minus:propterea q facit illud esse necessariū frigus ex quiete:licet quidam dixerint cōtrarium istius,sicut retulimus.Et qñ multiplicatur vrina aquosa,cum ascendit febris,significat exituram accidentem in inferiori parte corporis.Et [c] de signis fortibus q crisis erit cū exitura, est tarditas crisium aliarum,& prolōgatio infirmitatis vsq; ad tpś,quod est post viginti. Et cum in hmōi ægritudine longa accidunt dolores subito in quibusdam locis,tunc expecta exituram:Et in febribus lassitudinalibus qñ non fit fluxus vrinæ grossæ vel spissæ,neq; fluxus sanguinis narium, neq; fluxus ventris,tunc expecta exituram iuncturarum proprie in die cretico.Et de signis fortibus q F illa crisis tarda non erit completa cum tarditate sua,neq; rediens,sunt signa alia.Et febres lassitudinales qñ non faciunt crisim in quarto cum vrina spissa, tunc expecta fluxum sanguinis narium:si aūt prolongantur,expecta exituras iuncturarum,quæ fatigatæ sunt,aut ad partem mandibularū: siue lassitudo sit ex exercitio,aut per se veniens.At vero exitura accidens in mandibulis in extensiua est plus:qm̄ iuncturarum labor non est vehemens,neq; est in eis iuncturarum attractio, & fit febris ascensio,& carnis mollis receptio. Cum aūt lassitudo est motiua, est illud in iuncturis plus. Et multoties quidem expectatur exitura quam ipsius signa significant, & mingit qui habet eam, vrinam plurimam,grossam,albam,& expellitur.Et si febres fuerint incipientes cum rigore, & desinentes cum sudore,raro fiet in eis exitura:& illæ sunt sicut tertiana, & quartana: nisi materia sit multa valde.Et ad vltimum rigor rediens euacuat sua expulsione omni die materiam plurimam: quare raro superfluit in eis aliquod pro exitura & hoc cum rigor est solus: qualiter ergo erit cū sudore?Et fluxus vrinæ grossæ iterum minoratur cum exitura.Et exituræ quæ sunt in chronica longa secundum plurimum sunt in membris inferioribus. Et in illis quæ sunt magis acutæ in membris superioribus, & in medijs in vtrisq; lateribus: & in lethargia fiunt exituræ radicis auris. Et cum istis exituris multoties accidunt crises completæ. Et peripneumonia multoties facit crisim cum exituris iuncturarum. G

A Gal.3.de crisi. c.11.144.g

B Hip. & G.cōm. 3.pgnost.29.d.e

C Ga. & Hippo.3. prognost.25.h

Iudicia de huiusmodi exituris. Cap. 17.

QVęcunq; de istis exituris eueniunt,& occultantur absq; maturatione,earum dispositio non caret duabus rebus,aut vt redeat maior q̄ fuit,aut vt redeat ægritudo,aut vt expellať materia ad iūcturas, aut ad mēbra dolorosa,aut fessa,aut debilia. Et melior istarum exiturarū est illa,quæ facit incurrere leuitatem:& post digestionem:& est vehementis declinationis ad exteriora:& est longinqua à mēbris nobilibus.Et quodcunq; istorum a pātum est lene,cedens manui, cum superponitur,est minoris malitiæ q̄ durum calidum verūtamen est tardius: qm̄ est frigidius. & eius quidem malitia non minoratur,nisi quia ei non associatur vehemēs dolor. Et si cum hmōi remanet febris,& non resoluitur,facit collectionem post sexaginta: & quod est infra ista, inter sexaginta & viginti.Et exituræ minoris malitiæ sunt,cum membrū ad quod declinant, est inferius: & est præter hoc quod est ex generatione sua inferius,ignobile, ampli loci, capiēs totam materiā. Nam si non capit eam,accidet ex reditu eius secūdo ad loca in quibus corrupta fuerat illud, quod accidit eis,cum ea redire facit medicus stolidus cum infrigidatione, & refrænatione ad locū à quo venit:& iam augmentata est malitia ex eo,quod superuenit ei ex labore,& reditione,& interficit. Et de deterioribus exituris creticis est,quæ ad interiora est, & interius. Verū de locis magis aptis exituræ est ille,qui est debilis:aut cū quo est ægritudo,& proprie in inferioribus, qui appropriati H sunt multitudini cursus sudoris ab eis.Et exituræ meliores,& longinquiores ad hoc vt sequať eas reciduatio,sunt quæ aperiunť:sicut illæ q̄ de eis occultanť,sunt magis significatiuæ recidiuationis.

Signa euentus spasmi. Cap. 18.

CVm in pueris multiplicatur timor in somno,& [d] constringuntur eorum naturæ, & [d] multiplicatur ipsorum fletus,& conuertuntur eorum colores [d] ad viriditatem & [d] rubedinem, & [d] tenebrositatem,vt in senibus:tunc expectatur spasmus. Et illud fit vsq; ad nouē annos:& quāto fuerint paruiores, erit illud plus. [e] In adolescentibus vero cum torquentur eorum oculi in febre acuta,& [f] multiplicatur ipsorum palpitatio,& [f] torquentur eorum colla,& ipsorū facies,& [f] multiplicatur confricatio dentium eorum:tunc iudica euentum spasmi. Et multoties quidem prolongantur dolores colli,& grauitas in capite cum febre, & sine febre. Cumq; fuerit apostema calidū, accidet spasmus,aut vomitus vt flos æris,& proprie cum fuerit in partibus capitis & colli.

D Hip. & G.cōm. 3.pgnost.34.b.c

E Gal. ibidem.c

F Gal.3.cōm.prognost.34.c

Signa casus rigoris. Cap. 19.

CVm vides in febre acuta signa salutis,& signa crisis [g] bonæ,& minoratur vrina: tunc scias q accidet rigor cum quo eueniet crisis:nisi fuerit fluxus ventris transiens æqualitatem:æqualis vero

G Gal.3.de crisi. c.11.144.c

A vero non repellit rigorem, qui expectatur: & multoties sequitur ipsum sudor: Nam in ægritudinibus acutis, incensiuis rigor est antecedens sudorem.

Signa significantia crisim bonam. Cap. 20.

[a] Cap. 2. & Gal. 3. de cri. c. 3. d. f
[b] Gal. 1. apho. 20.
[c] Gal. ibi. & 3. de cri. c. 3. f
[d] G. 3. de cri. c. 3. d

SCias [a] ꝙ melius signorum crisis bonæ est vt digestio iam sit cōpleta. [b] Deinde fiat in aliquo dierum crisis laudabilis, quos ego dicam. Et iam indicauit eum aliquis dierum indicationis ei proportionalis. Et [b] est cum euacuatione, non cum permutatione, & exitura: Et [b] euacuatio fit humoris facietis ægritudinem in parte proportionali, & [c] toleratur cum facilitate. Et qñꝗ [d] facit sperare bonitatem crisis natura ægritudinis in specie sua: sicut tertiana, & causon, cum inuenitur crisis proportionalis: & in dispositionibus suis, sicut illæ in quibus currunt res virtutis, & pulsus fm ꝙ oportet: & dispositio virtutis, & dispositio pulsus in horis signorum prauorum qñ est fortis, apparens: & proprie qñ additur eius virtus, & minoratur eius diuersitas, & æquatur, tunc est res sustentans super quam innitendum est, & illius complementum est aduentus tranquillitatis, & leuitatis. Et scias ꝙ signa mala cum aggregantur, & est dies creticus, tunc spes est verior, & fortior, ꝙ̄ vt sit ecōtrario: oportet ergo vt innitatur super illud. Et multoties quidem magnificātur signa timorosa, & videtur pulsus sanari, & ęquari, & fortis fieri. Et [d] scias ꝙ infirmus bonorum humorum cum ægrotat, & apparet digestio in vrina eius in primis eum ægrotat, tunc sis securus. Et quoties apparet in B eo signa timorosa, tunc spes & lætitia cum eis est habenda magis, qm̄ crisis est propinquior.

Signa significantia crisim malam. Cap. 21.

IPsorum radices, & principia sunt, vt sint cōtraria signis bonis prædictis. Et illud est sicut sit motus crisis ante statum, & digestionem: quod Hip. nominauit præcessionem viæ, & tu iam sciuisti causam in malitia eius, & vt sit in die non cretico. Et vt pulsus sit cum eo ad casum, & paruitatem tendens. Et scias ꝙ signa crisis qñ veniunt ante statum & digestionem, & sequitur eam euacuatio multa: tunc non decipiaris per eam: nam illud est pp multitudinem eius: et est expulsio ex defectu vel debilitate absꝗ regimine: sicut leuitas quam inuenit æger absꝗ euacuatione manifesta est ex eis in quibus non est habenda fiducia: nam illa est propter quietem materiæ nō propter bonitatē eius, immo multoties digeritur ēt & deficit natura propter eius debilitatem ab expulsione eius.

Indicia de iudicijs signorum significantium crisim malam. Cap. 22.

QVando aggregantur signa mala, priuationis digestionis, aut alterationis ab eo quod oportet, aut alicuius alterius de signis malis, iudica ex eis ꝙ infirmus morit̄. firmatio ergo iudicij fm velocitatem et tarditatem est ex eo, quod scitur de dispositione causarum antecedentium crisim de illis quas diximus: sicut hoc, qm̄ qñ sunt signa mala, & est sedimen nigrū, & alia, & illud est in quarta, tūc mors ē in septimo, aut in sexto si necessariū faciūt causæ pdictę antecedētes.

C *Signa digestionis & eius indicia.* Cap. 23.

DIgestio cognoscitur ex vrina: & hoc iam est expositum in loco suo. Et oportet vt non confidas per vehementiam tincturæ vrinæ, cum non fuerit sedimen: illud enim non est pp digestionem. Et priuatio digestionis in substantia magis nocibilis est, ꝙ̄ in colore: per substantiā enim præparatur materia ad difficultatem expulsionis, aut facilitatem eius. Et qñ apparent signa digestionis cum principio ægritudinis, tunc ægritudo est salua, neꝗ est ambiguitas in ea: & si tardant, non oportet vt sit semper cum timore: fortasse enim est longa: & non est in ea timor: & est necessarium vt sit longa. Et quoties est crisis bona, tunc iam digestio facta est. Sed non quoties digeritur, est crisis: immo qñꝗ ægritudo consumitur cum resolutione. Et scias ꝙ non fit febris fortificatio cū apparitione digestionis: sicut non fit cum digestione apostematis dolor vehemens. Et quando tardatur digestio, & vides accidentia bona, & virtutem fixam, tunc expecta eam.

Iudicia de signis absolute. Cap. 24.

[e] Cap. 28. & Gal. com. 1. pgnost. 8. d

NOn omnis alteratio subito facta in colore, aut tactu, est mala. Immo est significans bonitatē magnam, & crisim vtilem: immo consideretur cum hoc dispositio corporis post illam. Nam quodcunꝗ signorum arefactionis in forma, & facie, & extremitatibus accidit causa vigiliæ, & laboris, & exercitij, & fluxus ventris: est saluum: & [e] redit ad salutem in duobus diebus aut tribus. D Et quodcunꝗ est causa adustionis, & casus virtutis, est malum.

Narratio signorum bonorum. Cap. 25.

SIgna bona sunt tolerantia ægritudinis, & firmitudo virtutis, & formæ cum ea, & si accidentia eius fiant fortia, & fortitudo pulsus & eius vehementia, & eius ordinatio, & apparitio signorū digestionis, & vtilitas crisis, & bonitas signorum eius, & leuitas, reperitur post euacuationem: & redit pulsus cum ea ad bonitatem, & horripilatio accidens post euacuatione, de signis sunt bonis. Significant enim eradicationem caloris, & succedit frigus cum eradicatione materiei. Et melius hoc est, vt sit euacuatio humoris nociui cum facilitate, & fm rectitudinem. Et scias ꝙ fixio virtutis cum signis malis necessariā facit spem: Et similiter fixio rationis, & bonitas anhelitus, & facilitas tolerantiæ eius quod accidit super eum de dispositionibus timorosis extraneis. Et inuentio leuitatis post somnū est bona. Et de signis bonis est anhelitus bonus facilis. Et de signis bonis est appetitus cum æqualitate, & bonitas receptionis cibi, & eius fames, & eius vtilitas, & viuificatio & similiter forma seu figura naturalis & situs iacendi naturalis, & somnus naturalis, & æqualitas caliditatis in membris corporis. Et scias ꝙ signa bona cum salute virtutis significant sanitatem festinam, & cum debilitate eius significant sanitatem tardam.

Iudicia

Iudicia ſignorum malorum. *Cap. 26.*

SCias [a] ꝙ ſigna mala, quæ ſunt in ſummo malitiæ indicant mortem. Quod ſi virtus fuerit fortis, prolongatur ægritudo, deinde interficit ægrum: Et ſi fuerit debilis, interficit abſqꝫ prolongatione. Et multoties quidem apparent ſigna mortifera in diebus malis, deinde accidit criſis bona, & permutatio materiei ad membrum, & fit ſanitas. Et oportet vt cōfidas in ſignis bonis apud ſtatum: & vt timeas mortalia cum accelerant: & non iudices per ea iterum, dum non vides virtutem cadere. Caſus enim virtutis ſolus eſt ſignum malum. Amplius oportet vt tu conſideres in ægritudinibus acutis, quarum principium eſt ex membro adiuuāte, ſicut pectus cum pleureſi, quod eſt de diſpoſitionibus illius membri: ipſæ enim ſignificatiuæ magis ſunt ꝙ̄ diſpoſitiones membri alterius: nam digeſtio ſputi in pleureſi eſt magis ſignificatiua ſalutis, ꝙ̄ digeſtio aquę. Et neceſſarium quidem eſt medico phyſiognomico cum videt in facie, & oculo, & alijs formam malam non naturalem, vt ſm plurimum cognoſcat in primis, an ſit illud naturale ſm illud indiuiduum, & iudiciū non iudicet temere in pulſu etiam. Et iterum vt cognoſcat an illud ſit ex ægritudine, aut ex cauſa primitiua: fortaſſe enim eueniet, verbi gratia ſuper linguam tinctura mala, & aſperitas ſuperflua propter comeſtionem rei facientis illud, non propter ægritudinem. E

A Raſ.30.cōti.t.1. c.1.428.1.

Narratio ſignorum malorum. *Cap. 27.*

SIgna mala diuerſificantur ſecundum vnamquanqꝫ operationem, & vnumquodqꝫ membrum: & melius eſt vt dicamus illud cum diſtinctione. F

Signa mala pendentia ex forma & colore. *Cap. 28.*

CVm [b] forma viui eſt ſicut forma mortui, non propter vigiliam, neqꝫ propter famem, neqꝫ propter euacuationem, tunc eſt ſignum malum. Et facies quæ ſimilatur faciei mortui, & diuerſificatur à faciebus ſanorum, eſt illa cuius oculi profundantur, & acuitur naſus, et planantur tēpora, & contrahuntur, & infrigidantur aures eius, & inuerſatur pulpa eius, & tendit̄ cutis ipſius, & offuſcatur color eius, & denigratur, & fit viridis, & eleuatur ſuper eam puluis, & proprie qn̄ eſt ſicut puluis cotti carminati, eſt ſignum mortis feſtinæ. Et ſcias ꝙ quando infirmantur ſani paucæ infirmitatis, ſignificat timorem. Et [c] illud quod eſt de hac alteratione propter cauſas, quæ ſunt præter ægritudinem, redit velociter ad diſpoſitionem naturalem: & [d] ſi non in breuiori tempore, ſaltem in die, & nocte. Aliud vero cuius cauſa eſt ægritudo, & eſt illud cuius ſignum eſt malum, nō redit ad rectificationem cum facilitate. Licet primum quod eſt cauſa famis, & euacuationis, & vigiliæ, & eius quod dictum eſt cum eis, non eſt bonum iterum, veruntamen eſt ſanius alio. Si autem accidit illud in ægritudinibus acutis eſt malum & ſignificat ꝙ ægritudo vincet: & cum hoc eſt ſanius ꝙ̄ illud ꝙ fit in ægritudinibus acutis cauſa ægritudinis, non cauſa illorum adiuuātium. Et propter illud oportet vt cognoſcatur differentia inter illud, quod apparet de ſignis tornatilitatis, & alterationis coloris, cauſa corruptionis ægritudinis, aut cauſa vigiliæ, aut euacuationis, cum qua non eſt plurimum malum. Et propter illud dicimus illud in oculo: [e] De illo eſt, ſi cauſa fuerit eius vigilia quod accidit cum eis grauitas in palpebris, & declinatio ad profunditatem ſomni, & ſpiſſitudo vehemens pulſus, & anteceſſio vigiliæ nocentis. Et [f] in illo cuius cauſa eſt fluxus ventris, inuenitur fluxus ventris præceſſiſſe, & ſuperfluiſſe. Et [f] in illo quod eſt ex fame, inuenitur illud accidere gradatim, non ſubito. Et [g] de illis, quæ magis affirmant, ꝙ eſt ex ægritudine, eſt defectus illarum cauſarum, & vehementia acuitatis febris, & ſenſibilitas rerum, quæ ſunt ſicut ſcintillæ offendētes manum apud tactum. Et citrinitas coloris ſubito, eſt ſignum non bonum. Et denigratio eius ſubito, eſt ſignum malum, & [h] deterius omnibus illis eſt niger color: & ipſius plurimum eſt ex morte innati caloris, & tenebroſitas ſequitur ipſum, & [h] citrinitas nō eſt bona, ſed eſt magis ſalua: qm̄ quandoqꝫ fit à caliditate, non eſt tota à frigiditate: & fortaſſe eſt à vigilia, aut à fame, aut à dolore, et eſt ſalua. Et ſi acciderint in fronte & naſo rugæ, non eſt ſignum malum. G

B Hippo. & Gal. 1. prognoſt. 5.6.7.8.

C G. cōm. 1. primi prognoſt. 8. c. d

D Cap. 24.

E Gal. ibid. 8. h. a

F Gal. ibid. 8. h

G Gal. ibid. b

H Ga. cōm. 1. in. 1. prognoſt. 7. d

Signa ſumpta ex dolore capitis. *Cap. 29.*

QVando [i] dolor capitis perſeuerat, & virtus eſt debilis, & ægritudo acuta, & ſunt illic ſigna mala. tunc ægritudo eſt mortalis. Et [k] ſi non fuerit, tunc expecta vſqꝫ ad ſeptimum fluxum ſanguinis narium, & poſt ſeptimum aliquid currere ex naſo, aut aure. [l] Quod ſi perſeuerauerit vſqꝫ ad vigeſimum, raro erit tunc reſolutio eius per fluxum ſanguinis narium, ſed aut per ſaniem currentem ex naribus, aut aure, aut per exituram, & proprie inferius. Et plurimum quidē incipit dolor capitis à principio ęgritudinis, & fit fortis ſuper eam in quarto, & quinto, deinde eradicatur in ſeptimo. Et plurimum quidem inceptionis eius eſt in tertio, & fit difficilis in quinto, & eradicatur in nono & vndecimo. Quidam vero dixerunt ꝙ ratio eſt vt ſit in decimo, qm̄ decimus eſt ſeptimus tertij, ſed ipſe non eſt dies creticus: & hic ſermo apud me nō eſt aliquid. Computatio enim non eſt ſm hanc viam: & ſi incipit in quinto, eradicatur in quartodecimo, ſi res currit ſm ꝙ oportet. Et plurimum quidem quod accidit de hoc dolore capitis, accidit in tertiana. H

I Li. 3. F. 1. t. 2. c. 6. & Hip. 3. pgno. 11. f

K Gal. ibidem. f

L Gal. ibidem. f. g

Signa ſumpta ex parte ſtomachi. *Cap. 30.*

SIngultus [m] in ægritudinibus acutis malus, & proprie poſt fluxum ventris: & ſimiliter inflammatio in ſtomacho. Et pulſus cordis ſtomachalis cum caliditate febris, eſt malus.

M Raſ. t. 10. c. 21.

N Li. 3. Fen. 10. t. 1. c. 18. & Hip. 1. prognoſt. 24. h, & G. 3. de diffic. reſpi. c. 8. a

Signa mala ex membris anhelitus. *Cap. 31.*

ANhelitus [n] frigidus in ægritudinibus acutis, malus: ſignificat enim mortē innati, Et ſimiliter diuerſus malus. Et [o] anhelitus ſimilis anhelitui flētis, interfectus, qui attrahit aerē eſt malus:

O Raſ. 31. cōti. t. 1. c. 1. 436. 2.

Malitia

A Malitia anhelitus facta propter permistionem rationis est mala. Et ille qui est propter apostema in partibus pectoris, est deterior. Et illorum qui morti præsentes fiunt, ventres crescunt, & consequentes fiunt eorum anhelitus, & anhelant cum intersectione plurima.

Signa mala ex parte sensus. Cap. 32.

A Hipp. de coacis ...ot. 502. I.

SI non [a] videt infirmus, & [a] non audit, est signum malum. Et si fugit à vocibus, & odoribus, & coloribus habentibus fortitudinem, est signum malum, significās debilitatem spūs animalis.

Signa facta in oculo. Cap. 33.

B Hip. & G. cōm. ... pgn. 7. c, & 10. e, & ... cu. ad glau. ... C Hip. & Gal. ibi. ... progno. 10. e. f. g D Cap. 34. E Hip. & G. ibi. e. f F Hip. & G. cōm. ... 6. de mor. vul. ... d G Hipp. & Gal. I. progno. 10. e. f H Gal. ibidem. I Li. 3. Fen. 3. t. 2, c. ... & Hip. 4. apho. ... & Hip. & Gal. I. progno. 10. e. f K Hipp. & Gal. I. progno. 10. e L Ras. t. 10. c. 21. M Ga. I. pgn. 10. g

P[b]Rofundatio duorum oculorum, & contractio ipsorum, non causa fluxus ventris, & vigiliæ, & famis, est signum non bonū. Et [c] tenebrositas albedinis oculi, & [d] eius rubificatio tendens ad colorem pauonis aut cœlestem, est signū malum. Et [e] paruitas vnius duorum oculorū in ægritudinibus acutis, & phrenesi, & similibus, est mala valde. Et [f] si non videt infirmus aliqd, est signū mortiferū. Et [g] tortuositas oculi, & ipsius strabositas in febre acuta, est signū malum valde. Et [h] si hæc tortuositas fuerit ex spasmo proprio lacerto oculi tm̄, absq; nocumēto in cerebro, tunc signū illud est q̄ non est permistio rationis, & similia. Signa aūt sumpta ex eo quod videt, & splendore, sunt qm̄ splendor niger significat vomitum plus & rubedo & splendor eius fluxum sanguinis narium plus. Et declinationem sanguinis ad superiora: Et significant vnūquodq; signa alia. Et [i] cur-
B sus lachrymæ absq; volūtate, & proprie ex vno oculo, est signum malum: nisi sit signum crisis, per fluxum sanguinis narium, & significent ipsam alia signa fluxus sanguinis narium, cum incolumitate signorū aliorum. Et considera ex lachrymis paruitatem & multitudinem, & subtilitatem, & grossitiem, & calorem, & frigus, & exitum cū voluntate, aut sine voluntate. Et [k] fugere lumen, est signum non bonum. Si aūt vehemens fit [l] amor tenebræ, tunc est mortale, nisi sit tensio & dolor. Quod si non fuerit, tunc est pp casum virtutis spūs animalis. Et intuitus stans absq; palpitatione, & motu est malus. Et [m] multitudo aggregationis lippitudinis, ita q̄ aliqd eius post aliquid, est mala. Et lippitudo sicca valde est mala. Et hmōi quidem lippitudo generatur pp defectum virtutis oculi innatæ in maturando materiam. Et pp illud sentit cum plurimo eius sicut punctionē rei venientis ad oculū, quæ conatur exire. Et non licet vt dicatur, q̄ illud sit pp multitudinem humiditatum venientiū ad oculum, propterea q̄ deficiat natura in digerēdo eas, qm̄ oculus in hac dispōne est siccus, profundus, & signa siccitatis manifesta: & pp illud siccitas lippitudinis est velox.

Signa proportionalia istis. Cap. 34.

N Hip. & G. cōm. I. progno. 10. e. g O Hip. & Gal. ibi. 10. g P Cap. 33. Q Hip. & G. cōm. I. progno. 11. a. b, & ... apho. 52. R Hippo. de dieb. ... c. 459. 2. S Gal. I. pgn. 10. g T Cap. 92. & Ras. ... t. I. c. I. 430. 3. V Hip. I. pgn. 12. c X Ga. I. pgno. 7. c Y Ras. 31. cōti. t. I. c. I. 430. 4. Z Ras. 431. I.

SI [n] aggregatur super pupillam, cum est aperta, aliquod sicut tela araneæ, deinde recedit ad palpebram, & fit lippitudo, & non cessat esse sic: est signum propinquitatis mortis. Et [o] vehementia rubedinis oculi, & permanētia eius ita, in acuitate febris, est mala, & significans apā in cerebro
C calidū, aut in stomacho. Et [p] permutatio eius ad colorē pauonis, & cœlestem, est deterior. Et eminentia vel egressio oculi iterū, & multitudo visionis splendoris, est significatio mala: & fortasse est pp materias calidas, multas: & apata in partibus cerebri. Et [q] si remanet palpebra in somno aperta absq; consuetudine, est signū non bonum. Et siccitas palpebrarum est signū malum. Et [r] si remanet oculus in vigilia apertus, & approximatur ei digitus, et nō palpitat, est significatio mortis. [s] Et vehementia apertionis oculi iterū cū alienatione, & debilitate, est mortalis. Et [t] dr̄ q̄ ille sub cuius oculis apparet pustula, sicut lens alba, morit̄ in die decimo, & apparet in eo desideriū dulcedinis.

Signa sumpta ex parte nasi. Cap. 35.

T[u]Ortuositas nasi, mala: & significat propinquitatem mortis, causa enim in ea est spasmus malus, mortalis. Et [x] depressio extremitatis nasi eius iterum est mala. Et [y] esse contentus in attractione aeris naso, & naribus, est malum. Et [z] si inuenis ex anhelitu eius odorem piscis, aut butyri, aut luti, est malū. Et distillatio aquæ citrinæ ex naso in febribus acutis, fortasse est significatio propinquitatis mortis. Et si non sternutat cū medicinis sternutare facientibus est significatio mortis. Et destructio sensus sitr. Et si non faciunt fluere sanguinē ex naribus instrumēta pungentia naso supposita quæ solent prouocare fluxū sanguinis nariū: Et si infirmus assidue mittit digitū suū ad nasum suū, quasi mundificat ipsum absq; cā, est signū non bonū. Et exitus aquę p nasum est malū.

D *Signa sumpta ex parte auris.* Cap. 36.

A Hip. progno. I. d B Hip. 6. de morb. ... sect. 5. 19. d. & Gal. in cōmen. C Li. 3. Fen. 4. c. 6. ... & F. 10. t. 4. ... & Gal. 3. pgn. ... & commen. 2. ... h D Corne. li. 2. c. 4. E Hip. 4. aphor. 53. F Ras. 31. cōti. t. I. c. 430. 4. G Hip. & G. cōm. progno. 21. b

E[a]Xiccatio pulpæ auris, & eius inuersatio, & contractio extremitatis cartilagiositatis existentis in parte exteriori auris est signum malum. Et [b] dicitur q̄ cum sordes auris dulcescit est signū malum apud Gal. mortale apud primos. Aduētus doloris in aure cum febre acuta, est timorosus: est enim mortalis nisi currat aliquid, & quiescat: & illud in senibus. [c] In iuuenibus vero contingit q̄ moriuntur antequam saniem faciat propter vehementiam sensuum eorum.

Signa sumpta ex parte dentium. Cap. 37.

COnfricatio dentiū adinuicem in febribus acutis, & quasi ille cuius sunt, comedat aliquid, signum est non bonum. [d] Dicitur q̄ ille cuius dentes cooperiuntur in febribus, viscositatibus, significat q̄ febris eius sit vehemens: significat enim caliditatem vehementem, & materiam viscosam tardæ resolutionis. Cum accidit infirmis omni hora, vt [e] mundificent dentes absq; consuetudine, quæ currit, est significatio non bona. [f] Stridor dentium, & commotio eorum absq; consuetudine, fortasse indicat amentiam seu alienationē rationis. Et si alienatio rationis iam acciderit, deinde accidat illud, significat pernitiem: nisi in illo qui assuetus est eo propter debilitatem lacerti mandibulæ, tunc enim strident dentes eius ex qualibet causa. Et viriditas dualium est signū malum.

Signa sumpta ex parte linguæ, & oris, & quæ sequuntur ea. Cap. 38. E

D[a] Eenigratio linguæ in ægritudinibus acutis est signũ ad malitiam decliue. Et exiccatio eius oris, & saliuæ non sunt bonæ. Et qñ exiccatur in principio, deinde exasperatur cum statu, deinde denigratur, est mortale: & proprie in quartodecimo. Et [b] scias ꝙ vehementia fœtoris oris in ægritudinibus acutis, est significatio mortalis: qm̃ significat corruptionem humorum omniũ. Subleuatio vel superequitatio vnius duorum labiorum super alterum absq; creatione est signum malum. [c] Tortuositas labij in febribus acutis est malũ. Scissio labiorũ in febribus acutis significat superfluitatẽ inflammationis: Et contractio eorũ, & frigus ipsorum est malũ. [d] Si remanet os apertum in ægritudinibus acutis, est significatio mala. Supfluitas siccitatis linguæ est signũ non bonũ. [e] Dicitur ꝙ cum exuberat super linguã in febre acuta sicut cicer niger, & sicut granũ alkerua, tunc mors est proxima: & accidit ei desideriũ rerum calidarũ. Asperitas linguæ, & siccitas eius est significatio phrenesis. Et cõsidera in asperitate linguę, et alteratione coloris eius cõsideratione supflua ne sit causa eius res tingẽs. Et scias ꝙ non contingit lingua ab oĩ humore dñante, in omni dispõne dum non peruenerit ad eam cũ substantia sua, aut cũ vapore suo ex aliquo mẽbro cõmunicante.

A Fen. 1. t. 2. c. 6. & Ga. 1. loc. affe. c. 5. d
B Ras. t. 10. c. 21. & 31. ꝑt. 1. c. 1. 432. 3.
C Hip. 1. pgn. 12. c
D Hip. & G. cõm. 1. progno. 17. h
E Lib. 3. F. 6. c. 22.

Signa sumpta ex radice linguæ, & gutture, & meri. Cap. 39.

PRæfocatio subito facta non in die crisis, est signũ malum. Et pręfocatio sine spuma est leuior: [f] spuma enim non fit nisi cum cor iam ad tantam peruenerit calefactionem, ꝙ destruuntur ei F operationes pulmonis, & diaphragmatis: quare non potest facere vt redeat anhelitus cum æqualitate. Et istud non fit, apate non existente in gutture, nisi pp rem magnam. Et multoties quidẽ fit, immo plurimum, causa cerebri. Et ad vltimum qñ accidũt in febre forti præfocationes prauæ, tũc iam aduenit mors: qm̃ cor eget causa vehementiæ caliditatis anhelitu plurimo, sed via eius iam est oppilata: q̃obrem inflammatur cor, & superfluit malitia complexionis, quare non tolerat vitã. Et silr̃ contorsio colli, cũ prohibitione deglutitionis: illud enim aut fit pp remotionem spondylis, aut propter vehementiam siccitatis: & neq; aliquid est deterius eis ambabus cũ febre. Et iterum si nõ potest fieri deglutitio nisi cum labore, est significatio mala: & silr̃ si strangulatur cum aqua, & egreditur per nasum: & similiter qñ strangulatur cum saliua omni hora: est significatio non bona.

F Li. 3. Fẽ. 9. c. 9. & quasi idẽ li. 3. Fẽ. 1. t. 5. cap. 8. & Gal. 2. apho. 43. d

Signa mala sumpta ex parte venarum. Cap. 40.

DIxit [g] Hippo. qñ apparent venæ paruæ apud frontem, & palpebram, et furculam est malum.

G Ras. 31. cõti. t. 1. c. 1. 432. 2. Repetit hoc idẽ caput. c. 62.

Signa mala sumpta ex mollificatione corporis, & malitia resupinationis, & debilitate. Cap. 41.

M[h] Ollificatio corporis, & malitia resupinationis, & debilitas, qñq; fiunt causa multitudinis humorum grossorum in visceribus. Et qñq; fiunt propter siccitatem corporis, & paucitatẽ humorum. Et [i] qñq; fiunt propter superfluitatem debilitatis virtutis in lacertis: Et non est significatio distinguens inter ea essentia corporis grossi, aut macri, sicut quidam existimauerunt. Et mul G toties quidem sunt viscera plena humiditatibus, & corpus est extenuatum. Et [h] multoties debilitantur virtutes in lacertis, & corpus est pingue: immo signa alia sunt, quæ dicta sunt in locis alijs.

H Cap. 42.
I Li. 1. Fen. 3. do. 2. c. 9.

Signa mala propter formam iacendi. Cap. 42.

R[k] Esupinatio super lectum, non fm formam consuetam, immo permistionem, & exitũ à consuetudine, est malum signũ: maxime cum infirmus præcipitatur ad stratum suum paulatim, quoties æquas eum, & præparas ipsum præparatione bona, conuertitur super dorsum suũ, & [l] diligit discooperire extrema, & proijcit ea proiectione nõ naturali, absq; caliditate valde manifesta, est ergo causa angustia magna. Et oportet vt tu attendas in hoc ẽt rem vnam: fortasse enim homo est pinguis, grauis corporis, velocis mollificationis, diligẽs in dispositione sanitatis vt iaceat omni hora fm hanc formã, aut est prohibens alium sitũ dolor præter resupinationẽ: tunc illud est ex eis cũ quibus non magnificat̃ timor. Omnis præparatio non consueta de resupinatione, & tensione, & reliquis quã non fecit in dispositione salutis, est in ægritudinibus acutis mala. Et [m] scias ꝙ amor resupinationis, aut est pp multitudinem humorum in visceribus, aut [m] propter siccitatem, & resolutionem humorum [m] quare debilitantur lacerti aut pp debilitatem, quæ accidit lacertis ex parte alia. Et [n] si nõ potest iacere, & resupinari, & vti alijs positionibus, immo desiderat sedere, est significatio mala: & plurimum eius, propterea ꝙ anhelitus fit difficilis cum iacet propter apata, & nocu H menta in membris anhelitus, in quibus scita est dispositio ex eo quod pręterijt. Et si diligit fugere ab hominibus, & cõuerti ad parietem, est signũ non bonũ. Et [o] declinatio in somno super ventrẽ, absq; consuetudine, est malum: aut enim est à permistione rõnis, aut à læsione in ventre: Et iacere humidum est laudabile: & illud est cum iuncturæ ægri sunt recipientes plicationem velociter.

K Hip. & G. cõm. 1. prognost. 14. e. f, &. 15. f
L Hip. & Gal. ibi. 16. g
M Cap. 41.
N Hip. & Gal. ibi. 20. a
O Hip. & G. cõm. 1. progno. 19. h. a

Signa sumpta ex cute. Cap. 43.

CVm [p] desiccatur cutis, ita ꝙ quando extendis eam non redit ad locum suum, tunc illud est significatio mala. [q] Exitus vaporis calidi ex cute cum anhelitu frigido, est significatio pernitiosa: & non fit nisi quia caliditas cordis finita est.

P Ras. 31. cõti. t. 1. c. 1. 430. 4.
Q Hip. & G. cõm. 4. in. 6. de morb. vulg. 30. c

Signa accepta ex ventre, & partibus hypochondriorum. Cap. 44.

INflatio ventris in ægritudinibus acutis, & paucitas detumitionis vel contractionis eius, & proprie cum illic est solutio ventris, est signum mortis: præcipue quando apparet in eo pustula ampla coloris fusci. [r] Tensio hypochondriorum, & essentia vnius duorum laterum magis eminens q̃ alterius: & silr̃ essentia omnis lateris eminentior omni latere, quod est ei simile in eminentia, & depressione, & silr̃ in lenitate tactus, & duritie est significatio mala. Quando inflatur mirach non

R Hipp. & Gal. 1. prognost. 27. e. f

à ventositate

A à ventositate cum exiccatione,& siccitate,tunc intra ipsum est apostema & siccitas cũ eo, & si nõ: non est exiccatio. Et tensio hypochondriorum si est cũ dolore,tunc materia declinat ad inferiora, & si est absq; dolore,tunc materia decliuis est ad superiora.

Signa sumpta ex ano. Cap. 45.

A Ras.31.cõti.t.1.c.1.433.2.

EXitus [a] ani in febribus acutis per seipsum,est significatio mala.

Signa sumpta ex virga,& testiculis. Cap. 46.

B Hip.2.pgn.10.g

C Ca.93.& Ras.31.cõti.1.c.1.431.3.

LEnitas testiculorum est signum malum:& similiter magnificatio vel apostematio amborum in ægritudinibus acutis. [b] Contractio testiculorum,& virgæ,significat mortem innati caloris & dolorem vehemẽtem. [c] Pollutio in principio ægritudinis significat longitudinem:& est in postremo ægritudinis laudabilior.

Signa sumpta ex matricibus. Cap. 47.

D Ras.430.4.

EXitus [d] matricis mulieris,& vuluæ in febre acuta est signum malum.

Signa sumpta ex parte extremitatum. Cap. 48.

D Hipp. & Gal.7. apho.1.

E Gal.cõm,2.prognost.4.c

F Gal.7. apho. 26.

G Ga.1.art.cur.ad glauc.c.14.f

H Hip.2.pgn.8.f

I Hip.ibi.9.g

DE [d] eis sunt ex parte qualitatis earum,sicut frigus extremitatum cum caliditate febris acutę, & fixione eius,cum non eradicatur est signum non bonũ: [e] cum chronica vero non est illud horibile:Et [f] causa eius in febribus acutis est apostema magnum in concauitate ventris, aut extin B ctio caliditatis innatæ,aut aduentus syncopis & resolutionis.Et [g] fortior significatio frigoris extremitatum in febribus acutis super mortem,est quæ est frigoris accidentis eius in principio ægritudinis.Et similiter cum est frigus cum quo non calefit,& hoc totum significat fugam sanguinis totius ad interiora propter apã. [h] Offuscatio digitorum manuum,& pedum,& vnguium eorum,est signum mortale.Rubedo extremitatum,& earũ coloratio colore rubeo purpurino subito, magis pernitiosum est,q̃ earum offuscatio. [h] Si aũt inuenitur grauitas,tunc iam appropinquat:qm̃ grauitas significat debilitatem virtutis animalis, & offuscatio significat debilitatem caliditatis innatæ, & rubedo significat corruptionem & dñium humorũ.Et [i] nigredo melior est, q̃ offuscatio,& rubedo.Et cũ hoc toto cõ videris signa bona plurima,non est longinquum quin saluetur infirmus. Et casus extremitatũ eius alteratarum,& adustio extremitatum, & cutis cũ frigiditate ventris,est signum mortis iterum.Et ex eis ex parte situum earum, sunt sicut spasmus: & proprie post fluxũ ventris est mortale.Alcuzez cum alienatione,& vehementia febris,est significatio mortis.

Signa ex parte somni,& vigiliæ. Cap. 49.

K Hipp.& Gal.2. prognost.11.h

L Hip.ibi.12.a

M Oppositũ.F.1.t.2.cap.7.& Gal.2. apho.1.a.b

N Ras.31.cõti.t.1.c.1.434.1.

SI [k] somnus sit diurnus non nocturnus est signum non bonum. Et [l] si non dormit in eis ambobus est deterius:causa enim est corruptio cerebri qualitercunq; sit. Et [k] salubrior somnus diurnus est,qui est in principio eius:& hoc totum in statu paroxysmorum febris est deterius. [m] In prin C cipio vero eius,multoties fit & non nocet. Et profunditas somni cum debilitate pulsus, est malũ: est enim propter debilitatem virtutis non propter humiditatem cerebri: & proprie cum est cum permistione rationis.Et qñq; est hoc à putrefactione humoris frigidi. [n] Somnus augmentatus in ægritudine cui succedit permistio rationis,& associatur frigori extremitatum, est malus:sicut somnus cui succedit leuitas,est bonus.

Signa mala sumpta ex actione manus. Cap. 50.

O Hippo. 1. progno.23.e

COllectio [o] palearum,& peruenire omni hora ad aliquid, quasi colligat ex se, [o] aut ex pariete, est signum malum.Et causa in eo est ex vaporibus,qui eleuantur ad cerebrum, ergo faciunt imaginari illud quod non est pp descensionem eorum ad oculum,& humiditatem albugineam.

Signa sumpta ex doloribus. Cap. 51.

DOlor vehemens in visceribus in febribus acutis est signum malum:significat enim adustionem vehemẽtem,aut magnitudinem apãtis,aut exituram. Cum est in aliquo membrorum dolor vehemens,& sedatur subito quiete completa absq; causa,tunc illud est malum.

Signa sumpta ex voce,& loquela,& silentio. Cap. 52.

P Hippo.de coacis prænotionib[9]. 501.2.

Q † delirij.

R Hipp.ibi. oppositũ 1.3.F.1.t.3.c.2.

VOx fortis valde est bona:& loquela ordinata est bona:& contrariũ illius est malum. Et taciturnitas plurima,prolixa significat ſm plurimum imaginationẽ malam vel corruptam aut D mollificationẽ lacertorum linguæ,& epiglottis,aut spasmũ eorum:aut destructionem imaginationis,quæ est principiũ sermonis,Et cum infirmus loquitur in crisi,est bonũ. Et [p] ad vltimũ taciturnitas verbosi significat causas inceptionis [q] † {alguesgues} aut aliquid de eis, quæ dicta sunt. [r] Et multitudo sermocinationis in taciturno,significat initiũ alienationis,& permistionem rationis.

Signa sumpta ex ratione. Cap. 53.

ALienatio cum motu,& percussione in capite, & nare, est saluum. Et cum aluchar idest cum quiete est mortalis.

Signa sumpta ex motibus. Cap. 54.

MVltitudo permistionis, & inquietudinis est signum non bonum: & significat multitudinem vaporis eleuati ad caput.Saltus infirmi omni hora, & sessio eius, est significatio mala: & est propter angustiam,aut propter permistionem rationis,& constrictionem anhelitus, & præfocationem,& peripneumoniam & est deterior:quoniam plurimum eius est propter præfocationem,& constrictionem anhelitus,licet sit propter causas alias iterum.Et cum grauantur membra motu etiam,est significatio mala. Et quando offuscantur vngues, tunc mors est præsens. Et tremor est signum malum,cum non sit crisis bona.

Signa sumpta ex existimatione. Cap. 55. E

CVm [a] est plurimus timor mortis, tunc est timor.

Iudicia sumpta ex saltu, & alicibus. Cap. 56.

OScitationes & alices fiunt propterea ꝙ natura mouet membra lacertosa, vt expellat ex eis superfluitatem. Et dum membrum permanet rarum, & materia est pauca, obediens, non indiget illo, immo illud est ei necessarium propter cõtrarium eius: Et si fuerit illud cum permutatione ex calore ad frigus tunc est occupatio vel concitatio naturæ, & est signum non malum. Et significat multoties ꝙ natura non potest facere resolutionem nisi cum adiutorio villorum, propter multitudinem materiei, aut propter debilitatem virtutum.

Signa sumpta ex somnijs. Cap. 57.

M [b] Vltoties videt infirmus de genere illius, quo fit crisis eius, sicut videt habiturus crisim cũ sudore, quod ingreditur balneum, & præparatur ei.

Signa sumpta ex appetitu. Cap. 58.

D [c] Estructio appetitus in ægritudinibus chronicis est malum. Et in ægritudinibus acutis etiam, sed est infra illud: Et ad summum significat humores corruptos, aut mortem virtutis animalis, & naturalis. Et cum destruitur sitis in febribus aduretibus, est significatio mala: & proprie cum nigredine linguæ. F

Iudicia & significationes icteritiæ. Cap. 59.

I [d] Cteritia ante septimum, & ante digestionem est malum signum: nisi succurrat ei fluxus vẽtris, quemadmodum quidam existimauerunt, & est secundum rationem. Et ad vltimum icteritia ante septimum non est crisis laudabilis. Et si fuerit icteritia post septimum, tunc est iterum non ita salubris, dum non coniunguntur ei signa alia. [e] Quod si accidat icteritia in septimo, aut nono, aut quartodecimo cum signis laudabilibus, & absq; nocumẽto in partibus hepatis, aut duritie, & apostemate, tunc est laudabilis. Et multoties quidem accidit propter huiusmodi crisis completa: & significat laudem eius dispositio leuitatis, quæ reperitur post ipsam. Et significat malitiam eius dispositio contraria leuitati. Et ex illis, quæ significant malitiam eius, est vt sit cum icteritia fluxus ventris cholericus, multus, qui ebullit, & exitus rerum malarum adustarum, in huiusmodi enim timetur de infirmo, nisi succurrat ei fluxus ventris multus mundificans, aut sudor communis, & sit iam virtus fortis, tunc enim fit leuitas velociter.

Significationes sumptæ ex apostematibus. Cap. 60.

CVm febris acuta perducit ad apostemata emunctoriorum. s. locorum sub aure & sub ascellis & inguinibus & extremitatum, est deterius, ꝙ̃ vt sint prius illa apostemata, deinde sequatur ea febris causa putredinis: quamuis illud etiam sit malum. [f] Apostemata quæ accidunt in radice auris, & non maturantur cum saniositate, sunt mala nisi sequatur ea euacuatio, ꝙ si non fuerit aliquid illius, & non fuerit digestio, & non sequitur aliqua de euacuationibus fortibus, est signũ malum. Et non oportet iterũ vt fiducia habeatur in maturatione, cũ accidit exitura, & reliqui humores sunt indigesti, illud enim est non sufficiens: sicut ista ẽt multoties accidunt, & existimatur iam declinatio adesse, & interficit. [g] Omnis pustula, & omne apa quod apparet, et postea profundatur est malum: nisi redeat: tunc enim significat fortitudinem naturæ. Et qñq; hæc apparitio, & profundatio est consueta homini alicui in natura sua, quare non est significatio vehementis malitiæ. G

Signa sumpta ex parte pustularum, quæ similantur eis. Cap. 61.

PVstula ciceralis, nigra, in febribus acutis est mala valde. Et qñ in fine venit, vel tardatur, moritur ille qui eas habet, in secundo multoties. Conuersio vlcerũ in corpore ad viriditatem, & nigredinem, & cœlestẽ colorem, aut citrinitatem, est signũ malum. Et citrinitas est leuior eis. [h] Dicitꝰ ꝙ si apparet super genu infirmi aliquid nigrũ, simile vuæ nigræ, in cuius circuitu sit rubedo, moritꝰ cito. [i] Quod si protẽdatur vsq; ad diem quinquagesimum, tunc signum mortis eius est ꝙ sudauit sudore frigido. [h] Quando apparet super venam, quę est in collo aliquid simile grano alkerua cum pustulis albis pluribus & accidit ei desiderium rerum calidarum, moritur in vigesimo. Et nos quidem iam [k] diximus illud quod accidit in lingua de pustulis mortiferis. [l] Dicitur si fuerit febris quę libet, & apparuerit super digitos vtriusq; manus simul apa nigrum, sicut granum herbi cum dolore vehementi, morietur in quarto: & accidet ei grauitas, & profunditas somni: Si autem natura cõstringatur cum hoc, accidet sirsen. Et qñq; constringitur adeo donec fit lapis. H

Signa sumpta ex forma venarum. Cap. 62.

DIxit [m] Hipp. si apparent venæ paruæ, quæ sunt in fronte, & quæ sunt in palpebris, & furcula est malum. Alteratio coloris venarum apparentium à dispositione sua cum colore pauonis, & ad rubedinem fuscã & apparitio earũ, quæ de eis non apparebant ante, cũ hoc, modo est malũ.

Signa sumpta ex rigore. Cap. 63.

RIgor plurimæ reditionis in febre praua, cum debilitate virtutis, est mortalis: & cum firmitate virtutis iterum, quando febris cum eo non remouetur, non est bonus: Et deterior omnibus est, vt sequatur ipsum euacuatio non iuuatiua, & non sedetur cum eo febris. Et si non accidat euacuatio iterum, tunc significat ꝙ humor est motus vincens deficiens à digestione, & est malum. In accidente vero vice vna, non forsitan verificatur aphorismus iudicans, an est propter debilitatem superfluam virtutis, aut propter aliud.

A Lib. 3. Fẽ. 1. t. 4. c. 18. & Ras. 31. cõt. t. 1. c. 1. 432. 2.

B Gal. de in somniis. d, & Ras. 32. cõ ti. t. 2. 469. 3.

C Lib. 3. Fẽ. 13. t. 2. cap. 7. & Hippo. 7. apho. 6.

D Hip. 4. apho. 62. oppositũ Gal. cõm. 4. de vict. rationei acut. 81. d

E Hip. 4. apho. 64.

F Ras. 31. cõti. t. 1. c. 1. 433. 2.

G Ras. 433. 3.

H Cap. 92. & Ras. 31. cõt. t. 1. c. 1. 430. 3.

I Ras. ibidem.

K Cap. 38.

L Ras. 31. cõti. t. 1. c. 1. 433. 1.

M Ras. 31. cõt. t. 1. c. 1. 432. 3. Repetit hoc idẽ caput. c. 40

A *Iudicium euacuationis.* *Cap. 64.*

EVacuatio iuuatiua per fluxum ventris,& vomitum,& alia, est illa quæ est post digestionem, & quæ euacuat humorem quem oportet,& quæ fit cũ facilitate, & cui succedit leuitas. Et de signis ꝙ euacuatio consumpserit,vel mundificauerit humorem qui est curandus cũ medicina aut absq; medicina,est vt incipiat in euacuatione humoris alterius:& mala ex ea est vt permutetur ad rasuram curath,aut ad sanguinem nigrum,aut humorem fœtidum,aut humorem purum:Et similiter in vomitu.Et qñ abbreuiatur euacuatio postq̃ inceperit oportet vt adiuuetur: Et qñ superfluit euacuatio,& nondũ incepit digestio,tunc non est illud cuius iuuamento sit innitendum. Et euacuatio debilis,pauca,fluxu sang.nariũ,aut sudore,aut alio,significat quod natura mouit,& nõ potuit:& si fiant mala signa alia,significant mortem:& si non fiunt mala,significant longitudinẽ.

Iudicia sudoris. *Cap. 65.*

SVdor est bona crisis in ægritudinibus acutis,& longis phlegmaticis,& iterum speciebus apostematum timorosorum,& apostematibus viscerum.

Causa multitudinis sudoris. *Cap. 66.*

A Gal.3. de causis sympt.c.2.28.g
B Cap.68.
C Gal.4.apho.38.
D Fen.1.t.2.c.13.
& Paul. lib.2.c.47.

SVdor[a] multiplicatur aut causa materiei propter[b] multitudinem suam, aut subtilitatem suam, aut[c] causa virtutis ex vehementia expulsiuæ,aut mollificatione retentiuæ: aut causa[b] pororũ B eius,qñ dilatantur propter causas dilatationis,Et[a] minoratur sudor propter cõtraria illarum causarum:Et[d] sudor quidem quando tergitur:exuberat:& quando dimittitur,abscinditur.

Diuersitas membrorum in sudando. *Cap. 67.*

E Hipp.& Gal.4. apho.38.
F Ras.31.cõti.t.2. c.1.439.2.
G Ras.439.3.

MEmbra[e] quæ plus sudant,sunt illa in quibus materia faciens ægritudinem est plus vel plurima,& illa quæ non sudant,sunt mẽbra in quibus non est materia: & illa in quibus dñatur aliquid de causis cõstrictionis pororũ:[f] de quibus est,ꝙ latus super quod dormit infirmus ſm plurimum,raro sudat,qm̃ est coarctatũ,siccas habens vias,& non currit ad ipsum humiditas,neq; currit ab eo.Et[g] sudor quidẽ multiplicat̃ in mẽbris posterioribus,vt in dorso, plusq; in anterioribus: sicut pectore.Et[g] multiplicat̃ in superioribus magis,quã accidat ĩ inferioribus,& ꝓprie in capite.

Diuersitas dispositionum in sudando,& alijs. *Cap. 68.*

H Li.4. apho. 41.
I Hippo.ibidem.
K Gal.1.apho.15.e
L Cap.66.

SOmnus plus facit sudare q̃ vigilia,qm̃ calor innatus in eo plus agit in humiditates,& quia nocumentum anhelitus in ipso est difficilius,& illud mouet materias ad exteriora. Inquit[h] Hip. sudor plurimus in somno absq; causa faciente illud,significat ꝙ ille plus cibi suo affert corpori, q̃ toleret:Si autem fuerit illud præter quod ille de cibo sumat, tunc scias ꝙ indiget euacuatione. Et causa in hoc est ꝙ sudor plurimus cum sanitate virtutis,non fit nisi propter multitudinẽ materiei, cui pertinet vt expellat eam natura,&[i] illa multitudo aut fit per causam propinquam, quæ est re- C pletio propinqua:& repletio propinqua est ex cibis sumptis tunc,& hanc repletionem expellunt fames,& exercitium,& sudor,qui expellitur per naturã:aut fit per causam antecedentem longinquam,quæ est ex superfluitatibus antecedentibus.Et non excusat in hmõi nisi euacuatio mundificans corpus ex eis.Per sudorem vero fortasse nõ egreditur de ea nisi illud quod subtile est tenue paruum,& dimittit corruptum inobediens in corpore:& opprimitur natura sub grauitate humoris corrupti,& illud est de illis quæ debilitant eam. Et[k] scias quod quanto plus caliditas innata est fortior,est resolutio magis occulta:quare non fit sudor,nisi fuerint causæ aliæ: & propter hoc fit sudor egrediens à natura,aut à repletione,&[l] multitudine,& vehemẽtia dilatationis[l] pororum:aut propter defectum virtutis à digestione bona[k] aut propter vehementiam motus.

Dies in quibus multiplicatur sudor & minoratur. *Cap. 69.*

M Hipp.& Gal.4. apho.36.h.a
N Gal.ibidem.b

SVdor[m] in ægritudinibus acutis plurimũ fit in tertio & quinto, & minoratur in quarto:immo parum contingit vt cum eo ægritudines istæ crisim faciant in quarto,nisi raro. Et[n] parum quidem contingit secundum quod experimentatores existimant,vt sudet æger in vigesimoseptimo, & trigesimoprimo,& trigesimoquarto.

Modi significationum sudoris. *Cap. 70.*

O Gal.4. de san. tu.c.4.g
P Ras.31.cõti. t.2. c.1.439.1.

SVdor significat per tactum suum,si est calidus aut frigidus. Et significat per colorem suum, si D est clarus,aut ad[o] citrinitatem,aut viriditatẽ decliuis. Et significat per gustum suũ,si est[o] amarus,aut dulcis,aut ad[o] acetositatem decliuis.Et significat per odorem suũ,si est[o] fœtidus, aut acetosus,aut dulcis,aut alius, Et[p] significat per substantiam suam, sicut si est subtilis, aut viscosus:Et significat per quãtitatem suã,sicut si est paucus,aut multus.Et significat per locum suũ, si est cõis in toto corpore,aut abbreuiatus.Et[p] quod ex quocunq; membro est,in ipso est ęgritudo.Et significat per horam suã,si est principio,aut statu,aut declinatione.Et significat per illud quod succedit ei,sicut succedit ei nocumentum,aut leuitas,aut rigor,aut horripilatio,aut aliud.

Signa sumpta ex parte sudoris. *Cap. 71.*

Q Hip.1. progno. 26.c,& Ga.ibi.d
R G.4.aph.37.b.c
S Ras.31. cõti.t.2. c.1.435.4.

SVdor[q] frigidus,cũ caliditate febris est signũ malum valde:& proprie qui appropriat̃ capiti,& collo:& significat syncopim,licet non sit frigidus.qũo ergo frigidus?& est deterior specierum sudoris,qm̃ significat syncopim q̃ fuit non syncopim quæ erit.Quod si febris fuerit magna,tũc est mors proxima.Et[r] nõ fit sudor frigidus,nisi iã ceciderit caliditas innata:quare nõ seruat humiditates,immo separat̃ ab eis,quare segregat eas,& euaporat eas caliditas extranea: deinde separat̃ ab eis illa caliditas pp suã extraneitatẽ,quare infrigidant̃.[s] Sudor interfectus est malus.Et sudor multus significat longitudinẽ ægritudinis pp multitudinẽ materiei.Et nõ conueniũt habenti eũ phle

botomia,& ventris solutio propter debilitatem suam, immo clysteria leuia. Et qñ post sudorem E non inuenitur leuitas,non est signum bonũ.Quod si inueniatur post ipsum additio vel augmentum nocumenti,tũc erit signum malum,licet sit etiam cõmunis corpori.Et sudor festinus in principio ægritudinis,est malus:& significat multitudinem materiei, nisi causa in eo sint humiditates aeris,propter pluuiam multam,quoniam tunc cũ sua malitia erit minor malitia. Et multoties quidem incipit ægritudo cum sudore,deinde sequitur ipsum febris,& prolongatur.Et [a] cum ex sudore accidit horripilatio,non est bonum:immo est malum:quoniam horripilatio significat expansionem humoris mali nocentis in corpore,& illud significat quod sudor non mundificat,immo mouet de humoribus malis illud,cuius acuitas erat confracta cum permistione eius cum humiditatibus resolutis cum sudore.Et significat quod materia est plurima, quæ non resoluitur cum huiusmodi euacuatione sudatiua.Et qñ debilitantur virtus,& pulsus,& sudat frons parum, est signum malum:si vero cadat pulsus,tunc est mors. [b] Sudor bonus,cui conuenit vt sit per ipsum crisis completa,est ille [c] qui fit in die critico,& est cõmunis toti corpori,abũdans, & super [c] ipsum alleuiatur infirmus,& sequitur illum ille,qui non est communis,sed succedit ei leuitas.Et ad summum considera sudorem per seipsum in caliditate sua,& frigiditate,& colore suo,& suo odore, & gustu, & quãtitate sua in multitudine,& paucitate sua,& tempore suæ egressionis,aut est in principio, aut statu,aut in declinatione,& quid associatur ei de febre in fortitudine,& debilitate sua,& quid succedat ei de leuitate,& grauitate.Et scias quod in conualescentia multiplicatur sudor eius propter F reliquias materierum,quare non est malum paruam facere phlebotomiam.

A Hip.7. apho.4.
B Hip.1.,pgn.26.c
C Ga.ibi. in cõm.

Signa sumpta ex parte pulsus. Cap. 72.

PVlsus martellinus,& formicans,& vehementis serralitatis,aut vndosus,malus est.Et gazellinus cum debilitate est malus.Et diuersitas in qua est intersectio vehemens, [c] & motus debiles,deinde succurrit illi vnus fortis succursu non succurrente, immo ex momento ad momẽtum, est mala valde. [c] Dixerunt quidam cum pulsus sinister est frequẽs, & pulsus dexter rarus, & illud est cum debilitate,tunc est significatio mala.Et scias quod plurimorum hominum pulsus naturales sunt diuersi mali absq; ægritudine,quare oportet vt tu scias hoc iterum.

C Raf.31. cõti.t.1. c.1.430.4.

Iudicia fluxus sanguinis narium. Cap. 73.

EA [d] quæ sunt sicut sirsen,& apostemata hepatis calida, & [e] apostemata calida sub hypochondrijs,terminantur crisi completa per fluxum sanguinis narium:primũ vero ex quacunq; nare fit:alia vero ex illa,quæ sequitur ea:& similiter [f] febres incensiuæ,& sunt de genere primo. [f] Peripneumonia vero non facit crisim per eum.Et [f] pleuresis est res in eo media:Et tertiana facit crisim per ipsum.Et plurimum quidem accidit fluxus sang. [g] narium iuuatiuus in imparibus:& parum fit in quarto:in tertio vero,& quinto,& septimo,& nono fit. Et cũ speratur fluxus sanguinis G narium bonus,& est debilis,iuuetur ẜm quod docuit [h] Hipp.cum effusione aquæ calidæ super caput,& cum vaporatione:sicut qñ timetur superfluitas eius, prohibetur cum aqua frigida, & cum positione ventosæ super hypochondria,quæ sequuntur ipsum.Et melior quidem fluxus sanguinis narium est,qui sequitur partem infirmam:& diuersificans non est cum illa bonitate.Et apostemata conuenientiora ad hoc vt crisim faciant per fluxum sang.nariũ,sunt illa quæ sunt supra vmbilicum.Et in apostemate quidem phlegmatico quod incipit transire in lapideitatem,& prolongatur & expectatur in ea sanies,& eruptio non expectatur crisis per fluxum sang. narium.Et silr non expectatur in apãte frigido in cerebro,& [i] in peripneumonia,crisis per fluxum sang.narium.

D Cap.3. & lib.3. F.1.t.3.c.1. & Ga.3. de crisi.c.3.e
E G.3. de cri.c.3.e
F Cap.3. & Gal.3. de crisi.c.3.e
G Cap.74.
H 3.de vic.ratione in acut.59.a
I Cap.3.

Significationes sumptæ ex fluxu sang.narium. Cap. 74.

F[k]Luxus sanguinis narium paruus est malus.Et fluxus sanguinis narium pluris malitiæ est qui est sanguinis nigri. Et parum fit fluxus sanguinis malus ex sanguine rubeo, & splendido. Et fluxus sanguinis narium qui cadit in quarto, significat difficultatem crisis: [l] immo bonus est ille, qui cadit in imparibus.

K Raf.t.10.c.21.
L Cap.73.

Significationes sumptæ ex sternutatione. Cap. 75.

S[m]Ternutatio bona est,quando accidit apud statum:in [n] primis vero eius est de signis coryzæ, aut humoris mordicatiui. H

M Gal.cõm.2.pro gnost.49.h
N Raf.31.cõt.t.4. c.1.442.4.

Iudicia egestionis. Cap. 76.

IAm locuti fuimus de egestione in [o] libro primo sermonem vlẽm abbreuiatum. Et necesariũ est nobis,vt repleamus sermonẽ in ea multa repletione,& ẜm illud qđ cõuenit de sermone in ægritudinibus acutis.Et scias q; q sudat sudore plurimo nõ aduenit ei crisis cõpleta cũ fluxu ventris.

O F.2.do.3.sum.2. c.13.

Signa sumpta ex egestione. Cap. 77.

D[p]Iuersitas coloris eius quod egreditur de egestione,est laudabilis in duabus horis, non alibi: [q] quarum vna est diuersitas critica,post digestionem in die critico, & signo critico. Et altera post potionem solutiui diuersi fortis. Et significat in duabus dispositionibus mundificationem corporis expectatam. [r] In alijs vero significat adustionem, & liquefactionem, & multitudinem humorum corruptorum. [s] Egestio fœtida similis egestioni puerorum, & infantium, est mala. [t] Egestio cholerica in principio ægritudinis significat dominium choleræ, & est non bona: & in fine eius apud declinationem significat q; corpus mundificatur,& est significatio bona. Et quando separatur egestio cholerica multa, & non alleuiatur ægritudo, tunc illud est significatio mala. Et fluxus ventris multus post signa mala, & casum virtutis, & præter q; succedat leuitas, est

P Hip.& Gal.li.4. aphor.21.
Q Raf.31.cõt.t.8. 451.3.
R Ga.li.1.de crisi. c.11.f, & lib.2.prognost.23.h
S Raf.450.2.
T Ga.li.1.de crisi. c.11.d,& Haly.lib. 7.the. c.16. & Raf. 31.cõti.t.8.450.3.

A eſt ſignificatio mortis, licet febris etiam ſit eradicata.[a] Fluxus ventris ſuper quem eſt vnctuoſitas, non ab acceptione rei vnctuoſæ, ſignificat liquefactionem membrorum radicalium, & eſt ſignificatio mala, ſed non eſt mortalis, & fortaſſe eſt vnctuoſitas ex carne. Et qñ ſuper ipſam eſt ſimile virus, & emanat citrinum, & dominatur fœtor, & illud in febribus acutis, eſt mortale. Egeſtio ſuper partes cuius ſtat res ſubtilis, ſignificat ꝙ eſt virus ex hepate, & eſt mordicatiua. & facit exire egeſtionem cum velocitate, & fortaſſe egreditur ſola, & eſt mala.[b] Cum in egeſtione ſunt aliqua ſimilia corticibus lupinorum in omnibus ægritudinibus, tunc eſt ſignum mortale.

Iudicia vomitus. Cap. 78.

IAm locuti fuimus ēt in libro [c] primo de vomitu. Et neceſſarium quidem eſt vt afferamus hic aliquid de eo, & de alijs, quod eſt magis conueniens huic loco: Dico ergo ꝙ vomitus magis iuuatiuus, [d] eſt ille qui ex phlegmate, & cholera: in quo in re euomita eſt vehemens permiſtio, & non eſt vehementis groſſitiei. Et [e] quāto plus vomitus eſt purior, tanto magis eſt deterior: [f] cholericus enim purus ſignificat vehementiam caloris: & [f] phlegma purum ſignificat vehementiā frigoris.

Signa ſumpta ex vomitu. Cap. 79.

VOmitus diuerſificatus à colore vomitus conſueto, qui eſt albus, aquoſus, & citrinus, eſt malus: & ille qui eſt [g] ſicut viridis, & qui eſt ſicut color porri, & proprie fœtidus, & qui eſt ſicut B color ſiclæ. Et rubeus vehemēter, & obſcurus. Et deterior eſt qui eſt ſicut flos æris & niger, & proprie cui ſuccedit ſpaſmus, ipſe.n. interficit ſtatim, niſi ſit illic virtus: fortaſſe enim remanet vſq; ad duos dies. Et oportet vt cōſideretur in eo ne ſit tinctura in re comeſta. Et [h] qñ euomuntur oēs iſti colores, ē malū valde. Et [i] vomitus fœtidus ē malus. Et vomitus purus ſicut * diximus, eſt malus.

Iudicia vrinæ. Cap. 80.

IAm præmiſſa ſunt à nobis verba vniuerſalia de vrina in [k] fen, in qua ſunt accidentia, in libro primo: & nos afferamus hic de illo, & de alijs quod magis cōueniens eſt huic loco. Dico ergo quod non oportet cum nō videtur in vrina ſignum digeſtionis forte, iudicare de morte: [l] fortaſſe enim liberabitur æger cum hoc, per euacuationem cadentem ex parte aliqua cum virtute expellēte digeſtum, & indigeſtum: & fortaſſe reſoluetur humor ſm longitudinem temporis: [m] aut fiet criſis ꝑ exituram, & proprie qñ non fuerit humor vehementis malitiæ: ſed eſt malus ſm plurimum, & ſignificat fortitudinem infirmi: & minor ſignificatio in eo eſt ſuper longitudinē. Et ſimiliter vrina quæ remanet ſm colorem vrinarum ſanorum in horis ægritudinis omnibus. Si aūt incipit alterari cum augmento ægritudinis, tūc eſt magis incolume. Et [n] qñq; eſt vrina in ægritudinibus peſtilentialibus bona, naturalis in ſubſtantia ſua, & colore, & ſedimine, & ille cuius eſt tendit ad mortem. Et ſcias quod multoties mingunt infirmi vrinas malas in ſubſtantia ſua, & colore, & alijs, & eſt il- C lud expulſio critica: & proprie in ægritudinibus acutis, quarum cauſa eſt hepar, & partes vrinæ.

Signa mala ſumpta ex paucitate, & multitudine vrinæ. Cap. 81.

V[o]Rina quæ mingitur quandoq; pauca, & quandoq; multa, & quādoq; retinetur, & non mingitur, eſt ſignum malum in febribus acutis, ſignificans pugnam vehementem ægritudinis, & naturæ, quæ vincitur, & vincit: & ſignificat laborem naturæ: & ſignificat etiam groſſitudinem materiei: & ꝙ ipſa difficulter ſuſcipit digeſtionem. Si autem febres fuerint quietæ, indicat longitudinem propter groſſitudinem humoris.

Signa ſumpta ex tenuitate vrinæ. Cap. 82.

VRina tenuis quandoq; fit [p] ſicut in diabete, & eſt cum ea aſſiduatio ſitis, & velocitas ſurgēdi ad vrinam, & facilitas egreſſionis. Et [q] quandoq; fit propter cruditatem, & oppilationē prohibentem exitum materiei: Et quandoq; fit propter debilitatem virtutis alteratiuæ, & nō eſt cum facilitate exitus, & eſt minoris malitiæ ꝙ̄ diabetis. Et [r] quando perſeuerat vrina tenuis in ægritudinibus acutis per aliquot dies, ſignificat permiſtionem. Quod ſi accidat permiſtio, & perſeueret tenuitas, ſignificat mortem velocem: propterea quod materiæ ſuperueniunt in cerebro, & auferē anima. Et quando conuertitur ad groſſitudinem cum qua non fit alleuiatio, fortaſſe eſt propter liquefactionem membrorum. [s] Quando multiplicatur vrina aquoſa, apud horam augmenti febris D vniuerſalis ſignificat quod apoſtema eueniet in inferioribus: Et conſidera in ſubſtantia permiſta colori in capitulis, quæ ſunt poſt iſtud etiam. Et [t] ſcias ꝙ tenuitas eſt ſicut ipſa non iungatur nigredini, & rubedini: Si autem fuerit, tunc ſcias quod cauſa in hoc eſt res tingens, aut vehementia virtutis qualitatis ægritudinalis imprimentis in aquam.

Signa ſumpta ex groſſitudine ſubſtantiæ, & conturbatione eius. Cap. 83.

C[v]Vm conuertitur vrina tenuis in groſſam in febre cōtinua, & ſunt ſigna bona, ſignificat criſim cū ſudore. Si vero non fuerint ſigna bona, aut fuerit febris vehementis aduſtionis, ſignificat inſtammationē in corde, aut in hepate. Et [x] clarificatio vrinæ groſſæ ante criſim, eſt ſignū non bonū: illud nāq; ſignificat retentionē materiei, & defectū naturæ in expellendo eā.[y] Vrina groſſa, turbulēta, in qua nō reſidet aliquid, & non clarificatē, ſignificat ebullitionē humorum ꝑꝑ vehemētiam caliditatis extraneæ, & debilitatē innatæ digerētis, qua ꝑꝑ eſt mala. [z] Cū vrina ſpiſſa, & ꝑprie in quarto, multiplicatur criſis febriū ex laſſitudine, & proprie ſi aſſociatē ei fluxus ſanguinis nariū.

Signa ſumpta ex vrina alba. Cap. 84.

V[a]Rina alba in ægritudinibus acutis ſignificat declinationem materiei nō ad partem venarū: & inſtrumēta vrinæ: fortaſſe enim declinat ad cerebrum, & erit dolor capitis, aut phreneſis,

A Raſ.31. cōti.t.8. c.3.
B Raſ.450.2.
C Fen.4.c.11.
D Hip. & Ga.li.2. progno.38.f
E Cap.79.
F Li.3. Fen.13.t.5. c.8.& Gal.
G Hip. & Ga.li.2. prognoſt.39.g
H Hip. & Gal.ibi. 40.h, & cōmē.2.in ...26.b
I Hip.2.pgn.42.h
* Cap.78.
K 2.doct.3.ſum.2. ...ad.5.
L Gal.cōm.3.in.1. de morb. vul.30.g ...c
M Ga.2.pgn.34.c
N Fē.1.t.4.c.2.& Gal.3.de præſag.ex ...c.3.d.e,& Raſ. ...t.13.c.1.419. ...ca forte eſt lib.1. Fen.1.do.6.c.4.
O Li.1. Fē.2.do.3. ...2.c 7.
P Raſ.31. cōti.t.9. ...
Q Ga.cōm.1.in.3. de morb.vulg.9.f
R G.de vrin.c.5.c
S Raſ.31. cōti.t.9. ...
S Hip.cōm.2. pro gno.34.& Gal.3.de ...c.11.h
T G.de vrin.c.11.e
V Hippo.de coac. prenot.521.2.
X Raſ.31.cōti.t.9. ...
Y Haly. li.10.the. c.50.
Z Hip & Gal.li.4. ...74.
A Cap.87.& lib.1. Fen.2.do.3. ſum.2. ...& li.3. Fē.1.t.2. ...& F.16. t.1.c.3. & Gal.lib. de vrin. c.5.c, & cōmē.2.in ...Hip. de mor.vul. ...& li.4.aph.72.

Et fortasse declinat ad quædam viscera, & significat apostema. Et si sunt signa ad incolumitatem declivia, significant quod egredietur cum vomitu secundum plurimum, & proprie quando non est signum in solutione ventris, cui succedat excoriatio intestinorum. Et quando est vrina alba tenuis in febre acuta, deinde accidit ei conturbatio, & grossitudo cum albedine sua, significat spasmum, & mortem. E

Signa sumpta ex colore in vrina nigra in febribus acutis. Cap. 85.

SCias quod non verificatur iudicium penitus de morte, propter nigredinem coloris vrinæ, in ægritudinibus acutis, licet in seipso sit signum malum. Et quamuis associentur ei iterum signa alia mala, cum vides virtutem in ea fortem, & est potens facere euacuationes diuersas ex omni genere, succedit ei quies: sicut accidit mulieribus, [a] quando cum menstruis purgantur ab humoribus malis: & propter hoc istud in mulieribus est salubrius, quoniam ipsæ, quandoque forsitan propter causam aliquam euacuant huiusmodi materias ex via menstruorum. Et [b] scias quod vrina nigra quanto plus est pauca, tanto est deterior, significans consumptionem humiditatis. Et [c] iterum quanto magis est grossior, tanto est deterior in ægritudinibus acutis. Et [c] quando nigra est decliuis ad subtilitatem, & tenuitatem, & est in ea sedimen pendens, & est ei odor acutus, in febribus acutis, indicat dolorem capitis: & permistionem: & certior dispositionum eius est, quod significat fluxum sanguinis narium nigri: quoniam materia est acuta, vincens: Et fortasse erit cum eo sudor propter caliditatem, cum non superfluit, neque minoratur, & expellit versus lacertos: & antecedit sudorem eius horripilatio. Et [d] quando associatur vrinæ nigræ, in qua est sedimen pendens, res nigra rotunda aggregata priuata odore, & tensio in lateribus, & apostema sub hypochondrijs, & sudor, significat mortem. Et huiusmodi quidem tensio sub hypochondrijs significat spasmum: & huiusmodi quidem sudor fit ex debilitate. [e] Vrina tenuis, aquosa, ad nigredinem decliuis, significat tenuitate sua longitudinem ægritudinis, & sua nigredine malitiam suam. Et [f] dicitur, in vrinis nigris subtilibus, quando ille cuius est vrina, desiderat cibarium, moritur. Et [g] vrina tenuis nigra quando conuertitur ad rufedinem seu ad citrinitatem fuscam, & grossitiem, & non associatur ei vlla quies, significat ægritudinem in hepate, & proprie icteritiam: quoniam hæc conuersio quæ est ad grossitiem à tenuitate, & ad subalbedinem à nigredine, significat diminutionem caliditatis, & casum digestionis. Et illud est de illis quibus associatur, aut succedit leuitas. Et si non fuerit ita significat materiam iam adhærentem in hepate non mundificatam, quæ iam fecit accidere oppilationem: immo si fuerit caliditas vel acuitas eius, tunc cum ea, iudica quod iam acciderit apostema. Vrina tenuis nigra, quæ mingitur in febribus acutis paulatim, in tempore longo quando est cum dolore capitis & colli, significat destructionem rationis gradatim: & est in mulieribus magis saluum. F

A Li. 1. Fé. 2. do. 3. sum. 2. c. 2. & Ga. commen. 3. in. 3. Hip. de morb. vul. Aegro. 2. e, & Aegro. 11. h
B Li. 1. Fé. 2. do. 2. sum. 2. c. 2. & Haly. 10. theo. c. 10.
C Li. 1. Fé. 2. do. 3. sum. 2. c. 2.
D Raf. 31. cōti. t. 9. 460. 4.
E Raf. 456. 3.
F Raf. 461. 1
G Raf. 455. 3.

Signa sumpta ex vrina rubea. Cap. 86.

V[h]Rina rubea in ægritudinibus acutis, quando est cum rubedine subtilis, significat cum signis laudabilibus crisis volocitatem: & cum contrarijs eorum significat velocitatem mortis. Et in summa significat inflammationem vehementem, Et subtilitas cum rubedine significat in ægritudinibus acutis dolorem capitis, & permistionem. Et [i] vrina rubea, grossa in ægritudinibus acutis, quando eius egressus fit paulatim, & frequenter, & est cum fœtore, significat timorem: quoniam significat caliditatem vehementem, & inquietudinem, & defectum naturæ. Verum quando est abundantis exitus, multi sediminis, significat separationem: & proprie in febribus incessiuis permistis. Et [i] qui mingit sangui. purum in acutis, moritur: quoniam significat repletionem sanguineam vehementem cum acuitate ebullitionis: & timetur de huiusmodi præfocatio, quæ fit ex repletione ventriculorum cordis, si declinat ad cor: aut apoplexia, si declinat ad cerebrum. Vrina rubea valde si conuertatur in febribus ex lassitudine factis ad grossitiem, deinde appareat sedimen plurimum, non subsidens, & fit illic dolor capitis, significat longitudinem ægritudinis: quoniam materia est inobediens: quamobrem non ingrossatur prius, & postquam ingrossatur non subsidet velociter: verum eius crisis fit per sudorem, quoniam materia est decliuis ad venas. Et huiusmodi quidem vrina assimilatur vrinæ icteritiæ, & differt ab ea in hoc, quod non tingit pannos: Et ad summum vrinæ rubeæ substantiæ, & rubei sediminis, significant immaturitatem, & cruditatem: & significant longitudinem, proprie quando rubedo non est vehemens, & fit decliuis ad turbulentiam. G H

H Raf. 31. cōti. t. 9. 454. 3.
I Raf. 460. 3.

Signa sumpta ex vrina flaua. Cap. 87.

VRina flaua in febre acuta, quando conuertitur ad albedinem, aut ad nigredinem, est mala: [k] quoniam significat per albedinem eleuationem materiei ad caput, & per nigredinem acuitatem qualitatis ægritudinis.

K Cap. 84.

Signa sumpta ex sedimine. Cap. 88.

SEdimen diuersum in substantia, & colore, quod significat humorum diuersorum multitudinem, est malum. Et [l] deterius eo est illud, quod est minorum partium, significant enim quod natura non potest expellere, nisi postquam minorantur partes. Et lene quidem multoties est magis significatiuum bonitatis, quam album. Et multoties viuit ille cuius sedimen est decliue ad rubedinem, sed est lene. Et moritur ille cuius sedimen ad albedinem declinat, sed est diuersum in frustis, seu habens frusta diuersa. Substantiæ n. bonitas, vehementius est facilis ad suscipiendam expulsionem, quam bonitas coloris. Et significat iterum quod humores non patiuntur ab ægritudine plurimum. [l] Sicut sedimen bonum, quando minorantur eius partes, significat quod natura operata est iam in eo valde, & ægritudo non egit in eo. Sedimen spumosum, & spuma plenum, cuius albedo est propter commistionem aeris cum eo, est malum valde, egrediens à natura: &

L Raf. 31. cōti. t. 9. c. 1. 459. 2.

A ra:& crudum est malum. Et sedimen cuius pars superior est subtilis, & inferior grossa in modum figuræ pyramidalis melius est, quàm sedimen congelatum habens superiorem partem depressam vel planam, & magis significatiuum, quod ægritudo est velocis status & acuta. Et sedimen ad quod non antecedit tenuitas, et priuatio sediminis vel paucitas sediminis, immo est inuentum à principio, significat quod humor est plurimus, non quod sit digestus, immo oportet vt adueniat sedimen post aduentum vel horã digestionis, & postquam fuerit vrina subtilis in primis, & postquam fuerit hypostasis pauca. Et dum non est ita, significat quod materia grauis, grossa, est multa: & quod ægritudo interficit. Et similiter vehementia tincturæ absque sedimine non significat bonitatem, & digestionem. Et quandoque accidit illud [a] propter dolorem, & propter vehementiam caliditatis, & famem: tinctura.n. vrinę [b] ieiuni additur, & minoratur eius sedimen. Et [c] sedimen rubeum significat multitudinem sanguinis, & tarditatem digestionis: & associantur eis in febribus incensiuis angustia, & tristitia. Et si prolongatur vsque ad quadraginta, prolongatur ęgritudo: et fortasse non speratur crisis in sexagesimo etiam. [d] Sedimen rubeum pendens, in quo est declinatio ad superiora, cum est in vrina tenui, significat in ægritudinibus acutis permistionem rationis: si autem perseuerat, timetur perditio.[d] Si autem vrinæ substantia incipiat peruenire ad grossitudinem, & incipit pendens subsidere, & albificatur, significat salutem.[e] Sedimen quod est secundum formam frusti carnis, in febribus acutis, sine significatio-
B nibus digestionis, significat quod est ex rasura membrorum: & non est ex renibus, & quando est illic digestio, aut non est febris, significat illud, quod scis de dispositione renum. Et [f] illud, quod est simile squamis piscis, & non est signum digestionis, & febris est acuta, est ex rasura febris, quam facit in neruis, & ossibus, & venis, & in alijs: fit ex vesica. Et [g] furfureum quidem significauit simile illius: et quod febris incipit radere ex profundo: & distinguit inter ipsum, & inter illud de vesica, quoniam illud de vesica est cum signis læsionis vesicæ, & in febre est cum digestione, & grossitudine.

A Lib.1.F.2. do.3. c.2.c.2.& li.3. Fen 3.t.3.c.7.&. 11.
B Ras.31.côti. t.9. 456.1.
C Gale.lib.de vri. c.2.b
D Ras.31.côt. t.9. 460.4.
E G.de vri. c.26.d
F G.de vri.c.27.e,
& Ras.31.cont.t.9. 456.2.
G G.ibi.c.28.c, & Ras.ibi 461.2.

Signa sumpta ex dispositionibus aggregatis propter significationes diuersas coloris, et substantiæ, quarum prima est in vrinis oleagineis. Cap. 89.

OLeaginea est illa cuius color & substantia similantur colori olei, & eius substantiæ: & licet sit mala, tamen quando aliæ significationes significant salutem, non est cum ea malum. Sedimen vero cum est oleagineum est malum valde. Et omnino oleagineum purum est malum, & est illud, quod facit te videre colorem olei cum citrinitate & viriditate. Et [h] quando oleagineum est accidens post vrinam nigrã, tunc est significatio bona, secundum quod testificatur de ea [h] Rufus sapiens. Et deterius oleagineum est illud, quod est in principio ægritudinis. Et quando significationes significant malitiam, & mingitur vrina [i] oleaginea in quarto, indicat mortem infirmi in sexto. Et [k] vrina, quæ alteratur subito ex signis laudabilibus ad signa vituperabilia, significat in ægritudinibus acutis mortem: quando
C significat casum virtutis subito, propter paruitatem accidẽtium.[l] Vrina oleaginea quandoque significat permistionem rationis: quando facta est ex exiccatione.[l] Vrina in qua sunt frusta sanguinis congelati in febre acuta, quando cum ea est siccitas linguæ, est signum malum: si autem fuerit nigra cum hoc, tunc illud est deterius. Et non currit sanguis in vrina in febre acuta, nisi propter vehementiam acuitatis eius, & propterea, quod disrumpit vasa, & vias eius: & eius congelatio est propter vehementiam caliditatis ipsius. Vrina alba tenuis, in qua est spuma, & nubes citrina, significat timorẽ vehementem propter illud, quod ipsa significat de commotione, & vehementia acuitatis materiei. Et nos quidem iam locuti[m] fuimus de vrina tenui, nigra illud in quo est sufficientia. Vrina tenuis rufa in principio febrium acutarum, quando conuertitur ad grossitiem, & ad albedinem, deinde remanet fęculenta, turbida, sicut vrina asini, & incipit exire inuoluntarie, & sunt illic vigiliæ, & inquietudo, significat spasmum vtriusque lateris, cui succedit mors quando non fuerint signa bona vincentia illa. Vrina enim quæ est cum rufo colore non subtiliatur, nisi propter dominium humoris cholerici, calidi: & non ingrossatur, & inspissatur, nisi propter exacerbationem ægritudinis, & commotionem in dispositionibus materiei. Et dixerunt de vrina pauca, quæ est cum colore sanguinis, quod est mala præcipue, quando cum infirmo est passio sciatica.

H Ras.31. côti.t.9. 461.1.
I Li.1.F.2. doct.3. ca.2.c.2.quæ in.7.
K Ras.ibi.461.1.
L Ras.460.4.
M Cap.85.

Signa mala sumpta ex parte qualitatis separationis vrinæ. Cap. 90.

D QVando febrem acutã patiens non potest mingere nisi parũ, & cum dolore, absque vlcere, aut apate in instrumentis vrinę, & cũ frequentia pulsus, & debilitate, est signũ malum. Cum retinetur vrina in febre continua, & est vehementia doloris capitis, & multitudo sudoris, significat cuzegi. Vrina quæ guttatim stillatur in febre quieta, significat fluxũ sanguinis nariũ. Quod si febris fuerit acuta incensiua, significat dispositionem malam aduenientẽ cerebro. Et si fuerit quieta, significat multitudinẽ repletionis, & debilitatem naturæ in expellendo. Et causa vrinæ egredientis in febribus acutis inuoluntarie, est debilitas virtutis, aut nocumentũ in cerebro: & non fit illud, nisi propter ascensionem materiæ acutæ calefactæ ad cerebrũ, quare côicant ei membra lacertosa.

Numeratio signorum malorum in vrina. Cap. 91.

AQuosa [n], & fœtida, & nigra, & grossa est mala. Et illa in qua procedit ex inferiori parte eius vsque ad ipsius superiorem sicut fumus, est mortalis propinqua. Et iterũ pinguis, cuius color est color aquæ carnis, cum fœtore dominante, est mortalis.

N G.lib.2. progno. 34.

Signa in ægrotis mala, generum diuersorum, quorum malitia est propter aggregationem eorum, in febricitantibus, & alijs. Cap. 92.

QVando [o] aggregantur vomitus, & punctura ventris, & permistio rõnis, tũc illud est signum mortale.

O Ras.31.côti. t.1. 450.3.

mortale. Qñ diuersificatur alteratio corporis in tactu,& in colore,& in eo quod euomitur,et in eo E quod euacuatur,significat ꝙ natura est aggrauata cũ humoribus diuersis, & ægritudinibus diuersis,cui est necessarium resistere eis oĩbus:& est proculdubio de illis,quæ deficiunt ei. [a] Qñ aggregantur in febre inseparabili frigus eius,quod apparet,& adustio interiorum,& vehemẽtia sitis cũ hoc,tunc illud est mortale.[b] Qñ aggregatur cum stridore dentium permistio in ratione, tunc ęger approximat perditioni.Qñ accidunt infirmo subito fluxus ventris niger,cum adustione, & mordicatione,& dolore adurente in ventre eius,& pulsus cordis, & syncopis est signum mortis.[c] Qñ sudant duo cornua frontis sudore frigido,& citrinantur vngues,& virides fiunt, & alterantur, & apostematur lingua,& apparet super ipsam,& super corpus pustula extranea, tunc mors est proxima.Et si fuerit in partibus hypochondriorum percussio,& iectigatio cum febre, deinde cũ hoc oculus mouetur motu malo,tũc oportet vt expectetur malitia dispositionis: q̃m hæc dispositio significat ventositatem inflatiuam,& percussionẽ,quæ fit propter apostema vehemens,& propter vehementiam pulsus venæ magnæ.Et pulsus vehementis percussionis succesiuus vel frequens, magnus valde associatur amentiæ vel permistioni rationis:& oportet vt consideretur : fortasse.n. percussio,& saltus non sunt submersæ ad viscera,immo in eo quod apparet de mirach. & illud nõ est nociuum quãuis sit cũ eo apostema,nisi superfluat valde in magnitudine. Et si perseuerat hæc dispositio viginti diebus,& nõ sedantur apostema & febris,significat ꝙ aperietur:& tunc fortasse F saluabitur infirmus:& illud erit per vrinam exuberantem,aut permutationem materiei ad extremitates,& proprie ad pedes.[b] Illi qui debilitantur ex ægritudinibus,qñ accidunt eis anhelitus frequens,& syncopis,tunc iam appropinquant morti:& non addunt super quatuor horas. Cum homo habet febrem incensiuam,& inuenit alleuiationem,& quietẽ caliditatis subito,absq; crisi manifesta cum euacuatione,aut permutatione,& sine extinctione vltima, & sine permutatione de aere ad aerem in regione vna,aut in duabus regionibus,& quiescit,quod est in pulsu de velocitate,& inuenitur sicut tranquillitas,tũc iudica,ꝙ moritur velociter.Cum homini inest febris,& pulsat cor eius subito:& inuadit eum singultus,& stringitur venter eius sine causa cognita, moritur. Cum qui ægritudinem habet acutam,mingit vrinam subalbidam vel flauam subtilem,deinde ingrossatur,postea conturbatur,& albescit,& remanet ebulliens vel conturbata quasi vrina asini,& mingitur inuoluntarie,& sunt vigiliæ,& inquietudo,significat tetanum apparentem in vtrisq; lateribus,deĩde morietur.Dicitur cũ vrina fuerit cholerica,postq̃ fuit alba ante illud, & super ipsam fuerit sicut spuma,deinde cucurrerit ex naribus sang.niger,tunc illud est res mala.Et de signis malis,quæ quidam medicorum dixerunt,& non tendit ratiocinatio ad ea nisi cum difficultate,sunt ꝙ [d] dicitur,qñ apparet in homine super venam,quæ est in collo eius pustula similis grano cucurbitæ cum pustulis albis,plurimis,& accidit ei desiderium rerum calidarum moritur. Et [e] dicitur qñ apparet in homine in tempore sinistro pustula,dura,rubea,& accidit habenti eam cum hoc pruritus G vehemẽs in oculis eius,moritur in die quarto.Et [f] dicitur cui apparet bothor sicut lens sub oculis, moritur in die decimo,& desiderat dulcia.Et dicitur quæcunq; ægritudo vehemens accidit subito,deinde sequitur illam vomitus,aut fluxus ventris,est significatio mortis.[e] Dicitur,ꝙ qñ accidũt febrienti,& alij apostemata,& vlcera leuia,deinde destruitur ratio eius moritur.[e] Dicitur,ꝙ qñ inest homini mollities in facie,& corpore eius,& non est dolor,& accidit ei in principio illius pruritus in naso suo,moritur in secundo,& tertio. Et [g] dicitur,ꝙ quando inest homini super genu eius similæ vuæ rotundæ,& illud est nigrum,& in circuitu eius rubeum,moritur cito nisi tardauerit ad quinquaginta dies.Et signum mortis eius est,quòd sudat sudore frigido.

A Raf.31.ꝑti.t.1.c.1.431.3.
B Raf.ibi.431.1.
C Raf.437.1.
D Cap.61.& Raf.31.ꝑt.t.1.c.1.430.3.
E Raf.ibi.430.3.
F Cap.34.& Raf. ibidem,
G Cap.61. &Raf. 430.3.

Signa longitudinis ægritudinis. Cap. 93.

SCias [h] ꝙ longitudo ęgritudinis fit propter grossitudinem in visceribus,aut propter permistionem in regimine,& ₰m oẽm dispositionem debilitatur in ea stomachus,q̃m ipse extenuatur,et tarditas digestionis significant ipsam,& tarditas sediminis pendentis,aut assiduatio sediminis rubei.Et iterum paruitas quidem apparitionis extenuationis significat longitudinem ægritudinis. Et [i] similiter qñ est cum acuitate ægritudinis pulsus magnus,& facies eius pinguis, & hypochondria inflata,quæ non extenuantur,significat paucitatem resolutionis,& longitudinẽ ægritudinis. H Cum adueniunt signa crisis ante digestionem,& non cadit virtus, & non apparent signa mortis, tunc ægritudo prolongatur.Et scias,ꝙ terribilitas crisis,& accidentia ipsius qñ non iuuant,& non nocent,& dispositiones remanent ₰m modum suum,tunc ægritudo est longa.Et multitudo iectigationis in ægritudine significat longitudinem eius,& proprie cum incipit à principio rei : in fine vero eius est rectius,& plurimus sudor significat longitudinem.Et qñ associatur euacuationibus paucis,quæ significant,ꝙ natura mouit materiam,et deficit in expulsione eius integra, siue sit sudor,aut fluxus sanguinis narium,aut aliud à signis bonis,aut priuatio signorum malorum significat longitudinem.Et qñ remanet sedimen rubeum vsq; ad quadraginta dies, indicat longitudinẽ febris,ita vt non speretur crisis,et separatio,vsq; ad sexaginta.[k] Pollutio in principio ægritudinis significat longitudinem.Cum vides signa longitudinis ęgritudinis in diebus antecedentibus, tũc non est significatio eorum,sicut significatio ipsorum post illud.Et cum videris illud, quod est contrariũ illis signis,magis verificari forsitan apparere in medijs diebus,et in posterioribus eius, tunc considera iudicium indicationis,vt scias ipsa in quo die erit:et ille dies quo die indicatur, et obserua conditiones prædictas in ea,et considera dispositionem virtutis,et ætatis, et temporis, et complexionis,

H Fen.1.t.2.c.6.
I Raf.31.ꝑti.t.1.c.1.431.2.
K Cap.46.& Raf.431.3.

A plexionis,& dispositionem motuum ęgritudinis in quantitate,& qualitate sua,& antecessione,& postpositione sua,& horarum suarum,proprie in statibus acute,& longitudine eius, & abbreuiatione eius,an sit ad motum decliuis,aut ad quietem,& iudica per quantitatem eius.

Signa quòd ægritudo consumetur crisi,aut resolutione. Cap. 94.

[a] Gal.3. de crisi. ...c

CVm [a] fuerit virtus fortis & ægritudo acuta,& paroxysmi augmentati in qualitate,& quantitate,& ætas,& complexio,& tempus declinant ad motionem,non ad quietem,et digestionis & eius contrarij signa festinantia,tunc ægritudo cõsumetur cum crisi.Et [a] si res fuerint è cõtrario, & signa tarditatis inuenta,tunc ęgritudo prolongat̃,& interficit aut remouet̃ cum resolutione.Et si diuersificat̃,erunt crises diminutæ,& tardatæ,& cũ permutatione.Mors aũt, & vita significãtur per dispositiones virtutis:& signa demonstrant vnamquãq; duarum rerum,& sui contrarij.

Iudicia recidiuationis. Cap. 95.

[b] Ras.14. cõti.t.1. ...489.4. — [c] Hip.2.apho.12. — [d] Fe.1.t.4.c.20.

DEterior recidiuatio est illa,quæ est velocior,& est cũ virtute debiliore. Et proculdubio cum est eius forma hæc forma sunt signa mortis.Et [b] ꝙ eueniat recidiuatio errore regiminis saluius est,q̃ vt eueniat per se cum rectificatione regiminis.Et de errore in hoc est,dare in potu calefacientia,& medicinas quibus vult aliquis bonitatẽ appetitus et digestionis,sicut geleniabin mellinum,& trochisci rosacei,& similia.Et [c] reliquiæ quæ remanent post crisim,attrahunt recidiuatio-B nem cito nisi succurratur.Et [d] recidiuatio est deterior quam radix,quoniam malitia seu ægritudo est rediens,& natura seu virtus est defessa seu debilis.

Signa recidiuationis. Cap. 96.

[e] Hip.de indicati. ... 2. — [f] Hip.3.pgn.22.e — [g] Li.3.Fen.13.t.2. — [h] Li.3.Fen.13.t.5. — [i] Li.3.Fen.13.t.3. — [k] Ras.34. cõti. ...491.1. — [l] Li.3.Fen.13.t.5. — Ras. ibi. — [m] Hipp.de iudicationibus.457.2. — Ras.490.1.

ET [e] in illo cuius febris nõ quiescit per crisim completam,& in die suo,timetur recidiuatio. Et [f] si fuerit quies eius sine crisi omnino,non est excusatio recidiuationis: & proprie qñ crisis est cũ eis,quæ sunt sicut variolę,aut icteritia,aut scabies:& ad summũ cum ea,quę fit in cute.Et significatur qñq; ꝙ erit recidiuatio ex debilitate virtutis,& [g] appetitu,& [h] nausea, & malitia animæ, & paucitate digestionis,& corruptione cibi in [i] stomacho tendentis ad acetositatem,et fumositatem, & [k] inflatione hypochondriorũ,& partium hepatis,& splenis,& [l] corruptione somni,& [l] longitudine vigiliarum,& vehementia sitis,& [m] vehemẽtia inflationis faciei proprie est signum maximũ, & proprie in palpebra superiore,& proprie eius apostematio,& ipsius remanentia similiter cum resolutione inflationis faciei.Et de illis,quæ significant eam,est vt corpus bene recipiat cibum, & non remoueat̃ per ipsum extenuatio,& proprie qñ ista accidentia mala apparent, & [m] vehementiora fiunt in horis paroxysmorum ægritudinis,quæ fuit.Et [m] qñq; significat̃ recidiuatio ex pulsu, qñ remanent in eo spissitudo,& velocitas.Et ex profundatione exiturarũ criticarum, & occultatione earum.Et [m] ex vrina qñ in ea remanet tinctura plurima citrinitatis,aut flauedinis, aut rube-C dinis,[m] aut est cruda in qua non pendet sedimen,neq; residet,& qñ vrina infirmi non similatur vrinæ eius naturali.Et quædam tempora significantiora sunt recidiuationis, q̃ quædam alia,[m] sicut autumnus:in ipso enim plus cadit recidiuatio,quàm in reliquis temporibus.Et genus ægritudinũ iterum adiuuat ad significandam recidiuationem,sicut febres apostemosę,cum post se relinquunt caliditatem,& inflammationem in visceribus:& sicut [m] epilepsia, & scotomia, & dolores renum, & hepatis,& splenis,& hemicranea,& ouum,& catarrhus,& quæ ab ipso generantur de asthmate,& alijs,& ægritudinibus anhelitus.

Causæ mortis. Cap. 97.

[n] Gal.3.de simpl. ...c.18.b

MOrs [n] fit aut propter causam,qua corrumpitur complexio cordis: aut propter causam qua resoluitur virtus:quare extinguitur.Et facta propter causam qua corrumpitur complexio cordis:aut est retentio materiei anhelitus:& patientes birsem fm plurimũ moriuntur propter priuationem anhelitus.Et propter hoc oportet vt ne dimittantur resupini, et ne dimittantur guttura eorum desiccari.

Species mortis,quæ accidit in horis febrium,& signum qualitatis mortis infirmi. Cap. 98.

[o] Gal.3. de crisi. ...e — [p] Gal.ibidem.f — [q] Hip.5.apho.71

DE [o] illis est mors,quæ accidit eis cũ principio paroxysmi febris aut augmento eius,aut periodo eius.Et plurimum eius est in febribus apostematum intrinsecorum, vbi effundit̃ ad ipsa D superfluitas subito.Et in ægritudinibus malignis à quibus superatur natura in primis cũ mouetur cum fortitudine,præcipue si fuerit debilis:et ad summũ est,sicut pręfocans,et sicut extinctio ignis à multis lignis.Et de illis est mors in statu paroxysmorum febris propter superationem naturæ ab ægritudine.Et tertia est mors facta in declinatione,et est pauca,et rara. Et [o] plurimum eius est in declinatione particulari,nõ vniuersali:et causa in ea,ꝙ natura in ipsa est sicut secura,et expanditur caliditas,et partitur,et dispartitur retentio,quæ necessaria est in horis principij. Et plures eorũ moriuntur cũ syncopi subito et quidam eorum gradatim. Et fortasse declinatio est declinatio,periodi propter mollificationem virtutis,et resolutionem caliditatis innatæ:quare æstimatur,ꝙ sit declinatio vera,et [p] pulsus quidem diuersificatur in vtrisq; declinationibus:ipse.n.in vera confortatur, et in falsa mollificatur:et in vera æquatur,et in falsa diuersificatur,et egreditur ab ordine.[o] In declinatione vero totali non moritur aliquis,nisi propter causas laboriosas deforis,quæ superueniunt infirmo,et est debilis:sicut motus,aut eleuatio,aut ira:et qñq; accidunt hmõi etiam primæ. Et hmõi quidem mortem antecedit sudor paucus viscosus.Et multoties moritur aliquis in variolis in declinatione.Et multoties qdem antecedit eã sudor inęqualis ad frigus decliue:et fortasse est in capite, et collo tantum,aut in pectore tantum.Et [q] qñ cutis in dispositione mortis est sicca,tensa,tũc non

erit

erit mors per ſudorem:& cum eius contrario,erit cum ſudore. Verum plurimum mortis in ęgritudinibus mortalibus fit ex modo aliquo in hora,in qua fit criſis bona in ægritudinibus ſaluis: ſicut ſi eſt ęgritudo in paribus, erit mors in paribus:& ſi fuerit in imparibus,erit mors in imparibus. Et ſcias ꝙ cauſon,& quæ ei ſunt ſimilia,attrahunt mortem apud ſtatum paroxyſmi: & accidunt cum ea accidentia mala de permiſtione rationis,& vehementia anguſtiæ,& profunditate ſomni, & debilitate tolerantiæ febris:deinde accidunt dolor capitis,& tenebroſitas oculorum,& dolor oris ſtomachi,& inquietudo. Et phlegmatica attrahit mortem in principio paroxyſmi: & tunc eſt frigus longum,& non calefit:& pulſus paruus valde malus,& vehemens fit ſomni profunditas,et pigritia. Et ad ſummum vnaquæq; attrahit mortem in hora,in qua ipſa fit vehemētior ſuper infirmum plus,ſiue ſit incipiens,ſiue ſit in augmento,aut in ſtatu. Et mors quidem in augmento apparente qñq; accidit,in paucis tamē. Et cū tu conſideras ſigna mortis in hora quam diximus,& nō inuenis ea,tunc non timeas:ꝙ ſi inueneris ea,tunc exiſtima,ꝙ erit mors. Si aūt conſecutum fuerit illud aliquod malorū ſignorum prædictorū,tunc iudica ſm plurimū ſi fuerint paroxyſmi impares, ꝙ ipſe morietur in ſeptimo,aut pares ꝙ morietur in ſexto,præcipue ſi fuerit ægritudo velocis motus.

Significationes mortis abſq; criſi. Cap. 99.

DE illis eſt [a] debilitas virtutis,& defectus eius ad reſiſtendum ægritudini. Et [a] de illis eſt tarditas ſignorum digeſtionis omnino. Et [b] de illis eſt virtus ægritudinis cum tarditate motus ipſius. Et quando aggregantur omnia iſta, eſt magis ſignificatiua.

Diſpoſitiones accidentes conualeſcentibus. Cap. 100.

QVandoq; accidit conualeſcentibus recidiuatio,cum fuerit cū eis illud,quod diximus in [c] capitulo recidiuationis,& accidit eis vehemētia virtutis & debilitas ipſius, ſm quod dicemus in [d] capitulo regiminis eorum. Et accidit eis ne iuuentur ab eo quod ſumunt de cibo, & ne redeant corpora eorum ad virtutem. Et accidunt eis exituræ,cum non ſunt mūdificata corpora eorum ab humoribus per euacuationem. Et qñq; accidit eis corruptio quorūdam membrorū: propterea,ꝙ expellitur materia illic. Et qñq; accidunt eis ægritudines cōtrariæ ęgritudinibus,quę fuerunt in eis,cum ſuperfluent in eis in cōtrario eius,quod eſt cum eis:ſicut accidit eis grauitas in lingua,& paralyſis,& colica frigida,& apoplexia,& epilepſia,& dolor capitis inſeparabilis, & hemicranea,& quæ his ſunt ſimiles,qñ infrigidatio,& humectatio modum pertranſierunt. Et qñq; accidit eis pruritus plurimus,quem remouet aqua tepida. Et [e] accidit eis vt albificentur eorum capilli,propterea ꝙ capilli priuant̄ nutrimento,& propterea quod reſoluitur humiditas innata, qua ſtat nigredo:ſicut accidit ſegetibus,quòd quando ſiccātur albeſcunt,poſtea quando eorum diſpoſitiones bonæ fiunt,redit nigredo capillorum; ſicut accidit iterum ſegetibus, quando potantur aqua,quoniam tunc redit ipſarum viriditas.

Regimen conualeſcentis. Cap. 101.

OPortet vt in conualeſcente alleuiatio fiat in omni re:& [f] non afferatur ei aliquid graue ex cibis,neq; aliquid ex motibus,& balneis,& cauſis opprimentibus ita vt etiam voces,& alia ei non afferātur,& gradatim perducatur ad exercitium æquale,facile.ipſum.n.iuuatiuum eſt valde. Et [g] vt occuperis in eo,quod augmentum efficit in ſanguine eius. Et oportet agere, vt quieſcat,& lætetur,& gaudeat,& prohibeatur ab euacuationibus,& [g] proprie coitu. Et [h] vinum cum temperamento eſt ei iuuatiuum,proprie vinum ſubtile,tenue. Et [i] de conualeſcentibus cōuenientior ad hoc vt interdicatur ei ſatietas,eſt conualeſcens cuius criſis fuit occulta:qm̄ ipſe eſt pręparatus recidiuationi:& huiuſmodi forſitan indiget euacuatione. Et [k] cōuenientior ei eſt fluxus ventris ſubtilis:præcipue cum videris egeſtionem cholericam,aut decliuem ad colorem humoris,& ſubſtantiam eius,qui eſt ex humoribus,ex quibus fuit febris:& videris in appetitu defectum. Et cum volueris illud,tunc fac quieſcere conualeſcentem,& conforta virtutē eius cum facilitate,deinde euacua. Et [l] fortaſſe neceſſarium eſt tibi vt euacues,& cōfortes ſimul cum cibatione:& præpara ei tūc verbi gratia cibos medicinales,ſolutiuos:aut commiſce eis virtutes medicinarū ſolutiuarum conuenientium,ſicut pruna,& [m] ſiracoſt,& tereniabin,& ſimilia illis, habentibus choleram. Et qñq; iuuantur per diuretica,& mundificantur per ea venæ eorum:& quandoq; faciunt illud iſta diuretica cognita,& facit illud vinum commiſtum. De phlebotomia autem ſciendum eſt,ꝙ parum indiget conualeſcens extractione ſanguinis:& fortaſſe indiget [m] etiam:& ſignificant illud forma,& ſigna [n] ſanguinis:præcipue cum inuenis febrē quaſi ſit propter reliquias in venis,& [o] vides puſtulā in labio. Et [n] fortaſſe cogit te ad phlebotomandum infirmum malitia ſanguinis eius propter illud quod remanſit in ipſo de cinereitate humorum malorum:quare neceſſarium eſt ei, vt extrahatur ſanguis eius malus,& augmentetur in eo ſang. bonus. Et melius in hoc eſt,vt facile fiat, & non faciat aliquid ſubito. Et [p] ſomnus diurnus fortaſſe eſt magis nociuus conualeſcenti:propterea,quòd mollificat eum,& fortaſſe confortat eum:propterea,ꝙ ipſum quieſcere facit. Et qñ non conuenit fortaſſe attrahit febrem:propterea,ꝙ facit cruditatem,& frangit de virtute caloris innati. Et obſeruatio in omnibus conualeſcentibus mundificatis,& non mundificatis,eſt vt currat eſſe eorum ſm regimen,quod fuit in ægritudine ex cibarijs,& [q] alijs duobus diebus, qui ipſam ſequuntur, & ad ſummum ſm quantitatem temporis qua pertranſeant dies critici,qui ſequuntur diem ſalutis eius vel diem euaſionis ab ægritudine eius:deinde eleuetur ad illud,quod eſt ſupra ipſum. Et oportet in mundo,& eo cuius febris fuit ſalubris,ne ſubtilieт regimen eius,qm̄ febriet corpus eius,& mala fiet

E F G H

A Gal.3.de criſi. c.10.b
B G.ibi.c, & Raſ. 32.ↄt.t.2.c.1.466.3. &.467.2.
C 95.
D 101.
E Raſ.34.ↄti.t.1. c.1.490.1.
F G.1.de dieb.decret.c.1.b.c
G Raſ.34.ↄti.t.1. c.2.491.2.
H Raſ.491.2.& Halya.1.prac.c.25.
I G.1.de dieb. decreto.c.1.b
K Halya.1.pract. c.25.& Raſ.491.2.
L Raſ.491.3.
M Halya.1.pract. c.25.
N Raſ.491.1.
O Raſ.491.4.
P Raſ.491.2.
Q Gal.ↄmē.1.de vict. rōne in acut. 25.a, & Raſ.491.2.

a Hip.2.aphor.7. A fiet eius dispositio. Et [a] oportet vt redeat ille cuius extenuatio, & macilentia in diebus paucis fuit, ad pinguedinem in diebus paucis: quoniam virtus eius est fixa: & fiat cum contrario eius contrarium illius. Et [b] si non appetit conualescens, tunc in ipso est repletio. Et [b] si appetit, & non impinguatur post ipsum, tunc affert sibi vltra virtutem suam, & supra virtutem naturæ suæ: quare non potest digerere illud, & diuidere in corpore: aut in corpore suo sunt humores plures, in quibus natura est occupata, aut virtus stomachi eius est prostrata valde: aut virtus totius corporis eius, & caliditas ipsius innata, sunt prostratæ: quare non alteratur cibus alteratione conuenienti, vt fugat natura ex eo. Et [c] huiusmodi quidem licet appetant in principijs rei suæ cibum, tamen quandoque conuertitur in eis dispositio ad hoc, vt non appetant: quoniam nocumenta, & repletio humorum malorum, fiunt fortiora, et augmentantur. Et ne appetant, deinde appetant propter viuificationem virtutis suæ, melius est, quam vt appetant, deinde non appetant. [d] Cum ergo perseuerat appetitus, & non alteratur corpus ad virtutem & pinguedinem seu restaurationem, tunc virtus appetitiua, & instrumentum eius sunt sana: & virtus digestionis, & ipsius instrumentum sunt debilia. Ergo [e] melius est vt gradatim deducatur conualescens ex theiugi. i. perdicibus, & pullis ad hœdum: & non reducantur ad consuetudinem dum adhuc in venis est strictura. Et fortasse syrupus acetosus faciet eis euenire excoriationem intestinorum propter debilitatem intestinorum ipsorum, & similiter acetosa. Et [f] de regimine con

B ualescentium est permutatio eorum ad aerem contrarium ei in quo erant. Et de regimine conualescentium est obseruatio eius, quod oportet caueri de specie ægritudinis eorum, vt opponatur ei quod securitatem faciat ab ea: [g] sicut in pleureticis: oportet. n. vt timeatur in eis asperitas pectoris. Et non oportet vt conualescens sudet in balneo, & resoluatur caro eius debilis: & cum multiplicatur sudor eius, tunc in ipso est superfluitas. Et [h] abrasio cum nouacula nocet ei, propter illud cuius narratio præcessit.

b Hipp.2.aphor.8. c Ras.14.cöt.t.1. c.491.1. d Ras.libi.490.3. e Haly.2.1.pract. c.3. f Ras.491.1. g Ras.491.3. h Fen.1.t.1.c.6. laborum causa.

Cibatio conualescentis. Cap. 102.

OPortet vt sit cibus eius in qualitate boni chymi, facilis digestionis. Et [i] oportet ne toleret famem, neque sitim. Et [i] fortasse est necessarium vt declinet qualitas ad contrarium complexionis ægritudinis præteritæ, propter remanentiam vestigij aut propter cautelam. Et scias, quod cibi humidi, fluidi sunt velocioris penetrationis & minoris nutrimenti. Et grossi, & spissi sunt è contrario siue sit cibus, aut potus. Et [k] oportet ne super se afferat frigida nisi vocet ad illud residuum caliditatis, immo vt regatur cum eo quod est temperatum, & sit ei caliditas subtilis cum humiditate completa, velociter recipiens digestionem. Et vt sit cibus eius in quantitate cum mensura, qua fiat bona eius digestio, & eius separatio: et adde secundum gradationem, cum non vides grauitatem, neque rugitum, neque velocitatem descensionis, neque tarditatem eius multam. Et minue ex eo si videris ex illo aliquid. Et quando repletur subito, & tenditur stomachus eius, tunc fortasse febrit. Et [l] similiter non oportet vt bibat

C subito: fortasse. n. est ex eo timor. Hora autem cibi eius est hora æqualitatis aeris, in assiat æstatis, & in hora meridiei hyemis, nisi sit exigens aliquid festinum. Et oportet vt diuidatur super ipsum quantitas, quæ est minus satietate eius. Et aqua vehementis frigoris est ex eis, à quibus oportet alienari conualescentem, quandoque. n. interficit: fortasse enim superueniet lædendo quibusdam visceribus: & fortasse faciet spasmum: & nos iam sciuimus, qui mortuus est propter illud. Et scias, quod appetitus conualescentis quandoque minoratur propter debilitatem, aut propter humores in stomacho: & associatur eis secundum plurimum sicut syncopis. Et quandoque minoratur causa hepatis, & paucitate attractionis eius, et apparet in colore, & in egestione tenui & alba. Et quandoque minoratur causa humorum in corpore toto, & satietatis nauseatiuæ. Et quandoque propter debilitatem virtutis corporis, & caliditatis innatæ, aut in stomacho proprie. Rege vero vnumquodque cum eo, quod sciuisti de regimine eius, quanto plus facilius est. Et [m] scias, quòd secaniabin de cydonijs est bonum medicamen conualescentibus, proprie quando eorum appetitus est prostratus propter debilitatem oris stomachi eorum, & facit securitatem ab excoriatione intestinorum. Confortantia vero stomachum, quæ sunt calidiora eo, sicut trochisci. Et quæ sunt eis similia quandoque sunt causa recidiuationis.

i Halyab.1.pract. c.c. k Ex arte.medic.c.80.f l Gal.7.metho. c.10.46.b m Ras.14.cöt.t.1. c.491.4.

Motus ægritudinum. Cap. 103.

IAm [n] sciuisti horas ægritudinis, & sciuisti, quòd motus in periodis quandoque fit addendo in la-

D bore, & significat statum, & quandoque fit minuendo, & significat declinationem. Et [o] vehementiores fiunt motus ægritudinum, & accidentia earum in nocte propter vehementiam occupationis naturæ in digerendo materiam tunc ab omni re.

n Fen.1.t.1.c.3. o Cap.3.&.4.

TRACTATVS II. *De diebus crisis, & horis eius.*

De principio ægritudinis & prima computatione crisis. Cap. 1.



DE [p] hominibus sunt, qui dicunt, quòd principium ægritudinis, ex quo numeratur computatio dierum crisis, est extremitas horæ in qua sentit æger vestigium ægritudinis. Et [q] de hominibus sunt, qui dicunt non: immo extremitas horæ in qua seipsum proijcit, & apparet in eo nocumentum operationis. Et hæc quidem diuersitas non aduenit nisi in febribus, quæ non accidunt subito: in illis autem, quæ subito accidunt, non occultatur in eis principium horæ. Et illud est, sicut accidit quibusdam febricitantibus subito, vt incipiat febris inceptione apparente, & sit homo ante illud non habens ægritudinem, quare dormit, aut ingreditur balneum, aut laborat, & febrit subito. In febribus autem quas antecedunt confractio, & dolor capitis, & similia, deinde accidunt, tunc duæ res diuersificantur. Et [r] dignius est, vt consideretur hora inceptionis ipsius febris, & illic est iam apparitio exitus à dispositione naturali in com-

p Gal.de dieb.decr.c.6.g q G.li.2.de dieb.decr.c.2.g r Ras.12.cöt.t.2. c.474.3.

in complexione manifesta.[a] Inceptio vero doloris capitis,& confractionis, considerationem non habet:& quod decumbit in lecto,& somnus non sunt de illis quibus est innitendum: fortasse.n. infirmus non decubuit,& iam incepit febris. Et [b] si pepererit mulier, deinde accidat ei febris, tunc [c] fiat computatio ex febre non ex partu, ex illo enim est error, & plurimum quod accidit, accidit post secundum, & tertium. E

A G.1.de dieb.decre.c.6.c,& Ra.32.pti.t.2.c.1.474.3. B Opposi.Hip.& Gal.cōmen.3.prognost.10.a C Raf.32.pti.t.2.c.1.467.4.

De causa dierum crisis, & periodorum eius. Cap. 2.

PLures [d] quidem homines posuerunt causam in mensuratione temporum crisium ægritudinum acutarum ex parte lunæ,& quod virtus eius est virtus incedens seu agens in humiditates mundi causans in eis species alterationis:& adiuuans ad maturandum,& digerendum: aut ad contrarium fm præparationem materiei. Et significant in hoc per dispositionem fluxus aquarum & refluxus,& [e] augmentationem cerebrorum cum augmentatione luminis in luna: & velocitatē maturationis fructuum arborum,& herbarum cū plenilunio eius seu apparitione eius. Et dicunt, quod humiditates corporis patiuntur à luna: quare diuersificantur dispositiones earū fm diuersitatem dispositionū lunę. Et [f] fit vehementior apparitio diuersitatis cum vehementia apparitionis diuersitatis in dispositione lunæ:& fit illud vehementius, qñ luna est fm oppositionem dispositionis in qua fuit, deinde fm quadrationem:& hoc per diuisionem reuolutionis suæ ad medietatem: deinde ad medietatem medietatis.[g] Dixerūt propterea quod reuolutio lunæ est in vigintinouem diebus,& tertia fere, diminutis diebus coniunctionis ex eis: propterea, quod lunæ non est operatio in eis,& sunt fere duo dies & medietas & tertia, quare remanent vigintisex dies, & medietas diei. Et erit medietas eius tredecim dies:& quarta diei. Et quarta ipsius sex dies, & medietas diei, & octaua diei. Et octaua eius tres dies,& quarta diei,& medietas octauæ diei:& est minor reuolutio eius. Et fortasse extrahunt eam fm modos alios, diuersificantes has computationes parumper, & addunt in ea parumper: verū in hoc est transgressio, seu sermo sine ratione. Cū ergo ista sint tēpora prædicta seu istæ reuolutiones erunt prædicta tempora seu prædictæ reuolutiones facientia necessario vt appareant in eis diuersitates magnæ,& sunt dies reuolutionum. Et [h] qñ incipit tempus,& materia est bona, apparet apud statum eius alteratio manifesta tendens ad bonitatem. Et qñ incipit tempus & materia,& dispositiones sunt corruptæ, est alteratio apparens apud complementum temporis tendens ad corruptionem. Crisis vero ægritudinum,[i] quæ in temporibus procedunt,& vltra mensem, numerant̄ ex sole. Amplius in istis mensurationibus & experimentis est ambiguitas. Et in eis sunt positiones ambiguæ. Sed occupatio cū huiusmodi pertinet ad naturalē, & non confert medico aliquid. Et medico quidem non inest, nisi vt cognoscat, quod egredit̄ cum experientijs pluribus:& non pertinet ei vt sciat, quæ sit causa eius, cum declaratio illius causæ extrahat eum ad artem aliam: immo oportet, vt sit sermo de diebus crisis, sermo quem loquimur fm semitam experientiæ, aut fm semitam situationis eius,& egressionis vel exitus eius à diuersis aspectibus. Et scias, ꝙ plures eorū nominant reuolutionem illud, ex quo nō egreditur duplicatio à genere suo:& est eius intentio, ꝙ non egreditur cū ea duplicatio ad diem non criticū, & exemplum horum est quartanus & septenus. Nam eorū duplicatio peruenit semper ad diem criticū fm considerationem dierum crisis, quæ accidit ægritudinibus quibus cōueniunt quartanus, & septenus. Et reuolutiones quidem bonæ radicales sunt tres, reuolutio quartanorum, & est completa, & reuolutio septenorū,& est completa, sed reuolutio vigesimorum est magis completa, q̄ omnes: quadragesimus.n.& sexagesimus,& octuagesimus:& omnes illi dies sunt crisis. Verū duæ primæ reuolutiones sunt diminutæ ab illis ex hoc, propter fractionem quam attendere oportet,& propter quam sunt tres septem viginti dies, non vigesimus primus,& [k] quartanus primus est quartus, & quartanus secūdus est in quo restauratur fractio. Et propter illud est in septimo: qm̄ sunt sex dies, & res plurima de septimo:& propter illud cadit continuatus:& quartanus tertius cadit in vndecimo. Et illic restauratur hora duplicationis septeni: quare sequitur ipsum septenus secundus, & est in quartodecimo. Et qñ restaurauerimus septenū tertium, cadet in die vigesimo, iam ergo cucurrit res in quartanis fm hoc, quod quartanus primus,& secundus sunt continuati, & secundus, & tertius disgregati:& tertius & quartus continuati. Cū ergo pertransit quartusdecimus, tūc iam cadit diuersitas. Et laudabiles quidem, sicut [l] Hip. & Gal. inceperunt à continuatis: fuit ergo ordo dierum ita, septimusdecimus est ex quartanis continuatis,& vigesimusprimus ex septenis multiplicatis fm diuisionem. Et inuenerunt duos septenos segregatos, quos sequitur tertius septenus continuatus complens viginti: deinde separātur ex viginti:& est vigesimusquartus: deinde vigesimusseptimus continuatus: postea trigesimusprimus separatus à quatuor septenis & trigesimusquartus continuatus. deinde septenus continuatus: quare sunt quadraginta.[m] Deinde currit multiplicatio super tres septenos, fm quod ipsi sunt viginti, quare erūt fm continuationem sexaginta & octuaginta & centū,& centumuiginti. Et non est consideratio plurima ad illud, quod est inter eos de diebus. Alij aūt sicut Archigenes dixerūt, quod post quartūdecimum est octauus decimus, & est dies crisis,& vigesimusprimus:& [n] vigesimusoctauus: deinde trigesimussecūdus: postea trigesimusoctauus cum continuatione septeni. Et quidam numerauerūt quadragesimūsecundum, & quadragesimumquintū,& quadragesimumoctauū dies crisis:& iam transgressi sunt in hoc, & considera tu, qualiter cadat, quod ipsi fecerunt de distinctione quartanorū, & septenorum. Nam quartanis in diebus crisis inest virtus fortis vsqꝫ ad viginti dies: deinde virtus aduenit septenis vsqꝫ ad tri-

D G.3.de dieb.decret.c.2.a.b E Li.1.F.4.c.21.et lib.3.Fen.1.t.1.c.1. F G.3.de dieb.decret.c.3.b.c G Ga.ibi.c.4.d,& c.9.f H Gal.ibi.c.6.h. I Ga.ibi.c.7.a.b.c K G.3.pgn.1.g,& 2.de dieb.decreto.c.6.b L 3.pgno.1.g M G.3.pgno.1.g N Raf.32.pti.t.2.c.1.469.3.

F G H

A ad trigintaquatuor. Cum ergo æger in ægritudine chronica pertransit viginti, tunc attende septenos. Et [a] apud Archigenẽ quidem dies vigesimusprimus valde plus est criticus, quàm vigesimus, qui Archigenes testificat nobilitatem quartidecimi esse supra nobilitatẽ decimioctaui ex parte septenorum. Hip. vero, & Gal. & qui post eos ambos fuerunt, non inuenerunt rem sm illud. Et sit est diuersitas in vigesimoseptimo, & vigesimooctauo. [a] Archigenes. n. vidit aliud à sentẽtia amborũ: & fecit meliorem vigesimumoctauũ. Et similiter est dispositio trigesimiprimi cũ trigesimosecundo: & trigesimiquarti cũ trigesimoquinto: & quadragesimi cũ quadragesimosecundo. Et [b] scias, quòd de ægritudinibus sunt, quarum crisis est in septem mensibus, immo in septem annis, & quatuordecim annis, & vigintiuno anno. Et [b] sunt quidam, qui existimant, quòd post quadraginta non fit crisis cum euacuatione forti, verum res non est ita. Et non est etiam necessarium vt alteretur ægritudo propter illud ad acutam, aut vt in ea sit recidiuatio, aut sit in ea compositio ægritudinũ. Et non est prohibitum in ægritudine chronica quin cesset natura digerere ipsam: deinde confortetur super ipsam vice vna, & expellat eam quãuis raro fiat. Verum plurimum est, sm quòd dictum est: & fit separatio in ea, aut cum crisibus diminutis, aut per exituram tardi motus, aut per resolutionem. Inquit [c] Hip. dierum criticorum alij sunt pares, & alij sunt impares. Et impares quidem fortiores sunt in crisibus sm plurimum, & in plurimo numero. Et [d] parium quidem exemplum est quartus, & sex-

B tus, & octauus, & decimus, & quartusdecimus, & vigesimus, & vigesimusquartus, et alij quos numerauimus de paribus sm duas sententias. Et impares quidem sunt sicut tertius, & quintus, & septimus, & nonus, & vndecimus, & quintusdecimus, & septimusdecimus, & vigesimusprimus, & vigesimusseptimus, & trigesimusprimus. Amplius [e] Gal. negauit, quod dictum est in hoc capitulo de esse octaui, & decimi: & inuenit illud diuersum radicibus Hip. Et fortasse hic sermo [f] Hip. est antequàm bene sciret esse dierum crisis: aut habet expositionem. Et scias, quòd quandoque continuãtur dies, & fiunt sicut dies vnus crisi: & illud plus contingit post viginti, siue sit euacuatio, siue exitura. Et [g] scias, quòd in die bonæ crisis, quando apparent signa mala, [g] tunc illud est deterius, & significat mortem plurimum, sicut si accidat eis aliquid in septimo, & quartodecimo.

De proportionalitate dierum crisis adinuicem, & debilitate, & comparatione eorum ad ægritudines. Cap. 3.

Dierum criticorum alij sunt fortes in vltimo, in quibus fortasse semper fit crisis: & alij sunt debiles valde: & alij sunt medij. Et ego dicam eos distincte, postquàm dixero, quòd primus dies crisis, est dies quartus: & cũ hoc non multũ cadit in eo crisis, & est indicatiuus septimi. [h] Dies aũt septimus est dies fortis valde, & indicat ipsum quartus. Et licet vt septimus ponatur in primo ordine superiore. Et dies vndecimus non est in virtute quartidecimi: veruntamen in ægritudinibus, in qui-

C bus paroxysmi earũ veniunt in imparibus, vt tertiana, est fortis valde, & fortior quartodecimo. Et dies quartusdecimus est dies fortis valde: & de fortitudine eius est, quòd non inuenitur dies, cui non proportionatur quartusdecimus, qui sit vltimus in fortitudine in iudicijs crisis, & salute eius, nedum à complemento eius. Dies septimusdecimus est fortis, et qui proportionatur ei ex diebus, est fortior. Et proportionalitas eius ad viginti, est proportionalitas vndecimi ad quartũdecimum. Octauusdecimus est de diebus crisis & minus proportionatur vigesimusprimus. Dies vero vigesimusquartus, & trigesimusprimus sunt ex diebus criticis raro eueniẽtibus & magis raro eueniens, quàm ipsi est dies trigesimusseptimus, & est quasi non sit dies crisis. Et dies quadragesimus, est fortior trigesimoquarto, quãuis trigesimusquartus sit bonæ virtutis, & fortior trigesimoprimo. Et [i] scias, quòd ęgritudines, quæ paroxysmum faciunt in imparibus, sicut tertiana, & plures acutę, sunt velocioris crisis, & earum crisis fit in imparibus: quapropter expectatur in tertiana vndecimus, et non expectatur quartusdecimus, nisi parum: quãuis sm plurimum paroxysmus septimi declinet à quartodecimo parũper. Et [i] illę, quę faciũt paroxysmũ in paribus, sunt tardiores: & crisis earũ plus est in paribus. Dies autem critici, qui sunt in ordine superiore, sunt sicut septimus, & vndecimus, & quartusdecimus, & septimusdecimus, & vigesimus. Et quandoque fiunt reuolutiones in ægritudinibus conuenientes sm plurimum numero dierum crisium, [k] quare fiunt septem reuolutiones tertianæ, sicut septẽ

D dies causonidis. Et quandoque fit dispositio numeri mẽsium, & annorum in chronicis, sm dispositionem numeri dierum in acutis, quare fit quartana septem mensium, verbi gratia, & currunt eius indicationes secundum considerationem indicationum dierũ: & cadit inter eas de antecessione, & postpositione secundum considerationem, quæ cadit in diebus, & dicam illud.

De diebus cadentibus in medio. Cap. 4.

Dies isti quos diximus sunt dies critici radicales. Verum quandoque accidit diebus criticis propter aliquam causarũ accidentium extrinsecus, aut ex ipsa ęgritudine in velocitate motus sui, aut tarditate sua, aut ex dispositione corporis in virtute, aut debilitate, aut ex accidentibus, quæ accidunt sicut vigiliæ vehemẽtes ex vigilijs extrinsecis, aut cadentes ex causis corporeis, aut aĩalibus, quando superfluunt vehementer, vt cadat ante eos festinatio, aut tardatio ab eis: licet non stet in statione crisis necessariẽ in hora sua: immo minuatur ex ea. Et si non esset causa fortis accidens, verificaretur crisis apud ipsam & non antecederet, neque tardaret. Verum quando accidit illud accidens, & est forte variatur hora, & tardatur, aut antecedit: & si fuerit debilis, fit difficilis crisis, & prohibet eam ne sit completa. Et noĩantur dies in quibus cadit hæc variatio dies cadentes in medio & habẽt iudicia dierũ crisis ex parte aliqua. Et [l] isti dies sunt sicut tertius, & quintus, & sextus, & sicut nonus, & sicut

& sicut tertiusdecimus:tertius.n.& quintus continent quartũ:& nonus est inter septimũ, & vndecimũ. Et fortasse erit dies cadens magis conueniens vni duorũ dierũ,qui sunt in duobus lateribus eius:aut erit dies criticus,qui vicinat illi cadenti in latere altero,magis pertinẽs ei:festinatio.n. vndecimi ad nonum,plus est,q̃ tardatio septimi ad nonũ:quãuis vnusquisq; eorum sit plurimum. E

De virtute dierum cadentium in medio,& debilitate eorum. *Cap. 5.*

SCias q nonus est dies fortis prælatus in eis,& deinde quintus,postea tertius: & non diminuit à quarto,qui est radix abbreuiatione manifesta. Et tertiusdecimus quasi propter suam debilitatem nõ est de illis,in quibus fit crisis.[a] Sextus aũt est dies in quo cadit crisis, verũtamen illa est mala.[b] Quod si euenerit non mala,erit difficilis,occulta,diminuta,non salua à timore: & [c] est ipse in paucitate casus crisis in eo & casus eius malus aut non facilis quasi contrarius septimo: & indicat ipsum quartus in malitia. Et [d] parũ quidem completur indicatio quarti cum bono,nisi cũ difficultate,quare accidunt in eo signa timorosa,sicut[a] apoplexiæ,& syncopis:& proprie si fuerit euacuatio,tunc accidet syncopis & accidet in eo casus virtutis,& rigor,& tremor, & destructio pulsus: si aũt apparuerit in eo sudor:non erit ęqualis. Et [e] fortasse minuit in eo crisis cũ euacuatione: quare erit cõplementũ eius cũ exitura mala,& icteritia. Et erit vrina mala,mali sediminis,hoc est qñ fuerit salua. Et [f] si non fuerit,qualiter ergo erit:& salus eius erit cum accidente recidiuationis. Inquit [g] Gal. Septimus est sicut rex iustus,& sextus sicut res vincẽs,iniustus:& octauus est ꝓximus sexto. F

A G.3.de dieb.decret.c. 8. a, & Ras. 32.ꝑt.t.2.c.1.474.3
B Ga.1.art.cur.ad glauco.c.15.c. & 1. de dieb.decre.c.2.f
C G.1.de dieb.decret.c.4.e
D Ras.32. ꝑti.t.2. c.1.269.4. & Gal.1. de dieb. decreto. c.4.e.f
E Gal.ibidem. f
F Ga.3.ꝑgn.1.g.h
G 1.d̃ dieb. decre. c.4.g
H Gal. 1. de dieb. decret.c.5.b

De diebus bonis,& malis,secundum ordines suos siue sint critici aut cadentes in medio:aut dies indicationis. *Cap. 6.*

EOrum [h] meliores sunt septimus,& quartusdecimus. Et post eos sunt nonus,& septimusdecimus:& vigesimus,deinde quintus,postea quartus & decimusoctauus:deĩde tertiusdecimus. Et scias,q dies crisis fortioris iudicij,& fortiores dies cadentes,& dies indicationis,sunt illi, q sunt in diebus antecedentibus:& quanto magis procedunt,debilitatur eorum iudicium.

De diebus,qui non sunt critici neq; intentione prima,neq; inceptione secunda. *Cap. 7.*

ISti sunt dies primus,& secundus,& decimus,& [i] duodecimus,& sextusdecimus,& nonusdecimus,& quintusdecimus iterum est huius summæ. Et est mirabile, quòd plures eorum sequuntur diem criticum.

I G.1. de dieb.decret.c.2. f, & c.5.c

De diebus indicationis. *Cap. 8.*

DIes indicationis sunt dies in quibus videntur vestigia, quæ sunt significationes alterationis materiæ,aut significationes victoriæ vnius duorũ altercantium ægritudinis,& virtutis: aut inceptionis pugnæ leuis,quæ currit inter naturam,& ægritudinem,nõ propter separationem,sed propter furiositatem. Primæ quidem sunt sicut significationes digestionis, & cõtrarij digestionis: Significationes vero digestionis sunt sicut nubes rubea,aut ad albedinem tẽdens: significationes indigestionis iterũ notæ sunt. Secundæ vero sunt sicut apparitio virtutis appetitus, aut casus eius in eo:& leuitas motus,aut grauitas eius. Tertiæ aũt sunt sicut dolor capitis, & angustia, & strictura anhelitus,& tremor,& sudor non cõis,& euacuatio non completa. Cũ ergo apparent ista vestigia in istis diebus,erit crisis in diebus notis sequentibus eos:& [k] erit quartus indicans, q erit in septimo:si fuerit signũ bonũ:aut sexto,si fuerit signũ malum. Et ꝓprie in causonide, & paroxysmali,q fiat ſm minus in septimo:verũ in tertiana multiplicatur,q sit in sexto: & septimus indicat, q sit in vndecimo,aut ſm plurimum in quartodecimo & vndecimus etiam q in quartodecimo, & quartusdecimus quidem,q in septimodecimo aut decimooctauo,aut vigesimo, aut vigesimoprimo. Et [l] septimusdecimus iterũ indicat,q in vigesimo aut vigesimoprimo. Et octauusdecimus indicat,q in vigesimoprimo. Et vigesimus in quadragesimo. Et de diebus cadentibus in medio, tertius in quinto:& si fuerit malum,tunc in sexto:& quintus in nono. & si fuerit malum, tũc in octauo. Et scias,q significationes indicationũ qñq; variantur à diebus suis propter causam prædictam in declinationibus crisis à diebus suis,quos merentur ad illos, qui sunt ante eos, aut post eos. Et scias,q quando accidit in die secundo post diem indicationis aliquid de genere eius, quod fuit in die indicationis,tũc ægritudo est velocis motus. Et considera signa festinantia & tardantia, & iudica in diebus indicationis,qui indicant ea,si festinant,aut tardantur ex hoc. H

G

K G. li.1. de dieb. decret.c.4.e

L G.1.de dieb.decret.c.13.b

Cognitio dierum crisis cum dubitatur. *Cap. 9.*

COgnitio dierũ crisis est necessaria ad intentiones plures. Oportet enim cum crisis est propinqua,vt regaẽ æger regimine quodam:& cũ est longinqua vt regatur regimine alio. Et [m] oportet vt in die crisis,& qui ei proximus est,vt regatur ęger regimine proprio. Non ergo moueaẽ omnino cũ medicina:fortasse enim adiuuabit natura ad euacuationem, quare superfluet vehemẽter, & fortasse faciet ei contrarietatem in parte sua:quare pariet contrarietatem motuum & nõ crisim, & non fiet euacuatio,& in hoc est illud,quod est in eo. Et oportet in cognitione dierũ crisis, vt obserues iterũ res alterantes dies crisis notos. Et via cognitionis diuiditur in duos modos, quorum vnus est in crisi ęgritudinis absolutæ:& alter est in manifesto die crisis,qui est ex summa temporis in quo fit crisis. Fortasse enim prolongantur dispositiones crisis duobus diebus vel tribus, quare dubitaẽ ad quem eorũ proportionetur. Modus vero primus significaẽ ex duobus modis,ex signis abbreuiationis ægritudinis & longitudinis eius:& ex naturis ægritudinum,& virtutibus earum. Significatio vero ex signis longitudinis,& abbreuiationis non est nisi ſm cõsumptionem ægritudinis:sicut si sit ægritudo nõ de illis quas possibile est consumi in quarto,& qui ipsum sequuntur,

M Lib.3.F.21.t.2. c.3.& F.22.t.2.c.7.

& possibile

A & possibile est consumi in septimo, et qui sequitur ipsum. Nam si apparent signa digestionis apparitione bona in eis, qui sequuntur quartum, speratur, ꝙ crisis erit in septimo. Et si apparent signa longitudinis ægritudinis prædicta in capitulo suo, scias quod crisis eius tardabitur, & erit successio eius absq; crisi. Et si nullum eorum apparet, speratur, ꝙ consumetur ægritudo inter septimum, & quartumdecimum.[a] Significatio vero ex naturis ægritudinum est, sicut verbi gratia dies impar est melior, sicut sciuisti, ex eo quod mouetur de ægritudinibus in die impari, & cum caliditate acuta: & par est de eis, quæ diuersificantur ei. Modus vero secundus significatur ex modis propter considerationem reuolutionum, & ex numero horarum crisis, & tempore crisis, & verificationibus dierum, & virtutibus eorum. Significatio ex consideratione reuolutionum est, sicut verbi gratia, tu scis, quod dies par est melior cuidam ægritudini, & impar est melior alicui ægritudini, verum ex tempore crisis est, vt consideres, & cognoscas in quo duorum dierum sit pugna longior, & ponatur ei crisis: nisi prohibeat, quod sit fortioris iudicij, quàm iudicium huius significationis. Et de hoc secundo capitulo est illud, quod facit esse necessarium vt ponatur crisis in die medio trium dierum cum conditione prædicta. Significatio autem ex virtute dierum, & naturis ipsorum est, [b] sicut si sit sudor incipiens in nocte septimi, & non cessat sudare in octauo tota die, tunc crisis erit in septimo, non in octauo: quãuis febris eradicetur in octauo. Et [b] si fuerit secundum diuersitatem B huius, & incipit sudor in decimotertio, & non cessat infirmus sudare vsq; ad decimumquartum, & eradicetur febris in decimoquarto, tunc non proportionabitur crisis nisi ad decimumquartum: & illud est, quoniam octauus, & decimustertius non sunt in virtute duorum dierum aliorum in bonitate. Et mors cum sexto conuenientior est, quàm sit cum septimo: & cum decimo magis conueniens, quàm sit cum nono. Significatio autem ex aggregatione iudiciorũ est, sicut illud cuius narratio præterijt, verbi gratia in decimoquarto in eo, quod diximus, aggregãtur sudor, & eradicatio simul.[b] Significatio vero ex diebus indicatiuis est, vt cõsideres, an inuenias in exemplis prædictis indicationem ex quarto, tunc iudica, ꝙ crisis erit in septimo: aut inuenias in septimo aut in vndecimo, tunc iudica, ꝙ crisis erit in decimoquarto.

a G.1. de dieb. decret. c. 8. g
b Gal. ibi. c. 8. f

De declaratione proportionis dierum crisis ad plures ægritudines. *Cap.* 10.

IAm sciuisti, ꝙ oportet vt crisis ægritudinum valde acutarum sit ad septimum: & oportet vt illarum crisis, quæ sequuntur eas in acuitate, sit ad quartumdecimum, & ad vigesimum: & quæ has sequuntur, ad quadragesimum: deinde post illud faciunt crisim ægritudines chronicæ absolute. Cum incensiua vehemens fit in paribus, illud est tunc signum malum: & multoties interficit in sexto, & indicat in quarto: & fit in ipso sudor frigidus, & his similia. Et quæ est ex sirsen, erit crisis eius secundum plurimum ad vndecimum cũ acuitate sua: quoniam inceptio magnificationis eius C fit secundum plurimum post tertium, & quartum: deinde facit crisim in septimo.

Fen tertia de apostematibus & pustulis.

TRACTATVS PRIMVS. *De illis quæ ex eis sunt calida, & corrupta.*

Sermo vniuersalis de apostematibus. *Cap.* 1.



IAm locuti fuimus in [c] libro primo de apostematibus, & speciebus eorum, & curis ipsorum sermone vniuersali, ad quem redire oportet illum, qui vult audire, quod nunc loquemur. in hoc autem loco loquemur de eis sermonem particularem.[d] Dico, ꝙ omne apostema, & pustula aut est calidum, aut nõ calidũ. Et [e] apostema calidum aut est à sanguine, & quod currit cursu eius: aut à cholera, et quod currit cursu ipsius. Et quod est à sanguine, aut à sanguine laudabili, aut à sanguine malo. Et [f] sanguis laudabilis aut est grossus, aut subtilis. Et [g] factum quidem à sanguine laudabili grosso, est phlegmon, qui accipit carnem et cutem simul, et est cum pulsatione. Et [h] à subtili phlegmon, qui accipit cutem solam, & est spina, & non est cum pulsatione. At vero à D sanguine grosso malo fiunt species exiturarum malarum.[i] Nam si eius malitia vehemens fiat, & ipsius adustio, proueniet erysipila: & eueniet combustio, & crusta: & deterior ea est ignis persicus. Et [k] à subtili malo accidit phlegmon, qui declinat ad erysipilam cum malitia, & fraudulentia. Si autem fuerit subtilior, erit erysipila phlegmonides, & quando fuerit eius malitia maior, erit erysipila habens inflationes, & vesicas, & combustionem, & crustam. Cholericum autem aut est à cholera subtili valde, quæ non continetur in eo quod sit magis intus, quàm illud, quod apparet de cute, & est acuta, & [l] fit ex ea formica: aut ambulatiua sola, & est subtilior: aut [m] ambulatiua corrosiua, & est mala.[n] Aut ex cholera grossiore illa, & minoris caliditatis, & continetur magis intus, ꝙ̃ prima in cute: & fuerit permistum in [o] ea phlegma, fit ex ea formica miliaris: & est minoris inflammationis, & tardioris resolutionis. Et si fuerit materia grossior & deterior, accidet formica corrosiua. Et si pertransierit in grossitie sua vsq; ad substantiam sanguinis, & fuerit mala, accidet erysipila mala. Et in omnibus illis materia est mala, subtilis, quamuis diuersificetur post illud: et fit propter subtilitatem suam, quod expellit eam natura: & non retinetur in aliquo, nisi in cute, & quod approximat ei. Et [p] quando multiplicatur materia apostematis calidi, & magnificatur apostema, tunc est de summa apostematum althoin mortificantium. Et de summa prædictorum est, quæ

c [Fe]n. 1. doc. 1. c. 5.
[..]en. 4. c. 25.
[d] [..]n. f. 2. doc. 1. [..] & Halyab. 8. [..]c. ii. & Gal. de [..] morb. c. 12. f
[e] Gal. de differẽt. [..]c. 12. f
[f] G. 2. art. cur. ad [..] c. 1. h
[g] Ras. 27. pti. t. 1. [..]300. 2. & Haly. [..]00. c. 9.
[h] Halya. 8. theo. [..]
[i] Ra. 27. cont. t. 1. [..]300. 2. & Gal. 2. [..] cur. ad glauc. [..]
[k] Halyab. 8. theo.
[l] G. 2. art. cur. [..] c. 1. b
[m] Halyab 8. theo.
[n] & Ras. 27. pt. [..]300. 2.
[o] [..] t. 5. c. 23. & [..]bidem.
[..]aul. li. 4. c. 20.
[..] de tumor. p[..]turam. c. 9. b
[..]Halyab. 8. theo.
[p] Ras. ibi. 300. 2.

quæ dicitur [a] †{barachien.}Et istæ species malæ,& quę eis similantur,multiplicantur in anno pe E stilentiæ.Et de apostematibus calidis illa sunt mala,quæ non perueniunt ad declinationem quam sequitur leuitas,& detumitio:neq; ad aggregationem materiei, immo ad corruptionem membri. Et non semper fit à magnitudine apostematis,& multitudine materiei:immo fit quandoq; à malignitate materiei sicut in antrace pestifero.Et [b] scias,ꝙ apostemata parum fiunt singularia pura,sed plura eorum sunt composita. Et scias,ꝙ omne apostema in exterioribus,cum quo nõ est pulsatio, non facit saniem: de intrinsecis vero iam [c] locuti fuimus.

De phlegmone. *Cap. 2.*

IAm sciuisti phlegmonem,& [d] signa eius ex caliditate,& inflammatione, & additione quantitatis,& tensione, & impulsione, & pulsatione: si est submersus & fuerit propinquus arterijs, & fuerit membrum ad quod peruenit neruus quo sentit & non fuerit sicut plurima ex visceribus sicut sciuisti dispositiones ipsorum.Et quanto plus fuerint arteriæ maiores, & magis grandes, erit pulsatio eius,& ipsius dolor vehementior,& eius resolutio,aut ipsius collectio velocior. Et [e] cum phlegmon est in membro sensibili,sequitur ipsum dolor vehemens, qualitercunq; sit, & comitatur ipsum,vt appareant venæ illius membri paruæ,quæ erant occultæ. Et [f] scias,ꝙ nomen phlegmonis in lingua Græcorum est absolutum super omne,quod est inflammatum: deinde dicitur de omni apostemate calido:postea dicitur de eo quod est ex apostemate calido cum proprietate prędicta,& non caret inflammatione propter coarctationem sanguinis, & oppilationem meatuum quibus fit euentatio & transpiratio. F Et [g] parum quidem cõtingit vt phlegmon sit simplex, sed ſm plurimum ei associatur erysipila,aut durities,aut inflatio ventosa seu tumor ventosus vel vaporosus.Et habet causas,de quibus sunt antecedentes corporeæ [h] ex repletione: aut [h] malitia humorũ, aut debilitas membri recipientis,licet non sit repletio,neq; malitia humorum. Et [i] de eis sunt primitiuæ sicut contusio,aut incisio,aut fractura,aut dislocatio,aut vlcera,quæ multiplicant̃ in membro,quare declinat ad ipsum [k] materia propter dolorem,& debilitatem:& fortasse declinant ad ipsum materiæ,& retinentur in vijs,quæ sunt debiliores,sicut accidunt cum vlceribus & scabie dolorosa apostemata in locis emunctorij.Et augmentũ quidem eius declarat̃ additione magnitudinis,& tensionis.Et [l] status ipsius,per statum eius:& illic aggregatur sanies si debet aggregari. Et declinatio eius incipit tendere ad lenitatem,& debilitatem.Et [m] malus est,qui non tendit ad declinationem,neq; aggregat saniem:& hmõi quidem perducit ad mortẽ membri,et putrefacit ipsum. Et multoties quidem fit illud propter magnitudinẽ apostematis, & multitudinẽ materiei ipsius. Et multoties fit illud causa malignitatis materiei,si apostema fuerit paruũ. Et tu quidem scis illud apostema,quod resoluitur ex pulsatione,quæ ĩcipit sedari,& minorari & ex inflãmatione, quę incipit quiescere.Et scis illud,quod aggregat̃ seu facit saniem ꝑ additionẽ pulsationis, & caliditatis, G & fixionẽ vtriusq;.Et scis illud,quod putrefacit seu corrũpitur ꝑꝑ digõnis difficultatẽ,& tenebrositatẽ,& vehementiã tensionis.Et scias,ꝙ dum non vincit natura materiã non peruenit ex ea apostema.Et scias,ꝙ qñ vicinantur bothor [n] †{addumel}indicat dumel{malignũ. Et [o] oportet vt tũc in potu tribuatur habẽti apostemata ĩteriora aqua endiuiæ,& aqua solatri cũ medulla casięfistulæ.

Cura phlegmonis. *Cap. 3.*

CVm accidit phlegmon à causa primitiua nõ deest quin aut causa primitiua,& eius vestigium inueniat mundificationem corporis,aut repletionem.[p] Quod si obuiet mundificationi, non est necessarium nisi curatio apostematis inquantum est apostema.Et curatio apostematis inquantum est apostema est [q] extractio materiei extraneæ,quæ fecit accidere apostema: & illud fit ꝑ mollificatiua,& resolutiua leuia:sicut [r] emplastrũ de farina tritici cocta cum aqua & oleo.Et qñq; excusat scarificatio,& est curatio sufficiens proprie qñ apostema est multæ materiei. [s] Cum aũt inueneris corporis repletionem,tunc oportet vt non tangas apostema cum mollificatiuis,qm̃ attrahet̃ ad ipsum supra quod resoluat̃ ab eo:immo oportet vt euacuetur materia ꝑ phlebotomiam:et fortasse indiget solutione ventris:& cum feceris illud,administra mollificatiua. Et eius quidem curatio est proxima curationi eius,cuius causa primitiua inuenit mundificationẽ corporis: & differt ab ea in hoc,ꝙ non indiget repercussione plurima in principio, sicut indiget illa, immo minus illa. Cum H aũt causa est antecedens,non primitiua:tunc oportet [t] vt incipias cũ euacuatione,et cõple ei quod meret̃ ex phlebotomia,& ex solutione vẽtris,si indiget ea.Et [u] necessitas quidem eius est, aut qm̃ corpus est immundũ,aut qm̃ ęgritudo est magna:quare necessaria est euacuatio,& minoratio materiei,& attractio ad contrarium.Et [u] licet corpus non sit multarum superfluitatũ,tamen in membro quandoq; aduenit,quod ipsum debilitat:quare attrahuntur ad ipsum materiæ corporis, licet non sint materiæ superfluitatis.Et oportet vt obserues conditiones prædictas in hoc, ex ætate, & tempore,& regione,& alijs.Et incipe cum repercussiuis nisi in locis,quæ conditionauimus in libro [x] primo.Deinde oppone augmento cum intromissione mollificatiuorum,et humectantium, cum repercussiuis,& quantum procedit in augmento, procedas in additione mollificatiuorum paulatim: & apud finem & statum & vltimitatem magnitudinis & additionem suæ vltimitatis fac vincere mollificantia,& [y] fac ea pura.Et ex exiccantibus quædam sunt pura vel ponuntur pura in statu.[z] Mollificantia vero humida sunt ad dilatandos poros, & ad sedandum dolorem.[a] Et exiccatiuum est illud,quod sanat:& prohibet remanere aliquid,quod fiat sanies. Si aũt non sanat integre,& dimittit aliquid,nõ relinquit nisi rem modicam,quam resoluit illud in quo est acuitas.

Et qñq;

A † apostema pestilentiæ.
B G. de dr̃ijs morbo.c.12.g
C Li.3.F.1.& alijs.
D G.2.art.cur.ad glauc.c.1.h.a
E Gal.ibidẽ.c.1.h
F G.ꝯmẽ.3. in lib. Hip.d̃ fract. 8.c.d, & cõmẽ.4.in.6. de morb.vulg.1.e, & 2. de art. cura.ad glauc.c.1.g.h
G G. de dr̃ijs morbo.c.12.g
H G.2.art. cur.ad glauc. c.1. a, &.13. meth.c.3.f
I Gal.2.art.cur.ad glauc.c.1.a
K Gal. 13. meth. c.3.g
L Gal. ibidẽ.c.4.h
M Gal. de totius morbi tẽpo.c.6.g, & Ras.27.cont.t.1. c.1.299.3.
N † furunculus
O Lib.1.F.4.c.25. & li.3.F.13.t.4. c.3. & li.2.t.2.c. 196. & Ras.11.ꝯti. t.3.c.2. 131. 2.
P Li.1.F.4.c.25.& Gal.13.meth.c.5.a, & Halyab.3. pract. c.27. & Serap.t.5. c.23.
Q Gal.13. meth. c.6. g
R Gal.ibi.c.5.b
S Sera.t.5.c.23. & Gal.13.meth.c.5.b
T Gal. 13. meth. c.6. h
V Gal.ibi.c.5.c
X Fẽ.1.d.1.c.1. & F.4.c.1. & c.25.
Y Oppositũ lib.1. F.1.d.1.c.1. & F.4. c.1.& c.25.& Ga.6. de medi.ꝯpõ.c.1.c, & Ser.t.5.c.23.
Z Gal.13. metho. c.6. b
A Ras.27.ꝯti. t.1. c.1.304. 1.

A Et qñcꝫ accidit ex repercuſsione vehementia doloris propter conculcationem materiei, & ſoliditatem membri. Et qñcꝫ accidit ex ea reditus materiei ad membra principalia: & qñcꝫ accidit, vt induretur apoſtema. Et accidit qñcꝫ vt incipiat membrum tẽdere ad uiriditatem, et nigredinẽ, proprie quando medicatur cum eis in fine rei, & prope ſtatum. Et ſcias, ꝙ vehementia doloris facit te indigere medicinis mollificantibus abſcꝫ attractione: & fortaſſe erit cum eis infrigidatio non prohibens mollificationem. Ex reditu vero materiei ad membra principalia ſecurat euacuatio: niſi quando illud, quod prouenit ex eis, eſt ſm ſemitam expulſionis ex eis, & ſunt membra recipientia ab eis, ſicut euacuatoria illorum: illic enim non eſt via ad repellendum, & expellendum penitus: & nos iam verificauimus iſta in loco ſuo. Et cum timetur vt declinet ad duritiem, adminiſtra mollificantia in quibus eſt calefactio, & humectatio cum fortitudine. Medicinæ autem repercuſsiuæ & quæ declinant ad mediocritatem, ſunt ſicut [a] ſucci herbarum frigidarũ, quas multoties diximus in locis alijs: ſicut ſuccus portulacæ, & cucurbitæ, & endiuię, & virgę paſtoris, & aliarum, & ſuccus ſolatri proprie. & corpora eorum contrita præparata ad emplaſtrum: & ſuccus pſyllij etiam, & ceratum cum aqua frigida: & fortaſſe excuſat laborem in eo ſpongia infuſa in aceto, & aqua frigida. Et kekengi eſt fortis in principio: & [b] ſimiliter cortices granatorum, & ſemperuiua. & ſauich decoctum valde, & proprie cum aceto miſto aut ſumach, & althaleb eſt bonum iterum. & ſi indiget for B tiore illo, adde in eis [c] ſandalum, & [c] acaciam, & [c] memithe, & [c] fauſel, & hyuſquiamum album. & herba quæ nominatur herba apoſtematum eſt in principio valde bona. Et [d] qñcꝫ iuuatur eius deſiccatio, & ſtypticitas cum croco. Et humectatio in principio eſt timoroſa. Et quando cadit ſuperfluitas in infrigidatione, fortaſſe perducit ad corruptionem membri, & corruptionẽ humoris conſtricti in apoſtemate, & tendit apoſtema ad viriditatem & nigredinẽ. Si [e] ergo timueris aliquid de hoc, tũc emplaſtra locum cum farina hordei, & volubili, & in quo eſt mollificatio. Si vero apparet aliquid de hoc, tunc ſcarifica locum, & fac ſcarificationem profundam, & non expectes collectionem, necꝫ maturationem: & illud quando vides illud, quod effuſum eſt, plurimũ valde: & fortaſſe moritur membrum. Et ſcalpellationis alia eſt extrinſeca vel ſuperficialis, & alia magis profunda: & illud eſt ſm locum apoſtematis, & diſpoſitionem membri. Et [e] cum ſcalpellaueris, tunc embroca cũ aqua maris, & reliquis aquis ſalſis. Et emplaſtra cum eo in quo eſt mollificatio. Et ſi nõ indiges rorificatione, & embrocatione: ſis contentus mollificatiuis. Et [f] ſcias, ꝙ adminiſtratio eorum, quæ fortiter repercutiunt in primis, & eorũ quę fortiter reſoluunt in fine, eſt mala: caue ergo quantum potes: infrigidatio. n. vehemens perducit ad illud, quod ſciuiſti. Et aqua frigida ſimilr̃ eſt de illis, quæ oportet cauere, niſi in eis, quæ ſunt ſicut eryſipila. Et in reſolutione vehementi accidit dolor. [g] Si ergo volueris regere in principio cum ſedatione doloris, non approximes eis aquam cali- C dam, & olea mollificantia, & emplaſtra facta ex hmõi medicinis: ipſa. n. vehementer ſunt cõtraria ei, quod eſt neceſſarium de prohibitione effuſionis. Et propera ſeu feſtinanter adminiſtra bolũ armenũ ſolutũ in aqua frigida, aut cũ oleo roſ. & [h] melius oleũ roſ. eſt illud quoniam eſt ex roſis, & oleo: in oleo quippe eſt reſolutio quędam: aut lentes decoctas cũ roſis, aut merdaſengi cũ oleo roſ. Si vero iſta non valent, & quæ eorum curſu currunt, adminiſtra volubilem, qm̃ ipſa eſt vehemẽtis iuuamenti in principio, & ſtatu, & alſarmach, & alhaſech, & apium, & albedarungi ſilr̃. Et [i] multoties quidem ſedat dolorem vinũ dulce miſtum cũ oleo roſ. immo congelatum vuæ, & parum cerę ſuper lanam: aut lana hyſſopi infrigidata in æſtate, tepefacta in hyeme: aut ſpongia infuſa in vino ſtyptico, aut aceto, & aqua frigida. Et crocus ingreditur in ſedatione doloris. Cum ergo vides inceptionem apoſtematis incedere itinere exituræ, tunc dimitte infrigidationem: & incede in viam eius, quod maturat, & ſaniem facit. Cum aũt apoſtema peruenit ad ſtatũ, tunc neceſſaria ſunt qualia ſunt anethum, & chamęmilla, & maluauiſcus, & ſemen lini, & ſimilia: immo emplaſtra, quę nominant̃ baſilicon, & quæ noĩantur diachylon. Et [k] emplaſtrũ de colcothar exiccat abſcꝫ dolore: & ꝓpter illud eſt eius adminiſtratio conueniens, apud ſedationem inflãmationis phlegmonis. Et eſt cõueniens qñ non timetur aggregatio: & [k] melius eſt vt ponas ſuper ipſam deſuper lanã infuſam in vino ſtyptico. Et [l] caro minus indiget exiccatione neruus, qm̃ neruus non redit ad ſuã comple- D xionem cum exiccatione parua. Et caro minoris neceſsitatis eſt, quæ pauciores habet arterias. Et multoties quidem cadit neceſsitas ſcalpellandi ante maturationẽ. Et multoties ingeniatur in attrahendo apoſtema ex mẽbro nobili ad ignobile, cum attractiuis: deinde curat̃, & aperitur. Et in apoſtematibus calidis, quæ indigent ſanioſitate, emplaſtretur caput eius cum pſyllio, & cũ extinctiuis in circuitu eius. Et liniatur ex epithematibus, & emplaſtris cum penna, qm̃ digiti lædunt ipſum.

Eryſipila, & ſpecies eius. Cap. 4.

IAm ſciuiſti cauſas eryſipilæ, et ſpecies eius in [m] libro primo. Et illa ex quibus diſcernitur à phlegmone ſunt, qm̃ eryſipila magis [n] apparentem habet rubedinem, & clariorem. Et ex phlegmone apparet rubedo ad nigredinem decliuis, aut viriditatem. Et plurimus color ſanguinis eius eſt occultus in profundo. Et [o] rubedo eryſipilæ deſtruitur per tactũ à loco, & albet eius locus cauſa ſubtilitatis materiei rubeæ, aut ſeparationis eius: deinde redit velociter: & non ſimiliter eſt rubedo phlegmonis. Et vides in rubedine eryſipilæ colorem croci, & citrinitatem: & non vides illud in rubedine phlegmonis. Et [p] apoſtema eryſipilæ non fit niſi in eo, quod apparet de cute: & phlegmon profundatur in carne etiam. Et eryſipila pura ſerpit ſeu ambulat: & non eſt ita phlegmon, Et virulenta veſicat, & minoratur illud in phlegmone. Et [q] pura non repellit manum tangentis,

A Gal. 14. metho. c. 3. d. e
B Ga. 2. art. cur. ad glau. c. 1. 101. f
C Ser. t. 5. c. 23.
D Raſ. 27. ꝯti. t. 1. c. 2. 306. 4.
E Gal. 14. meth c. 3. e
F Raſ. 27. cõt. t. 1. c. 2. 304. 3.
G G. 2. art. cur. ad glau. c. 2. g
H G. 3. ſimp. med. c. 17. e, & Raſ. 27. cõt. t. 1. c. 2. 304. 2. & G. 10. meth. c. 9. h. a
I Gal. 2. art. cur. ad glau. c. 1. 101. g
K Raſ. 304. 3.
L G. 3. meth. c. 4. e
M Fẽ. 2. do. 1. c. 4.
N G. 2. art. cur. ad glau. c. 1. b, &. 14. meth. c. 1. a
O Ga. 2. ar. cur. ad glau. c. 1. b
P Ga. ibidẽ. &. 14. meth. c. 1. a
Q Gal. ibi. 2. art. b

penitus,& phlegmon repellit seu resistit,& quãto plus multiplicatur additio sanguinis super cholericum,est repulsio tactui magis apparens,& dolor,et pulsatio vehementiores.Et erysipila attrahit febrem vehementius, quàm phlegmon. Et quandoq; consequitur ex caliditate erysipilæ vt comburatur cutis:quare alteratur illud, quod nominatur erysipila, & non est ita phlegmon: non est ergo inflammatio erysipilæ minor inflammatione phlegmonis,immo plus.Verũ tensio phlegmonis,& dolor eius est propter tensionem, & quandoq; fit maior, quapropter dolor erysipilæ est minor.Et [a] vbi plus accidit erysipila,accidit in facie:& incipit à lepore nasi, & augmentatur apostema,& expanditur in facie tota.Et [b] quando accidit erysipila à fractura ossis sub cute, tunc illud est malum.Et tu quidem iam cognouisti diuersitatem inter erysipilam, phlegmonidem & inter phlegmonem erysipilatodem in loco alio ab isto. E

A Ras.27. 2ti.t.8. c.1.322.3.
B Hip.7.apho.19.

Cura erysipilæ. *Cap. 5.*

OPortet [c] vt euacues corpus in ea cum solutiuo choleræ.Et si indigent phlebotomia, phlebotoma etiam.Et phlebotomia quidem non multũ confert,nisi quando materia est inter duas cutes.Si autem profunda fuerit,tunc eius iuuamentum minoratur:& fortasse attrahit. Et si indigueris reiteratione solutionis ventris post phlebotomiam,fac illud,ẽm q; existimatur esse de duabus materijs.Deinde permuta te ad infrigidandum eam cum infrigidatiuis fortibus scitis in capitulo phlegmonis:& cum effusione aquæ frigidæ: & [c] fac illud donec alteretur color,rubedo enim pura seu clara destruitur cum alteratione coloris,& diminutione ipsius.Et [d] ad vltimum infrigidatio in erysipila est magis necessaria,quoniam flãma,& dolor inflammatiuus in ea est plus. Et euacuatio in phlegmone est magis necessaria,quoniam materia in ea est magis inobediẽs,& grossior. Et oportet vt sit infrigidatio eius in principio fortis stypticitatis, ad hoc vt forsitan augmentetur eius stypticitas super ipsius frigus.Circa statum vero sit ipsius frigus vehemẽtius stypticitate eius. Et [c] caue cum hoc ne redire facias materiam ad membrum intrinsecum,aut ad membrum nobile. Et caue iterum ne denigretur membrum,& fuscum fiat, & incipiat ire in viam corruptionis. Et quando apparet aliquid de hoc,incede in contrarium viæ stypticitatis,& infrigidationis. Et si fuerit erysipila incedens super cutem,[e] curetur ex scoria plumbi cum vino pontico bullito cum folijs siclæ bullitæ cum vino:& curetur cum eo in quo est resolutio,& exiccatio fortis cum infrigidatione.Et [e] illud est sicut sumatur lanæ veteris [f] †{adustæ}non lotæ pondus drach.xij.&.5.[g] †{carbonis de cortice arboris pini tantũdem,}ceræ drach.[h] †{xx.}scoriæ plumbi [i] †{drach.ix.} sepi caprini veteris abluti cum aqua drach.[k] †{xv.}olei myrtini vnc. v. Et [l] iterum leuius illo emplastrũ fiat ex scoria plumpi cum succo rutę,& oleo ros.& cera. F

C Gal.14.metho. c.3.d
Confundit herisipelata cum herpetibus.
D Ga.ibidẽ.&.13. meth.c.8.e
E Paul.li.4.c.20.
F† circa tedã combustæ
G†——
H† xxv.
I† vnc i.5.
K† xxv.

*De formica & de miliari.i.*Herpete. *Cap. 6.*

FOrmica [m] est pustula aut pustulæ,quæ egrediũtur,& faciunt accidere apostema paruũ, & ambulant:& fortasse vlcerant:& fortasse resoluuntur:& tu iam [n] sciuisti causam vnius cuiusq; illorum.Et color quidem formicæ ad citrinitatem est decliuis:& [o] est inflammata cũ substantia verrucali,& rotunda:& [p] secundum plurimum habet radicem latam nisi quædam species eius, quæ nominatur [q] †{acruarod,}quæ habet radicem subtilem quasi sit pendens. Et [p] sentitur in omni formica sicut punctura formicæ.Et ad summum omne apostema cutaneum ambulatiuum, quod profunditatem non habet,est formica.Verum alia est miliaris,& alia est corrosiua, secũdum quod [r] sciuisti.Et quando fit vlcus,& putrefit,appropriatur nomine putridi. G

L Dios.lib.3.c.43. & Ras. 27. 2ti. t.8. c.2.323.3.
M Ras. lib. diuisi. c.133.
Confundit herpetes cũ myrmecijs, & deceptus est, q male accepit a Paulo.
N Cap.1.
O Ras.27.2t. t. 8. c.1.322.3.
P Paul.lib.4.c.15.
Q† Paul. acrochordon,
R Cap.1.

Cura formicæ,& quæ eius cursu currunt. *Cap. 7.*

CVm [s] non incipis in ea cum euacuatione humoris,ẽm q; oportet,immo medicaris vlcus cum eo quod sanat,redit ex alio loco propinquo & ex loco ipso:& non cessat corrodere cutim cor rosione post corrosionem. Et [t] aqua quidem casei cum scammonea iuuatiua est in euacuatione materiei formicæ,& ei similium. Via autem ẽm quam curatur formica est,vt quæ ex ipsa est corrosiua [v] alienetur ab humectatione,quã iam administrasti in erysipila:humectatio enim non est conueniens vlceribus.Et [x] administra in principijs eius non sicut lactucam, & nenufar, & semperuiuam,& muscum aquæ,& portulacam,immo si fuerit necessarium, administra tunc quod sit sicut solatrum,& proprie siccum,[y] tritũ:in ipso enim est exiccatio:& sicut arnoglossa, & rubus, & lens: & post ipsam sauich hordei,& cortices granatorum,& rami vitis.Et cum timentur super eam corrosio,& vlcera,administra cum istis infrigidatiuis aliquid mellis, & similium,[z] aut farinam thuris cum aceto.Et [a] aqua quæ currit ex ligno vitis humido,cum aduritur est bona, & [z] stercus ouium cum aceto,& [z] stercus vaccinum cum aceto. Cum ergo corrosio, & vlceratio apparet,tunc administra trochiscos andaron cum vino styptico aut aceto commisto,aut succo [z] cucumeris asinini: & sal & [z] fel hirci,& [b] ruta cum nitro:& [z] piper & nitrum cum vrina pueri.& [c] Gal.quidem dixit esse conueniens,vt sumatur aliquid sicut embuba ex extremitate pennæ, aut alterius rei, cuius extremitas sit acuta,quam possibile sit deglutire formicam:deinde penetret in circuitu eius usq; ad profundum cum acuitate sua,deinde eradicentur cum ea formicæ cum radice sua.Illorum autem formicæ,qui sunt sicut pueri,destruuntur,si intromittãtur in balneum:& imprimat in eis aer balnei: deinde egrediantur velociter,& liniantur cum oleo rosato,& aqua rosata. H

S Gale.14.metho. c.17.e
Confundit herpetes cũ myrmecijs, & accipit à Gal. & à Paulo.
T Gal.14. metho. c.17.f
V Lib.1.F.4.c.25. & Gal.2.art.cur.ad glauc.c.1.fo. 102.b
X Ras.27.2ti. t.8. c.2.323.3.
Y G.2.art.cur. ad glauc.c.1.102.b, & Ras.ibi. 323. 3.
Z Paul.lib.4.c.15.
A Cap.8.& Paul.
B Dios.lib.3.c.43. & Paul.
C 14.meth.c.17.a, & Auic.Fen. 7.t.3. c.13. & hic decipit

Cura miliaris. *Cap. 8.*

MIliaris similatur formicę in curatione:verum melius est in solutione eius vt sit in eius cathartico virtus eius,quod est sicut turbit cũ eo,quod soluit cholerã.Et si est ibi virtus epithymi, est melius:

Confundit herpetẽ cũ myrmecijs.

A est melius: quoniam necesse est illic esse ex melancholia, & phlegmate, quæ admiscentur choleræ. [a] Deinde sumantur gallæ, & alchermazech & sandali, & cortices granatorum, & bolus armenus, aggregentur omnia illa in aceto, & aqua ros. cum tali quantitate ne mordicent, & liniantur desuper cum penna. Et lac dulce est vehementer conueniens curationi huius ægritudinis. Et quando pertransit principium, oportet tunc vt curetur cum eis, quæ sunt, [b] sicut caput piscis saliti adustum cum vino pontico. Et fortius illo quando necessaria est exiccatio vltima, est vt sumantur [b] folia albedarungi, & ponatur in eis calcadis, & administrentur. Et fortius hoc est, vt sumantur flos [b] æris, & sulphur citrinum adustum, & fiat ex eis linimentum cum vino, [c] aut [b] aqua ligni vitis, quę manat secundum combustionem suam.

a Ras. lib. diuisio. ca. 33.
b Paul. lib. 4. c. 15.
c Cap. 7.

De pruna & igne persico. i. antrace siue carbunculo. *Cap.* 9.

HAec duo nomina fortasse absoluta sunt super omnem pustulam corrosiuam, [d] vesicantem, adurentem, facientem accidere escharam, qualem facit accidere combustio, et cauterium. Et quandoque absoluit nomen ignis persici de illis, super quod est illic pustula de genere formicæ commestiua, adurens, vesicans in qua est aliquid ambulans: & humiditas est cholericæ materiei paucæ nigredinis, paucæ putrefactionis & est cum pustulis plurimis paruis alteratis quasi sit illic humor calidus plurimæ ebullitionis & commotionis, & absoluitur nomen prunæ super illud, quod deni-
B grat locum, & facit membrum habens colorem carbonis absque humiditate, & est plurimæ nigredinis submersa, & eminentia eius est paruæ quantitatis lupinalis: & [e] fortasse non erit illic pustula omnino, immo incipit in primis pruna: et [f] totum illud incipit cum pruritu sicut scabies. Amplius quandoque vesicat ignis persicus, aut pruna, & currit ex ea aliquid sicut currit à cauterizato cum combustione: & [g] est locus cinericij coloris, niger, & quandoque est plumbeus: & est inflatio vehemens, qua circundatur absque rubedine verificata, immo cum declinatione ad nigredinem. Et illud, quod appropriatur nomine prunæ, est niger, & radix exituræ seu apostematis est decliuis ad igneitatem, & est ei splendor prunæ. Et ignis persicus de eis ambobus est velocioris apparitionis, & motus: & pruna est tardior, & profundior & quasi materia eius est materia pustulæ, & impetiginis, sed est acutior in igne persico. Et [f] quod ex eis accidit in carne, est velocioris resolutionis. Et [f] quod ex eis accidit neruis est fixius, & tardioris resolutionis. Et vnumquodque amborum est [h] de cholera citrina adurente, permista melancholiæ. Et propter illud accidit ex eis ambobus eschara nigra. Et est quasi sit ignis persicus vehementius cholericus, & pruna vehementius melancholica. Et tibi quidem inest vt nomines vnumquodque amborum cum intentione, quæ aggregat ambo, prunam, deinde diuidas. Et similiter inest tibi vt nomines ea ambo ignem persicum propter illam eandem intentionem, deinde diuidas. Et inest tibi vt des vnicuique intentioni
C nomen: & iam fecerunt totum illud, & non est plurima differentia in eo: & quandoque sunt cum istis, & cum formicæ speciebus miliaris malæ febres vehementis caliditatis, perniciosæ. Et [f] quandoque accidunt ista causa pestilentiæ. Et multoties similantur phlegmoni, & tẽdunt ad nigredinem in principio rei, & proprie in tempore vel in anno pestilentiæ.

d Gal. c. de pp̄one medic. sm genera. c. 5. c. & 6 aphor.
e Gal. 14. metho. c. 10. a
f Paul. lib. 4. c. 25.
g Gal. de mmor. c. b. & 14. meth. c. 10. a
h Gal. pme. 1. in. 1. de morb. vul. 10. g

Curatio prunæ & ignis persici. *Cap.* 10.

NEcessaria [i] est phlebotomia vt euacuetur sanguis cholericus. & quando ægritudo est timorosa, tunc necessarium est ipsam approximare syncopi. Et fortasse est necesse, & proprie in pruna, [k] facere scalpellationem profundam, vt egrediatur sanguis malus, constrictus in ea, qui est in natura veneni. Et non fiat illud quãdo materia est decliuis ad choleram. Cura autem localis necessaria est vt sit, sicut cura erysipilę. Verum non oportet vt sit linimentum vehementis infrigidationis, sicut in erysipila: qm̃ materia ad grossitiem est decliuis, & qm̃ ipsa est taliter, quod non tolerat vt redeat parum ex ea ad interiora, quoniam materia est venenosa. Et non licet vt administrentur ea, quæ sunt vehementis stypticitatis etiam, nam illa materia est tardæ resolutionis. Et non licet vt administrentur resolutiua, neque in principio rei cum apparet, neque apud quietem inflammationis, quoniam additur in qualitate materiei: immo oportet vt administres medicinas exiccatiuas in quibus est infrigidatio, & resolutio quædam, cum expulsione: [l] sicut emplastrum, quod fit de ar-
D noglossa, & gallis, & [l] lentibus, & pane plurimi furfuris: nam hmõi panis subtilior est in substantia sua: & emplastra istis similia de illis, quæ scripta sunt in antidotario: & [l] iterum gallæ cum aceto vini: & alumen cũ aceto vini. Et [m] de medicinis bonis in hac hora, & post ipsam, est vt sumantur granata acetosa, & scindantur, & decoquantur cũ aceto, donec leniantur: deinde terantur, & ponant super pannum, & administrentur: ipsum. n. cõueniens est in omni hora: & eradicat hanc ægritudinem in principio, & statu. Et qñque cadit in medicinis huius apostematis [m] nux recens, [n] † { & folia eius cum sauich & vua passa, & ficus cum vino & oleo papaueris nigri: } & melius est vt ex omnibus fiat emplastrum. Et de medicinis conuenientibus in pluribus horis sunt opium & acacia, & [o] † { draganthum } suri & cortices æris, de vnoquoque quorũ sumatur pondus drach. i. floris ęris. ℥. i. semen hyusquiami albi. Et huiusmodi medicinæ non ponuntur nisi super illud, quod non est vlceratum. In illo vero, qnod de eo est vlceratum, est necessariũ illud, quod fortiter exiccet, sicut medicamen [p] † { andaron, & prassium, & trochisci tulundurus, & medicamẽ alchisur cum vino dulci, & cũ rob: } & [m] reliqua quę dicta sunt in curatione erysipilæ vlceratæ, & formicæ miliaris. Et oportet vt emplastrentur desuper emplastra in die bis, & in nocte semel et bis. Et [q] non administres putrefaciẽtia quantũ potes, qm̃ ipsa addũt in malitia ægritudinis. Et oportet vt tu subuenias ei, quod

i Gal. 14. meth. c. 10. b
k Gal. ibidem. c
l Ras. li. diuiso. c. 33.
m Paul. li. 4. c. 25.
n † Paul. li. 4. c. 25. cupressi folia, tũ gemma, nouelli, molles galbuli cum polenta, vua passa vacua, ficus cum vino incocta, papaueris cera adiutores:
o † Ras. li. diuisi. c. 33. calchantum
p † Gal. 14. meth. c. 10. b, & Paul. ibi. Andronis, Pasionis vel Polydiæ, licet id cum vino dulci ad aquam crassitudinem debebit:
q Gal. 14. meth. c. 10. c

continet locum,& loca adustionis cum bolo ar.& aceto,& aqua,& reliquis,quæ infrigidant & repercutiunt.Et id quod est propinquius illo est lana hyssopi infusa in vino. Cum ergo quiescit inflammatio,& remanent vlcera,curentur cum eis, quæ sunt sicut emplastra [a] †{alrasebæ,}& emplastrum diabuthamun,& cum reliquis medicinis vlcerum corrodentium prædictis in antidotario.Et [b] nux antiqua vnctuosa est conueniens igni persico in hac hora. E

A† in quibus sunt merdasengi & plubum,
B Dios.li.1.c.141. & Paul.li.4.c.5.

De vesicis,& inflationibus.i.Phlyctænis. *Cap.* 11.

INflationes accidunt ꝟm duos modos:quorum vnus est propter aquositatem,quę expellitur ex ebullitione in humoribus,cum qua eleuetur materia subito ad illud,quod est sub cute, & inuenit cutem spissiorem,q̃ illud,quod est sub ea, quare non penetrat in eam, immo remanet inflatio aquosa.Et secundus est vt sit loco aquositatis sanguis,quare fit saniatio desubtus.

De cura inflationum. *Cap.* 12.

MVndificatio quidem corporis cum phlebotomia,& similibus est,ꝟm quod sciuisti, & administretur regimen,& cibus ꝟm modum,qui est dictus.Et [c] ponatur super eas in primis cum apparent,quod sit cut lentes coctæ cum aqua,& sicut cortices granatorũ, aut cortices ramorũ eorum decocti cũ aqua:totum illud ponatur,ꝟm q̄ scis in loco suo post decoctionem,& lenitatem,tepidum.Si aũt exierint vesicæ,& volueris ipsarũ curationem:qm̃ illæ,quę sunt in grossiore cute dolent,[c] oportet vt aperiantur cum acubus,& currat,quod in eis est: & quæ de eis sunt subtiles aperiuntur per se.Et non oportet vt tardetur,immo aperiantur etiam: & exprimatur, quod est in eis cum facilitate paulatim.Deinde non euacuant̃,aut vt sanentur,aut vt vlcerentur. Et [c] si vlcerãtur, curentur cum emplastris,quæ fiunt de cerussa,& quæ fiunt de merdasengi,& similibus:et proprie qñ cadit in eis sicut ireos:& emplastris erysipilæ,qñ ambulat,& corrodit: & formicæ, & reliquis, quæ dixims.Medicamen compositum etiam.Recip. merdasengi lib.i. olei veteris lib.i.5. arsenici lib.i.decoquatur merdasengi cum oleo donec non adhæreat,deinde fundatur super ipsum arsenicum.Et iterum medicamen conueniens ei,quod de ipsis accidit super testiculos, & labia, & eis similia,& ad vltimum supra membra,quæ vehementer indigent exiccatione.Recip.colcotar,& calcadis de vnoquoq; .viij.baurach.ij.terantur cum aqua,& administrentur:& similiter fimus caprinus cum melle.Et cum cadunt eschararæ,& carnes corruptæ,& apparet caro sana, tunc curetur cura vulnerum simplicium. Et cadere quidem faciunt escharas,& carnem malam medicinæ notæ. Et in Alexandria faciunt eas cadere cum herba nominata [d] †{sarachias,}& iterum tarbehasis. Et oleum de alhacuen est bonum ad deijciendum eas.Et ad vltimum administratio casus escharæ,& curationis residui cum curatione vulnerum sanorum,est conueniens valde. Medicamen bonum expertum antiquorum,quod quidam modernorum concesserunt. Recip. sarcocollæ,& aloes,& olibani,& cerussæ,& ziniar omnium ęqualiter,& quantum est totum de bolo armeno,& fiant ex eis formæ similes auellanis:sumantur,& dissoluantur cum aceto,& aqua,& liniatur cum eis locus ponendo linimentum super linimentum,donec accidat in eo contractio vehemens, & fiat eschara:& tunc aut cadet per se,si fuerit sub ea humiditas: aut est necessarium vt eradices eam,& facias ipsam cadere,& non cesses facere illud,donec cadat totum.

C Paul.li.4.c.10.
F
D† ranunculus,
G

De essere.i.Epinyctide. *Cap.* 13.

ESsere [e] est pustula parua superficialis,sicut vesicę,& ad aliquantulam [f] tendens rubedinem,et [g] prurituũ faciens,& angustiam:eueniens subito ꝟm plurimum.Et [f] accidit quandoq; vt currat ab ea humiditas:& fortasse est sanguinea.Et [h] ꝟm plurimum fit vehemens in nocte, & eius angustia fit in ea vehementior,& eius tristitia.Et [i] causa eius est vapor calidus eleuatus in corpore subito,aut à sanguine cholerico,aut à phlegmate baurachio. Et sanguinea quidem est vehementioris rubedinis,& caliditatis:& vehementioris & velocioris apparitionis. Et phlegmatica est minor in omnibus illis:& [k] vehementia phlegmaticæ est in nocte plus, q̄ vehementia sanguineæ. Et cum essere inuadit locum amplum,tunc si non fiat phlebotomia,timetur febris tertiana. Et oportet vt fiat phlebotomia in spatio,quod est inter illud,& inter principium.

E Aet.lib.4.ser.2.c.61.
F Paul.li.4.c.9. & Aet.li.4.ser.2.c.61.
G Paul. & Ras.36.cti.t.2.c.5.507.4.
H Paul.& Aeti.& Ras.ibidem.
I Ras.lib.diuisio.c.122.
K Ras.36.cti.t.2.c.5.507.4.

De cura essere. *Cap.* 14.

SI [l] sanguis quidem fuerit vincens,tunc oportebit vt in primis perueniatur ad phlebotomiam: deinde consequenter adhibeatur solutiuum choleræ,si tolerauerit virtus,quod sit sicut,[l] quod fit de duabus partibus myrobalanorum,& parte vna hieræ,cuius potio sit drach.iij.in syrupo acetoso.Et seda eam cum eis,quæ sint sicut tamarindi, & aqua duorum granatorum cum corticibus suis:aut aqua granati acetosi cum cortice suo:& infusione chrysomelorum : & aqua lactis acetosi, & trochiscis de spodio camphoratis cum aqua granatorum.Et dare in potu aquam calidam in die multoties,est ex eis,quæ conferunt ei,& lenire naturam habentis eam.Et [m] de eis,quæ sedant eam est infusio sumach colata, de qua sumantur drach. iij. Et ex cibis eius sunt [n] althassil, & acetum cum oleo,& oleum de amygdalis dulcibus cum aceto, & oleum cum aqua agrestæ, & lacte acetoso. Si autem humor fuerit baurachius, euacuetur corpus cum myrobalanis,& cum turbith, de quo sit quantum est medietas myrobalanorum: & sit potio eius drach. iij. Et [o] detur infirmo de nuce cupressi humida vnc.vna cum aloes drach.vna. Et [o] fumatur crocus hortulanus,& teratur,& concutiatur cum aceto, & sumatur in potu. Aut [p] detur in potu aqua magræ, aut aqua vrcei noui.Et ad phlegmaticam sumatur [q] cubebe drach.vna,cum tribus drach.zuccari, & [p] pondere drach.iij.seminis agni casti in lacte dulci. Et de eo quod est expertum, & conuenit in omni specie,

H L Ser.t.5.c.8.
M Ras.36.cti.t.2.c.6.508.1.
N Ras.lib.diuisio.c.122.
O Ras.ibi.507.4.
P Ser.t.5.c.8.
Q Ras.508.1. & Ser.t.5.c.8.

A Raf.36.3ti.t.2.c.6.508.1.& Serap.t.5.c.8. B Raf.ibi.508.1.

A specie est istud.[a] Calamēthi.ʒ.i.spodij.ʒ.ij.rosf.rubearum.ʒ.5.camphoræ kirat.i. detur in potu cum aqua granati acetosi.[b] Aut sumatur in potu abel cum est ieiunus.

De corrosione, & corruptione membri, & differentia inter cancrænas, & {aschachilos}.i.Sphacelum. *Cap. 15.*

SErmo de his rebus est proportionalis quodammodo sermoni de rebus quarum rememoratio præcessit. Dico ergo, q̄ membro accidit corruptio, & putrefactio propter causam corrumpentem complexionem eius, & spiritum animalem, qui est in ipso. Aut propter aliud prohibens eum peruenire ad ipsum. Aut propter aliquid congregans vtrasq; intētiones: sicut venena calida, & frigida, & ea quæ cum sua substantia sunt contraria spiritui aīali. Et sicut apostema, & pustulæ, & vlcera mala ambulatiua venenosæ substantiæ. Et ea in quibus erratur, sicut erratur in effundendo oleū in vlceribus profundis, quare putrefit caro. Et cū infrigidatione vehementi super apostemata calida, quare corrūpitur complexio membri, quæ est in ipso. Prohibens aūt est oppilatio: & illa oppilatio, aut est accidentalis à causa primitiua, sicut constrictio quorundam membrorū in radice sua fortis: nam illa qn̄ perseuerat, corrumpit membrum propter retentionem spiritus animalis ab eo: aut retentionem virtutis sparsæ super spiritum animalem, qui est in ipso, qui expanditur ex corde, & anima: quare corrumpitur complexio eius, & moritur. Et qn̄q; fit propter oppilationem cor
B poralem, sicut apostema calidum, malum, fixum, magnum, grossæ materię oppilans meatus, & introitū anhelitus quo indiget spiritus animalis: & hoc cum hoc quod retinetur, etiam corrūpit complexionem. Et[c] quod de hoc est in principio, et nō corrumpitur cum eo sensus eius, cui est sensus, nominatur cancræna: & proprie quod est phlegmonides in principio. Et[d] quod ita confirmatum est, vt destruatur sensus eius cui est sensus, & illud est vt corrūpatur caro, & quod ipsam sequitur, & vsq; ad os, siue sit incipiens, aut succedens apostemati, nominatur[e] †{aschachilos.} Et quādoq; cancrænæ fiunt aschachilos: immo sunt via ad ipsam: & totū hoc accidit in carne, & accidit in osse, & alijs. Et cum eius corruptio incipit perambulare in membro, & apostematur, quod est in circuitu corrupti, & fortasse peruenit ad corruptionem, tunc dicitur accidens corrosio. Et dicitur dispositio partis membri, quod iam corruptum est putrefactio, & nisi esset propter grossitudinem materiei suæ, non adhęreret, sed expelleretur.

C G 7.apho.50.& 2.art.cur.ad glauc.c.9.h, & li.4. de articul.17.b
D Paul.lib.4.c.19.
E† sphacelum.

De cura. *Cap. 16.*

DE cancrenis quidem dum in principio perseuerat, speratur q̄ sanetur. Cum autem confirmatur corruptio in carne, tunc necessarium est accipere totum ipsius. Cum ergo vides membri colorem alterari, & est in via putrefactionis, tunc oportet vt succurras liniendo ipsum cū eo, quod prohibeat putrefactionem, sicut est bolus armenus, & terra sigillata cum aceto. Si autem illud nō
C valet,[f] nō inuenis excusationem, quin scalpellationem profundam facias diuersorum modorum in locis, & ponas sanguisugas, et phlebotomes venas proximas ei paruas, vt accipiatur sanguis malus cum cautela eius, quod circundat locum, sicut cum epithematibus prędictis. Et ponatur super ipsum locum scalpellatum, quod prohibeat putredinem: & sit ei contrarium, de illis quibus inest profundatio fortior,[f] sicut farina herbi cum syrupo acetoso, aut cum [g] farina fabarum. Et proprie permista cum sale. Et de illis, quę desuper liniuntur, est [h] assa, & semen vrticę etiam, & aristolochia rotunda, & succus foliorum persicorum de vnoquoq; sumatur pars vna, floris æris pars media teratur cum aqua, donec fiat secundum spissitudinem mellis: & lini cum eo vlcus, et in circuitu eius. Et de medicinis prohibentibus corrosionem est, vt sumantur floris æris, & mellis, & aluminis æquales partes, & liniatur cum eis: prohibet enim & facit cadere illud, quod est putrefactum, & seruat illud, quod sequitur ipsum. Si autem pertransit dispositio dispositionem apostematis, & dispositionem corruptionis coloris eius, & incipit peruenire in mollitiem, & humectatur parūper, tūc hæc est inceptio eius in putrefactione, quare oportet vt puluerizetur super ipsum aristolochia rotunda, & gallæ æquali mensura acceptæ, donec desiccetur. Et similiter[i] †{draganthum} iterū, & colcotar sunt bona, proprie cum aceto. Et folia nucis, & similiter cucumeris asinini, aut succus eius epithemando.[k] Quod si pars carnis incipit corrumpi, incide eam: aut fac eam cadere cum eis,
D quæ sunt sicut [l] trochisci andaron, & fortius eis calcadicon. Cumq; feceris cadere ordinem vnum, succurre cum butyro ponendo desuper: deinde fac cadere secundo, donec peruenias ad carnem sanam. Et [m] †{draganthum} rubeum est puluerizatio bona super mollitiem, & putrefactionem. Et quando apparet putrefactio, non præmittas incisionem, aliter enim magnificatur malum. Et quando magnificantur apostema in circuitu putrefacti, tunc laudatum est ei sauich cum succo hyusquiami albi verum apud me non est bonum ei: immo oportet vt huiusmodi administrentur super locum sanum, vt prohibeat ab ipso, & repellat. Et [l] cum inciditur membrum, quod putrefactum est, tunc oportet vt cauterizetur illud, quod circuit ipsum cum igne: quoniam illud est curatio bona, aut cum medicinis cauterizantibus, adurentibus: & proprie in membris facile suscipientibus putrefactionem propter caliditatem suam, & vicinitatem superfluitatum currētium ad ipsa, sicut sunt testiculi, & anus: hæc est ergo quantitas quam diximus hic. Et tu quidem inuenies in sermone nostro,[n] qui est de vlceribus putrefactis, quod oportet te addere huic capitulo.

F Ga.2.art.cur.ad glauc.c.9.h
G Gal.ibidem.h.a
H Dio.lib.3.c.76.
I† calcantum
K Lib.1.F.4.c.27.
L G.2.de art.cur.ad glauc.c.9.a
M† atramentum
N Fen.4.t.3.c.9.
O† apostemate pestifero.
P† emunctorijs.

De [o] †{*althaun*}.i. Phygethlo, Phymate, & Bubone. *Cap. 17.*

ANtiquissimi antiquorum nominauerunt eum noīe, quod translatum est in arabico althaun omne apostema existens in mēbris glandosę carnis & [p] †{alhalibie.} Et sensibilia quidē sunt

sicut caro glandosa,quæ est in collo,& mamillis,& radice linguæ. Et illa,quæ sensum non habent, E sunt sicut caro glandosa,quę est sub ascellis,& inguinibus,& eis similibus.Deinde dictum est post hoc de illo,quod est apostema calidum,deinde [a] dictum est de illo,quod est cum hoc apostema calidum perniciosum:deinde dictum est de omni apostemate pernicioso propter conuersionem materiei eius ad substantiam venenosam,quod corrumpit membrum, & alterat colorem eius, quod ipsi vicinatur:& qñq; resudat sanguinem,& virus,& similia illis: & adducit qualitatem malam ad cor ex via arteriarum:quare accidunt [b] vomitus,& pulsus cordis,& syncopis:& qñ eius accidentia fiunt vehementia,interficit.Et videtur,q̃ primi nominabant hoc postremũ carmata. Et est necessarium vt sit deterius eorum illud,quod accidit ſm plurimum in sub ascellis,& inguinibus,& post aures:& deteriora eorum sunt illa,quæ fiunt sub ascellis,& post aures propter vicinitatem eorum ad membra,quæ sunt vehementius principalia.Et saluius althoin est illud,quod est rubeũ:deinde citrinum.Et ex eo quod ad nigredinem est decliue,non euadit aliquis.Althoin quidem multiplicantur in pestilentia,& in regione pestilentiali.Et inueniuntur nomina græca rerum, quæ assimilantur althaun,sicut tursios,& [c] †{chumata,}& charmakile,& furios.verum apud nos non est magna distinctio inter eorum nominationem.

A Li.1.Fé.2.do.1.c.5.

B Ras.lib.diuisio.c.135.

C † apostema sub ascellis,

De cura. *Cap.* 18.

EVacuatio quidem cum phlebotomia,& cũ eo quod tolerat hora,aut quod fit necessarium ex F eis,quæ educunt humorem putrefactum,est necessaria.Deinde [d] oportet vt reuertaris ad cor cum defensione eius,& confortatione ipsius cũ eis in quibus sint infrigidatio, & odoramentum, sicut [d] acetositas citri,& limonis,& rob pomorũ,& cydoniorum,& sicut [d] granata acetosa,& olfactus sicut rosarũ,& camphoræ,& sandali.Et cibus sit sicut [d] lentes cũ aceto: & sicut cibus cũ aceto valde acetosus,factus ex carnibus alteiugi,& hœdorũ.Et oportet vt circundet̃ locus infirmi cũ niue plurima,& folijs kalef,& viol.& ros.& nenufare,& similibus.Et ponant̃ super cor epithemata infrigidantia confortantia,ex eis,quæ cognoscuntur de medicinis habentium pulsum cordis calidum,& habentium pestilentiam.Et ad vltimũ regantur regimine habentium aerem pestilentialẽ. [e] †{Althaun}vero ipsum,& quod currit cursu eius de eis,quę nominata sunt,curetur in principio cũ eis,quæ constringunt,& infrigidant cũ spongia infusa in aqua,& aceto:aut in oleo ros. aut oleo de pomis,& arbore masticis,aut oleo de myrto.ista fiant in principio,& curet̃ cum scarificatione si possibile est,& fiat vt currat,quod est in ipso:& nõ dimittatur vt congeletur, qm̃ additur venenositas eius.Et si indiget ventosis sugentibus cũ subtilitate,fiat.Et in illo,quod habet substãtiam exituræ,oportet vt occupetur apud statum eius,aut circa statũ eius cum facientibus saniem.Et qñ est illic febris,tunc declina ad infrigidantia,et non sit illud superflue vt non retrocedat materia ad posteriora:& sanatio quidem fit cũ eis,quæ sunt sicut embroca cum aqua chamæmillæ, & anethi,& G reliquorum facientium saniem subtilium,quę dicemus in capitulo exiturarum.Dixerunt,chumata aũt & mecacalius conferunt emplastrum [f] de capillo veneris, & atriplice, & volubili, & radice maluauisci cum pauco amoniaco,& melle cum vino: [f] aut [g] †{debach}cum gumma pini, & ceratum,aut [f] sordes aluealiorum apum:& lupini infusi in aceto:aut [f] radix cucumeris asinini cum glutino albotin:aut [f] nitrum cum ficubus,aut [f] cum fermento.

D Ras.lib. diuisi. c.135.

E† Paul.li.4.c.22. Sunt.n. eadem medicamenta quibus Aui.curat althaun, & Paul.bubonem, sed Paul.multo rectius eãdem distinxit curationem, cũ duplex sit Bubo, Alter q à causa sit primitiua,atque ex sanguine nõ necessario maligno, Alter qui ex materia fit venenosa, tẽpore præsertim pestilẽtiæ,in primo vtitur refrigerantib⁹ & adstringentib⁹.

F Paul.lib.4.c.22.

G† viscus

De apostematibus accidentibus in glandulis. *Cap.* 19.

APostemata glandosa,quæ non incedunt via althohoin qñq; accidunt in loco aliquo casu in crisibus:& qñq; cadunt casu expulsionis à membris radicalibus.Et [h] fortasse attrahunt ea,vlcera & apostemata alia super extrema,ad quæ currunt materiæ,quæ incedunt in vijs in q̃bus sunt carnes illæ glandosæ:quare firmantur in eis sicut accidit inguini, & subascellæ ex apostematione amborum in eo,qui habet scabiem,aut vlcera super pedes,et manus.Et qñq; sunt cum repletione corporis.Et qñq; non est in corpore plurima repletio.Et eorum cura sicut sciuisti, est diuersa à cura apostematum aliorum in hoc,q̃ in eis non incipitur cum repercussione, neq; cum festinatione administratur in eis illud:immo euacuatio per phlebotomiam,& solutionẽ ventris est illud,quod est necessarium.Curatio vero alia expectetur ĩ eis si possibile est,donec declaretur dispositio. [i] Nã si fuerit ſm semitam crisis,aut ſm semitam expulsionis ex membro principali, tunc nõ oportet vt H prohibeatur omnino:immo trahatur ad membrum quacunque attractione est possibile, & etiam cum ventosis.Si aũt fuerit propter multitudinem repletionis,tũc euacuatio est radix, & minoratio cibi,& subtiliatio.Et non administres expulsiua,immo mollificatiua, ita tñ vt non administres mollificatiua iterum absq; euacuatione:fortasse.n.eueniet illud super membrum cum attractione materiei plurimæ:immo qñ administras mollificatiua,euacua cum hoc, & trahe materiam ad diuersum.Timor.n.in expulsiuis est reditus materiei ad viscera, & ad mẽbra principalia. Et timor in mollificatiuis,est attractio materiei plurimę.Et euacuatio,& declinatio materiei securant ex nocumento mollificantium. Et [l] qñ dolor fit vehemens,tunc necessarium est vt sedes ipsum cũ eis, quæ sunt sicut lana infusa in oleo calido:deinde adde in eo salem in fine eius, donec sedetur dolor statim,& in primis fortasse addit in dolore.Et qñ corpus est mũdum,aut mundificasti ipsum, tunc resolue,& non cures.Et [m] qñq; valet in resoluendo illud,quod est sicut farina tritici: & saluius illa est farina hordei.Et fortasse magnificatur per resolutionem fortem apostema,quare non administretur,nisi qñ est necessaria repulsio ex membris principalibus,& attractio materiei ab eis ad apostema,timendo super illa principalia.Et multoties quidem sanat ea in principio oleũ calefactum,

H Gal.13. meth. c.5.a

K Lib.3.F.4.c.25. & lib.1.F.4.c.25.& Ga.3.de ɔpõ. phar. ſm loc.c.2.d.e

L Gal. 13. meth. c.5.b

M Gal.ibi.c

quod

A quod effunditur solum. Verum qn̄ apostema est in carne molli vel laxa aut in mēbro nobili, sicut mamilla,& testiculo,& non timetur ex prohibitione eius nocumentum,tunc prohibe,& repelle: sed quando sentis declinationem ad duritiem,tunc lini vbicunq; sit.

De exituris calidis.i.abscessibus. *Cap.* 20.

EXitura est de summa dubellet,quæ collectionem faciunt ex apatibus calidis:quasi nomen aldubellati cadat super oē apostema existens in loco vacuo vel concauo vel habens locū vacuū in interiore cuius est locus,ad quem effunditur materia aliqua:& remanet in eo,quæcūq; materia sit.Et exitura est illa quæ est ex summa illorum calida,& quæ aggregat materiam.Et [a] qn̄q; incipit apa calidum sicut est,cum aggregatione,& solutione cōtinuitatis intrinsecæ. Et qn̄q; non incipit ita:immo incipit in inceptione apatum calidorum sanorum:deinde conuertitur esse eius apud statum,vt incipiat in aggregatione.s.saniei : & nos in posterioribus differimus sermonem de dubellet frigidis, [b] quæ comprehendunt humores viscosos,& gypseos,& lapideos,& arenosos, & capillares,& alios.Licet sint [c] quidam qui appropriant nomine aldubellet illud , in quo sunt humores illius generis:verum nos loquimur nunc de eo,quod aggregat saniem,[d] hoc enim esse incipit exitura,pp materiam quam expellit natura,& non est possibile vt penetret cutem, neq; imbibit eam caro immo separat eius continuitatem per grossitiem suam, separatione apparente , tunc quiescit

A Gal.14. metho. c.12.d

B Ga.2.art. cur.ad glauc.c.7.a.b

C Ras.27.cōti.t.1. c.1.301.1.&.2.

D Ras. ibi.300.2.

B in vacuitate eius quod separatur & fm plurimum:apparet ei caput acutū : & proprie si fuerit materia acuta.Istæ ergo exituræ incipiunt,& aggregant materiam : deinde maturatur sanies , postea rumpitur.Et fortasse indiget confortatione in maturatione , & eruptione:& fortasse nō indiget. Et [e] quanto plus est exitura vehemētioris eleuationis,& acutioris capitis,& rubedinis, est humor attractus vehementioris caliditatis:& est velocioris maturitatis , & resolutionis , & eruptionis:& proprie eminens,procedens extra pinealis.Quæ aūt est cum diuersitate,lata, profunda,paucæ rubedinis,est grossę materiei,mala,decliuis ad interiora,pauci doloris,grauis motus:Et deterior ista est illa cuius eruptio est ad interiora:& corrumpit illud,super quod vadit.Et est de ea,quæ expellitur ad vtrunq; latus.Et [f] laudabilior eruptio eius est ad concauitatem propriā membro, cui est via currens ad exteriora,sicut exitura stomachi:vt enim erumpatur ad interiora eius, & ipsius concauitatem,melius est q̄ rumpatur ad exteriora eius,& ad concauitatem quam cōtinet mirach : sicut eruptio eius,quæ in cerebro ad duos vētriculos anteriores laudabilior est,qm̄ ambobus sunt meatus,sicut nasus,& aures.Et [g] qn̄ rumpitur ad spatium continens cerebrum,aut ad vētriculum posteriorem,non inuenit meatum ad exteriora,& nocet nocumento vehemēti.Et non est oē membrum conueniens ad hoc,vt eueniat in ipso exitura:in [h] iuncturis enim minoratur egressio exituræ,qm̄ in eis sunt humores mucilaginosi,& loca eorum ampla,non suffocantia materiam, neq; re

E Gal.6. apho.9.

F Gal.de inæquali intéperie c.3.f

G Ras.27. cōt.t.1. c.1.301.1.

H Ras.301.4.

C tinentia vnde cogat eam ad putredinem.Quod si egrediatur illic exitura , erit propter rem maximam.Et deterior exiturarum,& malignior earum,est, quæ egreditur super extremitates lacertorum,& proprie lacertorum plurium neruorum.Et [i] exituræ quidem diuersificantur propter spatium maturationis saniei suæ,fm humorē in subtilitate, & grossitudine sua : & complexionem in calore,& frigore eius,& æqualitate eius:& fm tempus,& ætatem,& substantiam membri. Et nō contingit vt non maturetur exitura,& non [k] conuertatur quod in ea est in pus,nisi pp paruitatem caloris innati in membro,aut pp grossitudinem substantiæ materiei. Et qn̄q; contingit ex hoc, vt fiat sanies in interiore parte sui,& [l] non appareat sensui pp profunditatem puris , & grossitudinē eius quod est super ipsum:Et qn̄q; statur sup maturitatem saniei velociter , & qn̄q; non statur fm substantiam suam in grossitudine.Quod si maturatur,& subtiliatur,lenitur substantia eius velociter,& fm quod est de carne ista plurima,& pauca.Et causæ exiturarum,& casus ad saniem sunt repletio,& multitudo materiæ & corruptio eius.Et causæ causarum eius sunt nauseatiua satietas,et exercitia mala:& ægritudines,quæ non faciunt crisim cum euacuatione apparente:& nocumēta animalia ex angustijs,& solicitudinibus corrumpentibus sanguinē.Et de exituris quidem est species,quæ nominatur turmusios:& est exitura,quæ rumpitur,& quod est sub ea est simile carni bonæ,deinde apparet ab ipsa sanies alia.Et de exituris est species,quę nominatur albir,& est exitura

I Ras.300.4.

K Ras.301.2.

L Ras.302.3.

D vlcerosa rotunda,& rubea:quam qui habet,secundum plurimum non expoliatur à febre, & eius euentus secundum plurimum est in capite:& quandoq; accidit in alijs locis.

Significatio quod apostema fit exitura. *Cap.* 21.

CVm [m] videris pulsationem plurimam:aut duritiem elongatam, & caliditatem, tunc existima q; apostema est in via vt fiat exitura.

M Paul. li.4. c.18. 214.30.& Ras.27. cōt.t.1.c.1.302.2.

Significatio maturationis & eius signum. *Cap.* 22.

CVm videris lenitatem quandā,& sedationem doloris, tunc scias q; est in via maturationis.

Iudicia saniei. *Cap.* 23.

SAnies [n] laudabilis est illa,quæ est alba,lenis,cui non est odor horribilis , & in qua non operata est nisi caliditas innata,licet non sit excusatio à cōitate extraneæ.Et non requiritur eius lenitas,nisi vt sciatur,q; ipsa est præparata pati à virtute digestiua : & non diuersificatur eius operatio in inobediente,& obediente.Et oportet ne sit ei odor vehemētis horribilitatis, vt sit longinquior à putrefactione.[o] Dixerunt,& requiritur ex ea alba , qm̄ color membrorum radicalium est albus: & non assimilat eam nisi natura potens super eam.Et [o] sanies mala est fœtida,significans putrefactionem,quæ est contraria maturationi,& significat dominium caliditatis extraneæ. Et qn̄ egreditur

N Hip.1. progno. 4.a.b

O Gal. cōm.1.pro gnost.4.d

ditur sanies diuersarum partium, diuersorum colorum, & substãtiarum est etiam de genere diuer- E
so à bona. Et necesse est omni materiæ, quæ accidit in corpore vt putrescat, aut digeratur aut infri-
gidetur seu induretur aut alteretur modo alio.

Significatio exituræ intrinsecæ. *Cap. 24.*

Q[a]Vando accidit apa calidum in visceribus, & accidunt horripilationes, & febres, & non est A Raf.27.cõt.t.1.
eis ordo, & fit dolor vehementior, & est horripilatio in primis longioris spatij, deinde non c.1.301.3.
cessat abbreuiari spatium eius, & additur grauitas apatis: tunc scias ꝙ apostema fit exitu
ra: & ꝙ peruenit ad collectionem sui. Et non fiunt dolores isti nisi in principio vehementioris: &
quãto plus approximat status, minorantur qñ eruptio dolorosa fit in principio: & eruptio quidẽ
& solutio continuitatis ex qua prouenit maior dolor est illa quæ accidit qñ colligitur materia: qñ
vero fit materia sanies, quiescit tunc calefactio fortis, & inflammatio: quare quiescit febris eueniẽs
per cõitatem cordis. Et [b] scias ꝙ durities pulsus est testimonium magnum. Et qñ apparet signum B Raf.301.4.
exituræ & aldubellati in visceribus, & non induratur pulsus, non iudices penitus, ꝙ sit exitura in-
terior. In hmõi enim fortasse nõ erit in visceribus: immo in siphac quod cõtinet viscera. Et tu qui-
dem iam sentis latus in quo est exitura per grauitatem, quæ pendet ex eo, & per dolorem.

Significatio maturationis intrinsecæ. *Cap. 25.*

QVando accidunt significationes exituræ intrinsecæ, deinde quiescunt accidentia, quæ sunt F
ex febre, & horripilatione, & dolores sedatione completa, & remanet grauitas, tunc scias ꝙ
sanies iam confirmata est, & maturatio adest.

Significationes propinquitatis eruptionis intrinsecæ. *Cap. 26.*

QVando redeunt dolores, & fiunt punctiones, & mordicatio, & grauitas fit vehementior, &
similantur febres, tunc eruptio iam appropinquat. Cum ergo accidit rigor subito, & sedant̃
grauitas, & dolor, tunc iam eruptio facta est: & proprie qñ apparet sanies euacuata, mor
dicans illud quod pertransit. Et est necessarium vt sit arefactio virtutis, & debilitas arefaciens. Et
[c] qñ exituræ intrinsecæ fit eruptio subita, & egredit̃ res plurima, tunc fortasse accidunt pulsus cor C Raf.27. cõt.t.1. c.1.302.3.&.1.
dis, & syncopis mala, & fortasse accidit mors propter resolutionem virtutis: & fortasse accidũt vo-
mitus, & vẽtris solutio: & fortasse accidit sputum saniei plurimæ subito, qñ exitura est in pectore:
& [d] fortasse accidit præfocatio, quando erumpit ad pectus res plurima subito. D Raf.27. cõt.t.1. c.1 302.1.

Curationes exiturarum apparentium. *Cap. 27.*

EVacuationes quidem, & ea quibus medicantur apata in principijs suis, nisi timeatur reditus
materiei ad membrũ nobile sicut [e] declarauimus, & sicut errant in hoc stolidi, sunt res in qui- E Lib.1.F.4.c.25.
bus cõicant exitura calida, & apata calida, quæ non sunt exituræ. Illud vero quod ei appropriatur
de regimine, est resolutio eius quod aggregatum est in ea. Et illud est ẽm duos modos regiminis: G
quorum vnus est, regimen currens ẽm rectitudinem cum apa non egreditur ab eo, quod consue-
tum est plurimum. Et est, vt ingenietur in maturatione materiei vt fiat sanies & in eruptione eius
post illud, & vt [f] tu obserues virtutem, & conserues eam ne prosternant eam dolor, & eruptio su- F Raf.27. cõt.t.1. c.1.301.1.
bito. plures enim hominum [f] mortui sunt syncopizãdo ex arefactione virtutis: immo oportet vt
obseruet eam medicus, qualiter confortet virtutem. & conseruet eã cum eo quod scis: quare opor
tet vt cibetur patiens dubellati cibis bonis: nisi sit exitura in visceribus, qm̃ tunc oportet necessa-
rio, vt subtilietur cibus. Et secundus est regimen egrediens à rectitudine pp necessitatem disposi-
tionis: & est qm̃ qñ ægritudo est magna, & exitura pertransiens in magnitudine sua illud quod cõ
suetum est, & timetur magnificatio rei in expectatione maturationis in ea: & scitur ꝙ virtus non
sufficit in maturatione illius totius: & si administrantur maturatiua, perducet illud ad vestigium
immaturationis: tũc necessaria [g] est perforatio cum cautela, ne ferrum tangat illud, quod sequitur G Raf.27. cõt.t.1. c.2.306.3.
exituram de membris nobilibus, in tactu quorum à ferro est timor: Et [h] similiter cũ senseris, ꝙ ma H Raf.306.4.
teria talis est grossitiei, ꝙ non maturabitur, & ꝙ calor innatus in mẽbro tantæ est paruitatis, ꝙ non
maturabit, aut timueris ꝙ ipse pp suam diminutionem seu defectum est talis ꝙ alterabitur altera-
tione non maturationis veræ: aut exitura est prope iuncturas, & membra principalia, quare timet̃
ꝙ ipsa corrumpat ea. Et si fiducia habetur in medicinis facientibus inuiscationẽ, et maturantibus, H
non elongabitur quin inuiscantia prohibeant penetrare inspirationem in porositatibus, & matu-
ratiua moueant caliditatem debilem: & [h] totum illud iuuat ad putrefactionem membri, in hmõi
ergo est necessaria incisio profunda, & perforatio dirumpens: deinde sequantur illud medicinæ,
quæ sunt in vltimo resolutionis, & exiccationis. Et [i] oportet vt sint scarificatio, & apertio inceden I Raf.306.3.
tes in longitudinem villorum neruorũ membri, nisi sit volũtas vt destruatur operatio illius mem-
bri, timendo casum spasmi: tunc enim incide villos in latitudine, & saluabis ab eo quod timebas.
Et plurimum quidem longitudinis villorum est cum longitudine corporis, nisi in mẽbris appro-
priatis. Et [k] propter illud inuenis plurimum longitudinis villorum esse cum incessu linearum, & K Paul.lib.6.c.34.
[l] rugarum, nisi in membris appropriatis, sicut in fronte. Et [m] oportet vt nõ approximet perforato, L Cap.29. & F.4. t.1.c.5.& lib.1.F.4. c.26.
neq; scarificato aqua, neq; oleum, neq; aliquid in quo sit pingue. Et si nõ est excusatio quin lauet̃,
tunc fiat cum aqua, & melle: aut aqua cum vino, aut cum aceto. Quod si vehementiora fiant apo- M Li.1. F.4.c.26. & Pau.li.4. c.18.&
stemata, & inflammatio post perforationem, emplastretur cum lentibus. Et si non fuerit illud ne- Raf.27. conti. t.1. c.2.306.3.
cessarium, administrabis incarnatiua, & emplastra. Et scias ꝙ hæc perforatio est generatiua virus,
& sorditiei, & fistularum: verum cum non inuenis excusationem, tunc non est ingenium aliud.

Et

A Et loca conuenientiora ad expectandum vt in eis maturetur, sunt loca carnosa, paucorum neruorum, & venarum. Et scias quod pineales, eleuatæ, acutorum capitum, parum indigent perforatione, neque ante maturitatem, neque post ipsam.

Regimen maturationis, & ingenium ad faciendum pus in exituris apparentibus. Cap. 28.

MEdicinarum maturatiuarum caliditas oportet vt sit proxima caliditati corporis, et sit eis inuiscatio quædam.[a] De illis sunt in primis gradibus embroca cum aqua tepida, & emplastratio cum farina tritici, aut hordei: & triticum masticatum est melius in hoc: &[a] panis cũ aqua & oleo aut cera: & crocus, & puluis olibani, & pix cum oleo rosa. aut adeps porci: aut emplastrũ de malua uisco, et semine lini. Et [b] iterum emplastrum de ficubus siccis, dulcibus, grassis, pinguibus solis: aut cum farina hordei: & farina hordei iterum, & proprie si ponantur in [c] ea hyssopus, & origanũ syluestre: aut [c] aggregetur cum aqua in qua decoquantur cum pauco sale, non superfluo. Et quandoque ponitur in eo adeps, aut oleum, & fortius illo est nasturtium cum glutine albotim. Et medicinæ compositæ ex uuis passis, & storace, & galbano, & myrrha, & anacardo, & laudano, & resina, & butyro, & mastice, & hyssopo humida, & radice cucumeris asinini, & radice sangui. draconis. Et emplastrum Galeni cum oleo de kerua absque cera: & proprie quando soluitur hoc emplastrum in oleo: et similiter emplastrum didymos, & emplastrũ basilicon. Et [d] de bonis in hoc est medicamen de lapide
B marchasitæ cum ammoniaco, quod desuper ponatur donec cadat per se.

A Ga. 2. art. cur. ad glauc. c. 7. c
B Gal. ibidem. d
C Gal. ibidem. e
D Cap. 30.

Regimen exiturarum quando maturæ sunt. Cap. 29.

CVm inuenis exituram grossæ cutis, cum maturatione, cuius non speratur ipsius eruptio: & sunt illic venæ, & chordę, & nerui: tunc oportet vt perfores: quoniam si dimiseris saniem, corrumpetur: & corrumpet, & corrodet venas, & villos neruorum: & illud quidem vehementius erit cũ fuerit prope iuncturas: & tu quidem quære cum tua perforatione locum saniei. Et [e] sis solicitus vt cadat porta perforationis inferius, nisi vbi non est possibile. Et si illud, quod est super exiturã, fuerit pingue seu grossum, & volueris scindere, tũc seca portam tantum, quoniam tunc non adhærebit seu non consolidabitur pingue seu grossum cum eo quod est post ipsum: Et si fuerit extenuatum, tũc seca totum eius in longum. Et scias quod locus in quo est sanies, declaratur per tactum: & proprie quando tangitur vel præmitur cum digito, & tu obserua cum digitis alijs, saltem alterius manus an expellatur aliquid ex tactu vel ex compressione. Et locus quidem saniei apparet ex declinatione coloris ad albedinem: & dum non est matura, est decliuis ad rubedinem. Et quandoque est locus saniei decliuis ad viriditatem, & citrinitatem cum sanies non est bona: & fundamentum. s. cognitionis loci saniei est tactus absque visu: veruntamen visus est adiuuans. Et oportet vt [f] in sectione non consequaris lineas naturales rugarum nisi apud necessitatem in membris diuersificantibus situm villo
C rum in longitudine sua à loco rugarũ. Nam si tu secutus fueris illud in perforatione exituræ, [g] quę est super frontem. s. rugas, cadet cutis frontis super faciem: immo oportet vt tu diuersifices perforationem à rugis. In eis vero, quæ sunt sicut inguina, oportet vt vadas cum rugis in latitudine cutis. Et [h] cum tu perforaueris exituram, & extraxeris quod in ea est, tunc necessarium est, vt tu succurras ad conglutinandum cutem cum carne, vt non fiat sicut testa ostracosa, & dura, & fiat taliter quod non glutinetur: quare fiat sinus, qui non cesset impleri, & redeat similis exituræ primæ: & quoties mundificaueris, non moretur iterum quin impleatur: & fiat in veritate de genere fistularum. Et antequam facias ipsam conglutinari in hora oportet vt mũdes eam. Et [h] si tibi necessariũ fuerit, vt in ipsam intromittas radium super cuius caput sit pannus asper, cum quo mundifices ipsam, & frices, deinde fac ipsam adhærere, & conserues eam cum ligatura secundum quod [i] dicemus de ligaturis cauernarum, & vlcerum profundorum, erit conueniens valde. Et oportet vt tu obserues in perforatione illud, quod diximus de conditionibus: deinde perfora in loco maturiore & magis carnoso, & [k] parte longiore à venis, arterijs, & chordis. Inquit [l] Antyllus si exitura fuerit in capite, tunc sectio eius fit sectio æqualis, & fit cum radice natiuitatis pilorum, ne sit transuersa in ea, vt cooperiant eam pili, & non ostendatur cum sanabitur.[l] Dixit: [α] & quando est in loco oculi, tũc eius perforatio sit tortuosa seu flexuosa. Et [l] si acciderit in naso, perforabimus eam ęqualem cum quantitate
D longitudinis nasi. Et [l] si fuerit prope oculum, perforabimus eam perforatione simili capiti lunæ nouæ, & faciemus tortuositatem inferius.[l] Si aũt acciderit in mandibulis, secabimus eam æquali sectione: quoniam compositio huius loci est æqualis: & scitur illud ex corporibus senum.[l] Post aures vero perforabimus illud æqualiter.[l] Brachia aũt, & cubitos, & manus, & digitos, & inguina omnia perforamus in longitudine.[l] Inquit: & si fuerit prope coxas, perforabimus eam perforatione rotunda. Et [l] perforatio quidem rotunda est, quę apprehendit cũ apprehensione sua in longitudine corporis aliquid de latitudine eius.[l] Inquit: quoniam cum locus iste non perforatur rotunde, possibile est vt aggregẽtur in eis materiæ, & fiant fistulæ. Et [l] similiter etiam perforatur quod est prope anum, propter locũ humiditatis, quæ aggregatur in eo.[β] Et [l] in latere, & costis, perforatur perforatione arcuali seu lunari. In [l] testiculis vero, & virga æqualiter, Inquit: & simus prompti semper, vt consutum sit sequens figuram loci quanto plus potuerimus super ipsum. Crura [l] aũt, & adiutoria secantur in longitudine. & conserua vt non lædas neruos. Et scias quod perforatio diuersificatur secundum loca, quoniam [m] quando est apud oculũ, [α] tũc perforatio eius est tortuosa vel flexuosa similis situi oculi. Et [m] in naso est cum longitudine nasi. Et [m] in mandibula est cum longitudine mãdibulæ. Et [m] prope aurem secatur æqualiter, quoniam compositio huius loci est æqualis. Et [m] cognoscit illud ex corporibus senũ.

E Ras. 27. cõt. t. 1. c. 2. 308. 4.
F Ga. 4. anat. c. 1. g & de cucur. c. 18. g
G Cap. 27. & F. 4. t. 1. c. 5. & lib. 1. F. 4. c. 26. & Paul. lib. 6. c. 34. & G. 4. anato. c. 1. g
H Ras. 27. cõt. t. 1. c. 2. 309. 1.
I Fen. 4. t. 3. c. 5.
K Paul. lib. 6. c. 34.
L Ras. 27. cõt. t. 2. c. 2. 308. 4.
Infra α
Infra β
M Ras. 27. cõt. t. 1. c. 2. 307. 1.
Supra α

[a]Post aures vero perforatur æqualiter. Et[a] in brachijs in cruribus & coxa & virga totum æquali E ter fit in longitudine:& similiter in lacertis ventris,& in dorso,& in inguinibus,& subascellis pones eam perforationem accipiētem ex latitudine ēt,ne fiat in ea sinus qui fiat fistula. Et[a] similiter in ea,quæ est prope anum accipe de latitudine ēt,ne proueniat sinus,& fiat fistula. Et[a] testiculi,& virga æqualiter,& in lōgitudine.[β]Et[a] in latere,& costis accipe in latitudine ēt,vt sit tortuosa, qm̄ situs costarum est sīr:& caro quæ est super eas.[a] Inquit,considera semper situm carnis, & villos lacertorum,qm̄ non sumus prompti nisi ad hoc vt perforemus cū imitatione loci,vt non proueniat incisio:& sit locus incarnationis bonus,non turpis. Et[b] sit in omni dispositione studium tuum ne incidas arteriam,neq; venam magnam,aut neruum,aut villos lacerti: & perforatio fit ſm magnitudinem exituræ.[b] Sed si fuerit parua,& currit quod est in ea ex loco vno,tūc seca eā in loco vno. Et si fuerit magna,tunc perfora eam perforatione maiori, deinde intromitte digitum tuum indicem sinistrum in eo,donec peruenerit ad caput eius,deinde intromitte ēt in foramine secundo,& ſm illud donec venias super eā. Et[c] si exituræ fuerit locus sufficiēs ex quo sit possibile exire quod est in ea,perforabimus ipsam in illo loco:& si fuerit rotūda,aut fuerit ei figura ne egrediatur quod est in ea ex perforatione vna,perforabimus eam in interiore parte sui in duobus locis, aut tribus ſm quantitatem quam scis,ꝙ oē quod aggregat in ea,currit in hora.[d]Inquit si exitura sit in iunctura,aut in mēbro nobili propinquo ossi,aut panniculo,festinabimus in perforatione eius antequā F confirmetur eius maturatio,ne pus corrumpat aliquid de his mēbris:dico ergo istud est regimen, qm̄ non inuenimus excusationem de perforatione. Si aūt speramus ꝙ rumpatur per se, non perforabimus:Et similiter si speramus quod ipsa erumpatur per medicinas facientes eruptionem:fortasse enim inuenimus in medicinis facientibus eruptionem,quod stat loco perforationis. Et multoties perforatur cutis perforatione aliqua, aut accipitur de ea aliquid, postea ponitur super eam medicamen eruptionem faciens,vt sit ei profundatio.

A Ras.27.cōt.t.1. c.2.307.1.

Supra β

B Ras.ibi.& Paul. lib.6.c.34.

C Ras.27.cōti.t.1. c.2.307.1.

D Ras.ibi.& Pau. lib.6.c.34.

De erumpentibus exituras. *Cap. 30.*

Exituras quidem saluas,in quibus nō est magna malitia,aperit aqua calida, & erumpit eas:putrefactæ aūt læduntur ex hoc vehementer,propter illud quod attrahitur eis ex materia. Et cū vides exituram quam aqua calida rectificat,confide tunc de bonitate eius. Et scias[e] ꝙ emplastratio cum radice narcissi rumpit oē prauum seu difficile:&[f] proprie cum aqua,& melle:bulliatur totum illud cum oleo de lilio,aut irino:[f] aut radix cannæ recens cum melle,[f] aut pice sicca cum sordítie aluea riorum apum:aut emplastrum arbosilos:[f] Aut sumatur ceræ, & resinæ, & butyri omniū ana lib.i.& picis siccæ,& mellis amborū ana lib.[g] †{ }.5.& floris æris.℥.iij.&[h] † {olei}quantū sufficit. Et[f] medicamen de allijs est bonum valde.[f]Aut sumantur ammoniaci.vi.cerę.iiij.glutinis albotin.iij.sulfuris citrini.iij.nitri.iij.& fiat ex eis emplastrum. Et de illis, quæ nos experti sumus, G est vt sumantur medulla granorum cotti,& nux rancida,& fermentum,& caules decocti,& cepæ decoctæ,& sinapis,& fimus columbinus,& fiat ex eis emplastrum:rumpit enim velociter. Et[h] iterum diachylon solutum in mucilagine sinapis,& sapone, associatū cum ficubus. Et de medicinis erumpentibus stantibus loco perforationis est,vt administretur emplastrum[i] factū ex melle anacardorum,& pice humida:quæ duo aggregentur cum igne æqualiter,deinde ponantur super exituram per medium diem,qm̄ rumpet eam. Et[k] de eis iterū,quæ sunt fortia est,vt sumantur alkali, & calx non extincta,& ponantur in aqua qua submergatur vel cooperiatur quātitate vna & media:deinde coletur postq̄ bullierunt:& sint in illa aqua alkali,& calx:deinde sumantur,& ponanť in caldariam de ære,& ponātur super prunas.& congelentur in salem:Et sumatur de hoc sale aliquid,& quantum est quarta eius de sale ammoniaco,& ponatur in mucilagine nasturtij in qua sit aliquid de melle anacardi,& administretur.[l] Aut sumantur cantharides, & terantur,& ponantur super oleum vetus,& ponantur super ignem leuem.s.ignem prunę,donec totum fiat vnum deinde teratur sicut teritur vnguentum,& fiat ex eo emplastrum,& ponatur super ipsum mel anacardi:& proprie si ponatur in eo stercus falconis,& stercus passerum,aut stercus anatis. Et quidam iā dixerunt alchibichengi. Et de medicinis resoluentibus,est oē calidum,resolutiuum, iteratum sup membrum cum rarificatione membri,& raritate eius,cū vaporationibus facientibus illud de illis, G in quibus est humiditas calida. Et quanto plus resoluetur,minorabis reiterationem positionis, & embrocationis. Et oportet ne vacuum sit regimen à medicinis leniētibus,donec leniatur durities ipsius:si acciderit,& non congeletur sanies:ꝙ si remota fuerit sanies,& resolutio facta fuerit,& remanserit durities,tunc necessarium est,vt administrētur lenientia sola,Et istæ medicinæ resoluentes saniem sunt de summa albaurach,& sinapis,& stercus auium, & arsenicum, & calx, & cordumeni:& misceantur cum eis,quæ sunt,sicut tus,& glutinum albotin,& mastix,&[m] † {aldebac}& aggregentur cum aceto,& oleo antiquo. Et medicamen factum cum allijs, aut ex alhacuen, aut ex pyrethro,& staphysagria,& baurach cum melle. Et ante omnia ista mūdetur locus cum aqua calida. Et medicamen de marchesita cuius descriptio.[n] Recipe lapidis marchisitæ drach.xij.ammoniaci tantundem,farinæ fabarum drach.vi.misceatur cum resina humida, & liniatur super cutem,& ponatur super locum saniei donec cadat per se: & oportet vt administretur statim, quoniam exiccatur velociter. Et medicamen factum de sale ammoniaco, cuius descriptio est ex[o] salis ammoniaci quantitate partis vnius,& ex bezahard quantitate quartæ partis vnius, & ex lithargyrij quantitate partis vnius & tertiæ,& ex olei antiqui quātitate partis vnius,et duarum tertiarū

E Diosc.li.4.c.142. & Paul. lib.4.c.18.
F Paul. lib.4.c.18.

G † ij.&
H † visci

H Ras.27.cōti.t.2. c.2.308.2.

I Ras.308.3.

K Ras.308.2.

L Ras.27.cōti.t.1. c.2.308 3.

M † ꝑparatio coriorū cum gallis & specie attramenti.

N Cap.28.& Pau. lib.4.c.18.

O Ras.27.cōt.t.1. c.2.309.3.

partis

A partis sumatur ex eo linimentum: Et quando non conferunt medicinæ, sicut prædiximus, necessarium est perforare, aut cauterizare.

Regimen exiturarum intrinsecarum. *Cap. 31.*

ALdubelet quidem intrinsecæ oportet vt regātur cum euacuatione: & proprie qñ cholera est egrediens in egestione, & vrina: significat ꝙ sanguis totus est malus. Quando vero verificat̃ existimatio medici ꝙ sang. est bonus, præter illum quem expellit ad exituram, & post euacuationem, tunc oportet vt maturetur cum medicinis æqualibus,[a] sicut est vinum tenue, subtile, cum bibitur paulatim. & [b] illud cui innitendũ est in maturatione exquisitissima eorũ, sunt medicinę subtiliatiuæ, exiccatiuæ, sicut myrrha, & cinnamomũ, &[c] reliquæ species, & cōsequantur cũ potu vini subtilis, quod est ad albedinē decliue: Et [d] de cōpositis sunt theriaca, & mithridatũ, & homorusia.

A Gal. 7. de phar. cōpositiōe ſm loc. c.6.d
B Gal. ibidē. f.g, & Ras. 27. côt. t.1. c.2. 306.2.
C Ras. ibi. 306.2.3.
D Gal. 14. meth. c.2. f
E Gal. de tumor. c.15. f

De {aldemenul}. i. furunculo. *Cap. 32.*

ALdemenul iterum sunt de genere exiturarum: & plurimum eorum fit ex malitia digestionis: Et ex motibus super repletionem: & quæ currunt cursu illorum. Et [e] deteriores aldemenul sunt, qui sunt profundiores.

De cura {aldemenul}. i. furunculi. *Cap. 33.*

F Ras. lib. diuisio. c.31.

B QVando apparent aldemenul, tunc eorum cura [f] circiter tres dies est cura apostematum calidorum: deinde post illud oportet vt sit occupatio in resoluendo, & maturādo: fortasse enim resoluentur: & illud est ſm minus: & fortasse maturantur. Et nō oportet vt sit negligentia in curatione aldemenul: multoties enim conuertitur ad exituram magnam: & securat ab hoc euacuatio ſm quantitatem necessitatis phlebotomiæ, & solutionis ventris: Et cum fuerit in aldemenul pulsatio, & basis radicis, tunc est necessaria maturatio: ergo adiuuetur ad illam. Et corpus repletum in quo multiplicatur egressio aldumel seu furunculorum, liberat solutio ventris, & rarificatio cutis cum balneis administratis semper, & exercitio. Et [f] de maturatiuis quidem est semen almaru tritum cum lacte, aut cum ficubus & melle: & ficus cum melle ipso. Et [g] triticum masticatum est bonum ad maturationem eorum. Et similiter [h] passæ cōfectæ cum baurach. [i] Aut ficus cũ sinapi permistæ cum oleo de lilio. Et medicamen aldemenul cognitũ. Et medicamen de fermēto notum. Et medicamen cui inest iste modus maturat. Recip. butyri. ℥. i. & mediam, fermēti acetosi ℥. i. & seminis almaru triti, & psyllij omnium ana. ℥. i. ʃ. olei sisamini. ℥. iij. fœnugræci, & se. lini omnium ana. ʒ. v. bulliant in lacte & administretur: ipsum enim est iuuamentum temperatum. Et cũ aldemenul difficiliter venit ad pus, & cum quiete caliditatis grauis, tunc phlebotoma venam, quę imbibit ipsum: deinde ventosa locum: & nō facias istud in principio, qm̃ egredietur sang. virulentus, & retinebitur grossus, & fiet illic vlcus durum. Et quando maturatur, & nō aperitur, perfora C ipsum, aut cum medicinis aut cum ferro, aut secundum ꝙ dictum est in exituris. Et de bonis erumpentibus, est illud: semen lini, fimus columbinus, & [k] fermentum.

G Lib. 1. Fē. 1. do. 4. c.2. & Gal. lib. 3. natur. fac. c.7. a, & 10. simpli. 75. g
H Pau. lib. 4. c.23. & Dios. lib. 5. c.75.
I Alzar. lib. pract. 29. c.4.
K Dios. li. 2. c.77.

De moro. *Cap. 34.*

HOc est apostema molle ex carne addita quod accidit in carne rara: & plurimũ eius fit in ano, & vulua: & quandoq; est saluum, & quandoq; est malignum dolorosum.

TRACTATVS II. *de apostematibus frigidis, & quæ currunt cursu eorum.* *Cap. 1.*

HVmores [l] frigidi: & qui currũt cursu eorum in corpore, sunt phlegma, & melancholia, & ventositas: & compositum ex eis: & tu iam [m] sciuisti species eorum. Et [n] apata frigida, aut sunt phlegmatica, aut melancholica, aut vētosa, aut composita. Et apata phlegmatica, aut sunt simplicia, & nominantur apata mollia: [o] aut aquosa sicut accidit membro alicui vt in eo aggregetur aqua, sicut hydropisis proprie: Aut dubellet, in quibus sunt sicut nodi lenes, aut duræ, sicut scrofulæ, & nodi duri. Et melācholica aut sephiros, aut cancer: & tu [p] scies dr̃iam inter vtrosq;. Et vētosa aut sunt althebegi, aut inflatio. Et althebegi quidem est qñ ventositas vaporalis sparsa permiscet̃ substantię mēbri. Et [q] inflatio est, qñ est vētositas aggregata in spatio vno fixa in eo. Et qñq; cōponunt̃ illa apata ad inuicē, & cũ calidis ex eis.

L Gal. de oculis. c.1. e, & 13. meth. c.2. g.h
M Li. 1. Fē. 2. do. 1. c.7.
N Ras. lib. diuis. c.127.
O Ga. 2. art. cur. ad glauc. c.3. f
P Cap. 15.
Q Gal. 14. metho. c.7. e

De apostemate molli phlegmatico, quod nominatur {vndimia}. i. oedema. *Cap. 2.*

R Ga. 4. apho. 34. c
S Gal. 14. metho. c.7. e

D EST apa album, [r] molle in quo non est caliditas: & quāto plus materia est subtilior, & magis madida, est mollificatio eius vehementior: & [s] digitus facilius penetrat in eo quod comprimit, cũ prohibitione aliqua in eo quod non est in thebegi, & quanto plus materia est grossior, est ad duritiem, & ad frigus magis decliue. & plurimum eius est à vapore phlegmatis: & est de genere althebegi. Et differunt vndimia ab apatibus melancholicis, per paucitatem duritiei, & paucitatem offuscationis. Et qñ accidit ex percussione, & similibus, & non occurrit materia, quæ attrahitur ad locum eius, nisi phlegma, tunc non apostemat præter apostema phlegmatis: & illud est parum, & non euacuatur ex dolore.

Curatio apostematis mollis. *Cap. 3.*

EVacuatio quidem [t] quę fit cum solutione ventris, & abstinētia ab eo quod generat phlegma, est res quæ est necessaria. Et cum factum fuerit illud, [v] oportet vt sit repercussio eius in principio, cum eo quod aggregat exiccationem, et resolutionem. Et [x] oportet vt fricetur locus cũ mantili fricatione dura, deinde administrentur super ipsum exiccatiua. Et [x] non oportet vt contangat ipsum aqua. Et de illis, quæ bona sunt in principio, est, vt administretur super ipsum [y] spongia noua infusa in aceto commisto: [y] aut infusa in aqua baurach, & cineris. [z] In substantia enim spongiæ sunt

T Halya. 3. pract. c.2.
V Lib. 1. F. 4. c.25.
X Ras. 27. côt. t.4. c.316.2.
Y Ga. 2. art. cur. ad glauc. c.3. f, & 14. meth. c.4. f
Z Ser. t.5. c.24.

sunt exiccatio,& resolutio: Et quoties additur ægritudo, ponatur acetum, in quo infunditur spongia fortius parum: Et apud statum perueniatur cum ipso finis in fortitudine,& administretur solū cum spongia,& permistum cum oleis vehementis resolutionis. Et in illa hora iterum administra spongiam infusam in aqua cineris fici,& vitis,& glandis & similium. Et oportet vt comprehēdat spongia omnia latera, ne declinet materia ad latus aliud. Et qn̄q; administras loco spongię, cū non inuenitur.[a] pannus duplicatus in duabus tunicis cum aqua cineris: & qn̄ assiduatur super ipsum vna vice post aliam, fortasse sufficit, Et aqua calcis est fortior. Et de illis quæ conferunt iterum, est oleum rof. cum aceto,& sale,& sulphure cōbusto. Et ipsum sulphur est bonum. Et[b] cicer cū aqua caulis est mirabilis iuuamenti. Et[c] memithe in principio solum, & cum quibusdam exiccantibus calidis est bonum. Et strictura cum ligamentis confert ei in quo non est materia grossa. Et[d] oportet in illa ligatura vt sit inceptio ab inferiore ad superius. Et succus myrti est bonus in principio: et bonitas eius post illud est, vt cum eo conficiantur medicinæ post: Et cum hoc apa est in membro neruoso, spisso, aut ligamēto, aut chorda, permisceatur in medicinis quod incidat cum lenificatione. Et qn̄ est cum hoc dolor propter causam quæ[e] dicta est, tūc oportet vt sedetur dolor in primis cum his, quæ sunt sicut hyssopus humida,& vinum coctum,& cerataria ex oleo: & vt administret embroca cum vino styptico nigro,& post illud administretur, aqua cineris & similia. Et de epithematibus bonis est vt[f] sumantur myrrha & lycium,& ciperi,& aloe,& crocus,& acacia, & boli armeni parum,& conficiantur cum aceto. Et[g] aqua caulis,&[f] folia tamarisci,& sal,& oleum,&[h] bolus armenus emplastrata cum aceto. Et iterum ei quidem cuius antecessit dolor,[i] sumātur sordes balnei,& bulliant cum aqua,& inspissetur cum calce, quæ ponatur in ea, donec fiat mollis,& liniatur. Et[k] iterum liniantur loca cum oleo,& ponatur desuper spongia, aut lana imbibita aceto, & ligetur super ipsum,&[i] medicamen de fermento est iuuatiuum. Et de eis, quæ sunt iuuatiua, est vt sumantur folia lilij,& elixentur bene,& exprimantur & superponātur: est enim mirabile. Et similiter alumen,& lycium contrita cum aceto,& aqua cineris: Et de epithematibus fortis iuuamenti est istud,[l] stercus vaccinum,& olibanum,& storax,& vsnee,& calamus aromaticus,& spica,& absynthium,& omnia iuuatiua,& oēs medicinæ prædictæ in areolis apostematum, rememoratæ in antidotario. Et[m] qn̄q; confert mollitiei accidenti in pedibus prægnantium, vt submergatur sumitas cannæ, de qua fiunt scopæ in aceto,& ponat̄ desuper. Et[m] melius eo est illud, quod fit post contritionem,& chimolea cum aceto,&[n] † {anethum.} Et[o] de embrocis, decoctio caulium,& anethi: aut[o] decoctio corticum citri. Et[p] mollitiei, quæ est sequens hydropisim, & ægritudines alias, quæritur cura quæ est causæ.

A Raf.27.cōt.t.4.c.2.316.2.
B Raf.316.3.
C G.14.met.c.4.g
D Gal. 2. art. cur. ad glauc.cap.3.g,& 14.meth.c.4.g
E Cap.2.
F Raf.t.7.c.13.
G Raf.27.cōt.t.4.c.2.316.4.
H Alzar. lib. prac. t.29.c.13.
I Raf.317.3.
K Raf.316.2.
L Raf.316.4.
M Raf.27.ɔti.t.4.c.2.316.2.& Paul. lib.1.c.1.
N † alumen.
O Paul. ibidem.
P G.14. met.c.4.f & 2.art.cu.ad glau.c.3.f

De nodis.i.atheromatis, steatomatis,& meliceridibus. *Cap.* 4.

NOdi sunt dubellet phlegmaticæ, comprehendentes humores phlegmaticos, aut generatos à phlegmate, quæ sunt facti sicut caro,[q] aut sicut iuscula farinæ, aut sicut mel, aut sicut aliud: &[r] proprie qui eueniūt in curuaturis iuncturarum, aut res dura. Et non est longinquum quin sit necessarium ipsam reperire & esse de genere melancholiæ, verum nos posuimus eam phlegmaticam, qm̄ radix illius duri est phlegma, cui accidit vt desiccetur grossum. Et[r] qn̄q; accidit vt nodet̄ neruus,& similatur nodo,& nō fit de nodis: & differt à nodis per hoc, ꝙ non separat̄ ex omni parte,& non separat̄ in longitudine, immo dextra,& sinistra. Et[r] multoties accidit ex percussione ꝙ assimilat̄ nodis. Cum ergo curatur in principio cū strictura superposita, remouetur,& resoluitur.

Q Gal. de tumor. c.5.g
R Raf.27.ɔti.t.6.c.1.319.1.

De cura. *Cap.* 5.

NOdorum qui sunt glandosi, curatio est incisio,& perforatio, nō aliud, Et similiter curatio valens in melinis & similibus. Inquit[s] Antyllus: tende in primis cutem, quæ est super nodos cum manu tua sinistra, aut minister extendat eam tibi, ſm modum qui est possibilis:[s] Verūtamen oportet ne secetur cystis nodi, qm̄ illud prohibebit te vltimare vel eradicare excoriationē. Et[f] cū extenderis tibi cutem bene, tunc seca eā cum facilitate: qm̄ possibile est qn̄q;, vt velamen nodi tendatur cū eo in dispositionibus: tarda ergo donec appareat tibi velamen nodi: deinde extende tibi cutem vtriusq; lateris cū vncinis,& incipe excoriare cystim à carne, qm̄ possibile est excoriare ipsam,& fortasse est annexa ei,& tunc excoria ipsam cum gamedin, donec egrediatur cystis sana cū eo quod est in ventre eius: illud enim est magis certum quod esse potest.[f] Cum ergo extraxeris illud, si cutis non superfluit à loco vulneris pp paruitatem nodi, tunc absterge san. & ablue vulnus cum aqua mellis,& sue eam,& incarna. Et[s] si superfluit super ipsum plurimum propter compressionem nodi, tūc abscinde superfluum totum: deinde cura. Et[s] si nodus est vicinus neruo, aut venæ,& est de illis qui excoriantur, tunc non est malum excoriare ipsos, & si sunt de illis qui indigēt excoriatione cum gamedin,& timetur quod abscindetur aliquid de illo, tunc extrahe ex eo illud quod egreditur,& pone in residuo medicamen acutū. &[s] non incarnes ipsum, donec scias, ꝙ non remansit in eo aliquid de cysti: qm̄ si remanserit ex eo aliquid, redit sicut erat,& deterius. & qn̄ inciditur seu eradicatur nodus magnus per excoriationem tūc imple ipsum seu locum eius post cū cotto, in illa die,& cura ipsum cum medicamine. Et cū perforatur, oportet vt auferatur cystis, quæ est ei, cum complemento sui: & si nō cum alio, saltem cum vncinis: qm̄ qn̄ dimittitur,& si minimū sit de ea, redit. Et si possibile est vt excorietur, tunc si accipiatur cystis cum nodo erit melius: & si relinquitur aliquid de cysti, ponatur in ea medicamen acutum, deinde consequenter adhibeatur butyrum. Et[s] in mellino quidem quod est de exituris, sis solicitus adeo ne rumpatur cystis eius,&

S Raf.27.cōti.t.6.c.2.319.2.

A ingenia vt egrediatur cum cysti:nam si eius cystis rumpitur,eius egressio erit difficilis.Si vero acci
dat vt rumpatur,tunc rectum est vt ipse suatur super illud quod est in eo,& excoriatũ ab ea aggre
getur,& stringatur cum ligamentis.Et qñ currit de illo res plurima, tũc oportet vt custodiatur pa
tiens ipsum cum confortantibus naturam suam:& cõseruetur apud somnum:fortasse enim adue-
A Ras.27.cõt.t.6. c.1.319.1. niet syncopis ei:et oportet vt medicetur curatione eius,qui timet syncopim.Et [a] multi quidem de
habentibus nodos,non tolerant excoriationem,neq; medicinas acutas pp magnitudinem ægritu
dinum eorum,& pp complexiones eorum ẽt,neq; sufferunt aliud nisi perforationem.Oportet er
go in istis vt perforẽtur eorum nodi,& extrahatur quod egreditur ab eis:& neq; præsumas de cy-
sti,immo pone in eo omni die postq̃ egreditur illud quod facit collectionem seu saniem sicut oleũ
cum butyro tepidum:nam cystis putrefiet,& egredietur per se. De bona aũt curatione mellini fa-
B Paul.lib.4.c.34. uosi est,vt incipiatur,& euaporetur cum aliquo calido: deinde emplastretur [b] cum passis enuclea-
tis.Et melius est vt excorietur cutis:deinde ponantur super eam emplastra, & fortasse cõsequitur
medicamen acutum in excoriatione cutis finem notum, [b] sicut calx,& sapo,& cinis,& alia de illis
quæ currunt cursu eorum,de illis,quæ dicta sunt in erumpentibus exituras. Et [b] iterum sumãtur
calcis.℥.iiij.& fæcis vini adusti.℥.ij.& nitri.℥.ij. magræ.℥.i. ferueant in aqua cineris ebullitionibus
paucis,& ponatur in ampulla de plumbo,& roretur semper,vt nõ exiccetur. Et hoc medicamen
C † verrucis B est bonum ẽt [c] † {altualil,} & glandibus,& similibus:& est vt [d] sumãtur ellebori, & arsenici rubei
D Pau.lib.4.c.34. amborum ana partes duæ,& corticum æris partes quatuor,& fiat ex eis linimẽtum cum oleo ros.
Et [d] sumatur ex semine vrticæ,& corticibus æris,& arsenico cum oleo ros. Et de emplastris bonis
iterũ mellino,& omnibus exituris & calidis,ẽt & in quibus est humor lenis, est istud [d] Recipe lau
dani,& ammoniaci,& galbani,& bdellij,& sorditiei vasis apis,& glutinis albotin ęquales partes,
fiat ex istis vnguentum.Et ex dissoluẽtibus sine plurima mordicatione est vt [d] sumatur baurach,
& medietas eius ellebori,& fiat ex eo emplastrum ex cera,& oleo ros. Et [d] iterum calcis pars.i.col
E † grossitiei in palpebris cothar pars vna,arsenici pars.i.Glandulas aũt quæ similes sunt [e] † {alsilac,} & sunt species nodi,si
tibi est possibile extrahere,extrahe sicut alsilac:& non fiat inde nocumentum neruo,aut membro
F Ras.27.cõt.t.6. c.1.319.1. vicino,fac.Et [f] si fuerit in manu,& pede,& in loco coniuncto cum neruis, & chordis, non præsu-
mas extrahere ipsum:quoniam faciet cadere patientem in spasmum:immo contere ipsum, & con
stringe super ipsum cum aliquo cui sit grauitas,donec detumescat. Et [g] signum eius est, q; huius-
G Ras.27.cõti.t.6. c.1.319.1. modi compressio super ipsum stupefacit membrum.

De {glandulis} .i.ganglijs. *Cap. 6.*

H Ras.t.7.c.15. I Paul.lib.4.c.16. QVandoq; generatur in quibusdam mẽbris apa glandulosum, [h] sicut auellana,& nux, & mi-
nus eis:& multoties super [i] manus,& super frontem:& est in principio taliter, q; cum super
C ipsum fit compressio,separatur:deinde redit multoties,& multiplicatur, & fortasse non
redit.Et cura eius est de genere curationis nodorũ.Et [h] qñq; sufficit vt conteratur, & comprimat̃,
K Gal.9.de simpl. medic. facul.70.f deinde super ipsum [k] stringatur plumbum grauis stricturæ,qm̃ digerit ipsum, & proprie quando
L Ras.t.7.c.15. linitur super plumbo epithema digestiuum de illis, quæ sciuntur. Et [l] oportet iterum vt strictura
administretur post eius digestionem,qm̃ illud est causa prohibens reditionem.

De pustulis glandulosis. *Cap. 7.*

ACcidunt etiam quandoq; pustulæ glandulosæ paruæ. Et earum cura est ipsarum cõtritio,&
M Cap.6. expressio eius quod est in istis,& stringere plumbum super eas.

De fugille. *Cap. 8.*

N Li.3. Fen.4.t.1. c.24. FVgille est de genere apatum glandulosorum:& quasi hoc nomine appropriatur illud quod fit
O Gal.3. de phar. cõpos. sm loc.c.2.g & baccinis,& Alzar. li.prac.t.3.c.9. post aurem.Et nos quidem iam diximus sermonẽ vniuersalem in omnibus, quæ currunt cur-
su eius.Et cura eius est cura prędicta in [m] capitulo apatum glandularum,& [n] in apatibus,quæ sunt
P Gal.3. de phar. cõpos. sm loc. c.2. post aurem.Et de illis,quæ sunt ei propria, [o] est cinis limaciarum confectus cũ antiquo adipe,non
salito:& huic quidem medicinæ non est par. [p] & iterum cinis mustellæ permisto in eo cerato cum
oleo de lilio.Et antiquatur,& administretur:Et [q] confert scrofulis etiam.

De scrofulis.i.strumis vel de chœradibus. *Cap. 9.*

Q Dio.lib.2.c.23. D SCrophulæ similantur nodis:sed differunt ab eis in hoc,q; [r] nõ sunt separatæ, sicut nodi,immo
sunt suspensæ cũ carne.Et [s] plurimũ quidem accidunt in carne molli. Et est eis iterũ velamen
R Lib.1.F.2.do.1. c.5. neruosum.Et fortasse fit scrofula vehemẽtis magnitudinis.Et [t] fortasse ex vna earũ generant̃ plu
res:& similant̃ in hoc [u] † {altualil.} Et qñq; ordinant̃ nodi,& fiũt sicut [x] † {cholade,} & quasi sint
S Gal.14. metho. racemus.& scrofulæ ad vlcera,sunt glãdulæ [y] † {sechirusiæ.} Et de scrophulis quidẽ sunt,quibus
associatur dolor,& sunt illæ quibus permiscetur apa calidum,& materia calida.Et [z] est de eis qui-
T Ras.ibi.310.3. bus nõ associat̃ dolor,& est difficilis curationis:Et fortasse in eius curatione est necessaria perfora
V † verrucis tio,& putrefactio.Et [a] hoĩes vehementius expositi ad habendas scrofulas in partibus colli,& capi
X † monile tis,sunt curta habẽtes colla,humidarũ cõplexionũ. Et [a] loca in q̃bus generant̃ plus scrofulæ, sunt
Y † scirrosæ collũ,& subascellæ.Et [b] videt̃ q; non nominant̃ scrofulæ nisi propterea q; multũ accidunt porcis
Z Ras.27.cõt.t.2. c.1.310.3. pp gulositatem eorũ,aut propterea q; figuræ earum sm plurimum assimilant̃ porcis.Et [a] saluiores
A Ras.27.cõt.t.2. c.1.310.2. scrofulæ sunt,quæ accidunt infantibus,& grauiores earum sunt,quæ accidunt iuuenibus.

De cura. *Cap. 10.*

B Aetius li.4. ser. c.5. RAdix super quam est fiducia in curatione habentium scrofulas,est euacuatio,et subtiliatio re
C Ras.lib.diuisio. c.19. giminis.Et [c] de euacuatione laudabili ẽ vomitus.Et [c] necessariũ solutione educere phlegma
grossum,

grossum,& proprie cum pilulis nominatis aluasali:Et iterum sumantur turbit,& zinzib.& zuca- E
ri partes æquales,& bibantur vsq; ad.ʒ.ij. & hoc quidem est cum hoc quod soluit phlegma gros-
sum,non calefaciens,neq; intestinorum faciens rasuram.Et [a] phlebotomia iterum est iuuatiua : & A Ras.27.cõt.t.2. c.2.312.1.
oportet proculdubio vt fiat ex cephalica.Regiminis vero subtiliatio est,qm̃ oportet vt deuitet ci-
bos grossos,& [b] potum aquæ super eos,& nauseatiuam satietatem,& repletionem, & [c] toleret fa- B Ser.t.7.c.8.
mem quantum potest:& abhorreat oẽ q; replet caput materia:& oportet vt custodiat præparatus C Ras.t.7.c.8.& lib.diuis.c.129.
eis caput ab eo quod facit currere ad ipsum materias ex præparationibus faciẽtibus currere , sicut
prosternere se super faciẽ,& curuare se super genua prolixe,& habere puluinar demissum seu nõ
eleuatum,& ab operationibus,quæ trahunt materias ad caput,[d] sicut locutio plurima,& dolor ca D Ras.312.1.
pitis,& rixa,& [e] ventosatio est incõueniens patientibus scrofulas ſm plurimum : & illud ideo,qm̃ E Lib.1. F.4.c.21. & Ras.27.cõti.t.2. c.2.312.1.
non est ei possibile vt euacuet ex materia,quæ est in scrofulis,& quæ currunt cursu eius: immo tra
hit ad eas,& ingrossat ipsas per id quod extrahit de sang.subtili. Et multoties quidẽ redeunt scro-
fulæ incipientes extenuari,et resolui ad dispositionem suam primam.Et oĩno regimen scrofularũ
similatur regimini sephiros ex parte ipsius ægritudinis.Et cum scrofulæ sunt magnæ tunc chirur-
gici alienant se à curatione earum cum ferro,& medicamine acuto. Et illud est de illis, quæ ducũt
ad vlcerationem earum,& ipsarum corruptionem:Et est necessarium in hmõi vti euacuatione,et
mundificatione,& subtiliatione cibi,& administrare medicinas resolutiuas super eas cũ facilitate. F
Et iam inuenimus [f] vnguentum apostolorum quod factum fuit pro discipulis Christi esse magnę F Ser.t.5.c.26.
impressionis vel sanationis in scrofulis magnis perniciosis eruptis vel vlceratis sed cũ facilitate &
lenitate.Et de emplastris dilectis & conuenientibus scrofulis est [g] emplastrũ diachylon.Et [h] qñq; G Ser.t.5. c.26. & Ras.t.7.c.8.
permiscentur cum hoc vnguento medicinæ aliæ, quæ faciunt ipsum fortioris operationis sicut ra H Ras.27.cõt.t.2. c.2.312.2.
dix lilij proprie cũ proprietate,quæ est in ea:& sicut [i] stercus caprarum, & ouium , & sicut nastur- I Ras.t.7.c.8.
tium,& radix cucumeris asinini,& vuæ montanæ, & [k] ficus quæ cadunt ante maturationem, aut K Ras.312.4.
farina fabarũ,& amygdalæ amaræ,& bdellium:& aggregent̃ ad illud,& administrentur,& de em
plastris bonis est emplastrum hmõi.Rec.farinæ fabarũ,& hordei, & pinguedinis porci, & anseris
oĩum ana partem.i.& radicis coloquinthidæ,& aluminis iameni,& radicum lilij,& picis humidæ
oĩum ana partem.5.aggreget̃ illud cum oleo antiquo contritione bona post liquefactionẽ pingue
dinis,& picis in oleo,& cõfert.Emplastrũ bonum resoluens duritiẽ in hebdomada, & in eo quod
est minus ea,in tribus diebus quod [l] Gal.narrauit in Catageni.Recip.sinapis,& seminis vrticæ,& L Ras.27.cõti.t.2. c.2.312.2.
sulphuris,& spumę maris,& aristolochię,& bdellij ana.℥.i.ammoniaci,& olei antiqui,& ceræ ana
℥.ij.Et de medicinis,quæ super eas ponũtur est pix cũ qua sit confecta farina,aut cum squilla , aut
cõfecta cũ ea radix caulis contrita,& [m] radix capparis cum bdellio & [n] lupini cum aceto, & melle, M Ras.313.1. N Paul.lib.4.c.33.
aut cũ syrupo acetoso,& [n] stercus vaccinũ aggregatis vel decoctis cum aceto,& oĩa ista cum adipe G
porci,aut cum oleo.[n] Medicamen bonũ.Fœnugræci [o] † { }partes.iiij.calcis,& nitri amborũ O † nasturtij
ana pars.i.aggregentur cũ melle.Et [p] iterum radix cucumeris asinini,& folia lauri contrita cũ glu P Paul.lib.4. c.33.
tino albotin:aut cinis amborũ aggregatus cum eo. Et [q] iterũ aggregentur farina herbi & stercus Q Paul.aliter.
caprarũ,& ouium,& proprie montanarum cum vrina infantis & fiat linimentum. Et iterum hoc
medicamen:[p] Myrrhæ.x.ammoniaci.vij.& dibic.i.visci quercini.v.galbani quod est bazard,sor-
ditiei aluearij apum,ana partem.i.terantur oĩa & iterum aggregent̃ in mortario viscum artificia-
liter constructũ,& resina,& sint pro omni lib.galbani.℥.iij.aggregetur illud : & est linimentũ bo-
num.Et de medicinis bonis sunt,[p] Ceræ,gũmi pini,adipis porci,nõ salitæ, prasij, & floris æris par
tes æquales,fiat ex eis linimentũ.Et iterũ resinæ partem.i.corticũ æris partes.ij. aluminis iameni,
arsenici oĩum ana partes.iiij.sumat̃ ex eis linimentum:Et [p] de medicinis bonis est medicamen de
kitrã:& [p] medicamen cucumeris asinini:& [p] medicamen de condysi , & medicamen nominatum
sandaros,& [p] medicinæ factæ cũ serpentibus,& singularis ex eis,est vt sumat̃ serpens mortuus,&
incineretur in vase lutato luto sapiẽtiæ posito in tanur de lateribus, vehementer calido deinde cõ
ficiatur cũ æquali quãtitate [q] † {suci aceti} permisti cũ melle ſm medietatem.Et de medicinis bo Q † fœnugræci
nis est,medicamen de cordumeni,& nasturtio,& fimo columbino cũ oleo,& oĩa iuuatiua sunt ite
rum singulariter.Et silr̃ farina herbi cum eis,& sola cũ aceto,& cum melle,& cum pice, & cera,& H
oleo.Et iterum sumant̃ vuæ montanæ,& nitrũ,& resina,& farina herbi, & aggregent̃ cum aceto
& melle.Aut accipe radices lilij,& se.lini,& bulliant in vino,et ponatur in eis ambobus post illud
fimi colũbini quãtitas quã exigit illud quod p̃sens est,& fiat ex eis quasi emplastrũ,et est mirabile.
Et iã experta sunt vrina cameli arabici,& quod ex ea est coagulatũ applicãdo ipsum in emplastro
aut vnguentũ commistis cum eis medicinis,quæ sunt ad scrofulas,& fuerũt iuuatiua. Et almugat
est ex emplastris mirabilibus.Et [r] existimauerunt quidã,& est [r] Alkindus,q; messes cornu caprini R Ras.27.cõt.t.2. c.2.313.2.
cum adurit̃ & bibitur hebdomada vna oĩ die pondere.ʒ.ij.sanat eam,et oportet vt fiat in oĩ mense
hebdomada vna.Et scias q; de scrofulis sunt,in quibus est cancerositas , vel cancerositas aliqua &
in hmõi quidem oportet vt conficiant̃ medicinæ calidæ prædictæ cũ oleo ros. & dimittantur per
dies aliquot,& administrent̃.In scrofulis aũt,quæ sunt calidæ cõplexionis,non oportet vt supflua
sit administratio medicinarũ acutarum,immo sufficit eis,quod est sicut sauich de tritico cum aqua
coriandri.Et [s] fortius illo est myrrha cũ duplo sui de licio,confecta cũ aqua coriãdri:et est regimen S Ras.312.1.
in hoc vt vincat aqua coriandri,aut vincat medicamen aliud,ſm q; præsens est:& quod necessariũ
facit vehemẽtia inflãmationis,aut paruitas eius.Et [s] de illis,quę cõferunt eis est vt fiat sternutatio
cum

A cum oleo de nucleis persicorum, excorticatorum, adustorum. Quod si necessarium fuerit in curatione scrofularũ uti ferro, oportet tunc vt sit administratio eius in scrofulis vicinantibus venis pluribus, & venis pulsatilibus, & neruis cum cautela, & defensione. [a] homo enim quidam errauit cũ perforaret quasdam scrofulas, & obuiauit ramo neruorum reuersiuorũ, quare destructa est vox: & iam accidit, vt non inueniret neruum, sed detegeret eum frigori: quare corrupta est complexio eius, & destructa est eius operatio vsquequo rediit ad ipsum eius complexio cum calefactione: & fortasse errauit, & inuenit alguidegi: & deterior alguidez in hoc est illa, quæ est profundior: quapropter cum excoriatur ex latere est saluius, & oportet vt accipiantur scrofulę, & destruatur quod residuum est cum medicamine acuto, & non perueniat lateri læsio.

A Lib.3. F.10.t.2. c.1. & Gal.1.loc.affec.c.6.a

De {apostematibus duris}.i. duritie vel scirrhis. *Cap. 11.*

A [b]Postema durũ, nominatum sephiros, quod purũ est, est illud cui nõ associatẽ sensus, neq; dolor. Et si remanet cũ eo sensus, quidã, licet sit paruus, tũc non est sephiros purũ: Et purũ quidem, & non purũ cum quo est sensus quidã, est priuans dolorẽ: Et [c] sephiros aut fit à melancholia fæculenta sola, radicali, & color eius est plumbeus. [c] Aut à melancholia cõmista cũ phlegmate, & color eius est decliuis ad colorẽ corporis. [c] Aut ex phlegmate solo, quod iã induratum fuit. Et puri quidẽ color vt multũ, est color plũbi, & est vehementis tentionis, & duritiei: & [d] fortasse superemi B nent ei pili & hoc est illud cui non est sanitas. Et est quoddã ex eo, cuius color est color corporis, et [e] permutatẽ de membro ad aliud, et nominatẽ fermos: & qñq; est cum colore corporis durũ, magnũ, quod non sanatẽ, neq; permutatur vnq̃. Et [f] oẽ sephiros aut incipit & est sephiros qd apparet paulatim, paulatim & additẽ: aut [g] conuertitẽ ex phlegmone, aut erysipila, aut exitura ĩ loco vacuo. Et qñ plurimũ [h] accidit durities in visceribus, non accidit nisi post apã calidum, qñ curatur cũ infrigidantibus viscosis, ex medicinis, & cibis. Et [i] qñq; cancerañ sephiros: Et propinquitas sephiros ad cancrũ, & elongatio eius ab eo, est ſm multitudinẽ inflãmationis eius, & paucitatẽ, et apparitionẽ pulsationis in eo, & occultationẽ eius, & apparitionẽ venarũ in circuitu eius, & nõ apparitionẽ earũ.

B Li.1. Fẽ.2.do.1. c.5. & G.2.art.cur. ad glau.c.4.g, &.5. de simp.medic.fac. c.9.d
C Gal.ibidem.
D Aeti. li.4. ser.3. c.3.& Ras.27.conti. t.2.c.1.309.4.
E Ras.27.cõt.t.2. c.1.309.4.
F Ga.2.art.cur.ad glauc.c.4.h
G Cap.15.
H Gal.ibidem.
I Ras. lib.diuisio. c.127.&.27. conti. t.2.c.1.310.1.

De cura. *Cap. 12.*

Oportet vt de his apãtibus illud curetur, cui est sensus, & vt sit solicitudo curationis post mundificationem corporis cũ eo quod educit humorem facientem ægritudinem. Et fortasse est illa mundificatio cũ phlebotomia, si est sanguis plurimæ nigredinis. Et super illud fit quod resoluit, & lenit simul. Et [k] non curetur cum eo quod resoluit, & exiccat tantum: qm̃ illud perducit ad vehementiam lapideitatis pp exiccationem grossi, & resolutionem subtilis. Et [l] oportet vt ponanẽ curationi eius duæ reuolutiones: reuolutio resolutionis cum lenitate cum eo quod nõ exiccat plurimum: quia oẽ resolutiuum ſm plurimum exiccat: & humectatiuum raro resoluit: Et [m] oportet vt C sit gradus eius in caliditate ex secundo ad tertium: & in exiccatione ex gradu primo. Et reuolutio alia lenificationis: Et sint istæ duæ reuolutiones succedentes. Et [n] oportet vt membrũ famem pati cogatur in reuolutione resolutionis, & trahatur nutrimentũ ad eius oppositum cũ motione illius oppositi, & exercitio eius, & ipsius famelicatione: Et saturetur cibo in reuolutione lenificationis, & dimittatur ad ipsum fluere nutrimentũ cum fricatione, & quę sunt ei similia, & liniatur cũ pice. Et [o] diuersificetur necessitas in virtute medicinarum resoluentium: & lenificantium, & debilitate earum ſm raritatem membri, & ipsius spissitudinem, & vehementiam duritiei, & debilitatẽ eius. Et iterum compositio medicinarũ oportet vt aggregetur inter duas virtutes. Et [p] oportet ne multum vtantur balneo, qm̃ resoluit subtile, & aggregat spissum, & non peruenit ad hunc finem vt leniat spissum. Et [q] lenificãtia quidem, in quibus est resolutio quædam, sunt [q] sicut adipes gallinarũ, & [q] anserum, & vitulorum, & boum, & [q] ceruorum proprie, & medullæ eorum, & [q] adeps hirci, & asini adeps est bona eis, & [q] adipes rapacium leonũ, & vrsi, & [q] leopardi, & adib, & quæ currũt cursu eorũ de vulpibus, & aldabha, & adipes rapacium auium. Et [q] oportet vt misceantur cũ eis, quæ sunt sicut ammoniacum, & bdellium, & galbanum, & [r] storax, & mastix qñ præparantur ad resoluendum: & administrentur singulariter qñ præparantur ad lenificandũ. Et [q] de pdictis adipibus melior est adeps leonũ, & vrsi. Et in mucilagine fœnugræci, & lini sunt resolutio & lenificatio. Et D [s] oportet ne in istis adipibus, & earũ similibus de mollificantibus, sit sal oĩno: qm̃ sal exiccat & indurat: immo oportet vt sit earũ operatio, operatio solis in cera, quæ lenit, & liquefacit, & nõ peruenit ad hoc vt exiccet. Et de resolutiuis in quibus ẽ lenificatio aliqua ẽt sunt bdelliũ [t] †.{alscalabi,} & oleum antiquum, & oleũ de alcanna, & oleum de lilio, & galbanum, & laudanum, & storax, & hyssopus humida: Et [u] meliora eorum sunt, quæ sunt minoris antiquitatis, & exiccationis, & vehementioris humiditatis: & iterum mastix album appropinquat prædictis. Et in oleo de alcanna, & oleo de lilio, & ficubus [x] †{albesti} & alkerua est de resolutione, & lenificatione simul, quod est supra sufficientiam. Et de lenificantibus quidem est, vt sumatẽ fæx olei, seminis lini, & fæx aceti, & ferueant, & effundatẽ post ebullitionem bonã super eas vnctuositas caudæ castratorũ, anethum, et administretur. Et de medicinis bonis ad illud est, vt sumãtur stercus asini, & radix euisci, & fiat ex ambobus linimentum: & si fuerit cum ambobus storax, erit melius. Et iterum qñ apparet lenitas, oportet vt liniatur cum ammoniaco soluto cum aceto forti diebus pluribus: deinde redeat lenificatio: aut sumatur galbanum & opopanacũ [y] aut sumantur galbanũ, & ammoniacũ, & bdelliũ, & terantur oĩa, & inuoluantur cũ oleo de ben, & oleo de lilio cũ aliquãtulo mucilaginis fœnugræci, & lini: & fiat sicut emplm̃. Et sordities balnei est ex medicinis vehementis iuuamenti, qñ ponitẽ in

K Li.1.Fẽ.4.c.24.
L Li.1.Fẽ.4.c.29. & Gal.2.art.cur.ad glauc.c.7.f
M Ser.t.5.c.24.
N Gal.2. art. cur. ad glauc.c.4.b
O G.14.met.c.5.a
P Ras.27.cõti.t.2. c.1.310.4. & Paul. lib.4.c.32.
Q Gal.2. art. cur. ad glauc.c.4.a
R Pau. lib.4.c.32.
S Ras.27.cõti.t.2. c.1.311.2.
T † scythicum
V Ras.311.4.
X † pinguibus
Y Alzar.lib. prac. t.3.c.15.

emplastris apatum durorum. Et cum non inuenitur sordities balnei, tunc administretur loco eius euiscum, & nitrum. Et de emplastris bonis in hora resolutionis sunt emplastra, quæ sunt ad scrofulas, de illis quæ diximus: & emplastra iulios, & colophon. Et cum apa est vehemẽtis grossitiei, tũc non est excusatio ab aceto: ipsum enim incidit, & debilitat virtutem membri: et proprie qñ est neruosum: qm̃ est vehementius vacuum à materia: & dimittit eam causæ imprimenti deforis: verum [a] oportet vt sit administratio aceti, & intromissio eius in medicinis, in fine rei, nõ in eius principio: & vbi cadit vltimatio in lenificatione, & cum intromissione tepiditatum lenificationis: & alleuietur in administratione aceti. Et [a] cum non sit alleuiatio cum aceto, nocet neruis, & conuertit in lapideitatem. Et [b] medicus tunc fit audacior in administrando acetum, qñ apostema est in membro carnoso: sicut id quod est in splene: Et qñq; linitur locus cum aceto, & vaporatur cum eo, deinde consequitur cum epithemate, sicut illud quod est de opopanaco, deinde ammoniaco, incipiendo cum pauco leui, postea augẽdo virtutem, deinde gradando ad lenificationem. Et [c] oportet vt administretur super apa oleum lene, in quo non est stypticitas: & est magis conueniens quam aqua: & [d] proprie [e] oleum de anetho factum cum anetho humido. Et illud duritiei quod est in neruis & chordis, curetur cũ incisiuis. Et de curationibus bonis ad illud est vaporatio ex lapidibus ignitis, sicut [f] lapide molendini: & [f] melius quo fit vaporatio ab eo, cum aceto: & melior à quo fit vaporatio est marchasita. Et oportet vt ad hanc perueniatur summam in vaporãdo, & suffumigando, donec appareat sudor. Et qñq; linitur cum marchasita trita cum aceto, & confert: Et [g] oportet vt alleuiatio iterum fiat in administratione aceti, vt non separet subtile, & induret spissum, & vt non corrumpat virtutem neruorũ superflue: & est in principio deterius: & ponatur administrationi eius interpollationes, in quibus est lenificatio. Cum ergo incipies, tunc vaporet̃ membrum cũ eis, quę diximus, & leniat̃ tunc cum medicinis cõuenientibus: et vt illud fiat in mẽbro carnoso, est saluius.

E — F

A G.14.met.c.5.b
B Gal.ibidem.c
C Ser.t.5.c.24.
D Gal.2. art. cur. ad glauc.c.4.c
E Raf.27.cõt.t.2. c.2.312.4.
F Gal.ibidem.b.c
G Gal.14.metho. c.5.b.c

De duritie iuncturarum. Cap. 13.

QVandoq; [h] accidit in iuncturis durities prohibens moueri iuncturas cum facilitate, & nõ destruit sensum. Et quandoq; est neruosa cum qua est stupor aliquis, & quandoq; est carnosa. Et cura est cum eo quod [i] sciuisti.

H Gal.14.metho. c.4.h
I Cap.12.

De eis quæ nominantur {almesemar}.i.claui. Cap. 14.

ALmesemar [k] est nodus rotundus, albus, similis capiti claui. Et plurimũ quidem accidit ex percussione, & post exituras, & post curationẽ earum amplius multiplicat̃ in corpore. Et [k] plurimũ accidit in pedibus, & digitis pedum, & in inferioribus: & [l] lædit in tm̃, q͂ prohibet incessum: quare oportet vt sectio fiat sup ipsum & extrahat̃: aut moueatur cũ manu semp: & annectat̃ ei plũbum qñ taliter est q͂ nõ est possibile vt extrahat̃. Et plurimũ quidem eius, cũ non curat̃, fit cancer.

K Paul.lib.3.c.80. & lib.6.c.87.
L Paul.lib.6.c.87.

De cancro. Cap. 15.

G

CAncer est apa melancholicum de melancholia adusta à materia cholerica, aut in qua est materia cholerica, cũ qua combusta est, nõ à pura fæculenta. Et differt à sephiros qm̃ ipse est [m] cum dolore, & acuitate, & pulsatione quadam, & velocitate additionis pp multitudinem materiei, & inflatione pp illud quod accidit in materia de ebullitione, cum ipsa venit ad membrum. Et differt ab eo iterũ per venas, quas mittit in circuitu suo ad membrũ in quo est, quasi pedes cancri: & [n] nõ sunt rubeæ sicut in phlegmone, immo decliues ad nigredinẽ, & offuscationem, & viriditatem. Et iam [o] diuersificatur ab eo, qm̃ plurimum aduentus sui fit incipiendo: & [p] aduẽtus duri fit permutando ex calido. Et [o] differt à sephiros puro, qm̃ est ei sensus, & illi non est sensus oĩno: & plurimum quidẽ [q] accidit in membris raris: & illud est in mulieribus plus & [r] in membris neruosis iterũ. Et [s] in primis cum accidit, est occultæ dispositionis, qm̃ quando apparet cãcer, ambigitur esse eius in principio eius qñ apparet ꝺm plurimum: deinde apparent signa eius: Et in primis qñ apparet in principio, est [t] sicut faba parua, durus, rotundus, fusci coloris, in quo est caliditas quædam. Et cancer quidem est vehementis doloris. Et alius est parui doloris, quietus. Et alius est qui perducit ad vlcerationem: qm̃ est ex melãcholia, quæ est adustio sanguinis, & adustio choleræ puræ solius. Et alius est siccus, qui non vlceratur. Et qñq; permutatur vlceratus ad non vlceratũ. Et [v] qñq; reducit eum ad vlceratum curatio eius cum ferro: & ponit ei labia grossiora, & duriora. Et videt̃ q͂ hoc apa sit nominatum cancer pp vnam duarum rerum, [x] aut propter suam tenacitatem cũ membro, sicut est tenacitas cancri cum eo quod venatur, [y] aut pp formam suam in rotunditate sua ꝺm plurimum cum colore suo, & egressione venarum: quæ sunt sicut pedes eius in circuitu ipsius.

G

M Li.1.Fẽ.2.do.1. c.5.
N Gal.lib.de atra bile.c.4.b.c
O Raf.lib.27.cõt. t.3.c.1.314.2.
P Cap.11.
Q Gal.2. art. cur. ad glau.c.10.b.d.& Paul.lib.4.c.26.
R Ga.li.14.meth. c.9.f.g
S Raf.314.2.
T Raf.t.7. c.9.& lib.27.cõti. t.3.c.1. 314.2.
V Raf.t.7.c.9.
X Ser. t.5. c.24.& Aet.li.4.ser.4.c.43
Y Gal.li.2. art.cu. ad glauc. c.10.d.& Paul.lib.4.c.26.

De cura. Cap. 16.

ILlud quod oportet sperare de cura eius est, qm̃ cum incipit, [z] fortasse est possibile vt prohibeat̃ ne addatur super illud, quod ipse est, & conseruetur ita vt non vlceretur. Et [z] accidit in quibusdã horis vt sanetur incipiens: confirmatus vero non. Et multoties quidem accidit cancer interius occultus, & est rectum & conueniens in eo ꝺm q͂ dixit optimus [a] Hipp. vt non moueatur: qm̃ si mouetur, fortasse perducit ad mortem: & si dimittitur, & nõ curatur, fortasse prolongatur spatium cũ salute quadam: & proprie qñ rectificantur cibi, cum eis quæ infrigidant, & humectant, & generãt materiam quietam saluã non furiosam, [b] sicut aqua hordei, & pisces alradradi parui, & vitelli ouorum sorbilium, & similia illis. Et quando est illic caliditas, tunc detur [c] lac vaccinum, statim cũ extractum est butyrũ, & colatur: & quod sumitur ex oleribus humidis, [d] vsq; ad cucurbitam. Et [e] fortasse sufferunt cancri parui sectionem: nam si possibile est vt destruantur cum aliquo, tunc non est

Z Ga.li.2.art.cur. ad glauc.c.10.d
A Lib.6. apho.38.
B Ser. t.5.ca.25. & Halya. lib.3. prac. c.32.
C Ser. t.5.c.25.
D Gal.2. art. cur. ad glauc.c.10.e
E Ga.li.6.apho.38.

A est possibile vt destruantur nisi per incisionem vehementem, vt eradicetur perueniendo ad membrum circuens ipsum incidendo ipsum ex membro circundante apostema cancerosum trahendo & eradicando omnes venas, quæ imbibunt ipsum: ita vt nō remaneat de eis aliquid: & currat post illud ex eis sanguis plurimus: Et [a] iam antecessit mundificatio corporis per solutionem ventris: ex materia mala: & phlebotomia. Deinde conseruat eum faciendo eum stare super cibos bonæ quantitatis, & qualitatis: & confortatione membri ad expellendum. quamuis incisio in pluribus horis addat ei malitiam. Et [b] fortasse indiget post incisionem cauterio: Et fortasse erit in cauterio timor magnus: & illud erit, quando fuerit cancer prope membra principalia, & nobilia. Et [c] iam narrauit quidam primorum, ꝙ medicus quidam incisit mamillam cancerosam radicitus & cancerata est altera: dico ꝙ possibile fuit, si fuit illa in via cancerandi, quoniam inuenit illam ęgritudinem: & possibile fuit, vt esset secundum semitam permutationis: & est magis apparens.

A Ga.2. art.cur ad glauc.c.10.e
B Gal.ibidem.d
C Raf.27. cōt.t.3. c.2.315.1.

Rememoratio regiminis soluendi ipsum. Cap. 17.

SVmat in potu multis vicibus, inter quas sint dies pauci, quaq; vice [d] quatuor aureos epithymi cum aqua casei, aut aqua mellis: aut decoctionē epithymi in syrupo acetoso. Et [e] ei qui ex omnibus est fortis, detur hiera ellebori.

D Ga li.14. meth. c.9.g, & Raf.27.cō n.t.3.c.2.314.2.
E Paul.lib.4.c.26.

Rememoratio medicinarum localium ad cancrum. Cap. 18.

B PEr medicinas locales ad cancrum requiruntur quatuor intentiones. s. [f] destructio cancri penitus, & est difficilis: & prohibitio additionis: & prohibitio vlcerationis: et curatio vlcerati. Et in illis quibus quæritur destructio cancri penitus, itur versus illud, in quo est resolutio eius, quod collectum est de materia mala: & expulsio eius, quod præparatum est ad colligendum in membro & ꝙ non sit [g] vehementis virtutis, & motionis: qm̄ medicinæ fortes augent malitiam cancri: [h] Et similiter oportet iterum vt alienentur in eis mordicatiua: & propter illud sunt medicinæ bonę ei de [h] mineralibus ablutis, sicut tutia abluta: & misceantur cum ea qnq; de oleis, sicut est oleum ros. & oleum de keiri. Ad illud vero, quod prohibet additionem, peruenitur cum abscissione materiei: & rectificatione cibi: & confortatione membri, & cum medicinis repercussiuis notis: & administratione linimentorum mineralium: sicut linimentum fricationis lapidis molendini, & lapidis cottis: & sicut linimentum factum ex fricatione eius, quod resoluitur inter tabulam & manicam de plumbo in humiditate effusa super tabulam, quæ est sicut oleum ros. & sicut aqua coriandri: & iterum emplastratio cum agresta trita est bona iuuatiua. Et illa quibus quæritur prohibitio vlcerationis sunt linimenta prædicta ad prohibendam additionem, cum non fuerit in eis mordicatio: omnia enim ea sunt iuuatiua: & proprie quando miscentur [i] cum fricatione prædicta, [k] quæ fit ex pistello, & tabula plumbeis & cum fuerit in summa eorum terra sigillata, aut bolus armenus, aut C oleum omphacinum, & aqua semperuiuæ, & [l] cerussa cum succo lactucæ, aut mucilagine psyllij, & [m] cerussa, & plumbo est compositio bona. Et de eis, quæ sunt iuuatiua, est emplastratio [k] cum cancris fluuialibus recentibus: & proprie cum clymia. De illis autē quæ in curatione vlcerati sunt bona, est vt assiduetur pannus [n] lini infusus in aqua solatri super eum: & quoties fortasse exiccatur, madefiat desuper cum aqua eius. [o] Aut sumatur medullæ tritici, & olibani, & cerussæ de plumbo, omnium pondus drach. i. & terræ sigillatæ, & boli armeni, & aloes abluti, omniū ana drach. ij. aggregentur ista, & terantur. Et administrentur super humidum pulueres: & super siccum emplastrum factum cum oleo ros. Et quandoq; confert eis [p] cinis cancri cum cerato, ex oleo ros. & melius eo est cui [q] admistum est æquale ei de clymia. Et quādoq; confert in eo medicamen [r] de tutia: aut tutia abluta cum aqua portulacæ, aut mucilagine psyllij.

F Ga.li.6.apho.38.
G Gal.14. metho. c.5.h, & Raf.27.cō n.t.3.c.2.314.4.
H Ga.li.14.meth. c.9.h
I Gal.9. de simpl. medic.fac.70.e.f.g
K Pau. lib.4.c.26.
L Raf.27. cōti.t.3. c.2.315.3.
M Raf.in.diuisio. t.8.
N Ga.2.art.cur.ad glauc.c.10.e
O Raf.27.cōt.t.3. c.2.315.3.
P Lib.2. t.2.c.150. & Paul.lib.4. c 26. & Diosc. lib.2.c.9. & Ga.lib.4.de cōp. medi.p gen.c.11.g
Q Ga.li.4.de cōp. med. p gen.c.11.g, & Paul.ibidem.
R Raf.t.7.c.9.& Ser.t.5.c.24.

De apostematibus ventosis, & inflationibus lacertorum. Cap. 19.

DE [s] apostematibus vētosis aliud est, quod fit à vapore leui: & similatur altebegi, & currit cursu eius. Et [s] aliud est, quod fit à vapore ventoso, & nominatur inflatio: & est ei resistentia ad manum comprimentem & habet dispositionē similem vtri inflato: & fortasse causat sonitum percussio ipsius cum manu: & [s] proprie qn̄ inuenit spatiū ad quod aggregatur, sicut stomachus, & intestina, & quod est inter panniculos circundantes ossa, et inter ossa circūdata lacertis, et inter lacertos, & sil'r quod circundat chordas: & fortasse non ingreditur spatia, immo separat membra cōiuncta: & ingreditur ea: & generatur in eis, quod facit necessarium disrumpere ea. & ventositas remanet, & retinetur pp spissitudinem suam, & pp grossitudinem suam, & pp spissitudinem eius quod continet eam, & constrictionem pororum. Et qnq; existimat homo, ꝙ super membrum eius sicut genu, sit apostema indigens perforatione, quare perforat ipsum, & egreditur ventositas tantum.

S Gal.2.art.cur.ad glauc. c.6.e, & 14. meth.c.7.e

D

De cura. Cap. 20.

ILlius autem quod est simile althebegi curatio est ex genere curationis eius. In inflationis vero curatione est necessariū quod cutem ingrediať, & resoluat illud, quod est in ea. Et sit possibile, vt sit ei super locum mora spatij longi: Et est necessariū vt sit in fine subtiliationis, vt firmetur subtilitas partium eius ex profundatione vltima. Et fortasse indiget positione ventosarum absq; scarificatione, vt carminetur ventositas. Et de medicinis eius localibus sunt olea calida, sicut [t] oleū subtilium partium in quo decocta sunt, sicut ruta, & cyminum: & de seminibus subtiliantibus semen apij, anisi, & ameos, et quæ similantur illis. Et de emplastris resoluētibus: et proprie pp illud, quod cadit in membris chordosis, et lacertosis, [u] est illud quod recipit sorditiem balnei, quæ ponatur cū aqua in patella et effundatur super eā calcis non extinctæ quātitas qua proueniat ex ea spissitudo

T Ga.2.art.cur.ad glauc.c.6.g, & Pau. lib.4.c.28.
V G.14.met.c.7.h & Paul.ibidem.

luti,& liniatur cum eo:& quandoq; faciunt ex vino,& calce emplaſtrum æquale bonum. Aliud. E
Sumatur hyſſopus ſicca,& teratur,& pulueriżetur ſuper ceratum factum ex cera, & oleo anethino,& fiat ex eo emplaſtrum aut linimētum. Et in eo quod accidit ex inflatione in lacertis propter attritionem,quæ accidit eis,oportet vt alienentur medicinæ calidæ valde, & acutæ, ne refugiant membra ex eis,& terreantur,immo qn̄ medicantur cum reſolutiuis, tunc miſceatur cū eis aliquid de ſedantibus dolorem:& illud eſt ſicut curatio tua,quam facis cum eo quod eſt ſicut [a] rob concuſſum cum oleo,in quo infuſa eſt lana hyſſopi:& ſi fuerit caliditas aliqua, tūc cum oleo roſ. infuſa in eo lana hyſſopi,& diſſoluta in eo aqua hyſſopi humidę. Et adminiſtrentur omnia illa tepida,ad caliditatem decliuia:& non permittantur infrigidari:qm̄ frigus nocet hmōi. Quod ſi fuerit illic dolor ex principio,tūc adminiſtrentur deſuper olea, in quibus eſt ſedatio doloris cum prohibitione aliqua ex principio,ſicut oleum viol.& roſ.cum virtute olei anethini. Et qn̄ inuenitur aliqua alleuiatio,ponatur in medicinis illud in quo eſt additio virtutis ad reſoluendum, ſicut nitrum, & acetum,deinde ſicut cinis,& emplaſtra reſoluentia ſicut emplaſtrum prædictum.

A G.14. met.c.7.F

De {vena medeni}.i.dracunculo. *Cap. 21.*

EST vt accidat ſuper partem corporis puſtula quædam,inflans,deinde veſicat,poſtea egreditur ex eo quiddam rubeum,ad nigredinem decliue, deinde non ceſſat prolongari,& prolongat: & fortaſſe eſt ei motus manifeſtus ſub cute:ac ſi eſſet motus animalis: & [b] quaſi in veritate ſit vermis:donec exiſtiment quidam,q; ſit animal quod generatur. Et [b] exiſtimat quidā q; ſit ramus villi nerui corrupti & groſsi. Et [b] plurimum quidem accidit in cruribus. Et ego iam vidi eam ſuper manus,& ſuper latus,& [b] multiplicatur in infantibus ſuper vtrunq; latus. Et qn̄ extenditur,& abſcinditur,magnificatur in ea labor,& dolor:immo attrahere ipſum eſt cauſa doloris, & ſi non incidat. Et [c] Galenus quidem dixit,q; non fuit comprehenſum ex eſſe eius aliquid manifeſtū,ſuper quod ſit innitendum:qm̄ ipſe nō vidit eam omnino. Et dixit q; cauſa eius,eſt ſanguis calidus, malus,melancholicus,aut phlegma aduſtum adunatum cum vehementia ſiccitatis complexionis. Et [d] fortaſſe generant eam quædam aquæ,& [e] olera cum proprietate, quæ eſt in eis. Et de cibis qui plurimum generant eam,eſt ille qui eſt calidus & ſiccus: Et quāto plus fuerit materia à qua generatur, acutior,erit dolor vehemētior. Et [d] fortaſſe accidet in corpore vno in locis quaſi quadraginta eius, aut quinquaginta,ex qua tamen euadet cum curatione. Et [d] minoratur in corporibus humidis,& aſſuetis balneationibus,& cibis humidis,& aſſuetis vino cum menſura. Et plurimum quidem generatur in medine,& propter hoc denominata eſt ab ea, & generatur etiam in terra Coraſceni,& alijs:& multiplicatur iterum in terra [f] Ægypti,& in terris alijs.

F B Paul.lib.4.c.59.
C 6.loc. affe.c.3.e & Raſ.26. cōti.t.2. c.1.297.4
D Raſ.26.cōt.t.2. c.1.297.4.
E Raſ.t.7.c.24.
F Paul.lib.4.c.59.

De cura. *Cap. 22.*

PRæſeruatio quidē eius in terra,in qua generatur,eſt euitare cibos ex quibus generatur & opponere cauſæ eius & illud [g] eſt cum euacuatione ſanguinis mali phlebotomando ex baſilica, aut ex ſaphena ẜm locum:& mūdificatione ſanguinis cū eis,quæ ſunt ſicut ſyrupus de [g] myrobal. & decoctio epithymi,& potare [h] pilulas cochias ꝓprie,& adminiſtratio trypheræ factæ ex ſene,et fumoterræ:& humectatio corporis cū cibis humectantibus,& balneationes, & reliquū regimen humectantiū notum. [i] Verū cum apparet eſſe eius in primo apparitionis eius,tunc rectū eſt vt adminiſtreť regimen membri cū emplaſtris infrigidantibus, & humectātibus:ſicut ſunt ſucci frigidi nōti,cū duobus ſandalis,& cāphora poſt mundificationē corporis,& præuiſionem iterum factam cū applicatione ſanguiſugarum ſuper locū. Et de epithematibus bonis eſt [i] epithema ex ſandalo, & aloe,& cāphora,aut myrrha,& pſyllium & lac dulce. Et ſi non ſit dolor,ſed incipit veſicare,fortaſſe prohibet eā,& aufert eam,& alleuiat laborē in ea,ſi bibat patiēs eam ẜm continuitatē tribus [k] diebus,oī die pondus.ʒ.ij.aloes,aut bibat de eo in die vna.ʒ.ſ.in ſecundo.ʒ.i. & in tertio.ʒ.i.ſ.tribus diebus. Et [l] liniatur ſuper eā aloe,aut liniatur ſuper orificium eius humiditas aloes humidi viſcoſi. Et ſilr̄ in principio cū egreditur,ſi non curatur de ea,& egreditur, tunc rectū eſt vt præpareť ei,quod ſtringat eā,& ſuper quod reuoluatur cum facilitate paulatim,donec egrediať vſq; ad finē ſui,abſq; inciſione:& [m] melius eſt plumbū ſuper quod inuoluitur:et ſit ſufficientia ſuper grauitatē eius in attractione eius:qm̄ attrahitur cum facilitate,& non abſcinditur. Et ſit ſtudium tuū in alleuiatione egreſsionis eius,vt incipias,& extenues membrū, & rarifices ipſum cum embrocis, [m] ex aqua calida,& mucilaginibus infrigidantibus,& oleis lenificātibus frigidis, & ſubtilis caliditatis, & quę currūt curſu eius,vt facilis fiat exitus eius. Et fortaſſe nō ſit facilis p illud:immo indiget eis, quæ ſunt ſicut linimentū cum oleo [n] de keiri,immo [n] ſambacino,immo oleo [n] de ben,& vt adminiſtreť [o] ſuper ipſam empl̄m de pice. Et ſi exiſtimatio fecerit [p] neceſſariū,vt perforeť vt egrediatur cū totalitate ſua,& nō fuerit quod prohibeat,perforeť & extrahatur. Et [p] ſi egreſsio eius cū extractione p̄dicta non fuerit facilis,& perforatio ipſius nō fuerit poſsibilis,tunc putrefac eā cum butyro:putrefiet enim tota,& egredieť. Et [p] caue ne adminiſtres calida ex medicinis,qm̄ fortaſſe perueniet ad heſthiomenū. Et [α] qn̄ aſsiduatur ſup fines & extremitates eius fricatio cū ſale paulatim. Et illud ſit retro cū facilitate et inungať locus ex quo egrediť cū ſubtilitate,egreditur cū totalitate ſua, & proprie qn̄ ſcinditur locus longinquior eo quod eſt poſt ipſam, & intromittiť ſtilus ſub ea illic, & expelliť,& [α] aſsiduatur abſterſio,cū ipſa egreditur cū ſale paulatim, & cū facilitate:nam cū illud ſit cū ea,egreditur tota. Quod ſi incidatur,et retrocedat vel contrahať non erit excuſatio,quin perforetur & capiať vice alia deinde extrahatur cum facilitate & curetur locus cura vulnerum.

G
G Raſ.26. cōt.t.2. c.1.298.2.
H Raſ.298.3.
I Raſ.26. cōti.t.2. c.2.298.3.
K Raſ.t.7.c.24.& 26.p.t.2.c.2.298.4
L Raſ.298.4.
M Pau.lib.4.c.59.
H
N Raſ.26.cōt.t.2. c.2.298.3.
O Raſ.298.4.
P Raſ.298.3.
Infra α
Supra α

Tractatus

A TRACTATVS III. de {lepra}.i.elephantiasi.

Quid sit lepra, & causa eius. Cap. 1.



A Paul. lib. 4. c. 1.
B Gal. de causis morb. c. 7. h
Infra a

Epra est infirmitas mala, proueniens ex sparsione [a] choleræ nigræ in corpore toto: quare corrumpitur complexio membrorum, & forma ipsorum, & [b] figura eorum, & fortasse corrumpitur in fine eius ipsorũ continuitas ita, vt corrodantur membra, & cadant casu qui fit ab vlceratione. Et [a] est [α] sicut cancer cõis corpori toti. fortasse enim vlceratur, & fortasse non vlceratur. Et est aliqua, quæ cum patiente eam, manet tpe longo valde. Et melãcholia quidem qñq; expellitur ad membrum vnum, & facit accidere duritiem, aut sephiros, aut cancrum ſm dispositiones suas. Et si fuerit subtilis dominãs, proueniet hesthiomenus: & si expellitur ad superficiem cutis, eueniet illud quod nominatur baras, & morphea nigra, & impetigo, & his similia. Et qñq; spargitur in corpore toto, & tunc si putrefiat, proueniet febris melancholica: & si aggregetur, & non putrefiat, eueniet lepra. [c] & causa eius efficiens antecedẽs vel remota est malitia complexionis hepatis, decliuis valde ad caliditatem, & siccitatẽ: quare adurit sanguinem in mesiam, aut complexio corporis totius: aut sunt ambæ ita, ꝙ faciũt sanguinẽ acquirere per causas suas frigus. & causa eius materialis sunt cibi melãcholici: & cibi phlegmatici iterum, qñ adiungitur eis satietas nauseatiua & operatur in eis caliditas: quare resoluit subtile, & ponit spissum melancholiam, & repletiones, & comestiones super satietatem sunt ad hanc eandem intentionẽ. Et causæ eius iuuatiuæ sunt oppilatio pororum, quare præfocatur calor innatus, & infrigidatꝰ sanguis, & ingrossatur: & proprie qñ splen oppilatus debilis non attrahit, neq; potest mundificare sanguinẽ ex humore melancholico: aut est virtus expulsiua in visceribus debilis ab expulsione illius in venas ani, & matricis, et sunt pori stricti. Et qñq; adiuuat illud totum corruptio aeris in seipso, [d] aut pp vicinitatem leprosorum, qm̃ ægritudo est contagiosa. Et [e] qñq; accidit pp hæreditatem, & propter complexionem [f] † {alnathse} ex qua creatus est in seipso pp complexionem quæ est ei, aut acquisitam in matrice, pp dispositionem quæ est ei, sicut si accidat ei vt sit [g] conceptio in dispositione menstruorum. & qñ aggregatur caliditas aeris cũ malitia cibi, & eius essentia ex genere piscium, & [h] carne salita, & carne grossa, & [h] carnibus asinorum, & [h] lentibus, proculdubio est vt eueniat lepra: sicut [i] multiplicatur in alexandria. Et cholera nigra qñ permiscetꝰ sanguini, adiuuat parum eius ad generandum multũ ipsius, qm̃ proculdubio ingrossatur ex duobus modis: quorũ vnus est per substantiam suam grossam: & secundus per frigus suum congelãs. & qñ ingrossatur minuitur humiditas, et efficitur tunc exiccatio eius per calididitatem corporis falior, & iam peruentum est ex grossitudine sanguinis leprosorum ad hoc, vt egrediatur in phlebotomijs eorũ quiddam, quod est sicut arena. Et hæc ægritudo nominatur leonina: & dicitur ꝙ non nominatur ita, nisi qm̃ plurimum accidit leonibus: & [k] dicitur qm̃ terribilem facit faciem patiẽtis eam, & ponit eam in forma leonum: & dicitur qm̃ rapaciter tenet quod capit rapacitate leonis. Et de hac ægritudine, quæ est debilis, difficilis est curationis: & de curatione fortis non fit spes. Et incipiens quidem est susceptibilior: & confirmata est magis inobediẽs: Et facta ex melancholia choleræ, est magis fœda, & pluris nocumenti, & difficiliorum accidentium, & vehementius adurens, & vlcerans, [l] sed est susceptibilior curationis. Et facta à fęce sanguinis est saluior, & quietior, & nõ vlcerat. Et facta à melancholia adusta, similatur cholericæ in suis accidentibus, sed est tardius suscipiens curationem. Et hæc quidem ægritudo nõ cessat corrumpere complexionem membrorum per qualitatem cõtrariam qualitati conuenienti vitæ. s. caliditati, & humiditati, donec peruenit ad membra principalia: & illic interficit. Et incipit in primis ab extremitatibus, & membris leuibus: & illic cadunt pili ab ea, & alteratur color eius: & fortasse peruenit ad vlcerandum: deinde vadit paulatim in corpus totum. Nam quamuis prima generatio eius sit in visceribus, tamen prima impressio eius est in extremitatibus, qm̃ sunt debiliores. Veruntamen quandoq; moritur patiens eã, antequam conuertatur malitia eius apparens ad viscera, & membra principalia, & est mors illius cum lepra, & propter malitiam complexionis illius. Et cum cancer, qui est lepra membri vnius, sit de illis quibus non est sanatio, tunc quid dicemus de lepra: [m] quæ est [α] cancer corporis totius? D Veruntamen in lepra est res vna: & est, ꝙ ægritudo spargitur in totum corpus: Et cum administrantur curationes fortes, fit occupatio, & actio in ægritudinem, & non fit nocumentum super membra sana & in cancro non est ita.

C Gal. de virtu. nostrũ corpis dispensanti. b. c. & Alzar. lib. pract. t. 31. c. 2.
D Aetius lib. 4. Ser. 1. c. 120. & Alzar. ibidem.
E Alzar. lib. pract. t. 31. c. 2.
F † i. spermatis
G Alzar. ibidẽ, & Haly. li. 8. the. c. 15.
H Gal. 2. art. cur. ad glauc. c. 10. e
I G ibi. c. 10. d. & e
K Aet. lib. 4. ser. 1. c. 120.
L Haly. li. 8. theo. c. 15. oppositum.
M Paul. lib. 4. c. 1.
Supra a

De signis. Cap. 2.

QVando incipit lepra, incipit color faciei fieri [n] rubeus, tendens ad nigredinem, Et [o] apparet in oculis obfuscatio ad rubedinem decliuis: Et [p] apparet in anhelitu strictura: Et [o] in voce raucedo causa nocumẽti pulmonis, & cannæ eius. Et multitudo in sternutatione: Et apparet in naso [q] † {gane,} & fortasse fit oppilatio in naso, & priuatio olfactus: Et [r] incipiũt capilli in subtilitatem, et paucitatẽ peruenire. Et [s] apparent venæ in pectore, et parte faciei. Et est odor corporis, et [t] proprie in sudore, et [v] odor anhelitus ad fœtorem decliuis: Et apparent mores melancholici, et mali, et dolorosi, Et [s] multiplicanꝰ in somno somnia melancholica. Et [t] sentit in somno, quasi super corpus suũ sit grauedo maxima: [s] Deinde apparet casus capillorũ, et scissio seu fractio in eis proprie in pilis, qui sunt in facie, et partibus eius. Et qñq; eradicatur seu corroditꝰ locus pilorum, et [x] finduntur vngues: Et [v] incipit forma fieri fœda, et facies fit terribilis, et color denigratur. Et incipit sanguis cõgelari in iuncturis, et putrrfit. Et additꝰ constrictio anhelitus, donec peruenit

N Aet. lib. 4. ser. 1. c. 120.
O Alza. lib. pract. t. 31. c. 1.
P aeti. lib. 4. ser. 1. c. 120. & Alzar.
Q † locutio resonans.
R Alzar. & Raf. 10. diuis. c. 120.
S Alzar. ibidem.
T Aeti. ibidem.
V Ser. t. 5. c. 15.
X Haly. li. 8. theo. c. 15.

ad difficultatē vehementem,& dyſpnœam magnā.Et peruenit vox in fine raucedinis:Et [a]ingroſ- E
ſantur labia,& denigrant.Et [b] apparet ſuper corpus additio glandulosa,ſimilis animali,quod græ
ce nominatur ſatos.Deinde incipit corpus vlcerari,qn̄ lepra eſt nō quieta.Et corroditur cartilago
naſi,deinde cadunt naſus,& [c] extremitates: Et currit virus fœtens. Et redit vox ad occultationē,
& tunc iam non remanent pili,et denigratur color valde.Et [d] pulſus quidem leproſi eſt debilis pp
debilitatem virtutis,& paucitatem neceſſitatis:cum ægritudo ſit frigida,& tardus non velox pro-
pter debilitatem frigoris,& fit neceſſaria ſpiſſitudo,cum non ſit velocitas,neq; magnitudo.

A Gal. de cauſis morb.c.7.h
B Aeti.lib.4.ſer.1. c.120.& Alzar.lib. prac.t.31.c.2.
C Ser.t.5.c.15.& Alzar.ibidem.
D Gal.4.de cauſis pulſ.c.25.f

De cura. *Cap. 3.*

OPortet vt feſtinetur in ea cum euacuationibus, & mundificatione,anteq̄ ingroſſetur ægritu-
do.Et cum tu verificaueris ꝙ illic ſit ſanguis plurimus corruptus,tunc oportet vt feſtines,&
phlebotomes phlebotomia vltima,ēt ſi ſit ex duabus manibus vel brachijs. Et ſi nō verificaueris
illud,tunc non phlebotomes:phlebotomia enim ex venis magnis qñq; plus nocet, q̄ ſit eius iuua
mentum. Verum fit ſecuritas cum phlebotomia eius ex ſeparationibus venarū paruarum, ſi time
tur phlebotomia magnarū:& ſciueris ꝙ ſanguis frigidus eſt in eo quod apparet,quare fit illud ma
gis vltimum q̄ ventoſæ,& ſanguiſucæ,& minus nocens viſceribus:& illæ ſunt ſicut venę frontis,
& naſi.At vero ſm plurimum phlebotomia eſt neceſſaria in curatione huius ægritudinis. Et [e] de
illis,quæ vocant ad illud,eſt conſtrictio anhelitus eius,& difficultas ipſius,& fortaſſe eſt [e] neceſſa- F
rium phlebotomare venā guidegi apud vehementiam raucedinis vocis,& timorē præfocationis:
ſi ergo phlebotomatur,oportet vt quieſcat hebdomada vna,deinde euacuetur cum eis, quæ ſunt
ſicut hieralogodion,& hiera de pulpa coloquinthidæ:& euacuetur cū apozematibus,& pilulis fa
ctis [e] ex epithymo,& ſtichados,& polypodio,& myrobalanis nigris,& kebulis,et elleboro nigro,
& lapide lazuli,& lapide armeno:& nō nocet ſi miſceatur eis [e] pulpa coloquinthidę:& ſcāmonea
ēt,proprie qn̄ illic eſt cholera:& adiungantur eis aloe,& cucumer aſininus: & altadarithus eſt bo-
num eis:& hiera picra iterum,& proprie qn̄ fit fortis cum ſcāmonea,eſt de illis ſolutiuis, quæ ſunt
bona leproſis:& præcipue qn̄ ponitur odor ellebori ſeu aliquid parum:ellebori: aut ponitur cum
ea lapis armenus:Et in ęſtate oportet vt exiccentur,& non vltimetur in decoctione fortiter vt nō
ſpargatur,& multiplicetur.Decoctio ad leproſos. [a] Recip.myrobal.citrinorum,& nigrorū ambo
rum ana.ʒ.x.ameos.ʒ.v.althit boni.ʒ.5.paſſularum enucleatarum minam.5.decoquantur cum tri
bus [f] †{abarich} aquæ,donec perueniat ad tertiam,& exprimatur,& miſceatur in ea de aqua mel
lis pondus.ʒ.v.& detur in potu.Et vngat̃ corpus eius ex butyro,& ſedeat in ſole,donec ſudet,aut
ambulet ſeptuaginta paſſibus:& conuertatur ſuper dextram,& ſiniſtram,& dorſum,& ventrem:
Et comedat cappares cū melle.Sumat in potu hanc medicinam ſm quod narrauimus, ſeptem die
bus,& remouetur decoctio eius omni die.Et non ſufficit in curatione iſtorum, qui non ſunt con- G
firmati,euacuatio vna,immo fortaſſe eſt neceſſaria euacuatio in menſe bis, aut in omni menſe ſe-
mel,ſm quod teſtimoniū facit eſſe neceſſarium,& illud cū medicinis temperatis. Et qñq; ſoluitur
omni die cum facilitate aſcellatione vna, aut duabus aſcellationibus cum eo, quod ſoluit illud de
potionibus expellentibus ſeu ſolutiuis iuuatiuis ex medicinis p̄dictis quadraginta diebus.Fortes
vero valde,[g] ſicut elleborus,& ei ſimilia,& quæ ſunt multi ponderis,ſufficiūt in anno ſemel in ve-
re,& ſemel in autūno,aut plus hoc.Et oportet vt veniat̃ ſupra cerebra eorum cū mundificatione
cū eis,quæ ſunt ſicut gargariſmata p̄dicta in.c.ægritudinum capitis,& cū caputpurgijs notis. De-
ſcriptio caputpurgij.Rec.macropiperis, & chelidoniæ, & ſcithragi, & naſturtij,& brench kebuli
oīum ana.ʒ.i.nucis muſchatæ,pulegij amborū ana.ʒ.5.ſucci agnicaſti cotylas.iij.olei ſiſamini coty
las.iiij.miſceant̃,& decoquant̃ donec conſumat̃ aqua:deinde coletur,& ſeruet̃ in vitriata:et fiat ca
putpurgiū in naribus quantum capiunt: Deindę ſequatur qn̄ illud multiplicatur cū caputpurgijs
humectantibus p̄dictis.Et oportet vt prohibeatur ab oī quod exiccat,& reſoluit humiditatē inna
tam.Et [h] ſup eos interdicantur labor,& anguſtia,Et [i] vt permutent̃ de aere ad aerē,qui contrarius
eſt ei.Et dent̃ ei in potu poſt mundificationē olea,ſicut [k] oleū de amygdalis cū eis, quæ ſunt ſicut
expreſſum vuæ:& illud qn̄ euacuati ſunt multoties.Et [l] oportet vt exercitentur oī mane poſt ex-
pulſionē ſuperfluitatū ab inteſtinis.Et [l] præcipiant̃ eleuare vocem altā:Et ſaliant,& luctent̃,dein- H
de fricentur.Cū ergo ſudauerint,tunc ſumant potū:& poſt illud inungant̃ oleis temperatis in cali
do,& frigido,humectātibus ſm plurimum,cōfortantibus in primis.Ipſi.n.indigent in primis con
fortantibus ſicut myrobalani iterū,& gallæ cū aceto.Et qñq; adminiſtratur ſuper eos inunctio ex
olo cū lacte mulieris.Et ſilr̃ oportet vt fiat eis caputpurgiū cum eo, qn̄ multiplicat̃ ſiccitas. & qn̄
cōmouet̃ in eis nauſea vomāt.Et melius quidē eſt vt balneent̃,deinde inungant̃. Et [m] qn̄ balneati
ſunt,tūc eorū inunctiones ſunt ſicut oleū myrtinū,& maſticinum,& oleū de ſumitatibus vitiū,&
darſiſahā,et oleū de coſto ſup extremitatibus:[n] Deinde ille q de eis eſt medicatus qeſcat media ho
ra:& p̄paret̃ vomitui cū penna, deinde ſumat in potu aliqd de abſinthio.Et fortaſſe eſt neceſſariū
inūgere eos in balneo cū ſubtiliatiuis reſoluētibus,in quibus cadunt nitrū,& ſulfur,& bacæ lauri,
& glutinum carpentariorū,immo ſinapis,& origanū,& piper,& macropiper,et pyrethrum,& ſta
phiſagria,& ſinapis,& aloe,& calamenthū,et emplaſtrare eos ſuper iūcturas eorū, immo fortaſſe
eſt neceſſarium quod eſt ſicut euphorbium:et illud,qn̄ præcipitur eis vt balneentur pp reſolutio-
nem ſuperfluitatum eorum,et pp ſudorem ipſorum.ſudor enim eorū eſt canon in curatione ipſo
rum.Et qñq; inunguntur fricando cum theriaca,et ſcellite,et alleſangiem. Et fortaſſe eſt neceſſa-
rium

E Ser.t.5.c.15.
Infra a
F † vaſis paruis
G Pau.li.4.c.1.30.
H Raſ.t.5.c.35.
I Alzar. lib.pract. t.31.c.2.fol.136.4.
K Raſ. lib. diuiſ. c.120.
L Paul. lib. 4. c.1. fol.202.25.
M Paul. lib.4.c.1. 202.30.
N Paul. ibidē.35.

A Paul. lib. 4. c. 1. 103. 5. B Paul. lib. 4. c. 1. 101. 40. C Pau. ibi. 102. 10. D Pau. ibidem. 15. E Lib. 5. c. 1.

A rium inungere cum hmōi in sole calido. Et [a] melior ablutionum eorum in balneo est aqua, in qua decoquitur fœnugræcũ cum sapone bono. Et [b] oportet vt alienetur leprosus à coitu penitus. Res vero, quæ in potu tribuuntur, multæ sunt: nã de melioribus medicinis est theriaca maior, facta cũ carnibus viperæ: & theriaca diatessaron: & alasmenam, & diasulfur: Et qñq; fit caputpurgiũ cum istis ēt. Et [c] vt in potu sumant de trochiscis tyri ēt solis aure. i. in vncia vini grossi, aut vini cocti: & [d] trochiscis squillæ iterũ. Et scias quod caro viperæ, & illud in quo est virtus carnis eius, est de nobilibus medicinis ei. Et [e] non oportet vt sit vipera de loco sterili in quo nõ nascitur aliquid, aut de loco humido, aut litorali iuxta aquas: qm̃ in ea fm plurimum est parum iuuamenti. & pp multam malitiam ex ea in faciendo sitim, & per eã sequitur perditio seu mors: immo eligatur mõtana, precipue alba. Et abscindantur capita earũ, & caudę, vice vna subito: & tunc si multiplicaẽ cursus sanguinis, & remanent viuæ, & agitantur agitatione plurima, tpe longo, tunc istæ sunt bonę: & si nõ, dimittantur. Et quæ ex eis sunt conuenientes, sunt illæ ex quibus plurimus currit sanguis: & quæ sunt plurimæ agitationis: Et post decollationẽ mundificentur, & decoquantur sicut dicemus tibi, & comedatur ex eis, & iure ipsarum. Et [f] ex potatione quidem vini in quo moritur vipera, aut de quo biberit vipera iam sanati sunt quidam accidentaliter, aut intẽtione interficiendi, ex eo qui in potu tribuit vt moriatur ille leprosus, & quiescat, aut quiescat ab eo: aut fit illud obediẽdo somno,

F Ga. de subfigura tiõe empir. c. 12. h & 11. de simpl. medic. facul. 77. g. h G Paul. lib. 4. c. 1. 101. 15.

B aut visioni. Et sal viperæ iuuatiuus est iterum. [g] Elixatio aũt viperæ est, vt sumatur vipera abscisis extremitatibus, mundificata à visceribus deinde elixetur cũ porris, & anetho, & cicere, & sale pauco, & decoquatur cũ aqua plurima, donec dissoluatur: et sumantur ossa eius tunc ab ea, & mundeẽ caro ipsius: & detur ad comedendum caro eius, & sorbeatur ius ipsius, positis in eo micis panis de simila, & ponitur cum ea aliquid de pullis columbarũ, donec bona fiat. Et [h] huius quidem regiminis iuuamentũ fortasse non apparet in principio: deinde apparet subito: & fortasse antecedit sanitatem separatio rõnis diebus aliquot. Et [h] signũ apparitionis iuuamenti eius: & applicatio ad horã in qua oportet vt abstineatur ab administratione eius est: vt. incipiat leprosus inflari: quare inflaẽ: deinde fortasse permiscetur ratio eius, postea excoriatur: deinde sanatur. [i] Cum ergo non patitur scotomiã, neq; inflatur, tunc iteretur super eum regimen vice alia. Et de illis, quæ narrata sunt ad illud, est vt sumatur serpens niger excoriatus: & sepeliatur donec in eo fiat vermis, & extrahatur cũ vermibus suis, & exiccetur, & detur in potu illi super quẽ superfluit lepra ex eo tribus diebus, oĩ die pondus. ℨ. i. cum syrupo de melle. Et inunctio iterũ cum eo in quo est virtus viperæ, est iuuamentum ei, sicut oleũ in quo decoquitur. Et sicut hoc medicamen: [k] sumaẽ [β] serpens niger excoriatus, & ponaẽ in olla, & fundãtur super ipsum de aceto forti. ℥. viij. & de aqua. ℥. i. & de scitharagi humido, & radice dragontheæ de vnoquoq;. ℥. ij. decoquaẽ totum super ignẽ leuem, donec dissol

H Ras. t. 5. c. 35. I Ras. t. 5. c. 8. K Alzar. lib. prac. t. 31. c. 2. *Infra* β

C uatur serpens, & coleẽ aqua à serpente: & fricetur cum ea post abrasionẽ barbę, & capitis: fiat illud tribus diebus. Et eis quidẽ accidit ex administratione medicinarum viperaliũ excoriatio cutis corruptæ: & permutatio carnis, & cutis sanæ: Quãuis inunctio leprosi cum humectatiuis temperatis in caliditate, est ex illis, quæ conferunt in quibusdam horis, cũ vehementior fit siccitas. Et silr̃ facere caputpurgiũ cum eo quod est sicut oleum viol. & sit in eo parum olei de keiri. Et iterũ sicut adipes rapacium, & boum, & volatilium: & sicut cũ oleo de costo, aut darsisaham: Et oleũ de lilio seruat extremitates: & illud post mundificationẽ, & ante mundificationem non inungatur omnino: qm̃ oppilat poros. Et de eis quæ bibuntur, & conferunt eis, est alberzachali, & medicamen alselache. Et lac est de conuenientioribus, quibus curatur: & proprie apud constrictionem anhelitus & difficultatem eius, & raucedinem vocis eius, & in tpibus, quæ sunt inter euacuationes. Et oportet vt bibatur in dispositione, qua mulgetur lac: & [l] lac ouinũ est de rebus magis conuenientibus ei: & oportet vt bibatur de eo quantitas, quæ digeratur: & si sint contenti eo solo, si possibile est, erit iuuatiũ valde. Et si fuerit necessariũ, non addatur super ipsum aliquid, si possibile est, præter panẽ mundum, & alesfidabegi cũ carnibus arietum, & quæ illis sunt similia de eis, quæ dicemus. Et qñ anhelitus redit ad rectitudinem, tunc melius est vt dimittatur lac, et conuertaẽ super res acuti saporis, vt vomat cũ eis, non pp aliud nisi illud, & euacuetur cum eo quod diximus: deinde si necesse

L Ras. lib. diuis. c. 110.

D fuerit redire ad lac, fiat vsq; ad terminũ prædictum. Et oportet vt sit hoc regimen in anno multoties. In [m] phlebotomia vero eorũ, qui confirmati sunt, non oportet vt sit occupatio neq; in solutione ventris eorũ cum medicina forti, qm̃ superfluitates in eis mouentur, & non separantur: immo fiat alleuiatio in declinando materias eorũ ad intestina. Et [m] administretur deforis quod carminet, & resoluat. Et [n] de potibus conuenientibus eis, est vt transglutiat seu bibat aceti. ℥. i. ß. chitran tantundem, & succi caulis agrestis vsq; ad. ℥. iij. misceatur totũ, & bibatur mane & vespere. Et [o] vt sumatur eis de limatura eboris pondus. x. sacraiati, & deẽ eis in potu in tribus. ℥. vini, & butyri: [o] Aut sumatur althit cũ melle quantitate nucis: [o] Aut sumatur de squilla quãtitas. x. kirat cũ syrupo squillæ inspissato sicut lohoc. [o] Aut sumaẽ cymini. ℨ. ß. & mellis quantitas qua inspissetur sicut lohoc. Et [p] succus calamenthi est eis valde bonus ex tribus obol. vsq; ad. vi. Et oportet vt vtantur [γ] piscibus salitis in quibusdam horis, sicut vtunẽ medicina: Et alienentur ab acutis nisi pp vomitum, & nisi fm semitã [q] † {alabezir,} in eo in quo sumuntur. Et [r] qñq; medicantur cũ cauterio dispertito sup membra eorũ, sicut sinciput, & commissuras capitis, & super radicẽ epiglottis, & duo tpa, & spondylia, & [s] iuncturas manuũ, & pedum. Et dixerũt quidam, oportet vt cauterizentur in principio timoris lepræ cũ cauterio in anteriore parte capitis magis supra q̃ sinciput & aliud inferius illo, &

M Paul. lib. 4. c. 1. 101. 30. N Pau. li. 4. c. 1. O Pau. ibi. 101. 10. P Paul. ibidẽ. 15. *Infra* γ Q † specierũ aromaticarum. R Alza. lib. pract. t. 31. c. 2. S Ras. lib. diuisio. c. 110.

apud locū vbi terminantur capilli supra frontem & vnū in dextera capitis: & aliud in sinistra: & vnū posterius super nocram, & duo apud duas cōmissuras corticales seu commissuras laterales in sumitate capitis, & vnū super splenem: & sint duo cauteria illa leuia minuta. Et qn̄ cauterizatur super caput, oportet vt perueniat vsq; ad os, donec excorietur os aut vicibus pluribus, postquā sit obseruatio ne applicatio illius ad cerebrum sit s̄m summam corrumpentem complexionem eius. Nam stolidi quandoq; interficiunt cum hoc, cum non alleuiantur manus ipsorum. E

Modus medicinarum conferentium compositarum.

DE quibus sunt alberzachali, & albisi, quod stat loco carnis viperæ in hac ægritudine. Et de illis est medicamen [a] † {alselaha} verum alberza chalihabet descriptionem magnam, quam dixerunt Indi: & experti fuerunt. Et de eius modo est, vt [b] sumantur myrobal. nigrorum, & scitaragi indi amborum. ʒ. x. macropiperis. ʒ. 5. albis albi drach. 5. terantur, & liniantur cum butyro vaccino, & conficiantur cum melle: & sit potio eius ab vno aureo vsq; ad. ij. drach. post mundificationem corporis. Si autem sumatur cum eo cū æquali mensura sui de diamuscho, non timebitur eius malitia: quoniam ipsum est eius bezahar.

A † vrinę hircorum

B Alzar. lib. pract. t. 31. c. 2.

Modus confectionis nominatæ alberzachali maioris.

ET est alchuamedran conferens lepræ, & baras, & morpheæ, & impetigini, & aquæ citrinæ, & pruritui, & scabiei antiquæ, & confirmat rationem, & destruit obliuionem, & est bonum conseruationi conferens syncopi. Et hoc medicamen fecerunt sapientes Indi regibus suis. Recip. myrobal. belliricorum, & emblicorum, & scitharagi indi omnium ana drach. xiiij. nucis muschatæ, & [c] † {chairbua,} & corticum turis, & meu, & fu, & piperis, & macropiperis, & [d] † {felfelmunu, & narcheisar,} & neremisch, & condysi, & suci squillę, & folij indi omniū ana aure. viij. & albis cineritij coloris boni aure. iiij. terantur medicinæ, & cribellentur, & teratur albis solum: & qui terit ipsum, oppilet nasum suū, & nares suas, & inungat eas ante illud cum butyro vaccino: et veniat eius trituratio super medicinas: & sumātur de penidijs [e] † {alchazani} heminæ. ij. & media, quæ heminæ sint de illis, quæ vsitantur in regione bagadedi, terant̄, & proijciantur in ollā nouam: & proijciatur desuper de aqua cū mensura, qua soluantur: & qn̄ liquefiunt, remoueantur ab igne, & pulueriżent̄ desuper medicinæ, & conficiantur cū eis bene: deinde fiant ex eis formæ similes auellanis, quarū vnaquæq; sit vnius aure. & detur in potu oī die vna in ieiunio cū aqua tepida, aut vino. F

C † cardamomi minoris

D † radicis arboris piperis

E † duris bonis

Modus confectionis alselaha.

ET est medicamen indum magnū in via alberzachali, & ipsum cōfert iterum ad casum pilorū palpebrarū, & albedinem capillorum, & asthma, & tremorem cordis, & teporem appetitus, & fluxū ventris superfluum, & hydropisim, & ictericiam, & paucitatē seminis, & fistulas, & canitiem senum, & confert pruritui, & vlceribus. Recip. alselaha mundatæ ablutæ ducētos sexaginta aur. Et alselaha quidem est vrina hircorum montanorū: & illud est, qm̄ ipsi mingunt diebus æstuationis suæ super lapides in monte qui nominatur alselaha, & denigrant̄ lapides, & fit sicut pix pinguis, subtilis, & myrobal. belliricorum, & emblicorū, & piperis, & macropiperis, & lauri, & nucis muschatæ, & cinnami, & macis, & xyloaloes, & darkele, & spodij, & attemet, & burungi, & merenis, oīum ana aure. iiij. bdellij. cc. & sexaginta aure. & zuccari tabarzet. c. xxxiiij. aur̄. & auri rubei, & argenti meri, & æris rubei, & ferri, & [f] † {alanach. & alfuled} omniū ana aure. viij. comburātur mineralia, & terantur, & tricocinentur cū medicinis, & misceantur omnia cū melle, & butyro, & reponantur in vitreata viridi: cuius dosis sit duorum aureorum cum lacte caprino, aut aqua tepida: & addatur in eo de melle dispumato aure. xxxvij. & butyri aure. xxxiiij. & si decoquatur, erit melius, quoniam crescit, & completur eius fermentatio, & peruenit ad finem in. xxi. die. G

F † plumbi, et chalybis.

Modus adustionis alfulad. i. chalybis.

MAlleando fiunt laminæ de ferro, deinde decoquātur myrobalani bellirici, & emblici, & coletur aqua eorū, & ponantur in vase æris, & accendatur sub eo ignis leuis & calefiat alfulad donec rubeat, & ignitū submergatur in illa aqua, deinde redeat ad ignem, & rubeat: cum ergo rubuerit submergatur iterū in illa aqua: & fiat illud viginti vna vice, deinde coletur aqua illa, & sumatur fæx in qua residet aliquid de alfulad deinde reducat̄ vas super ignē, & ponatur in eo vrina vaccæ, & igniatur ferrū, & submergatur in ea iterū viginti vna vice: & sumatur iterū fæx eius, donec remaneat vel purificetur de fæce eius aurei. viij. & de fæce alfulad aure. viij. & silr̄ fiat de ære donec cōpleantur ex eo iterum. viij. aurei. Argentū vero limetur cum lima, donec fiat sicut terra, deinde decoquatur cum aqua salis in cochleario ferreo, donec aduratur bene, si aūt non aduritur, proijciatur in cochleariū parum sulfuris citrini, qm̄ comburetur, & sumat̄ de eo. viij. aurei, & totū illud sit tritū, & cribellatum. Auri vero combustio est ita, oportet vt aurum limetur donec fiat silē terræ, & sit cū eo aureus vnus ex alanach, & liquetur plumbū cum auro donec liquescant vtraq; simul, deinde dimittat̄ per horam vnā, deinde limetur iterum, & addat̄ super ipsum aureus vnus ex alanach, & limet̄ iterum cum lima, deinde ponatur in cochleario, & fundatur sup̱ ipsum aqua salis, & ferueat donec consumatur aqua, & remaneat aurū, & alanach, deinde teratur in mortario bene, donec fiat sicut puluis, & misceatur cū medicinis. Mundificatio seu clarificatio aūt alselaha est s̄m hunc modum: sumatur de aqua alhascech, & vrina vaccę, & proijciant̄ ambę super alselaha in vase nouo, in tanta quantitate, q̄ submergant ipsum, & ponat̄ in sole calido hora vna, deinde fricet̄ vehementer, & colet̄ aqua ab eo in vase nouo, & ponatur in sole tribus diebus, deinde colet̄, et G

sumatur

A sumatur fæx eius spissa, deinde fundantur aqua alhascech, & vrina super alselaha, & regatur sicut recta fuit prius, & fiat illud tribus vicibus: deinde ponatur in sole vigintiuno die donec ingrossetur, & fiat similis melli, & denigretur sicut pix.

Modus confectionis alselaha minoris.

a† sorditiei adhærentis parietibus alveorum apum.

ET iuuamenta eius sunt sicut iuuamenta maioris. Reci. de alselaha colatę seu mundificatæ partem vnam & [a] †{alchur}partes quatuor: teratur alchur, & misceatur cum eis quantũ est pondus eorum de melle, & quantum ipsum est de zuccaro, & quantum est medietas mellis de butyro vaccino, & reponatur in vitreata: & dosis eius sit aure. vnus cum lacte vaccino tepido. Modus medicamenti conferentis lepræ. Recip. [α] myrobal. nigrorum mundatorum, & myrobalanorum citrinorum mundatorum, & zinziberis oĩum ana. ʒ. x. ameos. ʒ. v. altit bonæ. ʒ. iij. passularum mundatarum [b] †{mechul}medium decoquantur cum tribus duarich aquæ, erduarich est quatuor libræ regionis bagadedi, donec consumantur duæ tertiæ, & remaneat tertia, deinde exprimatur, & coletur, E proijciatur super colatum de melle, quod sufficit ei: & detur in potu de eo lib. i. & inungatur super totum corpus infirmi butyrum vaccinũ, & sedeat in sole donec sudet, & præcipiatur vt ambulet post illud. lxx. passibus: & iaceat aliqñ super latus suum dextrum, & aliqñ super latus suum sinistrum, & semel super ventrẽ suum, & semel super dorsum suũ: & cibetur pane, & melle quantitate moderata. vij. diebus, ita vt liniantur ei medicinæ omni die.

Supra α · b† mensuræ

B

Modus linimenti ad lepram.

Supra β · C† lepidij

SVmatur [β] serpẽs niger excoriatus, & decolletur, et ponatur in vas: et fundatur super ipsum de aceto forti. ℥. viij. & aquæ. ℥. i. & [c] †{alseitaragi} humidi, & radicum dragonteæ amborum ana ℥. ij. decoquatur super ignem leuem, donec decoquatur serpens deinde coletur cum panno, & separentur ossa à carne, deinde ponatur fæx in vase vitreo. Cum ergo volueris curationem, præcipe ei, vt radat pilos superciliorum, & capitis & lini desuper ex illo tribus diebus. Modus linimenti alterius. Recip. [δ] staphisagriæ, & myrobal. nigrorum mũdatorum, & emblicorum oĩum ana partẽ. i. frigantur cum oleo omphacino: & liniatur cum eo latus vel locus postq̃ abluitur cum decoctione senticis, & balaustiæ. Et iterum comburãtur myrobalani, & gallæ, & liniantur desuper cum aceto. [d] Cibi autem eorum sunt oĩa, quæ sunt velocis digestionis, boni chymi, sicut carnes volatilium notorum. s. earum [e] isfidabegi: & pisces humidi, leuis carnis, cum speciebus, quæ sunt necessariæ. Et [d] melior cibus eorum est panis de hordeo mundo, & panis cãdarusii, & sorbitiones factæ ex eis, & olera humida. Et est necessarium vt permisceantur cum eis, quæ sunt sicut [f] sicla, & [f] raphanus, & [f] porri. Et non oportet vt negligat administrare incisiua: & prope ante mũdificationem, sicut capparis, & fœniculus, & porri: ista. n. mundificant eorum cibos à superfluitatibus, & præparant superfluitates expulsioni. Cum ergo administraueris medicinas laudabiles, tunc administra etiam hoc regimẽ. Et [γ] pisces saliti in hoc cap. sunt valde boni eis. Et nos promptiores sumus super ista, cum volumus, vt faciamus eos vomere, aut ventrem eorum soluere. Et caulis confert eis cum proprietate sua. Et panis cum lacte, & melle: & [f] ficus, & [f] vua, & [f] passulæ, & [f] amygdalæ torrefactæ, & cartami, & [f] pineæ. Et quæ fiunt ex istis conferunt eis. Et [g] oportet vt comedat in die bis sm mẽsuram digestionis. Nam semel comedere nocet eis. Et [f] nõ bibat vinum cum excitatur ægritudo, nisi parum. Et cum quies est ægritudinis, bibat de subtili, quod non est antiquum quantitate temperata, consueta. Et quãdo cadunt pili superciliorum ex superciliјs, & similium, tunc fiat curatio cum cura alopeciæ, & reliquorum, quæ dicemus in libro decorationis.

Infra δ · D Paul. lib. 4. c. 1. · E Paul. lib. 4. c. 1. 35. · F Paul. lib. 1. 102. 35. · C · Supra γ · G Aet. lib. 4. ser. 1. c. 15.

Modus epithematibus alterius.

Supra δ

SVmatur [δ] staphisagrię, et myrobalanorum nigrorum mundatorum, & emblicorum omnium ana pars. i. & frigantur cum oleo omphacino, & liniatur cum eo locus, postquam ablutus est cum decoctione senticum, & balaustiæ. Modus alius. Comburantur myrobalani, & gallæ, & liniantur cum aceto desuper.

Fen quarta de solutione continuitatis: & est præter id quod pendet cum fractura, & [h] †{algiebar.} Et habet. iiij. tractatus.

h† restauratione. D

TRACTATVS PRIMVS. *De vulneribus in membris.*

Sermo vniuersalis de solutione continuitatis. Cap. I.

i Fen. 1. c. 4. · k Gal. 13. metho. ...3. & 3. meth. · l ... arte medi... c. 91. h · m L. 1. F. 1. doc. 5. · n T. 1. c. 16. · o Gal. 5. metho.



IAm ostendimus in lib. 1. [i] species solutionis continuitatis secundum modos, qui necessariј fuerunt in loco simili illi. Et volumus nũc innuere summas de speciebus earum quas oportet nobis esse notas ante illud, quod volumus declarare. [k] Dico ergo, q̃ nos conamur in quibusdam membris, quorum continuitas est soluta, vt redeat eorum continuitas sicut fuit, & illud sicut in carne. Et [l] conamur in quibusdam eorum, vt remaneat contactus eorum cũ conseruatione, licet non redeat ipsorum continuitas: & illud in ossibus, [m] nisi in ossibus puerorum, & infantium. In eis. n. qñq̃ speratur reditus ille. De [n] neruis vero, & venis dixerunt [o] quidam medicorũ, q̃ non redeunt ad continuitatem, imo fortasse remanet in eis contactus conglutinationis, conseruatione currente super eos, & coniungit eos. Et [n] dixerunt quidam, q̃ illud nõ prouenit nisi in

arterijs

arterijs solis.[a] Gal. vero iam contradixit eis istud,& dixit, immo qñq; incarnantur arteriæ per testimonium experientiæ,& cum concessione ratiocinationis. Testimonio vero, qm̃ nos iam vidimus arteriam, quæ est sub basilica,& vidimus arteriam temporum,& cruris incarnari. Et concessione, quæ est ex ratiocinatione, qm̃ os est extremitas in duritie,& non incarnatur nisi parum in infantibus,& caro, quæ est extremitas in lenitate, incarnatur:[b] sed venæ,& arteriæ sunt mediæ inter ossa,& carnem: quare oportet vt sit earum dispositio inter carnem,& ossa: ergo sunt minus recipientes incarnationem, q̃ caro:& facilius suscipientes eam, q̃ ossa. Et incarnantur, qñ sectio est minima,& parua,& corpus est humidum,& lene. Et non incarnatur in diuersificato ab eo. Et hoc est modus argumenti probabilis non demonstratiuus:& illud in quo confiditur est experimentum. E

A 5. metho. c. 7. b. c. d

B T. 2. c. 16.

Summa de vulneribus in membris. *Cap. 2.*

MEmbra[c] in quibus cum cadit vulnus, magnificatur eius nocumentum,& interficit s̃m plurimum,& fortasse non interficit nisi raro, sunt sicut vesica,& cerebrum,& renes,& intestina minuta,& hepar: quãuis sit possibile vt saluetur super ea, cum est leue. In[d] corde autem nõ speratur salus, cum in eo accidit vulnus. Et plurimum ille cui accidit vulnus in ventre suo, cum accidit ei nausea, aut singultus, aut solutio vẽtris, moritur. Et[e] qñ vulnus est in loco in quo oportet vt vehemens fiat dolor,& apostema, sicut sunt capita lacertorum,& posteriora eorum,& proprie illorum, qui sunt neruosi,& non accidit apostema: significat illud nocumentum intrinsecum ad quod conuertuntur materiæ,& non perueniunt ad vulnus. Et oportet vt tu obserues illud, quod dicemus in[f] capitulo vlcerum de iudicijs, in quibus communicant vlcera & vulnera:& postposuimus ea vsq; illic, attendentes ad illud, quod est conueniens. F

C Hip. 6. apho. 18.

D Gal. 6. apho. 18.

E G. 5. apho. 66. & 65.

F 1. t. 3.

Sermo vniuersalis de cura vulnerum. *Cap. 3.*

VVlnus carnosum non euacuatur quin aut sit sectio plana, recta: aut sectio rotunda: aut habẽs latera: aut sectio cum diminutione aliquantulæ carnis:& qñq; est profundum, penetrans:& qñq; est discoopertum. Et vnicuiq; eorum est regimen. Et cõicant omnia in retentione sanguinis currentis,&[g] iam posuimus ad illud capitulum. Et[h] fortasse cursus sanguinis quantitate tẽperata confert vulneribus,& prohibet apostema,& bothor,& febrem. Nam de melioribus cum quibus intendimus in vulneribus est vt prohibeamus eorum apostemationem: qm̃ quando non accidit apostema, possibile est vt vulneris fiat curatio: verum cum illic est apostema, aut attritio, aut contusio, aggregatur in vacuitate eius cum vulnere sanguis, qui vult fieri apostema, aut pus:& nõ est possibilis curatio vulneris dum non regitur res illa,& curetur apostema. Et si retinetur in contritione sanguis, tunc erit necessaria festinatio in resolutione ipsius, si fuerit ei quantitas de qua sit curandum & tensio,&[i] illud cum conuersione eius in pus,& resolutione ipsius,& illud fit cũ omni calido leni de illis, quæ tu scis. Et propter hoc oportet vt adiuuetur cursus sanguinis, qñ abbreuiatur.[k] Cum ergo sectio est simplex recta de qua nihil cecidit, sufficit in regimine eius strictura,& ligatura,& prohibitio olei vel vnctuositatis,& aquositatis ab ea,&[l] prohibere, q aliqua rerũ ingrediatur eam,[l] neq; pilus, neq; aliud: postq; tu conseruaueris complexionem mẽbri,& solicitus fueris in hoc, ne attrahatur ad membrum nisi sanguis naturalis. Et[m] si fuerit ita magna, vt ne concurrant extremitates eius, qm̃ sunt rotundæ elongatæ, aut diuersæ figuræ, aut iam destructa est ex ea caro pauca, non plurima, tunc eius cura est futura,& prohibitio aggregationis humiditatis in ea, cum administratione exiccantium repercussiuorum,& administratio rerũ, quæ adhęrere faciunt quas dicemus. Et si fuerit profunda, tunc strictura etiam facit eam adhærere multoties:& non est necesse detegere eam,& fortasse est necessarium detegere eam, si est possibile illud:& illud est, qñ non confert strictura cum ligatura firma, sicut ostendam:& proprie vbi non cadit strictura bona super radicem profundi: quare effunduntur ad ipsum materiæ[n] propter debilitatem eius,& dolorem, qui necessarius est:& propter dispositiones, quas dicam in cap. vlcerum. Et si est necessarium vt detegatur, nõ erit excusatio quin ponatur cottũ,& quod currit cursu eius super eius orificium, exiccans ipsum, proprie vbi strictura non cadit super radicem, sicut diximus. Aut est eius præparatio talis, q non est possibile materiam malam effundi ab ea. Aut est in ea os. Aut iam ostracata est,& facta est fistula,& sit in ea humiditas mala valde:& est tunc in iudicio vlcerum, non vulnerum. Et dixit[o] sapiens, q vulnus non indiget nisi ligatura aggregante labia, qñ quæritur adhærentia,& incarnatio: verum si fuerit necessarium vt nascatur in ea caro, tunc non est in eo necessarium illud: sed[p] est necessaria aliqñ ligatura cum qua effundatur sordities ex orificio eius. Et aliqñ ligatura fit tali mensura qua retineat medicamen desuper.[q] Inquit,& sufficit vt sit orificio vulneris locus ex quo effundatur sordities semper per naturã: aut ita vt cadat perforatio illic, aut vt tu figures ipsum cum illa figura. Ego enim[r] iam sanaui vulnus magnum, cuius profundum erat vbi est genu,& ipsius orificium in coxa, præter q fecerim ei orificium aliud inferius apud genu: sed præparaui coxã tali præparatione, quod profundum fuit superius,& orificium inferius: quare sanatum est absque perforatione in inferiori parte. Et similiter qñq; suspenduntur brachium,& palma,& alia taliter, q orificium semper est inferius: hoc est ergo sermo eius. Et[s] dico, q fortasse tibi cadet vulnus, vbi tibi erit necessarium incidere complete,& secare membrum. Cum autem ex vulnere abscinditur caro plurima, tunc[t] necessaria sunt ea, quæ carnem nasci faciunt. Et[u] non sufficit illud, quod exiccat,& prohibet, immo fortasse nocet exiccatiuum,& prohibitiuum, ex parte q repellit materiam ex qua nascitur. Et qñq; est profunditas,& diminutio ossium taliter, q non est possibile vt nascat complete,

G T. 2. c. 17.
H Gal. 4. metho. c. 6. d

I Gal. 4. metho. c. 5. c. d G

K G. 3. meth. c. 4. b
L G. ex art. medi. c. 90. h, & 4. meth. c. 1. c
M Paul. li. 4. c. 36. & G. 3. meth. c. 4. b & c. 10. g

N Gal. 3. meth. c. 4. b. c

H
O G. 3. met. c. 4. b, & ex art. med. 90. h

P Gal. 3. metho. c. 10. f. g
Q G. 2. art. cur. ad glauc. c. 8. b. c

R Cap. 8. repetit.

S Gal. 3. metho. c. 10. f

T Cap. 4.
V Gal. 3. meth. c. 4. c

A complete, quare remanet profundum. Sicut qñq; accidit vt nascatur plus, q̃ sit necesse: quare est caro addita. Et oportet vt cibetur æger, qui vult vt nascatur caro in vulnere suo cibo laudabili, boni chymi. Et qñq; est illud, quod facit nasci, ita q̄ possibile est ei vt faciat nasci carnem: cutem vero non facit nasci, cum iam abscissa est totaliter: immo non facit nasci loco eius nisi carnem duram, supra quam non nascitur pilus.[a] Venarum autem rami multoties incarnantur, vel consolidantur, & nascuntur sicut caro. Et [b] de vulneribus sunt quædam habentia timorem, sicut vulnera cadentia in neruis, & extremitatibus lacertorum: & dicam ea in [c] capitulo dispositionum neruorum: et multoties sequuntur ea accidentia mala, sicut illud, quod sequitur vulnus extremitatis lacertorum, de alteratione coloris, & casu pulsus, post spissitudinem, & paruitatem, & perducit ad syncopim, & casum virtutis: & qñq; sequitur ea spasmus. Et [d] similiter illa, quæ cadūt ante genu, apud rotulam: qm̄ sequuntur ea accidentia mala, & sunt perimentia, à quibus parum liberantur. Et [e] qñ accidit spasmus ex huiusmodi vulneribus lacertosis, & non recipit curationem, tunc [f] curatio est incidere lacertum in latitudine: & est voluntas vt destruatur operatio lacerti. Verum illud est de illis, quæ oportet vt postponantur quantum est possibile: & curetur spasmus, & permistio rationis, cum re alia præter eam. Et sicut vulnus geniculi, & fortasse necesse est, vt fiat sectio cum sectione facta in modum crucis, & vt aduertatur seu fiat præseruatio in apostematibus eius, & vlceribus ipsius, &
B vulneribus cum phlebotomia, & solutione ventris, & prohibitione incarnationis, donec mundificentur mundificatione vltima, deinde incarnentur.

De cognitione eius, quod facit nasci [f]† { }& quod incarnat, & quod sigillat, & quod corrodit, ex medicinis. *Cap.* 4.

MEdicamē [g] faciens nasci carnem est illud, quod coagulat sanguinē sanum in carnem. Quod si fuerit exiccatio ei vehemens, prohibet sanguinem venientem: quare non habebit materiam caro. Et si est ei abstersio vehemens, remouet eum, & facit eum currere: quare consumit materiam inuētam carni:[h] ergo oportet vt non sit ei plurima exiccatio, immo vsq; ad terminum, neq; abstersio fortis valde, immo abstersio pauca, in tanta quantitate vt abstergat sorditiem, absq; mordicatione: & non indiget stypticitate de qua est curādum. Et [i] oportet iterum vt sit in caliditate, & frigiditate sua, ſm q̄ indiget ea vulnus, & vlcus in complexione sua, si fuerit separata ab ea cū contrario, ſm quantitatem separationis. Et si non fuerit separata separatione, de qua curetur, tunc assimiletur calido valde calidum valde, & frigido valde frigidum valde. Et obseruetur iterum impressio medicinæ in loco, vt opponatur ei, si superfluit, in malitia complexionis. Medicinæ autem incarnatiuæ sunt illæ, quæ aggregant inter duo elongata. Et non oportet vt operentur nisi in superficiebus amborum, facientes adhærere inter ea vtraq; cum rore, qui est in substātia amborum.
C Et si fuerit sanguis præsens, tunc est illud, quod exiccat sanguinem præsentem in vulnere sufficiēs adhærere cum exiccatione veloci, anteq; fiat pus. Et non firmat ei illud, nisi fuerit cum illo superfluitas virtutis in exiccando: [h] verum oportet ne sit abstergens: qm̄ abstersio est contraria intentioni, quæ est in eo: qm̄ intentio in eo est ponere illud, quod aduenit de sanguine, vt sit gluten, & faciat adhęrere, & abstergens abstergit illum sanguinem: & elongat ipsum, quare remouet materiā, qua expectatur conglutinatio. Et [k] non indiget diminutione in exiccatione, sicut indiget ea illud, quod facit nasci: qm̄ faciens nasci indiget vt currat ad ipsum materia: & illius materiei cursum prohibet exiccatio: & incarnatiuum non indiget, immo indiget incarnatiuum exiccatione fortiore, et pauca stypticitate.[k] Consolidatiuum vero sigillatiuū vehementius indiget stypticitate, q̃ illa duo: qm̄ est ei necessarium vt recuperet, quod est per naturam vehementioris exiccationis scilicet cutem: & qm̄ indiget vt exiccet humiditatem extraneam, & radicalem vehementer. Et illud, quod est ante ipsum, eget vt exiccet humiditatem extraneam exiccatione plurima: & radicalem cū mensura, qua conglutinetur, & ingrossetur, & non minuatur ex substantia.[l] At corrosiua diminuens carnem oportet vt sit vehementis abstersionis valde.[m] Et illud quidem, quod est rectum in curatione vulnerum quando perforantur, est vt non approximet eis aqua. Et si fuerit necessarium, & non suffert æger à balneatione, oportet vt ponatur super ea de emplastris, & de panno infuso cum
D oleo secundum modos ligationis, & non permittatur aqua peruenire ad ipsum.

De perforatione vulneris, & aliorum, cum oportet vt discooperiantur. *Cap.* 5.

DIxit [n] Gal. oportet vt seces ex loco eius vehemētioris eminētię: & tumoris, aut subtiliore. Et [o] nō sit locus pforationis nisi in parte ex qua est possibile currere pus ad īferiora. Et vt obseruent̄ in perforatione [p] †{alasere,}& [q] ruge ſm modū quē diximus in caplō exiturarū, & dubellet, nisi in eis, q̄ excepimus. In eis vero, q̄ sunt sicut inguina, & subascellæ oportet vt vadat pforatio cū cute in natura. Deinde ponant̄ desup exiccatiua absq; mordicatione, de illis, q̄ sunt posita ī tabulis medicinarū singulariū. Et [r] puluis olibani melior est in eis, q̄ olibanū, qm̄ illud est vehemētius stypticū. Et [s] rectū qdem est in curatione vulnerū, cum pforantur, ne approximet eis aqua. Et [t] si fuerit necessariū, & æger non suffert à balneatione, tūc oportet vt vulnus occultet̄ sub emplastris cōuenientibus, tectis cū pannis infusis cū oleis, ſm modū coopertura, quę separat inter aquā balnei, & humiditatē eius, & inter vulnera, aut ingenietur in illo aliquod ingeniorū possibilium in ipso.

De regimine vulnerum habentium apostema, & dolore. *Cap.* 6.

NEcessarium est in huiusmodi vulneribus, pcedere cum facilitate, & [u] credere, q̄ vulnus non consolidatur omnino, dum apostema non sedatur. Et [x] illud quidem non cōpletur nisi cum eo, in

A Ga.1.de semine c.13.a
B Lib.1.F.2. do.3. c.11.& Gal.5.apho. &.S.4. met.c.6.b
C 1.t.2.
D Ras 28. cti.t.1. c.3.4.3.
E G.3.meth.c.9.h
F G.6.meth.c.3.g
F† carnem,
G Cap.3.
H G.3.meth.c.3.a
I Gal.ibidem.b
K Gal.ibi.c.4.c.d
L G.3.meth.c.6.b
M Superfluit, quū c.t. idem dicat, & propositum.
N 13.meth.c.5.d
O C.2.art. cur.ad ...aco.c.8. b, &.3. meth.c.10.f
P† ...camenta,
Q Fen.3.t.1.c.27. &.29.& li.1.Fen.4. c.26.& G.4.anato. c.1.g, & de cucurb. c.1.g
R Gal.13. metho. c.e
S Lib.1.F.4.c.26.
T Repetit.c.4. & ...tra.
V Gal. 4. metho. c.d
X Paul. li. 4.c.38.

eo,in quo est exiccatio,& infrigidatio in principio rei:& mollificatio in secundo: & vt administre- E
tur in eo cura apostematum omnino. Et[a] quod est proprium in hoc cum communitate sui iuuamenti in omni membro à capite vsq; ad pedes,est[a] vt sumatur granatū dulce, & decoquatur cum vino pontico,& emplastretur cum eo locus.Et[b] oportet vt tu obserues illud,ad quod conuertitur dispositio apostematis:sicut si tu administraueris vnguētum nigrum,& videris vulneris ruborem vehementem fieri,& vesicari,declina ad infrigidantia,& ad vnguētum album : & si videris ipsum mollificari,aut indurari,& tu iam administrasti album,administra nigrum & alia.

A Paul.li.4.c.38.
B Ras.t.7.c.3.

Regimen vniuersale in vulneribus viscerum interius. *Cap. 7.*

INtentio in eo quod existimamus,q; est fissura,aut disruptio interius,est vt incarnetur:& non dimittatur sanguis congelari in interioribus,& vt prohibeatur fluxus sanguinis.Et medicinę conferentes in vtrisq; intētionibus primis sunt sicut albelabes qn̄ decoquuntur in aceto. Aut detur in potu de centaurea maiore pondus.ʒ.i.Et terræ sigillatæ,in hoc inest sufficientia magna.Illud autē, quod in potu sumitur causa fluxus sanguinis,est sicut danic vnum &.5. de semine hyusquiami al. cum aqua mellis:& reliquæ medicinæ prædictæ in prohibitione sputi sanguinis, & fluxus sanguinis.De vulnere autem,& fissura apparentibus,dixit[c] sapiens si disruptum fuerit mirach vētris,ita vt egrediantur quædam intestina,oportet vt scias quomodo ordinentur intestina,& intromittantur.Quod si egrediatur aliquid de zirbo,oportet vt scias an sit necessarium vt ligetur cum ligatu- F
ra firma,aut non:& an suatur vulnus,aut non:& qualiter sit via in suendo ipsum.Et [d]Gal.quidem dixit anatomiam almirach.Et[e] diximus nos ipsum in anatomia. Et propter illud, quod iam diximus in anatomia,locus iliorum est minoris timoris cum disrumpitur, q; locus[α] albhere & albhere est medium ventris & duo ilia sunt in duobus lateribus mensura quatuor digitorum distantia ab albhere.[f] Inquit qm̄ fissura cum accidit in loco albhere,egrediuntur cum ea intestina plus: & reditus eorum in ea est difficilis.Et illud ideo,qm̄ res,quæ tenet eā, non est nisi duo lacerti descendentes in longitudine corporis,qui protenduntur ex pectore vsq; ad os pectinis: & propter illud qn̄ disrumpitur vnus horum duorum lacertorum, oportet vt egrediantur quædam intestina & emineant seu exeant ex illa disruptione.Et illud ideo,qm̄ lacerti qui sunt in vtrisq; ilijs plus coarctant seu exprimunt ipsa,& non est ei in medio lacertus fortis continens ipsa. Si autem præparetur,seu accidat vt sit disruptio magna,egredietur numeratio intestinorum:quare erit eorū intromissio vehementior & difficilior.In vulneribus autem paruis,si non festinetur cum intromissione intestini,inflatur,& ingrossatur.Et istud propter illud,quod generatur in eo de ventositate: quare non ingreditur ex illa disruptione.Et propter illud saluiora vulnera accidētia in mirach exteriori, sunt illa,quæ sunt æqualis magnitudinis.[g] Inquit,& indigent ista vulnera rebus quatuor, quarum prima est,vt reducatur intestinum apparens ad locum,qui est ei proprius:& secunda vt suatur:& ter- G
tia,vt ponatur super ea medicamen conueniens:& quarta vt sit solicitudo ne proueniat alicui mēbrorū nobilium propter illud timor.[h] Pone ergo,q; sit vulnus tantæ quantitatis, vt non possimus propter paruitatem eius intromittere intestinum procedens ab eo, tunc quidem est nobis necessarium,vt resoluamus illam ventositatem:aut vt dilatemus ipsam disruptionem, & vt dissoluamus vētositatem est melius si possibile est in ea.Et causa quidem in inflatione intestini est frigus aeris, propter illud ergo oportet,[i] vt submergatur[β] spongia in aqua calida,& exprimas ipsam, & vapores ipsum.Et vinū stypticum qn̄ calefit etiam est iuuatiuum in hoc loco:& illud,qm̄ calefacit plus, q; sit calefactio aquæ,& confortat intestinum. Quod si hæc cura non resoluit inflationem intestinorum,tunc administretur amplificatio vulneris.Et conuenientius instrumentorum ad hanc sectionem,est instrumentum,quod cognoscitur ad perforandas fistulas. Cultelli autem perforādi acuti ex duabus partibus & acuti capitis caueantur.Et rectior figurarū, & præparatio infirmo est, vt si fuerit vulnus læsum,vadens ad partem inferiorem,sit figura,& præparatio ad superiorem.Et [i] si fuerit vulnus vadens ad superiorem,figura & præparatio vadant ad inferiorem.Sit ergo intentio tua quam intendis in vtrisq; rebus simul,vt non cadant reliqua intestina super intestinum egrediens,& non grauent super eam.Et cum tu posueris hanc tuam intentionem,scias q; si fuerit vulnus in parte dextra,tunc oportebit vt facias ægrum declinare ad partem sinistram. Et[i] si fuerit in H
parte sinistra,facias eum declinare ad dextram. Et sit intentio tua semper,vt ponas partem in qua est vulnus,altiorē parte altera:hæc est.n.res,quæ est cōis omnibus istis vulneribus. Cum ergo seruantur intestina in locis suis,quæ sunt eis propria,postq̄ reducta sunt ad ventrem, cū vulnera sunt magna,tunc necessarius est minister edoctus:& illud ideo:qm̄ oportet vt teneat locum illius vulneris totum manu sua deforis, & colligat ipsum, & aggreget, & detegat de eo aliquid, ministro suenti ipsum,& redeat ad illud,quod iam sutum est de eo etiam & aggreget ipsum,& colligat paulatim,donec suatur vulnus totū sutura decenti.Et ego narro tibi illud,quod melius est de suitione ventris:dico ergo,qm̄ propterea q; res,quæ est necessaria,est,vt coniungat̄ vel aggregetur mirach & siphac,iam est necessarium tibi,vt incipias,& intromittas acum in cutem deforis ad interiorem partem:cum[k] ergo penetrauerit acus in cutem,& in lacertum procedentem s̄m rectitudinem in longitudine ventris totius,dimitte marginem siphac in hoc latere, & non intromittas in ipsum acum, & fac penetrare acum in marginem alium deintus ad exteriora, in margine alio mirac: & cum feceris eam penetrare,tunc fac penetrare eam secundo in hoc eodem margine mirac, aut deforis ad interiora:& dimitte marginem siphac,qui est in hoc latere: fac ergo penetrare acū in latus aliud

C Gale.6.metho. c.4.a. Totum hoc caput accepit à Galeno.
D 6.meth.c.4.a.b
E Li.3.Fē.22.t.1. c.1.
Infra α
F Lib.3.F.22.t.1. c.2.& Gal.6.meth. c.4.b.c
G G.6.meth.c.4.c
H Gal.ibidē.c.d
I G.6.meth.c.4.d
Infra β
K Gal.6.metho. c.4.e.f

A aliud deintus ad exteriora:& fac eam penetrare cũ tua penetratione in ſiphac in marginẽ mirach, qui eſt in parte eius, donec facias eam penetrare totum: deinde incipe iterum ab hoc eodem latere, & ſue ipſum cum margine, qui eſt ſiphac in latere alio:& extrahe acum ex cute, quam penetrauit: deinde reduc acum in illam cutem:& ſue marginem ſiphac, qui eſt in latere alio cum hoc margine mirach:& extrahe eam ex cute, quę eſt in parte eius: et fac illud vna vice poſt aliam, vſquequo ſuas vulnus totum ſm illud exemplum. In menſura autem, quæ eſt inter duo puncta, caueatur ſuperfluitas in latitudine, & ſtrictura: quoniam amplitudo non tenet, ſm ꝙ oportet:& ſtrictura diſrumpit. Et filum iterum, ſi fuerit chordoſum, adiuuat ad diſrumpendum et ſi fuerit molle, abſcinditur, quare eligatur inter durum & lene.[a] †{ }

Et ſimiliter ſi profundaueris punctura in cute, & fuerit longinqua à diſruptione vel à loco vulneris, verum tamen remanet ex ſutura vel ex filis ſuturæ intra vulnus, quare non incarnatur ſeu conſolidatur: quare ſerua æqualitatem illic etiam.[b] Inquit:& pone intentionem tuam in ſuendo ventrem adhærentiam ſiphac cum mirach: qm̃ cum difficultate adhæret & incarnatur, qm̃ [γ] eſt neruoſum. Et iam conſueuerunt ipſum quidam ſm hunc modum. Oportet ergo vt figamus acũ in margine mirach exteriore, & faciamus eam penetrare ad interiora, & dimittamus marginem ſiphac totum: deinde reducamus acum, & faciamus eã penetrare: deinde penetret acus ex contrario par-

B tis quam penetrauit: deinde faciamus eam penetrare in marginem alium de marginibus mirach ſm hoc. Et iſte modus conſuendi eſt melior conſuitione cõmuni, quæ comprehẽdit quatuor margines in punctione vna:& illud ideo, qm̃ cum hac conſuitione iterum, quam iam diximus, iam cooperitur ſiphac retro mirach, & cõtinuatur cum eo coopertura decente.[c] Inquit: deinde pono ſuper ipſum de medicinis incarnatiuis. Et neceſsitas ad ligandum eſt, vehemẽtior in his vulneribus. Et madefac lanam [d] †{merhazi}cum oleo calido parum, & inuolue ſuper [e] †{alabathein, & alhalebetein}ſicut vadunt, & clyſteriza ipſum cum aliquo mollificatiuo etiam, ſicut ſunt olea, & mucilagines. Et ſi vulnus iam peruenerit ad inteſtina, & ſuiſti ipſum, tunc regimen ſit illud, quod diximus. Verũtamen oportet vt clyſterizetur cum vino nigro, ſtyptico, tepido: & proprie ſi vulnus iam conſecutum fuerit, aut appropinquauerit ad minuta inteſtina: quoniam inteſtinum ieiunum non ſanatur omnino ex vulnere, quod in ipſo accidit, propter ſubtilitatem ſui corporis, & multitudinem eius, quod eſt in eo de venis, & propinquitatem ſuam ad naturam neruorum, & multitudinem effuſionis choleræ ad ipſum, & vehementiam caliditatis eius, quoniam eſt magis propinquũ hepati, q̃ inteſtina alia.[f] Inferiora vero ventris, propterea ꝙ ſunt de natura carnis, ſis de medicatione ipſorum confidens. Inquit [γ] Gal. in lib. de ingenio ſanitatis: & ſit intentio tua apud diſruptionem mirach ventris cum ſiphac, vt ſuas eam conſuitione conglutinante ſiphac cum mirach, quo-

C niam eſt neruoſum, tardæ incarnationis cum alio: & illud cum modo ſuitionis quæ diximus: qm̃ ipſa aggregat, & conglutinat in punctura vna.[β] Inquit:& inteſtina cum egrediuntur, tunc confert vinum nigrum forte, & calefiat, & ſubmergatur in eo lana, & ponatur deſuper: quoniam ipſa diſpergit inflationem eorum, & detumeſcere ea facit. Si autem non fuerit præſens, tunc adminiſtra quaſdam aquas ſtypticitatis fortis, calefactas. Quod ſi non fuerint præſentes, tunc vapora ea cum aqua calida, donec detumeſcant. Si autem non ingrediuntur in illud, amplificetur locus. Inquit [g] Hippo. cum egreditur zirbum ventris in vulnere, neceſſe eſt vt putrefiat, quod de eo egreditur, quãuis moretur tempore paruo:& eſt in hoc vehemẽtius, q̃ꝫ inteſtina, & extremitates hepatis: qm̃ inteſtina, & extremitates hepatis, ſi non remanent exterius ſpatio longo, donec infrigidentur valde vehementer, tunc cum ingrediuntur ventrem, & incarnatur vulnus, redeunt ad naturas ſuas: zirbum vero licet moretur tempore paruo, tamen neceſſe eſt vt quod ex eo, quod apparet, ingreditur ventrem, putrefiat. Et propter illud properant medici in incidendo ipſum: & non intromittunt, quod de ipſo apparet in ventrem, ꝙ ſi inueniatur in zirbo diuerſum ab hoc, illud eſt valde parum:& fortaſſe non inuenitur. Et ſi egredit̃ aliquid de zirbo, tunc neceſſe eſt tibi vt ſcias, an oporteat incidi, an non:& an oporteat ſui vulnus, an nõ:& qualiter ſuatur. Nam ſi vulnus cadat in [α] albhere & eſt medium ventris, tunc eſt pluris timoris: qm̃ ſunt extremitates lacertorum extẽſorum


D ſuper ventrem neruoſæ. Si autem fuerit in ilijs, & ſunt à duobus lateribus medij ventris, à dextra, & ſiniſtra quaſi quatuor digitis, tunc eſt ſaluior: qm̃ non eſt in eis aliquid, de extremitatibus lacertorum neruoſis. Loci [α] vero albhere ſutura iterum eſt difficilis, & illud ideo, qm̃ inteſtina eminent, & egrediuntur à diſruptione, quę eſt in hoc loco:& reditus eorum in hoc loco eſt difficilis:& illud, quia illud, quod aggregat & tenet ea, eſt duo lacerti protenſi in longitudine ventris, carnoſi, qui deſcendunt ex pectore ad rachab, & eſt os pectinis. Et propter illud quando cadit vulnus in hoc loco, inciduntur iſti lacerti, & eſt eminentia & egreſsio inteſtinorum vehementior: qm̃ lacerti, qui ſunt in ilijs, exprimunt ea, & non eſt eis in medio lacertus fortis, retinens ipſum. Si autem accidat cum hoc, vt ſit vulnus magnum, tunc neceſſe eſt, vt emineat, & egrediatur ex eo numerus inteſtinorum: quare fit intromiſsio eorum difficilior.

De qualitate ligandi vulnera. Cap. 8.

VVlnera autem, & fiſſura apparentia cum vis vt incarnentur, tunc fac illud, quod dixit ſapiẽs de illis, qui ſunt huius artis.[h] Inquit: cum vis vt incarnetur huiuſmodi fiſſura, tunc [i] adhęre ei ligaturam incipientem ex duobus capitibus, non aliam de ligaturis. Quod ſi fuerint magna, erit tibi neceſſarium ut adhærere ei facias puluillos triangulatos. Et ſi fuerit locus plenus indiget ſutura etiam.

A† Aeque vero ſi [illegible]me ſũmas oras [illegible]um tranſegeris: [illegible]od reliquum eſt [illegible]tis, qm̃ minimũ [illegible]eſt, dũ violẽter adducitur, cogit̃ perrumpi.
B G.6.meth. c.4.f
Infra γ
C Gal.6.metho c.4.f.g
D† mollem
E† id totũ quod inter bubones & [illegible]illas eſt
F Gal. lib.6.meth. c.4.g
Supra γ
Supra β
G 6.aphoriſ.58. & Gal. in 3 mẽto.
Supra & infra α
Supra α
H Gal.3. metho. c.4.b
I Raſ.28. cõti. t.1. c.340.4.

etiam. Et puluilli quidem triangulati meliores sunt in aggregando labia vulnerum, quàm quadrati: quoniam coarctant super fixuram tantum, & situs puluillorum triangulatorum est secundum hoc exemplum: linea recta inter duos puluillos sit fissura, & duorum puluillorum triangulatorum vnus sit. b. & alter. g. decenter compositi secundum figuram quam vides. E



Cũ ergo ligat̃ locus iste, & cadit ligamen duorũ capitum, est ligamen tenens sup locum fixuræ vehementius, q̃ si fuerint quadrati. Et non licet vt sit in applicatione vulnerum ligamen non habens duo capita: & isti sunt puluilli triangulati, & figura stringendi ista. Et [a] dicitur in libro de ingenio sanitatis: quidam homo habuit vulnus, cuius profundum erat proximũ inguinibus, & ipsius orificium proximũ genu, & sanauimus ipsum sine perforatione penitus, ita q̃ posuimus sub genu eius puluinar magnũ, & præparauimus ipsum taliter, q̃ præparatũ est orificium eius directum cũ facilitate ipsius. s. ad exitũ saniei, & similiter fecimus de vulnere, quod fuit in coxa, & brachio: & sanata sunt omnia. Inquit ille, qui iam præuidit in experientia, scias quòd vulnera, quæ indigent vt sanguis earum fiat sanies, quia mora & statio ipsorum est intra vsque quo alterentur cum eis reliqua, quæ sunt illic sunt meliora & velocioris alterationis simul. Vulnera disrupta, elongatorum labiorũ, egent vt aggregentur cum ligamẽto aggregãte labia eorum, nisi fuerit super ea ex illo dolor, aut fuerint apostemosa, qm̃ dolẽt propter illud, quãuis sit cum facilitate: aut fuerit lacertus, qui sit disruptus in latitudine, F qm̃ tunc non aggregatur: immo ponat̃ in medio licinium, timendo ne incarnet̃ cutis: & remaneat lacertus nõ incarnatus. Inquit: & similiter qñ findimus cutem capitis, ponimus inter labia aliqd, quod impleat ea: fortasse. n. contrahitur cutis labiorũ ad interiora vulneris: quare necesse est tunc, vt coneris cum ligamẽtis, vt trahas eam ad exteriora. Et [b] cũ cadit vulnus in longitudine, tunc ligamen sufficit, & aggregat ipsam decenter: & [b] cũ fuerit in latitudine, indiget vt suatur: & ẽm mensuram profunditatis vulneris erit profunditas suturæ & melius & rectius est vt fiat ex cognitione anatomiæ. Inquit: qñ fuerit nobis necessarium vt addamus in amplitudine vulneris, cum est strictum, & timuerimus, q̃ propter profunditatem eius incarnetur eius superius, & non incarnetur eius profundum, aut fuit membrum vulneratum in hora vulneris ẽm figuram, q̃ quando redit ad æqualitatem suam, nõ est possibile vt currat ex eo sanies, neq; vt ingrediatur ipsum medicina, & si reducitur ad suam figuram qñ egreditur, commouetur dolor, tunc necesse est vt findatur sectione conuenienti. Et scias ẽm summam, q̃ vulnera, quæ sunt in latitudine lacerti, sunt digniora vt labia eorũ sint vehemẽtius elongata, quapropter sunt facientia maiorem necessitatem ad perscrutandũ subtiliter in aggregando labia. Et fortasse nõ erit excusatio à sutura, & administratione puluillorũ triangulatorũ, & proprie si ceciderit in carne diminutio: nã cadens in longitudine minus eget illo.

Medicinæ incarnantes vulnera. *Cap. 9.* G

HArum medicinarũ virtutes iam [c] narrauimus, & [d] gradum operationis earũ, & non [e] dubitamus quin sit necessarium vt puluis earũ sit minoris virtutis, q̃ illud, quod eis fit cum oleis, & ceratis. Et necessitas quidem perducens ad olea, & cerata, est propterea, q̃ medicinæ siccæ, & proprie, quæ sunt sicut merdasengi, & reliquæ minerales, non submerguntur vsq; ad profundum, & non penetrant in poros: cũ ergo ex eis fit ceratũ, ad vltimũ peruenire facit eas cursus olei ad locum quem volumus. Et istæ medicinæ incarnatiuæ sunt ex mineralibus, & sunt ex plantis, & animalibus, & ex omni specie. Et sunt ex mineralibus sicut [f] cerussa, & oleũ myrtinum, & cera. Et ex plantis folia, sicut [g] folia quercus masculæ, emplastrata, & [h] folia salicis, & folia [i] caulis, & [k] folia arborũ malorũ, & cortex palmæ, & folia [l] arnoglossæ, & [m] †{alhalef} infusus in aceto, aut aliquantulo vini: & proprie qñ miscentur folia [n] arboris pini masculę, & fœminę, ligata cũ corticibus suis, & folia [o] cupressi, & rami eius, & folia [p] pentaphyllon cũ melle. Et ex gummis glutinum albotin proprie prope ramos magnos. Et ex fructibus, & granis nux recens contrita cũ aqua, & sale, aut vino, bullita cũ folijs acetosæ, aut folijs siclæ, aut lactucę: & [p] pirorum syluestrium cum eo, quod est in eis de prohibitione fluxus: & [p] nux cupressi, & [p] allia combusta, & [p] puluis molendini, & [p] hordeũ adustum proprie [q] †{senibus} cũ cera, & oleo [r] †{ros.} Et de illis, quæ similantur floribus, flos sorbæ: & [p] herba caudæ equinæ, [s] †{& proprie in vicinitate duritiei membri, aut carnis, & ad vulnera, H quæ sunt propinqua lacertorum capitibus.} Et ex animalibus, [p] lac acetosum valde conglutinat vulnera magna. Et [p] de compositis medicamen [t] †{Rufi, & aureum, & esculeus, } & medicamen de salicibus, & pulegio, & emplastrum de lino.

Medicinæ consolidatiuæ & sigillatiuæ. *Cap. 10.*

HArum medicinarũ naturas iam [u] sciuisti: & [x] scis iterũ, q̃ oportet ne puluis earũ sit in virtute eius, quod ponitur in emplastris. Et [y] nunc oportet vt scias, q̃ non est necessarium vt medicinæ istæ administrentur, cũ iam æquata est superficies carnis duræ cũ cute vltima æqualitate. Verum caro humida qñq; æquatur, & additur, sed est taliter, q̃ cũ exiccatur descendit, seu detumescit: immo non oportet vt administres eas nisi in illis, quæ qñ exiccantur, æquantur. Et hæc res cognoscitur existimatione. Oportet ergo vt administret̃ medicina consolidatiua anteq̃ carnis nascentia in vulnere, in quo caro nascitur, ad hunc finem perueniat: qm̃ consolidatiua etiam addit in quantitate carnis vsquequo consolidat, & additur cũ ea virtus naturalis. Ergo additur ẽm hanc vltimationem, immo oportet vt sit taliter, q̃ quando exiccat, & facit operationem suam, iam natura fecerit nasci cum quantitate ei necessaria cum vltimatione consolidatiuæ vltimę in consolidando, quę

compleat

A Cap. 3. & Gal. 2. art. cur. ad glauco. c. 8. b. c
B Gal. 3. metho. c. 10. g
C Cap. 4.
D T. 3. c. 2.
E Cap. 10. & G. 3. meth. c. 4. f. g
F Diosc. lib. 5. c. 53.
G Gal. 6. simpl. fo. 46. e
H G. ibidem. 48. h
I Gal. 7. de simpli. 52. g
K Gal. ibi. 55. h
L Gal. ibi. 43. g
M† G. 8. de simp. 57. g, & Paul. lib. 4. c. 37. papyrus
N Gal. ibi. 58. f, & Paul. ibidem.
O Diosc. li. 1. c. 86.
P Paul. li. 4. c. 37.
Q† vlceribus inueteratis
R† myrteo.
S† etiam si nerui fuerint præcisi satis satiua in duris corporibus vlcera etiã si musculorum capita affligant.
T† Barbara, Chryse, Nicolai, itẽ diaiteon,
V Cap. 4.
X Cap. 9.
Y G. 3. meth. c. 5. a

A compleat duas operationes carnis & cutis in vna hora prædictas, mẽsura qua æquetur superficies vlcerata. Quod si non auferatur istud, proculdubio fiet vestigium vulneris altius & eminentius, q̃ cutis. Et oportet vt administres sigillatiuum ĩ primis, cũ ipsum administras, humidum: deinde administra ipsum siccum, tunc cũ appropinquatur sigillationi, faciens ipsum transire super ipsum cũ extremitate radij. Et medicinæ quidem istæ sunt, sicut [a] cortices arboris pini cũ cerato de oleo ros. aut myrtino: & [b] resina sicca, & abrotanum assatũ, & cortices ęris, et puluis olibani, & merdasengi, & centaurea minor, & venæ sunt bonæ, & ossa combusta iterũ, & aristolochia adusta est vehementis consolidationis, & alumen iterũ, & [c] gallæ immaturæ, & folia fici. Et Hip. quidem per similitudinem ipsorum intellexit de pede alhachach sicut dixerunt, & videtur, quod intellexit per eũ herbam, quæ nominatur pes corui. Et [d] stercus canis comedentis ossa, & stercus [e] lacerti: verũtamen est acutius primo: quare oportet vt frãgas ipsum cũ stypticis, & [f] radix lilij cœlestis, & cortices radicis opopanacis, & tutia. Et de facientibus nasci carnem mirabilibus in vulneribus calidæ complexionis, apostemosis, sunt sandali, & nenufar, & [g] aloe: & proprie in partibus ani, & testiculorũ, & medicina aristolochiæ si fiat vnguentũ, aut indiges eo quod est fortius de illis, quæ sunt inter consolidantia: sicut clymia, & proprie cõbusta, & colcothar combustũ, & lithargyrium, & cerussa. Et q̃n̄q; cadunt in medicinis eius [h] †{draganthum,}& colcothar: quãuis sint de summa corrodentium, diminuentium carnem: verũ ipsa fortasse consolidant in vehementi humiditate, & proprie q̃n adurunt, & [i] fiunt consolidatiua eorum, & non minoris corrosionis, & præcipue si abluant & fiunt ad consolidationem decliuiora. Flos vero æris, & medicinæ, quæ sunt vehemẽtioris corrosionis, non conueniunt ad illud, nisi cũ regimine forti, & in quibusdam vulneribus, & vlceribus vehementis humiditatis. [k] Aes vero adustum, q̃n abluitur, est bonum in consolidatione. Et cũ voluntas est vt fiat emplastrũ, sunt necessaria, quæ sunt fortiora, de illis, quæ sunt inter consolidatiua, sicut clymia, & proprie adusta, & colcothar adustũ, & lithargyrium, & cerussa. Qualitas vero faciendi illud est, vt dissoluatur cerussa, & merdasengi cũ aceto, deinde administretur, & clymia teratur. Et melius quidẽ est vt aduratur, deinde misceatur illud cũ colcothar, & imbibatur oleo myrtino cum aceto, & vino styptico. Et fortasse addunt̃ sup ipsum [k] †{draganth ũ}adustũ, & balaustiæ, & gallæ: q̃n vulnus, & vlcus sunt vehementis humiditatis. [l] Emplastrum de lino: & est mirabile. Sume pannum de lino ablutũ, nitidum, & tere donec fiat sicut alcohol, deinde sume oleũ fortis stypticitatis, aut oleũ myrtinum, & pone in ipso parũ galbani, & dissolue in oleo, & pone in ipso pannũ contritum: & fac de eo emplastrum, q̃m est mirabile. Et vnguentũ nigrum magnũ facit nasci carnem. Quod si volueris vt fortius faciat nasci, tunc pone in ipso de thure, & opopanaco, & aristolochia aggregata ęquales partes, vt sit sicut pondus medicinarũ quatuor. Modus pulueris alius. [m] Recip. cerussæ, & merdasengi amborũ ana partem. i. scoriæ plumbi, & myrrhæ, & gallarũ omnium ana partem. 5. Puluis alius: ostracorũ combustorum. ℥. xij. granati parui, quod cadit ab arbore, & exiccatũ est & calcadis amborũ ana. ℥. xvi. cornu ceruini combusti, abrotani, clymiæ, resinæ, radicũ lilij omnium ana. ℥. iiij. minuti thuris, corticũ arboris pini amborum ana. ℥. vi. corticũ granatorum, cerussę aluminis oĩum ana. ℥. viij. gallarum. ℥. i. [n] Puluis alius. Reci. rubeæ [o] †{ }ossium combustorũ, merdasengi omnium ana. ℥. ij. thuris, aloes amborũ ana. ℥. iij. sarcocollæ, memithe amborum ana. ℥. i. fiat puluis. Puluis alius. [p] Rosarum, cerussæ plumbi, balaustiæ, oĩum ana. ℥. viij. gallarum, & seminis rosarum, & aluminis ęqualiter, aristol. aure. ij. minuti thuris aure. i. Modus emplastri ad vulnera corporum senũ. [q] Comburatur hordeũ, & fiat ex eo ceratũ cum oleo ros. aut oleo myrtino cum cerussa plumbi.

a Paul. li. 4. c. 45. & 31. 4.
b Paul. ibidẽ. 5.
c Ras. 28. cõti. t. 1. c. 340. 2.
d Ga. 10. de simp. medi. facul. 76. a
e Ras. ibi. 340. 3.
f Paul. lib. 4. c. 37. & 31. 4.
g Ga. li. 6. de simp. medi. facul. 42. c
h † calcantum,
i Ras. 28. cont. t. 1. c. 339. 1.
k Ga. 10. de simp. medic. fac. 71. e
k † dalcantum
l Ras. ibi. 340. 2.
m Paul. li. 4. c. 45. & 14.
n Ras. 28. cõti. t. 1. c. 339. 3.
o † tinctoris
p Ras. ibi. parum differt.
q Paul. li. 4. c. 37.

De medicinis facientibus nasci carnem in vulneribus, & vlceribus. Cap. 11.

IAm sciuisti proprietatem medicinarum faciẽtium nasci carnem: & quomodo oportet vt sint in complexionibus suis. Et oportet vt administrentur medicinæ facientes nasci carnem, cum iam mundificatus est locus à sordibus, & similibus: & si non fuerit basis vulnerũ nisi os, tunc mundifica illud os, & exicca in vltimo: & non dimittas in eo offuscationem, aut corruptionem, neq; corticem, & humiditatem, quæ non exiccetur & proprie in capite: nam lenitas ossis, & eius humiditas est vna causarũ prohibentium natiuitatem carnis super ipsum: & cũ fricatur & exasperatur, est illud, quod peruenit super ipsum de materia ex qua generatur caro magis firma. Et [r] scias, ꝙ q̃n̄q; est medicina, faciens nasci carnem in corpore, aut membro, & non est faciens nasci in alio: & illud ideo, q̃m fortasse exiccat in corpore, & nõ exiccat in corpore ſm complexiones duorum corporũ. [r] Et fortasse superfluit abstersio in corpore: & nõ superfluit in corpore, neq; est abstersio oĩno: cum hæc medicina indigeat exiccatione quadam, & abstersione quadam mensuratis ſm corpus, nõ absolutis: & res mensurata est diuersa cũ impresione sua in rebus, quę non sunt conuenientis quantitatis in pasione. Et [r] omne exiccatiuum quidem cuius siccitas est minor siccitate corporis, quod quod cum eo curatur, est iterum abbreuiatum ab hoc vt faciat nasci carnem eius: immo oportet vt sit siccius eo. Et [f] propter illud fit, ꝙ olibanum nõ facit nasci carnem in corporibus siccis, quę pertranseunt æqualitatem in siccitate. Et [f] experimentum quidem est illud quo scitur illud, quod est ex exiccatione, & statione. f. ꝙ non vltra operatur, & ꝙ facit nasci carnẽ ſm procesionem vel continuatim succesiue & quod sordidat seu quod sorditiem generat. [f] Quod si videris exiccationem, cum qua fortasse non nascitur caro, tũc humecta parumper medicamina sicca: & si sit sordes tunc adde in siccitate, & dimitte illud, quod vadit ſm virtutem suam. Et [r] q̃n̄q; iterũ est quibusdam corporibus proportionalitas cum quibusdam medicinis, absq; cognitione causarum earum: propter illud

r Gal. 3. metho. 4. b. c
f Gal. ibidem. b
r Gal. 3. metho. 4. a

B C D (section letters in margin)

illud ergo oportet, vt misceantur medicinæ plures debiles, & fortes. At vero quare facta sunt emplastra, & quæ sit eorum necessitas, iam sciuisti. Et oportet vt non sis contentus medicina sup exiccationem, & humectationem: immo obserua ambas qualitates agentes, fm quod præmisimus earum narrationem: neque iterũ super exiccationem, & humectationem: immo cũ consuetudine considerationis inter dispositionem vlceris, & dispositionem complexionis corporis: qñque.n. corpus est humidum, & vlcus siccũ: & qñque est corpus siccum, & vlcus humidum: & qñque sunt ambo humida: & qñque sunt ambo sicca. Et administrentur in primis, quæ sunt debiliora,[a] sicut olibanũ, & farina fabarũ, & farina hordei, & similia. Quod si corpus fuerit siccũ, & vlcus humidum valde, tunc necessariæ sunt medicinæ vehementis exiccationis cũ comparatione ad medicinas facientes nasci carnem, sicut[a] aristolochia, & radix opopanacis, &[b] †{draganthũ adustum:}& in residuo sunt necessariæ medicinæ, quæ sunt mediæ, sicut ireos & farina lupinorũ. Et[c] qñque accidit vt sint quędam medicinæ, in quibus sit aliquid proprietatis, qua egent medicinæ facientes nasci carnem de exiccatione, & abstersione, sed superfluit: fiunt ergo verbi gratia, propter exiccationem suam vehementem retinentes sorditiem, & prohibentes materiam: & superfluit abstersio, & corrosio: sed qñ permiscetur cũ ea aliquid de illis, quæ sunt illi contraria, frangit ex eo, & temperat ipsum, & fit faciens nasci, sicut flos æris: cum.n. cũ ipso associatur oleũ, & cera, & ambo humectant membrũ & sordidant ipsum, & resistunt exiccationi eius et vehementi abstersioni ipsius: quare efficitur consolidatiuum. & oportet vt sit flos æris vna decem partium cerati, qñ administratur in corporibus, q̃ sunt sicciora: & vna duodecim partium, qñ administrat̃ in corporibus, quę sunt humidiora: & oportet vt obseruet̃ in istis, qñ experiunt̃ prædicta. Senes egent medicinis in quibus est caliditas maior, & attractio fortior. Et[d] cadunt in eis, quę sunt sicut pix, & thus, et farina hordei, et farina fabarũ, & farina herbi, & radix lilij, & aristolochia, & clymia, & herba opopanacis. Et qñ prohibet̃ medicina à iuuamento, declina ad aliam: cum ergo fit difficilis, curetur cum eo quod est proprium vlceribus.

A Gal. 3. metho. c. 3. a
B† cadmia pompholix:
C Gal. 3. metho. c. 2. a. b
D Gal. ibi. c. 3. a

De curatione vulnerum alsegiagi. i. excoriatione cutis capitis. *Cap. 12.*

Regimen quidem ossis in eis, & quid accidat ex accidentibus eorum timidis, iam dictũ est in[e] caplo ossium, & algiebar. Verũ incarnatiua vlcerum eorum, & quę sunt extra ea, sufficiunt quælibet medicinæ exiccatiuæ, leues, puluerizatæ super ea ex medicina capitali. Et est medicina, quæ est facta[f] ex aloe, &[f] myrrha, & olibano, & sanguine draconis: & similiter medicinæ leues,[g] prædictæ in vulneribus. Quod si fuerit illic cursus sanguinis, tunc curetur cũ eo quod[h] diximus in caplo fluxus sanguinis. Et[i] oportet vt cibetur habẽs eam cerebellis gallinarũ assatis, quantum possibile est: ipsa.n. fm quod testificãtur[k] quidam, confortant cerebrum, & retinet sanguinis fluxum: licet sit in eis sententia alia. Et similiter aqua granati muzi, & emplastrat̃ cum virga pastoris. Et de medicinis bonis ad vulnus, & sanguinem, est vt sumatur fermentum purum siccum, & teratur, & puluerizetur desuper, & non humectetur. Quod autem prohibet apostema est emplastratio cum[l] farina hordei, & simila confectis cum hyssopo humida. Et similiter cum sauich hordei, & cum calamentho: & confert attritioni eius. Et reliquum regimen sumatur ex[m] capitulo ossium.

E Fé. 5. t. 3. c. 1.
F Gal. 2. de cõpõne medic. fm loc. c. 2. 138. d, & Ras. t. 7. c. 26.
G Cap. 3.
H T. 2. c. 17.
I Lib. 2. t. 2. c. 128. & 296. & lib. 3. F. 1. t. 1. c. 26. & Dios. li. 2. c. 41.
K Ras. 28. cõti. t. 3. c. 2. 358. 3.
L Gal. 2. de medi. cõpõne fm loc. c. 2. 138. d. e
M Fen. 5. t. 3. c. 1.

TRACTATVS II. *De excoriatione, & attritione, & contusione, & torsione, & casu, & offensione, & disruptione, & fluxu sanguinis, & similibus illis.*

Sermo vniuersalis. *Cap. 1.*



IAm sciuisti in libro[n] primo, quæ sit ex intentio contusionis, & attritionis.[o] Contorsio autem est, vt sit membrum separatum à iunctura sua, separatione non completa, neque apparẽte manifesta, ita vt sit dislocatio. Et[o] alhuen quidem est infra torsionem: & est quasi aliquantula tensio adueniens ligamentis in iuncturis & eo quod de carne cum eis circundatur. Et si cũ eo fuerit aliquãtulum separationis, erit torsio. Et de hominibus sunt, qui nominant[p] †{alhuen:}et intẽtionem quam nominauimus, torsionem nomine communi. Et de hominibus sunt, qui nominãt torsionem separationem vnius duorũ laterum iuncturæ, sicut vnius duorum laterum calcanei aut rascetæ manus cum adhęrentia lateris alterius quãuis separatio sit apparens. Illud autem, quod volumus præmittere & loqui de eo in primis, est contusio, quæ accidit lacertis in medio eorum: & attritio in extremitatibus ipsorum.

N Fé. 2. do. 1. c. 4.
O Fen. 5. t. 1. c. 1.
P† lęsionẽ qua os non egredit̃ à loco suo & est attritio

De contusione, & attritione. *Cap. 2.*

QVando accidit lacerto, vt contundat̃, accidit ex hoc iter partes eius numerus solutionis continuitatis & effunditur ad ipsum sanguis plurimus, ex quo apostemat̃. Et minus nocumentum eius est, quod in ea aggregetur sanguis, & putrefiat: qm plurimum speratur eius resolutio per poros. Et proprie per poros, qui sunt constricti constrictione impellente, ab illo, quod fecit contusionem exterius: & à constrictione accidente ex apostemate interius. Et propter illud si non succurratur ei in ea, perducit ad corruptionem membri. Et fortasse post contusionem & casum & offensionem sequitur gradu: quare oportet vt properetur ad curationem eius, vt non canceretur: & non oportet vt occupetur in attritione cum reditione continuitatis villorum incisorum, immo occupetur in sedatione doloris.

De cura. *Cap. 3.*

NOn reperitur in pluribus harum dispositionũ in hac ęgritudine accidente[q] excusatio à phlebotomia:[r] immo opifices artis properant ad illud: quãuis sit corpus mundum. Et quãdo fit phlebotomia, & festinatur ad emplastra prohibentia, oppilantia,[s] non accidit ex eis illud, quod est necessarium

Q Gal. 4. metho. c. 6. h
R Ras. 28. cõt. t. 3. c. 2. 357. 3.
S Ras. ibi 358. 4.

A necessarium ad curationem cum quo multum fatigatur,& est eorum prohibitio cum infrigidatio-
ne,& stypticitate:aut cum vno eorum.[a] Cum autem tardatur illud,& properat sanguis ad conca-
uitatem solutionis,& times nocumenta prædicta,necessarium est in curatione eius extrahere san-
guinem illum,vt non impediat reditum continuitatis ad dispositionem eius. Quod si fuerit tali-
ter,ꝙ sit possibile vt resoluatur propter raritatem pororum cum embrocis aquarum calidarum,&
similium eis,fiat:& fortasse administratur super verberatos de illis, quæ diximus, & iterum cum
medicinis carminantibus sanguinem mortuum,& oleis resoluentibus lassitudinem, & vt dentur
in potu deintus res adiuuantes ad resolutionem,fiat illud:& sis contentus illo. & ista carminantia
adiuuantia ad illud:sunt,sicut bdellium iudaicum, & costus, & centaurea maior cum syrupo ace-
toso,& vt adiuuet syrupus acetosus iterum ad illud cum incisione. Medicinæ vero carminantes
sanguinem mortuum sunt,sicut farina hordei, & hyssopus humida, & simila confecta cum aqua.
Et forte est sicut calamenthum montanum cum sauich:& proprie quando cadit in capite. Et[b] ad
vltimum illud cui est mollificatio cum caliditate subtili, resoluente resolutione subtili, & ex eis,
quæ exiccant exiccatione subtili.Nam ea,quæ sunt vehementis resolutionis,& exiccationis, festi-
nant in impressione eorum, quare resoluunt subtile, & retinetur spissum cum exiccatione sua, &
oppilant poros iterum cum exiccatione sua:& hæc fortasse mensura excusat solicitudinem in eo,
B cuius continuitas soluitur prope cutem:& in eo quod apparet non profunda.[b] Quod si non fue-
rit ita,& fuerint solutiones multæ, & profundæ, & longinquæ ab eo, quod apparet, non erit[c] ex-
cusatio à scalpellatione:& curatione,quæ fit in apostematibus,& vlceribus malis.Et eius quidem
dispositio non est dispositio verberati:in verberato enim trahitur materia ad cutem: & cutis est in
via vlcerationis. Et hoc quoniam soluitur continuitas profundæ, tunc propter illud non obedit:
quapropter necessarium est administrare attrahentia cum fortitudine,& ventosas, & scalpellatio-
nem:&[d] fortasse erit res maior ista, & fiet membrum declinans ad apostema magnum acutum,
quod collectionem faciet. Et tunc oportebit vt festinetur ad facientia saniem & conuersionem
eius,quod aggregatur in eo in saniem,vt sedetur dolor cum eo, quod facit pus, & resoluatur ma-
teria cum eo,quod facit saniem.Illud enim secundum omnem facit saniem velociter, & quoniam
saniatio cum adiutorio curationis est saluior. Et fortasse resoluunt eam medicinæ saniem facien-
tes absq; saniositate, proprie quando adiuuant eas caliditas innata, & amplitudo pororum. Am-
plius obserua medicinas prædictas in[e] capitulo casus, & offensionis. Ligatura autem, quæ admi-
nistratur super contusionem,iam dictum est in modo suo,quòd quando accidit attritio, aut contu
sio,tunc liga ipsam:& sit instrumentum tuum super locum ipsum strictum valde: & vadat cum li-
gatura ad superiora processione plurima,scilicet ad partes hepatis & ad inferiora parum: & non
C addas astellas neq; puluillos,& non ponas desuper astellas plurimas:quoniam est necessarium re-
soluere illum sanguinem mortuum:& est necessarium multum intendere,vt vadat ligatura ad su-
periora,ne effundatur ad ipsam aliquid:& eius processio desuper sit mollior. Et sit pannus durus
subtilis,& sufferat stricturam.Et festinet cõtinuitas embrocarum cum ea.Et preparet membrum
ad superiora,sicut fit in fluxu sanguinis.Et hæc cura.s. ligatura, oportet vt sit antecq; apostemetur
membrum:qm̃ membrum qñ apostematur,non suffert nisi ligaturã equalem, nedum à vehemen
tia compressionis:& propter illud medicet tunc cum emplastris, & continuitate effusionis aquæ
calidæ desuper.[f] Glandularum autem curatio,quæ sequuntur contusionem, est cum plumbo de-
super posito ne addantur,& magnificentur:& fortasse euacuantur,& fit in eis contusio.

De casu,& offensione ad lapidem,aut parietem,aut aliud. *Cap.* 4.

CAsus & offensio lædunt,& impediunt cum contusione,& attritione: & est in eis timor pro-
pter solutionem continuitatis ossis aut solutionem continuitatis accidentem in visceribus.s.
in panniculis suis,& neruis eorum,& venis magnis,quę sunt in eis.Et est in eis timor iterum pro-
pter vehementiam doloris.Et[g] quanto plus corpus est maius,est timor vehemẽtior. Et[h] propter
illud fit,ꝙ non accidit infantibus in casibus eorum de læsione, quod accidit puberibus. Et[i] glan-
dulæ iterum multiplicantur in casibus,& offensionibus,& verberationibus.Et est necessarium vt
D succurratur cum eo,quod[k] narrauimus in loco suo.Et[g] accidunt quandoq; ex casu,& offensione
nocumẽta magna ex incisione lateris in corde,aut stomacho,& moritur statim.Et[g] accidunt qñq;
vt retineantur vrina,& egestio:& egrediuntur inuoluntarie.Et[g] quandoq; accidunt vomitus san
guinis,& fluxus sanguinis narium vehemens,propter incisionem venæ in capite, aut hepate, aut
splene.Et[g] inflatio ventris.Et[g] strictura anhelitus,& abscisio vocis,& locutionis. Et[g] iste cui ad-
uenit offensio,aut casus,aut aliud,& abscinditur sermo eius,& inclinat caput eius,& arescit anhe-
litus eius,& sudat frons ipsius,& facies fit citrina aut viridis,moritur statim.Et[g] quando accidit ei,
& puncto & verberato percussione clamosa,vomitus sanguinis in hora, & lenitas naturæ, mori-
tur.Et saluius est ei vt euomat ipsum permistum cum cibo proprie. Et si illud, quod apparet, iam
apostematum fuerit,deinde occultatur apostema,et quiescit apostema,deinde euomit post ipsum
saniem,moritur statim.Et ille,qui cadit super[l] †{semachu,} deĩde currit ex eo sanguis plurimus,
tunc necessarium est vt apostemetur,& moriatur.Et[m] ille,qui cadit super caput suum, multoties
non loquitur:& cum remanet vsq; ad tertium,non minuitur,neque additur, in tertio expectatur
vsq; ad septimum,& non mouetur ante illud cum aliquo.Et cum locus casus,illius qui cadit, non
rubet,tunc locus est neruosus.

A Gal.4.metho. c.7.d
B Gal.4.metho. c.7.cd
C Lib.1.F.4.c.28.
D Ras.28.cõt.t.3. c.356.3.
E quinto
F Ras.28.cõti.t.3. c.356.4.
G Ras.28.cõt.t.3. c.356.3.
H Causa elici põt aph.24.à Gal.
I Ras.ibi.356.4.
K Fen.3.t.2.c.7.
L velamen sub ... existẽs,
M Hip.7.aph.58.

De cura. Cap. 5. E

SI nõ fuerit fractura, & dislocatio, et fluxus sanguinis, oportet vt succurratur membro offenso, aut læso per casum: quare ponatur super ipsum, quod stringat ipsum. Et cũ hoc est necesse curanti hoc capitulum, vt refirmet donec videatur ei, ꝙ interius non est causa properans ad perditionem. Et si est necessarium vt præuideat plus, & dispositio exigat illud, tunc oportet vt properet & phlebotomet, & ministret clystere leue, subtile: deinde si possibile est ei vt stringat locum, & oppilet fissuram, si accidit cum eis, quæ diximus, properet ad illud. Et medicinæ, quæ sunt necessariæ, sunt oppilantes, conglutinantes etiam, & resoluentes materiam cum facilitate, & mollificantes sicut in contusione, & incarnatiuæ annexæ deforis, & intus. Et melior cibus eius est mes, & cicer. De medicinis autem quas oportet sumere illum, qui patitur contusionem, aut offensionem, aut casum, melior, & præcedens est [a] mumia pura bona cum oleo nominato sambacino, & vino. Et quandoque fiat consecutio cum aliquo clysteriorum. Et detur in potu raued sceni cum aureo vno rubeæ tinctorum in vino & terra sigillata & post ipsum alani & lutum armenum, & sumach, & sarcocolla confert valde cum proprietate sua. Et alumen annexum est iuuatiuum, constrictiuum, & est de eis quorum iuuamentum fit vehemens. Et arsenico est virtus mirabilis in omnibus, quæ sunt necessaria de incarnatione, & resolutione sanguinis, & prohibitione nocumenti, cum in potu sumitur. Et [b] succus centaureæ maioris, & aristolochia, & bdellium, & costus, ebibita F cum syrupo acetoso iuuatiua sunt omnia. Et de illis, quæ in potu dantur ad leniendum, & soluendum, sunt [c] casiafist. & oleum amygdalarum. Trochiscus bonus. [b] Recipe reu sceni. viij. laccæ rubeæ ana. iiij. terræ sigillatæ. iij. fiant trochisci, sumatur in potu cum aqua ciceris. [d] Et de medicinis, quæ desuper ponuntur, sunt [e] †{alderire,}→ & myrrha, & mastix, & almugath quando cum eo fit emplastrum, aut bibitur. Nam ei est proprietas bona in fractura, & dislocatione, & in torsione, & contorsione, & verberatione, & casu, & offensione: ipsum enim sanat, & incarnat velociter: & sedat dolorem, & si fuerit rosbot seu caro callosa super fracturam, indurat eam, & fortem facit. Et de medicinis oppilantibus est acacia: est enim mirabilis in algiebar. Iterum sicut aloe, & bolus armenus, & [f] †{alani,}→ & sumach, & almes, & gypsum, & calx ambo extincta, & rizi contritum. Et de glutinantibus est sarcocolla. Et de vaporationibus bonis, sunt folia cupresi decocta cũ aqua expressa permista cum zambach, & similiter folia alatel. Et similiter si ponatur in eis alumen. Descriptio medicaminis compositi. Recipe mugath partes tres altheæ albæ & sarcocollæ ana partem. i. croci parum, & est emplastrum bonum, cuius virtus penetrat ad profundum. Cum autem fuerit percussio, quæ non facit dolorem vehementẽ & non timetur, ꝙ accidat vel festinet apostema magnum in loco, propterea, quia corpus est mundum, neq; timetur vlcus, neq; est illic membrum habens concauitatem, tũc oportet vt sit festinatio ad mollificantia cũ oleo calefacto, & similibus, & G hoc est sicut percussum in dorso aut manu, aut coxa, quoniam hoc regimen sedat dolorem eius.

A Ras. 28. cõti. 3. c. 2. 357. 4. & 358. 3.
B Ras. ibi. 358. 1.
C Ras. 358. 3.
D Ras. 357. 4.
E† calamus aromaticus
F† lutum comestibile,

Offensio super ventrem & viscera. Cap. 6.

IAm diximus de hoc in lib. iij. [g] in quo est excusatio: & oportet vt iteretur super eam operatio. Et sit cibus omne lenitiuum, & infrigidatiuum sicut volubilis, & chrysolochana, & maluæ. Et de facientibus glutinationem iterum, sicut arnoglossa. Et detur in potu iterum in principio de succis infrigidantibus cum permistione lenificationis, sicut est expresio solatri, aut arnoglossæ, aut endiuiæ cum casiafist. Et de illis, quæ experta sunt iterum in hoc capitulo est, vt teratur psyllium, & sumatur de eo pars vna, & laccæ, & karabe amborum ana medietas quartæ partis vnius, & croci. vij. partis: & potio eius sit drach. ij. cũ aqua calida. Et detur in potu trochiscus huiusmodi. [h] Recipe karabe. x. rosarum. v. acaciæ ablutæ vnc. i. spicæ indæ. vi. & meliloti. x. & masticis. iiij. & corticum thuris. iiij. & boli ar. vij. & croci. vi. & nucis cupresi. viij. fiant trochisci cum aqua arnoglossę: & hoc quidem conuenit proprie quando ægritudo pertransierit principium. Et ponatur emplastrum ex huiusmodi genere. [i] Sumantur mala scemi, decoquantur cum vino cocto odorifero, donec sint biscocta, & fiat optima eorũ contritio, & sumanť de eis drach. c. & laudani. xx. & ros. xxi. & spicæ, & masticis, & acaciæ ablutæ omnium ana. xiiij. & conficiantur cũ aqua cupresi expressa cum aqua arnoglossæ, & aqua coriandri est mihi magis dilecta, & est conueniens vt cũ eo misceatur oleum de lilio, & emplastretur cum eis. H

G Fen. 16. t. 5. c. 11.
H Ras. 28. 3ti. t. 3. c. 2. 358. 3.
I Li. 3. Fen. 13. t. 1. c. 33. & t. 2. c. 23.

Dispositio verberati cum flagellis, & eorum similibus, & cura eius. Cap. 7.

OPortet vt sit cibus verberati cũ flagellis, ex [k] cicere excorticato, contrito: & ex faseolis rubeis excorticatis. Et [k] in potu sumat loco aquæ, aquam ciceris infusi. Et [k] denť in potu iterũ medicinæ eius, qui offendit se, & eius, qui cecidit, & proprie bolus ar. Et [k] iterũ reubarbarũ & zinziber coniungantur, et de coniunctione amborũ detur in potu. ℥. i. ʒ. cũ aqua calida. De eis vero, quę superponuntur, melior res ei est, vt [l] sumať pellis ouis excoriata statim, & dum est calida, & humida inuiscetur super locũ, & dimittatur super eum, & non remoueať: fortasse enim sanat ipsum in die secundo: & qñq; resoluit apostema, & prohibet putrefactionem, & [k] proprie qñ puluerizatur sub pelle excoriata aliquantulũ salis vehementer contriti. Et [k] de illis, quæ desuper puluerizanť, sunt [m] †{chazef contrita & terra seu puluis alathun,}→ et his similia. Et [n] iterum sumať merdasengi, & cerussæ partes ęquales, & fiat ex eis ceratum cum oleo ros. & cera. Et [n] iterum epithema ex dragagantho, & croco ęquali mensura. Et [o] si remanserit vestigium, lini ipsum cum arsenico, & lapide piperis. Et nos iam diximus hic mortẽ sanguinis: & nos iam dicemus illud in libro decorationis.

K Ras. 28. cõt. t. 3. c. 2. 358. 2.
L G. 11. de simpli. medic. fac. 80. c. & Ras. 358. 2. & 3. & Paul. lib. 4. c. 12.
M† vas figuli nouum tritum & puluis clibani,
N Paul. li. 4. c. 12.
O Ras. 358. 3.

De torsione.

A *De torsione.* *Cap. 8.*

MElior curatio torsionis iuncturarum officialium, sunt dactyli desuper positi, et dimittantur:
a 14. c. 4 quoniam ipsi sanant eam, cum accidit torsio, & nos iam diximus in [a] capitulo fracturæ ossium medicinas, quæ omnes rectificant torsionem, quare omnes sumantur inde. Et si fuerit illic dolor, tunc mollifica, ligaturam & si non, tunc non est curandum.

De excoriatione, & est in ea excoriatio calciamenti. *Cap. 9.*

EXcoriatio est ruptio, quæ accidit in superficie cutis per tactum laboriosum. Et qñq; est cũ apostemate: & qñq; est sine apostemate. Et qñq; est cutis tota excoriata, aut incisa, aut pendens, et est necessarium inuiscare ipsam, quare curetur cum inuiscatione, quę dicta est in capitulo vulnerũ. Et oportet quantũ possibile est, ne incidatur cutis: immo dilatio super eam fiat, & si multoties fiat, qm̃ inuiscatur in fine rei. Et si non adhæret, inuiscetur cũ emplastris factis ad hanc rem. In detecta vero est melius, vt administreť desuper medicamen absq; ligatura, nisi si non fuerit possibile. Nam eius exiccatio cum medicinis, cũ adiutorio aeris, est melior. In excoriatione autem leui, de medicinis bonis excoriationi singulari, & proprie excoriationi calciamẽti, est vt sumatur pulmo, & [b] proprie pulmo arietis, & inuiscetur desuper, & sanat ipsam. Et si non est possibile, tunc confert ei [c] †{pellis alchalche adustorum} aut oleũ roš. & arsenicum rubeum. Et cucurbita adusta est valde
B mirabilis, cum qua est fiducia: & proprie in excoriatione calciamenti. Et ex medicinis sigillatiuis incarnatiuis consolidatiuis, est omne illud in quo est stypticitas leuis, sicut [d] acatia, & gallæ, & proprie adustæ: & cum fit illud in excoriationibus leuibus, & superficialibus, sufficit. Et fortasse sufficit iterum vnguentum album. Et [e] de illis, quæ sunt fortiora, est vt sumantur cerussa, & ammoniacum, & oleum roš. & myrti, aut oleum de kerua, & oleum de lilio: dissoluatur ammoniacum cum aqua, & vino, & fiat ex eis emplastrum. Et fortasse sufficiẽt myrrha, & merdasengi sola cum vino. Et [e] sumach est exiccans excoriationẽ leuem, & prohibens apostema. Et ex embrocis proprie qñ accidunt fissuræ ex induitione armorũ est aqua lentiũ, & decoctio horobi, & lentes & aqua maris tepida, & emplastratio cũ fæce sicca. Si aũt destruitur cutis tota, tunc necessariũ est vt prohibeatur apostema, cum eis in quibus est exiccatio, & sigillatio fortis: & fit res in ea magis difficilis.

B Diosc. lib. 2. c. 35.
C† Li. 2. t. 2. c. 145.
& Dio. lib. 2. c. 40. corij veteris crema[ti] canis
D Halyab. lib. 4. pract. c. 17.
E Paul. lib. 4. c. 14.

De punctura & disruptione, & extractione eius, quod retinetur ex spinis & sagittis & ossibus. *Cap. 10.*

PVnctura & disruptio vicinæ sunt ex hoc, ꝙ vnaquæq; earum est penetratio corporis acuti duri in corpore. Et non diuersificantur nisi in quantitate corporis penetrantis: & videtur, quòd punctura sit penetratio facta à re subtili parua. Et disruptio sit penetratio facta à re magna corpulenta. Aut videtur vt sit punctura cum paruitate penetrationis perficiẽs breuem penetrationem,
C quasi ipsa non pertranseat cutem. Et huiusmodi quidem est leuis nocumenti, & si non fiat curatio in ea, & dimittatur absq; curatione, rectificatur per se, etiam si sit in carne mala nisi fuerit in vehemẽti malitiam carnis: fortasse enim apostematur locus eius, & accidit ei pulsatio, & proprie quando est illa punctio, & punctura fuerit vehementior: & facta est punctio perueniens ad carnem. Et plurimum quidem meditationis huiusmodi est, vt sedetur apostema eius, & dolor ipsius: & nõ indiget regimine vulneris. Disruptio vero indiget regimine vulneris, & regimine doloris & apostematis. Et iam quidem dictum est in [f] regimine vulnerum, & in [f] regimine apostematum illud in quo est sufficientia. Et illud, quod necesse est nos rememorari in hoc loco de esse puncturæ, & disruptionis est regimen in extrahendo illud, quod retinetur in corpore de re pungente, & disrumpente, siue sit spina, siue sagitta, & quę sunt similia illis. Et hæc extractio qñq; fit cum instrumentis continentibus rem, quam trahunt: & qñq; fit cum expressione, & quę ei similantur: & [g] qñq; fit cũ proprietatibus medicinarum trahentium, quæ extrahunt illud à quo deficiunt forpices, & reliqua instrumenta. Canon aũt in eo quod extrahitur cũ instrumentis retinentibus, est sicut extractio sagittarũ cum forpicibus habentibus capita vt limæ, vt vehemens fiat earũ retentio. Canon ergo in ea est, vt caueatur confractio eius, quod eis comprehendiť. Et vt sit via earũ ad illud, quod auferendum est, ampliata, non prohibens bonitatẽ possibilitatis tenendi illud: vt inquirať facilior via ex-
D trahendi ipsum. Et si fuerit penetrans ex duobus lateribus, tunc dilateť latus, quod est magis conueniens ad hoc, vt egrediatur per ipsum cum dilatatione. Ingenium vero ad hoc, vt nõ frangatur est, vt non moueatur motione forti subita: immo comprehendat super ipsum: & commoueatur concussione, qua sciatur quantitas fixionis eius: & tũc capiat ipsum, aut commoueatur hinc inde, deinde trahatur tractione, quę est šm rectitudinem. Et multoties est necessarium, vt dimittatur aliquot diebus, vt commoueať hinc inde in eo, deinde extrahatur. Et iam dixerũt [h] quidam sapientes huius artis sermonem quem attulimus šm suum modum: ꝙ iste, qui aufert sagittas, oportet vt sciat ante illud species sagittarum: nam quædam earum sunt ex ligno, & quædam ex arundine, & earũ [i] †{azagiethea} sunt ex ferro, & ex ęre, & ex plũbo, & [k] †{alcalai,} & ex cornibus, & ex ossibus, et ex lapidibus. Et quædam earũ sunt rotundæ: & quædam habẽt tres angulos, & quatuor angulos. Et de eis sunt, quæ habent linguam vnam, aut linguas duas, aut tres. Et de eis sunt, quæ habent [l] †{zagi} & de eis sunt, quę non habent zagi. Et illarum, quæ habent zagi, fortasse est zagi earum inclinatũ retro, vt qñ tenditur ad exteriora, suspendať cum carne. Et ĩ quibusdã earũ est [m] †{zagi} ad anteriora, vt ĩpellat vel pcutiat. Et quędã earũ sunt, quarũ ferrũ seu extremitates ferreę mouẽt cũ re sili aluleb. Cũq; extendiť ad exteriora dilatať, & prohibenť sagittę ab egressione. Et quædam

F T. 1. c. 3. & c. 6.
G Li. 1. F. 4. c. 28.
H Paul. li. 6. c. 88. Hic vsq; ad calcem cap. accepit totum a Paulo.
I† tela
K† stamno,
L† tela.
M† telum

ſunt quæ habent ferrum magnum,& eſt ei extremitas quãtitate trium digitorũ & quædam quantitate digiti vnius & noĩatur caudata. Et quædam ſunt ſimplices,& quædam ſunt ſuper quas adduntur ferra minuta. Cũ ergo extrahitur ſagitta,remanent ferra illa in profundo corporis. Et quorundam ferrum eſt fixum in haſtula, & quorũdam ferrum habet embubam in qua ingreditur haſtula. Et quædam ſunt ſtrictæ ſeu firmatæ ex compoſitione ſua,& quædam non firmatæ ſunt cum eo ita,vt quando trahuntur ad exteriora,ſeparetur haſtula à ferro,& remaneat ferrum in corpore. Et quædam ſunt venenoſæ,& quædam ſunt non venenoſæ. Et ſagittæ quidem extrahuntur ſm duos modos:vnus quorum eſt extractio,et alter eſt impulſio. Et illud eſt,qm̃ cum ſagittę figuntur in eo quod apparet de corpore,tunc extractio earum fit cum attractione: & adminiſtratur iterum attractio,quando figitur ſagitta in profundo corporis. Et nos quidem timemus ex locis, quæ ſunt oppoſita ſagittis,quod ſi extrahantur,accidet ex eis fluxus ſanguinis,qui interficiet,aut nocumentum vehemens faciet. Et egreditur vel extrahitur ſagitta cum impulſione,quãdo figitur in carne, & fuerit corpus ſeu pars corporis,quæ opponitur ipſi ſagittæ paruam habens magnitudinem ſeu groſsitiem,& non fuerit illic aliquid,quod prohibeat à ſciſsione neq; neruus,neq; os, neq; aliquid aliud ſimile iſtis rebus. Quod ſi illud,quod vulneratum eſt,fuerit os,tunc nos adminiſtrabimus attractionem. Quod ſi fuerit ſagitta apparens,tunc trahimus ipſam: & ſi eſt occulta, tunc oportet ſicut dixit [a] Hipp. ſi poſsibile eſt vulnerato,vt ponat ſeipſum ſecundum figuram ſecundum quam fuit,quando fuit vulneratus:quare oportet vt ſignificetur per ipſum ſuper ſagittam. Et ſi non eſt poſsibile,tunc oportet vt reſupinetur ſecundum quod eſt ei poſsibile ex figura,& vt adminiſtrentur inquiſitio,& expreſsio. Et ſi eſt fixa in carne,tunc trahatur cum manibus,aut cum ligno ſuo, ſi non ceciderit,pręcipue ſi non fuerit ex arundine:& ſi iam cecidit lignum eius,tunc extrahatur extractione,quæ fit cum forpicibus,aut cum inſtrumento, quo extrahuntur ſagittæ. Et oportet in quibuſdam horis vt findatur caro ſciſsione plurima quando nõ eſt poſsibile vt egrediatur [b] {†zagi}ex ſciſsione prima. Et ſi ſagitta peruenit ad oppoſitionem membri vulnerati, & non eſt poſsibile vt egrediatur ex latere,per quod intrauit, tunc oportet vt findamus illa loca, quæ opponuntur ei:& extrahatur ex eis,aut per extractionẽ,aut per impulſionẽ ſi fuerit in ligno eius [c] †{zagi,} & ſi ceciderit lignum eius, impellatur cum re alia, & impellatur cum ea ferrum ad exteriora. Et oportet ne incidamus cum noſtra impulſione neruum:aut arteriam. Et ſi fuerit zagi habens caudam,tunc ſciemus illud ex inquiſitione. Et oportet vt intromittamus illam caudam in cannam inſtrumenti,quo impelluntur ſagittæ,& impellamus ipſum cum ea. Cum ergo egreditur ferrum ſagittæ,& videris in eo loca perforata,& ſit poſsibile,quòd in eis applicata fuerint ferra alia minuta, tunc adminiſtra inquiſitionem iterum. Quod ſi inuenerimus aliquid ex iſtis ferris,extrahamus ea cum hoc ingenio. Quod ſi zagi habuerit ramos diuerſos, & non obedit nobis ad egreſsionem, tunc neceſſe eſt nobis vt dilatemus ſciſſuram,ſi non fuerit prope ipſum locum membrum de quo timeamus fluxum ſanguinis,adeo vt quando detexerimus illud zagi,extrahemus ipſum cum facilitate. Et [d] de hominibus ſunt,qui ponunt ramos in canna vt non vulnerent carnem, deinde ſi vulnus fuerit quietum non habens apoſtema calidum, adminiſtra futuram primo, deinde curationem,quæ facit naſci carnem. Quod ſi acciderit vulneri apoſtema calidum, tunc oportet vt curetur cũ embrocis,& emplaſtris. In ſagittis autem venenoſis oportet,vt concauetur caro ad quam peruenit ſagitta ſi fuerit poſsibile,& ſcitur illa caro ex alteratione ſua & permutatione ſua à carne ſana. Caro enim venenoſa eſt mali coloris fuſca,& quaſi ipſa ſit caro mortua. Si autem ſagitta figatur in os,extrahemus eam cum inſtrumento:ſi autem prohibet ex hoc aliquid carnium,tunc oportet vt concauemus ipſum,aut ſcindamus eam. Quod ſi ſagitta infixa fuerit in profundum oſsis, tunc nos ſciemus illud ex firmitudine ſagittæ,& paruitate motionis eius, cum mouerimus eam: tunc neceſſarium erit nobis,vt incidamus in primis os,quod eſt ſupra ſagittam,cum inciſorio, aut perforemus ipſum cum terebello faciendo foramen in circuitu eius,ſi os fuerit groſſum, & euadit ſagitta per illud. [e] Quod ſi ſagitta fixa fuerit in aliquo membrorum principalium, ſicut cerebro, aut corde, aut pulmone, aut ventre, aut inteſtinis, aut hepate, aut matrice,aut veſica, & apparent ſigna mortis:tunc oportet vt abſtineamus ab attractione ſagittæ, quoniam fiet inde inquietudo plurima,ne ſuperueniat nobis locus ſermonis ſtolidorum cum hoc, quòd parum conferemus infirmo. Si autem non apparuerint ſigna mala poſtponemus ſeu tardabimus propter illud, quod timemus accidere,& præmittemus ſermonem declarando aſtantibus periculum, & perditionem,quæ accidit ex illo ſecundum plurimum,deinde incipiemus in curatione:multoties enim de illis quibus accidit illud,ſaluatur aliquis abſq; ſpe mirabiliter. Et [f] multoties egreditur pars hepatis,& aliquid de ſiphac,quod eſt ſuper ventrem,& zirbo,& [g] matrix tota,& nõ accidit inde mors. Veruntamen ſi nos dimiſerimus iterum in his membris principalibus, accidet mors ſecundum omnem diſpoſitionem,& proportionabimur ad paucitatem miſericordiæ. ſi autem abſtulerimus ſagittam,fortaſſe ſaluabitur infirmus quandoq;.

E F G H

A Paul.li.6.c.88.
B † ferrum
C † telum,
D Paul.li.6.c.88.
E Paul. & Halya. lib.9.pract.c.15.
F Paul.lib.6.c.88. & Halyab.9.pract. c.15.
G Paul.ibi. & lib. 3.c.72.

Medicinæ attrahentes. *Cap.* 11.

OPortet vt ſuper illum locum ponatur [h] ammoniacum, quoniam eſt attractiuum forte. [i] Aut ſumatur radix arundinis,& teratur,& emplaſtretur cum ea,& fortaſſe conficitur cum melle. Et [h] affodili iterum. Et folia papaueris nigri. Et folia arboris fici cum ſauich. Aut ſemen hyuſquiami proprie cum calcadis. Et ſimiliter fructus hyuſquiami albi cum diſpoſitione ſua. Et iterũ

H Raſ.29.cõti.t.1. c.2.371.r.
I Dioſ.lib.1.c.97.

a Dio. lib. 3. c. 4.
b Dio. li. 4. c. 142.
c Ras. 29. 2ti. t. 1. c. 2. 371. 1.
d G. de theria. ad pis. c. 9. f
e Dios. lib. 2. c. 56.
f Fen. 5. t. 2.

A Et iterum alkeiri, & species eius: & [a] aristolochia: & [b] cepæ narcissi. Et ex animalibus res plures, de quibus [c] est rana excoriata: & est mirabilis valde fixis in ossibus. Et similiter eradicat dentes. Et [d] cancer iterum contritus, & alarbian, & [e] coagula omnia. Et dicitur, [e] quòd lacerta est vehementis attractionis ad illud, super quod finditur. Et [c] de compositis, caput lacertæ statim cum abscinditur cum aristolochia longa, & radix cannæ, & cepæ narcissi. Illud vero, quod appropriatum est cum attractione ossium corruptorum de subulceribus, quæ consolidantur, dicemus in [f] capitulo ossium.

Canon curationis combustionis ignis. *Cap.* 12.

g G. 9. de simpli. med. fac. fo. 66. a
h Gal. ibi. fo. 66. b
i Ras. 27. con. t. 7. c. 3. 321. 2.

INtentio in curatione combustionis ignis, est duæ intentiones: vna earum est prohibitio vesicationis. Et secunda est rectificare, quod est combustum. Et sunt necessariæ in prohibitione vesicationis medicinæ infrigidantes, præter ꝙ associetur eis mordicatio. Et secũda [g] vbi curatur, quod est combustum, indiget medicinis in quibus est abstersio quædam cum exiccatione quadam, non magna: & præter ꝙ mordicent, cum hoc vt sint temperatæ in caliditate, & frigiditate. & quando indiget duobus regiminibus simul, regatur cum infrigidatiuis prius, deinde si indiget secũda, fiat. Si autem inuenitur, & iam vesicatum est, tunc necessarium est regimen secundum. Et medicinæ eius sunt sicut [h] chimolea, & lutorum genera, quæ magnitudinem vel corpulentiam leuem non B grauem habent, & lentes decoctæ, & encaustrum indum, & similia. [i] Ea vero, quæ sunt sicut thus, & glutinum, & pinguia, non conueniunt ad illud: quoniam quædam eorum sunt calidiora, q̃ oportet: & non euacuantur à virtute mordicatiua: & quædam eorum sunt humidiora, q̃ꝫ oportet.

Medicinæ ad combustionem, quæ sunt secundum intentionem primam. *Cap.* 13.

k Ras. 27. cõ. t. 7. c. 3. 321. 1.
l auellanę indę,
m Ras. ibi. 321. 2.
n Ser. t. 5. c. 11. & Ras. ibidem.
o ————
p ————

SVmantur [k] sandali, & [l] †{faufel,}& later albus, recens, aut ostracum, & liniantur cum aqua solatri, & aqua ros. [k] Aut vnguentum de vitellis ouorum, & oleo ros. Et iterum endiuia, et farina hordei abluta, & vitelli ouorũ, & oleum ros. & [m] lentes elixatæ cum ros. cum oleo ros. Et [m] iterum bolus ar. & acetum. Et iterum oleum ros. & cera, ſm quod oportet, deinde ponatur in eo de calce abluta ablusione integra, cum cerussa, & opio, & albumine oui, & aliquantulo lactis. Et [n] iterum sumantur folia maluæ, & siclæ, & elixentur cum aqua dulci, deinde terantur, & mũdentur à rebus filosis, quæ sunt in eis: deinde aggregentur eis merdasengi conditi [o] †{cum clymia,}& cerussæ de plumbo [p] †{alchalhai}amborum ana partes. ij. ʒ. & olei ros. partes. iiij. & aquæ solatri, & aquæ coriandri amborum ana pars vna.

Medicinæ quæ sunt ad combustionem secundum intentionem secundam. *Cap.* 14.

q Ras. 27. cõ. t. 7. c. 3. 321. 2.
r Ras. ibi. 322. 2.
s albi,
t Ser. t. 5. c. 11.
t ————
u Cap. 15. & Paul. lib. 4. c. 11.
x Cap. 15. & Ras. 321. 2.
y Dios. li. 1. c. 128.
z Ser. t. 5. c. 11. & Ras. 322. 2.

MElior rerum ad illud est [q] vnguentum de calce. Sumatur calx, & abluatur septies, donec separetur eius acuitas tota, deinde conquassetur cum oleo ros. aut oleo oliuæ, & pauca cera, si C indiget ea, & fortasse adduntur super ipsum chimolea, & albumen oui, & parum aceti vini. Vnguentum calcis cum modo alio. Abluatur calx, sicut sciuisti, & [q] fiat ex ea cum aqua foliorum siclę, & cum aqua foliorum caulis, & oleo rosato & cera vnguentum. Et de illis, quæ conueniunt hic, & vbi non timet̃ pustulatio, & vesicatio, est proijcere desuper folia alathel adusta, aut siliquæ combustæ. Vnguentum conueniens ad paruitatem caliditatis: & est longæ compositionis: expertum est, & inuentum est bonum. [r] Recipe stercoris vaccæ pascentis, exiccati, & corticum arboris pini, & pulegij omnium ana. x. merdasengi. iij. scoriæ argenti. ij. scoriæ plumbi. iiij. calcis ablutæ cum aqua frigida multoties. v. & chimoleæ. v. & luti alcobrusii, aut romani, aut armeni, & cerussæ omnium ana. vij. virgæ pastoris contritę. x. encaustri persici, aut syrij. vi. tutiæ viridis. vij. stercoris ouis vij. granorum volubilis, & foliorum eius amborum. xv. scoriæ ferri, & succi foliorum maluauisci, & succi foliorum maluæ omnium ana decem lilij [s] †{domus, & cepæ eius,}& lilij cœlestis, & croci omnium ana. v. camphoræ. iiij. ceræ faui, & olei ros. & medullæ cerui, & adipis eius quantum sufficit. Et de illis, quæ sunt fortitudinis vehementioris, & conueniunt ei, quod est minoris caliditatis est, [t] vt sumantur limatura æris, & ferri, & conficiantur cum [t] †{luto alhar aut}luto rubeo, deinde comburantur in patella, aut furno, & fiant inde trochisci, & seruentur, & administrentur redacti in puluerem vbi necessaria est exiccatio, aut liniantur cum oleo rosato. Et de hoc genere D iterum est istud, comburatur [u] fimus columbinus in panno lini, donec incineretur, & liniatur cum oleo aliquo, quoniam est mirabile. Et [x] locis vlceratis conferunt porri elixati, aut portulaca cum sauich, & [y] folia myrti contrita in puluerem redacta. Si autem fiat inobediens, [z] tunc folia alhatel adusta, aut folia aliembut adusta. Et si fuerit magis inobediens illo, administrentur medicinæ consolidantes vlcera maligna.

Combustio aquæ calidæ. *Cap.* 15.

a Ras. 27. cõ. t. 7. c. 3. 321. 1.
b Ras. ibi. 321. 2. & Ser. lib. 4. c. 11.
c Cap. 14.
d Cap. 14. & Ras.

QVandoque [a] accidit vt effundatur olla feruens, aut aqua calida super membrum hominis, & facit operationem ignis. Et conuenientius ei est, vt succurratur statim antequam vesicetur cum eis, quæ sunt sicut sandali, & aqua rosata, & camphora: & non dimittantur exiccari, immo consequenter adhibeatur omni hora pannus infusus in aqua frigida congelata: hoc enim prohibet ipsum vesicari. Et [b] quidam properant, et rorant desuper aquam oliuarum, aut aquam cineris: & melius est vt teratur quodlibet amborum cum sauich: aut vnguentum de calce. Et iterum, medicamen factum de [c] fimo columbino prędictum est mirabile valde. Et [d] vlcera quidem curantur cum porris elixatis, aut exiccatis contritis, & est melius, & cum reliquis, quæ diximus in capitulo primo.

De fluxu sanguinis, & retentione eius. *Cap. 16.* E

IAm scitum est in libro [a] primo, ꝙ sanguis egredit à venis: et nō egreditur nisi aut propter [b] apertionem orificiorum venarum [b] propter debilitatem in venis: aut propter vehemētiam repletionis: aut propter motum fortem sicut propter vociferationem fortem, & saltū: aut propter calorem attrahentem accidentem vel venientem de foris: aut [b] propter disruptionem earum: & [c] ipsarum incisionem propter [c] causam primitiuam incidentem, [c] contūdentem: aut propter causam [c] corrodentem interius: aut vehementiam motus cum repletione: aut [c] propter resudationem ab eis propter raritatem accidentem corpori venarum, & panniculo earum. Et conuenientior venarum ad hoc vt currat, quod est in ea, qñ inuenit viam, est arteria. Nam corpus eius est mobile: & quod est in ea qñq; contrahitur, & qñq; expanditur: & quando non desuper coarctatur locus eius post solutionem cōtinuitatis eius, & inuenit vacuitatem, peruenit res ad emborismū, quod nominatur mater sanguinis. Et [d] arteria quidem licet sit de illis, quæ incarnantur, tamen est de illis, quorum difficilis est incarnatio. Et multoties quidem non incarnatur arteria: et incarnatur illud, quod continet arteriam, & coarctat super eam, quare sanguis non potest facere cursum superfluum: immo egreditur ex eo aliquid vsq; ad fines cutis, quantitas quam capit. Et quando cum facilitate comprimitur, redit, & occultatur, sicut accidit rupturæ. Et fortasse remanet vena ipsa sub cute, & sentitur pulsus eius, & ipsius successio. Et multoties accidit illud arterijs deintus, & disrumpuntur, præter ꝙ disrumpatur cutis: & congregatur sub cute emborisma, scilicet apostema leue ex sanguine, & ventositate: quod possibile est quiescere cum compressione: & hoc quidem multoties accidit in collo, & inguinibus, & curuaturis per se: & multoties accidit ex causa extrinseca, aut ex phlebotomia. Et multi medicorum existimāt, quod omnis disruptio arteriarum perducit ad matrem sanguinis: [e] quoniam non incarnatur immo plurimū eius, quod incarnatur est illud, quod est in circuitu eius, & fit apostema notum, sed ipsamet non incarnatur: & res non est ita. [f] Ille quidem, qui negauit incarnationem argumentauit cum ratione & experimento. Cum ratione vero, quoniam vna duarum tunicarum arteriæ est cartilaginosa, & cartilago non incarnatur. [e] Experimento vero, quoniam non visa est incarnatio. Et opposuit eis [g] Gal. cum ratione, & experimento. Ratio vero est rhetorica: & eius forma est, quod ipsa est inter incarnatum sicut caro, et non incarnatum sicut ossa, quare oportet vt sit incarnata, sed est difficilis incarnationis. Experientia vero est testimonium, quoniam ipse narrauit se medicasse plures arterias, & fuerunt incarnatæ: & hæc quidem [e] est res à qua nos iam expediti sumus. Nos vero dicimus nunc, quod dispositio processionis sanguinis à membris, diuersificatur quædam enim sunt à quibus emanatio sanguinis est multa cum disrumpuntur, sicut hepar, & pulmo. Et de illis sunt à quibus parum procedit sanguis. Et in vnaquaque duarum diuisionum sunt, quæ sunt timorosa: & de eis sunt, quæ sunt absq; timore sicut emanatio sanguinis ex pulmone, & ex naso, quoniam emanatio sanguinis ex pulmone est periculosa, & ex naso est non periculosa, & ab vtrisq; emanat sanguis plurimus. Et de illis sunt, sicut vesica, & matrix, & renes: [h] ab eis enim non emanat sanguis plurimus valde summatim, immo quandoq; multiplicatur cum longitudine spatij, & peruenit ad finem illaudabilem. Et diuersificatur dispositio fluxus sanguinis ex arterijs, quoniam fit in quibusdam earum difficilis, valde timorosus, sicut ex arterijs magnis, quæ sunt super manus & pedes: & huiusmodi interficiunt secundum plurimum, & non retinetur. & in quibusdam fit facilis sicut in arterijs cranei: retentio enim fluxus sanguinis earum est facilis, & sufficit in eis constrictio sola. Et multoties quidem currit ex arterijs paruis sanguis, deinde retinetur per se. Et differentia quidem inter sanguinem arteriæ, & aliarum cognoscitur: [i] quoniam sanguis arteriæ egreditur cum saltu & impulsione & est subtilior, & est vehementioris purpureitatis, quàm alius: neq; declinat ad nigredinē sanguinis venæ, & eius essentiam. [k] Et scias, ꝙ omnis cui accidit euacuatio, & proprie sanguinea, & proprie arterialis, & superfluit, & accidit ei spasmus, est malum. Et [k] similiter si accidit ei singultus est mortalis. Quod si fuerit syncopis cum singultu, tunc mors est festina: & [l] alienatio, & permistio rationis sunt malę. [l] Quod si fuerit spasmus, tunc est mortale secundum plurimum.

A Fē.2.do.2.sū.2.c.16.& Ga.5.meth.med.c.2.b
B G.5.meth.med.c.2.b
C G.5.meth.c.2.b
D Gal.ibi.c.7.c.d
E T.1.c.1.
F Gal.5.metho.c.7.b.c
G 5.metho.c.7.b.c.d
H G.5.meth.c.5.f
I Gal.1.lo.af.c.1.e
K Hip.5.apho.3.
L Hip.7.aphor.9.

F G

Canon curationis omnis fluxus sanguinis. *Cap. 17.* H

OPortet in curatione fluxus sanguinis, vt incipiatur, & retineatur: deinde cures vlcus eius si fuerit. Et non est tibi possibile vt retineas in eo, cuius causa est fixa, ex corrodente, & similibus, nisi ita vt auferatur causa. Et si dispositio non tolerat vt auferatur causa, est necessarium vt retineatur cum suis retentiuis, quę sunt res quibus inest virtus abscindēdi vel retinendi sanguinem fluentem, & illæ res sunt scitę [m] in lib. 1. Verum ego narrabo eas ſm modum præuisionis, & maioris declarationis. Dico ergo, ꝙ illę res aut sunt diuertentes vel attrahentes ad partem aliam à parte illa in qua est exitus, aut sunt retinentes infra partem exitus ante aduentum ad locum exitus, aut sunt prohibentes in loco exitus: illud quod egreditur ab egressione, aut sunt aggregantes duas res de illis, aut plures: & diuisio prima, quę est diuersio, et attractio ad partē aliā, fit aut [n] cū attractione ad contrariū, prę̄ter ꝙ fiat exitus alius: sicut ponunt ventosę sup hepar: & remouet fluxus sang. ex nare dextra: [n] aut ita ꝙ accidit exitus alius, sicut phlebotomat patiēs fluxū sang. nariū ex manu ꝑti nēti nari phlōmia stricta. Retinēs aūt sine exitu, est illud, quod ꝓhibet motū sang. & eius penetrationē. Et est aut per cām ingrossantē vel inspissantē. s. sanguinē aut ꝑ cām stupefacientē. Et stupefaciēs qdē aut est medicina, aut est dispō corpis: [o] sicut [a] syncopis: ipsa. n. multoties retinet sanguinē.

M Fen.4.c.23.
N Li.1.Fē.4.c.23.& Ga.5.meth.c.3.e
O G.5.meth.c.5.e
Infra a

Causa

A Lib.1.F.4.c.23. & G.5.meth.c.3.d

A Causa autem retinēs sanguinem in locis, est oppilans exitum aut cum ligatura, aut [a] cum strictura facta cum alachā, aut cum strictura absq; alachā: aut [a] eschara cū cauterio, aut medicina cauterizante, aut cum congelatione rei retentæ, aut cum inuiscatione, aut cum exiccatione, aut cum incarnatione, aut cum coarctatione carnis circundantis venas, quare oppilat ipsum, & claudit ipsum clausione vehementi. Et oportet vt scias, quod quando associatur vulneri apostema prohibens plurimas ex istis operationibus, & non est possibile ligare cum filis, neq; intromittere licinia, neq; strictura laboriosa non est possibile tunc nisi administrare glutinantia, & stypticantia, & stupefacientia, & inspissantia sanguinem. Et si est curatio ex strictura, aut fissura, aut propinquatione medicinæ faciente dolorem, est mala valde. Et omnis præparatio dolorosa est mala. Et [b] oportet vt pręparatio sit aggregans duas res, quarum vna est defectus doloris, & altera est eleuatio partis ex qua fluit sanguis: quare non adiuuatur cum appensione, & suspensione, vt fiat facilis descensus sanguinis, & eius exitus. Et cum prohibent duæ intentiones, declinetur ad illud, quod est magis conueniens sm illud, quod pręsens est, & propinquius ad tolerādum in dispositione. Et est necessarium vt narremus modum eius, postq; sciueris, q[c] primum, quod oportet considerare est, vt cognoscas an vena sit arteria, aut vena, per signa sua, quare agas cum arteria, & sis solicitus plus, q̃ soliciteris, & agas cum vena. Amplius dicimus, quod de attractione ad cōtrarium non ad locum exitus quę-
B dam est faciens dolere membrum cum fricatione, & ligatura, & strictura, et cum ventosis. Et oportet vt sit membrum cōicans loco lęso situatum super extremitatem in extremitate diametri vnius qui cadit inter ea in longitudine aut in latitudine, & eligitur de membro contrario in situ longitudinis, & latitudinis quodcunq; amborum sit illud, quod est longinquum: & dimittitur, quod est propinquum: sicut est in duobus lateribus capitis, aut duobus lateribus manus: nam longitudo inter ista duo est propinquior illa, ex qua oportet expectare diuersionem completam. Et hæc res exigit vt rememoremur illud, quod in ea diximus, vbi locuti fuimus in [d] libro.1.de canonibus euacuationis. Et oportet vt fiat strictura, & fricatio, & his similia incipiēdo à loco, qui est propinquior membro [e] †{aldami,} deinde descendatur ab eo. Et oportet vt non expectetur in disruptionibus arteriarum, & ei similium, q sit hoc artificium sufficiens in retinendo fluxum sanguinis, sed est adiuuans. Et similiter est iudicium in phlebotomia lateris communis longinqui. Vnus autem duorum modorum diuisionis secundæ, & est causa inspissans sanguinem est verbi gratia, vt cibetur ille cuius fluxus sanguinis narium multiplicatur, aut alius ab illo, cibis grossi chymi ingrossantibus sanguinem, sicut sunt lentes, & iuiubæ, & eis similia. [f] Modus autem secundus est verbi gratia, vt in potu dentur stupefacientia, & [g] aqua frigida, & exponatur corpus frigori, & inducatur somnus & [g] fortasse [a] accidit syncopis: & retinetur fluxus sanguinis. Modus autem prædictus in diuisione
C alia est, quoniam oportet vt obseruetur in eo capitulum vnū: & est, quoniam [h] fortasse arteria non est continuata cum corde ex vno duorum laterum tantum, ita vt cum strinxeris illud latus solum, stes securus, immo fortasse continuatur cum latere altero ramus alterius arteriæ, quę profundatur in ea seu quæ aduenit in ea, & adducit ad eam sanguinem per viam aliam ab ea quā strinxisti: quare indiges stricturis duabus. Et [i] in huiusmodi oportet vt cognoscas partem, quæ est principium venæ: in quibusdam enim locis est inferius: & in quibusdam est desuper: & in quibus est inferius, sicut sunt in collo: & in quibus desuper sunt, sicut in coxa, et pede. Et quando cognoueris partem, administra in ea ligaturam, & stricturam. Et [k] de regimine in illo est vt peruenias ad extrahendam venam cum vncino: & etiam cum incisione paucæ carnis, quæ velat eam, & occultat ipsam: deinde inuolue eam, postea administra medicinas quas dicemus. Quòd si fuerit pulsatilis, tunc melius est vt liges eam cum filis lini. Et similiter si fuerit non pulsatilis, veruntamen multoties non retinetur sanguis eius. [l] Cum ergo feceris illud, deinde annexueris ei medicinas, tunc dimitte ligaturam vsq; ad diem tertium, & quartum. [l] Quod si tunc videris medicinam glutinationem facientem, adhærentem loco eius, tunc non eradices eam omnino, sed pone in circuitu eius de genere ipsius aliquid, quod madefaciat ipsam parumper. [l] Quod si accidat ei eleuatio seu separatio medicaminis ex seipso, quando tu aufers illud, quod est super ipsum, tūc deprime cum manu tua, quod
D est īfra locum exitus in via, & situ per quem venit vena ad locum exitus, & preme pressione cum qua fiat securitas de saltu sanguinis: & eradica illud medicamen, quod iam per se eleuatum est, & separatum ex eo, & commouetur in loco suo: & permuta illud cum alio. [k] Et sit præparatio tua quam facis membro in ista hora, secundum quod oportet, & est vt sit orificium eius altius, quàm principium: ita vt quando est verbi gratia in inferioribus intestini, & matricis, tunc sternatur stratum aliquod, quod eleuet inferiora, & deponat superiora secundum maiorem elongationem, quæ est ex dolore, deinde dimitte ipsum tribus diebus: deinde annecte ei hunc modum vsquequo retineatur sanguis. Constrictio autem cum alacham non est possibilis nisi in arterijs magnis: fac ergo licinium ex pilis leporis, aut ex tela araneæ, aut subtili coto, aut panno lini veteri: deinde pulueriza super ipsum medicinas prohibentes sanguinem. Et mitte in ipsam arteriam sicut buccellam, deinde stringe super ipsam ligaturam. Et fortasse administrabis licinium ex pilis leporis solis: & excusat solicitudinem. Et oportet vt stringas strictura adhærente, quæ non separetur donec incarnetur. [m] Licinium vero natura regit in extractione eius paulatim, & expulsione eius, aut alijs ab hoc. Constrictio vero sine alacham est vt ponatur, verbi gratia illa res in orificium eius, & ligetur desuper præter penetrationem eius in

Margin notes:
B Gal.5.metho. c.3.f.g
C Gal.ibi.g
D Fen.4.c.3.
E ex quo exit sanguis
F Ras.28.2ti.t.1. c.33.4.
G G.5.meth.c.5.e
Supra et
H Ras.28.2ti.t.1. c.33.4.
I Gal.5.metho. c.5.g.h
K Gal.ibidē.c.3.g
L Gal.ibi.c.4.a
M Ras.28.2ti.t.1. c.33.3.

venas: & vt retineatur cum eis, quæ sunt sicut pululli: & proprie spongia: & cum vittis fortiter stringentibus & strictura cum eis fit è conuerso vel è contrario stricturæ, quæ fit ad attrahendum, quoniam strictura prima oportet vt sit prope orificium: deinde fiat inuolutio procedens retro, & minoretur strictura gradatim. Et in hac fit è contrario. Et scias, quòd strictura puluillorum, & vittarum, qñ est debilis, venit ex ea nocumẽtum stricturæ: & est attractio: & non prouenit ex ea iuuamentũ stricturæ, & est retentio, & impletio: oportet ergo vt subtilietur in hoc capitulo. Cum ergo stringitur strictura bona, & stringitur iterum ex latere diuerso, declinat materiam, et resistit attractioni hæc strictura. Et non oportet vt perueniatur cũ strictura, & prohibitione, nisi quę sit infra dolorem: nisi si illud fuerit necessarium in primis, deinde mollifica eam paulatim. Et multoties quidem oportet vt suas fixuram carnis, & colligas labia eius, & vittis tegas: multoties.n. sufficit collectio labiorum, & positio puluillorum seruat ea vnita & coniuncta[a] sicut sciuisti: deinde liga super medicinas puluerizatas incarnantes. Et sicut[b] alguidegi qñ disrumpitur oportet vt coarctetur vel comprimatur apud principium eius.s. orificij disruptionis cum digitis vnius duarum manuum: deinde annecte ei medicinas, & puluillos apud orificium eius cum manu altera. Cõstrictio vero vel obturatio cum alhalche fit ita vt applicetur loco orificij aliquid, quod stringat seu oppilet replendo in facie orificij, & non cesses retinere, donec congelet̃ sanguis: & fiat obturatio orificij replendo ipsum aut cum re infrigidante valde, quæ imprimit in sanguinem, & cõgelat ipsum in orificio eius. Coarctatio autem loci facta à carne est sicut si incidatur vena in latitudine, & contrahatur ad duo latera in prima vice, quare claudit super eã caro ex latere, ex quo currit: & hoc non fit nisi in loco carnoso. Et multoties quidem accidit, quod necessarium est incidere ramum extremitatis venæ, vt sit introitus eius in profundum vehementior, deinde ponuntur desuper medicinæ. Et multoties accidit incarnatio meatus absq; matre sanguinis. Strictura autem cum eschara fit cum igne ipso, qñ magnificatur timor: & fit cum medicinis cauterizãtibus, sicut calce & flore æris, & generibus[c] †{draganthi,} & generibus arsenici, & cymino etiam, & similibus, & cum eo quod est debilius, qñ puluerizatur super locum & similiter spuma maris multoties cũ puluerizatur sup locum, et stringitur, retinet sanguinem. Verum timor in illo est, q eschara est velocis eradicationis ex se, & ex quolibet resistẽte ex eruptione sanguinis, & qualibet aliarum causarum: & qñ cadit eschara, redit timor vehementior. Et propter illud præceperunt, vt fiat cauterium cum ferro vehementer ignito, profunde, ita vt faciat escharas profundas, grossas: quarum casus non sit facilis, & cadant in tempore longo, in quarum simili caro iam est nata: ex cauterio nanq; debili proueniunt escharæ debiles, quę cadunt ex qualibet causa: & cum hoc attrahitur materia plurima, & calefactio fit vehemẽs. Cauterium vero forte implet cum escharis fortibus, & remouet rupturam, & oppilat seu stringit, & contrahit eam. Et de cauterizantibus bonis temperati regiminis est,[d] vt sumatur albugo oui, & aggregetur cum calce non extincta, & inuoluantur cum eo pili leporis, aut ei similia, & ponatur super locum, & stringatur. Et de bonis peruenientibus ad vltimum multoties, est vt sumantur cyminum, & calx, & ponantur super locum, & stringantur: & qñq; superadditur eis colcotar. Et genera draganthi in hac summa sunt habentia stypticitatem cum cauterio: calx vero est cauterium in quo non est stypticitas de qua sit curandum. Et illud, quod generatur de escharis cum cauterio, quod habet stypticitatem, est longioris fixionis & profundius. Et[e] succus fimi asinini, &[e] substantia stercoris asinini sunt de illis, quæ aggregãt ad cauterium acuitatem, & glutinationem. Medicinæ vero retinentes cum glutinatione, sunt sicut[f] gypsum ablutum, & glutinum decoctum, &[g] amylum, & puluis molendini, & gũmæ, & thus, & resina, & iterũ passæ de vuis ipsis. Et[h] ranæ sunt huius generis, ẽm quod dicitur. Et[i] iterũ stella scemis. Medicinę vero retinentes cũ exiccatione, & incarnatione, sunt sicut[k] aloe, &[l] cortex thuris. et sicut interiora passularũ vuę contrita valde: &[m] gallæ cũ oleo aliquo, & comburant̃: & qñ completur inflãmatio earũ, extinguant̃: &[n] papyrus adustus: & resina: & erugo ferri &[o] stercus equi, & stercus asini adusta & non adusta: & cinis ossium, & cinis ostracorum non ablutorum: quoniam abluta prohibent glutinationem: &[p] spongia noua submersa in oleo aut vino, deinde aduratur: &[q] pili adusti.

De narratione medicinarum simplicium, & compositarum, specierum diuersarum, fortium in prohibitione fluxus sanguinis. Cap. 18.

ET de illis, quæ dixit[r] Gal. & narrauit bene, & experta sunt post ipsum, & inuenta sunt plurimi iuuamenti, est vt sumantur[s] de colcotar. xx. & de minuto thure. xvi. & de aloe, & glutino sicco ana. viij. & de arsenico. iiij. & de gypso vehementer trito puluerizato vt atomi post cribellationem. xx. curetur cum eo puluerizando super licinia, & spargendo super locum, qm̃ est mirabile.[t] Aut sumatur sarcocolla, & aloe de mecha, & sanguis draconis, & ponantur super licinium, & stringatur. Et aloe, & thus solum cum pilis, ẽm quod sciuisti. Et iterum[v] spongia adusta, sicut diximus, & later adustus. Sumantur spongia, & scoria plumbi, & tucia, & aloe. Aut sumantur thus, & aloe, & sulfur: aut[x] thus, & sulfur, & fiat puluis: aut administret̃ licinium cum albumine oui.[y] Aut sumãtur de colcotar. xx. & de thure, aut minuto thuris. viij. & resinæ. viij. & de gypso adusto. viij. Aut sumantur colcotar, & de gypso adusto. viij.[x] Aut sumantur colcotar, æris vsti, & calcadis, &[z] †{draganthi} adusti partes æquales. Et de bonis ad fluxũ sanguinis proprie ex capite est vt sumatur[a] aloes pars. i. aut pars media primum amborum in corpore graui: & ẽm eorum in corpore leui. & corticum thuris in corpore graui drach. i. & thuris ipsius grossi pinguis in corpore leui pars

A T. 1. c. 8.
B Gal. 5. meth. c. 4. b
C† calcanti,
D Raf. 28. cõt. t. 1. c. 2. 332. 3.
E Dio. lib. 2. c. 72.
F Diosc. lib. 5. c. 81.
G Dio. lib. 2. c. 93.
H Diosc. li. 2. c. 24.
I Diosc. lib. 5. c. 94.
K Diosc. lib. 3. c. 22.
L Diosc. lib. 1. c. 71.
M Dio. li. 1. c. 123.
N Gal. 8. de simp. medi. fac. 57. g
O Dio. lib. 2. c. 72. & Paul. lib. 4. c. 53.
P Cap. 18. & Diosc. lib. 5. c. 85.
Q Raf. 28. ꝯti. t. 1. c. 2. 332. 2.
R Lib. 5. de ꝯpõne medic. per genera. c. 15. e. tantum duo desunt simplicia.
S Raf. 28. cõti. t. 1. c. 2. 332. 1.
T Raf. lib. diuisi. c. 139.
V Cap. 17.
X Paul. lib. 4. c. 53.
Y Gal. 5. de ꝯpõne medic. per genera. c. 15. e
Z† Misyos
A Gal. 5. metho. c. 4. a

A Ras.t.7.c.20. A pars vna, sint contenti super ea ambo:[a] Aut sanguis draconis, & sarcocolla, & conficiantur cũ albumine oui, & ponantur super pilos leporis, & præparentur secundum locum.

TRACTATUS III. *de vlceribus.*

Sermo vniuersalis de vlceribus. *Cap. 1.*

B Lib.1. F.2.do.2. sum.2.c.17.
C G.3.meth.c.3.b
D G.4.meth.c.5.d
E G.3.met.c.3 g.h



[b]Lcera generantur à vulneribus, & ab exituris eruptis, et à pustulis. Nam solutio cõtinuitatis in carne qñ facit saniem, & pus, nominatur vlcus: Et nõ facit pus, nisi propterea q cibus qui venit ad ea, conuertitur ad corruptionem [c] propter debilitatem membri. Et qm̃ propter debilitatẽ suam resoluuntur ad ipsum, & attrahuntur versus ipsum superfluitates membrorum vicinantium ei:[d] aut propter vnguenta mollificantia membrum, & lenietia ipsum cum humiditate sua, & vnctuositate sua. Et [e] quod est de genere pus subtile, nominatur virus: & quod est grossum, nominatur sordities: & est res spissa coagulata alba, aut ad nigredinem decliuis, aut sicut fæx. Et virus quidem non generatur nisi ex subtilitate humorum & aquositate ipsorum, & caliditate ipsorum. Et sordities generatur ex grossitie humorum. Et virus quidem multiplicatur cum generatione apatis. Et [f] virus eget exiccante: & sordities abstergente. Et vlcera sunt apparentia: & sunt habẽtia profunditatem. Et [g] vlcus quod profunditatem habet, non euacuatur quin aut iam indurata sit caro circundans ipsum, & nominatur

F G.3. meth.c.3.h
G Pau. lib.6.c.77.
H Pau. li.4. c.49.

B fistula: & [h] est sicut canna penetrans in membrum: aut nõ induratur aliquid, & nominatur absconsio, & cauerna. Et qñq dicunt quidam absconsionẽ illud, quod penetrat sub cute, & separatur ab eo cutis. Et cauernam illud, quod concauat vel gyrat sub carne, & dilatatur in ea. Dicunt quidam immo dilatatum est cauerna: & strictũ profundum fistula: & non est contrarietas in nominatione. Et qñ est durities super vlcus apparens, nominatur vlcus ostrachinum. Et fistula quidem mala est illa, quæ non sentit: & s'm quantitatem elongationis eius à sensu, erit eius malitia. Et de ipsa quædam est æqualis: & de ea est quædam obliqua. Et [i] quæ vadit ad neruum dolet vehemẽter: & proprie qñ tangitur eius inferius cum stylo, & fortasse difficilis fit operatio illius membri: & est humiditas subtilis, tenuis, sicut fit ab illa quæ peruenit ad os. Et [i] qñ peruenit ad ligamentum, est illud quod currit propinquum illis. Verum dolor in ossuosa, & ligamentali, fortasse non magnificatur. Et humiditas quæ vadit ad os est subtilior, & decliuior ad citrinitatẽ. Et ex perueniente ad venas, & arterias multoties egreditur sicut fæx. Et qñq si fuerit tendens ad venã sanguis plurimus mundus, aut ad arteriam sanguis rufus cũ fluxu sanguinis, & saltu ipsius. Et ex ea quæ peruenit ad carnem currit humiditas viscosa, grossa, turbida cruda. Et [k] multoties sunt fistulæ orificia plurima, cuius esse ambigitur: & non scitur, an sit fistula vna. Et multoties effunditur in quoddam orificiorũ eius humiditas habens tincturam: & tũc si fuerit fistula vna, egreditur ex orificijs alijs color vnus,

I Ras.28.cõti.t.1. c.1.325.2.
K Pau. lib.6.c.77.
L Gal. 3. metho. c.2.2.b

C qui est fistulæ. s. diuersus albus, & tenebrosus, & alius. Et [l] vlcera quidem diuiduntur in speciebus diuisionum: & dicitur quod vlcerum quædam sunt, quæ sunt dolorosa: & quedam sunt, quæ sunt priuata dolore: Et quædã sunt apostemosa, & quædam sunt priuata apate: Et quædam sunt munda, & quædam sunt immunda. Et immunda quidẽ propterea q in eis superfluit humor plurimus, & humiditas copiosa, quãuis non sint mala: Et de eis sunt sordida, & de eis sunt virulenta. Et de vlceribus sunt putrida. Et [m] de rebus magis nociuis eis, sunt meridies, & humiditas aeris cum caliditate ipsius. Et de eis sunt corrosiua, Et de eis sunt ambulatiua: Et de eis sunt mollia, aut frigida, aut calida. Et [m] mollia sunt de vlceribus facientibus cadere pilos ab eo quod sequitur ea. Et sunt qñq de vlceribus quædam resudantia, ex quibus resudat virus citrinum, calidum. Et fortasse fluit ex eis aqua calida comburens quod est in circuitu eius: & est malum mortificans. Et de eis sunt difficilis consolidationis. Et putrida est alia à corrosiua. Quod si fuerint, erunt ambæ ambulatiuæ: Et fortasse corrodens est corrodens illud quod continuatur ei, proprie pp acuitatẽ absq putrefactione: & neq est febris omnino. Verum cum ambulatiuo putrefactiuo multiplicatur febris, aut non separatur ab eo. Et [n] Gal. quidem nominauit hmõi vlcera corrosiua, ignem persicum, & formicã ambulatiuam vlcus corrosiuum. Et post vlcus putrefactum est compositum ex vlcere, & ex ægritudine putrefacta: & vnicuiq eorum est dispositio. Et vlcera quidem dura, incipientia ire versus

M Ras.28.cõt.t.1. c.1.326.3.
N 6.aphor.45.f

D viriditatem, & nigredinem, sunt mala. Et [o] vlcera frigida sunt mollia, alba, quiescentia propter medicinas calefacientes: & calida ad rubedinem decliuia quiescunt frigore. [p] Et [q] qñ vlceribus malis associatur color corporis malus, sicut albus plumbeus, aut citrinus, tunc illud est significatio super corruptionem complexionis hepatis, & corruptionem sanguinis, qui venit ad vlcus: quare fit difficilis eius consolidatio: Et [p] vlcerum quidem quorum radices sunt acutæ, & cum quibus est pruritus, superfluitates sunt acutæ. Et quorum radices sunt latæ, albæ, pauci pruritus, illorum complexiones sunt frigidæ: Et [q] vlcera generata successione ægritudinum, sunt mala: qm̃ natura expellit ad ea residuum corruptionis superfluitatum. Et [r] vlcera deijcientia pilos ab eo quod sequitur ea, sunt mala. Et [s] dicitur in signis mortis velocis, cum sunt homini apata, & vlcera leuia, et destruitur eius ratio, moritur. Et malignorũ quidem vlcerum causæ, sunt qñq vulnera obuiantia superfluitatibus malignis corporis, aut regimini corrupto, et qñq sunt sequentia pustulas malas: quare fiũt ab eis festinantia ad vlcerationem post pustulas. Et significant malignitatem vlceris, eius putrefactio, & ipsius ambulatio, & corruptio eius quod est in ipsius circuitu, & difficultas sanationis in se ipso, cum rectificatione curationis exhibitæ ei. Et meliores significationes significantes salutem vlcerum, & vulnerum sunt, cum in fine vel processu eorum est sanies, quæ est cũ medicina faciẽte

O Ras.325.4.
P Ras.329.1.
Infra a
Q Ras.325.4.
R Gal.6.aphor.4.
S Ras.329.1.

pus,

pus,aut ex operatione naturæ: [a] illa enim operatio naturæ est ſm curſum naturalem:& nõ genera E
tur ſanies niſi à digeſtione naturali:& non aſſociatur ei malum ex accidentibus vlcerum malorũ:
& proprie ſanies laudabilis:alba,lenis,æqualis, quæ conſecuta eſt complementum digeſtionis:&
neq; aſſociatur ei fœtor,cum in ea non ſit putrefactio:& fortaſſe nõ euacuatur à fœtore paruo,qm̃
ſanies accidit cum adiutorio caliditatis innatæ,& alterius extraneę.Et nos quidem iam locuti fui-
mus de ſanie in locis alijs.[b] Vlcera aũt quæ accidere faciunt ſpaſmum : & vlcera putrida, & cance-
roſa,& alchirunie,& corroſiua,& quæ eorum curſu currunt,ſunt in quibus non generatur ſanies:
immò qñ apparet in vlcere ſanies,& apa,eſt ſignum bonũ cum quo non timetur ſpaſmus, & per-
miſtio rationis,& his ſimilia:quamuis ſint in loco quod facit illud neceſſarium:ſicut ſunt membra
poſteriora,& anteriora:niſi res pertranſierit terminum.[b] Quod ſi apa occultetur ſubito,et profun
detur,& non reſoluetur per pus aut ei ſimilia.[b] deinde ſit vicinum membris neruoſis,ſicut vlcera
dorſalia,qm̃ ſunt in vicinitate dorſi,& nucæ:& vlcera quæ cadũt in anteriore parte coxæ,& genu,
qm̃ ipſa ẽt ſunt ſuper lacertis neruoſis qui ſunt in eis conuertunt rem ad ſpaſmum,& permiſtionẽ
rationis ẽt:[b] Si autem euenerint in membris venoſis & plurimum eorum ſunt in anteriori ventre
corporis,timetur aut curſus ſanguinis,ſi ceciderint in medietate inferiori ventris.[b] Et ſilr̃ timetur
ex eis qñq; permiſtio rationis.[b] Et timetur q̃ accidat pleureſis,& ſanioſitas poſt ipſam:aut q̃ pro-
ueniat ſputum ſanguinis ſi ceciderint in medietate ſuperiore eius : & tu iam ſciuiſti intentionem F
ſanioſitatis in pectore ex [c] lib.iij. Et qñq; timetur in eis iterũ permiſtio rationis. [d] Et de ſignis bo-
nis in vlceribus eſt,vt in circuitu eorum naſcantur pili qui ceciderunt. Et corpora ſuſceptibiliora
curationis vlcerum ſunt,quæ ſunt melioris complexionis, & paucioris humiditatis ſuperfluæ,cũ
inuẽtione ſanguinis boni in eis.Illa vero quæ ſunt multæ humiditatis,aut ſiccitatis, ſunt tarde ſu-
ſcipientia rectificationem vlcerum:quamuis humida,ſicut infantium ſint ſuſceptibiliora, q̃ ſicca
[e] ſicut ſenum:& proprie qñ complexio radicalis eſt ſicca,priuata ſanguine mundo,& accidentalis
humida,mollis,ſicut in ſenibus iterum.[f] Et propter illud iterum fit in hydropicis curatio vlcerum
eorum difficilis: [g] & in pręgnantibus iterum,pp retentionem ſuperfluitatum earum,propterea q̃
ipſarum menſtrua retinentur.Sed & in ſenibus non ſanantur eorum vlcera pp illud, [e] & propter
paucitatem ſanguinis eorum boni.[h] Et qñq; ſanantur vlcera,deinde recidiuant, qm̃ non generat̃
in eis caro niſi ante mũdificationem:qñ ergo retinetur in eis ſuperfluitas non mũda, oportet inde
vt corrumpatur continuitas proueniens ſecundo.Et qñq; exiſtimantur fiſtulæ, propterea q̃ acci-
dit eis diſpoſitio exiccationis,& firmitudo credulitatis animæ q̃ ipſæ ſunt ſanatę:qm̃ diſpoſitio eſt
ſimilis ſaluti,ſicut diximus,deinde recidiuant propter quemlibet motum,& cõmotionem,& tuſ-
ſim,& offenſionem,& malitiam iacendi,& alia.[i] Et de vlceribus in quibus naſcitur caro,quędam
ſunt in quibus naſcitur caro addita:& quædam in quibus non naſcitur illud. Et illa in quibus ge- G
neratur caro addita,ſunt illa,in quibus fit feſtinatio naſcentiæ carnis ante mũdificationem. Et illa
in quibus non naſcitur illud,ſunt illa in quibus non naſcitur caro niſi poſt mũdificationem. Cum
ergo prolongatur ſpatium vlceris,& corroditur,& putrefit,& deſtruitur de ſubſtãtia eius res plu-
rima,tunc non expectatur conſolidatio eius niſi ſm profundum.Et proprie qñ vlcus eſt antiquũ,
remanens ſpatio anni,& ſimile ei,aut fuerit oſtracoſum,aut incipit oſtracari vel indurari.ſ.fiſtula.
Et antiquum neceſſe eſt vt educat os ex oſsibus,quæ ei ſunt vicina.[k] Et vlcera quidem melancho
lica non ſanantur,niſi ab eis auferatur tota eorum corruptio vſq; ad carnem,& oſſa ſana.[l] Et cauſę
quæ cum accidunt,corrumpunt vlcera,ſunt debilitas virtutis membri:quare recipit omnem ma-
teriam,& malitia complexionis membri,& malitia eius quod aduenit ei de ſanguine, aut in quali
tate,aut in quantitate.[m] In qualitate [α] vero plurimum eius eſt propter malitiam complexionis he-
patis,& color eſt in eo decliuis ad albedinẽ plumbeam,aut citrinitatem:aut pp ſplenem, & eſt co-
lor ad nigredinem,& alterationem decliuis,& lentiginoſitatem : quare eſt cum eo malitia omniũ
humorum in corpore.[m] Et hmõi quidem præter hoc,q̃ ex ipſo non acquiritur quod conuertatur
in carnem,nocet per illud q̃ conuertit̃ ad ipſum de ſuperfluitatibus.[m] In quantitate vero quia ad-
ditur,aut diminuitur:quare nõ inuenitur cum quo caro vlceris generetur:& eſt vlcus clarũ mun-
dum properans ad eſcharam:& non ſperatur vel neſcitur an impleatur ſi fuerit corpus mundum H
pauci ſanguinis,aut eſt propter oſtracoſitatem,quæ accidit parieti eius & margini ipſius:aut pro-
pter dilatationem venarum,quæ adueniunt ei:aut pp corruptionem quæ ſequitur ipſum ex oſſe:
aut propter corruptionem eius incipientem ire verſus tenebroſitatem, & viriditatem & nigredi-
nem:aut propter membrum malæ complexionis,quod vicinatur ei.[n] Et vlcera quidem prauæ cu
rationis ſicut rotunda,& eis ſimilia,ſunt interficientia infantes,non tolerantes vehementiam do-
lorum,& vlcerum,& difficultatem curationis eorum,& ipſorum prauitatem.

Canon curationis vlcerum. *Cap. 2.*

S[o]Cias quod omnia vlcera indigent exiccatione [p] præter facta ex attritione lacertorum,& ipſo
rum contuſione.Iſta enim indigent in primis vt mollificentur, & humectentur. Et cum hoc
quod indigent vlcera in dominantiore diſpoſitionum exiccatione,indigent qñq; diſpoſitionibus
alijs mundificationis,& abſterſionis,& aliorum ab eis propter diſpoſitiones, quæ occurrunt vlce
ribus diuerſas ab ipſo vlcere.Et quãto plus eſt vlcus maius,& profundius,indiget exiccatione ve
hementiore:& vt aggregentur labia eius,vehementiore perſcrutatione. Et fortaſſe eſt tibi neceſ-
ſarium fuere ea.Et conſidera ex diſpoſitionibus neceſsitatis ad perſcrutandum in illo, & eis ſimi-
libus,

A Gal. cõm.1.pro gnoſt.42.c.d
B Gal. & Hipp.5. apho.65. & Raſ.28. cõt.t.1.c.1.328.3.
C Fé.10. t.4.c.17.
D Raſ.28.cõti.t.1. c.1.329.1.
E Gal.3.apho.31.h
F Hip.6. apho.8.
G Raſ.326.3.
H Raſ.327.3.
I Raſ.28. cõti.t.1. c.1.326.1. &.328.4.
K Gal.de atra bile c.5.f
L Raſ.326.1.
M Raſ.329.1.
Supra α
N Li.1.Fé.4.c.28. & Hippo. lib.6. de morb. vulg.407.1.
O Lib.1.F.4.c.25. &.28. & G.5.meth. c.1.f, &.4. metho. c.5.d
P G.4.meth.c.5.d

A 3.t.1. A libus, illud quod diximus in [a] cap. vulnerum.[b] Et scias quod vlcera fortasse indigent in curationibus
B T.1.c.9.& G.a.3. suis administratione medicinarum quarum quædam sunt currentes, penetrantes, & quæ injciun
meth.c.4.f.g tur profundantes: & [c] tunc necessarium est vt sint vnguenta, & eis similia: quare oportet tunc vt
C Idem tra.1.c.9. illud quod est humidum apparẽter, sit siccum intrinsece, & virtualiter & proprie in illis, quæ sunt
ad fistulam oportet vt sit siccitas virtualis eius vincens humiditatem corporis eius vehemẽter. Et
est quidem quandoque necessarium vt earum medicinæ permisceantur cum eo quod currit, vt fiant vi-
D Ras.28.cõt.t.1. scosæ, adhærentes, scias ergo illud iterum in eis.[d] Et scias quod vlcera indigẽt ligaturis, & strictura pp
c.2.347.4. tres modos: quorum vnus est, vt currat sordities: quare oportet vt sit fortitudo stricturæ eius sup
finem vlceris: & mollificatio stricturæ ipsius apud eius orificium, vt ipsius expresio bona fiat: Et
secundus est vt seruetur medicamen incarnatiuum super vlcus: & nõ indiget strictura vehemẽti.
Et tertius est ad incarnationem labiorum: & oportet vt nõ sit strictura in ipso mollis apud duo la-
bia, immo complicata complicatione vehementi. Et non oportet vt cum ligatura perueniatur ad
Infra α læsionem, ita vt apostemetur. Et oportet vt sis solicitus in prohibendo apostema, quoniam non [α] est pos
E G.4.meth.c.2.f sibile cum apate vt curetur vlcus. Et si non est tibi posibile vt prohibeas, & [e] appareat apa, tunc
occupatus sis cũ apostemate, & cura eius: quodcunque apa fuerit cum obseruatione ipsius vlceris,
vsquequo expeditus fueris ex curatione apostematis: & tunc remanebit sola obseruatio vlceris.
F G.4.meth.c.5.f B [f] Et similiter quando corrumpitur quod est in circuitu vlceris, & viridescit, & nigrescit, cura illud cum
scalpellatione, & extractione sanguinis: & si etiam, cum ventosis: deinde adhære ei spongiam sic-
G Gal.4.metho. cam, postea medicinas exiccãtes. Et cum perueneris ad vlcus, aut inuenis vlcus purũ, tunc [g] opor-
A faciant vltra quã sit necesse, neq; abbreuietur in calefactione necessaria: & similiter in absterfione, & exiccatione: & in contrario vtriusq;. Cum ergo videris quod iam calefactum est, tunc infrigida ipsum. s. membrum cum mensura quæ minuat additionem ab eo quod est necessarium. Et [a] quando q; experiuntur cerata facta cum euphorbio super crus hominis sani, & similis infirmo in complexione sua, & ipsius forma, & considerat an superfluant in calefactione eius, an non calefaciant ipsum in aliquo, de quo sit curandum: aut calefaciant ipsum calefactione temperata, & tunc sm illam quantitatem postea administratur super infirmum, & experiũtur super ipsum secundo: verũ vt experiatur super alium de illis qui similantur ei in primis, est melius: vt non sit necessaria in experientia eorum super ipsum alteratio plurima. Et [b] cum hoc toto cum neruus est discoopertus, et vulnus amplum valde, non suffert aliquid valde calidum sicut euphorbium, & sulphur, et eis similia: immo indiget medicamine quod est sicut tutia: & iterũ medicamine facto ex calce abluta ablutione vltima in hora vna. Et oportet vt sit oleũ quod administratur in ceratis eius, & eius linimentis, sicut oleum rof. & myrtinum quod non tetigit sal. Et glutinum iterum quando administratur in istis medicinis, oportet vt sit ablutum, [c] & tutia iterum oportet vt sit abluta. Et non oportet omnino vt sit in eis de acuitate, & mordicatione. Et si fuerit in eis stypticitas parua in curatione discooperti est licitum cum virtute resoluente sine mordicatione, & proprie quando infirmus est debi

B lis complexionis: & nerui digniores elongari à frigido, & aquositate, & vnctuositate, & eis similibus sunt nerui discooperti: non enim est eorum nocumentum in discooperto cui obuiat, & quod lædunt, sicut est eorum nocumentum in eo cui non obuiat, nisi parum: & non obuiat nisi ei quod continet ipsum, & ipsum sequitur: & si non fuerit excusatio, tunc secundum q; diximus. Quod si fuerit illic virtus aliqua in creatione, tunc non erit malum si administres trochiscos [d] Pauli, & trochiscos de colcotar, & [e] trochiscos Andronij, & prassium cum vino cocto, aut cum oleo: in hyeme quidem, cum oleo subtili, sed in æstate cum oleo rof. Et tus, & glutinum albotin, & albezard cum quantitate minore quam de medicinis discooperti. Et de eo quod rectũ est, qualiacunq; sint vulnera, est vt ponatur super medicamen [f] †{merhazi} infusa in oleo. Et sicut neruus discoopertus est dignior alijs neruis, vt alleuiatio fiat in eo, similiter [g] ligamenta quæ nascuntur inter ossa sunt figurarum digniorum, vt operetur super ea cum medicamine forti. Ligamenta autem quæ continuantur cum lacertis sunt inter vtrasq; res. Et de vulneribus à quibus necesse est magis elõgare aquam, est vulnus nerui: & similiter frigus, quamuis minoretur, tamẽ est de rebus nocibilioribus ei. Et oleum iterum nocet, & non est necessarium nisi apud sedationem doloris calidum. Et non oportet vt abluatur vulnus, neq; cum aqua, neq; cum oleo, immo solicitus sis vt abstergas humiditatem cum pannis, aut lana in fine lenitatis: neq; etiam cum vino cocto, nisi sis securus à nocumen

C to humiditatis eius. Et quando exigit aliqua ægritudinum vt super ipsam ponatur, & proprie super illud quod est discoopertum, oleum, tunc oportet vt transeat super ipsum in primis vinum coctum, deinde oleum. [h] Inquit Gal. accidit cuidam homini punctura cum ferro minuti capitis, & disrupta est cutis, & continuata est quibusdam neruis manus eius: [i] medicus ergo posuit emplastrum quod iam expertus fuerat in incarnatione vulnerum magnorum in carne: quare apostematus est locus: & postquam apostematus fuit, posuit desuper medicinas mollificantes, sicut emplastrũ de farina tritici, & aqua & oleo, quare putrefacta est manus hominis, & mortuus est. Et quando accidit spasmus ex vlceribus in eis, tunc de eo quod necessarium est, si iam fuerit facta strictura vel consolidatio est, vt scindatur cutis vt aperiatur, & administrentur medicinæ conferentes illis vlceribus exiccãtes ea, subtiles valde. Et vt sit solicitudo in hoc, vt perueniant ad profundum. Et quando est in vulnere punctio, & punctura, & non est apostema, tunc curatio est curatio localis. Et oportet vt sit fortioris caliditatis, & fortioris exiccationis, q̃ illud quod administratur super scissuram: quoniam illud penetrat ad ægritudinẽ facilius. Et [k] oportet vt sit regimen vulnerati in neruis subtile, & vt sit in vltimo subtiliationis. Et [k] cum dolor facit accidere apostema, tunc necessarium est dare cibum: & proprie quando vulnera sunt in latitudine: nam necessaria est illic phlebotomia venæ sine solicitudine, & sine timore syncopis verbi gratia. Et [k] oportet vt sit stratus eius

D mollis & obserues membra propinqua vulneribus cum inunctione: & similiter caput eius, & collum, & subascellas ipsius cum inunctione: si fuerit vulnus in superioribus: & similiter pectinem, & inguina, & proprie si fuerit vulnus in inferioribus, & partibus cruris.

Medicinæ vulnerum neruorum, & vlcerum ipsorum. Cap. 3.

GLutinum albotim est de melioribus medicinis vulnerum neruorum. [l] Verum illis qui sunt sicut infantes, & mulieres, & cuius complexio est vehemẽtis humiditatis sufficit quod est sicut glutinum albotin solum, puluerizatũ cum pauco oleo, quod ipsum leniat, & viscosum faciat, si fuerit siccum: & resina loco eius. [l] In illo aũt cuius complexio est siccior, & caro durior, oportet vt misceatur cum eo euphorbium, & quod est ei simile: aut vetus, aut recẽs: aut parum, aut multũ sm complexionem corporis, & eius calefactionem. Et sit summa eius quod datur de forti recenti. xij. pars cerati, aut de glutino albotin, aut ei simili sit. iij. pars cerati, aut eius cum quo miscetur. Et [m] qñq; admiscetur ei præter euphorbium de lacte tithymalli, qm̃ est mirabile, & de assa, & [m] de serapino, & de [m] opopanaco, & quod est debilius [m] . s. baurac, & [m] spuma eius, & [n] sulfur calefactũ cum oleo sm quantitatem sorditiei balnei, & [o] flos lapidis asius: & oẽ attractiuum humiditatum ad exteriora: & [p] †{draganthum} iterum, & cinis purgationis æris & alserengi, & id quo aurũ adhæret,

A Gal. 3. de cõpos. medic. per genera. c. 2. fol. 230. e
B G. 6. meth. c. 3 b
C G. 6. meth. c. 3. c
D Lib. 4. c. 54. & G. 6. met. c. 3. c, & e
E Gal. ibidem. e
F † lana mollis
G Cap. 1.
H Li. 6. met. c. 2. b
& Ras. 28. cõti. t. 4. c. 361. 2. ad literã.
I G. 6. meth. c. 2. b
& Ras. 28. cõti. t. 4. c. 361. 2. ad literã.
K G. 6. meth. c. 3. f
L G. 6. meth. c. 2. d
M Ga. 3. de medic. cõpo. per gen. c. 2. e
N G. 6. meth. c. 2. e
O Ga. 3. de medic. cõpo. p gen. c. 2. e. f
P † calcantum

Et [a] fortasse non reperitur in principijs vulnerum neruorum nisi fermentum,& administratur,& confert eis,& attrahit ex profundo attractione bona. Et multoties iuuãtur cum sorditie vasorum apum,cum est non præsens euphorbium,aut [b] farina lolij cum aqua cineris emplastrata. Et administratio glutini albotin est melior res cum qua incipitur. Et [c] post ipsum sicut emplastrum basilicon confortatum cum eo cum quo oportet vt confortetur de illis quę dicta sunt:& fortasse permiscetur calx cum ceratis, & calefacit ea: & [d] oportet vt sit ablutum, & quod eo melius est,est illud quod est ablutum cum aqua maris in sole calido,& quanto abluitur plus,fit magis iuuatiuum. Et de medicinis bonis est medicamen [e]Gal. [f] †{compositum ex cera,& resina,& euphorbio,& pice, grossa de vnoquoq; sit pars media,& de oleo pars vna.}-Et [g] oleum balsami cũ subtilitate sua non est multæ calefactionis:dico propter velocitatem suæ resolutionis, Et cum vulnus fuerit vachzi, aut punctura,& non associatur eis apostema,neq; putrefactio, tũc oportet [c] vt administretur emplastrum cum euphorbio,aut fimo columbino, scilicet ponatur in corpore subtiliore euphorbiũ, & in spissiore fimus columbinus:& adde,& minue secundum quod vides de dispositione corporis,& eius forma & eius complexio est, & cum hoc non oportet vt dimittatur os vachzi consolidari omnino,& dilata si fuerit strictum.Et scias q medicamen quod necessariũ est in [h] †{vachzi}- necessarium est,vt sit fortius eo,quod est necessarium in scisione. Et cũ accidit in vulneribus putrefactio, tunc serapinum est bonum,& farina herbi: verum cum accidunt apostemata, tũc farina hordei,& farina fabarum,& farina herbi iterum, quæ iam decoctæ sunt cũ aqua cineris, aut aqua pura in qua sit virtus serapini.Et [i] cum vides vulnera ad sanitatem peruenire, non timeas tũc administrare desuper vinum coctũ: oportet ergo vt administres medicinas dissolutas in eo, deinde calefac ipsas & accipe eas cum pannis lenibus raris seu vetustis,& pone desuper.

E A Gal.3. de cõpos. medi. per gen.c.2. fol.229.g
B Gal.ibidem.h
C Pau lib.4.c.54.
D G.6.meth.c.2.e
E 6.meth.c.2.g
F † immiscẽtes ex cera partẽ vnã, ex terebinthina,& pice, vtriusq; partis vnius dimidiũ, sic vt quod ex vtrisq; conflaret ceræ par eẽt tunsum, cribratumq; euphorbiu: reliqs immittes liquatis,esto vero põdus eius, ceræ pars duodecima. F
G Gal.3. de cõpos. medic. p gen.c.2.e
H † punctura
I Ga.6.meth.c.3.e

De apostematibus quæ accidunt neruis vulneribus. Cap. 4.

IAm scitur ex eis quæ præmisimus,& scire fecimus ex canone curationis neruorum, quis sit modus curationis apostematum,quæ accidunt eis cum vulnerantur. Et oportet vt iteremus illud explanãdo.Dico ergo illud quod Gal.dixit in libro Catageni. Inquit, cũ accidit in vulneribus neruorum,& membrorum neruosorum phlegmon,& phlegmon est fortis inflammans valde, tunc oportet vt administrentur in curatione eius medicinæ factæ cum aceto, & lapidibus mineralibus quas dixi: & plurimum eorum est in tractatu secundo [k] Catageni, quarum vna hæc est. Recipe [l] †{calcadis}-ʒ.i.& quartam,& [m] †{draganthi}-ʒ.ix.&.5.& quartam,& scoriæ æris.℥.ij.&.ʒ.ij.5.& corticum turis.℥.i.5. [n] †{bezard}-vnc.i.& ceræ.℥.vij.& olei.℥.ix. & aceti fortis lib.ij.& quartam. terantur medicinæ siccæ,& infundantur cum aceto.x.diebus,& soluãtur ea quæ soluuntur,& infrigidentur,& misceantur omnia in olla,& moueantur motu exquisitissimo donec æquentur. Et oportet vt distilletur super membrum infirmum ex oleo bis,aut ter in die. Et cũ ponitur hoc medicamen desuper,oportet vt ponatur super ipsum de foris lana iam infusa in aceto & oleo calefactis æquali caliditate.Nam non est aliquid nocibilius omnino neruis infirmis,neq; deterius super eos,q̃ illud quod est frigidum. [o] Quod si necessariũ sit emplastrare ista mẽbra in dispositione, emplastro facto cũ aceto,& melle,& cinere,tunc oportet vt emplastrũ sit coctum, & vt sit farina eius farina herbi.Si autem non fuerit tibi præsens,tunc administra farinam fabarum,aut hordei.

K Gal.li.3.de cõp. medic. p gen.c.9.g
L † misyos
M † chalcitidis
N † chalbani
G
O Pau.lib.4.c.54.

De attritione neruorum & eorum torsione. Cap. 5.

C[p] Vm neruis aduenit attritio,tunc si non fuerint cum eo vulnera, neq; apostemata adhuc,curetur cum eo quod sedat dolorem:Et similiter qñ accidit apostema,tunc non cures ipsum cũ eo quod resoluit,sicut aqua cineris,& similia:immo cura ipsum cum sedantibus dolorem:& similiter oportet vt embrocetur membrum cum oleo calefacto embrocatione continua:& sint in virtute illius olei mollificatio,& resolutio.Et de oleis bonis in hoc [q] est oleum anethinum,& oleũ de [q] [r] †{alachoem,}-& [q] oleum de ruta:& silr̃ emplastra cõuenientia ad illud:Et [s] silr̃ maluauiscus est mirabilis cum teritur,& ponitur super neruos tritos. [t] Et [α] caro [v] †{ostracorum}- est mirabilis. Et fortasse curatur cum bulbis vehementer coctis.Quod si fuerit illic apa,tunc regimen in sedatione apatis eius,est vt administretur desuper congelatũ vuæ cum vino,& pauco aceto,& oleo cũ quantitate cõueniente:& calefiat cũ æqualitate,& submergatur lana sordida,& proprie lana hyssopi,et ponat̃ desuper.Et si fuerit hæc lesio in iuncturis,tunc illic est melius vt sedet̃ dolor,& ponatur medicamen fortius,& compositũ cum eo quod maturat,& resoluit: sed cũ stypticitate temperata:& opponatur per id apati,& non addat in eo.Et cõsidera in dolore,& apate, & intende ad id ex eis, quod est vehementioris intẽtionis.Et qñ non est dolor,tũc perfora,& administra id quod est forte,sicut aqua cineris,& acetũ,& vinum iterum.Et qñ apa iam prolongatum est, tunc conforta medicamen et appone resoluẽs vehemẽtius neq; timeas ponere in eo styptica oĩno sicut medicamen forte factũ cũ aqua cineris,& quod fit cũ sorditie balnei. [x] Quod si fuerint illic in cute vulnera ẽt, tũc necessaria sunt illa in qbus sunt exiccatio fortis,& aggregatio,& strictura qbus aggregant̃ partes contusę,& cõferat vulneri.Quod si [y] †{non}-aduenit euti aliqd de attritione vel cõtulione,& vulnere,tũc administra emplã facta ex his q̃ sunt [z] sicut farina fabarũ,& acetũ,& mel,& est medicamẽ bonũ.Et si vis vt sit fortioris exiccationis,pone ĩ eo farinã herbi:et si adest volũtas vt sit fortius iterũ,ponat̃ in ipso radix lilij.Et si fuerint vulnera taliter vt nõ curet̃ de eis, tunc curent̃ nerui cũ eo qd prohibet apationem neruorũ,& nõ sit occupatio cũ eis: [a]Et [α] caro [b] †{ostrearũ}-est mirabilis:& qñq; curatur cũ cerato ex sale:& [a] emplm̃ cũ olibano,& myrrha est cõis iuuamẽti in vtrisq; dispositionibus.

P Raf.28. cõti.t.3. c.2.357.1.
Q Pau.lib.4.c.54.
R † amaracinum
S Raf.28. cõti.t.3. c.2.357.1.
T Gal.2.de simpl. medic.fol.78.g
Infra α
H V † limacium
X G.6. meth.c.3.f
Y †———
Z Pau.lib.4.c.54. & Ga.6.meth.c.3.g
A Gal.11. de simp. medic.fol.78.g
Supra α
B † limacium

a G.6.meth.c.3.g A dispositionibus. Et [a] si fuerit cum vtrisq; rebus dolor clamosus, tūc oportet vt misceatur cum medicinis pix, & emplastretur cum illo calido. Et oportet vt caueatur in torsione neruorum aqua, & non approximetur neq; calida, neq; frigida: immo administrentur olea in quibus est virtus aromaticorum stypticorum, calefacta, & specierum cum quibus est hæc dispositio.

Iudicia neruorum corruptorum. *Cap. 6.*

b † draconcii

QVandoq; accidit frustis neruorum corruptio: & est necessarium vt extrahantur: oportet ergo vt extrahantur extractione venæ [b] † {medeni.}

De neruorum duritie & eorum torsione. *Cap. 7.*

HOc multoties accidit à verberatione, aut casu: & qn̄ premitur, sentitur cū eo stupor. Et cura duritiei neruorum proxima est curationi apostematū durorum, & alrosbot: & nos diximus in tabulis medicinarum singularium, & in antidotario quod necessarium est rememorari de medicinis eius. Et quod narrabimus hic, sunt medicinæ ex parte in eo, de quibus sunt leues, sicut [c] vt sumatur bdellij iudaici pondus. 3. x. & infundatur in aqua, & soluatur in ea, & conficiatur cum eo quantum ipsum [d] est de radice maluauisci contriti valde, & emplastretur cum eo. Et [e] similiter radix lilij confecta cum congelato vuæ. Et iterum ammoniacum, & galbanum, & euphorbium aggregata cum fæce olei. Et iterum sumatur semen almaru, & fiat emplastrum cum vino cocto. Et B iterum medicamen diachylon cum medietate sui de stercore caprino est vltimum.

c Ras.19.cōt.t.2. ca.173.2. d Gal.5.de simpl. medic.facul.c.9.f e Diosc.lib.3.c.97. & Ras.ibidem.

Rememoratio ægritudinum ossium. *Cap. 8.*

IN ossibus autem accidunt ægritudines ex corruptione cōplexionis, & ex solutione singularis, & fractura, & dislocatione, & putrefactione, & vlceratione, & excoriatione. Et nos quidem loquemur de fractura, & dislocatione quæ indigēt restauratione post hunc locum. Illas autem quæ de eis indigent alijs medicinis, dicemus hoc quærentes auxilium à deo.

De ventositate spinæ & {corruptione ossis}. i. teredine ossium. *Cap. 9.*

f G.de causis mor. c.11.f.g, & Ras. cōt.t.1.c.1.330.2 g Ras.330.4.

V[f] Entositatis spinæ causa sunt humores acuti, penetrantes in os, & corrodentes ipsum. Et incessus ventositatis spinæ, est incessus doloris iuncturarum. [g] Veruntamen materia in dolore iuncturarum est in carne, & in vētositate spinæ est in osse: Et est eius incessus vel eius dilatatio vel progressio corrumpens ossis partem vnam post aliam. Dixerunt quidam, q̄ spina est spasmus in toto corpore propter vlcus, & non affirmatur.

Signa {corruptionis ossis}. i. terredinis ossium. *Cap. 10.*

h Ras.28.cōt.t.1. c.330.3. i † sonitum ossis tacti

CVm ossi accidit corruptio, vides carnem super ipsum mollescere, & [h] mollem fieri: & incipit in via [h] fœtoris, & virus: & [h] penetrat per eam tenta facillime ad os. [h] Cumq; peruenit ad os, non inuenit ipsum lene ita vt lubricet ab eo: immo adhæret ei parumper, & quasi inuenit rem nō C firmam in seipsa, immo habentem fracturam, aut putrefactionem, & quandoq; [i] † {techaschas} & lenitur: & proprie cum non est corruptio in principio. Nam in hora principij non apparet illud cum tenta. Et fortasse significat lubricitas eius superflua corruptionem eius ex hoc, quod quādo lubricat in eo tenta in omni latere, significat separationem panniculi ab eo: & illud propter corruptionem eius, quæ incepit, & illa quæ incipiet cum corrumpetur caro supra ipsum. Et cum discooperueris eam ab eo, inuenies ipsum mali coloris. Et multoties quidem antecedit ipsum apostema, & corruptio carnis, & membri in primis, & mors deinde venit ad ipsum.

Curatio eius. *Cap. 11.*

k Ras.29. cōt.t.1. c.370.3.

C[k] Vratio corruptionis ossis est eius fricatio, & ipsius destructio, aut eius abscisio, & ipsius serratura: siue sit fistula, siue non sit. Nam necesse est fricare ipsum & radere: aut cauterizare perueniendo ad vltimum corruptionis eius, vt cadant cortices corrupti, & remaneat sanum. Et qn̄q; cadunt cortices ossium per medicinas iterum, sicut cadunt cortices ossium capitis, & aliorum. Et de illis est medicamen cuius hæc est descriptio. [l] Recip. aristolochiam, ireos, myrrham, aloen, cortices plantæ opopanacis, [m] † {cambil} adustum, scoriam æris, cortices pini, aggregetur, & est mirabile faciens cadere cortices ossium, & nasci carnem bonā super ea. Et si fuerit corruptio ossis profundior illa, tunc necesse est concauare ipsum. [l] Quod si corruptio iā persecuta est medullam, non D est excusatio quin assumatur illud os cum medulla sua. Et si corruptio fuerit de illis, quas nō sanat nisi abscisio, & serratura totius ossis membri, aut plurimum eius quod circundat ipsum, tūc sciat locum in quo oportet vt incidatur ita, vt reuoluatur tenta vsquequo consequatur locum, in quo inuenit adhærentiam ossis vltimam, quoniam illic est terminus. [n] Verum quando est os corruptū ex capite coxæ, & anchæ, & sicut spondylis dorsi, tunc fugere ab eius curatione est melius propter nucham. Et si timetur quod corruptio ossis sequatur corruptionē carnis cuius casus accidit prius, tūc separare, & accipere carnem ab eo est eius cura. Et oportet vt infrigidetur membrū sanum cū epithematibus, q̄ sciuisti in capitulo corruptionis carnis discoopertæ ab eo ē̄t, & cū eorum similibus.

l Ras.370.4. m † pumicem

n Cap.12.& Ras. 370.3. de verbo ad verbum.

Modus serrandi os corruptum. *Cap. 12.*

o Totū hoc caput accepit a Ras. 29. cōt.t.1.c.2.,370.3.

I[o] Nquit eleuetur caro ab osse ita, vt ponatur in extremitate eius filum, cū quo tendatur ad superiora & accipiatur vitta seu fascia: & tendatur cū eo membrū, aut aliud ex illo loco ad inferiora, vt non associēt ei dentes, & serra ipsum. Et qn̄ est tibi necessarium serrare costam, aut os sub quo est tunica, aut aliquid nobile, sicut tunica costarū nuchæ, pone sub serra laminam qua conseruetur membrū nobile. Quod si caro fuerit ſm rotunditatem suā tota discooperta, tunc serra ipsum: qm̄ nō oritur caro super os, quod iā discoopertum est ex omnibus lateribus suis. Quod si partes ossis

corrupti fuerint proximæ iuncturæ, tunc extrahe ipsum ex iunctura: Et si corrumpitur os brachij totum, aut cruris, tunc auferatur totum.[a] Caput autem anchæ, & coxæ, & spondyles dorsi, quãdo corrumpuntur, tunc fugiatur ex curatione eorum propter locum [b] † {anchæ.} E

A Cap.11. & Ras. 29.;t.t.1.c.2.370.3. de verbo ad verbũ.
B † nuchæ

De eo quod remanet de frustis ossium, & corticum eorum in vlceribus consolidatis. *Cap. 13.*

ILlud quod est melius, est vt non festinetur in extractione eorum: immo dimittantur naturæ, & adiuuentur: & illud cum attractione pauca eorum quæ extrahunt in spatio non festino. Et non moueantur cum medicinis, & operatione manus: nam quod extractum est violenter, non euacuatur quin faciat accidere vlcera fistulosa. Cum ergo expellit ea natura ad cutem, & incipiunt exire, & iam separata sunt, tunc incarna, & cura vulnus. Et similiter est iudicium in frustis eorum, et panniculis, quibus inest conuenientia vt exeant, & manifestentur vel extra egrediantur: nam cum tu properas, & extrahis ea violenter, tunc est in eis timor spasmi, & permistionis, & febrium. Quod si fiant saniosa, non est in eis magnum nocumentum: Si autẽ vis scire medicinas illius, tunc de illis est [c] medicamen hmõi: sumantur oleũ vetus, & cera citrina, & sordities vasorũ apum, quæ vtraeq; sint quãtum est oleũ: deinde soluantur omnia, deinde sumatur pars vna euphorbij, & pars vna lactis tithymalli, & tres partes aristolochiæ, & fiat ex eis sicut ceratum. Et sumantur iterum ammoniacũ, & bdellium, & liniantur cũ oleo de lilio, deinde aggregando totum cũ contritione, fiat emplastrũ & ponatur desuper: ipsum enim est de illis quæ extrahunt ossa cũ velocitate, & facilitate. F

C Ras.29.cõt.t.1. c.2.370.3.

De medicinis fracturæ ossis. *Cap. 14.*

FRacturæ est curatio cum manu, quam dicemus, & curatio cum medicinis quas dicemus, conferentibus fracturæ ossium, & torsioni. Epithema ad fracturam & torsionem. [d] Rec. [e] † {mugathmes} excorticatorum ana. ʒ. x. myrrhæ & aloes, maluauisci albi, acaciæ ana. v. luti. xx. liniãtur cum albumine oui, si fuerit apa calidum. [d] Iterum folia [f] † {althil,} & cupressi, & myrti, & salicis terantur, & exprimantur, & sumantur galia, & rosæ, & cepa narcissi & [g] † {muriafilun,} & de sandalis rub. & bolus ar. & laudanum, & [h] † {saufel,} & [i] † {kamaha,} & althæa, & mes, & acacia, & melilotum, & sansucum, [k] † {   } & adde in eo si indiges calefactione, & sansucum, & enulam, & cupressum. Ad fracturam, & torsionem cum apostemate calido. [l] Recip. mes excorticatorũ drach. xx. mugath, balaustiæ, acaciæ, emplastretur: & est forte valde. Et [l] de medicinis eius sunt folia myrti, & laudanum, & galia, & crocus, & lutum est bonum attritioni, Et oleum iterum est iuuatiuum ad fracturam, & ad dislocationem, & ad torsionem. [m] † {Iterum} [l] mugath, & mes, althæa, acacia, lutum, aloe, myrrha, liniantur cum aqua myrti.

D Ras.29.cõt.t.1. c.2.369.3.
E † radicis granati syluestris
F † tamarisci
G † millefolium
H † auellana in
I † calamus aromaticus,
K † sed si fuerit cum apate, amoue sansucũ, & admoue rosas.
L Ras. 29. cõt.t.1. c.2.369.3.
M † ————

Fen quinta de restauratione: & continet tractatus tres.

G

TRACTATVS PRIMVS *de dislocatione, & restauratione.*

Sermo vniuersalis {de dislocatione} .i. luxatione. *Cap. 1.*



[n] Islocatio est egressio ossis ex loco suo, et situ suo: qui est per naturã apud illud, quod ei vicinum existit egressione integra.[o] Si aũt non egrediatur integre, nominatur separatio iuncturæ ad partem profundam, aut procedentem vel eminentem, quę cognoscitur sensu. Et est separatio non integra, quã [p] quidam nominant torsionem. Cum ergo est læsio quæ non extrahit os vel ex qua non egreditur os, sed atterit vel conterit illud quod continet vel circuit ipsum, tunc est alheuen, & non est ex genere torsionis. Et qñq; accidit iuncturæ res tertia, & est vt elongeẽ, & addat super longitudinem suam naturalem, & non consequitur ad hoc dislocationem,[q] verun tamen fit facilis dislocationis. Et illud quidem multoties accidit in adiutorio, & coxa. Et [r] de hominibus est quidã, qui præparatus est dislocationi in iuncturis suis, qm̃ concauitates ossium iuncturarum suarum non sunt profundæ: & buccellæ quæ ingrediuntur eas, non sunt intrantes, & ligamentũ quod ordinatur inter ea ambo, non est firmum, immo debile in creatione sua, minutũ, aut humidũ suscipiens extensionẽ: aut iam effusæ sunt ad ipsum humiditates viscosæ, lubricare facientes: aut fracti sunt margines concauitatũ ossium in quas ingrediunẽ de ossibus iuncturarũ: quare H fiunt concauitates prostratæ, super quas non est distinctio. Et de iuncturis quidem sunt iuncturæ facilis dislocationis: & de eis sunt iuncturæ prauæ dislocationis: & de eis sunt medię.[s] Facilis ergo sicut iunctura poplitis pp lenitatem ligamenti sui: qm̃ ipsa est creata lenis ligamenti propter iuuamenta scita in anatomia: ergo fit propter illud facilis dislocationis: & propter illud sustentatur cũ pila. Et fit iterum facilis reditionis ad salutem: nam facilitas reditionis est ẽm quantitatem facilitatis dislocationis: & difficultas eius est ẽm difficultatem eius. Et [t] iunctura humeri est proxima ei in macilentis, non in pinguibus. Prauæ vero dislocationis sunt sicut iuncturæ digitorum: ipsæ enim fortasse non dislocantur, immo franguntur antequam dislocẽtur: & [v] sicut iunctura cubiti, & propter illud reditio eius est praua. Mediæ vero sunt sicut iuncturæ anchæ. Et quandoq; accidit vt sit facilis dislocationis, quæ non est facilis dislocationis propter aliquam causarum: quare fit etiam facilis reditionis: sicut accidit, vt fiat pyxis anchæ plena humiditate, quare fit facilis eius dislocatio: & cum hoc fit facilis eius reditio, sicut accidit habentibus sciaticam: quare ei omni hora dislocatur eius ancha, & redit per quemlibet laborẽ, deinde dislocatur, postea redit: & hoc indiget cauterio, & non alio. Et [x] prauior dislocatio est cum qua abscinduntur capita frustorum ossis, quod conglutinat

N Pau.lib.6.c.111. & Ras.29. cont.t.2. c.1.372.2.
O Fen.4 t.2.c.1. & Paul. ibi. & Ras. ibidem.
P Fen.4.t.2.c.1 & Ras. ibidem.372.1
Q Cap.9.
R Gal. cõm.1.lib. de artic.6.e, & Hippoc.24.c
S Ras.29.cõti.t.2. c.1.371.3.
T Cap.9. & Hipp. 1.de artic.26.d
V Cap.15. & Paul. lib.6.c.115.
X Ras.29.cõt.t.2. c.1.372.1.

A conglutinat os cum osse,& parum reuertitur ad dispositionem suam naturalem: & plurimū illius fit in capite anchę,deinde in capite adiutorij,et in duobus focilibus duorū pedum apud calcaneū.

A Raf.29.cōt.c.2. c.1.571.2.

[a] Et dislocatio quidem est fædior,ꝙ fractura,cū neq; redit dislocatio,neq; restauratur fractura.

B † luxationis

Signa [b] †{dislocationis} vniuersalis. Cap. 2.

ACcidit in iunctura inclinatio,& profunditas insolita:sicut accidit accidens apparēs in magnitudine carnis spatulæ,& in dislocatione iuncturæ pedis,& magis apparens, ꝙ illa quæ est in iunctura colli.Et cōparatio est ex illis,quæ extrahunt illud extractione sana:& est, vt tu cōsideres infirmam cum sorore sua sana illius infirmi eiusdem,non alterius. Et cum videris iuncturam non moueri,tunc iudica quod dislocata est dislocatione integra:sicut qñ mouetur motu suo ad omnes partes,& peruenit ad omnes fines suos,non est cum ea ægritudo pendens cum separatione.

De signis declinationis. Cap. 3.

EST vt videatur concauitas cum eminentia alterius lateris, & considerēt̃ sensu eminentia, quæ fuit sensata pp penetrationem vel introitum in hmōi cum hoc ꝙ quidā motus est possibilis.

Signa additionis longitudinis iuncturæ absq; dislocatione. Cap. 4.

SIgnum eius est,vt sit sicut suspensa:cū ergo compresseris eā,redit ad mensurā suam naturalem absq; labore:si vero dimiseris eam,redit ad mensurā suam accidentalē. Et accidit profunditas,

B in quam fortasse ingreditur digitus,vbi non est caro vehementis multitudinis,sicut humerus.

C † luxationis

Curatio declinationis,& [c] †{dislocationis.} Cap. 5.

NOn euacuatur quin dislocatio aut perueniat ad medicum singularis, aut composita cū ægritudine alia ex vlcere,& vulnere,& apate,& alijs.Quod si fuerit cū alia,tunc oportet vt consideres:qm̄ si dislocatio fuerit ex illis,quæ redeunt cū tensione leui, non faciente dolere vlcus dolore vehementi,qui perducit ad apa non tolerabile,fac redire dislocationem.Et si res fuerit econtrario,tunc oportet vt curetur in primis vlcus,aut vulnus:deinde cura dislocationē, & proprie in

D Paul.li.6.c.121.

iuncturis magnis. [d] Cum vero volumus curare dislocationem,tunc fortasse perducit illud ad spasmum maximum ſm plurimum.Et proprie qñ dislocatio est in membris proximis membris principalibus.Et similiter est dispositio in apostematibus,in quibus est regimen ſm quod nos experimur.Nam si res fuerit facilis,& non commouetur ex ea dolor,neq; reditio cum ea est difficilis, restauramus dislocationem,& non curamus.Si autem accidit dolor,tunc oportet vt non præsumamus:& si fecerimus,tūc oportet vt destruamus ligaturam, si fuerit dolorosa. Quod si ingrediatur cum facilitate,curabimus apostema iterum,& vlcus. Et si fuerint dislocatio , & fractura simul , &

E Raf.29.cōt.c.2. c.574.1.

fuerit tensio in parte vna permittens regimen vtriusq; rei,fiat.Et [e] sapiens quidem narrauit,quod cecidit lapis super extremitatem humeri hominis , & vulnerata est cutis & caro , donec apparuit

C extremitas lacerti nuda,& iam dislocatum erat subtus eam caput furculæ , tunc ergo quidam stolidorum experimentatorum occupatus est in æquando os,& reduxit super ipsum carnem , & cutem:& emplastrauit,& strinxit,quare accidit vt fœteret caro,& corrumperet propter vicinitatem suam os,donec factum est viride. Et [e] non sciuit quod oportet vt huiusmodi caro abscindatur , &

F Raf.575.3.

cauterizetur ille locus cum oleo feruente.Et simililer si fuerit illic apostema magnum, oportet vt curetur apostema in primis. [f] In dislocationis autem singularis , & simplicis rectificatione regimen est,vt tendatur ad contrarium partis à qua separatum est,donec opponatur extremitas ossis extremitati ossis alterius,deinde reducatur ad locum à quo exiuit,& tunc redit. Et multoties quidem significat illud vox quæ auditur:deinde ligetur,& in ligatura est securitas ab apostemate,aut adiutorium ne apostemetur.Et necessitas ad prohibendum apostema laboriosum , est maior. Et abhorretur vt membro obuient panni sicci : quoniam ipsi calefaciunt , & addunt in apostemate:

G Raf.575.4.

immo oportet vt sint infusi cerato infrigidato,aut vino pontico. [g] Veruntamen Hipp.iussit vt tardentur tensio,& reditio vsq; ad diem tertium,& quartum,nisi in diebus exceptis.Et declinationi iterum necessaria sunt huiusmodi,deinde ligetur. Et quando membrum dislocatur in omni motu,& quoties redit dislocatur,tunc illud est propter mollificationem,& humiditatem:quare indiget cauterio.Et quando remanet post reditionem dislocationi aut separationi , durities , & quasi

D apostema,administra epithemata , & embrocas lenificantia. In inceptione vero indiget epithematibus,& embrocis confortātibus. Et melius est vt embrocetur super stricturam proculdubio, in hyeme quidem cum oleo calefacto, quod fit ex oleis confortantibus , & in æstate cum aqua frigida.Et oportet vt sit cibatio in dislocatis cum eo quod confortat iuncturam, & ligat eam secundum firmitudinem necessitatis.

Curatio elongationis iuncturæ. Cap. 6.

OPortet vt reducatur os mollificatum ad interiora illius,in quo quiescit, à quo mollificatū est: & emplastretur cum emplastris in quibus est virtus styptica,commistis cum eis quæ habent virtutem calefactiuam:sicut si misceantur gallæ,& balaustiæ,& acacia,& similia, sicut cū aliquantulo castorei,& costi,& vsnee.Et iterum sufficiat quod est sicut nux cupresi, & iuniperus, & reliqua quæ cadunt in emplastris rupturæ:deinde stringatur sicut caput.

H Hipp.2.de articu.g

{De dislocatione mandibulæ}.i.luxatione maxillarum. Cap. 7.

ACcidit mandibulæ inferiori vt dislocetur ab ordine suo,quare remanet os apertum: [h] quamuis sit illud de illis quæ parum fiunt,& non accidit casu completo. Et qñ dislocatur inclinat̃ ad interiora, ex contrario eius quod accidit apud mollificationem : quæ fortasse accidit ei apud

oſcitationem,& eſt applicatio vnius eorum ad aliam difficilis:licet non priuetur motu cum lacertis ſuis,qui veniunt ei à poſterioribus.Et [a] quãq; cadit dislocatio ex latere vno: eſt ergo tunc forma ſignificans ipſam,cum declinatio mandibulæ eſt ad anteriora cum tranſuerſione: & curatio quidẽ eſt vna.Et [b] eſt de ſumma eius quod indiget vt feſtinetur ad reducendum ipſum:& ſi non,perducet ad ægritudines,& nocumẽta:& cum hoc fit praua eius reditio:nam facilior reditio eius, eſt illa quæ eſt velocior:ꝙ ſi differatur,indurat,& apoſtemat,& extendit lacertos, & [c] commouet febres inſeparabiles,& dolorem capitis ſtantem propter illud quod aſſociatur ei de vehemẽtia tenſionis lacertorum:& [d] fortaſſe fit res praua,donec interficit in decimo. Et [e] quandoq; accidit vt ſoluatur ei venter cum ſuperfluitatibus cholericis,multis puris,& euomat ſimiles eis: quare oportet vt feſtinetur ad curam. Et [f] modus regiminis eius eſt,vt teneat vnus caput eius,deinde intromittat reſtaurator pollicem ſuum in os,& conuenit infirmo mollificare mãdibulam ſuam ex omni modo, nam illic ſunt lacerti qui iam tranſuerſati ſunt pp vehementiam dislocationis:poſtea moueat mandibulam dextram,& ſiniſtram,deinde extendat eam ſubito,deinde reducat eam.Et [f] ipſa quidem non intrat ad illud,à quo ſeparata eſt,niſi retro:quare oportet vt extendat eã ita vt ęquetur ſm illã præparationẽ.Et [f] ſignũ æquationis eius eſt æquatio quadruplorũ,& coopertura, & clauſio oris: deinde ligetur cũ puluillis,& cerato ex cera,& oleo roſ. deinde dimittat eam, qm̃ ſanabitur ꝙ velocius eſt poſsibile.Si aũt non feſtine fiat,& iã acciderit durities,oportebit tunc vt incipias, & [g] lenias duritiem cũ embrocis ex aqua calida, & oleo,in balneo embrocatione plurima,donec leniat: deinde ſedeat reſtaurator poſt infirmum,& trahat mandibulam eius ad poſteriora, donec decẽter locetur,& ſtringatur.Et [h] oportet poſt illud vt reſupinetur ęger ſuper puluinar,cuius impletio ſit lenis:vt teneat vnus caput eius,vt non moueatur,vſquequo compleatur ſanatio.

A Hipp.2.de articu.14.a
B Hipp.ibi.19.e.f
C Hippo.ibi.20.f
D Hippo.ibi.23.h
E Hippo.ibi.22.h
F Hippo.ibi.15.&.16.b
G Raſ.29.cõt.t.2.c.2.374.3.
H Hippo.ibi.16.b

De {dislocatione furculæ}.i.luxatione clauiculæ. *Cap.* 8.

I [i] Nquit furcula non ſeparatur à latere interiore,qm̃ ipſa eſt continuata cũ pectore,non ſeparata ab eo.Et propter hoc non mouetr ex hoc latere:& ſi percutiatur de foris percuſsione vehemẽti, & ſeparetur,tunc ipſa æquatur:& curatur curatione qua curatur ſi frangitur. Veruntamen extremitas eius quæ ſequitur humerum,& ſeparatur ex eo,non dislocatur plurimum:qm̃ lacertus, qui habet duo capita,prohibet eam ab hoc: Et prohibet eam iterum capite ſpatulæ. Et non mouetur iterum furcula motu vehementi,qm̃ ipſa nõ eſt poſita,niſi vt ſeparet pectus, & amplificet ipſum: Et propter hoc eſt furcula facta homini ſoli inter reliqua animalia.Et [k] ſi accidat ei dislocatio ex luctamine,aut ex re alia ſimili huic,tunc ipſa æquatur, & ingreditur ad locum ſuum cum manu, aut puluillis plurimis,qui ponuntur ſuper eam cum ligatura, quæ neceſſaria eſt. Et conuenit hæc curatio extremitati humeri etiam cum ſeparatur,& reducit eum ad locum ſuũ.Et illud quo ligantur furcula,& humerus,eſt os cartilaginoſum,& [l] † {ipſum ingroſſatur in macilentis: Et quando remouetur,} exiſtimat ille cui non eſt experientia ꝙ caput adiutorij iam ſeparatum ſit, aut exiuit de loco ſuo,& quoniam caput ſpatulæ videtur [m] tunc acutius:& videtur locus qui eſt eo inferior,concauus:verum oportet vt diſtinguatur cum ſignificationibus.Et de ſignis eius eſt ꝙ cõtrahitur manus verſus caput,& in ſpatula non eſt ſic.

I Totũ hoc caput accepit à Pau.lib.6.c.113.
K Pau.lib.6.c.113.
L † Paul.ibidem. in reſicatis mortuorũ cadaueribus occultatum, quod loco motum.
M Cap.13.
N † luxatione

De [n] † {*dislocatione*} *humeri.* *Cap.* 9.

H Vmerus qñq; dislocatur,ſed in dislocatione ſpatulæ ambigitur,& eſt quid magnum,& mirabile ꝙ ipſe dislocetur. [n] Verum qñq; accidit iuncturæ humeri ex adiutorio, vt dislocetur facile,qm̃ eius concauitas non eſt profunda,& ligamenta eius nõ ſunt firma,immo ſunt leuia,ſubtilia,poſita ſic vt ſit facilis motus:Et eius dislocatio eſt res in qua nõ accidit in eo quod ſcimus,niſi ſm partem vnam exitus apparens plurimus: [o] ipſa enim non dislocatur ad ſuperiora,qm̃ eminentia humeri prohibet ipſam,neq; ad poſteriora, qm̃ ſpatula prohibet eam, neq; ad partem ventris, quoniam lacertus habens duo capita ex anteriori nõ permittit eam cum prohibitione capitis humeri:verum non dislocatur niſi ad latus domeſticũ,aut ſylueſtre:& ſeparatur ad illud ſeparatione parua:ad latus vero inferius egreditur [p] quandoq; exitu plurimo, & proprie in extenuatis, macilentis,in iſtis enim cadit dislocatio adiutorij, & eius reditio per quamlibet cauſam: Et res vtræq; ſunt in pinguibus prauæ valde. Et [q] qñq; accidit adiutorio dislocatio in hora partus difficilis, & apud ſectionem ab embryone,deinde ſi non redit velociter, qm̃ non creſcit poſt illud in longitudine,& remanet poſt illud cubitus paruus,quamuis rectificetur. Et quandoq; non ingroſſatur ẽt in quibuſdam eorum:immo remanet breuis,minutus,minutum habens adiutorium,et brachium in pluribus eorum:ingroſſatur,& fit bonæ diſpoſitionis in pluribus eorum, ſed eſt ſecundum diſpoſitionem breuẽm [r] ſimilis pedi muſtellæ.Coxa vero non euacuatur à duabus diminutionibus ſimul.Et quando accidit adiutorio fractura in latitudine ſua,deinde reſtauratur,tunc non eſt poſſibile reducere dislocationem eius,niſi etiam frangatur reſtauratio.

N Cap.1.
O Raſ.29.cõt.t.2.c.1.372.2. & Paul.lib.6.c.114.
P Cap.1.
Q Raſ.ibi.&Hip.&Gal.1. de articu.59.g,&.60.h
R Hip. & Gal.ibi.59.g,&.60.h

De ſignis [s] † {*dislocationis*} *adiutorij.* *Cap.* 10.

S [t] Ignum eius eſt vt videatur concauitas apud caput humeri, & deſcenſio concaua verũtamen iſtud non eſt proprium iſti,immo eſt iterum propter conuerſionem capitis ſpatulæ,& videtur extremitas humeri alterius acutior hac extremitate, ſi non acciderit ei iterum ſeparatio in ſeipſa, aut in oſſe,quod eſt caput eius per offenſionem,aut per aliud. Et qñq; ſedatur cum curatione læſio eius,& exiſtimatur ꝙ non ſit læſio cum eo. Et videtur capiti adiutorij dislocatio,cum eminentia ſphærica in parte ſubaſcellæ ad inferiora: & [v] videatur adiutorium non bene annexum lateri,

S † luxationis
T Pau. li.6.c.114.& Hippo.1.de articu.37.g
V Hipp.1. de articu.34.f

bonitate

A bonitate annexionis manus ſanę, ad quam non appropinquat niſi cũ labore, & dolore vehementi.[a] Quod ſi deſiderat eleuare manum ad ſuperiora, & tangere aurem ſuam, non præparatur ei, & difficiles fiunt ei motus alij. Et iſta ſigna iterum quandoq; accidunt propter torſionem, & apoſtema, aut percuſsionem.

De cura [b] † {*dislocationis*} *adiutorij.* Cap. 11.

CVratio quidem illius, quæ de illa eſt facilis, & in corporibus infantiũ, & qui lenia habent corpora, eſt vt extendatur cum manu, & intromittatur manus ſub aſcella apud propinquitatem capitis adiutorij, deinde teneat illam propinquitatẽ, & impellat eam ad ſuperiora, & manus altera extendat adiutorium ad inferiora. Et [c] fortaſſe eſt poſsibile in infantibus, vt æquetur caput adiutorij cum digito medio, & extendatur cum illa eadem manu.[c] Quod autem eſt vehementioris dislocationis in corporibus fortibus, leuior modorum in illo eſt, vt reſtaurator ĩtromittat pedem ſuum in latus infirmi, & locet calcaneum ſuum prope caput adiutorijs, aut pilam ſiccam, aut inunctam ſi fuerit apoſtema adhærens prope caput adiutorij, infirmo reſupino, & extẽdat manum manibus ſuis ſm̃ rectitudinem, quaſi velit eradicare eam ex ſpatula, & inclinet manum ſuam parumper ad interiora, & ingredietur: & iſte eſt rectior modorum oĩum, & leuior eorum. Et [d] iterum quæratur vir fortis longus, longior infirmo, & intromittat humerum ſuum ſub aſcella infirmi, & eleuet ipB ſum à terra ſuſpenſum ab humero ſuo, & iam extendat manum eius ad ventrem ipſius.[d] Quod ſi infirmus fuerit leuis ponderis, cuius corpus non grauet ſuper manum eius, ſuſpendat cum eo aliquod, quod grauet ipſum, & qñq; ponitur loco viri columna parua ſtans erecta ſuper terram, & ſuper caput eius fit pila ex pannis, aut corijs ſtãs in operatione loco humeri viri: & reſtaurator extendit manum ex latere alio, & grauat virum, ſi neceſſarium eſt ei illud cum pondere, aut ſuſpenſione. Et qñ fit prauum, aut fit difficile, & prolongatur tempus, tunc fortaſſe indiges eo quod eſt fortius poſt embrocationes, & balneationes. Et [e] fit quandoque inſtrumentum ſimile baculo ſarculi, & eſt virga breuis, cuius longitudo eſt longitudo adiutorij, aut plus, aut minus ſuper cuius caput eſt pila, & ipſius pila facilior eſt vt ſit ex pannis & corijs, & impellitur ſurſum cum illa virga pila illa ſub aſcella. Et [e] oportet tunc cum voluntas eſt vt fiat illud vt applicet vir fortis virgam ſeu baculum cum pila ſub aſcella impellendo ipſum cum eo ad ſuperiora, aut duo viri, ita vt reſiſtant reſtauratori extendenti manum, et teneat vir alius humerum eius alterum, ut non eleuetur ab impulſione aut vt non eleuetur humerus ille, & reſtaurator ille iam incepit extendere manum eius, & trahere eam ac ſi in voluntate eius ſit, vt ſeparet eam à ſpatula eradicando, & fit illud ad interiora parumper. Et [e] quando fit illud, cadit adiutorium in iunctura ſua, deinde pila annectatur ſub aſcellæ annexione forti, ſuſtentando ad ſuperiora caput adiutorij. & oportet vt ſit applicatio ſeu C adhærentia ligni, & pilæ ſuper id, quod vicinatur capiti adiutorij, & non infra ipſum vel & non ſuper locum, qui eſt infra ipſum vt non rumpatur adiutorium: quoniam non eſt poſsibile poſt reſtaurationem eius vt redeat ad locum ſuum propter illud, quod ſciuiſti. Et [f] medicatur quandoq; cum ſcala ita, vt ponatur caput adiutorij ſuper gradum ſcalæ, qui iam lenificatus eſt, & præparatus cum inuolutionibus ſecundum formam conuenientem, & ſuſpenditur vir ex alio latere, & extenditur manus, & ingreditur caput adiutorij in locum ſuum: verum oportet vt ſit ſuſpenſio, & gradus ſcalæ prope caput adiutorij, vt non frangatur: & fortaſſe ponitur loco gradus, & glomeris ſphærici, res potens ex illo eodem loco, & non remouetur ab eo ad locum alium, quoniam timetur ex hoc fractura adiutorij. Et curatur quandoque alijs modis deriuatis ex iſtis modis: & melior modorum eſt modus primus. Cum ergo redit dislocatio ad locum ſuum, tũc melior ligatura eius eſt vt ligetur pila cum humero, ligatura facta cum vittis latis, prohibentibus ſeparationem eius, quod redit: & oportet vt penetret vitta ſuper ipſum, aut vitta alia deſuper, ſecundum modum crucis vſq; ad humerum alterum. Et [g] quandoq; cadit crux ſuper humerum infirmum, deinde ligatur adiutorium cũ latere ad inferiora, & ligatur cubitus, & extremitas manus ad ſuperiora ex parte colli, & non reſoluitur vſq; ad ſeptimum, aut poſt ipſum, & ciba ipſum ſicut ſcis. Quod ſi aſsidua fiat dislocatio quoties redit, tunc neceſſarium eſt cauterium.

D *De* [h] † {*dislocatione*} *ſpatulæ.* Cap. 12.

IAm dictum eſt illud, & eſt de illis, quorum caſus non accidit: & mirantur ex ea tales quales Hippocrates & Galenus.

De [i] † {*dislocatione*} *oſsis parui apud humerum.* Cap. 13.

ACcidit quandoque oſsi paruo, quod eſt caput humeri vt ſeparetur à loco ſuo,[k] quare accidit etiam concauitas, ſicut in dislocatione.

De cura. Cap. 14.

NOn [l] oportet vt extendatur tenſione fracti, ſed coarctetur, & ſtringatur cum digitis, & inclinetur ad locum ſuum, & ſtringatur ſicut ſtringitur furcula cum puluillis. Nam ipſa ligatura iterum quandoq; facit ipſum redire ad locum ſuum violenter, & non curatur de illo, quod eſt de vehementia illius ligaturæ, & ſeruatione eius, ſicut curatur de eo in furcula.

De [m] † {*dislocatione*} *cubiti.* Cap. 15.

HVius iuncturæ dislocatio [n] fit difficilis, & fit difficilis ipſius [o] reditio propter vehementiam ligamentorum continentium ipſum, & eorum breuitatem, & propter ſuam [p] † { contrarietatem

a Paul. li. 6. c. 114.
b Hip. 1. de articu. [illegible]
b† luxationis
c Paul. li. 6. c. 114.
d Paul. li. 6. c. 114.
d Hipp. de art. 13. c
e Hipp. de articu. [illegible]
f Hip. ibi. 17. h
g Paul. li. 6. c. 114.
h† luxatione
i† luxatione
k Cap. 8. & Paul. li. 6. c. 113.
l Hip. & Gal. 1. de art. [illegible] a. b
m† luxatione
n Cap. 1. & Paul. li. 6. c. 115.
o Raſ. 29. 2ti. t. 2. [illegible] 2. 3.
p† Raſ. ibi. pixidis [illegible]tatem.

tatem concauitati.}Et [a] quandoq; accidit ei separatio parua. Et accidit ei dislocatio integra in quibusdam horis. E Et [b] quando dislocatur, significat eius dislocationem gibbositas in latere, & concauitas in latere. Et [b] deterior eius est, quod dislocatur ad posteriora, quoniam ipsa conterit vel dilaniat carnem valde. Et [c] plurima quidem dislocatio nõ accidit nisi in focili inferiori, & [d] est turpior, & fœdior propter illud, quod accidit ei de reditione. focili vero superiori parum accidit, & non est cum fœditate dislocationis inferioris: quoniam ipsum est vehementioris continuationis cum vola, & est longinquius ab hoc vt remoueatur. Et [c] non est possibile vt dislocetur vnum duorum focilium nisi elongetur à secundo elongatione aliqua.

A Paul. li. 6. c. 115.
B Raf. 29. 2ti. t. 2. c. 1. 372. 3.
C Raf. ibi. 371. 4.
D T. 2. c. 1. & Raf. 29. 2t. t. 1. c. 1. 362. 2.

De cura. *Cap.* 16.

OPortet [e] vt festinetur ad eius curationem, quoniam properat ad ipsum apostema alidum, prohibens à curatione: quoniam extendere ad ęquandum ipsum tunc, perducit ad perditionem: licet iterum non sit possibile vt æquetur apostemate illic existente. Et [f] separationi quidem paruæ succurritur cum qualibet compressione facta cum radice volæ manus, quæ reducit ad locum suum. At dislocatio completa si est ad anteriora, est ei regimen: & si est ad posteriora, est ei regimen aliud. Et [f] illa, quæ est ad anteriora redit ad locum suum, cum percutit vola sua humerum, qui opponitur ei, percussionibus aliquibus manu iam pręparata sicut oportet, & adiuuatur manu altera, & ingreditur. [f] Dislocatio vero ad posteriora oportet vt extendatur tensione vehementi, F deinde percutiat eam ad posteriora. Quod si non obedit per illud, teneant adiutorium, & brachiũ duo fortes, & liniat restaurator manum suam cum oleo, & incipiat abstergendo inũgere cubitum cum vehementia, donec ingrediatur: deinde oportet vt stringat ipsum, & ponat brachio rem, quæ ipsum suspendat dimittens cubitum arcuatum seu aliqualiter flexũ secundum quantitatem quam tolerat in prima hora, deinde non cesset constringere suspensorium paulatim, donec cõstringatur arcuatio, vel constringatur plicatio cubiti angulariter facta.

E Raf. 29. 2ti. t. 2. c. 1. 372. 3. & Paul. lib. 6. c. 115.
F Raf. ibi. 374. 4. & Paul. lib. 6. c. 115.

De [g] †{*dislocatione*} *iuncturæ* {*rascetæ*}. i. brachialis, vel carpi. *Cap.* 17.

G† luxatione

DIslocatio iuncturæ rascetæ est facilis reditionis, & difficilis firmationis vel stabilitatis: nam quando extenditur extensione parua, & opponitur vnum duorum membrorum alteri, redit: sed eius buccellatio est praua, quoniam illud, quod continet ipsam de corporibus, apostematur, & prohibet bonitatem vnitionis. Et modus extensionis eius est, vt extendat vir focile ad posteriora, & extendat restaurator volam ad contrarium illius partis, immo ad anteriora, & extendat vnumquemq; digitum incipiens à pollice, & proueniens ad minimum: nam æquatur per illud, & redit: deinde emplastret ipsum, & stringat.

De [h] †{*dislocatione*} *digitorum, & signis eius.* *Cap.* 18.

H† luxatione

QVando dislocantur digiti, inclinantur ad interiora: & apparet illic eminẽtia in interioribus, G & apparet concauitas in dorso. Et similiter fit in ossibus rascetæ.

De cura. *Cap.* 19.

IN [i] reditione digitorum à dislocatione est difficultas quædam: & non oportet vt extendantur extensione æquali: immo oportet vt constringas eos seu teneas eos, & eleuet ad superiora digitus index manus tuæ, quæ cadit sub eis radicem apud id, quod constringitur, ac si tu eradices eos, & tũc videbis, quod dislocatum est intrare, & sonitum reddere.

I Raf. 29. cõti. t. 2. c. 2. 375. 1.

De separatione ossium {*rascetæ*}. i. brachialis, vel carpi. *Cap.* 20.

OPortet vt in ea fiat, quod possibile est de æquatione, & impulsione omnis declinationis, & eminentiæ ad contrarium partis illius, & positione hastellarum, & strictura earum desuper, & dimittantur super eam, & vt ponatur loco earum super eam plumbum æquatum conseruans locum cum grauitate sua. Verum oportet vt antequam ponatur desuper hastella, aut plumbum, vt emplastres cum emplastro confortatiuo de illis, quæ scis, & non moueatur.

De [k] †{*dislocatione spondylium,*} *& separatione earum.* *Cap.* 21.

K† luxatione vertebrarum spinæ
L Paul. li. 6. c. 117.

QVando spondyles dislocantur dislocatione completa, [l] interficit proculdubio. Et non completa iterum, quando remouentur remotione plurima, quamuis sit minus, quàm completa, est mortalis: quoniam proculdubio coarctat nucham coarctatione forti licet prolonge- H tur vel aliqualiter tardetur mors, & non soluat continuitatem. Et si est spondylis prima colli, & quæ sequitur eam, priuat animal anhelitu, & moritur statim: quoniam nerui anhelitus coarctantur, quare non faciunt operationem suam. Et [l] si est de spondylibus dorsi, & dislocatur ad partem interiorem, non est possibile vt curetur: & est de illis, quæ interficiunt velociter. Et si moratur vel tardatur, scilicet mors, & non est possibile taliter, quod prohibeat anhelitum, retinet stercus, & vrinam, & interficit. Et si tardatur, & non coarctat nucham coarctatione vehementi, aut coarctat, & non apostemat: aut sedatur, quod est cum eo de apostemate, non est excusatio quin nocumentum ingrediatur nucham, & neruos, qui sunt sub illo loco, & facit superfluitates exire inuoluntarie. Et si est ad posteriorem, tunc nocumentum, quod facit nuchæ est minus, verum necessarium est nocumentum: & debilitatio neruorum, qui sunt inferius, quare debilitantur pedes, & debilitantur lacerti vesicæ, & ani: quare necessaria est virtus fortis, & impulsio vehemens, & percussio magna, quæ fere franget [m] †{senasene} eius, donec redeat ad locum suum: & antequam redeat ad locum suum, iam fracta sunt per illud eius senasene. Et quandoq; dislocant̃ ad duo latera, & ad superiora.

M† ossa acuta in vertebris eminẽtia

Et in

A Li.3.Fē.22. t. 1. c. 12. A Et in huius quidem capituli diuisionibus iam locuti fuimus, vbi [a] locuti fuimus de gibbositate, ergo compleatur illic. Et signum illius est, quod vides illic aut eminentiam in posterioribus, aut arcuationem in pectore, ac si fractum sit senasene, sed in eius fractura non est magnum malum. Et in dislocatione spondylis, est timor mortis.

De cura. *Cap. 22.*

B Ras.29.cōt. t. 2. c. 372. L.

IN [b] illa quidem, quæ est ad anteriora ex dorso, spes est parua, & paruus profectus est in eius curatione. Illa vero, quæ est ad posteriora, indiget vt genibus teneantur vel amplectētur sicut operantur balneatores, & onerent vel aggrauent super eum cum fortitudine, aut faciat ipsum iacere super ventrem suum, & stet super eum cum calcaneis suis, aut fricet ipsum cum [c] †{algiuich} cum fortitudine fricatione vel compresſione quam faciunt pistores lelfarzadache. Quod si res fuerit vehementior illa, & fuerit recens, dixit [d] Hippoc. quod oportet vt sumatur lignum cuius longitudo & latitudo sit tantæ quantitatis, quæ capiat infirmum, aut fiat tabula aut capsa secundum hanc mensuram prope parietem extensa ad latus parietis in longitudine: & [e] non sit elongatio eius à pariete plus quantitate vnius pedis, & ponatur super ipsum stratus planus ad corpus infirmi, deinde balneetur, & extendatur infirmus super lignum prædictum aut super fundum capsæ prędictę, B & extendatur super faciem suam, deinde inuoluantur super pectus infirmi ligaturæ amplæ duabus vicibus, & earum extremitates egrediantur de subascellis, & ligentur inter duas spatulas, & ligentur extremitates ligaturarum latarum ad lignum longum simile manubrio seu pistello mortarij, & stet hoc lignum super terram stans apud extremitatē ligni supradicti situati in loco suo, aut apud extremitatem capsę prędictę: & detur ministro stanti apud caput infirmi, vt teneat ipsum, ita vt sit extremitas inferior firmata super aliquid, & extendat̄ supior, quę est apud caput, in hora qua oportet, & fiat per illud extensio, & ligētur iterum pedes ambo simul cum ligatura ampla alia super genua: & supra duos calcaneos, & iterum ligentur loca, quę eleuantur ex loco vel quę sunt supra locum in quo aggregantur duæ coxæ cum ligamento alio, & aggregentur extremitates horum ligamentorum, & ligentur ad lignum aliquod simile manubrio mortarij, sicut est lignum cuius præcessit narratio, & stet ipsum apud extremitatem ligni vel capsæ supradictæ, quæ vicinatur pedibus infirmi sicut posuimus in ligno primo: deinde præcipe ministris, vt extēdant hoc lignum extensione, quæ fit secundum contrarium. Et de hominibus sunt, qui faciunt hanc extensionem cum instrumentis: & sunt baculi, qui voluuntur super lignum stans vel erectum apud extremitates ligni magni supradicti aut capsæ supradictæ, scilicet apud extremitates, quæ sunt iuxta pedes & caput, & quando reuoluuntur illi baculi, reuoluuntur cum eis ligaturæ, quæ extenduntur. Et C oportet vt quando fit extensio eius sic vt impellantur spondylia gibbosa vel facientia gibbositatē cum radice volarum manuum. Quòd si fuerit nobis necesse sedere super ipsum, faciemus illud, & non timebimus aliquid. Et si non æquatur spondylis cum istis rebus, & infirmus fuerit tolerans compresſionem, tunc oportet vt concauetur fouea in pariete, qui est propinquus in longitudine similis canali opposito gibbositati cum mensura, & sit quantitas foueę vel canalis quantitas vnius brachij: & non sit altior spondyli infirmi, neque inferior ea plurimum: immo oportet vt iam primum sit facta. Verum ad hanc ęgritudinem ad quam diximus in principio, vt sit lignum positum prope parietem, [f] deinde sumatur tabula æqualis mensuræ, & ponatur vna extremitatum eius in foueam, quæ est in pariete, & ponatur medium eius super gibbositatem. deinde impellatur extremitas eius alia inferius, donec videas, ꝙ spondylis iam æquata est ęquatione manifesta. Et [g] Hipp. quidem iam dixit, quòd extensio sola absque tabula rectificat hanc rem. Et dixit iterū, quòd compresſio cum tabula facit illud. Quod si illud est verum, tunc non est malum vt administretur extensio quam diximus hic in principio speciei, quæ nominatur separatio spondylium ad anteriora absque compresſione. Et oportet post æquationem vt administres tabulam de ligno, cuius latitudo sit quantitas trium digitorum, & eius longitudo quantitas, quæ comprehendit gibbositatem, & quoddam spondyle sanum: & inuoluantur super eam panni linei, aut stupa incisa vt non sit dura, & ponatur super spondylia, & ligetur cum ligamento, quod est necessarium: & administretur infirmo cibus subtilis. Et si remanserit post illud residuum ex gibbositate, tunc oportet administrare curationem, quæ fit cum medicinis, quę mollificant, & leniunt cum administratione tabulę, quam narrauimus tempore longo. [f] Et quidam homines administrant tabulam de plumbo. Et si dislocatur ad vnum duorum laterum, æquatur cum hastella, aut hastellis duabus, & stringitur. [h] In facta vero ex hoc in collo ad posteriora, & est illa, quæ curatur, oportet vt resupinetur infirmus, deinde extendatur caput eius ad superiora cum facilitate, & æquetur spondylis eius cum compresſione, & abstersione: & quando æquatur, ponatur super eam emplastrum confortatiuum, & vela super ipsum cum pannis, & stringe desuper hastellam cum mēsura colli, & longitudine eius, & liga eam ad caput & [h] pectus, ita vt non cadat ligamentum ad guttur, & soluatur in numero dierum, & ponantur fila cum quibus stringis secundum formam vittarum, ex marginibus pānorum, quoniam illa, quæ rotundantur lædunt.

C † instrumento ligneo

D Li.3. de articul. 45. c

E Paul. li. 6. c. 117.

F Paul. li. 6. c. 117.

G Lib. 3. de artic. 46. d


H Ras. 29. cō. t. 2. c. 1743.


Hæ sex

Hæ ſex figuræ multum conferunt ad faciliorem intellectum eorum, quæ in prçcedenti capite. 22. ab authore traduntur.













² luxatione] *De² †{dislocatione} alhoſos, ideſt iuncturæ oſsis caudæ.* *Cap. 23.*

ALhoſos quando dislocatur, tunc illud ſcitur ſenſu. Sed & magnitudinem dislocationis ſcies per ſenſum iterum: & q̄ æger non expandit pedem, neq; in loco dislocationis neq; apud genu, i. nō eſt plicatio genu ei laborioſior. Regimen vero illius eſt, q̄m cum vis æquare illud, oportet vt intre-

vt intromittas medium digitum in anum vsquequo opponatur loco, deinde preme cum eo ad superiora cum fortitudine, & obserua cum manu tua alia locum alhosos, donec æques ipsum, deinde emplastra ipsum, & stringe: & æger minoret cibum, vt minoretur egestio: & sumat cum hoc, quod leniat naturam. E

De [a] †{dislocatione} anchæ. *Cap. 24.*

A† luxatione

COxæ quãdoq; accidit simile ei, quod accidit adiutorio de dislocatione ad inferiora, sicut mollificare. Et non est possibile si dislocatur coxa, vt expandatur pes, neq; iuxta dislocationem, neq; apud genu: immo est illud in genu magis prauum. Et eius quidem dislocatio qñq; fit ad interiora: & qñq; fit ad exteriora.[b] Verum plurimum dislocationis eius est ad exteriora: & minoratur eius dislocatio ad interiora. Et dislocatur iterum ad [c] †{interiora,} & ad posteriora, & per illas easdem causas. Et qñ accidit in dispositione partus aut scisione vẽtris matris mortuæ à qua extrahitur embryo vnde efficitur ille pes habens crus subtile deficiens à delatione corporis, quare debilitatur, & non crescit vel non fortificatur.

B Hip. 3. de artic. 68. c. aliter
C† priora

De signis. *Cap. 25.*

ACcidit [d] ex dislocatione anchę ad interiora, vt videas pedem dislocatum longiorem altero, & genu eminentius, & non potest duplicare pedem suum apud inguen inflatũ, apostematum, qm̃ caput coxæ iam intrauit in ipsum. Et si dislocatur ad exteriora, abbreuiatur pes, & apparet in F inguine profunditas, & accidit in eo, quod opponitur ei à posterioribus eminentia, & [e] inflatio, & genu est quasi ipsum sit submersum ad interiora. Et si dislocatur ad [f] †{interiora,} pes est longior: & est possibile infirmo vt expandat crus suum: & non fit ei possibile, vt plicet ipsum nisi cum dolore, & non præparatur ei deambulatio penitus: & si vult ambulare, ambulat super calcaneum: & accidit ei multoties ex hoc vt apostemetur inguen eius, & retineatur eius vrina. Et si dislocatur ad posteriora, abbreuiatur pes eius, & fit super eum expansio difficilis, & constrictio simul: verum quandoq; plicatur crus cum plicatione coxæ ad inguina & apparet in ipsius inguine mollificatio, & est caput coxæ decliue ad [g] †{alhafagi.}

D Totum hoc caput accepit à Rasi 29. 2t. t. 2. c. 1. 372. 3.
E Paul. li. 6. c. 118. clari⁹ & distinct⁹.
F† Paul. ibi. priorem partem,
G† Paul. regionem inter scrotum & anum.

De cura. *Cap. 26.*

OPortet vt ad curandum sit festinatio. nam si non redit velociter, fortasse effundentur ad eam humiditates, & putrefient, & perducent ad corruptionem membri totius, & sequetur illud de timore id quod scis. Regimen vero dislocationis coxæ ad inferiora, est vt extẽdas pedem, deinde fac eum redire cum vehementia postq; moueris cũ dextra & sinistra, donec opponatur ei, quod redit, & accipiatur fascia fortis aut cingulum latum & pone pedi seu plantæ pedis quasi stafam, & stringatur ipsa super crus deinde stringatur super coxam & super genu strictura, quæ conseruet eam, deinde suspendatur ex humero suspẽsione, ne sit possibile cruri cum hoc vt extendatur.[h] Qñ G vero dislocatur ad interiora, tũc præcipitur vt infirmus stando flectat caput & humeros, & teneat eum homo fortis ex latere emunctorio, & capiat restaurator manu sua caput coxæ apud genu, & trahat ipsum ad interiora, ita vt impellat extremitatẽ aliam, & impellat ipsum impulsione tendente ad superiora, & exteriora. Et si adiuuat eum alius ab extremitate alia, ex contrario motus eius, & iam ligauit eam cum vitta, aut cum fune, erit bene: deinde ligetur cum ligamento. Verum qñ dislocatur ad exteriora, oportet tunc, vt capiat firmiter restaurator extremitatẽ coxæ, quę est apud genu, & moueat eam ex contrario motus prædicti, & sit alius tenens ab extremitate alia mouens eam ex contrario mõtus primi, & iam ligauit vittam, aut funem. Et in illa, quæ est ex illo ad anteriora, aut posteriora, stringat restaurator radicem coxę cum ligatura lata, & capiat super humerum ad partem, quæ oportet fm declinationem dislocationis, & accipiant viri duas extremitates ligaturæ amplæ, deinde extendant eam omnes simul extensione qua suspendant infirmum in aere. Et cum huiusmodi iterum est possibile vt redeant modi prædicti ad rectificationem: & medicãt eam qñq; cum [i] †{albiran,} & modus illius est, fm q; retulit de eo [k] quidam eorum, et bene egit: inquit, oportet vt caues foueam longam in ligno toto similem canali, & non sit longitudo foueæ, & profunditas eius plus quantitate trium digitorum, & non sit elongatio eorum ad inuicem plus quatuor digitis, & ponatur extremitas [l] †{albiram} in partem illius foueæ cum qua sustentatur seu H firmatur, & sit impulsio eius ad partem ad quam oportet impellere, & oportet vt figatur in medio ligni magni habentis foueas prædictas lignum aliud erectum, cuius longitudo sit quantitas vnius pedis, & grossitudo eius quantitas manubrij fossorij, vt quando resupinatur æger super dorsum, sit hoc lignum stans inter [m] †{alhafagi,} & caput coxæ circa quod lignum infirmus in gyrum vertitur, qm̃ tale lignum prohibet corpus infirmi ne sequatur extẽsionem, quæ fit in partibus pedum ipsius & fm plurimum non indiget extensione, quæ fit ad superiora, licet qñq; fiat illud etiam. Et cum hoc qm̃ cum corpus impellitur ad inferiora, impellit hoc lignum caput anchæ ad exteriora: et oportet vt sit extensio ad inferiora fm modum quem diximus ante hoc, præcipue ex pede. Quod si caput coxæ non ingreditur per hanc speciem curationis, tunc oportet vt auferatur lignum erectum sustentatum, & vt figantur duo ligna alia à latere loci illius ligni. s. in omni latere eius lignũ, vt sint sicut postes portæ, & non sit vnumquodq; eorum minus pede, deinde equitet super ea lignum aliud, sicut equitat lignum scalæ, vt sit figura trium lignorum similis literæ, quæ nominatur græce [n] †{ita:} hæc. n. figura fit cum ponitur lignum tertium in medio inferius duobus extremis parumper: deinde oportet vt [o] resupinetur infirmus super latus sanum, & extendat coxam sanam in eo,

H Paul. li. 6. c. 118.
I† vecte,
K Vsq; ad calcem mutuat⁹ est à Paul. lib. 6. c. 118 339. 4.
L† vectis
M† regionẽ à scroto ad anum porrectam,
N† H
O Paul. li. 6. c. 118.

A in eo,quod eſt inter hos duos poſtes,ſub ligno quod eſt ſimile gradui ſcalæ, & ponatur coxa infirma ſuper hunc poſtem,vt ſit caput coxę equitans ſuper ipſum,poſtq́ expanſi fuerint ſuper poſtes panni plicati plicatione plurima,vt non lædat poſtis coxam,poſtea ſumatur lignum aliud æqualis latitudinis,cuius longitudo ſit tantæ quantitatis,quę comprehendat ex capite coxę vſq; ad locum calcanei,& ponatur in longitudine ſub coxa ab interiori partē vt retineat caput coxę ad calcaneū, vel clauiculam calcanei,& ligetur cum eo,deinde adminiſtretur extenſio aut cum ligno, quod eſt ſimile piſtello mortarij,ſm q̀ adminiſtratur in gibboſitate, aut ſm q̀ diximus ī eo,quod præceſsit, & oportet tunc vt extendatur crus ad inferiora cum ligno ligato cum eo, vt redeat caput coxæ ad locum ſuum cum hac extenſione vehemēti.Et eſt iterum modus alius cum quo ingreditur caput coxæ abſq; extenſione infirmi ſuper lignum:& eſt modus,quem laudat [a] Hipp.& ille exiſtimat,q̀ oportet vt ligentur manus infirmi ſimul cum ligamento lato,leni: & ligentur pedes eius ambo cū ligamēto lato,forti,leni,ſuper duos calcaneos,& ſuper duo genua:& ſit longitudo cuiuſq; eorum à compari ſuo quantitas quatuor digitorum:& ſit crus infirmum extenſum plus altero quantitate duorum digitorum,& ſuſpendatur infirmus ſuper caput, & ſit elongatio eius à terra quantitas duorum cubitorum,deinde amplectať ſeruitor habens experientiam iuuenis fortis cum brachijs ſuis coxam infirmam in groſsiore loco eius vbi eſt caput coxę iterum,& ſuſpendatur cum infirmo
B ſubito:nam iunctura cū factum fuerit illud ingredietur ad locū cum adiutorio trahētis ad inferiora.Et iſte quidem modus eſt facilior alijs,qm̄ non indiget operatione plurima.Verum plures medicantium non bene operantur in eo,qm̄ ipſi ſpernunt eum propter ſuam facilitatem.Et ſi fit dislocatio coxę ad exteriora,tunc oportet vt extendatur infirmus,ſm q̀ diximus cum tenſione ligaturæ,quæ eſt [a] †{ }ſuper [b] †{alafagi,}& ſup inguina & furculam,ſm q̀ diximus, deinde eſt neceſſarium medicanti,vt impellat cum [c] †{albiram} de foris ad interiora, poſtq́ poſuerit extremitatem [d] †{albiram}in aliqua ex foueis quas diximus,vt firmetur vel ſuſtentetur ſuper eam.Et ſint aliqui miniſtrorum ex parte coxæ ſanæ,impellentes iterum, & opponatur impulſio, vt non impellatur plurimum.Et cum dislocatio eſt ad [e] †{anteriora,} tūc oportet vt extēdatur infirmus, deinde ponat vir fortis radicem volæ manus ſuæ dextræ ſuper inguen infirmi, & coarctet ipſum cum manu altera,& ipſe cum hoc ponat coarctationem extēſam ad inferiora ad partem genu.[f] Et qn̄ dislocatio eſt ad poſteriora,tunc non oportet vt extendatur infirmus ad inferiora eleuatus ſup terram,immo oportet vt ſit poſitus ſuper aliquid durum,ſicut oportet,aut ſit iterum qn̄ ſeparatur ancha eius ad exteriora,ſicut dixi in gibboſitate:oportet ergo vt extendať infirmus ſuper lignum, aut [g] †{podiale}ſuper faciem ſuam,& ſint ligamenta ſtricta non ſuper coxam, immo ſuper crus ſicut diximus nuper.Et oportet iterū adminiſtrare compreſsionem cū tabula, & ſup [h] †{alhafagi
C & ſuper nates}& locum ad quem egreditur iunctura.Hic eſt ſermo noſter in ſpeciebus dislocationis,quæ accidit anchæ ex cauſa manifeſta antecedente illud.Verum quia quandoq; dislocatur coxa propter multitudinem humiditatis accidentis ei,ſicut dislocatur ſpatula,oportet tunc vt adminiſtretur cauterium,ſicut diximus in loco,in quo diximus hoc cauterium.

De [i] †{*dislocatione*} *genu.* *Cap.* 27.

GEnu eſt velocis dislocationis:fortaſſe.n.dislocatur abſq; cauſa præter deambulationem velocem,aut lubricat parum:ſicut carnalis multoties dislocatur abſq; cauſa præter ſaltum.[k] Et genu quidem dislocatur ad oēm partem,niſi ad anteriorem propter rotulam, & adiutorium eius.

De cura. *Cap.* 28.

SEdeat [l] infirmus ſuper ſedem propinquam terræ, & eleuentur pedes eius parumper, deinde extendat vir fortis manum ſuam deſuper & deſubtus extenſione forti,& reducat reſtaurator iuncturam ad diſpoſitionem ſuam ſm iudicium dislocationis vniuerſalis,& liget eam.

De [m] †{*dislocatione*} *areſſatu,& eſt rotula genu.* *Cap.* 29.

QVando [n] accidit ei dislocatio,oportet vt pes plane ponatur in terra,& reducať rotula: deinde impleatur curuatura geniculi pannis prohibentibus à duplicatione,& ponātur deſuper haſtellæ reſiſtentes ei in parte ad quam declinat.Cum ergo reſtringitur,& adhæret, non
D duplicetur genu cum feſtinatione,ſed paulatim donec alleuietur.

De [o] †{*dislocatione*}*iuncturæ tali apud clauiculam.* *Cap.* 30.

QVandoq; [p] dislocatur alchab.i.clauicula,indiget ergo,ſi dislocatur,extenſione forti, & curatione vehementi,et impulſione cum fortitudine vt redeat.Deinde [a] oportet vt dimittat deambulationem circiter.xl.dies,vt non dislocetur ſecūdo.In ſeparatione vero pauca ſufficit quælibet extenſio,deinde reducatur.Et qn̄ complete dislocatur,tunc oportet ſi eſt dislocatio vehemens non obediens,vt reducatur,ſm q̀ dicunt antiqui:inquiunt, oportet vt extendatur infirmus ſuper dorſum ſuum ſuper terram,& figatur inter coxas ei [q] †{apud haſagi}paxillus lōgus, ſeu baculus longus fortis intrans in profunditatem terræ,nō permittens corpus eius moueri,cum trahuntur pedes eius ad inferiora:immo oportet vt figatur iſte paxillus anteq̄ reſupineť infirmus. Quod ſi præſens tibi fuerit lignum magnum concauatum,quod diximus in cuius medio ſit aliud lignum fixum,tunc oportebit vt fiat extenſio ſuper hoc lignum: & oportet vt ſit miniſter tenens coxam,& extendens eam,& miniſter alius extendens pedem,aut manibus ſuis,aut ligamento ſm contrarium extenſionis miniſtri primi,& æquet medicus manu ſeparationem,& teneat miniſter alius pedem alium ad inferiora.Et oportet poſt æquationē vt ligetur ligamētis fortibus, & vadat cum

a 1. de artic. 43.
a in
b regionem iter
c coxam & anum
d recte
e priora,
f Paul.li.6.c.118.
g pronum
h clunium re.
i luxatione
k Paul.li.6.c.119. Cornel.Cel. lib.
l Raſ.19.cōt.t.1.
m luxatione
n Raſ.19.cō.t.1.
o luxatione
p Totum hoc caput excepit à Paul. li.6.c.120.
Infra a
q Paul.li.6.c.120. inter coxas fero interiectū

cum parte ligamenti ad pectinem pedis,& cum parte eius ad clauiculam calcanei, & ligetur illic. E Et oportet vt caueatur ex neruis, qui sunt supra talum posterius, vt non sit super eos ligatura vehemens,[a] & vt [α] prohibeatur infirmus à deambulatione.xl.diebus:& isti si conatur ambulare antequam sanentur secundum complementum recidiuant vel iterum dislocatus in eis membrum,et corrumpitur curatio. Quod si separatur os tali,ex saltu (nam illud accidit multoties) aut accidat huic mẽbro apostema calidum,oportet tunc vt præparetur hoc membrum cum resupinatione infirmi super faciem suam,& extensione membri,& æquatione eius,& cum embrocis, quæ sedant apostemata calida,& administratione ligamentorum fortium, & vt quiescat infirmus, & non moueatur donec rectificetur membrum integre. Et ligatura quidem clauiculæ oportet vt sit versus digitos,& dimittatur calcaneus apertus.

A Paul.li.6.c.120.
Supra α

De {dislocatione ossis pedis}.i.luxatione plantæ. *Cap.* 31.

Eius [b] regimen est proximum regimini dislocationis ossis volæ manus, & fortasse sufficit vt æques ita,vt calces,vel premas cum pede tuo super ipsum panno existente inter ea, donec æquetur:deinde emplastra,& stringe secundum modum quem scis.

B Corn. Cel.li.8. c.23.

TRACTATVS II. *De radicibus vniuersalibus in fractura.*

Sermo vniuersalis in fractura. *Cap.* 1.



Ractura [c] est solutio continuitatis propria ossibus. Et accidit quandoque quædam ex ea separãs partes ossis adinuicem separatione totali & nominatur quando partes eius fuerint valde paruæ,contritio. Et quandoque accidit non separans partes ossis adinuicem separatione totali.& quæ non est separans partes ossis adinuicem separatione totali quandoque accidit æqualis & quandoque accidit ramificata. Et [d] æqualis quandoque accidit in latitudine, & quandoque accidit in longitudine. Et cadens in latitudine quandoque accidit totaliter diuidens vel separans, & quandoque non totaliter diuidens.& cadens in longitudine,quæ est alsedha & alchasem non cadit totaliter diuidens. Et [e] quidam nominauerũt species fracturæ nominibus suis, dicentes fracturã magnam incedentem in latitudine & profunditate raphanalem & hastalem & arundinalem.[f] †{Et dicẽtes incedentem in longitudine fracturam linealem.} Et [e] dicentes incedentem in latitudine cum longitudine,lunalem,& nerualem. Et [e] illa,quæ est paruarum partium nominatur [g] †{alsuichi & algierisi & alhauari.} Et [h] quando fractura completur,nõ possibile vt remaneant duo ossa, secundum quod necesse est inter ea de oppositione secundum præparationem continuitatis naturalis,immo separãtur necessario ab oppositione. Et similiter separatio faciens accidere puncturam necessario in eo quod continet de velaminibus,& carne:quare accidit dolor ad quem sequitur apostema. & quando est fractura totaliter diuidens rotũda sine frustis restauratur membrum cum facilitate.[i] Et vt [α] declinet fractura ad exteriora,secundum quod dixit Hippo.melius est quam vt declinet ad interiora:quoniam illud,quod occurrit ei de neruis illic,est plus,quare lædit. Et quando cadit fractura apud iuncturam, & fracti sunt margines, qui sunt super nocram ossium,& super concauitatem ipsorum in qua recipitur bucellatio seu additamentum iuncturæ,efficitur iunctura illa præparata ad dislocationem. Et [k] quando cadit fractura apud iuncturam & restauratur,remanet motus difficilis propter duritiem,& rosboth seu carnem callosam,quæ indiget tempore donec leniatur. Et illud quidem prauius accidit in iuncturis ossium paruorum. Et de illo iterum est,vbi est iunctura in creatione strictior,sicut est iunctura clauiculæ.[l] Et fractura prauioris incarnationis & vnitionis est illa,quæ est secundum rotunditatem: deinde illa, quæ declinat:non enim adhæret nisi super ipsum prolongetur ligatura habens fabricationem mirabilem tempore longissimo:& sumat ex cibis,& medicinis,quæ præparant sanguinem ad illam rem, secundum quod dicemus.[l] Et [α] deterior fractura ossium est ad interiora,non ad exteriora,secundum quod dicitur. Et [l] quod dicitur de incisione medullę,& interficit,est intentio cui non est vtilitas:medulla.n.habet lenitatẽ & viscositatem,& nõ inciditur. Et quandoque accidunt cum fractura accidentia,sicut vulnera, & fluxus sanguinis,& apostema,& attritio eius,quod circundat eam ex carne, quæ si non regatur cum prohibitione putrefactionis,aut scalpelletur,accidet ex eo corrosio. Et [m] locus quidem fracturæ magnorum scitur per dolorem , & per aduentum causarum fracturæ & per tactum manuum. [l] Fracturæ vero puerorum paruorum apparent per dolorem,& apostema et rubedinem. H

F C G. de cãis mor. c.11.f
D Gal.lĩ.medicus c.17. d. e, & lib. 6. meth.c.5.b.c
E Paul.lib.6.c.89.
F† Paul. sicyodonem & cauledonẽ.
G† alphitidon & caryedon.
H Ras.29. 3ti. t.1. c.1.362.1.2.
I Ras.362.2.
G *Infra* α
K Ras.ibi.363.1.
Supra α
L Ras.362.3.
M Ras.362.4.

Iudicia restaurationis,& eius contrarij.

[l] Ossa fracta cum redeunt ad loca sua vel ad situs suos possibile est in infantibus,& qui sunt eis proximi vt restaurentur propter remanentiam virtutis primæ in eis. in ętate vero adolescentiæ, & quæ est post ipsam,non restaurat: immo currit super eam incarnatio ex materia cartilaginosa coniungens inter duo ossa de genere eius,quod facit currere faber de plũbo super continuationẽ ęris, & aliorũ. Et [m] ossa magis inobedientia ad restaurationem faciendã est adiutoriũ,deinde brachium. [m] Amplius furcula quando frangitur ad interiora,praua fit eius cura. Et [n] fractura fœdior in duobus focilibus est fractura focilis inferioris eorũ sicut dictum est in dislocatione.[m] Res autem coxæ,& cruris est facilior,quoniam restauratio non prohibet ea à dilatione. Et membra quidem diuersificantur in spatio restaurationis.ver.g.[m] quoniam nasus restauratur,secundum quod dicitur,in.x.& costa in. xx. & vlna in eo, quod approximat à.xxx.vsque ad.xl.& coxa in.l.& fortasse extenditur longe, donec restauratur coxa vsque ad menses tres,aut quatuor:& quod est supra hoc. Et vt declinet membrum in errore restaurationis ad ventrem eius,& melius est,quã vt declinet ad dorsum ipsius,quoniam fit declinatio eius in latere grauitatis. Et causæ propter quas nõ restauratur os, sunt multitudo embrocationis aquæ:

N T.1.c.15.& Ras.29.3t.t.1.c.1.362.2.

& multitudo

A & multitudo solutionis ligamentorum, & ligationis eorũ: aut festinatio in motu: aut paucitas sanguinis absolute: aut paucitas sanguinis viscosi in corpore: & propter illud minoratͬ restauratio fracturę cholericorũ, & conualescentiũ. Et [a] de ilis, q̃ significãt restauratione͂ est apparitio sanguinis, qui videtͬ quasi ipse sit superfluitas, quã expellit natura ex multitudine sua, cũ studio ad fracturam.

a Ras. 19. cõt. t. 1. c. 362. 4.

De radicibus restaurationis, & ligaturæ. *Cap. 2.*

RESTAURATIONIS basis est extensio me͂bri cum quãtitate, quę oportet. Nã additio in ea spasmat, & læsionem facit, & proueniunt ex ea febres, & qñq; accidit ex ea mollificatio. Et illud quidem in corporibus humidis est minoris nocumenti propter obedientiã eorum ad exte͂sionem. Et diminutio eius prohibet bonitate͂ consolidationis, & ordinis, & hoc in dislocatione, & fractura est æquale. Quod ergo exte͂ditur ꝭm modum, qui oportet, est vbi fit occupatio cũ præparatione duorum ossium ꝭm rectitudine͂, & positionem puluillorũ, & ligamentorum, ꝭm ꝙ oportet, & cooperire ea hastellis, & cooperire hastellas ligame͂tis. Et oportet vt quiescat me͂brum quantum est possibile, nisi qñq; ꝭm quantitatem quã tolerat, cũ non fuerit nocumentum & apostema, vt non moriatͬ natura membri. Et oportet vt caueatͬ doloratio vehemens apud extensionem, & stricturam in fractura, & dislocatione simul. Et multoties q̃dem accidit ex strictura vehementi, & tardatione solutionis & paucitate curæ vel aĩaduersionis super illud vt moriatͬ illud me͂brum, & putrefiat, & fit B necessarium abscindere ipsum. Et intentio in plurimo restaurationis est, vt eueniat alrosboth [b] in eis, quæ non sunt sicut ossa capitis: nã super ea non oritur alrosboth, quare oportet vt præparetur ita, vt nõ eueniat nutrimentũ siccum, neq; paucũ, neq; etiam grossum plurimũ pertransiens mensuram. Et ex manifestis vel cognitis est, ꝙ magnificatio eius diuersificatur ꝭm membrũ, & quantitate͂ fracturæ, in magnitudine sua, aut multitudine ipsius, aut in contrarijs ambarũ. Et tu quidem scies in distinctionibus vel in capitulis illud, quod oportet fieri in illis oĩbus apud rememoratione͂ ciborũ, & apud rememoratione͂ fracturæ. Et oportet cũ accidit alrosboth vt prohibeatͬ à motibus cõprimentibus, & [c] coitu, & ira, & iracundia, q̃m subtiliant sanguine͂, et abhorreat locũ calidum, et quęrat locũ frigidum. Et [c] adiuuetͬ cum emplastris fortibus, stypticis, in q̃bus est caliditas quędam, & glutinatio: & ponantͬ in eis, quæ sunt sicut abel & nux cupressi, & dragaganthum, & medicinæ, quæ sunt ad rupturam. Et q̃n accidit fracturæ, vt non restauretur restauratione de qua curatͬ, tunc fiat in ea quiddam simile fricationi in vlceribus, quæ non sanantur, & est vt fricetͬ vtrisq; manibus donec auferatͬ viscositas vilis debilis, quæ est quasi ipsa non sit aliquid, quare accidit vt eleuetͬ in locum, & impellatͬ ad ipsum sanguis bonus, nouus, & coaguletur sup ipsum rosboth forte. Et multoties quide͂ cogit alteratio coloris ossis & impressio vel eleuatio corticũ & squamarũ vt fiat fricatio, & super hmõi non ponantͬ hastellę: imo si fuerit necessarium, sufficiat ligatura bona. Et [d] q̃n ag- C gregantͬ fractura, & vulnera, tunc non est possibile vt differatͬ restauratio, vsquequo sanentͬ vulnera: os. n. induratur, & non recipit restauratione͂, nisi cum prauitate, & extensione vehementi, & dispõnibus maximis. Et cum hoc q̃n accidunt cum vulnere dolores, & apostema, in quibus est timor, tunc vt remaneat tortuosum me͂brum, melius est, q̃ vt accidat timor magnus: quare oportet vt in hmõi fractura non perueniatͬ ad vltimũ in re restaurationis. Et [e] q̃n est cum fractura attritio, est, cum illo timor in corrosione me͂bri, quare oportet vt scalpelletur locus ad hoc vt egrediatͬ sanguis: q̃m in ipso est timor, & est vt moriatur membrũ. Et si fluat sanguis, tunc oportet vt retineatͬ. Et [f] multoties quide͂ fit necessarium propter timore͂ apostematis, & nocumentum vulneris, vt facias aliud quã sit necessarium de curatione me͂bri: quare phlebotomas, & soluis ventrem, & subtilias cibum. Et [g] qñq; accidit ex strictura pruritus, & est necessarium vt soluatͬ, aut embrocetͬ membrum cũ aqua calida, donec resoluantur humiditates mordicatiuæ. Et [h] Hipp. quidem præcipit ei, qui restauratur, vt sugat aliquid de elleboro in illa hora: & fuit eis intentio vt trahantur materię ad interiora: & [i] Gal. prohibet hoc, immo præcipit vt bibatur [k] †{agaricum. Q; si fuerit necessarium, tunc detur aliquid de syrupo acetoso, in quo sit virtus ellebori:} & dicitur, ꝙ illud fuit in tempore Hip. Et nobilitas vel excellentia ipsius inter duo te͂pora est mirabilis. Et [l] cum volueris facere restaurationem, deinde dolet, & inquietat, tũc rectius est vt dimittas illud: & extrahe illud, quod re- D dire fecisti: fortasse. n. remouebis per illud infirmum à doloribus. In fractura autem in longitudine sufficit, vt me͂brum adhæreat cum strictura vehementi, & vehementiore, q̃ in alijs, in cuius compressione vltimatio fiat ad anteriora. [m] In fractura aũt, quæ est in latitudine oportet vt duo ossa stet ꝭm rectitudinem in fine, qui possibilis est, obseruando illud ex parte situs partium sanarũ: & considera an sit oppositio ossis huius ad suum compar ossis alterius, deinde restaura, & obserua: inter illa res de quibus sunt frusta, & additiones, & de illis sunt vacuitates. Verum frusta q̃n non decenter cõponuntur, mediant, vel sunt prohibentia inter os, & inter restaurationem: & q̃n frangũtur, etiam cadunt inter scissuras ossis, quare non ꝑmittunt vt adhæreat vna earum alteri, aut sunt remota: quare dimittunt concauitate͂ in qua aggregatur continue virus: quare accidit inde, ꝙ ipsummet putrefit, & putrefacit membrum. Amplius vnitio non fit fortis: fortis. n. non fit, nisi q̃n decenter continuantur frusta, & additiones in oppositione sua, quæ ei opponitur: est ergo necessaria extensio, postq̃ fuerit verificata oppositio inter duo ossa, & inter additiones, & spatia, quæ sunt sicut cõmissuræ, quę deglutiunt vel recipiunt eas, & verificata fuerit restauratio. [n] Cum ergo exte͂deris, & opposueris, rectũ est cum inuenis oppositione͂ verificatam, vt mollifices extensione͂ paulatim, & obserues oppositionem, vt non declinet & obserues cum manu tua dispositionem eius, quod

b T. 3. c. 1. & Ga. 6. ... c. 6. f. g
c Ras. 19. cõt. t. 1. c. 366. 2.
d Ras. ibi. 365. 4.
e Cap. 9. & Paul. lib. 6. c. 107.
f Ras. 19. cõti. t. 1. c. 363. 3.
g Ga. lib. 1. de fra... g
h Lib. 3. de fract. ... b
i Li. 3. de fract. in commento.
k † Raphanus ex ... mulso in q- ... die ac nocte ve... ramusculus i- ... fuerit:
l Cap. 3. & Hipp. ... de fract. 41. b
m Gal. 6. metho. ...
n Gal. ibidem. g

decenter componitur:& si inueneris eminentiam,aut aliud,rectifica illud cum manu: deinde necessarium est ligamentũ conseruans membrum ſm quietem suã,non durum:qm̃ dolere facit valde:neq; lene,qm̃ dimittit cõseruationem:& de rebus,quæ earũ est media,est melior.Et oportet vt sit ligamentũ positum ad illud,ad quod est inclinatio,vehementius.Et si fractura est cõpleta,tunc oportet vt æquetur æquatione stringẽte eam ex omni parte. Quod si fractura fuerit in parte plus, oportebit vt sit strictura illic plus.Et si cum fractura fuerit aliquid ex frustis,& ossibus paruis, tũc si fuerit lædens,dolorem faciens,tunc obuia ei cum rectificatione,quod si non fuerit lædens, tunc non cures de eo,neq; apponas manum.Quod si verbi gratia audita fuerit eius crepitatio, tunc speratur,q currit super eam rosboth.Cum ergo non speratur de illo,tunc non oportet vt dimittatur res eius.Et qñ accidit ex frustis disruptio carnis,non est tunc rectum occupari in dilatatione disruptionis operatione stolidorum,sed est necesse,vt extendantur duo ossa ad duo latera ſm vltimum finem rectitudinis,ne sit tortuositas in eis,qm̃ in tortuositate tũc est corruptio ossis: cum ergo extenderis ipsum,tunc redi ad frustum,& reduc ipsum,& stringe illud.Si autem non redit,tunc non dilates disruptionem:immo sit præsens tibi filtrum seu pannus grossus mollis quantitate qua indiget,& fac foramen in eo ſm mensurã qua ingrediatur inuidia in eo frustum ossis & superpone sup ipsum filtrum frustũ cutis vel corij lenis quantitate ipsius,& fiat foramen in eo sicut est foramẽ illius.s.filtri,& in eo penetret frustum ossis,& comprimatur super cutem vel corium,& filtrũ, compressione pręmente ea ambo ad inferiora,& procedat os vel egrediatur os in foramine processione vel egressione qua os egrediatur vsq; ad radicem suã:deinde serretur os cum serra cõi vel cum serra qua cõiter faber lignarius operatur,& est serra minuta subtilis acuta,sicut serra facientium pectines.Et fortasse perforat̃ radix cuius necessariũ est vt manifestet̃ vel vt abscindatur cũ terebello faciendo foramina continua accipiendo locum à quo quęritur vt frangat̃ vel remoueatur frustum ossis,& illud non est absq; timore,vbi est post os corpus nobile: licet fortasse sit saluius, q̃ instrumenta mouentia motu suo,aut sua collectione,aut incisione sua. Et qñq; ingeniatur vt ponatur tripanum super latitudinem substantiæ,non permittentem tripanum penetrare,nisi ſm quantitatem adiuuãtem:quare est tunc minoris nocumenti,q̃ instrumẽta mouentia.Et propter hoc oportet vt sint apud restauratores ipsorũ tripanorũ species plures pręparatę.Et fortasse nõ apparet frustum,sed ex necessitate fluit virulentia,quare significat̃ per illam sup frustum, & curetur illa virulentia cũ eo,quod exiccat,& retinet ipsum,deinde fiat illud,quod oportet fieri.[a] Quod si fuerit frustũ,aut pars ossis separata pungens lacertũ,aut dolorẽ faciens, tunc necesse est regimine vti ad extrahendũ illud,quod egredit̃,& serrandũ illud,quod oportet serrare. Et qñ fuerit illud, quod fractum est,comminutum valde,& fuerit eius fractio,& comminutio plurima, tunc necesse erit vt extrahat totum.Si autem fractura non fuerit cum comminutione,& fuerit dislocatio eius,& scissura capiens locum plurimum,tũc incide infirmiorem locum,& dimitte reliquum: quoniam non est nocumentum in eo,immo nocumentum in abscindendo totum est magnum.

E F G

A Alzar.li. pract. t.29.sect.2.c.3.

De admonitione restaurationis. Cap. 3.

NEcesse est restauratori vt consideret inclinationẽ ossis,qm̃ ipse inuenit apud partẽ ad quam inclinat̃,gibbositatẽ:& apud partem à qua inclinatur,concauitatẽ.Et plurimũ quidem intelligit illud cũ tactu:& illud iterum qñ dolor fit vehemẽs in parte,ad quã est inclinatio: & crepitatio iterũ significat illud:& sup illud fabricet rem suã.Et est necessarium restauratori vt protrahat manum suã super locũ fracturæ in dispõne processionis eius ad superiora, & inferiora cũ facilitate,& subtilitate,donec si viderit separationẽ,aut eminentiam,aut frustum, cognoscat ipsum,vt nõ liget vice altera,ſm q nõ oportet:qm̃ accidet contusio aut dolor.Et non oportet vt cõfidas in æquatione sensata p manum ante cõplementum sanitatis:nã multoties occultat apa contusionẽ, & torsionem.Cum ergo restaurator peruenit ad fracturã,& inuenit illud, si non exquisite operat̃ in eo,deturpatur membrum:&[b] si exquisite operatur,perducit ad spasmũm,& febrem prauã:ergo melius est vt dimittat illud,& non tangat ipsum.Cum ergo incipit peruenire ad restaurationem, & os est inobediens vel impediens & non prodest.s.curatio vel operatio, tunc nõ oportet vt laboret & faciat ipsam ingredi cum violẽtia ſm omnem dispositionem,qm̃ ingredietur super infirmum, quod est maius,q̃ vt remaneat os non æquatum.Et si dolorem causat valde reditio, & rectificatio, & est possibile medico vt reducat illud ad dispositionem fracturæ, tunc erunt deliciæ infirmo & quies magna.Et oportet vt restaurator festinet ad restaurandum illud, quod fractum est, & restauret in die suo,quoniam quanto plus elongatur,tanto est eius introitus difficilior, & nocumenta in ipso sunt plura:& proprie in ossibus,quæ circundant lacerti,& nerui plures, sicut coxa. Et oportet vt adiuuet ad festinationem restaurationis cum causis,quæ sunt oppositæ causis tardantibus ipsam prædictis.Et prima earum est cum eo,quod generat sanguinem viscosum.

B Cap.2.& Hipp. lib.3.de fract. 41.b

H

De præparatione restaurandi. Cap. 4.

OPortet[c] vt omni membro,quod tu restauras,sit præparatio conueniens, prohibẽs dolorem: &[d] melior præparatio cum hoc est illa,quæ est̃ ei per naturam:ver.gra.vt sit in manu[e] †{aluie}-ad pectus,& in pede declinatio ad tensionem obseruando consuetudinẽ infirmi in hoc. Et sicut mẽbrum,quod oportet suspendi,oportet vt[f] suspendatur ſm ęqualitatẽ,similiter membrum cuius dispositio significat ne suspendatur:oportet vt sit eius accubitatio, & ipsius locus super rem planam,vt non suspendatur pars eius,& firma vel adherens alicui pars eius.Et suspensio quidem est mala

C G.ꝯmẽ.3.de ijs, quæ in medic. 20.c
D Hip.& G.ꝯmẽ. 3.de ijs, quę in medicat.19.f
E† declinatio
F Gal.ibi.21.g.h

A est mala omni restaurato: sicut eleuatio ad superiora est illi conueniens, dum non prohibens non prohibet. Et cum præparatio membri fit ita, vt sit alterius, q̃ oportet, aut magis infimum, inclinat membrum, & contorquet ipsum secundum inclinationem suspensionis, & præparationis.

De qualitate ligamentorum, & puluillorum. *Cap. 5.*

a Hip. & G. cõmẽ. de ijs, q̃ in medi- cat. 19. h
b Ras. 29. cõti. t. 1. c. 363. 4.
c G. cõmẽ. 2. ĩ lib. Hip. de ijs, quæ in medicat. 16. c
d Cap. 6. & c. 8. & Ras. 29. cõti. t. 1. c. 2.
e Gal. 6. meth. c. 5. h
f Gal ibi. h
g Hipp. 3. de ijs, q̃ in medic. 7. h
h G. cõmẽ. 3. Hip. de ijs, quæ in medi cat. c. 2. d

OPortet[a] vt sint panni ligamentorum mũdi: nam sordidus est durus, & facit dolorem. Et[b] sit subtilis, vt penetret res si linitur super ipsum. Et sit leuis, vt non grauet super membrum infirmum. Et[c] oportet vt ligamenta capiant de loco sano aliquid cui sit quantitas: illud .n. est magis tenens restauratos, q̃ vt separetur, & magis firmum, quãuis sit necessarium,[d] vt nõ sit superfluitas in illo, qm̃ faciet vt membrum habeat meatus strictos, non suscipientes nutrimentum. Et iterum illud, quod admonuimus de strictura, est magis exprimẽs humiditatem effusam ad membrum infirmum, ad illud, quod est longinquius eo expellendo, & magis prohibens illud, quod attrahit ad ipsum. Et[e] ligamentum latum ad illud est melius, qm̃ magis facit adhærere, & plus dilatãs: verum ẽm q̃ possibile est in omni mẽbro: nam illud, quod possibile est ex hoc ĩ pectore, nõ est sicut illud, quod possibile est in manu, & quod non est ex membris latum: nam illud non est possibile in eo: immo qñ lata est vitta, non fit bona eius ordinatio super membrum simile illi: quapropter oportet vt sit contentus de huiusmodi in illa cuius amplitudo est trium digitorum, vsq; ad quatuor. Et[f] illa
B sunt sicut focile, & furcula, & sicut illis similia: nam non est in eis possibile illud: immo si non ligantur cum subtili, non est possibile: in furcula .n. non conuenit lata. Et in huiusmodi quidem est necessarium multiplicare inuolutiones, vt stent loco dilatationis. Et[g] vitta, quæ inuoluitur, sufficit vt sit latitudo eius trium digitorum, aut quatuor, & longitudo ipsius trium cubitorum. Et[h] puluillorum vtilitas qñq; fit vehemens in adiutorio ligamentorum, ad faciendum adhærentiam: verũ puluillorum sunt duæ species. Vna earum est in qua est intentio æquare concauitatem membri: et adhibeatur studium, vt non cadat inter partes eius vacuitas seu concauitas, & vt non supponãtur superpositione diuersa, & vt repleatur cũ eis vacuitas. Et altera est in qua est intentio vt cooperiat cum ea ligamentũ, & æquat æquatione secunda, vt reuoluat̃ ligamentum, & adhæreat ẽm æqualitatem: quare non erit ligatura strictior in loco, & mollior in loco & vt adhæreant cum ea hastellæ adhærentia bona. Prima ergo ambarũ est propter ligaturas & vittas, & secũda propter hastellas & ligamentũ ĩferius, p̃hibet materias, & secundũ prohibet torsionẽ. et oportet vt sint puluilli facti ex marginibus telæ seu ex tela firma forti, & leni vbi sunt ligamẽta fortiora, & vt sup equitẽt vel supponant̃. Et fortasse est necessarium administrare puluillos paruos, quos cooperit puluillus vnus æquans super eos in longitudine ligamenti cadentis super locum. Et ligamentum, quod nominat̃ habens duas facies, & habens duo capita, est illud, quod administratur ita: ponatur medium panni
C cum quo conseruatur æquatio loci infirmi super locum suum, & sit illud in medio panni deinde trahatur vnaquæq; duarum medietatum ad partem diuersam, & fiat in inuolutione earum cum vtrisq; manibus simul, ẽm q̃ est famosum, quod non est nobis necessarium exponere.

De qualitate ligamenti cum expositione, & distinctione. *Cap. 6.*

i Gal. 6. metho. c. 5. h
k Gal. ibidem. a
l Cap. 5. & c. 8.

OPortet[i] vt incipiat̃ cum ligamẽto à loco fracto, & ab eo vbi declinat ad os, et illic sit vehemẽtius strictũ: & vbi fractura est vehemẽtior, oportet vt sit ligamentũ fortius. Et ad vltimũ vbi est locus fracturæ, & locus à quo est necessariũ expellere materias, & vt seruet̃ sup eã situs. s.[i] oportet vt strictura sit vehemẽtior, & cũ hoc, quod securatur ab apatione: imo fortasse resoluitur apatio & cum securatione ab apatione securat à putrefactione ossis quãuis illud non conferat ad virus, si generat̃ in ipso osse pueniens ad medullam, & corrũpens medullam, et os. Et est necessariũ vt frangat̃, & ab eo discooperiat̃: & vt fiant viæ ad pus ad egrediendũ. Et[k] locus dignior obseruatione & regimine eius, quod effundit̃ ab ipso, est ille qui est supra, licet membrum inferius qñq; expellat ad superius superfluitatẽ suam, qñ superius est debile. Et[l] nõ oportet vt fiat vltimatio in strictura ligamentorũ: & hastellarũ, tanta, quæ prohibeat aduentũ nutrimenti, & sanguinis: illud nanq; est ex illis, quę prohibent restaurationẽ. Et Hip. quidem adiuuat ligamenta in eo, q̃ conat̃ de expulsione apãtis cum ceratis repercussiuis cũ oleo omphacino, & cera: & qñq; est necessariũ infrigidare liga-
D mẽta actu cũ aere frigido aut aqua vt prohibeat̃ apostema & fortasse est necessariũ sedare apã cum eis, q̃ sunt sicut oleũ chamęmilinum, & sicut cum vino styptico: nã ipsum resoluit apã, & confortat mẽbrum. Et vbi fuerit vlcus, nõ appropinquet ceratũ. Et fortasse est necessariũ illud in quo est virtus resolutiua sicut oleũ, & mastix, & ammoniacũ. Et ad vltimum cũ ligamentum administrat̃, & fractura est recens, q̃ nondum apãtur, tunc oportet vt sit ligamentũ ex lino & infrigidatum repercussiuũ. Et fortasse sufficit vt liniat̃ cum aqua & aceto: & fortasse administrat̃ cum cerato, & similibus de illis, q̃ narrauimus. Et si administrat̃ post apã, tunc melius est vt sit ligamentũ ex lana, quę sit infusa in oleo resoluente apã, et liniente ipsum. Et[m] ẽm oẽm dispõnem ligamentũ super quod ponit̃ ceratũ est desubtus, & in eo est securatio à cõmotione doloris: & p̃prie qñ medicus non est p̃sens. cũ ergo accidit dolor, succurritur cũ solutione, & ligatione. Et[n] nõ oportet vt administret̃ ceratũ, & proprie qñ est illic vlcus: fortasse .n. attrahet ad mẽbrum putredinẽ: & ponat̃ loco eius vinum nigrum. Et plurimũ quidẽ fracturæ diuersæ vel inęqualis associat̃ vlcus, quapropter oportet vt elonget̃ ceratũ: &[o] sit sufficientia in vino styptico, in quo infusus sit puluillus longus. Et nos qdẽ ponemus epithematibus fracturę[p] capl̃m singulare. Et cũ iceperis cũ ligamẽto à loco exigẽte, tũc inuolue ipsum ĩuolutionibus, quas addes ẽm additionẽ magnitudinis fracturę, et diminue eas ẽm diminutionem

m Hip. & G. cõmẽ. de ijs, quæ in medicat. 14. d. e
n Cap. 9. & Ras. 29. cõti. t. 1. c. 2. 363. 3.
o Gal. 6. meth. c. 5. t. ii. f. g
p Cap. 9. & Hip. de fract. 21. 11. & 12.

nutionem eius,& fm apostema,si fuerit apparẽs:deinde reduc ipsum ad illum locũ: deinde vadat E
vsq; ad locũ sanum,hoc est ergo ligamentũ primum. Deinde sit præsens ligamentũ secundum, &
inuolue ipsum sup fracturã bis,aut ter:deinde fac ipsum descendere ad inferiora,mollificãdo pau-
latim,postea fac esse præsens ligamentũ tertium,& fac silr ad superiora,et tunc facies ligamẽta esse
paria ad expellendum superfluitates à mẽbro:& ad fortificandum ipsum & ad intentionẽ præpa-
rationis huius ligamenti.Et non sis superfluus iterũ in elongãdo stricturã in vtrisq; lateribus, qm̃
fit membrũ oppilatarum venarum non suscipiens nutrimẽtum:& fortasse extenuať vel moritur.
& qñq; non fit ita:immo incipitur cũ ligamento ascendendo,deinde sequitur cũ ligamẽto descen-
dendo,deinde cũ ligamento incipiente ab inferiori parte ligamenti inferioris ad superiorẽ partem
ligamẽti ascendentis,quasi ipsum sit conseruans duo ligamenta illa,& ponatur vehementior stri-
ctura eius apud fracturã.Et intentio quidem in vno duorũ ligamentorũ est contraria intentioni
in ligamento,quo quæritur attractio materiei ad membrũ:quare stringit sub mẽbro cum longitu-
dine ab eo,& non cessat mollificari inuolutio:& est ligamentum diuersificans. Ista ergo sunt liga-
menta,quę sunt sub hastellis:& hæc sunt ligamenta, quæ sunt supra hastellas. Ligamentum vero
superius oportet vt sit ita,vt ponat membrum sicut frustum vnum,cui non sit motus,et prohibeat
torsionem.Et [a] cum fractura est in latitudine complete,fit necessarium vt ligamentum sit æqualis A Raf.29.cõt.t.1.
inuolutionis & stricturæ.Et si fuerit plurimũ fracturæ ad partem vnam, & est ex fractura debili- F c.2.363.3.4.
tante vel est ex fractura locus debilis oportet vt sit fundamentum & solicitudo in ligatura super
latus,in quo est fractura plus.Et [b] non oportet vt diuersifices super eam figuras ligamenti,facien- B Raf.ibi.363.2.
do figurã post figuram:qm̃ illud corrumpit illud,quod confortauit restauratio: & dolorẽ quidem
facit incurrere contorsio, quæ fortasse accidit inde, & deterior strictura est illa, quæ est spasmans.
nam cum stringitur facit dolorem:et cum mollificatur remanet mẽbrum tortuosum.Et [c] Hip.qui- C Li.1. de fractu.
dem facit esse rectũ vt soluatur ligamentũ vna die sic,& vna die non:illud.n.est melius vt non ira- 40.e
scať infirmus,& nõ approximet eũ cum palpatione eius,& ipsius fricatione,ꝑpter illud, quod ne-
cessarium est vt proueniat ad mẽbrum de humiditate subtili impediente, quæ fortasse cõuertitur
in virus.Et magis conueniens horarũ ad inspiciendum bonitatẽ ligaturæ & conseruationis eius
fm conditiones pręedictas est post decem dies vel circa viginti:nam illud est hora inceptionis alros-
both,quod partes ossis incarnat & cõiungit.Deinde qñ adhæret vel coniungitur os ossi, tunc non
stringatur valde,& relaxetur locus strictus eius,vt non coarcteť & prohibeať alrosboth,aut prohi
beať eius generatio cũ quantitate sufficiẽte,quare nõ accidet nisi subtile debile: nisi qñ accidit iam
alrosboth,quod incipit addere in magnitudinẽ,qua non indiget:et tendit in superfluitatẽ.Nã vna
de causis prohibẽtibus ipsum est strictura vehemẽs:& iterũ administratio stypticorũ prohibentiũ:
ipsa.n.prohibent nutrimentũ,& stringũt alrosboth:ergo nõ penetrat in ipsum nutrimentũ iterũ. G
Et non oportet iterum vt quiescat seu voluptuetur & permittatur absq; ligatura in non sua hora.

De qualitate hastellarum. *Cap. 7.*

OPortet vt sit substantia de qua fiunt hastellæ aggregansad duritiem suã flexibilitatem, & le-
nitatem,[d] sicut alcona,& lignũ oleandri,& lignum granati,& eius similia.Et [e] oportet vt sit D Raf.29.ꝯti.t.2.
grossius,quod est in ea locus,qui obuiet fracturę duobus lateribus.nam oportet vt sit grossior ha- c.2.374.2.
stella prima earum,quæ sequitur latus fracturæ,aut partẽ vehementioris fracturę:& sint latera ea- E Hip.& G.ꝯmẽ.
rum subtiliora:& sint extremitates lenes,vt non sit earum obuiatio et contactus difficilis,et asper, 3.de ijs,quæ in me-
immo sint molles,& planæ ad ligaturam.Et si ponanť hastellæ à lateribus quatuor,tunc est magis dicat.11.b
defendẽs:& non est malũ si est ei superfluitas longitudinis,qm̃ non est nocumentũ in illo: & non
est detrimentũ si hastellarũ longitudo capiat spatium,quod est circiter à iunctura vsq; ad iuncturã
præter quod tegat iuncturã ipsam.Et longius laterũ vel extremitatum earum sit ad latus ad quod
est motus inclinationis mẽbri,cũ hoc.s.vt non sit ita ꝙ grauet:neq; premat vehementer,neq; coar-
ctet:& vt non minuanť ab eo ligamenta diminutione plurima:qm̃ fiunt hastellæ cõprimentes co-
arctantes.Et cũ videris aliquid de hoc,oppone cũ diminutione,donec inuenias ęqualitatẽ.Et [f] nõ F Hip.ibi.12.c
oportet vt hastellæ obuient loco denudato,super quem non est caro,immo est neruosus ossuosus.

De qualitate administrationis hastellarum cum distinctione, & expositione. *Cap. 8.* H

HOra quæ exigit vt ponantur hastellæ,est post.v.dies,& supra: vsq; quo fiat securitas à nocu-
mentis.Et quanto plus membrum est magnum,tãto magis oportet vt tardeť positio hastel-
larum:& multoties attrahit festinatio in hoc nocumenta ex apostematibus, & pruritu, & vesicis.
Verũ cum tardanť hastellæ,tunc oportet vt sit illic,quod stet loco earũ ex bonitate ligaturæ cum
vitta,& de bonitate situationis.Quod si illud non fuerit,tunc necessariæ sunt hastellæ etiã in prin-
cipio rei.Oportet ergo vt annectanť hastellis ligamenta,& puluilli annexione adhærente, & reti-
nente,& circundante,& decenter cõponente,[g] quorũ grossius sit apud fracturam: & non fortiter G Cap.7.
stringat:immo addatur in strictura paulatim cum experientia infirmi,& cum dispõne ipsius. Et si
fuerint ligamenta,& puluilli nõ adhęrẽtes mẽbro nisi fm extremitatẽ ipsorum,tunc non fiat eorũ
multiplicatio.& eorũ inuolutio,qm̃ cũ nõ adhęrẽt mẽbro nisi fm eorũ extremitatẽ, tunc efficiunť
ligamẽta mollia.Et oportet vt nõ ligenť ligamẽta superiora sup hastellas ligatura, q̃ faciat eas tor-
tuose situatas & q̃ remoueat ipsas à decẽte cõpõne situs earũ.Et oportet vt soluať ligamẽta neces-
sitate electionis ĩ oĩbus.ij.diebus,in pricipio rei:& ꝑprie qñ accidit pruritus: & tũc qdẽ oportet vt
fiat illud,qd' ꝑcipimus.Cũ ergo ꝑtransit.vij.à strictura,soluať in spatio tardiore,& in oĩbus.iiij.aut
quinque:

[a] Cap.5. & cap.6. Infra a
A quinque:in hac enim hora fit ſecuritas à pruritu,& apoſtemate.[a] Et[a] illic iterum fiat mollificatio ligamentorum paulatim,vt non prohibeat penetrationem nutrimenti. Et ſi fuerit tibi poſsibile vt retineas haſtellas,& non ſoluas eas etiam vſque ad.xx.& non eſt nocibile, tunc non ſoluas eas. Attamen quandoq; ſoluuntur in quibuſdam horis non propter cauſam apparentem, ſed propter defenſionem,& ad videndum illud,quod accidit,& conſiderare ad illud, quod diſcoopertum eſt de carne,ſi fuerit:an corruptus ſit color eius,& eius diſpoſitio.[b] Etiam[a] ſciuiſti, ꝙ oportet vt non fiat vltimatio cum ſtrictura,vltimatione prohibente aduentum nutrimenti ad fracturam: ipſa.n. non reſtauratur niſi cum ſanguine,& nutrimento forti, quod venit ad eam. Et non ſit feſtinatio in auferendo haſtellas,& proijciendo eas,quamuis credatur eſſe cohærentia: quoniam fortaſſe accidit inde,vt ſit alrosboth non confirmatum adhuc:quare contorquetur membrum. Et vt remaneant haſtellæ ſuper membrum cum non ſunt neceſſariæ eſt melius, q̃ vt deponantur ab eo ante q̃ ſit hora in qua non ſunt neceſſariæ:non ergo feſtines, ſed tarda.

[b] Cap.5.& c.6. ſupra a

De fractura cum vulnere. *Cap. 9.*

ET quando aggregantur fractura,& vulnus,tunc reſtaurator vehementer alleuiet reſtaurationem,& elonget haſtellas à loco vulneris:& ponat ſuper vulnus, quod oportet ex emplaſtris, & [c] proprie piceis:& quidam præcipiunt vt [d] incipiant cum ſtrictura à duobus lateribus vulneris,
B & dimittatur vulnus diſcoopertum:& hoc quidem eſt melius,ſi vulnus non fuerit ſuper fracturã ipſam.deinde oportet vt ſit ſuper ipſum velamen aliud ita vt tegat ipſum ab aere. Quod ſi fuerit ſuper fracturam,tunc oportet vt ingenietur in figuratione ſtricturæ cum ingenio ita,vt cadat ſecuritas & firmitudo ex omni latere:& ſeparetur parumper à vulnere ipſo cum præparatione conueniente ad illud:& [e] infundãtur puluilli in vino nigro ſtyptico. Et hoc ingenium eſt vt ponatur extremitas ligamenti ſuper labium vulneris,deinde trahatur vel inuoluatur tranſuerſaliter ad poſteriora,& firmet̃ cum ligamẽto alio,& ponatur ſup labium aliud inferius, deinde ordinet̃ reliquum ligamentum,ſm quod oportet:deinde tranſuerſaliter ducat̃,ita [f] vt remaneat vulnus ipſum apertum:& quod eſt præter ipſum ſit firmũ ex eo ita ꝙ iam aſcendit ligamentum:& deſcendit ligamentum:& [f] cadat ſuper fracturã ſtrictura vehemẽs,et remaneat vulnus apertũ,vt diſcooperias ipſum qñ volueris,& tibi ineſt vt facias ſuper haſtellas foramen oppoſitum illi vulneri vt perueniat vel applicetur medicina vulneris ſup ipſum,& ſit poſsibilis egreſsio virus ab eo: & ſit ita,vt poſsit tegere ſuper ea vtraq; ſimul: quãuis dimittere vulnus coopertũ ſit malum,et proprie in frigore:imo oportet vt non ſit coarctatum tantum,& vt cooperiatur in nocte.Quod ſi vulnus eſt ſanum admĩniſtrẽtur haſtellæ,ſi eas iam tardaſti,& firma haſtellam illius loci,ſi ille locus fuerit relaxatus ab ea. Et cum voluntas fuerit ſoluere illud,quod tegit vulnus,mane & veſpere eſt magis poſsibile pro-
C pter curationem eius propriam:& non fit ex eo contrarietas in ligamento reſtaurationis fracturæ omnino.Inquit [g] Hip.oportet vt ligetur vulnus ex medio ligamenti,ſi fuerit recens: & ſi eſt antiquum,& fecit pus poſt maturitatem,tunc ligetur ex ſuperiori eius vſq; quo conſequatur medium eius.Et de illo,quod eſt bonum,eſt vt ponatur illud,quod ſequitur vulnus ex ligamentis, & proprie ſuperius,ſtrictius,vt ſit poſsibilitas currendi:verum eius ſtrictura ſit ſm tolerantiam:& quãto magis elongatur à vulnere,ponatur leuius.Et quando eſt vulneri profunditas vehemens, ſtringatur ſuper locum profunditatis ligatura ligamenti.Et ſi conuenit ſtrictura ligamenti,loco reſtaurationis tunc iam peruenit intentio.Et ſi non cura cum eo,quod diximus.Et cum peruenitur ad fracturam,iterum ponatur ligamentum ſtrictius.& oportet vt ponatur præparatio membri ita vt facilis fiat curſus puris ſi aggregatur in vulnere.Et oportet in æſtate vt infrigidentur ligamenta continentia vulnus etiam,vt ſit adiutorium ad prohibendum apoſtema.Et [h] nõ oportet vt appropinquet loco ceratum,& proprie in æſtate:qm̃ fortaſſe putrefiet membrum:immo ſi neceſſaria eſt repercuſsio,tũc fiat cum vino ſtyptico,ſm ꝙ [i] præterijt à nobis eius declaratio. Et [k] cum fracturæ eſt attritio,& timetur mors membri,tunc ſcalpelletur.Et ſcias omnino,ꝙ quando vulnus ligatur,ſm ꝙ conuenit,expellit ligatura illud,quod ad ipſum deſcendit,& fluit.Et ſi errat̃ in ligamento, apoſtemat:& proprie quãdo mollificatur ſuper locum vulneris,& ſtringitur ſuper illud,quod eſt poſt
D ipſum:& ſi non fuerit ei detectio,non curret ab eo virus,neq; perueniet ad ipſum medicamen. Et ſi dimittitur diſcoopertum,putrefit,& ĩfrigidatur,& accidit mors membri,& perducit ad dolores, & febres,quare neceſſarium eſt medico vt faciat aliquid inter hoc,& hoc:& conſideret illud,quod accidit,& ſuccurrat ei,antequam confirmetur.

[c] Hip.3. de fract.
[d] Hip.2.de ijs, q̃ medi.& f
[e] Cap.6.
[f] Raſ.29. ꝯti.t.1. c.368.2.
[g] Lib.3.de fra. c.10.d
[h] Cap.6. & Raſ. ꝯti.t.1.c.2. 363.3.
[i] Ga.6.meth. c.5. & 41.f.g
[k] Cap.6.
[l] Cap.2. & Paul. lib.6.c.107.

De fractura oſsis male reſtaurati. *Cap. 10.*

QVandoq; fractura eſt reſtaurata non ſecũdum ꝙ oportet:& eſt neceſſarium vt iteretur eius fractura,quare oportet vt reſtaurator ſciat diſpoſitionem alrosboth, qui reſtaurauit os. Q; ſi fuerit magnus,fortis,non vadat ad frangendum ipſum ſecundo.[l] fortaſſe enim non erit poſsibile vt frangatur ex loco fracturæ primæ propter fortitudinem alrosboth, quare frangetur in alia parte loci.Quod ſi non inuenitur excuſatio,tunc oportet vt præcedat, & leniat, donec mollificetur alrosboth.& mollificantia ipſum ſunt medicinæ prædictæ in [m] capitulo duritierum illic:ſicut cutis [n] †{alalie,}& [o] dactyli,& ſicut ſpecies fæcum oleorum,& alahealat, & medullæ oſſium,& [p] medullæ granorum cotti,& eis ſimilia: deinde frangatur, & oportet vt aſsiduetur cum hoc embrocatio cum aqua calida, & introitus tinæ in die multoties. Quod ſi non profecerit illud,& experimentum,& motio ſignificauerint firmitudinem vehementem, tunc oportebit vt

[l] Raſ.29. ꝯti.t.1. c.363.4.
[m] 15.
[n] † Hip.3.de fracturis.c. capræ vel cadæ,
[o] Cap.15. & Raſ. 366.4.
[p] Raſ.366.4.

secetur caro ita, vt sit possibile fricare alrosboth ex latere, & destruere vel debilitare eum cum ea: E
deinde frangatur, & restauretur: & curetur vulnus curatione sua. Et multoties quidem est possibile vt curetur fractura male restaurata absq; fractura secunda, leniendo alrosboth cum eo, quod scis, deinde æquetur: & quando seruatur super ipsam, æquatur super ipsam alrosboth iterum, & excusat fracturam proprie in corporibus lenibus.

De epithematibus fracturæ, & quæ currunt cursu eorum. Cap. 11.

EPithematum alia sunt, quæ prohibent apostema, & rectificant pruritum. Et alia sunt ad indurandum alrosboth, & fortificandum ipsum. Et alia sunt ad æquãdum alrosboth magnum. Et alia sunt ad remouendam duritiem iuncturarum, quæ accidit post restaurationem. Et alia sunt ad auferendam mollificationem, si ceciderit in iuncturis.

De epithematibus conferentibus, & quæ currunt cursu eorum, & rectificantibus pruritum. Cap. 12.

IAm diximus in [a] capitulo ligamenti dicta compendiosa ad illud, quod oportet sciri in hoc capitulo: & diximus cerata, & embrocas cum vino styptico, & illis similia: & reiteramus nunc, & dicimus. Non oportet vt sit illud, quod administratur de cerato, aut alijs ita, vt asperitas sit in eo aliquo modo, immo sit lenius quanto plus esse potest, & mollius. Et non oportet vt administrentur cerata vbi timetur putrefactio: necq; vbi multiplicantur partes fracturæ: huiusmodi.n. præparatũ est ad suscipiendam putrefactionem, qñ plurimum eius est cum vlceribus. Super aquis autem calidis, & earum effusione iam locuti fuimus: & fecimus scire, quod vtilitas in eis est resolutio materierum, quæ incurrere faciunt pruritum, & attractio materiei nutritiuæ. Et sunt iterum necessariæ quandoque, cum membrum iam debilitauit strictura, & exiccauit ipsum: & illud, quod vltime consequitur est scitum. F

A secundo

Epithemata ad indurandum {alrosboth}.i. pororum sarcoidem. Cap. 13.

RES conferentes in hoc sunt embrocæ stypticæ, subtiles, & emplastra, quę similantur eis, sicut decoctio myrti, & eius oleum, si necessarium est oleum: & oleum alcannæ: & epithema cum aqua foliorum myrti, & granorum eius: & decoctio arboris alcard, & decoctio radicis aldirdar: & decoctio foliorum eius est incarnatiua, induratiua. Et emplastrum factum ex mes, proprie quando ponuntur cum eo crocus, & myrrha, & conficitur cum vino odorifero, est bonũ valde. Et cortices althalha.i. vaginæ florum palmæ est bona iterum.

De regimine æquationis {alrosboth}.i. porri sarcoidis. Cap. 14.

IN principio quidem, & dum permanet recens styptica prædicta: quoniam ipsa aggregant ipsum, & stringunt ipsum, & minorant quantitatẽ eius: post illud vero, quãdo superfluit, & proprie prope iuncturam, est necessarium secare ab eo, & fricare, donec æquetur. Et omnia ista cum eo quod dictum est in eo. G

Medicinæ lenientes duritiem iuncturæ. Cap. 15.

OPortet vt embroces, & incipias cum aqua calida: deinde administres desuper emplastra, & inunctiones, quæ fricando fiunt, lenientes: facta ex mucilaginibus, & gummis, & adipibus, & oleis: & si ponatur in eis acetum forte, erunt magis profundatiua. Et de illis quorum administratio propinquat, est [b] dactyli: & alalie, & oleum sisaminum: quoniam est emplastrum leue: & iterum farina granorum alkerua, vel & iterum grana de alkerua contrita permisceantur cum tanto butyro quanta est ipsius medietas, et mellis quantum est ipsius quarta. Et fortasse sufficit ceratum de oleo lilij sollum. Et quandoque adiuuatur cum omnibus lenificantibus prædictis in capitulo sephiros. Et cum sentis alterationem complexionis ad frigus, tunc adde in eis ex castoreo, & serapino, & opopanaco. Medicamen bonum. Recipe fæcem olei de lino, & fæcem olei sisamini, & fœnugræcum coctum in lacte, & aheal ad ipsum, & administretur. Et iterum radices althææ, & radices cucumeris asinini, & bdellium, & ammoniacum, & opopanacum dissoluantur cum aceto forti, & liniantur: & vnguentum eburneum est bonum. Medicamen bonum. Recipe mucilaginis fœnugræci, & seminis lini, & mucilaginem cucumeris asinini, & ammoniacum, & laudanum, & hyssopum humidam, & oleum de lilio, & adipem anatis, & bdellium lene, & bazard purum, & medullam vituli, resoluantur in oleo, & fiat vnguentum. Aliud forte. [c] Recipe olei veteris lib.ij. H
olei de lilio lib.5. storacis liquidæ lib. quartam, ceræ citrinæ lib.5. glutinis albotin vnc.ij. euphorbij vnc.ij. medullæ ossium cerui vnc.iiij. fiat vnguentum. Vnguentum bonum ad duritiem iuncturarum, quam acquisiuit restauratio. Ammoniaci partem vnam, bdellij iudaici partem vnam, laudani partem.5. olei de alcanna, adipis anatis, amborum ana partis quartam: solue gummas, & aggrega omnia. Vnguentum bonum. Ammoniaci vnc.vi. & ceræ citrinæ tantundem, gummi albotin, bdellij, & galbani omnium ana vnc.viij. olei de alcanna vnc. quatuor, terantur gummæ contritæ in aceto, deinde aggregentur in mortario inuncto cum oleo de lilio: & similiter pistello ipsius mortarij inuncto, & ad nodationem, quæ accidit sicut glandula vbicunque sit iam diximus in [d] capitulo suo administrationem vnguentorum, quæ diximus nunc. & administratio castorei, & costi, & fimi columbini, & sinapis emplastrando est vltima. Lenitiuum bonum. Recipe fæcis olei de lilio vnc. vna, & fæcis olei seminis lini vnc. vna, & storacis liquidæ, & galbani, & serapini, & opopanacis, & ammoniaci omnium ana vnc.5. bdellij lenis vnc. vna, adipis vrsi, aut gallinæ, aut porci vnc.ij. apud sectam Aldaudit saracenorũ quibus licitum est administrare adipem porci fiat ex eis vnguentum.

B Cap.10.

C Ras.29.cõt.t.2. c.1.374.2. parum differt.

D 6.t.2.F.3.

A *Facientia fortitudinem mollificationis.* *Cap. 16.*

a Ras.19. pti. t.2. c.3. 2.
b Ras.ibi.374. 1.

SVstentatio[a] in curatione eius est super styptica subtilia sicut sauina, & nux cupressi, & his similia, aut super styptica spissa. Et quandoq; miscentur cum his sicut crocus, & cinnamomum, & myrrha. Et[b] enula est bona valde: & proprie quando coquitur cum ea acorus, et cinis vitis cum adipe antiquo: & cortices althalha .i. vaginæ seu capsulæ florum palmæ vel dactylorum, & omnia, quæ dicta sunt in indurando alrosboth.

De administratione aquæ calidæ, & olei. *Cap. 17.*

SCias, q aqua calida, & oleum non conueniunt apud restaurationem: qm prohibent restaurationem: sed conueniunt ante ipsam: qm ambo præparant restaurationem: & conueniunt post ipsam: qm ipsa abstergunt, quod remanet ex apostemate, & duritie, & alrosboth, & siccitate quam euenire fecerunt ligamenta in neruis: quare fit motus cum eis non facilis. Cum ergo administrantur aqua calida, & oleum, & adipes, & medullæ, succurrunt illis nocumentis: inter illud vero aqua & oleum sunt valde prohibentia ab incarnatione. & fortasse administrantur in infantibus, & qui sunt eis proximi, non in alijs, cum emplastra exiccata sunt super eos, & faciunt eis dolorem: quare indigent tunc vt oleo inungatur locus, qui dolet: deinde applicentur puluilli, & restaurẽtur: apud quietem vero doloris non datur licentia in hoc. Et[c] medici qnq; vtuntur embroca ex aqua calida, B cum ipsi soluunt ligamentum primum, quærentes ex eo iuuamẽtum: & est, vt attrahant ad ipsum materiam. Et oportet vt sit illa aqua talis, vt cum cadit apud infirmum, sit temperata:[d] calida enim fortasse resoluit ex corpore mundo supra illud, quod attrahit: & proprie qñ prolongatur tempus effusionis eius: & attrahit ex corpore repleto supra illud, quod oportet: & proprie si abbreuietur tempus eius: immo oportet vt sit aqua cum caliditate ad æqualitatem tendens: &[e] sit tempus effusionis eius sm quantitatem, quæ videtur ex augmẽto membri, & eius inflatione: et non effundantur cum incipit detumescere. Et nos quidem iam[f] diximus de iudicijs embrocæ in[g] capitulo dislocationis illud, quod oportet attendere etiam hic. Et magis dilectum mihi, qñ non est illic dolor, est vt non appropinquet membro oleum, neq; aqua calida omnino, nisi illud, quod antecedit ipsum in principio rei ad defensionem. Et de illis, quæ ponuntur super iuncturas, quæ indurantur post restaurationem super torsionem, & attritionem, sunt dactyli & alaliẽ emplastrando.

c G.3me.3 de ijs, q i medicatrina ... b.c
d Ga.3 de ijs, quæ ... c.15.g
e Galibidem.32.c
f T.1.
g quinto

De cibatione restaurati, & potione eius. *Cap. 18.*

h Gal.6. metho. ... 41.c
i Ras.ti.cõti.t.1. ... 366.2.

OPortet[h] vt sit cibus eius ex eis, quæ generant sanguinem spissum siccum, & non spissum siccum: immo spissum viscosum, vt generet alrosboth flexibilem fortem non siccum debilem fragibilem, & illa[i] sunt,[i] sicut pedes, & frumentum coctum cũ multa aqua, quousq; sit sicut puls, & ventres, & capita, &[i] cutis hœdi, & arietis decocta, et similia eis: &[i] vinum grossum, stypticum: C & ex illis, quæ dantur in secunda mensa, sunt[i] castaneę, & grana in quibus non est acuitas. Et aliet omnia, quæ subtiliant sanguinem, & calefaciunt ipsum, & elongant ipsum à coagulatione, sicut vinum subtile, & res[k] †{almetubele}-valde, sicut aromata, & species vel semina acuta. Et ad summum regimen eius sit ingrossatio, nisi sit illic prohibens ex vulnere requirẽte subtiliationem cibi, sm illud, quod est super ipsum de magnitudine eius, aut ipsius paruitate, & apud timorem doloris. Qui vero securus est ab illo, dilatetur in cibo, & potu. Et[l] qui amat defensionem, ĩcipiat cum regimine subtiliante, vt securetur à malitia apostematis.[l] Et illud est, sicut si oporteat iterũ, vt phlebotometur, & soluatur venter: deinde post dies paucos administret illud, quãuis sit quandoq; necessarium iterum vt dimittat hoc regimen, quando superfluit rosboth in magnitudine, & est necesse prohibere ipsum. Modus cibarij conuenientis ei, quod administraĩ hora coagulationis.[m] Sumatur panis de simila, & farina rizi, & sepum vaccæ pinguis, & lac, et fiat ex eis cibarium simile frumento cocto vt puls cum bonitate suæ concussionis.[n] Medicina autem eius, quã sumit ad restaurationem, est mumia, quæ est mirabilis.

k ...
l Gal.lib.6.meth. ... 41.e.f
m Ras.366.2.
n Ras.367.2.

De rebus, quæ consequuntur fracturam, & restaurationem: & necesse est succurrere eis. *Cap. 19.*

QVandoq; accidit ex fractura disruptio carnis, quæ non conglutinatur. Quod si non incidaĩ, putrefit, & putrefacit illud, quod sequitur eam ex osse: quare est necessarium vt incidatur, & D cauterizetur. Et qnq; accidit fluxus sanguinis, & est necesse vt prohibeatur. Et qnq; accidunt contusio, & attritio fortis carni, quæ si non curentur cũ scalpellatione, aut cũ medicinis prohibentibus putrefactionem, peruenit ad hesthiomenũ: quare oportet vt obseruetur illud. Et qnq; accidit apostema calidũ, in quo est timor, quare oportet vt regatur regimine suo. Et qnq; accidunt vulnera, q̃ egent vt curentur cũ eo cuius pręterijt narratio. Et[o] qnq; accidit alrosboth superfluus in fractura, cuius quãtitas nõ est necessaria: quare oportet vt minoreĩ nutrimentũ, & prohibeatur eius generatio cum prohibitione cibi, & strictura desuper, & reliquis, quę sunt dicta. Et qnq; accidit mollificatio iuncturarum ex extensione. Et qnq; accidit vt currat virus ad medullam, quæ generatur in osse: quare necesse est vt extrahatur os, & discooperiatur via ad egressionẽ virulentiæ.

o Ras.18.con.t.1. ...

TRACTATVS III. *De fractura cranei.* *Cap. 1.*



MVltoties accidit vt findatur craneum, & nõ findatur cutis, immo apostemetur. Cum ergo occupatio fit in curatione apostematis, & non curatur scissura vel excoriatio, fortasse accidit vt putrefiat os desubtus. Et accidunt ante sanitatem, aut post ipsam, ægritudines malæ ex febribus, & tremore, & destructione rationis, & alijs: quare est necessarium vt findatur. Et multoties quidem significat locum ĩfirmus ipse, ex compressione,

presione,& tactu quem facit super ipsum omni hora, & tunc quidem est necessarium vt redeat E vulnus ad dispositionem suam,vt curetur fractura,& oportebit vt findatur cutis cum quantitate, qua non retineatur virus in hoc aut aliud qualitercunque sit: oportet.n.vt non retineatur virus, nisi fueris securus de additione apostematis,& inueneris apostema diminutũ,et si fuerit scisio in cute parua,quæ non opponitur nisi fracturæ vni ex numero fracturarũ, aut fuerit apostema eruptum, & appareat fractura vna tantum: tunc accidit inde error manus: putatur.n.quod non sit fractura nisi illa:& propter hoc oportet vt consideretur dispositio fracturæ cõsideratione bona. [a] Illud vero in quo declinatur cum existimatione ad rectitudinem vel certitudinem est vt considereť causa fracturæ,& vltimatio virtutis rei frangentis in grauitate sua,aut in sua magnitudine,aut in sua fortitudine,vt per illud sciať vltimatio,quæ oportet esse ex fractura:& similiter accidentia quæ significant illud,sicut apoplexia,& [b] scotomia,& destructio vocis,& quæ sunt eis similia.Et quæ significat fissura cutis in multitudine sua,& sua diuersitate,& in suo casu secundum viam vel lineam vnam rectam,vel secundum diametrum ei oppositam dispositionem fracturæ iterum,licet nõ sit hoc significatio significans oẽm partem.Fortasse.n.est fractura interior plurima,& magna:et non est super cutem fissura,aut est fissura parua:quare oportet tunc necessario vt cognoscatur dispositio cum significationibus in quibus inuestigatur fractura cũ firmatione visus vel cum firmo intuitu si est possibile. & in huiusmodi dispõnibus est necessarium ĩcidere cutem crucialiter vel in modum crucis, & ex- F corticare vel separare eam donec appareat os,quod suspicatur fractum vel læsum totum.Et si accidat fluxus sanguinis,impleatur illud,quod discoopertũ est,pannis siccis:deinde applica vel superpone puluillum infusum in vino styptico,& dimitte ipsum vsque mane. Vulnerum aũt capitis vsque ad terminum almochatim cura est illa,quæ iam dicta est in capitulo vlcerum, & ante ipsum. Vulnera vero [c] †{alheasme,}& [d] †{almenachele,}& similia sunt de illis, quæ dicuntur hæc. minor dispositionum fracturæ ossium capitis est vt accidat in ea contusio vel scisio corticalis non penetrans vsque ad latus aliud.immo stat & terminatur apud quandam commissuram vel apud quandam partem ossis proximam,& hmõi est quasi occulta sensui, & in tali magis rectum est, vt frices eam vsquequo non remaneat de scissura aliquid.Et [e] si amas,vt certificeris vel vt appareat cũ effusione humiditatis nigræ, donec vehemens fiat apparitio scissuræ per eam, fac. Et frica donec non remaneat vestigium:& [f] sint apud te fricatoria diuersarum quãtitatum:& administra in primis lata eorum:deinde quæ sequuntur illa.Cumque fricueris,administra medicinam capitalem,& sufficit tibi.Et [f] medicinæ quidem capitales sunt sicut ireos,& farina herbi, & minutum olibani,& aristolochia,& cortices radicis opopanacis,& myrrha,& sarcocolla,& sang. dra. & [f] omne exiccatiuum sine mordicatione:& curetur curatione vlcerum.Si autem existimaueris, quod fissura sit penetrans vsque ad latus aliud,tunc fricatio nõ finit eam nisi cum penetratione.Et [f] caue ne multum procedas G in fricatione:immo sta & permane vbi ad vltimũ perueneris vel vbi perueneris ad vltimã vel inferiorem partem ossis. Et cognosce dispositionem velaminis, an sit seruans situm suum ex osse, & tunc nocumentum est minus,& securitas magis apparens, & est euentus apostematis minor, & saluior,& paruior,& apparitio puris maturi velocior,et magis completa.Aut iam separauit ipsum percussio ab osse:& illud est in quo est timor plus,& dolores, & febres, & quæ sequuntur ea plus, & susceptio ab osse alterationis coloris velocior,& cursus puris virulẽti,subtilis in eo plus,et quod accidit ex doloribus,& febribus,& tetano,& syncopi,& destructione rationis propter dimissionem curationis in eo plus.Et in huiusmodi quidem dispositione,imo in omni dispositione, oportet vt vehementer caueatur frigus,etiam in æstate:quoniam in eo est timor magnus. In fissuris vero seu in contusionibus in quibus non est nisi fissura,vel contusio,sed est plurima, & apparet cum ea alzhemach.i.almochatim seu superficies aut cortex ossis cranei multoties sufficiunt strictura,& ligamentum,& emplastrum cum infrigidantibus. Verum illud, quod est rectius, est vt incipiatur, & fundatur super scissuram oleum ros.tepidum:deinde aggregẽtur labia vel extremitates vulneris, & suantur si necessarium est illud,& pulueri zetur desuper puluis capitalis: & ponantur super ea pannus lini madefactus cum albumine oui,& super ipsam puluilli imbibiti vino styptico cõcusso cum oleo:deinde reliqua ligamenta: & quiescat infirmus: & fiat delitiosus: & fiat vt dormiat. Et H phlebotometur si indiget. Et non quæritur in omni scissura, & fractura,vt accipiat os totum: quoniam hoc non est possibile in omni osse:verum recordare eius,quod præcepimus in capitulo vniuersali de fractura,& restauratione. Verũtamen multi homines acceperunt os ex capitibus eorum, incidendo secundum modũ alium,& fecerunt nasci carnem,& cutim super vulnus,& euaserunt.In alheasme vero ossis capitis,vel in scissura eius,& quæ sunt post ea, [g] scias quod ossa capitis diuersificantur ab ossibus alijs,cum franguntur:quoniam cum ipsa franguntur,non restaurat natura super ea alrosboth fortem,sicut attrahit ipsum,& nasci facit super reliqua ossa:immo rem debilem: quapropter vt non effundatur pus ad interiora,oportet vt extrahatur,si fuerit solutio continui,vel separatio ossis cranei completa:aut incidatur,si non fuerit completa:& non fiat occupatio in restauratione eius. Et [h] oportet vt non tardetur illud in æstate vltra.vij.dies:& in hyeme vltra.x.dies:& quãto fuerit velocius,erit melius,& longinquius ab hoc,vt accidant nocumenta magna. & de illis, quæ vocãt ad illud,& faciunt esse necessarium,est quod ab ossibus alijs præter ossa capitis diuertit ligamentum materias:& hoc ligamẽtum non est possibile super caput:propter illud ergo necesse est remouere os in fractura cui est quantitas,donec egrediatur virus, sicut est necessarium. Et iterum si accideret virus,

A Paul.lib.6. c.90.fo.318.15.

B Hipp. de capitis vuln.527.2.

C† in quibus frãgitur caluaria,
D† in quib' frangitur caluaria & remota ẽ aliqua pars fracta,
E Hipp. de capitis vulne.529.1.
F Gal.6.metho. c.6.a.b

G T.2.c.2.& G.6. meth.c.6.f.g

H Paul.li.6.c.90. 318.40.

A virus, ſicut eſt neceſſarium. Et iterum ſi accideret virus inter os reſtauratum ligatum ligamento opprimēte, expellente materiam, cum iam eſſet generatum illud virus ex ipſo loco, & penetraret ad medullam, eſſet nobis neceſſarium, vt diſcooperiremus, & mundificaremus: qualiter ergo in hmōi membro: non eſt igitur excuſatio de hac collectione, & inciſione, & detectione loci, & prohibitione incarnationis eius, vſq; quo ſecurus ſis. & ſi non timeretur fluxus, & deſcenſus viruletię ad interiora, non incideremus os. Et oportet vt ſit inciſio ex loco conuenientiore: & conuenientior quidem eſt aggregans ad oppoſitionem quam exiſtimas, ꝙ virus currat ex eo melius, & ad facilitatem inciſionis, & paucitatem neceſsitatis ad hoc vt moueatur, & fatigetur, & eſt cū hoc longinquior locus à neruis ſicut ſinciput. Nam medium eius non obuiat origini neruorum. Et ſtude ne frigus adueniat velamini, qm̄ eſt malum, & timoroſum: Et ſubtilia regimen, & aſsidua effuſionem olei tepidi.[a] Et ſi [a]apparet ſuper velamen nigredo, & eſt fortaſſe in eo quod apparet de ipſo, & non eſt nocens, & fortaſſe cauſa eius ſunt medicinæ, tunc cura ipſam cum melle concuſſo cum triplo ſui olei roſ. donec remoueatur nigredo: & pulueriza deſuper medicinam capitalem & ſi nigredo fuerit confirmata, tunc fuge. Cum ergo verificatur neceſsitas ſecandi aliquid & incidendi illud, aut extrahendi ipſum, tunc feſtinetur, & non expectetur complementum generationis puris in loco: & hoc quidem non toleratur, niſi vbi nō eſt panniculus nominatus mater, coarctatus aut

a Paul. lib. 6. c. 90. Infra a

B punctus: qm̄ punctura facit in diſpoſitione apa, & ſpaſmum, & fortaſſe perducit ad apoplexiam: quare oportet vt extrahatur illud os ſtatim, & redibit ſenſus, ſi fuerit apoplexia, ſtatim. Si autē fuerit foramen, tunc res erit vehementioris feſtinationis. Et qn̄ frangitur craneum, & egreditur velamen, & fit apa quod nominatur fatera, tunc tibi ineſt in eo quod diximus cum hmōi feſtinatione: Aut ſi fuerit neceſſaria expectatio, tunc ſit vſq; ad duos dies, aut tres, & in plurimo rei oportet vt curetur in ſecundo & inciſio qn̄q; fit cum ſerra ſubtili & qn̄q; fit ita, vt fiant foramina parua continua vel iuxta ſe inuicem poſita, vbi oportet, vt cadat ex eis, licet in eis ſit timor: qm̄ fortaſſe penetrant ſubito vſq; ad panniculum, vbi ingenietur cum inſtrumento quod diximus, qm̄ eſt ſaluius: qualiter vero fit hæc curatio, nos dicemus in hoc illud quod dixerunt primi.[b] Inquiunt: Oportet vt radatur in primis caput vulnerati, & fiant in eo duæ fiſſuræ ſe ſecantes orthogonaliter, & ſecet vna earum alteram ſm̄ figuram cruris: & oportet vt ſit vna duarum ſectionum, ſectio prima quæ fuit ex percuſsione, deinde oportet vt excorietur ſub angulis quatuor, vt diſcooperiatur os totū, cuius perforatio vel inciſio debet fieri. Quod ſi accidat inde fluxus ſanguinis, tunc oportet vt impleatur panno infuſo in aqua, & aceto: & ſi non, imple ipſum pāno ſicco: deinde pone ſuper eum puluillum infuſum in vino, & oleo: & adminiſtretur ligamētum quod conuenit ad illud, ita vt cū fuerit manè, ſi non acciderit aliquid ex accidentibus malis, tūc oportebit vt incipias perforare vel

b Vſq; ad calcem accepit a Paul. ... c. 90. 319. 1.

C incidere os fractum: Et illud eſt, qm̄ oportet vt facias ſedere infirmum, aut præcipias ei vt reſupinetur ſm̄ figuram quæ conuenit fracturæ, deinde oppila aures eius cum lana, aut cotto, vt non lædatur ex voce percuſsionis: & ſolue ligamentum vulneris, & aufer pannum ex eo, & abſterge ipſum: deinde præcipe duobus miniſtris vt teneant cum pannis ſubtilibus quatuor angulos cutis, quæ iam ſciſſa fuit, & extendant eam ad ſuperiora. ſ. cutem, quæ eſt ſuper os fractum: Et ſi os fuerit debile ex natura ſui, aut ex fractura, quæ accidit ei, tūc oportet vt auferas ipſum cum inciſorijs ponendo quædam cōtra alia: & incipiendo ab eo quod ex eis eſt latius, deinde fiat permutatio ex eis ad inciſoria ſubtilia: deinde peruenias ad capillaria. Et adminiſtra facilitatē in perforatione vel inciſione & percuſsione vt non lædatur caput, & inquietet ipſum. Et ſi os fuerit forte, tunc oportebit in primis vt perforetur cum tripanis, quæ nominantur non profundantia: & ſunt perforatoria quibus eſt eminentia parua vel additamētum paruum ingrediens in loco vel in parte eius acuta, & prohibet illud additamētum ne pars acuta profundetur, & ne perueniat ad ſiphac vel ad velamen donec concaues aut perfores cum eis os ſciſſum vel contuſum: & eradica ipſum nō in vna vice immo paulatim paulatim: & ſi fuerit nobis poſsibile vt eradicemus ipſum cum digitis, tunc illud eſt melius: & ſi non, cum tenalijs, aut cum forpicibus, aut his ſimilibus. Et oportet vt ſit inter foramina ſpatium quantitate ſtyli ita, vt perueniat prope ſuperficiem oſsis interioris. Et oportet

D vt caueatur ne perforatoriū tangat aliquid ex ſiphac: Et propter hoc oportet vt ſint perforatoria ſm̄ menſurā eſſentiæ oſsis: & vt adminiſtrentur in hoc perforatoria plurima: cū ergo fractura non eſt niſi in loco alathna. i. vnius tabulæ oſsis tm̄, tunc oportet vt fiat foramen ſuper illam tabulam oſsis tm̄: ita vt cum [c]†{cauaueris}† [d]†{vel perforaueris}† os, tunc oportebit vt æques aſperitatem oſsis capitis, quæ fit ex inciſione, et concauatione, aut cum lima, aut cum aliquo inciſoriorum, quę ſimilatur cultello paruo poſtquā poſueris infra vel ſubtus inſtr̄m quod cooperit ſiphac, & ſeruat ipſum. Et ſi remanſerit aliquid ex oſsibus paruis, aut fruſtis, tunc oportebit vt accipiantur cum facilitate: deinde perueniatur in curatione cum tentis aut vnguentis. Nam iſte eſt facilior qui ſit ex modis curationis, & minoris nocumenti. Inquit [e] Gal. cum tu diſcooperueris partem oſsis capitis, tunc pone ſub eo inciſorium in fine cuius eſt pars quæ aſsimilatur lenti, eminens, ſi eſt lenis, & eſt acuitas in longitudine, donec ſit latitudo lenti ſimilis, ſuſtentata ſuper ſiphac. & oportet vt percutiatur deſuper cum malleo paruo, & incidatur os capitis: Cum ergo fecerimus illud erit ex eo totū illud quo indigemus: & illud eſt, qm̄ ſiphac non mouetur ad extra tunc, neq; ſi medicans eſſet dormiens, qm̄ ſiphac opponitur lateri lato inſtrumenti ſimilis lenti. Et ſi peruenit hoc inſtr̄m ad os capitis, tunc ipſum eradicat illud abſq; læſione: & illud ideo, qm̄ poſtremum figuræ quod ſimilatur

d † ſciſſuleris

e ...meth. c. 6. c

lenti

lenti rotundum repellit incisorium retro:quare inciditur os capitis:& non est possibile vt inuenia E
tur species alia ad eradicandum hoc os facilius,neq; velocioris operationis q̃ hæc species.Curatio
nem vero quæ fit cum ferris,& instrumẽtis,quæ nominantur [a] †{[b] hanicades,}moderni vitupera
uerunt pp malitiam eius:hic est ergo sermo noster in curatione ossis capitis, cũ accidit ei scissura.
Et conuenit hæc eadem curatio in reliquis speciebus fracturæ,quæ incidit ossi capitis,quãuis nos
non diximus nisi curationem fissuræ,& posuimus eam exemplum alijs.Inquit [c] Paulus, & [d] Gal.
iterum docuit nos quantitatem ossium,quæ oportet excidi:& iste est sermo eius. Illud autẽ quod
oportet excidi ex osse infirmo est:q̃m illud quod ex eo est comminutum vehementer, oportet vt
auferatur totum:In illo aũt ex quo extenduntur scissuræ extensione plurima:nam illud q̃n̄q; acci-
dit,non oportet tunc vt consequaris fissuras vsq; ad finem earum:& vt scias quod non accidit pro
pter hanc causam res nociua,q̃n in reliquis operationibus,quas oportet ipsum facere,est s̃m quod
oportet. Amplius oportet post curationem cum ferro,vt accipias pannum lini extensum quanti-
tate ossis vulneris,& infunde ipsum in oleo ros.& cooperi cum eo os vulneris,deinde accipe pan
num duplicatum aut triplicatum,& infunde ipsum in vino,& oleo ros. & lini vulnus totum oleo
ros.deinde pone super ipsum,pannum quanto leuius potes,vt non grauet siphac: deinde admini
stra desuper ligamentum latum,& non stringas ipsum nisi cum quãtitate quæ teneat pannos tm̃:
deinde administra regimen,quod remoueat inflammationem,& destruat febrem, & humecta ve F
lamen desuper cum oleo ros.in omni hora:& solue ipsum in die tertio. & absterge ipsum, & cura
ipsum curatione qua creat carnem,& sedat inflammationem, & pulueriza super siphac puluerẽ
ex medicinis siccis,quæ nominantur medicinæ capitis,donec oriatur caro & in quibusdam horis
frica os,si indiguerimus hoc,cum ossa sunt eminentia:& vt nascatur caro velociter, & cura ipsum
cum reliquis medicinis,quas diximus in curatione vulnerum.Et inquit [f] Paulus. Multoties acci-
dit in siphac capitis post curationem cum ferro,ap̃a calidum ita quod superemineat et eleuetur su
per spissitudinem vel grossitiem ossis capitis,& grossitiem cutis ẽt,& est cum hoc durum, & pro-
hibens motus eius naturales.Et multoties accidunt istis extensio,& accidentia alia mala,& sequi
tur has res mors.Et non accidit ap̃a calidum siphac nisi,aut propter os separatum pũgens ipsum:
aut propter grauitatem tentarum:aut propter frigus:aut multitudinem cibi:aut multitudinem vi
ni:aut propter causam aliam occultam. Quod si apostematis calidi causa est manifesta:tunc opor-
tet vt abscindas illam causam velociter.Quod si ẽ ex causa occulta, tunc stude in separatione eius,
& administra phlebotomiam venæ,si non fuerit prohibens ad hoc,& minorationem cibi,& regi-
men quod cõuenit apostematibus calidis,sicut embrocatio cum oleo ros. calido, aut cum aqua in
qua bullita sunt althæa,& fœnugræcum,& semen lini,& chamæmilla,& eis similia:& administra
emplastrum ex farina hordei factum cum aqua calida,& oleo,& semine lini: Et administra adipẽ G
gallinæ in lana,& humecta cum ea caput,& ceruicem,& spondyles,& distilla in aures aliquod ex
oleis,quæ sedant caliditates:Et fac sedere infirmũ in aqua calida in domo,et inunge ipsum.Quod
si ap̃a calidum perseuerat,& non est aliquid quod prohibeat omnino sumere medicamen soluti-
uum soluens [g] †{ } [h] †{semel}fiat illud:nam Hipp.præcipit illud.Inquit [i] Paulus:si [a] deni
gratur siphac,& nigredo est in superficie eius:& illud est ex medicamine iterũ, quo curatur(nam
medicamen nigrum fortasse facit illud)tunc oportet vt sumas ex melle, [k] †{ }& oleo ros.
[l] †{iij.partes,}& permisceas,& linias cum eo pannum, & ponas super siphac. Quod si accidit in
siphac nigredo ex se ipsa,& peruenit vsq; ad profundum præcipue cũ signis alijs malis,tunc opor
tet vt desperes de salute huius infirmi:q̃m est significatio consumptionis caliditatis innatæ, & de-
structionis eius.Et ego iam vidi quendam cui accidit fractura in capite suo, & concauatum est os
capitis eius post annũ, & sanatus est:& illud ideo,q̃m fractura fuit in sincipite,& fuit ex percussio
ne sagittæ,& erat ei cursus,& propter hoc non aduenit siphac aliquid, immo saluatum est à corru
ptione.Inquit [m] Gal.accidit homini vt frangeretur sinciput eius,& iterum os tp̃is fractura exten-
sa,& dimissa est fractura tota cum dispositione sua nisi aliqua pars sincipitis, & incidimus ipsam
ad intentionem notam,& suffecit illud,& sanatus est vir.

De fractura mandibulæ. *Cap. 2.* H

I[n]Nquit sapiẽs,cum frangitur versus interiora, & nõ separatur in duas partes separatione totali
tunc si fracta fuit mandibula dextra,intromitte digitum indicem,& medium manus sinistræ in
ore infirmi:& si fracta fuerit mandibula sinistra,tunc intromitte digitum indicem,& medium ma
nus dextræ,& eleua vel comprime cum eis curuaturã fracturæ versus exteriora ab interiori,& op
pone eis cum manu altera deforis:& æqua eam : & cognoscitur eius æquatio ex æquatione den-
tium,qui sunt in ea.Si autem frangatur vel separatur mãdibula in duas partes separatione totali,
tunc extende eam in duo latera s̃m oppositionem,ministro extendente eam, & ministro retinẽte
ipsam:deinde veniat medicus ad æquandũ ipsam,s̃m quod diximus,& liga dentes qui torti sunt,
& separati sunt ad inuicem.Si autem accidat cum fractura vulnus,aut frustum, ossis pungens tũc
scindatur aut dilatetur,& extrahatur frustum,& administra suturam,& puluillos,& medicinas in
carnatiuas post reditionẽ,& æquationem. [o] Inquit:& ligamẽtum eius fit s̃m hunc modum: Pone
vittam seu bindam super nocrã & procedant seu extendantur duæ extremitates bindæ à duobus
lateribus super duas aures vsq; ad extremitatem mandibulæ:deinde vadant cum eis iterum ad no
cram vel ad nucham : deinde vsq; ad locum sub mandibula super duas maxillas vsq; ad sinciput
deinde

A † chœnicion
B Paul.lib.6.c.90.
C Lib.6.c.90.320.10.
D 6.met.c.6.
E Paul.lib.6.c.90.
F Lib.6. cap. 90. 320.30.
G † bilem
H †———
I Li.6.c.90.321.7. *Supra* α
K † tres partes
L † partem.i.
M 6.meth.c.6.f.g
N Pau.lib.6.c.92. Totum hoc caput accepit a Paulo.
O Pau.lib.6.c.92.

A deinde procedatur ex eo iterum vsq; ad locum qui est sub nucha:& ponatur ligamentum aliud su
per frontem,& in posterioribus capitis,vt stringatur tota inuolutio quæ inuoluta est: & ponatur
desuper hastella leuis.Et si separantur ambæ mandibulæ simul ab extremitatibus earum,tunc ex
tendantur cum vtrisq; manibus paulatim,deinde componantur,& coniungantur: & cõsideretur
ad compositionem seu ligaturam dentium,& liga duales cum filo auri, vt non remoueatur statio
seu rectitudo aut eorum firmitudo,& ponatur medium ligamenti super partem capitis posterio-
rem,& procedat,seu extendatur caput eius ad extremitatem mandibulæ: & præcipiatur infirmo
vt quiescat,& sit tranquillus,& dimittat locutionem:& ponatur cibus eius sorbitiones. Et si alte-
a Paul.lib.6.c.92. ratur aliud ex figura,tunc soluatur ligamentum nisi accidat apostema calidum. [a] Q; si accidat tũc,
non negligas vti emplastris,& embrocis quæ cõueniunt ad illud ex illis, quæ sedant,& resoluunt
cum æqualitate.Et os quidem mandibulæ stringitur ante tres hebdomadas: quoniam est lene,&
est in eo medulla plurima replens ipsum.

De fractura nasi. *Cap. 3.*

b Paul. lib.6.c.91. N[b]Asi superior pars est os,& inferior est cartilago:& illi quidem cartilagini non accidit fractu
ra,immo attritio,vel contusio & compressio faciens nasum simum seu latum compressum,
& declinatio ad vnũ latus.Superiori vero parti ossis accidit qñq; fractura. Et qñ frangitur nasus,
c Hip.2.de artic. B & non curatur,perducit ad priuationem olfactus.Et [c] iterum qñq; induratur, & remanet ẽm tor-
g.o,&c tuositatem suam,quare non recipit æquationem: oportet ergo vt festinetur in die primo, & non
d Hip.2. de artic. pertranseat decimum.Et [d] scias quod qñ fractura nasi consequitur loca superiora eius,magis con-
c.& Paul.ibidem. ueniens est,& rectius regimen in ea est,vt sumatur stylus decẽter factus lenis, & intromittatur cũ
facilitate in nasum,vsq; ad finem alchaiasim,& teneat ipsum cum manu sua,& æquet nasum cum
manu altera,donec æquetur:deinde subtilietur intromittendo licinium conseruans ipsum in figu
ra æquationis:& melius quidem est vt sit ex lino. Et cautela est, vt intromittatur in vtrasq; nares
simul,licet non sit nocumentum nisi in latere vno. Et qñq; ponitur in interiori parte licinij radix
pennæ vt sit magis conueniens ei:deinde emplastretur & adhæreat super eum pannus emplastri
vt non extrahatur licinium vsq;quo peruenerit ad summam,& perfectam confirmationem, & re
e Hippo.2.de arti staurationem.Et [e] non inuoluatur super nasum ligamentum,qm̃ facit ipsum simum compressum
c.39.d nisi sit illic eminentia magna,quam depressio bonificat. [f] Cum autem accidit in partibus inferio-
f Paul. lib.6.c.91. ribus,tunc possibile est vt æquetur cum duobus digitis duarũ manuum, sicut duobus indicibus,
aut duobus auricularibus.Et [f] qñ accidit in hac dispositione apa, tunc vnguentum diachylon est
bonum valde:qm̃ sedat apa,& conseruat iterum figuram ęquationis,& confortat.Et similiter me
dicamen factum cum aceto,& oleo,& simila, & minuto turis, super quod puluerizetur cinis, &
C emplastretur cum eo.Et [f] qñ fractura est attritio comminuens os,tunc non est possibile,vt redeat
cum ea ad rectificationem,nisi postquam finditur,& extrahitur comminutio ossium, & suatur &
g Hipp.2. de arti- post puluerizentur desuper pulueres. Et [g] qñ accidunt inclinatio, & separatio cartilaginis, tunc
c.46.d.e æqua eam violenter,deinde liga eam ligatura cõseruante eam super illud:& est vt ponas ligamen
tum incipiendo ex latere colli ad quod est inclinatio.Et ex eis quibus fit facile hoc ligamẽtum, &
est bonum,est vt sumas marginẽ panni fortis,aut corrigiam cui sit latitudo digiti vnius:& lini vnã
extremitatum eius cum glutino piscium,& glutino corij vaccini,aut cũ gumma, aut cum reliquis
glutinationem faciẽtibus,& inuisca ipsam super extremitatem nasi ex latere à quo est inclinatio,
donec exiccetur super ipsum,& reducatur nasus ad situm suum cum violentia,deinde extende il-
lam corrigiam,aut pannum donec æquetur cũ eo,& inclina ipsum ad latus diuersum inclinationi
primæ,& restaura ipsum super collum,& liga ipsum ligamento tenente ipsum secundum illã for-
mam,& emplastra cum emplastris quæ sunt necessaria.

De fractura {furculæ}.i.iuguli vel clauiculæ *Cap. 4.*

FVrcula frangitur,aut propter pondus delatum,aut pp casum magnum,aut propter percussio
nem vehementem.Amplius furculæ restauratio fit difficilis,& indiget subtiliatione. Dixerũt
h Paul.lib.6.c.93. in restauratione eius.si frangitur prope cassum,erit descensio capitis adiutorij inferius minus.[h] In
Ras.similius.29. D quit,qñ frangitur furcula in duas medietates,tunc fac sedere infirmum super sedem,& teneat mi-
c.2.367.2. nister adiutorium in quo est furcula fracta,& extendat ipsum ad exteriora & ad superiora iterum,
& extendat minister alius collum & humerum oppositum cum quantitate,quæ est necessaria.Et
æquet medicus cum digitis suis illud quod est eminens, impellens ipsum, & quod est concauum
attrahatur & ad extra extrahatur.Et si indiget in illo extensione plurima, ponat sub ascella pilam
i Ras.ibi. clarius. magnam expãno,& impellat cubitum,donec approximet ipsum costis,qm̃ extendetur ẽm quod
vult.Et [i] si frangitur extremitas furculæ ad interiora plurimum & non obedit cũ attractione me-
dici,& non eleuatur ad superiora,qm̃ est ad profundum plurimum:tunc prosterne infirmum sup
collum suum,& pone sub humero puluinar gibbosum,& comprime humerum eius inferius, do-
nec eleuetur ad os furculæ:deinde æqua ipsum,& rectifica cum digito tuo, & stringe. Quod si in-
firmus inuenerit puncturam ex deambulatione manus super ipsum,propter frustum quod pun-
git ipsum ẽm situm eius,tunc scinde,& aufer frustum:& fiat illud à te cũ facilitate: & proprie si fue
rit frustum subtus,vt non disrumpas siphac pectoris, & intromitte instrm̃ conseruans siphac pe-
k Ras.ibi.de ver- ctoris sub osse,deinde frange os.[k] Quod si non acciderit apa calidum,tũc sue scissuram,& incarna
bo ad verbum. eam,Et si accidat apa calidum,tunc infunde pululillos cũ oleo aliquo.Et [k] si fuerit caput adiutorij
apud

apud fracturam cum frusto furculæ ad inferiora, tunc oportet vt suspendatur adiutorium cum ligamento lato, deinde eleuetur ad partem colli: Et [a] si frustum furculæ fuerit inclinatum ad superiora, & illud quidem parum fit, tunc non suspendatur adiutoriũ, sed resupina illum, cuius est furcula fracta super dorsum suum, & subtilia regimen eius, & firmabitur furcula in mense, & minus. [b] De furcula aũt dixerunt: quod furcula nõ seiungitur ex latere intrinseco, qm̃ annexa est pectori, non seiuncta ex eo: & propter hoc nõ mouetur ex hoc latere. Et si percutiatur exterius vehementer, & separetur, tunc ipsa æquatur, & curatur curatione, qua curatur cum frãgitur. Extremitas vero eius, quæ sequitur humerum, & separatur ab eo, non dislocatur plurimum: qm̃ lacertus qui habet duo capita, prohibet eam ab hoc, & prohibet eam iterum caput spatulæ. Et non mouetur furcula motu vehementi, qm̃ ipsa nõ est posita, nisi vt separetur pectus tm̃, & dilatet ipsum: & pp hoc facta est furcula homini soli inter reliqua animalia. Quod si accidat ei dislocatio ex luctamine, aut re alia simili huic, tunc ipsa æquetur, & intromittatur ad locum suum cum manu, & puluillis plurimis, qui ponuntur super eam cum ligamento quod oportet. Et conuenit hæc curatio extremitati humeri iterum, cum separatur, & reducit eam ad locum suum. Et illud quo ligatur furcula humero, & humerus, est os cartilaginosum, & ipsum ingrossatur in macilentis. Et cum remouetur existimat ille cui non est experientia, ꝙ caput adiutorij iam separatum est, & exiuit de loco suo: caput enim spatulæ videtur tunc vnum, & videtur locus à quo permutatum est cõcauum, verum oportet vt distinguatur significationibus, quas narrabimus post. F

A Paul. lib. 6. c. 93. & Ras. de verbo ad verbũ. 29. cont. t. 1. c. 2. 367. 3.
B Pau. lib. 6. c. 113. de verbo ad verbũ vsq; ad finẽ capitis.

De fractura {spatulæ}. i. scapulæ. *Cap. 5.*

S[c]Patulæ quidem locus latus parum frangitur: plurimũ enim quod accidit de fractura eius, accidit marginibus, & lateribus, & frustis. Et qñ accidit cognoscit̃ tactu: & per illud quod sequit̃ eam de punctura. verum plurimum accidit ei scissura, [c] quam significat asperitas, quæ cognoscitur tactu, & dolore locali, & punctura, si fuerit, licet nõ sint reliqua signa. Et [c] fortasse accidit fractura ad interiora, & significat ipsam incuruatio accidẽs, & crepitatio leuis quam percipit auditus cum tacta fuerit tactu curioso vel exquisito seu manifestante, & accidit manui quæ vicinatur ei dolor, & curatio eius est cum attractione subtili seu ingeniosa & bonitate impulsionis cum facilitate ex anterioribus, & æquatione, & fortasse indiget ventosis, ẽm quod existimo, donec attrahitur ad posteriora, & æquetur cum cautela à nocumento in aggregatione materiei. [c] Frustula autem spatulę cum franguntur, si sunt inquietantia, pungentia, lædentia, tunc necessarium est extrahere ea: & si sunt quieta, æquentur & ligentur, ligamentis similibus ligamẽtis furculæ. Et [d] oportet vt dormiat habens fracturam spatulæ super latus sanum, non super aliud.

C Pau. lib. 6. c. 94.
D Ras. 29. cõt. t. 1. c 2. 367. 3.

De fractura {cassi}. i. pectoris. *Cap. 6.*

Q[e]Vandoq; accidit casso separatio, quæ est sicut scisio, & accidit fractura ad interiora. Et primum quidem cognoscitur sonitu sensato per tactum, & auditum, & qñq; inuenis ipsam manifestam, cuius duæ partes sunt manifestæ, & cum extensione doloris: ẽm vero sequunt̃ accidentia mala ex constrictione anhelitus, & tussi sicca. & fortasse patiens illud, spuit sanguinẽ: et qñq; generatur [f] ex eo putrefactio velaminis. Et cura istorũ est cura illius qui habet illud in humero. Et si inclinatur inferius, tunc cura est illa, quæ descripta est in cõpressione furculæ depressę per fracturã. Et si ingrediuntur costæ, administra super eas ligamentũ factum ex lana cũ reuolutione, post ligamenta posita super eas de subtus cum rectitudine: deinde aggrega extremitates duorum ligamentorum, & liga eas adinuicem: qm̃ ipsæ prohibent ligamenta reuoluta à solutione. G

E Totum hoc caput accepit à Paulo lib. 6. c. 95.
F Ras. 29. cõt. t. 1. c. 1. 362. 3.

De fractura costarum. *Cap. 7.*

C[g]Ostis veris septem accidit fractura à duobus lateribus: falsis vero accidit fractura à latere dorsi. Et qm̃ extremitas alia est cartilago hypochondriorum, ẽm ꝙ [h] sciuisti, non accidit ei nisi attritio. Cognitio aũt fracturæ costarum est facilis, quæ non occultatur tactui pp illud quod sentit̃ de asperitate, & motu in nõ suo loco: & fortasse auditur, si auscultatur crepitatio occulta. Q̃ si fuerit inclinatio costæ ad interiora, & significant eam accidentia pleuresis, & est fortasse cum ea sputũ sanguinis, tunc non audent restauratores curare ipsam cum extensione ad exteriora propter defectum ingenij: qm̃ illud est difficile absq; vẽtosis: & qm̃ ex ventosis timetur ꝙ aggregetur materia plurima ad interiorem locum: & est in ea illud quod est de corruptione. Q̃ si cum facilitate administras eas, & non prolongas retentionem earum, non est malum. Verum qñq; cibant infirmum cibis inflatiuis valde, vt infletur venter eius, & comprimat inflatio fracturã, & impellat eam ad exteriora. Et hoc quamuis sit de illis à quibus in quibusdam horis non est excusatio, est tñ causa magna ad faciendum vt accidat apa. [i] Inquit quidam sapientum. Oportet vt cooperiatur locus cum lana infusa in oleo calido, & ponantur puluilli in eo quod est inter costas, donec repleatur vt sit ligamentum æquale qñ inuoluitur ẽm rotunditatem, sicut narrauimus in pectore: deinde ponatur sicut ponitur in habentibus pleuresim ẽm quantitatem conuenientẽ ossi: & si oppresserit nos res vehemens, & os pungit velamen punctura lædente, tũc oportet vt findatur cutis, & discooperiat̃ illud, quod discoopertum est de costa: deinde ponatur sub eo instr̃m quod conseruat siphac, vt nõ egrediatur siphac, & incidantur cum facilitate ossa, quæ pungunt, & exire facias: deinde si non accidit apa calidum, aggregentur labia scissurarum, & medicentur cum vnguẽto. Et si accidit ei apa calidum, cooperiatur cum puluillis infusis in oleo, & cibetur infirmus: & curetur cum eo quod sedat apostema calidum: & resupinetur super latus, super quod alleuiatur. H

G Pau. lib. 6. c. 96. de verbo ad verbũ vsq; ad capitis finẽ.
H Lib. 1. Fen. 1. doct. 5. c. 14.
I Paul. lib. 6. c. 96.

A *De{eo quod accidit spondylibus de fractura}.i.vertebris,spinæ dorsi & sacro ossi.* *Cap.* 8.

a Lib.6.c.98.Om... quæ in hoc ca... ...habentur.

INquit a Paulus,rotūditatibus spondylium accidit qñq; attritio: sed fractura parum accidit eis & tunc exprimuntur seu comprimuntur panniculi nuchæ: & nucha ipsa: & cōicant eis ambabus nerui in nocumento:& sequitur ea vtraq; mors,præcipue si accidat illud spōdyli colli.Et propter hoc oportet vt premittamus sermonem,& enunciemus perditionem factam.Et si est possibile vt pſumamus,& auferamus os lædens cū scissione,tunc illud fiat & si non, tunc oportet vt regimen ipsorū sit cū regimine quod sedat apata calida: Et si remanet aliquid ex partibus eminētibus spondylis q̃ sunt ex eis, quæ nominanť spinæ. (Nam illud cadit velociter sub digitis, qñ volumus eius comminutionem: qm̃ illud quod comminutum est,mouetur,& separatur à loco suo) tūc oportet vt auferatur illud scindendo cutem exterius:deinde aggregetur cū sutura, & administretur in co curatio incarnatiua.Et si frangitur os b †{alkeil}in inferiore parte alchatim, & alohosos, tunc intromittatur digitus index sinistræ manus in anum & æquetur os fractum cum manu altera ſm q; possibile est:& si senserimus os fractū iam separatū esse,tunc oportebit iterum,vt auferať cum scissione,sicut diximus:deinde administreť ligamentū,quod conuenit a no,& curatio cōueniens ei.

b † sacrum

De fractura{adiutorij}.i.brachij. *Cap.* 9.

OS b adiutorij cum frangitur,ſm plurimum non declinat nisi ad exteriora:quare oportet vt tu

B facias illud, quod oportet fieri in reditione fracturæ ad locum suum ſm q; c sciuisti: & tange ipsam manu tua æquatione vltima:& liga eam cum ligamento ascēdente ēt vsq; ad humerum: & & stringe cū eo si est proxima illi:deinde ligamento descendente ſm q; c sciuisti ēt vsq; sub cubito, si fuerit fractura propinqua cubito:postea liga ipsam ligamento tertio ascēdente ab inferiori vsq; superius:& suspende manum super pectus & non fit suspensa medeli, qm̃ est malum. Et melius quidem est vt ligetur adiutorium ad pectus & ſm meruzi & ſm angularitatem in cubito vt non moueatur:& proprie qñ fractura est prope cubitum.& d pone super ligamenta aut aquam & acetum,aut aquā solam,si fractura adhuc non apostematur:& fac ipsam ex lino cuius latitudo sit quatuor digitorum,non plus.Et si iam superuenit ei spatium, & apa est, tunc pone ipsam ex lana: & ablue ipsam in oleo,si tibi possibile est:& e si non fuerit aliquod prohibens, non soluas vsq; ad septem,& e quod est post eos vsq; ad decem,tunc solue,& liga cum hastellis: & si necessitas vocat te ad aliud,tunc solue in tertio:& est illud ad quod inclinatur f Hipp.qm̃ aufert nocumenta,licet noceat restaurationi.Verum in qualitate ponēdi hastellas oportet vt sufficiat tibi illud, quod tibi declarauimus in cap.suo:& g non separes ab ea stricturam ad minus vsq; ad.xl.dies.Et qñ indiges secundum consuetudinem extensione vehementi,& non obedit tibi, & nō excusaris auxilio alicuius adiuuantis te, h tunc fac sedere infirmum super sedem subleuatam, & sit ad stantem plus decli

C uis,q; ad sedentem:& appodietur super gradum scalæ,aut quod simile sit ex eis, quæ sciuisti in ca. dislocationis,& locus ille sit planus factus,& mollificatus,et linitus:deinde suspēde in cubito eius aliquid graue extendens ipsum ad inferiora: cum ergo extenderis extensione quæsita æquatur: quod si est excusatio vel si sufficiat,tūc liga cum vitta forti sub fractura,& supra illam: & fac iacere infirmum resupinum:& extende illud quod ligasti vitta cum fortibus vittis versus inferiora,& ad superiora:in illo enim est sufficientia.Et i qñ fractura est in medio adiutorij pone ligamētum cum vna & æquali elongatione à duabus extremitatibus adiutorij.Et si fuerit,ppinquior ad latus vnū: vel ad extremitatem vnam pone ligamentum vehementioris propinquitatis illi extremitati & elongatum ab altera extremitate. Et si fuerit contusio sola, tunc cura est curatio contusionis,& stringatur super eam ligamentum.

... 5.c... ...c.5.&.6. ...lib.6.c.99. ...Hip.2.de fract. ...de fract.4.f ...Hip.ibi.6.g ...Hip.2.de fract. ...f.19.cōt.t.1. ...5.4.

De fractura{brachij}.i.cubiti & radij. *Cap.* 10.

A k Ccidit qñq;,vt frangantur duo focilia simul:Et qñq; accidit, vt frangatur vnum eorum. Et fractura facilis inferioris est vehementior,& turpior,q; fractura focilis superioris: qñ singularis fit fractura vnius eorum:& illud ideo,qm̃ focile inferius est brachium deferens: quare eius fractura est deterior:& l qm̃ est nudum carne,tunc est fractura turpior.Et k iterum superius focile suscipit curationem faciliter,& sufficit ei extensio parua:& nō similiter est inferius:& proprie si fran

D gantur simul.Et oportet vt sustentetur apud extensionē adiutorij super alchua, & est radix volæ. Et m cognoscitur strictura ligamenti,qm̃ si accidit ex ea in digito apostema paruum,aut dolor paruus,tunc ligamentum est æquale,& si non est, omnino est molle: q; si est plurimum superfluum, tunc est vehemens:& oportet vt mollificetur.Positio autem hastellarum non est ex illis, quæ occultantur tibi,sed oportet vt non consequātur cum longitudine sua volam, & radices digitorum: immo abbreuientur ab hoc parumper,nisi necessarium faciat illud propinquitas fracturæ iuncturæ rascetæ.Verum tunc iterum oportet vt non tangant alharagem digitorum: Et cū restauratur, & ligatur,oportet vt suspendatur ad collum secundum figuram angularem. Et oportet vt sit suspensio eius,proprie si est eius fractura ad inferiora,cum panno cuius latitudo capiat longitudinē brachij totius:qm̃ si fuerit obuiatio suspensorij prope fracturam tantum & reliquum eius separatum à sustentatione,accidet tortuositas proculdubio,& declinatio ad illam partem ad quā necessitat vel cogit declinatio volæ,immo oportet vt sit vola,& plurimum brachij in suspēsorio.At vero si fractura fuerit ad superiora,oportebit vt suspensio sit ita, vt ab ea sit separata fractura & eleuentur duæ extremitates ex latere vole,& ex latere cubiti.Quod si separetur quod est inter illud, erit adiuuans ipsum ad æquationem figuræ.Et sit suspensoriū pannus leuis.Et fit suspēsio taliter, ne vllo

k Pau. li.6.c.100. l ...f.19.cōt.t.1. ...m ...f.19.cōt.t.1. ...

ne vllo modo voluatur aut torqueatur & vt nõ dilatet ipsum dilatatione laboriosa. Et fortasse accidit brachio vt restauretur velociter circiter.xx.& octo dies. E

De fractura {rascetæ}.i.brachialis, vel carpi. *Cap. 11.*

OSsibus istis parum accidit fractura, quoniam ipsa sunt dura valde: & quando aduenit eis causa aliqua, remouet ea locis suis, & non frangit ipsa: quare est perfectio curationis in ea quemadmodum [a] diximus in dislocatione.

A T.1.c.17.

De oßibus digitorum fractis. *Cap. 12.*

IStis iterum parum accidit fractura, immo accidit separatio. [b] Dixerunt quidam, si accidit eis fractura, oportet vt sedeat infirmus super sedem eleuatam: & præcipiatur ei, vt ponat volam super sedem æqualem: & extendat ossa fracta minister, & æquet ea medicus cum pollice, & indice. Q; si pollex fuerit inclinatus ad inferiora, tunc oportebit administrare ligamentum desuper: & fortasse accidit apa calidum. Et ad locum mollificationis horum ossium aggregatur superfluitas plurima: & coagulatur velociter, quare stringitur. Et si accidat fractura [c] †{selami} aut digito, si est polex, oportet vt ligetur ligamento proprio ei, & vt ligetur iterum cum vola, vt firmetur, & non moueatur. Et si accidit fractura alicui reliquorum digitorum, si fuerit index, aut auricularis, tunc ligetur cum illo qui approximet ei. Et si est de digitis medijs, tunc ligetur cum illo, qui est ex latere eius: aut ligentur omnes secundum continuitatẽ adinuicem, qm̃ est melius: firmantur enim & non mouentur, & sunt tunc quasi ligati sint cum hastellis.s.ossa fracta. F

B Pau.lib.6.c.101. de verbo ad verbũ.

C † aciei digitorũ

De fractura oßis lati, & {anchæ}.i.coxarum. *Cap. 13.*

OS [d] anchæ qñq; frangitur: sed raro cum dispositione fortitudinis suæ. Et accidit illud ei secundum semitam comminutionis extremitatum: Et qñq; finditur in longitudine: et qñq; impellitur intus ad ventrem: Et accidit post istas dispositiones iterum ex dolore, & punctura, & stupore cruris, & coxæ proximum ei quod accidit adiutorio ex fractura humeri. Et qñ frangitur os latum quod est supra alhosos, aut diuiditur seu separatur in frusta lacertus eius, fit res difficilis in rectificatione eius: quare fit vna duarum ancharum decliuis ad diminutionẽ. Et cura eius est vt iaceat infirmus, & incipiant duo homines fortes extendere duas coxas eius, quisq; eorum extendat coxã; & iam tenuit ante vnus manus eius, vt non prosequatur vel vt non descendat versus expulsionẽ vel tractionem eius qui extendit coxam eius: & incipiant duo restauratores comprimere ancham eius cum vehementia, & fortitudine, donec æquetur: deinde præparẽt super eam emplastrum: postea resupinetur super aliquid, quod sit sicut glomer ex panno, aut ei simile ex illis, quæ habent duritiem. Et [e] hoc quidem est proximum ei, cum quo curatur spatula iterum. Et qñ frangitur ex latere anchæ, tunc cura eius est cura fracturæ humeri. Et oportet vt administretur humectatio super ligamentum: & æquentur puluilli sicut oportet: & est necesse vt sit sustentatũ super locum planũ. G

D Pau.lib.6.c.97.

E Paul.ibidem.

De fractura {coxæ}.i.femoris. *Cap. 14.*

CVm [f] coxa frangitur, necessaria est extensio vehemens: deinde æquetur ßm formam naturalem, quæ ẽ ei. Et est gibbositas syluestris partis eius, & cõcauitas pauca in eius domestico, ßm ambulationem formæ, quæ est ei in sanitate. Et obseruentur in dispositione fracturæ medij eius, aut extremitatis eius superioris, & inferioris, dispositiones quæ dictæ sunt in [g] cap. adiutorij: & sit strictura ad superiora conseruans, & retinens. [h] Dixerunt: qñ frangitur, conuertitur ad loca anteriora, & ad exteriora: & illud ideo est, qm̃ ipsa est lata ab hac parte per naturam: & æquetur manibus, & ligamentis, & speciebus extensionis: quæ sunt ßm æqualitatẽ, aut cum strictura vnius duarum ligaturarum supra fracturam & alterius infra fracturam. Si [h] aũt fractura fuerit inclinata à medio, & fuerit propinqua capiti coxæ, tunc sumatur ligamentum, & inuoluatur in medio eius lana, vt non incidat carnem, & ponatur medium eius super pectinem, & ascendant extremitates eius ad partem capitis, & dentur ministro vt retineat eas ad inferiora. Et [h] si fractura fuerit in eo quod sequitur genu, tunc nos ponemus ligamentum in superiore parte fracturæ, & eleuabimus extremitates eius ad illum, qui extendat eas ad superiora: & teneat genu cum ligamento, inuoluens ipsum desuper: & æquetur membrum istud infirmo iacente super faciem suã, & crure eius extenso. Et [h] si fuerint ossa pungentia, tunc oportet vt æquetur, sicut diximus multoties: & quæ ex eis eleuantur capiantur: regimen vero sit ßm q [i] diximus in curatione adiutorij. Et [k] os quidẽ coxæ stringitur in.50.noctibus. Et ego enũtiabo qũo oportet vt sit situs eius, postquam aggregatur curatio cruris. Et [l] oportet vt ponatur inter duas coxas tunc pila de ligno, & ei similibus, seruans eam ad formam, ßm quam æquata est: & restauretur restauratione cognita, cum animaduersione & obseruantia eius quod accidit de apate, & pruritu. Et [l] qñ accidit super coxam, apa quod quidem est magnum, & est ex eis quæ festinant ad coxam, tunc oportet vt festinetur ad soluendum vt respiret, et extẽdatur apa. Et tu quidem iam sciuisti embrocas proprias. Verum in caugualib, & albarauach, & sunt tabulæ magnæ in quibus est parum concauitatis, vt decenter applicentur super inuolutiones, & capiant longitudinem pedis: qm̃ si breuiantur, & non restaurantur seu non applicantur super crus: & abscinduntur infra illud, tunc non est ex eis in quibus sit vtilitas quæsita: Et si prolongantur, erit infirmus ex eis in labore, licet si ipsæ abbreuientur non erit expers laboris. Et vtilitas prolongationis earum est, vt prohibeant iterum partem sanam pedis moueri: cum fuerit motus illius quantitatis nociuus fracturæ, & proprie in dispositione dormitationis, & somni. Et necessitas horum instrumentorũ non est nisi in fractura magna valde. Et non est possibile cum hoc vti eis, H

F Ras.29.cõti.t.1. c.2.365.4.

G 9.

H Pau.li.6.1.102.

I Cap.9.

K Paul.li.6.c.110.

L Ras.29.cõti.t.1. c.2.365.4.

A nisi antequam apostemetur: quoniam apostema non tolerat huiusmodi: & ad vltimum est grauitas, & malitia, & labor. Et oportet vt fugiatur ab eis, dum est excusatio cum ingenijs alijs. Situs autem restauratæ coxæ oportet vt sit secundum quod fuit consuetudo eius in sanitate, de assiduatione constrictionis, & dilatationis. Et illud quod est magis vincens est dilatatio. Et scias quod ille cuius coxa, & ancha sunt fractæ, parum denudatur à claudicatione. Et quando abscinduntur frusta lacertorum eius, prolongatur seu relaxatur primo, deinde contrahitur secundo.

De fractura rotulæ poplitis. *Cap. 15.*

Fa. lib. 6. c. 103.

R[a]Otula parum frangitur, & secundum plurimum conteritur. Et[a] cognoscitur illud quod accidit ei cum tactu, & asperitate, & cum vacuitate quæ intelligitur ei cum tactu, & auditur aure. Et[a] oportet in curatione eius vt extendatur crus, deinde intromittatur rotula in locum suum. Et [a] si separata fuerit, aggregetur prius, deinde intromittatur.

De fractura cruris. *Cap. 16.*

Hip. 2. de fract. / Raf. 29. cót. / 62. 4. / Pa. li. 6. c. 104. / ibidem.

Q[b]Vando frangitur os paruum cruris est saluius, quam si frangatur os magnum. Et quando frangitur arundo parua superior, est inclinatio ad exteriora, & [c] ante: & est ambulatio cum hoc possibilis. Et si frangitur arundo magna inferior, declinat crus ad posteriora & exteriora. Et [d] quando franguntur vtræque arundines simul, tunc est deterius: & [c] tunc quidem accidit cruri inclinatio B ad omnes partes. Et[c] scias quod curatio fracturæ cruris est secundum considerationem curationis brachij & in eius similitudinem. Et non est dispositio cruris in tortuositate, quæ accidit figuræ suæ naturali, sicut dispositio adiutorij: immo est rectum. Quare oportet vt sit extensio eius ad hoc, vt redeat ad rectitudinem.

De alckiab. i. clauiculæ fractura. *Cap. 17.*

1. c. 30.

CLauicula est excusata à fractura propter duritiem suam, & per circundationem defensionum: & plurimum eius quod accidit ei non est nisi dislocatio: & iam [e] dictum est de ea.

De fractura tali. *Cap. 18.*

Hip. 2. de fract. / Hip. ibi. 24. c. d / Hip. ibi. 23. c / Hippo. ibi. 28. g

FRactura tali est praua: & eius curatio est difficilis: & [f] plurimum quidem frangitur, cum cadit homo ex loco alto & cadit super pedem. Et [g] fortasse accidit cum eo attritio ossis cum cursu san. ad ventres lacertorum, qui coagulatur in eis. Et [h] quandoque perducit ad ægritudines magnas ex febre, & permistione rationis ex tremore, & spasmo pedis. [i] Cum ergo accidit in eo apostema congelatum, quod non apparet, & non egreditur, & apparet iam tenebrositas, quę non fuit: est signum malum, significans quod est in via putrefactionis. si autem est apostema apparens, impellens manum, tunc est melius: & fortasse fit facilis eius eruptio. Et quando talus restauratur, deambulatio est dolorosa super ipsum. Et quando non restauratur talus secundum quod oportet, destruitur iuuamentum.

De fractura digiti pedis. *Cap. 19.*

C CVratio eorum in fractura, & dislocatione est curatio digitorum manus. Et quandoque restaurator æquat eos pede suo calcando eos cum eo.

Fen sexta libri quarti. de venenis, & est quinque tractatuum.

TRACTATVS PRIMVS *est de radicibus eius quod scitur de dispositionibus venenorum ebibitorum, & distinctione sermonis in curationibus venenorum, quæ non sunt ex animalibus: cuius sunt summæ tres.*

Sermo vniuersalis de cautela à uenenis, quæ in potu dantur, & curatione eorum. *Cap. 1.*

Dios. lib. 6. c. 1. / met quasi oia / dicuntur, / c. 1. / ibidem.



[k] Vi timet quod in potu sumat venenum, oportet vt sibi caueat à cibis dominantium saporum, in acetositate, aut salsedine, aut acuitate, aut dulcedine, aut dominantium odorum: ipsi enim frangunt [l] cum illis saporibus & odoribus quod ipsi ponunt seu occultant. Et [l] oportet vt non præsentetur ei aliquid ex eis, quæ diximus, super famem vehementem, & sitim vehementem: vnaquæque earum enim occultat illud quod oportet vt detegatur ei propter vehementiam voracitatis, [l] quamuis cum repletus cibo, & vino sumpserit in potu venenum, accidunt veneno duo D accidentia, quorum vnum est, quod sepelitur in vacuitate eius quo repletus est: & secundum est, quod venę sunt plenæ: quare non inuenit venenum in eis penetrationem. Et fortasse est in eo [l] aliquid repugnans vel contrarium veneno. Et necessarium est ei iterum, vt ipse sit suscipiens secundum viam consuetudinis medicinas expellentes nocumentum venenorum, sicut [m] mithridatum: nam eius expertum est iuuamentum: & sicut confectio de bolo ar. Et [n] similiter ficus cum folijs rutæ, & nucibus, & sale trito: pondera vero sunt, quoniam sumuntur rutæ siccæ partes. xx. & nucum partes. ij. & salis partes. v. & ficuum siccarum partes. v. Et [o] algeduar est mirabile in expellendo nocumentum venenorum omnium, & [p] bis musbuha. Et ego non verifico an sint duæ medicinę, aut vna medicina. Et iterum seminis [q] napi pondus. drach. i. 5. bibatur cum vino decocto. Et ruta, & sal etiam similiter. Et [q] necessarium est caùenti, vt non sit omnis cautela eius in cibo dato ab alio, aut quod in potu sumit tantum: quoniam fortasse accidit ei vnde non existimabit: [r] immo quandoque contingit, vt cadat res maligna sicut lacerta, & rutela, & scorpio in eo quod decoquitur, & in vasis in quibus est vinum: [r] plurima nanque venenosorum diligunt odorem vini, & currunt ad ipsum: & quandoque moriuntur in denan, idest in vasis in quibus reperitur vinum, & quandoque bibunt ex eo, & euomunt in ipso: & propter hoc oportet vt caueantur tecta: & quod est sub arboribus magnis: & herbosa loca.

Dios. ibidem. / 140. 2. / Dios. ibi. 1. & 2. / 1. 2. c. 745. / 1. 2. c. 50. / Dios. ibidem. 1. / Dios. ibi. 140. 2.

Sermo

Sermo vniuersalis de venenis quæ bibuntur. Cap. 2. E

SPecies venenorum sunt duæ.s.faciens operationem suam cum qualitate quæ est in ipso:& efficiens cum forma sua,& tota substantia sua.Et primum quidem aut est corrodens,putrefaciēs,[a] sicut lepus marinus.Aut inflammans,calefaciens sicut euphorbiū:Aut infrigidans,stupefaciens [b] sicut opium.Aut oppilans vias anhelitus in corpore,sicut merdasengi. Efficiens autē cum tota substantia est sicut napellus:& sicut alheleil,quod dicitur esse gummi napelli:& sicut cornu spicæ:& sicut fel alnemer & quæ sunt illi similia:& hæc sunt deteriora venena. Et iterū de venenis sunt quæ agunt super vnum,& idem membrum,sicut cantharides super vesicam:& lepus marinus super pulmonem.Et de eis sunt quæ agunt super totum corpus,sicut opiū. Et omne quidem quod interficit cum permutatione complexionis,aut cum putrefactione,aut cum aduentu super membrum,posibile est vt sit effectus post tps:licet putrefaciens quanto plus remaneat in corpore,tanto plus est effectus eius deterior.Et salus ex eo est cum resolutione accidente ei: & per illud quod succedit ei per sudorem,& similia:aut per curationem contrariam. Et [c] scias ꝙ nocumentū narcoticorum in complexionibus calidis ex parte est debilius:& ex parte est fortius:& quæcunq; duarū fuerit dominans erit iudicium ei:inquātum enim complexio calida in corde resistit eis, est eorum effectus debilior:& inquantum ipsa inueniunt in corporibus calidis,subtiliationem substātiæ suæ frigidæ,grauis,& attractionem per virtutem motus arteriarum,& attractio earum est apud cōstri- F
ctionem,erit eorum nocumentum in corporibus calidis vehementius:præcipue cum ipsa sint cōtraria complexioni eorum.Et videtur vt sit sermo in venenis calidis ille sermo iterū : complexio enim calida resistit eis cum expulsione à corde,& resoluit virtutem calidorum venenorum:sed arteriæ complexionis calidæ attrahunt ea : quare accidit sicut illud. Et propter illud dixit [d] Gal.ꝙ [e] †{alchuniun}& existimo ipsum esse napellum,aut venenum interficiēs, interficit hominem,& non interficit [f] †{alzarazir,}qm̄ ipse non peruenit in [g] †{alzarazir}ad cor, nisi post spatium in quo iam passus est à corpore passionem:postq; non remanet nisi passio conuersionis cibi:et in homine festinat ante illud,pp latitudinem meatuum,& vehemētiam caliditatis, & virtutem motuū attrahentium arteriarum:& dico ꝙ iste est modus quidam. Verum proportionalitates iterū inter virtutes agētes,& patientes,sunt ex eis quæ oportet cōsiderari : Et vnde sciuit,ꝙ [h] †{alchuniun} sit venenum per comparationem ad complexionem latam,quæ est animalis absolute ita,vt sit interficiens:cum figitur in homine,et non interficiens,cum non firmatur in stornellis:fortasse enim alchuniun non est venenum per comparationem ad complexionem stornellorum. Et si non conuerteretur in cibum vel nutrimētum,& perueniret ad cor eorū,sicut ipsum peruenit ad cor hominis cum velocitate,non interficeret. [i] Inquit & fuit quędam anus suscipiens in principio rei de napello rem paruā:deinde non cessauit vti eo,donec assuefacta est eo natura : & audacter vsa est eo, G
& nihil nocuit ei.Et dico hoc:& dixit Rufus:ꝙ [k] nutrita fuit puella cū veneno , vt interficerentur per eā principes qui cum ea conuenirent.Et ꝙ ipsa in complexione sua consecuta est consecutionem maximam,ita vt saliua eius interficeret animal,& non appropinquaret eius saliuæ gallina.

Significationes specierum venenorum. Cap. 3.

SIgnificantur qnq; per ea quæ eueniunt in corpore de nocumentis.Nam si [l] euenit simile mordicationi,& incisioni,& puncturæ,& corrosioni, scitur ꝙ venenum est de genere medicinarū acutarum,calidarum,mordicantium:sicut arsenicum,& alsech,& argētum viuum extinctum. Et [l] si accidunt inflammatio vehemens & exuberatio venarum seu eminentia venarum & sudor & rubedo oculi,& angustia,& sitis,significant ꝙ est venenum propter caliditatem tm̄, sicut euphorbium.Et [l] si accidunt profunditas somni,& stupor,& frigus,significant ꝙ venenum est de genere narcoticorum.Et [l] si non apparent nisi casus virtutum,& sudor frigidus,& syncopis, tūc est de venenis quæ contraria sunt homini cum tota substantia:& est deterius eorum.Et qnq; significantur per odores,aut odorem corporis totius sicut fortis odor opij in eo,qui bibit ipsum: [m] Aut odorem membri eius,sicut odor oris,cū bibuntur venena putrefacientia,sicut lepus marinus,& [n] †{alchunites}& cantharides.Et [m] quandoq; significantur per vomitum : nam cum euomitur venenum, non elongatur quin visus cadat super substantiam eius,quod in potu datum fuit de eo. [m] Aut cognoscatur per odorem,aut per saporem,sicut cadit visus super lithargyrium, & gypsum, & super sanguinem congelatum,& lac coagulatum:& similiter opium cognoscitur per odorem, & lepus marinus,& ranæ per abominabilem saporem. [o] Signa mala.Cum incipit ei qui venenum sumpsit superuenire syncopis,& permutatur eius pupilla,& occultatur eius nigredo, tunc non speratur euasio:& similiter si rubeant oculi eius,& egrediatur lingua ipsius. Et casus pulsus, & sudor frigidus est significatio mala.Et in huiusmodi dispositione parum viuit.

(The letter H stands in the right margin beside the line "non elongatur quin visus cadat … Aut co-".)

Canon curationis eius qui in potu sumit venenum. Cap. 4.

OPortet vt nō moretur,immo properet cum sentit ipsum , antequam virtus eius perambulet in corpore,& [p] bibat aquam tepidam,& oleum sisaminum,aut oleum de oliuis , & euomat, & perueniat in hoc ad vltimum quantū potest. Et melius quidem est vt in ea sit virtus anethi & baurach.Et qnq; admiscentur cum oleo litium,& adeps anseris. Et diligitur vt sit illud quod ipse bibit ad vomendum de his & alijs res plurima,& cibi plurimi:ipsi enim licet non euomantur, tamen,qnq; frangunt venenum,& superant ipsum : & cum vomuerit quod possibile est ei, deinde bibat lac plurimum:qm̄ ipsum frangit nocumentum veneni. Et non est malum si euomit ipsum

iterum,

A Ga.10. de simp. medic.fac. fol.73.h
B Gal.8. de cōpos. phar. sm loc.cap.3. fol.190.g
C Summa.3. eā.1. & Gal.li.3.de simp. medic. facul.c.18.h
D Ibidem.18.c
E † cicuta
F † sturnos
G † sturnis
H † cicuta
I Gal. lib.3. medi. simpli.c.18.c
K Ras.35.cōti.t.1. c.1.493.2.
L Ras.t.8.c.1.
M Dios. lib.6.c.1. 241.2.
N † rubeta
O Ras.35.cōti.t.1. c.1.493.1.
P Ras.t.8.c.1.

A iterum, [a] vt bibat decoctionẽ seminis vrticæ cum butyro cocto, ad expellendũ venenum vomendo, & solutionẽ faciendo: deinde bibat lac. Et butyrũ crudum est melius lacte. Et [a] iterũ decoctionem seminis lini. Et silr vinum dulce cũ adipe anseris liquefacto. Et silr aquam cineris lignorũ vitis. Et oportet vt sequanť vomitum clysteria, proprie qñ sentitur descensus læsionis ad inferiora. Si aũt fuerit cõmotio supra illud, vtať eo quod facit vomere, & soluit. Et nõ dimittať potus lactis. Et si tibi necessariũ fuerit, vt in potu tribuas ei verbi gratia, theriacã de terra sigillata, fac: ipsa enim adiuuat corpus ad expellendum venenũ, & proprie cũ in potu dať in principio rei. ipsa enim facit euomere venenũ sicut est, cuius descriptio est. [b] Bacarũ lauri aure. ij. terræ sigillatę aure. ij. & ireos, conficiatur cũ oleo. Et sit dosis eius auellana vna. Et iterũ carpobalsami, hyssopi siccæ, seminis napi syluestris, piperis albi, & nigri, piperis longi, acori, anisi, petroselini, assari, cymini, carmeni, seminis hysquiami albi oĩum ana aure. iiij. spicæ, floris squinãthi, amborũ ana. aure. v. casię. ʒ. xviij. amomi, croci amborũ ana. aure. vi. conficiantur cũ melle: & deť in potu quantũ est fama romana. Et sumere in potu terrã sigillatam, sicut ipsa met est, cũ vino, facit illud. Et [c] existimauerũt quidam ꝙ cũ in potu sumiť stercus galli, statim facit euomere venenũ. Et ex eis quæ in potu danť iterum, sunt succus prassij, & folia cannæ, & celtica, & semen bauciæ, & castoreũ, & auellanæ, & ficus, & ruta. Et de illis quæ laudata sunt in hoc capitulo, est, vt in potu deť galbani fœtidi pondus. ʒ. iiij. & myr

B rhæ. ʒ. i. cũ vino dulci. Et qñ post vomitum accidit inflammatio vehemẽs, tunc da ei in potu aquã niuis, & oleum rof. infrigidatum, & vomat cũ hoc. Et oportet vt non dormiat omnino: & non dimittat seipsum taliter vt dormiat: immo oportet vt euigilare ipsum faciant oĩno, & rideant, & clament in circuitu eius. Cumqꝫ manifestatur ei forma, & cognoscitur venenũ, curetur oẽ venenum cũ eo quod dicitur in suo capitulo. Et hæc quidem manifestatio fit ſm duos modos, quorum vnus est, vt cognoscať cuius generis sit venenũ: & secundus vt sciatur cuius speciei ipsum sit. Exemplũ primi est, [d] vt sciatur ꝙ ipsum est ex incisiuis, acutis, quare curet ipsum cũ eis, quæ sunt sicut lac, & butyrum crudum, [d] & [e] †{alfeludegi fluidum}factũ cum oleo amygdalino, aut butyro cocto: & cum omni quod frangit acuitatẽ. [d] Aut sciatur ꝙ est ex inflãmantibus, quare infrigidetur cũ camphora, & aqua rof. & aqua coriandri, & quæ sunt similia illis. Et oĩa illa sint infrigidata cũ niue: & emplastrentur membra eius principalia cũ eis, quæ sunt sicut altahaleb, & alia: & renouetur super eũ infrigidatio in omni hora. Et ex eis, quæ conferunt hmõi valde, [f] est lac vaccinum de quo extractum est butyrũ infrigidatum. Et [f] si indiget phlebotomia, phlebotomeť. [f] Aut sciatur ꝙ ipsum est ex stupefaciẽtibus: quare administrenť ea quæ sunt sicut theriaca, & medicamen de assa fœtida in vino puro: & silr allium. [f] Aut sciatur ꝙ est contrariũ per substantiã, quare curetur cũ mithridato, & theriaca, & medicamine muschi, & bezard: & vtatur aqua carnis & vino: Et administreť ægro

C aromaticũ: Et [f] euenteť locus ad quem vadit causa morandi. Et [f] induať vestibus aromatizatis. Et [f] sternutet. Et [f] friceť os stomachi eius. Et [f] suffleť in os ipsius. Et tendanť capilli ipsius. Cum aũt cognoscitur spẽs veneni, curetur cũ eo quod ipsi propriũ est, de illis, quæ dicemus. Et ad summũ ex medicinis, q̃ bibunť causa venenorũ, [g] aut quæriť cõfractio acuitatis veneni, aut resolutio substantię eius cũ eo quod est sicut lac & albezahar. [g] Aut queriť per eas exitus substãtię eius, sicut ꝑ terrã sigillatã. [g] Aut q̃riť oppositio qualitatis eius, sicut potare alliũ in vino ad illũ quẽ pupugit scorpio.

Medicinæ communes ad venena. Cap. 5.

SVnt medicinæ quæ contrariæ sunt veneno, quare non permittunt ipsum peruenire ad cor: & sunt sicut theriaca, & mithridatum, & albezahar: & quæ sunt experta: & [h] terra sigillata: & theriaca facta ex ea: & theriaca diatessaron. Et dixerunt [i] quidam ꝙ flos oleandri, & folia eius liberãt à veneno. Et dicitur ꝙ granum harar est mirabile in hac re cui nõ est par. Descriptio ad illud Rec. aniudem, & radicis eius, amborum ana. ʒ. i. & sceha armenæ. ʒ. ij. conficiantur cum melle: & detur in potu cum aqua malorum. Et medicamen ex eo factum est vltimum. Et radix [k] buchormarien, qñ potatur cum vino, & [l] calamentho iterum: & semen napi. Et [l] iterum agarici. ʒ. ij. cum vino: & [m] capilli veneris, & [n] maluæ: & semen eius: & folia ipsius iterum: & [o] cinnamomum, & [p] medulla leporis cum duabus vnc. aceti de vino: [q] aut de castoreo aureus vnus cum. ℥. ij. olei oliuæ & [r] abro

D tani. Et iterum sumatur [s] aqua [t] †{alhasceh}expressa, & detur in potu. Et [v] semen bauciæ proprie cretensis. Et [x] assa, Et [y] decoctio pollij: Et decoctio siseleos. Et [x] semen arboris serapini mirabile est. Compositum. Rec. seminis arboris serapini syluestris, & castorei. & foliorum arundinis oĩum ana partem. i. pulpæ coloquinthidæ triplum omnium. detur in potu ex ea auellana magna. Et res quarũ operationes proportionantur cum proprietatibus in eis, sunt sicut illud quod [z] dixerunt: ꝙ caro donnulæ syluestris mundificata, salita est de fortioribus medicinis ad expellenda venena.

Summa prima de venenis congelatorum ex mineris, & alijs.

De lapide rubeo. Cap. 1.

DIxerunt quidam hominum ꝙ in lapidibus est lapis venenosus, similis corallo: & ꝙ pondus sextæ drach. i. ex eo est interficiens. Et inuenimus ipsum in venenis veris, quæ operanť tota substantia, sicut napellus. Et dixerunt ꝙ cura eius est cura napelli: & medicinæ magis iuuatiuæ sunt albezard.

[a] *De argento viuo.* Cap. 2.

A [b] Rgentum quidem viuum plurimi qui bibunt non læduntur eo. Egreditur enim cũ dispositione sua per inferiorem regionem. [b] At vero ei in cuius aure funditur argentum viuum,

accidunt dolor vehemẽs,& commistio rõnis, & qñq; perducit ad spasmum, & sentit grauedinem E vehementẽ illius lateris, & qñq; perducit [a] ad epilepsiam, & ad apoplexiam pp lesionem substãtiæ cerebri cum frigore eius, & commotionẽ, & permutationem ipsius. [a] Extinctum aũt, & sublimatum, vel subtiliatũ est malum, nociuum, incisiuum ex quo accidunt [b] accidentia similia accidentibus eius, qui bibit lithargyrium, ex punctura, & torsione intestinorũ, & [a] fluxu sanguinis, & grauitate linguæ, & grauedine stomachi, & apatur corpus eius, & retinet̃ vrina ipsius. Cura. De bona curatione post vomitum, & ea quæ currunt cursu eius, est vt in potu detur de medicinis, quæ sunt sicut myrrha pondus. ʒ. iij. in vino, & tribuat̃ in potu [a] cum aqua mellis vice vna post aliã. Et [a] iterũ fiat clystere cum ea cũ baurach: deinde consequẽter post illud adhibeat̃ [a] curatio rasuræ, & clystere eius, cũ confortatione cordis iterum cum medicinis cõibus. [a] Cum aũt est effusum in aure, oportet tunc vt surgat super pedem vnũ, & saliat super partem illam cũ inclinauerit caput suum quã plurimum possibile est ei declinare, & proprie qñ suspenditur per manũ, quę est in latere alio ab aliqua re: & silr̃ qñ commouetur super illam partẽ. Et [a] ille qui vult colligere ipsum cũ radio plumbi intromisso in aure, & inuenit argentũ viuum cum eo suspẽsum, est errans qm̃ argentum viuum qñ est in illo loco, & qui propinquius est ei, non indiget patiens nisi vt concutiatur, & saliat tm̃: & si fuerit profundius q̃ in illo loco, non fit iuuamentum per illũ stylum, & non peruenit ad ipsum.

A Rasſ.t.8.c.42.

B Diosſ. lib.6.c.28.

De [c] †{lithargyrio,}& limatura plumbi. Cap. 3. F

Accidit ei qui bibit lithargyrium, vt apetur corpus eius, & [d] grauet̃ lingua ipsius, & [e] retinent̃ eius vrina & [d] stercus: & fortasse non retinetur stercus, immo superfluit fluxus ventris eius, & [e] sentit grauitatẽ in stomacho suo, & suis intestinis: ita vt qñq; egrediatur anus, & [e] perueniat ad rasurã, & [e] sit in supremo eius inflatio, & exit in vẽtre eius quasi glandula lapidea, & [e] fit color eius plumbinus, & constringit̃ anhelitus ipsius, & fortasse præfocatur, & qñq; accidunt cũ eo accidẽtia ileos, & fit color corporis sicut color plumbi, & fit spuma in ore eius, & [f] constringitur anhelitus. Et silr̃ limatura plumbi. Cura eius. Oportet vt succurratur, & incipiatur cũ [g] curatione cõi ex vomitu: & sit cũ aliquo in quo sit apertio, [f] sicut decoctio seminis apij, & ficus, & anethi, & baurach. Et oportet vt in potu dent̃ myrrhæ. ʒ. iij. in vino: [g] aut detur in potu spica romana cũ fimo colũbæ pascentis cum vino, qm̃ ipse curat. Et [g] oportet vt in potu tribuatur absynthiũ, & hyssopus: aut semen apij: aut piper proprie, totũ illud cum vino: aut põdus. ʒ. i. myrrhæ cũ pondere mediæ. drach. piperis, donec sudet. Et dent̃ ei in [h] potu sex kirat scamoneę in aqua mellis. Et cibi eius qbus oportet ipsum [i] assidue vti, sunt alessidbegi facta ex carne agni. Et [k] signũ sanitatis eius est, q; soluit̃ natura, & prouocat̃ vrina. Et ad vltimum indiget aperitiuis cognitis prouocatiuis, & solutiuis.

C Diosſ. lib.6.c.27. de spuma argenti.
D Rasſ.t.8.c.41.
E Diosſ. lib.6.c.27.

F Alza. lib. pract. trac.30.sect.1.c.4.
G Diosſ. lib.6.c.27.

H Rasſ.t.8.c.41.
I Rasſ. 35. cõti.t.3. c.2.498.3.
K Alza. lib. pract. t.30.c.4.& Rasſ.t.8. c.41.

De potatione cerusæ. Cap. 4.

Accidit ei qui bibit ipsam vt [l] albificetur lingua eius, & [m] mollificentur membra ipsius, & ve- G hementes fiant [l] tusses, & [l] singultus eius, & permisceatur eius rõ, & [l] infrigidet̃ corpus eius, & infrigidetur eius cerebrũ, & exiccetur, & superueniat ei syncopis: & qñq; sentit in gutture suo ponticitatẽ, & inuenit in vua, & [l] lingua sua asperitatem, & siccitatem: & in ventre suo puncturã, & in stomacho mordicationẽ, & in ore stomachi dolorẽ, & in hypocõdrijs tensionem, & anhelitu stricturã, & fortasse peruenit ad præfocationem, & albificatur color corporis eius, & qñq; mingit nigrũ, & sanguineum. Cura eius, est similis curę lithargyrij: & [l] datur in potu scãmonea in aqua mellis: & prouocantia vrinam: & clysterizatur: & non permittitur dormire. Et de his quæ ingrediuntur in faciendo ipsum vomere sunt oleum [n] †{alacohem,}& [l] oleum de lilio, & oleum de narcisso: & cadunt in medicinis eius gumma pruni: & [o] †{duadem alderdar.} Et iterum de illis, quæ conferunt ei est vt comedat sisamum paruum, & masticet ipsum, & bibat super ipsum vinum.

L Diosſ. lib.6.c.22.
M Rasſ.t.8.c.43.

N † Diosſ. narcissinũ
O † Diosſ. gummi quod vlmus plorauit, aut humor quẽ vlmea folia reddiderunt, cum tepida aqua.

[p] De gypso. Cap. 5.

Ex gypso accidit simile ei, quod accidit ex cerussa. Verum [p] eius strangulatio magnificatur: & oportet vt curetur cura cerussæ, & [p] curatione fũgorũ: deinde dentur [q] in potu mucilagines viscosæ: vt remoueat̃ [p] asperitas gutturis pp lenificationem prædictam: & sorbitiones lenificãtes. Et indiget solutione ventris cũ scammonea, & similibus: & iteret̃ solutio aliquoties: & [q] si abrasio fiat, curetur abrasio. Et [p] de eis quæ rememorantur ad gypsum est cinis extremitatũ vitis cũ hasce. H

P Diosſ. lib.6.c.24.
Q Rasſ.t.8.c.40.

De zangiefar & de sech. Cap. 6.

Accidunt ex ambobus accidentia [r] similia accidentibus argenti viui extincti: verum ex sech quandoq; accidit solutio ventris plurima: & est dignius signorum eius. Cura est illa eadem cura: deinde administrentur sorbitiones pingues: & adipes lenes.

R Rasſ.t.8.c.42.

[s] De alziniar. i. de viride æris. Cap. 7.

Accidunt ex eo punctura vehemẽs, & [s] mordicatio fortis in gutture, & incisio in [s] visceribus, & [s] vlcera, & [f] vomitus. [f] Curatio est similis curationi arsenici quam dicemus.

S Rasſ.t.8.c.46.

[t] De limatura ferri, & eius scoria. Cap. 8.

Accidit ex illis dolor [t] vehemens in ventre, & [t] siccitas in ore, & [t] inflãmatio, & superat dolor capitis. Cura est dare in [t] potu lac cum eo quod soluit cum fortitudine: deinde detur in potu [t] butyrum coctum, & crudum tandiu donec sedetur dispositiones illæ. Et assiduetur [t] effusio olei rosſ. & olei violſ. & olei de kalef conquassatorum cum aceto super capita eorum. Et qñq; datur in potu potanti ipsum [v] aliquid de magnete, vt aggregetur illud quod separatũ est ad se ipsum: deinde consequenter adhibentur solutiua prædicta. Et quandoq; datur ei in potu ex ipso omni die

T Rasſ.t.8.c.45.

V Li.2.c.1.c.470. & Rasſ. li.35.cõt.t.3. c.2.498.4. & Sera. de simpli.c.384.

pondus

A pondus.ʒ.i.deinde danť ei ad sorbendum post ipsum iura vnctuosa,lubrificatiua cũ butyro vaccino cocto:vt solutio vẽtris fiat,si fuerit descẽdens:aut euomat ipsum cũ eis,si ẽ adhuc in stomacho.

[a] De calce,& arsenico. *Cap. 9.*

EI cui datur in potu ex ambobus simul,accidunt [b] punctura,& [b] vlcera in intestinis.Et ei cui in potu datur arsenicum sublimatũ,accidit ex ipso proximũ illi quod accidit ei ex sech. Et qñq; accidit tussis lædens.Et cui in potu datur calx sola,accidunt siccitas oris,& dolor stomachi, & difficultas vrinæ,& solutio ventris cum sang.& egreditur calx in vrina eius: & qñq; accidit ex ea frigus extremitatum,& accidit syncopis,& qñq; exiccatur lingua, & accidit præfocatio. Cura. Incipiat cum eo quod oportet, [c] ex potu aque calidæ cũ iuleb,vt euomat,aut cum oleo:deinde sumat decoctionem [d] se.lini,& [d] decoctionem rizi,& decoctionem erucæ,& aggregationem ambarum, aut succum molochiæ cum melle,& non cesset sumere in potu lac, & mucilagines, & viscosa, & vnctuosa,& [d] iura cum adipibus,& proprie [d] cum maluis. Et [c] curetur tussis si acciderit ei cum lenitiuis:Et cura calcis est vomitus,& clysteria,& vnctuositas,& lenificatio. Et cura eius ẽ proxima curæ cantharidum & de istis,quæ dicuntur in hoc,est vt sumatur vrina asini & fel gazeli, & detur in potu quantitas drach.i.in aqua calida.

[e] De aqua saponis. *Cap. 10.*

B AQua saponis propinqua est dispositioni calcis,& arsenici. Et cura eorũ est cura illius.

De {vitriolo,& alumine}.i.atramento. *Cap. 11.*

VItriolo,& alumine commouetur ex potu amborũ tussis vehemens, perducens ad phthisim. Cura [f] eorum est potare lac asininum, & potare butyrum crudum,& zuccarum , & syrupos de hyssopo,& similia.

De potu aquæ frigidæ in ieiunio. *Cap. 12.*

EX potu illius in ieiunio,& [g] post balneum,aut coitum,timetur corruptio cõplexionis & [h] hydropisis. Cura est medicamen de curcuma , & medicamen de lacca & similia : Et quandoq; [h] sufficit vinum purum,& potare ipsum super eam.

Summa secunda venenorum ex plantis.

De napello. *Cap. 1.*

NApellus est de deterioribus.Et accidit potanti ipsum,vt apostementur labia ipsius, & [i] lingua eius,& [k] egrediunť oculi eius,& frequens fiunt super ipsum [k] vertigo,& [k] syncopis,& non exercere seu nõ mouere potest crura ipsius,& est malum,& q̃ euadunt ex eo raro euadunt quin cadant in hecticã,aut phthisim,& qñq; facit epilepsiã odor eius.Et eius succo imbibunť sagittæ,& interficiunt quẽ inueniũt statim.Cura.

C Oportet vt festineť ad faciẽdum vomere bibentẽ ipsum cũ decoctione seminis [k] napi: & [l] rapæ & denť in potu vinũ,& butyrum coctũ vaccinum,dando potũ super potũ , & silr̃ [m] decoctio corticũ glandium cũ vino.Deinde cura eius principalis est [n] bezahar,et medicamen de muscho , et [o] algeduar,et [p] buha seu bis mus buha [q] et theriaca magna qñq; cõfert in eo vsq; ad terminũ.Et de melioribus rebus ẽ vt in potu deť [r] muschus ĩ fricatione albezahard:aut quãtitas.ʒ.i.de medicamine muschi cũ siliqua vna muschi.Et existimant [s] quidã q̃ radices capparis sunt bezahar napelli.Et oĩa al bezaharad sunt bona ei,et ꝓprie illud q̃d simulať alumini,et habet fila sicut fila lithargyrij. Et aĩal nominatũ mus napelli,et [p] est mus cõtrarius napello,et destruiť eius operatio,cũ comediť ex ipso.

De cornu spicæ. *Cap. 2.*

APparent in eo qui in potu ex eis sumit,signa sirsen,et [t] nigredo linguę,et [t] distillat sanguis ex virga eius gutatim. Cura. Oportet post curam cõem ex vomitu cum aquæ ordei cum oleo rof.tepido,et similibus,vt in potu [u] detur camphoræ aure.i.in.ʒ.i.aquæ rof. Et [x] emplastretur hepar,et cor ipsius cum emplastris vehementis infrigidationis,et camphoratis,et cum sandalis confectis.Et detur in potu quod sit sicut sauich malorum acetosorum, et [y] sauich hordei cum aqua niuis in iuleb,et dentur in potu succus granatorum acetosorum,et succus citrulorum,et melonis alzachi et aqua hordei,et [y] aqua solatri,et aquæ lactis acetosi.

D *De farsiun.* *Cap. 3.*

HAnc medicinã ignoro,et existimo ex quibusdã modis existimationis q̃ ipsa est silis napello. Et [z] signa quæ ꝓpria sunt huius medicinæ dicunť esse,q̃ accidũt ei q̃ bibit ipsam,mordicatio in ventre,et [a] singultus,et syncopis,et citrinitas in facie tota, et ꝓprie in labijs,et infrigidať anhelitus eius,et fœtet corpus eius,et stupefit,et permisceť ex ea rõ post grauitatem in capite,et minorať pulsus,et abscindiť,et sudat sudore frigido,et rubet,et moritur.Et cura eius est cura napelli.

Numeratio medicinarum venenosarum calidarum.De euphorbio. *Cap. 4.*

ACcidit ex eo angustia vehemens,et inflammatio,et eueniunt mordicatio in vẽtre, et singultus,et fluxus ventris ex ipso cum superfluitate. Curatio. Oportet vt euomat,deinde infrigidetur,et detur in potu [b] butyrum crudum,et coctum cum fortitudine:deinde cureť curatione cornu spicæ,et stet super aquam granati muzi,et [c] aquam malorum muzorum, et aquã lactis acetosi.

De lacte tithymallorum. *Cap. 5.*

ET ipsa quidem sunt septem [d] dicta in medicinis singularibus,et proprie lac alsabrem, et lac alhascir,et lac alhagiati.Et non accidit ex eis ex mordicatione,et solutione ventris sublimi, nisi q̃ accidit ex euphorbio: [e] quare oportet vt frangatur eorum virtus cum lacte extracto butyro,et

butyro cocto, & crudo: Et curetur accidens proueniens ex eis de solutione vẽtris cum sanguine, aut mictu eius, cum eo quod scitur in cap. eius. Et dicitur ꝙ de lacte sabrem interficit pondus. ʒ. ij. Et cura eius est balneatio cum aqua niuis. Et lactis alhascir interficit pondus drach. iij. in duobus diebus, & [a] comminuit hepar in partes minutas. Et cura eius iterum est similis illi. E

A Ras. 35. cõti. t. 3. c. 1. 498. 1.

De scammonea. *Cap.* 6.

DOsis eius interficiẽs est drach. ij. & habet dispositiones proximas illis, quæ dictæ sunt. Et de eis quæ oportet vt frangant malitiam eius, sunt lac extracto butyro, & sauich malorum, & [b] rob cydoniorum, & rob de ribes, & [b] sumach.

B Ras. t. 8. c. 54.

De almezerion, & chamælea. *Cap.* 7.

D[c]Osis interficiens eius est. ʒ. ij. Et accidunt ex eo vomitus, & solutio ventris superflua. Et nigrum quod nominatᷣ chamælea est interficiẽs plus, & [d] accidunt ex eo mordicatio vehemẽs in visceribus, & dolor in corpore toto, & cõmotio, & singultus: deinde vomitus phlegmaticus, & spumosus: deinde perducit ad spasmũ, & destruit vocẽ. Cura. Necessariũ est dare in potu [d] lac dulce, & [e] butyrũ coctum frequenter, & [e] iuleb iterũ, vt illud frangat malitiam eius. Et qñ magnificatᷣ timor, tũc necessariũ est dare in potu theriacã, & mithridatũ, & medicamen de terra sigillata. Et cũ sedatᷣ, dentur in potu post ipsa, [e] oxymel & [e] endiuia diebus aliquot, vt remoueatᷣ malitia cõplõnis.

C Li. 2. t. 2. c. 463.
D Paul. lib. 5. c. 38. de chamęleonte nigro.
E Ras. t. 8. c. 53.

De oleandro. *Cap.* 8. F

OLeander plurimum [f] interficit homines, & animalia: & parum ipsius facit incurrere [g] angustiam vehementem. & inflationem ventris, & [g] inflammationem maximam: Et est calida, & sicca, mordicatiua incisiua. Et [g] aqua in qua nascitur oleander, est mala, & cũ non est excusatio ab ea, oportet tunc vt distilletur, aut misceatur cũ iuleb. Cura. Oportet vt sumat decoctionẽ [h] fœnugræci, & [h] dactylos alsheir, qm̃ sunt mirabiles, & [i] semen agni casti, & agnus castus ipse, & decoctio amborũ est theriaca eius: & [i] ficus cum [i] melle, & [i] zuccaro, & iuleb, & dulcia omnia, & [i] rob vuæ est bonum, & cum hoc necessaria sunt vnctuosa, quæ sciuisti multoties, & sequi ea cũ clysteribus.

F Ras. 35. cõti. t. 3. c. 1. 498. 1. & t. 8. ad almans. c. 36.
G Ras. t. 8. c. 36.
H Ras. t. 8. c. 36. & Haly. 4. pract. c. 51.
I Ras. ibidem.

De anacardis. *Cap.* 9.

ACcidunt ex eis incisio in gutture, & concauitate ventris, & inflãmatio, & [k] ægritudines acutæ, & qñꝙ paralyticantur quædam mẽbra. Et cũ ex eis saluatur, [k] faciunt accidere alienationem. propterea quia adurunt melancholiam. Et quod de eis interficit est pondus. ij. aure. Et qñꝙ non nocent quibusdam hominibus cũ proprietate: & proprie qñ comedunt eos cum nucibus. Et [k] ego iã vidi qui ex eis comedebat cum nucibus, & nõ nocebatur ex eis. Curatio. Dentur in potu oleũ amygdalinum, & [k] sisaminum, & [k] butyrum coctũ, & crudum, & lac dulce, & vnctuosa ex iuribus, & ea quæ currunt hoc cursu, vt sedentᷣ mordicatio & adustio accidens ex masticatione, deinde detur in potu [k] lac acetosum vaccinum, infrigidatum cum niue: & [k] oleum viol. infrigidatũ, & G [k] aqua hordei infrigidata: & aqua fructuũ infrigidata: & sedeat in aqua niuis, & curetur curatione sirsen. Et de rebus quibus curatur, sunt grana [l] pini. Et [m] nux est eorum bezahar.

K Ras. t. 8. c. 35.
L Ras. 35. cõti. t. 3. c. 2. 499. 2.
M Ras. t. 8. c. 35.

De {*alkebikengi*}. i. ranunculo. *Cap.* 10.

ESt iterum de eis quæ interficiunt sua acuitate. Eius cura est similis curæ anacardorum. Et olea sunt de rebus magis iuuatiuis nocumento eius.

De staphisagria. *Cap.* 11.

ACcidentia eius, & dolores ipsius sunt sicut accidẽtia cantharidarum. Et cura earum est cura eius. Et nos dicemus illud in [n] capitulo suo.

N 3. t. 2.

De ruta agresti. *Cap.* 12.

ACcidunt eis q bibunt ex ea [o] egressio oculi ad exteriora, et adustio, et inflammatio vehemẽs. Cura eius. Oportet vt [p] euomat cũ aqua calida, & oleo: deinde curetᷣ cura oleandri, et similiũ.

O Ras. 35. cõti. t. 3. c. 1. 498. 1.
P Ras. 35. cõti. t. 3. c. 2. 498. 3.

[q] *De tassia.* *Cap.* 13.

[r] †{HÆc est gumma rutæ montanæ:} & quandoꝙ sentitur [q] in sapore eius sicut sapor arbeda rungi, & est calida. Et [s] accidit illi qui bibit eam retentio eorum omnium, quæ currũt ex vtrisꝙ vijs, & [t] apostematur lingua, & accidunt [t] rugitus, & inflammatio & adustio in gutture & stomacho, & egressio oculi, et rubedo faciei: et fortasse fiũt seræ in corpore ex acuitate eius: & multoties perducit ad difficultatem, & paruitatẽ anhelitus. Cura est vt properet, et euomat, et sumat in potu post illud lac, et butyrum coctum, et crudum: et aquam hordei, et gargarizet, et cum oleo ros. et lacte dulci: et [t] dentur in potu syrupus acetosus, et [t] infusio absinthij. Et ex eis quę nota sunt apud eos, sunt sicut bezahar semen eius, et [t] gluten albotin, et [t] radix [v] †{almaruth,} et decoctio origani. Et dicitur iterum ꝙ [t] castoreum cum aceto calefacto, aut melle: et hoc forsitan est secundũ semitam proprietatis, aut secũdum semitam expellendi à corpore cum resolutione: verum secundum apparitionem necessitatis infrigidatio est conuenientior. H

Q Dios. lib. 6. c. 21.
R †———
S Oppositũ. lib. 2. t. 2. c. 710. repetit cap. 33.
T Dios. lib. 6. c. 21.
V † laseris

De algilbehenech. *Cap.* 14.

A ACcidentia eius, et cura ipsius, et curatio condysi, et ellebori albi sunt eadem.

De aldend syni. *Cap.* 15.

A[x]Ccidit ex eis solutio ventris maxima valde. Cura. Oportet vt euomat si potest, et frangatᷣ virtus eius dando in [x] potũ lac, et butyrum crudum, potum post potum, aut detur in potu lac extracto butyro: et elaboretur in prohibendo solutionem ventris. Et quandoꝙ succurrit ad nocumentum earum ad prohibendam solutionem ipsarum theriaca.

X Ras. t. 8. c. 51.

De condysi,

A *De condysi, & elleboro albo, & cyclamine, & succo cucumeris asinini, & speciebus nigellæ malæ, & agarico nigro.* *Cap. 16.*

C[a]Ondysi facit euomere vomitum magnum,& qñq; fit præfocatio ex eo.Et silr cyclamen,& elleborus albus:ipse enim facit vomere,& facit nauseam, & qñq; aggregat quod non expellitur,immo præfocat:& qñq; mouet solutionem ventris.Et omnia perducunt hominem ad syncopim,& casum virtutis,& sudorem frigidum,& spasmum:& proprie elleborus albus,& agaricum nigrum qm̃ ambo sunt similis impressionis.Inquit [b] Gal.pulsus bibentis elleborum albũ in principio suo est latus,rarus,debilis valde,tardus valde,propter præfocationem caloris innati sub materia plurima,quam aggregauit vel adinuenit virtus medicinæ subito,& nõ potest eam expellere natura.Et [c] cum dominatur,apparet diuersitas cui nõ est ordo, qm̃ virtus intrinseca est coarctata. [c] Cum autem incipit ordinari,& æquari valde,incipit ægri dispositio bona fieri. [c] Quod si eius dispositio non fuerit tendens ad rectificationem,immo ad singultum,& spasmum, debilitatur pulsus,& diuersificatur,& inspissatur valde:cum ergo præfocatur efficitur frequẽs sine ordine,& tardatur:quoniam calor extinguitur:& quandoq; apparet in ipso vndositas propter humiditatem. Et elleborus quidem est [d] ex eis,quæ interficiunt canes. Cura. Oportet vt properes ad mundificandum eum cum eis quæ scis,aut facias descendere materiam nocumẽti eius [e] cum clysteri forti, B cum eis quæ sunt sicut pulpa coloquinthidæ:deinde curetur præfocatio eius cum eis, quæ dicunt in [f] capitulo fungorum.Et qñ minoratur vomitus,si est in principio,fiat vt euomat: & non sit res plurima:quare oportet vt impleatur venter eius [e] aqua tepida,deinde euomat:deinde iteretur.Et quando accidit spasmus,[e] detur in potu lac cum butyro plurimo: & inungantur iuncturæ eius cũ ceratis lenibus:& applicentur tinæ temperatæ:& curetur cura spasmi sicci.

De elleboro nigro. *Cap. 17.*

ACcidunt ex eo [g] solutio ventris vehemens,& præfocatio: & [h] cum dantur in potu.ʒ.ij. spasmat,& interficit,& antecedunt illud pulsus cordis,adustio linguæ,& mordicatio seu constrictio cum dentibus super eam,& eructuatio,& inflatio:deinde spasmatur bibens ipsum,& tremit, & moritur. Cura. Frange iterum virtutem eius cum eis quæ [i] sciuisti,& detur [h] in potu absinthiũ cum vino.Aut sumantur [h] cymini,& anisi,& castorei, & spicæ partes æquales: & dentur in potu ex eo circiter drach.ij.cum vino: Et pone super inflationem pannos calefactos & fomentationes carminantes ex eis quæ sciuisti:deinde ciba ipsum [k] caseo recenti cum melle, & butyro recente,& cocto,& iuribus vnctuosis,& vino dulci,& vino plurimæ commistionis.Et si acciderit ex eo spasmus,tunc fac illud quod dictum est in [l] capitulo ellebori albi. Et [m] cum solutio ventris eius superfluit,sedeat in aqua frigida,& bibat alrobub & medicinas restringentes.

C *De harmedanich.* *Cap. 18.*

A[n]Ccidunt ex pondere drach.ij. eius pruritus, & apostema mortale. Cura eius est [o] cura euphorbij.

[p] *De aldadi.* *Cap. 19.*

Q[q] Vando plurimum sumitur ex eo interficit.Cura eius est illud quod facit vomere, & solutionem ventris cum generibus lactis,& vnctuosis secundum modum quem * sciuisti.

De kebs alkerua, & sisami. *Cap. 20.*

DIcitur q᷑ perscrutatio vltima in expressione horum duorum est venenum vehemens interficiens.Et q᷑ cura eius est cura communis.

De castoreo. *Cap. 21.*

CVm castoreum rancidum fit,accidũt [r] ex eo accidentia birsen calidi,cũ strangulatione:& [s] interficit illud in die vno:& proprie illud quod de eo est nigrum,& fœtidum, & cinerulentum quod declinat ad nigredinẽ. Cura. Oportet vt euomat ex eo cum aqua anethi,& calamẽthi,& seuestem cum melle,& vino:deinde dent in potu acetosa,sicut acetositas citri,& robub fructuũ acetosorum,& [r] acetum vini solum,& [r] lac vaccinum acetosum,& [t] succus malorum, & [t] lac asininũ.

De squilla agresti. *Cap. 22.*

D Q[v]Vandoq; accidit ex acceptione eius,& ex multo vsu eius, quæ bona est etiam exulceratio intestinorum,& viarum hepatis:& antecedunt eam punctura, & incisio cum accidit illud: quare oportet vt festinet,& sumat in potu [u] lac decoctum cum frustis ferri ignitis, & [u] vitellos ouorum elixatorum in aceto,& suffuf seminum,& cum frixis,& similibus.

[x] *De {strangulatore adib & strangulatore alnemer.}.i.aconito.* *Cap. 23.*

A[y]Cidunt ei qui sumit ex eis ambobus,põticitas in palato,& vua,& meri,& canna pulmonis: & siccitas cum apostemate:& eleuatur ex ore eius vapor fumosus, & peruenit res ad grauitatem linguæ eius,& tremorem temporum ipsius:deinde ad tremorem,& spasmum, & obfuscationem coloris,& [z] præfocationem:& fit illud cum rugitu in ventre,& ventositate plurima: & accidunt bibẽti strangulatorem alnemer,scotomia,& tenebrositas oculi quoties vult ire vel moueri cum humore in oculis,& grauatur pectus eius.Et strangulator quidem alnemer nascitur in terris arenosis,& locis alijs,& est amari saporis,& horridi odoris. Cura. [a]Oportet vt properes ad faciendum ipsum vomere cum eis,quæ scis:deinde clysteriza ipsum: postea da in potu sicut origanum montanum,& prasium,& rutam,& absinthium,et sceha armenum cum vino,et chamępityos in vino:aut detur in potu olei balsami quantitas drachmæ vnius & semis in vino.Et melius [b]vinum

est illud in quo extinctum est ferrum,& [a] argentum,& [a] aurum,& [b] scoria ferri ipsius est bona: & E coagula,& proprie [c] coagulum cerui,& gazeli,& [a] hœdi:deinde iura vnctuosa.

A Diosc. lib. 6. c. 7. B Diosc. ibi. & li. 5. c. 46. C Aet. lib. 4. ser. 1. c. 59.

De azadaracht. Cap. 24.

FOlia eius interficiunt animalia,& lignum eius quandoq; interficit.& cura eius est cura cōmunis:& est proxima curæ oleandri.

De cortice rizi. Cap. 25.

ILli cui datur in [d] potu cortex rizi,ſm quod dixerunt quidam primorum, accidit statim dolor in ore,& in lingua,& [d] apatur lingua eius,deinde extenditur dolor in meri ipsius, & stomacho,& intestinis eius:& inflammatur totum corpus eius:& numerant eum inter venena. Cura. Curetur curatione cantharidum:& oportet vt sint in oleo quod ipse in potu sumit,decocta cydonia.

D Alzar. lib. pract. t. 30. sect. 1. c. 39.

De semine vrticæ. Cap. 26.

A[e]Ccidit ex eo illud quod accidit ex squilla:& iterum accidit ex eo quandoq; tussis fortis. Et [e] cura eius est cura squillæ. Verum tussis eius curatur cum lenitiuis, sicut est [e] syrupus viol. cum aqua hordei & alijs,[e] ex medicinis tussis.

E Ras. t. 8. c. 38.

De turbith malo,citrino, & nigro. Cap. 27.

A[f] Ccidunt ex eo sicut sunt accidentia [g] ellebori nigri,& [h] agarici nigri.Et cura eius est illa cura:& appropriatur ei sorbere [i] oleum amygdalarum plurimum. F

F Lib. 1. Fē. 4. c. 9. G Cap. 17. H Cap. 16. I Ras. t. 8. c. 54.

[k]*De{sebardion}*.i.sardonia herba. Cap. 28.

EGo non cognosco naturā huius medicinæ,neq; curā eius,nisi cōem,& existimo ipsam esse de acutis:& nō elongatur quin sit de non acutis.[k] Dixerūt ergo, est medicina ex qua accidit permistio rōnis,& tetanus:ita vt accidat labio eius de tensione dispō similis risui: & [k] exemplificant Græci q; ipse ridet risu [l] †{sebardion.} Et cura eius est cura cōis. Et dixerunt quidam oportet vt euomat bibens ipsam,& bibat post ipsam aquā mellis:& conferūt ei potus lactis,& inungere manus cum calefacientibus:& administratio tinæ calidæ,& fricatio:& medicinę ad spasmū malignū.

K Diosc. li. 6. c. 14. L † sardonio

[m]*De{tusom}*.i.toxico. Cap. 29.

HVius iterum non cognosco naturam:neq; curam:& existimo ipsam esse de acutis:& non est longinquum,quin sit de non acutis.Et dicitur quod facit accidere phlegmonem in labijs,& lingua,& maniam,& alienationem,& casum pulsus.

M Diosc. li. 6. c. 20.

De medullis fructuum rancidis. Cap. 30.

DIspositiones earū,& cura,proximæ sunt eis,q̄ dicta sunt in squilla: & proprie cū [n] robub fructuū,sicut ē syrupus de agresta,et ribes,et malorū,et vrticę:& accidūt ex eis nausea,& syncopis,& angustia:& [n] istæ medullę sunt sicut nuces,& nuclei chrysomelorū & neregil,& amygdalę.

N Ras. t. 8. c. 30.

De vino puro in ieiunio. Cap. 31. G

M[o] Vltoties facit illud accidere præfocationem,& dolores,& inflammationē, & proprie post exercitium,& laborem:& proprie quando vinum est grossum,& dulce. [p] Cura est euacuatio per phlebotomiam,& solutionem ventris,si necesse est: & vomitus est optima medicina, si ei facilis est:deinde infrigidetur complexio cum aqua frigida,& aqua lactis acetosi, de quo extractū est butyrum:& aqua fructuum,& trochiscis de camphora,& similibus.

O Diosc. lib. 6. c. 33. P Diosc. & Ras. 35. cōt. t. 3. c. 1. 498. 2.

[q]*De melle malo.* Cap. 32.

PLurimum eius affertur de regione Arabiæ:& hoc mel est acutum, [r] faciens sternutare illum qui ipsum odorat.& accidunt ex ipso iterum accidentia mala, & similia eis quæ accidunt ex squilla,& vrtica,& similibus:& festine veniunt [s] odoranti & potanti ipsum syncopis, & sudor frigidus.Et de melle est aliud malum,quod dicam in accidentibus suis. Et cura eius est sicut iudiciū [t] †{alsucharan}vt [u] comedat rutam,& [u] pisces salitos,& [u] potet syrupum nominatum aumeli: & non cesset comedere & vomere quantum possibile est ei.

Q Diosc. li. 2. c. 74. & lib. 6. c. 8. R Ras. 35. cōti. t. 3. c. 2. 499. 1. S Lib. 2. t. 2. c. 496. T † Diosc. li. 6. c. 8. aconiti. V Diosc. li. 2. c. 74.

[x] *De{aldabach.i.visco}*.i.ixia. Cap. 33.

SIquis bibit aldabach,accidunt rugitus in ventre, & punctura absq; fluxu ventris, & vertigo. Cura. Oportet vt in potu dentur aqua, & mel: & euomat ea: & clysterizetur clysteri leui: & confert ei sumere in potu [y] absinthium cum melle, & syrupum acetosum. Et illud quod appro- H priatur est decoctio rutæ. Et iterum [y] spicam cum [y] castoreo, & pipere. & vaporetur cum aqua calida, & aceto.

X Diosc. lib. 6. c. 21. & c. 13. repetit li. 2. t. 2. c. 728. de visco & non dicit esse venenum. Y Diosc. ibidem.

Summa tertia de medicinis,quæ sunt ex plantis venenosis frigidis.

[z]*De{opio}*.i.meconio. Cap. 1.



[a]Ccidunt si bibitur opium stupor extremitatum,& frigus earū, & [z] pruritus ex quibus odoratur odor opij,& vertigo,& [b] singultus,& tenebrositas oculorum, & strictura gutturis,& [b] anhelitus,& paruitas eius,et [b] citrinitas eorum, et obfuscatio extremitatum,et citrinitas labiorum,et faciei,et difficultas eructuationis,et [b] profunditas somni,et grauitas linguæ,et oscitatio,et submersio oculorū: deinde perducit [c] ad spasmum præfocantem,et [d] sudorem frigidum,et [b] anhelitum frigidum, et mortem. Et de causis interfectionis eius est ingrossatio sanguinis,quare non currit: et quod ipsum infrigidat spiritum, et spasmat instrumenta anhelitus.Et [e] dosis ex eo interficiens est pōdus drach.ij.interficit enim in duobus diebus:et proprie quando [f] datur in potu cum vino: qm̄ ipsum facit illud magis operari, nisi vinum ad hanc summam deueniat,vt ei resistat,et in corporibus calidis:quoniā vehementius est

Z Diosc. lib. 6. c. 17. A Ras. 35. cōti. t. 3. c. 1. 498. 1. B Aet. lib. 4. ser. 1. c. 69. C Halya. 4. pract. c. 43. D Ras. t. 8. c. 18. E Haly. & Ras. ibi. F Gal. lib. 3. simpl. medic. cap. 18. h, & cap. 19. d, & Ras. 35. cōt. t. 3. c. 1. 498. 1.

A est ei contrarium,& velocius penetrans,sm quod [a] diximus in canone. Cura eius. Administretur in eo [b] regulæ euacuatiuæ communes ex vomitu cum oleo, & aqua, & sale,& baurach:deinde cũ syrupo acetoso:& dentur in potu aqua,& mel: [b] deinde clysterizet̃ clysteribus fortibus.Et de medicinis eius [c] sunt syrupus acetosus,& [c] absinthium:& iterum syrupus de absinthio:& assa est theriaca eius:& [d] similiter cinnamomum proprie,& cum aceto, & syrupo acetoso iterum : & silr̃ [d] castoreum proprie:& [d] piper cum vino,aut syrupo acetoso:& [d] origanum,& [d] ruta,& sal, & silr̃ oleũ ros.cum aceto,aut cum melle. Et [e] allia,& [e] nuces sunt bona in eo. Et detur in potu bibenti ipsum theriaca propria ei. [e] Rec.assæ,& sauinæ,& castorei,& piperis æquales partes, conficiatur cũ melle,cuius dosis sit à quantitate auellanæ vsq; ad quantitatẽ nucis. Et multoties liberat ab eo potare aure.i.assæ in pondere.ʒ.xxv.vini odoriferi.Et [f] vinum antiquum plurimæ quantitatis est mirabile ei:& proprie qñ est subtile,odoriferum,plurimum tolerans aquam: & [e] est cum cinnamomo:& non est quod sit [g] sicut theriaca,& [e] sagzenea,& mithridatum cũ vino.Et oportet vt commoueat̃ cerebrum eius per [e] sternutationem cum condysi,& similibus:qm̃ est curatio bona ad expellẽdas causas eius.Et oportet vt trahantur capilli eius:& [e] nõ permittatur dormire:& vt [e] inungatur corpus eius cum oleis calidis [e] sicut est oleum de costo,& [e] oleum de lilio:& odoret quod [h] est sicut castoreum,& sicut muschus.Et oportet [b] sedeat in tina calida,vt non spasmetur,& non fiat fortis cũ
B eo pruritus,& [b] sorbeat iura pinguia,& [b] medullas proprie,& adipes.

De nuce methel. Cap. 2.

ACcidunt ex ea vertigo,& rubedo oculorum,& tenebrositas,& ebrietas, & profunditas somni,& quandoq; interficit [i] ex ea aureus vnus in die vno : & proprie est illa , quæ est inda : & antequam interficiat,accidunt ex ea sudor,& anhelitus frigidus. Illa autem quæ est minus media drach.facit profunditatem somni & inebriat,& non interficit nisi debiles hominum.Cura.Maior cura eius est vomere cum nitro,& aqua,& oleo,& butyrum , est theriaca eius. & detur in potu cũ ea vinum plurimum cum pipere,& pyrethro,& bacis lauri,& cinnamomo, & castoreo : & [k] confert ponere extrema in aqua calida:& calefiat corpus cum panno.Et inungatur cum oleo de ben, & costo:& laboret quantum possibile est ei:& exercitetur,& cibetur post illud cibis pinguibus,et vino dulci,& administretur cura opij.

De [l] †{*aliebruha,*}*& est radix mandragoræ,& est assebizegi.* Cap. 3.

ACcidentia eius sunt accidẽtia nucis methel:& dispositio eius [m] est sicut lethargia,& pruritus, & cuzez,& surditas,& quod in ea deterius est, sunt cortices ipsius,& grana ipsius sunt proxima illis,& corpus eius iterum quandoq; efficit aliquid ex hoc.Cura proxima est curæ nucis methel,& opij.Et oportet vt in potu detur [m] absinthium in vino,& iterum piper,& castoreum,& vi
C num,& sinapis,& acetum iuuatiuum est eis,& omnibus stupefactiuis. Et [m] fiat vt sternutet iterũ cum hmõi medicinis & olfaciat picem & [m] fumum licinij lampadis extincti nouiter.Et de eis quę oportet,vt ponantur super capita [m] eorum,sunt acetum vini,& oleum ros. & nõ dimittantur dormire:immo euigilentur trahendo capillos,& faciendo sternutare,& præmendo radicem pollicis.

De [n] †{*derufitun.*} Cap. 4.

EST medicina de summa narcoticorũ:& est in natura hyusquiami albi,& inebriat.Et [o] accidunt ex ea in primis nausea,& singultus,& punctura,& dispõ sicut ilios, & qñq; facit vomere sanguinẽ,& solutione ventris facit ipsum exire,& perducit ad syncopim,& facit profundũ somnũ,& mortificat ex quarto vsq; ad septimũ post stupefactionẽ corporis totius.Et [p] cura eius ẽ cura cõis.

De hyusquiamo albo. Cap. 5.

ACcidit ipsum bibenti,vt mollificentur [q] membra eius,& apostemetur lingua ipsius,& [q] egrediatur spuma ex ore eius , & [q] rubent oculi ipsius , & accidunt ei [r] vertigo , & tenebrositas oculorum,& constrictio anhelitus,& surditas,& [s] pruritus corporis , & gingiuæ , & [t] ebrietas, & [t] permistio rationis,& fortasse facit [v] epilepsiam,& qñq; [v] narrat vocibus diuersis, & quandoq; ridit,& quandoq; hinnit:& quandoq; emittit vocem auis,& quandoq; facit vocem cornicis. Cura. Oportet vt in potu dentur statim [t] aqua,& mel,& lac [t] vaccinum,aut [t] caprinum,aut [t] ouinum ite
D rum cum melle,& absq; melle,& butyrum,& [t] grana pini decocta cum vino , aut amygdalæ pini. Et iterum [t] decoctio ficuum,& iterum vinum dulce plurimum, & iterum cepe assatum : & detur in potu semen raphani:& [t] sinapis,& [t] nasturtij,& [t] semen vrticæ,& omne acutum incisiuum. Et dentur in potu [t] cepe,& [t] allium,& [t] raphanus,& semen eorum.Et non est aliquid sicut mithridatum,& theriaca,& sagzenea,& similia,& theriaca opij.Et cura eius est vomere.

[x] *De*{*sucharan*}.i.cicuta. Cap. 6.

ACcidunt ex eo p̃focatio,& [y] frigus extremitatũ,& [y] tensio vehemens, [y] præfocans,& [x] tenebrositas visus,& forsitan nõ videt aliquid,& [x] destruit imaginationẽ,& [x] infrigidat extrema: deinde [x] spasmat,& [x] p̃focat,& interficit. Cura.Administra in primis clysteria,& [x] vomitũ,& ventris solutionem sm quod [z] sciuisti,incipiendo à clysteribus:deinde [a] da in potu de vino puro aliqd post aliquid,hora post horam:qm̃ est magni iuuamẽti deinde det̃ in potu lac [x] [b] †{ }vaccinũ, aut absinthiũ:& det̃ in potu [x] piper cũ vino:& silr̃ castoreũ,& ruta,& menta,& [c] †{altit,}& [x] folia lauri,& grana eius,& rob vuæ iterũ.Et [y] theriaca opij iuuatiua est ei.Et ex illis q̃ conferũt eis,sunt [x] semen vrticę,& alaniudẽ,& [x] cordumeni,& [x] storax,oĩa illa cũ vino:& silr̃ decoctio corticũ mori, & oleũ balsami cũ lacte.Et [d] oportet vt emplastret̃ vẽter eius,& stomachus ex farina trici cũ vino.

[a] De{vua vulpis stupefactiua mala}.i.dorycnio. Cap. 7. E A Diosc. lib. 6.c.6.

ACcidunt ex ea obfuscatio coloris,& [a] exiccatio linguæ,& [a] singultus,& [a] vomitus [a] sanguinis plurimus & sputum eius,& [a] fluxus ventris cum abrasione mucosus. Et [a] accidit ex ea in gustu sicut sapor lactis.Cura eorum est s͡m curationem communem:fiat illud : aut [a] detur in potu lac asininum cum aqua mellis:& [a] lac caprinum iterum:& [a] [b] †{altit} cū aniso:& [a] cochleæ omnes iuuatiuæ sunt ei:& [a] pectora gallinarum decocta:& comestio [a] amygdalarum amararum. B † dulce vinum, quod tepidū bibat

De coriandro humido. Cap. 8.

CVm multum sumitur de coriandro humido,& comeditur circiter media libra aut bibitur de succo eius subito,& quod [c] proximum sit ei.ʒ.iiij.eueniūt inde [c] vertigo,& scotomia, & [d] permistio rationis,& [d] grossitudo vocis,& [e] profunditas somni,& defectus vocis,& sermonis , [d] sicut ebrietas ex sordidis sermonibus ebrietatis,& alia:& [d] odoratur ex eo odor coriandri. Cura. Oportet vt euomat,& proprie cum [d] oleo de lilio,aut oleo oliuæ proprie cum decoctione anethi : & sit in ea baurach,& [d] cibetur vitellis ouorum sorbilium cum sale,& pipere , & [d] iure gallinæ pinguis cum sale plurimo,& pipere:& [d] similiter iure anseris cum vino forti puro:& detur ei in potu paulatim:& sit illud quod ipse comedit cum pipere plurimo,& sale:& confert eis absinthium, [e] & cinnamomum aut piper in vino,& confert ei aqua salsa:& vinum coctum est vltimum ei.

C Ras.35.cōti.t.3.c.1.498.1.
D Diosc. lib. 6.c.9.
E Ras.t.8.c.23.

[f] De psyllio. Cap. 9. F F Diosc.lib.6.c.10.

A [f] Ccidunt ei qui bibit psyllium,casus virtutis,& pulsus , & frigus totius corporis , & tristitia, & constrictio anhelitus,& tensio,& inquietudo,& stupor cum debilitate , deinde syncopis. Cura [f] eius est sicut cura coriandri.

De fungis, & tuberibus malis. Cap. 10.

NOcumentum fungorum aut est [g] per genus eorum:qm̄ de eis sunt qui sunt mortales:& [g] aut pp̄ multam commestionem ex eis.Et mali quidem in genere suo sunt illi quorum ortus nō est in loco in quo cognoscitur salus eius,quod nascitur in ipso:immo est natiuitas eius in loco malo,& apud lapides venenosorū,& [h] apud arbores fortis qualitatis.Et [i] qui de eis nigri sunt,& [i] virides,& [i] vt color pauonis,oēs sunt mali:& accidunt ex eis [k] strangulatio,& constrictio anhelitus,et inflatio ventris,& stomachi,& singultus,& pūctura,& citrinitas coloris,& paruitas pulsus,& horripilatio,& [k] syncopis,& [k] sudor frigidus,& interficiunt. Cura. Fiat vt euomant cū eis quæ scis:& proprie cū [i] succo raphani cū baurach:deinde detur eis [g] cinis vitis in syrupo aceto. & [g] pyra sunt theriaca eorū proprie folia arboris,quæ ex eis est syluestris,& almuri ēt est theriaca eorū, & oportet post vomitū vt in potu detur de muri nabati aliquid post aliquid : & [l] de baurach. Et mel iterū est theriaca eis.Et [m] stercus gallinæ est maximi iuuamenti eis , cū in potu datur in syrupo acetoso: & baurach iterū:& sal indus:& [i] succus calamenthi cum syrupo acetoso,& baurach.Et confectiones calidæ sicut [i] diapepereon:& [i] diacyminum,& [i] vinū antiquum forte,& [n] aristolochiæ,& [n] radix opopanacis,& [n] fæx vini,& [n] sinapis.& iterū absinthium,& [o] origanum montanū,& decoctio amborum,& decoctio ficuum.Et oportet vt vaporetur quod est sub hypochondrijs eius semper.

G Diosc.lib.6.c.23.
H Diosc. li.4.c.71.
I Ras.t.8.c.25.
K Gal.li.2.alimēt. cap.69.de fungis & Ras. ibidem.
L G.li.2. alimēto. c.69.de fungis.
M Diosc. li.4 c.71. & Gal.10. simplic. medic. fol.77.a, de stercore gallinaceo
G
N Diosc.lib.6.c.23.
O Diosc. li.4. c.71.

De sagittis armenis. Cap. 11.

ET de illis quæ conueniunt in hoc capitulo est regimen curationis vulneris sagittæ armenæ. [p] Dixerunt quidam oportet vt bibat statim galbanum,qm̄ est curatio illius. [q] Dixerūt & donnula syluestris excoriata extractis visceribus saliatur,& exiccetur , & bibatur ex ea duo aurei cum vino.& iam peruenit ad me [r] ꝙ potus stercoris humani est theriaca ad illud.

P Ras.li.35.cōti.t.1.c.2.493.4.
Q Diosc. li.2. c.23.
R Ras.494.1.

TRACTATVS II. *de venenis ebibitis,quæ sunt ex animalibus.* Cap. 1.


HOrum venenorū ebibitorum ex animalibus quædā sunt, quæ sunt caro illius aīalis, & totū corpus eius,qualitercunq; sit.Et quædā,quæ sunt membrū proprium aīalis. Et quædā quæ sunt in humiditate eius.Et oīs diuisio est s͡m duas diuisiones:ex ipso enim est,quod est pp̄ substantiā eius,sicut caro ranarū lacunaliū : & ex ipso est qđ est pp̄ accidēs ei,sicut pisces frigidi,& assaturæ suffocatæ,& lac coagulatū in stomacho.

De animalibus quæ interficiunt omnino corporibus suis,aut corrumpunt. Cap. 2.

PRima quidem diuisio ex diuisionibus est stellio,et cantharides,& ranæ, & lepus marinus, & lacertus.Et diuisio secunda est pisces frigidi,& assaturæ suffocatæ. H

[s] De cantharidibus. Cap. 3. S Diosc.lib.6.c.1.

CAntharides sunt acutæ mordicatiuæ pernitiosę facientes accidere puncturam,& dolorem in visceribus,& omnino dolorem [s] extensum ab ore vsq; ad pectinem,& etiam apud anchas,et renes,& hypochondria,& [t] vlcerant vesicam vlceratione dolorosa,apostemante:& [u] apostemant virgam,& pectinem,& partes eius cum inflammatione vehementi. & faciūt surgere ad vrinam. Cumq; ille qui eas sumpsit [s] vult mingere,non potest , aut [f] mingit sanguinem , & frustum carnis cum dolore vehementi.Et quandoq; accidunt cum hoc [s] solutio ventris cum abrasione : & [f] syncopis , & grauitas , & [s] permistio rationis , & casus cum surgit ad scellam & nausea , & grauitas. Et plurimum læsionis earū est in vesica,& [f] inuenit sumens eas in ore suo saporem [x] †{alkitram} & picis,& ista quidem animalia sunt nocibiliora apud ortum alshari ante,& post: & in autumno. Cura. Oportet vt [s] euomat , & clysterizetur sicut scis. & oportet vt ponatur in eo cum quo vomit,& clysterizatur [s] nitrum:& [v] decoctio ficuum iterum:& sit vomitus continuus vel frequens. Et si viderit vt intendat conseruationē vesicæ,faciat deinde detur in potu [s] lac potu frequente, & iterum

T Ga.li.de ther.ad piso. c.4.a,& lib.3. de tēper.c.3.c
V Ras.t.8.c.17.
X † picis, cedriæ

A iterum psyllium,& aqua [a] portulacæ,& [a] butyrum crudum plurimũ:deinde clysterizetur iste cum aqua hordei,& [b] althææ, & [a] albumine oui, & mucilagine [b] seminis lini, [b] †{aut aqua hordei, }& aqua [b] rizi,& decoctione [b] fœnugræci,aut decoctione [b] candarusii,& [a] iuribus pinguibus,& [a] oleo amygdalino,& [b] adipe anseris,& vitellis ouorum sorbilium,& butyro cocto,& mlle,aut iuleb,& oleo amygdalino.Et lac acetosum vaccinum bonum est ei.Et cõferunt ei [b] aqua mellis, & [b] grana pini maiora,& minora,& [b] vinum coctum,& pinguedo anatis,& decoctio cum granis diureticis: sicut sunt grana melonis,& [b] cucumeris, & [a] decoctio ficuum cum syrupo violaceo. Et sicut si in potu detur oleum de cydonijs,est theriaca ei:& oleum de lilio:& similiter [b] lutum samium.Et confert ei solutio ventris cum syrupo hydromelle. Et [a] oportet vt distilletur in virga bibentis ipsum oleum ros.non cum iniectorio seu schizabulo:immo cum embula subtili vel cannula subtili,et leniore,quod est & administretur tina tepida.

[c] De lepore marino. Cap. 4.

ACcidunt ex ipso, si de eo in potu datur,[d] constrictio anhelitus, & difficultas eius, & rubedo oculorum,& tussis sicca,& [d] sputum sanguinis,& [c] difficultas vrinę,& mictus sanguinis,aut [c] vrinæ violaceę,& [d] dolor in stomacho,& [c] vomitus superfluus cholerę,& [c] sanguinis:& ictericia, & angustia,& dolor renũ:& egestio eius est violacea,& qñq; est mucosa:& [c] sudat sudore fœtido, B & abhorret cibum,& [c] cum videt pisces terretur ab eis.[c] Et [α] cũ fit talis vt non terreatur ab eis, tũc iam sanatur:& [c] inuenit saporem piscis fœtidi in ore suo,& in eructuatione sua cũ salsedine etiam. Et plures,qui ex eo euadunt,[c] cadunt in phthisim. Cura eius. Cõferunt ei potare [f] lac caprinum iuuamentum vltimum,& [c] lac asininum iterũ,& lac mulieris ex mamilla:et [c] rami seu stipites maluæ,& semen althææ recentis elixatum:& [c] ius cãcri fluuialis proprie,qm̃ ipse potest comedere ipsum sine reliquis lenificantibus:& ericius assatus recẽs,aut sanguis eius. Et lacertum marinũ non refugit,& comedit ex eo.De medicinis vero fortibus sunt calamenthum fluuiale,calidum, recens & [c] sanguis anseris etiam:& vrina hominis antiqua:& radicum [c] buchor mariẽ octo oboli cum vino:aut [c] kitrã illa quantitas,& in vino: & ellebori [g] †{ }parum cum vino. Et [h] cum aduenit dies secundus excitationis accidentium,& quiescunt,fiant ei pilulę de elleboro nigro,& scammonea,& agarico cum succo liquiritiæ & dragaganthо partibus æqualibus quarum dosis sit. ℥.i. & quod supra est parum cum iuleb.[c] Et [α] signum sanitatis est,quod videt pisces,& nõ teretur ex eis, & comedit.Et [h] cum vadit in phthisim,curetur phthisis.

De stellione,& alharbe. Cap. 5.

CAro stellionis mortificãs est:& [i] qñq; cadit in vino,& moritur in eo, & dissoluitur, & fit illud vinum sicut venenum:& accidunt ei,qui ipsum bibit vomitus,& dolor oris stomachi vehe- C mens.Et alharbe iterũ mortificatiua est proxima huic,& [k] ouũ eius sicut dicitur est venenũ vnius horę,& dicã ipsum. Et [k] dixerunt quidam : ꝙ cum hoc aĩal decoquitur,& spargiť decoctio eiusin aqua balnei,fit viridis oĩs qui balneatur ex eo spatio quodam,deinde redit ad dispõnem paulatim. Et hunc quidem sermonẽ non verifico.Cura est cura communis : & est sicut cura cantharidarum.

De Lacertis. Cap. 6.

SPecies lacertorum est salamandra:aut in ipsa est similitudo naturæ eius. Et quæ ei similantur mortificant.& [l] accidunt ei,qui bibit carnem eius,apostema linguæ,& pruritus,& dolor capitis,& adustio,& tenebrositas oculorum. Cura. [m] Sumantur sisamum [n] †{ }& xylocoracte nabati,& zuccarum æqualiter: & dentur in potu cum butyro cocto vaccino. Et oportet vt detur in potu lac dulce,& inungatur cum oleo aliquo, & balneetur.

[o] De potu Salamandræ. Cap. 7.

HAec est species lacertorum,quam dicam in [p] capitulo mordicationis:& accidunt à potu eius dolores vehementes in stomacho,& apostema sicut hydropisis,& in ventre spasmus, & retentio vrinæ.Et dicunt quidam aliter dicẽtes,& est [q] †{Atius}alamediũ, & alij: ꝙ accidunt ei,qui bibit ipsam,[o] apostema linguæ,& [o] destructio rationis, & [r] †{mollificatio, & zemane, }& [o] denigratio locorum corporis,& [o] putrefactio partium corporis,quæ cadunt cum curatur homo, quare D sanatur. Cura eius cõis est vt cura opij:& dentur in potu theriacæ magnæ sicut theriaca alferuch, & mithridatum,& similia.[f] †{Atius}autem almediũ dixit,ꝙ cura eius est cura illius, qui accepit cantharides.Et de illis,quę appropriantur ei,est vt sumantur [t] †{rasina,}& [o] gluten albotin,& sumatur de eis,aut ambo,cum storace. Et confert ei aqua decoctionis [o] chamæpityos, in qua decocta sunt grana pini parua,& folia cupressi,[o]& [u] †{semen}vrtice [x] †{ }& [y] †{ bibatur} cum oleo:& similiter conferunt [o] oua testudinis marinæ,& [o] ranę decoctę cum [z] †{calamentho.}

[a] †{Ranæ lacunales virides,& marinæ rubeæ.} Cap. 8.

ACcidunt ei,qui bibit eas [b] obfuscatio coloris ad citrinitatem tendens,& [b] apostematio corporis secundum semitam molliciei,& adustio in gutture,& ore,& [b] difficultas anhelitus, & tenebrositas oculorum, & vertigo, & [h] fœtor oris. Et quandoque accidit spasmus, aut tetanus, & quandoque accidunt ei solutio ventris dysenterica,& nausea,& vomitus, & permistio rationis,& syncopis.& quandoque [b] expellit sperma,& superfluitates sine voluntate. Et eius, qui euadit ex eis non saluantur [c] dentes, immo cadunt. Cura. [d] Euomat cum oleo, & aqua calida,[b] aut vino plurimo, & [b] multum vtatur exercitio,& [e] sudore in balneo,& [e] tinæ calidæ, & inunctionibus cum oleis calidis: & confert ei [e] diacurcuma,& [f] †{ lacha,}& omne, quod confert hydropisi: & confert

& [a] confert ei vinum plurimum, cum pondere. [a] ʒ.iij. radicum arundinis: & similiter [a] cyperum, & calamus aromaticus cum vino. E

A Dio. lib. 6. c. 31.

De ranis citrinis. Cap. 9.

ABscinditur ex eis appetitus cibi, & acetat eructuatio, & corrumpitur color, & fit syncopis, & nausea, & vomitus, & dolor oris stomachi, & apostemantur ventres, & crura. Cura proxima est curæ ranarum primarum lucanalium, & marinarum.

Diuisio alia huius veneni.

De piscibus frigidis. Cap. 10.

EX piscibus frigidis, & proprie positis in loco humoroso, [b] accidunt accidentia fungorum: & quandoq; non apparet aliquid vsq; ad vnum diem, aut duos. Cura. [c] Cura eorum est mundificatio: & reliqua cura fungorum.

B Halya. 4. pract. c. 48.
C Raf. t. 8. c. 28.

De assaturis suffocatis, & carne corrupta. Cap. 11.

OPortet [d] cum assatur caro, quæcunq; caro sit, vt non cooperiatur submergẽdo, immo dimittatur discooperta donec euaporet. Nam cum submergendo cooperitur, fit venenum, ex qua accidunt signa [e] †{colicæ} passionis ex tristitia, & solutione ventris: & quandoq; deficit ratio comedentis ipsam vno die, aut duobus diebus, & quandoq; facit profunditatem somni, & quandoq; interficit. Cura. Euomat & dentur ei in potu miua, & almisusen, & vinum odoriferum cum succo cydoniorum, & malorum. F Et terra sigillata est bona ei post vomitum, & curetur eius cholirica passio curatione cholericæ passionis.

D Totum hoc caput à Raf. t. 8. c. 27. mutuatus est.
E† cholericæ

Genus secundum de animalibus, & sunt sicut fella interficientia, & extremitas caudæ cerui.

[f] *De felle viperæ.* Cap. 12.

HOc est ex venenis: quod cum bibitur ſm modũ quo interficit, frequens fit syncopis, & parũ cõfert medicina. Cura. Si aliquid cõfert, tunc vomitus [f] cũ butyro cocto vna dispõne post dispõnem aliam. Et illud quo succurritur post vomitũ, est [f] theriaca & [f] mithridatũ, & [f] albezahar est sublimis res ei, & muschus est medicamen eius. & cum frequens [f] fit syncopis, denť ad sorbendum vinum, & aqua carnis pullorum cũ aliquo [f] vel aliqua re muschi, aut [f] medicinis de muscho.

F Raf. t. 8. c. 14. ferè omnia.

De felle alnemer. Cap. 13.

ACcidit ei, qui bibit ex eo, vt [g] euomat choleram viridem, aut citrinam: et inuenit odorẽ aloes in naso suo, & [h] saporem eius in ore suo, & accidit ex eo icteritia, & est mortale: ꝙ [i] si pertranseat tres horas, speratur. Cura. Euomat sicut scis, & detur in potu theriaca propria ei, quæ [k] Recipe terræ sigillatæ, & bacarũ lauri, amborum ana partem. i. & coaguli gazeli partes. iiij. & seminis rutæ, & myrrhe amborum ana partem. 5. conficiantur cũ melle, cuius dosis sit ei quantum est nux: & [h] cum hoc euomat iterum: & oportet [h] vt fiat tina ex aqua in qua fuerint odorifera. G

G Halya. 4. pract. c. 41.
H Raf. t. 8. c. 13.
I Raf. & Hal. ibi.
K Halya. & Raf.

De felle canis aquæ. Cap. 14.

DIxerunt quidam, si [l] comederit homo de felle canis aquæ, quantitatẽ lentis vnius, interficit post hebdomadã. Cura. [m] Detur in potu butyrũ coctum vaccinũ cum gẽtiana romana, & cinnamomo: & iterum coagulum leporis: & inungatur cum oleo aromatico: & subtiliet regimen.

L Raf. 35. cõti. t. 3. c. 1. 498. 2. & 1.
M Raf. c. 2. 498. 3.

De extremitatibus caudæ cerui. Cap. 15.

ACcidunt eis, qui bibunt ipsam, angustia vehemẽs, & syncopis: & [n] est venenum interficiens. Cura. [o] Euomat bibens ipsam sicut scis, & melius eius est cum butyro & oleo sisami, et anetho: deinde dentur in potu [p] auellana, & [p] fistici, & filzaheregi confecta simul, omni hora auellana magna, detur in potu illud in die quater.

N Raf. 35. ꝯti. t. 3. c. 1. 498. 1.
O Hal. 4. pra. c. 42. & Raf. t. 8. c. 15.
P Raf. t. 8. c. 15.

[q] *Pars tertia de sanguine Tauri recenti.* Cap. 16.

ACcidunt ei, qui bibit illum, qui ex eo recens est, [r] difficultas anhelitus, & dolor duarũ amygdalarum, & meri, & [s] rubedo linguæ, & [s] frusta sanguinis congelati in dentibus, & gingiuis, & nausea vehemens, & angustia, deinde apparet corrosio in lingua: deinde perducit ad [s] præfocationem, & [s] spasmum, & cuzez. Cura. Oportet vt ipse properet ad clystere, & solutionem ventris: nam [s] vomitus timorosus est: qñq; .n. expellitur, cuius expulsio non toleratur, quare præfocat. Et oportet vt in potu dentur medicinæ conferentes in congelatione sanguinis, sicut [t] ficus immaturæ plenæ lacte, H & [t] semen caulis, & radix [t] alaniuden, & [v] †{ assa, } & [t] baurach, & cinis lignorum fici in aceto, & piper in aceto, & [t] succus foliorum rubi in aceto, & [t] coagula in aceto. Cum ergo abscinderimus seu dissoluerimus sanguinem congelatum cum medicinis tũc soluatur, & [t] emplastretur venter eius ex farina hordei cum melicrato.

Q Dios. li. 6. c. 25. omnia, quę hic ponuntur, continet.
R Dios. & Raf. 35. ꝯti. t. 3. c. 1. 498. 2.
S Dio. & Aeti. lib. 4. ser. 1. c. 74.
T Dio. lib. 6. c. 25.
V† Dios. laser,

[x] *De sudore animalium.* Cap. 17.

EX eo fit facies [x] viridis, & [x] apostematur, & currit [y] ex corpore sudor fœtidus vt ex ascellis. Cura. Vomat cum aqua tepida, & detur in potu vinum cum olei ros. pondere mediæ drach. & reubarbari media drach. & sal gemmæ. Et [x] confert ei theriaca de terra sigillata.

X Raf. t. 8. c. 16.
Y Raf. 35. ꝯti. t. 3. c. 1. 498. 2.

De ouis alharbe. Cap. 18.

EXistimant [z] quidam, ꝙ qui bibit de ouis alharbe, moritur statim: & si non festinetur, non confert aliquid. Cura eius. Detur in potu stercus falconis in vino, [z] deinde euomat vomitu integro, & inungatur corpus eius cum butyro vaccino cocto, & emplastretur caput eius cum sale, & [z] cibetur ficubus siccis, & butyro crudo, & gentiana.

Z Raf. li. 35. ꝯt. t. 3. c. 2. 499. 2.

De lacte

A *De lacte corrupto.* *Cap. 19.*

EST illud quod conuertitur in via acetositatis ad putrefactionem aliam,& generant ab eo[a] vertigo,& syncopis,& punctura in ore stomachi.& quandoq; accidit ex ea [a] cholirica passio mortifera. Cura eius est,[a] euomere cum aqua mellis, deinde potare [a] vinum purũ cum diapepereon, & [a] euaporare stomachum eius cum oleo nardino.

[b] *De sanguine congelato.* *Cap. 20.*

SAnguis congelatus in ventre est proculdubio venenum huius generis,licet ipse non adeptus sit venenositatem extra corpus:qm̃ ex ipso vbicunq; congelatur in eo,s.ex cõcauitatibus ventris [c] pectoris,& stomachi,aut intestinorum,& [d] vesicæ accidunt accidentia mala. Cum enim ipse cõgelatur in pectore,destruitur color,& minoratur pulsus,& debilitatur,& perducit in primis ad frequentiam,& mollificationem ægri,& perducit ad syncopim,& qñ congelatur in stomacho infrigidatur corpus,& accidunt præfocatio,& paruitas pulsus,& syncopis continua. Et qñ congelat̃ in vesica,accidunt accidentia proxima illis,quæ diximus:& similiter in intestinis. Medicinæ cões ad illud,sunt [e] alacohẽ alba proprie,& rubea etiã:& [f] bdellium,& [g] alhasce:& coagulorũ tres oboli,& proprie [h] coaguli leporis:& [i] lac fici,& acetum acutum,& [k] †{altit,}& [h] aqua cineris lignorũ fici iterata. Et [l] ex eis,quæ dixerunt(& est mirabile)est lac caprinum:dixerunt.n. ꝙ ipsum liquefa-
B cit congelatum omne in concauitatibus. Et iterum sumantur [m] alaniudẽ,& caulium partes æquales,& detur in potu cum aceto,& est medicamen mirabile. Cura cõgelati sanguinis in stomacho, & vesica. Nos iam diximus illud in [n] lib.iiij.semel,quare apponamus nũc duo capitula, & dicamus ꝙ habens illud,oportet vt euomat illud,si potest,cum [l] melle,& succo apij. Et conferunt ad illud [o] theriaca de terra sigillata.& [o] farina cartami cum soluitur ĩ aqua calida,est iuuatiua valde. Et hoc est medicamen.[o] Recipe terrę sigillatæ.viij.ʒ.coaguli leporis.ʒ.xxxvi.[p] †{coaguli gazel.ʒ.xxxij.} gentianæ,aristol.rot.seminis rutæ syluestris,myrrhæ assæ oĩum ana.ʒ.iiij.conficiantur cum melle: & sit dosis eius sicut nux in aqua calida,aut in syrupo acetoso. Et iterum sumatur [o] cineris ficuum pondus.ʒ.ij.cum medullę leporis quantitate aurei vnius:& existimo,ꝙ sit coagulum liquefactum ĩ aceto vini,& bibatur. Et [o] sal gemma cum coagulo hœdi iterum:aut aureus vnus stercoris canis. Et appropriatur ei,quod de eo cõgelatur in vesica, vt infirmo detur [q] succus foliorum zeridaraet: ei.n.inest proprietas mirabilis in hoc,& assiduet [q] potum syrupi acetosi, & [q] theriaca, & mithridatum,& prouocatiua fortia,& folia berengiesief,& assa,& succus apij,& semen raphani dissoluant̃ ista in syrupo acetoso aut in aceto etiam:acetũ.n.est bonũ huic rei. Et silr̃ [o] aureus vnus cordumeni cũ aqua calida,& medio aureo altit.[o] Aut det̃ ei in potu agaricũ,[o] aut siseleos,aut aliquid coagulorum,[o] aut.ʒ.ij.carpobalsami,[o] aut.ʒ.ij.blactæ bizantiæ,[o] aut.ʒ.ij.ligni pæoniæ. Et administrentur
C [r] medicinæ frãgentes lapidem bibitæ,& clysterizatæ,& linitæ. Et inijciatur in vesicã eius pondus [q] nuclei vnius salis triti soluti in aqua:aut administrent̃ [q] aquę cineris vitis. Si vero hoc nõ valuerit, non erit excusatio scindendi à sanguine congelato,& extrahendi eum,sicut extrahitur lapis.

De congelatione lactis in stomacho. *Cap. 21.*

QVandoq; congelatur lac in stomacho propter aliquam causarum lædentium cõgelantium: aut propter præparationem fortem in lacte,aut propter coagulum bibitum in lacte.& accidunt ex [s] eo sudor frigidus,& [s] syncopis,et [s] febris rigoris. Et si eius cõgelatio fuerit cum coagulo,tunc erit deterior,& velocior ad pręfocandum. Et congelatio quidem lactis in stomacho est ex genere congelationis sanguinis:& accidunt ex ea dispões malæ,sicut accidunt ex illa,& ex venenis.[t] Nam accidunt iterum propter congelationẽ ipsius in stomacho frigus corporis,& [t] paruitas pulsus,& [t] præfocatio constringens anhelitum,& syncopis,& qñq; accidit inflatio vẽtris bibenti ipsum. Cura. Oportet vt [u] alienetur ille in cuius stomacho caseat̃ lac à salitis:ipsa.n.addunt ei caseitatem. Verum oportet vt detur ei in potu acetum solum, aut [x] mistum cum aqua. Et detur ei in [y] potu calamenthi sicci pondus.ʒ.v.quoniam est mirabile,resoluens ipsum statim:& propter virtutem suam in hoc prohibet lac nouiter mulctum à caseatione,& subtiliat ipsum. Et detur ei in potu de coagulis aliquid vsq; ad aureum vnum:ipsa nanq; resoluunt ipsum,aut educũt ipsum per
D vomitum,aut solutionem. Et dentur ei in potu iterum medicinæ prædictæ ad congelationem sanguinis in stomacho:& proprie, quæ fiunt ex terra sigillata, de illis quas [z] dixi: & medicamen alaniuden & caulium,& dentur in potu cum æqualitate in aceto. Et aqua cineris ligni fici iterum, quando iteratur,& administratur cinis in ea.

Inceptio sermonis in morsione,& punctura.

TRACTATVS III. *De regimine morsionis vniuersali. Et de effugatione venenosorum. Et de curatione mordicationis serpentum,& speciebus eorum.* *Cap. 1.*



SCias ꝙ canon maximus in curatione veneni est confortatio caloris innati, & excitatio ipsius ad expellendum id,quod debet expelli sicut facit theriaca,& labę barbarię vt comburat seu resoluat venenum,& expellat ipsum ad exteriora. Et consideratio confortationis viscerum,deinde [a] expulsio veneni, & [a] destructio operationis eius cum potionibus,& epithematibus,quibus inest illud cum proprietate sua, aut natura sua cognita,ſm ꝙ dicam. Et qñq; ingreditur in his intentionibus res alia,et est regimen minorãs humiditates corporis,qm̃ penetratio veneni in mẽbris radicalibus duris difficilior est, & laboriosa magis super ea,ꝙ̃ penetratio eius ad humiditates,cũ inuenit eas vel defertur super ea. Et [b] ingrediuntur

diuntur in hoc capitulo phlebotomia,& solutio ventris,& similia. Et conuenientior horarũ phlebotomiæ est cum scitur, ꝙ venenum iam sparsum est in corpore: & non est ex eis, quæ attrahũtur: E &, ꝓprie in eo, qui est repletus. Et qñq; ingredit̃ in hoc caplõ res alia, & est facere humores moueri ad partẽ aliã à mẽbris principalibus, et ea quę bibunt̃ super venenũ, aut sunt theriacę, & bezahard vlis, aut proprię illi veneno, aut medicinæ contrarię veneno cũ cõplexione, sicut altit contraria est veneno scorpionum cum proprietate sua: aut perducentes venenum ad exteriora, cum motione humorum ad exteriora, sicut medicinæ prouocantes sudorem, aut medicinæ remouentes humores à facie veneni. non ergo inuenitur ex eis, quæ diximus compositum, sicut medicinæ solutiuæ, & vomitiuæ in morsionibus, & silr̃ prouocatiuæ aut medicinæ mouentes materias ad longinquũ à membris principalibus, quare expellit, quod mouetur ad ipsa propter istas medicinas solutiuas, & vomitiuas, & prouocatiuas, & in medicinis, quæ administrantur epithematæ vel linitæ sunt intentiones, quarum vna est vt prohibeant penetrationem veneni in corpore: et illud fit aut cum ligamentis, et cõstrictione extremitatis, et prohibitione somni: vt moueatur calor innatus ad exteriora, et expellat. Et de hoc capitulo est incisio membri morsi, aut cum medicinis, et causis attractiuis. Et propter illud styptica nociua sunt eis: qm̃ non est aliquid magis iuuatiuum, q̃ medicamen, ꝙ trahit venenum ad exteriora, & prohibet ipsum penetrare ad interiora: et proprie qñ venenum est ad exteriora adhuc, & non spargitur. Et huius quidem generis sunt [a] ventosę, & fortasse [b] indi- F get incisione si iam submersum est, & elongatur, & si est possibile missio vel impositio sanguisugarum, tunc est excusans ab illo, & à suctione dum permanet in cute: nã suctio qñq; sufficit. Et [c] oportet vt sugens sit non ieiunus, immo iam comederit, & abluat os suũ, & [d] habeat dentes non corrosos, & [e] colluat os cũ vino odorifero, & bibat ex eo aliquid, & [e] teneat in ore suo oleum rosꝭ aut oleũ violꝭ. Et [f] cum fuerit in ore suo nocumentum, tunc sugat & expellat subito, & quoties sugit iste sugens, tunc oportet vt expuat illud, quod sugit. Medicinæ vero, quæ sunt sicut notæ, ebibitæ, rubificantes etiam, & attrahentes venenum, aut sunt propter virtutem calefacientem attrahentem venenum, aut causa similitudinis ad attrahendum illud, quod simile est ei, sicut facit adeps crocodili ad morsum crocodili. Et caro viperæ post abscissionem extremitatum eius in attractione veneni sui: ita vt accidat quibusdam medicinis valẽtibus ad venena vt sint venena etiam verum ipsa sunt debiliora: & quasi ipse sint inter complexionem corporis, & complexionem veneni: & sermo hic est ex eis, in quibus oportet cum sapientibus considerare, vt sciatur, quod est non verificatum: medico autem non nocet, si non scit hoc. Et plures quidem embrocarum attrahentium exulcerãt, & vesicant: quare oportet vt currat, quod est in eis: hæc ergo est ex conditionibus medicinæ epithematæ. Et ex conditionibus eius est vt sit medicina permutans vel cõuertens naturam veneni permutatione vna ex permutationibus, aut congelatione sicut operatio radicis mandragoræ, aut adu G stione sicut operatio cauterij cum igne & [g] cũ oleo, & pice, proprie feruente, et est operatio Aegyptiorum: aut cum proprietate contraria ei aut cum qualitate in calore, & frigore contraria ei. Et qñ administratur, quod attrahit in principio, aut facit aliquid eorum, quæ diximus, & non confert, & est res maxima, incide, quod est in circuitu puncturæ, & accipe carnem totam vsq; ad os: & [h] si timor fuerit maior hoc, incide membrum, deinde cauteriza. Et de illis, quæ necessaria sunt in omnibus medicinis venenorum, proprie in epithematibus, est vt sint sedatiuæ doloris, & succurrentes accidentibus timorosis, sequentibus mordicationem, sicut alcolcotar ponitur in epithematibus mordicationum vt retineat sanguinem, cum superfluit in cursu suo à morsu. Et de præceptis, quæ oportet vt considerentur in venenis, & morsibus, est [i] vt prohibeatur consolidatio vulneris vsque ad horam sanationis ægri ex malitia veneni.

De eis quæ bibuntur super morsionem. Cap. 2.

EX medicinis bonis est vt in potu detur semen [k] andacochæ in aqua, & vino. Et decoctio specierum [l] calamẽthi trium. Et [m] castoreum est mirabile. Lac vero alhaie, & existimo ipsum esse theriacam noĩatam alkusaki, & alfarauia, sunt vehemẽtis iuuamenti ad morsum oĩs viperæ. Et algieduar seu zedoaria, & bismus buha, & bis mus, & aladriun, & albedoard, & [n] nasturtium, & cyminum, quod assimilatur nigellæ, & alkeisin, & [o] allium & cortices, & [p] folia iuniperi cum pipere, H et piper ipsum. Inquit [q] Gal. vinum in quo cadit vipera confert mordicationi venenosorum: quomodo ergo theriaca? Et [r] semen citri contrarium est veneno omni: & dosis eius aurei duo. Et radix [s] alaniuden iuuatiua est ad oĩa venena. Et [t] fructus agnicasti. Et [u] oleum balsami & grana eius, & nux cum ficubus, & auellanis cum gentiana. Et [x] opopanacũ cum aristolochia. Et oleum [y] de oleandro, & folia eius. Et fructus [z] †{aldub} recens mirabilis est in hoc. Et [a] cinnamomũ. Et [b] stercus caprinum adustum, emplastratum, & in potu datum. Et [c] chamædryos. Et [d] †{keisim.} Et iterum [e] cancer fluuialis cum lacte. Et [f] ameos. Et [g] serapinum. Et [h] fistici cum vino. Et [i] calamenthũ, & decoctio eius bibendo, & emplastrando. Et [k] enula. Et [l] abrotanum. Et [m] cordumeni. Et [n] agaricum. Et radix alchauthi. ℥. iij. Et [o] similiter ventres mustellæ, vsq; ad stomachum suum, cum implentur coriandro, & exiccantur, & sumitur ex eis, cum necessarium est. Et decoctio [p] maluæ hortulanæ. Et [q] semen althææ. Et [r] cerebella gallinarũ proprie cum coagulo. Et ius mustellæ decoctæ viuæ, ita ꝙ viua ponatur ad ebulliendũ, & sic decoquatur, & [s] ius muris magni decocti viui vt supra cum bibitur cum vino. Et testudo magna, et salita. Et [t] decoctio cancrorũ fluuialium, et testudinis. Et [u] galbanũ est vltimum. Et [x] gentiana est mirabilis, et [y] semẽ baucię syluestris est iuuatiuũ.

Et de

A Gal. li. 13. meth. med. c. 6. d, & Paul. lib. 5. c. 2.
B Diosc. li. 6. c. 39.
C Dio. ibidem. & Paul. lib. 5. c. 2. & Ras. 35. ꝯti. t. 1. c. 2. 493. 4. oppositum Ser. t. 5. 2. 22.
D Ras. ibi. 493. 4.
E Dio. & Paul. ibi.
F Dio. lib. 6. c. 34. pag. 254. 2. plura habet eorum, quę hic dicit, & pag. 256. 1.
G Cap. 3. & Diosc. li. 6. c. 39. pag. 262. 1
H Ras. lib. diuisio. c. 141.
I Ra. 35. ꝯt. t. 1. c. 2. 493. 4. & 494. 1.
K Dio. li. 3. c. 104.
L Diosc. lib. 3. c. 34.
M Dio. lib. 2. c. 22.
N Dio. li. 2. c. 147.
O Dio. li. 2. c. 145.
P Diosc. lib. 1. c. 87.
Q Li. 11. de medi. facul. fo. 77. h. a
R Dio. lib. 1. c. 131.
S Diosc. lib. 3. c. 76.
T Diosc. li. 1. c. 116.
V Diosc. lib. 1. c. 18.
X Dio. lib. 3. c. 46.
Y Diosc. li. 4. c. 70.
Z† Diosc. li. 1. c. 91. platani
A Diosc. lib. 1. c. 13.
B Ras. 35. cõti. t. 1. c. 2. 493. 3.
C Dio. lib. 3. c. 94.
D† Dio. li. 3. c. 49. ligusticum.
E Diosc. lib. 2. c. 9.
F Diosc. lib. 3. c. 59.
G Dio. lib. 3. c. 77.
H Dio. li. 1. c. 140.
I Diosc. lib. 3. c. 34.
K Diosc. lib. 1. c. 26.
L Diosc. lib. 3. c. 25.
M Diosc. lib. 1. c. 5.
N Diosc. lib. 3. c. 1.
O Ras. 35. cõti. t. 1. c. 2. 493. 3. & Diosc. lib. 2. c. 23.
P Diosc. li. 2. c. 111.
Q Diosc. li. 3. c. 139.
R Ras. 493. 4. & Diosc. lib. 2. c. 41.
S Cap. 3.
T Diosc. lib. 2. c. 9.
V Diosc. lib. 3. c. 79.
X Diosc. lib. 3. c. 3.
Y Diosc. lib. 3. c. 50.

...lib.4.c.65. A Et de illis, quæ conferunt in hoc ex medicinis frigidis, est[a] radix mandragoræ emplastrata cũ mel-
...lib.4.c.120. le. Et endiuia syluestris est mirabilis in hac re. Et[b] capillus veneris. Et qñq; componitur agaricum
...35.pti.t.1. cum aureo vno aristolochiæ longæ. Et iterum theriaca mirabilis.[c] Recip. opij, & myrrhæ amborũ
...4 & Diosc. ana. ʒ.i. & piperis. ʒ.i.s. radicis aristolochiæ longæ & rotundæ ana. ʒ.iij. harmel cymini indi ana. ʒ.i.
...pag.263.1. nigellæ. ʒ.v. gentianæ. ʒ.iij. rutæ. ʒ.i. conficiantur cum melle, & aqua erucæ, cuius dosis sit aureus
vnus cum decoctionibus bonis. Et[d] iterum medicamen terræ sigillatæ, & est. Recipe bacarũ lauri
...ibi 493.4. auř. ij. terræ sigillatæ auř. ij. & abulusan bibatur cum oleo: & sit dosis auellana vna in tribus vnc.
aquæ mellis. Et iterum theriaca cõis ad pũcturam, & ea quæ bibuntur. Reci. piperis pondus. ʒ.x.
spicæ, aristolochiæ, & radicis alhaza oĩum ana. ʒ.i. conficiantur cum succo xylocaracte, & ponat̃ in
sole. xl. diebus, & moueatur omni die semel, & quoties exiccatur humectetur, & detur ĩ potu cum
aqua calida. Et dixerunt quidam, ꝙ ipsa cõfert iterum facto alcohol ex ea. Et decoctio cancrorum
fluuialium, & sanguinis testudinis, & testudo magna salita. Medicamẽ iuuatiuũ ad oẽm morsum.
Recip. nigellæ, seminis alharmel, cymini oĩum ana. ʒ.ij. gentianæ, aristol. rotundæ ana. ʒ.i. piperis
albi, myrrhæ ana. ʒ.s. conficiantur cum melle: cuius dosis sit faba vna romana in vino. Et iterum
gentianæ auř. ij. piperis, rutę amborum ana auř. i. cõficiatur cum melle, & est dosis vna in vino. Et
iterum amomi, carpobalsami ana auř. ij. seminis erucę, seminis porri amborum ana aure. iij. aristo.
B radicum alaniudem nigri amborum ana aure. ij. myrrhæ, et croci amborum ana aure. i. luti aure
iiij. conficiantur cum melle dispumato: & sit dosis quantum est faba. Et iterum carpobalsami, &
hyssopi siccæ, & seminis rapæ syluestris, & piperis albi, & nigri, & macropiperis, & acori, & anisi,
& petroselini, & assari, & cymini carmeni, & seminis hyusquiami albi omnium ana. ʒ.iiij. spicæ, flo
ris squinanthi amborum ana. ʒ.vi. conficiantur cum melle: & sit dosis faba romana.

De epithematibus super puncturas. *Cap. 3.*

...lib.6.c.39. DE eis quæ super eas liniuntur est petrelæum album, aut subalbidum, aut[e] allium sicut est &
elixatum cum butyro cocto, aut castoreum cũ oleo, aut succus[e] porri, quod nõ tetigit aqua.
...ibi & Ras. &[e] calamenthum fluuiale optime attrahit venenum, & sulfur cũ vrina, &[f] gallina, & gallus scissi
...c.2.494.2 dum viui sunt, & emplastretur cum eis punctura, vel morsus, & permutetur omni hora, & admi-
stretur emplastrum. Quidam[e] aũt dixerunt, ꝙ gallina est vehementis caloris, & propter illud eli-
...ras quat[g] †{æs}deglutitum, & arenam, & lapidẽ: & videtur, ꝙ fiat illud in primo stomacho seu in pri
...35.cõt.t.1. mo receptaculo, & non alibi. Et ex eis quidem, quæ emplastrantur est sal, aut[h] acetũ, aut[i] fel tauri,
...493.4. ...493.3. aut[i] sisymbrium, & folia[h] aphodilli, &[e] cinis, & acetũ, & proprie cinis[e] ligni fici, &[e] vitis, & pro-
prie in principio, & pix, & sal decocta. Et dixerunt, ꝙ emplastrum cum allijs, & sale, & stercore ca
...e oppositum prino iuuatiuum est in omni morsione, nisi mordicatione aspidis. Et[k] emplastrum cum calce, &
...1.c.10. ...p.1. & lib. 2. C melle, & oleo iuuatiuum est, ita ꝙ ad aspidem. Et iterum sumantur sinapis, & calx, et acetum, et li-
...546 & Diosc. niantur desuper cum aqua saponis, et alkitram: aut cum decoctione[e] picis, et cum sale, et liniatur.
...39. Et[l] pix feruens bona est in lana si effundatur super morsionem, ita ꝙ morsui viperæ: et est ex cu-
rationibus Aegyptiorum: et est cauterium bonum. Et[e] cepæ cum sauich, et emplastrum factum
cum sale, et emplastrum de nitro. Et de embrocis bonis est aqua maris calida singularis aut cum
...Cap.2. aceto: et[m] decoctio muris magni decocti viui cum mustella.

De epithematibus ex quibus cum corpora liniuntur, non approximant eis venenosa. *Cap. 4.*

DE illis quæ dicta sunt ad hanc rem sunt cerebrum leporis cum aceto, et oleo. Et storax qñ sol
uitur in oleo. Et oleum in quo infusa sunt folia pini recentia, trita cum ea: aut flos cupressi,
...lib.1.c.87. et grana[n] iuniperi, et similiter folia agni casti in oleo, et[o] abrotanum, et radix[p] aniudẽ, et[q] apho-
...lib.3.c.25. dillus, et[r] daucus, et carpobalsamum, et radix[s] nasturtij: et omnia illa cum oleo. Et composita, de
...lib.3.c.76. quibus est, vt sumantur radicis aniudẽ nigri, et floris alsegi recẽtis, et granorum iuniperi omnium
OPortet in principio rei, vt non dimittas vulnus consolidari, immo [a] dilata, & aperi, si non fuerit amplum, & fac cum eo de suctione, & [b] positione ventosarum, quod dictũ est tibi in cap. morsus serpentum. Et minus in quo non oportet consolidari vulnus, [c] est spatium .xl. dierum. Et si traxeris in principio: deinde non consolidaueris, facies operationem iuuatiuam valde. Et [b] si error iam ceciderit, & consolidatum est, tunc oportet vt apertio vel scissio fiat, & ad vltimum perueniatur in eo. Et oportet vt ponas super [d] ipsum de aperitiuis, cum occurris ei in primis diebus: sicut sunt opopanacum, & nux, & allia: & [e] emplastrum de pice, & opopanaco, & aceto, & sumatur aceti kist. i. & oportet vt sit acutum, & picis lib. i. & opopanaci. ℥. iij. infundatur opopanacum in aceto, donec resoluatur, deinde misceãtur omnia. Et fortasse sufficiunt [f] allia, & [b] cepæ, & ruta iterum, & sicla, & [g] †{altit}composita, & simplicia. Et cum sicla iterum quandoq; ponitur enula. Et fortasse necessarium erit tibi vt vtaris medicinis corrosiuis, sicut est alcalcadicon: deinde cõsequenter adhibeatur butyrum. Et ex dilatantibus quidem est vt [h] sumantur salis partes. iij. salis ammoniaci partes. ij. calcadis partes. viij. squillæ assatæ partes. xvi. rutæ partes. iiij. coralli partes. x. æris adusti partes. iiij. floris ęris partes. iij. seminis prassij partes. ij. ponatur super ipsum cribellatus cum orali. Et necessarium est in principio facere, vt [i] ipse sudet ex eis, quibus possibile est [i] ex ambulatione, & balneatione. Et [i] non oportet vt properes in diebus primis ad euacuantia, sed occupare in F trahendo ad exteriora: nam euacuatio quandoq; adiuuat ad hoc vt venenum penetret ad profundum, & prohibet attractionem eius ad exteriora. Et quoniam ipsa trahit humores ad interiora, tunc trahit cum eis venenum. Cum ergo trahis, quod tibi possibile est post duos dies, aut tres, tũc occupare in euacuando, quod iam forsitan penetrauit. Et si facta non fuerit attractio, & acciderit negligentia, tunc euacuatio in ea hora erit magis necessaria: & melius est vt sit fortior. Et si videris repletionem sanguineam, phlebotoma: & si non, tunc non. Et cum phlebotomas, [i] tunc [α] non dimittas eum intueri sanguinem suum, & proprie in fine rei. Catharticum vero sit illud, quod educit melancholiam, ita vt sit [k] elleborus, & pilulæ de elleboro, & similia de illis, quæ necessaria sunt: & [l] hiera Rufi est mirabilis eis. Et ex illis quibus oportet soluere eos, est cucumer asininus. Confectio cathartici ad eos. [m] Recipe myrobalanorum kebulorum aure. ij. epithymi aure. i. & .5. sal. indi aureum .5. polypodij, lapidis armeni amborum ana aure. i. agarici aure. i. 5. ellebori nigri aure. ij. sitq; dosis ex omnibus in pilulis confectis aure. ij. Cum ergo ipsum soluerint cathartica fortia, tunc necessarium est iterum administrare in omni die, aut duobus diebus clystere non lædens anum, sicut oleum, & aquam siclæ aut solutiuum, sicut aqua casei cum epithymo. Et oportet vt sit cibus eius post catharticum ille, qui fit ex duragi, & pullis impinguatis. Et administrentur post illud diuretica subtiliantia, & [c] vinum dulce, & proprie vetus cum dulcedine, & vinum coctum iterum, G & [c] lac, & vinum est vehementis iuuamenti ad eos. Et magis necessariæ res sunt æquatio cibi eius, & humectatio: est enim necessarium rei eius. Et illa sunt sicut iura auium bonarum vel auium pinguium nutritarum in domo, & panis alhauari in aqua frigida. Et [n] confert eis ex [β] aquis aqua in qua extinguitur ferrum multoties. [o] Verum cepæ, & [o] allia sunt ex cibis, qui resistunt venenis, & abscindunt ea, & repellunt ipsa à corpore, vbi non excusatur eorum vsus, quamuis ipsa sint medicinæ. Et vt tu properes, & des eis in potu [o] theriacam magnam, & medicamen de cancris, proprium est. Et dicitur, quod [n] theriaca diatessaron est vehementer conferens eis: & similiter theriaca iuuatiua quam dicemus: & ciba eos cancris fluuialibus. Et iam expertum est vt [p] †{sumatur de pulpa cancri fluuialis adusta super lignum vitis albæ cum æqualitate, ſm quantitatem qua teratur, & carbonem gentianæ tactum super illud idem lignum, & cum illa quantitate: & detur ex eo in potu cum vino puro: & sit dosis eius cochlearia quatuor in illo vino: & oportet vt ambo sint trita, sicut alcohol.} Et [q] huius iterum est descriptio altera. Sumatur cineris cancrorum fluuialium captorum dum Sol est in signo leonis, assatorum in furno, aut in vase æneo, res æqualis, & iam fuerint positi in eo viui non mortui partes. x. & gentianæ partes. v. & thuris pars vna terãtur, & misceantur vel conseruentur cum eis: & sit dosis in diebus primis cochlearium vnum in aqua: & dentur in potu post dies præteritos duo cochlearia, & similiter adde in eo vsque ad quatuor co- H chlearia. Et ex medicinis narratis, & quæ est vltima ad eos est medicamen de cãtharidibus, & * dicam ipsum in proximo. Et medicamen de cancris non detur in potu in primis, nisi ei cum quo est euentus timoris aquæ. Et quandoq; ponitur in descriptione eius de gentiana quantũ est medietas cãcrorum fluuialium adustorũ. [r] Si aũt occurris ei post duos dies, aut tres, oportet tunc vt sit, quod in potu das de medicamine duorum cinerum duplum eius, quod in potu dares, si ei occurrisses in principio. Et similiter est dispositio medicinarũ aliarũ quas dicemus. Et si fuerit post septem dies, tunc sint plura duplicia. Et [p] tunc scalpella ea quæ vicina sunt vulneri, si occurris in huiusmodi diebus scalpellatione profunda, & fuge suctione vehementi. Et si occurris ei post dies præteritos plures illis, tunc in apertione vulneris non erit vtilitas: & neq; superflue laboretur in ea, qm̃ lædetur ęger sine plurima vtilitate: immo stude in hoc vt non remaneat apertũ: nam dilatatio non est, tunc plurimæ vtilitatis cũ iam præterierint tres dies primi, & qui appropinquant eis: qm̃ venenum iam sparsum est. Sis ergo contentus tunc vt remaneat vulnus apertũ, & adiunge ei reliquum regimen dando in potu theriacam eius, & administrando euacuationem eius. Et verisimile est, quod venenum sit sparsum vsq; ad quatuor dies, si fuerit forte. Et ĩ minore spatio eo iterum, multoties enim interficit

A Aet. lib. 2. ser. 2. c. 24. & Dios. lib. 6. c. 36.
B Dios. lib. 6. c. 36.
C Paul. lib. 5. c. 3.
D Ras. 35. ȝti. t. 2. c. 2. 495. 1.
E Gal. li. 2. de antido. c. 11. a
F Paul. & Dio. ibi.
G† Paul. & Dios. li. 3. c. 76. laserpitiũ
H Aet. lib. 2. ser. 2. c. 24. duob⁹ additis & Paul. li. 5. c. 3. sed ẽ parua differẽtia, & Ras. li. 35. ȝt. t. 1. c. 2. 494. 1. excepta vna dosi.
I Ras. 35. ȝti. t. 2. c. 2. 495. 3.
Infra α
K Dio. lib. 6. c. 37.
L Aet. lib. 2. ser. 2. c. 24.
M Ras. lib. 35. ȝti. t. 2. c. 2. 495. 3.
N Ras. ibi. 495. 2.
Infra β
O Dio. lib. 6. c. 37.
P† Dios. li. 6. c. 36. Cãcros fluuiatiles in sarmẽtis albę vitis cremare oportet, & cinerẽ eoꝝ q̃ minutissime tritũ habere recõditum. Itidẽ gẽtianæ radicem tusam cribratãq; reponere. quoties aũt canis rabiosus morsum intulerit, in quaternos cyathos meraci vini, bina cineris cancrorũ cochlearia, vnũq; gẽtianæ cõijciant, hæc in polẽtæ dilutioris modũ subacta, quatriduo bibantur.
Alia lr̃a. Gal. lib. 2. de antid. c. 11. g. Cineris cãcroꝝ fluuialiũ vitis albæ sarmẽtis exustorũ attritorumq; mystra. x. radicum gẽtianę mystra. iij. terebinthinæ mystra duo, ex hac antidoto singulis quibusq; dieb⁹ quoad sextus adueniat, cochlear vnum ex vini puri antiqui cyathis tribus plus minus'ue dabis.
Q Aet. li. 2. ser. 2. c. 24. & Ra. 495. 3.
Infra *
R Pau. & Aet. ibi.
S Ras. 495. 1.

A interficit in hebdomada vna. Et proculdubio ipsum spargitur velociter, & velocius quã diximus.
Et[a] non est aliquod de attrahentibus, sicut cauterium: ita quod qñ est spatium longius illo, & time-
tur casus timoris aqua, & properatur ad cauterium magnum post spatium, non est longinquum
quin conferat: nõ est ergo attractio cauterij, & corruptio ipsius in substantia veneni, sicut est attra
ctio aliorum, & corruptio ipsorũ. Quod si aliquid ab hoc prohibuerit, administra medicinas, quæ
stant loco cauterij, sicut emplastrum de sale: & medicinæ rubificantes, sicut emplastrum de sinapi,
& similia. Et[b] non intromittas eum in huiusmodi hora in balneum omnino. Nam si balneaueris
eum, interficies ipsum. Et[b] dicitur, ꝙ sedere in tina, est ex eis, quæ cõferunt: & existimo, ꝙ illud est
in primis. Et frigus est ex eis à qbus oportet ipsum cauere. Et fortasse est tibi necessariũ in hac ho-
ra, & post ipsam, vt phlebotomes eũ secundo: ergo phlebotoma ipsum: &[c] non[α] permittas eũ ite-
rum intueri sanguinem suũ. Quod si videris eũ iam tendere ad sanationem, paulatim tũc fac eum
vti exercitio temperato. Et balnea eũ cum æqualitate: & funde super ipsum aquę tepidę plurimũ:
& frica eum: & inunge eum oleo temperato. Et qñ peruenit esse suũ ad timorem aquæ, tunc non
paueas iterum, dum non fit talis vt non cognoscat faciem suam in speculo.[d] Dixerunt. n. fortasse
ipse cognoscit faciem sui ipsius, & fortasse imaginatur post illud, ꝙ in speculo sit canis. Et da ei in
potu illud,[b] quod[β] diximus de aqua in qua extinguitur ferrum cum ingenio, quod dicemus. Est
B enim curatio optima. Et ingenia super ipsum cum omni ingenio in dando ei in potu aquam. Et si
necessarium fuerit tibi stringere ipsum, & vim inferre, tunc[e] emplastra stomachum eius cum infri
gidantibus. Et iam quidem expertum est vinum mistum per medium, & contulit iuuamentũ mi-
rabile. Et contulit quidem in hac hora medicamen huiusmodi. Recipe coaguli leporis, & luti lacu
næ asportate de Alexandria, & granorum abel, & gentianæ omnium ana aure. iij. bacarum lauri,
& myrrhæ amborum ana aure. viij. conficiatur cum melle: & sit dosis quantum faba egyptiaca. Et
iterum sigillorum lacunæ, & granorum iuniperi amborũ ana. x. coagula vulpis. iiij. coagula lepo-
ris. v. radicum aristolochiæ rotundæ, bacarum lauri, seminis amomi, seminis rutæ syluestris om-
nium ana aure. iij. præparetur eorum massa cum vino dulci: deinde conficiatur cũ melle: & sit do-
sis faba vna. Et iterum terræ sigillatæ aure. viij. granorum aldemest tantundem, coagula leporis
xvi. coagula gazel. xxxij. radicum gentianæ. iiij. myrrhæ. iiij. aggregentur cum melle, & retinea-
tur: cuius dosis sit vt cicer cum aqua calida. Et[f] quidam homines dixerunt, qui suspẽdit super cor-
pus suum dentem canis rabiosi, fugit ab eo canis rabiosus, & non intendit ad eum: & similiter reli-
qui canes, & non est ex eis in quo est fiducia. Medicinæ quę bibuntur. Simplices quidem sunt[g] li-
cium, &[h] altit, &[d] absinthium, &[d] polium, & terra sigillata cum vino: &[i] †{aalusen}est mirabilis
in hoc capitulo: ita quod nomen eius in græco est deriuatum ex intentione iuuante ad morsum ca
C nis rabiosi. Et myrrha bona est bibita & emplastrata. Et dixerunt non est ad illud medicina melior
gentiana: & chamædryos iterum. Et dicunt quidam, ꝙ oculi cancri cum bibuntur, sunt magis iu-
uatiuæ res ad illud. Et[d] dixerunt quidam, ꝙ si in potu detur coagulum canis parui in aqua, sanat.
Et existimant[k] quidam, ꝙ sanguis ipsius canis rabiosi, est curatio. Verum ego non audeo illud. Et
similiter dixerunt[l] ciba illum hepate canis assato proprie illius qui eũ momordit. Et dixerunt post
timorem aquæ, ciba eum hepate prædicto, & ante ipsum: aut cute aldabha assata. Et dixerunt cum
in potu dederis almaudana, & castoreum in hac dispositione, & feceris collyrium ex eo, iuuabitur
eo, & remouebitur timor. Et de compositis sunt medicamen[m] Gal. et theriaca propinqua ei, quod
diximus in præterito.[n] Recipe cancri fluuialis adusti, & gentianæ amborũ ana partes. v. thuris, ca-
lamenthi ana partes. iij. terræ sigillatæ partes. ij. sumat in puluere ex ea. ʒ. iij. in ieiunio cũ aqua te-
pida, & tres alias in vesperis: & vtatur illa diebus pluribus ante. xl. Aliud.[o] Reci. cantharidarũ ma
gnarũ, pinguium, ablatis pedibus, & capitibus, & alis partem. i. lentium excorticatarũ partem. i. et
croci, & spicæ, & gariophyllorum, & cinnamomi, & piperis omnium sextam partis vnius: teratur
omnia optime, & proprie cantharides, & conficiant̃ cum aqua, & informẽtur trochisci ex eis, quo-
rum vnusquisq; contineat tertiam. ʒ. i. Et detur in potu ex eis oĩ die trochiscus vnus cũ aqua tepi-
da. Et[o] si acciderit punctura in vesica, bibat decoctionem lentium excorticatarũ, & oleum amyg-
D dalinum, aut butyrũ crudum, & coctũ. Et[o] ĩgrediatur balneũ omni die post potum eius, & sedeat
donec mingat in tina. Et[o] administretur cibus humectatiuus, & alessidabegi cũ pullo impingua-
to, & bibat vinum, & caueat sibi à frigore. Descriptio abbreuiata medicaminis de cantharidibus.
[p] Sumant̃ cantharides, ſm ꝙ narrauimus, & infundant̃ in lacte acetoso die, & nocte, deinde effun-
datur illud lac acetosum ab eis, & permutetur aliud lac acetosum, & dimittatur in eo die & nocte,
& fiat illud tribus vicibus: deinde exiccentur in vmbra, & terãtur cum tantis lentibus excorticatis
quãtæ sunt ipsæ, & fiant ex eis trochisci de quibus sit dosis tertia. ʒ. i. cũ vino, aut aqua tepida. Cum
ergo biberit ipsum, fiat vt perueniat ad sudandum cũ eo, quod est ei possibile de deambulatione,
aut cooperimento. Si aũt illud, quod bibit angustiat ipsum, bibat sup ipsum sacraiati de butyro co-
cto, aut oleo, & vtat̃ tina, & mingat in ea: cũ ergo mixerit sanguinem, tũc iam securabitur à timore
aquæ. Emplastra, & similia ad attrahendũ. Assa est emplastrũ bonũ: & dicitur, ꝙ emplastratio eius
cũ hepate canis rabiosi iuuatiuua est valde testat̃ de ea cõitas. Et allia emplastrata, & bibita: & caro
pisciũ salita est bona iuuatiua. Et de eis, quæ trahunt venenũ ab eo cum fortitudine, est vt ponatur
super morsum[p] vrina hoĩs antiquata seu iam diu micta, &[p] proprie cũ nitro. Et cinis vitis solus, &
acetum, &[p] menta cũ sale. Et opopanacum mirabile est valde. Et folia cucumeris hortulani vehe-

Auic. rrr iiij mentis

Dio. lib. 6. c. 36.
Ls. 35. pti. t. 2. 495. 2.
Ls. ibi. 495. 3.
Supra α
Meli. li. 2. ser. 2.
Supra β
Ls. 495. 3. 4.
Ls. 495. 2. & 3.
Di. li. 1. c. 114.
Dio. lib. 3. c. 76.
li. 1. t. 2. c. 26. &
lib. 3. c. 87. &
de simp. med.
c. alysson
li. 1. t. 2. c. 144.
Ls. 495. 3.
lib. 1. t. 2. c. 234.
Dio. li. 2. c. 39. &
de simp. fo. 79. h
Meli. li. 2. ser. 2.
li. 2. de antido.
& Ras. t. 8.
lib. 35. cõi. t. 2. 495. 2.
Ls. 8. c. 10. &
t. 2. c. 2. 495. 2
Ls. lib. 35. pti.
495. 2. duo
superduunt.
Ls. lib. 35. cõti. 495. 3.

mentis iuuamenti sunt ad illud,& radix fœniculi.Et [a] dixerunt qñq; confert ei iuuamentum mirabile vt liniatur locus ex glutino piscium multoties.Et iterum vt emplastretur cum formicis tritis.Et iterum sumantur floris æris,& salis amborum partes.iiij.adipis vitulorum partes.xij.fiat ex eis emplastrum.Et iterum volubilis.ʒ.iij.baurach.ʒ.ij.spumę maris.ʒ.i.salis.ʒ.iiij.adipis anseris ʒ.x.olei de alcanna quantum necesse est.Ingenium in dando aquam in potu.[a] Quidam dixerunt sicut Feligorus,q quando timet ex aqua,tunc detur in potu ei in vas ex cute aldabha,& aliorum, [b] aut in vase cooperto cum cute aldabha,& proprie si fuerit de ligno,[b] aut cute canis rabiosi.Et dixerunt [c] quidam vt ponatur super vas,aut sub eo pannus,qui sit de pannis latrinæ.Et dixerũt alij ab istis,q aliquid de hoc non excusat.Et [b] quidam ingeniose faciunt canalem longum,& mittunt in guttur eius à longe,& fundunt aquam in ipsum tectum ex eo quod cooperiat aquam.s.ponitur eius extremitas in guttur,& funditur aqua in ipsum,aut fistulã proprie ex argento.Et ex eo quod bonum est in dando aquam in potu,est vt fiat iterum lignum concauum ex congelato melle,aut ex cera,& ponatur in eo aqua,& præcipiatur deglutire ipsum.

E A Rasf.lib.35.cõti.t.2.c.2.fo.495.1.
B Rasf.ibi.495.3.
C Rasf.495.2.

De morsu alnemer,& leonis,& alfhed & vulneribus factis cum vnguibus eorum. Cap. 10.

ISti rapaces,& qui similantur eis,non sunt sicut canes salui,& homines,immo dentes eorum,& vngues ipsorum non sunt vacui à natura venenosa,quapropter oportet vt curentur in primis cum [d] attractione:deinde cum consolidatione.Et in eius attractione sufficit res parua.

F D Halyab.lib.4.pract.c.29.

De morsu crocodili. Cap. 11.

ILle quem mordet crocodilus,regatur regimine prædicto in cap.morsus canis non rabiosi cum attractione veneni,ex quo non euacuatur morsus eius,quãuis sit saluus.Et illud fiat cum illis, quæ sunt [e] sicut nitrum,& mel.Et quando existimatur mũdificatio eius [e] impleatur vulnus butyro,[f] †{adipe cerui,}& adipe anseris,& melle deinde consolidetur.Et [g] adeps eius est magis iuuatiuus rerum ad morsum eius.Dixerunt [h] quidam,q sanatio vulneris eius,quod fit cum crocodilus corrodit partem corporis alicuius,est adeps crocodili.

E Paul.lib.5.c.25.
F† Paul. medulla ceruina,
G Li.2.t.2.c.708.
H G.li.de ther.ad Piso.c.10.a

De morsu simij. Cap. 12.

IN illo iterum quem mordet simius,fiat q attrahat venenum eius,si fuerit in morsu eius.Et illud fit cum eis,quæ sunt sicut emplastratio cũ cinere,& aceto,& cepe,& melle,aut amygdalis amaris,& ficubus,& proprie immaturis:& lithargyrium cum sale,& radix fœniculi:& sedat apostema eius lithargyrium liquefactum in aqua:& assumat in potu nigellam in modum pulueris,& mel,et porrum aut orobum,& mel cum nigella & melle & herbo & melle.

De morsu {catti}.i.Felis. Cap. 13.

QVandoq; accidit ex morsu catti [i] dolor vehemens,& [i] viriditas in toto corpore.Et curatio ipsorum est cura communis.Et iuuantur cum [i] emplastro cepæ:& emplastratione calamenti campestris:& per commestionem amborum iterum:& cum emplastro facto ex nigella,& sisamo cum aqua. G

I Paul. lib.5.c.11.

De morsu mustellæ. Cap. 14.

DIxerunt,q morsus eius est velocis doloris:et est color eius decliuis ad offuscationem.Et cura eius proxima est curæ quam diximus ex emplastratione [k] cum cepis,& allijs,& comestione amborum cum vino puro super ambo.Et conferunt ad illud ficus immaturæ cum farina orobi. Et in libro quidem theriacæ dicitur,q si emplastratur cum ea morsus super morsum eius,& super morsum canis rabiosi,est bona iuuatiua,sanans statim.

K Hæc remedia ponũtur ab Aetio lib.4.ser.1.c.12. de Stellione.

De [l] †{morsu mugali,}& est alcale. Cap. 15.

DIxerunt quidam hoc animal minus est mustella in quantitate eius.Et color eius est decliuis ad cinereitatem cum subtilitate,& tenuitate:& [m] longitudo oris est ad vltimum,& apertio eius est ampla in vltimo:[m] dixerunt & hoc,cum videt aĩal salit ad ipsum & suspenditur [n] †{cum} testiculis eius.Et [m] dixerunt quidam est in forma muris,& in colore eius.verũ extremitas oris eius est acuta:& oculi sui sunt parui:& dentes [o] †{eius habent tres ordines,quorũ alij super alios torti sunt retorsione parua ad superiora.}Et dixerunt quidã accidunt ex morsu eius dolores vehementes,& punctura in corpore,& apparitio [p] ruboris in locis ẽm dentes eius.& accidunt in circuitu morsus [q] vesicę plenę humiditate sanguinea,& super bases seu sup radices est fuscedo.& qđ ipsas circuit est [q] fuscum:& cũ [r] scinduntur ab eo quod eis vicinatur:egreditur caro alba in colore nerui,habens tunicas:& qñq; apparet in eis adustio quędam:& qñq; corroditur,& cadit,immo currit in primis [q] pus virulentum,deinde profundatur,& corroditur,& cadit caro eius.Et [s] qñq; peruenit res ad pũcturam in intestinis,& [s] difficultatem vrinæ,& [s] sudorem frigidum corruptũ. Cura. [t] Dixerunt,oportet vt ponatur super locum galbanum singulare,& cum aceto:& embroceť cum aqua salsa calida,& [m] fiat illa operatio,quæ præcipitur in curatione cõi,aut [p] ponatur super ipsum farina hordei,& [u] †{syrupus acetosus:}& [x] findatur animal ipsum,& ponatur super ipsum [r] pyrethrum,aut [r] maluæ,[r] aut allia contrita,aut [r] sinapis:totum illud,si non fuerit apostema:cum apostemate vero,[y] cortices granati dulcis decocti,& emplastretur cũ eis.Illud vero,quod in potu datur ei,est schea armenum bullitum cum vino,aut [x] eruca,aut [r] sisymbrium,aut [x] nux cupresi cum vino,[x] aut pyrethrum,& semen erucæ,& cartamũ.Et ex eis,quæ sunt iuuatiua fortia est [x] buchormariem cum syrupo acetoso:aut [m] opopanacum:aut [r] radix gẽtianæ:aut [r] coagulum agni:& [r] coagulum hœdi:& sunt ambo bona valde.Et cõfert ei lac cum syrupo acetoso iuuamentũ vltimum. H

L† Aet.li.4.ser.1.c.14. mure araneo
M Aet.li.4.ser.1.c.14.
N† ———
O† tenues duplici ordine sitii ĩ vtraque maxilla, quo fit vt quatuor dentium ordines habeat.
P Dio.li.6.c.38.& Paul.li.5.c.12.
Q Dio.lib.6.c.38.
R Paul.lib.5.c.12.
S Paul.& Dio.ibi.
T Diosc.li.6.c.40.& Paul.ibi.
V† Pau. oxymel:
X Diosc.li.6.c.40.
Y Aet.ibi.& Paul.

Et dixerunt

A Et dixerunt quidam sapientes, res magis conferens ei est succus foliorum lauri, & folia lauri humida cum vino decocto, aut erucæ: aut [a] decoctio abrotani: aut decoctio lubleb cum vino, aut storax iterum bona est ei cum datur in potu cum vino: Et similiter cum comeduntur res prædictæ cum dispositione sua. Cum ergo cadit caro corrupta, curetur vulnus attractione sua.

[a] Diosc. li. 6. c. 40.

TRACTATVS V. *de punctura paruorum venenosorum, & morsu eorum.* Cap. I.

DIcam in hoc tractatu puncturam scorpionum, & rutelæ, & vesparum, & araneæ, & eorum quæ currunt cursu illorum: & incipiam ab habentibus aculeos de eis.

De speciebus scorpionis syluestris. Cap. 2.

DIxerunt quidã q̃ scorpio fœmina maior est masculo: masculus enim extenuatus est, minutus: & fœmina pinguis, magna: & aculeus fœminæ est subtilis, & masculi aculeus est grossus. Et accidit vt quibusdam scorpionibus sint duo aculei ẽm quod existimant quidam, q̃m dimittunt duo foramina apud puncturam suam: & infrigidatur punctura, et caleſit reliquum corpus, & infrigidatur sudor iterum. Scorpio aũt cum alis est magnus: & prohibet multoties eum ventus, cum volat, ab hoc vt cadat, quare vadit cum eo de regione in regionem. Et in dispositionibus quidem caudæ scorpionum diuersificatio est: de eis enim sunt qui habent [b] sex spondyles, quorum malitia fit fortis in tpe ortus [b] caniculæ, & interficit morsus eius: & de eis sunt

B qui habent pauciores. Et existimauerunt [b] quidam q̃ scorpiones sunt nouem colorũ, albi, citrini, rubei, & cinericij, & rufi: & virides: & de eis sunt aurei, habẽtes nigras caudas, & extremitates caudarum: & de eis sunt vinosi coloris, de quorum percussione sentitur punctura acus, & dolor nociuus, & de eis sunt fumosi, & accidunt ex morsu eorum [b] risus, & [b] permistio rationis.

[b] ...2a lib. pract. ...ect. 2. c. 20.

Quod accidit de punctura eorum. Cap. 3.

ACcidit puncturæ eius vt apostemetur ab hora sua apostemate [c] duro, [c] rubeo: & [c] dolor protensus, & [c] q̃nq; inflammatur, & [c] q̃nq; infrigidatur, & imaginatur apud eum, q̃ [d] super corpus eius proijciant frusta [e] †{niuis}rotunda. Et [c] accidunt dolores subito, & punctura, sicut punctura acus: & sequuntur illud [c] sudor, & [f] tremor labij, & frigus eius, & expulsio vomitu rei viscosæ, quæ congelatur super ipsum, & [c] horripilatio, & [c] contractio pilorum, & [c] tremor, & frigus [c] extremitatum: proprie earum quæ sequuntur vulnus: & mollificatio totius corporis, & [c] eminentia amborum inguinum, & [f] tensio virgæ: & accidit inflatio in ventre, & fortasse excitatur super morsum seu in homine qui est morsus exitus [c] ventositatis per inferiora cum sonitu, & proprie si fuerit morsus in inferiore: & [g] accidunt apata ascellarũ, & eructuatio plurima, & proprie si fuerit percussio superius: & [c] alteratur color. Si aũt scorpio fuerit vehementis malitiæ, erũt accidentia mala valde, quare superfluunt dispositiones prædictæ, & est [g] punctura sicut cauterium in aduredo: &

C corpus totum rigorem patitur cum frigore, & eleuatur super [g] labium humiditas viscosa, quæ cõgelatur super ipsum, & currit [g] ex oculo similiter humiditas: deinde coagulatur lippa in angulis, et cadit alteratio formæ, & [g] egreditur anus, & apostematur priapus, & ingrossatur lingua, & stridẽt dentes, & [g] spasmantur membra posteriora: & q̃nq; componuntur quidam dentes super alios, & non aperiuntur, & est significatio mala. Inquit [h] Gal. si sua percussione inuenerit arterias, accidet syncopis: aut inuenerit neruos, accidet spasmus: aut inuenerit venas, accidet putrefactio. Cura. Curetur per canones cões, & per vaporationem cum eis, quæ sunt sicut [i] sal, & milium, & similia: Et primum quod facis est suctio cum conditionibus suis: & reliqua quæ dicta sunt in attractione: & [k] administrentur super ipsum medicinæ acutæ, subtiles, velocis inflãmationis, sicut sunt [k] assa, & [k] allium, & pyrethrum. [k] Verum alhaza est de melioribus medicinis ei. Et similiter est auellana inda, & omnis auellana: & [l] herba cuius folia sunt quasi folia sansuci, expansa super terram ẽm rotunditatẽ, cuius diameter est vnius palmi, & in sapore eius est viscositas, cuius gustus est sicut gustus alnabac recentis, & bibitur cum aqua, & sedat dolorem statim. Et dixerunt iterum herbas, & arbores cum nominibus suis, quas ego non noui. Et iterum arbor cuius crus eleuatur super terrã quantitate vnius digiti, deinde nascuntur virgæ æquales, quæ eleuantur quantitate vnius cubiti, & apparet super eas res, sicut nix cuius sapor est sapor balha .i. florum dactylorum, cuius potus se-

D dat dolorem statim. Et labe barbariæ sunt vltimæ in hoc. Et cepa squillæ est mirabilis q̃n comeditur: & conferunt ei theriaca magna, & mithridatum, & theriaca [m] Esdræ, & [n] theriaca diatessaron, & [n] sagzenea, & [n] medicamen de assa, & assa est medicamen bonum ei, & [o] vitis alba, & alharmel est ex eis, quæ experta sunt nunc. [p] Et [q] †{cardamum campestre}secundum quod testatur Gal. si retinuerit ipsum, sedat dolorem, & est de speciebus cardorum spinosorum. Et dixerunt quidam si in potu detur de napello quantum est granum sisami, sedat dolorem eius subito, & non interficit: q̃m interficiens est vsq; ad mediam drachmam. Et de medicinis bonis [r] ei sunt allia bibito vino super ea post horam. Et [r] proprie q̃n sunt cum æquali quantitate nucum, [s] †{ }& comeditur de ambobus circiter .i. vnc. Et [t] oportet post acceptionem alliorum, & vini vt cooperiatur cum vestimentis in loco vehemẽtis æstus. Et si ingenietur vt eius præparatio sit super vaporem aquæ calidæ, erit iuuatiuum. & intentio quidem in hoc est vt sudet: & intentio in hoc vt sudet, est mouere materias ad exteriora: & sudare in balneo est vehemẽtis iuuamenti ei. Et cum egreditur, bibat vinum purum. Theriaca bona. [u] Aristolochia longa, gentiana, bacæ lauri, cortex radicum capparis, radices coloquinthidæ, absinthium nabathi, venæ citrinæ: vitis alba, aggregentur cum melle. Alia bona. Seminis rutæ campestris, cymini æthiopici, seminis andacochę omnium ana partem vnam aceti

[c] Diosc. lib. 6. c. 38. [d] Gal. lib. 6. loc. ...c. 5. 2 [e] grandinis [f] ...laf. 35. cõti. t. 2. ...495. 4. [g] ...ect. lib. 4. fen. 1. ...2. 3.

[h] Lib. 3. de loc. af ...fol. 19. f. g [i] ...laf. 35. cõti. t. 2. ...495. 4. [k] Diosc. lib. 5. c. 75. [l] ...laf. 496. 2. ... Nõ esset Pana... cheroniũ. Diosc. ...3. c. 48.

[m] ...laf. 35. cõti. t. 2. ...496. 4. [n] ...laf. 496. 2. [o] ...laf. 496. 1. [p] ...lib. 2. c. 2. c. 161. [q] Diosc. lib. 3. c. 89. [r] ...laf. 35. cõti. t. 2. ...496. 1. [s] attractilis [t] ...laf. 35. cõti. t. 2. ...496. 1. 2. [t] & assæ drac. j. ...laf. 496. 4. [u] ...laf. 496. 1.

aceti quantum sufficit ad conficiendum, gummi quantum conglutinet acetum, & aggreget medi E cinas: & sit dosis eius aure. i. & nõ addatur super illud, qm̃ in eo est timor: immo si necessarium est post horam aliam addere, detur in potu medius aureus alius. Theriaca alia. [a] Rec. alliorum, & nucis amborum ana partem vnam, foliorum rutæ siccæ, & altit, & myrrhæ omnium ana partem mediam: conficiantur cum ficubus iam infusis, & lenificatis, & cum melle, & sit dosis eius. ʒ. iij. cum vino. Theriaca bona ei. [a] Castorei, piperis albi, myrrhæ, opij omnium ana partes, & sint æquales: informentur ex eis trochisci, cuius dosis sit tres oboli cum quatuor vnc. vini: & cõfert iterum mor sui rutelæ. Et [b] iterum opopanacum, myrrha, galbanum, castoreum, & piper album: conficiatur cũ storace, & melle cum æqualitate. Et medicamen [c] exercituale, cuius confectio hæc est, radicis colo quinthidæ radicis capparis, absinthij, aristolochiæ longæ, taraxacon omnium ana partes æquales: cuius dosis sit pueris tertia. ʒ. i. & magnis. ʒ. i. est enim mirabilis, vltima, cui nõ est par. Reliqua quę bibuntur. Et ex medicinis bonis est altit, & iterum vitis alba, & iterum cordumeni pondus. ʒ. ij. cũ vino: & cyperi, & grana myrti, & albedarungi, & semen eius, & semen acetosæ campestris, & altaraxacon, & endiuia, & [d] serapinum bibitum, & linitum, & calamenthum campestræ, & cancri fluuialis si bibatur cum lacte asinino. Et [e] arabes quidam dant in potu morso põdus. ʒ. i. de radicibus coloquinthidæ, & confert ei iuuamẽtum visibiliter. Et quidam experti sunt salem qui ponitur in pasta panis qñ ex eo in modum pulueris sumitur quantum planta manus capit. Et existimauerũt F quidam quod alusnem viridis, qñ conficitur cum butyro cocto vaccino post contritionem, & cribellationem, & sumitur ex eo prope duos aureos, est maximi iuuamenti. Et ei qui comedit raphanum, & [f] albedarungi non nocet scorpio. Et [g] locusta quæ nõ habet alas, magni corporis, quæ nominatur harchuch cum exiccatur, & bibitur cum vino, confert. [h] Inquit fidelis ꝙ si in potu dentur morsis ab eo opium, & semen hyusquiami albi æquali mensura confecta cum melle, cõferunt. Et existimauerunt [i] quidam ꝙ [α] encaustrum indum iuuatiuum est, bibitum, sicut confert linitum. Et [k] agaricum est mirabilis iuuamenti: & [l] fructus aphodilli, & [l] flos eius, & bacæ lauri proprie, & semen alandacochæ, & folia raphani, & chuamich alhaza, & chuamich capparorum, & iterum aristol. nigellæ, radicis opopanaci, seminis harmel, partes æquales: cuius dosis sit aure. duo cum vino. Et [m] iterũ pyrethri, aristolochiæ, bauciæ ana pars. i. piperis pars. 5. maruth quarta pars vnius: cuius dosis sit sicut faba. Et iterum aristolochiæ longæ, pyrethri ęquales partes conficiantur cum melle, cuius dosis sit. ʒ. ij. cum vino. Et iterum myrrhæ, opopanaci, opij partes æquales, vitis albæ partes. iiij. fiant ex eis trochisci. Et iterum corticum radicum aristolochiæ longæ, pyrethri amborum ana, pars vna, detur in potu quantitas necessaria. Et dixerunt [n] quidam sumantur fæcis vini. ʒ. vi. & sulfuris citri. ʒ. viij. seminis rutæ. ʒ. iij. & castorei & seminis erucæ amborum ana. ʒ. ij. aggregentur cũ sanguine testudinis marinæ cuius dosis sit. ʒ. i. cum. v. ℥. vini. Epithemata, & emplastra. [o] Scorpio G ipse est de emplastris bonis ad scorpionem: & cauda eius iterum. Et [p] iterum planta quæ dicitur cauda scorpionis pp similitudinem quam cum ea habet, quamuis ipsa stupefaciat illud quod cum ea emplastratur in dispositione sanitatis, & mortificat sanguinem in eo, ẜm quod existimat quidã Iudæorum. Et [q] mus cum finditur, & ponitur super puncturam scorpionis, iuuat ex sententia cõi omnium medicorum, & similiter rana. Et [r] nos quidem iam experti sumus [s] [α] encaustrum indum liniendo, & contulit, & sedauit dolorem. Et [t] similiter lac ficuum immaturarum, & castoreum. Et anacardus ẜm ꝙ [v] quidam dicunt, est mirabilis in hoc, sedans dolorem. Et alcali est bonum. Et [t] sulfur viuum cum gumma pini, aut glutine albotim: Et caro piscis salita, & allia decocta, & butyrum coctum ponantur calida. Et [t] iterum semen lini, aut semen althææ, aut ambo cũ sale [x] †{ } Et iterum farina hordei cum succo rutæ, aut decoctione eius. Et iterum sulfur tritici decoctum cũ fimo columbino. Et [y] albedarungi est de epithematibus bonis, sedãs dolorem statim. Et similiter sunt radices coloquinthidæ, & taraxacon, & endiuia, & amomum cũ albedarungi. Epithema bonum [z] est sansucus siccus. Et iterum sal vrinæ est ex medicinis post quas non est iuuamentum. Et [a] ex eis, quæ conferũt ei, est vt teneat morsum super vaporem aceti superuenientẽ à lapide ignito. Et ex embrocis eis est [b] decoctio furfuris, & decoctio vrticæ, & [z] decoctio chamæmillæ est mirabilis: & aqua maris calefacta, & succus andacochæ, [c] aut decoctio eius: vnaquæq; est mirabilis: & na H pta alba calefacta est mirabilis. Et oleum in quo decoctus est [d] stellio, cũ distillatur super morsum calidum, est mirabilis iuuamenti.

[e] *De algerarat.* Cap. 4.

ISti sunt sicut scorpiones habentes corpus gibbosum, acutas caudas: & eorum venenum est calidum: & multiplicaẽ in alcoz, & in ascari hononito, & proprie in mineris alaniudem: & qñ mordent, nõ curatur de eis in hora illa, immo in mane, aut post: deinde accidit angustia, & alteratur color. Et qñq; accidit ictericia, & apostematur lingua, & vlceratur locus puncturæ, & mingit sanguinem: & qñq; retinetur natura, & fortasse conuertitur esse eius ad perditionem, & incipit cũ pulsu cordis, & syncopi: & non oportet vt negligatur propter leuitatẽ doloris eius, qm̃ est mali veneni. Cura. Post curam cõem meliores curationes sunt, [e] cauterizare locum, & potiones [f] aqua lactucę [g] †{amaræ,} & aquæ altaraxacon, & aquæ hordei, & omnia extinctiua proprie cũ fortis fit inflammatio. Et melior curationum eius expertarum, [h] est sauich malorum cũ aqua frigida. Et dixit quidam, radix polij cum bibitur cum aqua, confert. Et enula est medicamen bonum ei, ẜm ꝙ dicitur. Et [i] theriaca alhascari est bona, cuius descriptio est hæc. Corticũ capparis, [k] †{gẽtianæ,} absinthij romani,

A Ras. 35. cõt. t. 2. c. 4. 496. 1.
B Ras. 496. 2.
C Ras. 497. 1.
D Ras. 496. 3.
E Ras. t. 8. c. 3. & li. 35. conti. t. 2. cap. 4. 496. 1.
F Diosc. li. 2. c. 135.
G Ras. 496. 3.
H Ga. lib. 7. de medic. cõpos. ẜm loc. cap. 3. 4
I Ras. 35. cõti. t. 2. c. 4. 496. 1.
Infra α
K Ras. 497. 1.
L Ras. 496. 3.
M Ras. 496. 2. deficit vnum.
N Paul. lib. 5. c. 8. vno mutato. & Aet. lib. 4. ser. 1. c. 19.
O Diosc. li. 6. c. 40.
P Diosc. lib. 3. c. 96. de lychne.
Q Diosc. li. 2. c. 61.
R Auicennã fuisse medicũ lib. 3. Fẽ. 1. t. 5. c. 12. & Fen. 10. t. 5. c. 6. & 10 lib. de viri. cord. t. 2. c. 4.
S Ras. 35. cõti. t. 2. c. 4. 496. 1.
Supra α
T Diosc. li. 6. c. 40.
V Ras. 497. 1.
X † Diosc. & scorpius positus
Y Diosc. li. 2. c. 135.
Z Ras. 496. 3.
A Ras. 496. 2.
B Ras. 496. 4.
C Diosc. li. 6. c. 40. & Ras. 496. 4.
D Aet. lib. 4. ser. 1. cap. 19.
E Alzar. lib. pract. t. 30. sect. 2. c. 22.
F Ras. li. 35. pt. t. 2. c. 4. 496. 4.
G † syluestris
H Ras. t. 8. c. 4.
I Alza. & Ras. t. 8. cap. 4.
K † radicum coloquintidæ

A romani,aristol.rot.taraxacon omniũ ana pars.i.terantur omnia:& sit dosis eius pondus.ʒ.ij. Theriaca alia eis.[a] Taraxacon siccæ,& foliorum malorum acetosorum,coriandri omniũ partes æquales:sumantur pulueris eius quantum in vola manus capitur. Et cum accidit ei inflammatio vehemens,sedetur cum aquis fructuum,& succo eorum infrigidatis.Et[b] si acciderit pulsus cordis,confert syrupus de malis alsemius,& sauich de malis, & lac valde acetosum cũ trochiscis de cãphora. Et[b] si angustia fit fortior,tunc adhibeantur aquæ fructuum cum oleo ros.infrigidato.Quod si natura retineatur,clysterizetur.Et[b] si mingit sanguinem,phlebotometur, & administretur curatio mictus sanguinis.Et[b] si apatur lingua,phlebotometur vena quæ est sub ea,& gargarizet cũ aqua endiuiæ,& syrupo acetoso.Et[b] si acciderit in morsu corrosio,curetur cum medicamine acuto, & in partibus eius cum bolo armeno,& aceto linito.Et curetur cura vlcerum malignorum.

Species{aranearum & alsceibem,& rutelarum}.i.phalangiorum. *Cap. 5.*

DE[c] rutelis quidam iam dixerunt illi,qui considerant,& experiuntur has res, ꝙ sunt sex species:deinde diuersificati sunt interpretando de proprietate omnis speciei earum. Dixerunt enim[c] quidam antiquorum medicorum,ꝙ prima species earum nominatur[d] †{albarhasion,}rotundæ figuræ,vuei coloris,& significat per vueum colorem,illum qui est ad nigredinem decliuis. Et secunda nominatur[e] †{anchos,}& est latioris corporis illa,rotundæ figuræ,& in partibus quæ B sunt in collo eius,sunt squammæ apparentes:super os cuius sunt tria corpora eminẽtia, procedentia ad exteriora,rara,lenia. Et tertia est[f] †{murkion,}& est in magnitudine formicæ magnæ, nominatæ ageruf,& color eius est ad cinereitatẽ decliuis,& tegitur corpus eius corporibus eminentibus,paruis,rubeis,& proprie apud dorsum eius.Et quarta est[g] †{sagluucoson,}qm̃ totum corpus eius,& caput eius est durum:& est habens alas, sicut sunt alæ formicæ magnæ. Et quinta est[h] †{suclion,}nã ipsa est longi corporis,subtilis,& super corpus eius sunt puncta, & proprie apud caput eius,& ipsius collum.Et sexta est[i] †{surbulentis,}nam ipsa est longi corporis viridis coloris,cui est quasi aculeus sub collo ipsius.Et[k] iste medicus posuit puncturæ omnium specierum rutelarum accidentia vna,& addidit alius accidentia propria. Et[l] alius ab his duobus viris dixit rutela est animal simile araneæ,quæ nominatur alsehed:& est venatrix muscarum, & ꝙ species eius sunt plures.Et secũdum quod dixit Gal.sunt duodecim species,& earũ[m] deterior est[a] ægyptiaca. de eis enim est[m] rubea quasi ipsa sit aranea rotunda &[m] de eis est nigra fumosa quæ similatur vuæ etiam,& de eis est rache.Et de eis est alba habens rotundum vẽtrem,paruum[m] os,stellata:& ipsa est acuti dorsi cum lineis lucidis.Et de eis est[m] citrina,pilosa:& de eis est vuea appropriata hoc nomine.Et de eis est cuius medium capitis,& pedes sunt breuia,decliuia ad posteriora, & cum vult pungere proijcit se super pedes suos:& qñ vult pungere vel percutere euomit humiditatem pau- C cam,& est subtilior vuea prima.Et de eis est formicalis,similis formicæ,rubeum habens collum nigrum caput,album dorsum punctura coloribus diuersis,& ex eis est cantharidalis.Et de eis est vespalis rubea similis vespæ:deinde ponit vnicuiq; earum accidentia. Et de eis est orobalis,quæ nominatur per hoc propter paruitatem suam,& est quasi ipsa sit herbus rotunda, paruum habẽs os, & subalbidum ventrẽ,albos pedes,& multorũ pilorũ.[a] Ægyptiaca vero quæ dicta fuit prius, est maligna,habens[n] ventrẽ magnũ,& caput magnũ,simile animali quod volat in circuitu candelæ.

De eo quod accidit ei,quem momordit rutela vniuersaliter,& cum distinctione. *Cap. 6.*

INquit[o] Gal.non accidit morsui rutelæ quod accidit puncturæ scorpionis,quamobrem non obuiat venæ lædendo,& inducit vehemẽs frigus ſm plurimum.Et inquit ille, qui dixit species rutelarum,& nominauit eas nominibus primis, quod omnes illæ communicant in apostematione loci morsionis: & est locus morsionis in[p] primis horis rubeus, & in plurimis est fuscus viridis,in quo habetur pruritus,& quod sequitur ipsum:& qñq; extenditur vsq; ad crus: & addiderunt alij, quod est illic eminentia plurima valde,& inflatio.Et[q] dixit primus,& accidit membris neruosis, & ossibus[q] frigiditas semper.s.eis quæ sunt sicut[q] genua,&[q] alchatim,& dorsum, &[q] spatulæ,&[q] fortasse infrigidatur corpus,totũ,&[q] tremit,& horripilatur.Inquit,& sunt illic[q] dolor vehemẽs, clamosus,&[q] vigiliæ,&[q] citrinitas coloris:&[r] imaginatur in oculis quod ambo sunt humidiores, D quam consueuerunt:&[r] distillant lachrymæ guttis frequẽtibus:& sentitur in inferiore parte ventris,& proprie prope pectinem,[r] sicut vacuatio,&[r] inanitio:& incipit natura expellere materiam aquosam superius,& inferius:& qñq; apparet in illa materia quod est sicut tela araneæ: & accidit inguinibus,& testiculis inflatio:& iuncturis contractio,sicut spasmus, quorum forsitan dilatatio non æquatur:& accidit dolor oris stomachi,& nausea:& emittit corpus[r] sudorem frigidum:& fortasse capitis incurrit dolorem sicut est dolor capitis patientium birsen.Et addiderunt alij,quod accidit faciei citrinitas,& corpori grauitas,& vrinæ motus[q] cui fortasse associatur difficultas,& qñq;[q] egreditur cum ea sicut aranea:& accidit neruis,&[r] genibus,& pectini tensio vehemens,& similiter in stomacho &[s] †{linguæ ingrossatio,& retẽtio,}& fortes fiunt dolores.Inquit primus proprietas aũt speciei sextæ,ſm ꝙ narrauerunt,est ꝙ accidunt ex ea dolor vehemens in stomacho, & rigor vehemens valde,cum tremore plurimo valde:hoc dixit.Distinctio vero quam dixerũt Gal. & alij,est ꝙ ipsi dixerunt ex morsu quidem eius[t] quæ de illis rubea est,accidit dolor paruus, velocis sedationis.In nigræ vero,aut variæ morsu,fit fortis dolor cum horripilatione,& frigore,& tremore,& grauitate in coxis[v] ex morsu vero albæ rotundi corpis,& paruioris accidit dolor paruus cum pruritu,& dolore pungitiuo vẽtris & mollificatione ventris, & fluxũ eius.[t] In stellatæ vero

morsu

morſu fit fortis dolor cum pruritu,& horripilatione,& ſtupore,& grauitate capitis,& mollificatio E ne corporis. [a] Ex vuea vero accidunt dolor vehemens in loco percuſsionis, & frigus corporis totius,& horripilatio, & tremor, & ſpaſmus, & ſudor currit frigidus, & abſciſsio vocis, & ſtupor in corpore toto,& apa in ventre,& tenſio in virga & pectine,& [b] †{vomitus rei}abſq; voluntate,et vrina turbida. Verum nigra fumoſa eſt maligna,& accidit ex ea [c]dolor ſtomachi,& frequentia vomitus,& dolor capitis,& tuſsis conſecutiua,& difficultas egerendi interficiēs velociter. [d] Ex morſu aūt citrinæ piloſæ fit dolor fortis valde,& accidunt tremor,& ſudor frigidus cum inflatione vētris,& interficit multoties.Et addunt quidam eorum in narrando morſum vueæ erectionem virgæ,& tenſionem eius,& abſciſionem vocis,& expulſionem ſpermatis, & ſpaſmūm : & illud non eſt fidum,exiſtens ex eis quæ approbamus.Formicalis autem morſus eſt vehemens ſalubris parū doloroſus. [c] Sed ex eis quæ ſunt ſicut cantharides,accidunt veſicatio corporis, & grauitas linguę. [e] Ex veſpali vero accidunnt apa in loco,& ſpaſmus,& profundus ſomnus dominans, & debilitas amborum genuum. Verū orobalis eſt maligna,cuius accidentia ſunt de genere accidētium vueę, ſed ipſa ſunt difficiliora accidentibus vueę.Ægyptiaca vero eſt maligna,& facit accidere dolorem capitis vehementem,& profunditatem ſomni,& ſuccedit ei mors velox.

De cura. *Cap.* 7.

IN cura eorum iterum adminiſtratur canon vniuerſalis ex attractione, & ſuctione, & linitur cū F aqua ſalſa: [e] calida,& dantur theriacæ prædictæ in cap.ſcorpionum,& [f] balnea,& tina ſunt velociores res in ſedando dolores eorum.Nam cum ipſi humectantur in tina,ſedatur dolor eorum:& [g] ſi egrediuntur ab ea redit,quare oportet vt balneetur omni hora. Theriaca bona ad rutelam,& draconem marinum,& genera ſerpentum.Dixerunt detur in potu in morſu eorū, quæ ſunt ſicut ſuriutrugon medicamen hmōi [h] Recip. [i] †{piperis albi}ariſtolochiæ radicis liliј cœleſtis,ſpicę celticæ, pyrethri,dauci,ellebori nigri,& cymini,æthiopici,& foliorū alihembut capitum granatorū, coaguli leporis,cinnamomi,cancri fluuialis,ſtoracis, ſucci papaueris, carpobalſami omnium ana vnc.i.terantur,& conficiantur cum* †{ſucco ſceha,}& informētur trochiſci, quorum vnuſquiſq; ſit vnius aurei:& eſt doſis vna:detur in potu cum vino, & radicis liliј albi & ramorum balſami,& ſeminis andacochæ,& nuces cupreſsi,& ſeminis apiј.Reliquæ medicinę.[k] †{Grana pini,& cymi num æthiopicum,& folia arboris aldub,& cortices eius,& ſemen alandacochæ, & cicer nigrum, & proprie campeſtre,& grana myrti ſunt bona valde:& ſemen abrotani, & ſe. anethi, & ariſtolochia,& fructus tamariſci,& ſuccus ſemperuiuæ,& lac lactucæ campeſtris:& doſis cuiuslibet iſtorum ſit pōdus.ij.aure.cum vino.Et iterum vinum in quo decocta eſt nux cupreſsi, & proprie cū cinnamomo:& ius cancrorum:& ius anſeris : & decoctio radicum aſparagi cum vino.} Et ex eis quæ ipſis in potu tribuuntur cōpoſitæ ſunt ariſtol.& cymini partes æquales, & ſit doſis eius.ʒ.iij. G in aqua calida. [l] Theriaca ad illud experta. [l] Recip.nigellæ.ʒ.x. dauci, cymini amborum ana.ʒ.v. radicis nucis cupreſsi amborū ana.ʒ.iij.ſpicę nardi,& bacarum lauri,& ariſtol.ro.& carpobalſami, & cinnamomi,gentianæ,ſeminis andacochæ,ſe.apiј omnium ana pondus.ʒ.ij. conficiantur cum melle:& doſis ſit quantitas nucis cum vino antiquo.Epithemata,& ſimilia.De bonis [m] eorum eſt cinis ligni fici confectus cum vino,& ſale, [n]†{& alcalcadis,}& ſpōgia infuſa in aceto,& expreſſa: & [o] ariſtol.cum farina hordei confecta cū aceto:& folia harſef,& porri,& virgæ paſtoris, & ariſtolochiæ cum arbore fici.Emplaſtrum bonum:ſumātur cortices granatorum,ariſtolochia, & farina hordei cum aceto,adminiſtrentur poſt ablutionem vulneris cum aqua, & ſale. Et de vnguētis eſt oleum de andacocha,embrocatum,calefactū.Et [p] de embrocis eſt aqua marina calefacta. Et omnis aqua ſalſa:& decoctio alharſef,& decoctio nucis cupreſsi.

De ſciebi,& cura eius. *Cap.* 8.

HOc eſt ſicut aranea,habens plures pedes,& longos,& dixerunt,accidunt ex morſu eius [q] dolor ſtomachi,& vomitus & difficultas vrinæ,& egeſtionis:& eſt interficiēs, & ægyptiacum eſt deterius.Dico autem q* ego neſcio an hoc ægyptiacum eſt illud quod prædictum eſt in [r] capitulo rutelæ,aut illud.Et cura eius eſt cura rutelæ.

Aranea,ſigna eius & curationes. *Cap.* 9. H

A[s]Ccidunt ex morſu eius ventoſitas plurima in vētre cum horripilatione, & frigore extremitatum,& erigitur virga.Et cura eorum eſt ex genere curæ rutelæ. Et confert eis [s] ſumere in potu vinum ſumendo de ipſo aliquid poſt aliquid tota die:& cyperi in vino, & ſudare in balneo. Et de medicinis eorum ſunt nigella,& [s] vinum,& ruta ſicca cum vino ſola,aut cum cyperis.

[t] Duo animalia quæ dixerunt quidam ſapientum medicorum. *Cap.* 10.

SVnt ambo iterum de genere cuius præteriјt rememoratio.* Verum ego non ſcio eſſe eorum, & an ipſa ingrediantur in eis,quæ ſunt præterita,aut non : & cognoſcuntur per hoc,q habent quatuor mandibulas.Inquit ille [t] ſapiens,ſunt ambo ex genere rutelæ : & vnum eorum eſt latum habens pedes [v] †{albos,}& ſuper caput eius ſunt duæ eminentiæ, quarum vna deſcēdit in anteriore parte capitis ſecundum rectitudinem : & altera tranſit incidendo hanc in latitudine : quare facit imaginari illud quod habet duo hora : & quatuor mandibulas. In alio vero loco eminentiarum ſunt duæ lineæ facientes imaginari illam imaginationem. Et [t] accidit ex morſu eorum illud, quod accidit ex morſu ſcorpionum, & dolor vehemens, & albedo coloris morſionis, & [x] †{extenuatio}facieſ,& capitis, & vigiliæ. Et cura illius eſt cura morſionis rutelæ : & medicinæ

magis

A Raſ.35.cōti. t.2. c.3.495.4. de iis q ſunt croceæ quaſi piloſæ.
B † Raſ.exit' ſpermatis.
C Raſ.35.cōti.t.2. c.3.495.4.
D Alza.lib.pract. t.30.ſect.2.c.24.

E Paul.lib.5.c.6.
F Aeti.lib.4.ſer.1. c.18. & Dioſ. lib.6. cap.40.
G Raſ.t.8.c.5.
H Raſ.35.cōti.t.2. ca.4. 496.3. parum differt.
I †————
* † melle
K † Dio.li.6.c.40. Imponere oportet aut radicem ſylueſtris punicæ quàm tenuiſſimè tritam, aut ariſtolochiam, cū hordei farina & aceto ſubactā. vlcera aqua maris proluenda, aut apiaſtri decocto, folia eiuſdem illinenda.lauacris ppetim vtēdū, & ppinandū abrotoni ſemē, aniſum, ariſtolochiā, cicer ſylueſtre, cuminū ęthiopicū,cedrides tritas, platani corticem,& trifoliæ herbę ſemen priuatim aūt,ſingulorum ex iis binas drachmas dare cū vini hemina cōuenit,itē myricę fructus, & chamæpityos,& viridium cupreſſi pilularum decoctū, admiſto vino. Sunt q fluuiatilis cancri expreſſi ſuccum,cū lacte,aſſumpto apii ſemine, cōfeſtim moleſtiis liberare pdāt.
L Raſ.t.8.c.5.
M Dioſ.li.6.c.40. & Paul.lib 5.c.6.
N†————
O Dioſ.ibidem.
P Paul.lib.5.c.6.
Q Raſ.35. cōt.t.2. c.3.495.4.
* Nota
R quinto
S Raſ.t.8.c.5.
T Aet.lib.4.ſer.1. c.17.de tetragnatis
* Nota
V † ſcabros
X † Aeti.tumor

A magis propriæ de illis, quæ sunt ad rutelas, sunt [a] † {ozimum,} & radix opopanacis, & alanda-cocha, & [b] † {abrotanum.}

[c] Animal aliud nominatum tubarse. Cap. 11.

HOc animal retulit ille sapiens, & dixit, accidunt ex morsu eius [d] dolor vehemens, & [d] rubedo, & [d] difficultas vrinæ, & conferunt patienti per ipsum [e] † {fructus tamarisci, & cyminũ campestre & folia nucis,} & allia, & vinum dulce.

Pediculus vulturis, nominatus dehe persice, & memluce græce, & ragarius indice, & hæc bestia est sicut pediculus, aut sicut paruus alcandam. Cap. 12.

DIxit Gal. est paruus, à quo non cauetur, & [f] fortasse nõ videtur morsus eius. Et est ex eis, quę faciunt [g] erumpere sanguinem per vrinam, & per nares, & in ano, & [g] ex stomacho per vomitum, & ex pectore, & pulmone, & ex radicibus dentium: & qñq; magnificatur timor in eo, quare non recipit medicinam, cuius cura est similis curæ algerarati. Et ex eis, quæ ei propria est, sunt vt liniatur morsio cum bezahar, & cum [h] succo lactucæ, & [h] sandalis rubeis: & confert morsui eius lac lactucæ, & caprinum, & butyrum crudum, & terra sigillata, & algeguar, & [h] portulaca, & succus eius, & [h] psyllium, & mucilago eius: & reliqua extinguentia, sicut aqua endiuiæ, & aqua lactucæ, & [h] cucurbitæ, & [h] citroli.

B *Althabuha & porcus luti.* Cap. 13.

EST bestia habens multos pedes acuti veneni, & est in iudicio pediculi vulturis, & vesparum.

De vespa. Cap. 14.

EST vehemẽtioris calefactionis, q̃ apis: & accidunt ex morsu eius [i] dolor, & [i] rubedo, & [i] apa: Et de vespis magnis est genus habentium capita nigra, & habentium aculeos plurimos interficiens. Et magnæ quidem sunt maioris cautelæ prorsus, & magis pernitiosæ: quapropter fortasse perducunt ad spasmum, & ad debilitatem genuum, sed in paruarum iterum morsu quandoq; magnificatur timor, quare faciunt accidere vesicas, & grauant linguam.

De cura. Cap. 15.

ALcanna quidem, & alusme sunt radix super quam aggregantur homines : & diuersificantur amborum impressiones secundum diuersitatem, & præparationem capillorum. Et plurimi hominum incipiunt cum alcanna, deinde consequenter adhibent indicum post ablutionem, & expectant super vnumquodq; amborum mora, quæ quantitatem habet: & quanto plus expectant est melius. Et de hominibus sunt qui aggregant ea : Et de hominibus sunt qui sunt contenti alcanna, & delectantur eius flauitate. Et de eis sunt qui sunt contenti indico, & delectantur colore pauonis proueniente ex eo. Et indicum quidem indum bonum est, velocioris tincturæ : sed est vehementius faciens colorem pauonis; & flauitatem. Et indicum carmenum est minus tingens, & tardius : verum eius tinctura est decliuis ad nigredinem capillorum, & non est multitudo coloris pauonis in ea. Et qui vult vt redeat tinctura indici ad colorem capillorum, & destruatur eius flauitas & eius tinctura administret super eam alcannam vice alia. Et si fuerit eius administratio ante eam, tunc ipsa destruet colorem pauonis, & reducet eum ad colorem capillorum. Et melius quidem est,vt non prolongetur eius mora, immo festinet ad abluendum eam scilicet alcannam,quæ fuit post tincturam primam. Et de hominibus sunt qui C coniungunt ea cum aqua sumach,& cum aqua granatorum,aut cum aqua lactis acetosi:aut componunt cum eis almasal,& aqua corticum nucis,& totum illud est iuuatiuum. Et [a] de eis sunt,qui coniungunt ea cum aqua in qua proijciuntur calx, & lithargyrium decoquendo, aut sub sole dimittendo,donec denigret lanam. Et hoc iterum bonum est, quando ponitur in tinctura pondus drach.i.gariophyllorum denigrat valde:et prohibet malitiam eius à cerebro. Tinctura autem alia quæ administratur multoties,veruntamen minus ꝗ̄ administretur prima, est [b] vt sumantur gallæ & inungantur cum oleo,& adurantur cum oleo:Et quod de hoc est melius est vt fiat in vase lutato:& finis adustionis est quantitas qua denigrentur, & terantur : & non perueniatur ad vltimum in ea. Et [b] sumatur de eis pondus drach.xx.& chalcucecaumenon drach.x.& aluminis drach.ij.et salis gemmæ drach.i.& fiat ex eis tinctura:denigrat enim capillos denigratione fixa:Et quandoq; administratur secundum hanc descriptionem. [c] Sumatur lib.gallarum, quæ cū oleo inungantur, & frigantur,donec scindantur,& sumantur chalcucecaumeni,& aluminis,& draganthi omnium ana drach.xx.& salis drach.viij.terantur bene omnia,& cōficiantur cum aqua calida, & tingatur cum eis,& dimittatur tribus horis:& quandoq; permiscent cum eis alcannam,& indicū.Et [d] illud quod est famosum post hoc,est illud quod fit ex calce, & lithargyrio, & creta quæ comeditur,aut alcanzi,aut creta chimoleæ, aut quancunq; cretam volueris de speciebus cretæ capitis partibus D æqualibus assumptis conficiatur cum aqua cōfectione tincturæ,& administretur, & cooperiatur folijs siclæ:& necessarium rei est vehementia contritionis lithargyrij. Et si sit aqua eius aqua alcannæ,& indici,facta cum iteratione decoctionis amborum,aut positionis eorum sub sole in ea,tunc est melior:verum necessarium est vt dimittatur circiter sex horas, & conseruetur super eam humiditas eius. Et iterum sumantur alcannæ,& indici,& lithargyrij triti,sicut alcohol,& calcis,& gallarum frixarum,& chalcucecaumenon,& aluminis, & draganthi, & gariophyllorum partes æquales & tingatur cum eis. Et hæ sunt tincturæ denigrātes,quæ iam dictæ sunt in libris, de quibus attuli illas,quæ sunt propinquiores ad hoc,vt diligat eos cor,aut cum quibus cadat fiducia. Modus tincturæ bonæ. Recipe alcannæ partem.i.& indici partes.ij. & chalcuecaumenon, & aluminis, & salis gemmæ,& gallarum frixarum,& scoriæ ferri partes æquales,terantur cum aceto,& dimittantur donec fermentetur,& administretur. Et de illis quæ dicuntur in hoc, [e] est vt sumatur scoria ferri post contritionem in aceto vini supereminente ei quatuor digitis,contritione vehementi,& decoquatur vsq; ad sui medietatem,deinde dimittatur in eo duabus hebdomadis donec æruginetur,& sumatur quantum est scoria de myrobalanis nigris,& fundatur super eos illud acetum post contritionem eorum:& decoquatur donec exiccetur illud acetum, & fiat sicut althaluch, deinde

[a] Ld.36.cōt.t.1. c.504.3.
[b] Ld.504.2.
[c] Ld.504.3.
[d] Gal.1.de cōpos. fm loc. c.3.a differt.
[e] Ld.36.cōti.t.1. c.503.3.

submergatur cum oleo,& decoquatur donec fiat sicut algalia: & si volueris, aromatiza ipsum. Et E hoc si tingit cum oleaginitate, tunc propter virtutem rubiginis ferri. Et [a] iterum scoria argenti decocta in aceto vehementer, numeratur de summa denigrātium fortiter. Et magis dilectum apud me est vt sit loco aceti, acetositas aranciorum aut citri: & vt loco decoctionis sit dimissio ferri in eis spatio aliquo. Et dixerunt iterum, si ponatur in kenina ordo vnus de floribus papaueris rufi, & ordo alius aluminis: & sepeliatur in stercore, resoluitur in tincturam bonam. Dixerunt, & similiter si inhumetur planta hordei humida antequam spicas habeat cum medietate sui de alumine in fimo, in concauitate vasis vitrei fiet totum aqua nigra, & linimentum denigrans. [b] Dixerunt, & similiter si cucurbita humida existens super arborem suam, concauetur eleuando prius partem corticis eius in rotundum incisam, & extrahatur quod in ea est, & ponatur in ea sal, & aliquid parum de scoria ferri, & reponatur cortex qui ab ea per incisionem in rotundum fuit ablatus, & lutetur, tunc totum quod in ea est resoluetur in aquam nigram, quæ erit tinctura vt encaustrum. [c] Dixerunt, & si terantur folia capparis & decoquantur cum lacte, & proprie lacte mulieris donec perueniat ad tertiam, & dimittatur nocte tota, erit tinctura bona. Et melius quidem est apud me vt sit de summa conseruantium. Et Gal. [d] quidem testatur de hac tinctura & inquit, sumatur de flore qui est sicut racemus in arbore nucis, & teratur cum oleo, & liniatur ex eo, cum re aliqua de bitumine humido. Et dixerūt quidam, qn̄ miscetur cum eo stercus F caprinum, fit bonum. Et [e] dixerūt: & similiter qn̄ cortices radicum algarab teruntur cum oleo, & inungitur cum eo, tunc ipsum denigrat. Et apud me quidem si fuerit tingens etiam, debilitat operationem eius oleum: & si esset loco olei aqua, forsitan esset melius. Et similiter est sermo meus in eo quod dixit [f] Paulus, ꝙ rosæ papa. rufi conteruntur in oleo, donec fiat sicut algalia, fit tinctura. Nam si fuerit intentio ad hoc, tunc necessaria sunt profundantia sicut alumen. Et [f] similiter est sermo eorum in nutriēdo oleum cū corticibus nucis: & in hoc ꝙ ipsi decoquunt ipsum in aqua eius: & intromittere parum aluminis in eo: & totum hoc est ex eis, quæ debilitant ipsum: & similiter illud quod dicitur in decoctione olei in aqua papaueris rufi, donec finiatur: Et [g] sicut illud quod dixerunt, ꝙ oportet vt sumatur oleum sisaminum, et proijciatur super ipsum tertia sui emblicorum, & decoquatur hora vna cum facilitate, & coletur & reiteretur illud tribus vicibus, & sumatur ad oēm libram, quarta libræ laminarum plumbi subtilium, deinde frigatur cum facilitate, vt nō liquefiat plumbum, & vt non inflammetur oleum, & moueatur semper, deinde dimittatur tribus diebus, deinde sumatur: & dico in hoc est fiducia aliqua, proprie qn̄ est in eo alumen. Dixerunt, & similiter cum ponitur oleum de ben in concauitate nargil, deinde firmetur vel securum fiat cum lutatione eius, & ponitur in furno positione cum cautela, egreditur oleum tingens: & melius est vt numeretur hoc in summa eorum, quæ prohibent caniciem. [g] Dixerūt, & si mundentur grana pas G sularum, & terantur optime sicut alcohol, & submergantur cū oleo sisamino, & inhumentur mense vno in fimo, erit tinctura bona: & bonum, ad radicem capillorū, et de eis in quibus est quasi conuenientia, & iam accidit in tpe nostro in diebus vitæ regis Sensaledule ꝙ leopardus vnus egessit stercus super partem barbæ eius hominis qui leopardos domit, & instruit ad feras capiēdas homine huiusmodi dormiente ad latus leopardi seu iuxta leopardum, & tincta est barba nigredine.

Galia quam elegerunt.

D[h]Ixerunt sumat̄.ʒ.l. emblicorū & lib.i.s. aquæ myrti humidæ expressæ, & .iiij. lib. aquæ, decoquat̄ donec minuat̄ medietas, deinde remoueat̄ ab igne, & sumant̄ [h] †{althçæ,} & alcānę, & foliorū indici oīum ana.ʒ.l. & .ʒ.xx. gallarū frixarū, & .ʒ.x. [i] †{dragagāthi,} & .ʒ.l. gūmi, & pijciant̄ in ea, & ingrossetur cū decoctione. & aromatizetur cū musco, & galia: & inungatur cū ea illud qđ volunt tingere & inungat̄ tanta quantitate qua linimentū tingens superemineat seu eleuet̄ super capillos. [h] Dixerunt, & sumat̄ olei de granis cotti pondus.ʒ.xxx. & proijciat̄ in eo limaturæ ferri, & limaturæ plūbi, & chalcucecaumenon oīum ana pondus.ʒ.iiij. teratur totū cum eo: & dimittat̄, donec denigretur, deinde frigatur, & aromatizet̄ cum muscho. Et [k] scias ꝙ hordeum combustū, aut corticet fabarū, aut cortices granatorum, sunt de summa eorū, quæ intrāt in tincturis introitu alcannæ, & silr̄ cortices nucis. Et nos quidem iā diximus medicinas tincturæ in medicinis singula H ribus: & ꝙ ipsæ sunt sicut sithragi, & myrrha, & litiū, & sinapis, & sal, & elleborus, & attriplex, & emblici, & capillus veñ. & rosæ papa. rufi, & alçanna, & indicū, & æs vstum, & scoria ferri, & aqua corticū fabarum humidarum, & cortices nucis, et aqua eorum, et [l] acacia, et fœnugręci, et semen siclæ, et myrtus, et [m] grana eius, et laudanum, et lithargyriū et calx, et scoriæ omnes, et limaturæ.

De facientibus flauum, & quæ currunt cursu eorum. Cap. 20.

DIxerunt ꝙ flores arundinum nabathi recentes ablato ab eo cortice eius, cū accenditur super extremitatem eius alteram tingit sicut aurū. Et similiter ærugo ferri cum aqua draganthi, super quam expectet̄ sicut expectatur super alcannā. Aut sumantur alcannæ, et fæcis vini, et rasinæ partes æquales, et aliquid de squinantho, et tingatur cū eo. Aut sumatur alcanna, et tingatur cum ea, postꝗ conficitur cum decoctione condysi. [n] †{Dixerunt, et tingatur cū alumine, et alastarach, et croco, et myrrha, et alserugi, et dimittatur die ac nocte cū aqua: et iteretur illud diebus aliquot. Et cum iterantur et ponuntur super ipsum lupini confecti cum aceto, est bonum.} Et iterum sumantur lupinorum contritorum.ʒ.x. myrrhæ.ʒ.v. salis tinctorum.s. alserugi.ʒ.iij. fæcis vini exiccatæ adustæ drach.iij. aquæ cineris ligni vitis, quantum sufficit.

A Ras.36.cōti.t.i. c.4.504.2.

B Ras.504.1.

C Ga.li.1.de phar. cōpos. s̄m loc.c.3.h & Aeti. lib.2.ser.2. c.58.& Ras.503.2.

D Lib.1 de phar. cōpos. s̄m loc.c.3.2

E Ga.ibi.a,& Aet. & Ras.ibidem.

F Ras.36. cōti.t.i. c.4.fol.503.3.

G Ras.504.1.

H Ras.36. cōt.t.i. c.4.505.1.

H†———

I † calcanthi

K Ras. fol. 504.4.

L Dios.lib.1.c.115.

M Dios.li.1.c.128.

N† Paul.lib.3.c.2. fol.84.10. Aluminis, sandarachæ, singulorum drach.vi. croci drach. ii. thapsi, qua tinctores vtuntur (Romani vocāt herbā rubiā) drach. viij. è cinere lixiuii quo pilearii vtūtur sextarii.iiij. lixiuiū cū thapso contusa incoquito. vbi dimidia portio relicta fuerit, humorē exprimito quo alumen, sandaracham & crocum dilues. Deinde vase vitreo condes. vbi vsus venerit, pilos prius abstersos illinito. postquā vero combiberint, ablues decocto fœnugręci, hordei & cumini, aquę prius tepidæ superfusæ, quod sufficit, ad hæc saponis quātum satis ē adiicies

A *De rubificantibus fortibus.* *Cap.* 21.

a†{SVmantur sumach.℥.ij.& gallarum.℥.iij.& alidrion citri.℥.ij.& capil.vene.duæ bacæ,& ab sin.baca.i.& lupinorum excorticatorum siccorum pugilli duo terantur, & infundantur in lib.x.aquæ diebus aliquibus,deinde emplastretur cum eo caput,cum est tepidum.} Dixerunt:& decoctio lentium,& condysi in aqua est bona faciens flauum fortis. b Dixerunt,sumatur fæx vini adusta,& non adusta,& misceatur cum oleo de ben,aut oleo de squinantho.

De albificantibus. *Cap.* 22.

DE c eis est stercus hirundinum,& de eis sunt c alneserin,& de his sunt c almes,& de eis est flos albuscir albi,& de eis sunt cortices raphani,& c fel tauri,& vapor sulfuris,& c cacumē cappa. & cacumen oliuarum singulariter,& coniunctim:& proprie cū aceto, & proprie post vaporationem eius cum sulfure. e Sumātur semen enulæ,& cortices raphani sicci,& alumen, & aggregetur cum attritione cum medietate partis.i.de gummi arabico.Et f iterum sumantur folia alneserin, & cortices papa.& mandrag.& si fuerit loco amborum hyusquia.al.erit forte,& misceatur tinctura: & si fuerint in eo cāphora,& aqua rosf.erit melius.Et qñq; madefiunt capilli,deinde inuoluuntur in sulfure,deinde suffumigantur cum eo:fiat cum eo illud in nocte semel,aut duabus vicibus.

Succursus dispositionibus sequentibus tincturas. *Cap.* 23.

B PLures species tincturæ sunt g infrigidantes cerebrum,& corrumpentes ipsum,& facientes ipsum cadere in præparatione ad catarrhos,& ad g apoplexiam,& similia.curetur ergo illud cū eis quæ vicinantur tincturis:aut administretur successione earum de aromaticis calidis, sicut sunt muschus,& gariophylli,& similia.Et quandoq; accidit ex tinctura vt tendatur capilli sicut chordæ,& remoueatur eorum crispitudo,& deturpetur eorum situs:& succurritur illi,si ponatur cum tinctura illud,quod subtiliat,& crispat,& proprie in genere capillorum qui faciunt illud. Et quandoq; accidit ex tinctura vt infiltrentur capilli,& corrugetur barba,& rumpantur capilli:& succurritur illi,si consequenter adhibeatur oleum violaceum,& oleum alkeiri.Et quãdoq; accidit ex tinctura,vt denigretur facies,& homines quidam lauant eam cum farina faba.& ciceris,& similium: & non est melior ablutio ad illud q̃ de oleo calido.Et quandoq; accidunt post tincturam alnusul. Et melius quod administratur in eis est,vt sumatur de tinctura quantum est nux, & exiccetur,& proprie de tinctura in qua est virtus profundans,& quoties apparet alnusul, aut forsitan apparebunt,accipere lignum sicut illud cum quo fricantur gingiuæ, & inuolue & accipe super extremitatem eius de illa tinctura,& inunge cum ea alnusul. Et quidam accipiunt fumum olei aromatici sicut oleum de ben,& laudanum,aut ceram,& inungunt cum eo alnusul:& qñ exiccatur, linitur.

*De furfuribus.*i.porrigine vel pityriasi. *Cap.* 24.

C QVoniā sermo de furfuribus est proportionalis sermoni de capillis ex aliquibus modis,tunc loquimur de eis.Furfur est alhebrie.i.furfur quod est in capite & est aliquis modus excorticationis leuis accidentis capiti,propter corruptionem accidentem in complexione, proprie cum impressione in superficie superiore cutis.& peior peruenit ad vlcera, & ad corrumpendum origines capillorum : & h fit à materia acuta, h baurachiati, aut sanguine h melancholico. Et i quandoq; est propter malitiam complexionis in capite : quare corrumpitur illud quod peruenit ad ipsum.Et forsitan est quod facit ipsum siccitas nuda : & non est reliqua complexio in corpore nisi bona:& quandoq; fit per communitatem.

De cura. *Cap.* 25.

FVrfuri qui est leuis sufficit cura k leuis,& destruit ipsum epithemare caput cum oleo ro.& vio. & cum mucilaginibus.Et de furfure est qui est vehementior illo : & indiget eis in quibus l abstersio est,& resolutio fortis:deinde consequenter adhibeantur ea quæ humectant,& æquent. Et de eo est malus valde,perducens ad tineam , & necessarium in curatione eius est vt m mūdificetur corpus cum phlebotomia,& solutione ventris, si fuerit necessarium illud : & si causa fuerit secundum q; videtur in capite repletio corporis:deinde curetur:& quoties curatur cum eo quod abstergit consequenter adhibeantur olea.

D *Medicinæ furfuris leues absq; mordicatione plurima.*

SVfficit furfuri propinquo, debilis ablutio cum n aqua siclæ,& cum aqua o fœnugræci, & cum granis melonis & cum farina cice.& lupinorum,& fabarū,& semine althææ decocto in oleo, & cum mucilagine cydoniorum,& althææ,& dragaganthi,& cum creta alcanzi , & chimolea,& proprie cum succo siclæ postquam dimittitur super caput hora vna.Et sit p contentus folijs salicis humidis,quoniam sunt vltima. Et cum tamarindis , & apio , & succo eius , & decoctione azadaracht,& q folijs canabis,& folijs sisaminis. Et fortasse cum delibutione amborum destruitur impetigo,& similiter succus amborū,& r amygdalarū excorticatarum cū aceto , & farina fœnugræ. cum aceto.Aut s sumatur farina ciceris cum folijs sisami tritis , & misceatur cum aqua siclæ, & aliquantulo aceti vini. t Aut sumantur cicer tritum,& althæa, & conficiantur cū aceto , & liniantur. u Aut abluatur caput cum cacumine mori trito sicut puluis administrato sicut althęa aut semen althææ cum oleo, v aut tus resolutum in vino,quod mistum sit cum oleo iteretur illud duabus hebdomadis.Et de subtilibus,& facilibus est ablutio capitis , cum aqua foliorum kalef humidorum: est enim bona vltima experta salua:& oportet vt abluatur cum quocunq; fuerit deinde inunganť in nocte cum oleo quod sit sicut oleum violatum & rosatum.

Medicinæ furfuris, quæ ſunt fortiores.

MIſceantur cum ablutione baurac, aut ſulfur, [a] aut fel tauri, aut pulpa coloquin. aut fæx vini, aut ſinapis, aut ſtaphiſ. aut [b] nitrum aduſtum, aut gumma rutæ agreſtis & ſimilia. Et [a] iterũ ſumatur chimolea, & conficiatur cum felle vaccino, & adminiſtretur, & dimittatur duabus horis: aut grana [c] albem, & farina fabarum cum æqualitate decoquantur cum aqua, & abluatur cum ea caput. [d] Aut ſumantur fæci vini lib.i. & ſaponis. ℥.i. & baurac aure. iiij. aggregetur totum, & liniat̃ cum eo caput, deinde abluatur cum aqua ſiclæ, & farina ciceris, deinde adminiſtretur oleum myrtinum, & liniatur etiam caput cum ſtercore vaccino, & confert valde, & quieſcat vna nocte, & liniatur alia nocte. Et ablutio ipſius cum vrina cameli, proprie Arabici, eſt vehementis iuuamenti. Et [d] nitrum tritum eſt forte in capitulo furfuris mali. Et de eis quæ cõferunt in ea, ſunt calcanthũ, & ſtaphiſagria. Aut ſumantur ſpuma [e] baurac, & calcanthum æquali menſura, & liniantur ſuper caput poſt raſionem: & fortaſſe aggregantur cum oleo. Aut [f] teratur ſtaphiſagria in oleo, & inungatur cum ea. Aut [d] ſumantur ſulfur, & calcanthum, & baurac æquali mẽſura, & aggregetur cum laudano diſſoluto in oleo maſticino, & dimittant ſuper caput, & fortaſſe ponitur in eo elleborus. [g] Medicamen quod ſibi attribuunt quidam moderni, & iam expertum eſt, & inuentum bonum, & forte: ſumat̃ hyſſopi humidæ, pars.5. & pinguedinis anatis pars.i. & olei de keiri pars.i. & gummæ rutæ agreſtis. iiij. pars.i. & laudani partes. ij. abluatur caput cum aqua calida, et ſapone, deinde F fricetur cum panno aſpero, donec rubeat, & liniatur cum eo die ac nocte.

E Remedia quæ pręſenti cap. & p̃cedẽti pro maiori parte accipit à Raſi, ſed cõfundit tum [illegible] ad furfures, tũ quæ ad impetiginẽ valent, oĩa ponendo ad furfures.
A Dioſ. li.2.c.70.
B Gal.1. de medic. cõpoſ. ſm loc.c.6.f
C Gal.1. de cõpoſ. phar. ſm loc.c.6.e
D Raſ.36. cõti.t.1. c.2.502.4.
E Gal. ibidem. f
F Alex. lib.1.c.4.
G Raſ. fol.503.1.

TRACTATVS II. *de diſpoſitionibus cutis ex parte coloris.* Cap. 1.



COlor conuertitur ad nigredinem [h] cauſa ſolis, aut [i] frigoris, aut vẽti, aut ſorditiei aut paucitatis [h] balneationis, aut [h] comeſtionis ſalſorum, aut conuerſionis ſang. ad melancholiam. Et conuertitur ad citrinitatem ex cauſis citrinantibus, quæ ſunt ægritudines, & [k] triſtitiæ, & defectus nutrimenti, & multitudo coitus, & fames, & [l] calor aeris vehemens, & [k] potus aquarum ſtantium. Et ex comeſtis ſicut [m] ameos, & olfactus eius, & aſpectus ad ipſum ſecundum ꝙ dicitur: & [k] acetum, & aſſiduatio eius citrinat faciem, & [n] cyminum potatum, & linitum cum aceto. Et longa ſtatio in domo, [k] in qua eſt cyminum plurimum, & multum vti aceto. Et [k] comeſtio cretæ, ita ꝙ facit cadere oppilationem in orificijs venarum, quare non vadit ad cutem ſanguis rubicundus, immo aliquid de vapore choleræ.

H Raſ. t.5.c.20.
I Ga. cõm.5. apho. 23.g
K Raſ. t.5. c.19.
L Raſ.36. cõti.t.3. c.1.509.1.
M Dio. lib.3 c.59.
N Dioſ. lib.3.c.57.

De rebus facientibus colorem bonum cum ſplendore, & rubificatione, & abſterſione ſubtili. Cap. 2.

SCias quia omne quod mouet ſanguinem, & ſpiritum ad cutem, induit eam pulchritudinẽ puerilem, & mundificationem, & rubedinem, & adiuuat ipſum illud, quod abſtergit abſterſione leui, ponens cutem ſubtiliorem, & detegit ab ea illud quod eſt mortuum ſuper faciem eius, detectione ſubtili: & proprie ſi fuerit tinctura: & indiget cum hoc toto cautela à calore, & frigore, & G vento. Et res quidem mouentes ſanguinem ad cutem, efficiunt illud ſecũdum tres modos. De eis enim ſunt quæ generant ſanguinem, & proprie ſubtilem: ſanguis nanq; bonus cum generatur, & multiplicatur, & ſpargitur, conſequitur ipſum omnis locus. Et de eis ſunt mũdificantes ſanguinẽ. Et de eis ſunt ſpargentes ſanguinem, & dilatantes ipſum, propterea ꝙ mouent eum ad exteriora, & aperiunt meatus, attrahendo ipſum violenter ab interioribus ad exteriora. Et res quæ bonum faciunt colorem per viam primam, ſunt, ſicut aſſumere [o] cicer, & oua ſorbilia, & aquam carnis, & [p] vinum odoriferum, & aſſumptio [p] ficuum: ipſæ enim generant ſanguinem ſubtilem, expulſum ad cutem, & propter illud faciunt pediculos. Et [q] ſi color alicuius conualeſcentium turpis fiat, tũc ſi voluerint vt redeat ad colorem ſuum priſtinum, iuuabitur cum ficubus ſiccis: & aqua dactylorũ immaturorum: ambo enim ſunt addentes in ſanguine ſubtili, & caliditate innata. Et [r] de eis quæ ſunt experta ad illud, eſt vt bibat diebus continuis in ieiunio vinum, & lac. Et res quæ operantur per mundificationem ſanguinis, ſunt ſicut [q] tryphera minor, & myrobalani conditi, cum adminiſtrantur ſecundum aſſiduationem, & [s] myrobalani kebuli ſunt fortiores tryphera. Et res quæ faciunt illud cum dilatatione ſanguinis, & ſparſione eius, ſunt ſicut [t] altit, & piper, & [s] cyperi, & gariophylli cum ponuntur in cibo, & ſicut [v] crocus, licet crocus tingat ſanguinem iterum, & [q] proprie in vino cocto, cuius doſis ſit vſq; ad drach.i. & ſicut hyſſopus. [t] Sumatur hyſſopi drach.ij. & H croci drach.5. & potentur cum zuccaro. Et [s] acorus iterum facit colorem bonum. Et napi de Barbaria ex drach.i. vſq; ad drach.ij. cum bibitur in ſauic bullito bullitione vehemẽti vt non incurrat inflammationem facit bonum colorem. Et de oleribus ſicut [x] raphanus, & porrum, & [r] cepe, & caulis proprie: & [f] aſſiduatio comeſtionis eius, & allium iterum. Et de operationibus, & motibus, iracundia, & [y] ira, & alteratio, & exercitium temperatum, & luctatio, & iterum gaudium, & [z] lætitia, & aſpicere quod delectat de actionibus, & operationibus ſicut eſt cantilena cum inſtrumentis, & gaudium, & ſedere cum pulchris decenter indutis, & aſpicere ad ſpecies litigantium de pignoribus in victoria, & iurgium, & alia. Et res quæ faciunt deforis cum attractione, & abſterſione iterum, ſunt linimenta, & ablutiones accepta ex farina [a] fabarum excorticatarum, & farina [a] hordei, & farina [b] orobi, & farina tritici, & [a] amylo, & farina [c] ciceris, proprie & farina lentium, & farina rizi, & [d] glutine piſcium, & [e] ireos, & [a] laudano, & [f] ficubus, & [a] ture, & maſtice, & [g] oleo eius, & corticibus oui, & carne [a] oſtracorum, & [a] bdellio, & [h] lithargyrio, & [a] ceruſſa, & [a] limatura eboris, & oſſibus vetuſtis, & almahaleb, & [i] cinnamomum aromaticum eſt forte ẽt in hoc, & amygdalæ dulces, & [k] amaræ, & ſemẽ citroli, & [l] melonis, & atriplicis, & cucurbitę, & farina ſeminis raphani,

O Dioſ. li.2. c.96.
P Raſ.t.5.c.18.
Q Raſ.36. cõt. t.3. c.2.510.2.
R Raſ.511.1.
S Raſ.510.3.
T Raſ.t.5.c.18.
V Dioſ. lbi.1.c.25.
X Raſ.36. cõti.t.3. c.2.509.3.
Y Raſ.36. cõti.t.3. c.1.509.1.
Z Paul. lib.1.c.27. & Raſ.509.1.&.2.
A Raſ.36. cõti.t.3. c.2.510.3.
B Dioſ. li.2.c.101.
C Dioſ. lib.2.c.96.
D Dioſ. lib.3.c.84. & Raſ. ibidem.
E Dioſ. lib.1.c.1.
F Dioſ. li.1.c.145.
G Dioſ. lib.1.c.39.
H Dioſ. lib.5.c.52.
I Dioſ. lib.1.c.13.
K Dioſ. li.1.c.139.
L Dioſ. li.2. c.128.

A nis raphani,& semen erucæ.Et multoties quidem clarificat faciem, & mundificat eam, epithema ex amylo & [a] dragagantho cum lacte omni die:& succus alchanaberi,& [b] croci hortulani: & lac sicut mulgetur,& decoctio vngularum vitulorum.Et iam expertus sum in eo decoctionem carnis [a] ostracorum,& albuminis [c] oui:& decoctionem fœnugræci,aut decoctionem meliloti. Ablutio bona. [d] Sumantur fabæ excorticatæ,herbus,lupini semen raphani,semen melonis excorticatum, cicer,amylum,fiat ex eis ablutio. Gumera bona. [e] Recipe farinæ fabarum, & farinæ hordei omnium ana partem.i.& farinæ ciceris partem.i.lentium excorticatarũ,dragaganthi,amyli omnium ana partem.5.granorũ melonis partes.ij.croci quantitatem,quæ tingat,liniatur in nocte,& abluatur in die cum decoctione corticũ melonis,& decoctione viol.& similium. Alia. [f] Recipe amygdalarum dulcium,& dragaganthi,& gummi,& farinæ fabarum,& ireos,& glutinis piscium partes æquales,liquefiat glutẽ in aqua,quæ sufficiat omnibus,deinde ponantur in ea medicinę,& fiat cum ea epithema. Alia. [g] Sumatur farina fabarum,& hordei,& ciceris,& simila,& liniantur cum albumine oui.Et de eis,quæ abstergunt abstersione forti, sunt [h] bulbus, & cepæ, & baurach, & ameos cum melle,& ammoniacum,& oleum chamæmillæ,& storax humida sunt vehementis iuuamenti:& sulfur iterum,& arsenicum,& stercus lacerti,& radix narcissi. Gumera fortis. Sumatur crocus hortulanus,& decoquatur vsquequo ingrossetur, & sumatur de ea.℥.i. & conficiantur

B cum ea confectione epithematis istæ medicinæ stercus passerum, farina lupinorum, farina ciceris, semen melonis excorticatum,terantur,& aggregentur cum ea,& liniatur. Gumera alia. Recip. [i] dragaganthi nitri de seni triti sicut puluis,& croci,& lupinorum,& medullę granorum cotti omnium ana aure.i.liniatur cum oleo amygdalino.Et [k] qñq; linitur facies omni nocte cum sinapi albo,& arsenico rubeo,& citrino cum lacte,& abluitur in mane,rubet facies rubore vehementi. Et istæ medicinæ fortis abstersionis conferunt formæ,quæ est ex principio leprę,quę nominat̃ asotk, & bothor.Et [l] butyrum coctum cum administratur super eas,destruit eas.Et de eis,quę sunt propria ad hoc iterum,& mundificant cum fortitudine,est [m] gummi album,baurach, thus, & sulfuris citrini æquali mensura,fiant trochisci,cum aceto,& exiccentur,& administrentur cum necesse fuerit cum aceto,& melle.Et spuma baurach melior est in hoc,q̃ baurach.Et iterum [m] sumatur lib.saponis,& ammoniaci tantundem,& resoluãtur liquefaciendo in.iij.lib.aquæ, deinde proijciantur desuper thuris,& masticis,& nitri partes ęquales cum.℥.vij.& terantur omnia in vase vitreato vehementer,& administrentur in nocte.Et [l] iterum farinæ herbi,& farinę ciceris,& fabarũ, & hord. & lupinorum,& ireos,& radi.narci.oĩum partes æquales,& gummi, & radicis lilij amborum ana pars.5.fiant trochisci.Et scias,q̃ omne quod cõfert panno,& maculis lentiginum maiorum,& vestigijs,& tenebrositati sanguinis,confert in hoc fortiori iuuamine:& parum de eo sufficit.

C *De conseruatione cutis à sole,& vento,& frigore.* Cap. 3.

OPortet vt liniatur cum [n] albumine oui,aut cum aqua [o] gummi,aut cum cera, & oleo, aut sumatur grossum simile infusæ in aqua colate, & misceatur cum æquali mensura albuminis oui,& inungatur cum eo facies.

De vestigijs percussionis,& vestigijs nigris. Cap. 4.

ERadicat ea lithargyrium albificatum,quando linitur cum aliquo ex adipibus, aut cũ medulla panis.Et similiter lapis piperis notus confert ad illud,qñ cum eo linitur, manifeste. Et olus, quod dicitur piper [p] aquæ:& similiter thus,et folia caulis, et coriandrum, et raphanus, et mentastrum humidum,et ęs vstum totum illud cum aqua coriandri,et apij. Et quãdo linitur locus cum calce,aut nitro rubeo cum aceto forti,remouentur vestigia viridia:et similiter cum thure, et nitro. Et [q] aloe,eradicat vestigia coloris melongenæ:et [r] absinthium cum melle:et similiter cum glutine albotim:et laudanum iterum oportet vt dimittatur super locum diebus aliquot. Et [s] emplastrum diachylon est bonum iterum. Epithema ad illud bonum. [t] Amygdalæ excorticatæ.3.i. ostracorũ adustorum,nasturtij albi,amborum ana.3.ij.mes excorticatorum. 3.5. ciceris albi excorticati. 3. ij. orobi.3.i.lupinorum.3.5.spumæ maris.3.i.ossium vehementis exiccationis,et vetustatis. 3. ij. sarcocollę.3.i.terantur,et conficiantur cum aqua hordei et zuccaro,et liniantur cũ aqua albedarũgi.

D Et iterum confricatio nasturtij super membrum,et chibikengi cum oleo amygdalino.Et [v] iterum nitri,ammoniaci,myrrhæ,sulfuris citrini omnium æqualiter,fiat ex eis epithema cum aceto confractum,vt non vlceret.Et [x] similiter chimoleę,et fimi columbini,et saponis,et thuris ęquales partes,et liniatur cum aceto,et cornu cerui adusti donec albescat,et thuris, farinæ lupinorum, et farinæ herbi,et farinæ fabarum partes æquales ammoniaci et salis armoniaci et amygdalæ amarę omnium tertia partis.i.dragaganthi,gũmæ amborũ ana.iiij.partem vnius.Et iterum emplastret̃ cum glutine,deinde sumantur nitrum,et calx,et cinis vitis,et aggregentur cũ melle,et liniantur: et hoc est conueniens lentiginibus,et vestigijs vlcerum.Et fortasse indigent scalpellatione.

Vestigia vlcerum,& variolarum. Cap. 5.

OMne quod est forte de illis,quæ diximus,confert debilibus vestigiorum vlcerum.Et de medicinis prædictis ad illud,et expertis,sunt adipes asini,et [y] succus radicum arundinum humidarum cum aliquanto mellis:et ozimum cum sale cõmuni commistum cum melle apum.Et decoquatur vitis alba in oleo,donec ingrossetur,et est expertum.Et [z] similiter emplastrum huiusmodi ireos,et costus,et lithargyrium ablutum,et cornu ceruinum adustum, et baurach, et ammoniacũ, et stercus antiquum administretur ita,q̃ ad lentigines,et pannum. Et [a] iterum sumantur stercoris antiqui,

antiqui, veteris longi temporis, albi, & ossium veterum amborum ana partes.x. radicum arũdinis E siccæ, partes.xx. & nasturtij recentis partis.x. amyli partes.x. & lupinorum partes.v. seminis melonis excorticati, rizi excorticati, & farinæ ciceris omnium ana partes.x. & granorum de ben partes.xv. conficiatur cũ aqua hordei, & liniatur. Et si ponantur in eo costi, & myrrhæ, & aristolochiæ omnium ana partes.x. erit melius. Et nos quidem iam innuimus ad curationes horum vestigiorum [a] in loco, qui est ante hunc locum. A Fen.1.t.4.c.12.

[a] †{ *Sanguis mortuus,* } *& lentigines magnæ, & pannus.* *Cap.* 6. A † Sugillata,

Lentigines et [b] sanguis mortuus fiunt propter sanguinem à quo apertum fuit orificium venę, vt euomeret repletionem: aut scissum fuit eius orificium propter percussionem, aut aliud. Et præfocatus, & sub superiore parte cutis in loco, in quo apparet color eius, & figura eius. Et ille, qui est ad rubedinem decliuis, est lentigo. Et qui de eo decliuis ad nigredinem est, nominatur pãnus. Et quidam nominant punctalem pannum. Et ille, qui est ad nigredinem decliuis, est barassen. Et multoties quidem accidit habenti lentigines, scissura labiorum propter siccitatem complexionis suæ. Et [b] oportet vt præparetur ad curationem omnium illorum antequã vehemens fiat coagulatio sanguinis, & denigretur: nam post illud, eorũ cura est difficilis. At vero sanguis mortuus, & baras, quãq; egreditur cũ extremitate phlebotomi, remouẽdo cutẽ subtilẽ ablatione non vlcerante. Q. si fuerit illic aliquid congelatũ, accipiemus cũ facilitate: & si fuerit nõ congelatũ adhuc, fiat vt currat F cũ facilitate: deinde curet̃ p complementũ abstersionis cũ medicinis. Et nos qdem iam curauimus albaras, & lentigines, & hmõi, & ablatę sunt. [b] verũ oportet vt consequat̃ illud emplastrum, in quo sit stypticitas, vt nõ currat ex orificijs venarũ sanguis vice alia: licet necessaria sit cõmistio medicinarũ stypticarũ in eo, quod administrat̃, & resoluentium vt non attrahant resolutiue materiam ex via, quæ dilatata est venarũ, & proprie in inceptione panni: & similiter illud super quod non oportet vt sit vehemens mordicatio: [c] antiquus vero stans non timet illud, ĩmo oportet vt administrentur super ipsum resolutiua, mordicatiua, auferendo, & ponendo secundum continuitatem: & antiquus niger, non alius. Et quandoq; possibile est vt resoluatur sanguis mortuus in principio rei embrocãdo ipsum cum aqua calida, plurima, tempore longo, & proprie si fuerit in illa aqua virtus resolutiua. Et quandoq; scalpellamus in primis. Et quandoq; confert [c] collyriũ de myrrha, & [c] collyrium rosarum ad illud linitum. Et iteretur illud, & quod currit cursu eius in die bis, postq; abluitur locus cum eis, quæ sunt sicut decoctio meliloti. Et melius quo administrantur istæ duæ medicinæ, & aliæ, est [c] aqua fœnugræci. Et collyrium [c] factum ex myrrha eradicat illud, quod residuum est ex mundificatione medicinarum, quæ sunt debiliores. Et ficus infusæ in aceto, acetosæ, quandoq; resoluunt sanguinem mortuum: & similiter nitrum assatum, & [d] fimus columbinus, & baurach cum æqualitate sumpta, & liniantur cum melle. Et [e] iterum abluatur locus cum nitro, deinde G emplastretur cum gumma albotim, & ligetur stricte sex diebus, deinde [f] †{abluatur,} & pũgatur cum acubus vt sanguinetur, deinde exiccetur sanguis, & demittatur sex diebus, deinde fricet̃ cum sale, & dimittatur media hora, deinde ponatur super ipsum hoc medicamẽ, quod dicemus quinq; diebus, quare egredietur totum residuum sanguinis. medicamẽ est istud. Thus, & nitrum, & calx, & cera, & mel: liquefiat cera cum melle, & misceantur, & fiat cum eo emplastrum, & administrentur in omnibus tribus diebus, aut quatuor vsq; ad quinq; dimittendo super locum: resoluentur ergo vestigia sanguinis mortui, & alguassem. Et de medicinis singularibus bonis est condysi cum medulla panis, & amygdalæ amaræ, & semen caulis, & semen raphani, & lac fici, & aqua erucæ cũ felle vaccino, & gummi cardi, & folia mandragoræ fricata super lentigines, & alia vestigiorũ, hebdomada vna. Et sansucus quidem est linimentum bonum ad sanguinem mortuum: & omnes medicinæ fortis abstersionis prædictæ in capitulis præteritis. Et iterum sicut cordumeni, & myrrha, & gumma rutæ syluestris, & cepa azir, & radix serpentariæ cum melle. Et iam expertus est [g] Gal. & alij nucem rancidam terendo eam optime, & ligando desuper in nocte, deinde iteretur. Et [h] vitis alba iterum, & alfesiresim, & fæx granorum albẽ, & sambacus, & proprie humida, & limatura eboris, & crocus hortulanus cum aceto, & duo ellebori, & cinnamomum, & acetositas citri est bona iterum, & andacocha iterum, et stercus columbarum, et stercus passerum, et stercus falconis. H [e] Aut sumatur piperis pars.i. calcis pars.i. et arsenici rubei, et citrini amborum ana partes.ij. conficiantur cum melle, et reponatur in vase figuli: et quãdo ipsum est necessarium abluatur locus cum nitro, [i] †{deinde emplastretur cum gumma pini} quinq; diebus, deinde [k] †{resoluatur,} et pungatur locus cum acubus, et exuccetur, et puluerizetur super ipsum sal: et iteretur super eum medicamen quinq; diebus alijs: fiat illud aliquoties, quoniam delebit sanguinem mortuũ, et alguassem. [l] Aut sumantur baurach, et dragaganthum cũ æqualitate, et informentur inde trochisci, et liniantur cum aceto, et abluatur cum sapone. [l] Aut liniatur cum cucurbita sicca trita bene cum pauco croco [m] †{ } est enim bonum vltimum. Aut sumatur bolum de creta, et grana cotti, et aggregentur cum aqua saponis, et liniatur: sanat enim pannum, et bothor, et lentigines. Et similiter fæx olei adusta, et farina orobi, et farina lupinorum accepta secundum æquales partes conficiantur cum ficubus infusis in aceto. Et de medicinis leuibus, quæ conferunt albaras, et lentiginibus, et omnibus vestigijs, est [n] mucilago cydoniorum cum croco, et grana cucurbitæ cum decoctione fœnugræci. Et de eis, quę delent pannum, sunt semen raphani, et sinapis confecta cum ficubus infusis in aceto. Et medicamen factum ex sinapi, et arsenico, quando est secundum quantitatem, quæ

B Gal.5. de cõpõne phar. sm loc. c.1.f
C Gal.5. de cõpõne phar. sm loc. c.1.g
D Sera.t.5.c.1. & Ras.36. cõti.t.3.c.2.510.1.
E Ras.36. cõti.t.3. c.2.510.1.
F† soluatur,
G Lib.5. de cõpõne pharm. sm loc. c.1.159.h
H Dio.li.4.c.163.
I† & ligetur
K† soluatur,
L Ras.36. cõti.t.3. c.2.511.2.
M† & aqua:
N Ser.t.5.c.1.

A quæ excoriat parum,& non vlcerat. Et deletur iterum ſi ſumatur coſtus cum cinnamomo, quæ ambo conficiantur cum aqua roſata,& liniatur.[a] Aut ſumantur terra argenti viui, & ſemen melonis,& almahaleb,& amygdalæ amaræ,& adminiſtrentur. Et iterum alzardach vel alzardagi confectis cum eo bdellio,& ſemine erucæ. Et iterum bdellium cum aceto. Adminiſtrentur iſtæ medicinæ. Et quoties mordicant auferantur,deinde iterentur. Et iterum cepæ croci, & cepæ narciſsi. Et[b] iterum ſumantur ſeminis erucæ,& amyli,& lithargyrij albificati omnium ana pars. i. parum, croci,ſtercoris lacerti,& ſtercoris canis,& farinæ fabarum,& farinæ hordeaceæ,& farinæ fœnugræci omnium ana partes.ij.olei amygdalarum dulcium,et olei[c] †{alneregil}cum quo aggregentur. Et[b] iterum diachylon ſecundum hunc modum.decoquatur vnc. lithargyrij in duabus vnc. olei antiqui,donec reſoluatur i eo:deinde ſumatur mucilaginis fœnugræci,& mucilaginis ſinapis ana ℥.i.& bdellij,& myrrhæ amborum ana.ʒ.v.duæ medicinę terantur,deinde ſuper eas ambas projiciantur mucilagines,& terantur vehementer,deinde aggregentur cum oleo,& fiat ex eis diachylon. Trochiſcus bonus.[b] Recipe mezerion.ʒ.iiij.ſinapis albi.ʒ.x.ammoniaci.ʒ. ij. bdellij.ʒ. ij. diſſoluantur in aqua ſecũdum quantitatem qua reſiduum aggregetur,& fiant trochiſci. Medicamen vigilantis bonum.[b] Recipe ſekenſubue.ʒ.i.baurach.ʒ.i.ſeminis raphani,& oſsis putridi,& granorum albẽ,& lapidis piperis,et lupinorum,et ſeminis melonis,et coſti,et amygdalarum amararum, B fiant ex eis trochiſci,& adminiſtrentur. Medicamen bonum vltimum, cui par non inuenitur. Interficiatur argenti viui.ʒ.i.in mollitione.ʒ. iij. amygdalarum amararum, conterendo, donec non appareat eius veſtigium,& denigretur poſt mollitionem,deinde projiciatur quantum eſt totum de ſemine melonis trito valde,& liniatur per hebdomadam vnam omni nocte, & abluatur in mane. Et iterum rutæ montanæ,& hyſſopi,amborum ana pars.i. marmoris boli viridis tertia partis vnius,thuris pars.i.baurach partes.ij.&.5.& gummi albotim cum oleo roſ. reſoluantur baurach, & marmor boli cum aqua calida,& aggregentur omnia,& miſceatur cum eo aliquid mellis:& adminiſtretur ſecundum cautelam ab vlceratione. Dixerunt,& de eis,quæ delent pannum eſt phlebotomia leporis naſi.verũtamen ponit faciem in rubedine faciei habentis aſahafa.

De {alguaſſem}.i.Stigmatis. *Cap. 7.*

QVandoq; eradicant alguaſſem duæ medicinæ quas prædiximus in capitulo lentiginum. Et[d] fortaſſe ſufficit vt abluatur locus cum nitro,& ponatur ſuper ipſum glutẽ albotim hebdomada vna,& ſtringatur ligando,deinde ſoluatur,[e] †{& fricetur cum ſale bene,}& reiteretur ſuper ipſum glutẽ albotim,vſquequo eradicetur,exiſtente cũ eo nigredine alguaſſem.[d] Q; ſi illud non confert,non erit excuſatio,quin conſequatur pũctio veſtigiorũ alguaſſem[f] †{ }diſtillando anacardos,& vlcerent ea,& corrodant ipſa.

C *De curatione albediſſanem,& rubedinis ſuperfluæ.* *Cap. 8.*

ALbedſſanem[g] eſt rubedo extranea ſimilis rubedini eius, in quo icipit lepra,quæ apparet ſuper faciem eius & ſuper extremitates,& proprie in hyeme,& frigore:& fortaſſe ſunt cum ea vlcera. Et cauſa eius eſt,quia frigus coarctat vaporem plurimum ſanguineum. Et eius curatio eſt ventris ſolutio,& phlebotomia,& ventoſæ,& appoſitio ſanguiſugarum, deinde adminiſtratio regiminis eius,qui habet alſeker in principio leprę,prędicti in capitulo ante hoc capitulum.

De {morphea,& alguada,& albaras alba,& nigra}.i. Vitiligine, ſcilicet alpho albo,& nigro,& leuca,& lepra. *Cap. 9.*

DIfferentia inter duas morpheas,& albaras albam veram,eſt ꝙ[h] †{vtraq; morphea}eſt in cute,& ſi eſt profunda,eſt parum valde:&[i] †{albaras}eſt in cute,& carne vſq; ad os. Et cauſa communis omnibus,eſt debilitas operationis alteratiuæ, quãdo non aſsimilatur aſsimilatione integra:verum materia eſt in vtraq; morphea ſubtilior,& virtus expulſiua fortior: quare expellit ad ſuperficiem. Et materia in baras eſt groſsior,& virtus expulſiua debilior,fixa in interiore parte: & corrumpit complexionem eius,quod penetrat in ea:quare eſt additio,& adhærentia, & non fit aſsimilatio:& tu quidem iam ſciuiſti has intentiones in[k] capitulo virtutum. Et quando figitur hæc materia,cõuertitur nutrimentum,quod venit ad eam,ad naturam ſuam,& ſi fit melius nutrimen D tum:ſicut complexio bona conuertit materiam corruptam ad rectificationem, & facit eam conuenientem:& ſicut arbores permutantur de plantatione ad plantationem,& conuertuntur à venenoſitate ad comeſtibilitatem:& à comeſtibilitate ad venenoſitatem: ſicut narrauit[l] Gal. & alij, ꝙ arbor nominata[m] †{allabcha}eſt in Perſia venenoſi fructus,& cum plantatur in Aegypto eſt fructus eius de eis,quæ comeduntur:&[n] ſicut color animalis,& plantæ conuertuntur ſecundum regiones,ſimiliter non eſt longinquum quin conuertantur materiæ ſecundum membra, quoniam ipſa ſunt eis,ſicut regiones:& quoniam membrum fit[n] phlegmaticum: & caro eius eſt ſicut caro oſtracorum,& conuertit ſanguinem bonum ad complexionem ſuam phlegmaticam, & colorem ſuum album. Et differentia quidem inter ambas morpheas eſt, ꝙ[o] vna earum eſt propter materiam melacholicam,& altera propter phlegmaticam crudam. Proportio vero rei, quæ nominatur albaras nigra ad rem,quæ eſt albaras alba,nõ eſt proportio morpheæ nigræ ad morpheam albam: immo eſt genus diuerſum in intẽtione ad albaras albam:& illud ideo,[p] quoniam albaras nigra eſt illud,quod nominatur impetigo excorticatiua,& eſt ſcabioſitas accidens cuti aſpera, vehemens, & facit ſquammas,ſicut ſunt piſcium cum pruritu,& eſt propter humorem melancholicum imbibentem cutem de eo,quod eſt iuxta eam imbibitione fortiore,q̃ in colore imprimat tantum: & eſt de ante-

de antecedentibus lepram,& est cum malitia:& cum hoc,q quæ est ex ea antiqua,non sanatur:& E
similiter quæ ex morphea est antiqua,est magis salua,q̃ albaras alba:& causa huius totius est nota.
Et scias,q albaras sequitur ventosas:& apparẽt vestigia earum,& multiplicatur super ea propter
illud,quod attrahitur cum sanguine de humiditate,& non associatur ei cum suctio fit vẽtosarum,
& remanet in cute:& propterea,q debilitatur cutis vlcerata à complemento suæ operationis. Signa. Morpheæ quidem nigræ esse non ambigitur. Ambiguum vero est differentia inter alguada,
quæ est morphea alba,& albaras malam. Et de differentia quidem inter vtrasq; est,q pili oriuntur
super alguada,& sunt pili nigri,& flaui:& nascuntur super [a] albaras albi,non alij:& est cutis magis depressa,& vehementius defossa,q̃ cutis reliqui corporis. Et fortasse est illud in guada: sed est parum valde. Et [b] iterum punctura cum acu extrahit ex [c] †{guada} sanguinem,& ex baras non sanguinem,immo humiditatem aquosam:& hoc non sanatur. Et [b] iterum,quæ rubet cum fricatione
est ad spem decliuis,& ad hoc vt sit morphea:& quæ non rubet per eam,est mala. Differentia vero inter morpheam nigram,& albaras nigram,est excorticatio,& squammositas,& testositas: q̃m
ipsæ non sunt in morphea nigra. Amplius albaras iterum est rara,& quoniam de ea est aspera,&
de ea est lenior,& quæ de albis est lenior est mala,& quæ de nigris est lenior est bona, quoniam de
morphea quædam est vehementis elongationis à colore corporis:& de ea est,quę est propinquior
ei,& est magis salua. Et in ea,quæ est submersa,& non rubet,neq; sanguinem emittit,& [b] est vehementis dilatationis capiens locum magnum,non est spes. Et similiter illa,quæ omni hora incipit F
in additione,quoniam complexio eius est fortis,conuertens illud, quod ad eam vadit ad suam similitudinem:& propter illud est mala valde.

A Ras.36.2ti.t.2.c.3.506.2.
B Paul.lib.4.c.5.
C† leuca

Cura morpheæ nigræ. Cap. 10.

OPortet [d] vt incipiat cum phlebotomia,si fuerit illic multitudo sanguinis:et cum euacuatione
humoris adusti,& melancholici cũ eis,quæ sunt [d] sicut decoctio epithymi,& agarici,& myrobal.nigrorum,& polypodij,& sticados cum passulis & ficubus,& similibus,& lapis armenus,et
lazuli quando ponitur in medicinis eius,est iuuatiuus,& elleborus,& hiera Logodion,& hiera
Rufi,& alia ab illis. Et de euacuãtibus sublimibus est aqua casei cum epithymo: potetur omni die
pondus.ʒ.i.epithymi in cado vno aquæ casei,& mundificat cum facilitate. Et cõfert ei administratio ciborum boni chymi,& administratio balneorum,& administratio trypherarum factarũ cum
epithymo. Suffuf iuuatiuum ei,& baras nigræ. [e] Recipe myrobal.nigrorum,emblicorum, nigellæ
omnium ana partem.i.zuferæ partem.i.&.5.bibat omni die.ʒ.iij.in mane,&.iij.ʒ.in sero,& q̃n calefit corpus,dimittatur aliquot diebus:deinde iteretur. Et oportet vt præcipiatur eis quatenus occupentur in dispositione rectificandi splenem,si fuerit corruptus, aut debilis ab attrahendo melancholiam,& post illud administrentur epithemata fortis abstersionis,& fortiter attrahentia sanguinem sanum:cum ergo vesicatur quiescat diebus aliquot,donec cadat cutis:deinde iteret̃,si eius G
fuerit necessitas:& quandoq; non dimittitur vesiccare,immo quoties incipit mordicare,auferatur
donec quiescat,deinde iteratur. Et istæ medicinæ sunt sicut gumma rutæ agrestis,& piper,& sinapis,& nasturtium,& lac tithymalli,& alsceitaragi,& harmel,& semẽ raphani,& cortices radicum
capparis,& kebikengi. Et alkebikengi iterum est iuuatiuũ in morphea,& baras: propterea q vehementer attrahit sanguinem,& ossa putrida,& nuclei oliuarum antiqui,putridi,collecti ex parietibus,& omnia abstersiua fortia prædicta in capitulo eradicationis vestigiorum: & aquæ quibus
linitur,sunt aquæ alkanaberi,& decoctio coloquinthi. Modus epithematis boni. Sumatur semen
raphani,& teratur cum condysi,& liniatur cum eo morphea nigra in balneo. Et iterum sumatur
semen raphani,& semen sinapis confecta cũ ficubus decoctis in aceto. Modus epithematis. [f] Recipe nigellæ torrefactæ,thapsiæ persicæ omnium ana.ʒ.x. aluminis iameni.ʒ.ij. [g] †{draganthi,}
gallarum amborum ana.ʒ.ij.seminis harmel torrefacti.ʒ.v.liniatur cum aceto forti:deinde succurratur vestigijs accidentibus cum lacte mulieris. Et omnia epithemata fortia, prædicta in capitulo
albaras,& lentiginum,& aliorum sunt iuuatiua ad morpheam nigram.

D Ras.35.2ti.t.2.c.4.507.2.
E Cap.11.& Ras.ibi.507.3.
F Ras.36.2ti.t.2.c.4.507.3.
G† vitreoli,

De cura alguada,& albaras. Cap. 11.

OPortet vt deuitetur phlebotomia si non faciat ipsam necessariam res fortis & balneũ,& coitus:nisi quandoq; secũdum ieiunium:& vinum,nisi purum. Et sudare in balneo confert ei, H
si fuerit mundificati corporis. Et administretur vomitus in primis: deinde medicinæ euacuantes
phlegma,si non fuerit corpus mundum:deinde diuretica,& solutionem ventris facientia,sicut
hieras magnas:proprie hieram de pulpa coloquinthidæ,& pilulæ,quę similantur ei,& [h] hierę dentur in potu cum decoctione myrobal.& epithymi,& polypodij,& passularum,& salis. Et in granis alnil est proprietas mirabilis in euacuãdo humorem sanans alguada & albaras. Et de solutiuis
conuenientibus eis est hiera picra composita cum pulpa coloquin. Aut secũdum hanc descriptionem. [h] Recipe cinnamomi,& spicę,& xylobalsami,& masticis,& assari,et croci,et folij,et calamenthi fluuialis,et pulpæ coloquinthidæ omninm ana.ʒ.i.aloes.ʒ.xviij.cuius dosis sit.ʒ.i.aut aure.i.cũ
syrupo acetoso mellino,et aqua calida. Et [i] de solutiuis cõuenientibus eis est, vt sumatur myrobalanorum kebulorum,et emblicorum ana pars.i.et turbit partes.iij.et sit omnis pars.℥.i. dissoluatur de penidijs lib.5.cum aqua,et inspissetur,et conficiatur. cuius dosis,sit de tribus ad quinque.
Et ego diligo vt ponatur in eo zinziberis pars.i. Et administrentur confectiones trypherales,et
electuarium nostrum huiusmodi. [k] Recipe myrobal.ni.thuris albi amborum ana partem.i.zinzi.
quartam

H Ras.36.cõt.t.2.c.4.507.1.
I Ras.ibi.506.3.4.
K Ras.506.3.

A quartam partem.i. conficiatur cum melle passularum: & sumatur de eo omni die quantitas oui. Et[a] iterum myrabolanorum nigrorum, emblicorum, nigrorum, nigellæ omnium partes æquales, zufera pars.i.5. bibat omni die de eo.3.iij.& dimittat ipsum quando febrit. Et iterum acori, & macropiperis, & myrobalanorum kebulorum, & masticis, & thuris, & nigellæ, & bacarum lauri omnium æquales partes conficiantur cum melle: & sit dosis eius.3.ij. Et de eis, quæ dicta sunt in libro abbreuiationum est vt sumatur modus sauich, de tritico vehemẽter torrefacto: & si est necessariũ, vt iteretur torrefactio eius fiat, & bibat super impressionem eius mediam vnc. muri nabathi: et toleret sitim vsq; ad meridiem. Et in zufera, & semine eius in vino, in hoc cap. est proprietas mirabilis. Et[b] de succo quidem extremitatum vitis amaræ bibatur omni die cadus vnus, quoniam exiccat albaras, & prohibet additionem eius. Et potare theriacam, & comedere carnem viperæ est iuuatiuum valde in hoc, & trochisci tyri iterum. Et de confectionibus & medicinis, quæ sunt inter trypherales, & solutiuas, est[c] vt sumantur seminis de zufera partes. ij. & seminis vrticæ pars. 5. & aloes partis quarta: aggregetur cum melle: & sit dosis.3.iij. administretur illud semper. Et de hominibus sunt, qui ponunt cum eo acorum, & epithymum. Et[d] iterum alkekengi.3.ij. myrabol. ni. 3.i. epithymi tertia.3.i. potetur anno completo cũ complemento suo.xij. mensibus. Et de eis, quæ currunt hoc cursu, verũtamen est fortius, & manifestioris iuuamenti, & oportet vt bibatur per annum, est[b] vt sumantur acori.3.vi. myrobalanorum kebulorum, polypodij ana.3.x. myrobalanorũ citrinorum.3.xv. hieræ picræ.3.xx. salis indi.3.vij. seminis alzufera.3.xx. & pyrethri.3.x. turbit. 3.l. pulpæ coloquinthidæ.3.xx. & agarici.3.v. & scammoneæ pondus.3.viij. conficiatur cum melle colato ab apibus ex herbis origani & sit dosis ex aure.i. vsq; ad aure. ij. Et huius quidem generis est medicamen Alkindi, quod Recipit seminis nasturtij.viij. kileiati, zufera, et aloes scotrensis amborum ana.3.iij. proijciatur super illud lib.i.5. mellis, & inspissetur: cuius dosis ante cibũ sit quantum necesse est cum sauich: deinde sorbeat post illud tres sorbitiones muri, & conseruet cap. cum oleo violaceo, & oleo rosaceo: et cibus post ipsum sit alesfidabegi. Et quandoq; permittitur vt administretur logodion, et theodoricon omni die: et sit eius dosis parua vsq; ad.3.5. et minus. Et quidam iam iuuerunt cauterizando loca albaras, et euaserunt: et quieuerunt: verum hoc possibile est in ea, quæ est paruæ quantitatis. Et cum corpus est mundum, et complexio corporis est æqualis, tũc dimitte medicinas quæ bibuntur, quoniam ipsæ fortasse afferent nocumentum: et minus illius est, q; ipsæ faciunt fluere sanguinem, et minorant spiritum, quæ ambo sunt de illis quibus indigetur in curatione albaras: et sit sufficientia super curationem membri cũ eo, quod appropriatur ei de epithematibus, et ei similibus, et[a] scias, q; euacuationes in habentibus hanc ægritudinem oportet vt sint in debilibus euacuationes subtiles vel tenues cum gradatione. et aqua radicum est digestiua C præparans viam medicinis: et in fine sumantur sicut pilulæ fœtidæ, deinde reuertatur ad aquam radicum duabus hebdomadis: et pone cibũ eius velocis digestionis, in quo non sit viscositas, neq; vnctuositas. Et deuitet olera, et frumentum coctum vt puls, et quæ currunt cursu eorum. Medicinarum autem ad guada, et ad baras gradus primus est, vt sint vehementis abstersionis, fortiter attrahentes sanguinem, vehementer calefacientes complexiones membri, post illud vero sint vlceratiuæ, excorticatiuæ. Et in medicinis, quæ sunt ad guada sunt medicinæ, quæ administrantur ad hoc, vt tingant. Et quod magis diligo, est vt administrentur medicinæ locales post fricationem, et rubificationem, et vt sit fricatio cum eis, quæ sunt sicut folia fici vsquequo forsitan sanguinetur, aut post puncturam acuum in locis pluribus. Et de adiuuantibus ad iuuamentum medicinarum, est vt administres linimenta in sole. Et melior medicinarum ad baras est illa, quæ vlcerat, aut vesicat, quoniam facit currere materiam, et sanantur, et iteretur: et fortasse non dimittitur vt vesicet, immo mordicet eam, et iteratur post quietem. Et medicinæ ad baras secundum experientiam primam sunt fortes de illis quas diximus sicut[e] elleborus, et calx, et arsenicum, et condysi, et staphisagria, et[f] radix vitis al. et gentiana, et sauina, et[g] gumma pini, et radix sanguinis dra. et radix aphodilli, et[h] spuma maris, et assa, et cortices radicis capparis, et[i] sinapis, et harmel, et semen raphani, et[k] radix cucumeris asinini et eruca, et rubea, et cardamomum, et almezerion, et draganthum, et cal D canthum, et arsenicum, et[l] sulfur, et alkitrã in balneo, et bulbus, et costus, et aristo. et flores papa. rusi, et gũma rutæ agrestis, et euphorbium, et cordumeni est vehementis iuuamenti, et sulfur iterum cum aceto faciendo epithema post epithemationem, et cepæ narcissi. Et de eis, quæ sunt experta est[m] sal ammoniacus, et oleum ouorum est. Epithema bonum et radix dragonteæ, est bona mirabilis, et radix nenufaris ad guada: et[n] sanguis serpentis nigri excoriati, et radix scammoneæ, et folia fici sicca, et folia oleandri, et enula, et folia eius, et alastirgar. Aquæ vero sint acetũ, et aqua alzardach et aqua alchanaberi, et aqua bulbi, et aqua squillæ proprie: et aqua sansuci, et proprie super baras vestigiorum ventosarum: et succus enulæ, et surabegi carnis viperæ. Et de epithematibus bonis sunt theriaca, et mithridatũ, et logodion, et aqua cucumeris campestris. Et de oleis bonis est oleum myrtinum, in quo decocta est capsia adusta, commisto cum eo post illud dragantho. Et de epithematibus bonis sunt cantharides, quæ terantur cum aceto, et liniantur.[o] Aut sumatur fumusterræ humidus, aut siccus et ponatur in ventre viperæ decolatæ, mũdificato ventre, et impleatur, et[p] †{sumatur,}et asseт̃ donec decoquatur bene, deinde extrahatur ille fumusterræ humidus, et emplastretur cum eo albaras, quoniam sanat.[q] Aut sumantur folia oleandri recentia, et frigantur cum oleo donec exiccentur folia, et coletur oleum, et ponatur super ipsum cera colata cum

Marginalia: Cap. 10. & Ras. ... lib. 2. c. 4 ... | Lib. ... | lib. 507. 1. ... | lib. 507. 1. | Infra a | ... lib. 4. c. 134. | ... lib. 4. c. 163. | ... lib. 1. c. 76. | ... lib. 5. c. 83. | ... lib. 2. c. 146. | ... lib. 4. c. 136. | ... lib. 5. c. 73. | Lib. 56. ... | lib. 506. 4. | Lib. 506. 3. | ... | ... lib. 4. c. 2.

cum mensura:deinde pulverizetur desuper sulfur citrinum, & fiat sicut emplastrum, & liniatur E cum eo in sole. Epithema Indorum. Sumantur costus, & capsia inda, & arsenicum rubeum, & piper, & flos ęris, & terantur cum aceto in vase æreo, & dimittatur hebdomada vna, & liniatur cum eo:& stet in sole:destruit enim morpheam, & albaras incipientes. Et conferunt alcali & calx in vrinis infantium lactentium, & renouetur desuper septem diebus, deinde decoquatur sicut mel, & administretur donec vlceret, deinde sumatur pix, & cera, & kitram, & cortices nucis adusti, & sanguis pulli columbini, & oleum de alcanna, & decoquantur donec permisceantur, deinde ponantur super locum donec sanetur:& color eius sit color corporis. Et melius quidem, vt iteretur in sole calido aliquoties. Et [a] scias, q̃ euacuatio habentis hanc ægritudinem, oportet vt fiat cum debili euacuatore, subtili cum gradatione. Et aqua quidem radicum est digestiua faciẽs viam medicinæ. Et in fine eius bibat pilulas fœtidas, deinde iteret aquam radicum duabus hebdomadis, & fiat vt generetur sanguis eius ex carnibus calidis auium frixarum. Et abhorreat acetosa, & iura nisi zirbagi quandoq;. Et præcipiatur ei vt abstineat ab aqua, & frangatur cum vino antiquo absq; multiplicatione. Et oportet vt fricetur locus omni hora cum panno aspero, vt attrahatur ad ipsum sanguis. Et introitus balnei nocet ei:& cibus grossus:& fructus humidi, & sicci. Et cauterium super baras est malum:& fortasse spargitur & multiplicatur albaras. Et albaras, quę apparet successione cauterij ex causa aliqua, non occultatur, & similiter in circuitu scalpellati. Epithema plurimæ com F mistionis factum ad mutuassem. Recipe sanguinis viperæ nigræ. ℥. iij. & sanguinis corui habentis pennas varias, & albacham, & aliuhab, & pullorum alguaressem, & alfaki, & testudinis syluestris vel campestris omnium ana. ℥. i. & alkitrã, & picis humidæ, & naptæ, & mellis anacardi omnium ana. ℥. i. misceãt ista, & exiccentur. Et sumant aquæ coloquinthidę humidę pars. i. & vini antiqui partes. ij. & aquæ ænulæ ptes. ij. et aquę rutæ, & aquæ sinapis humidæ oĩum ana pars. i. aggregent ista:& sit de eis ĩ summa lib. x. ſm hanc descriptionẽ, & ponãtur ista in lebete vel caldario, & proijciantur super ea melanopiperis, & macropiperis, & zinziberis, & nigellæ, & castorei, & pyrethri, & condysi, & gummæ rutæ syluestris, & gariophyllorum & casiæ ligneæ, & mezerion, & radicis cucumeris asinini, & ellebori nigri, & opopanaci omnium ana. ℥. i. decoquatur cum aquis, donec remaneat tertia:& coletur à medicinis, & ponãt super sanguines, & commistiones prædictas, donec exiccetur, deinde sumatur aqua colo. humidæ, & enulæ humidæ, & squillæ, & aqua sansuci, & aliquid de vino antiquo roretur super aquas, & sint omnia lib. viij. & proijciatur super ea assæ fœtidæ, & alastirgar, & vtriusq; arsenici, & floris eris, & sulfuris omnium ana. ℥. i. ʒ. & decoquantur in aquis vsquequo remaneat quarta, & coletur, & incessanter sanguines, & res commistæ exiccatæ imbibantur ex ea, & terantur donec bibant totum, & exiccentur, deinde liniatur cũ eo in balneo. Dico autem, quòd possibile est vt hoc medicamen administretur leuiore solicitudine, & sit fortio- G ris impressionis, quàm illud in quo laborauit medicus regis. Epithema alsaher bonum. [A] Recipe ellebori, nigellæ, florum papaue. rufi, radicũ cap. omnium ana partem. i. capsiæ, litij damadã, myrrhæ, arsenici omnium ana. ʒ. ʒ. liniatur in sole. Epithema bonum iuuatiuum, & est flos papaueris rufi, & alzerehasen cum aceto. Et iterum rubea tinctorum, spuma maris, semen raphani, condysi cum aceto vini. Et iterum sumatur limaturę aluminis, & ellebori nigri, & æris adusti, & cantharidarum, & arsenici rubei omnium ana drach. i. conficiantur cum kitrã dissoluto in aceto: & liniatur cum quantitate quam scis. Et iterum [a] Oribasii sapientis:elleborus albus, piper, nigella, spuma maris, sulfur, arsenicum rubeum, rubea tinctorum, capsia, flos æris, cantharides: terantur cum aceto, et informentur trochisci, et exiccentur:et cum necesse fuerit terantur cum aceto, et liniantur post fricationem cum vino, et liniantur. Et iterum ex li. decorationis [b] †{Cariton:} elleborus niger, vitis al. radix almezerion, sulfur citrinum, [c] †{draganthum,} flos ęris, limatura ferri, spuma maris, folia fici, terantur cum aceto sicut alcohol, et seruetur in vase plumbi, et liniatur in sole post fricationem. Aliud [a] Gabriel. Sulfuris, euphorbij, ellebori omnium ana drach. i. anacardi, pyrethri, capsiæ omnium ana aure. i. liniatur cum aceto. [a] Iterum, seminis raphani, condysi, gumma rutę agrestis, et mezerion, rubea tinctorum, capsia, nasturtium, pyrethrum, staphisagria aggregentur cum sanguine viperæ nigræ, et informentur trochisci, et administrentur cum aqua rubeæ tincturæ, decoctæ H vehementer, colatæ, post balneum. Et [d] iterum rubeæ tincturæ, capsiæ omnium ana drach. v. seminis raphani drach. x. condysi drach. viij. liniatur cum aceto post balneum. Medicamen regale. [e] Folia almezerion, et semen eius excorticatum, et elleborus niger, et piper, decoquantur cum submersione aceti, donec biscocta sint, deinde proijciatur in eo [f] †{ draganthum} et cantharides, et limatura ferri, et nitrum, et spuma maris, et decoquatur donec ferueat, et liniatur, et toleretur, et non abluatur, quantum possibile est, et aperiantur vesicæ. Aliud bonum. [g] mellis anacardi drach. vij. pyrethri, gummæ rutæ syluestris ana drach. iij. euphorbij drach. iiij. capsiæ persicæ drach. i. liniantur cum eo confecto cum lacte. Et in eis, quæ experti sumus, est vt sumantur mellis anacardi, et alkebikengi, et fimi columbini, et cantharidarum, et capsiæ, et seminis raphani, et seminis sinapis, et rubeæ tincturæ, et alcannæ, et indici, et draganthi omnium partes æquales: vesicetur cũ eo, et aperiantur vesicæ, et curentur vlcera:et iteretur donec sanetur. Et illud, quod delet baras vestigiorũ ventosarum, est aqua cucumeris agrestis, et aqua sansuci, et rubea tincturæ, et capsiæ linitæ cum aqua albacham. In vncturis autem, quæ administrentur super albaras, non est possibile, vt referantur secundum pondera eadem, propter diuersitatem colorum facierum, immo in eis afferunt canones,

Supra a

A Ras. 36. cõti. t. 1. c. 4. 506. 4.

B † Aet. li. 4. ser. 1. c. 133. Archelai:
C † atramentum sutorium,

D Ras. lib. diuisio. antidot. c. 7.
E Ras. ibi. 507. 1.

F † vitreolum

G Ser. t. 5. c. 3.

A nones,& præmittuntur,& postponuntur. de eis itaq; est vt sumantur staphisagria, & myrrha, & fæx vini,& magra,& rubea,& alumen,& similia,& componantur,& liniantur. Aut cum tinctura nigra,quam experti sumus. Recipe cortices nucis,& quantum ipsæ sunt de alcanna, & quantum est alcanna de indico. Et iterũ calcis,& arsenici,& capsiæ omnium ana pars.i.rubeæ tincturæ partes.ij.aggregetur illud cum aqua cepæ,& administretur secundum q; videtur. Tinctura alia.[a] Lithargyrium,& calx,& gallæ,[b] †{draganthum,}alcanna conficiantur cum melle,& cum aceto nigro,& administretur ex eis epithema. Et iterum draganthum,& calcanthũ:gallæ terantur,& conficiantur cum aceto nigro:& fricetur membrum in sole,& liniatur cum eo delibutionibus aliquibus:& est tinctura remanens. Et [c] iterum,capsia nigra,& scoria ferri,& [d] †{dragãthum}citrinum, & flos æris,& rubea tincturæ,& cortices granatorum terantur cum aceto vini, donec denigretur, & liniatur super eam vinum. Et cibi habentes hanc passionem sint assata, & frixa, & quæ præparata sunt in patella,& quæ cocta sunt cum oppilatione vasis ex carnibus leuibus cum seminibus. Et sit contentus vino,& dimittat potum aquæ omnino,si possibile est aut minoret ipsum: & vtatur illa,quæ ex ea decocta est,aut mista cum vino.

De cura albaras nigræ. *Cap. 12.*

B Est cura morpheæ nigræ:& indiget humectatione corporis vehementiore,& euacuatione fortiore:deinde administrentur magis absterfiuæ medicinæ morpheæ nigræ. Et accidit quãdoq; habenti eam vt iuuetur coitu:verum balneum plurimum confert ei.quod si vehemens fiat, & ad vltimum perueniat,curetur curatione lepræ.

TRACTATVS III. *De eis quæ accidunt in cute,non in colore eius.*

De {sahafati,alsirengi & albalchie & albothin.} De Achoribus.i.vlceribus capitis manantibus. De Cerijs.i. fauis. De Psydracijs. De Terminthis.

De sahafati. *Cap. 1.*



Sahafati est de summa bothor vlcerosarum: & cucurrit consuetudo in pluribus lib. vt dicatur in cap. decorationis. Et [e] †{sahafati}quidem incipiens est bothor pruritũ faciens leue diuisum in numeratione locorum: deinde exulcerantur vlceribus crustosis,& sunt ad rubedinem decliues: quandoque etiam emittit virus,& nominatur [f] †{alsirengi}& sahafati humida. Et quandoq; incipit impetiginosa sicca. Et multoties apparet in hyeme,& aufertur velociter. Et causa quidẽ sahafati ẽst humiditas mala, acuta, corrosiua,quæ permiscetur sanguini:& humores grossi iterum mali,quare grossum retinetur & facit apostema,& resoluitur subtile. Et causa eius, quæ de ea sicca est, est humor melancholicus, plurimus,cui permiscetur humiditas acuta:quare expellitur ad cutem,& corrũpit, & corrodit.[g] †{balchie}vero est de genere sahafati malæ.sed [h] †{albothin}sunt vlcera melancholica, quæ apparent C in crure,ex eadem materia,ex qua fiunt varices:& appropinquat cura eius curationi earum.

De cura. *Cap. 2.*

Cura eius est curationi proxima impetiginis,& dicemus illud. Nos vero dicemus nunc,quòd confert alsahafati siccæ euacuatio humoris cholerici,& melãcholici,& phlegmatis salsi, cum eis,quæ sunt sicut [i] decoctio myrobal. cum epithymo:& ponãtur in ea aloe,& scammonea: & administrentur post ea quæ mundificant residuum cum humectatione,sicut aqua casei,et fumiterræ humidi,de summa cuius sumantur lib.i.& misceatur cum vtrisq; mirobal. nigrorũ, & citrinorum amborum ana drach.iij. epithymi pondus drach.ij. & salis naptici tertia drach.i. deinde post illud sit contentus aqua casei,& epithymo,sumendo oĩ die pondus drac.xxx.de aqua casei,et drach.i.s. de epithymo si tolerat natura,& non superfluat,aut secundum q; tolerauerit. Et dimittat omne, quod habet dulcedinem superfluam,& proprie dactylos:aut amaritudinem,aut acuitatem,aut salsedinem:& sit contentus insipido,generante humorem sanum,in quo non est mordicatio: & humectatione corporis,humiditate æquali cũ balneo,& alijs. Et phlebotometur vena manus si necessitas fuerit eius multa aut ex vena,quæ imbibit illud membrum:sicut [k] vena frontis in sahafati facta [k] super caput:& [k].vena,quæ est in cute capitis:& [k] vena,quæ est post aures. Et ipsa quidem D sit secundum plurimum rei super caput. Et ventosæ iterum ad illam, quæ est in capite. Et si fuerit in membris inferioribus,phlebotomentur duæ saphenæ. Et cum feceris illud, fricabis alsahafati fricatione forti,donec sanguinetur:& stude in hoc vt currat ex ea sanguis plurimus: deinde curetur cum medicinis localibus,& proprie cum fricatur post sanguinationem cum sale & aceto. Et ei quidem,quæ de ipsa sicca est,confert balneum frequens absq; longitudine sessionis seu moræ in ipso,& vaporatio membri super vaporem aquæ calidæ,aut tepidæ in die aliquoties:& olea,& adipes.& regimen humectatiuum cum nutrimento,& inunctio,& cum caputpurgijs. Et sunt necessariæ in euacuando eam medicinæ attrahentes melancholiam attractione forti,& educentes eam. Et administretur post hoc aqua casei, sm q; dictum est. Et non malum est apponere sanguisugas iuxta:deinde necessaria est fricatio,& sanguinatio: deinde administrentur medicinæ locales. Et existimauerũt quidam,q; phlebotomia, quæ fit propter sahafati fit ex vena proxima ei, sicut vena post aures ad sahafati capitis est curatio eius:deinde liniatur cum melle, & cum aqua siclæ, & dragantho. Medicinæ autem locales ad humidam,incipientem quidem, quæ est super corpus humidum,& [l] corpora infantium,sunt sicut alcanna,& sicut indicum cum gallis adustis & oleo seu vnctuositate pinguedinis caudæ arietũ:est enim expertum vltimũ:sicut medicinæ factæ ex stypticis

exiccatiuis,

exiccatiuis, sicut sunt [a] cortices granatorum cum aceto vini, & oleo ros. & quandoq; ponitur in eo [a] lithargyrium: & qñq; necessarium est administrare illud in quo est absterfio iterũ, sicut est aristol. Et multoties quidem sanat illam, quæ de ea media est, fricatio cum aceto, & sale, & alusnen viridi: quare exiccatur, & cadit. Et de medicinis, quę sunt in istis ordinibus, sunt tutia, & [b] clymia, & [b] chimolea, & [b] charta combusta cum aceto, & gumma pini cum balaustijs, & aceto, & oleo ros. aut sumatur lithargyrij, & scoriæ argẽti, & amygdalarum amararum, combustarum & venarum tinctorum omnium ana. ʒ.i. cum aceto, & oleo ros. Et similiter radices lilij cœlestis, & xylobalsami et contritio seu fricatio vasorum decreta, vel de luto & grana alben contrita: & iterum lentes, & magra cum aceto. Et rursum amygdalæ amaræ, & gallæ virides, quibuscunq; earum contritis, & fiat ex eis epithema cum aceto postq; inspissatum fuerit cum sale. Dixerunt: & sumantur cancri viui, & terantur cum sansuco, & exprimantur, & fiat caputpurgium cum eo, & cum humiditate cancrorum solum. In antiquo autẽ, & in illa, quæ est super corpora dura, sunt necessaria ea, quæ sunt sicut colcotar, & calcanthum, & draganthum furi, & draganthum encaustri, & sal, & sulfur, & terra argẽti viui, & venæ tinctorum, & medicamen de chartis, & scoria æris, & fuligo furni, & sal ex stypticis resolutiuis. Et iterum sicut lithargyrium, & cerussa. Nasturtium vero siccum ex exiccantibus est fortibus, & fimus columbinus ex resolutiuis vehementis absterfionis, & exiccationis: & similiter stercus lacerti, & stercus stornellorum, & comedẽtium rizum. Et emplastrum venarum est ex eis, quæ conferunt omni sahafati. Et emplastrum rubeum factum ex venis citrinis, & alcanna, & aristol. & corticibus granatorum, & lithargyrio: & medicamen, quod dicemus in cap. siccæ. Medicamen bonum. [c] Chimoleæ, sulfuris viridis, cineris cucurbitæ, & pulpæ coloquinthidę, omnium partes æquales cum aceto. [d] Aut coriãdrum siccum adustum, & extremitatum seu superficiei altanur seu furni, & alcanna cum aceto, & oleo ros. [d] Et iterum cinis ligni vitis, & aristol. ro. & balaustiæ & gallæ, & gumma pini cum aceto, & oleo ros. Medicamen bonum valde. [e] Abluatur alsahafati cum decoctione oleandri, deinde liniatur cum scoriæ æris, & myrrhæ pondere drach. ij. & terrę argenti viui, thuris, & aluminis iameni omnium ana drac. iiij. aristol. & colcotar, & cineris vitis, & aloes omnium ana pondus drach. i. cum aceto, & oleo rosato.

E A Raf.t.5.c.16.

B G.li.1.de cõpõne phar. fm lo.c.8.h.a

F

C Ser.t.1.c.3. duas ex ijs quatuor sim plicib[9] facit descriptiones.
D Ser.t.1.c.3.
E Sera.t.1.c.3. parum differt.

Medicinæ locales ad sahafati siccam, & antiquam.

QVæ de ea fortis est, indiget medicamine acuto, corrodente eam, vsquequo perueniat ad carnem sanam: deinde curetur cum emplastro vlcerum, sicut est oleo de venis & lithargyrio, & aceto, & oleo. Et quæ est infra illam, curetur cũ eo cum quo curatur antiqua, prima prædicta, & conferunt ei humectatio corporis cum cibis, & odoramẽta, & clysteria, & alia. Medicamẽ bonum ad sahafati humidam, et siccam. Recipe olei amygdalarum amararum, et olei sinapis amborum ana. 5. sacraiati, aceti sacraiati. i. sief memithe, et gallarum amborum ana aure. iij. felizeregi aure. i. venarum citrinarum, et baurach amborum ana aure. 5. terantur medicinæ, et misceantur cum duobus oleis, et aceto permistione vehementi, conterendo: deinde administrẽtur super omnem sahafati, et scabiem, et pediculos, et impetiginem, et depilationem, et alopeciam, et furfures. Et albalchie quidem est de genere alsahafati malæ. Et quãdoq; est causa eius morsus sicut cimices maligni. Et cura eius est cura illius. Medicamen nostrum forte. Recipe aristol. et floris æris, et ammoniaci, et bdelij, et sinapis, et dragaganthi partes æquales: aggregentur cum oleo de frumento, et aceto quantum est oleum, et pauco melle: et administretur.

G

De impetigine. Cap. 3.

IMpetigo non est longinqua à sahafati, et non diuersificatur ab ea, nisi cum re occulta: et proprie alsahafati sicca. Et pertransit, vt sit alsahafati sicca impetigo malignior, et deterior, et magis corrosiua, et longinquioris profunditatis. Et causa impetiginis est propinqua causæ alsahafati. Nam est aquosa [f] acuta, permista iterum materiæ grossæ melancholicæ, grossiori materia scabiei. Et impetigo quidem velocioris sanationis, est illa cuius subtile est magis vincens. Et impetigo quidem alia est humida, sanguinea, in qua apparet cum fricatur, ros, et est magis salua. Et alia est sicca, cuius plurimum est à phlegmate salso, conuerso per adustionẽ in melancholiam. Et de [g] † {impetigine} est excorticata propter vehementiam siccitatis, et multitudinem profundationis: et est sicut [h] † {albaras nigra,} et sicut cortices. Et de ea est non [i] † {excorticata.} Et de impetigine est ambulatiua, maligna. Et de ea est stãs. Et de ĩpetigine est recẽs, et de ea ẽ antiqua, mala, et ẽ ægritudo alcharisi.

F Paul.li.4.c.3.

G† lepra
H H† Psora
I† lychen

De cura impetiginis. Cap. 4.

INdiget impetigo in radice curationis medicinis aggregantibus resolutionem, et incisionem, et liquefactionem, et subtiliationem cum sedatione, et humectatione. Et prima earum est ſm materiam grossam. Et secunda est secundum materiam acutam subtilem. Et secundum dominium vnius duarum rerum, est necessarium vt vincat vnum duorum regiminum. Et appositio sanguisugarum est de melioribus medicinis eius. Et est necessarium in re eius, mundificare, et consequenter adhibere aquam casei secundum modum quem exigit illud, quod est præsens, et cibationis, et humectationis, et regiminis humectantis illud, quod est necessarium alsahafati. Et similiter balneum est de sublimioribus curationibus eius. Et fortasse indiget separatione aeris sicci. Dixerunt quidam, et de eis, quæ prohibent euenire impetiginem, et sanant, quod de ea euenit, est vt in potu dentur laccæ ablutæ ablutione aloes, pondus drach. i. cum tribus drach. decoctionis ozimi. Et qñ expanditur impetigo, et multiplicatur, tunc cura eius est cura lepræ.

Curationes

A *Curationes locales.*

DE medicinis quidem ſingularibus eius, quæ recens eſt & media, eſt acetoſitas citri. Et fortis iterum,[a] gummi arabicum cum aceto: &[b] gumma amygdalæ: &[c] gumma pruni cum aceto: & ſtorax liquida cum aceto: &[d] ſinapi cum aceto eſt vltima: & aqua ſulfurea, &[e] aqua ſalſa, et[f] ſpuma maris, &[g] glutinū de corijs, &[h] ſaliua hominis ieiuni, & illud, quod[i] reſidet ſuper dentes eius, & ſemen melonis, &[k] radix aphodilli, & alſeras cum oleo amygdalarum amararum eſt bonum, & folia capparis cum aceto. Et[k] ſengiabue confert omni impetigini cum proprietate ſua, &[k] acacia, & mugath. Et[i] oleum de tritico eſt conueniens ei, quæ accidit omni corpori, & debili, & forti, & venæ citrinæ: & incipienti vt[i] aſsiduetur effuſio aquæ calidæ ſuper eam, deinde fricetur cū oleo viol. fiat illud ſecundum aſsiduationem. Et[i] aqua hordei linita fortaſſe delet eam, & proprie cum fructu vel nuce tamariſci. Et conferunt alſahafati ſiccæ, citruli, & mucilago pſyllij, & ſuccus humidi eius, & aqua portulacæ, & gumma prunorum confert. Ad impetiginem infantium, ſumantur gummæ amygda. & glutini de corijs, & ſtoracis partes æquales, & aggregentur cum aceto, & liniatur: aut[k] ſumantur glutē carpentariorum, & thus, & ſulfur, & acetum, & terantur, & adminiſtrentur. Antiqua vero mala ex ea indiget medicinis fortioribus, ſicut[l] ſucco acetoſitatis citri inſpiſſato cum decoctione, & ſicut oleo ciceris, & oleo rizi, & oleo frumenti, proprie et gūma amyg-
B dalarum amararum, & ſulfure, & ſtercore caprino aduſto, & ſpuma maris. Et alkitram, & pix ſunt mirabilia ambo. Et ſimiliter aſsiduatio epithemandi eam cum napta alba, & ſtercus animalium prædictorum in cap. alſahafati, &[m] agnus caſtus, &[m] capparis, & ammoniacum, & elleborus, & grana albē, & gumma rutæ agreſtis proprie: præcipue cum fit ex ea ceratum cum oleo de ſinapi, & ſengiabue, &[m] ammoniacum cum aceto, & cordumeni, & condyſi, & cinis balnei, & condyſi, & venæ, & ſinapi, et naſturtium, et ſemen erucę, et mel anacardi eſt vltimum. Et de compoſitis eſt vt ſumatur cordumeni, et teratur, et aggregetur cum oleo tritici: et[l] cinis alliorum cum melle. Et ſulfur cum gummia albotin: et grana albē contrita groſſo modo cum aceto ſunt fortia valde. Et ad excorticatam iterum,[i] vt ſumatur thuris, et[n] †{dragaganthi, } et ſulfuris, et aloes omnium ana drach. i. et gummi drach. ij. liniatur cum aceto.[o] Aut ſumantur baurach armeni aure. 5. olei de tritico drach. iij. acetoſitatis citri, aſpalti, ſeminis erucæ ana drach. ij. nigellæ drach. i. 5. ellebori nigri,[p] †{dragaganthi} aduſti amborum ana drach. i. 5. fiat ex eis epithema: aut ſumatur ſengiabue, et liniatur cum aceto: aut[r] ſumantur[q] †{dragaganthum, } et myrrha, et olibanum et alumen, et ſulfur, et aloe: conficiantur cum vino cocto, et liniantur. Medicamen bonum. Recip. granorum albē partes. x. ſulfuris citrini partes. iiij. ſengiabue pars. i. eius contritio optime fiat, et liniatur cum aceto vini, et oleo antiquo. Aut ſumantur ſtercoris canini, et vſnem aſafir albi et ſulfuris albi et rutæ, et fu-
C liginis furni, et corticum granatorum, et cineris balnei, et vtriuſq; arſenici, et ſulfuris citrini æquales partes diſſoluatur cum aceto, et oleo, et liniatur.

De bothor lacteis. Cap. 5.

QVandoq; ſperguntur ſuper naſum, et ſuper poma maxillarum bothor albæ, quaſi ipſa ſint puncta lactis propter materiā virulentā expulſam ad ſuperficiem de vapore corporis: et cura eius eſt omne in quo eſt exiccatio, et reſolutio, ſicut elleborus albus cum medietate ſui de ireos, de quo fiat linimentum: et ſemen lini, et baurach, et ficus, et nigella cum aceto.

De ſcabie & pruritu. Cap. 6.

MAteria ex qua generatur ſcabies, aut eſt materia[r] ſanguinea cui admiſcetur cholera, quę forſitan conuerſa eſt in melancholiam: aut conuerſa eſt pars eius in melancholiam. Aut materia ſanguinea cui admiſcetur phlegma[s] ſalſum, baurachium. Et prima quidem[t] eſt ſcabies ſicca, et materia ſicca ad groſsitudinem decliuis. Et[t] altera eſt ſcabies humida, et humiditas eius eſt humiditas ad ſubtilitatem decliuis. Et[u] plurimum quidem generatur ab acceptione in comeſtione ſalſorū, et acutorum, et amarorū, et ſpērum, quæ pro condimento admiſcentur cibis calidarum, et ſimilium. Et[x] illa, quæ eſt magis ſparſa, et corpulentior, et acutioris capitis ex oībus bothor, eſt acutioris humoris: et[x] quæ eſt latior, et vehementioris profundationis, eius humor eſt minoris acuita-
D tis. Et cauſæ quidem gnantes materiam ſcabiei ſunt cauſæ gnantes materiam pruritus, verum ipſę ſunt fortiores, et appropinquant[y] cauſis gnantibus pediculos, et alſahafati, et furfures, et impetiginem, et approximāt eis in curatione. Et ſcabies quidem differt à pruritu in hoc, ꝙ cū pruritu non ſunt bothor,[z] ſicut ſunt in ſcabie: qm̄ ipſa eſt à materia ſubtiliore, et minus declinante ad ſalſedinē: et in ea gnatur. Et[a] fixio gnis eius in cute, poſtq̄ natura expellit eā, eſt oppilatio pororum, et paruitas mundificationis.[b] Aut retinet̄ propter debilitatē expulſiuæ, ſicut accidit decrepitis in fine ęgritudinū, et proprie qn̄ materia eſt plurima, aut groſſa.[c] Aut propter cibos malos ex quibus gnatur chymus malus, acutus: ſicut ſunt cibi ſalſi, et acuti, et ſimiles eis. Aut propter malitiam digeſtionis, cū qua putrefit cibus. Et[d] à pruritu quidem reſoluunt̄ cortices furfurei, et nō accidit ex profundo aliquid. Et[e] pruritus quidem ſenilis parū obedit curationi: et neq; valet ei, niſi vt regat̄, et blādiat̄. Et ſcias, ꝙ ſcabies excorticata, et impetigines multiplicant̄ in autūno. Et ad vltimū materia pruritus aggregatur inter duas cutes. Quod ſi de ea aliquid eſt in corpore, tunc eſt ſcabies ſicca. Et[f] dulcia quidem generant pruritum, et bothor. Et[g] non accidūt plurimum niſi inter digitos, quoniam ſunt debiliores. Et ſcabies quidem fœda attrahit exituras, et permutatur ad impetigines, et alſahafati. Et olea nocent eis. Et ſyrupus acetoſus confert eis ſi non timetur raſura.

Marginal notes: Ra. 5. 4. pti. t. 2. / 505. 3. / Dio. lib. 1. c. 139. / Dioſ. li. 1. c. 137. / li. 4. c. 3. / Dio. li. 2. c. 146. / Dio. lib. 5. c. 9. / Dioſ. lib. 5. c. 83. / Dio. lib. 3. c. 83. / Paul. & Raſ. / Ra. 35. pti. t. 2. / 4. / Ra. ibi. 505. 3. / Ra. 506. 1. / Paul. lib. 4. c. 5. / vitreoli, / Ra. 506. 1. ſed / ... / vitreoli vſti / vitreolum, / Halya. li. 4. pra / 6. / Haly. li. 8. theo. / Raſ. lib. diuiſio. / Gal. li. 2. de cau. / c. 6. g. h / Hipp. & Gal. 6. / c. 5. / ... ſimp. me- / ... d. e / Halya 8. theor. / Albu. li. prac. / ... / c. 5. c. 6. / Gal. de ſympt. / g. h / Paul. lib. 4. c. 2. / Paul. lib. 4. c. 4. / Ra. 5. c. 28. / Halya. li. 8. theo.

CVra quidem ſcabiei prima,& melior,et cum qua multoties eſt ſufficientia,eſt euacuatio cum eo quod educit humorem acutum,aduſtum,& phlegma ſalſum:deinde rectificatio cibi,& regimen humectationis,ſm q̄ ſciuiſti in diſpoſitionibus huius capituli.Et adminiſtratio rerũ aquoſarum inſipidarum,quę ſunt ſecurę à velocitate putrefactionis,ſicut ſunt melones indi,& lactuca, & endiuia,& ſimilia,& extrinſecus iterum.Et dimittat coitum omnino:[a] coitus.n. mouet materias ad exteriora,& excitat vaporem calidum, putridum, venientem ad partem ſuperficiei cutis, quare putrefacit illic:& propter illud fœtet iterum odor corporis.Et propter hoc præcipitur fricatio in ablutione pollutionis.Et de bonis quidem euacuãtibus ſpecies materierum ſcabiei[b] eſt decoctio epithymi cum myrobal.citrinis,& fumo terræ,& ſene,& polypodio,& abſinthio. Et qñq; ponuntur in ea roſæ,& ſemen endiuiæ,& ſimilia.Et qñq; ponitur in eam memiran cum proprietate,quæ eſt in ipſa.Et quandoq; ponitur in ea ſcammonea.Et iterum pilulæ de aloe, & ſcammonea ſunt bonæ iuuatiuę.Decoctio bona.ſumatur myrobal.citrinorum,& paſſularum ana pondus drach.xx.& decoquatur cum.iij.lib.aquæ,donec remaneat tertia, & coletur, & ſumantur de tota aqua duæ tertiæ lib.i.in aqua fricentur manibus caſiefiſt.x.drach. cũq; in ea confricatæ ſunt, coletur iterum,& ponatur in ea agarici drach.i.Pilulæ bonæ,& ſunt pilulæ de fumoterræ.[c] Recip.myrobal.citrinorum,& kebulorum,& nigrorum omnium ana drach.v.& aloes ſcotrenſis drach. vij. F & ſcammoneæ drach.v.ſine ceſſatione conficiantur cum aqua fumiterræ, & dimittantur donec exiccentur:& bibantur vice altera,& dimittantur donec exiccentur,& fiat illud tribus vicibus, & in omni vice fiat ſicut ſorbitio:deinde dimittatur donec inſpiſſetur,& compactum fiat,& fiant inde pilulæ.Medicamen bonum forte ad antiquam ſcabiem.Recip.myrobal. citrinorum, & myrobalanorum nigrorum,& emblicorum,& albrengi kebuli, excorticatorum omnium ana drach.i. & turbit drach.ij.conficiantur cum penidijs,& fiant inde trochiſci:& ſit doſis ad ſolutionem integram ex drach.x.vſq; ad drac.xv.& vſq; ad.xx.cum aqua calida:& fortaſſe ponitur in eis ſcammonea,cum potãtur.Et[b] fortaſſe liberat ex ſcabie mala antiqua,ſi aſsiduetur potus aloes,ſed frequenter tribus diebus omni die ſumendo aure.i.deinde adminiſtretur qualibet tertia die.ſ. vna die ſic & alia die non:tribus diebus currentibus ſecundum dimiſsionem tertij:aut dimittatur diebus tribus:& iteretur frequentia,aut quieſcat prout videtur ſm teſtificationem neceſsitatis,&[b] curet raſura,ſi ſuperuenerit cum clyſteribus:illud.n.eſt iuuatiuum eradicans ſcabiem. Et bonum quidem eſt vt bibat ipſum infuſum in aqua endiuiæ, & cum ea ſit parum aquæ fœniculi, ſi non fuerit ab aqua fœniculi aliquid prohibens:& quantitas,quę eſt in ipſa de aloe,ſit ex drach.i.vſq; ad aure.Et qñ non tolerat medicationem,dimittatur.Et infuſiones de prunis ſunt iuuatiuæ iterum. Aut ſumatur rob myrobalanorum citrinorum factum ex exiccatione aquæ in qua ipſi decocti ſunt,exiccando in ſole,& ſumatur ex eo humidum,quod ſit ex.v.vſq; ad.x.cum zuccaro:et eſt ad cholericã, G & humidam.Et poſsibile eſt,vt fiat ſimile illius ex omnibus ſolutiuis leuibus & miſceantur adinuicem:& qm̃ componuntur adinuicem,& fiunt ex eis robub, & pilulæ. Et[c] aqua caſei, & epithymum bona ſunt quando adminiſtrantur omni die,ſecundum q̄ dictũ eſt nuper in alio cap.ab iſto, & cum myrobal.& ſucco fumiterræ diebus continuis eſt vltima.Et de eis,quę currunt curſu mundificantium cum facilitate,eſt vt fiant pilulæ de aloe cum ſcammonea,& croco: & ſumantur de eis in omni doſi,quinq; cicera:& eſt deſcriptio,myrobal. citrinorum, aloes ſcotrenſis amborum ana drach.i.dragaganthi,roſarum amborum ana drach.i.croci tertiam drach.i. Et iterum ſumatur ex medicamine in quo ponitur albrengi kebuli,& nos iam diximus ipſum,omni die aut duobus diebus à.ʒ.ij.vſq; ad.ʒ.iij.Dixerunt quidam quando multiplicantur euacuationes, & non inuenitur vtilitas,tunc melius eſt vt alleuietur,& ſufficiat dare in potu hñti paſsionem oĩ die mane & ſero ſauich de tritico cũ zuccaro,& aqua plurima.Dixerunt,de eis quæ conferunt habenti ſcabiem ſiccã, & pruritum oſtrachinum,eſt vt bibat tribus diebus omni die de ſiſamino põdus. ʒ.c.&.xxx. cum medietate ſui de ſyrupo acetoſo,& ſimilibus:et de hominibus ſunt,qui miſcent cũ eo aquam iuiubarum,& nos iam experti ſumus hoc,& fuit curatio vltima,verũtamen debilitat ſtomachum. Et de compoſitis proportionalibus iſtis medicinis,eſt[d] ſcoria argenti,& lithargyriũ,& cambil, & venæ,conficiantur cum aceto et oleo roſ.& liniatur:& hoc ad impetiginem etiam . Et leuius illo eſt, H boli ar.camphoræ,croci omnium ana.ʒ.ʒ.cum aceto et aqua ſquillæ et oleum roſ. ſunt communia ad exiccationem.Et ad illam,quæ eſt fortior parum ſemen fœniculi teratur cum aceto,et oleo roſ. et adminiſtretur in balneo.Et iterum aqua granatorum, et baurach : et melior aqua granatorum eſt illa in qua eſt virtus pulpæ eorum:et ſimiliter farina lentium,et magra,et acetum miſceatur, et ponatur in ſole donec igniatur,deinde liniatur.Confectiones vero quibus oportet eum vti, ſunt ſicut confectiones,quas oportet potare habentes impetiginem,et alſahafati,et morpheã.ſ.quæ de eis ſunt leues ex tryphera minore cum keſmes.Et iterum hæc confectio.Recip.amyli,et fumiterræ amborum ana.ʒ.ij.et myrobalanorum citrinorum pondus drac.iiij.et alkeſmes ablutarum duplum totius.Medicinæ aũt locales ad ſcabiem ſunt oẽs,in quibus eſt abſterſio:et qñq; ſufficit illud cuius abſterſio eſt cum confortatione cutis, et rectificatione complexionis eius,[e] ſicut aqua maluarum,et acetoſæ,et ſiclæ,et granatorum,et ſicut furfur ſimile,et farina lentium excorticatarum. Et iterum acacia cum aceto,et grana melonis,et venter melonis continens ſemina ſicut eſt, et neſeſtegi alalfor,et ſuccus apij, et decoctio apij, et decoctio fœnugræci, et aqua corticum muſæ.

Et

A Li.3.Fen.1.t.1. c.10. & Fen.20.t.1. c.11.

B Raſ.t.5.c.28.

C Halya.4.pract. c.6.

D Ser.t.5.c.7.

E Ser.t.5.c.6.

A Et fortasse indiget eis in quibus est resolutio fortis, sicut pulpa coloquinthidæ, & gluten alimbat
[a] aristicum cum aqua mente: & gumma pini cum aceto: & [a] †{draganthum}assatum, & proprie citrinũ cum
aceto, & oleo rof. & similiter chalcanthum, & quę sunt de genere ipsius. Et oleander est fortis val-
de: & fortasse sufficit acetum eius in quo ponitur, deinde coquitur cũ sisamino. Et misceatur cum
acutis sicut oleum rof. vt prohibeat superfluitatem, & sicut cortices granatorum, & consimilium
illius. Et ex eis, quę experta sunt, est semen erucę, cuius oleum sumatur, & fricetur cum eo scabies:
& inungatur cum eo in sole calido, aut foculari: & iteretur, quoniam est bonum et vltimum. Medi
[b] calcanti, camen bonum. Recipe lithargyrij, & [b] †{draganthi, } & encaustri æquales partes, quæ terantur
cum aceto vini, & ponatur in vrceolo testeo, vitreato, & sepeliatur in loco humido, mense vno: &
administretur post illud epithemando: est enim iuuatiuum in vltimo cum pauca mordicatione.
[c] Ser. t. 5. c. 7. pa- Et [c] condysi, & argentum viuum extinctum: & scoria argenti & aristol. & sulfur, & cambil, & al-
... sidert. kali & æs adustum, & almugath, & sal ammoniacus, & lentes, & myrrha, & semen harmel, & am-
[d] ...nctorum moniacum, & flos æris, & vsnen [d] †{asafir}& stercus canis, & stercora prædicta in cap. alijs, & cu-
cumer asininus. Et iterum cortices ligni vitis adusti puluerizentur super locum scabiei inunctum
cum butyro crudo, & ligetur stricte post illud, & renouetur vsquequo destruat. Et quandoque con-
[e] Ias. t. 5. c. 28. fert cordumeni cum aceto, & glutẽ alimbat cum eo. Et [e] de compositis nostris bonis, est vt fiat ex
[f] t condyli & B argento viuo extincto, & ex folijs oleandri, & ex clymia argenti, [f] †{ }& lithargyrio
...i, epithema cum aceto, & oleo rof. super quod dormiat in nocte, & abluat corpus in mane in balneo
cum aceto, & vsnen viridi, cum aqua calida in primis: deinde cum frigida, deinde inungatur cum
[g] ...ramenti oleo. Medicamen facile. [e] Sumantur lithargyrij, & [g] †{draganthi}citrini partes æquales, terantur
cum aceto hebdomada vna in sole, & liniatur cum eo cũ necesse fuerit. Et iterum, argentum viuũ,
extinctum, & storax liquida, & oleum ro. aggregentur, & administrentur. Et iterum, argenti viui
[h] Ser. t. 5. c. 7. extincti & storacis liquidæ, & florum viol. & costi partes æquales. Et [h] iterum, condysi pars. i. &
magræ partes. iij. & liniatur cum aceto. Et cum administras fortia exiccatiua resoluentia, & sicca
exiccantia, tunc consequere eam cum oleis cognitis, sicut est oleum de cyperis, & salicibus, & ne-
nufaris, & viol. & similia illis: & proprie in sicca: & in illa, quę est paucę humiditatis. Et administra
in humida ea, quæ sunt vehementioris exiccationis: & in sicca, quæ sunt minoris exiccationis. Et
elonga illud in quo ponitur argentum viuum extinctum, quantum poteris, à partibus stomachi,
& membrorum nobilium. Cura autẽ pruritus sicci post euacuationem, si indiget ea cum illis, quæ
scis, est vt des in potu lac vaccinum acetosum: & sicut balneatio cum aqua tepida: & administratio
inunctionum oleaginarum ex oleis frigidis: & proprie quando ponitur in eis succus apij. Et cura-
tio scabiei siccæ, & pruritus sicci est vicina. Et de medicinis leuibus in hoc est papauer tritum cum
C aceto: & iterum folia lilij, & iterum aloe cum aqua endiuiæ. Et sene iterum est ex eis, quæ ponun-
[i] Dio. li. 5. c. 11. tur in medicinis eius: & aqua apij, & [i] acetum, & aqua ro. sunt bona. Et de medicinis fortibus est
ceratum in quo ponitur opium, cum quo inungatur corpus, & quiescet pruritus. Et ex medicinis
fortibus, est vt componatur ex medicinis primis compositum, & ponatur in eo sal ammoniacus:
[k] Ser. t. 5. c. 6. & liniatur cum aceto, & proprie super testiculos. Et [k] iterum [l] alumen frixum, & alkitrã, & hoc ite
[l] Dio. lib. 5. c. 72. rum confert pruritibus intrinsecis in vulua, et ano quod ponatur super pannum. Et senes quidem
iuuantur in curatione pruritus, qui accidit eis si liniantur ex fæce vini cum aliquanto aluminis hu
[m] Dios. lib. 5. c. 9. midi. Balnea vero pruritus, & scabiei sunt [m] sicut aqua maris calefacta, aut cum dispositione sua,
aut decoctio cucumeris asinini. Cibus autẽ habentium scabiem, et pruritum sit ex eis, quæ hume-
ctant, et generant sanguinem laudabilem ex cibis decliuibus ad frigiditatem, et humiditatem: et
carnibus æqualibus. Et habẽtibus pruritum ostrachinum necessarium est administrare olea leuia
in eis, quæ assumunt, sicut oleum amygdalinum, et sisaminum, et similia illis. Et scias, quòd vento-
sæ in vtrisque cruribus conferunt scabiei fœdæ.

De {hasef}. i. [n] Sudamine. *Cap.* 8.

[n] Gal. 3. aphoris. ... & Ras. 36. ... c. 7. & Allia... prac. t. 31. ... 140. QVandoque fiunt bothor in corpore aut membro plurimi sudoris valde, paucę ablutionis, aut
paruę fricationis apud ablutionẽ, et proprie in regionibus calidis et fiunt bothor spinosi quasi
D ipsi sint ex materijs, quæ sunt pigrę propter suã grauitatẽ, in consequẽdo sudorẽ velocis consum
ptionis, propter subtilitatẽ suę materiei, quare retinentur in superficie cutis. Et sunt quasi sint sudoris
fæces inobedientes ad resudandũ. Et quandoque non fiũt bothor apparentes, imo accidit, et fit asperitas.

De cura. *Cap.* 9.

INcidunt materiam eius, si multiplicatur in corpore, phlebotomia, et solutio ventris. Et similiter
oportet vt properet assuetus ea omni hora in euacuando humores acutos. Et ex eis, quę prohi-
[o] ... 36. pti. t. 2. bent eam et auferunt ipsam, sunt [o] balneatio, et mundificatio: deinde administretur [p] aqua frigida
[p] ... 508. 1. balneando in ea: et [p] confert eis fricatio in balneo ex carne melonis cum farina lentium post sudo-
[q] ... ibidem. 2. rem, cum [q] alsahesefran, et caro melonis cum lentibus, et farina fabarum. [r] Sandali vero prohibent
[r] ... libi. 1. & 2. eam à pruritu, qui accidit cum ea. Cum ergo sunt cum camphora, non faciunt illud. Et alcanna ite-
... oppositum ... quæ sit dñia ... rum si non abhorretur eius tinctura, confert ei. Et assumere illud cui assimilantur aqua granato-
[s] ... ibi. 2. rum, et acetosa, et [s] lentes, et pruna, et tamarindi. Et administratio omnis, quod prohibet sudorem
ex eis, quæ sunt sicut [s] decoctio myrti, et rosarum: et aqua coriandri dicitur, et confert ei aqua cale-
facta in sole. Et prohibent eam oẽs aquæ cum decoquunt in eis styptica: et dimissio motus, et alie-
natio à locis calidis sudare faciẽtibus, et petere loca vẽtosa, et flabellatio cũ flabellis plurimis simul:

& ablutio cum aqua frigida. Et iterū, inunctiones ex eis, quę sunt sicut oleum myrtinum, & [a] oleū rof. Et butyro crudo inest proprietas maxima in ipsa proprie cum dragātho, & gummi. Et iterum inūctiones in quibus est virtus [a] lithargyrij, & [a] scoriæ. Et tutiæ inest proprietas. Et cinis foliorum myrti & puluis foliorum myrti, & folia [a] lauri recentia, & ruta, & minutum thus. Et quandoq; confert desudationi epithema [b] glutinis piscium dissoluti in aqua. Et quandoq; indiget fortis staphisagria, & thure, & sulfure. illa vero, quæ de ea iam vlcerata est, curetur cum eis, quæ sunt sicut [c] venę, & [c] gallæ, & bolus ar. & [a] cerussa cum aceto, & emplastrum de [c] cerussa est bonum ad illud. Et fortasse peruenient vlcera ista ad finem maximum corruptionis, [c] quare erit cura eorum cura adustionis ignis. Nam illa, quæ de ea confirmata est, curatur curatione alsahafati.

E

A Raf. 36. ꝯti. t. 2. c. 8. 2.

B Dio. li. 3. c. 83. ad leprā, & Raf. ꝙ ad hāc ꝯfert dispositionem ibidē. 2.

C Raf. ibidem. 1.

De benat noctis. *Cap.* 10.

SIquis passus est desudationem cutis, & oppilationem pororum, & bonitatem digestionis, qñq; accidunt in frigore noctis pruritus, & asperitas, & bothor paruę, quę noīantur benat noctis: & causa est retentio eius, quod oportet vt resoluat̄, propter constrictionem vltimam in radice vel in creatione quā adiuuat, & in qua addit soliditas frigoris: & proprie in hora, in qua multiplicat̄ digō: & sequit̄ multitudinē eius multitudo vaporis, & aer noctis: & propter illud noīatur benat noctis, quia plurimum accidentium eius est in nocte. Et de dispōnibus huius passionis est, ꝙ pruritus in ea fit vehemēs, & delectat prius, deinde ꝑducit ad dolores vehemētes quos efficit ī locis pruritus. F

De cura. *Cap.* 11.

OPortet vt sit regimen in dilatādo poros cū balneis, & inūctionibus notis ad illud, & in mundificādo venas à materia plurima: & illud cū phlebotomia, & euacuatione, fm̄ ꝙ dictum est in cap. pruritus, si fuerit illius necessitas, & nō fuerit sufficientia in medicinis localibus. Medicinę vero locales sunt aloe, & myrrha est de melioribus medicinis, & proprie cum aqua mellis. Et similiter aloe cum farina lentium, cū pauco aceto, & melle. Et aqua apij de currentibus est eis proportionalis. Et de medicinis conferentibus eis sunt fæx aceti sola, & baurach, & alcanna, & crocus.

De verrucis, quæ ex eis sunt vt claui, & recuruis, quæ de eis sunt cornua, & quæ currunt cursu earum. *Cap.* 12.

CAusa efficiens eas prima, est expulsio naturæ: & materialis, est [d] humor grossus melācholicus. Et qñq; conuertitur melancholia à phlegmate sicco valde, qñ multiplicatur in sanguine. Et qñq; accidit ipsi sanguini propter ea, ꝙ ipse coarctatur, & multiplicatur, & propter priuationē causarum putrefactionis, vt conuertatur ad siccitatem & frigus, & proprie in venis paruis, in quarum similibus nō putrefit sanguis propter suam paruitatem, & propinquitatem ad causas extrinsecas, quæ sunt ad hoc vt ipsæ exiccent velociores, ꝙ̄ ad hoc vt putrefaciant: pręcipue cū sanguis nō valde est calidus in substantia sua: & qñq; oritur ex eis vena magna, & fit causa ad conuertendā complexionē eius, quod peruenit mēbro vicino de nutrimento ad cōplexionem materiei suæ, quare desiccat̄ illud, & infrigidat̄, & multiplicant̄ verrucæ, cū ergo cadit, aut destruitur ꝑ quodlibet regimen, cadunt aliæ: & noīant̄ magnæ habentes capita, sicut capita clauorū habentes subtiles radices claui: & longę recuruæ cornua. Et de verrucis est genus, quod noīatur tusius, & numeratur in eis: licet sit necessarium vt discernatur ab eis: & finduntur qñ scinduntur à sanie, quæ est sub eis.

D Raf. 36. ꝯti. t. 2. c. 9.

G

De cura. *Cap.* 13.

PRoperare [e] quidem ad minorandum sanguinem cum phlebotomia, & ad euacuandā melancholiam, est res quæ est necessaria: qñ multiplicatur ægritudo & pertransierit humor quantitatem æqualem, & similiter regimen gñans bonum chymū: & alia de illis quorum præterijt rememoratio multoties. Cura aūt localis est cū [f] medicinis, quę hn̄t amaritudinē, & stypticitatem ad leues ex eis: sicut est inunctio verrucarū cum oleo fisticino assidue, aut [f] cū decoctione frumenti colata, dimissa post tres dies: & aqua [f] porri alnabathi cū sumach, & oleo de ben. Et [f] iterum cū folijs capparis, & nuce cupresi, & oliuæ immaturæ: & fructus tamarisci est bonum iterum: & folia myrti humidæ sunt bona ad fortes: & cortices nucis humidæ cum ficubus siccis: & [g] xylocaractæ cum pauco nocumento suo conuenientes sunt illis, quæ de eis sunt magnę, & ad fortes. Et [h] cortices radicum algarab, & cinis eius cū aceto vini. Et de eis, quæ sunt bona, & vltima, est vt sumantur alhar mel, & alcanna, cribellentur & liniantur cum aqua frigida. verū quod ex eis forte est, est ad fortes, sicut epithemata facta [f] ex calce, & arsenico, & alcali, & proprie cum argento viuo extincto, præcipue cum cinere quercus & oleo. Et sal cum aqua cepæ & [f] bulbus, & stercus caprinum. Et iterum [f] cantharides cum arsenico. Et [f] iterum mel anacardi est forte in sanatione ipsius. Et lac [i] tithymalli qñ iteratur super eas aliquoties deijcit eas: & [k] lachryma vitis, & [l] alkebikengi iterum magnifice deijcit eas. Et [m] nigellæ confectę cū vrina, si emplastrent̄ cum eis, sunt mirabiles: & fel [m] hirci iterū, & [m] assa, & emplastrū acutū & dirūpens aldubellet, & est emplastrum de anacardis. Compositum æquale. corticū nucis humidorū, & [m] †{draganthi,}& calcis viuæ oīum ana pars. i. terant̄, & cribellent̄, & ponatur desuper. Aut [n] sumantur floris æris, & chartarum adustarum amborum ana. ʒ. v. & pulpæ coloquinthidæ. ʒ. vi. baurach. ʒ. vi. salis ammoniaci. ʒ. iiij. kali, et arsenici citrini amborum ana drach. vi. fellis vaccini drach. vi. vsnem persici drach. vij. terantur, et cribellentur, et liniantur desuper cum aqua saponis. Et de curationibus verrucarum [o] est earum eradicatio: et illud [p] qdem qñq; fit cū cannulis de penna, aut de canna, aut de ferro, quarū concauitas fit cū quantitate in qua deglutiantur verrucæ deglutione difficili quadam, et extremitas eius sit acuta incisiua, et deglutitur

H

E Raf. t. 5. c. 36. & 36. ꝯt. t. 2. c. 10. 2.

F Raf. 36. cōti. t. 2. c. 10.

G Raf. t. 5. c. 36.

H Gal. 6. simp. fo. 48. h, & Raf. 36. ꝯt. t. 2. c. 10.

I Dio. lib. 4. c. 146.

K Diof. li. 5. c. 1.

L Dio. li. 2. c. 168.

M Raf. 36. ꝯti. t. 2. c. 10.

M† chalcanti,

N Halya. 4. pract. c. 9.

O Fen. 3. t. 1. c. 7.

P Gal. li. 14. meth. c. 17. a. Auicē. ibi. decipitur.

A titur vel recipitur in ea verruca deglutione in qua sit difficultas quędam,& inuoluatur super ea,et comprimatur parum apud radicem eius,et eradicetur ipsa. Aut[a] tende eas cum vncinis,donec extendantur eorum radices:deinde assumantur cum instrumẽto acuto, submerso ad radices earum: & ponatur super eas butyrum coctum post radicationẽ. Et iterum quoties tangit eas medicamen acutum,& infestat,auferatur medicamẽ acutum,& ponatur[b] desuper butyrum coctum,& dimittatur parumper,deinde iteretur,vsquequo compleatur earum casus. Et[a] inciduntur ita vt quod est in circuitu earum secetur cum ferro subtili,aperiendo in circuitu, deinde vadit super eas medicamen acutum. Et nos iam experti sumus cum nouacula profundius, quantum possibile est cum cautela superficiei cutis,deinde fricando locum cum sapone, & cyperis, & rosis donec cucurrit, quod fluxit de sanguine,& retentus est. Et deijcit post illud,quod remansit, si accipiatur lignum, & incendatur in igne,donec inflammetur,& approximetur verrucis,donec excorticentur verrucæ,& inungantur cũ manu, vna vice post aliam donec deleantur.

Gal.14.metho. [a]
Rasi.5.c.36. [b]

De cornibus. *Cap.* 14.

SVnt additiones spissæ vel densæ curuæ nascentes super iuncturas in extremitatibus propter vehementiam operationis. Et cura eorum est incisio,vt remoueatur ex eis illud,quod non dolet,deinde administrẽtur super residuum medicinæ vehementer acutæ ex medicinis verrucarum, B donec cadat:deinde consequatur butyrum coctum.

De fissuris,quæ apparent super cutem,& labia, & extremitates, apparitione in cute in omni loco. *Cap.* 15.

CAusa omnium fissurarum est siccitas in cute adeo,donec scindatur,& illa siccitas, aut est propter complexionem singularem,aut propter malitiam humorum mittẽtium materiam exiccantem,acutam,aut propter calorem exiccantem,aut ventositatem exiccantem rorem, aut frigus indurans,inspissans,sicut accidit terræ exiccatæ,& arefactæ per ventũ,aut calorem,aut infrigidatę valde vel congelatæ valde vt findatur. Et qñq; accidit causa aquarum stypticarum, & illarum in quibus est virtus aluminis,& similium,qñ accidit vt cum eis fiat ablutio. Et eis quidem sunt contrariæ aquæ sulfureæ,& aspaltinę:& nos experti sumus differentiã inter aquam hemdam,& quod est in circuitu,& aquam nisabur,& non fuit in hoc capitulo experimentum forte.

De cura fissurarum communi. *Cap.* 16.

OPortet vt euacuetũ si fuerit humor malus:& permutetũ, si fuerit complexio sicca:& bibat olea proprie[c] sisami excorticati vsq; ad.℥.i.ʒ.oi die in expressione vuę, aut infusione passularum dulcium aliquot diebus:& similiter decoctio[c] cancrorum fluuialium cũ aqua,& zuccaro. Et assiduet inungi. Et si sunt ex frigore,tunc confert[d] eis acacia. Et iterum[e] decoctio raparum,& folia si- C clæ,&[f] decoctio eius,& proprie ceratis factis ex eis,cum adipibus notis,& medullis, & pice humida,& alkitram. Et si fuerint ex calore,tunc cum ceratis frigidis,& humidis, conquassatis cum succis frigidis,et humidis. Et rectificatio cibi,et administratio balnei cum aqua tepida.

Raf.36.conti.t.2. [c]
Dio.lib.1.c.115. [d]
Diosc.li.2.c.103. [e]
Dio.lib.2.c.116. [f]

De fissura labiorum. *Cap.* 17.

CAusa[g] in fissuris labiorum est siccitas,aut propter ventum contrahentem cutem, et desiccantem eam,et exiccantem ipsius rorem:aut propter frigus:aut propter calorẽ:aut propter complexionem siccam sicut[h] sciuisti. Prohibitio vero eius est,vt liniatur anteq; perueniatur ad ipsius causam cum ceratis,et adipibus,et medullis,et[i] oleo ros.cum hyssopo humida. Et ista iterũ quandoq; auferunt illud,quod accidit. Et facere vt adhæreant[k] pelliculæ super ea, sicut pellicula oui,et [g] arũdinis,et cortices alliorum,et ceparum:ablationi autem eius,quod de ipsis accidit de eo quod bonum est,est vt sumantur[l] fæx vini assata,et glutinum albotin,et misceãtur cum adipe, sicut gallinæ,et anseris,et melle. Aut[l] sumatur tritura gallarum immaturarum sicut puluis, confecta cum gumma albotin,liquefacta super ignem. Et dictum est, quod[l] inungere vmbilicum in hora dormiendi,aut applicare cottum submersum in oleo,concauitati vmbilici,est iuuatiuum,et bonum.

Raf.36.conti.t.2. [g]
Cap.15. [h]
Raf.ibidẽ.c.11. [i]
Auic.li.2. fer.4. [k]
Raf.36.cõti.t.2. [l]

De fissuris pedum. *Cap.* 18.

QVandoq; accidunt propter vapores malos:et quandoq; accidunt propter siccitatem, et ari- D ditatem denigrantem. Et ad summum quandoq; contingit de eis iuuamentum propter illud,quod resoluitur ex ipsis,si possibile est vt remoueatur cum assiduatione ponendi pedes in aqua calida,et inungendi eos cum oleis,et adipibus,et proprie adipe caprarum,et vaccarum,et ouium confortatis parumper cum cera. Et iterum oleum de kerua,et oleum seu vnctuositas,quæ colligitur ex decoctione pedum arietum vehementer decoctorum,et oleum de sini,quoniam est vltimum valde.et oleum effusum ex aldaru opposito igni,qm̃ est bonum valde. Et alcanna est bona,et proprie confecta cum decoctione alharmel,et seregi vuę est bona curatio eius. Et si non valent illa,indiget buccella faciente glutinationem,et penetrante in ea,sicut curant eam quidam post balneationem,et[m] positionem pedum in aquam calidam:tunc oportet vt ponatur dragaganthum præparatum cum cõtritione in fissura,quoniam est mirabile. Et[m] iterũ sumantur cera, et oleum sisaminum,et glutinum albotin,et storax liquida,aggregẽtur,et fissuris vt buccella adhibeatur,quoniam est mirabile. Et[m] iterum alkitram cum mollitione sisami est mirabile valde:et olibanum contritum cum oleis et adipibus iuuatiua sunt valde. Et[n] iterum epithema ex cancro adusto, contrito cum oleo oliuæ: et est in fissuris manuum velocius, et magis iuuatiuum. Aut[o] sumatur interius cepæ squillæ,et ferueat in oleo,in quo liquefactum sit glutinum albotin,et pona-

Raf.36.conti.t.2. [m]
Paul.li.3.c.79. [n]
Paul.li.3.c.79. [o]

tur in fissuris. Et [a] glutinum albotin iterum in oleo solum est vltimum. Et iterum confectio: sumatur de farina granorum alkerua emollitorum cum pauca aqua, et fiat vt adhæreat calcaneo. Et ipse fructus alkerua est bonus ad antiquas, & vlceratas. Aut [b] sumantur lithargyrium, & cera, & oleũ, & mel cum æqualitate, & fiat ex eis aliquid præparatum. Aut [c] decoquantur cancri fluuiales, & sisamum. Et [c] iterum sumantur fæx olei, & adeps anatis, & glutinum albotin. Curatio bona nostra: sumantur dragaganthum, & teratur sicut puluis, & radicum polypodij pondus medietatis eius, & karabe, & thuris tritorum omnium ana tria pondera, & glutinis albotin duplum dragaganthi, terantur omnia cum oleo de kerua, & administrentur. Et dicimus, qui vsus fuerit inunctione calcanei omni nocte, non demittens, securatur ex hoc. E

A Raf.36.cõt.t.2. c.12.
B Raf.36. cõt.t.2. c.12. & Paul. lib.3. c.79. fo. 198. 15.
C Raf.36.cõti. t. 2. c.12.

De fissuris manuum. Cap. 19.

CVrentur curatione fissurarum pedum leuium.

De fissuris, quæ sunt inter digitos.

CVrentur cum huiusmodi. Et eis quidem proprium est, vt [d] emplastretur cum radice polypodij trita sicut puluis.

D Dio.li.4. c.166.

De vlceratione alchatha. Cap. 20.

QVandoq; accidit alchatha vt rubeat in primis & findatur, aut vlceretur propter multitudinem resupinationis, & proprie in ægris: quare oportet, cum incipit rubere, vt dimittatur F resupinatio, & administrentur desuper repercussiua. In ægris vero administretur stratus ex eis, quæ sunt sicut folia salicis, ablata à virgis, & sicut milia, & sicut pennæ. & totum illud fiat implendo alcherbes lene, aut quod est simile alcherbes. Si autem exulceretur, tũc emplastrum de cerussa adhibeatur.

De odore horribili in cute, & ascellis, & vrina, & egestione. Cap. 21.

ODor corrumpitur propter putrefactionem humoris, aut sudoris. Et qñq; adiuuant ad illud motus commouentes humores. Et dimissio ablutionis à pollutione, & menstruis, & retardatio eius, & assumere ea, quæ sunt sicut fœnugræcum: & ea de proprietate quorum est mouere materias acutas ad manifestum corporis: de fœtore vero oris, iam [e] dictum est.

E Lib.3.F.6.c.30.

De cura corruptionis odoris corporis communis. Cap. 22.

ILlud quod rectificat humorem est euacuatio, & quod rectificat complexionem est eius æquatio, & permutatio, & comestio eius cuius bona fit digestio in qualitate, & quantitate: & mundificatio in balneo, & alia. Et assumere in ieiunio per quod sudor fit boni odoris, sicut est [f] casia, & feleniati. Et iterum [g] apium, & capita [h] cardui, & asparagus, & omne prouocatiuum vrinę, mundificatiuum sanguinis à putrefactione: verum quędam eorum, sicut [i] asparagus, faciunt fœtere vrinã. Et de eis quæ conferunt ad illud, est vt bibat infusionem chrysomelorum, boni odoris, & chrysomela ipsa. G Et liniatur super corpus, quod sit sicut aqua myrti, & aqua ĩ qua dissolutum est alumen iameni, & almisusen, & decoctio sisymbrij, & mentæ, & calamenthi, & sansuci, & folia citri, & folia salicis. Et similiter inunctio cum myrto trita. Et iterum sandali proprie, & cyperi, & flos squinanthi, & calamus aromaticus, & alsidre, & rosæ, & proprie sansucus, & alsahesefran, & alusnen, & folia citri, & cortex eius, & folia malorum, & folia lilij iuuatiua sunt in hoc capitulo valde. Et iterum trochisci de rosis cum galia, & iterum de eis, quæ oppilant poros, & prohibent sudorem sunt lithargyrium, & tucia, & cinis foliorum lilij, & alumen, & similia eis, & myrrha, & aloe, & oleum myrtinum, & oleum rosatum.

F Paul.li.1.c.25.& Raf.36.2ti.t.4. c.1.
G Raf.t.5.c.53.
H Raf.36.conti. t. 4.c.1.
I Cap.25. & Raf. Ibidem.

De cura fœtoris ascellarum. Cap. 23.

EXistimauerunt quidam, q̃ fœtor ascellarum, sunt ex reliquijs vestigiorum spermatis, ex quo creatus est homo, quæ iam ceciderunt in partibus ascellarum, & penetrauerunt in poris cutis: & hoc non est ex eis, quibus oportet inniti: & vt proportionetur ad vaporem materiei, quæ conuertitur in sperma in homine, & ad motum ipsius materię in eo est melius. Cura autem eorum est, quoniam oportet vt curentur post mundificationem si ea indiget, cum tucia, & lithargyrio condito & clymijs, & cum cinere myrti, & oleo myrtino, & cum aqua in qua soluitur alumen, & quandoq; conficiantur ista cum sandalis, & permiscentur cum camphora. Trochiscus bonus. Recipe H sandalorum, & casiæ, & galiæ, & spicæ, & aluminis, & myrrhæ, & folij, & rosarum omnium ana partem.i. & tuciæ, & lithargyrij albificati amborum ana partes.iij. & camphoræ partem.5. fiant ex eis trochisci cum aqua ro. & administrentur post exiccationem. Et [k] iterum sumantur rosarum rubearum lib.i. & galiæ, et spicæ, et cyperi, et myrrhæ, et aluminis omnium ana.ʒ.x. fiant trochisci cũ aqua ro. et administretur, delibutionem faciendo. Puluis bene faciens redolere corpus, et confert complexionibus calidis. [l] Recipe spicæ, et cyperi, et folij, et floris squinãthi, et storacis liquidæ omnium ana auř.x. rosarum siccarum, extremitatum myrti omnium ana auř. xx. spica, cyperum, et flos squinanthi, et folium madefiant cum vino odorifero, et exiccent, et terantur: deinde projcian tur super ea rosæ, et extremitates myrti contritæ, et dissoluatur crocus cum aqua rof. et permisce ipsum cum medicinis reliquis, et exicca eas in vmbra, deinde tere ipsum, et pulueriza super corpus post balneationem, ita vt exicces sudorem corporis in primis exiccatione vltima, deinde pulueriza super ipsis medicinas. Aliud abscindens odorem sudoris fœtidi, conueniens habentibus complexiones frigidas. [l] Recipe spicæ aromaticæ, et gariophyllorum, et amomi, et xylobalsami, et casiæ omnium ana auř.iij. costi, et blactæ byzãtiæ, et spicæ indæ, et cinnamomi oĩum ana auř. ij.

K Raf.t.5.c.51.
L Ser.t.5. c. 9. parum differt.

extremitatum

A extremitatum sansuci,& spicæ ro.oium ana aur.iiij.storacis liquidæ soluantur ista cum vino, & tere reliqua cum aqua balsamitæ,et administra illud.Aliud fm illud exemplum abscindens odorem sudoris,Recipe cinnamomi,& spicæ indæ,& blactæ byzantiæ,& costi omnium ana.ʒ.ij. luti liberi,& scoriæ plumbi,& cerussæ ablutæ omnium ana.ʒ.5. sceha, & spicæ ro. omnium ana.ʒ.i. croci, & rosarum siccarum amborum ana.ʒ.iij.tere sicca cum aqua myrti,& crocum cum aceto vini odoriferi,& administretur.

De cura vehementiæ fœtoris stercoris,& ventositatis. *Cap. 24.*

FIt illud causa putrefactionis humorum:& causa corruptionis digestionis humorum, & causa rerum de proprietate,quarũ est illud,sicut [a] alastirgar,& [a] allia,& [a] eruca,& [a] porri, & [a] alaniuden,& alalthit,& [a] oua. Verum eorum fœtorẽ delet bonitas [b] digestionis:& assumere ea, quæ declinare faciunt putrefactionem ad cutem & ad partem vrinæ sicut [b] fœnugræcum:ipsum enim facit fœtere sudorem,& vrinam: & delet fœtorem egestionis. Et [c] vinum aromaticum aufert fœtorem egestionis.

De fœtore vrinæ. *Cap. 25.*

CAusæ fœtoris vrinæ sunt causæ fœtoris egestionis:& iterum diuretica,sicut [d] asparagus,& similia:ipsa enim faciunt bonum corporis odorem:& faciunt fœtere odorem vrinæ.Et iterum B vlcera vesicæ.Et cura eius est facilis ex eis,quæ sciuisti.

De pediculis & lendibus. *Cap. 26.*

MAteria [e] humiditatis in qua est caliditas aliqua,cum expellitur ad cutẽ, fortasse est tantæ tenuitatis,& subtilitatis vt resoluatur,et non sentiatur.Et sequitur eam illud,quod resoluitur in sudorem.Et sequitur eam,quod resoluitur,& coagulatur in sordes.Et [e] sequitur eam,quod retinetur in suprema tunicarum cutis,& gñantur ex ea sicut furfures,& desudationes,seu bothor parui, & quæ sunt ambabus similia.Et [e] sequitur eam,quod retinetur profundius illo. Q; si fuerit mala valde,facit sicut alopeciam,& similia illi,& impetiginem,& alsahafati. Et si fuerit minus mala, & non fuerit in ea virtus virulenta,& non festinat ad eam putrefactio festinatione vltima,& est conueniens vt sit materia recipiens vitam,influitur sup ipsam vita ex creatore suo, & proueniunt pediculi,& mouent,& egrediuntur,& qñq; accidit de eis plurimũ subito. Et qñq; adiuuant ad gñationem pediculorũ,& mouẽt eos cibi boni chymi,tenuis moti ad illud,quod apparet, sicut [f] ficus. Et ad illud,adiuuant motus mouentes eum ad illud,præcipue cum associatur ei vapor spermatis gñatus,& commotus à coitu vel apud coitum.Et qñq; adiuuant ad illud dimissio mũdificationis, & ablutionis,& administratio eius,quod aperit poros cutis,& mouet materias retentas in ea ad resolutionem,& facit ingredi ad eam aerẽ respirantem seu aerem frigidum contẽperantem, & pro- C hibentem eam à conuersionibus putrefactionis,& assimilatione cũ putrefactione. Et qñq; superant pediculi adeo,donec fluat sanguis habentis eos,& [g] citrinetur color eius, & cadat [g] appetitus eius,& [g] extenuetur corpus ipsius,& [g] resoluatur eius virtus.

De cura. *Cap. 27.*

PEdiculi [h] plures generati quorum generatio non abscinditur indigent in curatione sua in primis mundificatione corporis.Et proprie euacuatione cũ phlebotomia,& rectificatione regiminis,& dimissione eius,quod mouet materias ad exteriora de eis,quæ diximus. Deinde administra medicinas locales:& confert ad illud [h] assiduatio balneationis,& mundificationis.Et [h] vt assiduet balneationẽ cum aqua salsa,deinde cum aqua dulci,est melius.Et oportet vt assiduet [i] permutationem vestium,& induat serico & [i] lino:& bibat medicinas interficientes pediculos, sicut [k] allia decocta,& calamenthũ montanum.Medicinæ vero locales oportet vt sint [l] exiccatiuæ, resolutiuæ,[l] attractiuæ ad exteriora,ita q̃ materia per exteriora,& p poros insensibiliter egrediatur. Q; si fuerit res magna,est necessariũ vt misceant cum eis virtutes venenosæ. Et de medicinis localibus sunt [m] sumach,& oleũ,& [m] acetosa etiam,& folia eius,& radix eius,aut [n] alumen cũ oleo, aut folia [i] azadaracht,aut [i] folia granatorũ,& semen lini, & [i] calamus aromaticus, & [i] cinnamomum, aut [i] folia [α] coloquinthidę,aut [i] folia myrti,aut [i] folia cupressi,& [i] oleũ cartami iuuatiuũ est, prohi- D bitiuum.Et [o] oleum de raphano est mirabile,& cortices casiæ ligneę,& aristolochię,& [i] pyrethrũ, & radix althææ,& sisymbrium,& polium,& anisum,& pulegium,& semen vrticæ, & alberengesis,& [i] cordumeni.Sumantur sief memithe.ʒ.iij.costi.ʒ.5.baurach drach.i.amyli quantum omnia: soluantur,& liniantur.Et de ablutionibus,est decoctio [p] lupinorum, quoniam est bona fortis: & decoctio [q] siclæ,& decoctio tamarisci,& decoctio [i] calamenthi montani,et decoctio [i] foliorum cupressi,& [i] foliorum pini.Et [i] genera fellis cum ponuntur in ablutionibus sunt bona. Et de suffumigationibus est suffumigatio cum condysi,& staphisagria,& arsenico,& realgar seu toxico muris proprie,& sulfure.Et [r] de medicinis fortibus est vt fumantur staphisagria,& arsenicum rubeũ, et baurach,terantur omnia cum aceto,et oleo,et liniatur cum eo caput. Aut [r] elleborus albus, et baurach,[s] †{aut folia oleandri}cum oleo.Aut folia [α] coloquinthidæ.Aut sumantur sinapis,et condysi trita,et fundatur super ea parũ aceti,et extinguatur post illud in eis argentũ viuum terendo: et est forte.Et similiter,quod fit ex sulfure,et arsenico,et aristol.et cinere quercus,et costo,et myrrha.Aut [i] sumantur condysi,et arsenicum rubeum,et aristolochia longa, et alkitram, et fellis vaccini quantitas tanta de vtrisq;,cum qua medicinæ conficiantur: et est epithema forte. Et iterum [t] alkitram,et gentiana,et arsenicum,et oleum de lilio.Et iterum [v] staphisagria,et [i] folia oleandri,et

a Ias.f.c.54.
b Ias.3.pti.c.4.
c Ias.f.c.54.
d Cap.22.& Ras. 3.pti.4.c.1.
e Gal.1.de cpone secundum lo.c.7.f. philiriasi.
f Ser.1.1.c.5.
g Ias.36.con.t.1.
h Ser.1.1.c.5.
Ias.36.pti.c.1.
i Dioscli.1.c.145.
i Gal.1.de cpone secundum loc.c.7.f
il Gal.libi.c.7.g
Dios.lib.5.c.72.
Infra α
Dios.lib.1.c.35.
Paul.lib.3.c.3.
Dios.li.1.c.116.
Gal.1.de medi. secundum lo.c.7.g
Act.li.2.ser.2.
& staphidem
Supra α
Dios.lib.1.c.89.
Dios.li.4.c.137.

alumen iameni. Et iterum liniatur in balneo cum sief memithe parte vna, & baurach medietate E partis, costi amari sexta partis, amyli quantum oĩa: & liniatur cum eo post psylotrum cõfecto cum aceto. Et administra has medicinas post vaporationem cum eis, quæ sunt sicut condysi. Et staphisagria est melior, & proprie cum incipit ab ablutionibus de genere eius, quod diximus.

TRACTATVS IIII. *De dispositionibus, quæ pendent ex corpore, & extremitatibus, & est complementum li. decorationis.*

De extenuationis ablatione. Cap. 1.



EXtenuatio fit aut propter [a] priuationẽ materiei pinguedinis ex cibo & tunc est propter paucitatem eius aut fit propter multitudinem vsus cibi subtiliantis, quare non generatur in corpore sanguis plurimus, & ex regimine diminuto vel ex cibo minori eo qui est consuetus, & nõ generatur ex eo sanguis bonus: aut propter [b] debilitatẽ virtutis operantis in cibo, aut [b] digestiuæ, aut attractiuæ ad membra, propter corruptionẽ complexionis, cuius plurimũ est frigidum: aut [c] propter quietem plurimam cũ qua sopitur virtus attractiua proprie qñ est post exercitia, quorum auxilio consueuit natura attrahere cibum. Cum ergo dimittunt, non attrahit neq; nutrimentum temperatũ etiam: aut propterea, ꝙ sanguis conuertitur ad materiam cholericam, quare corpus nõ attrahit de eo rem plurimam, aut [d] declinat ad humiditatẽ aquosam quare resoluitur, quod ex ea generatur velociter: aut propterea, ꝙ [e] splen F comprimit hepar, cum magnificatur, quare attrahitur ad ipsum plus sanguinis, & debilitatur virtus hepatis per contrarietatem, quæ est inter vtraq;: aut propterea, quia [f] vermes coarctant corpus: aut propter constrictionem pororũ propter ipsorum oppilationem ab humoribus, aut coopertu ram vel constrictionem eorum factam à soliditate quã fecit frigus, aut calor, aut nuda seu pura siccitas: quorum vnũquodq; cognoscitur suo signo: aut [g] propter ligamẽta assidua super ipsum, quare oppilantur pori, & meatus: quãobrem non attrahitur ad ipsum nutrimentum, & proprie à luto comestibili: aut propter multitudinem resolutionis, quare nõ figitur, quod attrahitur de nutrimento ad membra, immo separatur, sicut accidit [h] in exercitijs velocibus, & tristitia, & angustia, & ægritudinibus resoluentibus. Et [i] corpora quidem, quæ extenuantur in tempore breui, tolerãt vt redeat ad ea pinguedo seu bona corporis habitudo in tẽpore breui, & illa quę extenuantur in tempore longo, non tolerant nisi blandimentũ vel regimen gradatum propter debilitatem virtutis in tolerando cibũ plurimæ quãtitatis. [k] Corpora igitur susceptibiliora pinguedinis, sunt quæ de eis meliorem habent cutem, & quæ de eis magis susceptibilia sunt tensionis. Et de eis, quę faciunt homini esse necessarium fugere ab extenuatione, sunt debilitas, & vehementia passionum à calore, & frigore, & à verberibus, & à percussionibus, & à passionibus [l] animalibus, & onere, & labore, & inquietudine, & ab [m] euacuatione, & [m] coitu, & retinetur nutrimentũ eorum in venis ipsorum, G et non penetrat, quare putrefit. Et pinguedini iterum insunt nocumenta, quę ego dicã. Et nõ est sicut æquale: dum ergo pseuerat pinguedo, ita ꝙ nõ facit accidere nocumentũ, non abhorreas eã: vita nãq; in humiditate existit. Verũ oportet vt tu caueas, & abhorreas eam in via superfluitatis, licet non appareat eius nocumentum: qm̃ eius nocumentum repente aduenit, & subito ẽm ꝙ dicetur in loco suo. & quando desiccantur corpora propter aerem fit extenuatio.

A Gal. li. 1. de san. tuen. c. 8. f, & ꝯmẽ. 4. in. 6. de mor. vulga. 25 f
B Gal. li. 6. de san. tuen. c. 8. b
C Hip. & Gal. li. 3. ꝯmẽtarioꝝ libri de artic. 81. c. f, & Ras. 14. conti. t. 1. c. 1. 169. 1.
D Ras. 14. ꝯti. t. 1. c. 1. 166. 3. 4.
E Lib. 3. Fẽ. 15. t. 1. c. 2. & t. 2. c. 1. & G. 2. de natur. facult. c. 9. e, & Ras. 14. ꝯti. t. 1. c. 1. 167. 3.
F G. li. de ther. ad piso. c. 15. a. aliam dat causam.
G Ras. 169. 1.
H Ga. li. 5. de san. tuen. c. 2. c
I G. 2. aphor. 7.
K Ras. 168. 1.
L Gal. li. 5. de san. tuen. c. 2. c, & 1. de tpamẽ. c. 4. b
M Ga. li. 5. de san. tuen. c. 2. c

De cura. Cap. 2.

OPortet vt cõsideretur, quæ causa sit in extenuatione de causis extenuationis, quas diximus: & curetur, & remoueatur, verbi grã. si fuerit cibus non generans sanguinẽ grossum, fortem, afferatur ille, qui generat ipsum, & non sit contentus eo, qui gñat sanguinem laudabilem tantum, qm̃ fortasse generabit subtilẽ, & resolutiuũ. Q; si fuerit virtus attractiua ad mẽbra, pigra, moueat, & confortetur. Et consideretur ad malitiam complexionis, si fuerit, & permutetur. Et fricatio in hora expergefactionis à somno est ex eis, quæ expergefaciunt virtutem attractiuam. Et [n] qñq; est necessarium prohibere nutrimentũ à latere altero, & attrahere ipsum ad latus extenuatũ, cum diuersificantur duo latera: sicut si sit vna duarũ manuum extenuata, & altera pinguis: tunc. n. necessarium est vt ligẽt pinguis cũ panno, incipiendo ab inferiore, ligatura non vehementi, neq; dolorosa, imo cum mẽsura, quæ constringat tm̃, & prohibeat nutrimentũ à penetratione, quare redeat H ad locũ alchasme, & attrahat ad latus alterũ. Et excita attractiuam cũ fricatione, & proprie cũ oleo aliquo, sicut oleo oliuæ cũ pauca cera calefacto, fricatione non exiccante, & quoties inflatur membrum, & calefit, dimittatur: deinde iteretur, cum quiescit. Et si pori fuerint oppilati, tũc oportebit (si corpus fuerit vehemẽtis soliditatis, quapropter oppilentur pori) mollificare cum humectatione, & calefactione, cum calefacientibus ex eis, quæ assumuntur, & motibus corporeis, & aĩalibus: si fuerit frigus illud, quod inspissauit ipsum: & ĩfrigidatione, & humectatione, si fuerit calor inspissans ipsum, & patiens ipsum compactum. Et melius quo calefit membrũ, quod non recipit calefactionem propter frigus suũ, est vt fricetur: deinde ponatur super ipsum rubificatiuum. Et si fuerit causa in extenuatione propter splenem, curetur splen. Et si fuerit extenuatio propter vermes, interficiantur, & extrahantur cum oĩbus, quæ dicta sunt in cap. eorum. Et [o] adhibeantur ei delitiæ, & amœnitas, & stramẽta leuia, & habitet in vmbra, lętet, & gaudeat, & aromatizet: & det in potu aqua frigida. ista. n. cõfortant virtutẽ naturalẽ valde: quare bona fit eius administratio in nutriendo, & expellendo superfluitates. Et illud quidem est principium causarũ pinguedinis. Et [p] de impinguantibus est assumptio vini grosi, & [p] cibi boni chymi, fortis spissitudinis cũ digeritur, sicut frumentum

N Ras. 14. ꝯti. t. 1. c. 1. 169. 2.
O Ras. 169. 3.
P Gal. 14. metho. c. 16. f

A frumentum sine cortice coctum vt puls,& algiundabat,& rizi cum lacte,& assata de carnibus,pp illud quod retinetur in eis de virtute carnis,& generat carnem duram:decoctum aut̃ ex carnibus generat mollitiem,& teneritudinem nõ firmam. Et caro [a] anatis est impinguatiua:& caro gallinę silr:& caro [a] alcubegi est vltima in eo:Et similiter lebub cum zuccaro. Et [b] balneum post cibũ est vehementer attrahens nutrimentum ad corpus,impinguatiuum:verum vtens eo exponitur oppilationi accidenti in hepate suo,proprie cum est cibus eius cibus eorum qui sunt impinguãdi: & [c] propter illud multiplicatur lapis in eo,qui quærit hoc: & illi sunt aptiores ad hoc vt in eis multiplicentur istæ oppilationes,& lapis,quorum venæ sunt in creatione strictę,& sunt non oẽs ita.Et isti cum sentiunt grauitatem in latere dextro, sumant in potu aperitiua in oppilationibus hepatis nota:& [d] sumant in potu ante cibum suum capparem cum aceto,& melle, & oxymelle cum seminibus,donec auferatur grauitas.Et melius quidem balneum est illud quod est post digestionẽ primam,& cum iam descenderit cibus:Licet comedere cibum post egressionẽ à balneo absq; superfluitate est de causis impinguationis. Et balneum quidem est bonum impinguatiuum pluribus hominibus,& proprie illis qui sunt in dispositione,quę est sicut arefactio.Et oportet vt sit balneũ post primam digestionem.s.qñ descenderit cibus à stomacho,nisi in rebus eisdẽ.Et calefactis quidem est [e] congruum aldog factum ex raib non acetoso.Et de [f] ingenio impinguandi, est retentio

B sanguinis super membrum,ligando membrum quod ei æquedistat in latere altero, sicut diximus ante,& ligetur illud quod est sub membro,ex quo vadit nutrimentum ad ipsum, cum est pingue, aut non quæratur eius impinguatio,sicut cum alseid est extenuatum, & planta manus est sana, & pinguis,tunc ligetur apud rascetam:aut cum adiutorium est extenuatum,& alseid sanum pingue ligetur apud cubitũ,à superiore parte alseid.Et ex impinguantibus est illud quod pendet ex exercitio:& est oẽ exercitium leue,tardum:& totum illud fit æquale post fricationem velocem, bonã, paruam,temperatam in duritie & lenitate: & proprie fricationem cum incipit ad hoc peruenire, vt rubificet cutem:& post illud exercitetur cũ æqualitate,& balneetur balneatione breui: deinde inungatur corpus eius,& fricetur fricatione sicca:deinde administrentur linimẽta impinguatiua. Et permutatio quidem aeris & aquæ,est ex vno eorum quæ oportet obseruare, qm̃ fortasse extenuatio est causa eorum.Et de impinguatiuis sunt linimenta, quæ administrantur post motionem membrorum,& ipsorum rubificationem:sicut est [g] pix sola,ita vt sit vehementer liquida,aut soluta in oleo cum quantitate,qua faciat eam currere linimentum:& qñq; administratur sola super cutem approximata igni,donec liquefiat,deinde inuiscatur,& [α] eleuatur qñ congelatur:ipsa enim attrahit nutrimentum ad membrũ,& retinet ipsum in eo,& remouet frigus eius, si fuerit causa eius debilitas virtutis,aut oppilatio pororum in cute,& dat ei viscositatem, & asperitatem: & stringit

C super ipsum poros,& excitat virtutem attractiuam:quare remanet mora tanta, qua figitur, & fit pars membri,& non resoluitur.Et [h] oportet vt administretur in æstate semel in die, in quo administratur,& in hyeme bis.Et cõsideretur in ablatione eius à membro,& dimissione eius super ipsum,velocitas rubificationis eius,& inflationis quas facit ei,& tarditas ipsius: Cum ipsa enim festinat in hoc,non fit vltimatio in dimissione eius super ipsum,et dũatione ipsius,immo remoueatur velociter.& fortasse sufficit vt auferatur qñ inuiscatur calida,& infrigidatur.Et qñq; cõfert vt præcedat super picem fricatio velox,aspera,dura:deinde liniatur: [h] aut percutiatur cum virga brusci æquali,non nodosa,& proprie inuncta,donec rubeat,& infletur:deinde abstineat:nam additio in fricatione, & percussione resoluit: deinde inuiscetur pix calefacta cum æqualitate apud ignem. [i] Cumq; [α] coagulatur,& infrigidatur, auferatur ab eo euellendo subito. Et melius quidem est vt effundatur super ipsum ante picem aqua ad caliditatem,& mordificationẽ quandam decliuis:deinde apponatur pix.Et [k] aquæ sulfureæ,& quæ sunt de aspalto sunt attractiuæ iterum nutrimenti ad illud quod apparet.Inquit [l] Gal.iam vidi venditorẽ animalium impinguasse hoc regimine adolescentem sine natibus:& factus est lenis:habens pingues anchas in tpe breui: [m] Qui vero abhorret picem,vtatur loco eius oleo ex oleis oppilantibus cũ caliditate quadam: & si [n] vtatur aqua frigida,& tolerat eam super corpus totum,aut super membrum,faciat. Et melior horarũ ad illud est

D hora,qua operatur linimentum in attracto. fortasse enim tunc virtus resoluit ipsum in sanguinẽ. &non oportet vt fugias à cura,cum prolongatur,& non confert:immo oportet vt assidues fricationem cum pannis,& effusionem aquæ calidæ:deinde cum fricatione cũ manu,deinde adhibeas picem.Et [o] fortasse est necessarium vt attrahatur sanguis absq; fricatione,immo cũ medicinis rubificantibus,& cum eis quæ sunt sicut pyrethrum,& sulfur, & cum eis quæ sunt sicut gumma rutæ agrestis.Et de membris sunt quædam,quæ egent ad impinguationem sui nutrimento pluri consueto:qm̃ resoluitur ex eo iam plus consueto,& indiget impinguatio superfluitate remanẽte,præcipue cum fricatio iam resoluit.Et referamus nunc medicinas quæ assumuntur,& clysteria.In eis aũt quæ sumuntur est intentio,vt medicinæ confortent digestionem:& retineãt cibum in stomacho,& in intestinis parum,pp virtutem retentiuam:& faciunt ipsum penetrare in venis,& ad partes hepatis:& faciunt illud diuretica æqualia,& proprie cum bibũtur in cibo,& post ipsum spatio paruo.Et est necessarium vt coaguletur in membro:& faciunt illud infrigidantia, & stupefacientia,sicut hyusquiamum album & ei similia.Et de habentibus proprietatem, & quæ sunt nobiliorum virtutum ad temperatos est illud, quod [p] Recip. amygdalas,& fisticos excorticatos,& grana viridia,& sisamum,& grana pini maioris,conficiantur cum melle,& fiant inde pilulæ similes nucibus,

cibus,& sumãtur de eis omni die quinq; nuces vsq; ad decem:& bibat super eas vinum:hoc enim E
impinguat,& bonum facit colorem,& confortat super voluntate coeundi. Medicamen bonum
quod impinguat,& colorem efficit bonũ. [a] Rec.mechuch farinæ similę &.ʒ.v.sarcocollę,& inuol A Ras.14.cõt.t.1.c.2.170.4.
uantur cum butyro vaccino cocto inuolutione forti,& fiãt ex eis trochisci: & comedantur mane,
& vespere. [b] Aut assumantur amygdalæ,& auellanæ excorticatæ,& grana viridia, & sisamum,& B Ras.171.1.
papauer cũ æqualitate kesile media pars,penidiorum quantum est totum:sumat in puluere omni
mane,& apud somnũ vsq; ad.ʒ.xx.Et [c] Alxindi medicamen quod Rec. quartã keleiati de kerua C Ras.173.1.
excorticato,cuius tritura fiat optima, & fundantur super ipsum lib.ij. lactis dulcis, & conficiatur
bene cum farina tritici,quantum ipsum tolerat:& fiant trochisci ex eo,quorum omnis sit.ʒ.i.5.&
fiant vt panis,& siccentur:& sumantur de eo omni die duo trochisci contriti.

Regimen bonum ad extenuationem factam causa luti, & oppilationis partium hepatis, & siphac. Cap. 3.

S[d]Vmantur passulæ bonæ,& fundantur super eas quatuor pondera ipsarum de aqua, & deco- D Ras.14.cõt.t.1.c.2.171.2.
quantur vsq; ad medietatem,& proijciantur super oẽ kafitium passularum pondus.ij. lib.sco-
riæ ferri,& pugillus.i.ameos,& pugillus.i.zuccari,& pugillus.i.origani,& qñ feruet dimittat duo
bus diebus aut tribus,deinde coletur:& bibat de eo in ieiunio quãtitatem lib.i. & post tres horas
comedat panem cum kemich capparis,& porrorum: & bibat super ipsum vinum forte quãtitate
lib.i.deinde qñ prætereunt.vij.horæ,comedat carnẽ pinguem,& bibat vinum purum vsq; ad.iij. F
lib.hoc enim efficit in complexionibus fortibus operationem mirabilem, & colorem facit bonũ.
Aut sumantur dragaganthi,& seminis papaueris & nucis hendem,& amborum been, & cappa-
ris,& zurumbet,& charabe,& almugath omnium ana.ʒ.iij.5. terantur, & frigantur in butyro,&
proijciantur super pondus duarum minarum sauich tritici,& sumatur omni die de toto vsq; ad.ʒ.
xxx.& decoquatur de eo sorbitio cũ lacte,& butyro cocto,& zucaro,& sorbeat,& balneetur post
ipsum balneatione leui.Aut [e] sumañ almugath.ʒ.l.ellebori.ʒ.xx.dragagan.ʒ.xl.zedoariç.ʒ.xxx. E Ras.171.3.
cribellentur:& sumatur quãtum est tertia totius de pane similæ, & quantũ est tertia eius de amyg
dalis excorticatis,& quantum est tertia eius de zucaro sulimeni: & sumatur de eo omni die pon-
dus.ʒ.xx.in lacte ouino,& expressione vuæ: de vnoquoq; quorum sit lib.i. & fiat sorbitio:& sor-
beat ipsam.Et vtatur de medicinis impinguatiuis tẽperatis ex medullis:& nux hendem, & alke-
sile proprie cum sauich,qm̃ ipsum est mirabile,& cum hoc frangit ventositatem sauich, & genera
impinguandi,verum ipsa tardantur in stomacho:& almugath,& zedoaria,& duo been:& omnia
quæ mouent sperma ex eis,quæ sunt sicut bulbus,& herbus,& faseoli. Et ex eis quæ currũt cursu
proprietatum est vt sumatur vermis apis,& exiccetur,& teratur,& misceatur de eo aliquid cũ sa-
uich,& detur de eo in potu aliquid.De regimine bono ad calefactos est,vt sumatur dog lactis dul
cis cuius non vehemens sit coagulatio,neq; acetositas,immo accepta est, & ablata eius vnctuosi- G
tas,vt sit magis penetratiuum:& leuius:& detur de eo in potu extenuato quantitas mediæ lib. &
moretur super ipsum tribus horis,donec digerat ipsum:deinde sumat de eo in potu tantũdem vi-
ce altera,& abstineat à cibo vsq; ad noctem:& sit cibus eius pullus impinguatus:& si tolerat vt bi-
bat vinum subtile,faciat:& si balneetur ante cœnam super illud,cũ iam biberit cadum vini tenuis
puri deinde egrediatur,& cœnet,erit melius.Et [f] sumatur cicer,et infundatur in lacte vaccino die F Ras.14.cõti.t.1.c.2.171.3.
& nocte:& si renouetur super ipsum lac,& nutriatur in eo plus illo licet.Et sumatur rizi abluti al-
bi,& seminis papaueris triti,& tritici,& hordei tritorum omnium ana pondus.ʒ.xxx. & panis de
simila exiccati,& zuccari albi amborum ana pondus.ʒ.xxx.amygdalarum excorticatarum.ʒ.i.ag
gregentur omnia & decoquatur de eo omni die põdus.ʒ.xxx.cum lacte dulci,aut oleo,& butyro
cocto:& bibat ipsum:& balneetur in tina post ipsum:quãtitate qua toleratur. [g] Aut sumatur lib.i. G Ras.171.2.
lactis dulcis,& lib.i.aquæ,ferueat cum facilitate,donec consumatur aqua, & proijciatur super ip-
sum.ʒ.i.penidiorum,&.ʒ.i.butyri vaccini cocti,& oleum sisaminum,& ferueat bullitione vna,et
sorbeatur: [g] Aut sumantur farinæ ciceris,& fabarum,& hordei,& rizi partes æquales, lentium ex
corticatarum & papaueris albi,& mes excorticati omniũ ana pars.5. tritici triti, sisami excorticati
amborum ana pars.5.zuccari partes.ij.fiat sorbitio cum lacte ouino,& sorbeat in mane. Aut [h] su- H Ras.171.3.
matur hyusquiamum album,& decoquatur in aqua decoctione bona, & coletur ab eo aqua forti H
ter deinde exiccetur in vmbra,& ponatur in medio massæ,& fiat panis, & coquatur in furno sup
laterẽ:cumq; massa rubet,ac si esset besser,extrahatur,& teratur,& proijciãtur.ij.aure.in lib.i.pul-
tis factæ ex sisamo,& papauere,& sumantur de eo mane,& vespere tres plantæ manus. [i] Medica I Ras.171.2.
men mirabile.Sumatur hyusquiamum album & abluatur cum aqua tepida postquã infusum est
in ea die,& nocte,& exiccetur,& inuoluatur butyro cocto inuolutione facili, & bulliat quantum
meretur,& proijciatur super ipsum quadruplum sui de amygdalis excorticatis, & quãtum ipsum
est,de nucibus,& quantum ipsum est,de zuccaro:& sumat de eo apud somnum põdus.ʒ.v.& isti
quidem impinguãtur cum kekengi,& solatro,& lactuca,& medullis,& carne alcubegi.Et qui ad
vltimum peruenerunt in extenuatione, indigent ad curationem sui humectatiuis, quæ diximus
in capitulo hecticæ,& in cap.siccitatis stomachi,quare redi ad ea.Et isti iterum oportet vt liniãtur
cum pice,omnibus quatuor diebus aut tribus sm̃ modum notum.Et de illo regimine est ad infri-
gidatos. Recipe [k] ellebori albi duorum tuderi seminis papaueris albi omnium ana pondus.ʒ.ij. K Ras.170.3.
baurach, & granorum pini amborum ana.ʒ.iij.granorum impinguandi pondus.ʒ.iiij. hermoda
ctylorum,seminis hyusquiami,pyrethri,galangæ,been albi omniũ ana pondus.ʒ.i.kesile pondus

ʒ.v.tritici

A ℥.v.tritici albi mechuch.i.infundatur triticũ in lacte donec turgescat, deinde exiccetur in vmbra, & torrefiat,& sumatur de eo in puluere omni mane,& sero pondus.ʒ.x.& sup ipsum bibatur lac. Aliud notum. [a] Ellebori albi, farinæ ciceris, & ameos omnium ana pars.i. kesile partes.ij.cymini karmeni,& piperis amborum ana pars.5.terantur,& conficiantur, & coquãtur in furno vt panis, & exiccetur,& commisceatur cum tanto pane de simila exiccato quantum ipsum est: & fiat de eo omni die sorbitio cum lacte,& sumatur:aut ponatur in iure pulli pinguis, & sorbeatur ante cibũ. Visum ad eos. [b] Recipe kesile pondus.ʒ.5.& dimittatur super.ij.lib.vini boni,cui non sit acetositas omnino,& bibat de eo tres cados mane, & vespere, apud somnum.s. in omni dispositione cadum.i.Et confert vt consequenter adhibeatur sauich. Et napi barbarici in sauich sunt vehemẽtis iuuamenti ad eos,calefaciendo,& humectando eos:verum ipsi sunt vehementis caliditatis. Et de illo est ad habentes siccitatem, qui curentur curationibus eorum cum humectantibus notis, & regimine hecticorum:deinde regatur ille,siccitatem cuius attrahit caliditas,regimine calefactorũ. Et ille siccitati cuius associatur frigus cum regimine habentium hecticam senectæ. Clysteria vero sunt,omne clystere impinguans renes,sicut lac ouinum, & proprie qñ soluitur in eo de albezard aliquid:& de eis sunt composita quæ iam dicta sunt in capitulo desiderij coeundi, & dicam de eis vnum.sumatur caput ouis pinguis,& mundificetur,deinde teratur valde, & aggregẽtur illi.5.lib.
B illiati,&.ij.lib.lactis.Et sumatur tritici,& rizi,& ciceris tritorum omnium ana quartam lib.i.postquam fuerit iam aggregatum totum illud,& dissolutum in aqua,& colatũ: & fundatur ipsum, & aqua eius iterum super comestionem aliam,& reducatur totum ad decoquẽdum in furno, donec discoctum sit caput iterum,& coletur totum:& sumatur de iure.℥.iij. & de pingui.℥.ij. & de oleo amygdalarum,& nucum ambarum ana.℥.i.& fiat clystere cum eo,& dormiat super ipsum.

De impinguando membrum aliquod sicut manum, aut pedem, & labium, & nasum, aut præputium, aut virgam. Cap. 4.

POssibile in hoc est illud quod appropriatur illi membro:& nõ est illud ex parte eius quod comeditur,& bibitur:qm̃ illud commune est corpori:immo ex parte attractionis cibi ad ipsum, & retentionis eius super ipsum:& conuersionis eius ad naturam ipsius. Et illud quemadmodum sciuisti fit per fricationem rubificantem,cum asperitate:& cum medicinis rubificantibus: deinde cum fricatione quæ est fortior:& cum effusione aquæ calidæ:deinde liniatur [c] pix. Et quidam ponunt sanguisugas campestres,& sunt vermes rubei in virtute picis. Et tu quidem iã sciuisti in primis cap.ⁱˢ qualiter administretur pix: & administratur ẽm modum,quẽ necessarium facit materia veniens ad ipsum,stringẽdo viam ab eo ad aliud:& appropriatur ei aliqua ex operationibus ferri: sicut labio,& naso,& auri.Et dictũ est in capitulo alio ab isto. [d] Dixerunt,cũ labium,& nasus sunt
C diminuta,oportet tunc vt aperiatur membrum,& discooperiatur cutis ab vtroq; latere,& incidatᷣ caro,quæ est in medio:quæ indurata est ex ea,quare prolongabitur,& aufertur ab eo contractio.

De nocumento superfluæ pinguedinis. Cap. 5.

PInguedo superflua est impediens corpus à motu,& deambulatione,& operatione coarctans venas coarctatione constringente eas:quare oppilat spiritui vias suas,quamobrem extinguitᷣ multoties:& similiter nõ peruenit ad eos spiraculum aeris,quare corrumpitur propter illud complexio spiritus eorum:& sunt in timore quod expellatur sanguis eorum iterum ad locum constrictum:quare fortasse findetur vena subito scissione perniciosa: Et in huiusmodi quidem dispositione,quæ est ante eam,accidunt eis constrictio anhelitus,& pulsus cordis: quare succurratur tũc dispositioni [e] eorum [a] cum phlebotomia. Et isti quidem penitus expositi sunt morti repentinæ. Et ad [f] summum mors super vltimatos in pinguedine festinat, & proprie illos qui impinguantur in prima ætate:ipsi enim minutas habent venas,& cõstrictas.Et [g] sunt expositi apoplexiæ,& [g] paralysi,& [g] pulsui cordis,& [g] diarrhϾ pp humiditatem ipsorũ, & [g] malitiæ anhelitus, & syncopi, & [g] febribus malis:& [g] non tolerant famem, [g] neq; sitim causa cõstrictionis meatuũ spiritus,& vehementiæ frigoris cõplexionis,& paucitatis sanguinis,& multitudinis phlegmatis.Et homo quidem non peruenit ad vltimum magnitudinis impinguationis,nisi cum est frigidę complexionis:
D Et similiter isti non sunt generantes neq; producentes embryonem,& [h] sperma ipsorum est paucum:& similiter quæ de [i] mulieribus sunt pingues non concipiunt:& [k] cum concipiunt,abortiuntur,& earum appetitus iterum est debilis.Et cum isti quidem omnes curantur cũ medicinis,[k]non fortasse penetrant medicinæ in venas eorum vsq; ad membra eorum læsa.Et [l] quando infirmãtur non sentiunt nocumentum velociter,qm̃ sensus eorum sunt debiles. [m] Et [a] phlebotomia eorũ est difficilis.Et [m] in eorum solutione ventris est timor:fortasse enim mouebit humores eorum. & nõ erit possibile vt penetrent in venas redeundo propter coarctationem earum:quare fortasse ducet ad perditionem illud.Si autem faciunt aliquid,infirmat eos:quoniam calor eorum innatus est debilis:qm̃ eius locus est strictus.Et nos quidem iam diximus,ꝙ laudandus est tẽperatus:& proprie in adolescentia.Et pinguia quamuis laborent,& debilitantur à motu,tamen ipsa per id quod associatur eis de significatione humiditatis,significant longitudinem vitæ.

De extenuando. Cap. 6.

REgimen extenuandi est contrarium regimini impinguandi:& est [o] minoratio cibi:& post ipsum balneum:& [p] exercitium vehemẽs,cum penetratione eius:& ponere ipsum de genere [o] qui non nutrit,& de genere eius cuius nutrimentum [o] est siccum,aut acre,aut [q] salsum,sicut sunt

lentes

lentes,& cauguamich,& resoluentia. Et fit panis eorum [a] panis de quo non est eiectus furfur,& E A Haly.li.1.prac. cap.16.
panis de hordeo. Et multiplicent species calidas quæ pro condimento ponuntur in cibarijs suis.
Et de eis quæ adiuuant ad minorandum cibum eorum prædictum cum eo quod narratur,est [a] vt
sit pinguis valde,vt satiet velociter:quoniam appetitus eorum debilitantur. Et sint cibi, & potus
eorum tales,vt adiuuent ad resoluendam materiam,si aggregatur de ea. Et adiuuat ad illud vehe-
mentia raritatis corporis eorum per exercitia laboriosa,& grossitudinem indumenti, & [b] lecti,& B Hippo.de salub. dieta.13.d,& Ga.li. 6.de san.tu.c.8.c.d
permutationē aquæ frigidæ ad calidum,& aeris frigidi ad calidum: & detectio semper ad frigus,
vt constringantur pori,& oppilentur,& consolidetur corpus propter horripilationem, quare nō
recipiat nutrimentum,& prohibeat resolutionem æqualem,quæ præcedit attractionē eius,quod
est post ipsam. Q; si fuerit cōstrictum, detegatur calori,donec multiplicetur eius resolutio: quare
resoluatur supra illud,quod attrahitur ad membrum. Et euacuationes, & [c] vomitus non æqualis: C Ras.14.cōt.t.1. c.2.170.4.
nam vomitus cum est æqualis ante cibum,& post ipsum,impinguat: verū illud quod est plurimū
extenuat. Et alteratio complexionis ad contrarium complexionis facietis pinguedinem,si est fri-
gus,tunc calefactio:& si est caliditas ęqualis,tunc inclinatio eius ad frigus,aut calorē superfluum.
Et secundum plurimum de rebus magis iuuatiuis pluribus,qui superfluunt in pinguedine,& fit
verbi gratia illud à frigore,est administratio medicinarum subtiliantium: & hoc iterum ad calorē
est iuuatiuum. Et oportet vt adhibeantur eis exercitia laboriosa, & euacuationes. ipsa enim effi- F
ciunt in humoribus tres operationes:quarum vnaquæq; est iuuatiua ad extenuandum:Et de illis
est subtiliatio humoris in eo,& elongatio eius à coagulatione, & exponere ipsum ad resolutionē:
Et [d] de illis est q̄ ipsa prouocant,& mouent humores non ad partem venarū: Et de illis est, q̄ ipsa D Pau.lib.1.c.57.
faciunt sanguinem lucrari qualitatem acutam non malignam ad virtutem attractiuam. Et medi-
cinæ administratæ in doloribus iuncturarum sunt valde fortes in prouocatione vrinę,non tempe
ratæ,quæ cū permiscentur vadunt cum cibo ad venas,& non possunt perducere materias ad su-
ctionem venarum,neq; ad partem vrinæ,sumendo à parte venarum, nisi in potu sumatur cum iā
secunda aduenit digestio:tunc enim perueniūt ad hepar,et illic incipit prima operatio earū:immo
fortes quæ remanent discernentes valde humores ad non partem venarum,quare famem patiun
tur venæ:& faciunt reliquas operationes:& istæ [e] medicinæ iterum prouocant menstrua cum vir- E Ras.170.3.
tute,quamobrem adiuuant ad extenuandum in mulieribus. Et istæ quidem medicinæ sunt sicut
[f] gentiana,& semen [f] rutæ,& [f] aristolochia rotunda,& [f] petroselinum,& [f] polium. Et [g] sandarachę F Paul. lib.1.c.57.
quidem inest virtus extenuatiua valde,contraria virtuti karabe. Et lacca habet in hoc virtutē pro G Ras.14.cōt.t.1. c.2.173.1.
priam iterum. Et similiter semen apij. Et draganthum forte est extenuatiuum,sed est timorosum.
Et amaracum similiter. Compositum. [g] Recipe aristolochię rotundę pondus drach.i. centaureæ
minoris.ij.tertias drach.i.gentianæ rom.& polij, & petroselini, & salis viperæ omnium ana.ʒ.iij. G
& est dosis.i. Medicamen [h] forte. Sumatur radix cucumeris asinini,& radix althææ, & radix opo- H Paul.lib.1.c.57. & Ras.fol.173.1.
panacis,& sumatur in puluere decocto drach.i. Et iterum sumantur seminis ameos, & seminis ru
tæ,& cymini æquales partes,& sansuci,& baurach amborum ana quarta partis.i. & laccæ pars.i.
cuius dosis omni die sit aure.i. Et de medicinis subtiliantibus sunt [i] acetum, & almuri, & proprię I Ras.170.3.
in ieiunio veruntamen ille qui habet debilitatem neruorum,& quæ habent nocumentum in ma-
trice,deuitent acetum. Et [i] potare vinum in ieiunio quādoq; extenuat iterum per hoc, q̄ resoluit,
& per hoc q̄ replet venas vapore,cum fuerit illud quod potatur plurimum:quare venæ non reci-
piunt interius aliud super ipsum ex cibo. Et similiter medicinæ lenientes naturam:ipsæ enim con
uertunt cibum à venis:& [k] quando administrantur multoties fit virtus attractiua pigra, & cōsue- K Gal. li.6.de san. tuen.c.8.c
scunt venæ euacuari ab eo quod vadit ad eas apud quemlibet motum humorum ad intestina. Et
quando apparent medicinæ lenientes naturam,& subtiliantes,diureticæ, non peruenit ad venas
res magna. Et de medicinis extenuantibus sunt [l] theriaca,& vsus eius,& sal [l] viperæ, & diacucur- L Paul. lib.1.c.57.
ma,& [m] dyaciminum,& diapepereon,& sagzenea,& anacardinū,& medicamen de lacca, & atha M Ras.14.cōt.t.1. c.2.169.4.
nasia,& homorusia,& tryphera minor. Epithemata vero eorum oportet vt sint de genere eorum
quæ infrigidant,& stupefaciunt virtutem attractiuam,& sit in eis venenositas: sicut hyusquiamū
nigrum,& hyusquiamum album. [k] Aut de genere eorum quæ resoluunt resolutione vehemēti, H
sicut sunt olea,& inunctiones fortis resolutionis. Et oportet vt sit eorum balneatio in ieiunio: &
sit aerea,sudare faciens,non aquosa,& humectans. Et [l] si fuerit aquosa resolutiua, sit assiduatio in N Pau.ibi.& Ras. 170.1.
ea,vt non accidat ex ea attractio superflua absq; resolutione: [n] deinde non festinet ad comedendū
super ipsam,immo expectet,& dormiat post ipsam,aut moueatur,& exercitetur:deinde quiescat,
post comedat rem debilem. Et similiter oportet vt sit fricatio eius fricatio resolutiua,continua.

De extenuatione membri particularis sicut manullæ,& testiculi,& manus,& pedis, & similium illis. *Cap. 7.*

REdi in hoc regimine iterum ad dispositiones,& cōditiones,quas dixi in extenuatione abso-
luta,& iuuetur cum iuuantibus quibus appropriantur. Et iuuat ad illud, sicut facere ipsum
quiescere cum frigore suo,& ligare vias cibi ad ipsum, & stringere cum ligamento, & assiduatio
eius super illas vias sub eo,& attractio cibi ad oppositum eius. Et de epithematibus,quę prohibet
testiculum fieri magnū,& mamillam à magnificatione ,est vt [o] sumatur chimolea,& cerussa plum O Ras.t.5.c.56.
bi,& misceantur cū expressione hyusquiami albi & oleo myrtino,& administretur in vnguento: P Ras.t.5.c.56.& Dios.lib.5.c.93.
& assiduetur [p] epithematio eius ex fricatione lapidis, in quo phlebotomatores sua acuunt ferra-
menta,

A menta, cum vnus fricatur super alium cum aceto, aut cũ succo hyusquiami albi. Et[a] similiter multitudo epithemandi cum alumine omni die.[a] Aut sumatur cretæ pars.i.& gallarũ viridium, quæ vtræq; sint tritæ, & liniantur cum melle in die: deinde abluatur cũ aqua frigida: fiat illud in mense. iij. vicibus. Et[a] appropriatur mamillæ vt ligetur super eam cyminum, contritum confectum cum aceto, ex quo emplastretur mamilla: & dimittatur super eam pannus infusus aceto, tribus diebus, deinde soluatur, & consequenter adhibeatur cepa lilij albi & stringatur, & nõ soluatur tribus diebus alijs: fiat illud in mense tribus vicibus. Loquamur nunc de ægritudinibus vnguium.

De panaritio.i.paronychia, reduuia. *Cap.* 8.

P[b]Anaritium est apostema calidum, exiturale, accidens in latere vnguis, & est difficile, vehementis doloris: & quandoq; vlceratur, & perducit ad corrosionẽ, Et[c] quandoq; currit ex vlceratione eius sanies subtilis, fœtida: & est in hoc timor digiti.

De cura. *Cap.* 9.

Nos dicere volumus in hac summa de electuarijs famosis:& quæ sunt similia vniuersalibus. Illorum vero quorum iuuamenta sunt particularia, digniora loca dicendi sunt in summa secunda.

C Electuarium [a] diacyminū faciens ad dolores viscerū quos generauit frigiditas,& ad ęgritudinem phlegmatis senū,& cōfortat stomachū,& digerit cibū,& aufert appetitum caninum,& eructuationem acetosam.Et fit dosis magnitudo gallæ cū aqua calida. Et confert iterum ad febres frigidas melancholicas,& phlegmaticas. Cuius hæc est permistio. [b] Rec. cymini carmeni infusi in aceto vini die & nocte,exiccati torrefacti,et foliorū rutę exiccatorum in vmbra,& piperis,et zinziberis oīum ana sextaria.v.baurach armeni pōdus.ʒ.x. Aggrega has medicinas,tritas,cribellatas:et confice cū melle dispumato,et reponatur in vase, et administretur.

Diacyminum [c] Gal.quod facit ad ventositates frigidas,et satietatem nauseatiuam, et resoluit ventositates,et confert ei,qui non digerit cibum: cuius hæc est permistio. Recipe baurach medietatem partis cymini carmeni infusi in aceto torrefacti,piperis albi, et piperis lōgi, foliorum rutę omnium ana partem vnam.Et hoc quidem fit secundum duas descriptiones:quandoq; enim fit ex partibus æqualibus in omnibus suis commistionibus,scilicet cymini,piperis,et rutę, et baurach:et iste modus resoluit naturam valde. Et qnq; permiscetur de speciebus reliquis quantitas æqualis,et de baurach medietas huius quātitatis.Et eligitur de cymino,carmenum: et infunditur in aceto forti,deinde torrefit.Et sit piper album,et illud ideo,quoniam ipsum confortat stomachū plusq; duæ aliæ species.s.piper longum,et piper nigrū:et hoc est illud,quod non est paruum, neq; contractum,et neq; est cortex eius grossus:immo est ex illo,quod dicitur grauis ponderis:et eliga- D tur de eo magnum,et sanum:et baurach.Fiat ergo medicina ad illum cuius natura retinetur cum baurach dicto nitrum naurnacon,et est rubeum.Et cum feceris ipsam ad illum cuius natura est soluta,administrabis baurach aliud.Et sit illud,quod de eo proijcies,medietas quantitatis vniuscuiusq; medicinarum quas diximus.Et folia rutæ iterum.Sint ergo sicca cum mensura: et illud ideo, qm̄ si exiccentur vehementer cum sint calidæ complexionis, est calefactio eorum vltra mēsuram: et si non exiccantur vehementer,remanet in eis humiditas superflua,quæ non consequitur vltimationem digestionis,quapropter non destruitur eius inflatio in aliquo. Et istæ quatuor species qnq; permiscentur cum melle dispumato:et qnq; non permiscentur cum aliquo, et reseruātur per se absq; melle.Cum ergo ipsæ sunt necessariæ proijciunt in aqua hordei,aut in cibo alio cōueniente.Et hęc medicina sumitur sola ante cibum,et post cibū.Et illa,quę permiscetur cum melle dispumato est magis cōueniens in hac dispositione:et illud ideo,qm̄ ipsa destruit inflāmationem oīno. Et oportet iterum vt sit mel bonum,cū non sit necessarium vt sit hęc medicina nisi fortis in resoluendo ventositatem,et euacuet cum fortitudine.Et [d] oportet vt scias iterū,q; qn̄ vis vt sit eius euacuatio plus,sit contritio medicinarum non subtilis,sed grossa:et illud ideo,quoniam scio hominē, qui contriuit hanc medicinam contritione vltima,quoniam non sciuit illud, quod ego dixi,quare

Auic. xxx iij non

[a] Aet.lib.1.ser.3. ...4.&Paul.li.7. ...

...erit Infra ...

[b] Halvab.lib.10. ...c.15.fo.179.4. ...ar.1.7.c.10.fo. ...

[c] Oia,q hic dicū... ...r accepit à Sera. ...c.10.

[d] Gal.li.4.de san. ...c.7.d,& Ser.t. ...c.10.

non resoluit naturam omnino, immo prouocauit fortiter, & venit ad nos mirans, & quærens de causa in hoc, & illud ideo, qm̃ ipse existimabat, ꝙ in corpore illius viri esset proprietas, quæ esset causa in hoc, quod accidit. Postquam ergo feci scire eum, ꝙ causa in illo esset dispositio compositionis eius, tunc composuit eam secundo sicut precepi ei, & completa est eius operatio. Et oportet vt seruetur hic determinatio in compositione reliquarum medicinarum. E

ELectuarium ad subulitis. & est aggregationis, quod est conueniens ad frigiditatem stomachi vehementis frigoris, & eructuationem acetosam, & appetitum caninum, et singultum, qui fit ex repletione chymorum grossorum, & phlegmaticorum: & febres antiquas, quę sunt propter frigus, & malitiam digestionis. Cuius permistio hæc est. [α] Reci. cymini infusi in aceto exiccati sextaria. xv. piperis, & zinziberis, & rutæ siccæ, & baurach omnium ana drach. xx. terantur, & conficiantur cum melle dispumato, & administretur.

Repetit Supra, & Infra α

ELectuarium de calamentho fluuiali descriptione [a] Gal. Rec. calamenthi fluuialis & [b]†{cãpestris}& petroselini oĩum ana. ʒ. xij. [c] †{zinziberis aur. vi.}se. apij, & [d]†{capitũ alhasce} ambo rũ añ. auř. iiij. [e]†{keisim} auř. xvi. pipis auř. xlviij. siseleos auř. v. tere, et cõfice cũ melle dispumato.

A Li. 4. de san. tu. c. 7. d, & Serap. t. 7. c. 20. fo. 94. 4.
B† pulegij
C† ———
D† cacuminum thymi
E† libystici

ELectuarium de myrto conferens ad solutionem naturæ, & vomitum phlegmatis, & humiditatis, & malitiam digestionis, quæ est ex stomacho. [e] Cuius permistio hæc est. Recipe granorum myrti bonorum siccorum heminam. i. myrobalanorum nigrorum, & belliricorum, & emblicorum, & talasfir omnium ana. ʒ. xx. leucopiperis & macropiperis, & ziziberis omnium ana. ʒ. x. masticis, & cordumeni, & carui, & anisi, & cymini, & spicæ, & casiæ, & cardamomi, & costi omniũ ana drach. vi. nucis muschatæ, & seminis apij, & ameos omnium ana drach. v. folij indi, & amomi amborum ana drach. iiij. tere, & confice cum melle dispumato, & dosis sit drach. i. F

E Ser. t. 7. c. 20. fo. 94. 4. paucis mut.

ELectuarium sicut alcanzi est bonum. Cuius hæc est permistio. [f] Recipe granorum myrti keiliati. ʒ. 5. spicæ. ℥. iij. nucis muschatæ cum cortice suo lib. 5. [g] †{ }gariophyllorum, & cardamomi, & anisi torrefacti, & seminis apij torrefacti, & vsnee omniũ ana vnc. ij. macis. vnc. i. 5. casiæ vnc. iiij. myrobalanorum kebulorum, & belliricorum, & emblicorum omnium ana vnc. iij. [h] †{macis drach. i. 5.} bulliant medicinæ cum vino odorifero feruore vno, deinde exiccentur, & bulliant ebullitione cum aqua cydoniorum, & exiccentur super frixorium calidum, & terantur, & inuoluantur miua. Et fit dosis aure. iij. aut. ʒ. iij. cum syrupo cydoniorum.

F Ser. t. 7. c. 20. fo. 95. 1.
G† cinnamomi
H† ———

ELectuarium almutaguachil relatum Salomoni, quod confortat stomachum, & confert ad malitiam digestionis. Et est illud, quod in potu dabat Israelita Mutaguachil, quoniam est bonum & expertum. Cuius hæc est permistio. [i] Rec. spicæ, & gariophyllorum, & cinnamomi, & nucis muschatæ, & cardamomi, & galiæ bonæ omnium ana aure. i. piperis albi, & zinziberis, & castorei omnium ana. ʒ. ij. thuris albi masculi aure. iiij. zuccari tabarzet quantum sunt medicinæ: commisceantur medicinæ cum zuccaro, & conficiantur cum melle dispumato: & sit dosis eius aure. iij. G

I Ser. t. 7. c. 20. fo. 95. 3.

DIacyminum [α] aliud conferens ad dolores ventris commotos à frigiditate, & ad febrem quartanam, & ad appetitum caninum, & febres phlegmaticas, & melancholicas, & ad phlegma plurimum, quod accidit senibus, & ad vehementiam frigoris, quod accidit in stomacho, & ad eructuationem acetosam, & ad sputum, quod fit ex multitudine superfluitatum phlegmaticarum. Cuius dosis sit sicut galla cum aqua calida. Cuius permistio. Recipe cymini infusi in aceto die & nocte torrefacti, & rutæ siccæ, & zinziberis, & piperis omnium ana sextaria decem, & baurach armeni drach. x. conficiatur cum melle dispumato.

Repetit bis Supra α

ELectuarium diacyminum aliud. [k] Recipe cymini recentis boni vnc. vij. infundatur in aceto vini, die, & nocte, deinde extrahatur, & proijciatur super corium rubeũ, & moueatur, & qñ exiccatur, torrefiat torrefactione leui cum igne, & piperis vnc. iij. zinzib. fini vnc. iiij. baurach armeni drach. ij. commisceantur, & conficiantur cum melle.

K Parum differt à suprascripto.

DIapepereon [l] faciens ad frigora, & humorem crudum, & dolorem stomachi, & malitiam digestionis, & ventositates grossas, & eructuationem acetosam, & appetitũ caninum. Cuius permistio est. Vt sumantur leucopiperis, et melanopiperis, et macropiperis omnium ana vnc. iij. Et in descriptione alia vnc. ij. & xylobalsami vnc. i. et amomi, et spicæ amborũ ana drac. iiij. et zinziberis, et se. apij, et siseleos, et casiæ, et assari, [m] †{et enulæ} omnium ana drach. i. tere, et cribella, et confice cum melle dispumato: Dosis eius pondus drach. iij. cum aqua tepida in ieiunio. H

L Sér. t. 7. c. 20. fo. 94. 3.
M† ———

ELectuarium [n] alfendedicon valens ad dolorem stomachi, et hepatis frigidi, et debilis gñantis vẽtositates grossas. Cuius pmistio. Rec. zinziberis, et piperis, et spicæ odoriferæ oĩum ana. ʒ. vi. masticis, et ameos amborũ ana põdus. ʒ. iiij. se. apij, et [o]†{meu, et fu} oĩum añ. ʒ. v. cymini carmeni, et casiæ, et carpobalsami, et pyrethri oĩum ana põdus. ʒ. ij. folij indi põdus. ʒ. i. Aggrega has medicinas tritas, et cribellatas, et cõfice cũ melle dispumato, et repone ĩ uase, et vtere cũ necesse fuerit.

N Ser. t. 7. c. 20. fo. 94. 4.
O† anisi, mentæ,

ELectuarium [β] alcanzi faciens ad solutionem ventris, et ad malitiam digestionis, et debilitatem stomachi, et frigus eius. Cuius hæc est permistio. [p] Sumantur costi, et cinnami, et spicę odoriferæ, et carpobalsami, et casiæ omnium ana drach. x. nucis muschatæ. v. numero, cardamomi, et gariophyllorum, et anisi, et meliloti, et sythragi indi omnium ana pondus drach. iiij. macis drach. ij. brengi drach. viij. nagaset drach. iiij. aristolochiæ, et vsnee amborum ana drach. ij. cyperi, et zinziberis amborum ana pondus sextariorum. x. calami aromatici, et piperis, et macropiperis oĩum ana põdus. ʒ. v. myrobalanorum nigrorum enucleatorũ sextaria. ij. bellirici enucleati. x. numero,

Infra β
P Ser. t. 7. c. 20. fo. 95. 1. paucis desideratis.

A granorum myrti kaficius semis bonorũ seburi. Aggrega has medicinas tritas,& cribellatas,& confice cũ melle de arundinibus zuccari,& repone in vase,& vtere cũ necesse fuerit post duos mẽses.

Supra B DEscriptio [β] electuarij alcanzi alia conferens ad debilitatẽ hepatis,& stomachi,& frigus amborum,& ad solutionẽ ventris,& malitiam digestionis,& cõfert illis sup quos timetur aqua citrina,& est bonũ spleni prouocans vrinã. Cuius hæc est permistio. Rec. costi,& cinnami,& spicæ,& carpobalsami,& casiæ omnium ana.ʒ.x.& de nucibus muschatis nuces.v. & cardamomi,& gariophyllorum,& anisi,& meliloti,& sythragi,& neremisch oĩum ana.℥.iiij. macis pondus.ʒ.ij. & burungi kebuli.ʒ.viij.& reusini,& aristolochiæ longæ,& vsnee omnium ana pondus.ʒ.v. myrobalanorum nigrorum,& kebulorum ana sextaria.ij.& de belliricis belliríci.x.& granorum myrti quantum est pondus medicinarum omnium.terantur sicut alcohol,& conficiantur cum melle tabarzet. Dosis eius sicut galla cũ aqua frigida. Et in descriptione alia, zinziberis sextaria decem.

ELectuarium alkesin dictum electuarium ambræ. Et hoc electuario vsi fuerunt reges Grecię. Et hoc confert ad ęgritudines frigoris,& proprie renũ,et addit in desiderio coitus,& valet ad paralysim,et torturam,et tremorem,et pulsum cordis,et addit in recordatione,et sensu,et exiccat humiditatem stomachi,et facit digestionẽ esse bonam,et est ex eis,quæ cõueniunt senibus. Cuius

Serap.t.7.c.10. permistio hęc est. [a] Reci. cardamomi maioris,et minoris,et macis oĩum ana pondus.ʒ.iiij. zinzi-

B beris,et macropiperis amborum ana sextaria.ij.cinnamomi.ʒ.iiij.vsnee pondus.ʒ.ij. cinnami pondus.ʒ.i.gariophyllorum,et croci omnium ana pondus.ʒ.x.nucis muschatæ pondus.ʒ.v. Et in quibusdam descriptionibus nuces.v.spicæ odoriferæ,et masticis,et ambræ omnium ana pondus.ʒ.ij. muschi pondus.ʒ.i.seminis hyusquiami albi,et opij amborum ana pondus.ʒ.i. olei balsami pondus.ʒ.vi. Aggrega has medicinas tritas,et cribellatas,et infunde opium in mensura sacraiati.i. de vino bono,et confice cum melle dispumato, et vtere post sex menses, et liquefac ambram cum oleo balsami,et adhibeatur de oleo alben quantitas qua omnia inuoluantur.

ELectuarium alscehereben conferens ad frigus hepatis,et stomachi,et aquam citrinam,et choleram nigram:et est soluens ventrem. Cuius hæc est permistio. Sumãtur sythragi indi, et zinziberis,et piperis,et cinnami,et cardamomi minoris,et gariophyllorum,et pyrethri,et folij indi,et amyli de tritico,et masticis,et cardamomi maioris,et cinnamomi,et spicæ,et casię,et se.apij,et anethi,et ameos,et se.fœniculi,et anisi omnium ana.ʒ.vi.epithymi cretensis, et turbit amborum ana drach.xij.scammoneę drach.x.zuccari tabarzet pondus drach.xx. Aggrega has medicinas tritas, et cicotrigonizatas,et confice cum melle tabarzet dispumato,et vtere cum necesse fuerit.

ELectuarium diaphœnicon est electuarium proprij iuuamenti in colica,resoluens eã,et cõfert

Hamb.lib.10. c.c.15. ad humorem crudum,et frigora,et ad difficultatem vrinę. Cuius hęc est permistio. [b] Sumatur

C baurach armeni,cymini carmeni,et petroselini,et zinziberis,et piperis albi oĩum ana pondus.ʒ. xxij.scammoneę pondus.ʒ.v.dactylorum heyron mundatorũ ex nucleis,et amygdalarum excorticatarum ex duabus corticibus,et foliorum rutæ omnium ana pondus.ʒ.x. Aggrega has medicinas omnes tritas,et cicotrigonizatas,et infunde dactylos in aceto vini die et nocte,et tere bene, et permisce cum medicinis,et confice cum melle dispumato,et vtere cum necesse fuerit.

DIaphœnicon aliud. Recipe dactylorum heyron ablatis nucleis. c. numero, et infunde eos in aceto die et nocte,et confrica manibus,et cola,et rutæ siccæ,et zinziberis amborum ana drach.xiij.et piperis albi.xiij.numero,et baurach armeni pondus drach.v.et de amygdalis excorticatis ex duobus corticibus.cl.numero,et scammoneæ pondus drach.xv.et turbit pondus.ʒ.xx. tere,et cribella, et commisce cum melle.

DIaphœnicon aliud,quod cõfert ad febres,et alia,et potatur in æstate, et hyeme, et soluit sine

Serap.t.7.c.16. inquietudine. Cuius hęc est permistio. [c] Reci.zinziberis,et piperis albi amborum ana. ℥.i. scammoneæ.℥.ij.ʒ.tamarindi heyron mũdatorum ex nucleis aut siren, et amygdalarum dulcium excorticatarum à duobus corticibus,et foliorum rutæ oĩum ana.℥.iiij. tere medicinas fm singularitatem suam,et infunde dactylos in aceto vini,et terantur per se,et colentur,et terantur amygdalæ iterum per se,et misceãtur omnia post illud,et conficiantur cũ melle dispumato: et sit dosis. ʒ.ij.

D ELectuarium cabrosius muschatum faciens ad ventositates,et hæmorrhoidas, et humorẽ crudum,et confortat stomachum,et adiuuat ad desiderium coitus,et clarificat colorem,et calefacit renes,et confert ad ventositates matricis,et fluxum sanguinis,qui fit ex hæmorrhoidibus. Cuius hæc est permistio. Recipe myrobalanorum citrinorum,myrobal. kebulorum,et sythragi,et seminis apij omnium ana drach.vi.belliricorum,et emblicorum,et ameos,et tuderi rubei, et albi, et macropiperis,et sisami excorticati omnium ana pondus drach.iiij.cinnami,et spicæ, et nucis muschatæ,et zinziberis,et alfulfulmum omnium ana drach.viij.girbue,et costi,et casię,et gariophyllorum,et macis,et galangæ,et neremisch omnium ana drach.vi.cyperi pondus drach.x.et muschi pondus aure.ij.et ambræ aure.i.et scoriæ ferri nutritæ quantum est pondus medicinarum oĩum, et butyri sextaria.x. Conficiatur cum melle dispumato. Et sit dosis pondus drac.ij. cum lacte vaccino concusso,sublato butyro,aut cum vino passo bono duabus hebdomadis.

ELectuarium de thure. Recipe thuris pondus drach.lx.piperis,et macropiperis amborũ ana drach.x.zuccari drach.lx.zinziberis,et galangæ amborum ana drach.xij.nucis muschatæ, et gariophyl. et cardamomi minoris omnium ana.ʒ.v.muschi boni.ʒ.ʒ.teratur vnumquodq; eorum per se,et cribelletur,et conficiatur cum melle.

Electuarium [a] altalisafar faciens ad frigus stomachi,& ventositates grossas in stomacho,& hepate. Cuius pmistio. Rec.talisafar pondus drach.v.zinziberis pondus drach.xx.piperis pondus drach.xij.heil,& cinnami amborum ana pondus drach. vij. zuccari tabarzet lib.v.Aggrega has medicinas tritas,& cribellatas,& repone in vase,& vtere. E

A Serap.t.7.c.10. fo.96.1.vno deficiente,& Halya.ser.10. pract.c.15.

Electuarium Episcopi. Recip.scammoneæ antiochenæ,& turbit concaui albi amborum ana aure.v.piperis,& cardamomi amborum ana aure.iij. zinziberis, & cinnamomi, & emblicorum,& gariophyllorum,& polypodij,& nucis muschatæ omnium ana aure.ij.5. Et in descriptione alia,scammoneę,& turbit amborum ana aure.iij.tere,& cicotrigoniza,& proijce super ea lib.i. zuccari contriti,& confice cum melle.Cuius dosis integra sit aure.iiij.

Tryphera de scoria ferri magna faciens ad ventositates hæmorrhoidarum,& mollficationem vesicæ,& stomachi,& addit in desiderio coitus,& calefacit stomachum.Cuius hæc est permistio.Sumantur myrobalanorum nigrorum,& belliricorum,& sirenblegi ablatis nucleis,et sythragi indi,& seminis apij,& ameos,& origani persici omnium ana vnc.i. spicæ odoriferæ, & amomi, & heil,& acori omnium ana vnc.ij.cinnamomi pondus drach.iiij.piperis,& macropiperis,& pyrethri,& salis indi omnium ana vnc.5.sinapis vnc.i.5.salis ammoniaci pondus drach.5. scoriæ ferri pondus drach.iij.Aggrega has medicinas tritas,& cicotrigonizatas: & confice cum melle dispumato,& butyro vaccino quantum sufficit,& vtere. F

Tryphera [b] minor faciens ad mollificationem stomachi,& humiditatem eius,& ventositates hæmorrhoidarum,& colorem efficit bonum. Cuius hæc est permistio. Sumantur myrobalanorum kebulorum,& sirenblegi,& belliricorum ablatis nucleis omnium partes ęquales,inuolue cum butyro vaccino,& confice cum melle dispumato,& repone in vase,& vtere.

B Halyab.ser.10. prac.c.15.

Electuarium [c] anacardinum conueniens ad dolorē stomachi antiquū,& frigus, & obliuionē, & facit bonum esse colorē,& subtiliat cogitationē,& sensum,et est electuarium sapientum:et dicitur,ꝙ est Salomonis. Cuius hęc est pmistio. [c] Rec. piperis, & macropiperis, myrobalanorum nigrorum,& belliricorū,& emblicorū,& castorei oīum ana.ʒ.iiij.costi, & anacardi, & burungi, & zuccari tabarzet,& bacarum lauri oīum ana.ʒ.xij.cyperi.ʒ.viij.tere anacardos solos bene, & tere medicinas,& cribella,& bulli butyrum vaccinum,& mel cū ęqualitate,& proijce super ea medicinas,& coagula,& vtere post sex mēses.Dosis eius.ʒ.ij.cū aqua decoctionis apij,& fœniculi.Et seruet se à labore,& angustia,& ira,& vino plurimo,& coitu, & comedat ius isfidabegi subtile.

C Serap.t.7.c.10. fo.95.2.

Electuarium [d] alfangius,quod est iuuatiuum ad mollificationem stomachi,& ventositates hęmorrhoidarum,& corruptionem complexionis,& fœditatem coloris,et addit in coitu.Cuius hæc est permistio. [e] Rec.myrobalanorum belliricorum,& sirenblegi ablatis nucleis,& piperis,et macropiperis,& zinziberis,& cyperi,& sythragi indi,& spicæ omnium ana drach.x. seminis anethi,& se.porri amborum ana pondus drach.iiij.scoriæ ferri tritæ infusæ in aceto vini. xiiij. diebus, exiccatæ,torrefactæ.ʒ. [f] †{ c.} Aggrega has medicinas tritas, & cicotrigonizatas, & confice cum melle dispumato,& butyro vaccino quantum necesse est,& repone in vase,& vtere post sex menses.Et sit dosis eius pondus drach.ij.& ponantur in eo iterum de muscho drach. ij. G

D Ser.t.7.c.10.

E Serap.t.7.c.10. fo.95.4.

F† x.

Fangius alius cum muscho etiam quod confortat stomachum,& calefacit ipsum, et confert ad hæmorrhoidas,& addit in coitu,et est expertū. Cuius hęc est permistio. [g] Rec.myrobalanorū kebulorū,et belliricorū,et emblicorū,et piperis,et macropiperis,et zinzib.et cymini,et se.anheti, et se.apij,et seminis porri,et semi.erucæ,et semi.rapæ,et seminis baucıæ,et asseniati, et rosarum rubearum,et casiæ,et cyperi,et cinnamomi,et gariophyllorum,et nucis muschatæ omnium ana. ʒ.i. macis,et heil,et cardamomi,et galiæ,et xyloaloes crudi,et muschi omnium ana.ʒ.ij.granorum nasturcij albi.℥.iij.scorię ferri quantum sunt medicinæ:teratur,et conficiatur cum melle dispumato.

G Serap.t.7.c.10. fo.95.4.

Fangius aliud. [h] Reci.sythragi indi,et zaraeb,et thalisesar,et heil,et myrobalanorū nigrorum, et belliricorum,et myrobalanorum citrinorum, [i] †{ } et gariophyllorum, et carpobalsami,et granorum almahaleb omnium ana auř. vi.mētæ,et feleniati,et zedoariæ,et doronici,et piperis longi,et emblicorum omnium ana aure.iiij.cinnamomi, et [k] †{cinnami, } et spicæ, et nucis muschatæ,et costi,et zinziberis,et fulfulmun omnium ana auř.viij.cyperi auř.x.zuccari aur. xvi. H scoriæ ferri heminam.i.muschi drach.5.conficiatur cum melle dispumato.

H Serap.t.7.c.10. fo.95.4.

I† & casiæ,

K† cymini,

Ars scoriæ decoctæ,quę confert ad frigora,et dolorem dorsi,et corruptionē menstruorum,et hęmorrhoidarum,et clarificat colorem,et facit appetere cibum,et destruit humorē crudum, et infrigidationes,et confortat stomachū,et matrices,et vesicā. Cuius hæc est permistio. Rec.seminis apij,et seminis fœniculi,et anisi,et petroselini,et dauci,et seminis bauciæ,et seminis porri,et seminis cepæ,et seminis rapæ,et seminis raphani,et seminis alrathbe,et ameos, et seminis vrticæ, et granorum viridium,et aniudem,et seminis anethi,et piperis,et seminis lini,et cymini,et coriandri oīum ana pondus.ʒ.iij.et zedoariæ,et doronici,et been albi,et rubei,et tuderi rubei, et albi, et nucis muschatæ,et macis,et cinnamomi,et galangæ,et zinziberis,et piperis, et cyperi,et spicæ, et sisymbrij oīum ana.ʒ.iiij.et myrobalanorum belliricorum,et emblicorum,et gief glandium,et corticum radicis capparis oīum ana.ʒ.x.sythragi,et vsnee,et assari,et blactæ byzantiæ, et calami aromatici,et linguæ auis,et neremisk persici,et cymini,et cardamomi,et chayrbua,et sandali,et cinnamomi,et nucis muschatę omnium ana.ʒ v.et nucis enden,et nasturtij,et kie,et rosarum siccarum, et marmacor,et corticum thuris,et mentę,et calamenthi omnium ana drach.vij.et scoriæ alhassari

calefactæ,

A calefactæ,& extinctæ in vino odorifero multoties ẜm mensuram medicinarum omnium: Decoquatur cũ vino pontico,donec ingrossetur,& auferatur ab igne,& coletur. Et detur de eo in potu quantitas.ʒ.i.in ieiunio dum est tepidum,& comedat post medium diem isfidabegiati cum carne caprina,& bibat vinum purum:hebdomada vna,aut duabus hebdomadis.

a Sera.t.7.c.20. fo.95.4.

D[a] Escriptio alia de scoria ferri conueniens ad frigus stomachi, & hæmorrhoidas. Cuius permistio. Recip.myrobalanorum kebulorum, & belliricorum, & emblicorum, & radicum lilij,& zinziberis,& xyloaloes crudi,& nucis muschatæ,& galiæ,& rosarum,& spicæ, & squinanthi,& masticis omnium ana drach.x.muschi drach.i.limaturæ acuum infusæ in vino odorifero septem diebus,& sumatur,& teratur,& torrefiat super frixorium ferri,& misceatur cum medicinis, & inuoluatur oleo de amygdalis dulcibus,& conficiatur cum melle dispumato.Cuius dosis sit aureorum duorum cum vino odorifero.

b Sera.t.7.ca.20. fo.96.1.

D[b] Escriptio alia de scoria ferri conueniens ad debilitatem stomachi calidi. Quæ Rec. myrobalanorum kebulorum,& belliricorum,& emblicorum,& radicum lilij, & rosarum rubearum,& squinanthi omnium ana.ʒ.x.scoriæ ferri quantum omnes medicinæ. Infundatur scoria septem diebus in aceto,& coletur ab eo,& frigatur super frixorium,& conficiatur cum melle tabarzet.Et sit dosis.ij.drach.5.cum syrupo de malis.

c Sera.t.7.ca.20. fo.96.1.

B S[c] Coria ferri decocta conueniens ad debilitatem stomachi,& caliditatem complexionis.Cuius commistio hæc est. Rec.scoriæ ferri de bassari, & myrobalanorum nigrorum , & belliricorũ, & emblicorum,& rosarum,& balaustiarum,& squinanthi omnium partes æquales,bulliant cum vino,& dentur in potu de eo vnc.iij.

d Sera.t.7.ca.20. fo.95.1.

E[d] Lectuarium diacytoniten retinens naturam ex solutione ventris, & debilitate stomachi,& & vomitu,& malitia digestionis,& facit colorem esse bonum. Cuius hæc est permistio. Sumantur cydoniorum excorticatorum mundatis interioribus, & mellis dispumati amborum ana lib.ij.piperis,& macropiperis,& zinziberis omnium ana.ʒ.v. heil pondus.ʒ.viij. cardamomi, & gariophyllorum,& spicæ odoriferæ,& cinnamomi, & croci omnium ana pondus.ʒ.ij. Aggrega has medicinas tritas,& cribellatas:& sume cydonia,& decoque cum aceto vini boni: Et de medicis sunt quidam qui decoquunt ea cum vino:& ipsum est radix:deinde remoue ab igne,& cola,& dimitte donec currat ab eis aquositas humiditatis,& tere bene,& sume mel,et commisce cum eis, & decoque cum igne leui,& moue paulatim donec fere coaguletur, & commoue donec æquentur,& destruatur aquositas cydoniorum ab eis:deinde remoue ab igne,& pulueriza super ea medicinas,& concute donec æquentur:& proijce super tabulam marmoris, aut mensam planã inunctam oleo rosaceo,aut oleo sisamino,& dilata super eã dilatatione æquali, & dimitte duobus die-
C bus,aut tribus,donec exiccetur,& induretur:& incide cum cultello in frusta quadrata, & sit frustum pondus aure.iiij.& ponatur gradatim in folijs citri,& ligetur,& reponatur,& administretur cum necesse fuerit.Et de medicis sunt quidam qui ponunt in ipso pondus.ʒ.ij.muschi.

e Sera.t.7.cap.16. fo.85.3.

E Lectuarium diacytoniten solutiuum ventris quod confert ad colicam, & exiccat superfluitates corporis. [e] Rec.cydoniorum excorticatorum mundatis interioribus lib.i.& mellis dispumati lib.ij.zinziberis,& macropiperis amborum ana.ʒ.iiij. cinnamomi pondus.ʒ.iij. heil, & cardamomi,& croci omnium ana.ʒ.iij.masticis pondus.ʒ.v.scammoneę pondus drach.x.turbit albi boni pondus drach.xxx.Aggrega has medicinas tritas,& cribellatas,& decoque cydonia cum vino,& fac de eo sicut factum est de diacytoniten retẽtiuo:& præparetur sicut est illius præparatio, & reponatur in vase,et administretur.cuius dosis sit aure.iiij.cum aqua calida.

f Sera.t.7.cap.16. fo.85.3.

D[f] Escriptio alia diacytoniten laxatiui.Sumatur cydoniũ boni odoris, & induatur sup ipsum deforis fermentũ,& assetur:& sumãtur de carne eius.ʒ.iiij.piperis, & zinziberis amborum ana.ʒ.ij.scãmoneæ pondus.ʒ.i.teratur & conficiatur cũ melle:Cuius dosis sit pondus,ʒ.i.cũ vino.

Accepit hoc caput a Gal. lib.6. de san. tu.c.15.b.c. & a Sera.t.7.c.20.fo.85.1.

E Lectuarium diacytoniten factum cum succo cydoniorum quod confert ad destructionem appetitus,& ad eum qui non digerit cibum suum, faciens ad illum cuius hepar est debile, & stringit stomachum.Sumantur cydonia magna mundata intus & foris,& terantur, & exprimantur,& sumantur de aqua eorum kist.ij.romani,& misceatur cum ea mellis dispumati quãtum ipsa
D est,& aceti de vino kist.i.5.& decoquatur super ignem leuem,& auferatur spuma eius, & sumantur zinziberis vnc.iij.piperis albi vnc.ij.terantur,& proijciantur desuper,& coaguletur sicut conueniens est electuario.Hoc nanq; confert ei cuius hepar est debile,et oportet vt sumatur secundũ plurimum ante cibum duabus horis,aut tribus.Et non nocet si accipiatur post cibum.Quod si tu feceris hanc medicinam ei,in cuius stomacho est caliditas, aut in cuius stomacho est cholera, aut quocunq; modo sit,oportet vt proijcias ab ea piper,& zinziber, & administres aquam cydoniorum,& mel,& acetum tantum secundum quantitatem mensuræ quam diximus.Et si feceris eam illis quorum complexiones sunt mediæ,ita vt non aggregetur in eis superfluitas choleræ, neq; superfluitas phlegmatis,proijce in eam medietatem quantitatis quam diximus de zinzibere, & pipere scilicet vt proijcias in ea piperis vnc.i.& zinziberis vnc.i.5. Et si feceris eam illis in quorum stomachis aggregatur phlegma,pone duplum quantitatis quam diximus, pones enim in ea zinziberis.℥.vi.& piperis vnc.iiij.cuius dosis sit vnc.i.5.

g Sera.t.7.ca 20. fol.95.2.

E[g] Lectuarium diacytoniten quod facit appetere cibum, & confortat stomachum. Sumantur succi cydoniorũ lib.iij.mellis lib.iij.aceti fortis lib.ij.Decoquantur super prunas,& auferatur spuma

ſpuma eius,& ſumantur zinziberis drach.v.piperis albi, & nigri, & macropiperis ana drach.iij. E
cinnamomi drach.ij.xyloaloes crudi drach.iij.Terantur & commiſceantur cum melle,& aqua cydoniorum,& aceto,& coquatur donec coaguletur. Cuius doſis ſit cochlearium vnum ante cibũ, & expectet ſuper ipſum duabus horis.

ELectuarium indum faciens ad colicam,& dolorem iuncturarũ,& podagram,& dolorẽ dorſi. Cuius hæc eſt permiſtio. Rec.ſcammoneæ aure.x.nucis muſchatæ,& cardamomi,& zinziberis,& cinnamomi,& cinnami,& neremiſch,& gariophyllorum,et piperis omnium ana aure.v. & turbit aure.c.zuccari.aure.c.tere has medicinas ſimul,& cribella,& confice cum melle.

ELectuarium regum,& eſt medicina anni quæ ſumitur anno integro omni die.Eius igitur acceptio rectificat ſuſcipientem ſe vſq; ad finem vitæ ſuæ præcepto dei, & qui aſsiduat ipſam, non videt ægritudinem in corpore ſuo quæ non ſanetur,& neq; caneſcit, niſi quantum factus eſt canus ante eius acceptionem.Et eſt medicina regum qui ſm q narratur cum ea medicati fuerunt, valens ad albaras nigras,& albas,& rubeas,& ad curſum cholericum,& frigora, & pulſationẽ cordis,& iuncturarum,& abſtergit viſum,& colorem,& multiplicat coitum, & non eſt ei malitia, & non abſtinet ſuper eam vtens ea.Cuius permiſtio eſt hæc.Sumantur myrobalanorum nigrorum, & belliricorum,& emblicorum oĩum ana aure.vi.nigellæ aur.xxiiij.leucopiperis, & ammoniaci, & macropiperis,& zinziberis,& fulfulmum,omnium ana aure.ij.cubebe,& anacardi amborum F
ana aure.vi.tere vnumquodq; per ſe,& cribella ita vt nihil remaneat, & proueniat ſm ſuam diuiſionem,& quod narrauimus de ponderibus,permiſce ergo ea deinde accipe aure.dc.penidiorum ſachari,& pone in patella,aut vaſe mundo æreo,& accende ſub eo ignem leuem,& aſperge ſuper ipſas aliquid aquæ,ita vt liquefiant penidij.Cum ergo liquefacti ſunt, & bulliunt:tunc proijce ſuper eos hæc commiſta,& moue ea tandiu,donec optime commiſceantur,& aufer ea ab igne,& dimitte ea donec tepeſcant,deinde fac de eis formas auellanis ſimiles,quarum vnaquæq; ſit aure.ij. et quarta,& inunge manum tuam oleo,aut butyro vaccino.Deinde bibe de eo omni die formam vnam ſimilem auellanæ cum aqua frigida.Et ipſum eſt dominus medicinarum.

ELectuarium maſuachoien faciens ad podagram,& dolorem dorſi, & omnes ægritudines frigidas. Cuius hæc eſt permiſtio. Rec.ſcammoneæ,& cinnamomi,& caſiæ,& zinziberis oĩum ana.ʒ.viij.piperis.ʒ.vi.cardamomi,& gariophyllorũ,& ſeminis apij,et ameos omnium ana.ʒ.ij.ʒ. maſuachoien.ʒ.iij.tere & confice cum melle:cuius doſis ſit.ʒ.iiij.aut.ʒ.ij.cum aqua tepida.

ELectuariũ de ſiſamo.[a] Rec.ſiſami excorticati,& cymini carmeni,er zinziberis oĩum ana.ʒ.x. macropiperis,& piperis amborũ ana pondus.ʒ.v. cinnamomi põdus.ʒ.ij. cardamomi,& heil amborũ ana.ʒ.iij.& zuccari tabarzet.ʒ.lx.Aggrega has medicinas tritas et repone ĩ vaſe,et vtere.

[a] A Halyab.lib.10. prac.c.16.fo.180.4.

ELectuarium de granis viridibus,quod facit ad hæmorrhoidas,& frigus ſtomachi,& malitiam G
digeſtionis,& ſolutionem vẽtris.Cuius permiſtio Recip.granorum viridium,& mellis anacardi,& ſiſami excorticati omnium ana ſextaria.vi.zuccari tabarzet ſextaria.xxiiij. myrobalanorum kebulorum,& belliricorum,& emblicorum ablatis nucleis, & zinziberis, & macropiperis, & burungi,& folij indi,& ſythragi omnium ana pondus drach.iiij.piperis,& ſanſuci,& caſiæ ana pondus drach.ij.cõfice has medicinas cum melle diſpumato,& butyro vaccino, & vtere poſt ſex menſes.doſis eius pondus drach.ij.cum lacte vaccino concuſſo. In cibo autem ſit rizi decoctum cum lacte,dum perſeuerat accipiens ipſum.

ELectuarium de aniuden faciens ad inflationem ventris,& ſtomachi,& rugitum,& ventoſitatem groſſam. Cuius hæc eſt permiſtio.Sumantur piperis,& ſeminis apij amborum ana.ʒ.xij. aniuden nigri pondus drach.xiiij.petroſelini,& chelidoniẹ,& calamenthi,& haſce,& ſiſeleos omnium ana drach.viij.keiſim drach.xij.Aggrega has medicinas tritas,& cicotrigonizatas, & confice cum melle diſpumato,& repone in vaſe,& vtere cum neceſſe fuerit.

DEſcriptio alia de aniuden faciẽs ad duritiem hepatis,& frigus eius,& aquam citrinam,& frigus ſtomachi,& renũ. Recip.aniuden nigri pondus drach.x.ſeminis erucẹ,& ſeminis porri omnium ana pondus drach.vi.zinziberis,& belliricorum,& emblicorũ ablatis nucleis omnium ana pondus drach.vij.ameos,& ſeminis apij,& aniſi,& cardamomi minoris, & cymini carmeni, H
& cinnamomi omnium ana pondus drach.v.myrobalanorum nigrorum ſublatis nucleis põdus drach.vij.cinnamomi pondus drach.i.piperis,& macropiperis amborum ana pondus.ʒ.iiij.ſpicẹ odoriferæ pondus drach.ij.penidiorum alborum pondus drach.xx. Aggrega has medicinas tritas,& cõfice cum melle diſpumato,& repone in vaſe,& vtere cum neceſſe fuerit.Doſis eius pondus drach.ij.cum aqua aniſi,& maſticis,& ſpicæ.

ELectuarium de camphora valens ad debilitatem ſtomachi, & hepatis, & fugat ventoſitates groſſas,& adiuuat ad digeſtionem. Cuius hæc eſt permiſtio. Recip.camphoræ, & croci,& xyloaloes,& cardamomi,& charybue,& cubebe,& keſim,& cinnami,& gariophyllorũ,et vſnee, & ſpicæ,& macis,& ſandali albi,& macropiperis,& cinnamomi,& ſythragi,& neremiſch, & ſecacul,& galangæ,& nucis muſchatæ,& zinziberis,& cyperi, & fulfulmum omnium partes æquales,zuccari quantum eſt pondus medicinarum omnium.

ELectuarium de camphora deſcriptione alia faciens ad malitiam digeſtionis, & debilitatẽ ſtomachi,& phlegma groſſum. Cuius hæc eſt permiſtio. Rec.piperis,& nucis muſchatẹ,& zinziberis,& gariophyllorũ,& macis,& cinnamomi,& cinnami,& pyrethri,& fulfulmum,& gario-

phyllorum

A phyllorum hortulanorum,& camphoræ,& croci omniũ ana pondus.ʒ.ij. aggrega has medicinas tritas,& cribellatas,& cõfice cum melle dispumato,& repone in vase,& vtere cum necesse fuerit.

Electuarium de camphora fortius primo. Cuius hæc est permistio. Rec. zinziberis, & piperis,& macropiperis,& cinnamomi,& cinnami,& folij indi,& spicæ odoriferæ,& sythragi indi,& nucis muschatæ,& sandali citrini,& carpobalsami,& cardamomi, & macis, & gariophyllorum,& pyrethri,& talisafar,& cyperi,& spodij,& xyloaloes indi puri omnium ana põdus vnc.5. camphoræ,& muschi amborum ana.ʒ.ij.zuccari tabarzet vnc.x.5.Conficiantur cum melle dispumato,& reponatur in vase,& administretur cum necesse fuerit.

Electuarium de xyloaloe quod confortat stomachum,& calefacit eum absq; superfluitate, & digerit cibum,& exiccat phlegma. Cuius permistio hæc est. Rec. spicæ odoriferæ,& spicæ romanæ,& seminis apij,& anisi,& masticis omnium ana.ʒ.i.xyloaloes.ʒ.iij.gariophyllorum.ʒ.ij. macis.ʒ.ij.5.cinnami,& galięamborum ana.ʒ.ij.myrobalanorum kebulorum infusorum in vino & torrefactorum,& felengenisk amborum ana.ʒ.ij.5.nucis muschatæ.ʒ.i.5.marmacor.ʒ.iij.rosarum,& calami aromatici amborum ana drach.ij.conficiantur cum miua.Dosis eius aure.ij.

Electuarium de cinnamomo valens ad debilitatem hepatis,& stomachi,& renum, & mundificat humores grossos,& fugat ventositates. Cuius hæc est permistio. Rec.cinnamomi, &
B xyloaloes,& enulæ omnium ana drach.vi.gariophyllorum, & piperis nigri, & macropiperis,& spicæ,& assari omnium ana pondus drach.v.zinziberis vnc.i. mentæ.ʒ.viij. nucis muschatæ, & cinnamomi amborum ana drach.ij.chie,& anisi,& seminis fœniculi,& casiæ omnium ana põdus drach.iij.conficiantur cum melle dispumato,& administretur.

a Halyab. lib.10. cap.15. fo 179.4.
Electuarium[a] indum faciens ad colicam,& frigus stomachi, & dolorem iuncturarum, & podagram. Cuius permistio hæc est. Rec.sythragi indi,& folij indi amborũ ana pondus.ʒ.iiij. nucis muschatæ,& ameos amborum ana sextaria.ij.piperis,& macropiperis amborum ana sextaria.v.zinziberis sextaria.v.myrobalanorum nigrorum sextaria.xxx.neremisch sextaria.ij.gariophyllorum drach.v.nucis muschatæ sextaria.ij.macis drach.iiij.penidiorum sextaria.x.sumantur de puluere eius cum necesse fuerit.ʒ.ij.cum vino antiquo.

Electuarium de zinzibere conferens ad debilitatẽ stomachi,& intestinorũ, & digerit cibũ,& fugat ventositates,& valet ad cholericã passionẽ,& retinet ventrẽ. Cuius permistio hæc est. Rec.zinzib.ʒ.xx.gũmi arabici, & chayrbue amborũ ana pondus.ʒ.x. gariophyl.& cinnamomi oĩum ana.ʒ.v.de nucibus muschatis nux.ʒ.i.croci põdus.ʒ.i.amyli.ʒ.xlij. zuccari tabarzet lib.i.

Electuarium de muscho conferens ad debilitatem stomachi,& inflationem eius, & ventositates hæmorrhoidarũ,& pulsum oris stomachi. Cuius hæc est permistio. Rec. muschi aure.5.
C nucis muschatæ,& cardamomi,& gariophyllorum,& zinziberis, & macropiperis omnium ana pondus drach.x.cinnamomi pondus drach.iij.xyloaloes indi vnc.i. croci drach.ij. zuccari quantum pondus medicinarum omnium:deinde conficiantur cum melle.

Electuarium de citro quod fugat ventositates,& digerit cibũ,& odorẽ oris efficit bonũ. Cuius hæc est permistio. Rec.corticũ citri citrinorum siccorũ pondus.ʒ.xxx. gariophyllorum & nucis muschatæ,& macropiperis,& piperis,& chayrbue,& cinnamomi, & galangæ,& zinziberis oĩum ana pondus.ʒ.i.& muschi pondus sextæ &.5.ʒ.i.conficiatur cũ melle, & administrẽ.

Electuarium Cæsaris conferens ad colicam,& frigora,& humorem crudum,& extrahit superfluitates grossas viscosas,& valet ad podagram. Cuius hæc est permistio. Recip. macropiperis,& zinziberis,& myrobalanorum citrinorum, & scammoneæ, & turbit omnium ana.ʒ.xij. seminis apij,& ameos,& pyrethri, & salis tabarzet omnium ana drach.vi. zuccari drach.xvi.conficiantur cum melle,& administretur.

Electuarium de stincho addens in coitu,cuius hæc est permistio. Rec.se.asparagi, & se.cepe, et seminis rapæ,& seminis alrathbe,et seminis porri,et seminis bauciæ,et seminis erucæ,et se. vrticæ,et granorum viridium,et linguæ auis,et sisami excorticati,et seminis raphani,et tuderi vtriusq;,et amygdalarum,et pineæ,et granorum nasturtij omnium ana.ʒ.iij.zinziberis, et secacul,et
D galangæ,et macropiperis omnium ana pondus.ʒ.v.cinnamomi,et nucis muschatæ, et been vtriusq;,omnium ana.ʒ.ij.suminis stinchi.ʒ.v.squillæ assatæ pondus.ʒ.iij.penidiorum quantum pondus harum omnium medicinarum. Tere et cribella et confice cum melle dispumato. Dosis eius pondus.ʒ.ij.cum triplicato,aut cum lacte dulci,aut cum aqua mellis in ieiunio.

b Serap. t.7.c.16. fo.15.4.
Electuarium[b] aliud conferens ad pulsum cordis,et confortat stomachum, et digerit cibum, et soluit ventrem. Cuius hæc est permistio. Rec. myrobalanorum kebulorum.ʒ.xv. talizafar drach.v.zedoariæ,et doronici,et casiæ omnium ana drach.iij. turbit drach.xx. scammoneæ.ʒ.iij. penidiorum drach.xx.conficiatur cum melle.Dosis eius.ʒ.iij.

Electuarium expertum nostrum.Recip.xyloaloes,ʒ.iij.camphoræ quartam.ʒ.i. muschi.ʒ.iij. macis,neremisch,cyperi,felengemisk,zurumbet zedoariæ omnium ana aure.i.cinnamomi, et masticis,zinziberis,piperis,et gariophyllorum omnium ana.ʒ.ij.buglossę.ʒ.quinq;,seminis fœniculi,et seminis apij,et acori,et spicæ omnium ana.ʒ.iij.Aggregetur cum melle.

c Serap. t.7.c.20. fo.15.4.
Tryphera[c] maior quæ facit ad mollificationem stomachi, et ventositates hæmorrhoidarũ intrinsecarum,et addit in coitu:cuius hæc est permistio. Recip.myrobalanorum nigrorum, et belliricorum,et emblicorum,et macropiperis,et piperis omniũ ana partes tres,zinziberis, et buzeiden,

zeiden,& firambleg & fythragi indi. Et in descriptione alia, macis omniũ ana pars.i. tuderi albi, E
& tuderi rubei,& linguæ auis,& seminis granati syluestris,& est assechedenegi, & granorũ alkilkil,& est persici darlisahan,& sisami excorticati,& zuccari tabarzet omniũ ana partes duas,been albi,& rubei amborum ana pars.5.tere sicca per se, & sisamum per se, & inuolue cum butyro, & confice cum melle dispumato.

ELectuarium de xyloaloe nostrum. Recipe heil,& zinziberis,& cinnami,& casiæ,& croci,& piperis,& felengenisch,& zedoariȩ omnium ana drach.v. cyperi, zarneb, folij indi, & gario phyllorum omnium ana drach.iij. xyloaloes crudi pondus.ʒ.vij. ambræ aure.i.lapidis lazuli, & camphoræ ana tertia.ʒ.i.turbit.ʒ.iiij.salis indi pondus.ʒ.i.conterantur oĩa,& fiat ex eis electuariũ cum melle aut zuccaro.

TRACTATVS IIII. *de suffufet,& alchamaia,& muret infantium.*



NOs non afferemus de suffufet nisi simile illi, quod attulimus de electuarijs, & postponemus reliquum vsq; ad locum suum.

MIclete[a] conferens ad tenasmonem,& punctionem, & solutionem ventris,& hæmorrhoidas. Cuius hæc est permistio. Rec.granorum nasturtij torrefactorum lib.i.5. cymini carmeni infusi in aceto die & nocte, & seminis porri torrefacti amborum ana sextaria.x.seminis lini torrefacti.℥.iiij.kie.℥.i.myrobalanorum kebulorum mo F litorum cum butyro vaccino.ʒ.iij.Dosis eius.ʒ.i.cum rob de cydonijs,& aqua frigida.

[a] A Halyab.lib.10. prac.c.16.fo.180.3. & Sera.t.7.cap.19. fol.93.4.

SVffuf conferens ad ventositates hæmorrhoidarum,& solutionem ventris, & tenasmonem,& puncturam. Recip.granorum nasturtij torrefactorum lib.i. seminis lini torrefacti, & psyllij omnium ana pondus.ʒ.iij.seminis apij torrefacti,& boli armeni,& seminis maru omniũ ana pon dus drach.ij.5.gummi arabici drach.i.

SVffuf quod nominatur kesile bonificans colorem. Cuius hæc est permistio. Recip.kesile,et ellebori albi,& zedoariæ,& nucis enden, & dragaganthi,& mugath, & litij,& auellanarum, & fisticorum omnium ana partem.i.& amygdalarum dulcium excorticatarũ ex cortice suo pondus.ʒ.x.& farinæ adarmache.℥.xx.permisceatur,& administretur.

SVffuf hobede quod confert prægnantibus,& fugat ventositates,& confortat hepar, & stomachum. Recip.margaritarum paruarum,& pyrethri omnium ana.ʒ.i.zinziberis,& glutinis romani amborum ana pondus.ʒ.iiij.zedoariæ,& doronici,& seminis apij,& acori, & nucis muschatæ,& piperis,& cinnamomi omnium ana aure.ij.& tuderungi, & seminis fœniculi omnium ana aure.i.zuccari quantum pondus medicinarum omnium.

SVffuf hobede quod confert ad extenuationem hepatis & mollificationem stomachi, & humiditatem eius. Rec.laccæ absq; lignis,& granorum myrti,& glandium siccarum, & zuccari ta- G barzet,& masticis,& corticum granatorum,& gallarum omnium ana partem.i.olibani,& zinziberis amborum ana quartam partis,misceantur post cicotrigonizationem,& sumatur puluis eius mane,& cum est hora dormiendi ab aure.i.vsq; ad.ij.hebdomada vna, & non gustet carnem.

SVffuf quod facit ad caliditatem in corpore & febrem,& erysipilam,& alsahara,& sternutationem,& retentionem linguæ,& birsen,& fricatur cum eo lingua.Cuius hæc est permistio. Rec. muschi pondus tertiæ.ʒ.i.galiæ,& litij amborum ana.ʒ.i. camphoræ.ʒ.i. & tertiam.ʒ.i. croci pondus.ʒ.ij.cardamomi,& gariophyllorum,& nucis muschatæ omnium ana pondus aure.iiij. rosarũ rubearum,& balaustiarum,& spodij omnium ana aure.vi.zuccari tabarzet albi.ʒ.lx. cõmisceantur medicinæ istæ post cicotrigonizationem.Et si dominans fuerit super ipsum caliditas, extrahatur ex eo quo medicatur nux muscha.& est iuuatiuũ.Dosis eius magno sit medietas aurei, & paruo quod est à duobus granis vsq; ad siliquam vnam.

KAmiati melonis longi quod est ad stomachũ mollem,& retinet ventrem ex dominio mollificationis stomachi,& confortat animã debilem.Cuius hæc est permistio. Sumatur melon longus,& extrahatur quod est in concauitate eius de granis,& alijs, deinde impleat̃ sauich denabac, & sauic de bdellio,& hypocystidos, & glutino medenio trito, & rizi torrefacto, acceptis æquali mensura.& dimittatur donec melonis humiditas exiccetur, deinde extrahatur quod intus est, & H exiccet̃,& teratur,& sumat̃ de eo vola magna.s.quantitas quæ sit.ʒ.iiij.est enim bonũ & expertũ.

SVffuf quod fit pueris quibus dominatur humiditas. Sumãtur myrobalanorum nigrorum, & cymini carmeni amborum ana drach.v.masticis drach.xx.zinziberis.ʒ.ij. teratur vnũquodq; eorum per se,et cribelletur:deinde fiat eorum permistio,& inuoluatur in æstate cum oleo sisamino,& in hyeme oleo oliuæ,et zuccarum eius in æstate tabarzet,et extrahatur ex eo zinziber. Et hoc quidem non conuenit nisi illis pueris in quibus dominatur humiditas.

SVffuf Aristotelis quod ipse scripsit Alexandro ad diarrhœam, et corruptionem stomachi, & citrinitatem coloris,et fœtorẽ oris,et obliuione,et digerit,et lætificat: cuius hæc est permistio. Sumantur cinnami,et folij indi,et heil,et xyloaloes indi,et assari,et kie,et myrobalanorum kebulorum enucleatorum,et meliloti et felengenisk,et neremisch,et narkeisar,et cymini, et cinnamomi,et vsnee,et piperis,et macropiperis,et zinziberis,et gariophyllorum,et granorum granatorũ, et nucis muschatæ,et cardamomi omnium ana partes.ij.muschi,et ambræ,et camphoræ omnium ana pars.i.zuccari tabarzet sexcuplum medicinæ totius. Dosis eius quod est inter põdus.ʒ.i.vsq; ad.ʒ.iij.cum aqua frigida in ieiunio,et post cibum est magni iuuamenti in eo quod narraui.

Suffuf

A SVffuf albarmak quod eſt iuuatiuum ad vermes,& debilitatem ſtomachi:cuius hæc eſt permiſtio.Rec.myrobalanorum kebulorum,& emblicorum,& citrinorum omnium ana partem.i. & medullæ turbit quantũ illud totum,& penidiorũ tabarzet duplum illius totius.Doſis eius.ʒ.x.

SVffuf de ſquilla quod eſt vgiur puerorum expertum faciens ambulare,et facit currere ventrẽ, & abſcindit ab eis nocumentum choleræ, & phlegmatis. Rec. myrobalanorum belliricorũ, & emblicorum,& pyrethri,& roſarum rubearum,& balauſtiarum,& ſumac,& keimuradat,& venarum,& nucis vomicæ,& granorum myrti,& gallarum,& ozimi,& cardamomi, & gariophyllorum omnium ana partes æquales.Tere,& cribella & vtere:eſt enim iuuatiuum.

VIur ad pueros mundificans corpora eorũ à phlegmate,& cholera.Cuius permiſtio.Rec.hadbe,& ſpodij, & ambræ, ſendiana, & chelidoniæ, & ozimi,& balauſtiarum,& myrobalanorum citrinorum.v.& litij,& galiæ,& croci,& cardamomi,& gallarũ,et zuccari tabarzet oĩum ana quantũ eſt pondus myrobalanorũ,& ſumat de eo ſm quantitatẽ ſuæ magnitudinis, & paruitatis.

VIur aliud ad pueros. Rec.roſarum & balauſtiarum,& climiæ,& pyrethri,& ſumach, & ſucci liquiritiæ,& hadbe,& myrobalanorum,& belliricorum,& gallarum,& macis, & granorũ myrti,& ſpodij,& cubebe,& cardamomi,& litij,& croci,& galiæ,& venarũ,& caſię,& ambræ,et aſſeidem,& ozimi,& corticum rizi omnium partes ęquales commiſceantur poſt cribellationem.

B VIur aliud ad pueros. Recip.zuccari tabarzet, & roſarum rubearum ſiccarum, & litij, & croci,& ſumac,& ſpodij,& chelidoniæ,& ozimi,& balauſtiæ,& acaciæ,& hadhati omnium ana partem vnam,doſis kirat vnum paruo,& magno ſecundum quantitatem illius.

KAmiati ad raſuram & ſolutionẽ ventris ſuperfluam,& corruptionẽ ſtomachi, & debilitatem eius. Rec.corticũ & hypoquiſtidos amborũ ana partes.v.galię partem.i.teratur vnũquodq; per ſe,& miſceatur,& ſumatur de eo oĩ mane pondus.ʒ.ij.& in ſero tantũdem:eſt enim iuuatiuũ.

SVffuf ad ſplenem,& malitiam digeſtionis,& coloris. Rec.ellebori albi quartã keleiati, ſuper quem fundatur quod ſubmergat ipſum de oleo ſiſamino,& accendatur ſub eo ignis leuis, donec coaguletũ:deinde proijce ſup ipſum almugath contriti pondus.ʒ.lxxiiij. cimini carmeni.ʒ.iiij. ameos de ſcemi pondus.ʒ.ij.ſumat de eo in mane volam vnã cum aqua frigida:& abſtineat ſuper ipſum ab aceto,& piſcibus ſalitis,& recentibus,& ab oĩ quod eſt ex lacte,et oleribus,& fructibus.

[a] Sera.t.7.c.19. fol.93.1.

SVffuf[a] conueniens ei qui habet icteritiam,& dolorem hepatis, & vomitum choleræ citrinæ. Rec.laccæ ablutæ aure.i.ſpodij.ʒ.ij.croci.ʒ.i.reuſini ſextam & medietatem ſextæ.ʒ.i.cãphorę ſextam.ʒ.i.Doſis eius.ʒ.ij.cum decoctione prunorum, & aqua tamarindorum quantitate lib.5.

[b] Sera.t.7.c.19. fol.93.1.

SVffuf[b] conueniens illi qui habet dolorem hepatis & ſplenis,& ſolutionem ventris pp choleram:cuius hæc eſt permiſtio. Rec.fęcis vini,& reubarbari,& ſpicæ,& laccę ablutæ omniũ ana
C aure.i.ſcoriæ ferri baſſari.ʒ.vij.tere.doſis eius aure.i.cum aqua coriandri ſicci quantitate vnc.i.

SVffuf quod confert ad hepar,& icteritiam,& oppilationes,& ſputum ſanguinis. Rec.granorum cydoniorum excorticatorum,& amyli,& ſeminis citroli excorticati omniũ ana drach.iiij. boli armeni,et laccæ,et roſarum,et ſpicæ,et liquiritię omnium ana drach.i.ſpodij drach.5.maſticis drach.i.tertiam.Doſis eius drach.i.cum aqua frigida.

[c] Sera.t.7.c.19. fol.94.1.

SAl[c] conueniens calefactis ad reſolutionem vtriuſq; choleræ,et facit appetere cibum.Sumatur ſalgemma, et diſrumpatur in fruſta parua, et torrefiat ſuper ſartaginẽ ferri,aut ſuper lapidem, aut vas figuli:deinde aſpergatur ſuper ipſum acetum vini forte multoties:deinde teratur, et cicotrigonizetur,et miſceatur cum eo de granis granatorum torrefactorũ parumper,et ſumach mundati ex granis ſuis quantum eſt tertia ſalis,et coriandri ſicci torrefacti, et ſucci amyrberis contriti: commiſceatur,et adminiſtretur.

SAl alius faciens ſtomacho,et hepati,et ad dolorem iuncturarum, et ad omnes paſſiones, quæ fiunt propter ſuperfluitates. Recip.ſalis cibi pondus lib.i.ſalis ammoniaci pondus.℥.ij. et piperis albi pondus.℥.iij.et zinziberis,et piperis nigri amborum ana pondus.℥.ij.et aniſi,et granorum pini,et granorum erucæ,et ameos,et ſpicæ omnium ana.℥.i. et ozimi.℥.ij. et granorum apij ſylueſtris.℥.i.5.tere,et pulueriza.Et ſit doſis pondus aure.ij.cum aqua tepida.

D 

TRACTATVS V. *de Allohocat ad ſpiritualia.*

SErmo noſter in allohocat eſt ſm modum noſtri ſermonis in capitulis quæ ſunt ante ipſum.Et allohocat quidem non ſumuntur ſm plurimum niſi vt teneantur in ore, et currat ex eis aliquid poſt aliquid ad pulmonem,et non impellantur ſubito ad ſtomachum:quia prolongatur ſpatium eorum ex ſtomacho ad pulmonem.

[d] Sera.t.7.c.21. fol.96.4.

LOhoc[d] ad tuſsim ſiccam.Sumatur ſemen lini torrefactum,et conficiatur cum melle, et reponatur in vaſe,et adminiſtretur cum neceſſe fuerit.

[e] Sera.t.7. c.21. fol.96.2.

LOhoc[e] aliud ad tuſsim ex caliditate et ſiccitate. Recipe ſeminis citroli excorticati drach.v. amygdalarum dulcium excorticatarum drach.vi.ſeminis althææ, et ſeminis maluæ amborũ ana drach.v.gummi,et dragagãthi,et amyli,et granorum cydoniorum excorticatorum omnium ana drach.iiij.ſucci liquiritiæ,et penidiorum amborum ana drach.iiij.5.terãtur,et cicotrigonizentur,et ſumantur radices liquiritiæ mundatæ,et ſeueſtem,et paſſulæ dulces mundatæ et decoquantur cum aqua donec aqua ingroſſetur,deinde proijciatur cum ea rob, et coagulentur cum ea medicinæ.Et detur in potu cum pultibus factis ex aqua furfuris,et farina fabarũ, et penidijs, et oleo amygdalino dulci,et potetur poſt ipſum aqua hordei.

Lohoc

LOhoc[a] ad tufsim ex caliditate. Rec. feueften pugillos tres, iuiubas magnas numero.l. radicũ liquiritiæ excorticatarũ contritarum.ʒ.xxx.& tertiam, keifmen dulciũ mundatarum.ʒ.xl.cafiæ fiftulæ mundatæ ex arundine fua.ʒ.xx. decoquantur cum lib.vij. aquæ donec remaneat lib.i. deinde coletur,& proijciatur defuper rob.lib.5. penidiorum tertia lib.i. & decoquatur donec ingroffetur ficut mel:deinde mifceatur cũ ea farinæ fabarũ cicotrigonizatæ cũ orali quantũ fufficit. E

A Sera.t.7.ca.11. fol.96.5.

MEdicinę quę sunt ad cor. Cōfectio in qua ponit harmel iuuatiua. Rec. se. harmel, & nigellę, & cāphorę, & castorei, & seis hyusqami albi, et aristol. et cyperi, et alfesire, et alfesiresim, et pyrethri, et piperis, et origani, et coloqnthidæ, et spicæ, et se. apij, et seis rutę, et carui, et croci, et nucis muschatæ, et casiæ, et costi oīum ana. ʒ. ß. et serapini, et opopanacis amborum ana. ʒ. iiij. et zuccari pondus. ʒ. i. et mellis quantum necesse est. Dosis eius forti pondus. ʒ. i. et debili pondus. ʒ. ß. F

MEdicamen aliud conferens ad pulsum cordis, et timorem, et epilepsiam. Spicę, et cinnamomi, et zedoariæ, et doronici omnium ana. ʒ. ij. seminis anethi. ʒ. i. ß. medicinæ terātur, et permisceantur, et detur in potu de eo pondus drach. i. cum drac. i. vini in quo infusa fuit lingua bouis, et bibatur de illis in omni mense tribus diebus continuis.

TRACTATVS VI. *De ventre inferiore.*

Debilitas stomachi.



OLeum iuuatiuum ad mollificationem stomachi, et eius debilitatē: cuius hæc est permistio. Masticis, et aloes, et succi absinthij, et opij, et olei nardini, et olei de cydonijs quantum sufficit, permisceatur, et inungatur cum eo stomachus cum lana leni. Q; si volueris vt adijciatur huius medicinæ calor, adde in ea laudani partem vnam, et storacis partes duas. Si vero volueris facere ipsam stypticam confortatiuam, tunc adde super illud de succo agrestæ, aut succo hypocystidos.

MEdicamen ad debilitatem stomachi, et malitiam digōnis. Kebulorum bullitorū cum aqua cydoniorum, et bulliant. ʒ. iiij. belliricorū, et emblicorum, et cymini infusi in aceto, et torrefacti, et cyperi, et masticis oīum ana. ʒ. ij. seminis apij, et anisi infusorum in aceto amborum ana. ʒ. i. xyloaloes, et galiæ amborum ana. ʒ. i. ß. mentæ. ʒ. iij. machdunes. ʒ. i. ß. rosarum. ʒ. iiij. granorū granatorum. ʒ. viij. sumach. ʒ. iiij. cinnami, et corticum thuris, et spicæ omnium ana. ʒ. i. G

LAchlachatum confortans stomachū. Aquę aloes, et aquæ rosarum, et aquæ malorum, et aquę cydoniorum, et aquæ salicis oīum ana pars vna, sandali albi, et rubei, et rosarū, et croci, et camphoræ, et laudani, et balaustiarum, et ramich, et xyloaloes, et galiæ omnium ana pars. ß.

EMplastrum ad apostema stomachi durū. Rec. absinthij, et spicæ, et casiæ omnium ana. ʒ. viij. aloes, et storacis amborum ana. ʒ. iiij. croci. ʒ. ij. xylobalsami, et carpobalsami, et myrrhæ omnium ana drach. i. olei nardini quantum necesse est.

AD [a] stomachicos. Hiera quæ refertur [b] †{Antiphoros,} confert stomacho. Rec. aloes aur. iiij. masticis aure. ij. assari. ℥. ß. rosarum siccarum, et floris squinanthi, et casiæ [c] †{ } omnium ana vnc. ß. vtatur ea sicca, sicut vtitur hiera.

TRochisci [d] †{qui dicūtur Amedunius,} facientes ad inquietudinem stomachi propinquam ileos, et ad omnem inflationem, et est conueniens ei qui euomit cibum suum, et ad ægritudines intrinsecas. Rec. seis apij aure. iij. anisi aur. [e] †{iij.} absinthij aur. iiij. Et inueni in descriptione alia, masticis iterum aure. iiij. piperis aure. ij. myrrhæ aure. ij. cinnamomi aur. vi. opij aure. ij. castorei aure. ij. conficiatur cum aqua, et fiant de eis trochisci, et dentur in potu. Dosis eius æqualis est aure. i. ad stomachichos cum vino misto. H

HIera [f] †{quæ refertur Menison} conferens ad inquietudinem stomachi, et ei qui inuenit inflationem, et aufert omnem inflationem, et confert ad tarditatem digestionis, et ad ægritudines matricum, et ipsa iterum prouocat vrinam, et est medicina mirabilis ad hepaticos, et ad illum, qui habet dolorem renum, et prouocat menstrua. Rec. aloes aure. c. masticis vnc. i. et croci vnc. i. spicæ vnc. i. cinnamomi, et assari, et carpobalsami omnium ana vnc. i. tere et cribella, et serua eam siccam, et vtere ita, vt des in potu illi cuius digestio tardatur pondus aure. i. cum aqua frigida, et illi qui euomit choleram, et effunditur ad stomachum eius materia, da in potu de ea aure. ß. et illi, qui habet apostema in aliquo membrorum interiorum, confert cum sumit de ea in potu cum aqua mellis, et ille qui indiget vt prouocetur vrina eius, aut prouocentur menstrua, sumat de ea in potu cum aqua fœniculi contriti bulliti, et colati.

EMplastrum [g] Polyarchis conferens ad omnes ægritudines humidas intrinsecas. Rec. cyperi, cordumeni, minuti thuris, ceræ omnium heminam. i. gummi albotin heminam. i. ß. olei de alcanna quantum sufficit, et quandoque additur bdellij iudaici hemina vna.

A G. li. 8. de medi camen. ꝯpōne fm loc. c. 2. a
B† Antipatro,
C† Meu, Phu
D† G. li. 8. de medic. ꝯpōne fm loc. c. 3. fo. 190. d. Amazonum,
E† vj.

F† G. li. 8. de medic. ꝯpositione fm loc. c. 3. fol. 190. h. Themisonis

G G. li. 8. de medi. ꝯpōne fm loc. c. 5. fo. 193. d

A Medicamen quod dicitur diaireos faciens ad omnes corruptiones complexionis stomachi, & aggregationem aquæ, & lenit ventrem. Rec. ireos pondus. ʒ. xxiiij. piperis pōdus. ʒ. xx. zinziberis, & aniuden amborum ana. ʒ. xij. anisi, & masticis, & se. fœniculi oīum ana. ʒ. iiij. ameos, & seminis apij omnium ana. ʒ. viij. tere, & confice cum melle. Dosis eius sit sicut galla cum aqua.

Electuarium de carui conferens ad dolores stomachi, & oppilationes, quę sunt in eo, & in hepate, & paruitatē digestionis. Sumanť carui, & ameos, & se. apij, & zinziberis, & passularum enucleatarum, & siseleos, & se. baucíæ omnium ana. ʒ. iij. amygdalarum amararum mundatarum ex cortice suo pondus. ʒ. vi. tere, & confice cum melle. Dosis eius quātum nabacca cū aqua tepida.

Electuarium de galanga conferens ad vehementiam frigoris in stomacho, et hepate, et digerit cibum, & fugat ventositates, & stomachum efficit bonum. Rec. galangæ, & cinnami, & piperis albi omnium ana drach. ij. heil, & cinnamomi, & neremisch omnium ana drach. iij. macropiperis drach. vi. zinziberis. ʒ. viij. seminis apij, & anisi, & cymini, & carui, & talisafar omnium ana. ʒ. i. penidiorum, & zuccari triplum medicinæ. Tere, commisce, & sit dosis eius drach. ij.

Appetitus. Cōfectio abscindēs appetitū luti. Rec. hierę. ʒ. vi. myrobalanorū nigrorū, & belliricorū, & emblicorū oīum ana. ʒ. iij. nucis henden. ʒ. v. conficiať cum melle dispumato, & denť in potu de ea. ʒ. iij. cum aqua, in qua decocta sunt mastix, & anisum, & menta, & scoria decocta.

B Vomitus, & nausea. Syrupus abscindēs vomitū phlegmatis. Rec. cymini. ʒ. iiij. masticis. ʒ. iij. granorū granatorū. ʒ. xx. mentę, & sisymbrij amborū ana manipulos paruos. v. decoquātur cū aquę lib. iiij. donec remaneat lib. i. & coleť, & pijciať galiæ. ʒ. i. & deť ī potu de eo ī mane, & sero.

Singultus. Medicamen ad singultum mirabile, forte, vini boni odoris lib. viij. mellis dispumati lib. ij. decoquatur illud, bulliat, & consumatur eius sexta, deinde auferatur ab igne, et proijciantur in eo costi, & masticis amborum ana drach. iiij. absinthij pondus drach. vij. squināthi, & spicæ, & folij, & rosarum, & aloes, & agarici, & croci omnium ana drach. ij. assari, & xyloaloes indi, & casiæ omnium ana drach. iiij. tritorum: & sit dosis eius cochlearium.

Hepar. & apostemata hepatis. Vnguentum de murdasafran cōferens ad apostema, quod accidit ex corrosione, aut alijs: cuius permistio hæc est. Rec. murdasafran. ʒ. iiij. & xyloaloes, & croci, & baccarum lauri, & ammoniaci, & myrrhę, & thuris omnium ana pondus drac. ij. & ceræ pondus drach. iiij. confringe ea, & contere, & aggrega ipsa, & liquefac ceram cum sufficienti quantitate olei de lilio, & olei arazaki pondere drach. ij.

Durities hepatis. Cōfectio facta cum hepate adib cōferens ad dolorem hepatis, & splenis, & stomachi, & vētositates, & dysenteriā, & tussim chronicam, & illis qui euomūt sanguinem.
A Repetit sū. 1. t. 1. fo. 528. 2. [a] Rec. croci, & myrrhę, & opij, & castorei, & seminis hyusquiami albi, & cordumeni, & papaueris,
C & spicæ, & eupatorij, & hepatis adib, & cornu dextri de cornibus capræ adusti oīum partes æquales. Terantur quæ ex eis teruntť, & soluantur, quæ soluenda sunt in vino, & conficianť cū melle dispumato, & administreť post sex menses. Et sit dosis sicut cicer cum eo quod cōuenit de potibus.

Malitia complexionis. Oleum de mezerion. ʒ. x. infundatur in lib. i. aquæ die, & nocte, & ponatur in vase, & bulliat lento igne, donec remaneat de aqua lib. 5. & auferatur ab igne, & dimittatur donec īfrigidetur, & coletur, & reducatur ad vas, & fundatur super eam olei amygdalini dulcis quarta lib. i. & bulliat donec consumatur aqua, & remaneat oleum, & inuoluantur medicinæ contritæ cribellatæ cum hoc oleo. Et sunt, myrobal. citrinorum, & belliricorū, & emblicorum omnium ana. ʒ. x. tamarindorum. ʒ. lxxx. prunorum. xxx. numero, iuiubarum tantundem, casię fistulæ lib. i. passularum lib. 5. Aggrega has medicinas tritas præter casiam fistulam, & pone in vase lapidis, & funde super eas aquæ lib. x. & decoquatur donec remaneat tertia, & coletur sup casiam fistulam, & confricetur manibus, et coletur, et reducatur ad vas, et proijciatur super eam penidiorum hemina. i. et decoquatur donec fiat ei spissitudo mellis, et fundatur super ipsam olei amygdalini lib. 5. et pulurizenť desuper medicinæ cribellatæ delinitæ oleo prædicto, et bulliat donec coaguletur, et deponatur ab igne, et ponatur in vase vitri. cuius dosis sit drach. vi.

Suffuf ad inceptionē aquæ factum cū lacte camelarū, aut cum aqua casei, aut cū aqua olerum:
D cuius hæc est pmistio. Rec. succi eupatorij. ʒ. i. 5. laccæ. ʒ. ij. aristol. ʒ. i. 5. floris squināthi. ʒ. i. croci ʒ. i. 5. seis cuscutæ. ʒ. ij. seminis cucumeris, et portulacæ amborū ana. ʒ. i. scāmoneę. ʒ. i. Dosis aure. i.

Splen, icteritia, medicinæ spleneticæ. Medicamen iuuatiuum, quod nominatur medicamē vomitus. Recipe dabach glandium lib. ij. calcis lib. i. ponatur aldabach in vase figuli, et ponatur super prunas donec liquefiat: cumq; liquescit, pulurizetur super ipsum calx, et permisceanť ambo simul, et liniatur ex eo dum perseuerat calidum super cutem adib, et ponatur. Et oportet quando administratur hoc medicamen, vt ingrediatur æger vtens eo balneum, et dimittat emplastrum super se, et non auferat ipsum donec cadat per seipsum, et oportet vt sit solicitus ita vt abscindat illud, quod augmentatur de corpore in primis.

B G. li. 9. de medic. cōpōne fm lo. c. 1. fo. 199. c. f Aliud: [b] operatio iuuamenti cuius ad spleneticos est manifesta in die suo. Et oportet antequā cum eo emplastretur, vt regatur æger regimine quo oportet tribus diebus: cuius hęc est permistio. Recipe myrrhæ. ℥. iij. thuris minuti. ℥. iij. sinapis Alexandrini, cordumeni amborū ana. ℥. ij. aceti squillæ quantum sufficit. terantur sinapis, et cordumeni, et cribellentur. minutū vero thuris, et myrrha terantur, et proijciatur super ea ambo medicamen siccū, et conficiatur, et fiat simile vnguento, et ponať ab hora duarum horarū vsq; ad horam nouem horarū: deinde ingrediatur æger

balneum,& stet emplastrum super eum.cum ergo mollificatur fac eum ingredi tinam,& præcipe E ei vt prolonget moram in tina,& [a] †{egrediatur illud,quod est in eo de aqua,}& vt non superueniat ei syncopis approximetur naso eius acetum,& [b] †{calamethum syluestre,}quæ ipse olfaciat, & solue pannos quibus ligatum est emplastrum paulatim.Cumq; egreditur de balneo, ciba eum piscibus salitis sine pane,& da ei in potu [c] †{die primo,}& in die tertio, & præcipe ei vt exercitetur ante illud exercitio in quo possibile est vt fiat anhelitus frequens continuus.

ALiud [d] fugitiuum forte,& est medicamen vtile,& cōfert,hydropicis,& spleneticis,& habentibus ægritudines antiquas.Rec. resinæ decoctę lib.iiij.ceræ lib.ij.sulfuris quem non inuenit ignis lib.i.[e] †{minuti thuris}picis lib.ij.aluminis humidi lib.i.baurach lib.i.aristolo.℥.iij.[f] †{ }Radicis cucumeris asinini.℥.iij.aloes.℥.vi.pyrethri.℥.[g] †{ vi.}[h] †{ }lactis mori.℥.iij.aceti kist.i.5.vini italici kist.5.& nos ponimus loco aceti olei cotylas.iij.prępara ipsa secundum illud exemplum.

ALiud [i] fugitiuum forte de illis,quæ efficiunt operationem vltimam,est hoc medicamen. Sumatur de cancris fluuialibus,& abscindantur pedes eorum,& caudæ ipsorū,& exicca ipsos, & contere eos,& accipe de eis pondus aure.i.& commisce cum eo opij sextam aure.i. & solue ipsum cum aqua illius fluuij de qua sumptus fuit cancer,& da ipsum in potu habenti ægritudinem, & pone in quibusdam horis cum opio de oleo balsami cum pondere sui secundum ægritudinem. F

DVrities splenis. Vnguentum quod confert ad duritiem existentem in splene,& sanat.Recipe cordumeni,& sinapis,& pyrethri,& fœnugręci decocti omnium ana partem.i.tere ergo ea bene,& contere ipsa cum aceto,deinde funde super ea oleum, deinde lini cum eo splenem,& habens ipsum abluat se in balneo,deinde ponatur emplastrum.

Capitulum de intestinis.

CLystere conferens ad vlcera in ventre,ex quibus habens ea emittet sanguinem,et nominant ipsa romani dysenteriam.Accipe de adipe renum capræ iuuenis,& decoque eam cum kisch, deīde accipe de aqua kisch,& pinguedine adipis sacraiati.ij.& accipe de aqua rizi decocti, & oleo ros.de vnoquoq; sacraiati.i.& acaciæ tritæ pondus drach.i.5.& gummi arabici triti, & cerussæ tritæ amborum ana pondus drach.i.& vitellum oui:permisce ergo simul omnia, donec fiant in loco vnguenti,& clysteriza cum eo,aut accipe sacraiati.i.aquæ albersandaru humidi, & sacraiati.5. olei ros.& misce illud per clystere.Et fac vt cibus eius sit ius ciceris cum oleo amygdalino, & granis granatorum,& fac ipsum bonum quantum potes,& ciba ipsum de fructibus cydoniorum.

SOlutio ventris.Suffuf conferens ad fluxum ventris chronicum.Recipe balaustiarum,& glandium infusarum in aceto,& torrefactarum,& sumach,& granorum myrti,& corrath,& hypocystidos omnium ana drac.ij.cymini,& gallarum torrefactarum in aceto,& capitum granatorum G dulcium,& fructus tamarisci,& ramich omnium ana drach.i.xyloaloes,& galiæ,& masticis,& spicæ omnium ana drach.i.seminis acetosæ,& gummi,& boli,& succi barbæ hircinæ, & granorum passularum torrefactarum,& xylocaracte,& iect.omnium ana drach.5.

ELectuarium ad abscindendum fluxum ventris factum à frigore,& ventositate. Recipe seminis apij,& calami aromatici,& cyperi,& ameos,& xylobalsami,& laudani,& macis omnium ana drach.v.anisi drach.iij.piperis albi drach.ij.cinnamomi drach.iij.5.croci drach.vij. camphoræ drach.iij.blactæ byzantiæ drach.iij.5. radicum squinanthi drach.iiij. cordumeni drach.ij. sandali albi.ʒ.iiij.dauci.ʒ.iij.zinziberis.ʒ.iij.granorum myrti.ʒ.vij.conficiatur cum rob malorum.

SYrupus de fructibus abscindens fluxum ventris,& superans choleram. Recipe acetositatis citri,& berberis,& ribes omnium ana lib.i.zarur,granorum granatorū,& sumach omnium ana lib.iij.cydoniorum,& malorum granatorum,& pirorum omnium ana lib. iiij. aquæ tantundem:infundantur duobus diebus,& decoquantur donec sint discocta,& coletur, & coquatur secundo,& ponatur super ipsam zuccarum.

RAsura,[k] & vlcera intestinorum. Medicamen quod dicitur sanguisuga conferens ad vlcera intestinorum. Rec.acaciæ aure.xxv.[l] †{corticum granatorum aur.lxxv.gallarum aur. xxv. opij aure.xxv.}seminis hyusquiami albi aure.lvi.[m] †{milij contriti}aure.clx. sumac [n] †{ scemij} H aure.lxx.succi sumac scemij aure.ij.5.thuris aure.[o] †{xxv.}terantur, & aggregentur, & commisceantur cum vino nigro.Dosis eius integra aure.i.

MEdicamen [p] quod bibitur,& refert ad [q] †{Lukios}Tarsensem,& est medicamen iuuatiuū ad oēm materiā,quę attrahit̄,& ad oēm inflationē.Rec.anisi,& seminis apij amborum ana aure.ij.se.[r] †{fœniculi,}&seis bauciæ syluestris,& [s] †{se.atardilon,& est spēs siseleos} oīum ana aur.iiij.opij,& seis hyusqami albi amborū ana aur.[t] †{ i.} 5.conficiat̄ cum aqua, & administretur.

CLystere quo vtebatur [v] Gal.& est clystere eius,& est conueniens ad descriptiones plurimas antiquorum.Rec.succi agrestæ sicci aure.vi.aluminis [x] †{iameni}tantundem, calcis quam non inuenit aqua,corticum æris omnium ana aur.vi.arsenici [y] †{ru.}aure.[z] †{iij.} [a] †{arsenici citrini}aure.[b] †{ v}iij.chartæ combustæ aureos. xv. conficiantur cum syrupo de granis myrti, & fiāt ex eis trochisci,& sit pōdus trochisci aure.iij.aut.iiij.& clysterizetur ex eo cum vino permisto cum aqua quantitate cyathorum.ij.& in quibusdam clysterizatur ex eo cum aqua pluuiæ.

TRochisci [c] alfenginati:qui conferunt ad fluxum ventris,& ad vlcera intestinorum, & nominantur trochisci [d] †{beritos}& sunt ex medicinis vtilibus,abscindentes fluxū ventris statim, quorum

A † pedes extra solium extendere iubeto,ac longiori tēpore i ipso immorari.
B † pulegium,
C † vinum marina aqua temperatū,porro in sequenti die eadem exhibenda,
D G.li.9.de med. ꝯpōne ſm lo.c.3.b
E † ———
F † Bdellij, amomi omnium tantundem
G † iij.
H † ammoniaci thymiamatis quadrātem,visci quercini quadrantem.
I G.li.9.de medi. ꝯpōne ſm loc.c.3.f
K G.li.9.de med. ꝯpōne ſm loc.c.5.b
L † ———
M † baccarū myrti tusarum,
N † syriaci
O † lxxv.
P G.li.9.de medi. ꝯpōne ſm loc.c.5.e
Q † Lucium
R † anethi,
S † tordylij
T † ———
V Lib.9.de medi. ꝯpōne ſm lo.c.5.f
X † scissi
Y † ———
Z † viij.
A † sandarachæ
B † ———
C G.li.9.de med. ꝯpōne ſm loc.c.5. fo.204.c
D † Berytij

A quorum hæc est permistio. Croci aur. iiij.[a] †{ }myrrhæ aur. ij. aloes indi, succi barbæ hircinæ, lycij indi,[b] †{succi eupatorij} opij, gallarum recentium, dragaganthi, piperis albi oium ana aur. ij. conficiant͂ cum vino, & fiant ex eis trochisci, cuiusq; quorum pondus sit aure. 5.

SVffuf ad rasurã ex phlegmate salso. Rec. nasturtij torrefacti. ʒ. x. se. alsehesafran. ʒ. vij. masticis ʒ. v. se. maru. ʒ. x. se. porri. ʒ. v. bdellij tantundem, gũmi frixi. ʒ. vij. boli armeni. ʒ. x. Dosis. ʒ. iij.

CLystere ad rasuram propter medicinam ebibitam, & clysterizatur cum butyro, & sanguine draconis, & est clystere ad inceptionem rasurę, & choleram, & expulsionem materiei. Rec. lentium. ʒ. x. granorum myrti, & corticum granatorum, & zarur omnium ana drach. vij. cydoniorum mundatorum ex granis suis, & pyrorum omnium ana drach. xv. decoquantur cum tribus libris aquæ, & vnc. iiij. aquæ granatorum muzorũ, & aquæ agrestæ hemina. i. donec remaneat lib. i. & coletur, & sumatur de ea tertia, & misceatur cum ea boli armeni aure. i. gummi tãtundem, chartæ combustæ, & acaciæ, & cerussæ omnium ana drach. i.

COnfectio medicinæ ad colicam mirabilis qua vsus est [c] Gal. in eo, cui aduenit ægritudo, quæ dicitur ileos, & in eo, qui euomit stercus suum, & datur in potu de ea cum dolor est vehemẽs quantitas fabæ cum quantitate trium aure. iiij. cyathorum aquæ frigidæ. Rec. seminis hyusquiami albi, piperis albi, amborum ana aure. lx. opij, aure. xx. croci aure. x. spicæ odoriferæ, euphorbij, pyrethri omnium ana aure. ij. conficiatur cum melle decocto.

B

MEdicamen ad colicam, sm q͂ iuenit ipsum [d] Gal. in libro rabeo [e] †{Socratis,} & nominatur [f] †{Albobeis,} & confert stomachicis, & patientibus ophthalmiam, quãdo in eis vehemẽs fit dolor, & ad dolorem matricum, quando bibitur cum aqua, & melle in qua decocta est ruta: cuius hæc est permistio. Croci aure. i. spicæ aure. ij. myrrhæ aure. [g] †{ ij.} costi, piperis albi, macropiperis, galbani omnium ana aure. [h] †{ ij.} olei balsami aure. iiij. cinnamomi, & [i] †{corticum radicis mandragoræ. & inueni in descriptione alia,} succi mandragorę: castorei omnium ana aure. ij. seminis dauci aure. iiij. 5. serapini aure. iij. casiæ aure. iiij. conficiatur cum melle.

MOllificatio ani: & egressio eius. Medicamen [k] Gal. cõferens ad exitum ani. Recipe fructus plantæ, [l] †{quæ dicitur Arbechi,} gallarum, cerussæ de plũbo, acacię, succi barbę hircinę, corticum pini [m] †{quæ dicitur fantis,} thuris, & myrrhæ omnium ana aure. iiij. puluerizentur sicca, postquam abluitur anus cum vino pontico.

Capitulum de lapide renum.

DIco, q͂ omne quod frangit lapidem vesicæ, non est dubium quin frangat lapidem renum, sed non conuertitur.

C COnfectio [n] conferens illi, qui habet lapidem, qm̃ est medicina, quę frãgit lapidẽ, & prohibet gñationem eius post ipsum. Rec. casię aur. ij. seminis apij aur. ij. myrrhæ aur. iiij. piperis albi aure. ij. thuris aure. iij. lapidis [o] †{scemij} masculi aure. i. seminis bauciæ, anisi amborũ ana aure. ij. storacis. ʒ. iij. [p] †{radicis lilij alozonkiu} aure. iij. seminis papaueris albi aure. ij. spicæ tantundem, amygdalarum amararum excorticatarum, assari amborum ana aure. iij. seminis [q] †{lini, } cyperi amborum ana aure. ij. mellis boni quantum sufficit, sumatur in potu de ea omni die.

MEdicamen aliud vtile: inquit [r] Gal. Scio plurimos de illis quorum renes erant ægri, qui medicati cum eo, & sanati sunt à suis ægritudinibus. Et oportet quidem vt assiduet͂ vsus huius medicinæ diebus pluribus. est enim medicamen sanãs illum, qui habet lapidem: & qui habet ęgritudinem colicæ, & sanat iterum ægritudinem vesicæ: & est iste modus artificij eius. Recipe auellanarum excorticatarum [s] {† }& seminis cucumeris hortulani excorticati, [t] †{& seminis carui mundati} oium ana aure. iij. [u] †{seminis hyusqami nigri,} & croci, et [x] †{cucumeris,} & opij omnium ana aur. vi. seminis hyusquiami albi, seminis apij amborum ana aure. xij. cõficiantur cum melle, & fiant de eis trochisci. Et detur in potu de eis aure. 5. cum aqua mellis tepida mundata quantitate cyathorum. iij. Et inueni in descriptione alia, q͂ ponunt͂ in eo [y] †{harmel} aure. vi.

LApis vesicæ, quod dictum est in hoc cap. & testificatum est, q͂ cum lepus comburitur subtiliter sicut scis, & cõseruatur combustum eius, & sumitur de eo in potu diebus aliquot pondus drach. ij. cum aqua tepida, frangit lapidem.

D

ARs medicamenti: quod fit cum scorpionibus frangens lapidem, qui generatur in renibus, & saluat illum, qui eo vtitur à generatione lapidis in renibus suis. & hoc medicamentum facit suam operationem cum proprietate non per complexionem. [z] Sumantur de scorpionibus viuis x. numero, & ponantur in olla noua munda, & liniatur olla ex massa tritici, deinde deferatur ad furnum, & calefiat cum lignis vitis donec rubeat, & ponatur olla in illo furno sero, & dimittatur in eo in nocte, deinde extrahatur post illud, & sumatur, quod inuenitur in olla de cinere scorpionum, postq͂ infrigidata fuerit, & reponatur in vase, & administretur de eo mane, & vespere in hora curationis dolorum renum, pondus siliquarum. ij. cum vino, quod dicitur chandicun. Frangit enim lapides, & facit eos descendere in vrina frustatim. Et illud ideo, quoniam scorpiones in naturis suis sunt contrarij lapidibus generatis in renibus, & vesica: sicut carnes viperæ sunt contrariæ venenis serpentum, & reliquorum reptilium venenosorum.

COnfectio [a] trochiscorum, qui frangunt lapidem generatum in vesica, & renibus. Rec. semi. bauciæ syluestris, & seminis cucumeris alrechij, & anisi, & myrrhæ [b] †{& seminis apij montani} [c] †{ } [d] †{& seminis apij hortulani} & cassiæ, & cinnamomi, & spicę omnium ana

Auic. aaaa ij partem

[a] † nardi indicæ; anisi vtriusq; tantundem
[b] † acaciæ
[c] Lib. 9. de medi. cõpõne sm loc. c. 5. fo. 105. c
[d] 9. de medi. cõpõne sm loc. c. 4. fo. 102. b. c
[e] † Nicostrati,
[f] † Sotheos,
[g] † vij.
[h] † j.
[i] † ————
[k] Li. 9. de medic. cõpõne sm loc. c. 6. a
[l] † ericæ,
[m] † ————
[n] G. li. 10. de medicamento. cõpõne c. 1. b
[o] † syriaci
[p] † iridis illyricæ
[q] † smyrnij,
[r] Li. 10. de medi. cõpõne sm lo. c. 1. d
[s] † amygdalarum amararum,
[t] † ————
[u] † cicutæ
[x] † maluę,
[y] † seminis rutæ syluestris,
[z] Lib. 3. F. 18. t 2. c. 19.
[a] G. li. 10. de medica. cõpõne sm loc. c. 1. c
[b] † petroselini
[c] † oium drac. vj.
[d] † baccarũ lauri

[a] †{partem.i.}tere has medicinas,& cicotrigoniza,& confice cum aqua & fac trochiscos in vnoquoq; quorum sit pondus.ʒ.i.aut aure.i.aut fac pilulas magnas sicut cicer,et da in potu de eis pilulas [b] †{decem}in ieiunio cum aqua calida. E A† drach.iiij. B† per dies.xx.

COnfectio quæ frangit lapidem. Recipe spicæ indæ darkimet.iij. zinziberis darkimet.iiij. macropiperis tantundem,assari drach.i.dauci tantundem,casię siliquas.xij.cinnamomi darkimet.iiij.polij darkimet.iij.croci darkimet.ij.castorei darkimet. iiij. floris squinãthi tantundem, scordeon tantundem,costi darkimet.ij.piperis albi tantundem,petroselini tantundem, carpobalsami darkimet.iiij.acori darkimet.ij.conficiatur cum melle.

DIstillatio vrinæ. Trochiscus conferens ad distillationem,& diarrhœam. Rec.castorei.ʒ.ij. & sansuci,& rutæ,& seminis hyusquiami albi,& anisi omnium ana põdus drachmæ vnius, & granorum granatorum grana.xv.terantur,& fiant trochisci, & sit dosis pondus drach.ij. Et da ei in potu pondus drach.i.de granis cucumeris mundatis cum albumine oui subtili.

DEbilitas erectionis,& desiderij. Confert ad illud hoc medicamen. Rec.seminis cepæ.ʒ.ij. & granorum erucę pondus.ʒ.iiij.& se.acsehedenigi,& buzeiden,& ammoniaci,& assari,& squillæ assatæ omnium ana pondus drach.vi.& secacul pondus drac.iij. & sisami mundati põdus drach.v.& alaniuden,& alnaricu albi amborum ana pondus drach.iiij. & penidiorum pondus.ʒ.vi.tere ea,& permisce,& sit dosis pondus.ʒ.ij.cum vino permisto. F

ET confert ad illud hoc medicamen.Sume venarum alfarsunigi,& est asparagus, & lactis vaccini,& butyri vaccini,omnium ana lib.iij.& seminis erucæ,& seminis bauciæ,& seminis rapę omnium ana vnc.iij.tere medicinas siccas,& permisce cum lacte, & butyro. Dosis eius pondus sextariorum.v.aut.x.postquam decoxeris ipsum donec consumatur lac,& remaneat butyrum, & cola ipsum,& da ipsum in potu.

ARs electuarij indi:quod addit in spermate,et confortat appetitum coitus.Rec.zinziberis,& piperis,& macropiperis,cinnamomi,& folij,& spicæ,& nucis muschatę,& sandali rubei,& cardamomi minoris,& macis,& tagamed,& talisafar,& kerfeteni,& cyperi,& spodij, & nucis indæ omnium ana.ʒ.iij.muschi,& camphoræ amborum ana aur. x. zuccari tabarzet quantum medicinæ omnes.tere,& cribella quantum sufficit cum melle dispumato.dosis eius sit pondus.ʒ. ij.

COnfectio medicaminis alterius:quod addit in spermate,& cõuenit regibus. Rec.caudæ stinchi.℥.i.ʒ.semi.napi,& se.bauciæ,& alleft,& seminis cepæ albæ dulcis,& seminis vrticæ,& seminis erucæ omnium ana.℥.i.& melanopiperis,& leucopiperis,& macropiperis oĩum ana.ʒ.v.& cepæ muris assatæ pondus.ʒ.iiij.pinearum excorticatarum.℥.ij.ʒ.& pyrethri pondus.ʒ. iiij. & linguæ auis pondus.ʒ.vi.& cerebellorũ passerum masculorũ,qui nidificant in parietibus pondus. ʒ. iiij.& testiculorum galli.℥.i.tere has medicinas,& confice cum butyro vaccino,& melle, & sit butyri tertia,& mellis tertiæ duæ,& repone in vase.dosis illius sit.ʒ.ʒ.cum vino dulci post cibum. G

ARs olei cum quo inunguntur pecten,& virga,& quod est coram renibus, & erumpere facit desiderium coeundi,& addit in eo. Rec.euphorbij,& galbani amborum ana pondus. ʒ.ij. macis pondus.ʒ.i.macropiperis.ʒ.i.ʒ.pyrethri pondus.ʒ.ij.ʒ.& seminis erucæ, & castorei amborum ana.ʒ.ʒ.olei de narcisso.℥.i.ʒ.& ceræ.ʒ.ʒ.tere medicinas siccas, & liquefac ceram cum oleo,& proijce super eam medicinas,& permisce bene, & inungatur cum illo.

DVrities [c] matricis.Pessarium ad matricem frigidam,& apostema durum resolutiuum. Vnguenti diachylon,vnguenti basilicon,& adipis tauri,& gummi amygdali,& adipis gallinæ, & adipis anatis,& medullæ cruris cerui,& butyri ouini,& storacis liquidæ romanæ, & olei nardi omnium ana vnc.i.myrrhæ puræ vnc.ʒ.croci drach.ij.liquefac adipes cum oleo,& aggrega omnia,& pone de eis super pessarium de lana,& administra. C Halya.li.8.practi.c.16.fo.155.4.

TRACTATVS VII. *De doloribus iuncturarum,& podagra,& vena sciatica.*



EMplastrum ad dolorem iuncturarũ,& podagrã,factum cũ [d] †{hyusquiamo nigro,} & agarico, & est medicamen vtile.[e] Seminis [f] †{hyusqami nigri} kist.i.agarici kist.i. fœnugræci kist.i. baurach. ℥.i.ceræ lib.i.resinæ decoctæ lib.i.olei antiqui lib.i.medullæ ossium cerui. ℥. iiij.[g] †{radicum lilij alurikiu.} ℥.iiij.tere medicinas siccas, & cribella cum [h] †{cicotricocinio,}& liquefac medicinas,quæ liquefiũt,& dimitte donec infrigidentur, & proijce super medicinas siccas, & permisce, & repone,& vtere. H

D† cicuta, E G.li.10.d'med.ɔpõne fm loc.c.3.c F† cicutæ G† illyricæ. H† cribello angustissimo,

ET cõfert ad illud hoc medicamẽ.Rec.hermodactylorũ.ʒ.xij. & ellebori albi põdus.ʒ.iij.et piperis,& cymini amborũ ana.ʒ.iiij.tere,& pulueriza.Dosis eius pondus.ʒ.i.cum aqua mellis.

EMplastrum quod confert ad debilitatẽ,quę accidit in pedibus.Rec.assari,& aloes, & sief memithe,& casiæ,& guttæ.i.costi,& sarcocollæ,& myrrhæ omnium ana.ʒ. iij. & castorei. ʒ. iiij. contere ea,& tere ipsa cum vino boni odoris,deinde lini ipsum desuper.

ARs medicaminis pilularũ,quę fiunt cũ alfesira,& est medicamẽ factum cum hezeri hasen,& est iuuatiuum ad podagrã,& dolorẽ genuũ,et dolorem iuncturarũ.Rec.medicinę, q̃ dicitur alfesire põdus.ʒ.i.& hermodactylorũ pondus.ʒ.xx.cymini carmeni põdus.ʒ.i.cinnamomi,& origani persici,& aristol.rotundę,& zinziberis,& foliorũ capparis,& cineris hirundinum oĩum ana pondus.ʒ.i.tere has medicinas,& pulueriza,& confice cũ vino,& fac pilulas paruas, & exicca in vmbra.Dosis illius pondus.ʒ.ʒ.cũ aqua,in qua decoctum est anethũ,aut fiat de eo suffuf pondere ʒ.ʒ.cũ aqua mellis calida,in qua decoctum est anethum,cochlearijs duobus,& olei cochleario.i.

Pilulæ

A Pilulæ aliæ: quæ fiunt cum alcanna ad podagram laudatæ. Rec. myrobal. nigrorum ablatis nucleis pondus. ʒ. x. belliricorum, & emblicorum, & sythragi, & cinnamomi, & zinziberis, & macropiperis, & salis indi omnium ana pondus. ʒ. iij. aloes pondus. ʒ. xxx. origani persici, & radicis capparis, & bdellij, & alcannæ omnium ana pondus drach. ij. hermodactylorum quantum medicinæ omnes. tere medicinas, & cicotrigoniza, & infunde bdellium in vino, & permisce, & confice, & fac pilulas paruas, & sit dosis earum pondus drach. ij.

Vena sciatica. Medicamē ad venam sciaticam, quæ sedat eam vltime: cuius hæc est permistio. [a] Picis partes. ij. sulfuris, quod non inuenit ignis pars. i. terantur simul, & permisceantur, & puluerizentur super locum infirmum postq̃ ingressus fuerit habens eam bal neum vt adhæreat ei medicamen, & conglutinetur super ipsum charta, & dimittatur vsquequo cadat per seipsum.

A G. li. 10. de medic. ꝯpōne fm loc. c. 2. d

Podagra. Medicamen de hyusquiamo nostro prædictum in [b] cap. dolorum iuncturarum est vltimum ad eam.

B Lib. 3. Fen. 22. t. 2. c. 15.

TRACTATVS VIII. *De alopecia.*



B Confectio [c] linimenti ad alopeciam. Recipe euphorbij, & gummæ rutæ agrestis, & olei lauri, omnium ana aure. ij. & sulfuris, quod non inuenit ignis, & ellebori nigri, aut albi quodcunq; duorum est repertum omnium ana pondus aure. i. Aggrega has medicinas tritas, & cribellatas, & permisce cum pondere drach. ix. ceræ liquefactæ cum oleo laurino, aut oleo alkerua, aut oliuæ oleo antiquo, & vtere hoc medicamine secundum quod ipsum est forte valde in curatione alopeciæ, cum prolongatur, & difficilis fit eius cura. Inquit [d] Gal. ego permiscui cum eo in quibusdam horis nasturtij pondus aure. i. & spumæ adustæ pondus aure. i.

C G. li 1. de medi. ꝯpōne fm loc. c. 2. fo. 122. e

D Lib. 1. de medi. ꝯpōne fm loc. c. 2. fo. 122. e

Tinctura nigra in quo inuoluuntur capilli, vel manus, vel aliquot membrorum. Existimauit [e] Gal. ꝙ quando sumitur vrina canis, & putrefit quinque diebus, aut sex, deinde fit cum ea, illud conseruat nigredinem.

E Lib. 1. de medi. ꝯpōne fm lo. c. 3. a

Descriptio ponderum, & mensurarum ex breuiario alseir. i. vigilis.

INquit Chous olei est lib. ix. Chous vini lib. x. Chous mellis vnc. xiij. s. Mestarun magnum olei est vnc. iij. Mestarun magnum vini est vnc. iiij. & gormiæ. vij. Mestarun mellis vnc. iiij. s. Achsunesi olei darkimet. xvi. Achsunesi vini vnc. ij. & quarta darkimet. i. Achsunesi mellis vnc. ij. & quarta & octaua. Choanus olei darkimet. xij. Choanus vini vnc. i. & medietas darkimet & tertia. Choanus mellis pondus. ℥. ij. et quarta. Mestarun paruum olei est darkimet. vi. Mestarun paruum vini est gormiæ. xx. Mestarun paruum mellis darkimet. vij.

Descriptio mensurarum, & ponderum ex breuiario filij Serapionis, inquit.

C EXceptum est ab hoc capitulo in hoc aggregato, quoniam non dixi omnem mensuram quam in ipso attuli, nisi quæ cognita est apud eos, qui lingua vtūtur arabica in capitulis suis. Verum quidam coegerunt me ad transferendum quærentes à me translationem eius, vt iuuamentum fiat per illud in alijs ab isto libro. kist apud gentes, quæ lingua græca loquuntur, cognitum est, super mensuram vero non conueniunt omnes, & illud est, quoniam quidam eorum vtuntur alia, q̃ vtantur alij. kist enim apud romanos capit lib. i. s. & sextam, quare est vnc. xx. Et kist alanthalitum lib. i. s. Et lib. est vnc. xij. Et mina romana est vnc. xx. Et mina italica, & ægyptiaca est vnc. xvi. Et mina est sextaria. xl. Et lib. est sextaria. xx. Sextarium est drach. vi. & danich. ij. aut aure. iiij. Et darkimet est aure. i. Et dorach italicum est iohein. viij. Et iohein est acsat romana sex. Et cotyla. i. vnc. ix. Mestron magnum est vnc. iij. & paruum est darkimet. vi. Acsumesi est darkimet xviij. Choanus est vnc. i. s. Gormia est quarta. ʒ. vsq; ad duos danich. Aumius & andanikis est vnc. i. & vnaquæq; earum est aure. vij. Adar vnc. i. Euib mellis lib. ij. s. Euib olei mina. i. s. Aldorach lib. iij. Kist mellis lib. ij. & s. Alhemē sextaria. v. & drach. xxx. & antulij. iiij. Semimet minæ. x. & s. Faba ægyptiaca sumimet quatuor. Obolus est danich. i. s. sicut inuenit Alexandrinus antulij. iij. Auellana. i. est darkimet. i. Nux est. xiiij. semimet. Alsacraiati parua est semimet. vij. Alsacraiati magna est semimet. xiiij. Faba græca est duo semimet aut duo oboli. Alsacraiati est D sextaria. vi. & quarta. Cochlearium mellis est aure. iiij. Cochlearium medicinarum est aure. i. & drach. i. Alsatil. i. est sextaria. ij. Darkimet est oboli. vi. Et omnis obolus est kirat. iij. Et omnis kirat est. iiij. grana hordei. Et oboli. iij. sunt kirat. ix. Alcautus est vnc. i. s. Choati. ij. sunt vnc. iij. Oboli. viij. sunt kirat. xxiiij.

Nota ꝙ etiam in arabico in cap. de ponderibus, multę incorrectiones inueniuntur.

Completus est Liber quintus libri canonis, qui est antidotarium principis Abuali Hasen filij Hali ebensina. Et eius complemento completus est liber totus.

LIBELLVS AVIC. DE MEDICINIS CORDIALIBVS

Translatus ab Arnaldo de villa noua Barchinone cum castigationibus Andreæ Bellunensis Philosophi ac medici clarissimi.

TRACTATVS PRIMVS. *De origine spiritus: & generibus eius, & principijs suæ generationis, & informationis.*

De origine spiritus. *Cap. 1.*



CReauit Deus ex concauitatibus cordis sinistram vt esset armarium spiritus, & minera generationis illius. Creauitq; spiritum latorem virtutum animæ in membra animalium tendentium mediante ipso. Creauit itaq; prrimum appendiculum virium animæ spiritum, & manationem secundam in membris corporis mediante ipso.[a] Produxit etiã spiritum ex subtili parte humorum, & ex vaporibus ipsorum, quemadmodum produxit corpus ex grossitie ipsorum, & terrestreitate. Etenim comparatio spiritus ad humorum subtilitatẽ, est sicut comparatio corporis ad ipsos humores: quemadmodum enim membra constituuntur ex humoribus propter commistionem ipsorum adinuicem perducentem ad formam vnam complexionalem qua cõmistum disponitur ad recipiendum dispõnes non conuenientes ei ratione simplicium, simili modo constituitur spiritus ex subtilitate humorum, & commistione ipsorum quatuor perducente ad formam vnam complexionalem qua spiritus præparatur ad receptionem virium animæ quas ex simplicibus non acquirit. Immo principium ipsarum est ex manatione diuina extrahente eas de potentia ad actum absq; intermissione temporis, & absq; auaritia, qñ completa est præparatio ipsorum ad suam perfectionẽ: & sicut vnicuiq; membro inest complexio propria, quãuis ex ipsis humoribus substantialiter generetur, & non accidit vnicuiq; ipsorum cõplexio appropriata nisi propter proportionẽ quantitatũ humorum & ꝓpter formam, & qualitatẽ permistionis: similiter vnicuiq; spirituum, videlicet tam animali, q̃ vitali, & naturali, & eis, qui ipsos sequuntur, quãuis eorum substantia ex subtilitate humorum sit, nihilominus propria inest complexio ratione proportionis quantitatũ seu graduum subtilitatis humorũ, & propter formã, & qualitatem cõmistionis. Et sicut etiam mẽbra generata, quãuis plura sint numero, vnum tamen est generatione primum, qualecunq; sit illud ẜm diuersitatem opinionum, cuius generationem sequitur generatio cęterorum membrorum: similiter spiritus, qui in nobis sunt, quãuis plures sint numero, nihilominus vnus ipsorũ generatione primus est: qui ẜm sententiam potiorem philosophorum generatur in corde, & exinde procedendo manat, & penetrat in cætera principalia membra, in quibus cum sufficienter permanserit, adipiscitur ibi complexionem particularem & propriam. Ita ꝙ in cerebro complexionem acquirit qua disponitur ad receptionem virtutum sensus & motus. In hepate vero complexionem susceptiuam virtutum nutritionis & augmenti. In testiculis autem acquirit complexionem qua præparatur ad recipiẽdam virtutem generatiuam. Et existit tñ harum oĩum virtutum principium ẜm dictum philosophũ, in corde:[b] quemadmodum apud eos, qui diuersificantur à sentẽtia eius, principium virtutis visiuę, auditiuæ, & gustatiuæ, est in cerebro: sed nihilominus ẜm eos spiritus disponitur ad recipiendum has virtutes ẜm veritatem & perfectionẽ in membris alijs, ita ꝙ visiua mediante cõplexione crystallinæ humiditatis qñ complexioni spiritus coniungitur. Auditiua vero mediante complexione nerui extẽsi in superficie ossis auris noĩati alsamach. Gustatiua aũt mediante complexione humiditatis quam sub radice linguæ generat spongiosa caro. Supradictorum aũt repugnantium quidam sunt afferẽtes, ꝙ virtutes spiritus affert à cerebro, nullo modo egens ad perfectionem virtutis cõplexione membri ad quod procedit: sed ipsum membrum est tantũ conueniens instrumentũ actioni virtutis naturalis, nihil conferens eius essentiæ. Verũtamen exquisita perscrutatio veritatis oĩno cassat istorũ opinionem, & verificat insuper, ꝙ perfectionẽ virtutis adipiscitur spũs in membro, quod est operis instrumentũ quãuis similem sententiã vel opinionem iam dixerint quidam ex sequẽtibus philosophis, de virtutibus animæ, ꝙ ipsæ omnes manant in spiritus ex corde, absq; hoc, ꝙ spiritus indigeat membro alio, sicut cerebro, & hepate in dispositione ad recipiendum eas. Sed hanc opinionem respuit, & penitus cassat vltima inquisitio veritatis.

A Li.1. Fen.1. do. 6. c. 4.

F

G

B Lib.1. Fẽ.1. do. 6. c. 1. & 4.

H

De diffinitione, & natura spiritus, & eius vtilitate. *Cap. 2.*

NEq; vita, neq; aliqua perfectio, neq; bonũ aliquod prouenit à prima veritate altissima, & à manatione prima cũ auaritia. Sed receptibilia qñq; sunt carentia seu vacua à ꝑparationibus ad receptionem ipsorũ non quodlibet receptibile sit receptiuũ cuiuslibet rei: quapropter nequit lana inquantum lana recipere formã ensis, nec siĺr aqua sub forma aquæ recipere essentiam vel naturã humanam, & corpora quidẽ mundi iam receperunt vitã præter illa, quę numero & quãtitate sunt diminuta. Numero quidem qm̃ non viuentia corpora quatuor elementa sunt, & quæ illis approximant in natura. Quantitate vero, quia oĩa elementa quatuor existimantur, ꝙ ipsa respectu totius

A totius non habeant quantitatẽ ſenſibilem,& ipſa quidem minora ſunt multum oĩbus rotabilibus ſphęris:nec elongaẗ ab intellectu,quin ex ſtellis fixis ſit aliqua maior eis.Demonſtratio iterũ concludit,ꝙ hæc oĩa elementorũ corpora per cõparationẽ ad illud, quod eſt infra corpus Saturni ſint ſicut punctus circuli:quanto igiẗ eſt amplius per cõparationẽ ad illa,quę ſunt ſupra Saturnũ.Amplius aũt apud cõprehenſores veritatis cauſa propter quã non receperũt vitę formã hæc corpora, eſt illud quo cętera viuentia corpora tã ſimplicia,ꝙ̃ cõpoſita diuerſificanẗ ab eis.ſ. contrarietas naturarũ:natura.n.vniuſcuiuſq; eſt alterius naturæ cõtraria:idcirco à genere corporũ cœleſtium valde elongantur:qm̃ cœleſtia corpora diſpoſita ſunt ad nobiliorem ſpẽm vitæ corporalis.Elementa vero à vita oĩno ſunt elongata:in corporibus aũt compoſitis cõmiſtio frangit formã contrarietatis eorũ,& exinde cauſaẗ forma cõplexionis,quę ꝗdem complexio mediũ quoddã eſt inter cõtraria: medio vero nihil abſolute eſt cõtrarium.Et idcirco cõpoſitum diſponitur ad vitę receptionem,ita videlicet ꝙ quanto amplius ad medium cõplexio vicinatur,tanto miſtũ redditur habilius ad recipiendũ nobilioris vitæ perfectionem,& qñ complexio æquaẗ valde ita vt in ea ſint contraria coęquata,& deſtructa ſeu refracta ad æqualitatem tunc miſtũ eſt pręparatũ ad perfectionem vitæ rationalis cõformis vitę cœleſtium corporũ:quæ diſpoſitio in humano ſpiritu reperitur. & ſpiritus quidem in ſumma eſt res gñata ex cõmiſtione elementorũ vergens in ſimilitudinẽ cœleſtium cor-
B porũ.Et propterea iudicaẗ de ſpiritu,ꝙ ſit ſubſtantia luminoſa:propter quod dicitur de viſiuo ſpiritu,quod ſit radius atq; lux.Et exinde anima gaudet ex intuitu lucis,& triſtatur in tenebris:quoniam illud eſt conforme naturæ vel principio ipſius,& hoc eſt ei contrarium.

De principalibus paſsionibus ſpiritus cordialis,& primis cauſis ipſorum : ſcilicet potentia,& diſpoſitione. *Cap. 3.*

SApientes philoſophorũ,& medici eos ſequentes concorditer ponunt,ꝙ gaudium,& triſtitia, & timor,& ira,ſunt ex paſsionibus proprijs ſpiritus cordialis.Et ꝙ quælibet paſsionum intenditur & remittitur non ſolum propter agens,[a] ſed etiam propter intenſionẽ & remiſsionẽ diſpoſitionis in ſubſtantia patientis. Aſsignant etiam ſapientes ſubtiliter differentiã inter potentiam, & diſpõnem,dicentes ꝙ potentia reſpicit vtrunq; contrariorũ ęqualiter:diſpoſitio vero non: quãuis enim gaudere,& triſtari poſsit homo,nihilominus aliquis eſt tm̃ ad lætitiam diſpoſitus:aliquis vero ad triſtitiam tantũ.Et ſimile iudicium eſt de timore,& ira,& cæteris paſsionibus.Eſt igitur eſſe & ratio ſpiritus gaudentis in potentia & triſtantis in potentia aliud ab eſſe & ratione ſpiritus diſpoſiti ad alterum prædictorum.Videtur enim,ꝙ diſpoſitio ſit perfectio potentiæ reſpectu alterius oppoſitorum.Ex quo patet,ꝙ licet ſpiritui conueniat inquantum ineſt ei potentia triſtari vel gaudere ſimul ſeu æqualiter,non tamen ei conuenit ex parte ipſius diſpoſitionis niſi vnum ipſo-
C rum.Rurſus etiam ex hoc patet,quòd potentia ad hæc duo inſeparabiliter inhæret ſpiritui ex generatione ipſius.Diſpoſitio vero,quæ ipſum ad alterum oppoſitorum inclinat, nõ inſeparabiliter ex generatione inhæret ei,ſed accidere poteſt ex ſuperuenientibus cauſis.

A Ariſto.2.de Aĩa tex.24.

De gaudio,& intrinſecis cauſis delectationis,& triſtitiæ,& eorum diuerſitate. *Cap. 4.*

GAudium eſt delectatio quædam:omnis autẽ delectatio eſt apprehenſio aduentus perfectionis appropriatæ alicui virtuti apprehenſiuæ,ſicut in ſenſibus apprehenſio dulcis guſtui: & apprehenſio boni odoris ſenſui olfactus,& apprehenſio victorię iraſcitiuę virtuti:& apprehenſio alicuius vtilis contingentis exiſtimatiuæ,& opinatiuæ virtuti.Omnis autem perfectio eſt res naturalis,& è conuerſo.Omnis igitur apprehenſio rei naturalis cũ virtute aliqua eſt delectatio. Forſitan autem contingit in aliquibus virtutibus,quod non omnino delectantur niſi apud ſeparationem diſpoſitionis innaturalis.propter quod [b] quidam opinantur,quod delectatio ſit exitus à diſpoſitione innaturali.Et ꝙ fixio ſuper diſpõnem naturalem non ſit poſsibile vt ſit delectatio. hic autem error incidit,quia quod eſt per accidens accipitur vt per ſe:in [c] elenchis enim oſtenſum eſt, quoniam hoc eſt vna fallaciarum.Delectatio vero huiuſmodi quãtum ad propoſitum ſpectat, eſt quoniam nullum apprehendens aliquid apprehendit niſi apud alterationem,ſicut in tactu patet: tangibilis enim qualitas tandiu ſentitur quandiu membrum tactiuum permanet diuerſum ei in
D qualitate,& patitur ab ea. Cum ergo fuerit paſſum ab ea & qualitas ipſa fuerit firmata efficitur qualitas complexio membri.Et ideo [d] ipſa non ſentitur,cum omnis ſenſatio fiat cum quadam alteratione,& nihil alteratur à ſemetipſo. Et [d] patiens hecticam non læditur à caliditate vehementi, quæ eſt fortior caliditate febris cauſonis.Et patiens cauſonem læditur à caliditate, quæ eſt minor illa.Et hoc quia calor in hectica eſt confirmatus ſeu habituatus in membris ac ſi eſſet eorum complexio:Et caliditas febris cauſonis eſt accidens ſuper membra,& complexio membrorum diuerſificatur ab ea.Medici etiam proprio nomine vocant qualitatem inhærentem ſicut in hectica,malam complexionem æqualem.Quæ autem ſe habet ſicut in cauſone,proprie vocant malam complexionem diuerſam.Iam igitur ex his relinquitur manifeſtum,quod cauſa propter quam delectatio ceſſat poſtquam habituatæ fuerint perfectiones ſenſibiles,eſt priuatio apprehẽſionis, & quod cauſa delectationis apud principium exitus ad diſpoſitionem naturalem eſt aduentus apprehenſionis.Sed propterea,ꝙ accidit ſi fuerit aduentus apprehenſionis cum exitu à diſpoſitione nõ naturali,vt ſit cum illo exitu idcirco putatur,ꝙ illud ſit cauſa eius,ſed non eſt ita,imo cauſa eſt aduentus perfectionis apprehenſæ,& non aliud:hæc nanq; eſt cauſa delectationis per ſe. Cauſa vero diſpoſitionis ad delectationem eſt eſſe eius,quod delectatur ſm̃ meliorem diſpõnem in quantitate,

B G.1.de ſympto. cau.c.6.f.g, & a, & fo.17.g
C Ariſt.li.1.cap.3. &.4.
D Li.1.Fé.2.do.2. ſũ.2.c.19.

& qualitate, scilicet vt non sit in substantia diminutus, nec habitus siue dispositio eius sit innaturalis in his, quæ conueniunt ei. In quantitate quidē quoniam si spiritus, qui delectatur fuerit multus, vehemētior erit virtus ipsius.[a] Augmentum enim in quantitate præstat additamentum virtuti in fortitudine: quemadmodum est in radicibus scientiæ naturalis declaratū. Et exinde est, quod propter multitudinem suam durat amplius in abundanti mensura in origine seu minera ipsius. Et diffusio eius abinde ad membra in dilatatione, quæ est apud gaudium, & delectationem, fit ab abundantiori mensura. si enim modicus fuerit natura, tunc auara fit de ipso, & retinet eum apud originem suam, nec dat ei facultatem libere dilatandi. In qualitate vero quoniam, si fuerit nobilissimæ complexionis, & nobilissimæ substantiæ, id est abundantissimæ lucis, tunc est substantię cœlesti simillimus. hæ ergo sunt causæ dispositionis ad delectationē & gaudium: contrariæ vero sunt causæ dispositionis ad tristitiam, & dolorem. Cum enim scitur, quod hæ sunt causæ delectationis in genere, consequenter proculdubio scitur, quia eædem sunt causę gaudij, quod delectationis est species. Spiritus ergo, qui est in corde, quando multus existit in quantitate, propter materiæ multitudinem ex qua velociter & cōtinue generatur, & est temperatus in complexione, & in substantia luminosus, splendens, tunc est ad gaudium dispositio fortis. Cum autem fuerit exiguæ quantitatis, sicut in conualescentibus, & debilibus in ægritudinibus, & senibus, non temperatus in complexione, sicut in morbis: & fuerit valde spissæ, & grossæ substantiæ, sicut in melancholicis, & senibus, ita quod delectari nequit propter grossitiem & spissitudinē eius: aut fuerit nimis tenuis substantiæ, sicut in debilibus, & mulieribus, ita vt dilatari non sit sufficiens: aut fuerit tenebrosus, sicut in melancholicis: tunc est vehemens dispositio ad tristitiam.

E — A Arist. li. 8. phy. 80. & li. 1. cœli. 47. — F

De causis exterioribus delectationis, & tristitiæ, & earum diuersitate. Cap. 5.

PErfecte[b] disposito ad aliquem effectum sufficit debilissima causa illius effectus, sicut sulfur ad inflammationem: ipsum enim adeo igne modico īflammatur, quod cū duplo eius lignum inflammari non potest. Cum ergo anima habuerit spiritum perfecte dispositum ad recipiendum lætificantium causarum impressiones, modica ex causa lætatur, propter quod in bibentibus laudabile vinum, lætitia multiplicatur intantum aliquando, quod putantur sine causa lætari, cum tamen ita nō sit. Etenim impossibile est, quod in aliqua re fiat impressio sine aliquo impressore. Sed causa est, quia vinum quando bibitur moderate copiosum, generat spiritum moderatæ cōplexionis, & substantiæ, & vehemētis luminis, & splendoris, vnde ad lætitiam valde disponitur spiritus. Et lætificatur ob minimam causarum lætificantium. Et recepit impressiones ex causis vtilibus in præsenti fortius, q̄ ex causis vtilibus in futuro. Et ex causis conuenientibus delectationi amplius, q̄ ex causis conuenientibus honestati. Et similiter recipit tunc impressionem à causis, quæ congruunt potius ad generandum opinionem, quam solidum intellectū. Et huius quidem causa est, quia virtus animæ suam in cerebro exercet actionem, et exigit spiritum temperatę humiditatis, vt obediat motui cogitationis, & exercitio intellectus. Et apud ebrietatem est vehementis humiditatis vnde non obedit intellectui, & cum hoc est plurimi motus propter mistionem vaporū ascendentium & inundantium ibi: quamobrem propter suam humiditatem non obtemperat intellectui, nec motibus cogitationis: nisi in rebus corporeis: nō in rebus subtilibus spiritualibus: & cum instabilitate seu agitatione ipsius non obedit etiam formationi rerum spiritualium, sed formationi tantum corporalium rerum: quare difficilis est administratio huiusmodi spiritus in cogitatione vera. Vnde retrahitur intellectiua virtus ab eo tantum, quantum exigit, dispositio eius donec ad tēperamentum eius cōplexio reducatur: & ipsius inundatio quietetur: Amplius q̄a virtus aīæ, quæ in corde est, vehementis in ebrio existit dispositionis ad gaudium, & non perueniunt ad eam lętificantia cogitationis pura seu vera propter id, quod diximus de causis prohibentibus, immo perueniunt ad ipsam lætificantia, quæ cadunt seu quæ operantur inter sensum, & existimatiuam sequentem ad ipsum fortificatam cum eo, aut inter sensum, & cogitatiuam confortatam cum eo in administratione virtutum animæ cōfortatarum cum eo, quoniam sensus dominatur interiori spiritui, & supra motum eius efficitur intellectu potentior. Intellectus autem quādo contra se illum spiritum inuenit sic proteruum, iuuatur sensu, & vtitur eo sicut in geometricis, & cæteris scientijs fit. Quando igitur res taliter se habet, diminuitur in anima potatoris impressio lętificantium futurorum, & honestorum, & intelligibilium: & præualet impressio lætificantium opinabilium, & delectabilium, præsentium maxime. Et quoniam est dispositio fortis, idcirco sufficit ad lætificādum debilissima causa: sicut in pueris patet: propter quod putatur, q̄ sine causa lætentur, cum tamen sit impossibile: verum causarum gaudij, & tristitiæ quædam sunt fortes: quædam sunt debiles: quædam cognitæ siue manifestæ: quædam incognitæ siue occultæ. Earum vero, quæ sunt incognitæ quædam sunt, quæ plurimum sunt consuetæ, & quanto amplius assuetæ sunt, tanto minus percipiuntur. De causis autem gaudij & lætitiæ fortibus, & manifestis, non est necessarium facere mentionem. Aliæ vero sunt sicut intuitus cœli inter lætificantes, cuius signum est: quia contrarium tristitiam causat, scilicet in tenebris permanere: Aut sicut conuersari cum cōsimilibus, cuius signum est, q̄ solitudo attristat. De[c] lætificantibus, similiter obtinere desideratum. Et explere intētionem secundum exigentiam intenti sine impedimento. Et præponere facere quicquam placidum. Et similiter cōfidentia. Et[c] memoria præteriti delectabilis, & futuri spes. Et[c] meditatio in rebus ambitiosis. Et mutua confabulatio dilectorum. Et[c] euasio à tormēto. Et extraneitas rerū: &[c] admiratio,

B Arist. li. 2. de aīa c. 2. tex. 24. & 26. — G — H — C Arist. lib. 1. rhetoricæ. c. 11.

a Aristo. lib. 1. rhetoricæ. cap. 11.

A ratio,& eleuatio mentis. Et [a] obuiatio amicorũ, & amicabilium vicinorũ. Et [a] qñq; delusio & defraudatio:& victoria in minimis rebus. Et multa consimilia, quorũ mentio fit in libris [a] rhetorũ, et moralium: quæ inquam oĩa diuersificantur in gentibus ẜm affectus & consuetudines & ætates: nec aliquis ab eis reperiť omnimode vacans nec contingit siľr vt causæ cõiter lætificãtes in duplo plus, aut amplius lætificent cæteris, nisi pro tanto quia dispositio est appropriata vni duorũ oppositorũ,& non patiť à causis alterius oppositi nisi fuerint valde fortes: patitur tñ à causis illis si perseuerauerint quãuis fuerint debiles. Et pp hanc causam in ebriosis durat lætitia: Et in melancholicis habentibus spũs tenebrosos perdurat tristitia pp causas istas oppositas quæ sunt ex causis desolationis & tristitiæ: sicut rememoratio distantis patriæ naturalis: Et [b] reminiscentia multorũ nocumentorum iandiu præteritorũ. Et odia seu rancores. Et difficultas sanationis. Et onerosa conuersatio. Et imaginatio terribilium futurorum, & proprie necessitatis mortis, à qua se auertit intellectus, & intelligens discretio, cum sit ineuitabile mori. Et cogitatio solicitantis meditationis in aliquo. Et separatio ab occupatione placẽti. & cogitatio distractionis ab ea, & distractio à desiderato seu à volito. Et multa alia consimilia, & aliqua quæ nequeunt comprehendi: hæc enim & consimilia contristant de facili animã dispositam ad tristandum. Amplius in melancholico fortitudo imaginationis contristantium rerum facit ei apparere, ꝙ iam sit in actu res cuius similitudo animæ re-

b Aristo. lib. 1. rhetoricæ. cap. 11.

B præsentatur: & idcirco in continua perseuerat tristitia. Fortitudo autẽ imaginationis erat propter siccitatem spiritus, quamuis lentificet motum eius. Et etiam quia intellectus à sensu & phantasia distrahitur ab actibus rationis, propter corruptionẽ complexionis spiritus qui proprie mouetur secundum exigentiam disponentis complexionis, & qualitatis pessimæ, & obscuræ.

Quod vnaquæq; passio cordis disponitur ad generationem suiipsius. Cap. 6.

NOn est aũt opinandum ꝙ oĩs causa disponens ad gaudium vel tristitiã sit causa quæ coniungať substantiæ spũs: in quantitate & qualitate: immo alias esse cõtingit causas aĩales vtpote operationes aĩales, quæ disponunt spũs ad vnam istarum rerum & videť ꝙ sint ipsæ disponentes spũs ad illud ẽt mediante aduentu alicuius ex illis causis quę sunt intrantes in qualitate spirituum & quantitate ipsorũ ita ꝙ per eas æquatur cõplexio spirituum, & substantia ipsorũ, & multiplicať quantitas ipsorũ, & distinguitur natura ipsorũ: quare disponunt ad gaudiũ: aut accidit eis causa cõtraria & sic ad tristitiã contrario modo disponũt. & illæ causæ extrinsecæ sunt causæ primæ, & istæ substantiales. i. accidentes substantiæ spũs, sunt causæ secundæ, & proximæ: & istæ causæ accidentales remotę non existimanť ꝙ non possint cõputari vel comprehendi in numero, aut difficilis est earũ numeratio: Verum summa earũ sicut puto comprehẽditur in vna intentione: & est quia oĩs actio contrariũ habens, si sępius iteretur, reddit virtutẽ eius cuius est potentiorẽ ad imprimẽdum

C effectum. oĩs aũt fortificatio virtutis fit quædam dispõ ad effectum: hoc aũt sufficiẽter inductione manifestatur. Et enim corpus si pluries calefiat, disponiť ad calefactionem velocem siľr si pluries infrigideť, aut rarificeť, aut spissetur: & in interioribus virtutibus accidit illud. Et enim ex frequẽti actione, et passione fortes habitus generanť in eis: [c] sic enim morales habitus acquiruntur: Huius aũt causa forsitan est, quia passio inhærens continue alicui rei qñ accidit est conueniens substantię eius: quod aũt est alicui conueniens, suo contrario disconueniens est, & contrario disconueniens qñ reiteratur multoties, tunc diminuiť dispositio vel præparatio ei opposita, & additur in dispõne vel ꝑparatione contraria quę est ei conueniens. Declaratio vero supradictæ intẽtionis fit per inductionẽ, et per syllogismum seu per rationẽ assumptam ex per se notis: Manifestare vero illud rõne demonstratiua est valde prolixũ. Consideratio aũt in hoc quæ magis pertinet ad naturalẽ perscrutationem est quia lætandi frequentiã duo consequuntur. Et primum. s. fortificatio naturalis virtutis. Secundum vero rarificatio spũs quam in lætitia pp dilatationem acquirit. Confortationẽ vero naturalis virtutis hæc tria consequuntur, quorũ quodlibet est causa lætitiæ. Primum est temperamentum spũs. Secundũ vero est multiplicatio generationis ipsius loco eius quod ex eo dissoluiť. Tertium est conseruatio ipsius à dissolutione superflua. Rarificationẽ vero spiritus cõsequuntur duo, videlicet dispositio ad motum, & dilatationem pp subtilitatem substantię eius: Et secundum

c Aristot. lib. 2. ethico. cap. 1.

D est attractio nutrimenti propter motum dilatationis in diuersam partem motui nutrimẽti. Ista autem attractio est inclinatio naturalis corporis ad euitandum vacuum. De natura enim est talis motus vt in ipso motu succedere faciat posteriora prioribus. Et secundum hanc naturam trahuntur aquæ valde distantes vsq; ad primos fluxus ipsarum: & venti similiter, & cutis etiam à ventosis, & aqua iterum in fistulis. Tristandi vero frequentiã, duo consequuntur videlicet debilitas naturalis virtutis. Et secundum. s. inspissatio spiritus, propter frigiditatem accidentem apud extinctionem caloris naturalis causatam à vehementi coadunatione, & coarctatione spiritus. Ad hæc vero duo sequuntur contraria eorum quæ paulo ante iam diximus. Est igitur manifestum quod lætandi frequentia disponit spiritum ad lætitiam, & tristandi ad tristitiam. Et ꝙ in dispositis ad lætitiam contristantia non imprimunt, nisi fortia sint, lætificantia tamen debilia imprimunt in eis. Dispositio vero eorum qui sunt præparati ad tristitiam est econtrario.

De differentia debilitatis cordis seu pusillanimitatis, & tristitiæ, & eorum contrarijs. Cap. 7.

IN hoc capitulo considerať dispositio quæ est debilitas cordis, & alia dispositio quæ diciť tristitia seu fastidiũ, & strictura pectoris, quæ ambæ dispositiones similanť, sed tñ inter eas est dña. Similiter in hoc capitulo considerať dispositio quæ est fortitudo cordis, & alia dispositio quæ diciť dilatatio

tatio pectoris,& ambæ istæ dispositiones similantur, inter eas tñ est dñia quæ quidem differentia E inter ipsas est ambigua,et occulta propterea quia ambæ istæ dispositiones ad seinuicẽ consequunť ẽm plurimum:putatur enim de duabus primis ꝙ sint passiuæ dispositiones: de alijs vero duabus quod sint actiuæ:attñ inter extrema vtriusꝗ contrarietatis est de differentia manifesta:primo qui dem quia nõ se consequuntur ad inuicẽ:non enim oĩs debilis corde,est tristis:nec omnis tristis,est corde debilis & iterũ non omnis fortis corde est gaudens,nec ẽt econtrario. Secundo vero qm̃ ipsorum rõnes seu descriptiones sunt differentes: [a] debilitas enim cordis est dispositio sumpta respectu terribilium rerum ẽm ꝙ cor parum tolerat ipsas. Strictura vero pectoris,& tristitia,sumitur respectu contristantiũ rerum qm̃ est paucitas tolerantiæ ipsarum à corde:& terribile nocitiuum quidem est corporale:tristãs vero nocitiuum animale est. Tertio silr̃ differunt quantũ ad consequentia quæ sunt animæ diuersa:nam debilitas cordis mouet ad fugã:tristari vero & pectoris strictura qñꝗ mouet ad resistentiam & ad repellendum,& causat effectũ eius quod est contrarium fugæ.s. inuadendi cõtra nociuum,præterea debilitas cordis tepescere facit motiuas virtutes: tristitia vero excitat & mouet easdem. Et sic in debilitate cordis duæ sunt passiones.s. vna læsionis,& alia desiderij siue affectus ad motum elongantẽ. In tristitia vero seu in strictura pectoris vnica est passio.s. nocumenti vel læsionis:nec naturaliter sequitur eam affectus ad fugã:immo qñꝗ eligitur ipsa fuga:pp intentionem aliam absꝗ ipso appetitu inclinante ad recedendũ, à re nociua & erit ille appe F titus voluntarius seu electiuus,& forsitan eligeť inuasio,& repugnantia,& nõ fuga. Quarto iterũ differunt quantũ ad consequentia corporea diuersa:Debilitatẽ nanꝗ cordis apud obuiationẽ proprij nociui sequitur remissio naturalis caloris,& victoria frigoris: Tristitiam vero apud obuiationem proprij obiecti vel nociui,inflãmatio naturalis caliditatis. Quinto ẽt differũt penes causas dispositiuas diuersas:ad cordis nanꝗ debilitatẽ absꝗ dubio nimia subtilitas spũs sequitur,& frigiditas complexionis ipsius:ad tristitiam vero densitas spiritus,& caliditas suæ complexionis.

A Arist.li.3.ethic. t.2.c.1.&.2.

Qualiter sanguis secundum sui diuersitatem causat differentes passiones cordis. Cap. 8.

SAnguis exuberans clarus tẽperatæ substantiæ, & cõplexionis propterea ꝙ ex ipso generatur plurimũ de spiritu splendido mundo, tpatæ substantiæ,& complexionis præparat ad gaudiũ, & sanguis subtilis clarus additæ caliditatis. Sanguis aũt subtilis,& clarus,& aquosus,et frigidus disponit ad cordis debilitatem,et timorem,propterea quia spũs ex eo generatus est grauis motus ad extra,& inflãmationis modicę pp frigiditatẽ & humiditatẽ illius:& ideo non disponit ad lætitiam, nec ad irã,& est celeris resolutionis pp suamsubtilitatem, est ẽt generationis exiguæ pp frigiditatem. Sãguis aũt grossus,& turbidus,& additæ caliditatis disponit ad tristitiã, & ad iram ẽt perdurantem. Ad tristitiã quidem quia generatur ex eo spũs turbidus:ad irã vero,quia velociter inflammatur pp caliditatem suam: quod aũt efficit firmã irã est spissitudo eius. Spissum enim qñ calefit, G tarde infrigidatur. Ira vero causata ex sanguine cholerico,& subtili velociter excitatur, & deletur, pp intensam caliditatem spũs ex eo generati,et eius tenuitatẽ:si vero cum hoc splẽdidus,& clarus fuerit sanguis,est ẽt lætificãs. Sanguis aũt grossus,& additæ caliditatis,non tñ turbidus quod raro contingit,efficit hominẽ nõ tristem, sed audacẽ,& fortis cordis,& est modicæ iræ, propterea quia lætitia frangit irã: & tristitia disponit ad eam. Ira enim est motus ad expellendũ: lætificantia vero delectationi conuenientia sunt. In delectatione vero fit inclinans motus ad attrahẽdum: idcirco in tali homine ex rebus magnis creať ira:& est vehementer spissus spũs eius:et propter ẽt eandem causam est parui timoris. Sanguis aũt grossus,et additę frigiditatis,& non turbidus,nec tristabilẽ, nec iucundum efficit hominem:nec ẽt fortis irę:sed est mediocriter timidus:& est ẽt hebes,& syncerus in omnibus rebus pp multitudinem sui spiritus ad sanguinem eius. Sanguis aũt grossus, & additæ frigiditatis,& turbidus facit hominem desolabilem,& tristabilem, & etiã lentę iræ, nisi ex forti causa. Et eius ira minus est firma,ꝗ̃ in calido,et habente cæteras conditiones hmõi similes,firmior tñ est in eo ꝗ̃ in sanguine subtilis substantiæ,proinde est homo rancoris aut odij.

De odio, vel rancore.

ODium autem vel rancor est perseuerantia formæ nociui in imaginatione seu phantasia:& perseuerantia simul imaginationis affectus ad vindictam sumendam ex eo:hoc autem est H ideo quia ira est quodammodo firma: & motus ad vindictam non est valde fortis. & ira quidem est non contra valde fortem, nec contra debilem valde. Sciendum est enim ꝙ ira quando cessat velociter,nõ perdurat in imaginatione seu phantasia forma nociui,sed cito deleť,& ideo non causat rancorem. Et silr̃ qñ isti duo scilicet affectus & motus ad vindictã sunt vehementes valde,tunc accidunt duo prohibentia odium seu rancorem,quorum vnũ est attractio vel occupatio animę totaliter ad vindictã & diuersio imaginationis à consideratione intentionum specierum nociui,& à specie & consideratione eorũ quæ sequuntur ad ipsum & ab impressione seu firmatione ipsorum in memoria. De natura enim motiuę virtutis est vt ab apprehensiuis virtutibus retrahat animam: & ẽt econuerso,& de natura exteriorum est vt diuertant ab interioribus & econuerso. Secũdum vero est quia qñ valde intenditur affectus ad vindictam in aliquo, & nõ frangitur à timore peruenit ad hoc ex affectus impressione vt efficiatur quæsitũ quasi apprehensum & iam obtentũ apud imaginationem ipsius. Forma enim ad quã vehemens fit motus & versus eam valde festinať imaginať vel repræsentatur apud imaginationẽ quasi obtenta et iã existens. Cũ vero in imaginatione imprimitur forma quæsiti, siue desiderati, sicut forma iã existẽtis, peruenit in imaginatione, forma

A eius sicut forma rei ad quam terminatur motus. Vnde cassatur affectus ab imaginatione, & delet in eo forma: ita quod in memoria non perdurat: & ideo non fit rancor. Nociuum vero quando est magnum, sicut rex & homo magnæ potentię & dignitatis de quo timor est habendus, tunc desperatio de vindicta obtinenda, & timor prohibent fixionem in anima formę desiderij ad vindictam: proinde non aduenit ei forma desiderij prędicti, neque forma inferendi nocumentum, seu neque forma rei nocentis in imaginatione vel cogitatione: quinimmo repræsentatur forma timoris, quę mouet desiderium ad fugam non ad inuasionem: & ideo tunc in anima non perdurat forma rancoris. De pueris aut, & debilibus: quia facilis est posibilitas sumendi vindictam ab eis, & modicum timetur, repræsentatur ac si iam fuisset accepta: Etenim nimia leuitas accipiendi vindictam, repræsentatur apud imaginationem quasi obtentum, & iam existens: imaginatio aut mouet non secundum id quod in re, sed secundum id quod in ea repræsentatur: & ideo quando apud eam vindicandi leuitas pręsentatur quasi obtentum, reputatur vindicatio ex debilibus sicut accepta: & idcirco in continenti cadit affectus ad eam, & omnino delet. Quod aut imaginatio moueat secundum repræsentata, non secundum exigentiam rerum, manifestatur ex eo: quod homines mel abhorrent, quando apud eos assimilatur euomitæ choleræ: similiter cibos laudabiles atque sapidos, quando colores eorum assimilantur coloribus horribilium corporum: & etiam forma formis, quamuis etiam talia non esse credantur: Similiter in proposito quando quædam similitudo rei supradi-

B ctæ repræsentatur, siue propter vehementiam motus desiderij, siue propter leuitatem acquirendi desideratum patitur ab eo imaginatiua passione ac si esset obtentum, & ac si iam realiter esset, & ideo non fit rancor: Sic ergo ex prædictis in præcedenti capitulo est manifestum quod inter complexiones superius nominatas vltima est valde disposita ad rancorem.

De differentibus modis lætificandi, & confortandi, repertis in medicinis. *Cap. 9.*

MEdicinæ lætificantes, lętificant quidem propter aliquam supradictarum causarum, vtpote vel quia nutriendo restaurant spiritum, sicut vinum: Aut præbent ei splendorem, & lumen, sicut margarita, & sericum, per id quod in eis est de exiccatione vel exuccatione: Aut congregando, eos aut prohibendo celerem dissolutionem ipsorum, sicut kebuli, & karabe, & coralli vel albesd: Aut temperando complexionem siue cum caliditate vt doronicum: siue cum frigiditate vt camphora, & aqua ros. Aut confortando substantiam ipsorum cum conuenientibus naturæ eorum delectantibus ipsos sicut species boni odoris & dulcia. Aut sequestrando melancholicum & turbidum vaporem ab eis: sicut buglossa, & lapis lazuli: & illud separatim, vt dictum est, aut coniunctim: sicut si coniungatur corallus, & karabe, & buglossa quemadmodum docebimus in cap. vltimis huius libri. Aut forte lætificant propter proprietatem solam occultam sicut iachut. Proprietas autem quandoque coniungitur alicui præ-

C dictarum causarum: sicut in muscho, & ambra: hæc enim lætificant cum proprietate quæ iungitur aromaticitati refocillanti spiritus: similiter etiam succus matianorum, ipse enim lætificat cum proprietate: Et quando spiritus complexio est calida, valde lætificat quidem cum proprietate ignota, & cum aliqua causa ex cognitis, valet cum frigiditate. doronicum similiter quidem cum proprietate lætificat: Et quando spiritus complexio frigida est: lætificat etiam cum proprietate simul temperando complexionem, ipsorum & calefaciendo eos, & quandoque aggregatur proprietas cum causis cognitis pluribus quam vna sola. Supradictarum aut illa quæ proprietati coniungitur quandoque est vniuersalis: quandoque particularis: illa ergo quæ vniuersalis est, nullius eget repressione in aliqua causa debilitatis cordis aut tristitiæ: qualis causa est aromaticitas. Si vero particularis fuerit, in aliquibus eget repressione, sicut frigiditas succi vel syrupi matianorum, quæ inquam lætificat in vna complexione, & non in alia. Cum ergo quis in frigida complexione vti proposuerit ad lætificandum syrupo matianorum cum proprietate sua, frangere oportet cum calefacientibus ipsius frigiditatem: & erit rectius vt illud quo corrigitur causa particularis sit habens cum qualitate requisita proprietatem etiam lætificandi, sicut si misceatur syrupo matianorum aliquid muschi vel ambræ, quando secundum intentionem curationis ad lętificationem propinatur frigidam complexionem habenti. Ad qualitates aut conuenientes substantiæ spiritus cum appetitu inclinatur virtus sentiens eas, & reliquæ substantiæ spiritus per naturam, sicut sunt aromaticitas & dul-

D cedo: has enim ambas appetunt virtus olfactiua, & gustatiua: & vitalis virtus etiam inclinatur naturaliter ad ipsas. Duarum enim medicinarum æqualium in virtute dulcior quidem & aromatica magis efficacioris est iuuamenti, propterea quod virtus attractiua hepatis & membrorum recipit eam fortius: & spiritus celerius inde nutritur: si potentiam habuerit nutriendi. Et ab ea celerius patitur quæ habuerit qualitates prædictas si ipsæ ambæ fuerint medicinales. Veruntamen subiectum aromaticitatis est substantia subtilis, vaporosa siue fumalis: subiectum aut dulcedinis est spissa substantia terrestris: & ideo aromatica magis congrua sunt nutrimento spirituum: dulcia vero corporis nutrimento: proinde in cordialibus medicinis potius exigitur aromaticitas quam dulcedo, & medicinæ hepaticæ potius exigunt dulcedinem quam aromaticitatem: Quoniam cor est minera generationis nutrimenti spirituum. Hepar aut est minera generationis nutrimenti corporis. Et illud quod de aromaticitate exigitur in hepate est plus quam illud, quod de sapore exigitur in corde. Idcirco quia hepar est minera spiritus naturalis: non quidem minera generationis ipsius immo est minera permanentiæ eius apud contemplatores veritatis, & non apud eos qui speculantur in scientia medicinæ tantum. Et spiritus quidem naturalis inclinatur ad aromatica, & confortatur cum eis, & nutritur seu refocillatur ab ipsis, & virtus naturalis confortatur cum confortatione spirituum absque dubio.

De proprietate,

De proprietate, quid sit & quantum differat à naturalitate. Cap. 10. E A Aristote. lib. 2. phi. t. 3.

PRoprietas non est in veritate res alia à natura, & [a] diffinitio quidem naturæ est ꝙ ipsa est principium motus, & quietis in rebus in quibus est per se cunctarũq; operationũ per se quæ attribuuntur proprietati. Veruntamen differt proprietas à natura, sicut proprium à cõi. Vulgaris aũt opinio est ꝙ differant sicut opposita: veruntamen non est sic: sed veritas quidem est, ꝙ in elementis, quæ subiecta sunt generabilium & corruptibilium corporũ sunt quædã virtutes actiuæ primę prout existunt in statu simplici. s. prout sunt virtutes ignis & terræ & aquæ & aeris. [b] Et post eas (B Lib. 1. F. 2. do. 2. c. 15. & li. 2. t. 1. c. 1.) sunt secundæ, cũ acciderit in eis complexio cum qua acciderit eis dispositio vel præparatio ad recipiendum eas ſm vnam duarum opinionum: quarũ quidem vna est, ꝙ quædam formæ cum aduenniunt in materia, acquiritur dispositio quæ prius non erat. Alia vero ꝙ oẽs formarũ dispositiones inhærẽt materiæ vel hyle ex sui primordiali origine. Sed qñ aliqua ex formis aduenit materię, prohibet quasdam dispositiones seu præparationes. Cũ vero alia forma superuenit auferens præexistentem, cassando illã, cassat prohibitionem ipsius, & tunc hyle ad naturalẽ potentiã dispositionis regreditur: Sed qualitercunq; sit, hoc est verũ, ꝙ ex formis & virtutibus est aliqua quæ non existit in dispositione simpliciũ, & non completur quidẽ præparatio ad eam nisi post cõmistionem simplicium: verbi gratia [c] sicut est in magnete virtus attractiua ferri & non est inuẽta in vna duarum (C Li. 1. Fẽ. 2. do. 2. cap. 15.) virtutũ in elementis per se sed est ab extra à manatione diuina procedente in oĩbus rebus & extra F hente cunctas virtutes de potentia in actum [d] ſm vnum duorũ modorum aut mediante præpara- (D Lib. 2. t. 1. c. 1.) tione prima inhærente materiæ seu hyle aut mediante cõplexione quæ quidem complexio disponit ad receptionẽ prædictę virtutis, & non est ipsamet virtus, nec efficiens ipsam. Et eadem quidẽ vltima responsio quæ est ad quæstionẽ de proprietate facta, est responsio facta ad quæstionem de natura: sicut enim qñ quæritur pp quid comburit ignis, nemo potest aliter dicere vel respõdere ꝙ̃ pp caliditatem suam: & hoc quidem nihil aliud dicere est, ꝙ̃ quia habet per naturã caliditatem cõbustiuam: silr̃ si dicatur, quare magnes attrahit ferrum? non potest quidem aliter responderi, ꝙ̃ ꝙ dicatur ꝙ naturalem habet virtutem attractiuã ipsius. Ex quo patet qm̃ sicut sciens ꝙ propter caliditatem cõburit ignis, est sciens ſm veritatem, & non est ignorans. Silr̃ & qui scit ꝙ magnes attrahit ferrum, quia virtutẽ habet cuius natura est attrahere ferrũ: sicut natura virtutis quæ nominatᷓ caliditas est in igne comburens, proculdubio sciens est nõ ignorans, sed cõbustiua quidem virtus nomen habet appropriatũ: alia vero nõ: & illa est nota vel vsitata, & ista est extranea, Nec opinandum est ꝙ rei perfecta notitia per nomen habeatᷓ, ita vt qñ intentioni non est nomen nullo modo sciatur, neq; notitia effectus tollit seu remouet ignorantiã modi seu causæ extraneæ. Prædicta aũt responsione non sunt contenti vulgares: ideo quia supponitur apud eos, ꝙ oĩs operatio procedẽs à corpe fiat à caliditate, vel frigiditate, vel humiditate, vel siccitate: aut grauedine, aut leuitate, aut G motu, vel aliquo ex his quæ in simplicibus manifeste inueniuntur. Cũ ergo actio nulli attribuitur prædictorum: nec est manifesta ratio à qua procedat esse ipsius, putant ꝙ oĩa principia eius ignota sint: cum tñ non ita sit. Etenim intelligens, bene scit quia procedit vel à virtute naturali, vel aĩali, vel intellectiua, vel accidentali. Cætera quæ dicũtur super actione magnetis. s. ꝙ trahit ferrum cũ caliditate sua, vel frigiditate, vel anima existente in ipso magnete vel cum emissione corporũ [e] cur- (E Ga. li. 1. de natu. fac. c. 14. e) uorum ad modum hami, vel cum similitudine quã natura eius habet cum natura ferri, vel cum vacuitate quæ est in ipso, omnia inquã falsa sunt: quorum falsitas consideranti veritatẽ leuissime reuelatur, & [f] veritas quidem est ꝙ magnes adipiscitur virtutem ferri attractiuã cum complexione: (F Gal. lib. 1. loc. affect. c. 7. a) sicut planta acquirit cum cõplexione nutritiuam virtutem, & ignorantia de ista virtute quare potius sit in magnete ꝙ̃ in aliqua re alia est ignorãtia de re alia ab illa de qua est sermo. Et hęc est ignorantia principij à quo prouenit esse istius virtutis nõ magis attributa proprietati ꝙ̃ naturæ cognitæ: secundus vero modus ignorantiæ est respectu recipientis, & est dubitare de causa pp quam ad receptionẽ huius virtutis disponitur plus ꝙ̃ aliquod corpus: & hæc silr̃ ignorantia ẽt est non attributa proprietati, immo ista ignorantia est in nobis de coloribus, & odoribus, & virtutibus animę, cæterisq; similibus. De omnibus enim his rebus scimus, qm̃ ad actum essendi perueniunt à principijs actiuis quorum causa Deus est benedictus: & scitur etiam, qm̃ illud est propter appropriatio- H nem materiæ, causa dispositionis sequentis complexionem: ponimus ẽt proportionem simpliciũ causare complexionem aliã, [g] quam quidem proportionem simplicem huius commistionis ignorabimus quãdiu viuemus in hoc mundo. vnde patet qm̃ ignorantia causarum penitus huius vir- (G Lib. 1. F. 1. do. 3. c. 1. & lib. 5. t. 1. c. 1.) tutis in magnete non est mirabilior, ꝙ̃ ignorantia causarum disponentium res ad rubedinem, aut citrinitatem, immo disponentiũ corpus ad animam recipiendam. Sed à rebus quidẽ consuetis admiratio cadit, et negligit anima de ipsis inquirere: quod aũt raro est, excitat admirationem, et inducit ad inquirendum, & ad speculandũ de causis eius. In summa ergo, proprietas est natura inuẽta in commistis corporibus, procedens in eis à superna & plenissima influentia, pp complexionem propriã, quæ particularem & propriã dispositionem acquirit. Et istæ est sermo de proprietate ſm veritatem. Veruntamen ſm consuetam opinionem differt proprietas à natura, qm̃ proprietas dicitur virtus in commistis inuenta corporibus, à qua procedit in alio corpore actio insueta quantũ ad manifestam naturam. Dicitur vero natura, virtus qua corpora simplicia operantur. De hoc igitur ad tantum se extendit cognitio vulgarium, & debiliter perscrutantium veritatem. Q; si ignis esset res difficilis inuẽtionis, & de longinquis partibus afferretur, admirareᷓ vtiq; vulgus de pro-

A prietate eius amplius q̃ de proprietate corporum cæterorũ:& inquireret attentius de causis proprietatis ipsius, q̃ de causis aliarum proprietatum: qm̃ ipsius operationes valde mirabiles sunt. Etenim præsentia eius extrahit visum de potentia ad actũ:& tangi se prohibet:& ascẽdit sursum: & ascendere facit ea quæ vincere potest:& generatur ex modico ipsius in vna hora quantitas magna,& corrumpit oẽ illud cui obuiat,& transmutat ad sui substantiam: nec ẽt minuitur si accipiatᷣ ex eo:Et hæc quidem in veritate mirabiliora sunt,q̃ tractus ferri à magnete, vel q̃ cæteræ proprietates.Sed qm̃ ista vsitata sunt,& quotidie apparentia,cadit ab eis admiratio, & solicitudo perquirendi causam ipsorum.Actio vero magnetis quia rara est,& inusitata,inducit admirationẽ,& prouocat ad inquirendum de causa ipsius.

TRACTATVS II.

De numero,& notificatione virtutum medicinarum in genere. Cap. I.



Xpedit vt tractare volentes de conditionibus medicinarum cordialium, memoremus opera cuiuslibet speciei ipsarum,ante tñ hoc conueniens est, vt omnium medicinarum vniuersaliter qualitates ẽm ordinem numeremus, diuidentes:qm̃ qualitatum medicinarum quædam inhærent ipsis substantijs medicinarum ex se, siue ante patiantur à corpore,siue non:Quædam vero eis attribuuntur per comparationẽ ad
B effectum quem in corpore derelinquunt,& in his quæ in ipso reperiuntur.Qualitates aũt quæ in ipsis substantijs medicinarum rõne sui attribuuntur,sunt verbi gratia:caliditas,frigiditas,siccitas, humiditas,subtilitas,& grossities,& cõgelatio,& comminuibilitas vel frangibilitas & viscositas, liquiditas,& sicut vapores & odores.Dicitur aũt calida quæ cum passa fuerit à naturali virtute nostri corporis,calefit primo,deinde calefacit postmodum corpus nostrum. Silr̃ intelligẽdum est de
A Lib.2.t.1.c.4. frigida,& sicca,& humida.[a] Subtilis vero medicina quæ postquã passa fuerit à prædicta virtute in
B Lib.2.t.1.c.4. corpore nostro,velociter in minimas partes diuiditur quantũ est possibile,sicut cinnamomũ,atq; crocus.[b] Grossa vero dicitur quæ huic contraria est,sicut cucurbita,& gypsum.Coagulatiua vero
C Fluẽs li.2. ibi. medicina est,cuius partes difficile est vt moueantur à loco in quo ponũtur.[c] Medicina vero liqui
D Lib.2.t.1.c.4. da est,cuius partes de facili recedunt à loco in quo ponũtur.[d] Viscosa vero dicitur quæ tolerat extensionem absq; intercisione.[d] Cõminuibilis vero medicina est quæ diuidi potest in minimas par
E Cap.3. tes à debili causa.Quid aũt sit sapor,& odor,iam [e] notum est. Qualitatum aũt quæ medicinis attribuuntur respectu impressionis quæ in corpore relinquitur,quædã accipiuntur ab actionibus ab-
F Gal.lib.5. simp. cap.1. solutis:quædam vero ab actionibus relatis ad plurimas corporis partes.[f] Primæ vero sunt quæ significantur,cũ dicitur medicina subtiliatiua,aperitiua,relaxatiua,lauatiua,incisiua,attractiua,mordicatiua,dissolutiua,abstersiua,& asperatiua,rubificatiua,vlceratiua,pruritiua,combustiua,corro-
C siua,putrefactiua,cauterizatiua,maturatiua,digestiua,inflatiua,frangitiua ventositatis, & in alio ordine medicinarum est medicina ingrossatiua,inuiscatiua,lenitiua,lubrificatiua,constrictiua,expressiua,oppilatiua,repercussiua,stupefactiua,cõfortatiua,incrudatiua,mortifera,corruptiua,seu venenosa theriacalis.Aliæ vero qualitates sunt quę significantur,cum dicitur medicina laxatiua, prouocatiua vrinæ,aut sudoris aut sanguinis prouocatiua aborsus & prouocans sputum & vomitiua,retentiua sanguinis,aut vrinæ:constipatiua,cicatrizatiua vlcerum,faciẽs nasci carnẽ solidans vlcera,& mundificatiua ipsorum,& excoriatiua.Ad distinctam aũt cognitionem cuiuslibet quali
G Lib.2.t.2.c.4. tatum volumus explicare cuiuscunq; prædictorũ vocabulorum intentionem.[g] Subtiliatiua ergo medicina est illa,quæ substantiam humoris efficit tenuiorem,leuiter dissoluendo cũ temperata caliditate.Resolutiua vero medicina est illa,quæ pp̃ excellentiam suæ caliditatis humorẽ diuidit sub forma vaporis,& eius partes extrahit successiue à loco in quo includitur,donec consumatur.[g] Abstersiua quidem est,quæ remouet à superficie membrorum,& orificijs pororum coagulatas & viscosas humiditates.[g] Exasperatiua vero est quæ membrum efficit in superficie diuersarum partiũ quo ad situm:& exasperãs quidem efficitur abstersiua,qñ remouet vel abstergit à membro solidæ substantiæ sicut cartilago,& os,& neruus cum fuerint partes membri diuersæ in situ, & iam pertransierit super eas humiditas leniens vel applanans:quare medicina abstergens illam humidita-
H Lib.2.t.2.c.4. D tem tunc reducit ipsas partes ad asperitatem.[h] Aperitiua est quæ non tm̃ ab orificijs meatuũ, sed à concauitatibus ipsorum,mouet materiã ad extra,intus cõtentam.[h] Relaxatiua est quæ substantiam membrorum habentium spissos poros efficit leniorẽ caliditate & humiditate propter quod fiunt porositates ampliores & magis apertæ & expulsio superfluitatum quæ cõtinentur in eis fit
I Lib.2.t.2.c.4. leuior.[i] Lauatiua vero est,quæ abstergit,& nõ cum actiua virtute,sed cum passiua.s. humiditate: & hoc ideo,quia currit super orificia pororum,leniens humores viscosos, & congelatos,existentes ibidem,sua humiditate & fluxibilitate cõmiscendo se illis:quãobrem remouet eos abinde propter motum eius super illorum superficies:sicut aqua hordei, facta cum aqua dulci, q; si fuerit ibi
K Lib.2.t.1.c.4. virtus abstersiua,erit ablutio fortior,sicut est aqua saponis,& aqua alusnen.[k] Incisiua aũt est medicina subtilis perfecte potẽs penetrare inter superficiem membri, & superficiem viscosi humoris,
L Lib.2.t.1.cap.4. & Lib.1. Fẽ.1.doc. 6.c.3. & Gal. lib.6. de v.p. cap.15.a, & lib 3. de natu. fac. cap.15.g adhærentis ei,donec separet ipsum ab ea:& similiter penetrare potẽs inter partes humoris,donec diuidat eas,& à continuitate remoueat diminuens vel paruificans magnitudinẽ ipsius humoris, seu paruas efficiens partes magnitudinis ipsius humoris absq; subtiliatione substantiæ aut cõsumptionis substantiæ ipsius facta cum resolutione.Et incisiuum quidem opponitur adhærẽti viscoso quẽadmodum subtiliatiuum ingrossatiuo vel inspissatiuo opponitur.[l] Attractiua vero est medicina

dicina habens virtutem valde penetratiuam, mouens humorem, quẽ attingit, ad superficiem, aut E cum proprietate, aut cum calefactione. Calefactione quidem quia dissoluit, & ad locum dissolutæ humiditatis, necessitate vacui, alia subsequitur vice primæ. Iterum ẽt quia rarificat: propter quod attractio fit ad replendum vacuitates vel concauitates rei rarificatę. Et iterum propterea quia causat dolorem: Et ad membrum quidem dolens cõfluunt materiæ duplici de causa: Quarum prima est quia dolor virtutem membri debilitat, & idcirco recipit superfluitates quæ ab alijs mẽbris expelluntur ad ipsum: Secunda vero est, quia spiritus naturalis procedit ad ipsum ad impugnãdum causam nociuam quem sequitur sanguinis multitudo. [a] Mordicatiua vero medicina est illa quæ habet qualitatem acutam subtilem penetrantem, causans in cõtinuitate solutionem multiplicem numero, paruæ tñ quantitatis, & propinqui situs, generans dolorem. [a] Rubificatiua vero est, quæ forti caliditate membrum cui obuiat calefacit in tantũ vt ad ipsum fortiter trahat subtilem sanguinem attractione faciente peruenire ipsum ad exteriora vel ad superficiem, quare rubificat eã sicut sinapis & ficus & mentastrum, & rubificatiua quidem vicem cauterij supplet in cute. [a] Vlceratiua vero est quæ habet potentiã rubificandi adeo excellẽtem, vt dissoluat humiditatem continuatiuã partium quibus obuiat, causatq; vlcera vel vulnera, & attrahit ad ipsum superfluitates, quamobrẽ vlcus efficiunt: qualis est anacardus. [a] Pruritiua aũt est quæ potest acumine & caliditate sui vsq; ad poros humores mordicantes attrahere. nec tñ vlcerare potest quemadmodũ chebichengi. [b] Adu F stiua vero est quæ facit euaporare humiditatem ab humoribus, relinquens cinereitatem ipsorum in corpore, sicut euphorbium, & assa fœtida. [b] Corrosiua vero est quæ dissoluendo & vlcerando, peruenit ad diminuendum substantiam carnis. [b] Putrefactiua vero est, quæ continuitatem mẽbri corrumpit dissoluendo naturalem spiritum, atq; calorem ipsius, naturalem absq; eo q corrodat ipsum, aut cauterizet, aut comburat: sed relinquit in eo humiditatem in quam agit calor innaturalis. Dispositio aũt humiditatis in quam agit calor innaturalis, putrefactio nominatur. Tales aũt medicinæ sunt arsenicum, & thapsia. [b] Cauterizatiua vero est quæ cutem comburit taliter, vt eius consumat humiditatem, præter illã quæ aggregat vel continuat partes eius & eas indurat sicut in eo quod assatur: quamobrem efficitur substantia cutis oppilans meatum humoris fluentis. [b] Maturatiua medicina est illa quæ rectificat substantiã humoris, vtpote subtiliando tẽperate si fuerit grossus, aut econtra propter quod ad expellendam habilitat. Et illud quidem facit qñq; cum substãtia sua: nam si subtilis fuerit, subtiliat nimis grossum: si vero grossa, quod nimis est subtile, ingrossat. Quandoq; vero facit illud cum qualitate, nam si fuerit calida, maturat per se: frigida vero, per accidens. Etenim calida subtiliat quod est grossum, & naturaliter separat inter corpora, & rem extraneam: frigida vero qñq; nimis subtilis procurat substantiam mediocrem, & nimiæ caliditatis complexionem temperat. Et [c] oẽ quidem quod à calido liquefit, à frigido coagulatur: & econtra. Et cũ G est subtiliatio humoris à caliditate extranea, tunc est possibile caliditati naturali expellere ipsum, & frigidũ quidem frangit acuitatem vel acumen caliditatis extraneæ contrariæ caliditati naturali: & tunc dominatur caliditas naturalis. [d] Digestiua vero medicina est quæ trãsmutat cibũ in humores laudabiles, quibus corpus nutritur: & humores in substantiam corporis. [e] Inflatiua vero medicina est in cuius substantia dominatur grossa humiditas extranea in qua cum egerit caliditas naturalis moderatæ quantitatis, generatur inde ventositas, quę non dissoluitur, sicut sunt faseoli. Istarũ vero medicinarum quædam causant inflationem in stomacho: quędam in venis, in quibus cũ prędicta humiditas fortius est commista, non dissoluitur inde multa ventositas, nisi apud separationẽ partium medicinæ: idcirco causatur in venis inflatio, non in stomacho. Tales autẽ medicinæ sunt sicut zinziber, & eruca: & sunt medicinæ congruentes ad excitandum libidinem. [e] Fãrgitiua ventositatis medicina est quæ caliditate subtili penetrante succurrit defectui caliditatis debilis, quæ cõuertit humiditates in ventositatem quã resoluere nequit, & resolutio huius medicinæ qñq; peruenit ad resolutionem vẽtositatis causatæ in venis à cibis & medicinis: quale est semen rutæ, & agnicasti, & huiusmodi medicinæ nocent libidini. [f] Ingrossatiua vero medicina est contraria subtiliatiuæ. Inuiscatiua seu [g] conglutinatiua vero medicina est medicina viscosa quæ expanditur vel extenditur super orificia meatuum & oppilat ipsa. Et [h] lenificatiua medicina seu applanatiua est cõ H glutinatiua quæ extenditur supra superficiem membri diuersarum partium in situ. s. asperi, sicut stomachi, & matricis, & tracheæ arterię, quamobrem causat in eis superficiem extraneam lenem. [h] Lubrificatiua autem medicina est quæ humectat superficiem corporis in meatu retenti, & liberat meatum ab eo quod retinetur, corpus quidem retentum cum grauitate propria et naturali nõ mouetur: propter quod medicina efficitur per accidens mouẽs ipsum, quales medicinæ sunt pruna, & mucilagines. [h] Constrictiua vero medicina est sicca causans in membro siccitatem, & coadunationem ipsius ad seipsum, vnde obturatur transitus & meatus. Et [i] compressiua seu expressiua medicina est illa medicina quæ peruenit ex cõstrictione & coadunatione partium membri ad inuicem, quam ipsa facit vt cogantur humiditates subtiles in eius concauitatibus permanentes, exprimi violenter ex motu eius opposito. [k] Oppilatiua medicina est illa, quæ in meatibus currẽs resistit virtuti motoris, & remanet apud quãlibet constrictiuã, & replet vlcus, sicut est lutum comestibile. [l] Repercussiua vero, medicina est frigida, quæ adeo infrigidat membrũ, q ipsum inspissat, & eius meatus restringit, & fluens ad ipsum congelat, & inspissat extinguẽdo caliditatem ipsius: quãobrem retinet ipsum, & prohibet eius motũ, & proprie si fuerit grossæ substantię, sicut oleum

rosatum

A Lib. 2. t. 1. c. 4.
B Lib. 2. t. 1. c. 4.
C Lib. 2. t. 1. c. 3. & Arist. lib. 4. meteo. t. 35.
D Lib. 2. t. 1. c. 4.
E Lib. 2. t. 1. c. 4.
F Lib. 2. ibidem.
G Lib. 2. ibidem.
H Lib. 2. t. 1. c. 4.
I Lib. 2. ibidem.
K Lib. 2. t. 1. c. 4.
L Lib. 2. t. 1. c. 4.

A Lib.2.t.1.c.4. A rosatum infrigidatum,& mucilago psyllij,& consimilia. [a] Stupefactiua, est medicina frigida,quæ adeo infrigidat membrum,qp pp frigiditatem alterat substantiam spūs penetrantis in ipsum, ad cō plexionem frigidam & extrahit ipsum à complexione sua quæ recipit virtutem sensus, & motus, & permutat ēt complexionem ipsius membri,vnde amputat sensum eius. [a] Confortatiua medicina est quæ adeo temperat substantiā & complexionem membri, vt prohibeat ipsum recipere nocumenta aut cum proprietate:sicut lutum sigillatum, & theriaca aut cum sua temperata complexione ita.s.qp infrigidat nimis calidum, & nimis frigidum calefacit, quēadmodum de oleo rosato B Lib.3.simpli. c.11.b iudicat [b] Gal. [c] Incrudatiua medicina est quæ frigiditate sua prohibet maturationem, & digestio- C Lib.2.ibidem. nem,sicut aqua frigida cū bibitur in apate stomachi. [d] Mortificatiua medicina est illa, quæ corrum D Lib.2.t.1.c.4. pit complexionem,& substantiam spūs cordis:aut per formam ipsius specificam, sicut venenum: aut per excellentiā alicuius qualitatis actiuæ,sicut opium per frigiditatē, & euphorbium per caliditatem. [d] Medicina aūt quę proprie appellatur venenum,est illa,quæ corrumpit complexionem spūs per contrarietatē substantiæ speciei suæ ad substantiam & speciem spūs, sicut napellus. [d] Medicina aūt theriacalis,& liberans à veneno,est illa,quæ cōplexionem spūs ab impressione veneni reducit ad naturalitatem,& ab ipsa præseruat eā cum sua proprietate. Medicina aūt prouocatiua vrinæ,ac sudoris,& medicina laxatiua,& iterum sanguinis eductiua,& retentiua ipsius, & his cō- B similes,manifestas quidem habent intentiones,quapropter notificatione non indigent.

Quæ sunt virtutes medicinarum,quæ ad confortationem cordis, & lætificationem conferre possunt aliquo modo. *Cap. 2.*

SVpra nominatarum medicinarū,quædam medicinas cordis ingrediuntur: quædam vero nō. Faciemus aūt nunc de ingredientibus mentionē: Medicinæ laxatiuæ prosunt ad confortationem cordis dupliciter: Vno quidem modo intenditur iuuamentū cum eis procurari iam dictum per euacuationē nociui humoris à toto corpore,aut à partibus cordis, & cerebri, sicut fit cū decoctione epithymi,aut cum pilulis sabiar cū epithymo factis.Secundo vero modo qn̄ intenditur cū medicina laxatiua non prædicta euacuatio, sed mundificatio tantum sanguinis qui proprie est in corde,ad hoc qp spiritus mundus generetur in eo,sicut qn̄ ponitur in medicinis cordis lapis lazuli, aut armenus:ex quibus medicinis cum peruenerit earū virtus ad cor, adipiscitur ex eis natura cordis virtutem expulsiuā melancholici humoris à sanguine tendente ad ipsum, & melancholici vaporis à spiritibus generatis in eo,& illud quidem iuuamentum procedit ēt ex corde ad cerebrum. Nocet verūtamen medicina solutiua cordi,qm̄ omnis euacuatio naturæ duobus modis nocet.Primo quidem,qm̄ cum eo quod nociuum est, euacuatur aliquid de conueniente naturæ. Secundo vero,qm̄ affert supra naturā & membra,quod trahit à membris & violentat naturam, qm̄ natura C trahit humores ad sedem ipsorū:& ibidem quiescere facit eos. Medicina vero laxatiua huic contrarium efficit:& dum ipsa non accidere facit debilitatē in virtute naturali & defectū,tunc ipsa nō præualet eis seu non potest super eos:theriaca aūt sistit vomitum,atqp fluxum ventris confortādo naturam,& faciendo eam dn̄ari super id quod est venenosæ substantiæ,cū qualitate enim veneno E Lib.1.Fē.3.doc. 1.cap.1. sa fit euacuatio.Et iccirco [e] fertur bene dixisse sapiens Hipp.qp medicina laxatiua mundificat, atqp inueterat. Rursus aūt iuuamentum laxationis maius quidem est in tristitia pp mundificationem spiritus q̄p in cordis debilitate.Laxatio nāqp diminuit materiam spūs,& debilitat cordis virtutem. Medicinæ vero prouocantes vrinā,& sudorē,sunt vtiles in debilitate cordis,quæ causatur ex subtilitate sanguinis,& eius aquositate:nociuæ aūt in tristitia,quæ causatur ex turbido, ac melancholico sanguine,qm̄ augent sanguinis siccitatem,& grossitiem,& turbulentiam melancholicā.Euacuatio vero sanguinis nocet debilitati cordis,quæ causatur ex frigiditate sanguinis,& paucitate & subtilitate prodest aūt debilitati quæ causatur ex suffocatione caloris naturalis, & superfluo sanguine,sicut in casacan seu tremore cordis sanguineo.Medicina subtiliatiua medicinis cordialibus associatur,qn̄ tristitia causat̄ ex turbiditate sanguinis,aut in debilitate cordis quæ ex grossitie sanguinis,et eius frigiditate causatur,vnde generatio multi,et temperati spiritus prohibetur.Eodem vero modo similiter abstersiua,& aperitiua illis adiūgitur,vt cum sui aperiendi potētia penetrare D faciat medicinas cordis,quæ sunt sicut karabe, & terra sigillata. Inflatiua medicina valde nociua est tristibus,& corde debilibus, qm̄ replet substantiam spiritus vaporibus non proportionatis incongruis,& intransmutabilibus ad ipsos & habentibus se ad ipsos sicut se habēt superfluitates ad membra:obtenebrant ergo spiritus,atqp grauitant,& ad suas operationes debiles eos reddunt,pp quod debilitationem cordis atqp tristitiam simul causant.Cōstrictiua medicina, & glutinatiua medicinas cordis ingrediuntur,vt substantiæ spūs soliditatem,& continuitatem laudabilem tribuāt: ne velociter dissoluatur quodlibet leui motu:verūtamen ipsarū vtilitas in debilitate cordis est maior,q̄p in tristitia,qm̄ ex subtilitate spūs,& sanguinis,cordis debilitas amplius accidit. Tristitia vero potius fit ex grossitie sanguinis & turbulentia eius. Repercussiua vero medicina tunc medicinas cordis ingreditur qn̄ propter debilitatem eius causatam à mala cōplexione calida, patitur nocumenta.Stupefactiua medicina ponitur in medicinis cordis, vt virtutes ipsarum à corruptione custodiat in via vsqp ad cor,& in corpore post modum tpe sufficienti etiam remaneat ad faciendū impressionem sicut opium in confectionibus cordialibus.Medicinæ aūt confortātes theriacitate sua omnes inquam medicinas cordis ingrediuntur, qm̄ humanæ naturæ eius proprietate conueniunt,cuius inquam naturæ principium cor existit,& qm̄ etiam cor confortant,vt à venenis non

patiatur,

patiatur, quales sunt doronicum, & zurumbed, & muschus: Et oẽs quidem medicinę lætificantes E cor, & confortantes ipsum, sunt theriacales, non tamen oẽs theriacales sunt lętificantes: propterea quia quædam ipsarum sunt valde calidæ vt castoreum, quædam valde frigidæ, sicut camphora, & semen lactucæ, & portulaca. Et sunt quędam theriacales illis qualitatibus indigentes qm̃ venenũ quod est cum sui substantia contrarium substantiæ spũs efficitur ẽt ei contrarium cũ qualitate sua & qñq; venenum non est contrarium nisi cum qualitate sua solum modo, ita vt sint tunc necessariæ illæ qualitates theriacalium prædictorũ: & fortasse in theriaca necessaria est caliditas vehemẽs multis ex causis quæ sunt vt sit spiritus fortis motus & vehementis extensionis vel sparsionis vt obuiet veneno ex longinquo præcipue cũ theriacali proprietate vel cõtrarietate quare resistat veneno impugnando, & expellendo ipsum antequam cor attingat, & vt sit fortis ad corrumpendũ, & comburendum venenum in modico tpe in quo, cum hoc quod dictum est, insuper cõseruatur spiritus in suo saluo esse theriacali proprietate. Facilitãs sputum vero medicina prodest cordi, qm̃ alleuiat anhelitum vt inde cor melius euentetur. Resolutiua medicina, debilitati cordis, & tristitię valde nocet, nisi ex grossitie spũs, & frigiditate causetur, & in corpore sint crudi humores: nocet aũt debilitati cordis, propterea quia dissoluit spiritũ exiguum, & subtilem, quod enim dissoluitur quæcunq; sit substantia eius, ex genere est vaporis, & venti. Tristibus aũt nocet, qm̃ tristitia si causatur ex paucitate spiritus, dissoluendo addit in paucitate, aut spiritum efficit turbulentum cum re F solutione subtilis & additione spissitudinis in eo quod remanet. Q̃ꝫ si necessitas coegerit vt ea, expedit ei commisceri confortatiuas medicinas, & congregantes, aut continuitatem seruantes, dum tamen sint ex his quæ conueniunt cordi sicut mentastrum, & sicut myrobalani kebuli.

De simplicibus medicinis cordialibus secundum ordinem alphabeti. *Cap. 3.*

POstquam locuti sumus de vniuersalibus iudicijs medicinarum, & ostendimus via vniuersali quæ ex eis medicationi cordis conueniunt, & quæ non, & etiam propter quid, nunc iam expedit, vt tam ad iudicia particularia medicinarum cordialium simplicium, quàm compositarum, à modo descendamus, à simplicibus inchoantes secundum ordinem alphabeti.

Inquit translator, Quoniam alphabetum arabicum nequit ordinem alphabeti nostri seruare: iccirco medicinas simplices de quibus auctor hic loquitur, ad alleuiandum laborem studentibus secundum seriem nostri alphabeti scripsimus.

De litera. A. Ambra Aurum Argentum Agaricus Adriun.

De Ambra.

AMbra calida, & [a] sicca in secundo, cum densitate vel spissitudine, & viscositate sua nihilominus habet vehementem proprietatem lætificandi, & confortãdi simul. Est autem ad hoc potentior propter fortitudinem suæ aromaticitatis. Et ideo confortatiua est substantiæ cuiuslibet spiritus, in partibus corporis, & multiplicatiua spiritus, & est multo temperãtior muscho. Iam autem patens est huius natura cum subtilitate, & viscositate, & soliditate. G

A Lib. 2. t. 2. c. 63. in. 1. & Haly. lib. 5. theo. c. 33.

De Auro.

AVrum iudicatur inter iudicium argenti, & iudicium hyacinthi, & est quidem infra hyacinthum, & supra argentum, cuius quidem complexio temperata est, aliquantulum vicina calori, & est eius operatio à proprietate.

De Argento.

ARgentum aliquantulum est frigidum & siccum: Et eius quidem effectus similis est effectui hyacinthi, hoc excepto ꝙ est multo debilius illo.

De Agarico.

AGaricus calidus est in primo, siccus in secundo. Inest aũt ei proprietas theriacalis cõtra omne venenum, & propter subtilitatem quæ eius caliditati cõmista est, aperitiuus est, & laxatiuus humoris turbidi, propter quæ omnia inest ei proprietas confortandi cor, & lætificandi.

De Adriun seu adriune.

ADriun seu adriune est calidum, & siccũ in tertio, & in eo est theriacalitas & confortatio cordis. Verum ipsum declinat complexionem cordis ad latus iræ, non ad lætitiam. H

De litera. B. Bedarungi Been.

De Bedarungi.

BEdarungi calidum est & siccum in primo, habet autem aromaticitatem, et stypticitatem cum calefactione, & est in eo superflua humiditas. lætificat autem cum proprietate, quam adiuuat aromaticitas stypticitati, & subtiliationi associata. Finaliter tamen vsus eius non est in lætificatione laudabilis: quoniam substantia nutritiua quæ est in ipso, contrariatur ipsius medicinali substantiæ: etenim substantia medicinalis efficit quæ dicta sunt: nutrimentalis vero [b] sanguinem turbidũ atq; melãcholicum generat, quia humiditas superflua, quę est in ipso, causat inflationem in venis. iam autem ostensum est ꝙ nociua sunt istis duabus intentionibus.

B Lib. 2. t. 2. c. 104.

De Been.

BEen calidum est in secundo, siccum in primo. Ipsius autẽ quoddam est album, quoddam rubeum. Sed rubeum quidem calidius est. Et est nihilominus in vtroq; stypticitas cum subtiliatione, & apertione. Inest ei fortis proprietas [c] confortandi cor: & etiam simul lætificandi: ad quæ quidem iuuatur stypticitate subtiliationi coniuncta.

C Lib. 2. t. 2. c. 85.

A De litera. C. Citrum. Corallus. Cinnamomum. Crocus. Camphora. Coriandrũ. Calamenthum. Casia lignea. Caro. Cyperus.

De Citro.

a Lib. 2.c.119. & Cal. 1.1. Sicc. 1.2.

CItri cortex est ex lętificãtibus theriacalibus, cuius ꝓprietatẽ caliditas qdẽ adiuuat. Est[a] enim calidũ, & siccũ in tertio, cui appropinquat foliũ, & flos eius, suntq; subtiliores eo. Et eius ẽt acetositas est ex cõfortãtibus cor calidę, cõplexiõis. & est ex cõferẽtibus cardiacæ calidę: post hoc aũt est in eo theriacalitas, vnde cõfert morsui scorpionũ algierarat & pediculorũ aqlę, & serpẽtũ ẽt & est frigidæ et siccę in tertio.[b] Semen aũt eius est theriaca cõis venenis. Videt̃ ẽt ꝙ sit ex cõfortãtibus cor præbendo soliditatẽ substãtię spiritus: qm̃ ipsum est siccũ in tertio, nec elongatur, quã do ipsum sit ex lucidantibus vel quin sit ei luciditas.

b Lib. 2.t.2.c.119. semẽ est calidum. in 1. Sic. in. 2.

De Corallo.

c Lib. 2.t.2.c.123.

COrallus frigidus est in p̃rio, siccus in secũdo: & cũ ꝓprietate[c] cõfortat cor, & lętificat, quã qdẽ proprietatẽ adiuuat illuminatio, & exiccatio vel exuccatio, & solidatio cũ stypticitate.

De Cinnamomo.

CInnamomũ alitiniũ calidũ est in fine secũdi, siccũ in tertio, habetq; modicã stypticitatẽ, et inest ei lętificadi ꝓprietas, quã adiuuat aromaticitas eius, et resistũt ambo vehementiæ calidi-

B tatis, et fortificãt iuuamẽtũ theriacale vel conferunt iuuamento theriacali.

De Croco.

CRocus calidus est ĩ secũdo, siccus in p̃rio: & sunt in eo stypticitas, et dissolutio fortes: ad q̃ digestio seqtur proculdubio. Et inest ei proprietas vehemẽs in corfortãdo cor, & substãtiã spiritus, & lętificãdi: cũ hoc ꝙ illuminat, & dilatat, et solidat ip̃m, et adiuuãt ad hęc aromaticitas fortis cũ natura p̃dicta.[d] Multitudo vero comestionis eius, superflue dilatat spiritũ, & mouet ad extra donec accidat pp hoc, vt discedat a nutrimẽtali materia, et sequat̃ inde mors. Dosis croci faciẽs accidere mortẽ nõ oportet vt scribatur ne ipsa cognita exhibeatur a maleuolis.

d Diosc. li. 1.c.25.

De Camphora.

CAmphora frigida est & sicca in tertio, et habet ꝓprietatẽ fortẽ vt sit cõueniẽs substãtię spiritus cũ dñio suę infrigidationis, qñ eius quãtitas moderat̃, & fortasse adiuuat ipsam absolute infrigidatio in calida cõplexione: qñ in corde pp malitiã eius cõplexionis, debilitatur spiritus, & dissoluit̃. Aromaticitas aũt eius adiuuat absolute ꝓprietatẽ ipsius in oĩ cõplexione. Tẽperatur vero frigiditas eius cũ ambra et muscho. Siccitas aũt cũ oleis humidis et aromaticis: sicut est oleũ de keiri & oleũ viol. Et est theriaca, et ꝓprie cõtra calida venena. Et acqrit ab ea spiritus subtilitatẽ, & luminositatẽ vehemẽtẽ: & ꝓpterea lætificat, et cõfortat: in hoc aũt karabe assimilatur ei. Sed cã-

C phora quidem fortioris proprietatis est, et vehementioris conuenientiæ.

De Coriandro.

COriandrum siccum frigidum est in secundo, siccum in tertio. Et inest ei proprietas confortandi cor, et lætificandi: & proprie in calida complexione, & adiuuat ipsum aromaticitas, et stypticitas eius condensans vel solidans substantiam spiritus.

De Neman. i. sisimbrio.

NEman si reprimat̃ eius caliditas, & siccitas cũ oleo viol. et remãserit aromaticitas, et penetratio eius, cõfert in tẽperãdo spiritũ in cerebro existẽtẽ: et ꝓprie si fuerit cõplexiõis phlegmaticę: tũc enim rep̃ssione nõ indiget, nec est auditũ ꝙ spiritui cõferat q existit in corde iuuamento magno: verũtamẽ ex his quę diximus de qualitatibus eius, videtur ꝙ conferre possit eidem.

De Casia lignea.

CAsia lignea appropinquat in cõplexione cinnamomo, non tamen in subtilitate.

De Carne.

CAro licet sit nutriens pure, attñ aqua eius ingreditur curationẽ debilitatis cordis, non igitur obest de ipsa loqui. Et idcirco dicimus ꝙ carnis aqua si laudabilis fuerit caro aĩalis, aut ex car

D ne arietis iuuenis, aut carne altheni. i. caprę iuuenis, aut ex carne agnorũ, aut hœdi: vel caro laudabiliũ auiũ est vltima rerũ debilitati cordis. Quod si causatur ex subtilitate spiritus, tunc vtilior est caro arietis iuuenis et capræ iuuenis. Si vero ex ipsius grossitie, et turbiditate, et paucitate, tunc leuiores eis meliores sunt. Plures aũt medicorũ sunt opinati ꝙ aqua carnis sit brodiũ decoctionis ipsius, nõ tñ est ita. Sed potius aqua carnis est aqua p decoctionẽ extracta à carnibus cõminutis, donec resudando fluat ab eis, et in qua frigitur caro, cuius colatura potui ministratur.

De spica & cypero et folio.

ISta sunt propinqua in natura, et vr̃ ꝙ sint in secundo calida et sicca: et iudiciũ ipsorũ est iudiciũ specierũ aromaticarũ in quibus est stypticitas cũ subtilitate, et ꝓprietas ipsorũ est confortare et lætificare: quare lege quæ de illis dicta sunt.

De litera. D. Doronicum.

De Doronico.

e Lib. 2.t.2.c.209. cali. 1.3. Ser. c.325.

DOronicũ[e] calidũ, et siccũ est in principio secũdi gradus. Inest aũt ꝓprietas valde fortis in cõfortãdo cor, et in lętificãdo: cui nõ repugnat excessus caliditatis, et adiuuat theriacalitas ipsius, et quod in ipso est de substantia styptica, proinde est theriaca fortis cunctis venenis, et lætificans, forte: reprimitur autem excessus suæ caliditatis cum commistione syrupi matianorum. Sed

in cardiaca valde calida commiſcetur ei modicum camphoræ,propter quod remanet proprietas eius,& reprimitur caliditas. E

De litera.E. Emblicus. Endiuia.

De Emblico.

EMblicus.de complexione eius ſunt differentes opiniones:Et hi qui plures ſunt, dicũt eũ eſſe frigidũ,& hoc quidẽ rectius eſt.[a] Iſaac aũt Iudæus opinatus eſt vt dicitur,ipſum eſſe calidum. Sed qui frigidũ iudicant,diuerſificantur.nã quidam ponunt frigiditatẽ eius in primo: quidã vero in ſecundo.vr̃ tñ ꝙ ſit in fine primi:Siccitas aũt eius eſt in ſecũdo:pp quod eſt ex medicinis cõfortantibus ſtypticitate.[b] Et ineſt ei ꝓprietas cõfortãdi cor,& lætificãdi:quã adiuuat ſtypticitas eius: cuius ẽt frigiditas in cõplexionibus cordis frigidis cũ modica re leuiter temperatur.Eſt.n.medicina inſpiſſans ſubſtãtiã ſpiritus:eius tñ iuuamentũ in cõfortatione maius eſt q̃ in triſtitia:tũc aũt in triſtitia prodeſt,qñ eſt eius cauſa ſubtilitas ſpirituũ cũ paucitate, atq; velocitas diſſolutionis eorũ. Et qm̃ eſt ex medicinis cõfortãtibus cor pp ꝓprietatẽ,et pp hoc ꝙ mũdificat ẽt,idcirco eſt medicina vehementer conferens intellectui, & memoriæ,& in ſumma eſt ex medicinis confortantibus membra omnia.

A Lib.2.t.2.c.228. ſed Iſaac lib.2.prac. c.de emblic. habet ꝙ ſit frig. & Sic.in primo.
B Lib.2.t.2.c.228.

De Taraxacon.i.endiuia ſylueſtri.

TAraxacon eſt frigida & ſicca in primo.Ineſt autẽ ei proprietas theriacalis, et ingreditur cordis medicationem potata,et emplaſtrata. F

De litera.F.

De Fiſticis.

FIſticis ineſt aromaticitas,et ſtypticitas cum viſcoſitate:propter quod aiunt eſſe lętificãtes cor, & confortantes:et inde numerantur inter medicinas theriacales.

De Felengiemeſch.i.ozimo gariophyllato.

FElengiemeſch eſt baſilicon de quo ſuperius eſt dictum:minus autem eſt meliſſæ in iudicio ſimile,excepto ꝙ eſt ea calidius modicum.

De litera.G. Gieduar.

De Gieduar.

GIeduar eſt ex medicinis lætificantibus,& confortantibus magnis:et eſt ex nobilioribus theriacis cõtra morſum ſerpentis,et puncturã:nec habet excellentẽ caliditatẽ.Et idcirco cũ hoc ꝙ eſt theriaca, confortat, et lætificat ſimul. Eſt enim herba ſimilis ariſtolochiæ creſcens cum napello,et debilitatur planta napelli cum eo,et quidam opinati ſunt quòd ſit planta quę nominatur bilbua ſcilicet napellus moyſi,ſed ille habet etiam has conditiones vel diſpoſitiones verum non peterminatur illud.

De litera.H. Hyacinthus. G

De Hyacintho.

HYacinthus temperata eſſe videtur.Ineſt autem ei proprietas lætificandi,& confortandi cor, et fortiter obuiandi veneno.Et hæc qdẽ proprietas eſt virtus non ſuis attribuenda componentibus,ſed manat ab ipſa eo mõ quo ex magnete emanat virtus ꝑ quã magnes attrahit ferrum ex longinquo.De his aũt quæ in cõſideratione hyacinthi perſuadere oportet, eſt vt incõueniens eſſe dicatur calorẽ naturalẽ agere in hyacintho,cũ ſumitur intra corpus,tranſmutationẽ, & diſſolutionẽ,atq; cõmiſtionẽ eius ſubſtãtiæ cũ euaporabili ſubſtãtia ſpirituali,quẽadmodũ agit in croco & ſimilibus.Et in ſumma incõgruũ quidẽ eſt quod dicatur quod hyacinthus in forma ſua ſubſtãtiali pariatur a calore naturali:& exinde poſtmodũ eius opus manifeſtari.Etenim eius ſubſtantia,quẽadmodũ patet ſenſui,valde eſt ab huius paſſione remota. Videtur ergo ꝙ calor naturalis nec imprimat in ſubſtantia,nec in accidentibus formæ ſuæ inſeparabilibus,ſed ſolum in vbi eius, & loco,et qualitatibus eius accidẽtalibus.In vbi quidẽ,et loco:qm̃ facit ipſum cũ ſanguine penetrare vſq; ad partes cordis.Quapropter cũ efficiatur propinquius paſſo,fortius imprimit ſuũ effectũ.In qualitatibus quidẽ,qm̃ calefacit ipſam hyacinthũ:de natura vero calefactionis eſt,vt manifeſtet proprietatẽ,et excitet virtutẽ ſicut apparet in karabe:ipſum.n.qñ debiliter paleã trahere videtur,fricatur quidẽ donec caleſcat,poſt hoc apponitur paleæ et attrahit ipſam velociter. Et videtur ergo, ꝙ vltima impreſſio naturæ noſtræ vel caloris naturalis noſtri in hyacintho ſit iſta,et ꝙ actio ſit additio manatiõis ex eo ad illud ad quod ſit manatio naturaliter,et additio appropinquationis.Illud aũt in quo teſtificãtur antiqui lætificare hyacinthũ,quæ ſit ferendo vel terendo ipſum et proprie in ore,teſtatur qm̃ ad lætificationẽ alteratione non indiget in ſubſtãtia ſua, vel in accidentibus eſſentialibus vel inſeparabilibus,nec eſt neceſſariũ quod paſſum tangatur ab ea:ſed ſufficit quod virtus lætificãdi quæ ab ea manat,ipſum attingat:quãuis eius actio cõfortet calefactione,et appropinquatione ſicut in proprietatibus cæteris,operantibus in corpora.et videtur etiam quod adiuuet actionẽ ſuę ꝓprietatis quod habet de illuminatione,et de exuccatione cum temperamento complexionis. H

De Litera. I.

De Iximel.i.Armal.

IXimel planta eſt aromatica ſimilis cinnamomo, et dicitur quòd ipſa defertur ex regione Iamẽ, et dicitur ꝙ ipſa defertur ex India. Et eſt calida in ſecundo, ſicca in primo. Et eſt ei proprietas valde ſublimis cõfortãdi ſpiritum quam adiuuat aromaticitas,et ſtypticitas cum ſubtilitate,& ſm

ꝙ

a Lib.2.t.2.c.21. A ꝙ [a] præterijt rememoratio eius multoties eſt confortans cor, & cerebrum,et omnia viſcera:et in ſumma omnium virtutum naturam adiuuat,& actiones.

De Karabe.

KArabe calida eſt in primo,ſicca in ſecundo.Opinio tñ eſt ꝙ ſit frigida.Ineſt aũt ei aromaticitas camphoralis,& radioſitas modica,& proprietas confortandi cor,& ipſum lætificandi, ac depellendi cardiacam,& adiuuatur cum luciditate,& ſoliditate quã ꝑbet ſubſtãtiæ ſpiritus.

De Litera.L. Lingua bouis. Lapis lazuli. Lapis armenus. Lignũ aloes.

De Lingua bouis.

b Lib.2.t.2.c.436. LIngua bouis calida eſt,& humida in primo: cuius proprietas eſt lætificare, & cõfortare ipſum magnifice,& adiuuat ipſum illud quod in ea eſt de ſolutione melãcholiæ ſubtilis quare per illã mundificaẽ ſanguis cordis,& ſubſtãtia ſpiritus.[b] Melior tamen eſt quę de regione coraſceni affertur habens ſpiſſum foliũ velatũ plurima lanugine:quod inquã poſt exiccationẽ nec cõtrahitur,nec eſt ſiccũ: quę aũt in his partibus reperitur eſt ex genere maru, & vſitatur ꝓ lingua bouis pp ſimilitudinẽ illius ad illã,cũ tñ nõ ſit illa.Et iã aggregatur in hac medicina virtus ꝓprietatis cũ natura propinqua tẽperamẽto quare non eligatur alia ſuper eam.

De Lapide armeno.

B LApis armenus ꝓprietatẽ habet cõfortãdi cor,& ipſum lętificãdi:ſeparãdo inſup vaporẽ melãcholicũ,ac fumoſum a ſpiritu & mũdificãdo ſimiliter corpus ab humore melancholico.

De Lapide lazuli.

LApis lazuli ſimilem vim habet cum eo quod dicitur de armenico lapide, niſi quia eſt ipſo debilior modicum.

De Ligno aloe.

LIgnũ aloes appropinquat in iudicio ambrę, tñ eſt ex ea debilior, & omnia mẽbra confortat.

De litera.M. Myrtus. Myrobalanus. Meliſſa. Macis. Muſchus. Mumia. Menta. Malum granatum. Matianum. Margarita.

De Myrto.

MYrtus nõ eſt ita ꝑfectę cõmiſtionis vt patet ꝙ vnica & ſingulariter prædominãs virtus ei cõueniat ꝑ naturã,imo vr̃ duplicẽ habere in ſubſtãtiã,in quarũ vna frigiditas dñatur, in altera vero caliditas,inter quas qdẽ cõmiſtio nõ ꝑficitur,nec actio & paſſio taliter vt ꝑducat ad cõplexionẽ vnicã dñantẽ eis:in quo qdẽ iudicio plurimę cõſiderationis eſt myrtus:vr̃.n.ꝙ ſubſtantia ſubtilis in qua dominatur caliditas ſit minor, & ſubſtãtia ſpiſſa in qua dominatur frigiditas ſit plus:nec tñ adeo fortis eſt ipſarũ cõmiſtio,quin calor naturalis ſeparet inter eas:cũq; ſeparauerit, C penetrat prīo ſubſtãtia calida,& calefacit:poſtea vero ſequitur ſubſtãtia frigida,et cõfortat,et ſtrigit,& idcirco excellit eius iuuamẽtũ in gñatione pilorũ etenim ſubſtãtia calida trahit prīo materiã,& dilatat poros:cũ ergo ad ipſos trahitur materia cõueniẽs gñationi pilorũ,cõdẽſatur in pilũ. Eſt aũt ſedes aromaticitatis quæ in ipſa eſt ſubſtãtia calida, & ſedes ponticitatis eius eſt ſubſtãtia frigida.Cũ aũt iudicatur myrtus ſm̃ cõplexionẽ eius ꝑdominãtẽ,& fortiorẽ,eſt frigida in primo, & ſicca in ſecũdo:& ineſt ei cũ hoc ſubtilitas: eſt quoq; cõueniẽs ſpũi pp aromaticitatẽ ſuã,& pp id quod eſt in ea de ſtypticitate cũ ſubtilitate eſt faciẽs ipſum ſpiſſum ſeu ſolidũ mũdificãs ſubſtãtiam eius dilatans vel ſpargens ipſum propter quæ iterum oĩa eſt ex medicinis cõferentibus cardiacæ,& cordis debilitati.

De Myrobalanis Kebulis,& indis.

MYrobalani kebuli frigidi ſunt in primo,ſicci in ſecundo, ineſtq; naturaliter eis ſtypticitas, quod ſignificat ipſorum ponticitas.Et nõ ſoluunt niſi cum proprietate quã adiuuat expſſio,& abſtergũt cũ ponticitate,& ambo ſoluũt,& præcipue indi nigri et ambo aggregant mundificationẽ ſanguinis a corde,& hepate,& videtur quod ad hoc ẽt ſimiliter inſit proprietas.

De Meliſſa.

D MEliſſa calida eſt & ſicca in ſecũdo.Ineſt aũt ei ꝓprietas mirabilis lętificãdi et cõfortãdi cor ſimiliter:quã qdẽ adiuuat aromaticitas,& ſubtilitas aperitiua, & ſtypticitas q̃ in ea ſunt. Et cum hoc etiam cunctis viſceribus confert, habetq; naturam leuiter ſolutiuam, ita.ſ.ꝙ ſufficit ad ſoluendum a ſpiritu vapores melancholicos,& a ſanguine qui exiſtit in corde:nec tamen id efficere valet a cæteris membris.

De Mace.

MAcis de eo dicetur in capitulo de ſpica.

De Muſcho.

MVſchus calidus eſt & ſiccus in tertio.Eſt autem ſimilis croco:nõ tamen vltimatur in virtute eius,vel nõ tñ peruenit ad hoc,vt ſit ſicut virtus eius.Et muſchus eſt theriacalium nobilior contra venenũ regionis alhelele ſicut contra [c] napellum:& [d] cornu ſpicę: & reprimitur caliditas eius cũ camphora,& ſiccitas cum oleis humidis,ſicut cum oleo violaceo,& roſ.

c Lib.2.t.2.c.460
d lib.4.F.6.t.1.Sũ.2.c.1.
d Lib.4.F.6.t.1.Sũ.2.c.1.

De Mumia.

MVmia calida eſt in fine ſecundi ſicca prout creditur in primo. ineſt autem ei proprietas omnem ſpiritum confortandi, & ipſam adiuuat viſcoſitas condenſans vel ſolidans ſpiritum.

De Menta. E

MEnta habet ſubtilē aromaticitatē, et dulcedinē amaritudini cōmiſtā, cū delectabili cōmiſtio ne pōticitatis, & cōueniētis ſtypticitatis: q̄ īquā, ſicut ſępe diximus, adiuuāt lętificādi, ꝓprie tatē, iuuamēto mirabili, vr̄ aūt ꝙ eius cōplexio ſit calida in fine primi, ſicca ī pricipio ſecundi.

De Malo granato.

MAlum granatum dulce conueniens eſt complexioni ſpiritus cū bonitate, & dulcedine ſua, & proprie ſpiritus qui exiſtit in hepate.

De Matiano.

MAtianū frigidum eſt, & ſiccū in primo: & ineſt ei magna proprietas lętificādi, & confortādi, quam adiuuat aromaticitas & dulcedo. & cū hoc ꝙ eſt medicina eſt nutriens: quāobrē confert ſpiritui nutriendo & temperando ipſum: & prodeſt etiam ei ſua proprietate.

De Margarita.

MArgaritę ſimiles ſunt karabe in natura, & luminoſitate: verum fortiores ſunt valde quàm karabe & eis ineſt proprietas valde magna.

De litera. N. Nenufar.

De Nenufare.

NEnufar appropīquat cāphorę in iudicio, niſi q̄a eſt humidū. Et eius quidē humiditas ꝑꝑ ſuā F fortitudinē, & multā infrigidationē vel frigiditatē q̄ aſſociat̄ ei, cauſat in ſubſtātia ſpiritus q̄ exiſtit in cerebro pigritiā, & torporē, niſi egeat infrigidatione, & humectatiōe vt tēperet̄. ſpūs aūt q̄ eſt in corde nō vr̄ ab ea pati hoc nocumētū quod patitur ſpūs cerebri, imo p̄bet forte iuuamētū: nā ꝓprietas ſuæ aromaticitatis cōfortat ſpūm qui in corde eſt: nocumētū vero frigiditatis & humiditatis ipſius eſt ſecundum quid, & temperatur croco, & cinnamomo.

De litera. O. Oua. Olibanum.

De Ouis.

OVa quamuis de medicinis abſolute non ſint, ipſa tn̄ ingrediūtur in cōfortatione cordis valde, maxime vitelli ex ouis animaliū vel volatiliū laudabilis carnis, ſicut gallinę, & ꝑdicū, & ſtarnæ, & faſiani. Iſti. n. vitelli tēperatę cōplexionis ſunt: q̄bus tria cōueniūt. ſ. velociter in ſanguinē trāſmutari: & parū ſupfluitatis poſt trāſmutationē relinquere: & ſanguinē ḡnare cōformē ſanguini, quo nutrit̄ cor. ſ. ſubtilē, & clarū: pellitur ergo feſtināter ad ipſum. Et idcirco eſt magis cōueniēs q̄ res q̄bus remouet̄ nocumētū ęgritudinū reſoluētiū ſubſtātiā ſpūs, & minorātiū materiam eius q̄ eſt ſanguis ī corde exiſtēs.

De Olibano.

OLibanum calidū eſt in ſecūdo gradu, & ſiccū in prīo. Eſtq; cōfortatiuū ſpirituū q̄ ſunt in corde & cerebro, et ꝓinde cōfert hebetudini, & obliuioni: cuius īquā opatio cōformis eſt opa G tioni been. Verū eſt debilius eo in ꝓprietate, & fortius eo in aromaticitate, & theriacitate q̄ eſt in eo & prodeſt fumus eius in peſtilentijs.

De litera. P. Polypodium. Pyra. Pæonia.

De Polypodio.

POlypodiū lętificat nō ꝑ ſe, ſed ꝑ accidēs, eūa t. n. ſubſtātiā melācholicā a ſanguine cordis cerebri & corporis totius.

De Pyris.

PYra q̄dē habēt aromaticitatē & ſtypticitatē atq; ſoliditatē ſubſtātię. Et ipſa q̄dē declinant ad frigiditatē, & in ipſis eſt proprietas cōfortandi cor, & iuuat̄ eius proprietas cū his q̄ diximus ex natura ſua. Matiana tamen ad hoc meliora ſunt eis.

De Pæonia.

PÆonia eſt lignū crucis, & tēperata eſt in caliditate & frigiditate, fortē habēs ſiccitatē, & ſtypticitatē cū ſubtilitate, q̄ īnquā oia, ꝓprietatē ipſius adiuuāt ī cōfortatiōe ſpūs, q̄ eſt ī cerebro, & expulſione ſuperfluitatum a cerebro, cū potentia, quā habet educēdi melancholiā, & phlegma a corpore cerebri ſolo: à cuius ꝓprietate adipiſcitur cerebrū potētiā reſiſtendi eorum receptioni. Videtur etiam illi conuenire vniuerſaliter impreſſio in corde, quamuis non recitetur. H

De litera. R. Roſa. Ribes.

De Roſa.

ROſa impfectæ cōmiſtiōis ē ī eius ſubſtātia ſicut diximus de myrto. Eſt. n. ī ea ſubſtātia cuius cōplexio frigida eſt ī ſecūdo, & ſubſtātia cuius cōplexio calida eſt ī prīo. Et eſt ī ea ſubſtātia lenitiua, & humectatiua: & ſubſtātia inſpiſſatiua & ſicca. Cōuenitq; cū aromaticitate ſua ſubſtantię ſpūs: et ꝓprie qn̄ ſupcalefactus extiterit. cōfert. n. ei tūc ſua frigiditate, ac ſolidat ip̄m cū ſua ſtypticitate, ꝑp qd' valde ꝓficit et ſyncopi calidę, et cardiacę calidę, qn̄ paulatim deglutit̄ aqua ipſius. Eſtq; cūctis viſceribus cōferēs.

Ribes.

RIbes [a] propinqua eſt acetoſitati citri: attamē quamuis in complexione non ſit ea debilior, in proprietate tamen multo debilior eſt. A Raſ. vlti. conti. t. 1. c. 582.

De litera. S. Sericum. Stœchas. Spodium. Sandalus. Secacul. Suſen.

De Serico.

SEricū ex fortibus lætificātibus eſt: excellētius tn̄ eſt crudū. Sed qn̄q; cadit ī vſum coctū, potiſſime ſi nō fuerit tīctū. eſt aūt calidū & ſiccū ī prīo, & ꝑꝑ illud ī eo ē ſubtiliatio, & exuccatio, vel exic catio, & lętificatio cū ꝓprietate q̄ eſt ī eo: & adiuuat ī hoc ſubtiliatio eius, vn̄ dilatat ſpm̄, & exiccatio eius

A tio eius vñ efficit̃ spissus seu dẽsus,& clarificatio eius, vñ efficit̃ lucidus:nec tñ eius cõfortatio tm̃ vni appropriat̃ spũi i vna dispõne,& nõ i alia,sed est potius cõueniẽs substãtię spũs cuiuslibet ita ꝙ cõfert spũi,q est in cerebro ẽt:quod patet ex eo ꝙ visum cõfortat si oculi ex ipso collyrizent̃:patet ẽt ppea qa cõfert memorię. Et ꝙ spũm ꝑterea cõfortat q existit i hepate,qđ ipinguatio manifestat:planũ est aũt ꝙ nõ ipinguat ppea ꝙ nutrit̃ corpus ex eo,relinqtur ergo ꝙ facit hoc qa cõfortat spũm naturalẽ ad nutriẽdi actionẽ pfectius causandã, vtimur ẽt eo absq; cõtẽperatiõe seu rectificatione.

De Stœchade.

STœcas arabicũ calidũ est i prio,siccũ in secũdo:inest aũt ei ꝓprietas educẽdi humorẽ melãcholicũ:& ꝓprie ex cerebro,& ex corde:vñ ẽt lętificat,& cõfortat cor depurãdo substãtiã spũs i cerebro,& i corde simul a meľia:habetq; stypticitatẽ modicã,& idcirco substantiã spũs cõdẽsat,& vr̃ ꝙ sit ꝓprietas eius extra istos modos i cõfortatiõe cordis pp qđ cõfert venenis ebibitis,& morsionibus,& est vehemẽtis iuuamẽti in cõfortatiõe cordis,& in corroborando memoriam.

De Spodio.

SPodio inest ꝓprietas cõfortãdi cor,& lętificãdi. Cõfert multũ cardiacę,et syncopi calidis:cuius ꝓprietatẽ stypticitas adiuuat,i cõplexiõe calida. Infrigidatio eius aũt est i secũdo. In cõplexiõibus frigidis tẽperat̃ cũ croco. vr̃ ꝙ lętificet,et cõfortet causando luminositatẽ,et soliditatẽ i spiritu.

B

De Sandalis.

SAndalus habet ꝓprietatẽ lętificãdi,& cõfortãdi cor,quã qdẽ adiuuãt aromaticitas,& stypticitas:& subtiliatio subtilis i eo. Frigiditas aũt eius nõ adiuuat nisi i cõplexiõe lapsa a natura i caliditate,& albus ex eo ẽ vehemẽtioris frigiditatis,& est i secũdo.& siccitas eius est minor quã siccitas rubei q̃ est i secũdo ẽt:verũ siccitas albi est i pricipio eius,& siccitas rubei i fine ipsius,& spũs acquirunt ex eo motum dilatationis cum soliditate ipsorum.

De Secacul.

SEcacul opinatur qđ pp suã calefactionẽ subtilẽ,& humectationẽ addit in virtute spiritus.

De Susen.

SVsen azad in iudicio & natura croco appropiquat minus tñ habet caliditatis, & siccitatis eo. Et liliũ qdẽ cõueniẽtius est ad cõfortationẽ cordis. Crocus aũt ad lętificationẽ. In lilio est potẽtia solidãdi spũm ꝓpinqua ei q̃ est in croco nõ tñ habet vehemẽtẽ potẽtiam dilatãdi spũm foras & mouẽdi ad extra:quã habet crocus ꝓinde amplius cõfert syncopi ꝗ crocus. Liliũ.n.cõfortat spũs minute dilatãdo,& minute mouẽdo ad extra,& fortius retinendo. Crocus autem minus retinendo,et fortius dilatando,& extrahendo.

De litera. T. — Terra sigillata. — Tamarindi.

C

De terra sigillata.i. Lemnia terra.

TErra sigillata tẽperatę cõplõnis est i caliditate & frigiditate,cõformis valde humanę cõplõni:nisi qa eius siccitas maior est humiditate ipsius:habetq; humiditatẽ cũ sua siccitate vehemẽter cõmistã. Et ppea insunt ei viscositas,et cõglutinatio,qa vero maior est siccitas in ea:idcirco cũ illis inest ẽt eidẽ exuccatio. Habet ẽt ꝓprietatẽ mirabilẽ lętificãdi,et cõfortãdi cor cũ theriacitate absoluta,pp quod cũctis obuiat venenis:ita ꝙ siue bibat̃ añ venenũ,siue post,naturã inclinat,et cõfortat ad expellẽdũ ipsum. Vr̃ etiam ꝙ insit ei proprietas illuminãdi,& tẽperãdi spiritũ. Adiuuant autem viscositas,& stypticitas quæ in eo sunt. Etenim soliditatem & continuitatem auget spirituum,propter quod aggregat ad lætificationem,& confortationem.

De Tamarindis.

TAmarindi frigidi sunt & sicci in secũdo:de qbus opinio est,ꝙ cõfortãt cor:vr̃ tñ ꝙ illud ꝓprie sit in habentibus malã cõplexionẽ ad naturam cholericam declinantem. Etenim tẽperãt infrigidando,& a cholera mundant cum virtute solutiua quam habent.

De litera. V. — Vsnee.

De Vsnee.i. Musco.

D VSnee ca. est in primo,sic. i secũdo:q̃ pp sui aromaticitatẽ cõueniẽs est substãtię spiritus, & sui cõfortatione,& stypticitate condensat ipsum,et ad ipsum penetrat propter sui subtilitatem. Et idcirco confortatiua est cordis,& cardiacæ conterens.

De litera. Z. — Zurumbed,& Zarneb.

De Zurumbed,& zarneb.

ZVrumbed,& zarneb vtrũq; cal. est & sic. in tertio:in qbus ẽt inest cũ subtilitate stypticitas,et cõfortatio cordis,& inest ei ꝓprietas lętificãdi,et cõfortãdi cor,et vr̃ ꝙ ipsa i zurũbet sit multo plus q̃ in zarneb,qm̃ vr̃ ꝙ zarneb lętificet et cõfortet cor causa naturę suę,et qualitatis suę plus ꝗ causa proprietatis suę,et illa natura eius est aromaticitas,q̃ est in eo,& stypticitas eius cũ subtilitate. Sed in zurũbed opationes sunt pp ꝓprietatẽ ipsius forte,quã adiuuat stypticitas eius,et subtilitas eius,et ipsum ponitur in magnis theriacis. Et qm̃ vehemẽter cõuenit substãtię spiritus: idcirco confortat spiritum in hepate existẽtẽ,adeo quidem vt inter impinguantia computetur.

De differentibus modis lætificandi,& confortandi repertis in medicinis. Cap. 4.

DEterminatis nostrę intẽtiõis sermonibus i medicinis simplicibus cordis, amodo loqmur de cõpositis medicinis. Et prio de mithridato,et theriaca magna: nulla.n.cõpositarũ medicinarũ ęqparat̃ eis in cõueniẽtia ad cõplexionẽ humanã,et cõferẽdo ei in cõfortatione cordis, et abla-

tione tristitiæ,necnon in obuiando venenis,ac morbis venenosis. Ambarum.n.medicinarũ aliquid est notũ,aliqd vero ignotũ.[a]Notũ aũt est quod eis aduenit ex simplicibus earũ.Ignotũ vero quod eis aduenit post cõmistionẽ.Exẽplũ aũt primi est,sicut si dicamus nos scire theriacã, & mithridatũ veneno thiri,& scorpionis cõferre,propterea quia in eis reperiũtur medicinę cõferẽtes ad illud.Et nos scire theriacã,& mithridatũ cõfortare cor,& hepar pp medicinã i eis existẽtem cuius ꝓprietas est facere illud. Exẽplũ aũt secundi est, vt dicamus ꝙ nobilior operationũ ipsarũ est q̃ prouenit vtrisq; post cõmistionẽ a natura cõueniẽti valde naturę humanę, ad quam qdẽ suscipiẽdã cõplexio præparauit eã,& eius ẽt principiũ ab extrinseco est. Nos aũt ignoramus cãm quare ista proportio q̃ est inter virtutes medicinarũ simpliciũ, & põderũ ipsarũ necessitat istã dispõnẽ vel pręparationẽ ad suscipiendã virtutẽ seu proprietatem theriacę,queadmodũ ignoramus in cęteris.similibus quę non artificialiter,sed naturaliter cõponũtur.Sapientes aũt speculãtes præcise determinãt ꝙ directio seu cognitio ad cõpositionẽ istarũ medicinarũ processit ab inspiratione ac prouidẽtia diuina:aut a re inspirationi simili:Etenim deductio rõnis nõ pertingit efficaciã cõpositionis ipsarũ:Sed attingit ex ipsa cõpositione quã narrauimus pauloante. Quod si tota operatio theriacę ꝓcederet ex parte simpliciũ,& nõ ex parte dispõnis quã sua cõplexio præbet, esset vtiq; recẽs efficacior & vtilior fermentata,cuius cõtrariũ tñ est.Recens.n.pauci iuuamenti est:& illud quidẽ iuuamẽtũ quod ei ex sua proprietate conuenit,nõ inuenit sensibiliter apprehendi, nisi in fermẽtata:perficit aũt fermẽtatio ipsius ẜm modernos in.x.annis:ẜm [b] Gal.tñ in annis.xx.secũdũ diuersitatẽ caliditatis,& frigiditatis regionũ,ac climatũ.Et apud aliquos modernorũ sperat eius iuuamentũ post sex menses. Verũtñ nec apud nos,nec apud Gal.demõstratio est in hoc.prędecessores aũt G.dicunt hãc proprietatẽ in p̃dictis ambabus medicinis necessario prouenire post vehemẽtẽ cõmistionẽ,& iã sperat ꝙ accidat in eis post fermentationẽ,& cõplexionẽ ꝓprietas aggregãs proprietates simpliciũ,debilior tñ eis,& dubitãt cũ hoc quod cõmistio amputaret p̃dictas simpliciũ proprietates.Sed reuelatio ac diuina ꝓuidẽtia ꝓduxit hoies ad illã sic faciẽdã. Postq̃ aũt expta est inuẽta est fortior q̃ quod ab antiquis dictũ est,& verificata est opinio veritatis. Rursus aũt imperiti medicorũ credũt in theriaca,& mithridato eẽ excellentẽ caliditatẽ:& idcirco respuũt ex ipsis dare quantitatẽ medij aurei:nec tñ dubitãt de diacymino,& dia trion pepereon quatuor aureos propinari,cũ tñ cõcludat pscrutatio rõnis quod in hac dosi istarũ duarũ cõfectionũ multo ẽt amplior sit caliditas, q̃ in dosi prædictarũ. etenim in medio aureo vtriusq; p̃dictarũ sunt.ʒ.i.s. mellis,&.ʒ.iii.s.medicinarũ:secũdũ quã quãtitatẽ acqritur mellis virtus. Sunt in ea p̃terea medicinę infrigidantes:inter quas opiũ est habẽs sufficiẽtẽ frigiditatẽ,q̃ cõprimit vel cooperit rẽ q̃ fermẽtat.In re aũt fermẽtata duplat virtus q̃cũq; sit illa,siue caliditas,siue frigiditas.Et iterũ fermẽtatio necessitat augmẽtũ calefactiõis in substãtia humida cõfecta seu pmista.Natura aũt magis recipit theriacã q̃ recipiat alias cõfectiões supra noiatas. Et idcirco virtus ipsius quãuis æqualis esset virtuti alterius p̃dictarũ,nihilominus existit fortioris impressiõis,vt dictũ est. Verũtñ nullus supradictorũ tã vehemẽti audacia subito ꝓrũpit in administrãdo theriacam, sicut in cõfectionibus alijs:in ambabus.n.p̃dictis primę duę intẽtiones reperiunt,dum fuerint fermẽtatę: nec tñ vti respuũt fermẽtatis,sed abstinẽt ab vsu ambarũ recẽtiũ.Sed huic audaciæ simile quid habẽt ignorantes operatores qui ministrãt pilulas cochias & pilulas fœtidas, & pilulas de hermodactylis,& de gũmis,& respuũt dare hieralogodion,& hieram Archigenis,cũ tñ in his duabus exiccãtes medicinę minoris existãt põderis,& pluribus reprimẽtibus coequent.postquam tñ cõsiderationẽ diligẽter adhibuissem,cõputãdo existimaui caliditatẽ mithridati & theriacę,inueniq; caliditatẽ theriacę in fine secũdi,& mithridati caliditatẽ infra aliquãtulũ.Quod aũt cõplexio seu pmistio acqreret ipsis ambabus pparationẽ ad recipiẽdũ caliditatẽ ab extra,hoc qdẽ cõprehẽdi nõ põt nisi cum cõsideratione experimẽtali nõ syllogistica,& experimẽtũ qdẽ nõ facit nos videre in theriaca, & mithridato calefactionẽ q̃ nõ videat accidere ex diacymino,et dia triõ pepereon neq; experiẽtia necessitat ꝙ vna medicinarũ p̃dictarũ magis q̃ altera iprimat excessiuã caliditatẽ de qua sit curãdũ.Opera vero fortiora et nobiliora q̃ qdẽ ex theriaca & mithridato ꝓcedere cernimus manifeste,nõ ex vehemẽtia caliditatis,aut frigiditatis ꝓcedũt,sed ex nobiliori ꝓprietate ipsorũ.s.tã ꝓprietate simpliciũ,q̃ ex ꝓprietate eis ab extrinseco data.Sic igit ex p̃dictis relinqtur manifestũ,qd̓ theriaca,& mithridatũ nõ iprimũt queadmodũ opinati sunt qdã calefactionẽ,et adustionẽ,quas alię vsuales medicinę seu cõfectiões nõ iprimũt.Homo aũt tẽperatę cõplõnis qñ vtit altero ipsorum tpe tẽperato aut frigido,& in quãtitate ẽt moderata,nec frequẽter, tunc cũ eis ambobus maius fit iuuamẽtũ in cõfortatiõe cordis,& cõseruat sanitatẽ i ipso,atq; securũ efficit a malignitate putrefactionũ,& a prauis humorũ motibus,atq; lęsiõibus obuijs venenorũ,cũctasq; virtutes eius corroborat,& vitę lõgitudinẽ pstat ei.Qui vero calidę cõplexiõis nõ naturalis existit & i tpe calido, & in calida regione,nec istis,nec ẽt alijs cõfectiõibus calidis vti debet,nisi in necessitatibus manifestis. Et sequit theriacã,& mithridatũ in hoc capitulo vel in hac intentione diamuschus amarus,et dulcis;sed amarus qdẽ cõueniẽs est tẽperatã hñtibus cõplexionẽ,aut frigidã:dulcis aũt habẽtibus calidã.Cæterũ diamuschus in lętificãdo nõ multo debilior est q̃ theriaca:& in cõfortatiõe cordis. In cõfortatione tñ cæterorũ mẽbrorũ multo debilior est ipsa,qm̃ plurimũ opationis eius est i corde,& plurima ipressio ipsius est in corde lætificãdo,& viuificãdo spiritus:neq; resistit oibus venenis,sed eis quæ currũt cursu napelli.Insuper aũt vtilitas q̃ in morsibus,& puncturis est minor est, q̃ eius

A Ga.lib.1.de an. tid.c.1.e

B Lib. de ther. ad piso.c.14.g.aliter.

A q̃ eius vtilitas in venenis bibitis. Theriaca vero, & mithridatum ad omnia prosunt. Potest autem diamuschus amarus sic temperari, videlicet vt accipiantur ex eo aure. x. & ex succo matianorum dulcium, & granatorum dulcium, & cydoniorum dulcium ana aurei. l. & coquantur simul vsque ad spissitudinem: post hoc vero poterit eo vti calidam habens complexionem. Quod si vtens val de calida complexione extiterit, fiat illud cum succo ribes, & succo acetositatis citri. Amplius dosis eius sit quantitas qua conseruetur in ea dosis diamuschi cum tertia parte ipsius quod ingreditur super ipsum, scilicet diamuschum verbi gratia sit dosis istorum succorum. ʒ. iii. aut. quatuor & diamuschi. ʒ. i. vel tanta quantitas diamuschi ponatur q̃ repressa caliditate ipsius excellenti prodesse possit s̃m sui proprietatem. Et similiter intelligendum est in cæteris lætificātibus tā magnis, q̃ paruis. Confectio vero proficua quam Alchindus composuit, vtilis est valde melancholici cordis debilitati ex morbo melancholiæ: amplius autem confert purificando q̃ confortando. Diamuschus vero & lætificans confectio manifestius confortando præstat iuuamentum quam purificādo: & idcirco magis conueniunt cardiacæ, & syncopi, & hæc tristitiæ melancholicæ, & ipsi melancholiæ. Ex medicinis autem quæ huic passioni conueniunt, sunt illæ quas nos [a] fuimus experti, et quarum compositio fuit inuenta post tempus compositionis memoratum: ex quibus est syrupus acetosus quem nos composuimus facientibus tristitiam melanchōlicā, et mundificat causam mor

a Auicennā fuisse Medicū. Lib. 3. F. 1. t. 5. c. 12. et. F. 10. t. 5. c. 6. & li. 4. F. 6. t. 5. c. 3.

B bi cum facilitate aut digerit, vnde euacuatur cum quocunq; solutiuo cuius descriptio. Recip. epithymi. ʒ. x. polypodij. ʒ. vi. buglossæ. ʒ. xv. thymi, hyssopi, chamæpityos omnium an̄. ʒ. iiij. capillorum veneris. ʒ. v. turbith. ʒ. vi. se. bedarōgie se. melissæ se. ozimi gariophyllati zorumbed, doronici ben albi & rubei folij indi spicæ cardamomi omnium ana. ʒ. ij. ʒ. seminis cuscute, se. endiuiæ, radicis eiusdem, omnium ana. ʒ. xij. zucca. ros. ad pondus omnium. Supradicta igitur omnia infundantur in aceto forti, & puro per diem & noctem. Et sit quantitas aceti tanta quanta supradicta: quo operiantur seu remoliantur. In crastino vero adiungant̃ toti lib. v. aquæ mūdissimæ, totūq; suauiter decoquatur vsquequo redeat ad quantitatem aceti. & si fuerit aqua plus erit conuenientius: deinde coletur acetū, & proijciat̃ super ipsum zuccari quantitas qua fiat muzi saporis, & inspisset̃. postea vero ab igne depositum seruetur: sit autem dosis eius a. ʒ. xv. ad. xx. q̃ si recipiat̃. x. diebus continue, manifestabitur eius iuuamentum in his in quibus fuerit multa materia melancholica. Si vero modica fuerit materia, sed membra principalia tn̄ disposita sunt ad hoc vt iste humor generetur in his, & illa modica ipsius quantitas maneat, in arterijs, & venis, tunc experti sumus in tali casu syrupum, cuius dispensatio talis existit. Rec. se. endiuiæ, & seminis melissæ, ozimi gariophyllati, radicis ireos. ʒ. v. buglossæ. ʒ. xxx. foliorū melissæ. ʒ. xv. radicis liquiritiæ. ʒ. x. polypodij, se. fœniculi omnium ana. ʒ. vij. omnia hæc coquantur in sextuplo sui de aqua rosata, & du-

C plo sui de succo matianorum dulcium, vsquequo sui tertia remanserit pars: postmodum coletur, & colaturæ addatur zuccarum, & syrupizetur ad modum iuleb: vel pōt fieri admodū syrupi acetosi s̃m mensuram decoctionis primæ. Confectio alia nobilis valde, quam experti sumus ī forma electuarij: & ēt trochisci. cui addidi & subtraxi s̃m diuersitatem complexionum: prodest. n. vehementi iuuamine cordi ad confortandum. Rec. margaritarum, karabe, coralli omniū ana aure. i. ʒ. sirici crudi, cancrorum fluuialium adustorum omnium ana aure. i. & ʒ. buglossæ. ʒ. ʒ. limaturę auri danich duo, hyacinthi cōtriti. ʒ. i. sem. ozimi gariophyllati, & se. albedarungi, & melissæ, ozimi vtriusque ana. ʒ. iij. been albi & rubei, ligni aloes, lapidis armeni, lapidis lazuli loti, masticis, casiæ ligneæ, cinnamomi, croci heilbua cardamomi maioris, cubeb, macis omniū ana aure. i. epithymi ʒ. ij. & ʒ. stœchados. ʒ. iii. gieduar, aure. i. quod si non inueniatur, ponatur loco ipsius zurumbet aure. ij. doronici aure. ij. seminis endiuiæ drach. v. seminis cucumeris drach. iiij. mannæ drach. decem, rosarum rubearum drach. iii. muschi drach. ij. camphoræ aure. i. ambræ aure. i. spicæ nardi, folij amborum ana drach. ij. Hæc igitur sunt radix, & firmamentum: & fiunt inde trochisci cum melle: præparatur autem quandoque secundum exigentiam temperatæ complexionis, & tunc nulla fit in eo mutatio. Quandoque vero præparatur habenti malam complexionem calidam, aut malam complexionem frigidam, & tunc secundum exigentiam cuiusque fit in ea mutatio. fiant er-

D go trochisci ad pondus vnius aurei, cum triplo sui de melle optime dispumato. Si vero fermentari debeat propter conseruationem, & post fermentationem vsui reseruari, expedit vt addantur opij drach. v. & castorei puluerizati tantundem: quibus appositis non vsui ministretur nisi post sex menses. Sicui autem dominetur mala complexio calida, expedit vt crocus, & muschus ad medium aurei reducantur: & subtrahatur epithymum, vice cuius ponantur drach. v. fumi terræ, & iiij. drach. sene: addanturq; ros. drach. xviii. seminis portulacæ, et spodij drachma vna, seminis lactucæ drach. ij. sandalorum drach. iij. cæteræ vero medicinæ remaneant sicut prius. Cui vero mala complexio frigida dominatur, expedit adiungere medicinis prædictis corticem nucis muschatæ, & corticem citri, & xylobalsami, atque piper, & zinziber: ex vnoquoque videlicet drach. i. castorei drachmas duas, & subtrahere de camphora medium aureum. Habens etiam malam complexionem calidam sumat medietatem dosis ipsius cum aureo spodij, & rob matianorum. Qui frigidam autem habent complexionem, sumat dosim eius cum danich vel cum sexta parte drach. i. altith, id est assæ dulcis. Iam [b] autem cum hac medicina curauimus quosdam circa principium de melancholia vergente in maniam, quæ lupinum dæmonium appellatur, & adiunximus dispensationi temperatæ drach. i. hyacinthi rubei, & splendidi, & perfecte puluerizati, & adiuti fuerūt

b Lib. 3. F. 1. t. 5. c. 11. & F. 10. t. 5. c. 5. & li. 4. F. 6. t. 5. c. 3.

maximo iuuamento post desperationem. Compositio autem propria habentibus complexionẽ E calidam qui propter malam complexionem calidam labũtur in cardiacam & cordis debilitatem, est ista. Reci. seminis lactucæ, & melonis, & cucurbitæ, & cucumeris mundatorum ana. ʒ. v. seminis portulacæ. ʒ. iiii. margaritarum, coralli, karabe, omnium ana aure. ij. sandalorũ aur. ij. rob alkedar, & si nõ inueniť, ponãtur ligni alkedar aure. iii. ligni aloes, doronici, zurumbed ben albi oĩum ana. ʒ. ij. cãcrorum fluuialiũ adustorum serici crudi incisi omniũ ana aur. i. spodij, cardamomi minoris ana. ʒ. iij. rosarum rubearum mundatarum a capulis, & in vmbra exiccatarum. ʒ. vi. croci aure. 5. camphoræ vehementer contritæ cũ. x. sui de muscho, & sexta sui de ambra aure. i. 5. buglossę aure. v. Ex omnibus supradictis fiant trochisci cum sapa matianorum, & cydoniorum, & malorũ granatorum: his inquam sapis ęqualiter acceptis secundum quantitatem confectioni sufficientẽ. Ad illud etiam iuleb ex succo buglossę, cum tantundem succi endiuiæ, & quadruplo sui de succo matianorum, & quãtum omnia de aqua rosacea, & sexto totius de albissimo zuccaro, quæ inquã suauiter decoquantur vsque ad spissitudinem. Et fit iterum iuleb ex folijs melissę coctis in aqua rosacea donec receperit virtutem ipsorũ: Aut ponitur succus eius in. xxxiiij. sui de aqua rosacea: hoc enim proficit cunctis patientibus cordis debilitatem, potissime si fuerit cum eo buglossa ita ꝙ si fuerit sicca, decoquatur in aceto cum aqua, & tũc misceatur succus eius cum succo ipsorum. Quòd si complexio vehementis caliditatis extiterit, diminuatur succus melissę, & augeatur succus buglossæ, & si non ponatur ex eis quantitatibus existentibus æqualibus, & fiat ex hoc iuleb. F

De medicinis solutiuis ægritudinum cordis. *Cap. 5.*

EVacuatio autem conuenit in melancholicis vti post digestionem, & ipsarum lenitionem. Si vero in toto corpore abundauerit humor melancholicus, totum corpus incipiemus euacuare. Id autem quo euacuatur, conuenientius est, vt dissoluantur. vi. ʒ. hieralog. in. xx. ʒ. decoctionis epithymi factæ secundum hanc formam. Recip. epithymi vnc. i. vuarum passularum. ℥. ii. coquãtur in duabus lib. aquæ tantũ, donec possit ex colatura extrahi inde solummodo pondus. xxx. ʒ. Quod si cum hoc non euacuetur, fiat decoctio epithymi nota: aut cum. ix. ʒ. recentis epithymi in syrupo acetoso post digestionem causæ cum syrupo acetoso supradicto nisi timeatur dysenteria. tũc enim digeratur cum iuleb quem diximus post syrupum acetosum primum vel primo dictũ. Ex pilulis autem fortibus ad hoc congruentibus sunt huiusmodi. Rec. hieræ picræ, epithymi ana ʒ. ij. polypodij, stœchados, agarici ana. ʒ. 5. pulpæ coloquinthidæ quartam partẽ vnius. ʒ. scammoneæ, bdellii, salis indi ana gra. v. Aliæ vero nobiliores prædictis sunt hæ. Rec. picræ, epithymi, stœchados ana. ʒ. 5. lapidis lazuli, lapidis armeni ablutorum, agarici, pulpæ coloquinthidæ, salis naptici ana quartam partem vnius. ʒ. ligni aloes, masticis, ana gra. v. ellebori gra. ij. & 5. scãmoneę gra. iiij. Scias autem ꝙ in decoctionibus ellebori dosis est a. ʒ. i. vsq; ad. ʒ. 5. In pilulis autem a danich G medio vsq; ad danich vnum, & cum nihil noceat, actionem medicinæ confortat. Si vero phlegma melancholiæ iungatur, tunc fiat euacuatio cum huiusmodi pilulis. Reci. epithymi, turbith ana. ʒ. i. thymi, pulpæ coloquinthidæ, agarici, lapidis armeni loti ana. ʒ. i. quartam, scammoneæ, salis naptici, stœchados arabici ana gran. v. ellebori gra. ii. 5. fiant pilulæ cum succo porrorum. In pilulis autem, quæ infra prædictas sunt in virtute, non oportet permutari compositionẽ, aut medicinas: sed sufficit variare dosim secundum existimationem artificialem a medietate vsque ad duas tertias. Cum autem euacuatio corporis non intenditur, sed partium solummodo, vt cordis, aut capitis, tunc conuenientius est vti pilulis alsabiar. i. assaiaret quarum descriptio conueniens ei cuius complexio est melancholica, est talis. Reci. epithymi, myrobalanorum indorum ana par. i. hieræ picræ partem vnam & mediam, stœchados arabici par. i. duas tertias, ellebori nigri partis vnius sextã, masticis, ligni aloes crudi, polypodij, lapidis armeni loti, pulpæ coloquinthidæ ana partis. i. tertiam: hæc omnia conficiantur cum succo matianorum, & fiant inde pilulæ ad quantitatem ciceris, ex quibus sumatur a. ʒ. i. vsq; ad aur. i. de nocte cum vino: de die vero ante gargarizetur cũ syrupo acetoso decocto seu facto ex acetoso capparorum. Cui vero cõplexio phlegmatica & melancholica fuerit, Rec. turbith, agarici, epithymi, kebuli, stœchados ana partem. i. hieræ partem. i. H 5. ligni aloes partem. 5. hasce vel thymi bdellii masticis omnium ana partem. i. 5. fiant pilulæ sicut prius. Cui autem complexio melancholica & cholerica fuerit. Recip. turbith, epithymi, sene, fumi terræ ana partem. i. & tertiam eius, rosarum partis vnius duas tertias: fiant pilulæ sicut prius.

Hæc sunt ergo quæ inquantum potuimus sub compendio perscripsimus in sermonibus medicinarum cordialium, finem huic operi imponentes cum laude Dei, qui virtutem largiri dignatus est opusculum terminandi. Amen.

Expletus est libellus de medicinis cordialibus, quem princeps Auicenna edidit.

CANTICA AVICENNAE A' MAGISTRO ARMEGANDO BLASII de Montepeſulano ex arabico in latinum translata, Cum caſtigationibus clariſsimi philoſophi ac medici Andreæ Bellunenſis.

Textus primus. *Inquit Ebenſina.*



1 Edicina eſt cõſeruatio ſanitatis: & curatio ęgritudinis, q̃ accidit ex cauſa quæ in corpore exiſtit.
2 Cuius prima diuiſio eſt in theoricam, & practicã: Et theorica ex tribus rebus perficitur, & completur.
3 Ex quibus rebus ſunt ſeptem naturales: & ex eis ſunt.6.& omnes ſunt neceſſariæ.
4 Adhuc ſunt aliæ tres in libris ſcriptę.ſ.morbus cauſæ, & accidentia.
5 Practica diuiditur in duas ſpecies: quarũ vna manibus exercetur: & alia cum medicina necnon eo quod ex cibis ordinatur.

Rememoratio rerum naturalium: & primo de elementis.

6 PRoculdubio ex rebus naturalibus ſunt elementa, ex quorum compoſitione exiſtunt corpora.
7 Sermo quidẽ Hippocratis in libro de elementis ĩ his eſt ſermo verus: ſcilicet ꝙ ſint quatuor: aqua: ignis: aer: terra.
8 Probatio veritatis prædicti ſermonis eſt: quoniam cum corpus corrumpitur, reuertitur in eaſdem.
9 Si non eſſet niſi vnũ elementũ, non eſſet aliquod animal cum morbo corruptibile.

Rememoratio ſecunda rei naturalis, & eſt complexio.

10 POſt hæc autem ſciẽtia complexionis eſt ex iudicijs in medicina conferentibus.
11 Quatuor ſunt potẽtię ſeu virtutes cõplexionis, ſiue diuiſerit ſeu compoſuerit eas vir ſapiens.

De complexionibus in ſe.

12 SEnſus tactus ſentit & percipit caliditatẽ, frigiditatem, ſiccitatem, & humiditatem.
13 Prædictæ virtutes ſeu potentiæ reperiuntur in elementis & in tempore & in eo quod augetur, ſeu pullulat, & in loco.
14 Elementum ponitur in vltimo ſimplicis cõplexionis.
15 Caliditas eſt in igne, & aere, frigiditas vero ĩ terra, & aqua, et ſiccitas inter ignem et terram, & teneritas inter aquam & nubem.
16 Significatur nobis eſſe et generatio inter ſpecies ipſorum, cũ diuerſificentur adinuicẽ, & vniantur ſiue coniungantur.

De complexionibus hominum.

17 DIuerſificata fuerunt inuicẽ ne eſſent q̃d vnũ & idem, & fuerũt coniũcta, & vnita ne viderentur omnino contraria.
18 Imaginamur complexionẽ in alio ab elemẽtis, puta in cõpoſito ex eis à p̃dominante.
19 Ponimus æquale & tẽperatũ ad referẽdũ ei, eo quod habeat quatuor facies cõiũctas.
20 Fuerunt autem miſtæ et complete in eo ſecundum exiſtimationem, vt eſſet põdus & menſura.
21 Si aliquod ex eis declinauerit ad aliquod extremorũ, non tamẽ inde expoliabitur vel circunſcribetur à virtutibus prædictis, & erunt nihilominus in eo abſq; ęqualitate,
B & temperie prædicta.
22 Denominatur autem à nomine prędominãtis vt igneum, terreum, aqueum, aereum. ſunt enim ex eis quę comparant aeri. omnes autem dicuntur ſm viã ſeu ſemitam medicorum, & minus proprie.
23 Iã quidem perfectæ ſunt nouem ſpẽs cõplexionis: neq; addidi in eis aliq̃d de nouo.

Rememoratio de complexionibus temporum.

24 NVnc autem loquar de tempore ſecundum opinionem, & exiſtimationem: nõ enim ceſſit in eo ſtilus & modus inueſtigãdi ſubtilis. Hyems autem habet vim et naturam phlegmatis. Et ver excitat ſanguinem: Æſtas vero choleram rubeã: Et
C Autumnus choleram nigram.

Rememoratio complexionum medicinarum.

25 QVod autem augetur & minoratur, diuiditur in ſpẽs mineraliũ, & plãtarũ, & animalium corpus habentium
26 Quod vincit & ſuperat corpus, eſt medicina. Quod vero nutrit & auget, eſt cibus.
27 Complexio habetur & cognoſcitur ex ſapore, & ex ratione vera & ſana.
28 Dulcis et ſalſus et amarus, ſiccitatem: acutus vero calorem.
29 Omne liquidum, non habens ſaporem manifeſtum, eſt æquale, & temperatæ forte complexionis.
30 Omnis ſapor ponticus et acetoſus frigidus eſt et ſiccus: necnon etiã omnis ſtypticus.
D 31 Omne habẽs dominium pinguedinis, et vnctuoſitatis, eſt calidũ et humidum, et pure inſipidum frigidum et humidum.

Rememoratio complexionum ætatum.

32 ANimal per complexionẽ ſuam diuerſificatur in ætatibus: erit tamen ſermo nunc in homine ſolum.
33 Calor puerorum appropinquat calori iuuenum in complexione.
34 Iuuenes tamen declinant verſus ſiccitatem: puer vero eſt dñs humiditatis ſenſibilis.
35 Senectus autem frigida cum põderabis eã, eſt, ſicut decrepitas ipſa, et adhuc amplius in complexione cuiuslibet ex eis ſiccitas manifeſta exiſtit: nihilominus, et cruditas in humoribus decrepiti.

Rememoratio

Rememoratio complexionum masculorum, & fœminarum.

36 IN masculis existit caliditas et siccitas, in fęminis vero frigiditas & humiditas.

Rememoratio de signis complexionum sumptis ab habitudine.

37 FRigiditas, & lenitas vel humiditas dominatur in corpore pingui & molli.

38 Habitudo corporis macra, & extenuata, significat complexionem ipsius esse siccã.

39 Omnes quorum venæ sunt ex ipsorum corpore latæ, sunt calidi.

40 Quicũq; aũt habẽs contrariã dispositionem eorũ, habet eã propter malitiã frigiditatis.

41 Gradus quidem corporis æqualis, & iusti cecidit inter omnes.

Rememoratio signorum à colore corporis, & primo à colore carnis.

42 NOn sumas signa à coloribus, si contingat eorũ mutatio ratione regionis.

43 Caliditas immutauit adeo corpora incolarũ in regione Æthiopũ & Nigrorũ, ꝙ nigredo cooperuit vniuersaliter corpora ipsorũ: habitãtes vero ĩ Sclauonia, tãtã adepti sunt albedinem, ꝙ efficit, & redigit eorũ cutes rutilantes, & candentes.

44 Si determines septem climata, scies species complexionum.

45 Quartum ex eis est iustum et ęquale, in quo color sequitur post complexionem.

46 Fuscus croceus choleram rubeã, sed obscurus puluerulentus choleram nigram.

47 Corpus est rubeum ex dominio sanguinis, & album in colore, sicut ebur ex humore phlegmatico.

48 Complexio habẽtis colorem mistum ex albo, & rubeo, est secundum existimationẽ æqualis, & temperata.

49 Albus capillus est frigidæ cõplexionis: sed capillus niger est calidæ complexionis.

50 Cuius cõplexio est diminutę frigiditatis, hẽt capillos aureos flauos. Et cuius cõplexio ẽ diminutę caliditatis, hẽt capillos rubeos

51 Color capillorum, habentis complexionem ęqualem & temperatam, est aureus, ex flauo, & rubeo mistus, & compositus.

Rememoratio signorum sumptorum à colore oculi.

52 SI corpus humiditatis glacialis & albuginęę fuerit peruiũ, purũ, & paruę quantitatis, & exterius localiter ꝓminuerit, quarũ lux seu splẽdor fuerit pure coruscãs cãdẽs efficieť qdẽ inde color oculorũ glaucus, & ex causis cõtrarijs cõtingit antimonialis. i. niger aut subniger sicut antimoniũ.

53 Si causę glaucedinis complectũtur cum causis antimonialitatis, fit safolam. i. varietas.

54 Si fuerit spiritus visibilis paruus, fiet obscuritas. Si vero multus, continget inde splẽdor & luminositas.

Rememoratio tertiæ de rebus naturalibus, & sunt humores.

55 COrpus est generatum ex humoribus varijs, & diuersis ĩ colore, & complexione. s. ex phlegmate, & cholera rubea, & sanguine, & cholera nigra.

De Phlegmate.

56 PHlegma naturale est insipidum, & frigiditatis temperatę.

57 Ex eo aũt est quod noscitur vitreo nomine: est aũt grossum, & frigidæ complexionis:

58 Ex eo aũt est adhuc phlegma dulce, quod qdem non absoluitur omnino à calore.

59 Rursus ex eo est qđ vocať salsum: & hoc videtur versus calorẽ & siccitatẽ declinare.

60 Ex eo est quasi acetosum, & est frigidius eo cum corrumpitur cibus in stomacho.

De cholera.

61 EX cholera citrina sunt varij colores et qdam ex ea nominatur fumosa. Per fumosam Arabes intelligunt adustam.

62 Ex ea etiam est similis viridi ęris: & porro: istæ quidem sunt magnæ malitiæ.

63 Est etiam alia à prædictis quæ vitellina dicitur: neq; est pernitiosę virtutis, & potẽtię.

64 Et rubea cholera est cuius habitatio est in kisti fellis, & omnes quidẽ declinant, & vergunt ad caliditatem.

De sanguine.

65 ORigo, & augmẽtũ sanguinis ẽ ab hepate, & trãsit ĩde ꝑ venas eius ad totũ corpꝰ.

66 Ex eo est sanguis quẽ continet cor, sanguis autem calidæ & humidæ est qualitatis.

De Melancholia.

67 SItus choleræ nigræ est in splene, neq; est falsa opinio ista.

68 Turbulentia sanguinis est naturalis, qualibet autem ab ista innaturalis.

69 Quæ proculdubio generatur ex commistione, & adustione aliorum humorum.

Rememoratio quartæ ex rebus naturalibus, & sunt membra.

70 PRincipalia, seu radicalia membra corporis sunt quatuor, alia autẽ ab eis sunt velut rami.

71 Vnum ex his est hepar, & ipsum quidẽ præest cibo, & nutrimento in corpore.

72 Cor autẽ alit corpus vita, & nisi ipsum esset, corpus assimilaretur plantæ.

73 Abinde est calor qui est corpori sicut elemẽtum, quod. s. cor trãsire facit in alebher. i. in arteriam aorthi.

74 Ecce ꝙ cerebrum cum neruis, et nuca custodit, & præseruat ignem, et calorem cordis ab inflammatione.

75 Ex eis est motus iuncturarum, sed testiculi sunt organa generationis.

76 Ex generatione eorum species conseruanť, in quorum abscissione fieret terminatio, et abscissio earum.

77 Caro, pinguedo, et species glandularũ sunt tanquam famulantes prædictis.

78 Ossa, et panniculi, et ligamẽta sunt velut columnę, et fulcimenta corporis.

79 Vngues autem fuerũt in extremitatibus, ꝓpter auxiliũ, sed pili fuerũt propter superfluitates, vel ornatum.

80 Hæc

80 Hæc autem omnia sunt famulantia, cum pficiant statum, & figuram per radices. A

Rememoratio de spiritibus.

81 Spiritus diuiditur in naturalem genitũ ex vapore laudabili mundo.

82 Et diuiditur in eum qui iam existit in corde, & est ille per quem permanet vita.

83 Et diuiditur in eum qui in cerebrum fertur, & in panniculis eius retinetur.

84 Insunt aũt huic spiritui imaginatio, rõ seu intellectus, & memoria, cũ cõpletur, & perficiũtur ipsius species ĩ vẽtriculis cerebri.

85 In quolibet ex spiritibus est virtus ꝓpria alia ab illa quæ est in alio.

Rememoratio sextæ ex rebus naturalibus, & sunt virtutes.

86 Septẽ virtutes numerãtur in natura secũdum diuersitatẽ earũ in forma & specie. B

87 Ex his est virtus immutatiua spermatis. præter quod depingat seu figuret ipsum.

88 Ex his etiam est virtus, quæ aliqua forma, et figura informat corpora: necnon & quãtitate, & numero.

89 Est etiam virtus attractiua, digestiua, retentiua, & expulsiua.

90 Est etiam ex his virtus vniens membris qđ similatur corpori ex nutrimento.

De virtutibus vitalibus.

91 Duæ sunt species virtutis vitalis, & operationũ cuiuslibet ambarũ duę sunt partes, ex qbus est vna qua fit actio pulsus p dilatationẽ, et cõstrictionẽ venarum pulsatiliũ. C

92 Soror aũt huius est illa qua patitur passiões sicut est amare, & habere aliquid odio: & depressio animæ, & eius exaltatio, & illa quæ disponit aliquid ad operationes.

De virtutibus animalibus.

93 Nouẽ sunt virtutes quę ab aĩa numerant̃. ex qbus sũt qnq; sub sensitiua. s. visiua, auditiua, olfactiua, gustatiua, et tactiua vl'is.

94 Est ẽt virtus ad lacertos ꝑueniẽs ex qua seu per quã mouet qs artus, & iũcturas suas.

95 Ex eis etiam est virtus qua imaginantur res sicut in speculo.

96 Est adhuc ex eis virtus in qua est ratio: & ẽt in qua est memoria.

De operationibus.

97 Omnes operationes virtutũ numerantur secũdũ ipsas virtutes quarũ sunt operões. D

98 Hęc aũt operatio dicitur communiter sicut de attractione, digestione, & retentione.

99 Et sicut de trãsitu secundũ penetrationẽ cibi, & appetitu. nã attractio est opatio simplex vnius virtutis solius, appetitus vero cibi existit ex duabus operatiõibus simul cõpositis. s. ex operõe sentiẽdi, et attrahendi. operatio aũt sentiẽdi, & impellẽdi efficit trãsitũ, & penetrationẽ cibi. hęc enim opera ex prædictis ambobus efficiuntur.

De rebus non naturalibus necessarijs & primo de aere.

100 Sol hẽt iudicia sup aerẽ, quę qdem in tẽporibus anni manifestant̃ ex impressionibus, climata etiã habẽt sup hæc iudicia.

* *De impressione stellarum in aere cum sole.*

101 Aer etiã alteratur, & immutatur ratione alicuius astri orientis vel occidentis.

102 Cum enim sol appropinquat inflammatis stellis, incendit, & inflamma taerem.

103 Hoc siquidẽ verũ est in tm̃ etiam, q cũ inflãmata elongãtur aliquo modo à sole, videmus aerem aliquantulum infrigidari.

104 Si [a] etiã stellę quæ dicũtur infortunatę, fuerint in exaltatione sua, significabũt super corruptionem animatorum. Si vero quæ fortunatæ dicuntur, fuerint ibidẽ, significabunt salutem eorundem omnimodam. A Lib. 4. F. I. t. 4. c. 1.

* *De alteratione aeris secundum regiones.*

105 Tanto frigidior est illa quãto altius sup mõtes existit, complexio vero villæ existẽtis in valle iudicatur calida.

* *De alteratione aeris secundum montes.*

106 Si vero montes fuerint à parte septentrionis, et claudatur montibus, iudicetur infrigidari à septentrione.

107 Villa ędificata à parte meridiei, iudicet̃ calida ratione exufflationis illius venti meridionalis super eam.

108 Sed si sit ex parte occidẽtis, habebit aer ei⁹ grossitiem, si vero ex parte orientis, habebit subtilitatem.

* *De alteratione aeris secundum maria.*

109 Maria habent contrarium iudicium in hoc sicut sapientes retulerunt.

* *De alteratione aeris secundum ventos.*

110 Venti etiam generãt in aere illud quod generant in eo impressiones cœlestes.

111 Est qdẽ in meridionali caliditas, & hũiditas, & pp ipsas qñq; generat putrefactionem.

112 Frigiditas, & siccitas insunt septentrionali, & ideo generatur inde tussis.

113 Calor, & subtilitas insunt orientali: Et frigiditas, & grossities occidentali.

* *De alteratione aeris secundum ea quæ ei vicinantur ex terris & aquis.*

114 Omnis locus terræ paludosę, circa quẽ sunt loca aquosa, est quidem complexionis humidæ.

115 Generatur autem siccitas in aere appropinquante alicui villę, cuius terra vel locus saxosus est, & salsus.

* *De alteratione aeris secundum habitationes.*

116 Domus valde patula, & omnibus ventis discooperta est in hyeme valde frigida, ęstate vero calida.

117 Ex domo autẽ depressa, & subterranea habetur iudicium contrarium.

* *De alteratione secundum vestimenta.*

118 Calor inest panno facto ex serico, & coto: Et frigus in rasculo, id est pãno plano nõ lanuginoso seu velleroso, & lineo.

119 In cõpositis ex pilo, chameli & lana inest cũ caliditate aliquantulum siccitatis.

* *De alteratione secundum odorifera.*

120 Iudicat̃ caliditas super cõplexionẽ cuiuslibet floris [b], & cuiuslibet aromatici, exceptis

ceptis.v.s.myrto, salice, nenufare.rosa.& violis, quæ q̃dē sunt frigida, & aromatica odorifera sunt calida præter sandalos, & canphoram. E

* *De operatione colorum in visu.*

121 Laudabilior, & vtilior ex coloribus visui, est niger, aut viridis, albus autem & citrinus q̃n splendent & sunt puri disgregant lucem oculorum.

Secūda ex rebus nō naturalibus, s. cibus et potus.

122 SCito ꝙ vera cibi actio ē augere augēda, et restaurare oē deperditū ex dissolutione corporis, & ad pristinū statū deducere.

123 Est aūt ex eo eligēdus ille, q in sanguinē laudabiliorem conuertitur, & transmutatur.

124 Leuis autem, & subtilis, est panis tritici, & carnes paruorum pullorum gallinæ, & sicut bliti ex oleribus, hi enim conueniunt patientibus ægritudinem. F

125 Grossi autem ex vsualibus sunt similia, & sicut aries castratus delectabilis duorum annorum.

126 Piscis notus habitās inter saxa est cibus cōgruus vexato ab exercitio, & labore.

127 Ex eis sunt subtilis malitię sicut sinapis, cepe, & alliū, hi aūt generant cholerā rubeā. vnde & quādoq; sumuntur via medicinę.

128 Ex eis sunt etiā generātes meliam: ex qua ī quibusdā corporibus morbi generantur: velut hirci antiq, boues, panis furfureus, & caseus.

129 Rursus quidam ex his causant, & efficiunt humorem phlegmaticū, sicut pisces grossi, & genera lactis. G

130 Aquæ delectabiles & fluuiales conseruant humiditatem radicalem, & causant egressum fœcum & superfluitatum, digerūtq; & deducunt cibum per venas.

131 Melior est ex aqs pluuialis munda: q̃m nihil admiscetur eis, q̄d inferat eis nocumētū.

132 Ex eis aūt sunt egrediētes à naturali dispositione earū, quarū propria actio est secundū complexionē eius quod admiscet̃ eis.

133 Omne quod bibitur ex ceruisiis, lacte, & vino, nutrit corpus.

134 Potus conuertēs corpus ad sui naturam, est sicut oxymel ex sui iuuamento.

Tertia ex rebus non naturalibus, s. somnus & vigilia. H

135 SOmnus est quies virtutum animalium motiuarum, & sensitiuarum.

136 Ipse enī calefacit corporis īteriora, ex quo fit cibi digestio laudabilior & melior.

137 Si autem somnus multum prolongatur, replebitur caput humoribus.

138 Ipse etiam humectat corpora, & relaxat, ex tinguitq; calorem viuificantem ipsa.

139 Temperata vigilia excitat valde sensus, & disponit virtutes ad exercendum operationes suas, & cum hoc mūdificat corpus a fęcibus, & superfluitatibus.

140 Ex longa autem vigilia contingit expergefactio, & insomnietas generās anxietatē, & angustiam animæ. Ipsa etiam dissoluit spiritus, & corpora sedat, et corrūpit splēdorem & claritatem corporis & colorem eius, et profūdat oculos, nocetq; digestioni, & mētē tollit & disturbat, & corpus infrigidat, vel debilitat.

Quarta ex rebus non naturalibus, s. motus & quies.

141 IN exercitijs est quod est temperatum, & hoc decet quod fiat, nam ipsum æquat, et temperat corpora!, & efficit egressum sup fluitatum, et sordium.

142 Disponit etiā corpus ad hoc vt nutriatur, et disponit parum ad hoc vt augeatur.

143 Immoderatum autē ex eo proprie dicit̃ labor, qui quidē spiritū euacuat, et educit, & lassat corpus, et emacerat pingues et carnosos, et inflāmat calorē extraneū, et ducit ēt humiditates a corpore, et debilitat neruos ex violentia dolorum, et facit corpus senescere ante ætatem senectutis.

144 Vltimata aūt quies est incōueniēs, neq; est iuuamētū ī vltimitate ei⁹, īmo q̄dē replet corpus humiditatibus, sicut et glādulis, et nodis, neq; disponit corp⁹ ad aliquē cibū.

Quinta ex rebus non naturalibus, s. de euacuatione, et repletione.

145 COrpus indiget vniuersali eūone oīum membrorum per phlebotomiam, & pharmaciam, ex qua quidem est perfectū iuuamentum in vere.

146 Vomitus fiat in ęstate, sed melācholia educatur in autumno.

147 Gargarismata, et dentifricia purgāt, et mūdificant palatum et dentes.

148 Prouoca vrinam, alias incidet in hydropē. Et prouoca mēstrua, sin autem, corrūpentur corpora earum.

149 Educ fęces in colica: nam in earū eductione curabitur patiens.

150 Vtere balneo ad tollēdū sordes, et immūditiā, neq; sis ī hoc piger, si velis educere sup fluitates a corporis sup̄ficie, et cutē ab accidētibus immunditiæ mundam facere.

151 Coitus ēt cōmendat̃ iuuenibus, quatenus p̄ eum a nocumentis pernitiosis liberent̃.

152 Nequaquam autem concedatur macris, senibus, aut etiam debilibus.

153 Incurret podagrā, et dolores alios ille q vtit̃ coitu īmediate post cibum sumptū.

154 Multus coitus debilitat corpus, facitq; ip̄m hr̄ditar̃ varias sp̄es nocumētorū, et dolorū.

Sexta ex rebus non naturalibus, s. de passionibus animæ.

155 IRa animæ excitat calorem, generatq; interdum alia nocumenta.

156 Timor aīę īcitat frigiditatē, q q̃nq; magnificatur ī patiēte intm̄, donec lędat in vltio.

157 Magnū et multū gaudiū impiguat corpus, & ideo multū lædit pinguē, et crassum.

158 Ex lamento quidem, & tristitia fertur iudicium nocumenti super macrum, et cōfert indigenti dissolutione, seu demacratiōe.

Tractatus

TRACTATUS II. *de rebus extra naturam, et primo de morbis generatis in membris consimilibus.*

159 MOrbi ex superfluo calore in mẽbris consimilibus absq; superfluitate gñati sunt sicut morbus febrilis & cõsumptiuus, sicut in hectica & phthisi.

160 Morbus autem ex calore cum humore, est sicut febris putrida.

161 Ex eis ẽt sunt morbi frigidi absq; materia, sicut congelatio contingens ex niue, grandine vel frigore: Et ex eis est frigidus cũ materia, sicut paralysis cum magna quãtitate phlegmatis.

162 Ex eis ẽ humidus absq; materia, sicut habitudo corporis quæ laxa vel mollis videt̃. Et ex eis est morbus humidus cũ materia humorali, sicut repletio vẽtris ĩ hydrope.

163 Morbus siccus cũ materia est sicut cãcer vel glandula. Sed siccus p̃ter q; in corporibus sit materia, ẽ sicut spasmus ex inanitione.

* *De ægritudinibus membrorum instrumentalium vel organicorum.*

164 In membris organicis existũt morbi cum accidit in plasmatiõe lęsio vel nocumẽtũ.

165 Est aũt morbus in augmẽto si fuerit caput nimis magnum. Et in diminutione si fuerit stomachus nimis paruus.

166 Si videatur forma capitis lata vel cõpressa, erit error vel peccatum in plasmatione.

167 Ex eis ẽt est morbus in cõcauitate cum accidit ei nocumentum, sicut cum plãta pedis carne repletur.

168 Aut si accidat ẽt q; interponatur aliquid in poris & meatibus: sicut contingit in oppilatiõibus ex lapidibus renũ cõtingẽtibus

169 Aut si mẽbrũ quod debet esse asperum fiat lene, vt stomachus in quo superflua humiditas exuberat, aut si qđ debet esse lene exasperetur, sicut cãna pulmonis cũ exiccat̃.

170 Est aũt numerus à natura egrediens in sex, vel quatuor digitis.

171 Interdũ vniũtur duo digiti, & coniũgũtur. Et ĩterdũ mãdibulę ĩnaturaliter separant̃

* *De solutione continuitatis.*

172 Solutio vnionis existit in mẽbris cõpositis, aut in simplicibus in compositis quidem sicut in dislocatione brachij, & incisione pedis vel manus.

173 In simplicibus quidẽ solutio in ossibus est fractura, ĩ tunicis aũt & venis dicit̃ ruptura, sed solutio facta secundũ latum vel longũ in neruis, dicitur fixura vel punctura.

174 Solutio facta in ligamẽtis vel chordis dicit̃ quassatio, & arabice dicitur alhetech, sed facta in carne dicitur vulnus. Si tamẽ produceretur tempus eius, diceretur vlcus. Sed facta in musculis vel lacertis dicit̃ attritio. Sed facta in sola cute dr̃ excoriatio.

Capitulum secundum de causis.

175 CAusę diuiduntur in primitiuas quæ. s. contingunt cuti, & superficiei corporũ sicut ignis, & nix, percussio, aut ruptura contingens ex saltu.

176 Ex causis ẽt sunt, quæ dicũtur coniunctæ, & ipsæ quidẽ sunt inter has species differentes, & hoc quidem, quia quandiu continuatur putrefactio, continuat̃ febris putrida. Ex causis ẽt sunt q̃ ãncedẽtes appellãtur omni repleto corpori congruentes.

177 Ex causis efficiẽtibus vniuersaliter est qcquid corrumpit membri complexionem ex infusione humoris ad ipsum.

* *De causis effusionis materiæ.*

178 Hęc sunt potẽtia impellẽtis, et debilitas seu impotentia recipientis, et multitudo mali humoris fluẽtis, & latitudo meatuũ, et debilitas nutritiuæ, hoc. n. est sufficiẽs sũma earũ: necnõ ẽt qa videbis qualitatẽ in substãtia corporis existentem superari, & ad suã contrariam declinare.

* *De causis ægritudinis calidæ.*

179 Quod gñat in eo calorẽ, est qđẽ causa quare cõtingat corpori illud quod inde eidẽ contingere cõsueuit. vsus aũt esus allij est calidũ in potẽtia. Sed calidũ in actu est sicut calor solis, vel ęstuatio aeris.

180 Ex his sunt motus animę, sicut ira, & motus corporis, sicut labor, & corruptio & putrefactio, & cibi paruitas: & quod poros cutis claudit & constringit sicut aer.

Causæ ægritudinum ex frigiditate.

181 CAusa vero harũ ęgritudinũ est qcqd in eo frigiditatẽ generat, et qñq; soluit̃ ex ex eo cõtinuũ, cuius virtus aut est in potẽtia, velut cõtingit in hyusquiamo assumpto, aut in actu sicut in niue.

182 Fames est cum pabulum spirituum terminatur, & sicut contingit cum terminatur, & consumitur oleum in lampade vel curcibulo, vehemẽs etiam saturitas, & crapula calorem suffocat, & extinguit.

183 Motus autẽ fortes & diurni sunt causa euacuationis spirituũ, & infrigidationis corporis, quiete etiã infrigidatur calor, sicut & flamma fumo extinguitur.

184 Fortis & valida corporis densitas concludit calorẽ in corpore donec extiguat̃, corpus ĩmoderate rarũ seu spõgiosum de facili infrigidat̃ cũ sit propinquũ et dispositũ ad hoc vt in eo calor de facili dissoluatur.

Causæ ægritudinum ex humiditate.

185 QVinq; sunt numero scripta hũiditatẽ actu generantia vel scripta actualiter hũida ex qbus aqua calida dulcis sup totũ corpus infusa ẽ humida in actu.

186 Ex humectantibus aũt in potentia est vsus lactis, et piscium delectabilium, casei recẽtis, quies corporis, ẽt reclusio humiditatũ et immoderata refectio vel saturitas.

Causæ ex siccitate.

187 QVinq; sunt siccitatẽ generantia sensu intellecta vel apprehensa, ex quibus quędã actu exsiccãt, sicut boreas, et quædam potentia sicut esus sinapis,

pis, et tanta fames seu abstinentia per quã humiditas corporis consumatur, & omnis motus fortis & violentus, cõtingit ẽt corporis exiccatio ex ventris solutione.

188 *Causæ ægritudinum organicarum.*

CAusę magnitudinis mẽbrorũ sunt fortitudo, & potẽtia formatiuę, et ẽt nutriẽs.

189 Causę paruitatis mẽbrorum sunt contrarię eis quę magnitudinem efficiunt in eisdẽ.

190 Causa corruptiõis formarũ est ĩ numero similitudinũ, qđ qdẽ rõne malitię cõplexionis existẽtis in matrice cõtingit, aut paucitate receptionis spmatis grossi coagulati, aut malo egressu fętus ĩ ortu suo, ex cuius tortura cõtingit peccatũ ĩ figura, et forma.

191 Ex his ẽt est nutrix, si deliquerit fasciando ipsum, aut eleuãdo, vel deprimendo ipm.

192 Vel si forsan augeaẽ in eo cibus, aut ad nutriendum malus existat.

193 Aut si puer debilitate sua cadat, cum non regitur ab aliquo, & ipsius tibia aut crus indefrãgantur: vel eius nasus percutiaẽ taliter ꝙ inde tẽsionẽ & depressionẽ patiaẽ: nõ enĩ potest materia rectificari, si moueatur quis impotens se sustinere ratione fracturę ossis nõdum perfecte consolidatæ.

194 Hoc etiã facit multitudo humorũ, in leprosis, et paucitas eorundẽ in pthisi continua vel extenuatione continua.

195 Aut tortura oris & faciei cõtingens ex mollitie, & relaxatione nerui, aut corrugatiõe et nerui tensione versus collũ declinante.

196 Vestigia apatum, & cicatrices vlcerum, & vulnerum proculdubio formas in superficie corrumpunt.

Causæ clausionis meatuum & pororum.

197 SApiẽtes dederũt operã in collectiõe eorũ, q̃ sunt de genere claudẽtiũ et obturãtiũ poros & meatus, & ex qbus sunt fortitudo retẽtiuę, & debilitas expulsiuæ: interdum etiam frigus est causa huius congregando vel coadunando.

198 Siccitas ẽt coartat eos valde: & similiter faciũt ligaturę: vel stricturę cũ aggregãt coarctãdo, & apa coarctat, & cõtorsio exterius in aliquo mẽbro, & q̃nꝙ stringit etiã eos medicina styptica.

199 Hoc ẽt contingit interdum consolidatione vulnerũ & vlcerum: & ẽt verruca seu porro, & carne innaturaliter augmentata.

200 Hoc ẽt humor facit, aut sanies, vel sanguis, lac coagulatũ, & aqua.s.coagulata.i.phlegma grossum.

201 Hoc ẽt faciunt vermes lapis, & fęx sicca dura, & aer.i.vẽtositas cõclusa in meatibus.

Causæ apertionis meatuum.

202 CAusæ apertionis meatuum sunt fortitudo expulsiuæ, & debilitas retẽtiuæ.

203 Ex his ẽt est omnis medicina aperitiua calida & humida necessario.

204 *Causæ ægritudinis in numero.*

QVicqd augeẽ et excedit numero in nobis augeẽ, sicut ex multa materia, vt digitus, si fuerit materia laudabilis: aut rana si fuerit materia illaudabilis.

205 Quicqd minuiẽ in nobis numero, cõtingit à cõtrario, cuius rememorationẽ fecimus.

Causæ asperitatis.

206 CAusa generãs asperitatem est ablatio humiditatis, quæ interdum ex humore frigido contingit, puluere, stypticitate ciborum et medicinarum.

207 Causa leniens asperitatem est sicut humor viscosus, & omne pingue, & vnctuosum.

208 *Causæ cõiunctionis, et vnionis separatorum.*

PRoculdubio oẽ illud đ cuius natura ẽ vt stet separatũ ab aliquo, cum aliquo modo ei vnitur, si cum eodem coniungetur.

Si vlcus non debite consolidetur, ꝙ sit res in membro inopinata, ostendetur.

209 Ex hoc etiam est fortitudo immutatiuę, et debilitas informatiuæ.

210 Quãuis separatio cõtingens cuilibet ex eis, de quorũ natura est vt sit in situ cõiũcta, sit de gñe & numero ęgritudinũ situs, & põnis ĩ mẽbris organicis: nihilominus ẽ ꝓprie đ gñe solutiõis diuisi, seu cõtinuitatis cuius qdẽ solutionis causę hę referũtur.

211 *Causæ solutionis indiuisi.*

QVædã est humor hñs vim, & qualitatẽ vstiuã, aut putrefactiuã, aut corrosiuã, & disruptiuã, aut grauitas extẽdẽs aut disrũpẽs, vel viscositas relaxãs qđ mouere deberet, vel saltus cõtũdẽs, laniãs & disrũpẽs, vel lapis offendẽs, & cõtundẽs.

212 Ex eis sunt medicinę corrosiuę, et vstiuę vt ferrum corrodens, et laniãs, & quandoqꝫ vẽtus scindit ratione tensionis. Idẽ etiam agit ignis sicut & in cæteris.

Capitulum tertium de accidentibus.

213 QVædam ex accidentibus reperiũtur in operationibus, & quædam in quibusdã corpori contingentibus, & quædã in egrediẽtibus ab eodem: puta in sputo, fæcibus, sudore, & vrina.

214 Egressus naturalis operationis à dispositione sua est triplex.s.ipsius debilitas, ipsius ablatio, & ipsius imutatio seu corruptio, quod in quolibet mẽbro est ẽt manifestũ.

215 Debilitas.n.operõnis visus ẽ, cũ aliqs debiliter videt: et ipsius ablatio, cum omnino visus prohibetur vel aufertur: & ipsius corruptio & inconueniens immutatio, cum imaginatur se videre quæ non videt.

216 Exẽpla accidẽtiũ ꝓportionabilia reperiunẽ ĩ accidẽtibus cõtigẽtibus alijs operõnibꝰ.

De accidentibus perceptis ex sensibus.

217 SEnsus visus attigit, & ꝑcipit interdũ aliquod ex accidẽtibus qualitatũ corpori cõtingentibus, sicut citrinitatẽ icteritiæ, & tumorẽ visu perceptibilem: Et interdũ attingit et percipit auris aliquod ex eisdẽ, sicut sonũ ventris in hydrope: Et percipit ẽt ex eis aliquod sensus odoratus, quẽadmodũ fœtorẽ cõtingentẽ in vlceribus putridis, & corruptis. Ex eis etiã est quod suo

suo sapore gustu percipitur, sicut cõtingit cũ acredo vel acetositas in ore percipitur. Tactu ẽt quoddam ex eis cognoscitur: sic n. per tactũ cognoscitur cancri durities.

Accidentia ab egredientibus a corpore.

218 SVper accidentia ab egrediẽtibus a corpore sumpta, excitantur quidem quinque sensus.

219 Sicut in vrina, si rubea sit vel nigra, et sputo si fuerit velut sanguis, vel sicut butyrũ, et in eo quod quidẽ ratione dissolutionis vel resolutionis egredit, sicut contingit in ventositate, sternutatione, singultu. in vomitu ẽt reperitur interdũ acetositas, amaritudo, vel stypticitas: et cum vrina fuerit fœtida, significat quidẽ sup vesicę vlcera, et in sudore sentitur si frigidus fuerit vel calidus tenuis vel viscosus.

220 Hæc quidem accidentia sunt patientiũ passiones, et apud nos signa et demonstrationes: Et postq̃ feci rememorationẽ de his quasi transitorie, et in generali, faciã nunc rememorationem de eisdẽ in speciali.

Rememoratio signorum.

221 OMne signum, sicut dictũ est, est rememoratiuũ, aut pręsentis indicatiuum vel futuri, pgnosticum, est tñ vtile nõ necessarium nobis quod referimus ex eo qđ pterijt sicut humiditas terminati sudoris.

222 Omne illud quod significat super illud qđ iam existit, neq̃ nõ ẽt quod significat sup illud quod speramus, est quidem multum necessariũ: cura enim conueniens fit a nobis cum auxilio huius rei.

223 Ex his qdẽ signis sunt q̃dã gñalia, et q̃dam spãlia, et particularia alicui ex mẽbris: de qbus quidẽ specialius faciã rememorationẽ in arte seu parte artis curatiuæ.

Rememoratio signorum indicatiuorum.

224 OMne signnm generale sumitur a mẽbris principalitatem et dominium habentibus: puta ab hepate, cerebro, et corde, hæc enim secundum veritatem dicuntur principalia.

225 Vt cum est rectæ formationis seu imaginationis, et ratiocinationis seu cogitationis, sanæ memoriæ et recordationis.

226 Motus ẽt et sensus laudabilis significat sup capitis sanitatem, et nocumenta eis contingentia denotãt proculdubio q̃ morbi existant in cerebro.

227 Cum cor incedit recte in pulsatiõe sua, tũc eius dispositio est pacifica, et tranquilla. Et pulsus qñ variat a consueto mõ signat corruptionẽ. Et p diuersitatẽ pulsus significatur sup species diuersas ęgritudinum.

Genera pulsus.

228 NEquaquam fuerũt genera pulsus in numero denario posita nisi ab ore sapientis, quorum quidem primus ab ęstimatione dilatatiõis est assumptus: ipse. n. significat super dominium et fortitudinẽ virtutis, et ipsius æqualitatem.

229 Magnus autem est cuius dimensiones eminent vel eleuantur, et significant sup fortitudinem ſm suam existimationem.

230 Paruus pulsus est contrarius in virtute, et etiam pulsus longus, et breuis.

231 Ex eo etiam est strictus, et latus, necnon ẽt eminens, et profundus.

232 Genus eius relatũ tẽpori motus, est variũ et diuersum, ex quo est pulsus velox, magnę iactãtię, et significat quidẽ sup vim et calorẽ. Ex eo ẽt pulsus est tardus habẽs frigiditatem vel congelationem.

233 Genus sumptum ab existimatione temporis quietis diuiditur in suas species. s. ĩ frequentem spissum et sine quiete, significãtem super debilitatem virtutis, et calorẽ, et in rarum, sibi cõtrarium qui super laxitatem et frigiditatem attestatur.

234 Genus sumptum a dispositione virtutis diuiditur in fortiter pulsantem et magnũ, et in sibi contrarium debilem, cuius pulsatio profunda est et exilis.

235 Ex genere sumpto a corpe venę p tactũ est pulsus durus, q attestatur sup siccitatẽ, et ex eo est q tactu mollis et humidus reperitur signãs sup sui corporis humiditatẽ.

236 Genus sumptũ a pria qualitate corpis venę significat recte sup cõplexionẽ. s. frigidus super frigidam, et calidus super calidam.

237 Genus sumptũ ab eo q̃ replet arteria declarat dispõnẽ et esse humorum eius: plenus enim super humorũ abũdantiã, et vacuus super ipsorũ diminutionẽ habet attestari.

238 Genus sumptũ ex motiõibus et quietibus pulsus, detegit qdẽ ad sensum tactus spẽs eius. est aũt ex eo spẽs iusti põderis, et conueniẽs pulsib⁹ ętatũ, tẽporũ anni, et regionis. Ex eo ẽt ẽ egrediẽs a debito cõsueto.

239 Ex eo ẽt est pulsus contrarius ei quem pręmisi sine pondere.

240 Aliud genus eius sumit ab ęq̃litate vniformitate, aut diuersitate, et inęq̃litate ipsius.

241 Qui recte incedit vniformiter et ordinate, dr̃ vnitus siue ęqualis: q vero claudicat et deuiat in hoc, inęqualis dr̃, et diuersus.

242 In diuersitate generis sumpti a numero pcussionum arteriæ sunt differentiæ.

243 Differens pluribus percussionibus diuiditur in duas species.

244 In ordinatũ diuersum, et ordine carẽtem, quem scilicet anima percipere nequit.

245 Et habens ordinẽ dicitur reuersiuus, et est secũdum dictum nostrum ille q postquã nunc sic percussit, reuertitur cõsequenter ad percutiendum sicut prius.

246 Et quidã est cuius regressus minime sunt vniformes, et talis est qui cauda soricis appellatur.

247 Est ẽt ex eo q̃ differẽs seu diuersus ĩ vna pcussiõe repit cũ mẽsura quatuor digitorũ.

248 Ex eo ẽt est proportionatus alicui rei, et q dam sunt qui nulli rei referũtur, et sermo quidem noster erit nunc super noĩatas.

249 Ex his

249 Ex his quidem est pulsus intercisus, & ex his est habens continuitatem, ex his ēt est altus, humilis, & depressus. E
250 Ex his ēt est in cuius percussione duo sunt ictus, & ex eis in quo sunt plures.
251 Est ēt ex eis vermicularis, & serrinus, similiter formicularis, & vndosus.
252 Ex his ēt est ille q̄ tremulus dicitur: ex quo est significans super hecticam.
253 Omne quidem pulsus genus continet duas species, & ambę sunt cōtrarię, inter quas est vna ęqualis, quę ex ambabus cōtrarijs descendit seu reponitur in gradu.
254 Inter spēs vero gñalis diuersitas est multa, & nō est ęqualis, et media in diuersitate.
255 Ex pulsu tēperati corporis cognosces pulsum cuiuslibet: donec scias ex eo cui lateri æquatur, aut inæqualis efficiatur. F
256 Oīs pulsus egrediens a dispōne cōueniēti dr̄ cōparari ad egressum cōplexiōis eius.
257 Scito esse varias species pulsuum in diuersis ætatibus, quatuor anni temporibus, & diuersis regionibus.
258 Et ēt in diuersis cōplexionibus hoīum, & habitudinibus: masculis & mulieribus.
259 Pulsus velocitas cū magnitudīe est ī calido. Sicut ēt & ī ætate iuuētutis, et ī masculo.
260 Talis aūt est in regione & habitatione meridionali macro, pręgnante, & æstate.
261 In frigido.n. est pulsus paruitas, & tarditas, & cōsimilis qdē est in senibus, & hyeme.
262 Consimilis quidem est in mulieribus, & in pingui carnem laxam habenti, & talis ēt est in septentrionali. G
263 Cuiuslibet sicci quidē pulsus est durus, & cuiuslibet humidi est qdē pulsus mollis.
264 Pulsus cuiuslibet habētis complexionem æqualem & temperatam, similatur quidē pulsui perfecto ipsius veris.
265 Quartū clyma seqtur cōplexio p̄dicta.
266 Pulsus infantis frequens est & mollis: pulsus aūt senis est tardus & durus.
267 Pulsus cuiuslibet corporis multum humorem ferentis est valde plenus.
268 Omne corpus vacuū a materia habet pulsum illaudabilem, & vacuum.

Signa a sputo.

269 PEctus et pulmo sūt organa aīæ, q̄ si qdē sana fuerint, vitę conseruabuntur.
270 Si operatiōes eorū declināt ad aliquā malitiā, cor sīqdē ignieī ex sui inflāmatione.
271 Et sputum quidem habet significare super accidētia pectori contingētia in quacūq3 ægritudine eidem contingente.
272 Ablatio sputi proculdubio sup principiū attestatur: significat.n. ꝙ dispō digestiōis in eo non incepit.
273 Si aūt fuerit paruum & tenue, habebit super digestionem debilem attestari.
274 Si vero fuerit medium & æquale, in hoc qdem significatur ꝙ morbus iā ad mediū augmentum peruenerit.
275 Si autem fuerit multum spissum, tunc proculdubio est morbus in statu.
276 Tenuitas etiā sputi significat ꝙ humor faciens morbum leuis sit & subtilis.
277 Tale etiā significat ꝙ morbus sit velocis & citæ exiccationis vel resolutionis. Si vero fuerit grossum, significabit supra contrarium, & tardum.
278 Nigredo sputi splendentis significat super violentiam vstionis.
279 Sputum vero viridis coloris significat sup choleram citrinam, & porrinam.
280 Sputum habens citrinitatem claram significat super choleram vitellinam.
281 Sputum album significat super humorem phlegmaticum. Et rubeum super sanguinem. Et sputum cuiusq3 fœtidum, est pro culdubio putrefactionis significatiuum.
282 Omne sputum sine fœtore significat ꝙ in eius pulmone nulla sit putrefactio.
283 Si sputi figura rotunda sit, & cū hoc patiēs, febrem patiatur, hoc erit quidē ex signis ꝙ in birsem ceciderit.
284 Si patiens nō cessauerit tussire, iam quidē incidit in phthisim. Sputum aūt egrediēs sine tussi & difficultate, significat super pfectam digestionem, & est in eo albedo, grossities continua vel æqualis sine putredine eueniens primo.

Rememoratio signorum sumptorum ab operatione hepatis.

285 GEneratio. 4. humorū est in hepate, ex cuius augmēto augeī humor ī corpe.
286 Oē mēbrū rōne ipsius augeī: est nihilominus in ipso membro propria operatio.
287 Ex vapore autem ipsius fit spiritus.
288 Ex humore mundo fit corpus sanum, Ex humore enim sano fit corpus sanum: est aūt humor sanus cū hepar sanū fuerit.
289 Et aquę qdē deuehūt cibū ad ipsum: miscēturq3 cuilibet humori sup eū domināti.
290 Aquæ ēt mittuntur ab ipso hepate ad eius colatoria: & ipsæ nihilominus cū humoribus commiscentur.
291 Et ipsa quidem aqua fert secum colores eorū, & quod ab eis in ipsa imprimitur, manifestatur nobis.
H 292 Et proculdubio quicquid diximus est manifestū, super cuius veritatē sensus ēt attestatur, sunt.n. apud nos ex vrina significatiōe sigñantes qualis sit ꝓcessus patiētis.

De vrina, & primo de coloribus.

293 ALbus color vrinæ est ex signis super multitudinem cibi & potus, seu nauseatiuam satietatem significātibus, aut super dominium frigoris, vel humiditatis phlegmaticæ: aut super fluxum vrinę, vel oppilationis hepatis.
294 Cum aūt vrina videtur modicum citrina, significat quidem super paruitatē choleræ. sed cū est in colore ignea, significat super multitudinem choleræ.
295 Et color quidē clarus sub rubeo ponitur, in eo tamen est amplior cholera rubea.

296 Valde

296 Valde autẽ rubeus erit color eius à natura A sanguinis, nisi tñ fuerit talis ex assumptione croci, aut applicatiõe alicuius tingẽtis, vt alcannæ, aut ex colica aut ex febre.

297 Si autem videatur nigra, postquã visa fuerit fusca, significabit quidem super fortẽ algorem: si vero talis appareat postquam præcessit valde rubea, significabit sup fortem humoris vstionem.

298 Iudica aũt sup morbũ ex colore vrinę, nisi tamen fuerit talis ex cibo ipsam tingente, puta oleribus, casia fistula, et omni re eam breuiter tigẽte, sicut almuri, & similibus.

Rememoratio substantiæ vrinæ.

299 TEnuitas quidem substãtię in vrinis significat super paruitatẽ digestionis.

300 Et proculdubio efficitur vrina tenuis post B nauseatiuã satietatem, & oppilationem hepatis, & apostema.

301 Vrinæ autem grossities significat super digestionẽ, aut super multitudinem humoris phlegmatici in corpore existentis.

Rememoratio de hypostasi.

302 CVm hypostasis videbitur alba in colore, significabit quidem super salutem infirmorum.

303 Si autem color eius appareat citrinus, hoc erit ex acumine choleræ rubeæ.

304 Si vero appareat rubea velut res hñs colorem valde rubeum, tunc est propter malitiam digestionis ægritudo sanguinea.

305 Et si talis dispositio ipsius prolõgetur, neq; C varietur, erit ex hepate apostemato.

306 Et si fuerit nigra post intensam rubedinẽ, & petẽs fundũ, postq̃ prius apparuerit in alto, significat quidem ꝙ iam peruenit patiens ad hoc ꝙ anima separetur ab eo: & potissime cũ casu virtutis, neq; est spes de eo aliqua, neq; põt ei quicq̃ ꝑficere, cũ sit mors propinqua ex vehemẽtia vstionis.

307 Et si appareat nigra post eius fuscedinẽ, ꝑter ꝙ morbi materia sit acuta, et potissime si cũ tali fuscedine adsit aliquod signũ laudabile, & radix morbi fuerit ex melancholia, significabit quidẽ super morbi cõsumptionẽ, & hoc secundum plurimum.

308 Si appareat nubes supernatans in superiori parte vasis, significabit super cruditatẽ, D licet sit in ea aliq̃d digestionis quæ ex vẽtositate commiscẽte se ei impeditur, et inde sursum eleuatur.

309 Et scito ꝙ si videatur pendere in medio, ꝙ parua ventositas est in tali hypostasi.

310 Et scito ꝙ si ꝑeunte citrina, fuerit alba lenis et coniũcta, et inferius deꝑssa, et talis cõtinuo appareat, ꝙ digõ morbi sit cõpleta.

Rememoratio substantiæ.

311 CVm hypostasis ĩcipit apparere, et nõ ꝑseuerat, sed desinit apparere significat super debilitatem virtutis.

312 Si vero fuerint cõtẽta in ea similia fragmẽtis hordei, significabit quidem super rasuram venarum, sed si assimilentur furfuri, et cũ fœtore, significabit super vlcera vesicæ. Si autem similetur squãmis metallorum, significabit super vstionem et incisionem vel rem incidentem.

313 Si sanies appareat in vase, significabit super apertionem apostematis.

314 Si vero prolõgetur egressus eius cum sanguine corrupto, significabit super apostema phlegmonicum.

315 Cum aũt hypostasis petit fundũ, et spermati similatur, est quidẽ ex humore grosso, et crudo, et si cum eadem sit arena mista, scito illum cuius est, esse calculosum.

Rememoratio odoris.

316 MVltitudo vel fortitudo fœtoris cõtingit ex priuatiõe coctiõis et digõnis, aut ex indigõne rõne cibi indigestibilis.

317 Omne illud quod est vltimati fœtoris, est vltimatæ corruptionis.

318 Si autem odor eius sit extraneus horribilis, scito illum cuius est, pati morbum vesicę.

319 Iam quidem retuli genera vrinę simplicia, ex dictis, vero meis poterit quis vti in iudicijs compositorum ex eis.

Rememoratio signorum sumptorũ à fæcibus.

320 INterdũ attestãtur fęces super stomachũ, et interdũ sup intestina, et ipsum hepar.

321 Fęces quidẽ minuũtur rõne magnę trãsmutatiõis alimẽti cũ cõuertitur in mẽbris: nisi illius cuius expulsiua fuerit debilis, et attractiua fortis, rõne alicuius nocumenti cõtigẽtis, et hoc qdẽ significat repletionẽ corporis patiẽtis ex malis humoribus.

322 Si aũt fuerint magnæ in quãtitate, erit quidem signum ꝙ cibus non prębeat augmẽtum corpori, aut ꝙ attractiua sit in eo debilis et diminuta, et expulsiua fortis ratione alicuius morbi vel nocumenti.

323 Si autẽ fęces fuerint albæ, erit oppilatio in meatibus kystis fellis. Et icteritia quidem est ex significantibus super hoc sensibiliter, sub hoc etiam genere est vrinæ citrinitas: nisi cũ corpus humore phlegmatico vel mala cõplexione frigida inficiatur.

324 Si vero appareant rubeę vel ignitę, significant sup excessũ, et dñium cholerę rubeę.

325 Sed si similentur porro aut viridi ęris in colore, significabunt quidem morbũ, et malitiam magnam.

326 Cum aũt apparebunt nigrę in colore, hoc quidem continget et forti et antiqua frigiditate corporis cuius sunt, et si tales appareant in morbo acuto, significabunt super mortem futuram in propinquo.

327 Si aũt fęces fuerĩt durę, significabũt sup fortitudinẽ attractiuę, aut sup calorẽ vrentẽ, vel super cibũ stypticum, et constrictiuũ.

328 Si vero fuerint fæces molles, et liquidæ, nõ erit fortis attractiua in corpore: aut in corpore erit frigiditas mala: aut hoc contingit ex mala alia dispositione corporis: vel ex cibo qui soluit ventrem, et mollificat per naturam suam.

329 Si differatur & tardet egressus fæcum post cibum sumptum, hoc quidem cõtingit ex difficultate digõnis ipsarũ, aut diminutione et debilitate expulsiuę: aut forti frĩtate, aut ex ventre necessario constringẽtibus.

330 Si aũt citius debito egrediantur, hoc quidẽ erit rõne cibi non constrictiui, sed potius per nãm suam mollificantis & lubricãtis, aut rõne humorum & humiditatũ ad eas fortiter impulsarum: vel rõne meseraicarũ non sugentium, & attrahentiũ, aut ratione nocumentorum in intestinis contingentium, vtpote apostematis vel vlceris, aut corruptionis digõnis, & aliarum specierum morborum eisdem contingentiũ.

331 Si egrediantur cum sono, significabunt super magnam ventositatem.

332 Si vero fuerint mistę saniei, significabunt super apostemata in organis cibi existẽtia.

333 Sed si appareat sanguis cum eis significabit quidem super vlcera, & excoriationem.

334 Si aũt sunt multum fœtidę, sigñabũt super magnam corruptionẽ. Si vero velut oleũ supernatat eis, sigñabunt sup liquefactionẽ pinguedinis corpis, et si erũt odoris acetosi, tunc illud erit ex phlegmate acetoso.

Rememoratio signorum sumptorum a sudore.

335 SVdor multus in morbis sigñat super humiditatem, & est ex accidentibus vim et naturam ipsorũ referẽtibus, neq; est sicut ille ex quo fit iuuamentum.

336 Superfluus autem in vltimo cum casu virtutis patientis, contingit proculdubio ex labore, & debilitate virtutis, & naturæ, vnde mors est in propinquo.

337 Sed paruus sudor ĩ morbis, sup oppilationẽ & clausionẽ cutis, & grossitiẽ humoris, & debilitatẽ expulsiuę, et paruitatẽ digõnis, & ventris mollitiem & fluxum significat.

338 Si appareat sudor valde albus in morbis, significabit super humorem phlegmaticũ. Si vero sit citrinus, sigñabit, super cholerã citrinam. & si niger, super melancholiã. Si autẽ sit rubeus, erit morbus ex sanguine. Et similiter ꝓbet nobis signa suo sapore.

339 Sudor subtilis cõtingit ex subtilitate humorum, & grossus ex grossitie eorundem.

340 Si autem fuerit vniuersalis in toto corpore, est bonus. Sed si sit particularis & specialis in vno loco, est malus, & illaudabilis.

341 Qui ẽt contingit tempore suo vna cum circuitibus & paroxismis febrium, aut in die critica, ẽ qdẽ bonus & laudabilis, cõtrarij autem bonitas longinqua est & remota.

Rememoratio signorum prognosticorum.

342 PRognosticatio diuiditur in referẽtem, & significantem morbum futurum generari in sano, & in significantẽ quod debet contingere patienti in morbo suo.

343 Signa autem referentia super ægritudinem futuram sumuntur ex accidentibus significantibus super repletionem vel euacuationem cerebri, aut residui corporis.

E 344 Significat aũt super repletionẽ, quies, multitudo cibi, raritas balnei, & exercitij, ex his nãq; accñtibus contingit repletionis ęgritudo, & his cõtrariæ prognosticãt sup diminutionis vel inanitiõis ęgritudines.

Signa repletionis, & primo secundum uirtutem.

345 GEnus repletiõis diuidit̃ in repletionẽ penes virtutẽ aïæ, q̃ si fuerit respectu ĩmutatiuæ, & digestiuæ, nequaq̃ erit appetitus comedendi laudabilis, eritq; egestio mollis & liq̃da, neq; erit digestio in vrina.

346 Sigñatur aũt super repletionẽ respectu virtutis motiuę ex grauitate & lęsiõe motus.

347 Si aũt sit repletio respectu pulsatiuę, erit q̃dẽ patẽs d̃bilitas, et pigritia pulsatiõis eiꝰ.

F 348 Cã vero debilitatis aïarũ seu potentiarũ est illud qd̾ nequeũt pati ex chymis: nã parũ ex eis lædit & grauat eas: non aũt ideo q̃a membrorum cõcauitates ex eis repleant̃.

Signa repletionis secundum membra.

349 EST autem alia repletio a pręd*i*cta penes concauitates organorum. s. cum nõ poterũt tolerare id ex quo membrornm cõcauitates replebuntur.

350 Hoc aũt genus contingit ex repletione aut sãguinis puri et mũdi, aut cholerę, aut humoris phlegmatici, interdũ aũt aïę seu potentiæ fortes sunt: nec grauant eas chymi.

Signa dominij sanguinis.

351 CVm dñat̃ sanguis alijs homoribus, adsunt somnus & dolor capitis in excessu cum tumore, & rubore venarũ. Estq; posẽ ꝙ inde cogitationes mutentur, cum grauitate capitis, & debilitate, & fatigatiõe sensuum. reperitur ẽt tactu scapularũ, & oscitatio, caliditas, & grauitas. Et qñq; grauãtur supcilia, & frons, & manifestus fluxus sanguis narium & alices. et venter ẽt est lenis non supflue, & est alacris vita eius gaudens & lęta & apparebunt somnia lętitię, & iocunda, cum varietate & multitudine colorũ, accidet ẽt pruritus in loco phlebotomiæ, cũ rubedine oculi insolita, & apostematibus, aut variolis, aut pustulis corporis, & opinabitur se comedere dulcia in somnis, & videbitur ꝙ gustet dulcia, & si p̃rius ea non comederit. Vñ si hæc accñtia sint in vere, aut in principio iuuẽtutis nouellę, sigñabunt quidem nobis super ęgritudines ex sanguine generandas, quę qdẽ de facto consequenter apparebunt.

Signa choleræ.

352 CVm dñatur cholera citrina aut crocea, apparet qdem color cutis citrinus, cum debilitate, & casu appetitus cibi, et reperit ille ĩ quo dominatur oris amaritudinẽ, & mordicationem ex ipsa cholera rubea in stõ contingentem: acciditq; ei ventris solõ cum qua est cholera rubea, et insomnietas cum profunditate oculorũ, & siccitas oris et linguæ, et eius vrina est in colore valde citrina, acciditq; ei syncopis, et riget cutis eius cum permistione et perturbatione:

accidit

accidit ei sitis post ieiunium, & apparẽt ei ĩ somno coruscationes cũ subtilitate pulsus, & calore corporis. Sunt ẽt ex his accidentibus multa & frequens balneatio in aquis calidis, & sulphureis: & motus laboriosi q fiũt ĩ regionibus, et meridionalib⁹, et ętas iuuentutis, et frequẽs et continuus esus acutorũ, & maxime si fiat tpe æstiuo.

Signa melancholiæ.

353 SI vero cholera nigra ĩ corpore dominet̃, erit quidem fuscus color corporis, cũ forti & iugi meditatione, & cogitatione, & appetitu cibi forti, & reperietur in ore sapor acetosus.

354 Est ẽt cum malitia aĩæ cum qua accidit chatrub vel cutubut, & pulsus durus ẽ, & tardus. Et stõi seu ventris constrictio, et morphea nigra, & timor, & vigilia absq; agitatione, & angustia.

355 Et vrina quidem est alba tenuis, & cruda, nec est in egestione decoctio.

356 Et cibus siccus aridus, anxietas, timor frequens & tristitia.

357 Vr ẽt φ interficiatur in somnis: apparentq; in somno eius omnia eum exterrentia.

358 Aetas senum, autumnus, & regio septẽtrionalis, & corporis macies.

Signa phlegmatici.

359 SI dñetur humor phlegmaticus in corpe aggrauabitur caput eius, somnus eius erit longus, & erit piger in actionibus, & motibus, & erit eius appetitus debilis, cũ repletiõe penes virtutem, & pigritia in deambulatione, & sopita laxitas absq; consuetudine.

360 Ex his ẽt est fluxus saliuę, et sputi, & tumor vultus, & color patientis albus, & erit in pulsu eius grossities, & tarditas, & in vrina turbulentia, & grossities, & cruditas.

361 Nec est ĩ eo sitis, nisi fuerit phlegma salsum, aut putrefactio affuerit.

362 Ex his ẽt accidẽtibus sunt vsus oĩum ciborum humidorum, & frigidorum, & ętas senectutis, & tp̃s hyemale, & priuatio exercitij, & balnei, et excedẽs q̃titas cibi, et habitatio humida rõne fluminum et apparitio marium in somnis, et q̃rimonia ex incubo facta, et impotentia digõnis chyli.

363 Cum aũt apparebunt tempore sanitatis cõtinuo accidentia de necessitate super aduentum ęgritudinum significantia, esto solicitus in ablatione eorundem.

Rememoratio signorum prognosticorum tempore morbi contingentium.

364 EX signis p̃gnosticis est significans mortem futuram. Et ex eis est quod significat futuram sanitatem seu euasionẽ, et hęc in scientia prognosticationis declarantur.

365 Ex scia istorum videbit medicus, et sciet, qs moriatur, retrahetq; inde manus suas a cura eius, sicut ẽt videbit ex scia eorũdem qs euadere debeat, et curari pro tanto notificabit et prognosticabit illud.

A 366 Principiũ huius sciæ, est scia de tpibus morborũ, et eo quod apparet in eis de dispõne morborum, est etiã scia de longitudine, et breuitate, et fortitudine, et violentia, debilitate, seu tranquillitate ægritudinum, et etiam de iudicio eius quod debet generari ex crisi in temporibus morbi.

De temporibus morbi.

367 IN quolibet morbo sunt diuisa tẽpora, in quorum aliquo cõtingit mors et vita vel salus, et sunt principiũ, augmẽtũ, status. In quolibet põt mors contingere. In quarto aũt quod declinatio appellatur, nõ contingit mors, nisi contingat error vndecunq;.

368 Principium autem est in quo contingit nocumentum in operationibus, et debilitas in negocijs assuetis.

B

369 Et hoc qdẽ tp̃s durat, donec digõ appareat in excũtibus. s. sputo, fœcibus, et vrina, et post ipsum apparet et cognoscitur augmẽtum ex longitudine paroxysmorũ febriũ, et operationibus, et accidentibus.

370 Status vero est cum post p̃dictas dispõnes p̃fecta digõ appebit, nec p̃oxysmi morborũ augebunt̃, et accñtia in q̃titate ęq̃bunt̃.

371 Accipit ẽt morb⁹ diminutionẽ et fit iterdũ crisis perfecta. Vñ cum hoc signũ videbitur, prognosticetur pax et salus patientis, nã mors minime accidit in declinatione, nisi errore super patiente commisso, aut aere pestilentiali, necnon etiam omni extrinseco contrario eidem contingente.

C

372 Scia aũt nostra per quã cognoscimus terminum principij confert quidẽ in subtiliãdo cibũ, et diætam, sicut decet, et in mediãdo subtilitatẽ eius in augmẽto. Nã hoc expedit patienti donec morbus ad statum p̃uenerit: tunc aũt decet medicum esse solicitum ad subtiliandum perfecte diætam.

Rememoratio longitudinis & breuitatis morbi.

373 OMnis morbus perficitur in mensura. quæ si fuerit breuis, dicitur acutus, et hic aut interficit in breui tempore, aut per crisim laudabilem terminatur.

374 Ipse ẽt morbus est citæ digõnis, et breuium temporum, austerus et periculosus.

D 375 Cognoscitur aũt ex breuitate sui principij, pro tanto regatur diæta conuenienti.

376 Non. n. sunt multũ aggrauandæ eius virtutes, nec est auferẽdus et prohibendus ei cibus oĩno a pricipio, nã forsitan caderet virtus eius, nec ẽt ẽ debilitãdus ante statũ ipsius. Sed ẽ potius prudẽter ĩ q̃titate reficiẽdus sufficienti ẽm exigentiam sui viatici.

377 Si aũt videas difficultatẽ, et malitiã signorum, et periculorum, et dolores fortes, et violentos cum mala dispõne, et casu virtutis, et rõne diminuta et permista, ita φ virtus nequeat morbi malitiã tolerare, p̃gnostica mortem eius futuram ante statũ, quã quidẽ ex malitia accidentium ex morbo cholerico contingentium prognosticabis.

378 Ex morbis etiam est diu durãs, et longi tẽporis

poris,qui chronicus seu temporalis appellatur,qui quidẽ minime corpus celeriter consumit & dissoluit,sed aut necat ipsum cum phthisi & hectica,egressu sanguinis, aut macie, aut patiens ẽt longo tempore curabitur,& morbus per paulatinam dissolutionem,& digestionem consumetur.

379 Cognoscens autem ipsum ex leuitate & facilitate accidentium eius,& frigiditate cuiuslibet ex his morbis.

380 Non cibes istum patientem modico cibo, quoniam caderent virtutes eius.

381 Inter aũt morbos istos sunt alij medij, quorum.s.tempora non sunt absolute breuia, nec longa,vnde cibus eorum in subtilitate medietur:nec sit multus, neq; paruus.

De crisi & eius speciebus.

382 SCito q crisis est velox & subita mutatio quæ suo tempore ex difficultate seu malitia accidentium,et pugna existente inter virtutem & morbum generatur, vt celeriter ad vitam vel mortem perueniatur.

383 Sex sunt spẽs mutationum in morbis cõtingentium.Nam aut negocia tardantur,aut citanť in eis, vnde interdum conuertiť in tpibus breuibus corpus ad bonũ & vitã.

384 Si fuerit laudabile quod præcedit eã, prognosticabis sic super ipsam .s. super crisim securam,& laudabilem.

385 Est aũt alia mutatio velox ad pdicta,quæ qdem significat mortem,in hac quidem veloci malitia est angustus processus medici:nam hæc crisis est necans,& perniciosa.

386 Tertia ex pdictis mutationibus ẽ mutatio tarda inducens ad dispõnẽ sanitatis,& curans morbũ.non tñ cũ crisi, sed potius per dissolutionẽ paulatinã in ea contingentẽ.

387 Quarta aũt spẽs prędictarum mutationum est mutatio tarda ducens patiẽtem ad interitum,nec fit cũ euacuatione,sed potius cum hectica dissoluente corpus patientis.

388 Quinta aũt ex prædictis est iter eas media, cum inducit mortem & malitiã vltimatã.

389 Sexta vero pducit ad vitã in medio tẽporũ.

390 Hæ autem crises sibi inuicem dicuntur cõtrariæ compositæ.

391 Crisis qdem laudabilis accidit in statu cũ pfecta digõne et virtutis fortitudine:cõtraria vero ei puta illaudabilis fit ĩ augmẽto.

Rememoratio eorum quæ oportet scire in crisi.

392 TRia oportet scire in crisi.

393 Scientiam videlicet de pgnosticatione eius,& de diebus criticis,& scientiam etiã eius quod significatur per signa nobis significantia in quã crisis spẽm terminetur cum perficitur crisis cuiuslibet morbi.

* *De signis crisim prognosticantibus.*

394 Omnis autem crisis prognosticatur ex violentia accidentium quæ dicimus.

395 Et sunt permistio sensus, & intellectus, & dolor aurium & capitis.

396 Et fluxus lachrymæ, angustia, & paucitas somni,& motus laboriosus, & vigiliarum

E instantia,& dolor in pectore vel collo,& illaudabilis excitatio a somno cum motu, & rubedine oculorum.

397 Et frendere dentibus, & limatio eorũdem in somno,& eorundem percussio,& fortis fricatio nasi patientis.

398 Et iterdum insinuabit aliquis cõniuẽdo cũ labijs suis. Videbiturq; interdũ sugere ea.

399 Et velocitas quidẽ anhelitus,et desiderium trahẽdi aerem frigidũ cum angustia,& velocitas pulsus,& frequentia, & tussis cum infusione,& sonitu,& gargarismatis.

400 Et pulsatio cordis cõtinua, & syncopis,& conať patiẽs a lecto suo surgeř et recedeř.

401 Et dolor gutturis & meri cũ angustia, quæ si perseuerauerit, cõtinget ei syncopis magna & fortis. F

402 Et punctio in lateribus,& costis, & vehementia nocumẽti,& doloris,et in stõacho dolor frequens, & querimonia splenis,& hepatis,aut dolor ventris, aut circa pectinem,aut ẽt in renibus,& vesica,aut dolor fortis circa anum vel in virga aut in matrice aut in omnibus iuncturis,aut quibusdã aut ex eis intus vel exterius.

403 Cum ergo videbiť augmentũ horũ accidẽtiũ in die critica,erit pculdubio bonum et laudabile,& potissime si prius digõ apparuerit,sin aũt erit qdẽ cõtrariũ manifestũ.

De diebus criticis.

404 CAusa qdẽ crisis,si sit eorũ relatio vera, G est,qm luna variat actionẽ ĩ morbis.

405 Iam qdem cum peragrat, & abscindit celeriter circulum suum,est qdem causa celeris motus & mutationis, & fortificať qdẽ interdum in hoc,et interdum debilitatur, hoc aũt notum est in arte astronomorum.

406 Nequaq; est operatio suæ actionis sensibilis in eius iuuamento vel nocumẽto,sicut qdẽ ẽ ad sensum visibilis eius figura ex eo q ĩ ea existit de claritate vel lumine solis.

407 Eius autẽ quarta relucet in quarto,& eius medietas in septima.

408 Et morbus qdem minime cõtingit nisi ex dispõne qua debilitať opus naturæ,q si cũ auxilio pducať, curabitur qdem patiẽs,& vita plongabit:sed si cũ detrimẽto,morie H tur qdem,& vita perdetur,et separabitur.

409 Crises contingunt interdũ in quaternis,et interdum in septenis. Et illæ qdem bonæ sunt & laudabiles:qbus cõiunguť digõ, et prognosticatio attestantes super ipsas.

409 In alijs quidem ab istis nequaq; circuitus et periodi reperiuntur rõne turbationis, et dubitationis contingentis in eisdem.

410 In nõ habẽtibus vero digõnem et pgnosticationem,cõtingit qdem dubium in eorũ accñtibus,nec contingit crisis ĩ his diebus nisi cũ cõtingit cõsequẽter aliqď sinistrũ.

Rememoratio qualiter fiant crises & primo per fluxum sanguinis.

411 CVm videris morbũ sanguineũ, austerum,et uiolentum valde, cũ illaudabi-

li

li & impetuoso motu, cuius signa patula sint in capite, et manifesta, quę vsq; ad oēs sensus extendantur, cum rubore & pruritu nasi, erit proculdubio crisis eius per fluxum sanguinis narium.

412 Si vero accidentia ipsius deorsum, & in pte inferiori appareāt cū dolore cōtinuo vmbilici, & pcesserit retentio mēstruorū, cōtinget quidē crisis per fluxū menstruorū.

413 Sed si pars suprema corporis incolumis fuerit, & a dolore īmunis cum dolore tñ hypochōdriorum, et patiens querulosus sit de hepate, & dolor vsq; ad anū extendat, nequaq̃ quidem committetur error, si pgnosticetur crisis illa futura per fluxū sanguinis hæmorrhoidarum.

414 Si aūt morbus ex cholera rubea sit in statu, acciderit q; apa capiti, & dolor capitis, & angustia augeantur, nequaq̃ quidē est desperandum, qm continget crisis eius per fluxum sanguinis narium.

Signa crisis per fluxum uentris, uomitum, & urinam, & sudorem, & apostemata.

415 VErum si eius accidentia sunt in stomacho, & cum hoc prius conquestus fuerit patiēs de hepate, cum angustia, & syncopi valida, erit qdē crisis eius p vomitū.

416 Si vero caput eius fuerit sine dolore, et cū angustia ventris, et eminentia vmbilici, et pcedente ventris cōstipatione, pgnosticāda qdē erit futura crisis per fluxū ventris.

417 Q; si venter eius pacē habuerit, & digōnē laudabilē, pter q morbus eius violentus sit & austerus, cum aliquantulo tñ labore, & vigilijs, circūscriptis accidentibus sudoris, morbo qdē sic molli & lēto existēte, cū doloribus pectinis, erit sermo meus veridicus. s. q crisis huius patientis continget per vrinam.

418 Verū si cum pace & quiete pdicta retineat vrina, pter q morbus sit in vltimo acuminis, cū apertione tñ pororū cutis, sine forti dolore, & vigilijs & siccitate, erit quidē crisis eius forsitan cum sudore.

419 Si aūt contingat dolor membri vel iuncturarum, in acutis, continget proculdubio crisis earum per apostemata.

Rememoratio signorum prognosticorum.

420 VTere laudabili regimine ex signis super mortem, euasionem, seu quietē, & pacem significantibus.

* *De signis mortis, & primo de signis sumptis ex operationibus.*

421 Ex his qdē sunt horror luminis, et lucis, et fluxus lachrymę cū motu forti, et vertigie.

421 Et paruitas oculi in uno latere, & apertio oris absq; oscitatione.

422 Et cum quis iacet & dormit resupinus, manibus & pedibus suis, ptensis & relaxatis.

423 Ex his ēt est si videat patiens descēdere ex ceruicali, & manus et pedes suos detegeī.

424 Necnon mala & illaudabilis imaginatio, qua videatur fila a pannis suis euellere.

A

425 Ex his etiam est vltimata grauitas, aut eius manifesta suspensio.

426 Et ēt frendere dentibus pter solitum, & apponere manus super caput, & puluinar.

427 Aut etiā si imaginetur quod vespertilionē nigri coloris capiat, & velit eū interficere.

428 Nā hoc contingente in morbo acuto, mors quidem appropinquabit.

429 Ex his etiam est si tacitus efficiatur verbosus, & mitis pacificus, iurgiosus.

430 Aut si cōqueratur de cæcitate, & surditate, vel casu virtutis, rōne violentiæ morbi.

431 Vel ēt si videatur patiēti dum dormit in statu, q cadat nix super caput eius.

432 Et aīa quidem inquieta, domina magnę frigiditatis, est res mala & illaudabilis.

B

433 Ex his sunt vigilia nocturna, & somnus diurnus, aut omnimoda priuatio somni.

434 Necnō si dispō ægri ī somno, & post somnum deterioretur, & cum dolore efficiaī.

435 Si ēt medicus ordinate & recte opereī, pter q appareat operationis interitū, erit malū.

Rememoratio signorum prognosticorum mortalium assumptorum a qualitate corporis.

436 EX his aūt sunt facies mortuorum faciebus consimiles, cum planicie temporū, ex morbo contingente, & cōstrictione aurium, & ipsarum frigiditate, & earum inuersatione, & oculorum profunditate.

437 Etiā rubor, vel nigredo oculorū, aut eorū eminētia, vel principiū fuscedinis ipsorū.

C

438 Aut ēt si quieuerint: & oculi stēt continue aperti in vnum locum intuentes vel si fuerint infrigidati: et palpebris ipsorum acciderit tortura.

439 Aut si fuerit nasus acutus cum obliqua frōte, & labium inferius cōtractum vel conuersum fuerit.

440 Frigiditas quidē extremorum patiētis cū vlcere, & nigredine linguæ cum inquietudine, & dispōne angustiante est mala in febre vrente.

441 Ex his ēt est rubedo & viriditas vnguiū, & viror in corpore cum vestigio nigredinis.

442 Ex his ēt est icteritia, si ante septimam diē apparet cum macie hypochondriorum.

D

443 Et si frigiditas sit in manifesto, & superficie corporis, & calor fuerit interius. Et psertim si remanserit super membra principalia.

444 Et tumor quidem vultus, cū tumore extremitatum ante duo septenaria, est quidem terribilis, nam huius patientis materia velox est ad hydropisim vnde non videtur q ad terminum duorū septenariorum valeat peruenire.

445 Aut si quiescat & cesset febris absq; crisi, aut si eius fortificatio palam augeatur in diebus paribus.

Signa ex exeuntibus a corpore.

446 EX his quidē est fæx nigra, vel viridis, fœtida, pingnis, rubea, & sicut aqua

& egestio spumosa vel butyrosa, & alba. Hæ nanque malę sunt, & illaudabiles.

447 Necnon etiã si appareat diuersorum colorũ: hoc nanque mortem, nisi illud accidat a crisi significat.

448 Et si cũ casu appetitus egestio sit cholerica, cũ qua egrediat̃ frustũ sanguinis cõgelatũ primo, & consequenter frustum carnis.

449 Et etiã si post egressum cholerę appareat sanguis absque punctione & stimulatione.

450 Et si post extenuationem & maceratione corporis appareat & egrediat̃ fæx nigra.

451 Et cum constipabitur venter in febre vrente, & fuerit in cerebro inquietudo vel accidens ipsum cerebrum inquietans.

452 Si ẽt egrediatur ventositas cum sono inuerecundo præter solitum, erit malum.

453 Et vrina quidẽ nigra, tenuis, & pauca significat patientis interitum, estque timendũ vt plurimũ, & piculosum cũ accidit pmistio rõnis, & intellectus cum tenuitate vrinæ.

454 Ex his ẽt sunt vomitus, & fluxus sanguinis narium cum nigredine, et fœtor ex putrefactione contingens.

455 Freques ẽt tussis cum modico sputo, est signum malum & illaudabile in phthisi.

456 Sputum ẽt diuersorum colorum cum difficultate, & tussi, signat mortis ppinqtatẽ.

457 Et sudor solius capitis ad quẽ seu ad cuius euacuationẽ nõ subsequit̃ qes est malus.

Rememoratio signorum laudabilium prognosticorum.

458 SI facies eorum appareat quales fuerint tempore sanitatis, eorum quidem cura & certa euasio erit manifesta.

459 Ex his ẽt est vniformitas, & æqlitas caloris circunscripta macie hypochondriorum.

460 Et si post septimam diem, erit manifesta et perfecta rõcinatio absque malitia, & vigor motus, & sensuũ oĩum, concomitante facilitate & leuitate sui corporis, & solitus decubitus, et somni aduẽtus ĩ nocte vt plurimũ sine somno diurno cũ vigore existente post somnũ. Oĩs ẽt somnus tollens dolorem, & perturbationẽ seu permistionẽ rõnis, & mitigãs ægritudinẽ, est laudabilis.

461 Cerebrum quidẽ patitur ex qbusdam mẽbris compatientibus secũ in passione. Vñ si tunc euaserit a permistione cõtinua: euadet qdẽ patiẽs laudabiliter ab hoc morbo.

462 Et si cum apostemate capitis adsit sternutatio, ex signis erit sup sanitatẽ signantibus.

463 Oĩs fluxus sanguinis a naribus, & ẽt ab aure in morbis capitis, est curatiuus corpis.

464 Anhelitus manifestus nõ frequens, aut nõ tardus est laudabilis: nec est verẽdus si nõ fuerit intercisus, separatus: aut orthopnio sus cogens erigere patientem.

465 Et similiter est laudabile cum pulsus est virtuosus fortis neque strictus, nec est anhelitus vrens, nec inflammatiuus.

466 Ex his etiã sunt bonitas appetitus, & digestionis, cũ ęqualitate, & laudabili substantia fęcum, & vrinæ & colore æquali in citrinitate circunscripta nigredine earũ vstiua, & viriditate.

467 Aut exitus etiam humoris cum lumbricis in die critica, hoc quidem est signum vitę, hoc enim contingente aufertur morbus cum fuerit ex illo humore.

468 Egrediente cholera rubea, aufert̃ surditas, tolliturque ĩde nocumẽtũ ĩ morbo cerebri.

469 Sanguis etiam hæmorrhoidarũ curat morbum splenis, hoc etiã est laudabile in melancholia.

470 Et fluxus quidẽ aquæ, & humoris phlegmatici, est cura morbi in hydropisi.

471 Egressus quoque choleræ citrinę in ophthalmia festinat curam eius.

472 Ex his quidem signis est, vt videas vrinã similem in colore pomo citrino: cum hypostasi alba in fundo residente.

473 Et si etiam videas sudorem infirmi æqualẽ in febre continua.

474 Et tumorem exterius apparentem in squinantia, hoc.n.bonum & laudabile est.

175 Tumor quidem testiculorum in tussi chronica, est cura corporis.

476 Et similiter apostema pedis in morbis pulmonis: necnon apostema generatum in iunctura cruris, & in inguinibus.

477 Et pustulæ narium, aut labiorũ in tertiana est signum salutis prognosticum.

478 Et varices qdẽ innatæ sunt cura alopeciæ: necnon eius quod est in ventre, & splene.

479 Et exyregmia quidem in lienteria intestini contingit ex retentione cibi.

480 Et febre contingente in spasmo vel epilepsia, fit eorum cura.

481 Si patienti singultum contingat sternutatio, est cura eidem.

Rememoratio canonum quibus utendum est in iudicio prognosticandi.

482 DEcet quidẽ vt cum volueris iudicare patientem, ꝙ vtaris proportione, vel comparatione.

483 Nã ex signis sunt, quorũ virtus vera est & certa. Et ex eis sunt quæ ꝑ alia falsificant̃.

484 Iusta autem significatio sumitur inter mẽbra ex eis quę apparent in capite.

485 Si ergo videas aliquam significationem iuste significantem in corpore, & aliam sibi contrariam sic significantem.

486 Contingit etiam ꝙ apparens super contrariũ corporis nõ sit nisi testimonia debilia.

487 Omne signum non habens contrarium significat recte super curam & euasionem.

488 Et omne signum prognosticationis prædictis contrarium, significat mortem et perditionem.

489 Cum aũt apparebunt tibi signa contraria et debilia, sequitur quidem ad hoc dubiũ. Vnde sta tunc, & prolonga iudicium.

490 Cũ ergo erunt æquata in dispõnibus suis, sta. Sed iudica a prædominante, cum erũt contingentia in inæqualitate sua.

Pars

Pars secunda Canticorum, & est practica.

1 POstq̃ ordinaui in parte theoricæ medicinæ quod seriatim audiuistis, et hoc secundum quod in mea mente p̃ordinauerã, incipiã quidem nunc in practica ipsius. Iã aũt retuli in principio huius libri illud q̃d est necessariũ referre in hoc capitulo. Operationis autẽ practicæ sunt duo modi: quorũ vnus naturaliter exercetur: Alter vero medicinis, & conuenienti regimine in cibis. Est aũt nõ modicum quod per illud regimen exercetur. Hoc aũt regimẽ in duas partes diuiditur: quarum vna conseruatiua sanitatis dicit̃. Et altera ægritudinis curatiua: & hoc per vitam meam est finis medicinæ.

2 Et cõseruatiua quidem sanitatis, dicitur ̃fm veritatem de habente eã perfecte & absolute: necnon ẽt de eo cuius sanitas est imperfecta, & huius quidẽ sunt ̃fm operationem duæ species. Vna est in eo cuius debilitas p̃mista est per totam suã substantiam in oĩbus temporibus suis, sicut in sene cõualescente, & paruulo, in quibus .s. debilitas est per totum mista, & in eo in quo apparet aliquod signũ prætendens metũ q̃d appareat in eo lapsus in aliquem morbũ.

3 Alia ẽ in eo in quo apparet morbus ĩ aliqua ex partibus solum sui corporis, puta in cute eius, aut carne, vel ossibus eius. Et sicut ẽt est in habente stõm debilem frigidum naturaliter, & extenuatum seu rarę substãtiæ, necnon ẽt in habẽte læsionẽ ab vtero, seu in matrice: sicut in habente sextum digitum, aut apostema.

4 Et in eo in quo apparet in aliqua ætate, & in aliquo ex t̃pibus anni, & non in aliis, sicut humidus in cõplexione est debilis in pueritia, & postq̃ auctus fuerit est sanus & fortis. Et siccus p̃ cõplexionem destruet̃ viribus ĩ autũno, p̃ter q̃ ĩ vere debilis efficiat̃.

Regimen corporis sani perfecte & primo quantum ad aerem eius in generali.

5 COnseruatio quidẽ sanitatis est quoddã genus generale duas cõprehendens species ex operatiõibus medicinæ, ex quibus est vna vt cum intendetur ad conseruationem complexionis alicuius quod ordinet̃ ei cibus, & dięta similis. Sed cum intẽdet̃ trãslatio corp̃is eius a sua cõp̃lõne nãli fiat hm̃õi, eo quod contrarietur complexioni antedictæ. Verum regimen sani simpliciter & absolute est, q̃ attendatur ad conseruandũ ipsius laudabilem dispositionem.

6 Et moretur seu faciat residẽtiam suam in aliqua ex ciuitatibus quarti climatis, quæ .s. perfectum aerem habeant & vaporem sanum, & in loco eminenti in quo videntur loca plana, & versus partem orientalem, quia ipsa est subtilior.

7 T̃pe vero æstiuo declinet ad mõtes sitq̃ habitatiõis locus apertus a parte septẽtrionali.

8 In noctibus quoque habitet, et quiescat in superioribus locis, & sedibus. In die vero descendat ad inferiores.

9 Caueat ẽt & vitet pannos laneos, et de bombice, & condescendat ad subtiles lineos.

10 Vtatur etiam aromaticis frigidis, sicut ex oleo rosaceo.

11 Protegatq; oculos suos a puluere, fumo, vapore turbido & corrupto, & a radio solis hora meridiei & feruoris, necnõ ab occursu fortis caliditatis, nec etiam attente inspiciat figuras exiles, & subtiliter intricatas, nec literam minutam & subtilem.

Regimen comestionis uel cibi in generali.

12 DEbeat aũt ad minus qlibet comedere semel inter diem, et noctem, et ad plus bis, medium aũt inter hoc est si comedatur ter in duobus diebus.

13 Prolõgetur etiam tempus masticationis, vt fiat cibi bona digestio, fiant etiam paruæ buccellæ, vt bene digerantur.

14 Nã oẽ id q̃d est difficilis cõtritiõis ex masticatione erit apud te digestionis difficilis.

15 Et quoties appetitus desiderat cibũ malum, dimittat̃ comestio ipsius. Et si intẽtio fuerit firma ad illum, rectificetur cũ cõtrario complexioni ipsius.

16 Sũt aũt q̃ plures cõplexiones inæquales q̃bus competunt cibi mali, & illaudabiles.

17 Vtatur ergo eis homo ̃fm vsum & consuetudinem suam, nec sunt appetitus nec delectatio cibi omittendi.

18 Omnis nãq; consuetudo subito, & sine gradatiõe ablata, nocet, et offẽdit illũ cuius ẽ.

De ordine ciborum & rectificatione eorum.

19 EST aũt humidũ, & lubricũ styptico p̃ponendũ. Estq; sapor dulcis acetoso cõmiscendus. Et siccũ cũ humido rectificandũ. Et frigidũ cum calido, & ecõtrario. Q̃ si timeatur abominatio pinguedinis aut mala digõ rei vnctuosę, addatur sal eis, aut aliquid acutum, nã hęc iuuant ad subtiliãdũ.

Hora refectionis.

20 POst exercitium quoq; est refectio faciẽda, & ipsum postq̃ exiuerit fæx ab eo.

21 Est aũt quærendus locus tranquillus & frigidus, & a vento euetatus ad laudabilem refectionem faciendam, necnon etiam tẽpus & hora frigida, vnde decet hominem esse attentum in hoc regimine.

Regimen cibi in qualitate, & quantitate.

22 TEmpore quidem æstiuo est cibi quantitas minuenda. Estq; tũc ad subtiliter nutrientia declinandum, vnde vitandæ sunt tunc carnes grossæ, & vtendum est oleribus, & lactis speciebus.

23 Et piscibus recentibus, hœdo, & agno mediocris ætatis, & pullis gallinaceis, & gallinis, carnibus quoq; p̃dicũ, et frãculinorũ.

24 Sunt ẽt ex conferentibus tũc fercula ex coriandro, & agresta composita, & fichbagi, & zirbagi, & diligat dulcia sicut ẽ chabissa, & cibaria de tafasil, & almosus.

Regimen potus aquæ.

25 SI quis ergo uelit a morbis euadere, diuidat regimẽ suum in tria, quorum unũ tribuatur animę, et aliud cibo, et aliud potui vel aquæ.

26 Et parum quidẽ aquę frigidę satiat, et sitim sedat, ad hoc tñ ñ sufficeret multũ tepidæ.

27 Non est autem aquæ potus frigidæ nimiũ aut potus niuis frequentandus, eo quod neruis obsit.

28 Non est etiam offerendus potus aquę niuis nisi pingui, sanguineo, multæ carnis.

29 Est etiam uitandus potus aquę in mensa nisi accidat serach. i. passio in qua cibus non descendit ex meri.

30 Non est etiam sumẽda aqua cum cibo, nec in egressu a balneo.

31 Nec etiam post forte exercitium, & coitum. hoc enim est malum & illaudabile.

32 Si tñ quis ex modica tolerandi potentia siti vrgeatur, sumat ex ea, parum tm̃. s. quo declinatio et impulsio cibi ad inferius stomachi compleatur, quatenus ibidem digeratur. sumat tñ ex aquis illam quæ sitim sedet, & satietraut ex vino quod & quantum congruat, & sufficiat.

33 Et si sumpta aqua ad satietatẽ, aut vino sufficienti, accidat sitis, vitentur potus eorum: quoniam talis sitis est mendosa.

Regimen uini.

34 NOn est curãdum de assumptione multi vini: debetq; sufficere modicum cũ est in vsu, nec est continuandus omni die potus vini: nec est bibendũ in ieiunio: nec etiam post sumptionem cibi subtilis vel acuti. estq; omni tempore vitæ, nisi[a] semel in mense, ebrietas euitanda.

A Lib. 1. F. 3. do. 2. c. 8. & Ras. t. 4. a. 5. Diosco. lib. 5. c. 5.

35 Et ille cui accidit ebrietas vel accidẽtia similia epilepsię, & calefactio ex vino assumpto, tunc bibat vinum aromaticũ. Et post cibum in secunda mensa, granata acetosa, et citonia, & cucumeres, bibatq; ipsum cũ aqua mistum.

36 Et dandum est in potu ei qui querelosus est ratione ventositatum in corpore suo existentium, vinum purum & citrinum: nam fortius ex eis congruit eis amplius, expedit etiam vt cum salsis coniungantur.

37 Tempore aũt æstiuo sumendum est vinum album & aquosum, eo quod sit subtilitati & simplicitati propinquus, & bibat ipsum mistum cñ aqua. Et comedat cibaria acetosa, & in secunda mensa. s. post cibum assumat styptica acetosa.

Regimen somni, & vigiliæ.

38 NOn prolongeť somnus, qm̃ obest aïæ, nec ẽt vigiliæ, qm̃ ide debilitanť sẽsus.

39 Prolongatio vero somni congruit ei, cuius cibus est indigestus: necnon sup nauseatiuam satietatem.

40 Nec est somnus prolõgandus in ieiunio, et tpe famis. Nã repleť caput fumo, et vaporibus, a fęcibus et supfluitatibus eleuatis.

E 41 Non est quoq; imediate post cibum vel comestionẽ dormiendum acũbendo, donec ad locũ digestiõis puenerit cib⁹ assũptus.

Regimen motus exercitij, & quietis.

42 NOn est exercitãdũ exercitio magno, et forti nec est tm̃ qescendũ q ommittatur omne exercitium: immo est æquali, & temperato exercitandum.

43 Sunt ergo taliter membra exercitanda, & p exercitium adiuuãda, ne colligatur quod timetur colligi ĩ eis ex malis humoribus.

44 Eundo et luctando si volueris, donec appareat velox & frequens anhelitus.

45 Macer aũt & extenuatus nõ debet exercitari, ne ipsius dissolutio amplius augeatur.

F 46 Verum debet exercitari pinguis & multæ adipis & axungiæ: est tamen accingendus si habuerit ventrem magnum.

47 Tempore vero æstiuo est minuendũ exercitium: cum tũc dissoluatur & subtilietur homo per sudorem.

48 Iam quidem retuli in capitulis theoricæ regimen eius, cuius corpus indiget euacuatione superflui, aut retentione cõtrarij, et de eo quod conuenit de intẽtionibus vel passionibus animæ.

49 Congruit quidem vsus omnium: quorum præmisi relationem ẽm qualitatem dictã in tempore ęstiuo: super calefacto iuueni, & ciuitatibus meridionalibus.

50 Et tempore quidem hyemali est vtendum contrarijs eis quæ retulimus: vt obuietur & resistatur frigiditati ipsius.

G 51 Vere quoque & autumno incedendum est inter æstatem & hyemem.

52 Congruitq; regimen exsiccatiuum in vere, & humectatiuum in autumno. Vnde fugienda est exsiccatio in eodem.

53 Est aũt vtendum regimine conuenienti tpe ęstiuo: et ĩ fine veris, et ĩ principio autũni.

54 Verũ in principio veris, & in fine autumni dẽt regimẽ conformari regimini hyemis. Vñ vtendum est tũc cibis calefaciẽtibus.

55 Regimen aũt eius cuius relatio dicta est cõgruit habitantibus, & residentiã facientibus in ciuitatibus, & castris. Verum iter agentes sunt regẽdi regimine iter agẽtiũ.

H *Regimen iter agentium, & primo nauigantiũ.*

56 EST quidem vitanda nauigatio per mare in hyeme, & itineratio per terram siue per loca deserta est vitanda in tpe pluuioso, & volens nauigare debet assumere & colligere aquam multã, & multa vasa mũda, cui præparanda et offerenda sunt cibaria humida. Venter et natura eius est cum medicinis mollificãda. Vnde si timeať vomitus cholerę, euacuetur p secessum, qbus peractis igrediatur nauim, & imponat secum succos acetosos, & cum eis stypticos.

57 Et ad vitandum defœdantia, & sordes, pręparet sibi mundas vestes.

58 Cum aũt in aliquo ex iter agentibus multiplicabuntur pediculi, quos non possit interficere:

terficere: lana carminata redacta in modum licinij aut chordæ inuncta cum argẽto viuo extincto, & collo appẽsa, & applicata inter vestes, donec videantur cadere pediculi ab eo. A

59 Iter aũt agens p terrã, curetur et mundificet̃ ipsius corpus cũ quiete ante q̃ iter ĩcipiat.

Regimen iter agentium per terram, & proprie in frigore.

60 EST ergo cauẽdum ne obuiet ei nix quoniam ex hoc cõseruabitur a cõgelatione, & a morte.

61 Et reficiat̃ vsq; ad saturitatẽ, ne moriat̃ fame.

62 Et si fuerit infrigidatus, ingrediatur balneũ, & amplectatur corpora pinguia, carnosa,

63 Et si caligẽt oculi eius, visusq; ipsius disgregetur ex gelu, ponatur super faciem eius peplum nigrum. B

64 Et eius extrema ꝓtegant̃ à frigore, & oleo costino inuolutiones, & pedes inungant̃, deinde pedes eius inuoluantur cũ multis coopertorijs anteq; coturnices seu bolzachini seu calciamenta de corio calcientur.

65 Vnde si cessante dolore extremorũ nõ recuperẽt sensum, scito ea eẽ dissoluta, et mortificata à frigore, ꝓ tãto tũc iugiter sunt fricãda, & calefaciẽda cũ oleo de sinape calefacto, & cõsequẽter fasciãda, et cõseruãda.

66 Et si inde pedes fuerĩt nigri, aut liuidi scarificent̃, & si fuerit ĩ eis putredo, mũdet̃, & si aliqd dissolutũ fuerit, abscidat̃ illud ab eis.

67 Qui vero inde lassitudinẽ incurrerit, curet̃ cũ oleo, & seruet regimẽ & diætã subtilẽ: fricẽturq;, & extẽdãtur ipsius mẽbra ĩ balneo, & requiescat cõsequẽter aliqbus dieb. C

Regimen iter agentis in calore.

68 ITer agens tpe ęstiuo & calido sic est regẽdus, vt. s. ꝓhibeatur ei ne aggrediatur iter suũ hora ęstus & feruoris in meridie, estq; primo minuẽdus ne supcalefiat ex labore itineris, ꝓ tãto extrahatur sanguis ab eo in cõuenienti quantitate. & sic efficietur securus ab ap̃ate. s. per phlebotomiam.

69 Verũ si cholera in eo dñetur, educat̃ ab eodẽ, & sic sitis malitia alleuiabit̃, aut tollet̃, estq; añ aggressum itineris succis cõueniẽtibus extinguenda. quoniam timenda est caliditas eius. D

70 Et fiat vt comedat aliquãtulũ ex herbis frigidis, & simul & semel saturetur aqua, & quiescat cũ poterit, nec irascatur fortiter, & vtatur rebus faciẽtibus vmbrã, & his q̃ nares, & os cooperiũt a puluere: & vitet seu dimittat clamorem & sermonẽ, necnõ ẽt bellũ & iurgiũ, nec moretur in loco nimis calido, & sumat in potu syrupũ ex succo vuę acerbę cũ succo portulacę & aqua.

71 Et si sitiat in hora vehemẽtis caloris, teneat in ore suo pilulã vnã ad quantitatem lupini factam ex trochiscis cãphoræ. Et si timeat ne facies alteretur a sole, et nigrescat eius cutis: dissoluat seu liquefaciat rector eius oleum cum cera alba simul iuncta p̃sertim in mulieribus.

Regimen infantis dum adhuc est in Vtero.

72 CVstodiat̃ taliter infans in vtero, ne cõtingat corpori eius aliqđ nocumẽtũ.

73 Et eligatur nutrix q̃ cibabit, & potabit eũ, vt sit boni nutrimenti apud eum.

74 Talis est etiam apponenda intentio sup stomachum prægnantis, ne contingat corruptio in desiderijs seu appetitibus eius.

75 Rectificetur ẽt sanguis eius ex quo infans generatur & nutritur, & supfluitates educantur: verũ si sanguis excitaretur in eis, minime tñ minuat̃. Sed vice p̃dcẽ eũonis ĩfrigidet̃ sanguis, seu eius feruor extiguat̃.

76 Si etiam humor excitetur: minime tamen euacuetur secessiuis: vtatur nihilominus tunc conuenienter subtiliantibus.

Regimen tempore partus.

77 CVm aũt instabit tp̃s partus: vtendum est partũ facilẽ efficientibus, vnde fricentur in balneo ex oĩ parte cũ oleo ilia ipsius, & partes circa vuluã existentes, vt sic nerui eius & musculi mollificẽtur, ne partus eius laboriosus efficiatur.

78 Vnde vtat̃ oleo in cibis eius: et sorbeat brodium seu ius pingue.

79 Et protegatur a clamore, saltu, timore, pugna, et percussione, et in violentia, et difficultate eius offeratur ei decoctio dactylorum et fœnugræci.

80 Expedit etiã vt in partu habeat̃ obstetrix discreta: quæ circũscripta oĩ pusillanimitate trahat fortiter pedes eius, et cõprimat ventrẽ eius, caute tamen et discrete: postq̃ subito eam surgere fecerit.

81 Et si fluat ab ea sanguis multus, offerãtur in potu trochisci ex karabe: si vero ratiõe alicuius impedimenti non egrediatur ab eo sanguis in conuenienti quantitate, sumat in potu trochiscos de myrrha.

82 Et vtatur fumigijs dissolutis ex myrrha, kytrã, sauina, seu granorũ abel, sulfure, et coloquĩthida factis, si secũdina nõ egrediat̃.

Electio nutricis.

83 EST ergo nutrix eligenda mediocris ætatis & carnosa, non tñ laxę carnis, ꝓ complexionem suã appropinquans æqualitati, et temperiei, pinguis et sani corporis, et magnarum mamillarum: habens caput mundum et sanum, et oculos, ĩmunis ab omni nocumẽto intrinseco, et ꝙ sit sana breuiter in membris, et iuncturis suis.

84 Et habeat multum lac, cuius color sit albus nec sit nimis subtile, nec nimis grossum, et sapor eius dulcis, bonum habens odorẽ non fœtidum sitq; coniunctũ in partibus & nõ fluidũ cũ sup aliqđ tersum effundit̃.

85 Congruit aũt vt dulcibus vnctuosis et piscibus recentibus et pinguibus. s. carne pingui nutriatur.

Regimen proprium infantis cum exit ab Vtero.

86 VNgatur ergo et liniat̃ stypticis cũ fasciabitur,

ſciabitur,donec manifeſte ĩduretur cutis eius,& balneet̃,& ab humiditatibus eius mundetur:& mediocri ligatura faſcietur. nec ei eſt tribuẽdum lac multũ quod nauſeatiuam ſatietatem inducat.

87 Nec eſt etiam ei longo tempore prohibendum lac,qm̃ ſupercaleſieret inde.

88 Suntq; tollenda & vitanda oĩa ipſum ad irã excitãtia,& ipſius ſomnũ impedientia. ſi .n.velit quis ſomnũ prouocare,ponat̃ ſtratus eius planus & mollis in loco opaco:& ĩponatur papauer in cibis ſuis: ſi ex ablatione ſomni ſeu vigiliarum inſtantia contingeret ei aliquod nocumentum.

89 Vtilius tñ eſſet multũ, magiſq; neceſſariũ, ne alicui infantium daretur aliquid ad comedẽdũ excepto lacte ſolo: donec habuerit dentes ſuos.

90 Et cũ ſurget a ſomno,et excitabitur,exercitet̃ ad vidẽdum lucẽ:taliter ẽt quod inſpiciat aſtra in cœlo: videat ẽt in die colores varios et diuerſos,quatenus delectetur,et diligat videre.

91 Et añ ipſum ſint cãtãtes cũ vocibus cõueniẽtibus vt delectet̃,et inclinet̃ ad loquendũ.

92 Et ponatur mel in ore eius, liniendo & fricando ex eo palatum, gingiuas, et linguã eius,et addatur cum eo aliquantulum turis,et ſucci liquiritiæ.

93 Et prouocetur ei ſternutatio, quatenus ipſius naſi oppilationes aperiantur & mundentur:hoc.n.rectificat & clarificat vocẽ ſuam,omnes ẽt ſenſus eius, et cũ hoc dilatat pectus,et anhelitũ bonum facit.

94 Et vitet phlebotomiã,et pharmaciã,donec ad ętatem adoleſcentiæ peruenerit,nec reſiſtat̃ apoſtemati variolæ ſeu exituræ eidẽ contingenti ſeu non fiat diuerſio ad cõtrarium cum attractione.

Regimen conualeſcentium.

95 Licet conualeſcentes ab ægritudine ſani exiſtant,eorum tñ corpora nõ ſunt fortia,ſed debilia, ſicut ſunt domus antiquatæ aptæ cadere,in quibus remãſerunt animę debiles,et corpora ipſorum ſanguine ſunt priuata.

96 Si aũt macies et extenuatio corporũ ipſorũ fuerit longi tpis,et chronica, et reducãtur paulatim ad cõſuetudinẽ propriã:nec fiat hic ſubito et feſtinanter:ſi vero emacerati fuerint,et extenuati in tpe breui, cũ multo cibo reducantur celeriter ad ſolita: eſt nihilominus gradatim ſubtiliandus: donec euaſio corporis ipſorũ ſit manifeſta.

97 Detur ergo ei parum ex cibo,qui tñ laudabilis ſit virtutis et chymi.

98 Et ſit in quiete et tranquillitate, eo q; eorũ mẽbra tenera ſint et mollia, rectificẽturq; eorũ aĩæ bono et laudabili colloqo et laudabili ſede,et miniſtrent̃ eis aromatica, & oẽs flores laudabilis odoris, et adminiſtrẽtur eis lætificantia et cãtilenæ et vitẽt meditationẽ,et triſtitiã,et ingrediant̃ tinas in

E balneo:nec tñ ibi diu morent̃. nec forti excitent̃ exercitio neq; fricent̃ vehementer nam iſta faciunt in eis accidere debilitatẽ. et ſedeãt in aquis tepidis et mẽbra ipſorũ oleis conuenientibus inungantur.

Regimen ſenum.

99 Vires et virtutes ſenum retrocedũt omni die,et ẽt minuuntur.

100 Vñ det̃ eis fortis cibus ĩ parua q̃titate ſumptusq; ſcilicet nõ aggrauet mẽbra ipſorũ.

101 Et ſi euacuant̃, nequaq̃ cholera educat̃: ſed potius dimittatur,cum ſit in eorum corporibus medicina.

102 Nec prohibeat̃ eis totaliter phlebotomia ſi iã vſi fuerint ea:imo minuat̃ ẽt in hoc caſu ſexagenarius ſi corpulẽtus fuerit et carnoF ſus bis in anno,nec abutat̃ hoc in duobus anni tpibus.,phibeatur tñ ei oĩno phlebotomia ex cephalica,et ſic erit eius regimen bene ordinatum.

103 Cũ ẽt peruenerit ad.lxx.annũ,minuatur ſemel in anno.nec ſecũdet̃ in eo ẽt in corpulentis.nec ẽt eſt ex tũc de mediana minuẽdus,et ſi fuerit corpus eius q̃ſi plenum:vnde cũ,pceſſerit in ætate amplius.v.annis, minuatur bis de baſilica in duobus annis.

104 Poſt hanc aũt ætatẽ eſt eis oĩno phlebotomia prohibenda.Nã obeſt multũ ſenioribus,et decrepitis,nec ẽt ſunt eorũ apãta repercutienda,nec eſt ẽt attractio in apoſtematibus eorum fortificanda.

G 105 Sunt nihilominus mundificandi cũ fricatione et ſudore,denturq; eis olea partiẽdo.ſ. vices poſt vices et mũdificẽtur ẽt cũ cibis mollificantibus,deſtructio aũt eorũ cum medicinis eſt omnino prohibenda.

Regimen corporis neutri.ſ.quod in vno mẽbro eſt ſanũ, & in alio, non,aut in aliquo tẽpore,& non alijs.

106 Qui ergo patit̃ ĩ aliquo tpe determinato,curet̃ prius q̃ incurrat morbum.

107 Et curet̃ cũ cõtrario eius de quo cõquerit̃ illo tpe,et cõmutata tps,p tpe.

108 Si ergo aliquis patiat̃ in aliquo ex membris ſuis,attendatur et recipiatur cura eius ex his,q̃ colligã in curis morborũ,donec liberetur & mundetur ab illo morbo.

Regimen eius in quo apparent ſigna futuri morbi.

H 109 ET ſi appareat ĩ alicuius corpore ſignũ ſignificans ſuper morbũ futurũ,tũc inueniet̃ in abſciſiõe eius,qm̃ occulta eſt cã in corpore eius,,p tanto auferat̃ priuſq̃ detegat̃: iã aũt retuli quid ſignificat accñs appares in corpe, et de qua ęgritudine timẽdum ſit ex eo,vnde attente curandum eſt de eo faciẽdo ceſſare cauſas eius,ex his, q̃ retulimus in capitulo ſuo.

Tertia pars de cura ægritudinum.

1 POſtq̃ ordinaui genus conſeruationis ſanitatis,nunc incipiã loq de cura ipſius morbi. Et hoc quidẽ eſt vnũ ex gñibus practicę,hoc aũt fit obuiãdo ei cũ ſuo contrario,vt ſi fuerit morbus ex calidita

te,

te, curetur cum frigiditate, et econuerso: A & si fuerit ex humiditate, curetur cum siccitate, & econuerso.

2 Curetur ergo cerebri repletio cũ euone, & sic fiat de mẽbris aliis, & ĩ patiẽte obturatione ex oppilatiõe fiat aptio, et diminuatur qđ in numero additũ est & oppiletur qđ est apertum donec eius malitia fuerit rectificata, & lenitas corporis nociua exasperetur, & similiter asperitas leniatur.

Rememoratio specierum medicinarum.

3 HIc quidẽ faciam mẽtionem medicinarum humores educentiũ p secessum.

4 Vnde referã illã super quam dñatur aliqua cõplexio, et hñtẽ potentiã educẽdi aliquẽ humorẽ, & habentẽ vim aperitiuam, aut mollificatiuã, et habentẽ potentiã vrendi B & putrefaciendi, et digerendi, aut indurãdi, et claudendi vel oppilãdi qđ est apertũ aut virtutẽ attrahendi, aut abstersiuã, aut rarificatiuã & qđ habet ṽtutẽ gñandi carnẽ et cõsolidãdi, et his siles sunt q̃ hñt virtutẽ scđam, et q̃ hñt tertiã absq; secunda.

Rememoratio solutiuarum cholerae.

5 EDucit aũt fortiter cholerã rubeã scãmonea, cuius dosis est a tertia vnius drachmæ, vsq; ad vnũ kirat: hẽt ẽt potentiam sup alios humores, cuius quidẽ rectificatio fit cũ citoniis ne lędat stomachũ, & hepar.

6 Deť aũt ex aloe aur. vnus, et si fuerit necesse rectificetur cũ spẽbus et si deť multum ex eo, rectificetur cum bdellio, gũmi, & dra- C gagantho.

7 Et ex myrobalanis citrinis offeraťĩ potu. ℥. i. & tantũdem offeratur de violis: sic etiam fiat de medullis casię fistu. et tamarindis, et non amplius.

Rememoratio soluentium phlegma.

8 DEntur ad hoc dauic. ij. ex pulpa coloquinthidæ mundę, et rectificatę bdellio, & silr fiat cũ cucumere amaro, qđ ẽ ei simile in hac operatione, rectificato cũ põdere sui ex conuenienti ad hoc.

9 Detur aũt. ʒ. ß. ex sale nitro et sale, nã expellunt phlegma, sed dentur ex turbit. ʒ. ij. & cũ dať in potu in decoctione dẽtur aur. ij.

10 Et dentur ad minus ex agarico. ʒ. ij. & similiter detur ex granis nil. D

Rememoratio educentium aquam citrinam.

11 HAe quidem medicinæ educũt aquam citrinã. s. pondus. ij. danic de mezereõ et pondus vnius danic euphorbij non antiqui, tantundem ex sebram rectificato sicut rectificaui ipsam aloen, et etiam pondus drach. ij. ex cẽtaurea, hæc igitur extrahũt aquam citrinam.

Rememoratio soluentium melancholiam.

12 DEtur ergo in potu ex sene, polypo. epithymo, myrob. indis, et ẽt ex fumo terræ, et buglossa ẽm quãtitatẽ quã ex ea educere intenderis, vñ si æqualiter & tẽperate eã velis educere da. ℥. ß. et ex lazulo. ʒ. ß. hoc enim est ꝓprium ad ipsam educẽdã.

Rememoratio compositionis medicinarum.

13 RAdix aũt veridica esset vt si posset fieri ministraretur semp vnica et simplex medicina in oĩ morbo, donec eius operatio pandereť: fuit nihilominus necessaria earũ cõpositio pp illud quod nunc dicam.

14 Scilicet pp morborum cõpositionẽ adinuicẽ, et pp medicinarũ adæquationẽ, & dulcorationẽ mali saporis et amari ipsarũ, & ad iuuandũ earũ transitum si fuerit difficilis et tardus, et rectificãdũ difficilẽ glutionẽ ipsarũ et qđ adiuuat ad vẽtris solõnẽ.

Quæ dosis debet dari ex medicinis.

15 CVm ergo fueris attentus in cõpõne solutiua, accipe dosim vniuscuiusq; solutiui, & numera ea ita, vt nõ erres, et pmisce cũ ipsis illud qđ vis de his q̃ rectificant, & aggrega põdera ipsorum cũ bona cõputatione, deinde diuidať pondus ẽm potiões, silr fiat in cõpõnibus, et pmistionibus medicinarum solutiuarum.

16 Et medicinę hñt virtutẽ primã, et silr virtutẽ scđam, et quædã medicinæ hñt virtutẽ tertiã a quibus fluũt opationes. Virtus autẽ prima medicinarũ est sicut calefactio, et infrigidatio, et desiccatio, et humectatio. Et hic incipiemus adducere medicinas, q̃ infrigidant. Hmõi sunt myrtus, sumach, bellirici, scoria ferri, myrobalani chebuli, acacia, coralli, et emblici, lutũ armenicum et alhausegi. i. rubus.

17 Et cortex interior glãdium subrufus et sanguis draconis, et sicut ramech, et galia, et altharathit, q̃ oĩa sunt cõstrictiua et balaustia cũ spodio mista, et auellana indica, coriandrũ siccũ, et foliũ indũ cũ plantagine. hæc. n. styptica sunt in actione sua.

18 Et gallę, et herba q̃ dr acetosa, ribes, berberis, sunt frigida, et constrictiua.

De simplicibus medicinis calefacientibus.

19 SCito q calefacientes medicinæ ẽm q retulerunt et exptũ est, sicut condysi, tus, piper, cardamomũ, et piper longum.

20 Et cartamũ, menta, squinãthũ, et cinnamomũ, et mahaleb et capparis.

21 Et sceha, et vrtica, et origanũ, et vsnen, et storax, et ambra.

22 Et lignum aloes, acorus, melilotum, cuscute, et zinzib.

23 Et gentiana, badoard, pæonia, lacca, et reubarbarum.

24 Et folium, laudanũ, & bacę lauri, & ameos, et cyperi.

25 Et anethũ, et cataputia, et blatte bizantię, et alcanna, et fuet myrrha, et andacocha.

26 Prassium, serapinum, et anisum.

27 Et carui, cyminum, et ruta, et semen apij syluestris.

28 Et spica, capilli ven. hasce et darsisahan'.

29 Et casia lignea, galãga, chelidonia, et assarũ, pix, hyssopus, et alchitran, pyrethrum, et balsamus.

30 Et maiorana, et aniuden, et papauer rub. et

si chaha,

suchaha, et feniculus, et calamus aromaticus, et chamæmilla.

31 Et nigella, assa fœtida, granum viride & sulfur, ammoniacum, sinapis, nafth, & alliũ, cubebe, costum.

Doctrina quæ siccum ab humido distinguit, & gradum medicinarum simplicium.

32 OMne autem frigidum & calidum erit siccum vel molle seu humidum, & ex stypticitate quidem siccitas cognoscetur: ex lenitate vero humiditas.

33 Est autem apud medicos nota graduum diuersitas, & iam talis diuersitas resecatᷣ. Nã immutatio & alteratio solo intellectu, & ratione percepta est in primo gradu:

34 Oẽ aũt cuius ĩmutatio sensu ꝑcipitᷣ sine violẽtia, habet manifestã signationẽ quod sit in gradu secũdo. Et oẽ qd vehemẽter ĩmitat, sed corruptio eius est lõginqua, & nõ est corrumpens illud cum quo ꝑmiscetur, est in gradu tertio.

35 Oẽ aũt qd' sui violentia vstione, aut stupefactione, seu narcotizatione corrũpit qd immutat, exiuit a tẽperie vsq; ad. 4m. gradũ.

Rememoratio uirtutũ secundarũ medicinarũ simpliciũ, & primo medicinæ maturatiuæ.

36 SCito ꝙ ĩ oĩ maturatiuo est viscositas cũ calore mediocri, & tẽperato, & ꝓportionali, cũ calore mẽbri in quo maturatio ĩtẽditur, cuiusmodi sunt adipes, pix, & gũmi pini, & oleũ cũ cera simul mista, & oleum cõquassatũ vel permistum cum eo quod calefacit & frumentum in oleo coctum.

37 Oĩs medicina mollificatiua est fortioris caloris, ꝗ͂ sit mẽbrũ in quo mollificatio ĩtẽditᷣ: non tñ est tãtæ virtutis & potẽtiæ, in calore, ita vt subtile dissoluatᷣ grosso remanẽte cuiusmodi sunt galbanum, bdellium, ammoniacũ, storax, et medulla tibię ceruinę.

38 Et mediciæ quidẽ frigidæ & humidę ĩdurãtes mẽbrũ sunt sicut solatrũ, & lẽtigo aq̃.

39 Oĩs medicina oppilatiua ẽ, illa q̃ siue cal'a, siue frĩa sit nõ ẽ mordicãs mẽbrũ cui cõiũgitur, & cũ hoc terrestris est aut viscosa.

40 Est ãt notũ ꝙ oĩs medicina oppilatiõis apitiua, ĩcisiua est & subtiliatiua: cuius sapor est salsus vel amarus: cuiusmodi sunt cepe sq̃lliticũ, & amygdala amara & radix liliĳ, radix narcisci, & baurach cappis, et lupini

41 Et stypticũ qdẽ p̃t eẽ apitiuũ, sed nullo mõ apiet exterius applicatũ: nihilominus ĩ potu assũptũ opplõnẽ apiet ĩ mẽbris exñtẽ.

42 Medicina quidem mundificatiua, & abstersiua est minoris subtilitatis, ꝗ͂ sit pręcedẽs sicut fabæ, & sicut reperitur in re dulci sicut mel, & dulces amygdalę.

43 In oĩ quidẽ rarificatiuo, existit calor tẽperatus, sicut est oleũ cataputiæ, & chamæmillæ, & oleum rafani, & fœniculum.

44 Omnis quidem medicina orificiorum venarũ aperitiua, est sicut vlceratiua seu vulneratiua operãs cum grossitudine substãstantiæ, & caliditate forti, cuiusmodi sunt allia, cepe, & fella.

45 Quicquid confert ad obturandum & constringẽdum meatus, debet esse stypticum & mordicatione priuatum.

46 Omnis medicina vstiua, est magni, & fortis caloris, & vltimatæ grossitiei.

47 Omnis medicina putrefactiua, est supfluæ caliditatis & subtilis substantiæ.

48 Medicinæ autẽ carnis diminutiuæ sunt debiliores prædictis, sed sigillatiuæ vlcerum abstersiuæ sunt & desiccatiuæ.

49 Medicina q̃ a tota spẽ attrahit humorẽ seu hũiditatẽ aliq̃, ẽ bezahar q. s. attrahit venenũ, et sic medicinæ laxatiuę seu eductiuę.

50 Omnis aũt actio medicinæ attrahẽtis rõne qualitatis notę fit a calore ipsius naturali, & subtilitate substantiæ, cuiusmodi sunt ammoniacũ, bdellium: aut a putrefaciẽte, sicut in egestionibus, & stercoribus.

51 Bezahar aũt cõfert cũ superat, aut rõne qualitatis conuertentis, & ĩmutãtis, aut ex sui natura propria, aut eo ẽt ꝙ confert educẽdo aut resistendo, & cõtrariando proportionabiliter virtuti pernecanti. Vsus autẽ harũ bezahar non est conueniens tpe sanitatis: iõq; medicus ignorans errat.

52 Medicina quæ remouet dolorẽ, quædam est calida aperitiua, incisiua, mollificatiua, ex ea etiam est quæ stupefaciendo confert, sicut opium & cæteræ narcoticæ.

Rememoratio virtutũ tertiarũ medicinarũ simpliciũ.

53 POst relationẽ quidẽ predictorum, repe rietur relatio tertiarũ virtutũ sup his, q̃ contingunt, & generantur, ex quibus est cõminutio lapidis in renibus, q̃ quidẽ fit ex omni eo qd' dissoluit, incidit, subtiliat, & mollificat, dum tñ calorẽ nõ habeat manifestũ, cuiusmodi sunt radix asparagi, & radix arundinis, et vitrũ vstũ, et mahaleb.

54 Et similes istis habentes. s. aliquam caliditatem & humiditatem, faciunt egredi quod est in pectore per screatum.

55 Quæ ẽt sunt tẽperatæ caliditatis gñant lac.

56 Et oĩs medicina iuuans screatũ, ꝓuocat mẽstrua, & dum auctam habuerit caliditatẽ præter quod exiccet. tũc eius operatio est subtilior.

57 Et hę quidem oẽs ꝓuocant vrinã, & oẽ acutum istis est fortius.

✱ De speciebus & modis medicinarum:

58 Postq; ergo retuli vires et virtutes cõplexionum medicinarum, incipiam nũc referre modos medicaminũ, & antidotorũ, referã ergo oẽs modos earũ quibus vtuntur medici tam in interius assumptis, ꝗ͂ in exterius applicatis. Et sunt velut medicamina pro decoratione capillorum pilulę, syrupi suffuf, et olea seu vnctiones, et fricationes et embrocationes, et ea q̃ remouẽt tinctu rã nigrã frigidã in cute, et ea q̃ tingunt manus, et ablutiones, et sief, et electuaria, et sitile, et suach, et dentifricia, et linimenta, et vnguenta, et pulueres, et alcohol, et caput

put purgia, & distillationes, & pessaria, & quæ dant in potu ex decoctiõibus, & emplastra, & fomẽtationes, et gargarismata, et clysteria, & suffumigia. A

De cura.

59 OMnis morbus quẽ sumus relaturi, existit vł r in toto corpore, aut spãliter in aliquo ex membris eius. Qui si fuerit sine materia, tũc cura eius erit cum cõuersione seu permutatione neq; ꝓcede cũ eũone sed ꝓcede in curatione cũ gradatione.

60 Discernitur aũt morbus repleti corporis a morbo prædicto, sumendo experientiam ab eo per inuestigationem artificialẽ, s. s. non adsit cum eo aliquod ex signis super repletionem corporis significantibus.

61 Si aũt contingat nocumentum ex operatione in cura morbi, erit quidem medicamẽ simile. s. morbo in cõplexione. et recipiet iuuamentum ex eo quod cõtrariatur causæ efficienti corruptionem. B

62 Potest ẽt sumi significatio super morbũ ex sensu tactus, & debilitate operationum.

63 Et ẽt ex eo quod apparet ex illaudabilibus dispõnibus ẽm spẽs & modos suos: & ẽt ex eo qđ vł r de supfluitatibus exeuntibus.

64 Si ergo patientis vrina fuerit sine hypostasi, & residẽtijs, & pulsus inæqualis, nequaquam ex repletione patietur, sed morbus eius reponetur potius sub genere morbi inanientis & consumpti.

65 Et si dolor sit in aliquo loco spãliter, significabit super passionem illius loci. C

66 Sumiẽ ẽt significatio sup ipsum ex ætate, et complexione corporis, et ipsius colore, et iiij. anni tpibus, et eorũ constitutionibus, et ipsius ꝓpria habitatione, et ciuitatibus eius, et ex eo qđ præcessit de regimine ꝓprio, ex his. n. fit iuuamentum sup cognitionem, et præcognitionem morbi.

De signis significantibus malam cõplexionem calidam, & de cura ipsius.

67 SI ergo corpus patiatur de caliditate, lædeẽ quidem ab omni calido, et tactu calidum reperieẽ, eritq; eius vrina rubea, & pulsus velox et inquietus, cũ siti, et labore seu angustia, et vigiliarũ instantia, cũ motu iordinato, habitudine extenuata, et colore citrino, et habitatione meridionali ciuitatis, et ętate iuuenili, et æstate, et discursu eorũ quæ calorem efficiunt, ꝓ tanto curetur cũ infrigidantibus febrem vrentem: et oẽm ægritudinẽ faciẽtẽ angustiã seu inquietudinẽ et sit cibus eius ẽm quantitatẽ virtutis, et quantitatem eius quod apparebit ex appetitu ipsius. D

De signis malæ complexionis frigidæ.

68 SI vero ex mala cõplexione frigida patiatur, constat ꝙ infrigidantia oberunt ei: et oĩa calida proderunt eidẽ, eius ẽt frigiditas percipietur sensu tactus, et color eius signanter albus reperieẽ, pulsusq; tardus, nec patietur sitim, nec vigiliarũ instantiã; ꝙ si pateretur vigilias; non tñ inde molestaretur: et si cum colore albo adsit lassitas & mollities corporis, ætas senectutis, & locus quem inhabitat fuerit septentrionalis, et tp̃s anni hyems, et vsus fuerit in præterito infrigidantibus, erit quidem significatio certa super isto, pro tanto si mediceẽ, et curetur in aliquo, cureẽ cum calefacientibus, et breuiter intendaẽ in cura eius ẽm curam qua curatur spasmus.

De signis ex mala cõplexione humida aut sicca.

69 HI quidem duo morbi non priuanẽ altero ex duobus: vnde si fuerit morbus siccus, videbis patientem siccum: et si fuerit humidus, videbis patientem laxum et spongiosum vel mollem.

70 Humidũ ergo exiccetur subtiliter, siue fuerit cum caliditate, siue cum frigiditate: et siccum cum sibi contrario rectificetur. et in omnibus sunt prius auferendæ causę efficientes, si fiat recta curatio.

De cura morbi repletionalis, & cõditionibus eũonis.

71 CVm ergo erit morbus ex repletiõe, nequaq; curabitur nisi per euacuationẽ.

72 In oĩ eũone sunt. x. obseruanda: quæ si non fuerint, tũc non intendas ad ipsam eũonẽ. Quorum primũ est consideratio accidentium. Et secundum, vt sint morbi de repletione. Et tertium, ętas a iuuentute vsq; ad senectutem. Et quartũ, consuetudo eũandi. Et quintum, cõsistentia virtutis. Et sextum, tempus veris vel autũni. Et septimũ, ꝙ locus quem inhabitat æqualis sit in oĩbus, et temperatus. Octauum siłr tp̃s præsens. Et nonum, ꝙ patientis cõplexio sit calida et humida. Et decimum vt corpus bonæ habitudinis sit, et bñ carnosum.

De speciebus eũonis fiendæ, et modis.

73 CVm ratione eius qđ generatum est in aliquo ex membris corporis volueris ipsum trahere ab inde, trahe ipsum ex mẽbro mandante, aut trahe ex reliquis membris ẽm diuersitatẽ, aut ẽm ęqualitatem, et qñq; fiet attractio ex mẽbris cõicantibus: et sic fiat attractio cum ventosis positis super mamillas in constrictione menstruorum matricis.

74 Iam quidem præmisimus signa repletiõis, et medicinas eductiuas.

Cura morborum per phlebotomiam.

75 GAlenus quidem aperiebat venam, et sanguinem minuebat cum erat chymus auctus, et magnificatus.

76 Fiat igiẽ minutio sanguinis in corpore apparentibus signis: et potissime cum apostemate, seruatis conditionibus istis: non autem in alijs humoribus.

77 Fiat ergo phlebotomia in his quæ intellexit in hoc tractatu, et in morbis illis etiã in quibus ipse fecit eam.

78 Inchoeẽ ergo a phlebotomia ĩ oĩ phlegmone habito testimonio certo super ipso.

79 Fiat ergo siue sit in corpore interius vel exterius,

terius,necnon etiam in tali facto in iũctu-
ris.fiat etiam in apostemate facto subauri
bus,& ophthalmia oculorũ, & ĩ apatibus
linguæ,& gingiuarũ,& apate gulæ præfo
catiuo,& apate vuulę & amygdalarũ,&
in squinantia,& in catarrhis, et ipleuresi,
et peripleumonia,& in apate mamillarũ,
& inguinũ,& in apate hepatis,& stõi, & ĩ
apatibus intestinorũ, et ani, et splenis, et
testiculorũ,& renum,& vesicæ nec nõ in
apate matricis,& vmbilici,et in masera,et
in speciebus erysipilæ.

80 Fiat ẽt in vlceribus capitis,et oculorum, et
safati & vlceribus aurium.

81 Est etiam faciẽda in ambulatiuis vlceribus,
et vlceribus pulmonis, et oris, et in vario
lis.

82 Et fiat in passione intestinorum:cum tamẽ
constabit de notitia ipsorum, et in vlceri-
bus in quibus vis vt caro nascat. vel & in
eius vlceribus in quibus nascitur caro su-
perflua.

83 Est ẽt facienda in bothor vbicũq; fiũt, et sca
bie humida postq; fuerit notum & mani-
festũ,sicut in bothor oris et oculorum, et
sicut illud qd gñatur in duobus lateribus.

84 Est ergo facienda in repletione venarũ, &
egressu sanguinis ab eis,sicut in fluxu san
guinis narium,& in hæmorrhoidibus na-
si,et in sanguine manante a dẽtibus et gin
giuis,et ẽt in egrediente ab auribus, et in
hæmorrhoidibus in ore et labijs existenti
bus,et in his q̃ egrediuntur apud matricẽ
et in hæmorroidibus ani,et in fluxu men-
struorum,et in manatione saniei.

85 Fiat etiam in dolore capitis,vertigine,et fœ
tore oris:necnon in dolore dentium: et ca
su capillorum seu alopecia.

86 Et etiam in membri contusione, et sper-
matis egressu,vel expulsione,et dolore ar
tuum,et rheumate.

87 Competit etiam in epilepsia,et in sebel,vn-
gue,et moro,necnon etiam in casu, et ab-
latione appetitus.

88 Est ẽt vena incidenda in passionibus ani:et
cõmissurę existentis inter anum et testicu
los,et in sciatica,et dolore stomachi.

89 Sic etiam in dolore hepatis pungitiuo,et in
oppilationibus eius.

De cura ægritudinum sanguinearum.

90 INtendatur ergo cũ regimine,et cura ho-
rum morborũ,sicut in cura, et regimine
synochi cũ eductione choleræ rubeæ,post
phlebotomiam:et vsu ciborum infrigidã-
tium:et alienatione calefacientium, et q̃
sanguinẽ auget,et magnificat, et q̃ eis af-
fertur declinet ad stypticitatem, et propi-
nentur eis acetosa et muza.

91 Sumantur autem signa super hanc passionẽ
significãtia,ex capitulo sanguinis dñium
significantium.Et in summa declinare ad
infrigidationem et exiccatiõem est actus
medici expediti et ingeniosi.

E

De morbis cholericis.

92 MOrbi qui ex cholera rubea generan-
tur,sunt sicut vlcera in lubricitate in
testinorum contingentia,et permistio ra-
tionis,suffocatio matricis, tertiana, sciati-
ca,et fluxus sanguinis per secessum.

93 De tertiana iam fecimus mẽtionem in his
quæ præcesserunt.et in summa, febris est
calor extraneus per totum corpus disper-
sus,nocens operationibus suis.

94 Et tussis,et dolor capitis,et apostema, am-
bulatiuum in corpore.

95 Et fortis et acutus dolor aurium, et multitu
do scabiei palpebrarum.

96 Et vlcera et apata in iuncturis,et dolor pũ-
gitiuus et mordicatiuus in eisdem,et fissu
ra digitorum,et panaritium vnguium, et
maculæ apparentes in corpe lẽtibus simi-
les,et morbus cum citrinitate dentium,et
vesicæ dolor fortis.

F

97 Et ilischi seu amor vehemens,et fluxus san
guis,et fistulę et citrinitas cutis,et bothor.

98 Et maculę subtiles,et nigræ, et oppilatiões
hepatis,et apa matricis,et pleuresis, et ex-
coriatio,et ablatio appetitus.

99 Et vertigo,et fissura labiorũ,et dolor vuæ,
aut cholirica passio.

100 Et vlcus quod dilatat̃,et dubelet, et tumor
existens in ano.

101 Et pruritus,et variola,aut formica, et erysi-
pila,et pulmonis vlcera.

G

102 In cura quidem horũ morborũ est sicut in
cura febris tertianæ procedendum:educa
tur ergo cholera absq; phlebotomia et at-
tendatur ad infrigidationem ipsorũ, sicut
in morbis sanguineis:verum morbi cho-
lerici specialiter humectentur,nã prędicti
ambo morbi cõueniunt in caliditate,nec-
non ẽt in eo,quod per eã infertur patienti
bus nocumentũ. sumantur aũt signa sup
hos morbos significãtia ex capitulo signo
rum dominium choleræ significãtium.

De morbis ex humore phlegmatico.

103 OMnis quidẽ morbus ex humore phle
gmatico gñatus est sicut apa tumidũ,
et laxum,paralysis,et relaxatio,dolor capi
tis frigidus,et destructio rationis.

H

104 Et sicut scabies magna,et grossa,et zair seu
tenasmon,et apa colli quod est scrofula,et
furfur seu squammæ capitis, et obliuio,et
dolor auriũ frigus,et baras alba, et macu-
la et apoplexia,tussis hũida et tortura oris

105 Et sicut elephantia pedum,casus appetitus,
et pediculi,et tumor ani, et ancharum, et
aqua oculorum,et ipsorũ dilatatio, et fœ-
tor ascellarum.

106 Et ex passionibus vẽtris,sicut lubricitas in-
testinorum,et vermes.

107 Et difficultas partus,et secundinæ retentio
in eodem.

108 Et dolor renũ,et febris quotidiana, et fritas
splenis,et hepatis, et egressus seu eminen
tia vmbilici,et pasio cũ egestione saniei.

109 Et

109 Et dolor artuum, et nigredo et viriditas cutis et superficiei, aut ipsius fuscedo, et morbus hydropicus, sicut vterina, carnosa, et tympanites. A

110 Procedēdum est in cura huius speciei, sicut proceditur in cura complexionis frigidæ, et humidæ. Super cuius cognitione vtendum est signis positis in capitulo de signis dominium humoris phlegmatici significantibus. Estq; vtendum in euacuatione horū morborū, eo qd retulimus in cura p quam euacuatur phlegmaticus humor. Estq; consequenter vtēdum in his corporibus his quæ corpus calefaciunt & exiccant: & cibo calido & subtili, & in summa curentur calefaciētibus intus & exterius sicut fit in paralysi cum pilulis fœtidis, et decoctionibus & similibus eductiuis. B

De morbis ex me lancholia generatis.

111 Omnis morbus ex cholera nigra generatus in corpe est sicut verruca, & febris quartana hæmorrhoides, epilepsia, polypus, & spasmus.

112 Et dolor ventris, & cancer, & morphea, & dolor capitis, & vigiliarum instantia.

113 Et apa durū, & lepra: & quod ex cibo in corporibus corrūpitur: & tussis sicca, & splenis durities, & ventositas.

114 Et melancholica passio in capite, & retētio vrinæ in ea.

115 Et passio colica, alopecia, & morsus canis rabidi. C

116 Et impetigo, & lac coagulatum in corpore, & algor hepatis.

117 Et caninus appetitus, et rimulatio seu ruptura in anchis facta, & lapis factus i renibus, & vesica: & tumor ancharum dolorosus: & tumor in duobus laterib. seu hypochōdrijs factus: necnon ēt tumor in capite, auribus, palpebris, & pedibus generatus.

118 Procedatur in hac specie morborum secundum quod pcedit in cura, & regimine lepræ. accipianturq; signa super ipsam ex capitulo signorum dñium melācholiæ significātium. euacuetur ergo cū epithymo vel polypodio, & cum alijs quæ retuli. si autē vtatur quis calefacientibus & humectātibus, psperabūtur ipsius opera in eisdē. D

Pars quarta & est manualis operatio.

1 
Ostq; iam perfeci primum regimen curationis, incipiā nūc in operatione manuali, ex qua faciam primū regimen in venis magnis & paruis: & secundum faciā in carne: & tertium in osse.

2 Ex genere venarum sunt quędā quas aperimus: & quædam quas ligamus, et quasdā incidimus, & ex toto secamus.

3 Est aūt mediana aperienda in oī morbo capitis & pectoris, sicut in apate ipsius.

4 Et cephalica superior aperienda est in forti dolore capitis & fluxu sanguinis nariū.

5 Et basilica in medicatione nocumētorum pectori & pulmoni contingentium.

6 Et quæ dicuntur almadiam in mala dispositione morborum splenis, & hepatis.

7 Et in absentia basilicæ, debet funis brachij aperiri.

8 Venæ quoque temporum sunt in cōtinuo dolore ipsorum aperiendæ

9 Et existens post aures in hemicrania, & antiquo vlcere capitis.

10 Sed quæ sunt in ambobus oculorum angulis in morbis ipsorum oculorū aperiant.

11 Et minuatur existens in supremo capitis in vlceribus, & apostematibus seu pustulis in superficie et cute generatis. venæ autē guidegi sunt pręcipue in lepra aperiēdæ.

12 Et vena frontis est aperiēda in passionibus oculi: & in continuo dolore capitis: & safati. Et vena inter nares existēs qñq; phlebotomatur, cū vides bothor in pomis maxillarum, & vena in parte posteriori capitis existens in continuo dolore capitis & scotomia, et existens sub lingua in apostemate, & squinantia.

13 Et aperiatur vena sub poplite in morbis intestinorum sub vmbilico existentium. Et saphena in cruribus in morbo coxarum.

14 Et minuatur sciatica in sciatica: & vena pedis in accidentibus eius.

15 Venæ quoque pulsatiles sunt in dolore capitis incidendæ, & sequestrandæ. Et in dolore oculi: cum etiam timueris ex violentia morbi, ex fluxu, & descensu aquæ ad oculum.

16 Cum etiam generabitur apostema ex apertione ipsius præter q fluat sanguis ex ipsius superficie incidemus, et sequestrabimus eam vel cauterizabimus ipsam, aut siquis maluerit, minuatur, aut omnino ab scindatur, et sistat fluxus sanguinis ab ea, cum ligatura vel cauterio: deinde curetur cum medicinis quibus vulnera curantur, donec sanitati fuerit restitutus.

* *De operatione in carne cum scarificatione aut ventosis.*

17 Ex operibus autem in carne facienda sunt scarificatio incisio, et cauterizatio et apertio seu perforatio, et sunt ex scarificationibus quędam ex quibus fluit sanguis, et ex eis sunt ex quibus sugitur sanguis cū ponuntur super eas ventosæ, et cum eis fluit sanguis a superficie et hoc in corporibus patientibus vlcera, et bothor.

18 Ponimus autem vētosas sine scarificatione in eo in quo intendimus solum euulsionē et diuersionem materiæ.

19 Et interdum coniungimus eas vacuas: et interdum cum coto vel stupa vrente ad consumendum illius loci vētositates, et ad rectificandum membrorum malitiam cum caliditate.

* *De operatione incisionis carnis.*

20 Quòd scinditur est sicut claui et altazar.

21 Et omne quod superfluit et putrefit in extremitatibus,

tremitatibus, sicut besbeia nasi, & digitus additus vel superfluus & digiti cōiūctim adherentes, & palpebra oculi, quæ non separatur, sed est adhærens.

22 Et vuea eminens, & præputium claudens canalem virgæ.

23 Et caro in vlcere innaturaliter aucta, & putrefacta, & vlcus ex contusione putrefactum.

24 Est etiam abscindendum quod innaturaliter augetur in lingua: & quod cadit in auribus.

25 Est etiam caro incidenda super vitrū in mēbro fixum, & profundatum, spinam, aut festucam vel sagittam vt inde prædicta extrahantur, mammæ etiam hominum abscindantur interdū, vt varices in tibijs apparentes.

26 Et hæmorrhoides, & quod putrefit ex fistulis.

27 Et quod fuerit iam denigratum ex pinguedine zirbi aut putrefactum ex carne.

28 Et etiam omne illud quod elōgatur vuula, & omne quod augetur super gingiuas.

29 Abscindatur etiā caro venæ medeni & omne quod nobis aures claudit & obturat.

30 Et omne quod est additum super vuluam, et quod additum est in vngue: & quod denigratur in nobis ex præputio: et in ano, et morum, et alsethar, vel altezar, et vngula oculi, et hermaphroditæ, et eminentia vmbilici.

31 Et vulnus quod contingit ex omni eo quod scinditur, vniuersaliter cura cum sutura, et omne membrum vulneratum consolidando ipsum.

Ars cauterij faciendi in carne.

A Lib.1.F. 4.c.29. 32 OMne corpus [a] cauterizatur ad sistendum hæmorrhagiā sanguinis a vena pulsatili: aut sectione venæ magnæ fatigāte medicum in sistendo fluxum sanguinis ab ea.

B Lib.1.F. 4.c.29. 33 Fit etiam in corporibus humidis [b] ad exiccandum ea: & in carnibus laxis ad indurādum eas, & ad calefaciendum corpora infrigidata: necnon ad tollendum humiditates egredientes a natura.

Ars perforationis.

34 VTimur quandoq; pforatione ad extrahendum humiditatem nociuam, sicut saniem, quam sic extrahimus ab apostemate, et sanguinem alicubi corruptum et aquam ab oculo vel grādinem, et aquā a capite, et nodum.

E 35 Et sicut in hydrope et hernia aquosa et carnosa.

De cura fracturæ & dislocationis in osse.

36 QVicquid fit per operationē in osse, est sicut in fractura aut dislocatione ipsius: curabimus aūt quācunque fracturam cum consolidatione ipsius, et reductione ipsius fracturæ in osse, donec inde ad proprium situm reducatur et ablatione cuiuscunq; pungentis et mordicantis ipsum, et ligatura manu facta, q̄ neque laborem, neque molestiam inferat .s. non nimis forti, aut debili. Inchoetur autem fasciatio a medio ipsius, et fortificetur strictura super amplius, et ligetur, et super addantur puluilli, et desuper hastellæ coniunctim.

F

37 Subtiliabimus quoque diętam eius a principio, et in fine ingrossabimus eam, quatenus bene restauretur.

38 Est autem cauēdum a principio, ne apostema calidum generetur, diuertendo, et repercutiēdo quod effunditur ex sanguine toto posse, ita vt prohibeatur fluxus eius cum omni frigido competenti, et prohibēdo, donec curatus fuerit, motum patiēdi. Cura enim eius sine longa quiete nō perficitur.

39 Cura autem dislocationis est cum eo, quod trahit ipsum os dislocatum: donec ipsum ad locum proprium redire faciat.

G 40 Postquam autem reductum fuerit sic, ligetur stricte, et stet sic determinato tempore et applicentur et stypticæ medicinæ, et comedat patiens cibos acetosos, donec fuerit securus ab apostemate, nec timeatur de collectione sanguinis. Minus autem tempus quo sanatur est tempus vnius mensis aut dierum quadraginta. Iam ergo perfeci curam omnium morborum: et ex nunc abscindam sermonem meum, ex quo iam perfeci librum istum.

H

Principis Abuhali Hasen filij Hali Ebēsina liber totus finitus est vna cum tractatu de medicinis cordialibus translato ab Arnaldo de Villanoua, ac etiam cū cantica eiusdem translata ex arabico in latinum a magistro Armegando Blasij de Montepesulano, et nuper correctus ab Andrea Alpago Bellunensi ex originali arabico.

LIBELLVS AVICENNAE DE REMOVENDIS nocumentis, quæ accidunt in regimine ſanitatis. ſ. ex errore uſus rerum non naturalium, traductus ex Arabico in Latinum per Andream de Alpago Bellunenſem Phyſicum Damaſcenum.

PROOEMIVM AVICENNAE.



B RINCEPS Mahamet Alſceheli omni virtute clariſſimus, amatorq; omnium ſcientiarum animaduertens medicos in ſuis codicibus ſumma cum diligentia cõmemoraſſe res homini nociuas in vniuerſali, & cauendas pro conſeruatione ſanitatis: Remedia vero nocumentorum ex vſu rerum prædictarum accidentiũ ab ipſis medicis prætermiſſa fuiſſe, atq; ipſos in hoc maxime defeciſſe, rogauit, vt ego Auicenna huic defectui ſupplerem, & libellum componerem de remouendis nocumentis accidentibus ex illis rebus nociuis: vt ſiquis aut ex appetitu inordinato, aut re cogente, aut alio quouis modo rebus prædictis vſus fuerit, à nocumẽtis ipſarum abſolui valeat, Quam quidem petitionẽ cum iuſtam, & vtilem eſſe conſpicerem, ſtatui voluntati principis pro mutua beneuolẽtia, & pro immenſis ſuis beneficijs in me collatis ſatisfacere: & compendium hoc compilare: in cuius tractatu primo ſpecies errorum in regimine rerum non naturalium, et rectificationem ipſarũ ſecundum modum vlem cõmemorabo: poſtea in alijs ſex tractatibus magis diſtincte procedens remedia nocumentorum ſupradictorum ad principis deſideriũ pro viribus deſcribere conabor: Et Deus ſit dator auxilij.

TRACTATVS PRIMVS *de ſpeciebus errorum accidentium in rebus non naturalibus, & de æquatione ſeu rectificatione ipſarum ſecundum modum uniuerſalem.*



Ncipiendo ergo dicamus, ꝙ quia ſanitas ſequitur æqualitatem complexionis, & æqualitatem compõnis, ſicut declarauimus in libris vniuerſalibus, Ideo cõſeruatio ipſius ſanitatis fit cum æquatione rerum, et cũ abſtinentia corporis a multis rebus.
C æquatio vero rerum eſt, ſicut æquatio aeris, & æquatio cibi, & potus, & æqualitas ſomni, & vigiliæ, & æqualitas motuum corporalium, & aïalium, & contemperantia quietis, & ocij, & æqualitas eius, quod euacuatur, & eius, quod retinetur. Abſtinentia vero humani corporis a rebus eſt, ſicut a bſtinere ab eo, quod contundit, & frangit, & quod incidit, & qđ congelat, & ab eo, qđ aſſat, & qđ adurit, & ab eo, qđ putrefacit, & ab eo, ꝙ generat malitiam complexionis pernitioſam frigidam, aut calidam, & ab eo, quod contrariatur complexioni cum proprietate. Et propterea ꝙ vnumquodq; iſtorum prædictorum eſt genus cõe, ſub quo ordinantur ſpecies diſtinctæ per differẽtias, & ſpecies diſtinctæ per proprietates, neceſſarium erit nobis ipſas dilatare, & multiplicare, & numerare ſpecies egrediẽtes a termino, quem diximus, & numerare, quæ accidunt de vnoquoq; errore in vnaquaq; complexione, & quæ opponuntur vnicuiq; illorum. Et nobis conueniens eſſet, vt manifeſtaremus hoc ſm viam diuiſionis logicalis: verum intentio noſtra in hoc libello, ſicut eſt quæſitum, eſt abbreuiatio, et vtilitas operandi: nõ vtilitas veræ ſcientiæ: & conuenit nobis, ꝙ alienemus hic ſermones in eis, quorũ rememoratio ab antiquis diffuſe, & ſufficienter tradita eſt. Quare nos non adducemus hic ea, quæ alienari debent, ſed erimus occupati circa ea, quæ rectificant, & remouent nocumenta. Quia enumerabimus nunc ſpẽs
D errorum cadentium in eis non ſm ſemitam diuiſionis, ſed ſm ſemitam compilationis, & aggregationis ſm modum vniuerſalem: poſtea ſuccedet diſtinctio, et ſermo particularis in vnoquoq; capitulo. Et nos incipiemus ab aeris contemperantia: & aer quidem in libris medicorum accipitur ꝓ aere cõi, & pro aere particulari, & cõis quidem eſt aer oĩbus cõis: particularis autem, eſt ſicut aer balnei, Et ſermo quidem de balneo ingreditur in ſermone de aere. Verũ nos incipiemus de aere cõi. Dicamus ergo, ꝙ rectificatio aeris, & eius cõtemperantia completur cum cõtemperantia ipſius incalore, & frigore, & contemperantia ipſius etiam in humiditate, ſicut oportet fieri in locis maritimis, & in ſiccitate, ſicut oportet in locis campeſtribus, & petroſis, & aridis, & mõtuoſis, & contemperantia, & rectificatione ipſius aeris in permutatione de calore ad frigus, et de frigore ad calorem, ſicut eſt rectificatio in horis autumni, et in ingreſſu balneorum, et contemperantia ẽt aeris de fętido ad odoriferum, et de odorifero ad fętidum, et eius rectificatio, qñ fit permutatio a ſeptentrione ad auſtrum, et ab auſtro ad ſeptentrionem, et rectificatio eius etiam, qñ fit permutatio ex complexione regionis ad complexionem alterius regionis, et rectificatio putredinis aeris ſcilicet peſtilentialis: qñ. n. peſtilentia fuerit putredo aeris, oportet cauere ab eo, et ipſum euitare in hora anhelitus vel reſpirationis: et rectificatio aeris conculcati, et aeris commoti. Nam aeri fir-

mo non commoto accidit alteratio aliqua, declinans aut ad similitudinem pestilentiæ ex putredi E ne calida, quis non sit pestilentia vera, pestilentia.n.non accidit nisi a causis alijs, aut declinans ad qualitatem frigidam, cænosam, paludosam. Et ex aere quidem existente in motu continuo sequuntur etiam species nocumentorum in corporibus, sicut dicemus in capitulo suo. Non enim euacuatur, quin ex eo sequatur permutatio vaporum, & puluerum malorum ex locis lõginquis ad loca mũda, vel ad habitationes mundas. In balneo vero sunt capitula rectificationis, vel cõtemperantiæ ipsius, & eius quidem rectificatio est, vt ordinata sit ingressio in eo.s. vt non fiat subita, & est rectificatio aquæ ipsius balnei.s.vt sit dulcis, quæ non sit calida valde, neq; frigida, & rectificatio seu regimen morandi in ipso balneo, & regimen ordinis egrediendi ex ipso, et regimen ordinis administrandi fricationes, & vnctiones, & ablutiones in eo, deinde in eo alienentur motus fortes, & coitus, & cibus, & res fluidæ, frigidæ actu, aut quæ sint fortis caliditatis in potentia. Et rectificatio seu regimen horæ ingressionis in balneum.s. vt non sit super vacuitatem stomachi, aut super repletionem, & vt non sit post rem, quæ cadere facit virtutem, vel quæ valde debilitet virtutem, sicut motus laboriosus, aut euacuatio sanguinis, aut solutio ventris, aut coitus multus. Amplius non sit festina egressio ab eo, immo prolõgetur in eo statio seu mora, & sit assiduatio sudoris, & sedeat in loco calido. Iam ergo diximus de dispositionibus aeris, & de eius rectificatione, & de regimine balnei secundum modum vniuersalem. F

Regimen vniuersale in balneo obseruandum.

Res in balneo alienandæ.

Hora ingressionis balnei.

De regimine seu rectificatione cibi in vniuersali.

RECtificatio autem cibi aut est in quantitate, quando est plus, aut minus, quàm debet, aut in qualitate, scilicet quando est calidior, aut frigidior, aut siccior, aut humidior, aut vehemẽter debilis substantiæ, vnde velociter putrefit, sicut lac, & aqua pluuialis, aut vehementer fortis substantiæ (sicut risum) & grani surgi, aut est cibus horribilis, sicut panis Almeli, id est panis male coctus super cineres, aut propter vnctuositatem, sicut res plurimæ vnctuositatis, aut quia rancidum, sicut res habens vnctuositatem alteratam, aut propter acuitatem in sapore suo, sicut cæpe, & allea, aut propter amaritudinem, sicut amigdalæ amaræ, aut propter acetosiatem, sicut acetum forte, aut propter viscositatem, sicut alherisce, scilicet ferculum ex frumento fracto spissum sicut puls, & sicut pisces, aut propter asperitatem, & stipticitatem, sicut gobera, & nabach & citonia, aut propter lenitatem, sicut alfeludegi, et gumi, aut propter inflationem resultantem propter cõplexionem humidam, & siccam non bene permixtam interius, sicut faseoli, & mora, aut propter inflationem causa humiditatis cũ frigiditate, sicut lac acetosum. Et est species rectificationis seu regiminis in ordine cibi, & aggregatione diuersorum ciborum adinuicem. Et error quidem in G regimine est, vt post cibum tardæ digestionis exhibeatur cibus facilis digestionis, & sic eius digestio præcedet, & retinebitur talis cibus a penetratione propter existentiam cibi tardæ digestionis sub ipso. Aut error committitur, si accipiatur aliquid lubricatiuum ante cibum tardę digestionis, aut solutiuum cum eo, aut sumatur huiusmodi ante, aut post cibum, aut sumatur aliquid exprimens vel comprimens post cibum, sicut citonia, aut sumatur aliquid retinens vel tardans in stomacho ante cibum, sicut coriandrum, aut sumatur adiuuans ad corruptionem cibo accidentem, sicut si sumantur allea super caules, aut caseus super lac, acceptio enim vnius istorum festinat ad corruptionem, & alterum festinat ad caseationem. Et corruptio quidem ciborum aggregatorũ vel permixtorum, aut est propter præparationem ipsorum ad putredinem, aut propter coagulationem, et malitiam, et propter moram ĩ stomacho, aut propter descensionem ita, vt lubricet, aut exprimat vel comprimat, aut soluat, aut modo alio. Et species corruptionis ciborum diuersorum aggregatorum vel permixtorum, est dependens a proprietatibus ipsorum. Et ex speciebus rectificationis cibi est hora ipsius, & est, vt sumatur secundus cibus, cum iam descenderit primus, & vt sumatur cibus, cum iam vera fuerit fames naturalis, non accidentalis, & ægritudinalis, sicut fames canina: & comedatur, quando iam egressus est ex stomacho humor, de quo timetur, ne H ad ipsum conuertatur cibus, sicut quando comeditur mel existente cholera in stomacho, aut comeditur lac acetosum existente phlegmate in stomacho: Aut comedatur cibus, quando est iam hora conueniens pro exercitio cibi præcedentis hesterni. Et est rectificatio eorum, quæ post cibum consequuntur, sicut consideratio, & regimen eorum, quæ post cibum administrantur ex motu, & quiete, somno, & vigilia ita, vt cibus non agitetur motu continuo, neq; incrudet ipsum quies continua post eius digestionem: & vigilia quidem est sicut motus: & somnus est sicut quies. Et ex hmõdi capitulis est consideratio dispõnum animæ ex ira, & tristitia, et letitia, & delectatione, & alia ab istis. Nam cibi calidi cum ira assumpti nocent, et cibi sicci cum tristitia nocent, & cibi humidi cum lætitia generant multitudinem humorum, & sunt augentes communiter humores quatuor: & similiter cibi frigidi cum timore vehementi, aut lætitia superflua nocent, & similiter cibus multus cum quiete nocet: & paucitas cibi cum motu etiam nocet. Potus autem rectificatio, & regimen fit modis similibus istis prædictis, & potus quidem dicitur de aqua, & dicitur de eo, quod inebriat, & dicitur etiam de rob, & de potionibus fructuum: sed hic non est intentio nostra, nisi de aqua, & de re alia, scilicet re, quæ inebriat. Dicamus ergo, quòd rectificatio

Alia litera tubera.

Alfeludegi é cibariũ factũ ex amilo, & zuccharo, sicut sabonia.

A tio aquæ, aut est in quantitate ita, vt non sit supra quantitatem, quæ oportet, aut minus, quam oportet: aut est in qualitate ita, vt ipsa aqua sit, & debeat esse subtilis, leuis ponderis, priuata sapore, & odore, recipiens calorem, & frigus velociter, & sit ex flumine currenti super lutum purum, aut super terram dulcem velociter currens, longinqua a principio, a quo oritur, discooperta soli, & vento: & si fuerit ex flumine maiori, est melior, & quod ipsa sit delectabilis in gustu, & sit velocis descẽsus ab ore stomachi, & ab hypochõdrijs: & sit velociter prouocãs vrinam, & sudorem. Quod si ipsa aqua fuerit paludosa, in qua nascuntur cannulæ, aut sulphurea, aut aluminosa, aut vitriolosa aut ærea, aut lithargiriosa, aut in ea fuerit virtus alicuius mineralis, tunc facit possidere species ægritudinis. Et melior quidem aquarum mineralium est aqua ferrea. Et de hoc capitulo sunt aquæ salsæ, & aquæ mali saporis, amaræ, & aquæ acetosæ. Et de rectificatione aquarum est illud, quod dependet ab hora bibitionis ipsarum ita, vt aqua non bibatur super ieiunium, neque post repletionem hora, qua completa est assumptio cibi, neque post motum laboriosum, neque post causam rarefacientem corpus supra modum, sicut est coitus, & balneum, neque post causam spargentem vel diffundentem calorem innatum superflue, sicut ira, & lætitia: sed sit post subtiliationem cibi, & digestionem eius per transmutationem factam in chilum,

Dulce.i. insipidã nullius saporis.

B tunc enim est conueniens ad faciendum penetrare, & est conueniens etiam ad curationem ægritudinum acutarum vel calidarum. Regimen autem potus alterius, scilicet inebriantis est in quantitate sua, quando enim fuerit multæ quantitatis, tunc operatur duas operationes contrarias, nam in corporibus calidis operatur augumentum choleræ, aut sanguinis calidi, scilicet cholerici, & calefacit istos humores, aut facit eos putrescere, aut facit eos fluere ad profundum membrorum. In corporibus autem frigidis operatur, & causat humiditatem, & frigiditatem, secundum quod postea dicemus. Regimen autem in qualitate vini est, quod in corporibus calidis multæ choleræ vinum non debet esse grossæ substantiæ: In frigidis vero corporibus non debet esse vinum vehementis ponticitatis, et substantiæ tenuis: Et in corporibus quidem temperatis non administretur vinum amarum, neque valde tinctum in colore, neq; vinum eorum sit habens saporem excessiuum, neque odorem superfluum: sed sit boni saporis super linguam discurrens, non causans in ea stipticitatem, neque amaritudinem, neque acetositatem, Amplius vinum magis cõueniens corporibus calidis est vinum album, subtile, factum ex vuis, in quibus est aliqua acetositas: Sed corporibus frigidis vinum conueniens est vinum vetus, clarum, rubeum, potens, boni odoris. Et corporibus temperatis vinum conueniens est vinum æquale vel mediocre: vinum ve-

Regimen vini.

Vinũ amarũ ẽ vinũ potẽs antiquũ non dulce.

C ro permixtum aqua conueniens est corpori calido, & sicco: Et nocet habentibus neruos debiles, & habentibus augumentum humiditatis seu multam humiditatem. Regimen vero vini secundum horam bibitionis, est, vt non bibatur super vacuitatem, & stomacho ieiuno, præcipue in corporibus calidis siccis, neque etiam potandum est super cibum: neque super cibum acutũ, & post sodam, & stricturam anhelitus a cholera, aut in principio ophthalmiæ, neque bibat ille, qui habet species lassitudinis tres simplices, scilicet laboriosam, extensiuam, & vlcerosam, & species lassitudinis compositas ex eis: neque bibat ille, in quo præcesserunt dispositiones causantes raritatem meatuum, & sparsionem caliditatis naturalis: neque bibatur vinum super ebrietatem, quoniam nocet: non enim est, sicut quidam putauerunt, quòd iuuet ebrietati: neque hoc est ex eis, quæ sunt obseruanda. De motu autem quidam est motus itineris: & quidam est motus exercitij: et quidam est motus, qui fit in coitu: qui licet sit conueniens, vt ponatur in capitulo euacuationis, tamen visum est nobis ponere ipsum in hoc capitulo: & quidam est motus animalis. De motu quidem itineris iam composuimus epistolam vel consilium pro quodam principe, & ibi dictum est diffuse. De motu vero exercitij est species regiminis depẽdens a quantitate sua ita, vt non sit laboriosus, longus: neque sit paucus valde. Regimen vero a qualitate dependens debet esse ita, vt non sit ve-

Regimen motus in vniuersali.

D hemens valde taliter, quod sit sicut longus, quamuis sit breuis: neque motus prædictus debet esse debilis taliter, quod sit sicut paucus, quamuis fuerit longus: sed regimen motus exercitij dependens ab hora sua est, vt fiat post digestionem cibi primi in visceribus, & venis, & ante cibum secundum, non super cibum, & repletionem, neque ẽt super vacuitatem superfluam, sed post distantiam temporis magnam a cibo, sicut in ieiunio: neque post euacuationes præcedentes solutionis ventris, aut coitus, aut sudoris, aut fluxus sanguinis narium, aut fluxus superflui menstrualis, vel alio modo, aut prouocationis vrinæ, aut post euacuationem ex eruptione, aut apertura apostematis, aut alia eruptione: quod si accidat necessitas ad motum fortem nocentem, procedatur ad ipsum gradatim cum facilitate. Motus autem coitus oportet, vt non fiat super vacuitatem puram, ne superueniat commotio choleræ, aut aliud ex his, quæ dicemus: neque super repletionẽ puram: neque post phlebotomiam, aut ventris solutionem: aut motum laboriosum: aut febrem: aut sincopin: aut debilitatẽ factam aliquo modo: neq; super cibum crudum difficilis digestionis: neq; super ægritudines renum cronicas, sicut generatio lapidis, aut mictus vrinæ inuoluntariæ, aut ardor vrinæ, aut eius difficultas, aut diabetes: neq; motus coitus fiat cũ doloribus iuncturarũ, sicut podagra, et sciatica, et quæ eis similant: neq; cũ nocumentis sensus, & motus, sicut stupor, et paralisis, et ophthalmia, et debilitas auditus: neq; administret coitus ĩ hora, in q̃ laboriosum ẽ nãe sperma emittere: neq; ẽ coitus cõueniẽs ei, q nõ appetit ipsum, neq; illi, q coitu vtit̃ absq; vero ap-

Regimen coitus.

petitu:neque coitus conueniens est illi,qui siccæ est complexionis proprie frigidæ:neque illi, cuius membra generationis sunt frigida:neque illi,cuius forma est macilenta: aut membra radicalia ipsius sunt debilia a generatione. Et dimissio etiam coitus nocet ei, qui consuetus est,præcipue si fuerit vehemens appetitus,& fuerit temporis distantia magna a tempore, quo vsus fuerit coitu,præcipue quando fuerit ociose uiuens,& fuerit corpus pingue vel carnosum multi sanguinis. Regiminis somni,& vigiliæ sunt species seu modi: oportet enim quod somnus sit in hora, qua oportet,scilicet super cibum secundum quantitatem, qua stomachus alleuetur ab eo,& secundum quantitatem temporis digestionis cibi, & secundum quantitatem temporis æqualem, & est circa duodecim horas non continuas: & plurimum eius sit nocturnus: & sit diurnus per spatium vnius horæ,aut duarum horarum, si in prandio cibum sumpserit: si vero non pransus fuerit,dixerunt antiqui,vituperandus est,nisi propter aliquam causarum exigentium illud, scilicet ex labore vehementi,aut ira superflua, aut cogitatione,aut tristitia.Et vigilia superflua nocet præcipue corporibus macris,& habentibus complexionem calidam. Et somnus quidem superfluus nocet maxime corporibus pinguibus repletis.Euacuationes vero consuetę sunt,sicut phlebotomia, & ventris solutio, & vomitus, & sudor, & vrina, & spermatis emissio per coitum. Iamquidem diximus de spermatis emissione,scilicet de coitu. Phlebotomia vero oportet, vt fiat post ea,quæ ipsam requirunt, & tolerantiam, ætatis, & naturæ, & consuetudinis, & virtutis, & temporis:Et oportet quidem, vt non fiat post motum,& repletionem,& coitum,& balneum,& laborem,qualitercũq; sit,nisi apud necessitatem, neque post præcessionem potus aquę plurimæ, aut potus aquæ plurime,aut potus vini vel potionis agitantis humores: neque fiat phlebotomia cum debilitate stomachi, aut cordis,quantum sit possibile.& procurandum est ita, vt egrediatur quantitas sanguinis quæsita duabus vicibus,aut tribus, nisi apud voluntatem sedandi dolores: post succedat ei quies,et non dormiat super eam,quantum est possibile.contrarium autem istius facit accidere præparationes ad ægritudines,quas dicemus. Amplius phlebotomia addita super quantitatem naturalem festinat sanationem ægritudinis dolorosæ,ex quacunque materia fuerit: Verum substantia vel fundamentum caloris naturalis dependens est a sanguine: & substantia vel fundamentum vitæ est dependens a caliditate naturali: & propter hoc securitas, & confidentia in ea est melior, & magis obseruanda. Ventris autem solutio oportet etiam, vt fiat secundum virtutem corporis, & necessitatem:& fiat cum his,quibus soluitur humor dominans nociuus:& fiat post bonitatem dietæ:& oportet,ne succedat ad ipsam,neque pręcedat motus laboriosus,aut coitus:neque bibatur super eam aqua plurima,neque sit in stomacho cibus plurimus: neque sumatur super ipsam cibus,dum non retinetur solutio eius: & oportet vt alleuetur cibus, & potus in illa die valde:& tibi sufficiat,& contentus sis re modica ex eis,quantum est possibile.Et ex eis, quæ continua sunt huic capitulo vel pertinet ad hoc capitulum,est succurrere ei,qui bibit solutiuum,& non soluit, aut solutio eius est supra mensuram, quæ oportet. Vomitus vero, quando multiplicatur, nocet nocumentis plurimis: & ex vomitus administratione aliquibus horis vel aliquando sequitur iuuamentum magnum quibusdam hominibus in ieiunio: & quibusdam super cibum.& dignior horarum in eius administratione est æstas. Et vrinæ quidem prouocatio oportet, vt non sit superflua,neq; etiam pauca:Similiter & sudor.

E F G (margin letters)

Quibus nocet dimissio coit'.

Regimẽ somni & vigiliæ.

Regimen eius qđ euacuatur aut retinetur. Regimen euacuationis per phlebotomiã.

Nota.

Regimen p solutione vẽtris.

Regimẽ vomitus, vrinę, & sudoris.

TRACTATVS II. *de remedijs nocumentorum accidentium ex aere non conuenienti, & ex rebus sibi coniunctis.*



Er quidem calidus calefacit cor,rarificat cutem, postea inspissat, & præparat ad putredinem cholerae,& ad fluxum sanguinis narium, et sodam,et ad febres acutas:& est pauci nocumenti in corporibus, quorum complexio naturalis est calida aut quorum complexio præternaturalis est frigida valde:& est plurimi nocumenti in corporibus econtrario se habentibus:& cautella,& regimen præseruandi a nocumento ipsius est cum quiete in locis frigidis, & rebus infrigidantibus,et alijs similibus.Illa vero,quibus nocet aer calidus,aut sunt corpora calida, & sicca,extenuata,macra:& accidit eis ex hoc febris ephemera,aut febris putrida:& quandoque accidit eis ethica:& accidit eis etiam fluxus sanguinis narium, & soda,& alia ab istis:aut sunt corpora frigida humida,vnde accidit eis soda lenis, & strictura anhelitus, & debilitas iuncturarum, et difficultas motuum: et talis aer reducit eos ad æqualitatem, et oportet, vt patiens hoc,odoret camphoram,et sandalos, et aquam rosatam,et abluatur facies,et corpus,et pedes cum aqua rosata infrigidata,aut cum aqua frigida:et nutriatur cibis leuibus subtilibus, sicut ferculo de agresta, aut ferculo de berberis,aut ferculo facto de nisuch, aut ferculo de almes:et emplastetur cor cum portulaca,et sandalis,et aqua rosata, et camphora:et odoret odores frigidos:et dentur in potu potiones acetosæ ex potionibus fructuum: et consideretur post illud,an moueatur aliquis ex humoribus, et an in eis euaporentur vapores.Et commotionem quidem humorum significant dolores,qui de membro ad membrum permutantur:et est tepiditas in cõmotione prædicta,pcipuę si fuerint humores graues,aut humidi:et est sicut punctura acuũ,et mordicatio in lacertis,pcipue si fuerint humores cholerici:et vapores demõstrantur,et signantur per tinnitum in capite, et obscuritatem

H (margin letter)

Nisuch est spẽs prunorum paruorũ in regione Corasceni.

A scuritatem in oculo, & sodam, quæ permutatur, & præcipue incipiens a posteriore parte capitis cum paucitate grauitatis: & confirmat illud scothomia, & vertigo cum leuitate. Quod si commoti fuerint humores graues, tunc phlebotomia est eis iuuatiua, qualitercunque sit: si vero fuerint colerici, tunc oportet, vt euacuentur non cum omni, quod euacuat coleram, sed cum eo, quod euacuat, & {operatur illud subtiliter seu faciliter}, sicut siracost, & tamarindi, & alnisuch, & almen id est species mannæ alia a siracost, & quę sunt eis similia. & quando existimatur, quòd humores non sunt multi, & non nocent, nisi in motu suo, tunc administrentur ea, quæ ipsos sedant cum eis, quæ infrigidant: & quies est melior in omni dispositione ita, vt etiam non est post administrandum solutiuum debile. Et ex eis, quæ maxime iuuant, est lac acetosum infrigidatũ, & focha seu ceruusa facta ex chisch ordei, & ex cibarijs bonis, sicut species alcharis, id est cibi acetosi facti cũ piscibus, aut carne vaccina, si virtus digestiua stomachi fortis fuerit. Et granata muza habent proprietatem in hoc, & granatȧ acria sunt vehementioris extinctionis, sed in eis est superflua asperitas. Plurimum vero nocumenti ex aere accidit cordi: & poma quidem sunt ex eis, quæ iuuant iuuamento vltimo.

Alia litera extinguit. Per alnisuch in hoc loco intelligitur elementum de alnisuch.

De nocumentis a frigore accidentibus.

B FRigus operatur in corporibus absolute operationes, quæ sunt inspissatio, & aggregatio caliditatis naturalis in interioribus membrorum: deinde extinguit eam in fine rei: postea putrefacit: deinde interficit. Et frigori quidem resistitur cum complexione naturali frigida, quia nihil patitur a suo simili, sed a suo contrario: aut resistitur cum complexione calida fortiter prohibente: nam contrarium, quando est forte in expellendo suum contrarium, non patitur ab eo. Et frigus quidem, quando operatur inspissationem solum, quæ non fuerit multum distans ab eo, causat prohibitionem vaporum a resolutione in corporibus repletis: quare causat putredinem, & accidentia, sicut febres putredinis: sed in corporibus mundis inspissatio moderata causat retentionem vel retractionem caloris innati ad interiora, quare aggregatur caliditas innata, et fortificatur, vnde reperitur in eis digestio cibi, & maturatio humorum plurima, & magis completa. Quando autem frigus fortificatur ita, vt ingrediatur in interiore parte membri, tunc sine dubio extinguit calorem innatum & succurritur ei velociter per illud, quod facit retrocedere ipsum frigus, scilicet trahendo ipsum per principium vel per viam, per quam introiuit, & impressit in natura: & si non fiet hoc, tunc putrefiet membrum: quoniam putredo fit propterea, quod humiditas relinquitur a caliditate naturali regente ipsam, & dominatur super eam caliditas accidentalis agens in humiditatem prædictam non secundum modum, secundum quem operatur in ea caliditas naturalis. C Curatio autem, quæ prohibet inspissationem, est balneum, & inunctio, & fricatio, & compressio leuiter facta super membra, & præcipue balneatio facta cum aquis, in quibus decocta sunt lenificantia, sicut furfur, & camomilla, & violæ, & melilotum, & anetum. Olea vero oportet alienare in curatione inspissationis vel condẽsationis, nisi succedat post inunctionem ablutio vehemens ita, vt destruatur oppilatio porositatum, & remaneat lenificatio. Modus vero præseruationis a putredine extremitatum est fricatio ipsarum cum oleis calidis valde, sicut oleum balsami, & oleum napticum, & oleum de assa fetida, & alia ab his. Et quando inceperit putrefactio, tunc fiat scarificatio, secundum quod declarauimus in consilio de regimine itinerantium. Sed conseruatio cordis, & viscerum a frigore, & confortatio complexionis calidæ, vt prohibeatur nocumentum frigoris, est, vt sumantur confectiones calefacientes, & vinum purum antiquum, & alleum proprie, præcipue cum vino, & quæ illis similantur. Cumq; homo leditur a frigore, tunc ex rebus ei conuenientibus est, vt sorbeat iura pinguia ex carnibus permixta cum syrupo aromatizato cum pipere, & alleo, & cinnamomo. hæc ergo sufficiant nobis circa rem frigoris.

De eo, qui lesus est ab odoribus fetidis.

D CVra lesionis ab odoribus fetidis est, vt odoret camphoram, & sandalos, & alia odorifera: & naribus attrahat oleum rosatum, & violatum, & oleum nenufarinum: hoc fiat, quando non fuerint odores locorum paludosorum, aut cænosorum. si autem fuerit odor ei cænosæ, & paludosæ, tunc cura est ei opposita cum speciebus suffumigationis ligni aloes, et odore musci, et croci, et effundatur aqua calida super caput.

De eo, qui lesus est ex odore carbonum.

CArbones causant odorem calefacientem, et exiccantem, et ledunt, et debilitant virtutem cerebri secundum qualitatem venenosam, non secundum qualitatem tangibilem: et cura talis nocumenti est odorare fructus, præcipue stipticos, vt ingrossentur spiritus cum eo, quod eis conuenit: et odorent camphoram, et sandalos, et combustionem corticum granatorum, et citoniorum. Quod si homo ledatur ex odore carbonum, et perueniatur ad sodam, iuuatur cum vomitu, et cum aqua calida effusa super cerebrum, et exhibeatur ei alleum, et assiduet attractionem aquæ dulcis per nares, et abluatur nasus, et addatur attractio aquæ rosatæ per nares. Et de rebus conuenientioribus in corpore repleto est abstinentia a cibo.

De eo, qui lesus est ex odoribus bonis.

E

OMnis odor bonus per hoc, quod est bonus, & odoriferus, confortat cerebrum, & cor: sed per hoc, quod calefacit, aut infrigidat, nocet in quibusdam dispositionibus: aut per hoc, qd' exiccat, aut humectat, aut exprimit, aut stipticat: odores enim boni aromatici sunt, sicut camphora, & muschus, & lignum aloes, & similia, quorum plurima conueniunt in exiccatione. Amplius camphora infrigidat, & muschus calefacit: & vnum quodque amborum est cura alterius in calefactione, & in frigiditatione. Et ligno aloes, & croco opponitur camphora cum muscho: & sandalis opponitur muschus cum camphora. Verum oportet solicitari circa rectificationem exiccationis, aut cũ odoriferis humectantibus, sicut sunt violę, et nenufar, aut cum oleis attractis per nares. Amplius reliqua odorifera humectantia sunt frigida proculdubio: quod si ledant cum sua humectatione quibusdam complexionibus, & quibusdam ægritudinibus ita, vt augeant ægritudinem, aut faciant eam accidere, tunc curatio est muschus, & crocus, & galia. Illa vero, quæ nocent exprimendo vel comprimendo sunt, sicut rosa, ipsa enim sua compressione causat corizam secundum aliquos, aut acuitate, quæ est in ipsa rosa secundum alios, aut infrigidatione, quam ipsa imprimit in cerebro secundum opinionem aliam a prædictis: sed quod illud fiat per viam compressionis est magis proximum veritati. Si ergo nocumentum prædictum, scilicet coriza causatur a rosa propter compressionem, tunc eius cura est, quod mollit vel relaxat, sicut olfacere odores mollificantes: & propter hoc dicit', quod violę, & nenufar curant nocumentum rosarum, verum non iuuat tantum, quantum facit assiduatio effusionis aquæ calidæ super caput. Odoris vero nocumẽti causati, ex stipticitate, sicut odoris cypressi, & ciperi, curatio est administrare mollificantia prædicta. Et melius quidem est ad id, quod nocet sua compressione, vt olfaciat stiptica, & effundantur super caput mollificantia, donec retineatur, quod resoluitur ex membro, & soluatur, quod constringit, & condensat: & propter illud ex odore nigelle cum balneo est iuuamentũ plurimum ad remouendum nocumentum rosarum: immo propter hoc, quando aggregantur cyperi, & rosæ, & cum hoc naribus attrahatur oleum, non accidet coriza ab ipsa rosa.

Rosa qualiter causet corizi.

F

De nocumento septentrionis.

NOcumentum septentrionis est condensare corpus, & prohibere resolutionem, & exprimere cerebrum, & ventrem: & propter illud sequitur ad ipsum ophthalmia, & tussis. Cura nocumenti septentrionis est administratio balnei, & cohol cum tutia nutrita vel præparata cũ agresta: & comedere cibum factum ex papauere cum croco: & administratio trociscorũ rosarum paruorum: & distillatio olei keirini permixti cum oleo rosarum tepidi in aure.

De nocumento uenti australis.

G

PRoprietas venti australis est dissoluere humores, & facere ipsos fluere ad profundum corporis, & replere cerebrum vaporibus, vnde sequuntur ex hoc absque dubio sedar, id est scotomia, & vertigo, & scabies, & dumel, id est forunculi, & alia ab istis: & cura est festinare ad phlebotomiam, si fuerit corpus repletum, & administrare fructus stipticos, & robub fructuum stipticorum, & administrare oleum myrtinum super caput, scilicet vt confortetur caput, & odorare camphoram, & sandalos, & administrare coriandrum humidum, et siccum, in cibo, et dimittere carnem: sed si non sit excusatio ab ea, tunc administretur ipsa caro cum acetosis, et elõgetur vinum: si vero ab eo non fuerit excusatio, tunc administretur vinum factum ex vuis ponticis, et ex vuis, in quibus est pauca acetositas: et fiat oris collutio, et narium attractio cum aqua frigida, præcipue cum aqua rosarum: et abluatur, antequam firmetur, cum aqua frigida.

De permutatione ab aere ad aerem.

PErmutatio de aere ad aerem nõ euacuatur, quin autem sit permutatio ex aere humidiori ad aerem sicciorem, aut econtra: aut ex aere frigido ad aerem calidum, aut econtra: aut ex aere putrido putrefactione aliqua ad aerem magis putridum putrefactione alia, sicut permutatio ex putredine stercorum ad putredinem aeris paludosi. Et iam dictum est, qualiter fit rectificatio vnius cuiusque eorum. Sed in rectificatione, & regimine permutationis de quodam eorum ad quendam alium, tria requiruntur, seu sunt necessaria, videlicet tarditas permutationis, ita, vt ipsa fiat gradatim: secunda quod illæ, qui permutatur, vtatur longo tempore vestibus, & odoribus, & cibis conuenientibus aeri primo: deinde sit curatio eius, quod accidit magis vltima vel magis fortis, q̃ curatio alterius permutationis ad contrarium: Et propter hoc præceperunt medici antiqui, quod homo deferat secum aquam suæ regionis, & lutum seu terram, super quam currit aquã suæ regionis, vt permisceat cum aquis, quas inueniet, & proijciat lutum seu terram prædictam in eis.

H

De rectificatione pestilentiæ.

PEstilentia quidem est putrefactio aeris: & illud quando permiscentur aeri vapores mali, aut boni, verum remanent tales vapores, & non remouet eos ventus, donec alterentur: & ppea quod homo indiget attractione huius aeris per anhelitum, & per porrositates corporis, postea p̃ducitur aer attractus modo prædicto ad mineram vitæ, quare conueniens est, vt nocumẽtum pestilentiæ sit corruptio complexionis cordis, & spirituum vitalium, qui sunt in eo: postea reliquæ partes corporis consequuntur nocumentum sequens ad cor vel nocumentum accidens cordi: & sequnt' febres malæ, lenes vel quietæ exterius pp̃ p̃fundationem caloris nãlis, & cõturbãtes, adurentes interius, ad quas sequit' syncopis semp, & casus virtutis, & sudor frigidus, & puitas pulsus.

A *De his, quæ opponuntur pestilentiæ.*

QVando videntur signa pestilentiæ, quæ sunt humiditas aeris præterita, postea eius calefactio, & flatus austri non flante vento boreali, tunc propera ad phlobotomiam, & vetris solutionem, & administrentur omnia, quæ condensant, & extingunt, & infrigidant, sicut rob citoniorum, & pomorum, & agrestæ, & rob iuiubarum: & fiant cibaria ex sumach, & granis granatorum, & quæ current cursu eorum: & assiduet olfacere camphoram, & sandalos: & properet ad aerem frigidum. Et illi, quibus magis nocet pestilentia, sunt corpora sanguinea. Et ex eis, in quibus conuenerunt antiqui super conuenientiam, & iuuamentum ad resistendum pestilentiæ, est tyriaca magna Andromaci ita, quod Galenus existimauit, quod a pestilentia magna, quæ accidit, non euasit aliquis, nisi per administrationem tyriacæ.

De nocumento aeris stantis, non commoti.

EX aere stante, non commoto sequitur conculcatio vaporum malorum, & fumosorum corruptorum in eo: & sequitur dispositio similis pestilentiæ, aut alteratio naturæ ipsius declinans ad aerem locorum paludosorum.

De his, quæ opponuntur nocumento predicto aeris non commoti.

B OPortet, in huiusmodi aere, si declinat ad caliditatem aliquam, vt continue mundificetur corpus, & administrentur potiones stipticæ, & robub fructuum eis, quorum complexio est calida: & administretur diamuscum dulce, & letificans, & mitridatum eis, quorum complexio est frigida: & quod aleuientur in eo cibaria: & quod odorent odorifera frigida. Sed quando alteratio aeris declinat ad humiditatem paludosam, sicut aer, in quo nascuntur cannę palustres, & aer loci cænosi vel limosi, tunc oppositio fiat ei olfaciendo muschum, & crocum: & administretur exercitium, & sudare facientia, & fricationes. & assa fetida in hoc capitulo est magni iuuamenti.

De nocumento aeris commoti.

AEr quidem vehementer commotus generat condensetionem pororum, & catarrhos, & tusses, & lachrymas, & priuationem cordis ab aere, qui proximus est caliditati naturali: & si fuerit aer discurrens vel commotus super loca cænosa, aut super loca mala, erit corruptio illa similis etiam corruptioni pestilentiæ. Et oppositum illius, qui similatur pestilentiæ, est, vt fiat illud, quod diximus in capitulo pestilentiæ. Oppositum vero seu regimen resistens ei, qui non currit cursu pestilentiæ, est, vt assiduet balneationem cum aquis dulcibus, & fricationes, & vnctiones, & exercitium.

C TRACTATVS III. *de remedijs nocumentorum accidentium ex malo regimine circa balneum.*



NOcumentum balnei est, quod aer balnei non est temperatus: & temperamentum quidem aeris balnei in vniuersali vel in summa est, vt non sit vehementer calidus, neque frigidus, in quo difficilis est sudor. In particulari vero, & distincte rectificatio, & conuenientia balnei est, quod in ipso balneo ad minus sint tres mansiones, vel casæ: et quod sit in mansione vel in casa prima temperies, id est quod in ea non sentiatur calor, neque frigus: & quod mansio vel casa secunda non sit faciens angustias: & quod mansio tertia non sit æstuosa adurens, neque prohibens anhelitum rectum, firmum. Balneum quidem calidum valde facit fluere humores congelatos ad profundum membrorum, & facit accidere aut opilationem, aut apostema, & facit humores ascendere ad cerebrum, vnde facit accidere sodam vehementem, aut sirsem, aut cursum humiditatum ad concauitates vacuas, vnde facit accidere epilepsiam, aut appoplesiam: et causat quidem epilepsiam, quando fuerit oppilatio diminuta: sed quando oppilatio fuerit completa, tunc causat appoplesiam. Balneum vero frigidum facit currere materiam ad viam sudoris motu diminuto, quare accidunt ex hoc nocumenta: et quandoque facit accidere pruritum, & scabiem: & quandoque facit accidere corizam: & quandoque punctionem vel dolorem ventris. Curatio vero nocumenti ex balneo calido aut fit potionibus, & extinctiuis, sicut rob pomorum, & rob citoniorum, & rob acetositatis citri, & syrupus de tamarindis, & syrupus alnisuch, & syrupus de alchedar, & syrupus acetosus, & alia ab his, frigidis non infrigiditatis cum niue, aut cum linimentis cum sandalis, & aqua coriandri, & aceto super epar, & cor: & positio commixtionis ex oleo rosarum, & aceto super caput temperatæ caliditatis, & frigiditatis: etiam positio pedum per horam in aqua frigida: deinde parum post effundatur modicũ ex ea super spatulas: deinde post horam liniatur caput cum ea: postea effundatur parumper super corpus: & oportet, vt sit aqua frigida moderate non vehementis frigiditatis: & oportet, vt nõ fiat subito post balneum calidum: postea dormiat super stratum lene temperatum. Rectificatio vero nocumẽti ex balneo frigido est applicare {aquam calidam} moderate secundum mensuram, quã tollerat natura, & effundatur super caput aqua calida per horam ante egressionem: & assiduẽtur fricationes, & vnctiones, & compressiones manibus factæ super membra, & ingenia præparantia ad sudorem: postea quam primum egreditur, assiduetur effusio aquæ calidæ super caput solũ, postea cooperiatur caput coopertura moderata in æstate, & coopertura magna in vehementi frigore: & egrediatur, & dormiat.

Anhelit⁹ rectus ẽ anhelitus cõsuetus ĩ dispõne sana, & hora quieta

D

Syrupus de alchedar est ille, de quo habetur in.4.can.de cura variolarum.

Alia litera ea, quę calefaciũt.

De errore qui accidit ex ingressu in balneum subito, & ex egressione ab eo subito. E

IN illis, qui ingrediuntur balneum subito.i.absque gradatione, si fuerit complexio ipsorum calida, timetur, ne accidat sparsio caliditatis innatæ, ad quod postea sequitur debilitas cordis, & chafachā. In eis vero, qui egrediuntur a balneo subito, timetur catarrhi acuti, & excoriatio intestinorum, & dolor iuncturarum. In illis autem, qui sunt frigidæ complexionis, timetur ex ingressu in balneum subito apoplesia, & paralysis, & chafacham: & ex egressione subita timetur congellatio, & saccus, & mictus vrinę inuoluntarius, & tremor. Cura eius, qui ingreditur balneum subito, si est complexionis calidę, est, vt, gradatim exeat ad domum vel mansionem balnei primam, et aspergatur super ascella sinistra aqua rosata subito, & quod induat vestimenta frigida, neque fugat seu bibat aquam frigidam subito, deinde curetur cum eo, quo curatur nocumentum vehementis caloris balnei. Si vero fuerit frigidæ complexionis, administrentur ei illa, deinde administretur in potu aliquid de rob pomorum cum pauco diamusci, & dormiat. In cura eius, qui egreditur e balneo subito, si fuerit calidæ complexionis, effundatur super eum, & super caput eius aqua calida plurima: & fomentetur caput eius cum panno calido, & dormiat. Si vero fuerit frigidæ complexionis, tunc sedeat in mansione calida valde, & naribus attrahat oleum iasiminum, & & oleum de lilio, aut oleum rosarum alneserim: & liniatur caput cum mixtione facta ex spica, & F cypero: & succetur membra: & exhibeatur in potu mitridatum, & tyriaca de quattuor rebus: & cibetur cibario, in quo sit allium: & detur in potu parum de vino puro, & dormiat.

Saccus est dispō q̄ hō stat, sicut cōgelatus i tuēdo semp oculis aptis vertis versus locum vnū.

De aqua salsa in balneo.

AQua salsa in balneo confert scabiei, & pruritui: verum rarefacit cutem, postea condensat. Et quando non fuerit pruritus, tunc ipsa facit accidere pruritum, & macrefacit corpus, et nocet oculis, & facit accidere catarrhos, & ophthalmiam, & sensuum turbationem. Cura nocumēti ex balneatione cum aqua salsa est, vt ablutio fiat cum aqua frigida: & confert lutum boni odoris liniendo corpus cum eo, postea abluendo cum aqua calida dulci: deinde fiat fricatio cum oleo rosato odorifero cum facilitate, & frequentetur ablutio cum aqua dulci post eum.

Lutū odoriferū ē lutū comestibile, qđ comedūt p̄gnātes, qn̄ appetunt aliqd extraneum, Damascenę mulieres vtūtur eo in balneis ad capillos p̄lōgandos.

De aqua aluminosa.

AQua aluminosa condensat cutim & constringit ipsam: & quandoque facit accidere febrem ephemeram corporibus macris: & quandoque ex ea fit casus in spasmum. Cura nocumenti ex ablutione cum aqua aluminosa: abluantur isti post eam cum aqua calida multotiens ablutione vehementi: deinde fricentur, donec sudent, deinde abluantur post, deinde inungantur cum oleo camomillino, aut oleo de Keiri, postea dormiant. G

De aqua sulphurea, & naptica.

AQua sulphurea, & naptica corrumpit complexionem cutis corporis, & præparat ipsum ad putredinem, & facit accidere catarrhos: & si prolōgatur mansio in aere ipsius, timetur ex eo hydroposis: sed quod magis accidit ex ea, est icteritia. Cura nocumenti ex ablutione cum aqua sulphurea, & naptica: ablutio fiat cum aqua temperatæ frigiditatis, deinde cum aqua calida, deinde sudet, postea abluatur cum aqua tepida, postea inūgatur cū oleo rosato bono, postea dormiat.

De aqua ferrea.

ABlutio cum aqua ferrea confert iuuamentis plurimis, et non accidunt ex ea nocumenta plurima: ꝙ si nocet, non nocet, nisi quia condensat cutim.

De administratione fricationis, & unctionis, & ablutionis in balneo.

COrpus temperatum, quando ingreditur balneum, sedere debet in qualibet mansione balnei hora vna, postea expectare, donec corpus eius incipiat retificari, & aliqualiter inflari, & appareat sudor: & tunc effundatur aqua primo super spatulas, & reliqua membra, deinde super caput, postea radatur caput seu administretur abrasio capitis, postea fiat compressio membrorum cum manibus, & fricatio cum facilitate, & solicitudo sit administrare huiusmodi super iuncturas, neque fiat illud in reliquis membris, nisi in patiente ama, vt resoluantur humores mali: neque fiat aliquod dolorosum seu fricatio dolorosa, nisi in habentibus phlegma crudum, vt resoluantur humores crudi a iuncturis. H

De errore, & nocumento accidente ex fricatione superflua.

ILli, cui administratur fricatio superflua, si fuerit calidæ complexionis, aut siccæ, accidunt casus virtutis, & commotio choleræ, & quandoque præparatur ad febrem: & si fuerit caput repletū, accidit ex illo commotio humorum. Cura quidem primi est vngere cum oleo rosato, & oleo violato, & comedere cibos leues extinguentes, sicut alchisch, & almes, & assumere syrupos extinguentes, sicut syrupus acetosus, & iuleb. Et cui accidit ex hoc constrictio naturæ, detur in potu syrupus alnisuch.

De operatione, & nocumento aquæ frigidæ in balneo.

OPeratio aquæ frigidæ in balneo, si balneum fuerit calidum, est sicut operatio, & nocumentum egressionis ab eo subito, & nocumentum est maius. Et cura ipsius est curatio illius, & magis fortis. Sed quando fuerit balneum frigidum, eius operatio etiam, et nocumentum est, sicut operatio aeris frigidi. Et quando nocet, tunc eius cura est illud: quod dictum est.

A *De operatione, & nocumento aquæ calidæ in balneo.*

NOcumentum, & operatio aquæ prædictæ est, sicut operatio aeris calidi vehementer in balneo, & nocumentum magis forte. Verũ propter breuitatem temporis eius, est minoris impressionis, & propterea quod non aduenit cordi, sicut aduenit aer calidus, quare minus, & leuius debilitat, & cura eius est, cura similis illi: & administretur syrupus de tamarindis, & illis, quibus cũ hoc nocumento accidit fluxus ventris, exhibeatur syrupus pomorũ, et citoniorum, & agrestæ.

Cũ hoc.i. aqua calida.

De errore, & nocumento ex mora in balneo.

EX mora in balneo in consuetis hominibus accidit dolor iuncturarum, & extensio in lacertis, et quandoq; sequitur febris ephemera, et cura est abluere cum aqua calida, et fricatio facilis cũ oleo chamomelino, et oleo oliuarum nouo, et si nõ sedatur cum hoc, oportet, vt fiat phlebotomia in omni dispositione in die secundo post balneum.

De eo, qui vsus est exercitio forti ante balneum, aut post egreßionem à balneo.

BAlneum quidem temperatũ non nocet plurimum eis, quibus accidit motus superfluus, aut eis, qui volunt vti motu post balneum. Immo qñ fuerit balneum temperatum, & non fuerit in eo mora, quæ faciat sudare plurimum, et non fuerit in eo mora, nisi secundum mensuram, qua B ex balneo acquiritur corpori humectatio, vel humiditas, est iuuamentum eis, quibus accidit motus fortis, et non nocet, nisi per longã morã in balneo ita, vt balneum accipiat de humiditate, plusquam tribuat. Et cui accidit hoc, perducitur ad hecticam, cũ vehemens fiat cordis calefactio, aut pducitur ad hydropisim, si resoluta fuerit caliditas naturalis, et debilitata, et infrigidata fuerit complexio viscerum. Cura illius est balneatio, cum aqua frigida, et effundere oleum tepidum in hyeme, et in æstate infrigidatum, et lac nouiter mulctum super caput, et applicare iuncturis mucilaginem alteæ conquassatam, cum oleo violato, et bibere vinum album valde permixtum, et sorbere iura facta ex auibus contusis vel contritis, et ex carne arietum castratorum contrita, et si appareat frigus in visceribus, cuius signum est mala digestio, et inflatio, et eructatio acetosa, tunc succurratur cum diacurcuma, et distilletur oleum violatum in auribus eius, in quo dominatur cholera, et oleum alkeiri in eo, cuius viscera sunt infrigidata, confert in hac egritudine.

De longa mora in balneo.

LOnga mora in balneo operatur operationem, quam operatur motus vehemens, & cura eius est, sicut illa cura.

De nocumentis balnei super cibum.

C BAlneum super cibum causat oppilationes in hepatæ, & venis, propterea ꝙ attrahit materias cibi indigestas ad exteriora corporis propter fluxum humiditatum ad ea per sudorem, & ad oppilationes sequũtur ægritudines oppilationis, sicut apostemata, et prohibitio cibi, ne vadat seu transeat ad exteriora, et sequitur fluxus ventris periodicus, et sequũtur febres putredinis, quia oppilatio est vna ex causi putredinis. Cura vero est administrare syrupũ acetosum de seminibus, et euacuatio debilis facta cum hiera picra, et administrare cibos leues aliquibus diebus.

De nocumento eius, qui bibit in balneo rem frigidam.

POtare in balneo rem aliquam frigidam, sicut aqua frigida, et ceruisia, est timorosum valde. Quoniam res frigida fluida, quando peruenerit ad stomachum in balneo, in quo iam porositates sunt apertę, et meatus sunt ratificati, et aperti, subito attrahitur ad hepar, et ad cor, quare infrigidantur ambo infrigidatione vehementi, aut debilitatur caliditas naturalis, et debilitantur omnia viscera, et disponuntur ad hydropisim. Succurritur vero illi nocumento assumendo aliquid modicum de vino puro post balneum, aut potando diamuscum, aut dialacham, aut diacurcumã, aut mitridatum, aut fomentando hepar, et cor cum pannis calidis, aut assumere cibaria aromatizata. Et caulibus inest proprietas remouendi hoc nocumentum, et ex oleribus est enula, et ex potio D nibus est syrupus de pastinaca, et syrupus de absinthio, et syrupus de alchandicum.

Syrupus alchãdicun est potio ex vino cũ zuccaro, et aromatibus, quam venẽti appellãt claretam.

De nocumento ex ingreßu balnei corpore repleto.

HOc etiam est periculosum, quoniam ex eo accidit putredo humorum retentorum in corpore, et agitatio ipsorum, et apostemata in visceribus, sicut pleuresis, et peripleumonia, et apostema hepatis, et timent ex eo etiam nocumenta cerebri, et ipsius apostema, aut timentur febres, quæ sunt ex rebus, quæ magis proximæ sunt, vt accidant, ꝙ aliæ. Cura eius est, cum succedit ei grauitas, et lassitudo, aut tactus vlceris, aut tensio, tunc oportet, vt propere fiat phlebotomia, et extrahatur quantitas conueniens de sanguine. Quod si remouetur, et quiescat ex hoc, bonum est, si nõ, tunc euacuetur cum syrupo de fructibus, & assumat potiones prohibentes putrefactionem, sicut rob citoniorum, rob pomorum, rob prunorum, et alia ab istis. Et liniatur hepar, et cor cum linimẽtis conuenientibus, sicut coriandrum, et acetum, et solatrum cum pauco camphoræ, et sandalis.

TRACTATVS IIII. *de remedijs nocumentorum accidentium ex errore regiminis circa cibum.*



MVlta cibatio causat, ꝙ corpus parum restauratur ex cibo illo addito vel multo, et causat in corpore multiplicationem humorum crudorũ, et causat oppilationes in meatibus, et debilitat virtutes naturales, et causat putredinem, et febres permixtas, et difficultatem anhelitus, et sciaticam, et dolores iuncturarum. Succurritur autem errori illi leniendo naturam cum cibis lenificãtibus naturam, In habentibus quidem complexionem

plexionem frigidam cum eis,quæ ſunt,ſicut ius caulium,& aqua cicerum,In habentibus vero cõ E
plexionem calidam exhibeatur,ſicut ius blitis,vel ſicut decoctio blitis,& decoctio ſiue ius lentiũ,
& almes,& chiſch,& melius his in habentibus complexionem calidam eſt ſyrupus roſarũ,& alienetur ſyrupus prunorum,& tamarindorum,quoniã ipſe debilitat ſtomachum,& auget debilitatem acquiſitam ex grauitate cibi,Et in frigida quidem complexione ſicut cocleacium ſeriaram,et confectio regalis,& diaciminum,deinde aleuietur cibus per vnũ diem,aut duobus diebus,& adminiſtretur exercitium,ſi non prçceſſerit cauſa exigens repletionem.

De nocumento paucitatis cibi.

QVandoq; accidit multis hominibus,quod fameſcant famæ vehemẽti in tempore ſterilitatis,aut in itinerationibus,aut in mari,aut propter cauſas alias ex ægritudinibus, vnde cauſatur caſus appetitus,& caſus virtutis,& præparatio fit ad hecticam,& ſincopim,& quandoq; facit cadere habentes complexionem frigidam in ſpeciem hecticç,quç hectica ſenectutis nuncupatur.In ſuccurſu,& remedio illius non oportet,vt iſti feſtinent ad ſaturandum cũ cibis ſe ipſos ſubito,iam enim vidimus copiam hominũ interimi,& ex hac vita deceſſiſſe, propterea q̃ huiuſmodi homines,quam primum egreſſi ſunt ex ſterilitate magna,quæ accidit in ciuitate dicta Bochara,in qua ſterilitate homines illi aſſumebant herbas in cibum, cum nõ eſſet poſſibile ipſos F
habere panẽ,aut carnes:ſtatim vero inuento pane,& habita carne abundanter comederunt ex eis quantitatẽ multam,& mortui ſunt,Pluribus hominibus vero illius ciuitatis ex conſilio præceptũ eſt,vt poſt illam famẽ ſubito non ſaturarentur,ſed gradatim cibum aſſumerent, & tales euaſerũt. Sed illi,quibus accidit paucitas cibi prædicta,oportet,vt primo feſtinẽt ad illud, quod de cibis eſt ſubtile,& leue,ſicut ſunt alæ au ium, & aqua hordei,& alia:deinde paulatim paulatim accipiãt in comeſtionem cibos conſuetos:& q̃ aſſiduent interim maſticationem thuris,& mundificationem ſtomachi intromittendo pennam in gulam abſq; voluntate vomitus:& fricetur cum facilitate illud,quod eſt ſub hypochondrijs,& q̃ adminiſtretur cibus vicibus frequentibus parum pro vice; quoniam cum hoc ingenio,& regimine poſſibile eſt,q̃ euadant.

Intromiſſio pẽnæ in gutture cõmouet ſtõm vnde licet non vomatur aliqđ tñ ex tali vomitu ſtomach⁹ vigoratur.

De nocumento cibi calidi groſſæ,vel ſubtilis ſubſtantiæ.

CIbi calidi aut ſunt leuis ſeu debilis ſubſtantiæ,ſicut alleum,aut grauis ſubſtantiæ, ſicut melõgena.Et illud quidem,quod eſt ſicut alleũ,nocet cerebro magis,& de proprietate eius eſt calefacere ſanguinem,& ipſum putrefacere:ſed nocumentum cibi grauis ſubſtantiæ eſt lædere magis membra inferiora.Amplius talis cibus grauis generat ſanguinem melancholicum, quare nocet hepati ſua contrarietate,& ſpleni apoſtemando ipſum,& replendo : & cõmunitate amborum G
læduntur reliqua membra. Et nocumentum quidem primæ diuiſionis eſt velocius,& magis propinquũ vt ei ſuccurratur.i.facilioris curæ:nocumentũ vero diuiſionis ſecundæ eſt tardius, & magis remotum,vt ei ſuccurratur.Succurritur vero diuiſioni primç cũ his,quæ alterant cõplexionẽ, & eam permutant,& extingũt,& cum hoc in eis eſt aliqua inciſio,ſicut ſyrupus acetoſus,aut cum his,cũ quibus prohibentur vapores a cerebro,ſicut ſyrupus roſarum,& ſyrupus citoniorũ, & ſyrupus iuiubarũ:Sed ſuccurrendo diuiſioni ſecundæ exhibeantur ea,quæ extingunt,& aperiũt oppilationes,& incidunt,& ſoluunt naturã,& magis conueniens omnibus illis eſt ſyrupus acetoſus de ſeminibus,& ſyrupus acetoſus factus cũ epithimo,& q̃nq; operatur vinũ album ſubtile operationem eius. Et qui multiplicat vſum iſtorũ ciborum calidorũ groſſorũ feſtinet ad phlebotomiã, & ſolutionẽ ventris cum eo,in quo cadit epithymũ.Et huiuſmodi cibi ſunt,ſicut melongena, & caro chameli,& caro equi,& caro aſini ſilueſtris,& carnes ſalitæ exiccatç,& piſces ſalſi,& quç currunt curſu eorũ.Et q̃n non adminiſtratur euacuatio,timetur ſuper eũ lepra,& albaras, & morfea nigra,& impetigo,et febres quartanæ,& apoſtemata ſplenis,et ſpecies epylepſiæ,et hæmorrhoides,et varices,et alopecia,et tiria,et elephantia,et coroſio,et quæ eis ſimulantur.

Alleum calefacit ſanguinem, & putrefacit ipſum.

De nocumento frigidiorum ciborum groſſæ,vel ſubtilis ſubſtantiæ. H

EX cibis frigidis etiam ſunt,qui ſunt debilis vel leuis ſubſtantiæ,ſicut almes,et aqua hordei, et quidam ſunt grauis ſubſtantiæ declinantes ad humiditatẽ,ſicut piſces,et lac acetoſum,et quidam eſt grauis declinans ad ſiccitatẽ,ſicut lens,et ſicut citonia pontica,et qui ex eis ſunt leues,non imprimunt ſupra permutationem complexionis impreſſionem notabilem,Cibi vero graues humidi generant humores crudos,vnde ſequitur paralyſis,tortura oris,et tremor,et ſciatica, et lapis in renibus,et ſpecies epylepſiç,et apopleſiç,et ægritudines aliæ ſimiles iſtis.Cibi vero graues groſſi ſicci generant melancholiam quietam, vnde ſequitur apoſtema ſplenis,et cancri quieti, et varices,et imaginatio mala ſeu ſolicitudo:et quando putrefit facit accidere illud, quod dictum eſt de cibis grauibus calidis.Succurritur autem eis opponendo frigidis leuibus cum his,quæ permutãt complexionem,et prouocant,ſicut aqua mellis,et vinum purum,et ſyrupus de enula,Sed opponendo cibis frigidis humidis grauibus oportet,vt ſolicitudo ſit in veloci extractione ipſorum ex corpore,et ſimiliter cibis ſiccis frigidis grauibus,niſi in eis,qui indigent hmõi cibis ſm viam curationis,et medicamentorũ,et oportet,vt adminiſtretur in cura nocumẽti ciborum frigidorum grauium humidorũ,ſicut diaciminum,et diapipereon,et quando tardat eorum euacuatio, exhibeatur ſeriaram,et electuarium de dactylis,niſi videatur,q̃ homo ſua cõplexione reſiſtat illi nocumẽto,tunc enim oportet,vt dimittat naturç:poſtea in fine rei exhibeat aqua mellis,et ſyrupus aceto-

E sus de seminibus fortium seminum, vt abluat, quod remansit ex eis, & abstergat, & aperiat oppilationes eorum. Sed succurrendo nocumento ciborum frigidorum grauium siccorum oportet, vt super eos sumatur vinum vetus purum in eo, quod non habet complexionem superflue calidum acquisitam, et exhibeatur syrupus acetosus de epithimo factus cum fortibus seminibus ei, in quo erat superflua malitia complexionis calida, deinde oportet, in cibo secundo vt opponatur cum cōtrario temperato.

De nocumento ciborum, qui sunt debilis substantiæ.

INtentio sermonis nostri, cum diximus debilis substantiæ, est, quod humiditas ipsius cibi nō sit bene permixta cum sua siccitate ita, vt velociter ab ea separetur, deinde humiditas eius velocis sit conuersionis ad omnem naturā, cui obuiat vel occurrit, sicut lac, & persica, & crisomila, & melon, & quæ eis similātur: & aqua pluuialis similatur istis, & proprietas quidem istarum rerum est velox ipsarum conuersio vel alteratio, quando remanent. Et quando administrantur huiusmodi cibi, & in stomacho existat cholera, tunc conuertuntur ad ipsam choleram, & si sit phlegma, tunc hmōi cibi conuertuntur ad ipsum phlegma, & tales quidem cibi velociter putrescunt: & ad quamcunque materiam conuertantur, sequitur ex eis aut febris cholerica, aut febris phlegmatica secūdum plurimum. Pro rectificatione vero nocumēti ipsorum oportet, vt administretur super eos, F si fuerit natura calida, syrupus acetosus simplex: & si fuerit frigida, syrupus acetosus de seminibus aut aqua mellis: & in summa exhibeatur id, quod prouocat naturam: & si in hoc accidit defectus, tunc sit solicitudo in prouocatione sudoris cū his, quę faciunt sudare.

Per naturā hic intelligitur remanet. Cum remanēt in stomacho.

De nocumento ciborum difficilis vel fortis substantiæ.

CIbi difficilis vel fortis substantiæ sunt cibi, qui parum recipiunt de digestione, & alteratione sicut rizuz, & grana surgi, & quę eis similantur, & causatur ab huiusmodi cibis ventositas, & retentio naturæ, & dolores viscerum propter ipsorum grauitatem, & generantur ægritudines crudæ. Remedium, & rectificatio istorum ciborum est, vt bibatur super eos in principio comestionis in homine calidæ complexionis vinum subtile, aut aqua mellis plurimæ permixtionis, sed in homine frigidæ complexionis bibatur vinum purum, aut aqua mellis fortis, deinde consequenter exhibeantur ea, quæ digerunt, & quæ faciunt descendere, & lubricare illos cibos, sicut electuarium de dactilis cum oleo amygdalarum, & seriarā cū oleo, & intētio quidē in oleis est lubricare.

De nocumento ciborum horribilium.

VIrtutes quidem naturales membrorum abhorrent cibos abhominabiles naturaliter: Vnde sequitur defectus in digestione, & retentione, & expulsione, & extractione: & accidit ex eis operatio fastidiens, postea ex abominatione, & fastidio corrumpitur complexio stomachi, & corrumpitur appetitus. G Remedium autem est, aut vomitus, aut super tales cibos abhominabiles comedantur ea, quæ anima appetit, & desiderat. s. aut dulcia, aut amara, aut acetosa secundum appetitum. Et acetosa quidem dulcorata. i. permixta cum aliquo dulci proprietatem habent remouēdi abominationem.

Acetosa dulcorata a proprietate remouēt abominationem cibi.

De nocumento ciborum pinguium vel vnctuosorum.

REs quidem vnctuosæ pingues debilitant stomachum, & proprie os eius, & oppilant meatus, & prohibent cibum a penetratione: sed nutriunt plurimum. Rectificatio nocumenti ipsorum est comedere super ipsas cibaria styptica exiccantia, sicut citonia, & incisiua, sicut acetum, & syrupus acetosus: Et ingeniatio sit in veloci ipsarum descensu: deinde sequantur ea, quæ abstergūt, sicut aqua mellis, & syrupus acetosus de seminibus, aut id, quod remouet vnctuositatem vel eius nocumentum, sicut caseus, & agresta, & citonia.

De nocumento cibi acuti, vel amari, vel horribilis saporis.

CIbi horribilis saporis sunt velocis putrefactionis cum reliquis, quæ diximus de vnctuoso. Rectificatio nocumēti est administrare, quod dictum est in capitulo vnctuosi, sed debēt addi aromata, sicut cinnamomū, & semina, & alia aromata: Et quando de assa proijcitur aliquid modicum in cibis, H destruitur horribilitas saporis eorum.

De nocumento ciborum calidorum.

CIbi quidem calidi, qui sunt, sicut alleum, & cepę, mordicant stomachum, & lędunt os stomachi, & faciunt cadere virtutes naturales quatuor, & faciunt accidere in superficiei stomachi & intestinorum vlcera. Succurratur comedendo super eos cibaria, quæ eis contrariantur, sicut cōfectiones, & ad mordicationem sumantur vnctuosa, & insipida, & priuata omnino impressione saporis, seu & priuata sapore, sicut amylum, & quod fit ex eis. Et portulaca quidem, & olus iamenum, & cucurbita, & cucumeres, & citrulli multum imprimunt in expellendo nocumētum istarum rerum. Et oportet vt non administretur acetum pro oppositione istorum ciborum vel ꝓ rectificatione nocumenti istorum ciborum, quoniam acetum adiuuat operationē ipsorum sua mordicatione.

De cibo amaro.

AMarum contrariatur complexioni, & appetiui, & naturę, quoniam est ex rebus magis remotis a substantia cibi, cum cibi substantia sit dulcis secundum sententiā Galeni, et fortasse amarum facit accidere spasmum. Rectificatio est, vt comedantur dulcia, & vnctuosa leuia: & administrentur odorifera olfaciendo ipsa, & masticando.

De cibo acetoso.

E

ACetosa nocent stomacho,& hepati cum vehementi asperitate ipsorum,& abstersione humiditatũ existentium in facie neruorum,& exteriori parte ipsorum,& cũ vehemẽti extinctione,& mordicatione ipsorum acetosorũ contraria virtutibus sensitiuis: quare faciunt accidere singultum,& spasmum,& cuzez. Rectificatio nocumenti est cum eo, quod conglutinat, sicut mucilago psilij,& cucurbita,& gũmi arabicum,& amylum,& dulcia decocta: aut cum eo, quod mollificat, sicut iura pinguia,& delectant sensum, sicut cibaria ex carne conueniẽtia complexioni ex sua substantia, non ex sua qualitate:& bibere oleum amygdalarum tepidum. & butyrum quidem cũ lacte proprietatem habet remouendi hoc nocumentum.

De aspero styptico.

ASpera styptica generant colicam,& exiccationem humiditatũ naturalium. Rectificatio nocumenti est, vt comedatur ferculum factum ex prunis, aut chrysomilis: aut ferculũ ex chisch cum oleo plurimo, vel vnctuositate plurima.

De inflatiuis.

INflatiua cibaria generant colicam,& sodam.& prohibent digestionem cibi, & generant inflationem,& apertionẽ seu rupturam venarum,& arteriarũ,& tinnitum,& sibilum. Rectificatio est masticatio thuris,& ciminũ, et comedere confectionem calamenthi,& diaciminum, & parum F bibere de aqua super ea. Et quando post eorum assumptionem pertransierint horæ quatuor, assumat in potu quantitatem moderatam vini.

De nocumento comestionis cibi facilis digestionis post cibum tardæ digestionis.

CIbus quidem facilis digestionis, cum assumitur post cibũ tardæ digestionis, tũc digeritur ante cibum tardæ digestionis,& quando talis cibus facilis digestionis digestus fuerit, indiget, vt expellatur ad intestina,& egrediatur ex stomacho,& non inuenit viam ad hoc, cum cibus difficilis digestionis sub eo existens prohibeat, quare remanet supra,& putrefit ipse & quod ei associatur de cibo,& generat humores malos,& ad cerebrum ascendunt vapores mali nocentes corrumpentes. Rectificatio,& remedium conuenientius,& dignius est, vt soluantur cum quibusdam solutiuis securis prædictis, sicut sunt pruna,& syracost,& syrupus de fructibus,& loch fructuum in habentibus complexionem calidã,& feriaram,& electuarium regale, et electuariũ factum cũ absinthio in habentibus cõplexionem frigidam, in quibus est alia cura, et est, vt ipsi assumant res bonificantes digestiuam cũ substantia sua forti operatione, ita, vt non sit necessaria repletio supra repletionem, Imo faciat intentionem possibilem cũ modico ipsius, et virtute medicinali in eo existẽte, sicut coriandrum siccum,& caseus humidus recens,& citonia pontica,& psiliũ, & portulaca.

De nocumento lubricantium ante cibum tardæ digestionis.

QVando post cibos lubricantes, sicut bateca seu melo, & chrysomila, et pruna, & mora, G succedit cibus aliquis, habens substantiam absq; tempore, tunc est causa, quod iste cibus grauis lubricat ex lubricatione cibi lubricantis, et festinat eius descẽsio ante digestionẽ ipsius in stomacho: quare descendit cibus ad hepar in mesaraicas non existente adhuc cibo digesto, neq; transmutato transmutatione completa, quare facit accidere oppilationes. Rectificatio illius, aut est velocitando egressionẽ eius: aut assumendo {exasperantia} ante cibum super cibũ lubricantem, si est possibile: aut post ipsum, deinde iaceat,& dormiat super latus sinistrũ, postea administrentur diuretica aperiẽtia oppilationes, sicut vinum,& syrupus acetosus de seminibus, aut aqua mellis secundum dispositiones, secundum quod dictum est.

Absq; tpe.i. absque intermissione tẽporis.

Alia litera calefacientia.

De nocumento cibi compreßiui.

NOcumentum cibi cõpressiui post cibum est proximũ nocumẽto cibi lubricatiui ſm vnum modum,& est longinquum ab eo secundum aliũ modum, similatur enim ei ex parte, quod velocitat descensum illius cibi, qui est tenuis,& subtilis, et est longinquum ab eo ex parte, quod cibus grossus tarde descendit, quare cibus cõpressiuus nocet nocumento cibi lubricãtis, et nocet nocumento putredinis. Rectificatio eius est administrare lenientia mollificantia super ipsum, sicut ferculum factũ de prunis, et tamarindis,& sicut syracost, et sicut cibus de almes, et de alnisuch in H habentibus complexionem calidam, et in dominio caloris, et considera quod dictum est, et habẽtibus complexionem frigidam exhibeatur sicut electuarium regale, et feriaram, imo etiam administrentur penidij, et mel, quoniam sunt meliora, et conuenientiora, deinde curetur post egressionem eius cum abstersione, et apertione, et prouocatione vicinæ cum eis, quæ diximus.

De his, quæ morantur in stomacho.

MOrantia in stomacho, et retinentia cibum in eo est, sicut coriandrum. Nocumentum eius est putrefactio. Rectificatio est similis eis, quæ dicta sunt in capitulo præcedenti.

De his, quæ adiuuant ad putredinem.

QVando assumitus in cibum aliquid, cuius natura est, vt recipiat putredinem: deinde succedit illud, quod adiuuat ipsam putredinem sicut alleum, et caules, tunc nocumentum est velocitas putredinis. Rectificatio est assumere extinctiua, incisiua, sicut syrupus acetosus, aut styptica, sicut rob citoniorum, et rob pomorum, et rob agrestæ.

Alleum,& caules simul vituperantur.

De adiuuantibus ad coagulationem,& ingroßationem vel condensationem.

HViusmodi sunt, sicut caseus cum lacte, et acetum super ipsum lac, et quæ illi similantur, et sicut

A cut caseus super oua,& citonia super pisces,& similia,& nocumentum horum est nauseatiua sacietas,& colica. Rectificatio,& cura est administrare illud,quod incidit,& resoluit, sicut fengius, & syrupus de scoria:& in fine rei vomitus cũ aqua anethi,dum permanet in stomacho,cumq; peruenerit ad intestina,administretur feriaram,& electuarium regale,& quæ eis similantur,& supponantur suppositoria soluentia naturam moderatæ fortitudinis.

Fengius.i.confectio de scoria cuius in.v.can. habentur duæ descriptiones.

De nocumento cibi assumpti super cibum.

CIbus assumptus supra cibum nocet tribus modis,quorum vnus est,quod virtus non est fortis,nisi post quietem eius a cibo primo,quare applicatio eius ad cibum scdm,& ad digestionem eius perducit ad debilitatem ipsius. Et secundus modus est, quod cibus digestus permiscetur cum indigesto,& currit sic in venas:quare facit accidere oppilationes. Tertius vero modus seu tertia ratio est,q̄d cibus digestus permiscetur cum indigesto,et retinetur cum eo,donec ipse digeratur,& obedit ad penetrandum cum eo,vel tardat,vt penetret cum eo,& putrefit propter longam moram,& additionem moræ supra id,quod requirit natura de ipso. Rectificatio non est alia, nisi vomitus,& ventris solutio,postea abstersio,& ablutio prædicta in reliquis capitulis,postea,p longare famem,et somnus plurimus post illum cibum,et exercitium post talem somnum.

Applicatio eius .s.virtutis ad cibum secũdum supple ante cõpletã digõnem cibi primi.

B *De eo,qui comedit cibum conuertibilem ad materiam existentem in stomacho.*

QVi comedunt cibum conuertibilem ad materiam existentem in stomacho sunt sicut, si comedant mel cholera in stomacho existente,aut comedant lac existente phlegmate in stomacho. Et conuenientius quidem est,vt isti vomant ante comestionem,vt non multiplicetur materia mala propter conuersionem cibi ad ipsam, quæ facit accidere omnem speciem ægritudinum ei appropriatam prædictam. Rectificatio,vt euomatur iste cibus,aut opponatur ei cum suo contrario,si enim fuerit materia cholerica,bibatur syrupus de acresta, & syrupus de pomis,et syrupus granatorum,& syrupus acetosus. Et ex cibis comedatur,sicut cucumeres longi arcuati,et cucurbita,et portulaca,et confert ei iuuamento maximo psillium cum syrupo acetoso,deinde post eius digestionem succedant solutiua,sicut quæ sunt facta ex prunis,et alnisuch, et tamarindis,Si vero in stomacho materia fuerit phlegmatica,tunc bibatur vinum purum, & aqua mellis,et syrupus acetosus factus cum reubarbaro,et confectio de cimino,deinde post eius digestionẽ soluatur cum electuario regali,et suffuf de turbit cum zinzibere,et hiera picra solutione parua,neque prætermittatur,quoniam nocebit vehementer.

De exercitio,& iuuamento eius.

C EX superfluitatibus quędam sunt superfluitates primi cibi,et expelluntur cum egestionibus, & vrina,quædam vero sunt superfluitates,quæ remanent in partibus hepatis,et chistis fellis, et splenis,deinde in venis,et arterijs,deinde in lacertis,deinde in iuncturis,et istæ quidem supfluitates quando successiue expurgantur,et continue expelluntur,tunc remanet corpus absq; superfluitatibus. Et modus quidem expulsionis illarum superfluitatum,quę sunt propinqua intestinis est cum lenitiuis, et diureticis,et exercitio. Sed modus expellẽdi superfluitates,quæ sunt vicinę,p funditati membrorum,fit cum exercitio,et cum lenitiuis. Et diuretica quidẽ mediocria in huiusmodi non conferunt,nisi præcesserint solutiua fortia supra ea,quæ currunt cursu consuetudinis, vel supra ea, quæ sunt consueta. Exercitium vero solum per se sufficit ad duas res simul, nam ipsum soluit naturam,et prouocat vrinam,et sudorem. Et exercitium etiam adiuuat, vt quod de cibis est propinquum digestioni,et adhuc est crudum,digeratur complete fortificando caliditatem naturalem. Et exercitium quidem est iuuamentum excellens in conseruatione sanitatis.

Soluit naturã stimulãdo .s. eã ad egestionem.

De nocumento propter diminutum exercitium.

NOcumentum ex intromissione cibi super cibum,postq̃ est digestum, sed non est super administratum exercitium,est maius,quàm nocumentum ex intromissione cibi super cibum D non digestum:Et illud,quoniam cibus quando intromittitur super cibum indigestum,est secundum plurimum grauis,et descẽdit, et egreditur,neque sunt superfluitates eius,et corruptio eius, quæ penetrent ad profundum membrorum,quare tẽpore proximo seu breui possibile est, vt euacuetur cum quocunque leniente naturam id,quod erat retẽtum in meatibus corporis. Sed illud, quod oportet,vt per exercitium euacuetur,est superfluitas profunda,quæ penetrauit in profundum membrorum. Rectificatio quidem huius,si fuerit plurimum,quod faciat accidere tensionẽ, aut dolorem,aut vlcus,aut laborem,seu lassitudinem absque causa,aut faciat accidere dolorem in membris,tunc fit cum solutione ventris forti, aut temperata,secundum quod melius videtur. Si vero nocumentum non fuerit plurimum,et superfluitates non fuerint,tunc rectificatio fiat cũ tolerantia famis,et exercitio forti transeunte æqualitatem,postea administrẽtur diuretica post exercitium,et lenitionem,sicut syrupus acetosus de seminibus,aut syrupus acetosus de epithymo,aut syrupus acetosus de seminibus,in quo sit positum turbit cum cinnamomo quantitate moderata.

Huius.s. nocumenti si fuerit plurimum.i. si fuerit cum multa supfluitate.

De motu supra cibum.

MOtus supra cibum corrumpit cibum,et nocet tribus modis,quorum vnus est, quia agitat cibum commotione tali,quod non adhæret cibus superficiei instrumentorum circuentium ipsum,quare non digeritur. Et secundus est,quod ex motu prædicto spargitur caliditas naturalis ad exteriora corporis,et remanet pars eius interior frigida, et priuatur virtus digestiua eo, quod

Supficiei instrorum circuenciũ i, supficiei stõi.

de

de calore naturali requiritur. Tertius autem modus est, quod motus talis facit descendere cibum E adhuc non digestum, quare operatur, quod dictum est. Rectificatio est sollicitari in expellendo illum cibum omni sollicitudine, postea abluere impressionem eius cum eo, de quo præcesit sermo in capitulis pręcedentibus.

De quiete multa.

QVies multa nocet incrudando cibum, & prohibet superfluitates secundas, & tertias a re solutione, & retinet materias in iuncturis, & lacertis, & {aggregat} eas in eis. Rectificatio eius est rectificatio nocumenti sequentis ex priuatione exercitij.

Alia litera congelat.

De reliquis dispositionibus, quæ cibo associantur.

SI autem cibo associantur aliquæ dispositiones calefacientes, aut infrigidantes animales, aut naturales, redire debeat ad id, quod dictum est.

TRACTATVS V. *de aqua, & his, quæ bibuntur.*

De nocumento potus plurimæ aquæ.



POtus plurimæ aquæ nocet tribus modis, quorum vnus est, quod debilitat caliditatē F naturalem in membris vniuersaliter, & debilitat membra principalia, quare accidit eis tunc debilitas virtutum naturalium quatuor: Membris autem instrumentalibus accidit debilitas motuum, & tremor. Secundus modus est, quod virtus sequestratiua in hepate debilitatur in sequestrando omnem aquositatem a sanguine, quare, aut effunditur aquositas ad partes inter mirach & sifach, & accidit hydropisis aquosa: aut penetrat aquositas cum sanguine ad membra, & accidit hydropisis carnosa. Et virtus sequestratiua in renibus debilitatur, quia accidit ex eo mictus vrinæ inuoluntarius cum difficultate in ea, & debilitantur renes. Tertius vero modus seu tertia ratio est, quod ipsa aqua multa soluit cibū, & facit ipsum descendere ante horam. Rectificatio in habente quidem complexionem frigidam fit bibendo super ipsam aquam dialacha in vino, aut athanasia, aut mithridatum ita, vt prouocet cum fortitudine: sed habentes complexionem calidam sumant super eam prouocantia vrinam, & confectionem de seminibus, & vinum subtile odoriferum, deinde transglutiant aquam frigidam post illud, & expectent super eam, & sint cibi ipsorum ea, quæ prouocāt, & sedant sitim, sicut cibus de spinachijs, & cibus de cydonijs.

De nocumento aquæ mali odoris, cenosæ, in qua nascuntur cannulæ. G

AQuæ mali odoris, cenosæ tardant descensionem suam a stomacho, & penetrationem cibi. Et sitis quidem augetur cum aquis huiusmodi, & virtus debilitatur. Et quia ipsæ non sunt puræ simplices, imo in huiusmodi aquis est terreitas plurima, quare ex eis generatur humor, aut phlegmaticus vitreus, aut melancholicus, & propter illud multiplicant ægritudines splenis in hominibus, qui plurimum bibunt de ipsis, & accidere faciunt hæmorrhoidas, & hydropisim, ꝑpter malitiam complexionis hepatis inductam ab eis, & mictum vrinæ inuoluntarium propter malitiam complexionis renum. Rectificatio istarum aquarum est, vt ipsæ distillentur, si posibile est, aut cum lambico, aut cum panno posito super orificium vasis, in quo bulliantur, & postea exprimendo pānum illum, aut colantur, & purificantur tales aquę cum pane, aut pomis, aut citonijs, et talis colatura est melior. si vero aquæ illæ bullitæ fuerint secundum dispositionem suam scilicet secundum quod sunt, oportet vt super eas sumatur confectio de aristolochia, & sumantur super eas illa, quæ prouocant vrinam plurimam, & bibatur super eas vinum plurimum. Et cepæ ꝓprietatem habent in resistendo aquis prædictis, quando comeduntur crudę. Et quādo homo post potum aquarum prædictarum per diem biberit vinum purum modicum in ieiunio, & nō fuerit, qd' prohibeat ex parte complexionis eius, confert vehementer.

Nota, ꝙ si ponatur pannus sup orificiū vasis, in quo bullit' aq̄, tūc vapores aq̄ recipiuntur in tali pāno, & cōuertuntur in aquā, quare si talis pannus postea exprimat', tunc ab eo exprimitur aqua subtilis distillata. Itē colātur aquæ ponendo panē, aut citonia ī aquis, aut faciendo, bullire aq̄s illas cum pane aut pomis qa re ꝑ hoc fit residentia, & sequestratio ꝑtiū malarū, & sicut panis aut poma vł pira decocta cum fungis rectificāt, ita &c.

De nocumento aquæ sulfureæ. H

IStæ quidem aquæ adurunt humores, & eos putrefaciunt quare sequuntur in principio febres cholericæ, postea in fine febres melancholicæ propter adustionem sanguinis ex eis factam. Et melancholicus quidem humor, qui ex huiusmodi aquis generatur, est humor melancholicus malus, qui nominatur cholera nigra. Et nocumentum istarum aquarum est causare icteritiam, & pruritum, & febres tertianas, & conclusam, & sodam, & ophthalmiam, & catarrhos calidos, & vrinæ difficultatem, & corporis maciem. Rectificatio earum, si est posibile ipsas distillare, sicut dictum est, erit conuenientior. Et si bibantur cum aceto, & proijciatur in eis lutum armenum, & lutum sigillatum, frangitur nocumentum ipsarum. Sed quando bibuntur, sicut sunt, vel secundum suam dispositionem, tunc syrupus granatorum cum syrupo violato frangit plurimum de nocumento ipsarum. Et syrupus quidem acetosus zuccarinus factus cum aceto, & succo citoniorum resistit eis vehementer. Et lac seminis portulacæ triti assumptum cum syrupo violato, & syrupo de pomis est iuuatiuū. Et potus aquę rosatæ super ipsas aquas prædictas est ēt conferens. Amplius sint cibaria leuia vnctuosa, in quibus ponitur oleum, et butyrum calefactum. Et quādo apparet earum nocumentum, & non fuerit febris cum eo, tunc bibatur lac, & butyrum calefactū. Si vero fuerit febris, bibatur aqua hordei cum syrupo acetoso, et aqua granatorum muzorū.

De

A *De aqua aluminosa.*

NOcumentum istarum aquarum est stipticare, & constringere naturam, & exasperare pectus, & vocem, & causare difficultatem vrinæ, & stringere vias cibi, & causare corporis maciem. Rectificatio nocumenti est administrare pinguia, & transglutire oleum oliuæ, & amygdalarum super eas, & vinum subtile odoriferum. Et ex potibus est syrupus violatus, & syrupus prunorum. Et aqua hordei resistit eis valde. Et aqua quidem cicerum cum oleo bono, quodq; oleum sit comestibile, est iuuatiua. Et magis iuuatiuum omnibus rebus in resistendo aquis prædictis est sorbitio facta ex decoctione furfuris cum zuccaro administrata. Et confectiones de granis, vel medullis sunt iuuatiuæ non modicum.

De granis, vel medullis sicut pineę, & amygdalę.

De nocumento aquarum vitriolarum, seu currentium super mineram vitrioli, vel de aqua, in qua fuerit positum vitriolum.

NOcumentum istarum est compositum ex nocumento aquæ aluminosæ, & nocumēto aquæ sulfureæ: quare accidit ex stipticitate, & exasperatione res similis ei, quæ accidit ex aqua aluminosa: & ex putrefactione, & adustione materierum, vel humorum accidit res similis ei, quæ accidit ex aqua sulfurea. Et nocumentum, quod faciunt huiusmodi aquę vitrioli in pulmone, est B magis vltimum seu vehementius. Rectificatio est bibere syrupum de hyssopo denominatum frigidum, & assumere syrupum rosarum cum syrupo de liquiritia, & aquam melonis indi extractam post ipsius assationem in pasta, aut aquam cucumeris, & citrulli, aut mucillaginem psillij, & seminis citoniorum cum violis conditis, quodcunq; istorum resistit nocumento prædicto.

Nota, quod syrupi de hyssopo sunt multæ descriptiones, in quarum vna ponuntur res frigidę, ideo talis syrupus nominatur frigidus.

De aqua mineræ lithargirij, vel de aqua, in qua positum fuerit lithargirium.

DOcumentum istius aquæ est simile nocumento aquæ sulfureæ, sed hæc proprietatem habet vlcerandi intestina. Rectificatio est similis rectificationi nocumenti aquæ sulfureæ, & additur administratio eorum, quæ prohibent vlcerationem intestinorum, sicut sunt troch. de gummis, & troc. de spodio cum syrupo violato, vt resistat stypticitati eius vehementi. Et psillium cōfert ei valde.

De aqua mineræ viridis æris, vel de aqua, in qua positum fuerit viride æs.

NOcumentum istius aquæ est simile etiam nocumento aquę sulfureæ, verum est maioris nocumenti, quam illud secundum vnum modum, & est, quod huiusmodi aqua aperit orificia venarum, & lędit ea, & facit accidere mictum sanguinis, & fluxum sanguinis per ventrem, et sputum sanguinis ex pulmone. Rectificatio est administrare troch. de karabe super eam, & adminiC strare sumach, et berberis. Et troch. de terra sigillata remouent nocumentum eius cum stypticitate, et virtute theriacali, quæ est in eis. Et syrupus de iuiubis igrossando sanguinem. Et administrare loch de papauere confert nocumento pulmonis, et renum. Et consideretur impressio, in quo membro vehementer fuerit, & curetur cum eis, quæ sunt appropriata illi membro. Et hepati quidem, & quæ ei continuantur, approprientur troc. de karabe. Pulmoni vero approprientur troch. de papauere. Intestinis autem approprientur troch. de terra sigillata. Renibus troc. alkechengi, & troc. de papauere cum balaustijs.

De aqua salis armoniaci.

NOcumentum aquę salis armoniaci est, sicut nocumentū aquæ viridis æris, et difficilius eo. Et proprietas eius est nocere cerebro, et oculis. Rectificatio est, vt administrentur omnia, quæ administrantur pro rectificatione nocumenti aquæ viridis ęris cum extinctione vehementi facta cum troch. de camphora, & odore ipsius, et cum linimentis frigidis super caput ex oleo rosarum, et aceto, et aqua rosata, & sandalis, & succo olerum frigidorum, et facere oculis alcohol, cum aqua coriandri, et antimonio nutrito cum agresta.

De aqua æris.

D NOcumentum istius aquæ debilius est, quam nocumentum aquę viridis æris, & quod ei similatur.

De aqua naptica.

NOocumentum istius aquæ est debilius, quam nocumentum aquæ sulfuris, & quod ei similatur.

De aqua salsa.

PRoprietas istius aquæ est facere obscuritatem visus, et grauitatem auditus, et sibilum in capite, et pruritum. Rectificatio est extinguere cum robub frigidis, in quibus non est stypticitas vehemens, & administrare vnctuosa secundum quod dictum est in capitulis pręcedentibus, et collirium oculis facere cum tucia nutrita cum aqua agrestæ, et distillare oleum de keiri in auribus.

De aqua amara.

AQua amara putrefacit, et facit accidere febres cholericas, et timetur ex ea hydropisis. Rectificatio est administrare potus dulces, sicut iulep, et syrupum violatū, et administrare ea, quę prouocant vrinam, sicut medullæ seu semina melonis, citrulli, cucumeris, et cucurbitæ.

De aqua acetosa.

AQua acetosa vlcerat intestina, et stomachum, et facit nauseam, et facit accidere hydropisim. Rectificatio est administrare glutinantia, sicut pedes cum cimino, et quæ frangunt ventositatem,

tatem,ſicut carui,et origanum,et aſſumere ſyrupum de paſtinaca,et ſyrupum de enula,et ex cibis adminiſtrare oua ſorbilia,& medullas oſsium cum ſale aromatizato cum ſpeciebus. E

De nocumento aquæ bibitæ in ieiunio.

AQua bibita in ieiunio debilitat ſtomachum,& facit accidere catarrhos infrigidãdo cerebrũ propter duas rationes:quarum vna eſt propter communitatem ſtomachi cum cerebro, & ſecunda ratio eſt propter aſcenſum vaporum aquoſorum purorum:nocet etiam infrigidãdo hepar, & ſplenem,& præparat ad hydropiſim. Rectificatio eſt aſſumere aliquid modicum de vino puro veteri,odorifero ſuper eam:deinde feſtinare ad comedẽdum panem ſiccum, & tortellas tritas, & ſuych vel ſauich,& ea,quæ habent proprietatem exiccandi aquoſitatem,& retinẽdi ipſam à veloci penetratione ita,vt reſiſtatur infrigidationi cum vino antiquo,& melle:& penetrationi cũ his, quæ ingroſſant,& inſpiſſant.

De nocumento aquæ bibitæ ſuper cibum, & repletionem.

NOcumentum bibitionis aquę ſuper cibum, & repletionem eſt interpoſitio ipſius inter cibum,& inter partes ſtomachi apprehendentes,& circundantes ipſum cibum ita, vt ex hac impediatur cibus à digeſtione:Nocet etiam extinguendo vel infrigidando partes ſtomachi à fundo eius vſq; ad os ipſius,& frangit virtutem digeſtiuam,& debilitat eam ſua infrigidatione: & facit penetrare cibum indigeſtum propter fluxibilitatem ſubſtantiæ aquæ: & multoties facit accidere dolorem hepatis,& ſtomachi. Rectificatio eſt aſſumere compreſsiua ſuper ipſam cum diureticis velociter,ſicut citonia,quoniam expellet aquoſitatem velociter,poſtea prouocabit. Et nõ eſt aliquid in hoc capitulo,ſicut citonium,verum oportet,vt bibatur poſt digeſtionem aliquid vini, aut mellis,vt frangatur,quod aggregauit,vel cauſauit potus aquæ plurimæ,& citonium ſua infrigidatione:aut ſumatur aliquid de ſemine apij cum penidijs. Quod ſi accidet dolor in hepate, aut ſtomacho,curetur cum diacimino. Et ſi ſentitur corruptio cibi ex hoc,& declinet ad fumoſum, tunc ſoluatur cum ſyrupo de fructibus:ſi vero declinat ad acetoſum,ſoluatur cum electuario Alſeriarã: & non oportet,vt in hoc deficias. F

De nocumento aquæ potatæ ſuper motum laborioſum,aut ſuper raritatem corporis à cauſis alijs.

NOcumentum eſt rarificare corpus propter cauſas alias ſimiles eis, quas diximus de potu aquæ in balneo communi. Rectificatio eſt rectificatio illius.

De nocumento potus aquæ ſuper coitum.

POtus aquæ ſuper coitum facit accidere tremorem cordis,& debilitatem eius proprie, & ea, quæ diximus in balneo communi. Rectificatio eſt olfacere muſchũ,& aſſumere diamuſchũ dulce in habente complexionem calidam cum ſyrupo de pomis:ſed in habente complexionẽ frigidam cum vino puro, & comedat alzarauni. G

Alzarauni ẽ cõfectio.

De nocumento focha.

POtus focha corrumpit hepar,& cerebrum,& cor,& ſtomachum,& ſplenem,& inteſtina, & renes,& veſicam,& debilitat ipſa,deinde generat tremorem,paralyſim, & lepram, & baras, & mictum vrinæ inuolũtarium,& lapidem veſicæ,& renũ,& hydropiſim,& eſt de rebus,quę magis nocent neruis:& contrariatur coitui:quoniam infrigidat,& humectat,& ſpargit humiditates quæ ſunt in facie neruorum:& facit accidere catarrhos malos,& ſcrofulas. Rectificatio eſt adminiſtrare nuces,et amygdalas,& medullas fructuum:& adminiſtratio eorum,quæ prouocant vrinã. Et caueatur potatio vini ſuper potum focha,aut caueatur potare ipſum focha ſuper vinum: quoniam vinum facit penetrare velociter ad profundum membrorum,& iuncturarum,immo oportet,vt ſuper focha ſumatur lambendo mel, & butyrum, & adminiſtratio prouocãtium plurimorum. Et alzarauni eſt theriaca ipſius focha omnibus modis. Et melius focha eſt illud, quod fit ex pane,& in eo ponitur multum de cinnamomo,& ruta,& origano.

Focha eſt pot⁹ factus ex hordeo,& licet fiat ẽt ex paſſulis,ſicut hodiernis tẽporibus tñ hic non intelligit, niſi de facto ex hordeo.

Nocumẽtũ potus vini ſup rẽ malam, aut ante ipſam.

De nocumento vini multi.

POtus multi vini in habentibus complexionem valde calidam multiplicat choleram in viſceribus,& venis eius:et dominium ſanguinis in eo. Et timetur,ne adueniat ei repletio, quę eſt ſecundum receptacula,& vaſa:vnde accidit apoplexia ſanguinea,et mors ſubitanea. in habẽtibus vero complexionem frigidam accidunt ægritudines neruorum omnes propter duas cauſas, quarum vna eſt humectatio ſuperflua vel mala ex operatione vini: & ſecunda eſt conuerſio vini ad acetoſitatem:vnde ex hoc nerui lęduntur,et abradũtur. Et accidit ex illo apoplexia frigida, ſubet, lithargia,et paralyſis,et tremor,et tortura oris,et ſtupor:et eſt magis incolumis,quàm illud,quod fit à cauſis alijs propter leuitatem materię generatæ à vino. Rectificatio eſt,quod oportet habentes complexionem calidam vt aſſiduent phlebotomiam,ſeu frequenter vtantur phlebotomia, et euacuatione cum ſyrupo fructuum,et vtantur ſyrupo granatorum plurimo,quoniam eſt eis theriaca:Habentibus vero complexionem frigidam oportet,vt exhibeant̃ troc. de abſinthio, et troc. de ſytharagi in aqua radicum fortium:et adminiſtretur etiam exercitium. Et quando ſentitur tenſio grauis,et ſentiuntur iectigationes,tunc euacua cum pillulis alſtomaticon. H

Ex illo.i.ex potatiõe vini multi in habẽtibus cõplxonem frigidam.

In aqua radicũ fortium.i.in decoctione radicum habẽtium virtutẽ fortẽ.

De nocumento vini fortis,nigri.

VInum forte, nigrum adurit ſanguinem, et corrumpit humores,et cauſat apoſtema in velamine ſeu diaphragmate,et cerebro,et phthiſim. Rectificatio eſt vt bibatur ſyrupus granatorum

A natorum cum syrupo violato: & administret syrupus acetosus simplex, & aqua ordei: & administrentur epythemata vel linimenta frigida prædicta super hepar, & cor, & cerebrum: & assumantur troc. sandalini minores: & super ipsum comedat citonia, & iuiubas: & declinet cibus ad acetosum.

Sup ipsum. s. vinum forte, nigrum.

De nocumento vini subtilis aquosi.

VInum subtile aquosum in corporibus phlegmaticis facit accidere catarrhos, & ægritudines neruorum. Rectificatio est administrare super ipsum syrupum de hyssopo fortem factum cum papauere, & bibatur cum pauco athanasię dissolutæ in eo: et iterum sumatur de mixtura turbit, & zinziberis cum melle lambitio vna, aut duæ in die secundo, & vtatur exercitio, si non fuerit corpus vehementer repletum: & manibus comprimantur spondiles dorsi, & iuncturæ compressione laboriosa.

Lambitio vna est, vt assumat tm, quantū digito vno capi pōt de melle, aut loch.

De nocumento vini pontici.

VInum ponticum, constringit naturam, & turbidat, et inspissat sanguinem. Rectificatio est super ipsum assumere vinum dulce post eius purificationem seu clarificationem, aut syrupū de melle. In habentibus vero complexionem calidam sumatur vinum album muzi saporis cum B syrupo violato. verum in habentibus complexionem calidam parum nocet.

De nocumento vini in ieiunio.

VInum bibitum stomacho ieiunio causat ethicam, & apostemata in visceribus, et febres putridas, & sodam dominantem. Rectificatio est assumere super ipsum sauich ordei sumēdo ipsum in modum suffuf, & frangere virtutem ipsius, & assumere spodium cum luto armeno super ipsum vinum seu in fine mensæ, aut iuiubas, aut citonium. Quod si nocet, tunc ex rebus melioribus ad opponendum nocumento eius est rob granatorum acetosorum, & rob agrestæ. ꝙ si nocumentum vini est vehemens, tunc sumantur troc. camphoræ in potu, neq; administretur syrupus acetosus super eum: quoniam dulce non confert iuuamento plurimo, immo nocet, & conuertitur in choleram. Et acetosum mordicat, & ledit sua acetositate, & addit nocumentum super nocumentum vini. Amplius oportet, vt sit sollicitudo in epythimando ab extra cum rebus odoriferis super hepar, cor & cerebrum.

De eo, qui bibit vinum & est febriens, aut patiens sodam.

REctificatio nocumenti ex potu vini assumpti cum febre, aut soda, si fuerit cum repletione vehementi, est præparare ad phlebotomiam, & extrahere materiā sanguinis, donec timea-
C tur syncopis: & quandoque præcedat ad phlebotomiam per horam potus rob fructuum solutiui vel lenitiui, sicut rob de prunis, & rob alnisuch, & rob de moris, & syrupus violatus: Et si nō fuerit repletio, tunc assumat troc. camphoræ in syrupo rosarum, aut syrupo prunorum: & fiat epythema frigidum: & effundatur aqua frigida super caput, non in reliquis membris.

De potu vini in strictura anhelitus facta a calore.

SI patiens stricturam anhelitus a calore, aut a natura cholerica biberit vinum, tunc succurrēdo nocumento illius oportet, vt bibat super eum syrupum de papauere permixtum cum syrupo violato: et loco aquæ detur aqua rosata, & alleuietur cibus.

De potū vini in ophthalmia.

SI quis patiens ophthalmiam biberit vinum in principio ipsius ophthalmiæ, oportet, vt succurrendo nocumento eius festinet ad solutionem ventris cum decoctione mirobalanorum subito, & assumat coriandrum siccum cum psillio & zuccharo super ipsum, postquam biberit: & fiat epythemata frigida super cerebrum. Et semen caulis est ex eis, quæ iuuant in huiusmodi dispositione, quando assumitur cum coriandro, & geneliabin zuccharino recenti sicut est.

De eo, qui bibit vinum super vnam trium specierum {repletionis.}

D IN remotione nocumenti peruenientis ex potu super vnam trium specierū {repletionis} oportet, vt festine succurratur, antequam accidat apostema, & febris: & fiat phlebotomia vltima seu copiosa. Et habens complexionem frigidam oportet, vt assumat seu bibat loch de caulibus cum aqua vel succo granatorum, sed habens complexionem calidam bibat syrupum de papauere cū granatis, & syrupo ipsius. Et cibus sit cibus de sumach post phlebotomiam: sed ante phlebotomiam cibus sit factus de alnisuch, aut de prunis.

Alia litera lassitudinis.

Alia litera lassitudinis.

De nocumento vini super ebrietatem.

NOcumentum vini super ebrietatem est facere sodam vehementem, & nauseam, & ethicā, & febres difficiles, & apostemata viscerum. Rectificatio & remedium est procurare, vt fiat vomitus cum syrupo acetoso, & aqua calida: deinde exprimātur granata plurima, & bibatur ex illo succo paulatim paulatim donec, expuat. Quod si accidat vomitus, reuertaẗ ad ipsum vice alia: cumq; sedatus fuerit vomitus, exhibeatur rob agrestæ, & syrupus eius. Et sit cibus alhelam, id est cibus ex carne bouina cum aceto præparatus, & alcharis, id est cibus ex carnibus leuibus cū aceto præparatus, sicut gelatina, & pisces parui præparati cum aceto in modum gelatinæ: et abluatur, & dormiat, & administretur psillium cum aceto super caput, & stomachum: & tale psillium sit infrigidatum, nisi fuerit tempus hiemis, quoniam tūc emplastretur vel liniatur cum eo tepido caput: & cum eo moderatæ frigido emplastretur stomachus.

De motu plurimo.



Otus plurimus calefacit primo calefactione vehementi,& exiccat,deinde in fine infrigidat.Et ex nocumentis primis est putrefactio,& facere fluere materiam malam ad profundum membrorum.Et ex nocumentis secundis sunt ægritudines neruorum frigidæ,& casus virtutis:& quandoque facit accidere chafacham,& sincopin. Rectificatio est,ꝙ oportet,vt abluatur in ęstate quidem cum aqua frigida:in hyeme vero cum aqua dulci tepida.Et suffumigetur cum suffumigatione facta ex camphora,& sorbeat ex sorbitionibus factis cum carne,in quibus non sit,nisi caro contrita,& parum ciceris,& non superfluat in eo:postea inungatur cum oleo,& inungantur iuncturæ inunctione vehementi,& naribus attrahatur oleum,& distilletur in aures,& mulgeatur lac super caput,& dormiat,et quiescat tempore,& subtilietur cibus primo,& nutriatur cum vitello oui sorbilis,& cum alis auiũ,& gradatim ascendatur ad cibos consuetos,nisi apud casum virtutis,tunc enim exhibeatur aqua carnis fortis cum modico vini aromatici.

De motu vehementi. F

OPeratio motus vehemẽtis seu fortis est proxima operationi motus plurimi in calefactione, sed est minor ea in resolutione.In rectificatione nocumenti oportet,vt sit intentio ad æquã dum complexionem calidam magis declinans,quam ad viuificandum cum cibis,quare exhibeantur in potu rob fructuum,& aqua frigida post quietem cordis,& pulsus.

De quiete plurima.

QVies plurima generat humores crudos,& prohibitionem cordarum ab obedientia lacertorum in motibus,& hebetat sensus.Rectificatio nocumenti est, ꝙ si fuerit illud in longo tempore,euacuetur cum pillulis stomatichon,aut pillulis cochijs. Si vero fuerit non longi temporis,tunc succurratur cum exercitio forti,& fricatione,& compressione membrorum in balneo.

De motu post euacuationes.

OPortet,vt sorbeat super eum ius carnis cum vino odorifero,& bibat super eum habens complexionem calidam syrupum de pomis cum lætificantibus frigidis,& habens complexionẽ frigidam bibat vinum purum cum lætificantibus calidis,& diamuscho.

De motu super cibum. G

IAm præcessit sermo de nocumento motus super cibum,& est,quod agitat cibum, & prohibet digestionem,& facit descendere cibum ante digestionem,& causat oppilationes. Rectificatio est,vt ingenietur in eius extractione,& solutione ex corpore,postea succedãt ea,quæ aperiunt oppilationes,et abluat impressionem nocumenti præcedentis,deinde alleuietur cibus post ipsum.

De vigilia vehementi plurima.

VIgilia vehemens plurima est similis motui vehementi plurimo:verum eius nocumentũ magis dominatur cerebro,& cordi.Rectificatio est vehementer inungere caput cum oleo violato,& naribus ipsum attrahere,& distillare in aurem,& olfacere aquam rosatam, & bibere vinũ multę permixtionis ita,vt humectetur,cerebrum,& administretur balneatio leuis cum aqua dulci temperatæ caliditatis,& sorbeat ius spinachiæ vel secũdum aliam literam ius carnium,& ferculum de cucurbita,ferculum de bliti,& assumat syrupum de pomis:& epithemetur cor cũ linimentis,vel epythematibus frigidis.

De somno plurimo.

SOmnus plurimus operatur operationem quietis plurimæ,verum nocet cerebro magis. Rectificatio est similis rectificationi quietis plurimæ:verum oportet,vt maior sollicitudo habeatur de cerebro,quare administrentur sternutatoria,& olfaciat muschum,& althith,idest assam,& gargarizatio fiat cum almuri,& sinapi,& hiera picra.Et si dispositio requirit euacuationẽ,fiat euacuatio cum pillulis cochijs,aut cum pillulis de hiera. H

De nocumento coitus plurimi.

COitus coactus absq; desiderio nocet diminuendo substantiam spiritus vitalis,& debilitãdo cor,& causat chafacham,& obtenebrat sensus,et facit cadere virtutem,& pręparat ad omnes ægritudines neruorum in homine complexionis frigidæ:sed in homine complexionis calidæ pręparat ad hecticam.Rectificatio est secundum duos modos:quare nocumentum huius capituli est secundum duos modos.quorum vnus est,ꝙ facit declinare complexionem ad frigus:cuius signũ est,ꝙ pulsus est paruus,aut rarus,aut tardus:& sentitur frigus in membris,et ļditur homo a frigore,et iuuatur,et quiescit cum calore,secundus modus nocumenti est,ꝙ facit declinare cõplexionẽ ad caliditatem, et hecticam, cuius signum est frequentia pulsus cum velocitate,et inuentio caliditatis post quietem à motu coitus,et inuenitur angustia,et inflammatio post cibum. Rectificatio igitur est secundum duos modos:in rectificatione enim nocumenti faciẽtis declinare complexionem ad frigus, oportet, vt exhibeatur in potu vinum odoriferum, et cibetur aqua carnis contritæ decoctæ cum facilitate:donec penetret in ea sapor carnis,et misceatur cũ aqua prædicta vitelli

A oui conquassatum, et aromatizetur cum cinnamomo, et gariophalis, et secacul, et odorēt muschū & assumant diamuscum: & misceantur eorum sorbitiones, & iura cum vino: & exhibeantur fritałeæ factæ ex ouis cum cepæ, & porris: & multum vtantur ciceribus, seu multum comedant de ciceribus, & bibant infusionem cicerum permixtam cum vino: & balneentur cum aqua calida: & vngantur cum oleo camomillino, & oleo rosato permixtis: & dormiāt super saturitatem cibi aromatizati. Et si fuerit stomachus fortis, exhibeat̃ cepæ assatū, & pestinachia, & rapa, & ambo sint assatæ, & comedantur cum sale, in quo sit semen pastinacæ vel carotæ, aut sal stineorum. Si vero ex coitu prædicto declinauerit complexio ad caliditatem, tunc oportet, vt administrentur ea, in quibus aggregantur duæ intentiones, scilicet extinctio, & generatio eius, quòd de spermate fuit resolutum: & hoc est, sicut cibus de cucurbita, & de bliti: & oua sorbilia sumendo vitellum, & albumem eorum: & lac dulce: & tereniabin: & chisch confectum cum aqua tribulorum humidorū: & sorbitiones factæ de chisch, & ciceribus elixatis: & cerebra gallinarum, & gallorum: & pisces assati, dum sunt calidi actu, si fuerint æquales temperati in paruitate, & magnitudine: et cōfectiones factæ cum zuccharo, & amigdalis excorticatis contritis: & semen papaueris contritū, de quo assumatur quantitas: & administrentur hermodactili seu bugidem cum zuccharo, & amigdalis:
B quoniam proprietatem habent in hoc: & sorbeant ius carnium cum syrupo pomorum: & odorēt camphoram modicum, et infrigidetur cor cum epythematibus.

De nocumento dimißionis coitus in consuetis hominibus.

DImissio coitus in consuetis facit accidere dolorem iuncturarum, & testiculorum, et grauitatem capitis, & motuum, et colli dolorem. Rectificatio, administretur coitus, si fuerit possibile: & si non administretur suffuf seminis agni casti, & seminis rutæ cum zuccharo in habentibus complexionem frigidam: sed in habentibus complexionem calidam exhibeatur semen lactucæ, & semen portulacæ: & exhibeantur cibi paucæ carnis, & acetosi: & legitur plumbum super alchatin.

De nocumento coitus super cibi vacuitatem.

NOcumentum coitus super vacuitatem cibi est, sicut nocumentum coitus plurimi. Rectificatio eius est, sicut rectificatio illius: verū cibus ex carne est conueniens. Et vt prȩseruatio fiat ab ethica cum troc. endiuiæ est conuenientius.

De nocumento coitus super repletionem.

NOcumentum coitus super repletionem & simile nocumento motus super repletionem: verum est vehementioris, & pluris nocumenti: facit enim penetrare cibum indigestum ad profundum: & quandoque accidit ex eo colica difficilis. Rectificatio est, vt cōsideretur, an cibus declinat ad lenitatem, aut inflationem, aut constrictionem naturæ: & an reperiatur punctura in partibus membrorum. Quod si declinat ad lenitatem, tunc dimittatur, donec egeratur: deinde bibatur post illud aqua cicerum decoctorum permixta cū modico vini potatione exuberanti: postea assumatur confectio de thure. In eo vero, qui est frigidioris complexionis, exhibeatur athanasia: deinde sorbeat ius carnium absque ouis, & bibat infusionem cicerum absque decoctione. Et cibus si declinauerit ad inflationem, tunc assumat super eum diaciminum ita, vt remoueatur inflatio: & si cibus constringit naturam, soluatur venter cum his, quæ lubricant, si fuerit cibus retentus propter sui siccitatem, & asperitatem, sicut est rizum, & milium. Lubricans vero est, sicut syrupus de fructibus, & cassia fistula cum re modica ex eis, quæ resoluunt, & aperiunt, sicut cinnamomum, & turbit. Et si fuerit ex cibis viscosis humidis constringentibus, administretur super eū iera picra, aut ellectuarium alseriaram.

C (margin): Infusio cicerū absque decoctione.

Cibaria viscosa cōstringunt vētrē eo, quia generāt phlegma viscosum, quod adherendo intestinis prohibet descensum fecis.

De nocumento coitus cum phlebotomia.

D OPortet, vt qui administrauerit coitum cum phlebotomia, festine sorbeat iura carnium secūdum descriptionem, quam diximus in capitulo superflui coitus, aut intinctum cibum cum oleo de Kerua: aut effundatur de eo super ius carnis: & conquassetur vitellum oui calefacti cum vino: & puluerizetur super eo aliquid modicum de muscho ad quantitatem grani ordei, & bibatur: & decoquatur ferculum de pomis cum carne contrita decocta ita, vt destruatur sapor carnis: postea exprimatur cæpe, & fundatur aqua, vel succus eius ī eo, deinde fundatur desuper pars vna vini in partibus decem aquæ, in qua est, postea sumatur farina cicerum, & fabarum, & proijciatur desuper ita, vt fiat sicut sorbitio subtilis, postea buliat ebulitione, deinde fundatur in eo vitellum oui, postea sorbeatur non subito, sed paulatim paulatim aliquid post aliquid: deinde balneetur cum aqua calida: & inungatur cerebrum vehementer cum oleo mirtino, & rosato, & dormiat: Et vngantur pedes eius cum adipe caprarum dissoluto collato, aut oleo rosato conquassato cum adipe anatis.

De coitu facto cum solutione ventris.

NOcumentum coitus cum solutione ventris est vehementius prædicto. Rectificatio est, vt primo quidem bibant rob pomorum cum letificantibus, aut diamuschum, postea masticetur olibanum per horam, si non accidit sincopis, deinde sorbeant aliquid modicum de zirbagi, id est de cibario facto ex brodio carnis, & aceto, & speciebus: postea sorbeant ius pȩdictum, deinde assumant super eum frusta citonij, & sugatur succus eius proijciendo fecē eius, seu partem grossam

ſam eius, quæ maſticata fuit: deinde dormiat. Quod ſi inuenitur inflatio, bibat modicum de vino E aromatico: Si vero accidat ſincopis, neceſſarium eſt ſorbere aquam carnis cum vino, & inungantur iuncturæ omnes cum oleo. & exhibeantur tortellæ infuſæ in vino aromatico, & aſpergatur aqua frigida, & aqua roſata ſuper faciem eius.

De rectificatione nocumenti coitus cum debilitate renum.

REctificatio nocumenti ex coitu facto cum debilitate renum eſt, vt adminiſtrentur medullę ſicut nuces, & amygdale, & auelanæ, & pineæ, & grana alzelē ideſt dolcighini, & grana alchalcal, & grana viridia cum dactylis. Quod ſi debilitas fuerit ex malitia complexiōis calidæ, tūc adminiſtrentur amygdalæ, & papauer, & zuccarum ſecundum quod diximus ante.

De rectificatione nocumenti coitus cum lapide.

REctificatio nocumenti coitus cum lapide eſt, vt adminiſtretur confectio alzarauni, & mithridatum.

De nocumento coitus cum ſoda.

REctificatio nocumēti coitus cum ſoda eſt epithemare caput cum mucillagine pſillij, & inūgere ipſum cum oleo myrtino, & eſt melius, & ſtrigere vel ligare brachia, & pedes in hora coitus, & bibere mucillaginem ſeminis lini. F

De nocumento coitus cum ophthalmia.

REctificatio nocumenti coitus cum ophthalmia eſt ſimilis rectificationi nocumenti coitus cum ſoda & diſtilletur aqua coriandri humidi cum albumine oui in oculo, & applicentur ventoſæ cum igne inter duas ſpatulas, & dormiat reſupine.

De rectificatione nocumenti coitus in patiente dolorem iuncturarum.

REctificatio nocumenti ex coitu in patiente dolorem iuncturarum eſt, quod oportet, vt iſti cum facilitate, & leuiter faciant illud apud motum eius, & ꝙ ante ipſum inungātur iuncturæ dolentes cum pſillio per horam, & ꝙ ligent iuncturas oppoſitas iuncturis ſecundum ſituationem ſcilicet ſuperioris ad inferiorem, & dextræ ad ſiniſtram ligatione forti, deinde alleuetur cibus, & adminiſtretur vomitus, & confortet cerebrum cum oleo myrtino permixto cum oleo chamæmelino.

Ante ipſum.ſ. coitum.

De refectione, ſeu remedio nocumenti coitus in habentibus ægritudines frigidas neruorum.

REctificatio ſeu remedium nocumenti ex coitu in habentibus ęgritudines frigidas neruorū eſt, vt adminiſtretur electuarium de ſtinchis, & aſſiduēt inungere loca doloroſa cum oleo coſtino, & caſtoreo, & adminiſtrent aquam carnis fortem permixtam cum vino puro antiquo, et multiplicent ipſum: & prolongent balneationem, et odorent muſchum, et ambracā continue.

Prolongēt balneationē .i. ſtēt longo tpe i balneo.

De rectificatione nocumenti coitus in habente complexionem calidam. G

REctificatio nocumenti coitus in habente complexionem calidam fit cum lacte, et tereniabin, ſicut diximus: et cibo facto de papauere, & amygdalis.

De rectificatione nocumenti coitus in complexione ſicca.

REctificatio nocumenti coitus in habente complexionem ſiccam eſt adminiſtrare aquā carnis, et vitella ouorum ſorbilium. in habente vero frigidam complexionem eſt adminiſtrare aquam carnium cum ſeminibus fortibus prædictis, et oleo de kerua.

TRACTATVS VII. *de euacuatione.*

De eo, cui nocetur à phlebotomia.

ILle, qui læditur à phlebotomia, curatur cum eo, quo curatur ille, cui nocet coitus.

De nocumento phlebotomiæ ſuper potum aquæ plurimæ.

IN eo, qui phlebotomatur ſuper potum aquæ plurimæ, timetur hydropiſis propter expulſionem aquæ attractæ cum ſanguine ad profundum membrorū: quare oportet, vt ſit occupatus in prouocanda vrina, ſi fuerit calidæ complexionis cum diuretico facto ex alchechengi: ſi vero fuerit frigidæ complexionis cum mithridato, et prouocatiuo de capparibus, et bibat vinum purum. H

De eo, qui phlebotomatus eſt poſt comeſtionem rei agitantis humores.

IN eo, qui phlebotomatur poſt comeſtionem rei agitantis humores, timetur curſus humorum commotorum curſu cibi vel nutrimenti in venas ſequentium ſanguinem, quare oportet, vt bibantur ante, ſi fuerit complexio calida, robub fructuum acetoſorum: ſi vero fuerit frigidæ cōplexionis, ſoluatur cum eo, quòd declinat ad caliditatem, ſicut loch de caſſia fiſtula. ſi vero accidat illud, oportet vt ſis ſollicitus in prouocatione ſudoris poſt potum eius, quod prohibet putredinē, et motum humorum: in habente complexionem calidam cum rob fructuum: in habente vero complexionem frigidam cum mithridato. Et ſi fuerit ſudatio non completa, occupetur cum cibis conuenientibus contrarijs humoribus, vt frangatur malitia eius, quod ex eis currit in venis.

De

A *De eo, qui post solutionem ven tris bibit aquam plurimam.*

IN eo, qui post solutionem ventris bibit aquam plurimã, timetur hydropisis, & ęgritudines nervorum, & excoriatio intestinorum. Rectificatio est, vt prouocetur illa aqua, sicut diximus in capitulo phlebotomiæ: postea bibat athanasiam, aut dialacham, & diacucurmam potionem vnam, si non fuerit complexio calida prohibens ab ea: quòd si fuerit, tunc dentur prouocantia vel diuretica, deinde oportet, vt assumant psillium torrefactum, aut semen lini torrefactum: aut gummi Arbicum cum oleo rosato sufficit.

De eo, qui assumpsit cibum in hora solutionis uentris.

IN eo, qui assumpsit cibum in hora solutionis ventris, timetur excoriatio intestinorum, et oppilatio. Quod si venter retinetur propter ipsum, supponãtur suppositoria: si vero egreditur, timetur vehemens cholerica passio: quare oportet, vt sis sollicitus in retinẽdo naturam: deinde comedant glutinatiua, sicut vitellum oui, & pedes, & psillium, & quæ eis similantur.

De eo, qui multiplicat cibum post retentionem solutionis uentris.

IN eo, qui multiplicauit cibum post retentionem solutionis vẽtris, oportet, vt sollicitudo sit, vt fiat vomitus: quòd si vomitus non fuerit possibilis, assumatur diaciminum, si vides inflationẽ,
B & rugitum: & electuarium da cassia fistula in die secundo, si vides constrictionẽ ventris: & exercitetur in die secundo exercitio moderato: & bibat post exercitium tres ciathos vini: et adiuuetur cum somno, quoniam est radix. Quod si accidat egressio cibi indigesti, & excoriatio intestinorũ, curetur excoriatio cum eis, quæ diximus. Prohibitio vero solutionis, & regimen eius, qđ non soluit, existit in libris. Et hæc sufficiant ad intentionem nostram. Laus Deo semper, amen.

TRACTATVS *de syrupo acetoso compilatus ab Auicenna, & traductus ex Arabico in Latinum per Andream Bellunensem Physicum Damascenum.*

Capitulum primum, Vtrum in compositione radicali syrupi acetosi sint addenda semina, & radices, aut non.



PEtisti a me ò Bassad, vt tibi describerẽ summam, seu compendium de syrupo nominato squinzibin, id est syrupo acetoso: & manifestarem tibi veritatem in controuersia quæ est inter te, & quosdam medicos de syrupo acetoso simplici. Et ego volens satisfacere huic tuæ petitioni auxilio Dei altissimi dico, quòd ille errauerit in dictis suis, tu autem recte dixisti: & illud, quia syrupus acetosus antiquo tempore non est, nisi compositus ex aceto, & melle, & hoc etiam exquirit nomen iunaicum, id est Gręcum: nam in
C ydyomate ipsorum talis syrupus appellatur aluamali, vel achsumali, id est syrupus cõpositus ex aceto, & melle. Intentio præterea huius syrupi est, quòd confert incidendo, & subtiliando absque calefactione, & hoc est ex his, quæ exquirunt, quòd talis syrupus sit compositus ex aceto, & melle solum: si enim volueris per ipsum abstersionem absque infrigidatione, tunc contentari syrupo facto de melle esset melius: si vero per syrupum acetosum volueris incisionem, tũc medicinæ acutæ essent in hoc magis conferentes, quàm syrupus acetosus prædictus: verum quia per ipsum syrupum acetosum intenditur, quòd in eo cadat abstersio, & subtiliatio, & cum hoc in eo non sit calefactio, ideo res magis conuenientes in his operationibus essent permixtio aceti, & mellis: Nam per hanc perficitur incisio, & subtiliatio, & infrigidatio, & fit fractio caliditatis mellis, & prohibitio, ne conuertatur ad choleram, & non prohibetur ipse ab abstersione, & ablutione: Nam ipse ꝑ se incidit, & subtiliat, & incisio quidem, & subtiliatio vicina est, & coniuncta abstersioni: Et quia medici solertes considerauerunt ea, quæ diximus de syrupo acetoso, et cognouerunt, quòd zuccarum non deficit in abstersione, immo abstergit abstersione vltima, & cum hoc est minoris caliditatis, quàm mel, & magis remotum, vt conuertatᷣ in choleram, ideo dixerunt esse vtile ponere in syrupo prædicto zuccarum loco mellis, præcipue in corporibus calidis: Nam syrupus acetosus
D zuccarinus nõ deficit in abstersione ab ipso melle: & ipse est maioris infrigidationis, ꝙ mellinus, & magis remotus, vt conuertatur in choleram. Amplius quidam medicorum postea voluerunt, quòd per syrupum acetosum nõ intendatur, nisi subtiliatio tantum, et aperitio oppilationum hepatis, & splenis: & ex hoc consulunt, quòd in syrupo prædicto ponantur radices, et semina: & hoc quidem consilium non est laudabile: nam compositio simplicium est facilis possibilis, cum volueris ex eis ipsam facere: & non est separatio ipsorum facilis. Et syrupus quidem acetosus de seminibus est calefactiuus: neque conueniens est habentibus complexionem inflammatam, et hepar calidum, neque in temporibus, & regionibus calidis: sicut istis est conueniens syrupus acetosus simplex. Et quando cũ syrupo acetoso simplici indiges incisione, & subtiliatione, possibile est, quòd bullias istas radices, & semina in aqua, & effundas talem decoctionem super syrupum acetosum simplicem, & contentari ipso solo, & eo, quòd est fortius eo. Et quando necessarium est, vt cũ incisione, & subtiliatione sit infrigidatio, non est possibile, neque conueniens administrare syrupum acetosum de seminibus: quare melius est, vt fiat semper syrupus acetosus simplex: quoniam eius infrigidatio, quando volueris, est facilis: sed in syrupo acetoso non simplici non est ita possibilis extractio seu separatio nocumenti caliditatis radicũ, & seminum ab eo, quando caliditas illa non

est necessaria: Et non fuerunt radices, & semina addita syrupo acetoso, nisi per quosdam desecta E
Alchuzi. Radix igitur in eo, & fundamentum eius est acetum, & mel, et hoc est inuentũ in libris grçcorum antiquorũ, videlicet ꝙ descriptio quælibet syrupi acetosi nõ est, nisi illa, quæ fit ex aceto, & melle ẜm diuersitatem eius in quantitate ipsorum ẜm necessitatem incisionis, & subtiliationis, & infrigidationis. Iam manifestũ est, ꝙ diximus, ꝙ opinio, quę intendit vel quæ vult semina, & radices calidas ingredi in cõpositione syrupi acetosi, est opinio non vera, non secura: quia per hanc destruit̃ vna duarum intentionũ à syrupo acetoso: neq; perficitur intẽtio altera pfectione cõpleta, cũ reperiantur res plures magis iuuantes in apertione oppilationũ, si administrent̃ simplr̃, ꝙ̃ iuuet syrupus acetosus, & fortiores in hoc, ꝙ̃ radices, & semina ipsa administrata in syrupo acetoso, qñ intentio non fuerit, nisi subtiliatio, incisio, & apertio, qm̃ qñ fuerit necessitas ad has intẽtiones tantum, tunc non est via administrandi syrupũ acetosum cõpositum cum radicibus pp debilitatem ipsius in hoc opere vel in hac intentione, imo oportet, vt exhibeant̃ in illa hora medicinæ fortes in hac operatione. In syrupo aũt acetoso nõ est intentio vna, imo duæ, sicut diximus: & maior duarũ est subtiliatio, & infrigidatio: Et ab eo quidẽ non fit subtiliatio, & incisio, nisi cũ extinctione, & infrigidatione. Et apparet ẽt, ꝙ sñia, quæ vult, ꝙ in syrupo acetoso ponat̃ zuccarum loco mellis, est sñia melior, & nobilior, ꝙ̃ opinio, quæ facit cõpositionem syrupi acetosi cũ seminibus, & radicibus: cũ zuccarum in abstersione nõ deficiat à melle plurimũ valde: & sit zuccarũ minus calidũ, ꝙ̃ mel: & magis remotũ valde, vt conuertat̃ in choleram, ꝙ̃ mel. Et manifestũ est, ꝙ cõuenientius est, ꝙ fiat syrupus acetosus zuccarinus, quia currit consuetudo hoĩm administrare ipsum in æstatis tp̃e, & in ebrietate, & dispõnibus, in quibus existimant hoĩes, ꝙ indigeãt extinctione, & infrigidatione. Syrupus aũt acetosus de seminibus ẜm plurimum priuatur hoc mõ iuuamẽti. s. extinctione: imo qñq; nocet calefactis, et habentibus hepar calidum in tp̃e calido nocumẽto maximo: & in eo cũ hoc est ẽt maxima horribilitas vel abominatio, præcipue cũ fuerint radices, & semina plurima: quare ex hoc fit deterior stomacho, & multo magis excitans nauseã, & vomitum, quã syrupus acetosus simplex: præcipue in eo, in quo os stomachi fuerit valde sensitiuũ: nã in hmõi subuertitur anima ipsorum ex odore syrupi acetosi de seminibus multis, ne dũ à potu ipsius. Et ex scientia Gal. eximij apparet, ꝙ ex hoc, ꝙ syrupus acetosus non est conueniens stomacho, fuit necessariũ, vt fiat syrupus acetosus cũ succo citoniorum, vbi necessaria est cõfortatio stõi cũ subtiliatione, & extinctione, aut confortatione absq; calefactione: & dixit descriptionẽ huius syrupi acetosi cũ succo citoniorũ in lib. de reg. san. Iã diximus sufficiẽter in hoc cap. ẜm qđ petisti.

Capitulum secundum de iuuamentis syrupi acetosi excellentibus, & de eius nocumentis.

DIcamus igitur nunc, ꝙ iuuamenta syrupi acetosi magna excellentia, quæ in alijs syrupis nõ existimant̃ reperiri, sunt incisio, subtiliatio, & apertio absq; calefactione: & hmõi via qdem G
est magni iuuamenti, multæ vtilitatis vel sufficientiæ in arte medicinæ: Nã principalis via cõseruationis sanitatis est ꝓhibere oppilationẽ, si accidit in corpore, vel ꝓhibere oppilationem, ne accidat in corpore ita, vt medici medicinas, & cibaria aperitiua appellent sana. i. conseruantia sanitatẽ: & hoc est necessariũ in his, in qbus cõuenerunt sermones ipsorũ sup hoc: syrupus aũt acetosus operatur hanc operationẽ in sanitate absq; calefactione corporũ: quare est possibile, vt ipse propter hoc administret̃ semper. Et si administrarent sani ad hanc intentionẽ rem aliã à syrupo acetoso, quæ res esset ex eis, q̃ non extinguũt, & non infrigidant, tũc calefieret hepar ipsorum, & acciderent eis ægritudines calidæ. De necessitate aũt syrupi acetosi, quã habent febrientes, qui indigent apertione oppilationũ, quæ sunt in meatibus strictis sui hepatis, non oportet aliquid dicere cum hoc sit clarius, & manifestius, ꝙ̃ ꝙ oporteat de eo aliquid dicere, cũ ab ipso syrupo acetoso febrientes prædicti non debeant recedere, neq; aliqd loco eius sumendũ, neq; est aliquid, ꝙ teneat locũ eius omnino: nã ipse syrupus acetosus aggregat in febrientibus hæc iuuamenta, videlicet extinctionẽ febris, & infrigidationem hepatis, & apertionem oppilationum eius, & incisionem humorũ grossorum, si fuerint in partibus mesaraicarũ, & in inferioribus stomachi: Et hoc quidẽ est H
præcipuum, quo magis indigent febrientes. Et in syrupo acetoso ẽt est sedatio sitis causatæ ab inflãmatione stomachi, & hepatis: quæ quidem sedatio non est in alijs potionibus seu syrupis: licet n. reperiant̃ potiones seu syrupi frigidiores, q̃ syrupus acetosus, tñ nõ penetrãt, & nõ mouent velociter, sicut penetrat syrupus acetosus: aut quia cũ potionibus vel syrupis ꝑdictis est stipticitas, sicut in syrupo facto de citonijs, & pomis acetosis, & sifibus, in quibus est stipticitas, & ponticitas aut quia ipsę sunt superfluæ frigidæ grauantes caliditatem, sicut est acetositas citri, et aqua ipsa veri frigoris. Et acetum quidem ipsum licet bibatur cum aqua, tñ nõ peruenit ad actum sedãdi sitim calidam, sicut peruenit syrupus acetosus: & illud quia in eo cadit {infrigidatio subtilis mirabilis,} & speculatio subtilis ẜn permixtione mellis cum aceto: & est, ꝙ hepar accelerat attractionem rerum dulcium vltima attractione, & fugit ex eis vltima suctione illud, ꝙ ei conueniens est ex natura, & ex cõitate substantiæ. Cum ergo permiscetur acetum cum melle, fit illud causa, ꝙ ex eo attrahatur attractione in maiori quantitate, & velocius, q̃ attraheretur de aceto solo: imo ex aceto ꝑ se non attrahitur res plurima pp paucam conuenientiã naturalem cum ea. Et si attraheret̃ ẽt de aqua q̃titas, quæ attrahit̃ ex syrupo acetoso, nõ infrigidaret, sicut syrupus acetosus, qa mel vel zuccarum in hoc loco est causa, quòd perducatur acetum, & aqua ad has profunditates corporis velociter.

Veri frigoris. i. actualiter frigida.
Alia litera regimen subtile mirabile.

A lociter. Et si exhibeatur sitiēti quantitas similis de aqua mellis simplicis, licet hepar attrahat eam fortius & velocius, tamen non ita sedat sitim, sicut sedat syrupus acetosus: nam illud, quod infrigidat, & extinguit, non est nisi acetum, & non mel: & plurima attractio hepatis ex aqua mellis facit peruenire in meatibus mel plurimum: & aqua quidē separatur a melle: quare calefacit, & causat sitim, & auget choleram, & fortasse generat oppilationem, quãdo multiplicatur: quoniam plurimum generationis oppilationum in hepate non est ex cibis dulcibus, nisi propter multã suctionem hepatis ex illis, quæ hæpati adherent propter suam multitudinem, vel ex huiusmodi dulcibus, quæ sua multitudine coarctant hepar, & ipsum oppilant, quia ex natura dulcis non est oppilare, immo ipsum est abstersiuum, aperitiuum: & non oppilat, nisi quia ipsum ab hepate attractũ in magna quantitate coarctat, & oppilat meatus hepatis. Iam ergo apparet subtilis ingeniatio in permixtione mellis cum aceto, & magnum iuuamentum ex illa. Et ex magnis iuuamentis syrupi acetosi est incidere materiam febrium: & illud, quia occurrit ei, quòd in in ferioribus stomachi reperitur, & in partibus ei vicinis, & ei, ꝙ de phlegmate vicinatur: & per huiusmodi occursum in hoc loco fit sequestratio materierum, quare expellit partem earum per secessum, partē per vrinam: & si fuerint materiæ in dispositione leuigantium seu natantium, expellit eas per vomitum:

Multiplicatur scilicet mel.

B quare sit illud causa abscisionis phlegmaticæ: & cum hoc extinguit caliditatem extraneam generatam ex putredine, quæ caliditas est ipsa febris: quare syrupus acetosus est causa abscindens materiam febris, & ex hoc etiam extinguit eam. Medici nãq; solertes, qñq; concedunt, ꝙ per exhibitionem alicuius potionis augeatur caliditas febris, vt abscindatur materia eius, & exhibent in potu febrientibus pp illam intentionem medicinas calidas: qualiter ergo vel quanto magis iudicandum est oportere cum festinatione exhibere syrupum acetosum, ppea ꝙ ipse extinguit febrem, et cum hoc incidit materiam eius. Et syrupus acetosus ēt qñ permiscetur cũ phlegmate grosso, incidit ipsum, quare fit ille causa egressionis eius a corpore. Et qñ syrupus acetosus occurrit humori præparato, vt conuertatur in choleram rubeam, prohibet ipsum conuerti ad eam: & si permiscet syrupus acetosus cum cholera citrina, resoluit eam, si fuerit paucæ q̃titatis, & frangit superfluam eius caliditatem, & eius acuitatem vel nocumentum: si vero cholera fuerit multa, expellit eam p vomitum, vel per secessum, aut per vrinam. Et ex iuuamētis ēt syrupi acetosi est, ꝙ ipse aperit oppilationes hepatis cum infrigidatione eius temperata ita, vt prohibeat ipsum, ne inflãmetur, aut accidat in eo apostema calidum. Amplius ipse syrupus acetosus subtiliat cum hoc grossitiem splenis, & extenuat eum, & attenuat feculētiã sanguinis, quæ est in eo ita, vt effundere faciat plurimũ feculentiæ eius ab ipso splene ad intestina, & paucifaciat effusionē eius ad os stomachi: quare in hoc est magni iuuamenti. Et ex iuuamentis ēt syrupi acetosi est, ꝙ sit cã paucę generationis cholerae

C ræ nigræ in corpore, ppea ꝙ expellit materiam eius ad intestina de die in diem. Et ex eis est imprimere appetitum cibi, ppea ꝙ ad os stomachi pro appetitu excitando peruenit de hoc humore melancholico, cuius vicissitudo est in aceto, vel cuius locũ tenet acetum. Et ex eis est, ꝙ ipse syrupus acetosus est fundamentum conseruationis sanitatis conseruando incolumia hæc duo membra. s. hepar, & splenem: Etiam syrupus acetosus aggregat cõseruationem amborum membrorum ſm dispõnem suam naturalem: qm̃ plurimum incolumitatis hepatis non est, nisi apertio concauitatis venarum paruarum peruenīetium a cõcauo hepatis ad gibbositatem ipsius: et prohibitio, ne accidat in eo inflãmatio, aut apostema calidum: Et plurimum quidem apostematum splenis non accidit, nisi pp multam adherentiam fæculentiæ sanguinis in eo. Syrupus acetosus ēt mundificat, vel incidit, qđ in pulmone de humoribus grossis oportet expelli: quare p hoc confert asthmati grosso vel asthmati causato a meteria grossa: & confert tussi factę a materia grossa, nõ ex hoc, ꝙ ꝓhibeat tussim, imo quia excitat tussim, & abscindit illos humores: quare fit illud cã expulsiõis eius, qđ in canna pulmonis reperitur, & mũdificationis eius: Et pp hoc Hyppocrates, & alij antiqui administrauerunt syrupum acetosum in fine solati, & rabu seu asthmatis grossi, & similiũ ægritudinũ pectoris, & pulmonis. Hæc igitur sunt, quæ scio de iuuamentis syrupi acetosi sublimibus. Habet ēt

D syrupus acetosus adhuc iuuamenta plurima præter supradicta, sicut est iuuamentum eius in epilepsia, pręcipue syrupus acetosus squilliticus, & in squinantia, qñ fit gargarisma cũ eo, & in descēsione phlegmatis a cerebro, & exiccatione linguæ, & mũdificatione phlegmatis a partibus oris: & iuuat bothor, & alchola, & fętori oris, qui est ex calore stomachi: & prohibet generationē vermium, et ascaridum: & adiuuat ad vomitũ, & mundificationem stomachi: et soluit scrofulas non vlceratas, qñ cum eo permiscetur farina hordei: neq; inflãmat in suis iuuamentis plurimis. Illud aũt, qđ antiqui dixerũt de syrupo acetoso, est, ꝙ Dioscor. dixit, ꝙ syrupus factus cum aqua maris soluit humores grossos: & pp hoc confert sciaticę, & doloribus iuncturarum, et morsui viperarũ, & ei, qui sumpsit in potu opiũ, & tafasia, quæ est gũma rutæ montanæ: et cum prædicto syrupo acetoso fit gargarisma ad squinantiã. Dixit Gal. ꝙ ipse est potio magis conueniens oĩbus complexionibus, et ætatibus, ꝓ conseruatione sanitatis ipsarum, qm̃ ipse aperit oppilationes, & vias strictas, et prohibet, ne retineantur in eis chimi grossi: & ipse est ex medicinis sanis. Et sufficiunt tibi laudes, et excellentia iuuamenta, quæ Gal. sermone absoluto attribuit syrupo acetoso: et nõ sic loquitur in operatione aliarum medicinarũ, quia de eis non cõmemorat iuuamenta, nisi ēt adiungat nocumenta ipsarum, à quibus cauere oportet. Et dixit Gal. ꝙ syrupus acetosus factus cũ aceto

to squillitico non nocet neruis:& factus cum succo citoniorum nõ lædit stomachũ.Et dixit Ruf- E
fus,ꝙ syrupus acetosus contrariatur phlegmati,& choleræ,& ꝓhibet generationem amborum,
& cõmouet appetitũ.Cõmemoratio vero nocumentorum,& dispositionũ,& horarum, in qbus
oportet cauere à syrupo acetoso,est in principio excoriationis intestinorũ,nedum in hora confir
mationis seu status eius,& in hora zair.Et aliena ipsum vehementer,seu caue ab ipso vehemẽter
in doloribus matricis,& in hora generationis colicæ,s.in pricipio eius vsqꝫ quo remoueatur. Et
nocet patienti tenasmon,& hæmorrhoidas,& ragadias in ano,& egressioni ipsius ani.Et caueat
ab eo patiens nauseã plurimam,& subuersionem animæ:& patiens fluxũ saliuæ ab ore,nisi quan
do per ipsum syrupũ acetosum voluerit vomitũ.Et caueat ẽt ab eo patiens tremorem:& ille, in
quo inceperint iectigationes:& ille,in quo timetur paralysis,qm̃ ipse in summa nocet neruis:&
propter hoc ipse est non iuuans stomacho,& intestinis,& vesicæ,& matrici.Et est malus ei,q pa-
titur distillationem vrinæ à frigore vehementi,& ei,qui patitur dolorem dorsi, & genuum ab hu
more frigido crudo:& patientibus melancholiam,& cogitationes malas.Et in summa nocet pa-
tientibus accidentia melancholica,& ei,qui patitur cancrũ. Et maior ipsius læsio est in stomachi-
cis, & sunt illi, qui vomunt cibũ suum cum acetositate sua,quæ est in stomachis ipsorũ:& in mu
lieribus,in quibus est dolor matricis antiquus.Et syrupus acetosus ẽt est ex eis, quæ abscindunt F
coitum,& infrigidat partes renum,& vesicę:& multitudo ipsius syrupi acetosi causat sperma sub
tile non aptum generationi.Et in eo,qui multum vtitur eo,& non habet fortem calorem hepa-
tis,& stomachi,& non fuerit corpus bonæ habitudinis,multæ carnis,ꝓducit multitudo vsus eius
ad corruptionem complexionis illius,& ad hydropisim.Iam ergo diximus sufficiẽter de syrupo
acetoso,secundum ꝙ petisti,& laudes,& iuuamenta,ac nocumenta ipsius manifestauimus.

Nocumenta syrupi acetosi.

Laus Deo semper amen.

REGISTRVM

✱ a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z & aa bb cc dd ee ff gg hh
ii kk ll mm nn oo pp qq rr ss tt vv xx yy zz aaa bbb ccc ddd eee fff
ggg hhh iii kkk lll mmm nnn ooo ppp qqq rrr sss ttt vvv
xxx yyy zzz aaaa bbbb cccc dddd eeee 1 2 3

Omnes sunt quaterni præter ✱ y z & eeee 2 3 qui sunt terni,
et l m eee qui sunt duerni,& ddd qui est quinternus.



VENETIIS APVD HAEREDES
LVCAEANTONII IVNTAE
M. D. L V.

Errata marginum sic inuenies. Numerus ad sinistram à summo ad imum indicat folia. Litera prima maior indicat literas in margine præparatas ad indicem, quæ vsq; ad H extenduntur. Litera sequens magna indicat literas citationum ad calcem vsque alphabeti adhibitas. Hæc virgula / distinguit, quando sunt errata eiusdem folij, & eiusdem etiam literę maioris iam positæ.

folio.3. B D lege ꝯpõne fm locos.c.1.c.

5 A X ꝑ tract.2.le.1./Z ꝑ 87.4.le.87.1.2./ C D.dele & Ga.lib.7. de mor.cur.c.3.g

6 C B pro 60.le.59/ C le.aph.59/ F R dele Haly./G X le.Ga.ibi. de causis morb.

7 C K dele & ꝯtrario in.1. porrh. Hip.35. e.f/ D R le.Ga.2.ꝓgn.30.f,& Haly.&c.

8 B I le.li.3.fen.6.c.1.& fẽ.14.&c./K.pro 34.le.33./F N le.Ga.li.3.&c./G P ꝑ.c.22. le.23./H T le.Haly.li.2.theo.c.9.

9 C K le.& Haly.li.2.theo.c.15./N le.Haly.li.2.&c./D P ꝑ firm.le.format.c.5.h/ S le.c.4.& Auic.doc.6.&c./G K le. metaphy.c. 11.

10 B H & lib.1.de. cau. &c /C O le.fen.13. t.1.&c./D A le.G.li.1.de nat./E C le.do. 5.c.1.& li.13.aĩal.&c./F H le.c.23.& Ga. li.2.đ v.p.c.12.h/G Q le.& li.2.đ par.&c.

11 C R le.de v.p.c.1.e.f.&c./F E le.c.c. 11. e.&c./G G le.c.7.bis e.f.& li. 9.&c.

12 E D dele & c.11. b

13 C C le.13.de v.p.c.2.h.&.3.d./ G le.Ga. aliter ibi./E C le.de v. p.c.7.e. f

14 A B le.cap.14./ D dele iugula/E B le. c.15.d.& lib. &c.

15 B G le.Ga.15.a./C R le.de v.p.c.11.h

16 D H le.& c.15. c

17 A A sub A adde hęc, B Ga.lib.4.anat.c. 2.b./H M le. & cap.e.

18 A A le.c.12.f/E B pro recipiat le.respirationis / C le.articulũ mouentib.& li.13. de v.p.c.13.&c.

20 B E pro sodis le.sedis/E B le.Ga.li.3.

21 C K le.c.7.fo.20.b.c.&c /H O le.†dearticulationem

22 A A le.Ga.li.8.de v.p.c.6.g./B F le.c.15. g.h. & lib.16.c.4.g./D L le.13.aĩa.c.5.& Haly.2.theo.c.10./ N le.c.5./P le.&.13. aĩa.c.5. & sic le. c.5.vsq; ad H in.9. locis eiusdem citationis./ H M dele totum.

23 A A le.Ga.li.13.de v.p.c.7.e f./B G le.& li.16.de v.p.c.10.e.& li.7.anat. &c./E A dele trac./ H L le.fen. 8.t.1.cap.1. &c./ A C le.Ga.lib.9.de v.p.&c./C N le.13./ Q le.pancreon/ S pro & d. lege & dicit/ F G le.6.de v.p.c.14.h

25 F C le.tm̃.G.li.14.de v.p.c.8.a.b.& li.5. aph./F pro zanat.le.3.anat.&c./H M le. & li artis med.c.9.b

26 C K le.theo.c.2./ E A le.de arte.medi. constit.c.19.e./D le fen.1.t.1.c.5.& t.4. c.7./F G le.c.8.fo.14.b

27 A B le.cord./C G le.li.7.de Hip.&c.

28 B H dele.& li.1.loc.affe.c.1.h /D O le. Haly.li.6.theo.c.1./E H le.Ga.li.5.&c./ F O dele.10./H V le.6.theo.

29 D I le.Do.2.sũ.2.&c./ E C le.li.4.F.3.t. 1.&c./F G le.G. li.14.&c./G N le.li.4.F. 3.t.2.c.15./O le.c.6./H S le.li.3.aph.&c.

30 B D le.c.2.g./C H le.c.8.g.&c./E A le. t.2.c.61.&c./F I le.sũ.1.c.14.& li. 3.fen 1.t.4.c.23.& Fen.13.&c./N le.& li.3. fen 1.&c./H S le.& Rasis.30.&c./B le.fen.3. in proœmio.

32 G I le.aph.18./H N le.li.3.aph.3.

33 B E dele ibid.5./H ꝑ ibidẽ le.477.3.&c.

36 B G le.Ga.li.2.de vic.rõne.55.c./D I le. apho.1.c.& Hip lib.6. epid. ꝯmẽ.4.14./ N dele.2.de ca.symp.c.5.e.& li.&c./E C le.& li.3.fen.1.c.23.& fen.13.&c.

37 A B pro fac.le.simpl./C pro facul.le.simpl./D I le.c.4.e

40 D A dele.c.3.c./H R le.c.10.e./S le.G. li.de cau. mor.c.10.e.f./ Y le.li.2.

41 A A le. G.li.2.de cau.&c./C adde in fine & G.2.de cau.sympt./F le.& lib.2.t.2.c. 546.& li.&c./D T le.c.4./V le.li.de vir. cor.t.1.c. 4.

42 A A dele.c.12./B le.G.ibi.c.3.h.a./B le. ibi.c.4.b./B C le.G.ibi.& li.3.& 4.de sa. tuẽ.c.2.f./H le.& G.li.3.de.&c /C N le. G.2.aph.&c./D R le.G.li.2.&c./E A le. Ga.li.&c./B pro pul.le. resp./H S le.Ga. lib.5. loc. &c.

43 A D le.c.5.d.e./C L le.51./H O pro.9. le.8.fo.14. &c.

44 A A pro.9.le.8.fo.14.&c./C H secũdo, Gal.ibi. 2.de temp.c.4. e./D L le.c.17./ E A le.c.4./C le.li.3.ꝓgn./G G le.c.2./ P dele & li.2.t.1.c.3.

45 A A le.fẽ.1.do 6.sũ.1.c.3.& G.li.8.&c./ B dele totũ,& b correspondẽs in textu./ B D le.Hip.1./G le.& Ga.2.loc.aff.c.8. fo.14.b. &.3. &c./C P le. Ga.ibi.c. 33./ F C le.c.52./E le.& ꝯmẽ.2./F le.cõ.2./ H S le.Raf.t.2.c.20./H Z le.ex insomnijs.d.& sic inferius vbiq;.

46 B M le.loc.aff.c.7.b./E A le.& G.de totius.&c.& dele gña./C pro a le.&./F D le.in. 1. Hipp. de morb.vulg. 10.h.&c./ H L le.c.2.& c.3.

47 B F le.G.li.2./G le. Gal.li.1./C K le.ad Tyron.c.8.g

48 B B le.G.li.1.de dĩjs pul.&c./C K le.G. li.1.&c./K le.G.li.1./D R le.ca.8.& G.li. 1.de cau.pul.c.7.g./E A le.G.li.1. &c.

49 G D le.pauci offendantur.

50 G N le.c.8.

51 A A le 7.theo. c.7. &c./B I dele.8. a./ C L le. ligustrũ./N le.Alza. ibi.& Raf. 456.2./Q le.64.b./D Z le.loc.af.c.4.b./ B le.cõt.t 9.&c./F B le.li.7.theo.

52 A A le.Fẽ.2.t.1.& inferius le. ægro.2./ C le.fen.2.t.1./D le.fen 2.t.1./F le. fen 2.t. 1./G le.Raf. 31. &c./C R dele ibi./ S le.fen.2.t.1./V dele.c.1.&c./D Y le.& li.4.F.2.t.1.c.84./A le.t 3.c.7./E D le. & Raf.t.10.c.30./H O le.2.ꝓgn.34.c

54 A E le.31.ꝯt.t.9.457.3.&c./C G le. sandarachæ./F K le.c.77.&.16.oppo.&c.

55 F F le.aph.83./G V le.& Haly.li. 9.the. c.27./H E le. progn.14.c.

56 G E le.85. b.c. & de arte. &c./H H & Aet.li.1.ser.4.c. 3.

57 B D le.Aet.li.1.sermo.4.& ita in.12.locis.paulo inferius citatis.

58 G N le.3.aph.24./H X le.siriasis.

59 C M le.3.aph.25./D R le.Hydrocephalon./F C le.ꝙ aĩ mo.tem.seq.c.16.&c.

61 B C le.c.2.h./G M le. Ga.1.

62 C O le.doc.3.sũ.1.c.11./E C pro opposita le.optima./D dele &.3.35.f

64 A C le.Fẽ.6.t.1./B G le.G.li.5.&c./H le. rõne.2.h./E A le.c.8./G K le c.8./H S dele.&.et pone T ante G,& lege sic, Ga. li.1. de cau.symp.c.8.h.& Raf.t.4.c.3.

65 C M le Doc.4.c.4.& fen.2.do.2. sũ. 2. c.14.& li.2 c.546.& li.3.fen.13.t.1.c. 30. & Fẽ.20.t.1.c.46. & li.4.F.7.t.4. c.4.

66 G S le.c.7.c.atr.

67 C H le.ser.4.c.30./I le.ser.4.&c.& inferiꝰ le.c.24.& ꝑ K le.et. &c./G E le.c.6.e

68 A E le.alimen.c.42.d.&c./E B le.& li. 2.t.2.c.546./G O le.c.26.

69 F G ꝑ in le.t./H Q le.ĩtẽperie.c.8.e.&c.

70 D K le.c.527.& li.&c./F G le. pone in fine Raf.ibi./H le.c.321./G N le.per gene.c.2.fo.231.f.&c.

71 A A Ga.1 &c./B G le.c. 1. b. tm̃./C R le.ę.2.c.& c.1.h./S le.intempe./G P le. c.89.d.e.f./H S le.t.2.c.7. &c.

72 A A dele.li.1./C le.fen.11.t.2.&c./B F le.cap.5.& G.4.aph.5.tantnm./C K le. c.2.fo.103.e./D G le.& Ga.li.1.&c./P le. do.2./Q le G.11./E B le.& doct.2.c.12./ H O le.c.15./P le.& Raf.t.4.c.14.& dele reliqua./T le.&.4. apho.2.

73 A A le.de vic.rõe.11.a. &c./B le. & ex arte med.c. 99.e. &.13. metho.c. 11. b./ D Q le &.13.&c./T le.G.5.&c./E C le. &.1.aph.3.& Raf.12.cõti.&c.tum adde alterum D, & le. Hip.& G.6.de morb. vulg.c.2.28.e

75 H M le.t.1.&c.

76 B B le.t 1.c.5.

77 A E le.icteritię./B M le. spasmo./N le. sopori./D D le.c.143./E D le.c.3.& Ga. 2.&c.

78 C O le. ad Glau.c.14.c

79 A A le.t.7.c. 21.&c./C M le.c.23.e

80 A A post.28.adde.t 2.c.35.& dele sequẽtia./D X pro X le. et/C,pro C le.A.& le. li.3.F.3.c.9.& cõnecte, quę erãt post.B

81 C L le.c.3.fo.2. f.d. &c./E A le.c.1.fo. 2.c./B le.G.ibi.&c./G le.G.đ cucur.ibi./ F Q le.c.8.&.9.& Ga. &c.

82 A A le.li.3.fen.&c./C le.fẽ.2.do.2.c.1./ B H le.fen.1.doc.1.c.1.& oppo.li. 4.fen 3.&c./E B le.c.196.&c./F L le.specie vitrioli./G M le.li.4.fen.3.&c.

83 E D le.t.2.c.3.& G.ibi.c.6.h./F K le.4. cant.c. 33.

84 D Q le.5.h.&.6.a

91 D B le.& li.1.natur.facul.c. 2.a

109 G K le. Dio.li.3.c. 133.

138 H X le.li.9.simpl.fo.65.d e./Z pro lapidea.le.lapides.

145 C R le.Dio.li.4. c. 153.

151 H O le.6.simpl.fo.46.h.& Aet. &c.

167 A C le.cap.756.

169 G N le.lib.7.fol.383.26. sed nihil dicit. Auic.repetit.c.48.

368 H L pro.6.aph.le.7.

381 C G le.Hip.de natu.pueri. 38. 2.

419 D P le.li.3.fen.1 t.1.c.29. &c.

Errata textus ſic corrige.

folio 8 F linea.4.lege [δ] ſuperflua.& in eadem linea le.Et [γ] frigiditas.

9 G l.13. le.[q] tertiũ,ſicut./H li.5.le.Et [r] etiã

14 D l.2. le. quę à roſtro corui { * } deſcendunt.

15 D l. 2. le. [s] Et vngues

17 A l.5.le.[a] De anatomia./A l. 6.le.[b] Mandibulæ

21 H li.vltima le.ad maxillæ [o] †{ }& ad latum

22 G l.6. le.partientis/H l.5.le.egreſsio [l] eſt

26 D l.10.le.ex {tranſuerſo}& adde in margine,obliquo/F l.1. le. {tranſuerſos} & adde in margine, obliquos/G l.3. le.{latitudinẽ}et adde in margine,obliquitatẽ

28 F l.5.le.compoſitæ.[m] Simplices autem

34 G l.15.le.matrix

36 A l.14.le.non multus differt

40 D l.14.le.et [d] nutrimentũ.l.15.le.&[d] medicina/E l.9. le. ita vt ex eis/H l. 11. le. aut [u] ſiccitas

41 C l.15.le.[q] Dicemus

44 E l.4.le.ad colorem.

45 F l.16.le.à bonitate

51 D l.11.le.[b] quidam

52 A l.10.le.exiſtit [f] et

54 F l.9.le.[k] Arenoſa

59 B l.16.le.[i] cum

64 D l.5.le.hepaticum./ li.11.le.abſithinum/ E l.4. le. conuertetur

66 G l.7.le.[u] fricationẽ/et eadẽ linea le.[u] matutinis./l.8.le.[u] Et da eis/ li.9.le.[u] quietem [u] temperate./l.14.le.ſit plus eo

67 C l.14.le.[i] ſeptima/D l.13.le.olera autem quibus

68 G l.12.le. niſi, ſine charactere.

69 G l.4.le.[h] caput/H l.5. le.aut apoplexia: et [m] moriuntur

73 E l 7.le.[d] Cumq;

74 H l.10.le.neq; [α] etiam, et in margine legatur Supra α

77 A l.13.le.doloribus

78 H l.14. le.[r] Et cum hoc

80 C l.16.le.[y] inciditur, et qñq; [y] extrahitur

82 B l.14.le.ad hoc/H li.vlt[a] le.{ alcheſſir}

83 F l.16.le.ſicut talc

84 C l.1.le.cum eis

174 F l.9.le. generat

246 C l.6.le.ranunculo

476 F l.6.le. vulneratis

485 F l.6.le.porrum

492 B l.2.le.De {vitriolo}.i. atramento, et alumine.

ANDREAE BELLVNENSIS, ARABICORVM nominum quæ in hisce Auicennæ libris sparsim legebantur, ad mentem expositorum Arabum Latina interpretatio. Quibus quamplurima addita sunt asterisco insignita.



Aulusen seu aalusen secūdum Ebēbitar scribitur p duplicē literā alef, & est herba habens folia parua cito cadētia, fructus uero ipsius est maior folijs, & est ad quantitatē seminis cucurbitæ figuratus ad formam clypei secundum hanc figurā. et fructus hic habet duas tunicas, iter quas sicut in uagina a dextris et a sinistris continentur semina lēticulis paruis similia, et in quolibet stipite istius herbæ multiplicātur huiusmodi fructus. Et stipites non eleuātur a terra nisi circa quantitatē palmi. Et apud Arabes uaginæ cōtinentes semina dicūtur fructus. Et quia iste fructus similatur altors, qđ Arabice interpretatur clypeus, ideo talis herba nominatur Arabice altorsia.i. clypealis. De hac herba scribit Auic. 4. can.cap. De cura morsus canis rabidi. De iuuamento etiā huius plantæ contra morsum canis rabidi scribitur diffuse in libro Ebenbitar de simplicibus. Et est ualde nota in Syria.

Abadan est regio, in qua reperitur aliquid ex blactis byzantijs secundum Auic. 2. can.cap.de blactis byzantijs.

Abarich.i.uasis paruis.s.amphialis.

Abenaui.i.babuin, et est aīal simile cani latrans in nocte, & comedit cadauera, et in Syria inter Damascum & Berutum reperitur tale animal in magna copia.

Abhel secundum glosā Arabicam nō est uerū alharar, sed ē spēs eius. Et in lib. Ebēbitar scribitur, ꝙ illi, qui dicunt abhel esse alharar, errāt. Et auctoritate Dioscor. ibidē scribitur, ꝙ folia arboris abhel sunt similia folijs cypreßi. Et quidā dicunt, ꝙ similantur folijs tamarisci, & ꝙ fructus abhel similatur aliquo modo nabach. Verū fructus abhel est ualde notus apud aromatarios Damasci, & habet magnitudinē quasi nucis cypreßi, et colorem rufum ad nigredinē declinātē. Et cortex eius habet quasdā eminentias mirabiliter & naturaliter figuratas. Et physici orientales utuntur hmōi abhel in decoctionibus ad menstrua prouocanda, sicut in Italia administratur sauina, unde ex operationibus et ex folijs abhel similibus folijs tamarisci, ut dictū est, iudicari pōt ꝙ sit fructus sauinæ, aut spēs eius, & ꝙ non sit fructus iuniperi, sicut credunt Itali & ꝙ non sit etiam fructus alharar, quæ est species pini syluestris.

Abißie est regio orientalis, ad quā transit Nilus fluuius, & ideo quidā opinantur ipsum ab ea originē trahere, & ab hac regione Abißini dicuntur Aethiopes orientales.

* Abimentū suri seu syrum est atrimentū, seu uitriolū rubeū, ut patet. 2. can.cap. de antimonio, & cap.de atrimento.

Abuhali uide in proœmio.

Abutilon est plāta habens fructum, & folia similia fructibus, et folijs cucurbitæ. Sed fructus istius plantæ est longus non rotundus, & reperitur huiusmodi planta in ciuitate Gazæ non multum distante a Hierusalem.

Aburbatus est nomen medici.

Abulusan seu aiulusan est pondus duorum obolorum.

* Abugilesa.i.lactuca asini.

* Abuchalesa est species lactucæ asini.

Acacia uide alcharad.

Acetum almosos est brodium almosos acetosum.

* Acetum crudum.i.acetum ualde acutum.

* Acetum capparorum.i. acetum in quo conditi sunt cappares & folia eorum.

Achmas est pars cōcaua uel curuata in plāta pedis ad latus domesticum declinans.

Achalat uide altarich.

Achasunas est species lactucæ asini.

Achsunesi est pōdus, ut patet. 5. can. in ulti.

Achtalach albachel est permistio rationis seu intellectus.

Achsat est pondus.i. Kist.

Achid albaneb secundum aliquos factum ex floribus uuæ seu uitis. Quidam alij dicunt ꝙ est factum ex succo uuæ multum inspißato ad substantiam mellis, & hæc uidetur uerior sententia.

Achsuta est nomen ponderis Græcorum.

* Achma secundum Arabes est cortex exterior continens grana cardamomi.

* Achtalegi.i.iectigatio.

* Acorus uerus est radix illa quæ Venetijs administratur loco calami aromatici.

Acustum secundum glossam Arabicam est interfector lupi.

* Acus subselliorū sunt acus longæ, quibus construentes sellas equorum utuntur.

* Adadkir.i.squinanthi.

Adbe uide alathel.

Adesia safra est ferculum ex lentibus excorticatis habens colorem citrinum.

Adincharut est radix herbæ assæ, ex cuius radice extrahitur gummi assæ.

* Adiutorium est pars brachij, quæ est inter spatulam & cubitum.

* Adriun uel adriune quid sit lege secundo can.

* Agiani.i.quod nascitur in loco humido paludoso.

Aheal.i.unctuosum pingue, & alheat siue alalheat.i.unctuosa uel pinguia.

Aiulusan uide abulusan.

* Aiul.i.in mense Decembri.

Alanamel sunt extremitates digitorum, quæ a uulgaribuus pupulæ appellantur.

Alachabalium, id est calcaneo attributorum.

Alargiuan secundum Ebenbitar est herba cuius flos & folia sunt rubea ualde, & tinctores utuntur ea, & res colorata colore rubeo dicitur habere colorem alargiuani. Dixit Sirasi ꝙ color alargiuani est color compositus ex citrino & uiridi, quibus superuenit nigredo. Dixit lachi abbreuiator. Auicen. cap. de coloribus urinæ ꝙ color alargiuani in urina est color rubeus ad nigredinem tendens. Et hæc herba secundum quosdam Arabes nascitur in mari, & ideo quandoque dicitur alargiuan marinum.

Alarfegi quidam dicunt ꝙ est bulbus, & ꝙ est radix amara.

Alargiba est numeri pluralis istius nominis alargiaba, quod est funis suspensa siue suspensorium, in quo pueri sedent, & ludentes mouentur: & talis motus dicitur alargiubat & etiam altergiba: & uulgariter dicitur uiscolo.

Alastardad fricatio est fricatio reductionis, et est fricatio post exercitium, quia reducit superfluitates ad exteriora quæ aptæ erant tendere ad interiora, & fit cum oleo humectante.

Alasceilem uena secundum Serasim est uena quæ est inter digitum annularem, & auricularem situata, & apud Latinos communiter dicitur saluatella.

Alarchub in homine idem est quod clauicula pedis, In animalibus uero est duo additamenta neruosa habentia ungulas in parte posteriori pedis situata, ut patet in porcis & bobus quæ quidem ungula non tangit terram. Alij uero Arabes dicunt quod est neruus grossus in parte posteriori pedis descendens, & terminans ad calcaneum.

Alacriti est illud, quod oritur in insula Cretæ.

* Alanoch.i.plumbum.

Alaunoch.i.stannum.

Alacath seu alacad. uide alraib.

Alaharas, id est mucositates stagnantes intestina.

Alasfest secundum Ebenbitar est uocabulū persicum, & est idē quod fasfasa quæ

est species trifolij, quod datur equis impinguandis, & in Syria est cibus omniũ animalium. Et dum est sicca, appellatur cot, & dum est humida, appellatur alrathbe.

Alarazi uide ratinegi.

Alasfan seu alasfahan est regio Persiæ, & illud quod oritur uel defertur ex ea dicitur alasfahani.

Alachauen seu alachauan est matricaria, et illa dicitur alachauen alba cuius flos est albus circunferentialiter, & in medio est citrinus, sicut patet in matricaria. Et uulgares Arabici appellant alachauen herbam quæ apud Latinos dicitur calendula.

Alastergar est illud de quo scribitur secundo can. cap. astargar.

Aladar est prosequi equum currentem cũ baculis ipsum percutiendo, cum gradũ seu cursum sistere uoluerit: & est exercitium forte.

Alasachafe uide enclaustrum uel tinctura nigra alasachafe.

Alaferse uide uentositas alaferse.

Alaschar apud Arabes est color pilorum barbæ aut capillorum rufus, et uulgares appellant pilos huiusmodi rubeos.

* Alachad & alzemena .i. eius qui sedet et non potest stare.

Alathel est arbor nota in Eegypto habens folia similia folijs tamarisci, & ex hoc quidam putant q; sit species eius. Sed alathel est arbor magna cuius rami dilatantur, & faciunt umbram, & semen huius arboris appellatur Adbe seu adhebe, & est stypticum, & apud medicos orientales est ualde in usu. Et Ebenbitar multas proprietates scribit de hac arbore, & semine ipsius, inter quas est q; semen eius impinguat, & infusio seu decoctio eius prouocat uomitum. Et appellatur etiam chermazech huiusmodi semen siue fructus, & administratur in medicinis stypticis exiccatiuis. Et chermazeth appellatur etiam fructus tamarisci.

Alame est solutio continuitatis in panniculo dura mater appellato.

Alalem idem est apud Arabes quod dolor. Verum dolor non attribuitur nisi sensui tactus. Alalem uero est communis ad sensum tactus, & ad alios sensus cum non percipiunt obiectum conueniens. Et sic secundum Ebenefis expositorẽ Arabicum isti duo termini differunt secundum magis & minus. Secundum uero alios Arabes termini isti cõuertũtur. Et glossa literalis Arabica dicit q; alalem idem est quod ægritudo, unde Arabes appellant membra alaleme membra infirma, & si sint absque dolore. Et iste terminus alalem seu alem seu alm quæ idem sunt, deriuatur a iulẽ uerbo Arabico quod significat idem quod dolorem efficit. Et ugia idem est quod alem apud Arabes.

Alahadate uide ætas alahadate.

Alastada .i. uide exercitium alastadad.

Alabarie uide ossa shemie.

Alabar .i. plumbum.

Alantifac est tumor palpebræ.

Alasfius est herba psyllij, uel secũdum alios est semen psyllij.

Alasfar sunt extremitates palpebrarum in quibus sunt orti, & fixi pili.

Alarbian ut scribunt Arabes, sicut Ebenefis, & alij est animal aquaticum declinans, ad colorem citrinum, & de eo est salsum, et de eo est recens, & dicitur etiam q; est species stincorum, et dicitur etiam de carne molli addita in naso quæ conuenit cum hæmorrhoidibus.

Alarach est lignum arboris delatũ ex Mecha, quo Aegyptij, & Syri, & Persici communiter fricant suos dentes.

Alachdain .i. duabus eminentijs posterioris partis capitis.

Alatun est lapis super quem frequentatur accensio ignis, sicut lateres furni.

Alasachfe est atramentum nigrum, quo utuntur præparatores coriorum, sicut scribitur in libro Alchuin Arabico.

Alaseras est radix uiscosa sicut consolida, & ex eius puluere fit colla, quæ ualde est in usu Damasci. Et reperitur aliud alaseras quod est alcanthi .i. aphodilus. Et uerisimile est q; alaseras prædictum sit species consolidæ. Alaseras etiam dicitur de radice aphodili.

Alabezir .i. specierum aromaticarum.

Alasere .i. lineamenta.

* Alachabab .i. calcaneum.

* Alasfidbagiat .i. iura carnium pinguiũ.

* Alasnhe .i. usnee.

* Alazadach quid sit uide .2. can.

* Alastarach .i. storax.

* Alaserang .i. minium.

Alabathein .i. duas subascellas.

Alani .i. lutum comestibile.

Alacham .i. re obturante foramen.

Alalheat uide aheal.

Alathna .i. unius tabulæ ossis.

Alachich .i. corniolæ.

Alasif secundum quosdam est capparis.

Alasmazoni uide color alasmazoni.

Alatrongi uide color alatrongi.

* Alarde est tinea corrodens ligna, & libros. Tinea uero apud Arabes est illa quæ corrodit pannos.

* Alanthalmisa est alberẽnagelef & dicitur quod est amomum syluestre.

* Alasafrai est nomẽ speciei uiperæ ex qua fit theriaca.

* Alasnan est herba alkali ex qua fit puluis abstersiuus usitatus in balneis apud Arabes.

* Alagiasie est ferculum factum ex prunis elixatis uehementer, & postea tritis.

* Alhassafir .i. passerum.

* Alanach .i. plumbum.

* Alagiazi uide albagiazi, quia sunt idem.

* Alagiami uide ligamentum alagiami.

* Alachsarar, uel alachsar .i. infrigidationem uehementem.

* Alagiel .i. albi & mundi.

* Alanagiel est species muscarum, seu cecarum quæ sugunt sanguinem ab animalibus hærendo eis.

* Alambat .i. rabidum seu furiosum.

* Alazarach colorata colore cineritio.

* Alanoi et Alabar sunt synonyma aliqñ, & significant plumbum nigrum, ut patet ab Auic. 2. can. cap. alaunos.

* Alarazi est species pini .s. arbor in qua reperitur ratinegi .i. gumma pini.

* Alasnhe, id est usnee, de quo Auicen. in secundo can.

* Alassach uel assach est gummi ammoniaci, seu est ammoniacũ de quo in .2. can. cap. assach, & apud uulgares Arabicos dicitur Vssach.

* Alabathi uide uenæ alabathi.

Albrẽgia kebuli albrench kebuli est semen de quo habetur ab Auicen. 2. can. cap. Brengi kebuli, et est dictio persica. nam brench seu brengi apud Persicos significat rizum, & totum aggregatum, scilicet brengi kebuli significat rizum kebuli.

Albagadedi est illud quod oritur in regione Bagaded, quæ est regio Media inter Indiam & Armeniam.

Albelut uide Gieft albelut.

Albedasnan est inflatio nasi cum rubedine fusca in ipso.

Albelchend sicut exponit glossa Arabica et Sirasi est panis azymus frixus in oleo et submersus, seu intinctus in aliquo dulci sicut mel, aut sapa, aut similia.

Albehar est species ozimi seu basiliconis. Ebensis autem in libro suo de simplicibus dicit, q; est illud quod nominatur chiaosegem .i. oculus bouis.

Albhear est dyspnœa seu difficultas anhelitus causata ex repletione arteriarum, & est species asthmatis.

Albucalmun uide almencalbun.

Albengi .i. hyusquiamus.

Albassari uide alcarad.

Albegi seu allebegi aut allebengi secundum Ebenbitar auctoritate Dioscoridis est radix quæ defertur ex India habens colorem rubeum.

Albegath sunt aues magnæ, quæ semper uolant iuxta terram.

Albedo oui apud Arabes intelligitur pars albuminis oui uiscosa grossa. Pars uero eiusdẽ albuminis, quæ est subtilis, apud eos appellatur alzenbach oui seu alrachich oui, nam isti duo termini idem important.

Albegiendach uide allui.

Albazi ẽ auis, quæ dicitur falco pegrinus.

Albagiat uide bagi.

Albusten abruzi secundum Ebenbitar est herba cuius folia similantur folijs citruli seu cucumeris anguinalis.

Albeizadach est species balaxorum.

Albathaia sũt loca paludosa uel lacunarũ, ubi nascuntur iunci, & cãnæ palustres,

Albesti.i.pinguibus.
* Albebili.i.babylonici.
Albbeth.i.cibarium ex rizo & amylo & melle aut alijs rebus dulcibus.
* Albasach est auis quæ dicitur accipiter.
* Albathbat est uirga pastoris.
* Albis.i.napellus.
* Alberseme, ut exponit glossa Arabica, est uisio facta cum conatu, & uehementia apertionis oculorum.
* Alberheme est continuatio uisionis in re aliqua cum quiete palpitationis et absq; conatu & absque uehementia apertionis oculorum.
* Albi morastan.i.hospitalis.
Albisi est medicamen, in quo cadit albis.i. napellus.
Alberzachali est confectio, de qua scribitur in antidotario in cura lepræ.
Albhere est locus circa umbilicum.
Albahud est aldidar quæ est arbor cimicū.
Albaud.i.pediculi Pharaonis.
Albiram.i.bacculo.
Albaragen.i.radicem.
Albheaim, id est animalia domestica sicut iumenta.
* Albadrugi est species basiliconis habentis folia lata.
* Albelagin.i.quæ ad ætatem peruenerūt, ut sit aptacoire.
Albalchi est regio Persiæ.
Albuscir.i.tassi barbassi.
Albacham.i.uerzi, & est lignum rubeum, quo tinctores utuntur ad colorem rubeum faciendum.
Albedarumbe.i.melissæ.
* Albesd est radix corallorum proprie secundum expositores Arabes. Almorgian uero est ipse corallus, sed apud aliquos sunt unum & idem, & significant corallum.
* Albede est ferendum factum de rizo sicut puls.
* Albhaire uide lutum albhaire.
* Albotin uide granum uiride.
* Albaras uide alguada.
Alchatin est pars continens spōdyles quinque qui sunt imediate infra spondilē.12.
Alchangiari est nomen deriuatum ab hoc nomine alchangiar quod significat gladium ualde usitatum in Syria, & est ad latitudinem tendens cuius cuspis est incisiuus, et chartilago in fine thoracis quæ aspectum habet ad os stomachi, denominatur alchangiari, quia extremitati gladij prædicti assimilatur.

Figura gladij alchangiar.



Alcabt uide electuarium alcabt.
Alcahab uarie exponitur ab Arabicis. Quidam enim dixerunt quod est pars ossuosa eminens in parte domestica pedis, & in parte syluestri, quæ quidem eminentiæ se opponuntur directe, & sunt extremitates ossium cruris, uidelicet cannæ maioris & minoris, & talis pars communiter appellatur clauicula pedis, & ab imperitis tenetur quod talis pars sit alcahab. Medici uero indagatores ueritatis asserunt q; alcahab est pars pedis infra duas eminentias supradictas, scilicet infra clauiculam, & incipit ab anteriori parte pedis infra rascetam pedis, & terminatur ad calcaneum. Et si quis bene consideret uerba Auicen. primo can. cap. de anatomia pedis, fatebitur quod alcahab non est eminentia, sed pars infra eminentias ut dictum est.
Alchad est pars carnosa musculosa situata infra oculos supra os maxillare superius occupans magnum spatium faciei. Pomus uero maxillaris qui paruum occupat spatium & a quibusdam Latinis gena uocatur, ab Arabicis appellatur ugene.
Alcharha naturalis idem est quod caluities naturalis. Casus uero capillorum propter ulcera seu bothor seu tineam in capite, & similia, dicitur apud Arabes Alcharha non naturalis.
Alchalach est inquietudo causata a calido æstuoso, aut a re alia stimulante, et lædente.
Alcola est ulcus paruum quod accidit in panniculo oris, & linguæ quod non est putridum proprie: illud uero quod est putridum proprie dicitur corrosio.
Alchafazi est saltus sursum ad rem ut cum ea saliens suspendatur, & est exercitiū uelox uehemens.
Alchalambat secundum expositores Arabes maxime Ebenbitar est gummi arboris fisticorum. Alij dicunt q; est gummi arboris albotin.i.terebinthi, & est terebinthina.
* Alchatrab uel cutubut quid sit lege tertio can. fen prima trac. quarto, capitulo.20.
* Alcholzemi, id est reperti in mari rubro.
* Alchelefut patet lib.4. fen de decoratione, idem est quod pannus seu macula.
Alcheta est cucumer longus arcuatus subtilis, qui apud Latinos dicitur cucumer anguinalis seu citrulus, & reperitur in Syria, & etiam Venetijs in hortis religiosorum.
* Alchadi uel alchadā, id est ea quæ in oculo cadunt extrinsecus sicut paleæ &c.
* Alchiuamenich est mistura ex puluere panis hordei cum sale, & aqua apij & alijs incisiuis.
Alchuamich uel chamach sunt res præparatæ cum aceto & sale sicut cappares, & oliuæ, & alia olera. Et sicut scribitur in libro Menagi albiam Arabico alchuamich quandoque fit ex mētastro, aut ex alijs herbis acutis cum sale trito, & lacte simul adinuicem permistis in uase obturato, & soli exposito, donec fermentetur, postea adduntur semina, aut species acutæ ad libitum & secundum exigentiam. Quidam uero faciunt alchuamich absque lacte permiscendo herbas odoriferas acuti saporis cum sale, & farina hordei uel frumenti, & parum aquæ, & talem mistionem exponunt soli per aliquot dies donec putrescat, & fermentetur, deinde usui reseruatur, & huiusmodi est uerum alchuamich apud aliquos Arabes. Et nota q; alchuamich est terminus pluralis numeri. Chamach uero seu alchamach est singularis numeri. Et ideo quandoque reperitur chamach de capparibus, & similia, & per chamach debet intelligi confectio modo suprascripto.
Alcubab uel alchebab est caro minutim incisa seu trita, postea compressa ad formam rotundam ad quantitatem nucis uel circa, & postea assata uel frixa in aliquo unctuoso, uel elixata in aliquo ferculo sapido muzo, & quandoque cū prædicta carne permiscentur herbæ, et species odoriferæ.
Alcherua est planta quæ dicitur catapucia maior, & apud uulgares Venetos dicitur mirasol, folia eius similantur folijs arboris platani sicut scribit Serapio cap. proprio. Et semen ipsius est uehementer solutiuum, & apud aliquos dicitur granum regale. Et uidi ego huiusmodi plantam in magnitudine arboris ficus paruæ cum stipite, & ramis notabiliter grossis.
Alchael siue alchiahel seu alcheel secundum Arabes, & præcipue Sirasim est locus inter duas spatulas, inde uentosæ dicuntur alchaelie quando ponuntur super alchael.
Alchada sunt eminentiæ posterioris capitis, & uicinæ duabus uenis situatis in latere colli ad caput ascendentibus.
Alcheschar uide panis alcheschar.
Alchathaif uide panis alchathaif, & est cibarium factum ex pasta, & coctum in patella.
Alchāhadue sicut dixit Sirasi, est locus eleuatus supra nocram. Et quidam dicunt, q; est alchafa, id est pars capitis posterior quæ obuiat terræ cum homo iacet supinus.
Alcheffir secundum Arabes est rasboth, id est caro callosa, & est uocabulum persicum, quod significat laminam aut stannum, quibus mediantibus partes uasorum æris discontinuatæ adinuicem coniunguntur.
* Alcharatin sunt uermes rubei qui extrahūtur ex terra, cū foditur, aut aratur.
* Alchafa uide alchāhadue, & Nocra.
* Alchariten est nomen medici.
* Alchaschenagiat.i.cibarium ex pasta.
Alchaser.i.corpus ualde infrigidatum.
Alcalcant est species uitrioli de quo in secundo can.
Alcolcotar est species uitrioli de quo in secundo can.

Alcharad uel alchard, uel alchrath est fructus arboris magni spinosi, qui oritur in Aegypto, & in regione dicta Bassera, quae non multum distat ab insula Ormus in mari uel sinu persico, ubi margaritae piscantur, & talis arbor ab Aegyptijs appellatur Setan. Et licet ex hoc arbore colligatur gummi simile gummi Arabico, tamen gummi Arabicum est illud, quod colligitur ex arbore dicta amgailam. Et Acacia fit ex fructu arboris setan qui alcharad appellatur, & est fructus stypticus in uaginis contentus in modum fabarum & faseolorum secundum hanc figuram.



Acacia igitur fit ex hoc fructu dum est uiridis bullito cum suis uaginis uehementer, postea talis decoctio bene exprimitur, & colatur, & in sole exiccatur, sicut fit succus liquiritiae. Alij uero dicunt quod in decoctione praedicta non solum decoquitur fructus cum suis uaginis, sed etiam cum folijs, & ramulis arboris eius. Et illa acacia dicitur albassari, quae defertur ex regione Bassera supradicta.

Alcarad est species pediculorum habentium plures pedes, et apud uulgares appellantur piattole, & dicitur etiam de cimice.

Alchar siue Alchir est quoddam fluuidum minerale simile pici, scaturiens ex terra sicut aqua ex fonte in regione Bagded seu Niniue, & in loco sui ortus est actu calidum fluuidum. dum uero super terram infrigidatur efficitur ab aere glutinosum & magis densum quam pix liquida, & uulgariter ab Arabicis appellatur Chir.

Alchabegi seu alchubugi sunt coturnices habentes rostra & pedes rubeos, & sunt similes perdicibus in magnitudine, et apud Venetos appellatur coturnix.

Alchata est species columborum syluestris quorum alae sunt longae ualde, & pennae ipsorum & plumae habent colorem qualearum, & cutis ipsorum extrinseca est ualde dura, & propter hoc physici orientales praecipiunt huiusmodi columbos excoriari, & cutem ab eis remoueri. Et in Syria haec species columborum est ualde nota, & habent pedes nigros & curtos ualde.

Alcanabiri est auis nota Damasci, et apud uulgares nostros appellatur Capelluda.

Alchatad seu alchethad est planta spinosa conglobata ualde non multum a terra eleuata.

Alchethed est species cucumeris grossi ad rotunditatem declinantis.

Alcorat est animal, quod adhaeret canibus, & dicitur apud uulgares cecca, & alio nomine apud Arabes dicitur alhalem.

Alchascali.i. simile papaueri.

Alchailan seu alchilan, id est uestigia nigra.

* Alchedar ut scribit Ebenesis, est planta quae oritur in terris Arabum, et flos eius est boni odoris, & lignum istius arboris ingreditur in syrupo appropriato ad uariolas, & morbillos, ut appa ret in Antidotario. Alchedar oritur etiam in regione Mechae, & appellatur ibidem, alchedi.

* Alchondes ut dicit glossa Arabica, est fructus sic nominatus.

Alcanna seu alcona sunt arbores subtiles longae habentes, nodos sicut canna, sed differunt eo quod huiusmodi alcanna non habent concauitatem, & Arabes utuntur eis loco lancearum, & ex eis reperiuntur arbores grossae, ex quibus conficiuntur uasa magna utilia. Et spodium fit maxime ex radicibus arborum praedictarum subtilium combustis.

Alcaramed seu alcaramid apud Arabes sunt late res in igne ualde decocti, & antiquati, & indurati, carentes humiditate putrida.

Alchani seuchani, uide color rubeus alchani.

Alchaten uide color alchaten.

Alchaisum apud quosdam Arabes est planta non multum a terra eleuata habens stipites subtiles, & folia minuta subtilia sicut folia semperuiuae, & color eorum est uiridis ad albedinem declinans cum quadam lanugine, & flos eius est citrinus, & ipse & folia eius sunt amari saporis, & odoris acuti.

Alchencher uide condysi.

Alchude est species sodae quae dicitur galea.

Alchischie est ferculum factum ex hordeo excorticato & fracto.

Alchafad.i. depressio.

Alchathara uel alfatara.i. res eminens rotunda ad extra tumens.

* Alchatatir.i. syringa.

Alcharfie est laesio rationis, quae accidit quibusdam decrepitis.

Alchuzez est dolor uehemens subito accidens in tibijs dormientium, & non diu permanens, qui apud Venetos dicitur grampho, & ab Arabicis uchabal, & ex hoc quod causatur a uentositate, quia cito accidit & cito recedit, debet dici alcuzez, & non spasmus, quia sicut dixit Auic. raro fit spasmus a uentositate.

Alchalithi est quaedam regio sic nominata.

Alchetē, ut scribit glossa Arabica, est aliquid simile alcannae, & Ebenbitar dicit quod est semen speciei alcannae, & est notū in Andalusia. Et bene Albian scribit quod est usne, & usne sunt folia nil.

Alchachali est herba multum commendata a Serapione & Rasi in hydropica passione, & apud physicos Venetos dicitur Soldanella.

* Alchachule.i. cardamomum.

Alchafagi.i. saltus.

Alchuesarech est medicamen compositum.

Alchurais est urtica.

Alcandarus, id est far, quod est species tritici.

Alchandicun est uinum decoctum cum aromatibus, & zuccaro, aut melle, & apud quosdam Italos dicitur clarea, & eius descriptio habetur in libro simplicium Ebenesis.

* Alchusi est piscis habens formam humanam, non certa tamen de eo habetur cognitio apud Arabes.

* Alchaschasi.i. simile papaueri.

* Alchilan.i. uestigia nigra.

* Alcheff est animal quod dicitur gazella, & est simile capreolo.

* Alchubrusi.i. de insula Cypri.

* Alchamba.i. embuba uel piriola seu caput rosae.

* Alchauzi est medicamen de quo habetur in quinto can.

Alcharis idem est quod cibarium factum ex carnibus aut piscibus decoctis cum aceto uel agresta, & aqua.

Alchabisse est cibarium factum ex farina amyli, & zuccaro, & oleo amygdalino aut alio oleo in modum saponiae. Et similiter alseludegi & alchathaif sunt genera cibariorum facta ex zuccaro uel melle, & amylo, & alijs, quae habent oppilare.

Alchiardauach uel alkiardenegi est pullus uel caro auis uel alterius animalis primo elixata, postea assata.

Alchalt est mes indum ut patet ab Auicen. 2. can. cap. chalt. Et quidam dicunt quod est granum seu milium solis.

Alchiebabat seu alchubebe sunt carnes assatae super prunas. Alij dicunt quod sunt ballotae quaedam factae ex carne minutim incisa, & permista cum speciebus, & herbis odoriferis, & talis caro reducitur ad quantitatem nucis aut pomi parui, & frigitur, aut elixatur, & est in usu in Syria, & Aegypto.

Alchusegi sunt pisces absque squammis. sicut sunt tinchae, & similes pisces uiscosi.

Alchunchar est species cardi.

Alchiaschenegi est cōfectio composita scripta in quinto can.

Alchaluch, sicut scribit Benagi Albian, est medicamen compositnm ex croco, & calamo aromatico, & cinnamomo, & alijs aromaticis, ualens ad praefocationem matricis, & dolorem eius, & duritiem eius.

Alchade est priuatio gressus seu ambulationis.

Alchais.i. domum frigidam uentosam, seu domum constructam ex tentorijs frigidam.

Alchenduri uide sief alchenduri.

Alchazani.i. duris bonis.

Alchalche

Alchalche.i.sotularium ueterum.
Alchazach.i.disruptione.
Alcalai,.i.ex stanno.
* Alchanti.i.affodili.
Alcheti est pars media inter collum, et extremitatem humeri.
Alchiab.i.os dictum clauicula.
Alchanaberi est herba de qua in.2.can.
Alcharifi.i.autumnalis.
Alchatha est pars immediate sub alchatin, & supra os caudæ.
* Alchasem est species contusionis sic nominatæ.
Alcherbes est uocabulum persicum, & significat idem quod latine stratum, seu lectum super quod dormitur.
Alchasme.i.communem ex quo transmittitur sanguis pro matrimonio cuiuslibet amborum membrorum.
Alchercheden est animal quod dicitur Vnicornu, habens in fronte cornu unum, & tale cornu est contra uenenum.
* Alchasciri.i.costas mendosas.
* Alchiuamenich est mistura ex puluere panis hordei cum sale & aqua & alijs incisiuis.
* Alcolaia.i.ex specie alcolæ quod est ulcus oris.
* Alchaschenanegiat sunt omnia cibaria ex pasta.
* Alchot uel alchat, siue alcot est farfasa, quæ est species trifolij.
* Alcalcand est uitriolum uiride.
* Alchubeb uel alchubab est caro super prunas assata.
* Alchabus seu chabus.i. incubus, & est ægritudo, de qua Auicen.3. can. fen.1. tract.5.cap.5.
* Alchalanbat secundum Ebenbitar est gummi arboris fisticorum : secundum uero aliquos Arabes, est gummi arboris albotin.i.terebinthi: & tale gummi est terebinthina.
* Alchas.i.lactuca.
* Alchafi.i.superior.
* Alchanan uide alachauen quia sunt idē.
Aldarab est fluxus humoralis chronicus, & apud aliquos est quid commune ad fluxum sanguinis, & fluxum aliorum humorum, & ad fluxum diuersorum colorum, & apud alios est fluxus humoralis sine sanguine, qui latine dicitur diarrhœa.
* Alderire.i.calamus aromaticus.
Aldumel.i.furunculus.
Aldemanil.i.furunculi.
Aldessisi, id est similis frustulis magnis frumenti fracti maioribus quam sint frustula suich.
* Aldumeliæ, id est habentes naturam forunculi.
* Aldabha est animal notum in Syria, & est medium inter lupum, & canem, & color pilorum eius est sicut color ursi, & comedit cadauera.
Aldog seu aldug est lac acetosum coagulatum de quo extractum est butyrum.
* Aldehef, id est hebetudo sensuum & tuum.
* Aldemach est dictio persica, & est idem quod uentus frigidus cum pauca pluuia aut niue.
* Aldeb seu aldab est animal simile liguro seu lacerto, est tamen maius illo, & reperitur in oriente, & uersus Mecham in desertis arenosis.
* Aldarath uide Grana aldarath.
* Aldan.i.ouium, & hoc intelligitur tam de genere masculino q̃ fœminino.
Aldubeleti seu aldubelati est exitura seu apostema quod colligit, & facit saniē.
Aldesbod seu aldesbet est carnositas callosa quæ generatur circa fracturam ossis, et nominatur a Latinis rosbot.
Aldebach est præparatio seu incoriatio & proprie præparatio coriorum cum gallis, & specie atramenti & alijs ita ut fiant dura compacta resistentia rebus duris, & acutis ipsa frangentibus.
Aldum est arbor similis palmæ syluestri producens fructus similes nuce indicæ sed minores, & duriores, quibus fabri lignarij utuntur in capite terebellorum suorum cum arcu commotorum, & est arbor nota apud Mecham, & fructus eius habet corticem durum ualde. Et nota q; bdellium est nomen commune ad gummi quod dicitur bdellium iudaicū, & ad fructum arboris, aldum.
Alduragi sunt aues, quæ dicuntur franculini latine.
Aldib.i.lupus.
Aldib alambat.i.lupus furiosus.
Aldhen.i.mentis seu rationis.
Alduar apud Arabes idem est, quod apud nos reuolutio seu uertigo.
Aldebahi seu aldebani.i.muscalis.
Aldab est animal simile lacerto in figura, sed quantitate maior, & est serpens habens quatuor pedes.
Aldub est animal, quod apud latinos dicitur ursus.
Aldadkir.i.radix squinanthi.
Alderade est extremitas gingiuæ supior, ex qua dens oritur, & egreditur secundum partem eius, quæ apparet uisui.
Aldebagin uide sumach aldebagin.
Aldebha.i.decollatio.
Aldiacud est syrupus seu confectio de pauere.
Aldemest est arbor lauri.
Aldadi est granum simile hordeo notum in Mecha, & de ipso loquitur Auicen. secundo can.
Aldulab est rota, in qua sunt uasa, quibus aqua extrahitur, & euacuatur post modū dum ipsa circulariter mouetur, & talis rota communiter usitatur in Italia apud fullones.
Aldestembuiat sunt species melonis, et sunt rotundi parui dulces, & color corticis eorum similatur cortici coloquinthidæ uiridis mature, et est magnitudo eius.
Et uulgares Damasci appellāt hanc speciem melonis semam.
Aldami.i.ex quo exit sanguis.
Aldidar seu alderdar, uide albahud.
Aldend syni.i.granum regum.
Aldaru est arbustum habens folia & fructus seu grana similia folijs & granis terebinthi sicut scribitur in libro Ebenbitar.
* Aldebach stomachi est præparatio stomachi, & proprie est incoriatio seu præparatio coriorum cum gallis &c.
Aldebach almamul.i.uisci facti cum igne.
* Aldarab apud Arabes quandoque accipitur pro diarrhœa, aliquando pro fluxu stomachali.
* Alcholai.i.plumbum.
* Aldaragi, seu alderazi, id est commissura.
* Aldarach .i. euentus pubertatis in quo homo potest coire.
* Aldarira est calamus aromaticus.
Alem, uide alalem, quia idem sunt.
Alebas est res cooperiens caput.
* Alefeniati sunt species aromaticæ, & dicitur etiam de illo, seu de illis in quibus decocta sunt plurima aromata.
* Alesfius.i.herba psyllij.
Alfhagi, id est deambulationis turpis qua homines incedunt pedibus & cruribus ualde distantibus ad se inuicem, coxis uero, & genibus sibi ualde propinquis.
Alfadag uide chadessan.
* Alfarfir secundum Ebenbitar est portulaca.
* Alfasch.i.contrtioni in longum.
* Alfed uide alnemer.
Alferfengi.i.portulaca syluestris, ita exponitur ab arabicis.
Alfengius uide alsenchal.
Alfeludegi est confectio ex farina amyli, & zuccaro aut melle, & croco parum, quidam addunt oleum amygdalarum & amygdalas tritas, & est sicut saponia. Et descriptio eius habetur in libro Benagialbian.
Alfrach est nomen commune ad omnes pullos, & quandoque dicitur de gallina iuueni quæ nondum oua peperit, sed absolute prolatum dicitur columbinus non habens adhuc pennas completas, nec adhuc ualens.
Alfethi.i.unius anni aut unius cum dimidio aut duorum annorum.
Alfuachat seu alfuachet est species turturum habentium colorem camelinum seu cineritium . Alij dicunt quod est species columborum syluestrium paruorum habens colorem prædictum, & in Syria sunt nota species, & nomen ipsorum.
* Alfacht uide alfuachat quia sunt idem.
* Alfethit est cibarium ex rebus grossis.
* Alfatit est panis durus infusus in aqua,
* Alfachdi.i.agnicasti.
* Alfuache.i.fructuum recentium.
Alfeluzaharagi seu alfezheregi secundum Sirasim est herba ex cuius succo fit litiū indum.

indum. Et secundum aliquos est ipsum litium, & reperitur in India, & apud Mecham.
Alfhed.i.leopardus.
Alfahai est nomen speciei uiperæ, ex qua fit theriaca.
Alfegiue est concauitas cerebri.
Alfasd est euacuatio sanguinis per incisionē uenæ artificiosam, scilicet phlebotomia.
Alfauie uide altuabel.
Alfatara uide alchathara quia idem sunt.
Alfenid sunt penidij.
Alfethian uide æthas alfethian.
Alfetit uide panis alfetit.
Alfagd seu alfachd uide grana alfagd.
Alfesera uel alfasera.i. uitis alba.
Alfeserasin.i.uitis nigra.
Alfaudenegi sicut scribit Ebenbitar tres sunt species. s. cāpestre, montanum, & fluuiale, & propter hoc per faudenegi qñque intelligitur calamenthum, qñque pulegium, quandoque mentastrum.
Alfarsad est arbor mororū dulciū alborū.
Alfagar.i.apertionis oris.
Alfechi est commissura, quæ incipit a superiori parte frontis descendēs per nasum usque ad mentum diuidens faciē in duas partes dextram, scilicet & sinistram.
Alfalfidicun est medicamen compositum.
Alfesafes est animal ex specie cecarum quæ canibus, & bobus, & uulpibus adhærēt sugendo ab eis sanguinem, & Auic. de ipso facit cap. secundo can.
Alfaruzegi est lapis. apud latinos turchois appellatur.
Alfulfuli.i.diapepereon.
Alfesedium est medicamē compositum causticum.
Alfulad.i.chalybs.
Alfelange est herba similis ozimo.
* Alfasch, seu alfesach.i.contritioni in longum. Dixit Sirasi q alfasch est elongatio partium musculi ad inuicem.
* Alfelengiemesch, uel alfrangiemesch est species basiliconis.
* Alfelfelmun uide fulfulmun quia sunt idem.
* Alfersad uide mora alfarsad.
* Alfeserasten, uel alfaserastin est species uitis albæ.
* Alfelestim.i.illius regionis sic nominatæ.
* Alfaich quid sit uide fen.9.3. cap.1. de anatomia gutturis.
Algiethu est sessio hominis super calcaneos pedum suorum iuncturis poplitum plicatis, & super terram adhærentibus.
Algam est passio animæ dolorosa ex apprehēsione alicuius damni præteriti absque spe aliqua prohibendi illud, aut ex timore alicuus mali absque spe euadendi ab illo, & ab hoc nomine algam deriuatur hoc uerbum iegam.i.contristant cum timore absque spe.
Algarichi, sicut exponit glossa arabica, sunt cortices subtiles interiores ouorū. Et Auic. cap. de cura algarab, & apostematum alchrymaliū dicit. Et ex eis quæ mūdificant est, ut sumatur garichi arundinum.i. panniculus subtilis interiorum adhærens superficiei concauitatis cannarum, qui panniculus simulatur cortici ouorum prædicto.
Algarab est arbor magna nascens iuxta flumen Euphratis, & arabicæ etiam dicitur Athaa. Et quidam dicunt q est salix, sed non est ita
Algarabe est apostema uel fistula lachrymalis in angulo lachrymali oculi.
Algisuan secūdum glossam arabicam est dictio persica, et est dactylus immaturus, & aliqualiter elixatus, & decoctus, & postea exiccatus in sole, & huiusmodi dactyli infilzantur in chorda sicut pater nostri, & deferuntur de Mecha, & administrantur ad stringendum uentrē.
Algielban est herba producēs semina, quæ & ipsa arabice dicuntur algielban, & apud uulgares latinos dicitur ceserchia seu cesarella.
Algasas est dispositio, in qua cibus remanet circa partes gutturis, & in meri nō deglutitus, & non descendit nisi bibatur aliquid, aut collum extrinsece patiatur.
Algiassie est ferculum factum ex prunis elixatis uehementer, & postea tritis, & colatis per tamisium in decoctione sua miscendo huiusmodi misturam cum pane cocto, aut cum tri decoctis, aut cū cucurbita, & similibus, & est in usu in oriente.
Algiaife est separatio continuitatis, quæ peruenit ad substantiam cerebri.
Algielagiel est instrumentum factum ex duabus laminis aurichalci, quarum figura est in modum scuti rotundi parui, et est habens in medio quandam concauitatem, & fit sonitus percutiendo artificiose laminas prædictas adinuicem. Et est ualde in usu in Syria.
Algulamie uide ætas algulamie.
Algorab uide monchar algorab.
Algiemiz uel algiemizi uide ficus algiemiz.
Algamur uel alhamur est caro rubea continens, & circuens radicem dentis.
Algiebeli.i.staphisagria.
Algiudebegi est nomen singulare, & algiudebat plurale, & significant cibarium factum ex amylo aut rizo cum lacte aut zuccaro aut melle. Et huiusmodi cibarium quandoque ponitur inter duo folia pastæ, & frigitur cum oleo amygdalino, aut oliuæ, aut butyro. Et quandoque fit cum dactylis, & quandoque fit cum musa, & quandoque cum bateca dulci seu melone dulci, quandoque cū herbis. Et modi diuersi in conficiendo huiusmodi cibarium scribuntur in lib. Benagi albian.
Algasam est membrum circa uuulam, & partes gutturis.
* Algiemuri est uinum antiquum.
* Algamer.i.coopertura seu linimentum.
* Algiermachan.i.regionis sic sit.
* Algielel.i.albi & mundi
* Algaras.i.humiditatum mucosarum stagnantium intestina.
* Algiazar.i.camelorum.
Algobere est fructus, de quo Auic. facit cap.in.2.can.
Algeri est piscis habens ex utraque parte oris sui aliquid egrediens ad longitudinem digiti rotundum, et magis grossum uersus fauces, q̄ uersus extremitates, & dicuntur pisces barbati, et reperiuntur tam in aqua dulci, q̄ in mari.
Algiemar uide althalba.
Algiebar.i.restauratio, quæ fit in iuncturis uel oßibus disruptis uel dislocatis.
Algiuich est instrumentum, quo pasta dura malaxatur, & comprimitur, & est ligneum, cuius una extremitas tenetur sub ascella, & altera figuræ rotundæ latæ deprimitur in pasta, & Venetijs dicitur la crozzola.
Algilbelanech seu algilbelnech est granum paruum coloris citrini uel rufi, quod asportatur ex Persia, & est semen turbit nigri.
Algerarat est species scorpionis cuius acus pungens in cauda non portatur eleuata, sed trahitur super terram.
Algol.i.Veneris.
Algitarech secundum Sirasim est uocabulum persicum, & uena algitarech idem est quod uenæ quatuor labiorum a parte intrinseca.
* Algrisamach quid sit uide fen.ix.iij.ca. primo de anatomia gutturis.
* Algarib est liber Hippocratis inuentus in sepulchro.
* Algiuaresat siue Algiuaresab sunt confectiones solidæ.
* Algrassem uide alisam, quia sunt idem.
* Algrada, & morphea & albaras quandoque confunduntur: sed quando inuenitur algrada & albaras, tunc per algrada intelligitur morphea, & quando inuenitur morphea & algrada, tunc per algrada intelligitur albaras. Aliqui uero dicunt quod algrada & albaras sunt unum & idem.
* Algierisi dicitur ideo quia similatur farinæ sic nominatæ.
* Alges Lemegenius est aloe nigra.
Albasen uide in proœmio.
Albenadan uide istimbre.
Albandagi uide istimbre.
Albadeb.i.dulce quod saporem non habet, neque substantiam grossam. Vnde pro declaratione sciendum q apud Arabes reperiuntur isti termini scilicet albadeb quod significat dulce supradictum sicut est aqua, & althefe quod idem est quod insipidum, quod non attribuitur ipsi aquæ, nisi raro, sed attribuitur rei liquidæ substantiali, Mesich uero non attribuitur nisi rei grossæ sicut phlegmati, et non aquæ, tamen omnes tres termini importāt id, quod saporē non habet.

Albacab

Alhacab sunt ligamenta seu chordæ, quæ nascuntur ex extremitatibus ossium, sicut quæ sunt inter duo extrema ossium iuncturæ, seu inter os, & alia membra, & annectit unum cum alio annexione forti, & propter talem annexionem fortem denominatur alhacab, nam alhacab arabice est neruus camelorum contusus in uillis, quibus simul cum colla inuoluuntur arcus ligatione forti, sicut fit in ciuitate Damasci.

Alhagiagi est pars continens tres spondyles immediate sub alchatin.

Alhasos uel alhosos est extremitas dorsi continens tres spondyles, et terminatur ad fisteri ita, q; alhasos est inferior pars dorsi, quæ dicitur os caudæ.

Alheasme uide uulnera alheasme.

Alhasch sicut scribit Ebenesis est species uolubilis quæ inuoluitur super arbores, & exiccat eas, & ad eius similitudinem alhasch dicitur de quadam ægritudine quæ exiccat patientem ipsam, & & remouet ab eo colorem splendidum uitæ.

Alhach est pars gutturis, ubi fit deglutitio cibi, & potus.

* Alhalem uide alcorad quia sunt idem.

* Alheruy uide passulæ scemi.

* Alhacuen.i.matricaria.

Alhalchun est pars gutturis, ubi canna pulmonis, & epiglottis principium habet a parte superiori.

Alhaiuanie sunt uirtutes quæ animali appropriantur, & huiusmodi apud Latinos uitales dicuntur, nam alhaiuan Arabice idem est q; Latine animal.

Alhem est tristitia seu fastidium de futuro malo, & est passio composita ex timore & spe.

Alhauch uel alhuch est species ozimi habẽs folia lata.

Alhar secundum Ebenbitar est terra cretea uiscosa, ex qua fiunt lateres.

Alharbe est animal quadrupes quod Plynius appellat chamæleontem.

Alheame est pars anterior capitis circa uerticem eius. Et uena alheame secundum Arabes est situata in summitate frontis.

Alhasusa secundum Sirasim est os post aurem eminens a capillis denudatum.

* Alhasase est pars capitis posterior quæ primo adhæret terræ aut alteri rei apud resupinationem corporis, uide uenæ alhasesa.

Alhanfache uena est parum infra labium inferiorem a parte exteriori, & supra mentum.

Alhelahel est species napelli.

Alhaleb significat emunctoriũ seu inguen, inde alhalebi seu alhalebie.i. emunctorialis seu inguinalis. Et medicinæ dicuntur alhalebie quæ conferunt apostematibus inguinum, & dicitur alhaleb quia per ipsum trãsit intrinsecus porus uritides qui ab Arabicis proprie dicitur alhaleb, & ubi habetur uena alhaleb intelligitur porus uritides.

Alhasech.i.tribulus.

Alhachur sunt ulcera non antiqua, neque multum putrida.

Alhathaie seu alhadaie est lacertus paruus in domibus, & hortis communiter repertus, & a uulgaribus appellatur lucerta.

* Alhauar ẽ animal quod dicitur camelus.

Alhauari est farina ex frumento in aqua loto, & infuso non adeo depurata a furfure sicut simila, alij uero dicunt q; est frumentum ipsum infusum in aqua, & ablutum, postea exiccatum, & ipsum seu farina ipsius est proxima amylo.

Alherisse est ferculum factum ex frumento fracto, et uehementer cocto in aqua, aut brodio carnium.

Alhadesiat sunt lentigines eminentes, & ualde apparentes.

Alhabes est regio australis, ex qua flumen Nili originem uidetur habere, & est regio amplissima quam habitant Christiani, quorum rex est Alexander dictus Preteiane, & licet sint nigri, non tamẽ sunt nigredinis ita intensæ sicut Aethiopes Africæ.

Alhaagi uel alhagi sunt arbores quæ in regione Corasceni, & regione Auic. sic appellantur: & super eas cadit manna dicta teremabin, et non multum a terra eleuantur, sicut scribunt Arabes.

* Alhamch, & Alrahuune idem importãt, & significant læsionem cogitationis secundum diminutionem aut destructionem.

* Alhascir uide oleum alhascir.

* Alhasaf.i.excorticationes quæ fiũt propter sudorem.

Alhasser est arbor super quam cadit manna, quæ dicitur zuccarum alhasser, & reperitur in Aegypto, & Mecha.

* Alhachel.i.mentis, seu rationis.

* Alhãfache uena ẽ uena quæ est parũ infra labiũ inferius exterius uersus mẽtũ.

* Alhetech.i.contritioni secundum latum, & quidam dicunt q; est contusio accidẽs in dorso lacertorum.

Alharsef uide condysi.

Alherais uel alherisa est ferculum factum ex granis frumenti uel hordei cõfractis, seu contusis, & decoctis cum brodio carnis, aut cum aqua & parum de oleo.

Alhedian est multa locutio præter naturalis cum permistione rationis.

Alheal uel alheyl est cardamomum minus.

Alhabari est auis magna sicut anser non multum uolans, & est nota apud uenatores Damasci.

Alhada est auis quæ dicitur miluus.

Alhalesa uide uenæ alhalesa.

Alhalm, uide dentes alhalm.

Alharar uide abhel.

Alhabach ut scribit Ebengiesle dicitur prisce q; est origanum, & dicitur q; est calamentum, & dicitur q; est folia salicis, et sunt.iij.species eius, scilicet montanum, hortulanum, & fluuiale. Dixit Ebenbitar q; est species origani, cuius folia similantur folijs sisymbrij.

Alhamur uide algamur.

Alhab alchadara, id est granorum uiridiũ.

Alharsd uide alrased.

Alhamad est herba quæ dicitur acetosa.

Alhauleich uel alhaleich est arbor spinosa, quæ habet folia acetosa, & styptica maxime tempore ueris, & producit mora syluestria, & appellatur rubus.

Alhelam uel Alhelamie est cibus factus ex carne grossa cum aceto uel agresta.

Alhaie uel alhaya est species tithymallorũ.

* Alhamica est species uariolarum.

Alhonsol.i.squilla.

Alhausegi est arbor spinosa, cuius spinæ sunt longæ acutæ. Et in euangelica passione ubi in Latina lingua habetur spinea corona, in Arabico habetur corona alhausegi.

* Alhachich est lapis qui dicitur corniola.

Alhudud seu alhedud est auis, quæ dicitur upupa, & apud uulgares Patauos dicitur gallus paradisi.

Alhagie ex uitellis ouorum est cibus, factus in sartagine ex ouis conquassatis quem Veneti fritaleam appellant.

Alhalibie.i.emunctorijs.

* Alhagian est locus inter anum, & testiculos.

Alhaza.i.zufare. quid autem sit zufare lege secundo canon.

Alhalebetein.i.duo inguina.

Alhalef.i.iuncus.

Alhalche.i.sanguine congelato.

* Alheuen est læsio, quæ non extrahit os a loco suo, uel qua nõ egreditur os a loco suo, sed atterit, uel conterit illud quod continet, uel circuit ipsum ut patet fen. 5.cap.1.de dislocatione.

Alhafagi.i.partes ani.

Alhadab est pars brachij a cubito usque ad humerum.

Alhaie uel alhaia est species lacticinij.

Alhaziz aliemeni est uocabulum persicũ, & est idem, quod centaurea.

* Alhandazi uide istimbre uacat.

* Alhanin.i. faciens nasci masculos.

* Alhalebein.i.pororum uritidum.

* Alhugi id est ex partibus Mechæ regionis.

* Alhamch siue alchamcha & alrahaune idem important, & significant læsionẽ cogitationis secundum diminutionem, aut destructionem.

* Alhebrie, id est furfur quod est in capite.

* Alherui est regio sic dicta.

* Alhauanin uide unguentum alhauarin.

* Alheiron.i.bene maturorum.

* Alhemianat est gingulichi, in quo occulte positum sit aurum uel argentum monetatum.

* Alachuc.i.iliorum.

* Alachuin, id est partium superiorum ancarum.

* Alauli.i.unius anni.
Aliebruha.i.mandragora.
Aliemen est regio. quæ incipit ab exitu sinus maris rubri usque ad principium sinus persici, in quo est locus dictus duo maria non multum distans ab insula Ormus, & in loco duo maria dicto expiscãtur margaritæ cæteris præstantiores.
* Aliufidides.i.hypoquistidos.
* Aliadib ut exponit Ebenbitar est species endiuiæ syluestris amaræ.
Aliembut est nomen commune ad arborem ex qua fit pix, & ad plantam in qua producitur carnub seuchi.i. xylocaracta spinæ. Et Ebenesis et omnes alij Arabes in libris simplicium dicunt, ꝙ est carnub nabathi seu carnub spinæ, cuius plãta a terra eleuatur per cubitum & est spinosa, & eius fructus est longus, & grossus ad magnitudinem dactyli magni, sed tendit ad obliquum, & nominatur siliqua seu carnub spinæ, & licet tendat ad rotundum, sicut dactylus, tamen secundum colorem, & semina intrinseca similatur siliquis seu carubijs domesticis, & communiter usitatis in cibo, & Damasci reperitur huiusmodi fructus.
Alibarmacan.i.regionis safet.
Aliechda est uigilia naturalis.
Aliebericb.i.uenas labiorum interiores.
Aliebru alberi.i.mandragora syluestris.
Alierha secundum aliquos est eritius magnus spinosus, secundum alios uero est eritius minor.
Alkali secundum expositores Arabes est cinis herbæ quæ ab Auicen. & ab alijs usnen uel asnen appellatur, et pars cineris istius herbæ combustæ, quæ est in modum lapidis, & est residentia reliquarũ partium cineris prædicti est uerum alkali, reliquæ uero partes improprie apud uulgares appellantur alkali, & Itali appellant huiusmodi cinerem alume catina ex quo cinere fiunt uasa uitrea, & sapones.
Alkaratan.i.mellis.
Alkarmazit.i.fructus tamarisci.
Alkeizaran est instrumentum quod administratur circa partes gutturis, et solet fieri ex ligno molli, & similibus.
Alkabrusi est illud quod oritur in kabros seu kobros.i.insula Cypri.
* Alkalimbat.i.gluten alimbat.
* Alkiardenegi uide alchiardanach.
* Alkalkali.i.soldanella.
* Alkischie.i.cibaria facta ex kisch.
* Alkalklengi maruri.i. confectio alkalkangi amara.
* Alkalkalangi uel alkalkalengi est confectio cuius descriptio habetur.5.can.ab. Auic. & confert hydropicis.
Alkesmes sunt passulæ sine arilis naturaliter productæ.
* Alkisch etiam apud Arabes est frumentũ fractum decoctum cum lacte, deinde exiccatum, & in Syria est in usu ex huiusmodi.n. non brodio faciunt ferculũ.
Alkisch.i.ptisana.
Alkischar est panis aliqualiter furfuraceus.
Alcharasie.i.cerasorum.
Alkalkal seu alkilkil est semen granati syluestris cuius radix est mugat de qua habetur cap.2.can.
* Alkie.i.mastix.
* Alkedar seu alkeder uide alchedar quia sunt idem.
* Alkanabir, seu canabir est auis quæ apud uulgares Venetos dicitur Lodola.
Alleba est pars concaua, quæ immediate est supra furculam colli.
* Alleba est nomen commune ad lac quod proxime succedit partui, & ad lac artificiose congelatum, sed proprie dicitur de lacte quod proxime succedit partui.
Allachalach ut scribunt Arabes est quid compositum ex succo foliorum myrti, & aqua rosata, & sandalis, & parum aceti, & aqua alkalef, aut ex succo fructuum bene redolentium, & huiusmodi mistum fluidum ponitur in uase stricti orificij, & ex applicatione postea uasis prædicti, & concussione ipsius iuxta nares sentitur odor uirtutem ualde cõfortans. Aut allachalach est mistum ex pulueribus odoriferis aut ex rebus odoriferis grosso modo incisis uel contusis absque aliquo liquore permistis sumendo rosas, & folia myrti recentia, puluerem sandalorum citrinorum, & flores alkalef, aut flores nenufaris, aut alia odorifera ex herbis, aut floribus, aut folijs, aut fructibus, aut alijs speciebus odoriferis calidis, aut frigidis secundum exigentiam rei. Et huiusmodi quidem sic mista confortant ualde uirtutem.
* Alkauzinie uel allauzinegi est cibus factus ex amygdalis, & zuccaro.
* Allezen uide grana alzelen.
Allebe uena est uena existens in medio furculæ in radice colli a parte anteriori parum supra os furculæ situata.
Allebengi seu allebegi uide albegi.
Allabe barbarie est radix nota Damasci et similatur raphano paruo oblongo. Et quidam dicũt, ꝙ est quædam species hermodactylorum, & appellatur etiã apud Arabes buzeiden.
Allie est cauda arietum pinguis ualde ita ut propter suam pinguedinem quandoque est ad pondus.x.lib.
Allimunie ut patet in lib. Ebengian cap. de limonibus est ferculum factum cum succo limonum, & modico cinnamomi, & cum amygdalis, & zuccaro, et est confortans stomachum, & potest fieri cum carne, et absque carne, sicut cum herbis aut cucurbita, & similibus: & in cura sodæ minorantur aromata, quæ non miscentur nisi ad corrigendam acetositatem limonum.
Allasf.i.capparis, ita exponit glossa Arabica. Scribitur etiam in libro Benagi alaian ꝙ est radix capparis.
Allui Arabice significat contorsionem, & ab hoc accidente denominatur quædam ægritudo quam comitãtur contorsiones faciei, & colli, & humerorum, & brachiorum. Et hæc ægritudo Persice dicitur albegiendac. Et quia talem ægritudinẽ comitantur tensiones brachiorum cũ quadam contorsione ipsorum sicut fit in patientibus alices, & oscitationes, ideo dicitur etiam altemded.i. tensio.
Allasach est gummi ammoniaci seu ammoniacum de quo scribit Auic.2.can.cap. Assach, & apud uulgares Arabicos dicitur Vssach.
Alleft uide alselgiem.
Allethe est pars gingiuæ infra extremitatem superiorem, ex qua oritur, & egreditur secundum partem eius, quæ apparet uisui.
Alluf.i.dragontea.
Allengi est arbor similis seder quæ alio nomine appellatur lebach apud Aegyptios nota.
Allezin uide derusitum.
* Alliat.i.caudarum ouium.
* Allhabe barbarie uel lhabe barbarie est radix &c.
* Allasisi secundũ quosdam est capparis.
* Allach.i.laca.
Almestara uide in proœmio.
Almetachalem uide alphachi.
Almachein uel almachin.i.anguli lachrymales oculorum, & deriuatum est ab almach quod interpretatur angulus lachrymalis oculi.
Almahagiat.i.oculi egreßio.
Almethenein sunt duo musculi in fine dorsi sub alhosos uersus nates, quorum unus est a dextris, alter a sinistris.
Almebathase est ex speciebus exercitij fortis uelocis.
Almelachese est percußio adhærẽdo uel approximando pectus unius super pectus alterius, & est exercitium forte uelox.
* Almadian, ut scribunt Arabes, sunt duæ uenæ, quarum una est super mirach situatum super hepar, & altera super mirach positum super splenem.
* Almethal.i.uenturum.
* Almachtar.i.distillata.
* Almuredsafram uide emplastrum almuredsafram.
* Almesmar.i.claui & sunt illa apostemata parua dura quæ uulgariter dicuntur calli.
Almagarach.i.multum seu copiosum.
* Almesus est species cibarij acetosi cum carne.
Almasal secundum aliquos est quid commune ad aquam casei, seu ad aquam lactis crudi seu ad aquam lactis decocti cum modico aceto, aut cum syrupo acetoso composito in ipso lacte hora feruoris uel ebullitionis eius.. Et ex tali mistione sequestratur pars aquosa a parte caseali, quæ quidem aquositas colata dicitur

almasal

almasal, & etiam dicitur aqua lactis, et aqua casei.

Almesusen, uel almeisusen, uel almesus est syrupus de susam, id est de floribus lilij factus cũ aromatibus, cuius descriptio habetur in libro Menagi albian.

Almursegi secundum, q. scribitur in libro Samarcandi de signis, et caussis, quod ẽt affirmat Sirasi, est egreßio tunicæ uuealis apud corruptionẽ corneæ causa ulceris aut bothor, aut uulneris accidẽtis in ipsa cornea, & differt a bothor, quoniam almursegi est in cornea sicut caput formicæ album aut sicut granum perlarum paruum simile capiti formicæ. Et ego uidi in filia Maumethi talẽ ægritudinem. Bothor uero non habet albedinem, neque similitudinem eum capite formicæ.

Almachade secundum omnes Arabes est anus ficteri.

Almarmaheigi est piscis marinus qui uiperæ similatur, & dixit Sirasi q. est nomẽ Persicum compositum ex mar, quod est nomen uiperæ, & maheigi, quod est nomen piscis, & Aegyptij appellant hunc piscem thaian marinũ. Et propter hoc anguillæ, et alij pisces sine squammis similes, appellantur hoc nomine.

Almeracha, id est pollutio seu emißio spermatis.

Almabat uel almabit uide uenæ almabat, uel almabit.

Almechthelin uide ætas almechthelin.

Almele uide panis almele.

Almẽcalbun seu almebacalbun est illud qđ Aegyptij uocant albucalmũ, et est auis aquatica, quam habitantes infra terram Aegypti in loco nominato alsemur uocant gallum aquæ, ut dicit glossa Arabica, & Sirasi.

Almas seu almes quando scribitur per literam sin seu per literam.s. absq; tribus punctis super ipsam significat lapidem adamantis: si uero scribatur cum tribus punctis super ipsam literam.s. significat grana legumunis similia faseolis paruis in quantitate, cuius color est cineritius ad uiriditatem tendens. Et huiusmodi legumen in ferculis in Syria & Persia exhibetur febrientibus.

Almesich est sapor insipidus sicut diximus supra, uide alhadeb.

Almegieza caro secundum Arabes est caro rubea permista cum multa pinguedine sicut caro musculosa in mirach animalis impinguati, aut in alijs membris prædicti animalis.

Almekenase.i.scopa, qua mundificatur domus a puluere, & immunditie.

Almesen est res dura plana sicut cos lapis, super quam fricantur sief, & aliæ medicinæ oculorum.

* Almesefath.i.figura capitis in qua deficit commissura aliqua principalis.

* Almethrelin.i.similis cachexiæ uel corpori molli ualde.

* Almedire est cibariũ ex carne, et lacte.

* Almaset est lac coagulatum dulce non acetosum.

Almentagiensene est species spicæ.

Almagabin seu almagaben sunt emunctoria, aut loca sub ascellis.

Almassara apud aliquos Arabes est amplitudo seu uas amplum, sicut lacuna, ad quod effunditur succus rerũ, quæ exprimũtur quasi hoc nomen deriuetur a succo expreßo, et effuso in uas concauũ.

Almarzangius est maiorana seu sansucus.

Almethacharegi sunt loca humida causantia speciem putredinis, quæ dicitur thecaregi de qua dicetur infra ubi exponemus althecaregi, uide ibi.

Almegie est ferculum factum ex almas seu almes.

Almagasi uide Gasi.

Almeneumat.i.inducentibus somnum.

Almeferba seu almufera.i.medicamen lætificans cor.


Almuseregiat.i. partium uueæ eminentiũ uel egredientium pp rupturam corneæ quæ quidem partes eminẽtes, & excũtes extra corneã dicuntur almuseregi.

Almiubegi.i.staphisagria.

Almachadaha uide mucadahati.

Almhet est instrumentum cuius extremitas ab una parte est subtilis obtusa non incidens, & in parte altera est extremitas subtilis habens in longitudine aliqualẽ depreßionẽ a duobus lateribus, ut merito talis diuersitatis figuræ nõ asperæ melius deprimat aquam, & eius usus est in ægritudine quadam oculi.

Figura autem eius talis est.



Almharut est radix aniuden.

Almussoli est regio in Mesopotamia, in qua texũtur telæ ex bombice ualde pulchræ, quæ apud Syrios, & Aegyptios & apud mercatores Venetos appellantur mussoli ex hoc regionis nomine. Et principes Aegyptij, & Syri tempore æstatis sedentes in loco honorabiliori induunt uestes ex huiusmodi mussoli..

Almedad est enclaustrum scriptorum factum ex fumo ligni arboris pini cũ gũmi Arabico & alijs, cuius descriptio habetur in libro E benefis.

Almasere uel almessera.i.apostema calidũ cholericum, & est medium inter erysipilam & essere. Alij dicunt quod est illud quod apud Latinos essere uocatur, sed ꝓprie sumptum est tremor faciei, & capitis accidens subito ex uaporibus sanguinis.

Almechebeb.i.cocti super prunas.

Almefera.i.lætificante.

Almessera communiter sumptum est bothor cholericũ quod apud Latinos essere uocatur, sed ꝓprie est tumor faciei, & capitis accidens subito ex uaporibus sanguineis.

Almaudana est planta quæ producit grana regia, & apud Italos dicitur catapuitia minor.

Almedi est humiditas saliualis quæ egreditur ante coitum dum est delectatio uehemens cocundi.

Almabezheragi est planta quam Auic. appellat bustirus, & Latine appellatur tassus barbassus.

* Almabat uide uena almabat.

* Almugamat est caro assata in uase suffocato cum aliquo liquore.

* Almum est species uariolarum.

* Almehedi est medicamẽ repertum in antidotarijs antiquis.

* Almezen.i.uia.

Almenstãchaat sunt loca, in quibus sunt aquæ multæ stãtes, sicut loca stagnosa.

Almefetet est tertia species hecticæ.

Almesemar.i.clauus.

Almencheb est extremitas spatulæ ubi continuatur adiutorium cum spatula.

Almetubele.i.res acutas.

Almenachele est fractura oßis capitis in qua remota est aliqua pars oßis fracta.

Almeliki est auis magna aquatica.

* Almest est lac coagulatum siue acetosum siue non.

* Almorgian, uide albesd.

Almorastan est hospitale infirmorũ inde almorastani.i.quo utitur in hospitali.

* Almuredsafram uide emplastrum almuredsafram.

* Almacha uel almachadaha uide muchdahati.

* Almehedi uide medicamen almehedi.

* Almahagiat.i.oculi egreßio uiolenta.

* Almius.i.illa in qua non est spes.

* Almadi.i.rubrum.

Alnasaba.i.declinans ad citrinitatem pilorum zafrani.

Alnefseme uirtutes sunt uirtutes ab anima deriuatæ uel animæ appropriatæ & tales in homine sunt principium cognitionis, & motus uoluntarij, & hoc nomen deriuatum est ab alnefs quod idem est quod anima.

Alnuaheb ut scribunt Arabes sunt columbini habentes pennas completas ita, ut de proximo poßint uolare, seu ita ut uolare incipiant.

Alnabac est fructus notus in Syria, præcipue in ciuitate Saide, seu Sydonis, et est habens magnitudinẽ sebesten seu parũ minor, & est saporis pontici dulcis.

Alnadegi.i.digestio materiæ crudæ cõtentæ in membro ulcerato propter dominium naturæ super materiam.

Alnemer est animal minoris magnitudinis q̃ linx, quod est lupus ceruarius, et alnemer est simile leopardo in figura, & colore, sed est aliquantulum maioris magnitudinis, habens pedes, & ungues ampliores, & acutiores, & oculos habet obscuros, & horribiles, sicut ego uidi, præterea est fortius, & magis ferox, & magis audax leopardo. Nam alne-

mer

mer aggreditur homines, & interficit eos. Leopardus autem ab Arabicis appellatur alfhed.

Alnemkesut.i.caro salita exiccata.

Alnisuch est species prunorum acetosorum, & secundum aliquos est species prunorum paruæ quantitatis acetosorum, ex quibus efficitur ferculum, quod dicitur alnisuchie.

Alnisuchat sunt caputpurgia cum pulueribus, aut alijs non liquidis per nares attractis.

Alneman et sisymbrium apud Arabes sunt idem, & est species mentæ habentis folia declinantia ad aliqualem colorem pauonacium, & Venetijs appellatur menta gariophyllata.

Alnatha est extremitas linguæ uersus dentes anteriores, & alio nomine Arabico dicitur alseleti.

Alneremisch. i. capita granatorum indorum, quæ capita sunt aromatica, & similantur maci.

Alnasa uide color alnasa.

Alnesastegi uide siefalnesastegi.

Alnathaf est confectio dura glutinosa quæ cum masticatur adhæret dentibus, & fit ex zuccaro aut melle inspissato per decoctionem ita, ut post eius incisionem in frusta parua, & infrigidationem, remaneat dura glutinosa, ut dictum est, & quidam miscent in ea res calidas aromaticas, & quidam res frigidas, acetosas, sicut succum limonum, aut tamarindorum, aut acetum.

Alnergil.i.nux indica.

Alnemech sud est species salsamenti.

Alnathse.i.spermatis.

Alnusul.i.radix capillorum.

* Alnegib camelus est camelus qui pascitur in locis syluestribus uel secundum alios est camelus uelox ualde in cursu, & incessu, quem Latini appellant dromedarium.

* Alnarangi uide color alnarangi.

* Alnegia.i.proficua.

* Aloe persicus est aloe sucutrinus.

Alphachi in fide Maumethi sunt regentes populum declarando, & promulgando hoc uel illud esse licitum aut illicitum, non adducẽdo super hoc aliquam rationem. Qui uero student libris in quibus scriptæ sunt rationes, & fundamenta quare hoc uel illud sit licitum aut illicitum, tales dicuntur Almetachalem, & sunt sicut apud nos theologi.

* Aqua salis ammoniaci.i. aqua quæ currit super mineram salis.

Alraijs uide in proœmio.

Alramadi uide siefalramadi.

Alrasafe est pars anterior poplitis, quæ a uulgaribus parella uocatur.

Alrad uide chadessan.

Alradradi uide pisces alradradi.

* Alrazachi.i.de lilijs albis.

Alrabu est difficultas anhelitus causata ex repletione uenarum, & carnositatis pulmonis.

Alrai est nomen ciuitatis Persiæ.

* Alragiun.i.sydera cadentia.

Alraib est lac coagulatum acetosum, cuius coagulatio fit non ex coagulo, sed ex calefactione ipsius, & ex permistione modicæ quantitatis alterius lactis coagulati, & acetosi aut per se aut ex permistione rei acetosantis ipsum, & rei diuersæ a coagulo habentis uirtutem coagulandi lac, & quæ est tanquam fermentum. Caseus ergo qui fit ex alraib prædicto, apud uulgares appellatur alachat seu alacad. Et secundum aliquos alraib est lac de quo extractum est butyrum, & absque coagulo coagulatum aut acetosum aut non acetosum. Et nota q, ex alraib non fit caseus nisi addatur lac nouiter mulctum, & similiter coaguletur a coagulo.

Alraheb.i.religiosus monachus qui fuit eximius physicus, a quo Rasis multa notabilia suscepit.

Alrathbe uide alasfest.

Alrachme est auis magna sicut miluus habens plumas corporis albas, & pennas alarũ nigras, & comedit carnes putridas, et similia & in Syria est in magna copia.

Alrahade est piscis stupefaciens membra licet non tangat ipsa, & scribitur, et experimento approbatur q, huiusmodi piscis existens in retibus, dum approximatur piscatoribus trahentibus retia, stupefacit manus ipsorum.

Alrachich oui uide Alzenbach oui.

Alrahaune uide alh amch.

Alrathe est auellana inda ut habetur secundo can.cap.rathe.

Alrhase.i.tremor.

Alrasebe uide emplastra alrasbe.

Alrach secundum expositores Arabes est testudo fluuialis. Alij uero dicunt q, est species piscis.

Alrauthe secundum glossam Arabicam est extremitas narium.

Alrauend.i.reubarbarum.

Alrased seu alrasced, seu alrasad.i.nasturtium quod Arabice dicitur etiam alharf.

Alrehac uide ætas algulamie.

Alruie.i.declinatio.

* Alsenbadegi uel Alsumbedegi est lapis smerillus.

* Alsacheich alneman est planta similis papaueri, cuius flos est rubeus, & oritur in cãpis simul cum frumento, & complexio huiusmodi plantæ apud Arabes est calida, & exhibetur in passionibus pectoris frigidis.

Alsenasen Arabice idem est quod eminentia tendens in acutum, et ad figuram pyramidalem, & quia ossa super spondyles habent talem eminentiam, ideo dicuntur ossa alsenasen.

Alselamiat sunt ossa oblõga existẽtia in pectine manuũ, & pedũ, ex quibus ossibus componitur pecten prædictũ, inter quæ existunt ossa parua alsemsemanie dicta scilicet replentia uacuitates iuncturarũ seu uacuitates inter ossa pectinis manus, & pedum, et inter ossa iuncturarũ digitorũ, & nominantur alsemsemanie seu semsemanie, quod idem est propter conformitatẽ, quam habẽt cũ semine sisami quod Arabice semsem appellatur.

Alsebati seu subetice uide uenæ alsebati seu subetice.

Alsahad est pars brachij infra cubitum habens duo focilia, & terminatur ad rasetam manus.

Alseid est brachium.

Alselha est apostema frigidum glandosum mobile de loco ad locum, & habet chistim continentem ipsum.

Alsuhat est arbor, ex qua fiunt arcus in Persia.

Alshearagi est uocabulum persicum, & idem est, quod calx.

Alserab est.dictio cõmunis secundũ Arabes ad syrupos medicinales, & ad uinum.

Alsemaim sunt uenti calidi ualde herbas adurentes.

Alsucharan apud Arabes quosdam est cicuta, Alij uero dixerũt q, est semen hyusquiami nigri. Dixit Diosc. q, stipes alsucharan similatur stipiti fœniculi, patet autem q, talis stipes potius similatur stipiti cicutæ, quam stipiti hyusquiami.

Alsamach seu alsemach est foramen in osse petroso in aure sicut se habet foramẽ uueæ in oculo. Qñque uero apud Arabes accipitur pro panniculo seu neruo strato in cõcauo ossis petrosi, & qñque accipitur pro instrumento auditus.

Alsuichi.i.similis frustulis paruis suich uel sauich quod idem est, quod frumentum aut hordeum fractum, & torrefactum.

Alsus.i.liquiritia.

Alsenchal uel alsenchar quod est alsengius, est syrupus secundum quosdam factus cum succo iuiubarum cum medicinis stypticis bulliẽdo, donec fiat spissus, & potest exhiberi in potu, & linimentis. Alij dicunt q, est lactuca asini.

Alsemne est herba ex genere lacticiniorũ, & granum eius nominatur shedanegi beri, id est canabis syluester, et forsitan facit dormire propter unctuositatem quæ est in eo. Et de hac scribitur ab Auicen. 2.cãn.cap.de grano asumne, sed litera est corrupta. debet enim dici alsemne.i.impinguatiuum.

Alseriaran est electuarium solutiuum scriptum in.5.can. & similiter saganea.

Alsurbed.i.uenæ sub lingua.

Alsirbagi ex raphano est cibarium factum ex brodio carnis, & aceto, & raphanis in oleo decoctis.

Alsedar.i. scotomia seu obtenebratio uisus, aliquando etiam significat somnolẽtiam, & stuporem aliqualem.

Alsemur uide almencalbun.

Alsehedie sũt apostemata ulcerosa, ex quibus

bus fluit aliquid simile melli fluenti ex fauo suo.

* Alsadritus uel aladritus est confectio solutiua.

* Alsadar est arbor producens nabach.

* Alseleheti est quædam regio.

* Alsuasera secundum Arabes est spẽs berengesif de qua scribitur in.2.can.

* Alselaha est urina hircorum montanorũ ut patet ab Auic.lib.4.fen.4.tract.2. ubi docet modũ confectionis alselaha.

* Alscir est piscis paruus sic nominatus.

Alsheb est color cineritius trahens ad quandã rufedinẽ seu citrinitatẽ rufam.

Alsami.i.ex regione Damasci.

Alsarengi.i.minium.

Alsacrugie est pondus uel mensura.

Alserbegi uel alsorbegi est sorbitio facta ex frumẽto fracto, quæ est inflatiua, & facta cum cepe minus est inflatiua.

Alsecrach est auis uiridis nota Damasci.

Alsemsar est arbor, quæ dicitur bussus.

Alsefale est regio Indiæ.

Alserax uel alserachs.i.filex.

Alserach est quãdo aqua uel potus alius ingreditur arteriam.

Alselach est grossitudo in palpebris, ut patet fen.tertia tertij.

Alsalach est serpens niger longus grossus, cuius pellis est nigra.

Alsinie uide speculum alsinie.

Alsedenegi uel abscedenedi.i.lapis hæmatites.

* Alsedenegi.i.semen canapis.

Alsabiar uide pilulæ alsabiar.

Alshesefram ozimum gariophyllatum, et est species ozimi habens folia minuta, et bonum odorem. Et scribitur in lib. Alchuin Arabico, q. interpretatur odor regalis.

Alsaim.i.intestinum ieiunum.

Alshauthat sunt caputpurgia, quæ fiũt cũ rebus liquidis per nares attractis.

Alsahara est uigilia superflua præternaturalis.

Alsebha est nomẽ cõe ad omnes species quadrupedum quæ dentibus, & unguibus suis aggrediuntur homines mordendo, & lacerando, & quandoq; mortem inferendo, sicut leo, lupus, tigris, & similia. Et ab hoc nomine dicuntur mores alsebhaie.i.mores similes moribus talium animalium.

Alsebuie est dispositio rationis infantium seu puerorum.

Alshali est animal simile lupo.

Alsahari.i.stella canicularis.

Alseilem est lolium seu zizania de quo in 2.can.cap.sceilem.

Alshele est color uarius.i.medius inter colorẽ nigrũ, & cœlestem seu grisseum.

Alsabut est piscis sic nominatus, & notus in Persia.

Alselgem seu alselgiem, & alleft sunt idẽ, & significant rapam.

Alseleti uide alnatha.

Alsuach sunt ligna habentia in cortice suo aliquam amaritudinem, & cum huiusmodi lignis communiter fricantur dentes, & deferuntur ex India, & sunt in usu Damasci.

Alseir est nomen medici.

Alsedabi.i.ex ruta.

Alsafanin est auis, quæ dicitur turtur.

Alsangiar est lactuca asini.

Alsebet.i.anethum.

Alsuila secundum Ebenbitar in lib.de simplicibus est berengesef quod est species ambrotani.

Alseudeni est auis nigra habens rostrũ citrinũ, & secundũ aliquos est sturnus.

Alseheb.i.apparationes igneæ, sicut lanceæ, seu columnæ ignitæ, & similia.

* Alsedha est species cõtusionis sic noïatæ.

Alsababach seu alsababech ut scribit Ebenesis de simplicibus est species ambrotani, sed Ebenbitar scribit q. est plãta seu arbor nota in Aegypto, & nominatur bernuf, cuius magnitudo, & folia similantur arbori granatorum. Et succus foliorum eius confert epilepsiæ, & dolori pũgitiuo, & colico, sicut scribit Ebẽbitar cap.bernuf. Et auctoritate Themimi nominatur etiam sabanech uel sabanegi, & confert epilepticis, maxime pueris.

* Alsiasie uirtus apud Arabes est uirtus qua corpus humanum recte regitur & gubernatur in operationibus suis & cũ qua bene iudicatur, & bene eligitur.

Alsagi uel alsegi est arbor Indiæ magna sicut scribit Ebenbitar, & serratura ipsius assumpta in potu extrahit uermes auctoritate Rasis in lib. Continentis.

Alsarmach.i.atriplex.

Alsegiagi.i.excoriatione cutis capitis.

Alsaberchan seu alsaburchã est species ferri quod tenerum est, ex quo fiunt claui, & huiusmodi.

Alsceech.i.realgar seu toxicum muris.

Alseder est arbor nabach.

Alserugi est sal, qui egreditur ex muris.

Alsafahai.i.nigrefactæ a sole, & uento.

Alsaher est nomen medici.

Alseras est species aphodilorum, quidam putant q. sit species consolidæ.

* Alsemeriun uel semiriun secundum aliquos est petrelæum montanum. Auic.tamen fen.6.quarti trac.3.cap.34.dicit, q. sumurium est apium syluestre.

* Alseluchi uide canis alseluchi.

* Alsadase.i. extremitatis cartilaginosæ existentis in parte exteriori auris.

* Alsebech est arbor cataputiæ ut patet secundo can.cap.mahendene.

* Alsacheichalneman est planta similis papaueri, cuius flos est rubeus & oritur in campis.

* Alseir est nomen medici.

* Alsalch.i.blitis.

* Alsechaagi.i.tribulus.

* Alsarha uel alserha.i.casus, & quia in epilepsia homo cadit, ideo Arabice dicitur alserha.

* Alshelaheti est regio sic dicta. Abra uero alshelaheti ignoratur ab Arabicis qualis spẽs sit & qualis sit color eius.

Althese uide alhadeb.

Althoin uel thahun est apostema pestiferũ uenenosum quod fit ex materia corrũpente.i.uenenosa ut exponunt Arabes. Et licet Auic.fen.1.primi cap.de ægritudinibus compositis dicat q. est apostema in locis quæ sunt emunctoria membrorum principalium, sicut caro glandosa in inguinibus, & similia, tamẽ fen. 3.4.ca.de althoin dicit, q. est quodcũq; apostema uenenosum, & sic anthrax, qui accidit in membris non glandosis, dicitur althoin.

Altemelmel ut exponunt Arabes est priuatio stabilitatis seu est inquietudo.

Altherel est inflatio faciei, & palpebrarũ oculorum similis cachexiæ accidens ex permistione uaporum cum substãtia mẽbrorum, & est dispositio similis altebegi. Et quandoque etiã accidit in tibijs, et color patientium eam declinat ad plumbeitatem, & citrinitatem propter debilitatem caloris innati.

Alterbel est inflatio accidens in extremitatibus, & in membris pauci sanguinis, propter dominium phlegmatis subtilis propter debilitatem digestionis. Et quidam expositores Arabes dicunt, q. alterbel est inflatio causata ex permistione substantiæ aquosæ subtilis cum substantia membrorum. Et quidam dicunt q. causatur etiam ex permistione uaporum cum substantia membri.

Altochme Arabice idem est, q. nauseatiua satietas, & exponitur a Syrasi Persico q. sit corruptio cibi in stomacho, & Auic.13.3.capitulũ de signis altochme, & de ablatione digestionis scribit. Et ideo sequitur q. sit corruptio cibi in stomacho, quæ accidit cibo indigesto, & quia talis cibus corruptus est superfluitas, ideo ab eo causatur repletio. Et nota q. altochme non solum reperitur in digestione prima, sed ẽt in secunda.

Althecaregi secundum expositores Arabes est putredinis species, ad quam sequitur in superficie rei, quæ putresit, color albus.

Altergia uide alargiha.

Altamari est electuarium de dactylis.

Altaiugi uel alteiugi est auis, quæ dicitur perdix, alij dicunt q. est phasianus, alij asserunt sicut Ebenbitar q. est auis similis coturnici in omnibus, nisi q. sub alis habet quasdã pennas nigras & albas.

Altuabel sunt semina calida contusa, quæ super cibis sparguntur. Et quandoque species aromaticæ calidæ puluerizatæ dicuntur altuabel, & etiam alsa uie.

Altahaleb est lenticula aquæ.

Althaleb est herba nascens in paruis fluminibus, & sub aquis riuulorum currentibus dicitur muscus aquæ.

Altalch est alumen scissum quod uulgares appellant

appellant alume scaiola, & de ipso habetur secundo can.

Altheil seu althil apud Arabes etiam appellatur negiem uel negim, & est herba, quæ dicitur gramẽ, & plures habet species: quædam enim est lenis, quædam pilosa, & de hoc habetur in secundo can. cap. proprio. Et althil dicitur q. sunt folia trifolij quod non multum eleuatur a terra, & habet flores rubeos aut albos.

Altharthut est planta, ex qua extrahitur ammoniacum.

Altharathit est planta styptica, quæ nascitur sicut fungus. & Auic. de ipsa facit capitulum. 2. can. capitulo tarathit, & Damasci est ualde nota, & usitatur in retentione sanguinis per inferius in potionibus, & clysteribus administrata. Et secundum aliquos Arabes est præputium terræ.

Altors uide aaulusen.

Altorsia uide aaulusen.

Althendue est locus mamillarum in uiris et in mulieribus, sed in uiris proprie.

Althedi est pars mamillaris in mulieribus.

Altedarigi sunt aues, quæ dicuntur phasiani.

Alternub est spẽs pini non faciens fructũ.

Altensa est crocodilus.

Althach est coopertoriũ sphæricũ capitis.

Altafasil uel altaffil est cibus factus ex lentibus uel mes colatis, sicut decoctio seu brodium lentium forte, aut decoctio lentium excorticatarum cum multa aqua ita, ut fiat cibus potabilis. Alij autẽ Arabes dicunt quod est cibus factus ex lentibus uel mes, & aceto.

* Altagaden. i. rugis seu crispis in facie.

Alterchel est mala dispositio corporis humidi causata ab ocio, et a cã extrinseca.

* Altechazef est durities ostracosa.

* Althargibeali. i. habens figuram similẽ nauiculæ paruæ quæ cymba uocatur.

* Althabarizi. i. extremitati circuli concauitatis intrinsecæ ficteris, uel circulo extremo concauitatis ficteris.

* Altuderian. i. duorum tuderi.

Altemded uide allui.

Altaraxacon est endiuia syluestris.

Althute est ægritudo similis moro, althut enim morum significat.

Alternum est cantilena quæ fit cum frequẽti motione gutturis, quam uulgares appellant golizar.

Althalba sunt dactyli immaturi parui, cũ primo egrediuntur ex arbore, seu sunt flores dactylorum cõtenti in uagina habente figuram duarum manuum simul applicatarum, & huiusmodi uagina tẽpore ueris egreditur in summitate trunci ipsius arboris inter folia ipsius, et dũ primo incipit egredi, efficitur sicut cucumer dulcis comestibilis, qui Arabice appellatur algiemar, & comestus prohibet inflãmationem sanguinis. Aliqui dicũt q. althalba est arbor dactylorum.

Altabtab est ludus in quo pila rotunda ex corio, plena uẽto, aut re alia, percutitur et proijcitur ab uno homine ad aliũ, & alium.

Altualil. i. uerrucis.

Altamur est animal magnum de numero rapacium.

Altaluch. i. fæx uel linimentum.

Altelasfis. i. nasturtium album uel babylonicum, nam apud Arabes idem sunt.

Alterbarba uide ætas alterbarba.

* Alteni. i. capræ iuuenis.

Altarich est species piscis parui curti ad quantitatem palmi, qui piscatur in loco ciuitatis Achalat in regione Persiæ, & huiusmodi pisces saliuntur, & exiccantur, & in diuersas regiones asportantur, ita exponit Syrasi.

* Althalchaiar uide cepe althalchaiar.

* Altbit thaib. i. assa dulcis.

* Altusugi est pondus granorum. ij. s.

* Althamarich. i. fricationẽ & est nomen ad fricationem leuẽ, aut fortẽ manibus factam cum oleo, aut absque oleo.

* Altharas est species nocumenti auditus.

Alutbar. i. necessitas.

Alusam uel alusem uel aluesin secũdũ Arabes est uestigium nigrum artificialiter factum in balneo dum porositates cutis sunt apertæ pungẽdo ipsam cutem cum plurimis puncturis sibi inuicem contiguis secundum lineationem, & figurationem intentam, postea super puncturas prædictas imponitur indicus subtilissime puluerizatus ita, ut penetret coloratum illud in foraminibus puncturarum, & dimittitur locus cum panno lineo, donec consolidẽtur puncturæ cum colore prædicto.

Aludacha est eminentia in coniunctiua oculi similis bothor albo, quasi ipsi sit pinguedo uel adeps eius.

Alursan seu alurasen est species columborum syluestrium, qui sunt alijs maiores & noti in Syria.

Alures seu Alueres apud Arabes idem est, quod radix curcumæ contrita, cuius color est citrinus ad rubedinem declinãs.

* Alures etiam est semẽ rubeum notũ Damasci qđ defertur ex regione iameni.

Aluardachule est radix sic nominata.

Aludha. i. albaras, ita exponitur super secundo can. cap. de homine.

* Aluathi. i. contorsioni seu distractioni.

* Aluers sunt columbi magni syluestres.

* Alus. i. dragonthea.

Aludha est genus chonchyliorum quæ appellantur porcellete ita exponitur. 3. can. cap. de cura apostematum in radice auris, & 3. can. cap. de cura ascitis.

Alusuas uel alusuasi ẽ cogitatio uel imaginatio corrupta in qua homo dubitat an id quod fecit, uel est faciendum, sit factũ uel fiat bene, aut non bene, & est cogitatio dubiosa cum timore, & fastidio absque causa, & Latine potest dici solitudo melancholica.

Alusen. i. ireos.

Alumen humidum apud Arabes est species aluminis albi coloris, sicut cerussa, aut lac, & est fluidum non petrosum, sicut scribit Ebenbitar in lib. de simplicibus. Alij dicunt q. est humiditas fluens ex minera aluminis, quæ quidem humiditas a calore ignis coagulatur, & fit alumen rochæ.

Alurel est animal terrenum simile lacerto coloris cineritij longum ad quãtitatem trium palmorum.

Aludi est humiditas quæ egreditur post coitum uel ante coitum absque delectatione, & desiderio coitus, & absque erectione uirgæ.

Aludhi uero cum aspiratione scriptum, est humiditas quæ egreditur ex uirga ante, & post egressionem urinæ.

Alureschin est species uariolarum, & est dispotio corporis, in qua apparent in corpore maculæ rubeæ uiolaceæ, quæ diuersificantur in magnitudine, & numero, & colore secundum diuersitatem humoris, in multitudine & qualitate sua, & scribitur in tractatu de peste Arabico, quem ego traduxi, q. alureschin accidens in tpe pestilẽtiæ, est ægritudo perniciosa secundum plurimum.

Aluhazi. i. pungente uel punctura.

Aluleb. i. foramini torcularis perforato in gyrum.

Aludchi. i. caro dura ad albedinem tendẽs, sicut adeps durus.

Aluthel est alambicum, quo utuntur alchimistæ in distillationibus.

* Aluchar est spẽs nocumenti auditus.

* Alusme sunt folia arboris ex quorũ succo conficitur indicum.

* Alusnee. i. usnee.

Alzarachat sunt instrumenta in quibus attrahitur aqua, ne detur uacuum, sicut sunt traiectoria seu syringæ, quibus utũtur chirurgici, & sicut uasa uitrea torta, in quibus per attractionem aeris a cõcauitate ipsorum eleuatur aqua. Vnde ex ipsis fiunt fontes artificiosi, & huiusmodi uasa Arabice appellantur semarat.

Alzelabia, uel alzelabi uel zelabie est cibus ex pasta tenera ualde habens figurã lunarem, & talis cibus frigitur in oleo, postea comeditur cum melle aut zuccaro, & usitatur ualde in Syria, & Aegypto, & est ualde spongiosus, diuersitatẽ habẽs in partibus suis. s. grossitie et subtilitate, Et de eo scribitur in libro Benagi albiã, & apud Italos dicũtur fritolle.

Alzeit uide oleum alzeit.

Alzagi. i. uitriolum uiride, de quo in secundo can.

Alzarazir apud Arabes sunt aues, quæ licet sint similes aliqualiter turdis in magnitudine, differunt tamen ab ipsis. Nã alzarazir habent plumas & pennas nigras cum aliqua albedine signatas, & apud Venetos dicuntur stornelli.

* Alzelem sunt fructus qui Venetijs appellantur

lantur dolceghini.
* Alzemberirie uide ferumundus.
* Alzumet sunt cibaria pinguia uel unctuosa.
Alzersech.i.amirberis.
Alzenbach oui uide albedo oui.
Alzanbach est oleum sisaminum.
Alazarach uel alzarcha est color cœlestis seu grisus uel glaucus.
Alzebd.i.butyrum crudum.
Alziniar.i.uiride æris.
Alzardach uel alzardagi.i.crocus hortulanus.
Alzemone.i.eos qui se mouere non possunt propter mollificationem.
* Alzamane.i.paralysis.
* Alzachi uide melones alzachi.
* Alzahame.i.multitudinis hominum. alzahame enim proprie est aer calidus.
* Alzemach.i.almochati.s.pericrancum.
* Alzabach.i.iesеminus flos.
* Amaricos est nomen medici.
Amaracus.i.maiorana.
Amgailam uide alcharad.
Amsagi idem est, quod humiditates secundæ permistæ.
Amuridus est dispositio melancholica, in qua homo semper ridet.
Anagallys est auricula muris.
Ansadius est species lactucæ asini.
Ansagiar uide chadessan.
Ansasalan.i.separatio.
Angiadan est herba assæ.
Anzarut.i.sarcocolla.
* Apium romanum apud Arabes idem est, quod petroselinum hortulanum communiter usitatum secundum Ebenbitar.
Aquæ sabachie sunt aquæ existentes in locis baurachijs.s.locis aridis adustis.
Aqua lactis crudi est aqua, quæ colatur ex lacte coagulato acetoso, & huiusmodi lac dicitur crudum, quia non est bullitum, neque decoctum, sed est factum acetosum, & coagulatum propter mistionem alterius lactis acetosi in ea permisti, quod est sicut fermentum in parua quantitate coagulans, & faciens acetosum lac, in quo ponitur.
Aqua gaderan.i.aqua lacunarũ stans in gurgite aut fossis.
Aqua myrrhæ secundum aliquos est aqua in qua dissoluta est myrrha, aut in ea decocta. Alij dicunt, q; si myrrha circundetur albumine oui indurato, & sic dimittatur per dies aliquot in loco terreno humido, tunc liquefit myrrha, & liquor ille collectus in uase supposito est aqua myrrhæ.
Aqua zuccari est aqua cãnæ zuccari, uel secundum alios est aqua, in qua bulitum est zuccarum.
Aqua ferri.i.aqua mineræ ferri.
Aqua camphoræ secũdum Arabes est aqua, quæ fluit ex arbore producente camphoram, & talis aqua, et similiter eius arbor sunt calida in tertio, & camphora est frigida & omnes affirmant. Et de huiusmodi aqua scribitur in lib. Benagi Albian.
Aqua tabarzet est aqua, in qua dissolutũ seu coctum fuerit zuccarum tabarzet. Alij dicunt q; est succus cannarum ex quibus fit zuccarum.
Aqua sauich hordei est aqua, in qua infusum est per aliquod tẽpus parũ sauich hordei.
Aqua cucumæ est aqua calefacta ĩ uase æneo quod apud Venetos dicitur Cuogoma. Et barbitonsores utuntur ea deferentes aquã calidam hinc & inde.
Aqua oliuarum est aqua salita, in qua seruãtur oliuæ conditæ.
Aqua casei amara fit ex contusione casei saliti, & permistione eius cum aqua quæ dimissa hoc modo longo tempore efficitur amara.
* Aqua alkaratan.i.aqua mellis.
* Aqua penidiorum.i. aqua in qua dissoluti sunt penidij.
Arbor abrahan uide bengiechest.
Arbor da li pater nostri uide azadarache.
Arbor uel planta Mariæ uide segiar mariẽ.
Arcbud uide alarchub quia idem sunt.
Argialesus est species lactucæ asini.
Argiuan uide alargiuani.
Argiaha uide alargiaha quia idem sunt.
Armal seu armel seu armach secũdum quod scribitur ab Aui. 2.can.ca. proprio est lignum odoriferum seu aromaticum simile cinnamomo grosso, & nascitur in regione Iamen non multum distante a mari rubeo. Et hoc idem dixit Rasis in continente, & Ebenbitar.
Arsef est planta spinosa ex genere cardi producens uirgultum simile asparago, in cuius summitate est flos, & illud uirgultum elixatur, & comeditur, quia est cibus delectabilis augens coitum, & Persici nõ solum comedunt uirgultum tempore ueris, sed ipsam plantam, cum incipit pullulare antequam expandat folia spinosa, & uirgultum supradictum.
Arzi alnil uide bulbus.
* Archa.i.uigilias.
* Arsun quid sit ignoratur.
* Asarach est strangulatio uel nocumentum simile strangulationi accidens quando parum cibi aut potus descendit uersus cannã pulmonis, & natura irritata expellit ex naso talia nocumenta.
* Asafir uide usnen asafir album.
Ascalebi sunt homines quinti uel sexti climatis.
* Ascham.i.passio seu labor.
* Aschil.i.cepe.
Aschaf dicitur secundum duas intentiones, quarum una est mollificatio corporis, & secundum hanc intẽtionem caro mulieris dicitur aschaf.i.rarior seu magis mollificata propter paucitatem exercitij resoluentis humiditates mollificantes secũdum quod dixit princeps. Altera uero intẽtio est ut dicatur corpus multarum porositatum latarum sicut caro uiri habens porositates plurimas latas.
Aselengi seu aslagi seu aslẽgi est radix quædam quæ habet folia & spinas. Et physici in Syria dicunt q; est spẽs artanite de qua loquitur Auic. 2.can. & fullones utuntur ea lau ando, & mundificando lanã, & pãnos ex ea factos cum decoctione ipsius. Et aromatarij etiam utuntur decoctione huiusmodi radicis ponendo parum de ipsa in confectiõibus factis ex melle aut ex sapa, cum uolunt dealbare confectiones prædictas ita ut uideantur ex zuccaro, & amylo factæ. Et confectiones prædictæ nihil de amylo habentes sunt uiscosæ duræ ad masticandum, & radix prædicta est ualde nota apud Damascenos. Et ego expertus sum q; eius decoctio remouet maculas uestium, & mundificat pannos.
* Aseleheti est regio sic dicta.
* Aserengi.i.minium.
Asefid.i.sinapis albi.
Asfidbegi uel asfidbagi uel asfidbegian uide bagi.
Asfahani.i.ex regione Persiæ quæ dicitur asfahã uide alasfahan quia idem sunt.
* Asimilun est nomen medici.
Asnen seu asnan uide alkali.
Asne uide usnee.
Asius secundum quosdam idem est, quod nix sini, quæ quidem apud Ebenbitar est lapis quidam trãsparens, sicut salgemma, qui cum exponitur aeri conuertitur in puluerem, sicut est puluis aluminis contriti, & in sapore est acutus, & salsus, & defertur ex India, sed tamen iste sermo non est conformis dictis Auic. 2.can. qui dixit q; asius est lapis super quem generatur sal ex roratione maris cadentis super ipsum. quare &c. multi tamen utuntur niue syni loco asius, & affirmãt q; Auicẽ. ignorauit essentiam asius.
* Assegi uel assach sunt idem, & significant ammoniacum.
* Astergar seu astergazi quid sit diuersitas est inter auctores Arabes. scribitur.n. in libro Benagi albian q; est radix aniuden, & in libello de simplicibus Alchuin scribitur q; astergar est uocabulum Persicum quoniam astir persicæ idem est quod camelus, & gar spina unde astergar.i. spina camelorum. Alij dicunt quod astergar est cortex radicis aniuden.
Astar est pondus drach. 6. & duorũ danich.
Astarach uide Segiar mariem & Mehaseu Miha.
Astrusiun est species hyssopi.
Athas est apostema in cerebro ut patet ab Auic. tertio primi cap. de ægritudinibus infantium, & expositores Arabes multũ diuersificantur in declarando, quare apostema prædictum dicatur athas, ipsemet tamen Auicen. 1.3. capitu. de apostematibus quæ sunt extra craneum commemorat de ægritudine, quæ uocatur athas infantium, & ponit curam eius, quare considera.
Athaa uide algarab.
Athel uide chermazech uel charmuzech.
* Aucaston seu acustun sicut exponit glossa Arabica est interfector lupi.

Auianes

Auianes est flos uitis.
Auicenna uide in prooemio.
Aumali secundum Ebenesis idē est, quod syrupus de melle, alij dicūt q, est hydromel.
Azadarachi est arbor apud Damascenos nominata zaizalacht, cuius flores declinant ad colorem uiolaceū cum aliquali cinereitate, & tales flores sunt acuti odoris, fructus autem istius arboris habent corticem album & sunt ad magnitudinem cerasorum. Et hmōi quidem fructus habent ossa alba, ex quibus fiunt pater nostri. Et talis arbor reperitur Venetijs, & Patauii in enclaustris monasteriorum & mulieres appellant arbor da li pater nostri. Et folia eius sunt quasi sicut folia agni casti, & reperitur etiam in Syria.
Azad est flos speciei lilij uide susen azad.
Azagithea.i.extremitates.
Azagi.i.uox fortis.
Azor.i.sine pilis.
* Azul.i.lapis lazuli.

Bachur mariē uide segiar mariem.
Bachila est pondus.xx.granorum hordei: & plus secundum alios.
Bachele.i.fabæ, & faba est pondus aure.i.
Bacham uide albacham, quia idem sunt.
Bachele ymanihe est olus iamenū, & est herba, quæ apud uulgares dicitur Bion.
Bachat.i.manipulus.
Bace.i.manipuli.
Bactisuha est nomen medici.
* Bacha.i.manipulus.
Bagaded uide Gion fluuius.
Bagi est nomē Persicum, & est commune ad omne cibarium cū carne aut piscibus præparatū. Et ab hoc nomine deriuantur ista noīa uidelicet asfidbagi, asfidabagi, sorbagi, sechbagi, & zirbagi. Vnde asfidbagi est cibarium ex carne elixa in aqua simplici absq; alia re. Sorbagi est cibarium dictū cui additur rizū aut frumentū fractū aut aliquid simile, Sechbagi est cibariū cū carne elixa in aqua cū aceto, & zuccaro uel melle. Zirbagi uero est cibarium ex carne elixa in aqua cum aceto, & melle, & cymino. & bagi est nomen singulare. Bagiat uero plurale.
* Bagaded uide Ciron.
* Baid.i.non recens primæ diei.
* Balachtelas.i.ingeniose & celeriter.
Bancharas sicut scribit glossa Arabica est caro glādosa quæ est sicut stratus sub uenis pulsatilibus, & non pulsatilibus quæ quidem appodiantur, & innituntur sup carnem glandosam prædictam, & hæc caro etiam noīatur marbad, & marabad Arabice, Latine uero mesenterium.
* Barbach uel barbachi est paniculus tegens uasa spermatis.
* Basclis uide lapis tasclis quia sunt idem.
* Bassalalfar.i.cepe muris.
Bassera seu bassare uide albassari qa idē sūt.
* Bathara est anthrax pestifer.
Bathbath seu bethbath est species uirgæ pastoris.
Batecha inda uide melon alraki.
Batecha uiridis uide ut supra.
Batecha filistin uide supra.
Batecha alzachi uide ut supra.
* Batech, seu batecha est nomen cōe ad omnes spēs melonum & anguriarum.
Bazard uel bezard.i.galbanum.
Bedarungi uel bedarugi secundum Ebenbitar est species ozimi habentis folia lata, & de eo scribitur in.2.can. & alio nomine appellatur Albuch.
* Bedarunguebe uel bedarūgiue est melissa.
* Bedeoard, seu bedauard est spina alba, ut patet.2.can.cap.83.de bedeoard.
Belha sunt dactyli recentes crudi magis immaturi, q̄ besser.
Belbele est uas stricti orificij.
Bemēgi ē regio iuxta Halep ciuitatē Syriæ.
Bengiechest ut scribit glossa Arabica est granum seu semen arboris abraham, & dicitur, q, est arbor mariæ, quia hmōi arbor Latine agnus castus appellata, minorat appetitū coitus, & curat pollutionem, et folia eius cum stipitibus suis, cum sternuntur sub dorso, prohibent pollutionem, & erectionem uirgæ. Et mulieres cum ea suffumigantur apud uehementiam appetitus ad coitum.
Benat noctis sunt ea, quæ mouentur uel excitantur in nocte.
Berazede uel bezarede est panis in modū fugatiæ perforatus cum digitis aut alia re, & est bene coctus.
Bersausan.i.capillus ueneris qui alio nomine ab Arabicis appellatur chusbare albir.i.coriandrum putei.
Berbengine uide nux metel.
Berengesef uide alsuila.
* Berdicheis quid sit ignoratur.
Besser est dactylus immaturus recens.
Besd & morgiā sicut scribit Ebenbitar auctoritate Aristotelis est lapis unus, & idem. Sed morgian est radix coralli, besd uero est corallus ramificatus. Aliqui uero Arabes dicunt contrarium huius.
* Besbaigi.i.polypodium.
* Bethbach est species uirgæ pastoris.
Betaran uide chadessan.
Bezarede uide berazede.
Bezard uel bezahard uide bazard.
Bezahar proprie est lapis qui dicitur lachryma cerui quæ generatur in ceruis, quia cerui comedunt uiperas maxime in Persia & talis lapis reperitur etiam in mineris, sicut patet in libello Tiphasi Arabici de lapidibus pretiosis traducto ex Arabico in Latinum: q̄n̄q; tamē accipitur pro quocunque quod resistit uenenis.
* Bezel idem est quod scisio seu perforatio.
* Bezaharet ē nūeri pluralis nois bezahar.
Bhear uide albhear quia idem sunt.
Bichie est semen, cuius herba est nota Damasci, & seminatur in campis, & in hyeme datur in cibum bobus & equis.
* Bilibus est nomen medici.
Birsen.i. pleuresis.
Bismus est animal, quod inuenitur iuxta napellum, & nutritur eo, & appellatur Latine mus napelli.
Bis musbuha.i.napellus Moysi.
Blacte bysantiæ est coopertorium cuiusdam cōchylij reperti in mari rubro, & in alijs locis scriptis ab Auic.2.can.ca.proprio. In supradictis nanque locis reperiuntur quædā conchylia seu aīalia ostracosa, quorum coopertura est dura ostracosa in gyrum figurata in modum limatiarum, sed sunt magis oblonga, & maioraq̄ corpora tegentia & circundātia limatias, & in orificio ipsorū conchyliorum est coopertoriū, quod clauditur, & aperitur secundum uoluntatē animalis inclusi, & appellatur blactæ bysantiæ, quas ego sepius uidi adhærentes suis cōchylijs, quæ asportata fuerūt ex mari rubeo Damascum.
Bondacha est pondus.s.auellanæ, quæ est pōdus aur.i. & secundum alios drach.i.
Bothor.i.uariolæ.
* Bothm sunt bothor qui sunt generis albotin.i.granis uiridibus.
* Bothor spinosi.i.habētes summitatē acutā.
Brench kebuli uide albrench kebuli quia idē sunt.
Buared est res comestibilis præparata cum aceto sicut capparis, rapæ, pastinaca, & similia.
* Buber.i.lana cameli.
* Buha secundum glossam Arabicā est planta quæ dicitur gieduar de qua Auic. cap. de zedoaria seu gieduar dixit q, eius uicinitas debilitat plantam napelli, & est radix delata ex India, & est nigra grossa sicut radix doronici saporem habens acutum. Et uidi ipsam administrari cuidam principi Syriæ.
Bulbus secundum aliquos expositores Arabes est species cepe dulcis saporis nascens in montibus & apud Damascenos appellatur Arabice arzialnil uel hasnil, & huiusmodi cepe tēpore ueris comeditur Damasci propter sui dulcedinem, & in magnitudine & forma est sicut pyrum muschatellum, & est circundatum, & inuolutū a multis uillis subtilibus coloris rufi contextis in modum rete, & folia ab eo exeuntia sunt subtilia, & longa, & nascitur in mōtibus & apud physicos Arabes appellatur bulbus.
* Bulbus etiam dicitur scalogna.
* Bulus est nomē medici qui dicitur Paulus.
Burnia est uas terreum intus & extra uitreatum.
* Burche est lacuna seu fons coopertus cum reti facto ex chordis uel cum cannis uel uirgulis præparatis in modum retis.
Bus aldebarindi est species sief qui deferūtur ex Armenia, & administrantur in apostematibus, & bothor calidis.
* Busudus est nomen medici.
Buzeidē uel buzeidā uide allhabe barbariæ.

Abei seu cobei.i. Aegyptius.
* Cabd almeluch est cōfectio sic dicta.
* Cabus est nomen medici.

Cacesia

Cacesia uide thebegi.

Cacozole uide condysi.

Cadamcaris est arbor sic dicta, ex qua plurimum picis fit.

*Cadus.i.cyathus.

*Caizaran.i.ligno leni seu polito.

*Caisur est lapis pumex.

Calcadis est uitriolum.

Cali seu culb est milium solis.

Calib est instrumentum, quo matrix aperitur, & uulua dilatatur, & apud Latinos dicitur speculum.

Calchidicon est species uitrioli. Alij dicunt ꝙ est medicamen compositum, & est unguētum corrosiuum sic dictum.

*Calidicon est unguentum corrosiuum sic dictum a nomine cuiusdam medici nominati Calidicon.

Camelus alnegib.i.qui pascitur in locis syluestribus. Secundum uero alios est camelus ualde uelox in incessu, & cursu suo, quem Latini dromedarium appellant.

Cambaduti est pars, quæ est apud occiput.

*Cambium.i.restauratio.

Cambil secundum Sirasim est species mannæ habens granula ad rubedinem tendentia. Quidā alij dicunt, ꝙ est spēs alkekengi.

*Camel stomachi est superficies ipsius stomachi intrinseca crisposa in modum superficiei existentis in panno & lana habentis pilos eleuatos & crispos.

Canon uide in proœmio.

Candarusium est species frumenti romani, et eius magnitudo est inter hordeum, & frumentum, sed est magis proxima hordeo, & non habet corticem, & plurimū de eo reperitur in regione Italiæ & Romaniæ Græciæ, & eius complexio est magis propinqua complexioni frumenti, & est boni nutrimenti generans sanguinem conueniētem, & augmentum facit in lacte, quoniā stringit naturam. Ita exponitur a Sirasi Arabico. Et ego puto quod sit illud granū quod Veneti appellant farrum.

Canabit est species caulis nota in Syria, et est habens folia, & thyrsos sicut caules, & inter folia ipsius est sicut globus medullaris albus, in cuius sumitate sunt sicut semina alba plurima aggregata, et globus prædictus est flos canabit ante productionem seminis completam, non enim cōplet semina nisi post eleuationē floris prædicti ualde distans a folijs eius, sicut contingit in flore caulium, & habet similitudinem aliqualem cum specie cauliū, quæ Venetis dicitur capuzzi. Et expertum est, ꝙ semina capuzzi seminata in Syria produxerunt canabit, & semina canabit in hortis Venetis produxerunt caputios.

Canaberi est auis, de qua loquitur Auicen. in cura colicæ, & dicitur ꝙ est auis, quæ apud Venetos lodola appellatur.

Canis alseluchi est canis, quo uenatores utuntur in capiēdis auibus aut quadrupedibus.

*Cancer marinus est cancer in lapidem conuersus ex India delatus q est notus i Syria & Aegypto, ualde usitatur in collyrijs.

Capilli merselan sunt capilli nutriti non tonsi neq; abrasi, sed longi in radice.i.ab ineunte ætate, aut ex antiqua consuetudine.

*Carmazeth uel carmezit est fructus tamarisci.

*Carmezat, sicut scribit Sirasi, est pondus sex caratorum.

*Carenum.i.sapa seu uinum coctum.

*Carithum est nomen medici.

Carissa est cibatio acetosa, quæ apud Latinos gelatina appellatur.

*Carnub.i.xylocaractæ.

Carnub scemi est carnub, quæ communiter comeditur.

Carnub nabathi uide aliembut.

Carnub spinæ uide ut supra.

Caras est priuatio loquelæ.

Carthas uel carathis est herba iunci exsiccata, ex qua constructæ sunt chartæ pro libris scribendis, sicut iam consueuerūt antiqui Aegyptij, aut per carthas intelligitur papyrus ipse seu iuncus exsiccatus & antiquatus, sicut illud quod assumitur ex stramento antiquo, quod apud uulgares Venetos appellatur stuora, & fit ex papyro seu iunco recenti.

Carui albū.i.carui cōe apud Arabes.

Carui nigrum.i.cyminum apud Arabes.

*Carmet uel carmazeth sicut scribit Sirasi, est pondus sex caratorum.

*Caratin.i.lumbrici terrestres.

*Carnub seuchi uide aliembut.

*Chare albayn.i.senacion seu cressani.

Casb est dactylus non bene maturus, sed propinquus maturitati non recens sed exsiccatus qui defertur ex Mecha, & est minus immaturus, q̃ besser, & belha.

Casd.i.moderata non forti.

Catinus de sceni est uas quod asportatur de regione Sceni, & apud Venetos dicitur porcellana.

Caulis aquæ secundum expositores Arabes est nenufar.

Cazef est uas figuli coctum.

*Cazefie.i.habentibus carnes callosas sicut fistulæ.

Cepe althalchaiar secundum Arabes est cepe paruum oblongum acuti saporis, quod apud Venetos dicitur scalogna.

*Cepe azir.i.bulbus, ita exponit glossa Arabica.

Chadessan, & sabagian secundum expositores Arabes est solutio continuitatis in superficie membri, cuius quidem superficiei partes diuersificantur in asperitate, & lenitate in eminentia, & depreßione, quæ quidem diuersitas causatur ex solutione continuitatis supradicta. Verum chadessan appropriatur solutioni continuitatis, quæ accidit cuti, & parti exteriori superficiali corporis. Sebagiā uero appropriatur solutioni continuatis, quæ accidit superficiei intrinsecæ membri, & propter hoc excoriatio, quæ accidit in intestinis sicut in dysenteria uocatur Arabice sabagian, tamen isti termini qn̄que accipiūtur ut synonyma. Vlterius sciendum ꝙ apud Arabes solutiones continuitatis quæ accidunt secundum latitudinem aut secundum longitudinem aut in partes plures aut numero paucas diuersimode nominantur secundum diuersitatem membrorum in quibus cadunt. Nam solutio continuitatis accidens in osse secundum latitudinem uocatur Arabice chesaran.i.fractio. Si uero accidit secundum longitudinem eius, uocatur sadahan.i.scindens ipsum. Solutio aūt continuitatis accidens chartilaginibus, & neruis secūdum tres diuisiones, aut est in partes duas, aut in partes plures magnas, aut paruas siue secundum lōgitudinem siue secundum latitudinem. Et solutio quidem continuitatis hm̄oi si secundum latitudinem uocatur betaran.i.incisio. Si uero secundum longitudinem, & eius numerus nō fuerit multus, uocatur sacha.i. scissura. Si uero eius numerus fuerit multus, uocatur sadachan.i.contusio. Plerunque etiam accidit solutio continuitatis in partibus musculi, quæ si in extremitate ceciderit musculi, siue cadat in chorda, siue in neruo, uocatur hetchan.i.attritio. Si uero secūdum latitudinem musculi accidat, uocatur hazan.i.incisio. Si uero acciderit secundum eius longitudinē, & fuerit eius numerus paruus, & fuerit eius profundatio multa, uocatur fadgan.i. separatio uel incisio, & si fuerint partes eius multæ, et dilatetur, & profundetur solutio cōtinuitatis, uocatur radani.i.contusio, & attritio. Et alrad, & alfadag dicitur de omni eo quod cadit in medio musculi qūocunq; sit. Si uero accidat solutio continuitatis in arterijs, & uenis, nominatur anfagiar.i. eruptio, sed si cadat in longitudine ipsarū uocatur chatabā, & faselan.i.incisio uel abscisio. Si uero processerit in longitudine ipsarum, uocatur sadahan.i.scissura. Si uero acciderit secundum modum apertionis orificiorum ipsarum, uocatur tochban.i.perforatio. Et si acciderit in panniculis diaphragmatis, uocatur fedchan, id est ruptura.

Chastitum est nomen magistri saponis.

Chatahan uide chadessan.

Chalahan.i.dislocatio.

Chamach uide alchuamich.

Chalef est species salicis, & est arbor nascēs in locis humidis, cuius folia similantur folijs cerasorum non producēs fructum, sed flores ualde odoriferos in principio ueris ante exitum foliorum suorum, ex quibus floribus in Syria distillatur aqua odorifera, quæ administratur in paßionibus cordialibus calidis, & est ualde in usu. Et ex floribus etiam prædictis infusis in oleo fit oleum chalef sicut fit uiolaceū, & ex amygdalis permistis cū floribus prædictis donec acquisiuerit odorem, & humiditatem ipsorum, exprimitur oleum, quod nominatur etiam oleum chalef.

*Chazi est sericum grossum quod uulgariter dicitur struso.

Chachulæ est cardamomum minus.

Chanbil

Chanbil est semen rubeum notum Damasci quod defertur ex regione Iameni.
Chasus secundum Arabes est herba sup quã cadit ros, ex quo generatur laudanum, sicut patet capitulo de laudano: & Auicẽ. scribit de ea in capitulo de cusus. 2. can.
Chachali uide alchachali, quia idem sunt.
Chartas uide Carthas quia idem sunt.
Chaiar est cucumer cõiter usitatus.
Chadam chareis seu chadem charis est granũ pini minus, & est notum Damasci.
Chasurudar idem est quod galanga. Nota tamen secundum Arabes quod licet casurudar & galanga sint idem, tamen Auicen. facit duo cap. in secũdo can. unum de chasurudar, alterum de chaulegian, & ambo significant galanga ad maiorem declarationem ut sciatur eandem medicinã nominari diuersis nominibus quorum unũquodque scribitur in cap. suis per ordinẽ alphabeti. Et sic facit de cera, & de pluribus alijs medicinis propter rationem suprascriptam, & etiam ut quod deficit in uno capitulo perficiatur in altero.
Chabazi interpretatur malua.
Chaliduniun. i. memiran, et Serapio exponit chelidonia. i. memiran.
Chasab darirhe est calamus aromaticus, chasab enim canna, darirhe uero aromatica interpretatur.
Chamel stomachi uide Camel.
Chateman. i. nubes parua subtilis.
Chasem in naso apud Arabes est oppilatio ad quam sequitur priuatio odoris, & quandoque accipitur pro priuatione odoris, qñque pro oppilatione in naso.
* Chaisim. i. strictura nasi in parte superiori sub fronte.
Chanan est sonitus accidens in naso, quo fit sæpius ista uox chaha: uel secundum alios est exitus uaporis fœtidi ex naribus, sicut accidit equis.
Chabisse uide alchabisse quia idem sunt.
Chalegi. i. pannum seu coopertorium super dentes.
Chanad est nomen medici.
Charis uide alcharis quia sunt idem.
Charegie uide odor charegie.
Charis alsemech tari. i. cibarium ex piscibus recentibus decoctis in aqua cum aceto.
* Chaus chaza. i. arcus iridis.
* Chare alhayn est apium aquaticum seu senation.
* Chaizaran sunt uirgulæ solidæ ex quibus fiunt scuta seu clypei, & sunt notæ Damasci.
* Chabt est scoria uel fæx seu residẽtia æris aut stanni aut argenti, aut ferri liquefacti aut accensi.
* Charmedane est granum nigrum, & in libro Ebenbitar scribitur quod est uocabulum Persicum, & interpretatur uermis uitis, & de ipso loquitur Auic. 2. can. capitulo kormudẽ.
Charis albatun est cibarium ex uentribus animalium decoctis in aqua cum aceto.
Charis albachar est charis factum ex carne bouina.
Charis alsemech est charis cũ carne piscium.
Charmazech seu chermazech est fructus arboris athel, quæ est species tamarisci, & est arbor magna nota in Aegypto, et fructus supradictus apud Aegyptios, & Syrios appellatur hadebe, & in oriente multum administratur in medicinis stypticis exsiccatiuis.
Chairbua est cardamomum minus.
Chaisur est lapis pumex.
Charchus sicut scribitur in libro Ebenbitar est plantago.
Chachole. i. cardamomum maius.
Chanun primo. i. mense decembri.
Chazef. i. testæ seu uasa ex terra.
* Chalef. i. siccitate uel asperitate.
* Chamach uide alchuamich quia sunt idẽ.
* Chali uide alkali quia sunt idem Chalcucecaumenõ & æs ustum sunt unum, & idẽ.
Chamaleunta est animal de quo Auic. 2. can. cap. harbe, & Plin. lib. 8. cap. 33.
* Chalabi. i. specie.
* Chanun. i. mense Decembri.
Cheseran uide chadessan.
Chemed est tristitia seu angustia accidens ex aere turbido.
Chede secundum Sirasim est dispositio, quæ accidit ex repletione cibi. s. nauscatiua sacietas siue dispositio stomachi in modo qđ cibus sit adhuc in ore stomachi.
Chetha uide alcheta quia idem est.
Cherfe uel kerfe apud Arabes est nomẽ commune ad omnem corticem, sed absolute dictum accipitur p cortice cinnamomi maxime grosso. Darsini uero apud Arabes est cinnamomum magis aromaticũ. Cherfe igitur differt a darsini sicut cortex magis aromatica & cortex minus aromatica. & per cinnamũ apud Latinos intelligendũ est cinnamomum grossum non multum aromaticũ, & per cinnamomum intelligendum est corticem subtilẽ cinnamomi magis aromaticũ. Cherfe uero gariophyllatum, uel cherfe aromaticum est cortex aromatica habens odorẽ gariophyllorũ quæ extrahitur ex arbore ipsorum.
Chencharzed est gũmi arsef quod est uomitiuum. Et arsef est species Cardi, quæ comeditur in Hispania, et Neapoli, et Sicilia.
* Chermazech uide alathel.
Chir uide alchar.
Chiaugesem uide albehar.
Chiditan. i. oculi, ex quibus fluit lippitudo grossa.
* Chiagiesem uide albehar.
* Chiab. i. ungula.
Chiach. i. tortollæ panis biscocti.
Chisun uide Chaisun.
Chistis. i. saccus, est enim uocabulum corruptum, quia Arabice dicitur Chis.
Chichuanu. i. herba pulicum, & talis herba puluerizatur in ciuitate Chairi circa dormientes, & ex odore illius pulueris stupidi fiunt pulices, & non lædunt.
Chic. i. masticis.
Cholade. i. monile.
* Conach est species præfocationis.
Chorni uide color chorni.
* Chritan est nomen philosophi, & medici.
* Chranites licet apud Arabes sit idem quod Karabitus, tamen apud Rasim & alios sapientes Arabes est apostema calidũ in uelaminibus cerebri.
Chusbare albir uide bersuasan.
Chulzenu est regio maris rubri.
Chuba. i. impetigo.
* Chuanus est pondus unc. i. s.
* Chuanas auium. i. stomachus qui uulgariter dicitur el durello. Alij uero intelligũt receptaculum illud primum cibi deglutiti immediate sub collo auium existens iuxta furculam pectoris ipsarum.
Chuchi uel cusi sicut scribit Benagi albiã est electuarium conferens tussi.
Chuatim albayra. i. terra sigillata.
Chuamich albaza est zufara præparata, & confecta cum sale & aceto.
Chur siue kur secũdum expositores Arabes est sordities adhærens parietibus alueorũ apum. Alij dicunt q kur accipitur p bdellio in secundo can. capitulo dadi, ubi dicit q loco eius ponuntur de kur &c.
Churchum secũdum aliquos expositores Arabes est uenæ citrinæ, secundum alios uero est zafaran.
* Cibib est uua passa cum arilis, & etiã uua dulcis cum arilis exiccata uulgariter dicta cibibo.
Ciminum album apud Arabes est ciminum communiter usitatum.
Ciminum nigrum est nigella.
Cinnamum uide Cherfe.
Cinnamomum uide cherfe.
Cinis purgationis æris est cinis in quo æs purificatur a minera sua, & a partibus terreis, in quibus generatur.
* Cinis alatun est cinis lignorum uel carbonum factus in loco ubi frequenter accenditur ignis.
* Citrangulum. i. narantia.
Cobti. i. ægyptiacum.
Colcotar est uitriolum citrinum.
Colsonia uide ratinegi.
Color rubeus alchani seu chani est color rubeus clarus uehementis rubedinis.
Color chorni est color citrinus ad albedinem tendens.
Color rubeus alnasa est color rubeus clarus seu purus, ita exponit Sirasi. Alij dicunt, q est color rubeus peruius, sicut color flãmæ ignis.
Color alatrongi. i. color citri.
Color rubeus alchaten. i. color, in quo est puluerulentia, & rubedo.
Color alasmazoni, id est color similis floribus ireos.
* Color chani. i. color rubeus clarus.
* Colcodea corporis. i. regimine corporis, et est uocabulum Persicum, & significat idẽ quod regens seu gubernans.
Cocodrilus secundum Arabes si parit oua in aquis tunc generatur alius cocodrilus. Si uero in campis iuxta aquas tunc nascitur stincus.

stincus. Et propterea dicitur q stincus sit de semine cocodrili.

* Color alnarangi.i.color similis colori citrangulorum siue pomorum naranciorũ.

* Color pauonis.i.color azurus.

Confectio alberzachali est confectio sic dicta de qua in antidotario.

Condysi quod Arabice dicitur condes est radix nota in Syria, & est grossa sicut digitus pollex habens saporem, & odorẽ acutum, neque similatur elleboro, neque est species eius sicut dicunt Latini. Ebenbitar enim in libro de simplicibus dixit, q neq; Dioscorides neque Galenus locuti sunt de ipso. Et dixit Isacheben hamran q condysi est radix plantæ, cuius pars interior declinis est ad citrinitatem, & pars extrinseca corticalis est nigra, & ipsius planta similatur alchẽcher, quod est alharsef, qđ est species cardi, quæ in Sicilia appellatur cacozole.

Confectio albesd.i.confectio corallorum.

* Constantini.i.magistri sic nominati.

* Confectio cabd almelich est confectio sic dicta.

Cornu spicæ quid sit ignoratur.

* Cortices fisticorum uiridium secũdum Rasim sunt cortices subtus corticem album. huiusmodi enim cortices uirides administrantur in medicina.

* Cordumeni est carui syluestre ut exponũt Arabes.

* Cortex æris quæ cadit ab ære calido percusso a malleo.

Cot uide alasfest,

Cotyla est pondus unc.x.

Creta quæ comeditur est lutum comestibile.

* Crocus syluester, est flos cartami citrinus aliqualiter similis zafarano.

Cubrus est insula Cypri inde cubrusi, id est cyprius.

Cucumer capparis est fructus capparis qui subsequitur ad florem eius, & est cucumer paruus uiridis durus continens semina, & in forma & magnitudine similatur cucumeri asinino.

Culb uide calt.

Cumcum est cucuma seu uas æreum quo barbitonsores utuntur portãdo aquã calidã.

Curascie.i.ex mari rubeo.

* Cutubut uide alchatrab quia idem sunt.

D Ab uide aldad quia sunt idem.

* Dabachi.i.uiscus.

* Dabk.i.uiscus.

Dabha uel dabab est animal medium inter lupum, & canem, comedens cadauera, & comeditur caro eius ab hominibus, & reperitur in Syria in magna copia.

Dactyli heirõ sunt dactyli magni bñ maturi.

Dactyli alsherir sunt dactyli magni bene maturi.

Danich est pondus scropo.5. siue sexta pars drach.i.

* Darkimet.i.aureus.

Darsini uide cherfe.

Darb uel darab uide aldarab, quia idẽ sunt.

Daruch est pondus lib.iiij.

Darirhe uide chasab darirhe.

Darhe.i.grana surgi.

* Darchamet uel darkimet, uel darchami põdus aurei.i.

* Daruch est pondus librarum.iiij.regionis Bagadedi.

Debach est arbor, quæ producit uiscum, & accipitur quandoque pro uisco, & fructus eius est sebesten.

* Debul naturæ.i.diminutio naturæ seu diminutio humidi naturalis, et caloris eius.

* Debidcheribita est confectio sic dicta.

* Decoctum.i.uinum coctum.

Desle uide Gion.

* Dæmonium Leoninum est permistio rationis cum actibus & gestis malis lædẽtibus & iracundis.

Dend secundum Arabes est granũ speciei alkerue, de cuius proprietate est, q medulla alba intra corticẽ eius minuatur cũ tẽpore, donec totaliter finiatur, & non remaneat nisi cortex, ut experimẽto uisum est, & in quibusdam regionibus tardius consumitur, in quibusdã uero citius, et est granũ regis, & medulla ipsius trita, & mista cũ pauco oleo, et aceto cõfert tineæ linita abrasis capillis, et est granũ regis.

Dentes alhalm.i.dentes prudentiæ, quia in ætate, in qua nascuntur isti dentes, ratio & prudentia est perfecta.

Dentes muris apud Arabes sunt additamenta superflua dura nascentia in extremitatibus unguium iuxta carnem secundum latitudinem ipsarum situatis, & uulgares Veneti appellant ipsa spelli.

Denan sunt uasa. expositum.n.est in ipsa correctione in margine posita fen.6.cap. de uenenis.

Derezi, & suun idem sunt, & significãt cõmissurã, inde derezã, et medaruzan quæ sunt idem, & interpretatur cõmissuralis.

Derdar secundum Arabes est arbor producens linguã auis, in qua arbore generãtur quædam capita inflata, in quibus est humiditas, ex qua generantur uermes in modũ cimicum, qui cum egrediuntur uolant sicut muscæ paruæ.

Deruiases est nomen medici.

Derusitun est species uuæ uulpinæ, quæ nominatur allezin.

* Desisi.i.similis frustulis frumenti fracti.

Dhau diei secundum Arabes est hora secunda seu tertia diei.

Dhelizi apud Arabes est transitus ex uno loco ad aliũ sibi diuersum, & dicitur dhelizi medareb qñ trãsitus est frequens.

Dhenegi est lapis uiridis, ex quo fit puluis, quo utuntur pictores.

Diacodion est confectio de papauere de qua scribitur in antidotario, & dicitur Arabice diacude.

Diachebed regum est confectio cuius descriptio habetur in antidotario.

* Diachud seu diacude.i.diacodion.

Dichbardich est medicamẽ compositum causticum Rasis.

Diudaru est planta ex genere tithymallorũ. Auic.

Diochen seu dochen est granum quod dicitur milium proprie, quandoque tamẽ Dochen, & Giaures, quod proprie interpretatur panicum, sunt synonyma.

* Donzambac.i.oleum de iesmino.

* Draco apud Arabes est serpens magnũ habens corpus, & est commune genus ad multas species.

Duaden secundum aliquos expositores Arabes est sanguis draconis.

Duaden alderdar.i.fructus seu flos alderar, quod est arbur cimicum ut patet.2.ºcan.

Dubellati uide aldubellati, quia sunt idem.

Dulb est arbor, quæ dicitur platanus.

Dumel uide aldumel, quia idem sunt.

Durdi Arabice est fæx rerum subtilium fluidarum non uiscosarum, sicut uini, aceti, & similium.

* Durach sicut patet in tract. de ponderibus est mensura seu pondus librarum.iiij. aliqui dicunt q est.iij.

E Ben hali uide in proœmio.

Ebensina uide ut supra.

* Eiusistides.i.succus barbæ hircinæ.

Electuarium alcabt.i.electuarium ex scoria ferri, seu residentia, aut fæce ferri.

Embuba.i.cannula.

* Emplastrum almuredsafram secundum aliquos est emplastrum basilicouis regalis qui dicitur sabesefram, Alij uero dicunt q illud emplastrum dicitur almuredsafram a nomine medici sic nominati.

* Emplastrum Galeni secundũ glossam Arabicam est emplastrum Gal. de palmis.

Emplastra alrasebe sunt emplastra in quibus cadit merdasengi, & plumbum, & alia frigida sicca.

Enclaustrum uel tinctura nigra alasachase, .i.tinctura, qua magistri sotularium præparant, & tingunt coria, ex quibus efficiuntur sotularia.

* Equus aquaticus est spẽs piscis similis equo

Es cyprium est aurichaloum.

Essere uide almessera.

Etas alahadate apud Arabes est ætas recens seu uiridis, et nominatur hoc nomine propter propinquitatem eius ad tempus suæ natiuitatis.

Etas almechthelin, id est ætas primæ senectutis.

Etas alterharba est ætas, in qua pueri fortiter mouentur, & crescunt.

Etas algulamie, & arehach.i.ætas pollutionis, seu ætas, in qua incipit egredi sperma quousque barbescat.

Etas alfethian est ætas, quando barba est cõpleta, quousque desinat crescere.

Exercitum alastadad est exercitium præparationis.s. præcedens exercitium forte.

Exercitium alastardat est exercitium debile sequens forte.

Eylbua est cardamomũ minus secundũ Ebenbitar, & est granum apud Italos appellatum melgete, et dicitur ẽt Heilbua. et Tinalfil, & Thairbua, & aliqui Arabes dñt q Eylbua est cardamomum maius, & chacole est cardamomum minus.

Faba Aegyptiaca secundum Ebenbitar non est lupinus, sed est uere faba, in cuius concauitate reperitur res uiridis, cuius sapor est amarus, & reliquæ partes non sunt amaræ. In alijs autem fabis non Aegyptiacis non reperitur sic illa res uiridis, tamen Auic. cap. de lupinis dixit q. lupinus est faba Aegyptiaca, & intelligitur illa in cuius concauitate nõ reperitur illa res uiridis amari saporis.
Fabæ pondus est pondus aur. i.
Fagdan uide chadessan.
Fagaie est flos alcannæ.
Fagalesus uel fagilineus seu fagilinius a quibusdam Arabicis putatur esse arthanita illa, quæ est sicut rapæ.
* Falegiemesch uel felengiemesch seu ferengiemesch. i. basilicon gariophyllatum.
Fangekest. i. agnus castus, qui alio nomine in Arabico etiam appellatur Bengekest.
Farfiun ut exponit glossa Arabica, est alsucharan. i. cicuta.
* Farfaticun est nomen syrupi.
Faselan uide chadessan.
Fasfasa uide alasfest.
Fatrasiliun. i. apium montanum, hoc enim est fortius q̃ apium, & q̃ petroselinum.
Fater seu fatera est fungus.
Faudenegi uide alfaudenegi, quia sunt idem.
Fechan, id est dislocatio a loco suo uel distorsio eius.
Fedchan uide chadessan.
Fel secundum expositores Arabes est radix nenufaris indi. Alij autem ut Ebenbitar dicunt q. est fructus, ut habetur. 2. canon. cap. fael.
* Feligarius est nomen medici.
Feludegi uide alfeludegi, quia idem sunt.
Felizhaeregi seu feluzabaragi uide alfeluzabaragi, quia sunt idem.
Felendisiun est medicamen compositum.
Felengiar seu felengi est pondus drach. i. & quarta.
Felfelmum. i. radix arboris piperis.
* Feleniati. i. species aromaticæ.
* Fengiechast uide fangiekest, quia sunt idẽ.
Ferismus Arabice idem est, q. Latine priapismus, & secundum Ebencof Arabicum talis ægritudo sic appellatur, quia patiẽs eã similatur statuæ hominis, quæ pingebatur in balneis cum urga multum erecta causa risus, ut allicerentur homines ad balnea.
* Ferumundus Græce dicitur Arabice alzẽherirze, & est dispositio in qua corpus nõ calefit, sed sentit nimium frigus.
Fesafes. i. cimex uide alfesafes.
* Felfelmum est radix piperis.
Feterat. i. tepores, & remißiones.
Fex croci hortulani est illa fæx, quæ remanet de croco post eius infusionem in aqua limonum pro tinctura rubea facienda.
Fhed uide alnemer.
Ficus algiemiz uel algiemizi est ficus Pharaonis, & tales non oriuntur in ramis subtilibus iuxta folia ut alij ficus, sed in trũco, & in ramis grosßis.
Fibachaliasuch. i. in cõmissura coronali, ubi terminatur sinciput, ita exponũt Arabes.
Filzaheregi uide alfeluzabaragi quia idem sunt.
* Flos aßius uide flos salis.
Flos salis est aßius de quo Auic. secundo can. & dicitur etiam flos aßius, & ab aliquibus appellatur nix sini.
Flos squinanthi uide superius squinanthi.
Focha est potus, qui fit aliquando ex passulis contusis bullitis cum aqua, aliqñ ex farina hordei, & aliquando cum medulla panis, & quandoque additur menta, aut ruta, aut apium. Et quandoque ponuntur in eo aromatica, & quandoque non secundũ diuersas intentiones, & quandoque fit ex melle.
Focha alkarm. i. flos uitis.
Fora uide sabot.
* Franites. i. phrenesis.
* Fricatio reductionis est fricatio quæ administratur post exercitium, ideo q. euacuat superfluitates in musculis aptas tẽdere ad interiora corporis.
* Fructus tamarisci secundũ aliquos est granum adbe de quo diximus alachel.
Fuchi ut declarat glossa arabica exterior est species arboris ienbut.
Fulad uide alfulad.
Fulfulmun uide felfelmun quia sunt idem.
* Fuladiginun est nomen medici.

Gadu est apostema durum.
* Gaderan uide aqua gaderan.
* Gair alnachar. i. non corrosus a carolis, uel a uermibus, uel a tineis.
Gallus aquæ uide almencalbun.
Galeme mulieris. i. appetitum eius superfluũ coitus.
Gallinæ alfethi secundũ expositores Arabes sunt gallinæ, quæ nondũ pepererũt oua.
Galiæ. i. galia aromatizata cum muscho, aut alijs odoriferis.
* Gallina alfethi secundum Arabes est gallina quæ nondum peperit oua.
* Galef dicitur de uagina continẽte aliquod granum uel semen.
* Gamedin est instrumentum, quo utuntur chirurgici.
* Gamera, seu gumera. i. linimentum.
Gam uide algam, quia sunt idem.
Ganagana uide scaculos.
Gane. i. locutio resonans in naso.
Garichi arundinum uide algarichi.
* Garmat ut scribit glossa Arabica est pondus duarum tertiarum drach. i.
Gasi. i. sincopis, unde almagasi, id est syncopizatus.
Gauonis. i. amygdalarum gulæ.
Gede seu giede est ciuitas in littore maris rubri quasi æquidistans ab extremitatibus ipsius maris, & distat a ciuitate Mechæ itinere duorum dierum. Et ad hunc locũ Gede confluunt naues ex India portantes piper, & zinziber, & alia aromata, quæ postea per mare rubrum in nauibus paruis uersus littus non multum distans a Synai monte asportantur, & postea deferũtur super camelos in Syriã & Aegyptũ.
Gedi seu giedi. i. ex ciuitate gede supradicta.
* Geleniabin seu Gelengibin seu Geneliabin est nomen commune ad confectionem factam cum rosis & melle, aut cum rosis et zuccaro, & ad infusionem rosarum cum zuccaro, aut rosarum cum melle.
* Geneliabin, uide geleniabin.
Gererati uide algiererat, quia idem est.
Gessa. i. durities.
Giaures. i. panicum.
Giasir seu giausir. i. opopanacum.
Giazarberi est pastinaca syluestris.
* Giade. i. polium.
* Gid uide lutum gid.
* Gid. i. bonum seu mundum.
* Gielban est species ciceris quod apud Latinos dicitur cicerella.
* Giemeigi. i. ficus Pharaonis.
* Gief glandium uide giefe albelud.
Giedaul sunt rami uenarũ, quæ sunt sicut rami, et suachi sunt rami giedaul, & ruada sunt rami suachi ita, q. giedaul sunt rami minores q̃ rami uenarum proprie, & suachi sunt minores, q̃ giedaul, & ruada minores q̃ suachi.
* Giedauel. i. uias.
Giest albelut secundum Arabes est cortex interior subtilis glandium adhærens medullæ ipsarum, & est coloris rufi, & dicitur Giest glandium.
Giepsin. i. gypsum præparatum igne, & artificio, et est laminosum, cuius lamina subtilia sunt transparentia & peruia.
Gies seu gyps est gypsum non præparatũ, sed naturale ex minera sua extractum.
Gienseifran est species basiliconis habens folia minuta.
Giezar sunt radices, quæ Venetijs uulgariter appellantur carotte.
Gieduar uide zeduar.
Gienun apud Arabes est nomen commune ad omnem alienationem, et permistionem rationis, & ad stultitiam seu defectum rationis, & imaginationis. Et quia ex stultitia seu permistione rationis, & alienatione, quæ accidit in ægritudine, quæ dicitur melancholica, multoties accidit dæmonium secundum opi. Auicẽ. & dæmonium ab Arabicis dicitur gien. ideo deriuatum est hoc nomen gienun quod est commune, ut dictum est. Et patiens defectum rationis aut aliquam speciem melancholiæ, ab Arabicis communiter appellatur mugienun. i. patiens gienun. Et species illa alienationis quæ est superflua & inquieta, & cum motu furioso seu iracundo apud Arabes appellatur gienun mefrat. i. dæmonium superfluum. Et per gienun absolute quandoque intelligitur mania ut patet ab Auicen. capitulo de mania. Et Ebenefis in expositione sua super librum Samarcandi capit. de mania dixit q. Rasis, & quidam posteriores dixerunt, quod algienun seu gienun interpretatur agitatio seu furiositas in moribus. & gestis.

gestis. Et quia maniaci sunt quasi in continuo motu furioso prædicto: ideo mania ꝓprie, & conuenienter appellatur Arabice genun seu gienun, Latine uero dicitur dæmonium.

Gietf afrid uel afrench. i. corticis interioris afrench.

Gion fluuius differt a fluuio Desle. Nam Desle Arabice est fluuius in Mesopotamia, iuxta quem erat ciuitas Niniue, cuius adhuc restāt uestigia, iusta quem fluuium ēt est situata ciuitas hodiernis temporibus Bagaded ab Arabicis nominata, non multum distans a loco Niniue, & fluuius prædictus apud Latinos Tigris nominatur, & est unum ex quatuor magnis fluminibus originem habentibus secundum fideles a paradiso terrestri. Gion uero est fluuius in regione Corasen inter ciuitatē Samarcandi, & inter ciuitatem Here appellatam, quæ est ualde magna, & nota apud Persicos, & talis fluuius Gion (sicut mihi relatum est a multis, qui ipsum uiderunt) maior est, q̃ fluuius Nili, & ab Arabicis affirmatur ꝗ sit unum ex quatuor fluminibus supradictis.

Gips uide Gies.

Gipsum gypsatum est gypsum quod est adhærens muris, ex parietibus albificatis ex ipso.

Giumeizi uide ficus algiemiz.

Gluten alimbat, & gluten albotin sunt unum & idem.

Gluten gariophyllorum secundum aliquos Arabes est gariophyllum grossum, in quo est gummositas, & appellatur a Venetis antofano.

* Gluten albotin idē est quod glutē alimbat.

Gomaris. i. linimenta seu puluercs abstergentes cutim faciei & corporis.

Grana alchauzi. i. medicamen compositū de quo scribitur in antidotario.

Granum ben est fructus similis fistico paruo ad aliquam rotunditatem tendens, & iuxta corticem ipsius durum continetur medulla unctuosa ad citrinitatem tēdens. Et hmōi quidem fructus oritur in oriente, et reperitur etiam in Syria.

Granum alzelen uel allezen est granū, quod apud Venetos appellatur dolceghini, & nascuntur etiam in Africa, & alio nomine Arabico dicuntur Hab alzizi.

Grana algul uide segiar mariem.

Granum nil est semen nigrum repertum in planta uolubili, cuius flos habet colorem azurum, & figuram campanellæ similem tendentem ad longitudinem aliquam, & huiusmodi planta non est herba, ex qua nil seu indicum conficitur, sed est species uolubilis nota, & semen huius plantæ in oriente administratur ad euacuandum humores grossos phlegmaticos, & melācholicos sicut dicit Auic. 2. can. Vsme uero quod est folium nil, de quo dictum est supra, est folium herbæ ex qua exprimitur succus, qui exiccatus dicitur nil, seu indicum. Et granum nil quod administratur ab Auic. in cura uermium non est indicū, sicut quidam putant, sed est semen repertum in planta uolubili supradicta.

Granum uiride est fructus arboris nominatæ albotin apud Arabes, apud Latinos uero terebinthus. ex qua colligitur gummi terbenthinæ seu terebinthinæ ueræ qđ apud Arabes appellatur gummi albotin.

Grana alharar sunt grana abel, de quo in secundo can. et est fructus sicut nux cupressi habens colorem rufum, & sculpturas in cortice exteriori mirabiles.

Grana alfagd sunt semina agni casti qui Arabice dicitur fengiecast, & dicitur alfagd, .i. priuans coitum, quia proprietatem habet minuendi sperma.

Grana alcadra sunt grana uiridia, quæ sunt fructus terebinthi.

Grana aldarath sunt scebram, & nominātur aldarath quia exhibita in potu causant in uentre turbationes, & uentositates plurimas.

Granatum melasie est granatum dulce habēs grana magna.

* Grana raphani. i. semina raphani.

Gubera est fructus notus in Syria styptici saporis, de quo Auic. secundo can. capitulo proprio.

* Guesgues uide alusuas quia sunt idem.

Gummi albotin uide granum uiride.

Gummi albelat sicut scribitur in lib. Alchuin est medicamen compositum ex glutine facto expellibus uaccarū & ex lapide marmoris pulucrizato, & hoc idem scribit Ebenbitar. Quidam alij dicunt, ꝗ gummi albelat est medicamen simplex delatū ex India. Sed prima opinio est uerior. Et in libro Menagi albian scribitur, ꝗ est quid simplex minerale, & secundum alios est quid compositum arteficiale conferens ulceribus desuper pulucrizatum, & ibidē ponitur descriptio compositionis istius gummæ mistæ, quæ ut exiccetur, applicatur parietibus calce linitis, & post exiccationem eius remanet sicut gumma extēsa in figuram tabulæ subtilis marmoreæ, & ideo appellatur Arabice gummi albelat, nam albelat significat tabulas marmoreas.

Gumera est linimentum, quod ponitur super faciem.

* Gummi acaciæ est gummi arboris producentis alcharad.

* H Aala quid sit uide secundo canone.

Haben idem est quod hydropisis

Habitran est herba odorifera, quæ defertur ex mecha.

Habel almesachin est herba quæ dicitur funis pauperum, & est species leblcb.

Hab alzizi uide grana alzelem.

* Hab alchadara. i. granum uiride.

Hacar ut exponit Sirasi est apostema aut ulcus.

Hacsunefi est pondus ut patet in capitulo pōderum.

Hadebe uel hadbe uide charmazech, & alathel.

Hagiar alagi. i. lapis eburneus.

* Hagiar iesb. i. lapis iaspis.

Haie seu hadaie est nomē commune omnibus serpentibus.

Halmes. i. permistioni rationis.

* Halam est cibarium acetosum cum carne.

Hamica ut scribit Auic. cap. de uariolis circa finem est ægritudo media inter uariolas, & morbillos, & est saluior ambobus.

* Hamcha quid sit uide prima tertij tractatu quarto capitul. 11. de alrahaune & alhamcha.

Hamdachocha est species trifolij habens plures stipites eleuatos a terra ad quantitatem duorum uel trium palmorum producens flores citrinos odoriferos, & est plāta ualde nota in Siria, & ex floribus eius efficitur oleum ualde conferens, & expertum in passionibus neruorum.

* Hamcha quid sit uide prima tertij tractatu quarto capitulo. 11. de alrahaune & alamcha & est idem quod apud Latinos amencia.

* Hansol. i. cepe.

Harbe uide alharbe quia sunt idem.

* Harar uide grana alharar.

Harsef est species cardi quæ apud Siculos comeditur, & nominatur apud ipsos cacozole.

Harsnil uide bubus.

Harmel est species rutæ syluestris.

Harimun animal quale sit ignoratur.

Harire est ferculum factum ex frumento minus contrito, q̃ sit farina eius, decocto in aqua aut in iure pulli. Et hoc ferculum quandoque fit ex hordeo excorticato, & confracto in modum similæ frumenti, & usitatur in Syria.

Hasce apud Arabes est thymus, super quem inhæret epithymum.

* Hasiat. i. mane & uespere.

Haseck uide alhasech quia idem est.

Hasef est asperitas cutis bothoralis.

Hathas est apostema calidum accidens cerebro secundum Sirasim, & Ebencof non connotando sitim neque sternutationem aliquam sicut dicunt Latini, sed hoc nomen impositum est tali apostemati a primis impositoribus sic.

Hauleich uide alhauleich quia sunt idem.

Haur romana rumi uel hauz seu hauzirumi est arbor cuius gumma est karabe, sicut scribit Ebenbitar.

Hazan uide chadessan.

* Hazizi. i. centaurea.

Heali secundum Sirasim idem est, quod butyrum dissolutum super ignem, quod butyrum sit recens, & acceptum ex butyro crudo nouo, tale enim super ignem dissolutum tendit ad albedinem. Sed auctor Samarcandi in tractatu suo de cibarijs dicit quod brodium carnium cum aceto quod dicitur sech bagi uel almosus, denominatur Heali.

Heā apud Arabes est passio animæ ꝑmista

ex spe & timore, sicut quando aliquis timet aliquod damnum futurum cum spe tamen aliqua, q. illud possit amoueri.
Hedian est alienatio mentis.
* Heil.i.cardamomi minoris.
Heilbua uide Eylbua quia idem sunt.
Heiufistidas seu heufistidos ē hypoquistidos.
* Helaman est cibarium factū ex brodio carnis pingui, & aceto uel acresta, & similibus cum spēbus sicut gelatina apud Italos.
Hemdam est nomen regionis Persiæ.
Here uide Gion.
* Herthaman est siligo.
Herba mendaria quid sit ignoratur.
Herba apostematum est species semperuiuæ.
Hesme uel Hesame est plures solutiones ossis in modum scissurarum absq; extractione uel remotione alicuius partis ossis.
* Heu deen est lignum aloes indum.
Hetchan uide chadessan.
Heufistides uide heiufistidas.
Heum almegius secundum Ebenesis est herba quæ dicitur merbie.
* Heyron.i.bene maturi.
Hezargiesan seu Hezargiesen seu Hezariasen est uitis alba secundum doctores Arabes, & de ipsa loquitur Auic.2.can.
Hezagi est spēs cantilenæ sic nominatæ.
Humadie est cibus factus ex carnibus, & brodio ipsarū cū acresta, & alijs acribus.
Humain est nomen medici, quem Latini appellant Ioannitium.

IAbrua uide aliebruaha quia idē sunt.
Iacut apud Arabes est nomē commune ad rubinum, saphirum, & hyacinthum citrinum, tamen iacut absolute prolatum significat rubinum.
Iafuch.i.sincipitis.
* Iechassar bedenu.i.uehementer infrigidetur corpus eius & tremat.
Iegarach alras.i.ut uehemēter ungāt caput.
Iegam uide algam.
Ienbut uide alienbut.
* Ieserach est accidens simile præfocationi, ꝑueniens ex indebita transglutione cibi aut potus aut rei alterius.
Iezemen.i.deperdat motum.
* Ieusemin.i.flos iesamini.
* Impetigo secundum Syrasim est asperitas accidens in superficie corporis propter dominium materiæ melancholicæ phlegmatis salsi.
Istimbre & albenadam, & alandagi sunt termini qui sæpius reperiūtur apud Arabes.
Et istimbre proprie idē est, quod assimilatio nutrimenti.s.quod est de humiditatibus secundis ad nutritum. Albenadan uero est alteratio cibi facta a calore naturali ad hoc ut sit cōueniens uirtuti naturali quod Latine dicitur digestio, & est communis ad alterationem cibi in stomacho, & in superfluo, ut ad benignum humorem reducatur. Alandagi autem est alteratio materiæ facta a calore ad hoc, ut talis materia si est mala, reducatur ad benignum, aut ut præparetur ad expulsionem, materiam grossam subtiliādo, & subtilem ingrossando, & per materiam in hoc loco intelligitur superfluitas aut humor nō aptus assimilari nutrito. Differentia tamen inter albendan, & alādagi habetur ab ipso Auic cap.de uirtutibus naturalibus.
Iuleb est nomen persicum significans zuccarum cum aqua rosata. Et Arabes expositores per iuleb absolute non intelligūt nisi zuccarum cum aqua rosata dissolutum. & bullitum in modum syrupi.
Iulem uide alalem.
* Iuleb tabarzet est iuleb factum cum zuccaro tabarzet.

KAlef est species salicis, & est arbur magna habens folia latiora, q̄ folia salicis, & in principio ueris facit flores ualde odoriferos, & de ipso, diximus in Chalef quod est idem.
Kalkalangi est confectio composita cuius descriptio habetur in.5. can.
Kamaha quidam dicunt q. est calamus aromaticus, alij q. est medicamen exsiccatiuum.
* Kamezech siue kamazech uide alathel.
Karmezi est uermis kermezi.
* Kebikengi quid sit lege secundo can. capi. proprio.
Kef est manus, quæ continet pectinem, & digitos, & huiusmodi pars est communis ad partem domesticam, & syluestrē palmæ seu manus.
Kekengi est species solatri.
Keliati seu keleiati est mensura.
Kenina.i.uase uitreo.
* Kencharzed uide chencharzed.
Kerfe uide cherfe quia idem sunt.
Kerfe darsini.i.cortex cinnamomi.
Kermezi.i.kermes.
* Kerfe alcarunfol est cortex arboris gariophyllorum, & dicitur etiam cortex aromaticus.
* Kers.i.stomachus & intestina animalium quadrupedum, & auium.
Kesb alkerua est fæx quæ remanet ex compressione alkerua, quando ex ipsis granis contritis exprimitur oleum.
Kesb sisami est illud quod remanet post expressionem granorum sisami contritorū, ut ex eis exprimatur oleum, & est illa fæculentia expressa, in qua nihil quasi remāsit de oleo.
Kessengi est genus tuberum.
* Kien est ciuitas Persiæ.
Kiest est ciuitas in Persia.
* Kie.i.mastix.
Kilgie est pondus lib.i.5.
* Kir seu kar uide chur, quia sunt idem. alij dicunt q. est insula similis pici scaturienti a terra sicut fons in partibus Niniue & Babyloniæ.
* Kisch uide alkisch.
Kist seu kust est pondus unc.xx. secundum alios uero est pondus lib.i.5. secūdū alios lib.iij. & secūdum alios lib.iiij. uide in.5. can.cap.de ponderibus.
Kisse.i.culcitra seu linteamine.
* Kisch uide hisch.
* Kur.uide chur.

LAbe Barbariæ uide alabe Barbariæ quia sunt idem.
Lachryma cerui uide Bezahar.
Lachat.i.incisio.
* Lagenis.i.uasis aquæ terreis.
Lana merbazi est lana capræ subtilissima, ex qua fiunt zambeloti, & alia uellera subtilia.
Lapis piperis est lapis, qui repitur inter grana piperis, & similatur piperi in colore & magnitudine.
Lapis murichis, lapis massius ambo ignorantur quid sint.
Lapis anachatis uel achatis secundum quosdā est alumen album, & secundum quosdam est ferrū sandalinum, scilicet species ferri, quod in suis fracturis, & in partibus confricatis habet colorem sandali rubei.
Lapis sanguinis est sanguis draconis, & secūdum aliquos est hæmatites.
Lapis taselis uel baselis secundū aliquos Arabes est lapis besd.i.corallus.
Lapis iasb idem est quod lapis iaspis.
* Lapis assius uide assius.
* Lapis herninis est marchasita ut patet.2. can.cap.de marchasita.
Lebeni.i.storax liquida.
Leblab est uolubilis seu lupulus, ut patet uerba Auic. & Mesue consideranti.
Lebub sunt grana seu nuclei auellanarū, amygdalarum, & fisticorum.
Lelfarzadache.i.super pastam duram.
* Lens syluestris est lens amara, ut patet.2. can.cap.de lente circa finem.
* Lentes rubeæ sunt lētes excorticatæ, quia sic sunt rubeæ.
* Lenticula aquæ est species muschi, ut patet.2.can.cap.de muscho.
Lesan alhamel, id est lingua arietis, & est plantago.
Letche.i.humidæ uiscosæ seu mali odoris.
Lignum crucis secundum oēs Arabes est lignum radicis pæoniæ, siue lignū pæoniæ.
Ligamentum alagiagi est cerotum uel emplastrum ex stypticis constringens, & ꝓhibens pulsum arteriarum, quando super eas applicatur.
* Lilium siccum.i.ireos.
Linx uide alnemer.
Liurello.i.uase.
* Lublcb.i.luppulus.
Luf uide alluf quia idem est.
Lufha.i.pomum mandragoræ.
Lubach est additamentum cartilaginosum replens uacuitates iūcturarum, sicut est in iunctura inter spatulam, & brachiū.
Luluma.i.concauitas.
* Lutum Romanum est terra sigillata.
Lutum capitis est lutum comestibile, quod mulieres prægnantes, & alij habentes appetitum corruptum comedunt, & apud aromatorios orientales communiter uenditur. Et mulieres maxime utuntur eo in balneis liniendo caput

put pro capillis prolongandis, & ideo dicitur lutum capitis, & etiam lutum comestibile, & est boni odoris, & saporis. Et dicunt Arabes q. est obiectum delectabile sanguisugis, & ideo si locus linitur eo, ipsæ uoluntarie se ad illud suspendunt. Et dicitur etiam alijs nominibus Arabicis. s. lutum corrascenum, lutum alnisaburi, lutum aromaticum, lutum alcubrugi. i. cyprium, lutum alnahagi, lutum samium uel samius secundum Arabes est lutum album frangibile, & est species luti romani, & dicitur stella samius uel stella samus.

Lutum albolera est bitumen iudaicum, uel secundum alios est lutum sigillatum.

Lutum albar seu albar est lutũ purum absq; putredine, & malo odore.

Lutum albharire seu lutum albhayra uel abayra est terra sigillata.

* Lutum alnahagi uide lutum capitis.

* Lutum aromaticũ, uide lutum capitis.

* Lutum comestibile, uide lutum capitis.

* Lutum gid. i. lutum bonum siue mundum.

MAchid uaccinum est lac uaccinum, a quo propter multam eius concussionem in utre aut in alio uase extractum est butyrum.

Machonoch apud Arabes est linteamen ex serico aut ex lino, quo mulieres orientales utuntur cooperiẽdo collum, et humeros, & alligatur parti posteriori capitis, & descendit per dorsum.

Macharad est forfex acuti capitis ad incidendum.

Machilun secundum aliquos est confectio sic nominata, Alij dñt q. ignoratur quid sit.

Machdunes. i. petroselini.

Magra est terra rubea seu lutum rubeum, et de ipso scribitur. 2. can.

Mahaur est axis pertransiens p aliquod corpus sphæricum sicut duo poli super quem circulariter mouetur.

Maheigi uide almarmaheigi.

Mahaleb est granum notum in Syria.

Maudane seu maheudane est herba quã Veneti cataputiam appellant.

Mahafa est uehiculum illud quod communiter dicitur sbara.

Maheizaheregi est spẽs lacticinij de quo Auicen. 2. can. facit cap.

* Mahaleb est granum fructus simile ossi cerasorum, & est notum in Syria, & comẽdatur in lapide renum.

* Maheizhera apud quosdam Arabes est tassus barbassus, & administrant tassum barbassum loco eius.

* Mahaemet filius Zachariæ. i. Regis.

Maluchia est species maluæ, & Damasci est in usu, & datur infirmis febrientibus.

Mar uide almarmaheigi.

Marbad uide Bancharas.

Marmacor seu marmauzi est herba, quã uulgares Veneti appellant herbam sancti Ioannis, cuius semen est semen maru.

Maram. i. unguentum.

Maramalrasul est unguentum apostolorum ita exponitur ab Auic. 5. can. capitulo de unguentis. Dicitur enim unguentum apostolorum, quia Galenus, composuit ipsum pro cura ulcerum quæ fuerunt in cruribus apostolorum secundum quod Arabes affirmant.

* Masabul uide pani almaschul.

* Margiuhe sunt ligna seu fustes asparagi.

Mast seu mest sicut exponit glossa Arabica est alraib, quod est lac coagulatum acetosum, & minoris acetositatis, q̃ lac acetosum, quod nominatur aldug seu aldog.

Masacunia est spuma uitri liquefacti, quæ cum infrigidatur fit sicut sal, ut scribit Alchuin.

Masera seu massere est tumor, accidens oculis, & in facie subito ex uaporibus a sanguine eleuatis, & tumefit facies, & nasus & frons, & alteratur multum a dispositione naturali, & est species erysipilæ, et de eo scribitur ab Auic. ubi agitur de decoratione.

* Mazen. i. uia.

Mecha est ciuitas in qua est sepultura Maumethi, inde mechie nomẽ denominatiuum significans quod nascitur uel defertur ex hac ciuitate.

Mechul est mensura.

Mechuch est mensura.

Medaruzan uide derezi.

* Medad. i. enclaustrum scriptorum.

Meded. i. quid successiue restaurans.

Medicina alhalebie uide alhalebi.

Medicamen alrasium secundum quod exponitur ab Arabicis est medicamẽ, quod applicatur ulceribus seu plagis capitis cum fractura ossis. Et hoc medicamen describitur ab Auic. fen. 3. quarti.

Medusat. i. compositis.

Medeli. i. secundum situm extensum uersus inferius.

Medini uide medani.

* Medicamen almehedi est medicamen scriptum in antidotarijs.

* Med & giezer cardis. i. fluxus & refluxus in corde seu dilatationis, & constrictiõis cordis, ita q. cum fluit aliquid in cor ipsum pp hoc dilatatur, arteriæ cõstringãtur, & cũ ex corde refluit aliquid in arterias tunc cor constringitur, & arteriæ dilatantur.

* Medareb. i. frequens.

Meha seu miha est nomẽ cõe ad storacem liqdam, & siccã. Et astarach est species meha ut patet. 2. can. cap. de storace. Et quidã per astarach intelligũt storacẽ calamitã, quidã uero storacẽ siccã nigram.

Meiubegi. i. staphisagria.

Mel tabarzet scđm auctores Arabes est zuccarũ tabarzet dissolutũ, quod remãsit in uase in quo fit zuccarum tabarzet, & nõ fuit coagulatum sed remãsit liquidum sicut syrupus.

* Mel ficuum fit per inspissationem decoctionis ficuum.

* Mel tereniabin est tereniabin dissolutũ, & redactũ ad similitudinẽ substãtiæ mellis. Auic.

* Mel emblicorum non solum intelligitur mel artificialiter coctum cum infusione emblicorum sed etiam sypus in quo conditi sunt embilici dum sunt recentes.

Melones zachi sunt anguriæ aquosæ, in quarum concauitate continetur plus de aqua, q̃ de medulla.

Melones alfelestini sunt anguriæ longæ tortuosæ uersus stipitem, cum quo coniungũtur, & nascuntur in Aegypto, & ibidẽ nominantur batheca abdelcui.

Melones indi sunt anguriæ uirides, quæ communiter nascuntur, & usitantur in pluribus regionibus.

Melon alraki est melon indus. i. anguria communis, quæ apud Arabes quandoque appellatur batheca inda, quãdoque batheca uiridis, quãdoque batheca filistin, quandoque batheca alzachi.

* Melasie uide granatum melasie.

* Meluchuzi est uas paruum.

Melachion est folium indum.

Memiran licet dicatur a Serapione q. est chelidonia, non tamen est herba, quam Veneti appellant chelidoniã. Memiran enim in rei ueritate est radix nodosa non multum grossa citrini coloris, sicut curcuma, minor tamen est, & subtilior, & asportatur ex India, & apud physicos orientales est ualde nota, & usitatur in passionibus oculi.

* Memithe est nomen commune ad troc. memithe qui sunt similes glandibus paruis ut dicit Auic. in. 2. can. cap. memithe, & ad herbam ex cuius succo fiunt glandes prædictæ.

* Men est nomẽ cõe ad oẽs spẽs mannæ.

Menachele uide almenachele.

Mendel. i. uas.

Meruzi uel mezui. i. declinãdo ipsã ad pectus

Merdasengi. i. lithargyrium.

* Merselan uide capilli Merselam.

* Merachiechun est euphorbium.

* Meriale. i. quod est in meri.

* Merhazi. i. lana mollis.

* Mesaus est nomen medici.

* Mesacunia secundum Rasim in lib. de medicinis facilis inuẽtionis est aqua uitrioli.

* Meschatramesia. i. pulegium.

* Mesich uide alhadeb.

Mest uide mast.

Mesue quẽ allegat Auic. fuit filius Mesue antiquior, qui multa scripsit in medicina. Alius aũt fuit Mesue posterior, qui cõposuit lib. Mesue noĩatum approbatũ ab omnibus Italicis, in quo multoties allegantur uerba Abuhali. i. Auicennæ. Et ego uidi librum Arabicum filij Mesue antiquioris. Sed librum filij Mesue posterioris nullibi in Arabico reperire potui.

Mesiha est nomen medici.

Mestarun est pondus.

Mesha est pannus factus ex pilis asinorũ, & caprarum, & quandoque ex pilis caprarum tantum, & Arabes habitantes loca deserta faciunt sibi tentoria, & saccos ex huiusmodi panno grosso.

Mesas est radix cornu caprini. Alij dicunt q; est pars cornu iuxta pedes animalis.
* Mesalius.i.acutus sicut stilus.
* Messeli.i.similis acui magnæ.
* Methenē uide almethenein quia sunt idē.
* Metelachlach.i.agitata conquassata permista turbida sicut res permista feruens ebulliens.
Metarach est exercitium compositum ex debili & tardo.
* Methachalem uide alphachi.
Mezui uide meruzi.
* Mezaurat sunt fercula facta ex herbis, uel tri, uel pane, et similibus cū oleo amygdalarum dulcium ut communiter usitatur Damasci. Et in summa omne ferculum in quo nō ingreditur caro, appellatur apud Arabes mezaure.
* Mhaur idem est quod axis pertransiens p aliquod corpus sphæricum sicut duo poli super quem circulariter mouetur.
Mibachtegi est sapa seu succus uuæ decoctus usque ad consumptionem quartæ partis, deinde miscetur ei mel, & zuccarum, & spēs aromaticæ scdm diuersas intētiones.
Miha uide meha.
Miha sceile.i.storax liquida.
Miha mumiai secundum expositores Arabes est mumia dissoluta. Et in libro synonymorum Arabico scribitur q; almumiai & mumia, sunt idem.
* Miniū est res artificiata rubei coloris qui fit ex adustione plumbi.
Missusen uel missusan uide almissusen, quia sunt idem.
* Molochia est species maluæ.
Monchar algorab.i.rostrum cornicis.
Moruse membra apud Arabes expositores sunt membra, quæ suscipiunt uirtutem a membro principali.
Morgian uide besd.
Mora alfersad sunt mora alba dulcia.
Mora scemi sunt mora nigra saporis muzi.
Mores alsebbaie uide alsebba.
* Morphea uide alguada.
Mucla secundum Arabes est pars exterior oculi, quæ nobis apparet.
Mucadabati seu almachadaba est nomen cōe ad instrumentum cum quo inciditur coniunctiua oculi, deinde penetrando, & intromittendo dictum instrumentum inter corneam, & uueam deprimitur aqua ad partem inferiorem, & etiam ad instrumētum supradictum penetrans, & deponēs aquam, sed non incidens, habens extremitatem penetrantem obtusam nō acutam, ne penetrando lædat tunicas oculi.
Mudaha.i.discooperiēs os cū unica solutiōe.
Mugienun uide Gienun.
Mugath est radix, quæ reperitur apud aromatarios Damascenos, & est ualde in usu cura doloris dorsi apud totam Syriam, & Aegyptum.
* Mugali quid sit declarat Auic. sexta quarti de uenenis trac.4.cap.15.
Mun est uocabulum Persicum, & est idem quod cera.
Muraba idem est, q; hoc nomen conditus, condita, conditum. Et propter hoc per zinziber muraba intelligitur zinziber conditum, & sic de alijs.
* Murabato.i.condito.
Muriafilun est planta, de qua Ebenbitar, & alij scribūt, q; mirabiliter resistit uenenis.
Musa est fructus suauis nascens, ubi oriuntur cannæ zuccari, & de ipsa habetur secundo can.
Mussoli uide almussuli.
Mus napelli uide Bis mus.
Mutuassem est nomen regis.
* Muza uide musa quia sunt idem.

NAbati appellatur illud quod oritur in quadam regione orientali nominata Nabat quæ non multum distat a Niniue ciuitate, & a Bagaded iuxta tigrim fluuium situata.
Nabacha est pondus.i. quantum est granum nabach de quo in secundo can.
Nacham est auis magna paludosa. Et secundum Arabes de hac intelligit Auicen. 2. can.c.de Nham siue secundā aliam literā Nacham.
* Nastha siue nasth est petrelæum.
Napellus albus apud Arabes intelligitur radix napelli alba.
Napellus cineritius intelligitur radix napelli quæ est cineritij coloris.
Nardin.i.spica nardi.
Nargil.i.nux indica.
Nasturtium babeli.i.nasturtium babylonicū, & est nasturtium album.
* Nasit sunt ligamenta uel nodi uelociter solubilia.
* Nasturtium albū uide nasturtium babeli.
Nathaf seu nathif est res condensata in modum dactyli, quæ deglutitur, & est sicut loch spissum.
Nathif.i.loch spissum.
Nebit Arabice idē est quod uinum Latine.
* Nebat noctis uide benat noctis qa sūt idē.
* Ned est compositio aromatica.
Ned primum secundum Arabes est suffumigium perfectissimum compositum ex ambracā, & xyloaloe, & musco perfectissimis, & ualde electis.
Negiē uel negim seu negieme quod Arabice dicitur althil est species trifolij eleuati a terra ad quantitatem palmi tantum, & producit flores quasi in figura pyramidali, et in colore rubeos aut albos.
Nermisch uide alnermisch.
Nerdi uide os nerdi.
Nesrin est rosa habens odorem acutum, & uulgares apud Hispaniam, & Barbariam appellant rosa muschata, & Damasci dicitur rosa nesrim uel neserin, & est species rosæ syluestris.
Nesastegi.i.amylum.
Nesuad uel nuduad est liquor aromaticus sicut uinum mistum cum aromatibus quod dicitur apud uulgares Latinos clarea.
Nesestegi citrinum est species amyli, quæ artificiose fit citrina.
Nesestegi alasfor.i.fæx seu residentia croci hortulani in succo limonum pro tinctura rubea facienda, sicut fit in Aegypto, & Syria apud Samaritanos.
Nham est auis, quæ dicitur struthius.
Niazech.i.stella comata.
Nil est herba, ex qua exprimitur succus ex quo conficitur indicum tingens.
Nisabur est nomen regionis Persiæ, unde nisaburi.s.quod est ex ea regione.
Nix sini uide Asius, & flos salis.
* Nocra sicut scribit Sirasi proprie est souea uel concauitas in parte posteriori colli, & est proxima chasa, quæ est pars capitis eminens, super quam iacet caput in situ hominis resupino. aliqñ tamen accipitur pro concauitate in extremo alicuius ossis, in quam extremitas alterius ossis ingreditur, ut in cap. de dislocatione cubiti, & in.c.de fractura.
Nodi melini sunt nodi, quorum materia coniuncta est sicut mel.
Nuaged sunt dentes maxillares ultimi qui nascuntur ab annis.xiiij.usque ad ætatē cōsistentiæ.
Nua est pondus drach.iij.secundum aliquos, & secundum alios drach.v.
Nuduad uide nesuad.
Nura.i.calx & significat ēt psylothrum.
Nux regalis secundum Arabes est nux quæ cōmuniter est in usu, quia est nux maior, & delectabilior gustui, secundum alios uero est nux magna, quæ oritur in regione Auicennæ, et propter suam excellentiam dicitur regalis.
Nux metel secundum quod scribitur in libro Ebenbitar, & secundum omnes physicos Syrios, & Aegyptios, est fructus cuiusdam plantæ cuius statura, & folia similantur melongene, & apud aliquos Arabes appellantur berbengine, id est similes melongene, & florem habet album magnum oblongum, & fructus eius, qui dicitur nux metel, est sicut nux aspera, cuius cortex est spinosus, & grana seu semina huius fructus sunt sicut semina pomi mandragoræ, & sunt dulcia pinguia. Cortex autem spinosus similatur cortici spinoso fructus cuiusdam plantæ, cuius folia sunt similia folijs hædere paruis, & stipites eius inuoluuntur super uirgulas sicut uolubilis, & fructus istius plantæ est sicut nux uiridis, in cuius cortice sunt spinæ grossæ acutæ, & talis fructus a mulieribus Venetis, & Patauis appellantur caranze, & ex isto fructu fit oleum ualde sedans dolores hæmorrhoidarum. Et aromatarij, & physici orientales utuntur hoc fructu in stupefaciendo, & affirmāt q; ipse sit nux metel, eo quia habet conditiones quas scribit Auicen. de nuce metel, & facit operationes eius sicut docet experientia. Illa uero nux quam Veneti appellant nux metel, & quæ reperitur inter nuces muscatas, non habet spinas quas scribit Auicen. & talis nux, quæ asportatur ex India, ignoratur quid sit a physicis

physicis orientalibus, & ab Italis connumeratur inter stupefactiua.

* Nux romana est nux quæ cõiter est i usu.

ODor charegie est odor rei humidæ putridæ habentis in superficie pilositatem uel lanuginem quæ a Venetis dicitur muffa.

Oleum Chalefuide chalef.

Oleum zanbacb apud uulgares Arabicos est oleum liliorum alborum, tamen apud physicos peritos est oleum factum ex floribus iasimini.

* Oleum seminis absolute prolatum intelligitur apud Arabes oleum se. lini.

* Oleum alkelkelanegi est oleum de quo scribitur in. 5. can. cap. de oleo alkekengi, sed litera est corrupta. debet enim dicere de oleo alkelkelanegi.

* Oleum albascir est oleum ex uua seu ex floribus uuæ.

* Oleum uitis est oleum factum cum floribus uitis aut pampanis uitis, aut succo pampanorum, & foliorum ipsius.

Oleum musti est oleum factum cum musto seu cum succo uuæ maturæ quousque consummatur succus prædictus.

Oleum alseini secundum aliquos est oleum de thaiun, quæ est herba notissima Damasci. Et Auic. in libello de secretis quem ego traduxi, scribit de ea mirabiles proprietates, & est policaria, & aliquando sumitur pro oleo iasimino.

Oleum alrazachi secundum Arabes est oleũ factum ex susen albis. i. lilijs albis.

Oleum de susen absolute est oleum de susen asmagiuni. i. lilijs cœlestibus factum cum spica, & alijs aromaticis sicut declaratur in lib. Mochtar Arabico.

Oleum siragi est oleum sisaminum.

Oleum de aqua secundum aliquos est oleum omphacinum, et dicitur oleum aquæ quia non potest fieri nisi cum aqua permista oleis immaturis. Alij uero dicunt q. est oleum ablutum cum aqua.

Oleum alzeit. i. oleum oliuæ.

Oleum hortense est oleum, quod fit ex oliuis non syluestribus.

* Oleum grossum est oleum antiquum quod est sicut butyrum.

* Oliuæ aquæ sunt oliuæ dulcoratæ per infusionem ipsarum in aqua, postea in aqua cum sale infusæ.

* Olus apud Arabes est nomen commune ad herbas, & ad fructus.

* Olus benedictum aqud Arabes dicitur portulaca.

Ormus uide alcbarad.

Os nerdi est os positum in fine pectinis pedis uersus partem syluestrem, et in parte cõuexa ipsius pedis, & tale os habet figurã hexagonam, & denominatur nerdi, quia assimilatur taxillo hexagono, quo antiqui ludebant, & illi taxilli fuerunt appellati nerdi ab inuentore, qui fuit philosophus clarissimus, et appellabatur Nerdi.

Ossa shemie uel alaberie sont ossa parua post aures, quæ sic appellantur, quia assimilantur extremitatibus cuspidis sagitarum, & acuum.

* Ossa paria sunt ossa temporum, quæ ideo dicuntur paria quia cõponuntur ex duabus tabulis ossium, in quarum medio est os spongiosum.

Os latũ apud Arabes appellatur os alchatin.

* Ostracum purpureum est ostracum cuius cortex declinat ad rubedinem.

Ouum uenti est ouum super quod non cecidit hora coitus roritas, & uirtus masculi, & apud uulgares dicitur ouum uenti, quia cum sit absque uirtute masculi non est aptum ad conceptionem.

PAnis almele secundum Arabes est panis coctus super lapides calefactos, & coopertus cineribus calidis.

Panis alchiscar ẽ panis factus ex farina permista cum furfure aliqualiter, alchischar nanque idem est quod furfur.

Panis albauari est panis factus ex farina frumenti prius abluti, et infusi in aqua, quod quidem frumentum post eius ablutionem, & exiccationem mollitur una uice, & nõ pluribus uicibus sicut quando fit sinud seu simila.

Panis alchathaif est panis decoctus in patella absque aliquo unctuoso.

Panis alfetit est panis non bene decoctus qui postea diuisus in partes exsiccatur in umbra, & ex eo cum oleo amygdalino, & aqua conficitur ferculum.

Panis ex fractura simile est panis ex farina frumenti loti bis molliti, quia per primam molituram separatur furfur grossum, postea iterum molitur illa farina a furfure depurata.

* Panni almaschul sunt panni politi, & applanati per fricationem rei duræ super ipsos ita ut splendeant, & huiusmodi panni ex lino, & ex coto multum usitantur in oriente tempore æstatis.

* Pannus latrinæ est pãnus quo abstergitur anus in latrinis post ascellationem.

* Panis albait. i. panis secundi diei nõ recẽs.

* Passulæ scemi, et passulæ alberui sunt passulæ sic denominatæ a loco, & sunt pingues dulces.

* Petroselinum, uel petrasalium in Arabico est apium montanum secundum quod exponitur ab Auic. in pluribus locis.

Pilulæ alsabiar sunt pilulæ assaiaret, et denominantur alsabiar ab Arabicis, quia administrantur apud somnum, Alsabiar enim significat illud quod est amicum somno, uel quod administratur apud somnum, et est uocabulum persicum.

Pilulæ alscebiche biberem sunt pilulæ sic denominatæ a medicis.

Piper longum secũdum quosdam Arabes est primus fructus arboris pigeris, quia est flos arboris piperis sicut est flos auellanarum, & post huiusmodi florem producitur piper rotundum. Nam huiusmodi flos cum magnificatur tunc grana, quæ prius in flore prædicto erant unita, separãtur & efficitur flos ille, sicut botrus seu racemus berberis, in quo pendent grana. Et experientia docet, q. grana piperis completa colligũtur ex botris similibus botris berberis. Quidam autem alij dicunt, q. piper longum producitur in arbore alia specie diuersa ab arbore piperis.

Pira senabrud sunt pira dulcia odorifera.

Piscis sefa uel besefa qualis sit ignoratur.

Pisces alradradi sunt pisces petrosi.

* Pix de minera uide alchar quia sunt idem.

* Planta noctis uel filia noctis est pruritus uel asperitas seu bothor accidens cuti in nocte.

Plumbum alcalai est plumbum declinans ad naturam stanni.

Porrũ scemi habet in radice sua caput grossum ualde.

Porrum nabathi non est ita, & ambæ species sunt notæ Damasci.

* Porrum semium habet in radice sua caput grossum.

* Porrum nabathi nõ habet caput ita grossum, et ambæ species sunt notæ Damasci.

* Præparatio anhelitus est difficultas in anhelando, taliter q. homo non potest anhelare nisi extendat collum & se præparet stando aut sedendo, ut plus recipiat de aere. & secundum Syrasim dicitur de asthmate, & de difficultate anhelitus.

Pruna Armena sunt pruna delata ex Armenia absque cortice exsiccata carnosa ualde. Et ego uidi ipsa trãsmitti principibus Syriæ, & Aegypti in munus ipsis gratissimum, & gustaui ipsa in sapore dulcia, et delectabilia, et expertus sum ipsa in infusione, & decoctione magis lenire & soluere, q̃ Damascena. Et hoc idem asserit Ebenbitar Arabicus cap. de prunis. Et ideo uerificantur uerba Auic. 2. can. cap. de prunis, qui dixit. Et Armena sunt magis abstersiua, & uehementius soluentia.

Pullus chardanegi secundum Sirasim est pullus primo aliqualiter elixatus, postea iuxta ignem assatus.

RAchezan. i. penetrando.

Rachame uide alrachme, quia sunt idem.

Racht. i. diuersorum colorum.

Racemus in arbore nucis est flos nucis.

Radani uide chadessan.

Rabada uide alrabade, quia sunt idem.

Raib est lac acetosum coagulatum, & est maioris aquositatis, q̃ mast seu mest.

Raithane est species piscis.

Ramech est compositio ex rebus stypticis, cuius descriptio habetur in antidotario.

* Ramnus. i. rubus.

Rapa parua secundum Arabes est species rapæ, cuius folia sunt similia siclæ, et radix eius est rubea interius, et exterius, & Damasci appellatur Suandar, & comeditur in ferculis cum acetosis, & speciebus sicut rapa.

Rasbot uide alchessir.

Rased uide alrased quia sunt idem.
* Rasech.i.ustum.
Ratinegi.i.gumma pini. Et secūdum glossam Arabicam nominatur etiam calphonia, et in Syria arbor eius nominatur alarazi.
Ratiaba est species piscis.
Rathbe uide alrathbe quia idem sunt.
* Rate est auelana Inda, et de ipsa in.2.can. loquitur Auic.cap. Roba seu rate.
* Rauend seni.i.reubarbarum.
Razane.i.quies corporis seu eius stabilitas.
Realgar uide alsech.
Rechi seu alrai est ciuitas Persiæ.
* Reu alseni uel Reu seni est reubarbarum.
Rhaune est nocumentum in operationibus cogitatiuæ secundum diminutionem aut destructionem.
Rhai alaman.i.pastus columborum.
Rigil idem est, quod aggregatum ex coxa, et crure, & reliquis partibus pedis.
Riha alsabian.i.uentositas puerorum. Quidam per riha alsabian intelligunt uentositatem grossam intra caput, quæ ipsum replet ita, ut commissuræ capitis aperiantur. Et quidam alij exponunt in libro canonis q. est magnitudo capitis causata ex apertione commissuræ propter uentositatem, & humiditatem in eo aggregatam. Quidam uero intelligunt speciē epilepsiæ quæ proprie accidit pueris in ætate pueritiæ. Et quidam nominant hanc ægritudinem Sarrha Alsabian, & est q. puer moueatur motu epileptico, & quādoque torquentur mandibulæ, & oculis accidit Sachus.i.dispositio qua oculi continuo aperti manent semper intuentes in unum locū.
Riban suliman.i.giensafrā quod est ozimum gariophyllatum.
Romaniati est cibarium ex carne cum granis granatorum & passis.
Ruada uide Giedual.
Rubus canis est rubus, qui producit flores albos similes rosis syluestribus post quos producit fructus similes oliuis qui in tempore autumnali efficiuntur rubei, & maturantur, & ab aliquibus comeduntur, & sunt in sapore dulces ad ponticitatem, & stypticitatem declinantes, & in concauo ipsius fructus est quædam lana seu lanugo, aut pilositas cum semine, sicut in capitibus rosarum domesticarum. Et secundum aliquos semen prædictum tam in rosis syluestribus, q̄ domesticis est uerum semen rosarum.
Rubien est species piscis.
Rumi apud Arabes antiquos appellata fuit regio quarti climatis, quod etiam obseruatur hodiernis tēporibus.s.ut quicquid oritur in illa regione appelletur Rumi seu rumie nō intelligendo, Romam in Italia, sed Syriā, Turchiam, et Græciā, quæ Rumi ab Arabicis appellatur.
* Romaniati est ferculum factum ex granatis: nam granata apud Arabes dicuntur ruman.
Rusachtegi.i.de ære adusto, nam rusastech significat æs ustum.

Sabizegi seu sabizech sicut scribitur in libro Benagi albiā dicitur de cortice mādragoræ, & de specie melongene syluestris, cuius fructus est sicut pomum paruum, et in cortice exteriori est spinosum. Et secundum Ebenbitar dicitur nux methel, & est stupefactiuum.
Sababich uel sananich est planta producens carnub nabathi seu carnub seuchi.
Sababech uide alsababach, quia sunt idem.
Sabanech uel sabanegi uide ut supra.
* Sabiarat.i.pilulis assaiaret.
Sabot uel sabut est piscis, qui reperitur in flumine dicto Fora apud Persiam.
Sabag apud Arabes uocatur omne saporosum, in quo caro uel panis intingitur.
Sacha uide Chadessan.
Sachus uel sachas uide Riha alsabian.
Sachafilus uel scaculos secundum Alchurasi, & Ebensis exrositores Arabicos est apostema accidens in concauitatibus arteriarum cerebri ex sanguine grosso effuso ad ipsum, & putrido, & appellatur sachafilus similitudinarie. Nam sachafilus uerum est mortificatio membri, quam præcedit ganaga.i.cancræna, & nota q. scaculos est apostema cerebri prauum.
Sachari.i.durorum.
Sachragie quid sit ignoratur.
* Sachaich alnhaman.i.papauer rubeum.
Sadahan uide Chadessan.
Sadachan uide ut supra.
Sadenegi.i.hæmatites.
Saderuan ut scribit Ebenbitar est medicamen indum.
Safarahaun est auis parua circa piscinas existens, quæ confert ad lapidem renum, ut scribit Auicen.in.3.can.cap.proprio.
Saffaf idem est quod salix, & salix appellatur etiam kalef, quia post florem non facit fructum neque relinquit fructum post se. Verum kalef proprie est species salicis habens folia latiora q̄ folia salicis, & in principio ueris facit flores ualde odoriferos.
Safan.i.oleum.
* Safid asfed.i.nasturtium album.
Safauseli uide squinzibin safauseli.
Saganea est electuarium scriptum in.5.can.
Saham ubique in Arabico habetur ubi in latino habetur adeps, et saham idem est quod unctuositas congelata circa renes. & zirbum adipinum. Et ubi habetur pinguedo, in Arabico habetur semen quod interpretatur unctuositas congelata sub cute, & inter musculos, sicut apparet in porcis, & in arietibus castratis in Syria existentibus, q̄ quidem unctuositas apud uulgares Venetos appellatur lardo.
Sahagian uide Chadessan.
Salhana, uel sahane est species salsamenti facti ex piscibus paruis salitis, & usitatur in oriente uersus Bagaded hodiernis temporibus.
Said est regio iuxta Nilum, distans a ciuitate Chairi itinere sex dierum.
Sakaif alnhamā ab Arabicis appellatur papauer rubeum, quod reperitur in cāpis.
* Sal napticus uel nafticus est sal habens colorem azurum ad nigredinem declinantē, & eius odor declinat ad odorem alnaft sicut scribitur in libro Alchuin & Auic. & alij de ipso scribunt.
Sal uiperæ est sal, qui ponitur, & reperitur in uentre uiperæ salitæ.
Sal tabarzet est sal durus mundus clarus seu sal gemma.
* Sal cauatus.i.sal imperialis.
* Sal qui ponitur in massa panis est sal cōis.
* Sambac seu sambacinum est lilium album.
Sameriuma sicut scribitur in libro Alchuin est saudenegi.i.calamenthum.
* Sambach.i.ieseminus flos, ut patet.5.can. summa secunda trac.2.in descriptione collyrij iuuatiui facti cum iesemin.
Sananich uide sababich.
Sarrha alsabian uide Riha alsabian.
Sarsar est animal quod Pataui appellant grillo, & est paruum cantans in nocte.
Sarm seu sargi est intestinum, quod ad anum seu ad sicteri terminatur &c.
* Sarmach.i.atriplex.
* Sarachias.i.chibichengi.
Sasfasa uide alrathbe.
* Sathar uel zathar est nomen commune ad plures species herbarum acuti odoris & saporis, & una istarum specierum sather uel origani habet folia quibus absinthiū similatur, & proprie dicitur de herba quam mulieres & uulgares Veneti appellant saturegiam.
Scaculos uide sachafilus.
Sceba seu sciba est species absinthij habens folia minuta, & plures ramusculos, & est herba nota Damasci nascens in locis syluestribus, et pistores comburunt radices, & stipites ipsius in furnis calefaciendis, et de hac plāta loquitur Auic.2.can.cap. Sceba. Et sceba armenum seu corascenum est illud quod Latini appellant semen sanctum.
Scemium dicitur illud quod oritur in regione scemi.i.Syriæ.
Sceilem uide alsceilem quia sunt idem.
Scelita est electuarium, de quo habetur in antidotario.
Sceitaragi est radix delata ex India, et est rubificatiua, de qua in secundo can.cap. Scitharagi.
* Scedenigi uel shedanagi.i.semen canapis, sicut habet.2.can.cap.65.de frigara.
* Scemi uide scemium.
* Sceni est regio Syriæ.
Schingibin uide secaniabin.
Sciba uide sceba.
* Scotomia est tenebrositas oculorum quæ accidit cum homo surgit a loco in quo est.
* Sebel est ægritudo oculi in qua uenæ eius dilatantur, & replentur sanguine.
Sebesten uide Debach.
Sechbagi uide Bagi.
Sech est galia non semper aromatizata.
Secaniabin quod Arabice dicitur schingibin est syrupus acetosus, & est communis ad

melinum, & zuccarinum.
* Sechbinegi.i.serapinum.
Sechirusie.i.sefirotice.
Sedar uide alsedar.
Seder est arbor ex cuius folijs fit puluis, quo Sarraceni utuntur in balneis, & reperitur hæc arbor in terra promißionis circa Sidonem, & ciuitatem Safet.
Sefaihe.i.nascens ad radicem montis.
Sefaiha idē est quod partes laminosæ seu partes latæ subtiles, sicut partes squammosæ.
Segiar mariem seu arbor uel planta Mariæ, sicut scribit Ebenbitar, est herba, quæ dicitur alachuē quæ est matricaria, et apud aliquos uulgares Italos nominatur herba sanctæ Mariæ. Et segiar mariem dicitur etiam de arbore, cuius folia similantur folijs arboris citoniorum, & ex ea colliguntur grana algul in Aegypto. Et in Græcia colligitur storax sicca gummosa aromatica, & odorifera, quæ ab Auicen. 2. can. dicitur astarach, & apud uulgares Arabes dicitur bachur mariem, hoc est suffumigium Mariæ.
* Sekensubuc.i.sebesten.
Seles in Arabico aliquando significat flexibilitatem, & mobilitatem facilem, aliquando significat laxitatem, & quid laxum non compactum, sicut iunctura non stricta nō compacta ligamentis fortibus, quæ faciliter moueatur aut flectatur, Et secundum diuersitatem locorum, in quibus reperitur iste terminus, diuersificatur intentio ipsius.
Selgem uide alselgem quia sunt idem.
Sela uel selgiem algogar.i.rapæ paruæ.
* Selimani.i.rubei.
Selel alnachel est mel dactylorum.
Selk.i.blitis.
Selami.i.nodo uno digitorum.
* Seleth.i.filigo.
Semen est butyrum coctum siue antiquum siue nouum. Et quandoque accipitur pro unctuositate cōgelata sub cute uide Sahā.
* Semuriun.i.petroselinum montanum.
Semen maru uide Marmacor.
Semsemanie uide alselamiat.
Semsem uide ut supra.
Semarat uide alzarachat.
* Semen rose secundum aliquos Arabes est semen quod reperitur cum pilis existentibus in medio capitum rosarum quæ capita tempore autumni maturantur, & fiūt rubea. Secundum aliquos uero est semen minutum inclusum in ipsis rosis immaturis exiccatis.
Seman apud Arabes est auis, quæ apud Venetos qualea appellatur.
Semid apud Arabes est farina ex frumento grosso modo trito cum mola ita ut cortices furfurei grosi separentur, & remaneat medulla tritici prædicti in modum granorum milij paruorum quæ medulla sic trita, & mundificata a furfuribus Latine dicitur simila. Et apud aliquos non solum illa medulla tritici grosso modo trita, sed etiam pars subtilis ipsius medullæ trita subtiliter, et mundificata a furfuribus appellatur simid seu simila seu flos farinæ.
Semacha est separatio continui eueniens in panniculo subtili cooperiente cranium, et per semach Arabes Exponunt incisionē peruenientem ad uelamen sub cranio existentes.
Semum.i.aere uehementer calido.
Semegenium.i.nigrum.
Semachu.i.super partem dextram aut sinistram capitis.
* Senabras idem est quod lacerta uel stelio qui in hortis reperitur.
* Senascpe.i.margines concauitatis spondylium.
Senan.i.dentalis.
Senasen idem est quod spina uel illi simile, sed proprie sunt ossa acuta quæ in spondylibus eminent.
Senchar.i.lactuca asini.
Sengiar.i.lactuca asini.
Senbadegi est res mineralis apud uulgares Latinos appellata smerio, cū quo arma, & alia ex ferro constructa abstergūtur, & fiunt lucida, & polita.
Senasene.i.margines concauitatis spondyliū.
Sengiabuc est granum sebesten, sicut exponit Ebensis.
Sendar.i.uitis nigra.
Serengi est minium quod est rubeum ualde, & fit ex adustione plumbi.
Serasif est pars mirach cartilaginosa, quæ continuatur cum extremitatibus costarū mendosarum ita, q extremitas costarum mendosarum dicitur serasif, & est iuxta hypochondrium.
Seragi alchatrab sicut scribit Menagi albian est herba proxima hyssopo, ut etiam scribit Auic. cap. de lampade alcotrob. Aliqui Arabes dicunt, quod est mandragora habens figuram humanam. Alij autem diuersificantur circa expositionem huiusmodi nominis.
* Serach est paßio in qua cibus non descendit ex meri.
Seregi uuæ.i.rob uuæ.
Setan uide alcharad.
Sextarius est pondus drach. 6. 5. Shad.i.cyperus.
* Shathar est nomen commune ad plures species herbarum acuti odoris, & saporis, et una istarum specierum shatar uel origani habet folia quibus absinthium similatur, & proprie dicitur de herba quam mulieres, & uulgares Veneti appellant satureiam.
Shemie uide ossa shemie.
Shedanegi beri uide alsemne.
Sherzur est regio Persiæ.
Shed est fauus mellis in quo cera & mel non sunt separata.
* Sibare quid sit uide prima tertij trac. 3. cap. 11.
Sichbegi est ius factum ex aqua uel ex brodio carnis cum aceto uel alia re acri.
Sicla nigra secundum aliquos est planta quæ in Syria appellatur suandar, cuius folia sunt similia folijs siclæ paruæ, & color ipsorum est ualde uiridis ad nigredinem declinans, & radix est rubea ad magnitudinem raphani oblonga, & habet corticē grossum supra corticem sicut cepe. Ebenbitar autem connumerat hanc plantam in specie raparum, & scribit, q semen raparum, quod proprie ingreditur theriacā, est semen suandar prædictæ. Et in Syria radix supradicta rubea in hortis nascens comeditur elixata in ferculo, & condita cum aceto, & oleo, & sale, sicut fit salatutium ex carottis, seu ex radice bautiarum domesticarum. Et radix ista etiam cocta, & condita in aceto solo aut in zuccaro, sicut condiuntur rapæ, seruatur longo tempore, et comeditur. Et radix prædicta etiam sicut relatum est a fide dignis, oritur in Macedonia circa ciuitates Durachij, & Alexij in locis campestribus. Et semen huius radicis seu rapæ nascentis in locis campestribus, uidetur magis utilis pro theriaca conficienda q̃ semen hortulanæ.
* Sicla.i.blitis.
Sief almezidachiana.i.sief Alchueb, idest sief stellæ.
Sief alnesastegi.i.sief de amylo.
Sief alchenduri.i.sief. de thure.
Sief alramadi.i.sief cinericium de quo in antidotario.
* Sief rusacheegi.i.sief de ære adusto.
Sigilla lacume.i.terra sigillata.
Silach uide alselach, quia sunt idem.
Siliqua de Syria est siliqua, quæ comeditur ut patet. 2. can.
Simila uide simid.
Sinia.i.ex regione Sin.
Siracost est manna quæ apud Italos usitatur.
Sirachs est radix silicis nota apud aromatarios Damascenos, & est in usu contra uermes.
Siragi uide oleum siragi.
Stragi storacis est unctuositas storacis.
* Siras uide alseras quia sunt idem.
Sisymbrium uide alneman.
* Sizarach est lac uespertilionis uel secundū alios urina uespertilionis.
Sorbagi uide Bagi.
Sosati.i.pleuresis. Quidam Arabes tamen dicunt, q sosati proprie est apostema costarum, & in libro Samarcandi scribitur q est apostema costarum mendosarum.
Speculum alsinie est speculum artificiosum in quod siquis inspiciat, uidetur os suum esse tortuosum.
Spica nigra est spica nigra aromatica quæ declinat ad nigredinem.
* Spina recens secundum Arabes est bedauard quod est spinosum.
Spodium uide alcanna.
Spuma absinthij secūdum aliquos Arabes est succus absinthij spumosus subtilis depuratus a parte sua fæcali residente. Et quidā dicunt q est succus depuratus, aut non depuratus, & dicitur spuma, quia talis succus

cus

cus secundum plurimum habet spumam.
Spuma psyllij.i.mucilago psyllij.
* Spuma baurach secundum Arabes est spuma quæ resultat ex agitatione maris seu ex permistione baurach.
* Squingibin.i.syrupus acetosus.
Squinzibin safarzeli.i. syrupus acetosus de citonijs.
Stellæ alderari sunt stellæ luminosæ, sicut scribit glossa Arabica.
Stella samius uel samus uide lutum samium.
Stincus uide Cocodrilus.
* Storax almumiai est sicut pix aut bitumen iudaicum, & est minerale. nascitur enim in quibusdam cauernis existentibus in Armenia.
Suachi uide Giedaul.
Suandar uide sicla nigra, & rapa parua.
Suasera secundum Ebenbitar est muscus diaboli, & est species ambrotani.
Subet sari.i.dormitio uigilatiua.
Sucharan apud aliquos est hyusquiamum nigrum, sed apud medicos peritos est planta appellata cicuta.
Suchutum est semperuiua, sed glossa Arabica dicit, q; est aliud.
* Sucutri est insula in Persia in qua nascitur aloe sucutrinus.i.Persicus.
* Suchale quid sit lege. 2.can.
Suffumigatio alchamor est suffumigatio rerum odorabilium bullientium in aqua rosata, et euaporantium ex uase, in quo bulliunt, quod habet orificium strictum.
Sufertun sicut scribitur in libro Benagi albian est semperuiua, et secundum alios est species mandragoræ.
* Suffuf uel suffus.i.puluis, uel pulueres.
Suich uide alsuichi.
Sule.i.sasfase seu trifolij.
Sulegian est ludus, in quo equitando percutitur pila rotunda lignea cum baculis, & huiusmodi ludus est in usu in oriente.
Sumurion est apium campestre, & dicitur apium persicum ut patet.19. tertij, cap. de medicinis comminuentibus lapidem. Et ego puto q; sit herba habens stipites concauos, & folia similia folijs apij, sed maiora, & apud mulieres Venetas appellatur leuistico.
Sumach albagadedi est sumach album seu minorem habens rubedinem, & dicitur albagadedi, quia asportatur ex regione dicta Bagaded.
Sumach aldebagin.i.sumach, quo præparantur coria, & pelles.
* Summitas cannæ.i.flores cãnarum seu cannularum existentes in summitate ipsarum ex quibus fiunt scopæ lenes & molles.
Superius squinanthi.i.flos squinanthi, qui similatur floribus cannularum, uerum est ualde paruus in quantitate. Et ego emi huiusmodi florem delatum ex Mecha, & erat continuatus cum stipite, et folijs squinanthi.
Surbagi seu surbagiet est cibarium factum ex brodio cum pauco rizo, aut melle, & alijs, quæ in ferculis ponuntur, et est fluidum, & est ualde in usu in Syria, Arabes nanque non bibunt aliquid in prandio aut cœna, sed loco potus sorbent huiusmodi ferculum. Sanius enim putant q̃ aquam frigidam. Vinum autẽ ex lege est eis prohibitum.
Suristan est medicamen compositum.
Suri est uitriolum rubeum.
Suregi parietum.i.illud, qui egreditur ex parietibus & muris, & est sicut sal.
Surethun est testiculus uulpis.
* Susi & tarsusi, sunt regiones non multum distantes ab Antiochia.
Susan, uide almissusen.
Susen azad.i.floris lilij albi nondum maturi seu nondum aperti Quidam uero dicunt q; susen azad est flos lilij cœlestis.
* Sygia.i.storax liquida.
Sythragi quid sit uide. 2.can. & est quasi simile casiæ ligneæ, uerum frusta eius sunt subtiliora, & est nota apud aromatarios Damasci.
* Sytharagi est illud de quo Auicen. 2.can. cap. scytharagi.

TAbrasten est ciuitas Persiæ.
* Tabibabi est regio sic nominata.
* Tabari.i.corium.
Tachir apud Arabes est substantia medullarum tritarum dura post expreßionẽ seu extractionem olei ab ipsis cum uehementi cõpreßione factam. Et sic tachir amygdalarum est substantia dura, quæ remansit post expreßionem olei ab ipsis tritis. Et similiter dicatur de tachir granorũ ben. & nucum, & fisticorum, & similibus.
Tafasia quidam dicunt, q; sunt grana rutæ syluestris. Quidam dicunt q; est aliud.
* Taffia est gumma rutæ montanæ, ut patet 4.can, de uenenis calidis cap. fisie. debet enim dicere taffia.
Tabich est ciuitas Persiæ.
Tamar heyrun sunt dactyli magni bene maturi.
* Tauri.i.confectio de dactylis.
Tanur est species furni in oriente qui est ualde in usu, & est factus ex luto cocto sicut testa, cuius longitudo est trium cubitorũ, & latitudo ipsius est duorum cubitorum uel circa, & figuram habet rotundam, cuius orificium est strictum in parte superiori, reliquæ uero partes sub eo existentes gradatim dilatantur usque ad extremum eius inferius, & circum quamque partem furni appositi sunt lapides & lateres calce aut luto firmati: & cum calefactus est cum lignis subtilibus accensis remanentibus prunis in fundo eius: tunc pasta mollis extensa in modum placentæ applicatur eius lateribus, ipsisq; adhærendo coquitur a calore lateris tanur, & calore ignis, & aeris in ipso existentis: orificium nanque clauditur.
* Tarcon est herba.
* Tarsusi uide Susi.
* Tafelis uide lapis tafelis.
* Tebegi uide trebel, uide etiam thebegi.
* Techeregiet.i.sit putridum putredine faciente telam muffosam.
* Techaiban dicitur figura qualibet diuersa a figura rotunda.
* Techascas.i.causat sonitum oßis fracti.
* Tedmur est regio uersus orientem inter Bagaded, & Damascum situata.
* Telha est uinum decoctum usque ad consumptionem duarum partium.
Tenur corporis secundum Sirasim est pars corporis concaua comprehendẽs uiscera.
Tenchis alras.i.declinationem uel demißionem capitis uersus anterius.
Tenaseb.i.glutinis albotin.
Terbenthina est gumma arboris producentis fructum, qui dicitur granum uiride.
Tereniabin seu trangibin est species manæ, quæ in oriente est ualde in usu, & de ipsa habetur in. 2.can.
Terchia.i.gradatim procede.
Terid.i.panis comminutus in iure pingui.
Tertiana triangulata.i.quartana.
Tesfid capitis apud Arabes est figura capitis priuata commissura coronali, aut cõmissura laude propter priuationem eminentiæ partis anterioris aut posterioris capitis. Alij dicunt, q; est figura capitis nõ habens commissuras prædictas, unde sequitur nocumẽtum in operationibus cerebri.
Thabaun uide althoin.
Thaian marinum uide almarmaheigi.
Thairbua uide eylbua.
Thasugi uel thosugi est pondus gran.ij.s.
Thaiun uide oleum alscini.
Thabahegiat sunt cibaria præparata cũ carne, ex quibus quoddã est acetosum, quoddam salsum sicut scribit Benagi albian.
Thaibabi est quædam regio.
Thalisfar seu thalisafar seu thalasfir seu thalesfir sunt folia oliuæ indæ. Alij dicunt q; est lingua auis.
Thala est uinũ coctum usque ad consumptionem tertiæ partis.
* Thabad.i.uasa lata magna.
Thebegi apud Arabes idem est quod tumefactio quædam similis cachexiæ. Vnde cachexia est tumefactio faciei, & extremitatum causa debilitatis hepatis. Sed thebegi est nomen commune ad cachexiam ueram.s. quæ prouenit uitio hepatis, & ad tumefactionem membrorum similem cachexiæ prouenientem ab alia causa, sicut tumefactio oculorum, & faciei ex somno prolixo, & alia consimilia.
Thefel est fæx rerum uiscosarum sicut olei & similium: Quandoque uero durdi, & thefel sunt idem.
Thear est tempus in quo mulier est munda a menstruis.
* Theyuz sunt perdices.
* Theiugi uel teyuz sunt perdices.
* Theriaca hazare est theriaca scripta in 5.can.
* Thincur.i.borax.
Tin alfil uide eylbua.
* Tosugi uide thasugi.
Tochban uide chadessan.

* Tochamic

*Tochamie.i.a nauseatiua satietate prouenlens, et est nomen deriuatiuũ altochme, uide altochme.
Trangibin uide tereniabin.
Trehel est tumor membri causatus a materia phlegmatica, & differt a tebegi, quia tebegi est tumor causatus a uaporibus sicut in aliqua cachexia.
Tri est cibarium ex pasta frumenti quandoque fermentata, quandoque non, & uulgariter dicuntur lasagnette.
*Triplicatum est uinum decoctum usque ad consumptionem duarum partium.
Trochiscus niger apud quosdam Arabes est trochiscus andaron.
Tubal æris est squamma seu cortex cadens de ære aut ferro ignito pcusso a malleo.

*Vachzi uide aluachzi.
Vchabal uide alchuzez.
Vdha uide aludha.
Venæ alabathi sunt uenæ brachij infra basilicam.
Vena medini ab aliquibus uocatur uena ciuilis, & est ægritudo accidens præcipue in in ciuitate Medini apud Mecham, ubi sepultus est Maumethus. Et licet ægritudo prædicta accidat in terris Aethiopum, tamen multiplicatur maxime in ciuitate prædicta. Et quia etiam est bothor quod ulceratur ex quo postea egreditur aliquid simile uenæ quod non cessat prolongari, et quandoque habet motum uermis, Ideo denominatur uena medini.
*Vena curcume.i.radix curcume.
Venæ citrinæ apud Arabes sunt curcuma, apud alios uero sunt radices memiran.
Vena ascellaris ut dixit Serasi est uena quæ apparet inter partem inferiorẽ brachij, & partem domesticam ipsius, & ipsa est ramus basilicæ, ut dixit Auic.
Vena alsahad est uena adiutorij.
Venæ alhalesa sunt uenæ partis posterioris capitis supra foueam nocræ, & est pars, supra quam appodiatur caput apud resupinationem corporis.
Venæ alsebati seu subeticæ sunt uenæ arteriales situatæ sub uenis guidegi.
Vena albaleb est uena descendens ad inguina, & uesicam, et dicitur porus uritides.
Vena almabat uel almabit est uena quæ est sub genu.
Ventositas alaferse idem est, quod apud Latinos uentositas grossa causans gibbositatem, & de ipsa loquitur Auic. tertia. 1. cap. de ægritudinibus infantium.
*Vena algebein est uena quæ est inter duo cornua frontis.
Vermis apum est uermis, qui reperitur in aluearibus apum.
Vgene uide alchad.
Vgia uide alalem.
Vgiur.i.puluis uel suffuf.
Villi mechij.i.qui ex Mecha deferũtur sunt uilli corticum arboris, ex quo extrahitur bdellium, & sunt albi subtiles longi, sicut filium lineum tendens ad grossitiem aliquam, & ex ipsis fiunt chordæ, & in balneis orientalibus, et in domibus apud mulieres sunt ualde in usu ad abstergendas, & lauandas manus cum sapone, & aqua, nam huiusmodi uilli inciduntur, & complicantur sicut manipulus stupæ linæ, & cum ipsis lauantur manus ut supra,
Vinum aldadi est uinum in quo decoctum est aldadi.
*Virtus bezahartica uel bedazartica secundum Arabes est uirtus communis omnibus medicinis quæ conseruant cor, & spiritus in uirtute, & sanitate sua, & quæ resistunt uenenis.
Viscus Romanus est gluten albotin.
*Vitis maza est uitis producens uinum habens saporem muzum.
Vitrum Pharaonis est uitrum clarum.
Vmed sicut scribit glossa Arabica est calor æstuosus uehemens absque flatu uentorũ.
Vnguentum Apostolorum uide Maram alrasul.
Vnguentum alhauarin.i.unguentum discipulorum Christi.
Vresan uide alurasan quia idem sunt.
Vsine uide granum nil.
*Vsnen asafir album uel usnen fullonum album est species usnen albi coloris, & mulieres lauant pannos cum huiusmodi usnen, & utuntur eo loco saponis.
Vsnen uide alkali.
Vsnee est herba nascens in arbore quercus, & Damasci est nota, & dicitur Arabice asne, & est muscus quercinus.
Vssach uide allasach.
Vulnera albeasme sunt uulnera in quibus frangitur uel scinditur os capitis.
Vua montana.i.staphisagria.
*Vua uulpina.i.solatrum.
Vzir uide in procemio.
Vzifur est uocabulum corruptum, nam Arabice dicitur zẽgiufer quod est idem apud Arabes, quod Latine cinaprium, & ubi apud Latinos reperitur uzifur, debet intelligi zengiufer.

*Xylocaracte spinæ .i. xylocaracte syluestre quæ Arabice dicitur carnub leuce, & reperitur Damasci.

Zachema.i. coryza seu fluxus catarrhalis per nasum.
Zagi.i. branchos, seu barbolas, seu uncinos.
Zaizalacht uide azadaracht.
*Zambac absolute est lilium album, sed per oleum alzambac intelligitur oleum de iesmini.
*Zangifar, uel zangiufer, uel zengefer.i. cinaprium.
Zarur est species sorbæ uel mespili ualde nota in Syria.
*Zarach.i.color cœlestis.
Zared est concatenatio annulorum ferri cõcatenatorum in lorica, quæ apud uulgares zaradia appellatur.
Zebd uide alzebd, quia sunt idem.
Zeduar, & gieduar sunt idem, & est radix nigra ex India delata, quæ ab ægyptijs, & Syrijs exhibetur contra uenenum, & uenditur magno pretio.
Zedoaria apud Arabes quosdam appellantur cyperi Indi, quia nascitur in India, et similatur cypero.
*Zefe.i.pix.
*Zegi.i.ferrum sagittæ.
Zelabie uide alzelabi.
Zemane est priuatio motus in manibus aut pedibus propter mollificationem, & est illud quod uulgo dicitur sidraco.
Zengiufer uide uzifur.
Zengiar.i.uiride æris.
Zenziaria.i.similis ærugini æris.
Zenzi sunt Aethiopes occidentales.
Zerbagi est cibarium quoddam.
*Zeridaraet.i.azadaracht.
Zersechie est uocabulum Persicum, & significat cibum factum ex granis berberis.
Zersech uide alzersech quia sunt idem.
*Zeresch uide Zersech quia sunt idem.
*Zheumet.i. humiditate mala nitrosa, & aliqualiter uiscosa.
Zibid est uua passa magna exiccata, & habet arilos.
*Zibid algiebeli.i.staphisagria.
Zirbagi uide Bagi.
Zirbagi est cibarium factum cum brodio & acribus.
*Ziniar ferri fit ex putrefactione ferri in loco humoroso, & est tendens ap aliqualem uiriditatem, & citrinitatem.
Zuccarum sulimenum est zuccarum rubeũ.
Zuccarum alhasser uide alhasser.
Zuccarum albaizez est zuccarum de quo Auicen.2.can. cap. de zuccaro albusar.
Zusarc quid sit lege.2.can.
Zurunbad est radix illa quam aromatarij Veneti appellant zedoariam.
*Zurumbet quid sit lege.2.can.cap. zorumbet.

FINIS.

Antiqua expositio Arabicorum nominum.



Alguariscen est genus columbarum.
Aalgak.i.tribulus.
Abbel.i.iuniperus.
Abelairon .i. grana citri.
Abelius.i.grana capitis, & est staphisagria.
Abgas.i.panniculus subtilior & tertius quo embryo inuoluitur.
Abbel.i.fructus iuniperi.
Abir species est exiturae.
Abolfufel.i.piper triangularis.
Abrahomia.i.ulcera quae sunt in ultimo malitiae.
Abūsebegue secti.i.somnia permutabilia.
Acati.i.de cuius succo fit acacia.
Acetret est medicina quae fit ex aloe, hiera, mastice, & myrobalanis.
Aced.i.genus absinthij coloris subalbidi.
Acemana.i.contractio.
Achatini est quaedam species lactucae asini, annulus similiter.
Acinges.i.uitrum tritum.
Acor est folium quod assimilatur acetosae syl uestri & dicitur bertacti.
Acratus & alsunigie lapides sunt.
Adab est animal & moratur in aquis.
Adamarchi.i.simila.
Adabac.i.uiscus.
Adalasi.i.ungula caprina.
Ademest.i.laurus.
Adereb.i.fluxus sanguinis per inferiora cū sit ab hepate tantum.
Aderere aromaticum.
Adhoc.i.lac uel adech.
Adib.i.lupus.
Adibk.i.muscus.
Adoc.i.lac acetosum de quo extractum est butyrum, & dicitur adhoc.
Adruculudidos est auis parua semper mouēs caudam ualens ad lapidem renum.
Adulbus.i.eritius montanus.
Aduduc est nycticorax, & secundum alios est auis quae dicitur bubo.
Aduzaruzegi.i.gallus & gallina.
Aenut.i.antimonium.
Afafaragenis.i.mala cydonia.
Afazaz calulminum.
Aficume est quasi nubes in nigro oculi, & dicitur ulcus sordidum habens crustas, & nominatur adustiuum.
Aflicē.i.ophthalmia cum in primis apparet.
Afrana.i.cibus de carne cocta infrigidata.
Afur.i.crocus hortensis.
Agib animal est.
Agrios.i.argentum uiuum.
Agumbatalo.i.strignum.
Agusa.i.hyssopi ceratum.
Ahascenobar.i.nucleos pini.
Ahelsenobar sichir.i.grana pini minoris.
Ahugilisc.i.lactuca asini, uel lactucella maior, & nominatur simarem, et sincarem, & super tithymallo.
Aiesir.i.uigil.
Ainemen.i.sisymbrium.
Akakamati.i.auis & dicitur frangens ossa.
Akausuri, aragic, alesead, akserck omnes sunt diuersae species camphorae.
Akanatu.i.instrumentum quo aliquis suspenditur.
Akaiasim.i.supremae partes nasi.
Akael.i.cum aliquis impeditur in proferendo sermonem uel antequam proferat.
Akasebda.i.nasturtium.
Akais.i.acetum compositum ex duabus substantijs diuersis, una calida, & alia frigida.
Akaleum.i.stannum.
Akescen.i.cibus factus ex hordeo excorticato.
Alaum est una specierum calamenthi, & alia de qua dicitur calamenthum hirci.
Alafcbeosasar.i.diptamus.
Alarnade Romanum siseleos.
Alabrib.i.hypericon et uocatur syriace uua daemonis.
Alabel.i.uini potus.
Alalcheti est spuma alba quae similatur bedeoard.
Alagarab est sal.
Alaunoch.i.plumbum nondum mundatum.
Alanutoiden est quod alabasi.s. plumbum.
Alasaf.i.disudatio.
Alaser.i.radix uitis.
Alachan.i.locus ubi collum iungitur capiti exterius & posterius.
Alarutola.i.calcanei locus.
Alachalich.i.epithema de odoriferis.
Alahabacani est os per quod completur iunctura.
Alafar.i.concauitas.
Alarsin.i.enula.
Alasceam.i.ammoniacum.
Alabari.i.frumentum depilatum decoctum cum multa aqua.
Alaasis est centaurea minor.
Alagē, uel alhasrac.i. peritenecon qui habet lac.
Alabi docenec.i.trochisci stellae qui nō permittunt uitam recedere.
Alazar almares.i.lapis lacteus, qui cum fricatur, facit lac, cuius uirtus est, ut haematites, sed debilior.
Alazaracoen.i.petra serpentaria, & est tribus modis una quasi nigra alia subuiridis immistis lineis albis, & alia uiridis.
Alazar lazuad.i.lapis lazuli.
Alazarastengi.i.lapis spongiae.
Alag.i.sanguisuga.
Albuzer.i.dactyli.
Alborati.i.umbilicus.
Albed sanez est rubedo extranea similis rubedini leprosi.
Albelladorium.i.anacardinum.
Alberdi.i.papyrus.
Albagla amtamka.i.portulaca.
Albara acora scema.i.rapa.
Albens.i.nux muschata.
Albeleet.i.myrtus.
Albeldilgar.i.fraxinus.
Albesara segel.i.mala cydonia.
Albeldil beldemez.i.grana ulmi.
Albenben de quo fit oleum muscellinum.
Albedarungi.i.basilicum.
Albategin.i. extremitates ossium quae iunguntur in digitis.
Albelgaga.i.cucurbita.
Albarachia est tabula magna cum qua aequatur os fractum.
Albacal est bresilum.
Albesandaru.i.uirga pastoris.
Albechauahati.i.resistentia malitiei.
Albondekindi.i.nux de India.
Albazal.i.cepe.
Albenezid.i.gummi albotin.
Albin.i.uua sicca.
Albarnabet.i.cancer in naso.
Albungia.i.auellana.
Albeti est arbor pini cuius gumma dicitur gumma pini, & est colophonia.
Albotin.i.arbor cuius granum dicitur granum uiride.
Albius est lacticinium bochorniz, quod nominatur marinum, quoniam ibi nascitur.
Albertiriace cupressus latine est pinus cuius gummi dicitur colophonia.
Alberengesitium ozimum cum floribus suis.
Albedilen, uel alcatitui, uel fangusator, id est incubus.
Albutira est species calamenthi syluestris.
Albela.i.flores palmarum.
Albaras est morphea alba ut lac, uel nimia eius albicatio.
Albezard.i.lapis qui omni ueneno resistit, & ideo uocantur qui ueneno resistunt albezahar.
Alcarondo.i.rosa uineae egebat.
Alcubezareum, adarar, atemar, altelaigi, altatati, asceterac, aues sunt.
Alcatati caro.i.caro narium, uel renum.
Alcolate est species fungorum quae comeditur.
Alcorath.i.animalia quae dicuntur ugilesfexis, & sunt cunigi.
Alcard.i.cimices.
Alchatinis panis qui est de genere tritici.
Alcheel est locus inter duas spatulas sub collo ubi.s.coniungitur collum dorso.
Alcukefeti encaustrum eorum qui praeparant coria.
Alcumur est diminutio uisus propter nimiū aspectum.
Alcola sunt parua apostemata in ore.
Alcurat.i.urtica.
Alcuttab.i.aegritudo.
Alcandaros.i.triticum Romanum.
Alcurati est fluxus uentris ex excoriatione factus secundum quosdam alcur.
Alcatatur syringa, uel id quod inijcitur per syringam.
Alcosbot.i.apostema.
Alcunicalis est certa species hecticae, in qua apparet forma quae est in decrepitis quantum ad colorem.
Alchort.i.palma syluestris, & fit de succo alchar syrupus de succo palmarum syluestrium.

uestrium.
Alcalat.i.stannum.
Alchoc arbor est.
Alcanzi est species cretæ.
Alcornagi.i.humex uel facta acetosa.
Alcoocal.i.spina.
Alcuruesik.i.fructus tamarisci.
Alcarme.i.uitis, & dicitur cochear quando inciditur.
Alcakar.i.thapsia.
Alchecaracha,uel arcãdros.i.pyrethrum.
Alchisita.i.dragaganthum.
Alchlamita.i.fermentum.
Alcacher.i.alchasior.
Alcoisos.i.cardui capita.
Alchakab.i.ligamentũ a posteriorib.tẽdens anterius,& ab anteriorib.retro rediens.
Alchatin.i.locus dorsi in directo renum, uel articulus est in Arabico.
Alcule.i.paruæ pustulæ in ore.
Alchasceran.i. bruscus.
Alcubel.i.caro assata super prunas.
Alcubabe.i.ulcera nigra melancholica quæ sunt ad sanandum difficillima.
Alcuzez.i.tetanus & quandoque pro particulari ponitur.
Alcarti.i.prunella agrestis.
Alcubugi est auis quæ dicit̃ alauda capeluta.
Alcamezit.i.nux tamarisci.
Alde.i.oua.
Alderez.i.concauitas.i.uentriculus cerebri.
Aldubellet sunt apostemata magna.
Aldabac.i.gluten.
Aldeguaric.i.mensura continens.iiij. libras.
Alestorab.i.storax.
Alengesis dicitur enula, & est duorum morum,una habet citrinum florem,alia albũ sed melior est cum citrino flore.
Alefereascem est uitis alba.
Alemel sunt ossa subtilia et minuta quæ sunt in digitorum extremitatibus.
Alema capitis.i.cacumen.
Alesceniati.i.spẽs sicut piper & similia.
Alehec.i.siligo.
Alesceri.i.tamariscus masculus.
Alezorasen.i.rafanus.
Alesir.i.uitis.
Alesirati.i.rimæ.
Alefatu.i.rotula genu,
Alebreati.i.cantabrum.
Alfachi.i.medicus.
Alfegin dicuntur omnes species boni saporis quæ cibarijs admiscentur ut piper & zinziber.
Alfanea.i.locus inter meatũ et labiũ inferius
Alfase.i.cum caro interior sit nigra, & est ibi solutio continuitatis,hoc fit quandoq; ex percußione,& sine uulnere.
Alfafarfai syluestris est portulaca habẽs lac, & est tithymallus.
Alferisius est species lacticinij pernitiosi,
Alfidabeget.i.condimentum.
Alfirsedi est species mori, & est dulcis.
Alfat.i.medulla panis infusa,et facta ut pila
Alfuturati est ægritudo.s. quando exuberat uelamen cerebri,& apostematur, & fit ut fungus.
Alfesire.i.radix uitis albæ.
Alfagi.i.agnus castus.
Alferuzegi.i.smaragdus.
Alfesce uel atetem sunt ægritudines linguæ quando aliquis non potest proferre nisi fese uel tetem.
Alfaic.i.excedens & est os super galsamata habens quatuor latera duo superius, & duo inferius.
Alfexis.i.aïal existens in locis & apud Arabes dicitur igil.i.cimex debilẽ hñs cutem.
Alfila sunt species nodi.
Alfeed ẽ pediculus qui nascitur in inguine.
Alfeseri est nastartium basilliconicum.
Alfit.i.sinapi album.
Alfurfungi.i.asparagus.
Alfigel.i.folia salicis.
Alfa.i.malum mandragoræ.
Alguelemiti & rehu.i.ætas quæ est a prima spermatis emißione uel emißionis potentia usque barbescant.
Algeberit.i.sunt quatuor uenæ labij.
Alguaßen,id est herba similis lilio, & dicitur lilialis.
Alguarized.i.electuaria.
Algeduar.i.zedoaria.
Alguardagone.i.chelidonæ.
Alguesgues.i.alienatio & quando secum loquitur aliena.
Alguardenigi uel scimoßis.i. ophthalmia magna.
Algasamata est caro panniculosa sub uua pẽdens cooperiens caput cannæ.
Alguama.i.desiderium malũ, ut carbonum.
Algaras.i.caro frigida.i.cum caput igni cũ aceto coquitur.
Alguadi est humor qui egreditur a uirga,cũ quis tangit mulierem.
Algargaz.i.punctura quæ per transit cutẽ.
Algeromati sunt uulnera ultima in corruptione longata a consolidatione.
Algra est læsio quæ non mouet os de loco suo sed attrahit quod ipsum continet, nec est de genere tortionis.
Alguitar.i.alienatio.s.quando homo loquitur plane & cum ratione.
Alguesceni faciei est nigrum uel album colorem,& apparet in principio morpheæ, & lepræ & dicitur guascen.
Alguatha guakif.i.conficiens.
Alguandau est pediculus q nascit in inguine.
Alguasa.i.qñ aliqs tristat̃ & nescit quare.
Algenares.i.milium.
Algeorascen.i.acorus.
Alabatal.i.fluxus humorum a capite ad tracheam arteriam ex quo fit tußis,uel arteriæ paßio.
Alhasar,hasebram,alerbe, athenite, almenientia,uel alagarati,uel chamæleon, & & pentaphyllij sunt septem spẽs lacticinij.Sed lac lacticinij absolute est lac alcibe,& est illud qd noiat̃ birifica alcarnẽ.
Alharba.i.lancea.
Alchacuben est herba similis cotulæ fœtidæ.
Alhangesi.i.rubus.
Alhangi est herba similis cẽtaureæ minori.
Alhasaph.i.excorticationes, quæ in fissuris iuncturarum propter sudorem fiunt.
Alhatier.i.puluinar, & sunt duæ uenæ in collo.
Alhasue.i.ægritudo oculi similis fumo, & pulueri super nigro oculi existens.
Alhadad.i.decollatio & apostema est quo uidetur homini q, decolletur.
Alhadani.i.loca quæ sunt post aures.
Alhereis.i.pultes quæ de frumento fiunt.
Alhunior uel alhauiran.i.foramen in quod intrat dens.
Alharat.i.alheretit.i.interior pars labiorũ.
Alhalibleb est species uolubilis.
Alhauti est uir æqualis complexionis & fortis corporis.
Alhehesur.i.semina.
Alhaliben.i.inguina.
Alhehil.i.illud quod dicitur gumma napelli.
Alharbe est animal uenenosum et ẽ auis quæ dicitur bubo.
Alhehelim.i.hebale.
Alhasce.i.folia senticis.
Alhasegi est inferior pars coxæ.
Alhaguahaem.i.parua aïalia, ut aranea.
Alhada.i.polium.
Alhosos sunt tria ossa quæ sunt inferius in cauda.
Alhauis sunt oßa lata quæ sunt sub renibus parum.
Alhalegi.i.a.xiiij.anno usque ad.l.
Alhiliueti sunt additamenta acularia ab acu.
Alhasce.i.arbor similis rutæ.i.stœchados arabicũ,& scdm alios hyssopus hortula.
Alihar.i.priuatio luminis.
Alicod.i.ægritudo qua oculi egrediuntur ad exteriora.
Aliebut est species xylocaracte,& dicitur q, est de genere pini.
Alihema.i.uertex.
Alintisar.i.quando foramẽ uuæ fit latius eo quod fit in natura.
Alierusen est fractura minima partium.
Aliabra,uel aßibreßagi.i.radix mãdragoræ
Aliathelic.i.priuatis.
Alimbat.i.terebinthina.
Ali.i.grana ebuli,uel sabuci.
Aliada.i.polium.
Alkaseri.i.strictura narium.
Alkuted.i.plãta cuius gũmi ẽ dragaganthũ.
Alkitili est fructus tamarisci.
Alkitran.i.pix liquida.
Alkobob.i.succi acetosi.
Alkadra.i.grana uiridia & est alfalfasa.
Alchaiasiz.i.supremæ partes nasi.
Alkeked.i.citruli.
Alkaikaluf est ægritudo corrodẽs membra, & qñq; transit in hesthiomenum.
Alkarte.i.lignũ de quo fiũt hastæ lancearũ.
Alketinci.i.maiorana.
Alkidad nigrum in quo inuoluuntur capilli & manus.
Alkesmes.i.uuæ passæ sine granis.
Alkerset.i.nasturtium.
Alkarmez.i.grana.
Alkinati.i.bdellium subalbidum.
Alkenda.i.conastrelo.
Alkaab duo.i.cauillæ duæ.

Alcheil.i. sub collo ubi iunguntur furculæ dorsi.
Alkiuetu.i.color qui fit ex sanguine.
Alkitran.i.pix.
Alluos.i.dulces,uel confectiones de melle.
Alliathā sunt apostemata crurium grossa.
Allugati est species tithymalli.
Almunda.i. rotunditas , in qua continetur oculus.
Almodus.i.iunctura ad similitudinem dentis serræ.
Almekeni.i.duo anguli oculorum.
Almaium.i.spica celtica.
Almasal.i.cibus factus de lacte acetoso, & farina hordei.
Almuzei,uel amuzeragi uuæ egreßio, & dicitur impetigo.
Almaik.i.sapor insipidus sicut sapor aquæ.
Almacor est uulnus quod fit a sella cum quis equitat, & similibus.
Almarod.i.radix herbæ altit.
Almekenis est genus lacticinij, & est simile portulacæ.
Almelib, almeliakbuz, & est orobus.
Almisar.i.lactuca asini.
Almuri apud Arabicos est salsa.
Almubersem.i.bersem.
Almeiemetesteui nomē loci,ī quo sūt scholæ.
Almuhe,uel alecbidu est instrumentum quo oculi perforantur.
Almarinē uel almarti syluestre.i. marrubiū syluestre.
Almagabani.i.fauces, & similiter alcasim.
Almesus.i.loquor acetosus.
Almuiati.i.cibi cum aceto parati.
Almadil uena est.
Almechem.i.locus a cingulo inferius.
Almismar est modus similis capiti claui.
Almuiati.i.medius corporis ex utrisque lateribus mensura quatuor digitorum ab alborati.
Almeliletu.i.dispositio caliditatis totius corporis ante febrilem dyscrasiam.
Almochoati.i.defectio oßis.
Almuscū.i.magna & dicitur q̃ sit gypsum.
Almahaleb.i.uera.
Almasdaru, & algē confectiones sunt.
Almasus.i.casia.
Almeizabangi.i.genus lacticinij.
Almatir.i.uermis qui inuenitur in granis.
Almastice.i.mastix.
Almeaseia storax liquida.
Alnekelmate.i.palma agrestis.
Alnustansta.i.forma capitis oblonga utrinque plana,ut coopertura domus.
Alnesci.i.amylum.
Alnudac.i.flos rubeus.
Alnusa.i.cataputia.
Alnora.i.calx extincta.
Alnuzaragi.i.fixura in oculo.
Alocen.i.cotula.
Alosor.i.grana squillæ.
Alohosos.i.cauda.
Alohocat.i.elcunaria mollia quæ lambūtur.
Alorsingen.i.hepaticum.
Alrodab.i.lutum.
Alrasesati.i.annulus geniculi.
